MASTER NEGATIVE
NO. 93-81639

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

CATHOLIC CHURCH

TITLE:

THESARUS RESOLUTIONUM...

PLACE:

MONACHII

DATE:

1872-

Master Negative # 93-81639

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

936
M89
Q
Mühlbauer, Wolfgang, comp.
Thesaurus resolutionum s.c.
concilii quae consentanee ad Triden-
tinorum pp. decreta aliasque canonici
juris sanctiones prodierunt usque
ad annum 1871...
Monachii 1872
Q. 81831
v.1

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14½
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/5/93 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

GUIDE TO CONTENTS

for

THESARUS RESOLUTIONUM S. C. CONCILII

REEL	MASTER NEGATIVE #	DATE	VOLUME
1	93-81636	1872	1
2	93-81637	1875	2
3	93-81638	1879	3
4	93-81639	1883	4

REEL 4
VOLUME 4

FILMED IN PART
FROM A COPY
BORROWED FROM
ANDOVER-
HARVARD
THEOLOGICAL
LIBRARY





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

VOLUME 4

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: CATHOLIC CHURCH

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

_____ Illegible and/or damaged page(s): _____

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: _____

_____ Bound out of sequence: _____

__✓__ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: VANDOUER-HARVARD THEOLOGICAL LIBRARY
Entire Volume.

_____ Other: _____

V.4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES

Interlibrary Loan

Borrowed for DIRKS

Request number IL: 3899252

Lending library BHA

Due Date: 10-23-93

Do not remove this band.

Number of volumes 1 of 3

If the lending library has placed restrictions on the use of this item, the restriction is noted below.

___ No photocopying

___ Not renewable by the lending library

X Library use only

Renewal. To renew, call us at 854-3542 or come to the Columbia Interlibrary Loan Office in 207 Butler Library at least 5 days before the due date shown above.

Fines. You will be charged a fine if this item is returned to us after the due date shown above. This policy applies to all Columbia borrowers through Interlibrary Loan, including faculty and other officers.

Return this loaned item to the Interlibrary Loan Office, 207 Butler Library, Monday through Friday, 9:00 a.m. to 5:00 p.m.

Do not remove this band.

8-92

1949 7

THESAURUS RESOLUTIONUM S. C. CONCILII

QUAE CONSENTANEE AD

TRIDENTINORUM PP. DECRETA

ALIASQUE

CANONICI JURIS SANCTIONES

PRODIERUNT USQUE AD

ANNUM MDCCCLXXXII

CUM

OMNIBUS CONSTITUTIONIBUS ET ALIIS NOVISSIMIS DECLARATIONIBUS SS. PONTIFICUM

AD CAUSAS RESPICIENTIBUS.

PRIMUM AD COMMODIOREM USUM ORDINE ALPHABETICO

CONCINNATUS

OPERA ET STUDIO

WOLFGANGI MÜHLBAUER

OLIM CÆREMONIARII ECCL. METR. MONACENS., NUNC PAROCHI NIEDERTAUFKIRCHENSIS.

REVERENDISSIMIS ILLUSTRISSIMIS EPISCOPIS EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VACANTIBUS APPRIME UTILIS ET NECESSARIUS.

TOMUS QUARTUS.

MONACHII. MDCCCLXXXIII.

TYPIS & SUMPTIBUS ERNESTI STAHL.

NEO-EBORACI ET CINCINNATII.
FRIED. PUSTET.

PARISIIS.
CHEZ VICTOR LECOFFRE
RUE BONAPARTE 90.

THESAURUS RESOLUTIONUM S. C. CONCILII

QUAE CONSENTANEE AD

TRIDENTINORUM PP. DECRETA

ALIASQUE

CANONICI JURIS SANCTIONES

PRODIERUNT USQUE AD

ANNUM MDCCCLXXXII

CUM

OMNIBUS CONSTITUTIONIBUS ET ALIIS NOVISSIMIS DECLARATIONIBUS SS. PONTIFICUM

AD CAUSAS RESPICIENTIBUS.

PRIMUM AD COMMODIOREM USUM ORDINE ALPHABETICO

CONCINNATUS

OPERA ET STUDIO

WOLFGANGI MÜHLBAUER

OLIM CÆREMONIARII ECCL. METR. MONACENS., NUNC PAROCHI NIEDERTAUFKIRCHENSIS.

REVERENDISSIMIS ILLUSTRISSIMIS EPISCOPIS EORUMQUE VICARIIS, CAUSARUM PATRONIS AC ALIIS IN ECCLESIASTICO FORO VACANTIBUS APPRIME UTILIS ET NECESSARIUS.

TOMUS QUARTUS.

MONACHII. MDCCCLXXXIII.

TYPIS & SUMPTIBUS ERNESTI STAHL.

NEO-EBORACI ET CINCINNATII.
FRIED. PUSTET.

PARISIIS.
CHEZ VICTOR LECOFFRE
RUE BONAPARTE 90.

ANDOVER THEOL. LIBRARY
JUN 25 1884
36,294

Coenobium.

Vd. *Monasterium.*

Cognati.

Vd. *Agnati; Cognatio spiritualis* (Votum. VI. §: *Ex.)*

Cognatio.

1) Legalis.*)

(Adest et dispensatur.)

Hortana.

(Conc. Trid. c. 5. s. 24. de ref. matrim.)

Dominicus Antonius Menicacci cujus domiciliare solum est oppidum Suriani Hortanae dioecesis suscepit Valentinianum infantem expositum eumque nutriendum tradidit Portiae ejus uxori: deinde vero 1712. eumdem puerum in aetate annorum 12 jam constitutum sibi in ejus proprium filium subrogavit et adoptavit promisitque seque obligavit, illum alere, nutrire et vestire omniaque alia ad victum et vestitum necessaria ei praebere, rudimenta orthodoxae fidei bonosque mores illum docere, ab ejus domo et familia quavis de causa et occasione nunquam expellere nec ei causam dare, ut aufugiat, immo si aufugeret etiam a semetipso absque ulla causa et occasione illum diligenter perquirere necnon ejus domum reducere totumque dicti archihospitalis ministris quam primum notificare ac demum tempore ejus mortis haeredem universalem in omnibus et singulis ejus bonis etc. unacum omnibus aliis ejus filiis quatenus tunc extiterint pro aequali rata et portione instituere, prout ex nunc pro tunc etiam jure testamenti nuncupativi instituit et aere proprio nominavit dictum Valentinum praesentem ac semper illum uti filium proprium legitimum et naturalem habere et tractare. Sunt verba publici instrumenti quod inter eumdem Dominicum Antonium et commissarium generalem omnium projectorum dicti ven. archihospitalis super asserta adoptione fuit exaratum.

Nuper autem defuncto Valentino Dominicus Antonius Menicacci exoptans matrimo-

*) Cognatio legalis sic est dicta, quia prius a legibus inventa, *leg. Adoptivus 11. ff. de ritu nuptiar. et §. 1. ac 2. Instit. de nupt.* ac postea per ss. canones recepta est, *cap. unic. Si qua de cognatione legali* et *c. Ita diligere 1.* et *cap. Per adoptionem 6. caus. 30. quaest. 3.* Cognatio legalis est propinquitas personarum, quae ex adoptione provenit, et inter certas personas matrimonium dirimit. *Est in re communis; arg. cit. leg. Adoptionis;* et *cit. §. 1. et 2. Institut. de nupt.* et *cit. cap: Si qui* et *c. Ita diligere 1.* et *cap. per Adoptivum 6. caus. 30. quaest. 3.*

nium inire cum Angela Bassanelli quae fuit uxor ejusdem Valentini, ut consultat tum inopiae dictae Angelae et 5 filiorum quos superstites idem Valentinus reliquit tum etiam scandalo orto ex publica atque assidua conversatione quam hucusque habuit cum eadem Angela, postulavit dispensationem ab impedimento cognationis legalis forsan contractae cum Angela utpote uxore Valentini illius filii adoptivi. At s. Congregatio cujus sententiam super petita dispensatione exquisivit Dataria apostolica die 3. Julii vertentis anni rescripsit: Episcopo pro informatione et voto.

Episcopus refert veritate niti ea quae orator in dupplici libello exposuit subindeque in eam propendens sententiam, quod asserta adoptio sit simplex ita ut nulla cognatio legalis intercedat inter ipsum oratorem et Angelam, ita concludit: »Quae si vera sunt, eo magis indulgendum esset et concedenda dispensatio oratori qui ex puro motivo charitatis filium projectum suscepit et ex eodem motivo ejusdem projecti filios infantes omni alio auxilio destitutos et uxorem uti verus pater et maritus respective regere et gubernare posse desiderat, secluso scandalo quod ex conversatione ortum ut asseritur in supplici libello constare in attestatione exhibita magis magisque cresceret.«

Porro cognationem legalem jure cujusdam affinitatis contrahi ab adoptante cum uxore adoptati et vicissim ab adoptato cum adoptantis conjuge eamque inter ipsos inducere impedimentum dirimens matrimonii constat ex sanctione juris civilis in *l. Quia etiam* et *in l. Adoptions ff. de rit. nupt.*, quam subinde approbavit jus canonicum et universalis ecclesiae consuetudo, nt tradunt *Joannes Andr. in cap.: unic. n. 5. de cognat legal., Hostien. n. 3., Ancharan. n. 5., Alex. de Novo n. 9., Gonzal. n 5., Reiffenstuel in jus can. lib. 4. decretal. tit. 12. de cognat. legal. n. 9., Pirhing. eod. loco §. 2., Engel in 4. decretal. cod. tit. n. 5. pag. 444.*

Et quamvis cognatio legalis quae per modum fraternitatis intercedit inter adoptatum et filios adoptantis atque impedimentum matrimonii dirimens quod ex ea oritur extinguatur, sublata quoquo modo adoptione vel per obitum patris adoptantis vel emancipationem aut filiorum naturalium aut ipsiusmet filii adoptati, juxta expressos textus *in §: Inter eas 2. instit. de nupt. in l. per adoptionem ff. de rit. nupt.* ibi: »Adoptionum quaesita fraternitas eo usque impedit nuptias donec manet adoptio: ideoque eam quam pater meus adoptavit et emancipavit potero uxorem habere aeque, et si me emancipato illam in potestate retinuerit poterimus jungi matrimonio« et ita sancivit *Nicolaus I. in cap.: unic. de cognat. legal.*, ibi: »Si qua per adoptionem mihi soror esse coeperit, quandin durat adoptio, inter me et ipsam nuptiae consistere non possunt.«

Certum tamen est, quod cognatio legalis exorta inter adoptantem et uxorem adoptati et e converso inter adoptatum et adoptantis conjugem perpetuo durat ita ut nullo unquam tempore etiam adoptionem per emancipationem aut obitum soluta, inter ipsos vigente semper quadam pudoris et honestatis ratione, nuptiae valeant celebrari, ad textum expressum in *c. Adoptions 14. ff. de rit. nup.*, ibi: »Adoptivus filius si emancipetur eam quae patris adoptivi uxor est ducere non potest, quia novercae locum habet;« et notant *Joann. Andr. in cap. unic. n 5. de cognat. legal.* ibique *Ancharan. n. 5., Boich. n. 4., Butr. in 7. in fin., Hostien. n. 1. et seq., Barbos. n. 14., Gonzal. n. 11. in fin., Pirhing. in jus can. lib. 4. tit. 12. §. 3. n. 7., Engel eod. loc. n. 5.* vers.: Igitur, *Salmanticenses tract. 9. de matr. cap. 12. punct. 3. n. 42.*

At dubitatione non vacat: num cognatio legalis inducatur dumtaxat ex adoptione perfecta sive adrogatione qua mediante aliquis sui juris existens auctoritate seu rescripto supremi Principis in filium assumitur atque transit in potestatem et familiam adoptantis sitque illius necessarius haeres tam ab intestato quam ex testamento, §. *1. Instit. de adopt. l. si Paterfamilias l. Adrogato* et *l. Generalis ff. de adopt.* et *l. 2. c. eod.*, an autem illa promanet non solum ex arrogatione sive adoptione perfecta verum etiam ex imperfecta, quae a quolibet competenti judice auctorizari potest, illiusque vigore filius adoptivus sub pristina patris naturalis potestate manet et patris adoptantis necessario haeres est dumtaxat ab intestato §. *1. et 2. Institit. de adopt.*

Priorem sententiam amplexi sunt *d. Thom. q. 57. art. 1. ad 1. et art. 2., Innoc. in cit. cap. unic. de cognat. legal., Pirhing. in jus can. lib. 4. de cognat. legal. §. 3. n. 4., Engel. cod. loc. n. 3., Vincent. de Justis de dispensat. matr. lib. 2. cap. 6. n. 198. et*

seq., Sanchez. lib. 7. de matr. disp. 63., Diana part. 4. tract. 4. resol. 120., Salmanticenses tract. 9. de matr. cap. 12. punct. 3. n. 40., Rosignol. eod. tract. t. 1. contract. 15. disquisit. 2. praenot. 10. sect. 5. n. 10., La Croix in theologia moral. lib. 6. part. 3. n. 988. Posteriorem vero sectantur magisque conformem juri canonico, quod de adoptione indistincte loquitur in *can.: Ita diligere*, in *can: Post susceptum*, in *can.: Per Adoptionem. 30. q. 3.* et in *cap.: unic. de cognat. legal.*, putant *gloss. in dicto cap.: unico*, ibi *Abb. n. 3. et 4., Butr. n. 5., Boich. n. 6., Gonzal. n. 10. in fin., Stephan. de Gaeta inter divers. repet. in jus can.: Ad limina 30. q. 1. n. 404. t. 1., Covarru. 4. Decr. 2. part. cap. 6. §. 5. n. 2., Reiffenstuel. in jus can. lib. 4. tit. 12. n 10., Basilius Pont. de matr. lib. 7. cap. 41., Gutier. eod. tract. cap. 10, Hurtad. disp. 19. diff. 2 n. 30., Card. de Lauraea d. tract. disp. 99. n. 12.* Alteri igitur ex hisce sententiis adhaerendum erit si forte judicetur adoptionem de qua agitur non fuisse perfectam et illius speciei, quae dicitur arrogatio.

Plures ad perfectam adoptionem praescriptae sunt solemnitates a jure civili in §.: *Cum autem. Inst. de nuptiis* et in *l. 2. et fin. c. eod.* et in *l. 3. ff. de adopt.*, de quibus agunt etiam canonistae scribentes in *cap. unic. de cognat. legali.* Cum autem praecipuae sint tum suprenni Principis auctoritas tum expressus adoptati consensus ponderandum est num ambae in hypothesi concurreriut.

Instrumentum controversae adoptionis haec praesefert in ejus iuitio: »In mei etc. Perillustris et admodum R. D. Sebastianus Penuachionus ven. archihospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe commissarius generalis omnium projectorum etc. ac alias omni et praefati archihospitalis vice et nomine concessit etc. D. Domenico Antonio etc. et Portiae ejus uxori licet absenti etc. Valentinum ejusdem archihospitalis puerum projectum annorum 12 circiter educatum per d. Portiam etc., eo quia dictus Antonius propter amorem Dei et charitatem erga dictum archihospitale praefatum Valentinum projectum in ejus proprium filium subrogaverit et adoptaverit,« et deinde sequuntur reliqua quae supra transcripta sunt.

In schedulis vero postmodum typis impressis, quibus occasione similium adoptionum hodie passim utuntur officiales praefati archihospitalis ita latius exprimitur: »N. N. Canonicus sacerdos professus ac omnium projectorum archihospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe commissarius generalis de speciali ordine et mandato illustr. et Rmi Dni dicti archihospitalis generalis praeceptoris sibi oretenus dato utens omnibus et singulis privilegiis, facultatibus et indultis eidem archihospitali illiusque projectis pro validitate hujusmodi contractuum de benignitate s. Sedis apostolicae concessis ac ex antiquissima consuetudine competentibus omnique alio meliori modo dicti archihospitalis nomine in filium concessit et concedit N. ejusdem archihospitalis puerum projectum, et hoc, quia N. cupiens per adoptionem naturam imitantem solatium filiorum sibi quaerere et ob Dei amorem hujusmodi actum charitatis erga dictum N. pauperem projectum exercere, renunciavit et renunciat medio juramento omnibus et singulis, legibus, statutis, decretis et reformationibus quae dispouunt de solemnitatibus in similibus adhibendis immo dicti archihospitalis consuetudini et privilegiis praefatis inhaerens praenominatum N. ibi nnacum Commissario praesentem acceptantem ac N. filium esse volentem et declarantem et in signum verae filiationis N. manus deosculantem filialemque revereutiam, obsequium et obedientiam praestare promittentem, in ejus verum, proprium legitimum et tamquam naturalem filium primi gradus etiam cum facultate succedendi tam ex testamento quam ab intestato in omnibus et singulis ipsius adoptandis bonis etc. consolidando jura civilia cum naturalibus acceptavit et adoptavit atque acceptat itaut ab hodie in futurum dictus N. adoptatus pro vero, legitimo et naturali filio primi gradus ipsius adoptantis semper ab omnibus habeatur et perpetuo reputetur.«

Praeter binas adoptionis species*) hactenus expositas tertia quoque expeuditur a doctoribus quae nonnisi improprie adoptio nuncupatur ea nimirum quae forma a legibus praescripta nullateuus servata privatim coram vicinis aut aliis houestis personis fiat, magistratu non interveniente et hanc nullum impedimentum matrimonio praestare tradunt *Jo. Andr. in cap. unic. n. 2. de cognat. legal., Ancharan. in eodem cap. n. 3., Sanchez. de matr. lib. 7. disp. 63. n. 18.* et

*) Vd. *t. I. p. 235.*

Engel. in jus canon lib. 3. de cognat. legal. n. 6. et 7., ubi ita concludit: »Immo licet in Germania unio prolium species sit adoptionis ejusdemque solemnitates requirat tamen ex ea non nascitur impedimentum cognationis legalis quia talis unio non tam sit propter majorem conjunctionem personarum, quam bonorum, ut diversorum matrimoniorum liberi aequaliter in bonis tam paternis quam maternis succedant«; et *Gregor. Tholosan. Sgntagm. jur. univers. p. 2. lib. 10. cap. 6. in fin.* tradens discrimen inter adoptatum et alumnum haec ait: »Siquidem adoptatum vel instituere vel exhaeredare ut filium necesse erat et legitimam ex lege relinquere saltem, at in alumno quantumvis quis promiserit ut filium habere idipsum non est necessarium, neque inhibitae sunt nuptiae cum alumna, cum tamen cum adoptiva filia prohiberentur.«

Praemissa pertinent ad decisionem primi ex dubiis infra describendis. Pro eo vero quod attinet ad petitam dispensationem de qua agendum erit in II. dubio quatenus primum affirmative decidatur, *Vincentius de Justis de dispen. matr. lib. 2. cap. 6. n. 86. et seq.* sic inquit: »Et haec circa hanc cognationem veloci calamo percurrisse sufficiat cum raro super ea dispensatio concedatur, non quia dispensatio necessaria non esset ad matrimonium contrahendum vel quia a Pontifice concedi non possit sed quia in linea recta Papa difficillime et nonnisi ex causa gravi dispensat, in transversali vero raro recurritur ad Pontificem cum alias per emancipationem dissolvatur ut diximus et sic possit absque dispensatione iniri matrimonium«; idemque animadvertunt *Cleric. de matr. dec. 24. n. 32. in fin.*, *Rebuff. in prax. benef. regul. de dispens in gradib. prohib.*, *gloss. n. 25.*

Caeterum posito quod cognatio legalis quae contrahitur inter adoptantem et uxorem adoptati et e converso se habeat per modum affinitatis legalis inferri posse videtur, quod in ea non adeo difficile dispensari debeat, immo, sicuti Nicolaus I. cognationem spiritualem cum legali comparat eamque multo fortius matrimonium impedire statuit in *can.: Ita diligere. 30. q. 3.*, ibi: »Si ergo iuter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit, quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare quos per coeleste Sacramentum regeneratio s. Spiritus vincit«, ita dubitari potest num asserta dispensatio regulari queat juxta dispensationem cognationis spiritualis, quam seclusa linea recta in compaternitate non difficile accedente justa aliqua causa concedi testatur *Vinc. de Justis de dispens. matr. lib. 2. cap. 5. n. 72.*

Fusius haec oportuit exponi in folio, quia nulla oratoris scripta ob ejus inopiam circumferentur. Decernere autem non gravabuntur Emineutiae VV.:

1. *An constet de impedimento cognationis legalis in casu de quo agitur?*

Et quatenus affirmative,

2. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione?*

S. C. C. resp.:

Ad utrumque affirmative.

Die 25. Sept. 1734.

2) Spiritualis.*)

Vd. t. I. p. 353. n. 25.

I. Ex iterato baptismo non contrahitur.

Vd. *t. II. p. 124. c.*

Foruagen.

Max. Cambrier sub jurata promissione de contrahendo matrimonio rem habuit cum Theresia Sculchriz; ex hac copula orta est filia quam obstetrix statim baptizavit. At quoniam ibi magnus esse dicebatur sagarum numerus Theresia dubitans praefatam obstetricem esse unam ex eis ideoque baptismum ab illa minus rite collatum die sequenti

*) Cognatio spiritualis est propinquitas inter aliquas personas proveniens ex dispensatione sacramentali solius baptismatis et confirmationis, *Scotus in 4. dist. 42. qu. 1. n. 2.* et *est in re communis, argum. tot. Titul. de cognatione spirit.* et *caus. 30. qu. 1. et 3, Concil. Trid. sess. 24. de ref. matrimon. cap. 2.* Dicitur notanter *solius baptismatis et confirmationis*, quia per dispensationem baptismi et confirmationis fit spiritualis quaedam generatio; baptismus enim dat primam vitam spiritualem, quae dein per confirmationem perficitur et roboratur, ut cum *s. Thoma* advertit *s. Bonaventura in 4. dist. 42. art. 1. quaest. 3.* et notatur *in cap.: Ita diligere 1* et *cap. Placitum 2. caus. 3. quaest. 1* Unde merito per solam dispensationem baptismi et confirmationis et non per dispensationem aliorum Sacramentorum contrahitur cognatio spiritualis, ut expresse habetur *in c.: Quamvis 3. de cognatione spirituali in 6.*, ibi: »Ex datione vero aliorum Sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur quae matrimonium impediat vel dissolvat.«

videns filiam aegrotare et morti proximam reperiri, iterum sub conditione baptizavit.

Hinc dubitatur ortam fuisse iuter Maximilianum et Theresiam spiritualem cognationem atque dubitandi ratio augeretur ex eo, quod dum infans post triduum ad ecclesiam duceretur pro cathechismo obstetrix visa est indignari et audita fuit dicere baptismum ab ea collatum esse meliorem baptismo solemni attenta quod ipsa in actu collationis addiderat duo verba praeter illa quae proferri solent a parocho.

Juxta hanc facti speciem Maximilianus et Theresia humiliter supplicant declarari:

An inter eos orta fuerit spiritualis cognatio ita ut matrimonium inter eos contrahi vel post controversam cognationem contractum subsistere valeat?

S. Congregatio etc. resp.

Non fuisse ortam cognationem spiritualem.

Die 16. Decb. 1684.

Tolentinaten.

Vd. *Affinitas spirit. t. I. p. 380.; Matrim.* (Valid. const., decr. *Leopolien*) *Cognat. spirit. Procurat.; Baptis.* (reiter. vetita etc. t. II. p. 124. c.)

(Conc. Tr. c. 2. sess. 24. de ref. matr.)

Cupientibus Constantia Mufetti Vidua relicta qu. Catervi Tacci et Aloysio Paci Nobilibus Tolentinatibus matrimonio invicem copulari dubium emersit: *Num inter eos intercedat impedimentum cognationis spiritualis eo quod in libris baptismorum compertum sit, praefatum Aloysium suscepisse de s. fonte baptismi Philippum Nicolaum filium ejusdem Constantiae et memorati Catervi ejus defuncti Viri?* prout patet ex partita extracta ex eisdem libris hujus tenoris:

Die 10. Martii 1702 Philippus Nicolaus Barnabeus filius perillustris D. Catervi Taccii et D. Constantiae conjugum natus die Veneris decima currentis ut supra hora decima cum dimidia de licentia Rev. Vicarii generalis baptizatus a R. D. Andrea Patiani et a D. Aloysio Paci et a Constantia Bonelli de sacro fonte susceptus est: viceque versa praetendentibus novis sponsis, nullam propterea inter eos contractam fuisse cognationem spiritualem, cum Nicolaus fuisset per antea in puerperio matris baptizatus domi urgente necessitate ob ejus vitae periculum, idque ex inadverteutia parochi omissum fuisse adnotari in praedicto libro baptismi. Idcirco recursum habuerunt ad hanc s. C. pro declaratione: nullum scilicet ipsis ea de re obstare impedimentum juxta declarationem ejusdem S. C. in *Murana Cognationis spir. 13. Apr. 1869.* Datis itaque literis Episcopo pro iuformatioue hic suo Vicario geuerali commisit praemissorum iuformationem qui jurato examini subjecit nonnullos testes quos inter tres mulieres uniformiter deponunt sese de mense Martii 1702 adstitisse Constantiae in ejus domo parturieuti ac ob partus difficultatem ne infaus medius de utero editus coelesti lavacro inexpiatus decederet accitum fuisse sacerdotem Carolum Musettum quem quidem fatentur respersa aqua supra caput pueri qui nunc est Nicolaus Philippus pronuntiasse haec verba: Jo ti battezzo in uome del Padre e del Figliuolo e dello Spirito santo. Hujusmodi depositionibus consonat etiam fides extrajudicialis praefati Caroli sacerdotis recognita à testibus habentibus notam mauum non autem ab eodem utpote ut dicitur absente profugo et contumaci. Verum Andreas Patianus qui descriptus est in recensita partita libri baptismorum etiam juratus deponit eum baptizasse Philippum in ecclesia absque ulla conditioue praesentibus Vicario generali et parocho tunc temporis aliisque pluribus uec unquam notum sibi fuisse asseverat euudem Philippum domi extitisse baptizatum nisi aliquot abhinc diebus. Episcopus vero transmittens processiculum desuper confectum refert baptismum collatum in ecclesia non habuisse aliam ratioueu quam supplendi caeremonias juxta ritum ecclesiae nullumque iuduxisse impedimentum cognatiouis spiritualis atteuta validitate primi baptismi domi ritè collati uti fusius ex eadem relatione ac aliis in processu contentis dandis in summar. Hinc hodie oratores humiliter petunt ab EE. VV. declarari:

An inter Constantiam Muselli et Aloysium Paci ortum sit impedimentum cognationis spiritualis quominus possint inter se matrimonium contrahere?

S. C. C. resp.: Negative.

Die 16. Maji 1711.

II. Ex collato baptismo privato (domi) adest.

Emmanuel de Soto et Maria de Manzanades Hispalen. ad invicem promiserunt matrimonium inter se contracturos; postea vero quaedam alia mulier quae gravida facta erat a praedicto Emmannele peperit et timore subitaneae mortis obstetrix baptizavit foetum quem dum super ipsum aqua infundebatur manibus suis tenuit praedicta Maria ignorans ex praedicta actione posse sibi aliquod impedimentum ad praedictum matrimonium oriri; quod si praesciisset nequaquam praedictum foetum manibus tenuisset. Supplicatur modo Illmis DD. VV. pro opportuna declaratione:

An ex praemissis aliqua spiritualis cognatio inter praedictos Emmanuelem et Mariam contracta fuerit quae ipsos matrimonium promissum facere impediat?

Die 17. Apr. 1603. s. Congregatio censuit: Si Maria habuit animum levandi infantem de sacro fonte, contractam esse cognationem spiritualem.

Supplicatur per s. Congregationem declarari:

An dispositio Concilii decernens in Sacramento baptismatis contrahi cognationem spiritualem inter suscipientem et patrem ac matrem suscepti habeat locum in baptismo sine solemnitatibus ob necessitatem domi sequuto?

S. Congregatio censuit: Dilata et scribant theologi.

Die 29. Maji 1677.

Votum I.

Praesens dubium a doctoribus varie fuit decisum et tamen habet in ventre propriam resolutionem negativam. Si enim ejusmodi baptismus dicitur administrari sine solemnitatibus tenentes in eo neque munus obeunt neque efficiuntur veri patrini quorum adhibitio est altera ex solemnitatibus et caeremoniis ecclesiasticis, ut cum Soto, Gallego, Emmanuel, Vega, Suarez et aliis communiter sensit *Henriquez lib. 2. cap. 8.*

Et in facto isti tales nec profitentur catholicam fidem nomine pueri baptizandi nec pro eo polliceutur renunciationem contrariis quae sunt partes principaliores ac velnti constitutivae patrinorum et videmus tenentes in baptismo solemni in ecclesia administrato eas exequi, respondendo presbytero baptizanti per verbum *Credo* et respective per verbum *Abrenuncio*, cum usus susceptoris teste *divo Dionysio cap. ult. eccles. Hierar.* ob id fuerit ab ecclesia inventus et habetur *cap. Vos ante de consecrat. dist. 4.* et penes *Abbatem in cap. Veniens n. 4. de cognatione spirituali.*

Hinc inolevit usus communis quod suscipientes in baptismo domi administrato nec vocentur compatres nec pro talibus habeantur, de quo *Bonacina de matrimonio quaest. 3. punct. 5. §. 2. proposit. 3. n. 11.* Revera enim praestant nudum factum materiale substentando puerum, ut commodius baptizari possit.

Non obstat baptizantem in ea necessitate contrahere cognationem, quia baptizans confert verum sacramentum; at qui sic tenet vel suscipit non dicitur proprie et formaliter tenere, quia susceptio propria et formalis est una de solemnitatibus ab ecclesia institutis ac proinde solemnitate deficiente deficit quoque vera susceptoris ratio. *Granados. in 5. par. contr. 4. tract. 2. disp. 5. n. 4.* Quae negativa opinio iunixa rationibus supra recensitis aliisque a *Pasqualigo* adductis in theoria et praxi, ubi egregie articulum examinat, videtur ulterius magis ad mentem s. Concilii citato capite 2. Cum enim ad obviandum peccatis et scandalis numerum impedimentorum coarctare decreverit provenientium a cognatione spirituali in baptismo et confirmatione contrahen. ultra in eo literaliter expressa semper standum est pro non impedimento; atqui ex contextu apparet s. Concilium loqui de suscipiente in baptismo administrato a parocho in ecclesia et solemniter; non est igitur protrahenda cognatio ad tenentes in baptismo domi administrato de quo inibi nulla fit sive expressa sive tacita mentio.

Tanto magis quia in similium baptismorum administratione accidit frequentius ut non deligantur susceptores sed necessitate compellente indiscriminatim obvii admittantur ad tenendum; et tamen s. Concilium aequitati parcendo indulsit per baptizandi parentes patrinos designari et non designatos cognationem spiritualem nullam contrahere, ibi: »Quod si alii ultra designatos baptizatum tetigerint cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.« Ex quibus duorum

alterum evenire necesse est, aut invitos multoties parentes sibi assumptores compatres contra indultum a s. Concilio aut deficiente designatione quae in administratione baptismi minus solemni vix fieri potest ob penuriam hominum qui praesto sint, quoad hoc compatres non efficerentur ex defectu designationis, etiam in casu, quod affirmativa proderet a s. Congregatione resolutio, quae rem magis faceret intricatam. Ita etc.

Franciscus Cossettus.

Votum II.

Pro solutione dubii notandum primo hoc impedimentum cognationis spiritualis inter susceptorem seu patrinum et parentes baptizati inveniri primo impositum in Concilio Nicaeno 1. *can. 31.* Deinde confirmatum a *Deusdedit* et *Symmacho* et tandem a *Concilio Trid.* Notandum secundo quod aliqua persona duplici modo potest esse tenens vel suscipiens in baptismo, I. tamquam adjuvans baptizantem et ut dicitur in scholis materialiter et absque animo exequendi munus patrini, II., cum hoc animo et, ut dicitur in scholis, formaliter.

Hoc supposito de primo nullum est dubium, sed de secundo ideo respondetur ad dubium: *Affirmative.* Ratio est, quia haec prohibitio seu hoc impedimentum cognationis spiritualis appositum est ab ecclesia ob pietatem et religionem sacramenti, ut habetur ex *Nicolao 1. ad consult. Bulg. c. 2.* et est in *can. 1. 30. qu. 1.*: Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio jungit, quanto magis a carnali oportet contubernio cessare, quos per coeleste sacramentum regeneratio s. Spiritus vincit; longe igitur congruentius filius patris mei vel frater meus appellatur is quem gratia divina potius quam humana voluntas ut filius patris mei vel frater meus esset elegit. *Haec Nicolaus.* Sed baptismus qui domi sine solemnitatibus confertur est verum sacramentum regenerationis et vere in eo coelestis gratia confertur. Igitur tenens in eo est vere pater spiritualis et ideo huic sacramento eadem prorsus reverentia ac religio praestanda est quae alteri cum externis caeremoniis ac solemnitatibus ministrato, quia idem essentialiter sunt.

Confirmatur ex *cap. 1. de cognatione spirituali in 6.* ubi agitur de personis contrahentibus cognationem spiritualem in baptismo et confirmatione et nulla prorsus fit mentio de solemni aut non solemni; sed tantum de his sacramentis et quod per ea contrahitur. Alioquin si Episcopus sine solemnitate et in privata domo confirmaret aut baptizaret suscipiens in neutro casu contraheret cognationem, quod nemo *Credo* dicet cum ecclesia non propter solemnitates apposuerit hoc impedimentum sed propter sacramenta haec quia suscipientes respectu susceptorum evadunt patres regenerationis in fide, per baptismum et confirmationem in eadem et in confirmatione et compatres et cum parentibus naturalibus. Aeque tamen regeneratur quis in fide et confirmatur per baptismum et confirmationem privatam ac per solemnem; igitur aequalis in utraque paternitas et compaternitas fatenda est.

Confirmatur secundo: Nullus canon nullaque pontificia constitutio facit mentionem de solemnitate aliqua dum statuunt suscipientes in baptismate evadere patres spirituales susceptorum et inter eos cognationem oriri spiritualem. Debuisset tamen apponi haec conditio et circumstantia si foret essentialiter necessaria. Cum ergo ecclesia neminem decipiat vel perplexum aut in periculo peccati relinquat in sacramentorum ministerio et matrimoniorum contractibus et per XVI. secula de hac circumstantia solemnitatis non sit loquuta evidens signum est non requiri ad eam contrahendam. Assumptum in antecedenti patet ex lectione ss. canonum et constitutionum. Nam prae caeteris Symmachus in *can. Omnes 30. qu. 1.* ait: »Nostri sunt spirituales filii ipsi quos vel nobis suscipientibus vel trinae mersionis vocabulo mergentibus unda sacri baptismatis regeneravit.« Ubi nulla fit de solemnitate mentio sed de baptismo tantum. Concilium ipsum Trid. nullum facit verbum de solemnitate et tamen in omnibus et praesertim in statuendis impedimentis matrimonium dirimentibus sicut et in caeteris cunctis distincte et absque diminutione semper processit.

Pius V. *const. 14.* ubi de hac cognatione loquitur in baptismo contracta loquitur absque distinctione solemnis vel privati.

Cathechismus romanus *p. 2. de sacram. baptismi*, postquam *n. 26.* narravit ex Dionysio Areopagita antiquam esse consuetudinem ex Apostolorum documentis ut parentes

naturales postquam filium baptizandum curassent alicui docto viro tradebant qui in fide eum instrueret, in *n. 28.* loquens de his patrinis ait: Quamobrem sapientissime a s. ecclesia constitutum est ut non solum is qui baptizat cum baptizato sed etiam susceptor cum eo quem suscipit et eum ejus veris parentibus affinitate devinciatur ita ut legitima nuptiarum foedera inter hos homines iniri non possint atque inita dirimantur. Ubi de omni suscipiente loquitur. Neque valet opponere quod catechismus intelligi debeat de baptismo solemni et a parocho collato, quia ex ipsomet catechismo colligitur hanc privativam potius rejici quam firmari. Nam ibidem *n. 23.* tradit quibusnam ex officio competat baptizare; *n. 24.* docet in casu necessitatis omnes de populo sive mares sive foeminas, haereticos, judaeos et alios infideles posse baptizare dummodo facere intendant quod facit ecclesia; in *n. 25.* docet ordinem servandum inter praesentes quando quis est baptizandus ut sacerdos praeferatur clerico, clericus laico, laicus mulieri et nunquam de solemnitate loquitur. Imo in *cap. 24. de baptismo* dato in necessitate dicit: Sine solemnitatibus et caeremoniis baptizare possunt. Et nihilominus a *cap. 26.* usque ad *cap. 31.* loquitur de patrino adhibendo in baptismo, de munere ejus, de numero et de vinculo ex susceptione contracto. Igitur sicut loquitur de omni baptismo sive solemni sive non et de patrino adhibendo, non distinguendo de hoc vel illo baptismo ita intelligendus est de effectu sequente ad omnem patrinum omnis baptismi, alioquin si parochus ipse baptizaret private adhibendo patrinum neque hic contraheret spiritualem affinitatem quae nova essent in ecclesia.

Confirmatur tertio a paritate ex *glossa in casu cap. 1. de cognition. spirit. in 6.* Baptizans sine solemnitate etiam laicus evadit pater spiritualis baptizati et contrahit cum eo ejusque parentibus cognationem spiritualem, ergo etiam suscipiens in eo baptismo, sicut enim baptizans est pater spiritualis quia regenerat spiritualiter neque per aliud evadit talis in solemni nisi quia regenerat ita suscipiens qui in eam regenerationem, neque video qualis possit assignari disparitas.

Nemo ex scholasticis inquam hanc distinctionem admisit ant negavit ex baptismo privatim collato contrahi cognationem spiritualem sed omnes absolute et absque distinctione docuerunt per duo sacramenta baptismum et confirmationem contrahi cognationem spiritualem. Videatur *Mensis 2. p. q. 38. memb. 2., d. Thomas 4. sent. dist. 42. qu. un. sub A.* ubi ait cognationem spiritualem esse vinculum contractum ex dispensatione sacramentorum baptismi et confirmationis idemque ipsissimis verbis repetit *ibidem K.* nec unquam distinguit de baptismo solemni vel privato.

Primus omnium qui distinxit fuit *Sotus in quarto sent. dist. 42. q. 1. art. 2.*, ut accurate notavit *Basilius Pontius de matrim. lib. 7. c. 4. n. 5.*, et eum impugnat, quod sine fundamento id dicat. Et mihi verum dicere videtur. Nam ubi est regeneratio spiritualis adest cognatio spiritualis; at per sacramentum non per sacramentalia fit regeneratio; igitur cum tam privatum quam solemne baptismi sacramentum sit vere regenerans per utrumque fiunt patres et compatres.

Sotum sequuti sunt alii; sed quos viderim pauci ut *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 62. n. 13.* inquiens esse probabiliorem negativam, *Emanuel La in summa t. 1. c. 236.*, *Hurtadus disp. 18. diff. 6.*, *Bonacina de imped. matr. de cognat. spirit. §. 11. n. 11.* Sed nullam isti afferunt rationem. Imo *Bonazina ibidem* dicit quod si laicus baptizet in extrema necessitate et sine solemnitate contrahit cognationem spiritualem. Quare postea neget tenentem non contrahere, non video. Citari solet Suarez ab eodem Bonacina et ab aliis, sed ego salva pace dico immerito, quia hic auctor *in 3. p. q. 67. art. 8. dub. ult.* loquitur cum distinctione, si in baptismo privato quis tenet puerum animo fungendi munere susceptoris vere contrahit, sin minus nequaquam; et haec mihi videtur est propria et adaequata responsio quam alii quoque sequuti sunt.

Partem vero affirmativam cum hac distinctione tamen intelligendam docuerunt *Navarrus in Man. c. 22. n. 40.* sic loquens: »Notandum errare illos qui cum puer in domo baptizatur propter necessitatem vel sine necessitate et postea cum in ecclesia exorcizatur et ungitur chrismate credunt ex hoc posteriori actu oriri cognationem et non ex priori, cum aliter res se habeat, quia posterior actus non est sacramentum sed sacramentale etc.« Navarrus autem erat canonista Poenitentiariae et ideo versatissimus in ejusmodi materiis et cui multum est deferendum et hac de causa *Coninch. in tract. de matrim. disp. 32. n. 39.* citato Navarro eum sequitur, dummodo teneus puerum in eo baptismo susceptoris munus obire intendat; et pro eadem sententia *Sa* verbo: *matrimonium de impend. n. 5.*, *Candelabrum 1. p. de matrim. n. 154.*

Ideo huic sententiae affirmativae adhaereo et propter rationem et propter auctores et praesertim Navarrum in his materiis versatissimum in romana curia sic docentem.

F. Laurentius de Laurea.

Votum III.

Jametsi sententia affirmans in casu habeat pro se auctores bonos nec paucos et fundamenta minime contemnanda proinde utraque probabilis merito reputetur tenendum nihilominus absolute videtur tamquam consonantius Concilio et sensui communi fidelium conforme solos suscipientes in baptismo solemni esse vere proprieque patrinos et consequenter eosdem solos contrahere cognationem spiritualem; vero eos qui suscipiunt in baptismo privato esse patrinos improprie secundum quid et similitudinarie tantum nec contrahere ullam cognationem spiritualem impeditivam, irritativam matrimonii. Ita docet *Castropalaus p. 4. tract. 19. punct. 11. §. 2. n. 12.* cum Soto, Sanchez, Hurtado et aliis apud ipsos.

Ratio est, quia institutio patrinorum eorumdem specialis obligatio et autoritas atque cognatio spiritualis nititur solo jure ecclesiastico, quod perantiquum quidem est sed redactum jam ad solum praeindicatum Concilii Trid. decretum utpote correctivum ac limitationem anteriorum canonum quoad punctum ut patet ex ejus prologo et clausula finali. Concilium autem cum restrinxisset initio numerum suscipientium seu patrinorum et limites cognationis spiritualis eorumdem praecipit immediate parocho ut diligenter ab iis ad quos spectabit sciscitetur quem vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant et eum vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat.

Hinc colligitur nomine suscipientium seu patrinorum illigatorum cognatione spirituali eos tantum agnosci a Concilio, qui adhibentur in baptismo solemni. Siquidem in hoc solo baptismo intervenire parochos cum suscipientibus designatis per parentes aut tutores baptizati nec aliorum suscipientium in baptismo privato mentionem habet nec etiam meminit Concilium.

Rursus circa eosdem solos baptismi solemnis patrinos praecipitur inibi parocho ut eorum nomina describat in libro et insuper ut doceat eos quam cognationem contraxerint ne ignorantia ulla excusari valeant. Si autem susceptores seu patrini adhibiti in baptismo privato essent vere et proprie patrini et contraherent similiter cognationem spiritualem, eadem prorsus fuisset necessitas ut parochus curaret de ipsis, notaret in libro eorum nomina, eosdem moneret de cognatione contracta ac proinde debuisset hoc itidem ei praecipere Concilium ne decretum ipsius evaderet diminutum ac defectuosum in re tanti momenti pro matrimoniis legitimis et pro eventibus non admodum infrequentibus. Noluit igitur Concilium patrinos in baptismo privato esse proprie ac juridice tales sicut baptizans est proprie talis ex jure divino sive baptismus sit solemnis sive privatus ideoque hic semper, illi solum in baptismo solemni contrahunt cognationem spiritualem.

Eodem pertinet ob identitatem rationis textus Concilii qui sequitur immediate; *Quod si alii ultra designatos baptizatum tetigerint cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.* Nempe tangentes seu suscipientes in baptismo privato, quacumque demum voluntate ac proposito tangant, tam sunt exsortes conditionis seu formae requisitae a Concilio ut eligantur per eos ad quos pertinet et admittantur a parocho, quam sunt exsortes ejusdem conditionis, qui praeter designatos tangunt in baptismo solemni.

Confirmatur valide haec intelligentia Concilii ex communi fidelium sensu ac modo agendi, quem esse attendendum recte monet *Sanchez lib. 2. de matrim disp. 62. n. 14.* ex late eam in rem discussis ab Everardo susceptores nimirum in baptismo privato adhibiti nec compatres nec patrini communiter appellantur nec vel a baptizato vel ab ejus parentibus agitur cum illis eo modo vel reverentiae vel familiaritatis specialis. Ergo hi soli et non etiam illi reputantur et sunt vere proprieque patrini et spiritualiter cognati. Adderem in fine praesens decretum, licet videri alicui possit odiosum ideoque

stricte interpretandum quatenus et correctivum canonum praecedentium esse tamen re ipsa favorabile potius absolute uti advertit *P. Sanchez*, quia favet ex professo amplissimae libertati circa matrimonia eorumdemque a tricis et ambiguitatibus liberationi, ut apparet ex praeno to prologo et clausula finali, est igitur interpretandum potius ampliative cum exclusione cognationis spiritualis patrinorum baptismi privati eo vel maxime quia ejusmodi cognatio utpote occultior esset prae ceteris obnoxia tricis et ambignitatibus ut patet considerauti. Ita censeo sub correctione sapientiorum.

Martinus de Esparza. S. J.

Votum IV.

Respondetur I: Legitimi parentes dum proles suas ex necessitate baptizaut aut in baptismate suscipiunt nullam contrahuut cognationem spiritualem. Liquet ex rescripto Joannis PP. VIII. ad Anselmum Episcopum Lemovicensem; nescio quem Stephanum, quod filium suum in extremo vitae positum nec baptismatis uuda lotum absentia scilicet sacerdotum necessitate cogente baptizasset eumque propriis manibus suscepisset, Anselmus Episcopus separaverat a conjugii thoro et usu matrimonii; censebat maritum duplici spiritualis cognationis vinculo innodatum, altero per proprii filii baptismum, altero contracto per baptismalem ejusdem filii susceptionem. At vero consultius Joannes Pontifex censuit longe aliud expeudens Domiui verbum: *Nemo potest dimittere uxorem nisi ex fornicatione*, et ex ipso rescripsit: »Nos tantae authoritatis jussione freti dicimus esse inculpabile judicandum quod necessitas intulit.

Nam baptizandi hoc opus etiam laicis fidelibus juxta canonicam sanctiouem si necesse fuerit facere libere conceditur, uude si supradictus genitor filium suum corpore morientem adspicieus ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret, sacri baptismatis unda lavit bene fecisse landatur et idcirco suam uxorem sibi jam optime sociatam impune quamdiu vixerint judicamus manere conjunctam neque ob hoc coutra auctoritatem divinam aliqualiter separari debuisse.«

Hoc ipsum in sua totius Angliae Londineusi synodo sanxit Hubertus Archiepiscopus Cautuarensis, si in necessitate puer baptizetur a laico, quod fieri potest a patre vel a matre absque matrimonii praejudicio et sequentia per sacerdotem expleantur, nempe sacri baptismales ritus qui non possunt expleri a laicis. Omnis ista synodus extat apud Rogerum Hovedensem.

Eamdem sententiam ample docet in VII. sententiarum libro Rubertus Pullus hujus S. R. E. Card. et Cancellarius et adjungit causam: »Lex charitati deserviens sanxit ut nemo eam ducat nec cum eo dormiat cujus filium aut filiam de fonte baptismi suscepit, imputans hujusmodi susceptionem quemadmodum ut cognationem simul cum affinitate sufficere posse ad hoc ut qui taliter sunt conjuncti sese iuvicem diligant. Unde decretum est ut quos hujusmodi conjunctio non sociat eos conjugii copula ad invicem vinciat. Quod ergo charitas adinvenit contra eam non militet dum uisi contra hujusmodi instituta quid agitur salus hominis negligatur. Itaque cum aliter facere non possis ipse tuam sobolem baptizes aut ad baptismum si ita fieri potest deferas.

Responderem II: Dum quis sacerdos aut laicus alienam prolem domi sine ritibus baptizat ob pueri necessitatem ab ipso contrahitur consuetum spiritualis cognationis vinculum. Ita palam docet idem Robertus Pullus. Etenim nullum excipit eorum nisi dum parens propriam prolem ex necessitate baptizat, et adjungit hujus exceptionis causam: »Qui saluti quae aliter deperiret consulens pio animo baptismum suae prolis celebrat is pro tali causa e conjuge separari non debet ne parvulum malit perire quam conjugem amittere.« Ad exceptionis subsistentiam requirit duo: et conjugum et prolis necessitatem. Quare illa non habet locum in extranea persona. Quinimo si »quis spuriam aut naturalem prolem ex tali necessitate baptizet cum ejus matre omnino contrahit consuetum vinculum, quoniam illi non suffragatur favor matrimonii. Hic favor est palmare exceptionis fundamentum. Etenim illum ss. canones admittunt etiam dum quis ob necessitatem baptizat suum privignum aut privignam.

Ejusdem sententiae fuit praefata Huberti Archiepiscopi synodus; lucide enim affirmat laicum ob extremam pueri necessitatem posse baptizare et adjungit quod fieri potest a patre vel a matre absque matrimonii praejudicio.

Palam supponit: ab aliis nisi cum isto praejudicio.

Eamdem regulam sequutus est Joannes VIII.; affirmat enim Stephanum isto vinculo non fuisse obstrictum quod in sui filii baptismate non peccasset ideoque matrimonii sui usu quae olim erat frequens et gravis poena non esset privandus; exceptionem hanc manifeste etiam fundat in favore matrimonii.

Eadem imo potior est ratio de quovis tertio talis baptizati susceptore. Etenim susceptio uon est tantae necessitatis ac baptismus. Hinc sine illa potest privatim peragi. Hinc per ipsam quis longe minus eximitur a consueto spiritualis cognationis vinculo. Ita salvo meliori etc.

Romae 7. Julii 1677.

Fr. Christianus Lupus.

Votum V.

Respondeo principium bene judicaudi in hac quaestione desumendum esse ex ratione legis statuentis cognationem spiritualem. Nam si ista ratio aeque militet in baptismo privato ac in baptismo solemniter celebrato et cognatio spiritualis aequalem in eo habebit locum. Rationem legis statuentis cognationem spiritualem tradit d. Thomas fulgentissimus ecclesiae sol in *supplem. q. 56. a. 3. in corpore* dicens: »Sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex patre et matre sic in generatione spirituali aliquis nascitur filius Dei sicut patris et ecclesiae sicut matris; sicut autem ille qui sacramentum confert gerit personam Dei cujus instrumentum minister est ita ille qui baptizatum suscipit de sacro fonte aut confirmandum tenet gerit personam ecclesiae. Unde ad utrumque spiritualis cognatio contrahitur.«

Ex quibus diceudum videtur dispositionem Concilii memoratam habere locum in baptismo siue solemuitatibus ob necessitatem domi secuto. Nec enim defectus solemnitatum nec necessitas impediunt quin baptismus privatus sit vera generatio spiritualis in qua baptizans vere gerit personam Dei et suscipiens vere gerit vicem ecclesiae.

Nec obstat quod baptismus possit fieri sine suscipiente; nec hoc tantum probat non esse aequalem baptizautis et suscipientis necessitatem. Attamen supposito quod adhibeatur suscipiens habet se sicut mater vicem gerens ecclesiae et ad generatiouem spiritualem vere cooperatur; de qua cooperatione ait sol angelicus *loco cit ad 2.* quod non ratione instructionis debitae sed ratione generationis spiritualis ad quam cooperatur cognationem spiritualem contrahit.

Ita sentio salvo meliori judicio.

F. Carolus ab Assumptione Carmelitarum excalceatorum per Gallobelgium provincialis.

Votum VI.

Bme Pater.

Valde pugnant inter se recentiores theologi in controversia de impedimento cognationis spiritualis, an contrahatur, cum aliquis tenet puerum in baptismo privato.

Doctorum aciem pro utraque parte copiose deduxit Rmus D. mens Brancatius pro ea qua pollet rerum theologicarum peritia. Sed mihi ad summum Apostolatum non sunt deferenda quorumque doctorum placita praesertim cum videam hoc nostro tempore admodum relaxari opiniones morales ex eo videlicet, quod ut dicit s. Thomas ad Annib. ibi: »Cui complacet opinio diligenter inquirit illa quae sunt pro illa opinione et negligit ea quae sunt contra. Et inde fit, ut continuo moliantur novas opiniones de quarum probabilitate non immerito metuunt timoratorum conscientiae; satius quidem esset regulam consectari quam tradit Gregorius PP. VII. pro antiqua Sedis apostolicae praxi ubi dicit: *Ad ss. Patrum decreta doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil adinventione nostra statuentes.* Quod etiam in moralibus servari opportere quibus christiana vita et mores et omnis sacerdotis cathalogus regi oportet, dixerat VIII. synodus *can. 1.* et *Coelestinus 1. epist. 5.* improbat eos qui novos mores iuvehunt in ecclesiam contra ordinem a patribus traditum, ibi: »Nam si studere incipiamus novitati traditum nobis a patribus ordinem calcamus ut locum superstitiouibus faciamus.«

Ergo nounisi temere uonnullae docentur opiuiones morales, non prius bene perpenso quid contra eas habeat ss. patrum traditio et antiquus ecclesiae mos; sic enim passim negliguntur ea quae sunt contra easdem opiuiones eo quia complacet earum laxitas, ut dicit s. Thomas, et calcatur ordo a ss. PP. traditus quod improbat Coelestinus.

Ita certe factum videtur in casu istius dubii. Primus qui distinxit inter baptismum

solemnem et privatum asseruitque non contrahi cognationem spiritualem a tenentibus in baptismo privato fuit Dominicus *Soto in 4. sent.* Postea multi alii eamdem opinionem tradiderunt, nil aliud allegantes quam ejusdem Soti authoritatem ac rationem ita ut hodie plus quam 30 pro ea opinione numerentur doctores; sed videamus quam exacte Sotus ea quae sunt contra hanc suam opinionem expenderit vel Patrum traditionem ac ecclesiae morem et praxim pro sua parte deduxerit. Ejus verba sunt obiter et in responsione *ad 2. arg.*, ibi: »Verumtamen quum illic non celebratur solemniter sacramentum non plane affirmarem quod si quis puerum teneret cui alter aquam infunderet tenens illam cognationem contraheret, quia ubi non est solemnitas non dicitur proprie susceptor.« Sic ipse loquitur dubitative et uti dici solet ex abundanti et obiter hanc materiam attingendo nullam reddens sui dicti rationem nisi quae erat probanda. Hoc enim est in controversia: an scilicet ubi non est solemnitas suscipiens dicatur proprie susceptor et hic fuit primus foetus istius opinionis quae postea ex accessu tot doctorum duce Thoma *Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 62. n. 15.* in gigantem excrevit. Et tamen non videtur quam debilis sit opinio et quam levi subnixa fundamento, nulla nec canone nec traditione nec autoritate fundata.

Certe in re tanti momenti inprimis inspicienda traditio et videndum quando et cur istud cognationis impedimentum fuerit introductum et quomodo ipsum catholica ecclesia perpetuo intellexerit.

A tempore Apostolorum fuisse adhibitos susceptores in sacramenti baptismi et confirmationis habemus ex Dionysio Areopagita, Tertulliano, Justino martyre et aliis et de hoc nulla est inter catholicos controversia. S. Dyonysius eos appellat fidejussores, Justinus offerentes, Tertullianus sponsores, Augustinus fidejussores et fidedictores, quia pro baptizatis loquuntur prout pariter eos vocat patrinos Hyginus Papa *cap. In catechismo de consecr. dist. 4.* et sic etiam patrini appellari consueverunt successivis ecclesiae temporibus ut tradunt *Alcuinus de div. off.*, *Strabus. de reb. eccl.*, *Hugo Victorinus* et alii.

Ex quibus muneribus et officiis quae a patrinis praestabantur resultavit quaedam conjunctio vel cognatio inter ipsos et baptizatum ac ipsi baptizato propinquiores; unde etiam tempore Apostolorum appellabantur *cognati*, ut testis est *Origenes ad cap. 16. epist. ad Romam*, ibi: *Lucas et Jason et Sosipater cognati mei*, ubi Origenes censet eam cognationem fuisse ex baptismo contractam.

Debuit quoque ex hac conjunctione nasci quoddam certum impedimentum matrimonii ad instar cognationis carnalis, quod certo impedimentum ex traditione apostolica acceptum primo reduxit in canonem Concilium Nicaenum ex *Arab. can. 24*, ibi: »Nemo fidelium cum patre aut matre spirituali matrimonium contrahat.« Rationem vero cur ex hac cognatione nascatur istud impedimentum reddit Arabus supracitatus: »Ut sit distinctio inter spiritualem generationem atque carnalem«; et antea synodus in Trullo *cap. 53:* »Quoniam spiritualis necessitudo seu affinitas corporum conjunctione major est.« Et Justinianus in *l. Si quis alumnam C. de nuptiis*: »Ea persona omninode ad nuptias veuire prohibenda est quam aliquis sive alumnam sive non a sacro suscepit baptismate, cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem et justam nuptiarum prohibitionem quam hujusmodi nexus per quem Deo mediante animae eorum copulatae sunt.«

Quibus juribus et auctoritatibus tota ratio hujus impedimenti fundatur in eo quod affectio paterna resultans ex spirituali nexu et munere patrinorum non debet esse occasio copulationis corporum quae longe inferior est ut dixit *Hugo Victorinus in citat. lib. de Sacram*, ibi: »Propterea nec spiritualis cognatio cui reverentiam exhibere opportebat passim diffusa in matrimonii copulam abesse posset.«

Cur vero apostolica institutione ab ipso ecclesiae exordio adhibiti sint patrini in sacramento baptismi nec unum quidem ex patribus reperio, qui eos adhibitos asserat ad solam baptismi solemnitatem, nec proprioribus ecclesiae temporibus id asserere potuerunt, ut dicam infra.

Interim audiatur *Nicolaus I ad consulta Bulgarorum*, ibi: »Quoniam omnis homo sicut per alterius culpam id est Adae contraxit, unde purgatione per aquam baptismatis egeat ita cum ad fidem promittendam regenerationis occurrit ad undam alium eligit quodammodo patrem spiritualem videlicet a quo susceptus instruatur et omni custodia muniatur.« Ubi videmus apertissime patrinos

adhiberi ob generationem spiritualem, quae fiet in baptismo adeoque dicuntur patrini quia eidem generationi cooperantur, ut dixit *Hugo de s. Victore cit. lib. de Sacram.*, ibi: »Hi propterea patrini vocantur quia regenerandos ad vitam novam offerunt.« Et iisdem ferme verbis *s. Bonaventura in 4. sent.*, ibi: »Quia regenerandos ad novam vitam offerunt et in oblatione et responsione quodammodo faciunt ad ipsorum regenerationem ideo recte patrini vocantur.« Quod perpulchra ratione ac similitudine exornat *s. Thomas in 4. sent.* et radices effodit, unde oritur ut tam conferentes baptismum quam tenentes baptizatum contrahant cognationem spiritualem allato exemplo generationis carnalis: »Sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex patre et matre sic in generatione spirituali aliquis nascitur filius Dei sicut patris et ecclesiae sicut matris; sicut autem ille qui sacramentum confert gerit personam Dei cujus instrumentum et minister est ita ille qui baptizatum suscipit de sacro fonte tenet personam ecclesiae; unde ad utrumque spiritualis cognatio contrahitur.«

Eadem ferme habet *Riccardus a Med. Villa in dist. 42. art. 1.* et alii iisdem fere verbis.

Atque in hanc sententiam transierunt omnes antiqui patres ac theologi, qui etiam ex hoc principio deduxerunt obligationem patrini instruendi baptizatum de rebus fidei ad *tex. d. August. in cap. Vos ante omnia de consecrat. dist. 4.* Et hanc quoque obligationem fuisse in considerationem cur in primitiva ecclesia adhiberentur patrini testatur *s. Dionysius in lib. de coelesti Hierarchia*, ubi dicit: »Divinis nostris ducibus idest Apostolis in mentem venit et visum est suscipere infantes secundum istum sanctum modum quod naturales pueri parentes tradereut puerum cuidam docto etc.« Quam similitudinem iterum repetit *s. Thomas 3. p.* Dicendum quod spiritualis generatio quae fit per baptismum assimilatur quodammodo generationi carnali unde dicitur *prima Petri 2.:* »Sicut modo geniti infantes rationales sine dolo lac concupiscite.«

Unde et in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis qui fungatur vice nutricis et pedagogi informando et instruendo eum quasi novitium in fide de his quae pertinent ad fidem et ideo requiritur quod aliquis recipiat baptizatum de sacro fonte quasi in suam instructionem et tutelam. Sed quam stricte ac rigide id intelligeretur ac exigeretur in patrinis circa prima ecclesiae tempora satis ostendit *Nicolaus I. ad consult. Bulgar.* ubi nedum baptizatum instruendum esse a patrino sed etiam omni custodia muniendum ut velut depositum quoddam rectori ecclesiae repraesentetur, et si illam fidem respuat quam promisit ab illo a quo susceptus est debet per omnia revocari. Et jure merito; nam cum iis temporibus pauciores essent ministri et plurimi essent instruendi ac manutenendi in fide hoc modo aptissime omnibus providebatur, praesertim cum recentes baptizati velut parvuli non solum indigerent communi cura ecclesiae sed etiam speciali alicujus fidelis qui ad instar nutricis ac pedagogi eorum curam susciperet ut egregie *s. Thomas loco cit.*

Haec autem omnia a fortiori habent locum in baptismo privato et ministrato in casu necessitatis nedum quia hic etiam baptismus est vera regeneratio in vitam spiritualem nullo modo substantialiter diversa a baptismo solemni sed etiam quia baptizati in necessitate multo magis indigebant instructione et cura patrinorum quam baptizati solemniter. Certe si modum quem tenuit in primis saeculis ecclesia consideramus nullus in hac parte erit amplius dubitandi locus, cum baptismum solemnem semper praecederet catechismus, quo cathecumeni per plures dies, menses et etiam annos instruebantur antequam baptizarentur.

In casu autem necessitatis statim etiam non instructi et sine ullo cathecumenatu ad baptismum admittebantur. Constat hoc ex *canon. 42. Concilii Eliberitani* circa tempora *Nicaeni primi* ubi statuitur: »Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt si bonae fuerint conversationis intra biennium temporis placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellenti coegerit ratio vel socio subvenire periclitanti vel gratiam postulanti.« Sed et ab Apostolis triennii spatium assignatum fuit prout tradit *Clemens Romanus in Constitut. apostol. lib. 8. c. 32.*, deinde cum urgentibus persecutionibus id tempus fuisset relaxatum huic malo occurrit Concilium Nicaenum I. *can. 2.* statuens ne id amplius fieret et statuta jura a primo tempore servarentur. Paulatim vero ad tres menses hoc tempus contractum fuit ut scribit *Clemens I. epist. 3.* Tempore s.

Hieronymi consuetudo erat ut baptizandi per 40 dies instruerentur ut ipse refert in epistola ad Pammachium. Postea id tempus iterum contractum fuit ad 20 dies, *cap. Ante vigesimum de cons. dist. 4.* Demum ad 18 dies cum feria 3. hebdomadae IV. quadragesimae catechismus inchoaretur ut sabbato s. cathecumeni baptizarentur ut text. est *Amalarii Fortunati lib. de eccles. off.*

Ac toto eo tempore quicumque solemniter erant baptizandi publice instruebantur in ecclesia de rebus fidei ut refert *Theodulphus Aurelianensis in libello de ord. baptismi*; et scribit s. Hieronymus citata epistola ad Pammach.: »Consuetudo apud nos hujusmodi est, ut iis qui baptizandi sunt per 40 dies publice tradamus adorandam ss. Trinitatem.« Et s. Augustinus *homilia 42. de orat. Domin.* testatur quod necesse erat cathecumenis ante baptismum fidei symbolum discere et memoriae mandare et singulis sabbatis ante baptismum repetere in ecclesia prout et antiquis canonibus cautum fuisse, ut nemo baptizaretur nisi memoriter ad minus symbolum Apostolorum et orationem dominicam sciret, dixit Concilium Limanum provinciale sub venerabili servo Dei Alphonso Mogrobesio.

In casu autem necessitatis cum non instructi baptizarentur opportebat eos postea instrui cessante mortis periculo de quibus Augustinus in *lib. de fide et operibus* dicit: »Prius baptizentur deinde doceantur quid ad bonam vitam moresque pertineat.« Atque eisdem Concilium Laodicenum *can. 47.* jussit concedi baptismum ita tamen ut si supervixerint fidei symbolum addiscant.

Quamobrem magis isti instructore indigebant qui non instructi baptizabantur private quam qui solemniter et longo catechesis tempore praecedente ad baptismum admitterentur. Quae igitur ratio suadere potest ut pro his non essent veri patrini qui eorum curam susciperent et pro illis solis qui antea instructi supponebantur fuerint iustituti patrini ab Apostolis et ecclesia?

Vel eo magis quod frequentiora fuerunt in primitiva ecclesia baptismata privata quam solemnia. Omitto Apostolos eorumque discipulos frequentius baptizasse in domibus, in vicis et in plateis per solam aquae aspersionem citra omnem solemnitatem, quoniam necesse tunc erat ita plurimos baptizari, prout a Philippo baptizatum fuisse Eunuchum refertur *act. 9.* et Cornelium centurionem a Petro, *act. 10.*, et Paulum ab Anania, act. 9. Deinde propter persecutiones et ecclesiae paupertatem nec ecclesia nec baptisteria neque aliquid ejusmodi erat unde fideles solemni ritu baptizarentur. Unde ut plurimum in fluminibus abluebantur prolata solum baptismi forma ut refert *Strabus cit. libro de reb. eccl.* dicens: »Sciendum est autem primo simpliciter in fluviis vel fontibus baptizatos fideles.«

Et *Honorius Augustodunen. in gemma animae:* »Sciendum est inquit quod Apostoli et eorum discipuli in fluviis vel in fontibus baptizabant.«

Hinc a loco et a tempore quo celebrabantur solemnia baptismata colligere licet passim ac frequentissime solum private ac baptismo minus solemni credentes baptizari consuevisse:

a *loco* quidem, nam urgentibus persecutionibus baptizabantur fideles in carceribus ut constat ex historia ss. Processi et Martiniani, in loco relegationis ut ex historia s. Clementis, in privatis domibus ut ex vita s. Marcelli PP. quae in antiquis martyrologiis citatur. Deinde solum extra urbes in locis abditissimis coeperunt aedificari baptisteria pro baptismis solemnibus ut constat ex Gregorio Turonensi; mox etiam intra urbes sed pro tota parochia vel dioecesi unicum tantum constituebatur baptisterium prope ecclesiam episcopalem ut statuitur in concilio Vernen. *can. 7.* Quare cum multoties baptisteria essent remotissima et plures vel molestia itineris vel navigationis difficultas deterreret ii omnes tamquam in necessitate constituti permittebantur baptizari private baptismo minus solemni juxta decretum *can. 12. Concilii Triburiensis*, ubi conceditur baptizari sine solemnitatibus, quos a die Paschae aut molestia infirmitatis aut longinquitas itineris aut navigationis difficultas intercluserit:

a *tempore* etiam quo celebrabantur baptismata solemnia infertur quam frequentia olim fuissent privata. Nam primus solus dies Paschae pro baptismo solemni erat constitutus; deinde crescente credentium multitudine etiam dies Pentecostes, quem alterius diei accessum putaverunt antiqui latissimum spatium pro tanta solemnitate. Utrumque habemus ex *Tertull. lib. de baptismo*, ibi: »Diem baptismo solemniorem Pascha praestat«; et paulo post: »Exinde Pentecostes ordinandis lavacris latissimum spatium est.« Quam consuetudinem tempore s. Leonis Magni etiam miraculum confirmavit, quod refert Pachasinus in epist. ad eumdem s. Leonem. Nam in Sicilia apud Meltinum fons baptisterii quotannis diviuitus implebatur. Extra vero diem Paschae et deinde etiam Pentecostes neminem licebat baptizari nisi private ac in necessitate ob aegritudinem vel periculum mortis ut constat ex Concilio Matisconensi et epistola Gregorii ad plebem Turrigunorum et Concilio Altissidioren. can. 8., ibi: »Non licet absque Paschae solemnitate ullo tempore baptizare nisi illos quibus mors vicina est quos grabatorios dicimus.«

Quod etiam dicimus de parvulis; hi enim sicuti caeteri adulti statim post baptismum solemnem sacro chrismate confirmabantur quod expressit Melchiades PP. epistola 1., ubi de baptismo et confirmatione dicit: »Sed ita conjuncta sunt haec duo sacramenta ut ab invicem nisi morte perveniente nullatenus possint segregari et unum sine altero rite effici [illegible] potest, ut Urbanus II. (verius I.) relatus in *cap. 1. de consecrat. dist. 5.*: »Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum post baptismum Spiritum s. accipere debent ut plene christiani inveniantur.« Atque omnium antiquissimus Clemens Romanus in *constit. apost.* ubi ritum et ordinem baptismi tradit dicit: »Postea Episcopus lineat baptizatos unguendo etc.« Et hanc fuisse antiquam ecclesiae disciplinam testatur Tertullianus: »Exinde inquit egressi de lavacro perungimur benedicta unctione de pristina disciplina.« Et etiam tempore s. Augustini confirmari consuevisse infantes post baptismum testatur ipse de facto proprio *tract. 6.* in cap. Joannis: Quando inquit imponimus manus istis infantibus, attendit unusquisque vestrum utrum linguis loquerentur. Et *lib. de eccles. dogm.* dicit: »Quando parvuli confirmantur ii qui illos offerunt pro ipsis respondent sicut in baptismo«. Atque hunc fuisse in primis saeculis ecclesiae morem probat *Waldensis t. 2. de Sacramental.* allegatis Dionysio, Cyrillo, Hieronymo, Augustino et aliis.

Ex quibus liquet antiquitus in ecclesia non consuevisse baptizari solemniter nec adultos nec parvulos nisi die Paschatis vel etiam Pentecostes et tunc quotquot baptizandi erant confluebant ad Episcopum, ut simul baptizarentur et confirmarentur cum Sacramentum confirmationis non a simplicibus presbyteris imo nec a Chorepiscopis quidem per vicos et oppida conferri poterat sed a solis Episcopis ut Concilium Parisiense probat sub Ludovico et Lothario. Reliqui vero omnes qui non poterant accedere ad urbem episcopalem dictis diebus a jure statutis ut solemniter simul baptizarentur et confirmarentur ab Episcopo nonnisi private baptizabantur occurrente aliqua necessitate in vicis et domibus extra urbem cum distarent ab ecclesia in qua sola baptismus solemnis miuistrabatur. Ac de his disponit Concilium Eliberitanum *can. 38.*: »Peregre navigantes aut si ecclesia in proximo non fuerit posse fidelem baptizare in necessitate, ita ut si supervixerit ad Episcopum eum perducat ut per manus impositionem perfici possit.«

Igitur pauci erant qui baptizabantur solemniter et multo plures qui baptizabantur private ac sine solemnitatibus, cum ex innumera multitudine eorum qui baptizandi erant maxima pars vel itineris longitudine vel difficultate navigationis praepediti nonnisi in necessitate baptizarentur. Nec enim tota baptizandorum multitudo simul in die Paschae vel Pentecostes poterat simul in eamdem urbem et ecclesiam convenire ut per manus solius Episcopi solemniter baptizarentur. Imo plurimi detractabant eo convenire ac se excusabant allegantes nimiam itineris molestiam, urbis distantiam vel aliud hujusmodi impedimentum, quos tamen Episcopi pro viribus hortabantur ut iis non obstantibus ad solemne baptisma concurrerent ut habemus in *s. Gregorio Nazianz. orat. 40.* ibi: »Ne viae longinquitatem reformides nec maris spatia nec aliud quodcumque impedimentum quo gratiam consequaris.«

Et hinc existimare licet longe plures fuisse eos qui non conveniebant ad solemnem baptismum, quibus tamen per totum anni decursum succurrebatur baptismo minus solemni et privato pront necessitas postulabat. Qua ergo verisimilitudine dici poterit ut patrini essent ab ecclesia instituti solum pro his qui solemniter, non autem pro his qui private in necessitate baptizarentur. Certe baptismata privata erant frequentissima et per totum anni decursum baptizandi ex tota dioecesi erant fere innumeri, qui diversimode

impediti non poterant statuta die ad urbem episcopalem accedere; nulla igitur ratio suadere potest quod lex et institutio patrinorum non extenderetur ad baptismata privata quae frequentius et pro majori parte fidelium contingebant.

Praesertim cum jura de usu patrinorum in baptismo generaliter et absque ulla distinctione loquantur, *cap.: Vos ante omnia* et *cap. In catechism. de consecr. dist. 4.* et plura concilia a Nicaeno I. usque ad Trident. quae hanc materiam quomodolibet attigerunt nec umbram quidem distinctionis indicaverunt inter baptismum publicum et privatum, ut videri potest in Nicaeno I., in Trullano, in Arelatensi 4. sub Leone III., in Moguntino sub eodem, in Parisiensi sub Gregorio II., in Metensi sub Stephano VI., in Eboracensi sub Coelestino III., in Colonien. sub Paulo III., in Augustano et novissimo in Trid.; sed nec unquam antiqui PP. et theologi assi sunt distinguere inter baptismum privatum et solemnem ad effectum ut ex hoc non ex illo oriatur spiritualis cognatio. Viderunt enim quam exorbitans sit distinguere, ubi jura non distingnunt praesertim in hoc casu in quo frequentius et in pluribus consueverunt ministrari baptismata privata quam publica et leges adoptandae potius essent de eis quae frequentius quam rarius accidebant.

Nihilominus primum invenio dubitatum de baptismo privato apud s. Raymundum *in summa*, ubi quaerit:

An aliquis laicus vel clericus in minoribus possit matrimonium contrahere cum ea quam suis manibus baptizavit?

Et est casus de baptismo privato in necessitate in qua etiam laici et clerici minorum ordinum baptizant. Respondet autem: Dicendum quod non quoniam filia sua spiritualis est sicut illa quam suscipit. Ubi clare resolvit et baptizantem et suscipientem seu tenentem in baptismo privato esse vere cognatos et patres spirituales baptizati.

Et cum ulterius inquireret an si inter eos matrimonium fuerit contractum sit separandum, relata sententia affirmativa ipse haeret in dubio et tandem concludit: »Mihi videtur quod super hoc esset ss. Pontifex consulendus quoniam novus articulus est.«

Unde apparet clare quod tempore s. Raymundi hic erat novus articulus de quo consulendus erat Papa per *text. in cap.: Inter corporal. de translat. praelat.* Hoc postea dubium de baptismo privato ita percrebuit ut quidam dicerent ipsos ministros baptizantes in baptismo privato non contrahere cum baptizato cognationem spiritualem; quod ita proponit *Paludanus in 4. sent.:* »Dicunt quidam quod aliud est de inundante parvulum ad succursum, aliud de solemniter baptizante.«

Sed ipse respondet: »idem omnino esse, quia verum Sacramentum est baptismus in necessitate sicut cum solemnitate;« iterum citat Raymundum quod in hoc dubio esset recurrendum ad Sedem apostolicam. Addit *Hostiensis in Summa* quod ad hoc dubium nihil aliud Papa esset responsurus, ibi: Aut non intelligo quid petis aut fatua est consultatio tua, nam si suscipiens separaretur de quo nulli dubium est, multo fortius baptizans qui principalis est et cujus manibus baptizatur.

In *hoc* ergo statu res se habebat in sententia antiquorum theologorum et canonistarum, ut potius dubitaretur de non conferente baptismum in casu necessitatis quam de tenente quoniam quibusdam videbatur valde ardunm quod baptizans puerum in casu necessitatis, quod jure divino ex praecepto charitatis in subsidium periclitantis animae praestare tenetur, ex hoc ipso reportet incommodum impedimenti cognationis spiritualis cum baptizato ejusque parentibus; quod bene vidit *Soto*, ubi postquam retulisset dictam dubitandi rationem dicit: »Profecto rationes non sunt contemnendae et quidam ex juris consultis quos refert Paludanus ajunt de hoc esse Papam consulendum.« Haec ipse. Et hinc certe, cum tenentes quoniam in baptismo necessitatis nullam habeant jure divino obligationem eum tenendi si adhuc hoc officium ex abundanti praestare voluerint, hoc ipso consentire videntur in tale cognationis impedimentum et illud contrahunt. Quae fuit communis et certa antiquorum opinio quam habet *Angelus in summa* verb: *Matrim.*, ibi: »Et sic tenendo concludo quod solum compaternitas contrahatur per illos qui tenuerunt in domo et non per alios qui tenuerunt in ecclesia.« Et est casus quod puer fuerit domi baptizatus et in ecclesia solum suppleantur baptismi solemnitates et catechismi in quam sententiam omnes absolutissime transierunt ante Concilium Trid.

Nihilominus cum iidem doctores attenderent per Sedem apostolicam aliquid definiri super cognatione spirituali in casu privati baptismi nullum prorsus hac de re emanavit decretum in Concilio Trid. non obstante quod eadem synodus in pluribus aliis correxerit antiquum jus, ut hoc vinculum quoad fieri posset rationabiliter laxaretur, textus est in *cap. 2. sess. 24. de ref.*, ubi nullo facto discrimine inter solemnem ac privatum baptismum solum fuit facta restrictio personarum quae hanc ipsam contrahere debent cognationem.

Nec obstat quod Concilium ibi loquitur in terminis baptismi solemnis, cum dicat parochum interrogare debere parentes pueri quos vel quem in patrinum elegerint. Nam si bene textus dicti capitis dividatur evidens fiet primum generaliter agi de quocumque baptismo, deinde quaedam disponi de baptismo solemni ad multitudinem patrinorum coercendam quae in baptismis solemnibus, non vero in privatis contingere solebat. Primo enim id tantum statuitur: »Ut unus tantum sive vir sive mulier juxta ss. canonum instituta vel ad summum unus et una baptizatum de baptismo suscipiant.« Atque in hac parte loquitur indefinite de suscipientibus baptizatum de baptismo quod aeque convenit baptismo solemni et privato cumque se referat ad dispositionem ss. canonum evidens est noluisse pro hac parte inducere juris correctionem eosdemque ss. canones indefinite loquentes de omni baptismo ut dictum est etiam habere locum post Concilium Trid. in quantum sub generali dispositione comprehenduntur etiam baptismata privata et minus solemnia.

Deinde cum aliqua occurrent dubia super dicta dispositione Concilii B. Pius V. in una ex suis constitutionibus 10. Aug. 1566 inserta inter regulas cancellariae ejusdem Pontificis ea substulit et declaravit, ut caute in dispensationibus matrimonialibus procederetur. Et nec quidem per umbram tangit hanc difficultatem de baptizantibus et tenentibus in baptismo privato, quae certe si quid roboris habuisset fuisset ante omnes alias diremenda, cum concernat validitatem matrimonii et periculum fornicandi si forte matrimonia cum dicto impedimento contracta fuerint. Id enim nolle definire si aliquid contineret dubietatis, esset aperte deficere in necessario doctrinae pabulo, quod jure papali Pontifices tenentur suis ovibus tradere.

Quin et post Concilium Trid. eadem sententia velut ex antiqua traditione accepta retenta est ut omnino essent veri patrini quicumque in baptismo sive solemni sive privato baptizatos susciperent. Quam non obscure innuit catechismus romanus ejusdem Pii V. jussu editus in titulo de sacramento baptismi, ubi explicans ordinem ministrorum qui in necessitate baptizant dicit: Mulier si mares adsint, laicus item praesente clerico, tum clericus coram sacerdote baptismi administrationem sibi sumere non debent: quamquam obstetrices quae baptizare consueverunt improbandae non sunt, si interdum praesente aliquo viro qui hujus sacramenti conficiendi minime peritus sit, quod alias viri magis officium proprium videretur, ipsae exequentur. Accedit autem ad eos ministros qui ut hactenus declaratum est baptismum conficiunt aliud etiam ministrorum genus qui ad sacram et salutarem ablutionem celebrandam ex vetustissima catholicae ecclesiae consuetudine adhiberi solent. Ii nunc patrini, olim susceptores etc. vocabantur. Ubi certe et ministris qui in necessitate baptizant adjungi etiam patrinos velut consuetudinem et traditionem ecclesiae omnino inconcussam docet ac praxi servandam proponit.

Unde igitur post concilium Trid. imo et omnem ecclesiae traditionem emerserit opinio negans contrahi cognationem spiritualem a tenentibus in baptismo privato ignoro; nullum enim nec in ss. canonibus nec in theologia fundamentum habere potest, sed quum hujusce rei decisionem aliqui ex antiquis theologis et canonistis expectandam dicebant a Sede apostolica, nunc recentes casuistae pro eo quod instant jure concidendi novas probabilitates sibi ipsis jus dicendo definiunt et quod potius citant absolute Sotum tamquam hujus opinionis auctorem, cum tamen constet hunc auctorem ut initio dicebam potius dubitative quam assertive locutum.

Certum namque est ex doctrina patrum et ecclesiae hanc cognationem fundari in regeneratione spirituali quae in baptismo sive solemni sive privato aequaliter fit. Nec enim solemnitates baptismi sunt rationes contrahendi eam cognationem cum certissimum sit quod tenentes puerum, cum solae supplentur solemnitates in ecclesia, eam cognationem non contrahant ut et ipsi doctores

adversae partis fatentur. Quid ergo attendantur solemnitates ut contrahatur vel non contrahatur spiritualis cognatio?

Praeterea si patrinus non tangat vel teneat puerum in ipsa ablutione non contrahit dictam cognationem etiamsi enm teneat in omnibus aliis caeremoniis, quae constituunt baptismi solemnitatem; quod evidens signum est totam rationem contrahendi dictam cognationem esse solam ablutionem, quae nullatenus differt sive fiat in baptismo privato sive solemni. Sive enim haec ablutio fiat seorsim a solemnitatibus ut contingit cum puer baptizatur in domo et postea in ecclesia supplentur solemnitates sive fiat simul cum ipsis solemnitatibus semper eadem est substantialis ablutio. Si ergo cum quis tenet puerum in ecclesia in sola ablutione, ita et taliter ut neque teneat et nec quidem praesens sit cum caeterae fiunt solemnitates veram contrahit spiritualem cognationem ita certe eam ipsam contrahet si domi puerum teneat in sola ablutione et solemnitates ipsae differantur ad aliud tempus enm perinde fit solemnitates differi et non fieri de praesenti ac tenentem in ablutione non esse praesentem solemnitatibus ad effectum ut in utroque casu contrahatur cognatio spiritualis ut tamquam omnino certum tenent Navarrus, Vivaldus, Sa, Armilla, Veza, Zambranus, Sylvius, Pontius, Sayman, Comink et alii.

Ideoque censeo tenentes in baptismo privato dum intendunt se gerere tamquam patrinos contrahere veram cognationem spiritualem et impedimentum dirimens matrimonium; oppositam sententiam censeo nec tutam nec probabilem ex supradictis. Ita snb graviori ceusura etc.

Cajet. Miroballus clericus regularis.

Votum VII.

Quamvis haec cognatio spiritualis in baptismo domestico sit valde controversa inter theologos quorum opiniones refert *Barbosa in collectaneis ad Conc. Trid. sess. 24. de ref. matrim cap. 2. n. 15.* attamen plenior numerus theologorum stat pro negativa et additur *Tancredus de matrim. lib. 7. disput. 62. n. 2., Perez de matrim. disp. 29. sect. 3. n. 4. ad 10.*, qui doctissime nuicam rationem rejectis aliis insubsistentibus proponit.

Est autem ratio potissima nam vinculum cognationis spiritualis non proveuit a jure gentium vel civili nec a sola voluntate partium sed tantum a jure positivo ecclesiastico quatenus partes contrahant ad formam ejusdem juris ut fatentur omnes doctores iudistincte. Ab exordio autem ecclesiae patrini fuerunt adhibiti solum per consuetudinem ut caeremonia seu ritus solemnis non ut ministri necessarii, quod plene astruit *Gonzalez in c.: Ex literis sub n. 5. de cognatione spirituali* et *sub n. 12.* vers.: *Nec obstat.* Nullaque reperitur lex ecclesiastica vel consuetudo legitime probata de patrinis adhibitis antiquitus ab ecclesia in baptismo domestico qui datur tantum in casu necessitatis. Ideo adhibere patrinos in hoc baptismo privato est praeter legem ecclesiasticam sive scriptam sive non scriptam nullaque cognatio spiritnalis per eos contrahitur deficiente fundamento seu juris auctoritate. Qninimmo certius ac certissime patet vinculum cognationis spiritualis contrahi tantum ex baptismo solemni, quia lex ecclesiastica hoc vinculum inducens specialiter loquitur de suscipientibus seu levantibus a sacro fonte qui sacer fons non adhibetur in baptismo domestico sed solum in baptismo solemni et in ecclesia, ubi fons ipse baptismalis asservandus est. Ita specifice loquitur *text. in c.: Si vir, Martinus* et *c. Veniens de cognat. spirit.*, rursus in *c. fin.* quod explicat glossa *eod. tit. in 6.* Pariter s. Concilium Trid. *sess. 24. de ref. matrim. cap. 2.* specifice loquitur de patrinis adhibitis ad s. fontem. Unde satis dignoscitur falso assnmi rationem pro contraria opinione, quod lex indistincte loquitur de suscipientibus in baptismo ut bene respondet *Perez de matrim. disp. 29. sect. 3. n. 7. usque ad finem.*

Quibus etiam perpensis interdicendum est ne talis solemnitas seu ritus patrinorum adhibeatur in baptismo privato quia nulliter adhibetur praeter institutionem seu consuetudinem ecclesiae atque ita est novus ritus illicitus ex decreto s. Concilii Trid. *sess. 7. de Sacram. in genere can. 13.* geueraliter loquente.

Votum VIII.

Ecclesia quae neminem decipit vel perplexum aut in periculo peccati relinquit in sacramentorum ministerio et in matrimoniorum contractibus nullum hucusque de opinione contraria verbum fecit sed bene disertissime docuit ex sacramentis baptismi et confirmationis oriri cognationem spiritualem inter suscipientem et parentes suscepti.

Hoc autem impedimentum spiritualis cognationis impositum primo fuit in Concilio Nicaeno I. *can. 31.* Deinde confirmatum a Deusdedit et Symmacho et tandem a Concilio Trid. ob pietatem et religionem sacramenti ut habetur ex Nicolao I. *ad consult. Bulgar. c. 2.* et est in *can. 1. 3. q. 1.*

Sed eadem pietas ac sacramenti religio est tam in baptismo solemniter administrato quam in privato domi sine solemnitatibus sequuto; consequeuter cognatio quae oritur ex solemni oritur etiam ex privato, quia ubi eadem viget ratio ibi eadem militare debet juris dispositio. Quod autem nulla major ratio possit considerari in baptismo solemni quam in privato docet text. in *cap. 1. de cognat. spirit. in 6.*, ubi agitur de personis contrahentibus cognatiouem spiritnalem in baptismo et confirmatione ibique nulla fit mentio de solemni aut non solemni. Verum cum trita juris regula sit quod ubi lex non distinguit nec nos distinquere debeamus dicendum sequitur quod ubi est regeneratio spiritualis ibi adest cognatio spiritualis nam si hoc verum esset, quod ex solo baptismi sacramento solemniter ministrato spiritualis cognatio ortum haberet, inde sequeretur quod Episcopus vel parochus private baptizans vel confirmans adhibendo patrinum neque hic cognationem spiritnalem contraheret, quod esset novum in ecclesia quae docet hoc impedimentum propter solemnitatem non appositum sed propter haec sacramenta. Evaduut enim suscipientes respectu susceptorum patres regenerationis in fide. Dato igitur quod aeque regeneretur et confirmetur quis in fide per baptismum et confirmationem privatam ac per solemnem, quod est controvertibile, necessario sequitnr iufallibilis conclusio, quod nempe tam ex uno quam ex altero spiritualis cognatio oriatur, potissime quia nullus canon nullaque pontificia constitutio mentionem facit de solemnitate aliqua, dum decernunt suscipientes in baptismate patres spirituales susceptorum evadere et inter eos cognationem spiritualem oriri. Haec autem conditio et circumstantia appoui debuisset si necessaria essentialiter foret. Cum igitur non fuerit apposita evidens signum est ad eam contrahendam non requiri. Firmat hoc *Symmachus in can. Omnes 3. q. 1.*: »Nostri sunt spirituales filii ipsi quos vel nobis suscipientibus vel trinae mersionis vocabulo mergentibus unda sacri baptismatis regeneravit.« Ubi nulla fit de solemnitate mentio sed de baptismo tantum. Concilium pariter Trid. nullam mentionem facit de solemnitate, quamvis in omnibus et praesertim in statuendis impedimentis matrimonium dirimentibus sicut et in caeteris cuuctis distincte semper processerit.

Item B. Pius V. const. 14. ubi agitur de cognatione spirituali in baptismo contracta nullam distinctionem facit sicuti et catechismus rom. *p. 2. de sacram. bapt. n. 28.* Et licet in *cap. 24.* de baptismo dato in uecessitate doceat sine solemnitatibus et caeremoniis baptizari posse, nunquam tamen dicit quod in tali baptismate non contrahatur cognatio spiritualis inter suscipientem et parentes suscepti et tamen a *cap. 26. usque ad 31.* diffuse de quolibet baptismo loquitur.

Ex his igitur patet erroneam esse illorum opinionem qui tenent contrarium non distinguentes regenerationem fieri per sacramentum non per sacramentalia. Cum igitur tam privatum quam solemne baptismi sacramentum sit vere regenerans; remanet inconcussa decisio, quod uempe suscipientes tam in privato quam in solemni baptismate semper cognationem contrahant dummodo qui suscipit habeat intentionem faciendi quod facit ecclesia.

Hanc veritatem concludenter probat *glossa in dicto cap. de cognat. spirit. in 6.*, ubi docet quod baptizans sine solemnitate etiam laicus evadit pater spiritualis baptizati et cum eo ejusque parentibus cognationem spiritualem contrahit. Ergo etiam suscipiens in eo baptismo eamdem cognationem contrahere debet quia ratio legis statuentis cognationem spiritualem est eadem ut optime docet *d. Thom. in supplem. q. 56. art. 3. in corpore*, ubi firmat quod qui ministrat hoc sacramentum se habet tamquam mater et gerit vices ecclesiae.

Non obstat quod baptismus possit fieri sine suscipiente nam hoc tantum probat non esse aequalem baptizantis et suscipientis necessitatem. Attamen supposito quod adhibeatur suscipiens ut in casu nostro semper se habet tamquam minister vices ecclesiae gerens et generationem spiritualem vere contrahit. Consequenter vere parens spiritualis efficitur. Ideoque etc.

S. Congregatio censuit: *Affirmative.*

Die 5. Martii 1678.

Titius in patrinum vocatus ad ecclesiam accessit ibique receptum *e manibus obstetricis* infantem tenuit dum sacerdos eumdem infantem baptizavit. Sed quia dictum infantem *non recepit e manibus baptizantis* opinatur nullam exinde contraxisse cognationem spiritualem iuuixus auctoritati Julii Capponi qui in *controv. 28.* puuctualiter firmat ad cognationem spiritualem requiri quod patrinus recipiat infantem de manibus baptizantis pluribus doctoribus in hanc senteutiam allegatis.

Consultius tamen putavit recurrere ad s. Poenitentiariam quae ad hanc s. Congregationem preces remisit ut declaretur:

An in supradicto casu Titius contraxerit cognationem spiritualem?

S. Congreg. respondit: *Affirmative.*

Die 18. Decb. 1688.

Pisana.

Marcus Rossettus in commatrem Philippi Mariae sui filii baptizandi vocavit Claram Benciam, quae cum ad fontem baptismalem accedere non posset ablegavit Mariam Magdalenam filiam quae vice et loco Clarae matris iufantem suscepit.

Administrato tamen baptismate parochus ecclesiae s. Luciae partitam ita exaravit: »15. Novembre 1672. Pisano. Filippo Maria di Marco Rossetti e di Maria Angelini sua moglie fu battezzato questo di ecc. fu compare Sabatiuo Manetti, commare Maria Maddalena Renci.«

Nuper Marcus exoptans matrimonium contrahere cum Maria Magdalena et verens quod ex dicta baptismi partita, quam erroneam asserit, resultare possit impedimentum cognatiouis spiritualis supplicavit s. Poenitentiariae pro dispensatione sed precibus ad s. Congregationem remissis et in ea per summarium relatis sub die 21. Febr. proximi praeteriti jussum fuit: Describi dubium in folio.

Quia vero majori facti notitia opus esse videbatur orator attulit testium et ipsius parochi fides.

His ergo perpeusis Emi PP. respondere non gravabuntur:

An constet de impedimento cognationis spiritualis ita ut ad effectum contrahendi matrimonium inter Marcum et Mariam Magdalenam necessaria sit dispensatio apostolica?

S. C. resp.: Affirmative.

Die 8. Maji 1688

(Ibid. p. 1738.)

Hispalen.

Christophorus de Arrojo in secundo consanguinitatis gradu conjunctus cum Joanna Ateaga cupiens ex causis SSmo D. N. exprimendis praevia benigna dispensatio apostolica matrimonium cum illa contrahere ac dubitaus an inter ipsos adsit impedimeutum cognationis spiritualis, eo quia in fide sui baptismatis notatum reperitur ipsius commatrem fuisse praedictam Joauuam, quae medio juramento testatur se de hoc non recordari, preces porrexit s. Congregationi pro declaratione, an indigeat etiam dispensatione super dicta cognatione spirituali. Super quibus exquisita fuit informatio Archiepiscopi qui commissa negocii cognitione suo Vicario foraneo oppidi Ursaouensis in sua relatione jam transmissa ita iuquit:

A dicto Vicario accepi quod nec inter ipsorum propinquos nec inter aliquos illius oppidi incolas unquam de tali spirituali cognatione usque modo notitia aliqua habita fuit, imo uec rumor aliquis divulgatus de quo ipse Vicarius post accuratam inquisitionem attestatur: et addit quandam esse viduam jam senem Mariam de Villalobos quae cum ad praedicti Christophori sacrum lavacrum praesens astitisset praefatam Joannam apud sacrum fontem stantem non tamen puerum tangentem se vidisse recordatur perque parochi de ipsius Joannae baptismo attestationem notum sit tunc septimum suae aetatis annum nondum complevisse, unde nec rationis usus dum contrarium non probetur in illa praesumitur. Annotatio autem quae post integram et perfectam baptismi Christophori descriptionem invenitur videlicet, praedictam Joannam munus matris spiritualis obiisse forsan post baptismum consummatum ad solatium et instantiam parentum puellae quae asportata fuerat fuit addita. Quibus attentis non videtur constare de impedimento cognationis spiritualis inter praefatos vel saltem digni sunt, ut in tanto dubio benigue cum illis dispensetur si forsan subsit ut matrimonium quantocitius pro animarum suarum salute et Dei servitio contrahant.

His igitur stantibus modo ab EE. VV. exquiritur:

An oratores indigeant dispensatione super impedimento cognationis spiritualis in casu etc.?

S. C. respondit: Extrahantur formiter partitae utriusque baptismatis.

Die 11. Martii 1702.

Leopolien.

Celebratum est matrimonium die 3. Sept. 1752. inter Nicolaum Potocki Cap. Kanoviensem et Mariannam Dombrouski Thesaurariam Halicensem; sed post aliquot anuos, quibus conjuges una simul commorati suut unllitatem hujus matrimonii allegavit Nicolaus die 7. Jan. 1756. in curia archiepiscopali Leopoliensi sub obtentu spiritualis cognationis quam ipsum inter et Mariannam intercedere asserebat. Prodnxit autem ad hunc effectum Nicolaus fidem baptismatis Mariannae, ex qua apparebat, ipsum patrini munere functum esse; sed iuspecto libro parochiali recognitum est particulam cujus copia producta fuerat loqui de baptismo Justinae Dombrouscki ab antecessore parocho Buczaczensi die 25. Decb. 1735 collato et nomen Mariannae fuisse recentiori charactere superimpositum inter lineas: immo hodiernus parochus fassus est in judicio superadditum a se fuisse dictum nomen Mariannae ad requisitionem illius genitoris; quare excipiebat defensor matrimouii legitime probatam non videri cognationem spiritualem cum Marianna ex fide baptismatis quae loquebatur de Justina et forsan verificari poterat de alia sorore ipsius Mariannae. Ad personae adstrueudam identitatem et repellendam exceptionem, quod collato Mariannae ob vitae periculum in paterna domo baptismo nil aliud in ecclesia actum sit quam supplere caeremonias cum assistentia Nicolai ideoque nulla potuerit inter eos contrahi spiritualis cognatio, inducti et examinati fuerunt tres testes, qui affirmarunt Mariannam uxorem Nicolai eam ipsam esse, cui baptismum ex aqua et caeremoniis collatum fuit 1735 cum assistentia Nicolai in munere patrini allegata ab uno tantum istorum praesentia collationi baptismatis in ecclesia parochiali Buczaczensi.

Hisce secutis curia archiepiscopalis Leopoliensis adhaerens probationibus Nicolai spreto defectu causae scientiae testium a defensore matrimonii objecto pronunciavit die 30. Jan. 1756 pro nullitate matrimonii devolutaque causa per appellationem a defensore matrimonii interpositam ad Nuncium apostolicum Polouiae; hic suspenso judicio super negocio principali decrevit, ut super novis articulis tam per hunc defeusorem quam per partes quatenus velint dandis atque exhibendis procederetur ad novum juratum examen testium alias iuductorum et examinatorum atque etiam quateuus opus sit aliorum hiuc inde inducendorum.« Sed re infecta Nicolaus provocavit ad s. Congregationem quae die 30. Juuii 1759 rescripsit: Dilata et conficiatur processus remissorialis juxta decretum Nunciaturae apostolicae.

Subdelegatus itaque fuit judex in partitibus ad effectum compilandi processum remissorialem novoque examini subjicieudi tam testes alias inductos et examinatos in prima instantia quam alios etiam testes hiuc inde inducendos, non solum super articulis alias datis sed etiam super novis articulis per defensorem ex officio et per ipsas partes quatenus veliut dandis. Verum coram judice subdelegato suppositi nequaquam fuerunt novo examiui testes in prima instantia examinati solumque examinatis 5 testibus super novis articulis a defensore matrimonii productis remissus fuit ad s. Congregationem processus remissorialis unaque simul exhibita fuit renunciatio liti facta a Nicolao in curia archiepiscopali Leopoliensi.

Testes autem ultimo loco examinati unanimiter deponunt Mariannam statim egressam ab utero materno privato baptismate ex aqua tantum regeueratam fuisse ob periculum vitae a quodam religioso Basiliano fungentibus munere compatrum Antonio Scholniki et Anna Raicka: atque deinde suppletas fuisse caeremonias in sacello domestico siue ablutione aquae cum assistentia Nicolai Potoki et Justinae Dombrouski. Ex iisdem autem testibus sola Anna Raieka annorum 40 deponit de facto proprio tam circa baptismum ex aqua collatum cum ipsius assistentia dum agebat annum 18. quam circa suppletas caeremonias cum assistentia Nicolai, quibus praeseutem se fuisse asserit. Alii vero quatuor testes, quorum duo patrui sunt ipsius Mariannae, solum de auditu deponunt ab Anna Raika et Antonio Sokolniki praecedeuti anno defuncto, quem eorum

alter refert uarrasse se bene non obstante puerili octo annorum quam agebat aetate hujusce rei recordari, ex quo ad munus patrini obeundum ab avia Marianuae impacto cervici compulsus fuit pugno. Referunt ulterius iidem patrui Mariannae ante contractum matrimonium ortam fuisse quaestionem de impedimento spiritualis cognationis, inde per verificationem praedictorum diremptam; et alter eorum exhibuit epistolam Nicolai ante matrimonium scriptam qua ipse consulitur super circumstantiis assistentiae ab eodem Nicolao praestitae num adstiterit baptismo Mariannae seu potius caeremoniarum supplemento, subditque post auditam Annam Raieka Nicolao respondisse solas caeremonias cum ejus assistentia fuisse suppletas.

Ex his autem infert defensor Mariannae nullam verificari cognationem spiritualem eam inter et Nicolaum, qui solum assistentiam praestitit dum caeremoniae suppletae fuerunt siue ablutione aquae; et in discrepantia testium contendit potius deferendum esse illis examinatis vigore rescripti s. Congregationis deponentibus de assistentia a Nicolao praestita dum suppletae fuerunt caeremoniae quam aliis examinatis in prima instantia deponentibus de baptismo ex aqua servatis caeremoniis collato, cum assistentia ejusdem Nicolai, quia nimirum ultimi testes plures sunt numero et adminiculantur ex epistola ante matrimonium scripta a Nicolao. Hi vero examinati in prima instantia panciores sunt minoremque fidem merentur, quippe qui uno excepto reliqui non allegant causam scientiae propriamque videntur fateri turpitudinem, narrando, se conscios fuisse impedimenti spiritualis cognationis, dum publicationes pro ineundo matrimonio peragebantur a Parocho et nihilominus tacuisse nihilque superioribus ecclesiasticis revelasse.

Pertinet itaque ad EE. VV. decernere:

An constet de validitate seu potius de nullitate matrimonii in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Die 19. Sept. 1761.

IV. Procurator non contrahit.

Vd. supra: *Pisana* p. 20.; t. II. p 122. n. 48.

Theatina.

(Conc. Tr. c. 2. s 24. de ref. matr.)

Nicolaus de Vito 1705 uti procurator constitutus a Francisco Cotogno suscepit in s. baptismali fonte Antoniam de Benedicto. Cum autem matrimonium cum ipsa modo contrahere velit et Ordinarius eidem licentiam concedere nolit sub obtentu impedimenti cognationis spiritualis habito a Nicolao recursu ad s. Congregationem dictum fuit die 12. Julii 1721., quod ejus instantia propponeretur in folio.

Tres sunt in hoc proposito doctorum opiniones.

Prima asserit in hac facti specie cognationem spiritualem non contrahi nec a mandante quia non tangit baptizandum nec a procuratore, quia nomine proprio baptizatum non suscipit, *Navar. consil. 6. lib. 4. tit. de cognatione spirit.*, ubi dicit hanc opinionem in puncto juris esse veriorem et eam tanquam probabilem tuentur *Leander de Sacram. t. 1. tract. 2. disput. 7. quaest. 22.*; *Dicastillo de Sacram. t. 1. tract. 2. disput. 2. dub. 5. n. 56.*; *Diana in edit. coord. t. 1. tract. 1. resolut. 96. n. 4.*

Secunda sustinet cognationem spiritualem non a mandante sed a procuratore contrahi propter contactum, uti argumentatur *Covar. in II. parte Epitome. libri IV. Decretalium cap. 6. §. 4. n. 6.*

Tertia quae communior esse videtur docet, cognationem spiritualem a mandante non a procuratore contrahi, qui enim per alium facit per seipsum facere videtur uti ad rem caeteris allegatis prosequuntur *Layman. t. 2. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 8. n. 4. et 5.*, *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 59. n. 12.*, *Perez. de matrim. disp. 19. sect. 7. per totam*; *Barbos. ad caput 2. sess. 24. de reform. matrim. n. 26.*; *Bonazin. oper. moral. t. 1. quaest. 3. punct. 5. proposit. 3. §. 2. n. 34.*; *R. P. D. Petra ad constit. apostolicas t. 2. in comment. ad constit. 5. Honorii III. sect. 2. n. 12. pag. 442.*; et hanc sententiam amplexa est s. Congregatio in una *Nullius 15. Martii 1631.* ubi sic legitur: *Sacra etc. censuit procuratorem, qui nomine alterius suscepit vel ad confirmationem tenuit, non contrahere cognationem sibi sed mandanti*, quam sacrae hujus Congregationis resolutionem in facti contingentia et in praxi esse recipiendam firmarunt doctores et signanter *Cabassut. in Theor. et praxi juris canonici lib. 3. cap. 22. n. 11.*, *Clericat. decis. 23. de sacram. matrim. n. 8.*, *Anaclet. ad titulum Decretal. de cognat. spirit. n. 23.*

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere:

An impedimentum cognationis spiritualis obstet Nicolao quominus matrimonium contrahere valeat cum Antonia de Benedicto in casu?

S. C. C. resp.: Negative.

Die 23. Aug. et 13. Sept. 1721.

Cohabitatio.

Vd. *Impotentia.*

I) Praestanda a muliere.

Melevitana.

In faciem ecclesiae die 12. Junii 1818. Paulus Xicluna aurificis artem exercens in Urbe Valletta Meliteusis Insulae matrimonium iniit cum Rosa Frendo vidua quondam Cajetani Pereira, quae in paterna domo sita in proxima civitate Conspicua vitam degebat quaeque dotem promisit scut. 3200. Cum optasset sponsa non illico patriam deserere domum votis annuit Paulus, qui jam conductam Valletae domum deceuter ornaverat atque hinc summo mane se conferebat Vallettam ut ibi commercium praesertim lapillorum ac gemarum in sua officina exerceret; Conspicuam vero revertebatur circa meridiem ut cum uxore sumeret cibos ac deinde iterum ad officinam petebat et ad solis occasum rursus Vallettam deserebat, ut inter maritales amplexus noctem traduceret. Licet aestivo et autumnali tempore accessus et recessus isti non levis essent incommodi commercioque damnum afferrent ita, ut vir coactus fuerit discedere diluculo et sero tantum reverti uxoris domum, attamen ingravescente hyemali tempore vitae salutique consulens incommodam hanc methodum omittendam omnino esse duxit. Quamvis enim una urbs non multum distet ab altera nihilominus necessaria est maris transfretatio plerumque procellosi; suadere hinc caepit uxori, ut paternam domum desereret.

Suasionibus in irritum cedentibus invita uxore Paulus in propriam domum se recepit ineunte mense Decembris et renuentem uxorem apud curiam episcopalem vocavit instans sub die 2. Junii 1819., ut ea ad cohabitationem adigeretur et praestationem obsequiorum matrimonialium. Contestata lite decrevit curia episcopalis cohabitationem et praestationem obsequiorum matrimonialium nisi intra praescriptum terminum 8 dierum prorogabilem tamen legitimas separationis causas Rosa allegavisset. Post plures hinc concessas dilationes tandem die 13. Aprilis 1820. memorata curia favore Pauli sententiam edixit, a qua appellationem ad s. Sedem interposuit Rosa. Sacro huic Tribunali ablegata causa fuit a R. P. D. Auditore SSmi, quae hodie Vobis dirimenda proponitur concordato de more dubio et distributa allegatione favore viri, silente uxoris defensore.

Non quamlibet saevitiam petitam ex severiori supercilio vel graviori voce etiam moderatis adhibitis aliquando verberibus, si justae causae concurrant, praebere legitimum titulum separationis thori contendit Pauli defensor post doctrinam Hostien. *in cap. Quemadmodum 26. §. ult. in fin. ibique Abb. n. 18. de jurejuran.*, Sanchez. *de matrim. disp. 18. num. 16.*; Consc. *de separat. thor. lib. 2. cap. 6. num. 13.*, sed requiri immanes percussiones, corporis cruciatus, inhumanum uxoris tractum per domum, ludibria uxoris pudori et honestati vim inferentia cum aliis cruciatibus, injustam detrusionem in carcerem terrenum ac humidum cum viuculis sine cibo et potu, ejectionem e lecto maritali, machinationes in ejus vitam, crebra jurgia, dissentiones et injuriosa verba cum minis in conjugis vitam et alia hujusmodi, quae numerat *Consc. loc. cit. cap. 7. num. 4. et seqq.* Ceuset praeterea, qui Pauli jura tuetur, ex enumeratis saevitiis licet atrocissimis non sufficere unicum actum sed saltem duos necessarios esse juxta communiorem doctorum opinionem relatam a *Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 1. num. 22.*

refellente doctrinam Farinacii, qui unicum actum atrocissimum sufficere ad separationem admittit.

In facto autem duae juratae fides dantur, in quarum prima testes 26 deponunt de optimis moribus et vita irreprehensibili Pauli, in altera testes 35 affirmant eum esse *un soggetto dabbene, onesto, docile, e socievole, prudente nel suo portamento, cauto nel parlare ec.*, ut legitur in *summario Vobis distribuendo sub num. 2.*

Quanti vero faciendae sint atroces injuriae ab uxore expositae deinceps expendit. Non enim justa separationis causa esse potest virum pluries uxori dixisse, *che si era con lei ammogliato non già per le sue qualita personali, ma per la dote*, secus ipsam numquam in uxorem duxisset. Neque justa separationis causa esse potest, Rosam jucundis verbis Paulum blanditam fuisse, qui vicissim publice de ipsa non recte loquebatur; etenim in primis qui fuerint sermones latent, deinde praesumi rectissime potest, respexisse virum ad ejus duritiem, quae, ne desereret patrios lares, causam dabat tot damnis in negotiatione ac tot incommodis et vitae sui viri periculis. Nullius quoque momenti dicuntur aliae duae causae, tum nimirum asportatio rerum suarum, quam vir peregit, postquam Vallettae jam suam moram constituerat, et minax brachii nutus ab eodem via factus uxori, quae e fenestra una cum aliis mulieribus publicam supplicationem transeuntem cernebat, qui minax brachii nutus a quadam foemina ejusque filiabus Rosae servitio mancipatis deponuntur ex auditu ab ipsa Rosa.

Caetera fusius noscent ex allegatione distributa pro Paulo Xicluna. Nihil vero mihi exhibitum est ex parte uxoris, quae causa cecidit in magna curia Melevitana. Vestrum nunc erit PP. EE. respondere concordato dubio:

An judicatum Episcopi Melevitani sive illius Vicarii generalis sit exequendum, ita ut Rosa Freuda Xicluna sit cogenda ad cohabitandum cum ejus viro et praestandum obsequia matrimonialia in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus et amplius.

Die 18. Aug. 1821.

2) Quando ex ea sequitur validum Matrimonium?

Melevitana.

Ut ratihabitio valeat irritum ab initio matrimonium reddere validum, duae conditiones concurrere debent. *Altera*, ut mulier quae vim et metum passa est sciat matrimonium esse nullum; *altera*, ut cohabitatio et copula sit spontanea et conjugali affectu exequuta. Ita *Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 18. n. 5., Pirrh. in Jus can. tit. I. sect. 4. num. 113., Reiffen. In jus can. lib. 4. tit. 1. num. 337. et 338.*

Honorius III. *in cap. Consultationi de sponsal.* et Clemens III. *in cap. Ad id de spon.* nullam adducunt limitationem sive de scientia nullitatis sive de voluntaria cohabitatione et habita in prima nocte ac saepius repetita copula argumentum ducit consensus libere praestiti ab ipso Matrimonii initio.

Die 24. Mart. 1821.

3) Triennalis.

Vd. *Probatio triennalis.*

Collatio.

1) Beneficii.

Vd. *Beneficium, Canonicatus; Parochia. De ejus modo* vd. t. III. p. 104. b.

2) Quot in diebus jejunii et quae frangunt jejunium?

Vd. *Abstinentia t. I. p. 165.*

Collegium.

1) Anglicum in Urbe.

Institutio collegii Anglici in Urbe pro scholaribus nationis Anglicae pie ibi educandis et instruendis, cum annuorum reddituum assignatione exemptionumque et indultorum concessione et s. romanae ecclesiae Cardinalis protectoris et judicis in cognoscendis eorum causis jurisdictione, vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incip.:

Quoniam divinae diei 23. Aprilis 1578. in Bull. r. t. VIII. p. 208. Ed. Aug. Taur. 1863.

2) Armenicum in Urbe.

Erectio collegii Armeniorum in Urbe, vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incip.:

Romana Ecclesia diei 13. Oct. 1584. in bullar. r. t. VIII. p. 493. Ed. Aug. Taur. 1863.

3) Germanicum.

Institutio collegii in Urbe pro scholaribus Germanicae nationis educandis, cum gratiarum et indultorum elargitione, vd. Constitut. Julii III. incip.:

Dum sollicita considerationis dd. 31. Aug. 1552. (Bull. r. t. VI. p. 459. Ed. Aug. Taur. 1860).

Vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incip.:

Ex collegio Germanico dd. 1. Apr. 1584. in bull. rom. t. VIII. p. 447. Ed. Aug. Taur. 1863.

Statutum perpetuum Collegii germanici et Ungarici, quod convictores quicumque in d. collegium recepti et quandocumque recipiendi juramentum de discedendo ab Urbe ac in Germaniam revertendo statim atque studiorum tempus fuerit absolutum praestare teneantur, vd. Constitut. Clementis PP. X. incip.:

Cum sicut accepimus dilecti Filii Alumni collegii germanici et hungarici de Urbe etc. dd. 16. Octob. 1672. in bull. rom. t. XI. p. 50. Ed. Luxenbg.

Confirmatio Decreti Emorum Cardinalium Collegii germanici et Hungarici de Urbe Protectorum ut imposterum nullus vel convictor vel alumnus recipiatur in dictum collegium, qui non habeat qualitates in bulla constitutionum ipsius collegii requisitas et sit natus et educatus in provinciis in dicta bulla expressis, vd. Constit. Clementis PP. X. incip.:

Exposuerunt Nobis dd. 4. Mart. 1675. in bull. cit. p. 124.

De erectione collegii germanici in civitate Pragensi vd.: *constit. Urbani VIII.* diei 1. Juni 1627 in bull. r. t. IV. p. 127. Ed. Luxbg.

De erectione Collegii pro natione german. in civitate Bononiensi a Sixto V. vd. Bull. r. t. VII. p. 776. Ed. Aug. Taur. 1862.

Nova institutio collegii germanici in Urbe pro scholaribus nationis germanicae pie ibidem educandis et instruendis, cum assignatione annui redditus privilegioque exemptionis a decimis et pedagiis, vd. Constitut. Gregorii XIII. incip :

Postquam Deo placuit dd. 6. Aug. 1573. in bull. r. t. VIII. p. 52. Ed. Luxbg.

De ampliore concessione exemptionis a datiis etc., vd. Constit. Gregorii XIII. incip.:

Ut caeteri de reipublica dd. 15. Julii 1474. *(Ibid. p. 56.)*

Vinea et vineola extra portam Flaminiam collegio germanico pro recreandis scholaribus donantur, vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incipit.:

Quoniam collegium german. dd. 20. Nov. 1576. *(Ibid. p. 155.)*

4) Graecorum in Urbe.

Institutio collegii Graecorum in Urbe pro scholaribus nationis graecae pie alendis et instruendis, cum annuorum reddituum assignatione et indultorum concessione, vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incip.:

In apostoliae Sedis specula dd. 13. Jan. 1577. in bull. r. t. VIII. p. 159. Ed. Aug. Taur. 1863.

5) Illyricum.

De erectione nova ab Urbano VIII. vd. *Constit. Urbani VIII.* diei 1. Juni 1627. in bull. r. t. IV. p. 122. Ed. Luxbg.

6) Maronitarum in Urbe.

Institutio collegii ad scholares nationis Maronitarum pie et catholice bonis artibus christianisque moribus et doctrina instruendos in Urbe et deputatio Cardinalis pro ejus regimine annuorumque reddituum assignatio pro eorumdem sustentatione, vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incip.:

Humana sic ferunt dd. 27. Junii 1584. in bull. r. t. VIII. p. 475. Ed. Aug. Taur.

7) Puerorum.

(Jus parochi.)

Vd. *Seminarium pueror.* decr.: *Mediolanen.*

8) Scoticum.

Vd. *Constit. Clement. VIII.* anni 1600 in Bull. r. t. III. p. 115. Ed. Luxbg.

9) Ungaricum in Urbe.

Vd. *Colleg. german.* p. 25.

Erectio collegii Hungarici in monasterio s. Stephani in monte Coelio de Urbe, vd. Constitut. Gregorii PP. XIII. incip.:

Apostolici muneris sollicitudo, dd. 1. Mart. 1579. in bull. r. t. VIII. p. 250. Ed. Aug. Taur. 1863.

Colloquium.

1) Monachor. cum Mulieribus.

Vd. *Clausura* (monachor., monialium.)

Pii IV. Approb. regulae ffr. M. Conv. Ord. s. Francisci.

Mandat generale capitulum districte fratribus omnibus ne conversari neque loqui audeant cum mulieribus malae famae et quantum fieri poterit etiam ab alloquutioue mulierum bonae famae se abstineant. Qui comprehensi fuerint habere suspecta cousortia mulierum et correcti non se emendaverint carceribus per mensem mancipati a conventu proscribantur.

Et si quis convictus fuerit hujusmodi mulieres duxisse intra claustra conventus, ultra praefatas poenas etiam flagris omni sexta feria publice caedatur per mensem.

Dat. Romae die 17. Septbr. 1565.

(Bull. r. t. VII. p. 414. Ed. Aug. Taur.)

Ad dub.: An Regularis absque legitima licentia accedens ad monasterium monialium regularibus subjectarum ibique in loco colloquiis destinato cum moniali colloquens a dioecesano Episcopo tamquam Sedis apostolicae delegato coerceri et puniri possit?

S. Congregatio Cardinalium Concilii Trid. interpretum censuit: Posse. Quam Congregationis sententiam SS. Dominus Noster Urbanus VIII. ad se relatam approbavit.

(Bull. r. t. III. p. 454. Ed. Luxbg.)

2) Monialium.

Ex constit. Monial. B. M. V. de monte Carmelo excalc. Hispaniae.

Pius PP. VI.

Quoties monialibus nostris sit aliquid tractandum cum persona extranea, hoc fiat ad cratem loquutorii cum auscultatrice quae ibi adsit quin recedat quaeque assideat oportet ubi quidquid loquatur valeat audire, nec in hujusmodi visitatione loqui possit et hoc irremissibiliter servetur, licet in visitatione duae vel plures moniales sermonem habeant et semper moniales nostrae loquantur clauso velo, vulgo dicto *vastidor*, dummodo sermo non sit cum geuitoribus vel fratribus vel in aliquo casu, in quo aeque ac in hisce justum videatur ex aliqua necessaria rationi consona causa et cum illis personis tantummodo, quae magis ad eas coadjuvandas in earum bonis exercitiis orationis et in spiritualibus consolationibus, quam ipsarum recreationi inserviant: et hoc de licentia provincialis in scriptis. Poterunt etiam aperire velum coram actualibus definitoribus generalibus, moderatore provinciae et definitoribus provincialibus, necnon ex definitore generali et ex provinciali ejusdem provinciae, uti etiam priore actuali conventus illius loci in quo monasterium consistit vel ad cujus districtum pertineat et subpriori

districtus, dum praeses sit conventus, neque mercari possint per crates ecclesiae in locis pro confessionibus excipiendis praefixis vel in janua claustri et ad rotas plerumque non accedant, nisi illae, quae rotae assident. Totum id studiosissime injungimus patribus provincialibus, ut servare faciant, exequendo irremissibiliter poenam in contravenientes, quae sit suspensionis ab officio per octo dies pro qualibet vice quoad praelatum, qua vero ad monialem privationis veli per simile tempus.

Non admittantur neque excipiantur visitationes tempore cujuslibet actus communitatis, excepta justa causa quoad priorissam, et aliquo urgente casu quoad reliquas, etiamsi adeuntes sint religiosi nostri, neque cum his loquentur diebus communionis, nisi de aliqua necessaria re et per breve temporis spatium, similiter diebus, in quibus sacra sumitur synaxis, ut moniales vacare valeant gratiarum actioni pro tanto beneficio, non admittantur visitationes, nisi genitorum vel fratrum et sororum, qui aliunde veniant et continuo debeant proficisci; si vero in hoc pater provincialis aut visitator repererit defectum, illum corrigat pro modo culpae.

Caveant summopere moniales a colloquiis prolixis etiam cum genitoribus et consanguineis, quia praeter quam quod hujusmodi negotia multum animo adhaerent ac in eo multum perdurant difficillimum erit, quin cum illis prolixe loqueudo aliquid saeculi immisceant et plerumque minus quam fieri possit cum extraneis, et cum parentibus et affinibus licet proximioribus sit eis sermo (dummodo colloquia hujusmodi divina non respiciant) cumque illos alloquantur in casibus permissis, prout dictum est, brevissime se expediant.

Moniales nostrae neque tractent neque curent de negociis saecularibus semperque satagant, ut ex earum verbis fructus trahatur et tempus minime teratur in visitationibus illis, quae juxta nostras constitutiones utique permittuntur et super hoc accurate invigilet ausculatrix et dignoscens hoc, prout juris est, minime observari, certiorem reddat priorissam, idque omittens eamdem poenam incurrat aeque ac illa, quae in hujusmodi incidet culpam; poena autem sit novem dierum secessus in propria cella, omni prohibito egressu, nisi ad actus communitatis, excepta recreatione et tertia die illi applicent disciplinam in refectorio; vehementer enim interest religioni, quod hoc summopere curetur.

Prohibemus ne praelatae sicut et caeterae moniales ullimode excipiant in monasterii loquutoriis, rotis et cancellis seu cratibus quemcumque regularem, etiam nostri ordinis, nec sinant eos venire ad loquendum cum ipsis absque licentia patris provincialis earumdem monialium, qui licentiam hujusmodi elargitur, accedente justa et rationabili causa et in scriptis, sub poena gravioris culpae. Cum illis tamen moniales in casibus a nostris constitutionibus permissis colloqui poteruut.

Cum in nostrae congregationis constitutionibus vetitum sit religiosis nostris adire monialium nostrarum monasteria iis in locis, ubi conventus fratrum nostrorum consistunt, ad hoc, ut id perfectius observetur, mandamus cunctis nostris monialibus, tam praelatis quam subditis, ne dictos religiosos sine licentia in scriptis patris provincialis admittant, et cum illis loquantur, sub poena suspensionis ab officio per mensem quoad praelatam, quae in hujusmodi incidat transgressionem, quo vero ad ostiariam et sacrarii cujusdam ministram sub poena privationis veli per simile tempus: si autem plures fuerint transgressiones, hujusmodi poenae ipsis adaugeantur, praecipimusque patribus provincialibus, ut hoc rigide perpendant et quatenus reperiant sive dignoscant in hoc defici, dictas imponant poenas. In hac vero constitutione comprehensos minime volumus religiosos, qui, ut supra dictum est colloqui valent cum eisdem monialibus, velum non fereutibus, uti etiam earumdem confessarios actuales.

Die 12. Maji 1783.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 610. Ed. Romae.)

3) Inter Regulares.

(Ex approb. statutorum Ord. Carthusiensis) Innocentius XI.

1. Colloquium in claustro commune habemus omnibus diebus festis capituli post Nonam exceptis solemnitatibus Nativitatis et Coenae Domini, Paschae et Pentecostes: omnibusque festis in quadragesima per hebdomadam occurrentibus.

2. Volumus autem ut eodem die non de-

tur recreatio si datur colloquium claustri: aut non detur colloquium clanstri, si eo die detur recreatio.

3. Concedimus etiam singulis septimanis, excepta hebdomada sancta, unam aliam dari recreationem seu spatiamentnm ultra colloquia claustri diebns festivis concessa: inhibentes propterea omne alind colloqnium tam feriae quintae quam hebdomadae capituli geueralis et similiter egressum de cella propter recordationes. Hortamur nihilominns omnes, qui indigent praevidere suas lectiones, ut eas praevideant illo modo, tempore et loco dnmtaxat, quae visitatores in suis provinciis cum judicio prioris ordinaveriut, ut omuia fiant sine ullo inordinato egressn, discursn aut fractione silentii.

4. Quando post Nonam in ecclesia dictam diebus capituli in clanstro couvenimus tunc antequam sedeamus, qui praeest couveutui dicit *Benedicite;* deinde sequitur lectio de statntis et evangeliis; qua finita commnne colloquinm habemus, in quo nullus consulere debet secreto vel susurrare vel dicere aliquid, quod nolit ab omnibus intelligi vel audiri; sed nec tunc alibi loqni licet quam iu ea parte Clanstri vel loci, ubi colloquium habetur nisi forte pauca verba.

5. Ubicnmque autem colloqninm habemns, curandum nobis est, maxime coram extraneis, ut caveamus a mnltiloquio, clamore et risu indecoro et ut sermones nostri sint religiosi et pii, non vani, saecnlares vel contentiosi.

6. Priores siut solliciti ad rescindendnm vana et indisciplinata colloquia et Mouachis suis aliisque subjectis firmiter interdicant ne de dominis terrae aliisque principibus factisque ipsorum in colloquiis vel alibi verba inordinata habeant contendendo et partes facieudo. Qui contrafacere praesumpserint a colloquiis excludantur et pro modo culpae alias puniantur. Et si qui tales coutentiones domiuis sive principibns sive domesticis eorum revelaverint, si monachi sint careant voce, et si novitii ad ordinis voluntatem: alii vero statim carceri mancipentur.

7. Hortentnr vero et omni instantia inducant suos ipsi Priores, ut colloquia habeant de Deo, de Sanctis, de divinis mandatis, de observatione statutorum nostrorum, de virtntibus acquirendis, de extirpandis vitiis, de tentationibus internoscendis et superandis, de quatnor novissimis et omnino de bonis et utilibus ad animae salntem et profectnm spiritnalem: saepius illins comemorautes haec bb. Hieronymi et Bernardi dicta: Inter saeculares nugae snnt, in ore autem sacerdotis blasphemiae. Et alibi: Nngis aperire os illicitum est, assuescere sacrilegum. Illnd etiam s. Benedicti decretum frequenter inculcantes: Scurrilia verba risnmque amoventia aeterna clausura damnamus. Porro murmuratoria, detractoria, turpia et similia vitiosa verba non solnm prohibeaut Priores sed et severe puniaut, commoneutes non solum eos, qui detrahuut vel murmurantes audiunt, nec reprehendunt, cum utiliter possunt, vel saltem Priori non deuuntiant peccatis alienis involvi et commnnicare.

8. Qui non adfuit Nonae diebus binae refectiouis non debet interesse colloquio, et qni non debent interesse colloquiis, non habent colloquium alind in illo die, nisi ex speciali licentia.

9. Ad commune colloquinm clanstri non admittuntur ullo modo extranei cujuscumqne qualitatis vel conditionis extiterint, nisi ex cansa rationabili aliquando Priori aliter visum fuerit, et si qui sine speciali licentia Prioris vel Vicarii se ingesserint recedant Monachi potius quam illos ad colloquium admittant.

10. Quoties autem ad colloquium admittuntur extranei, non debemus in respondendo eis praevenire Priorem vel seniorem nec ejus vel alterius sermonem interrumpere. Et quando aliqnis ex nobis de licentia vel jussn Prioris aliquid eis ad aedificationem loqnitur caeteri debeut patienter audire et ipse qui loquitnr nou debet modum excedere. In partem vero ducere aliquem vel duci aut qnasi secreto aliqnid intimare aut mandare aliquibus non licet, nisi licentiam dante Priore, quam licentiam non ad nos, sed ad eos, si tanti habeant, pertinet petere.

11. Cum monachi propter extraneos vel propter aliam cansam jussu Praesidentis in claustrum vel alium locum ad commune colloquium vocantur qui eos convocat non dicit eis *Benedicite* sed quisque cum advenit sedenti juxta se *Benedicite* dicit. Deinde quamvis Prior praesens non sit nec etiam extranei loqui licite possunt. Recedentibus autem extraneis propter qnos ad colloqninm convocati sunt aut finito tractatu propter quem vocati sunt recedunt et ipsi monachi cnm silentio, nisi esset tnuc de statnto colloqnium, quia tnnc nisi vellent, non tenentnr recedere. Pro hospitibus advenientibus vel recedentibus non dentnr personis ordinis recreationes.

Anno 1688.

(Bull. r. t. XI. p. 556. Ed. Lnxbg.)

Commenda.

1) Beneficium est.

Vd. t. II. p. 505. n. 26.

2) Duplex genus.

Distinguentes inter commendas, quae ad ecclesiae vel monasterii suo rectore viduati utilitatem invectae snnt, et eas quae commendatarii commodum principaliter respiciunt, cujusmodi hodierno tempore praecipue frequentantnr, generatim statnunt doctores commendas prioris generis beneficiis non accenseri eorumque possessores beneficiarii oneribus non teneri, bene vero secnndi generis cum enim earum possessor liberam omnino administrationem redditnum beneficii commendati acquirat et in ejus fructns jus omne nanciscatur, non secus ac rector ordinarius, spirituale autem officium illis bonis adnexum et commendatario concedatnr, quod ipse vel per se exercet vel per alium, qui veluti ministerium praebet, si ejus officii incapax plane esset commendatarius, ita *Van.-Espen Jus eccl. univ. part. 1. tit. 31. de monast. superioribus cap. 7. n. 3, 36 et seq., Reiffenst. in lib. 3. decret. t. 5. n. 70.*, atque ideo cum possessori suo jus omne quod beneficiario beneficium si nomen excipias conferant ejusmodi commeudae, ss. canonum expositores considerantes uon esse nomen urgeudum, sed rem, *Abbas cons. 47. n. 2., Covar. pract. 9. 136. n. 10., Fagn. cap. Ad Audientiam n. 44. et seq.*, eas beneficiis aequipararunt, *Gonzalez. in reg. 8. cancell. gloss. 5. p. 8. n. 1., Barbos Jur. eccl. l. 3. c. 9. a n. 22., Koning. de praeb. n. 26., Wies eod. liber. n. 9. pag. 2.* Et ejusmodi commendatarios pro titularibus habuerunt *Garc. de benef. part. 4. cap. 4. n. 20., Van-Espen. loc. cit. n. 341. et seq.;* ac dispositiones loqueutes de titularibus seu veris beneficiariis locum habere docuerunt iu illis, ut loquitur *Sarnen. qu. 5. de trien. et qu. 4. de publ.*, nedum in juribus sed et in oneribus *ad leg. Unic. p. 4. cod. de caduc. tollen. et 135. de reg. juris in 6, Van-Espen loc. cit. per tot*, hinc etiam in recitatioue diviui officii.

3) Quae est?

Beneficium administrandum, custodiendum, curandum obtinere sive perpetuo sive ad tempus illud est in commeudam obtinere uti post *gloss. in cap. Nemo V. commendare de elect. in 6.* passim loquuntur canonistae, *Reiffenst. tit. 5. lib. 3. n. 72.*

Commendatarii.

1) Ordinatio.

Commendatarii non tenentur promoveri ad ss. ordines,

I. si vel monasteria carent omni prorsus cura et conveutu,

II. si vel habeant tantum jurisdictionem temporalem,

III. si vel cura animarum sacramentalis conventui soli iucumbit, non autem personae commendatarii,

IV. si vel jurisdictionem, quam ex concessione Sedis apostolicae habeut, non possint actu exercere, quia de facto prohibentur,

V. si eam jurisdictionem spiritualem actu exerceant et non curam animarum habere videantur, c. *Dudum 6.*, c. *Licet, de election.* ubi *Hostien., Joan. Andr., Bellarm., Ancar., Card. Butr., Abb.* c. *Super eo. de praeb. in sexto. Extravag. Execrab. in fin. ubi glos.* vers.: *visitare, de presb. et dignitat. in Extravag. Joan. XXII.*, tameu quia ex longa significatione esse dicitur, Inuoc. et alii c. *Cum satis, de offic. Archid. etc.*, c. *De mulcta, de praeb., Staphil. de stat. et qualit. benef. num. 20.* Idcirco regulariter commendatarii non erunt cogendi suscipere ss. ordines, sed quandoque pro locorum et personarum qualitate expedit eos ad id cogere arbitrio Sanctissimi, sed an ad sacerdotium vel ad diaconatum simul, vide *Card. Clemen. I. q. 20. de offic. Vic. Mil.* verb.: *Curatum, in fin., Rebuff. in prax. benef. tit. de non promot. n. 32.* et intra quod tempus et ante cum decreto irritante. *Supra hoc c.* §. Commendatarii.

Si vero cura animaruni sacramentalis sive monachorum sive personarum secularium incubuerit personis commendatariorum tenebuntur ss. ordinibus iuitiari. An exprimendum sit praecise ad sacerdotium et intra annum, alias ipso jure privati sint, vide *ad cap.: Licet canon. de elect. in 6. ubi gloss.* vers.: *sacerdotium, et vers.: commendandos* et *Clem. Ne in agro*, §. *caeterum de stat. Monach.*, sicut et pro eo: An distinguendum sit, si commendam in auno 22. obtinuerint teneantur promoveri ad sacerdotium intra 25. annum.

Caeterum couvenit ut in Galliis indistiucte commendatarii teneantur promoveri ad ss. ordines ideoque in concessionibus commendarum gallicarum apponatur decretum ut infra annum Sacris initientur, alioquin post annum elapsum vacent ipso jure commendae, quarum si quae existunt de monasteriis omni prorsus cura et conventu carentibus, eo casu SS. D. N. aliquam commendatariorum habebit rationem.

Declarat. S. C. C. Interp. ad verba Conc. Tr. S. 6. c. II. de ref.: *In titulum sive commendam.*

2) Residentia.

Commeudatarii nou tenentur residere,

I. si monasteria carent omni prorsus cura et couventu,

II. vel si habeant tantum jurisdictionem temporalem,

III. si vel cura auimarum sacramentalis soli conventui incumbit, non autem personae commendatarii,

IV. si vel jurisdictionem spiritualem, quam ex concessione Sedis apostolicae habent, non possint actu exercere, quia de facto prohibentur,

V. amplius licet jurisdictionem spiritualem exerceant non ideo tam tenentur residere ex hoc Concilii decreto *sess. 23. cap. 1.* §. *Eadem omnino*, quod licet exprimat de curatis et aliis quibuscumque beneficiis animarum curam habentibus, quae verba ad solam quoque jurisdictionem spiritualem referri possent, c. *Dudum* et c. *Multae* et *Extravag. Execrab. d. c*, super eo tamen intelligendum est de sola cura animarum sacramentali et ideo, qui solam curam jurisdictionis spiritualis habent non comprehenduntur in decreto neque poenis in eo inflictis subjacent, sed tantum poterunt cogi residere, prout ante Concilium tenebantur, ad terminos c. *Dudum in 6.* et d. c. *Super eo* et d. *Extravag. Execrab.* ad quod etiam jus vetus videtur Concilium alibi se retulisse. Si vero cura auimarum sacramentalis seu monachorum seu personarum saecularium incumbit personis commendatariorum, tenebuntur residere ex decreto *Conc. sess. 23. cap. 1. Vide supra* §. *In titulum.*

Declar. S. C. C. Interp. ad verba Concilii Trid. S. C. c. II.: *In titul. et commendam.*

Communio.

1) Admissio.

Vd. *Doctrina christ.* (Method. etc. Constit. Bened. XIV. §. 8.)

Imoleu.

Ad dub.: Au decretum, quo demaudatur, ue capellauus perpetuus admittat ad primam susceptionem ss. Eucharistiae pueros vel puellas nisi certiorato Archipresbytero (parocho) de sufficientia et capacitate eorum in principiis et rebus fidei, sustineatur?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 12. Juni 1715.

2) Aetas.

Vd. t. 1. p. 312. n. 7.

3) Capaces qui non sunt?

Vd. *Absolutio a peccatis* (decr.: *Gravin.* t. I. p. 156.)

4) Dies pro lucrandis indulgentiis.

Decretum Urbis et Orbis.

Ex audientia Sanctissimi die 6. Octobris 1870.

Inter ceteras conditiones, quae in implendis operibus injunctis pro acquisitione Indulgentiarum servari debent, ea est, ut eadem fiant intra tempus in concessionibus praefinitum. Ut vero christifideles facilius ad eas lucrandas excitarentur, pluries haec sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita, approbantibus Summis Pontificibus, quoad praescriptam Confessionem et Communionem vel benigna interpretatione vel indultis hac in re providendum existimavit.

Hinc per Decretum diei 19. Maji 1759 statuit: Confessionem suffragari si expleatur etiam in pervigilio festivitatis, pro qua concessa est Indulgentia; et item per Decretum diei 12. Junii 1822 declaravit: Communionem peragi posse in vigilia festivitatis.

Etsi vero haec indulta nullum dubitandi locum relinquerent circa eas Indulgeutias, quae pro festivitatibus proprie dictis conceduntur, iucipientibus nempe a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei festi, ita ut liberum sit fideli vel in ipso die festo confiteri et sacra Synaxi refici: plures tamen exinde dubitationes obortae fuerunt, an idem dicendum foret de aliis Indulgeutiis spatio unius diei lucrandis, et ab initio diei naturalis incipieutibus quae videlicet conceder entur uou ratione festivitatis occurrentis sed alia qualibet ex causa, quemadmodum usuvenire solet pro sextis feriis meusis Martii, diebus dominicis festum s. Aloisii praecedentibus, oratione quadraginta horarum aliisque casibus similibus quibuscunque.

Itaque Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto ejusdem sacr. Congregationis diei 6. Octobris 1870 ad removeudam omnem dubitandi ratiouem et ad commodius reddendum Coufessiouis et Communiouis adimplementum benigne declarari et decerni mandavit, prout hoc decreto declaratur atque decernitur; tum confessionem dumtaxat et Communiouem peragi posse die, qui immediate praecedit sequentem, pro quo concessa fuerit Indulgentia quaelibet non solum ratione festivitatis occurrentis juxta allata Decreta verum etiam quacunque alia ex causa vel devotionis vel pii exercitii aut solemnitatis, uti esset pro memoratis et ceteris hujusmodi diebus, pro quibus Indulgentia cum conditione Confessionis et Communionis concessa jam fuerit vel inposterum coucedatur, licet tempus ad eam acquirendam ab initio diei naturalis et non a primis vesperis sit computandum; servata tameu in adimplendis aliis operibus injunctis regula generali circa modum et tempus in concessionibus praescriptum.

Voluitque Sanctitas Sua nihil innovatum censeri quoad Decretum diei 9. Dec. 1763 favore christifidelium, qui laudabili consuetudine utuntur confitendi semel saltem in hebdomada cum privilegiis, conditionibus et restrictivis ibidem recensitis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 6. Octobris 1870.

A. Card. Bizzarri, Praefectus.

A. Colombo, Secretarius.

5) Ante Matrimon. contrahendum.

Vd. *Confessio ante matrim. contr.*

6) Paschalis.

a) In Cathedrali vel alia paroch. ecclesia civitatis sumenda.

Vd. *Matrimon.* (paroch. Cathedralis non etc.)

b) In Cathedrali quisque satisfacitne?

Ameriua.

Vigilantissimus Antistes Ameriuus hoc postulatum EE. PP. propouit: Quilibet a populo quatuor parochiarum urbauarum Amerinae civitatis ut paschali praecepto satisfaceret s. Eucharistiam iu cathedrali ecclesia sumere potest idque ex immemorabili.

Satis autem erat, ut iustanti parocho fidem in scriptis exhiberet quam ipse communicato dabat iu actu communionis clericus sacerdotis communicantis. Sacerdos autem communicans erat quicumque praesbyter Cathedralis. Hinc maximum abusum oriebatur, ut aliquis licet scaudalis publicis aut ignorantia indignissimus sine proprii parochi approbatione sed etiam scientia ad paschalem communionem admitteretur aut quisquis etiam substitutum communicandum mitteret et fidem in scriptis seu schedulam postea recipiebat ipse committens numerata etiam pecuuia pro mercede hujus sacrilegae fraudis.

Antecessores mei non raro processum fecerunt adversus hujusmodi patrantes et commissos. Nam commissi formaliter ecclesiasticae legi non adimplebant; committentes vero neque materialiter illud servabant, sed solummodo ecclesiae et parochis illudebant. Primo ecclesiastici mei regiminis anno remedium ut afferem solis viribus curavi et efficacia de hac re verba feci DD. Canonicis quos simul congregatos iuveni in capitulo, licet capitulariter juxta morem non essent uuiti, ipsis significans me ardenter desiderare, quod nemo praecepto paschali in Cathedrali satisfaceret bene vero illud adimpleret in propria paroecia, atque nemine contradicente desideriis meis verbaliter indulserunt. Hinc iu actibus pastoralis visitationis decretum posui quo mandatur, ut ad satisfactionem communionis paschalis quilibet s. Eucharistiam non in Cathedrali sumere debeat sed a proprio parocho, id in Paschate elapsi anni perpelle et exacte praestitum est. Verum ut animus meus debita non fraudetur quiete et ut majus robur et soliditatem accipiat dictum meum decretum ipsius confirmationem ab isto supremo Tribuuali enixis precibus peto.«

Iuterrogatus inde est Episcopus, num ex privilegio apostolico liceat in ecclesia cathedrali subditis alterius paroeciae paschali praecepto satisfacere. Quibus in transmissa informatione respondit: »Capitulum convocavi illudque ad privilegium pontificium edendum adegi quo singulis cujuscumque paroeciae fas sit cathedralem ecclesiam convenire ad sumendam paschalem Eucharistiam. Comitiis capitularibus habitis et osteusis vestris authographis literis et concesso unius mensis cursu quo privilegium adducerent, nihil adhuc per ipsos editum est aliud quam immemorabilis consuetudo, qua exitiale privilegium quod procul dubio desideratur et firmatum volunt.« Caeterum affirmat, quod post exequutionem decreti mala et scandala decreverunt. Hinc finitae inimicitiae fuere, extirpatae malae consuetudines, frequentata christiana catechesis, depulsa iguorantia.

Hinc pax et fides inter conjuges redit, parochi monere, orare, increpare potuerunt, ut dispersas oves ad gregem revocareut. Ex quibus Episcopus obtestatur vos EE. PP., ut decretum s. visitationis confirmetis.

Parochis quidem favet juris dispositio iu *cap.: Omnis utriusque sexus de poeniten. et remission.* et *in Trid. sess. 23. cap. 13. de reform.*, itaut soli jura parochialia exerceant et ab eis solis parochiani Sacramenta licite suscipiant. Et quamvis ecclesia cathedralis sit paroecia universalis civitatis et caeterarum paroeciarum matrix ad tradita per *Rotam decis. 1163. n. 15. coram Poenia*, attamen quoad administrationem Sacramentorum uullam habet praerogativam supra caeteros parochos, nisi expresse privilegio Sedis apostolicae hoc jus parochorum proprium sit etiam Cathedrali communicatum, ut praeceptum paschale in eadem impleri possit, ut docent *Frances. de eccles. cathedral. cap. 21. n. 115.*, *Guttierez. Canonic. quaest. lib. I. cap. 27.*, *Rodriquez quaest. regular. tom. I. quaest. 56. art. 3.*

Quod privilegium cum a Cathedrali Amerina non proferatur sed tantum immemorabilis consuetudo eo quaestio redire videtur, num ex hujusmodi consuetudine quaeri potuerit jus Cathedrali, ut in ea licite praeceptum paschale impleatur. Magna quidem

est vis immemorabilis consuetudiuis et ex ea cum quilibet titulus etiam indulti apostolici praesumatur ita etiam juris dispositio cohibetur, ut Cathedralis jus cumulativum cum parochis quaesiverit administrandi intra propriam ecclesiam paschalem communionem.

Celebratissima hac de re fuit controversia in s. Rota pertractata iuter Cathedralem Barchinouensem et parochos illius civitatis super hoc jure cumulativo.

Haesit primum anceps sententia s. Tribunalis, deinde de parocho in eo judicio obtinuerunt, ut in *Barchinonen. Jurium parochialium super praecepto paschali 1732. coram clar. mem. Cardinali Aldovrandi et anni 1735. coram san. mem. Clemente XIII.* Post quadragenarium silentium reintegrato certamine parochi qui olim obtinuerunt in novo jurium periculo succubuerunt, ut ex decisionibus 3. Martii et 10. Decembris 1777 et 5. Junii 1778 coram Ratta, quas consequuta est sententia rotalis confirmata in decisionibus 14. Maji 1779 et 24. Januarii 1780 coram cl. m. Cardinali Rinuinaldo.

Nihilominus observandum est, quod Tridentinum in allegat. *sess. 24. cap. 13. de reform.* jubet inter caetera, ut unicuique paraeciae proprius assignetur pastor »a quo solo licite Sacramenta suscipiant et prorsus abrogat omnia privilegia et consuetudines non obstantibus quibuscumque privilegiis et consuetudinibus etiam immemorabilibus. Quae clausula cum in fine capitis apposita sit profecto complecti videtur omnia quae in illo decreta jussaque fuere, maxime cum agatur de consuetudine introducta post Tridentinum, cujus sanctiones confirmavit s. mem. Pius IV. in Bulla: *Benedictus Deus*, 1563, quae decretum irritans et clausulam »sublata« praesefert. Ex quibus impeditur, ne legitima consuetudo contra Tridentinas sanctiones adolescere potuerit authore *Fagnan. in decretal. lib. 4. cap. Quod super de consanguin. et affin. num. 7. 8.* et *Benedict. XIV. Instit. 70. num. 7.*

Caeterum testis est *Pignatell. consult. 89. tom. 7.* quod dum ipse die 5. Februarii 1682 munus Camerarii romani cleri gerebat san. mem. Innocentius XI. in publica audientia data parochis Urbis decrevit praeceptum paschale non impleri per communionem in patriarchali Basilica Lateranensi et Vaticana. Quod decretum laudat *Benedict. XIV. Instit. 18. §. 22.* In hac s. Congregatione iu *Illerden. diei 7. Maji 1785* propositum fuit dubium:

Au ut satisfiat praecepto sumendi Eucharistiam tempore paschali satis sit illam sumi in Cathedrali, an vero necessarium sit illam sumere in propria uniuscujusque paraecia quacumque consuetudine non obstante?

Iusequeuti Congregatioue diei 28. Maji rescriptum fuit:

Scribatur Episcopo juxta mentem: Mens autem fuit ut ipse iuvestigavi in *lib. 35. literarum pag. 18.*, ut Episcopus admoueret capitulum ne qualemcumque urgeat consuetudinem, sed siue ulla judicialis conteutionis imagine ultro ac libenter sinat, ut te auctore Fideles a suo unusquisque parocho communionem paschalem suscipiat. In praesenti vero causa capitulum oretenus consensum praebuit.

Ex quibus deliberare poterunt EE. PP. num servandum sit decretum latum ab Episcopo Amerino in s. visitatioue, quo decernitur, ut omues in propria paraecia paschale praeceptum implere teneantur. Quod quidem decretum se tulisse affirmat, ut scandala removerentur quae post exequutionem decreti jam diminuta sunt.

Dubium proponitur:

An decretum s. visitationis sit servandum in casu?

S. C. resp.

Affirmative.

Die 10. Septb. 1803.

c) Dilatio.

Beuedictus PP. XIV.

VV. FFr. Episcopis Regni Serviae.

Invigilent etiam pro pastoralis muneris implemento ne fidelibus quocumque in loco degentibus sacerdotes catholici desint, qui ipsis in Paschatis solemuiis s. Eucharistiam ministrare possint, tum ut Lateranensis Concilii pro omnibus utriusque sexus fidelibus decretum observetur, tum ut in communi totius ecclesiae de resurrectione Domini laetitia, hoc vivifico pabulo, quod symbolum quoque unitatis est, ecclesiae filii roborentur ac nutriantur. Quod si propter locorum et temporum infelicitatem eveniat, ut infra duas

hebdomadas, quae a dominica Palmarum ad dominicam in Albis intercurrunt, nullatenus id fieri possit, tunc, ut eidem praecepto vel in quadragesima vel in solemniis Pentecostes praeviisque diebus juxta proprii sacerdotis consilium a populis istarum Serviae regionum satisfieri valeat, harum literarum tenore concedimus et indulgemus.

Die 2. Febr. 1744.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 306. §. 21.)

Communionis in Paschate praeceptum potest extendi in longius tempus ex Episcopi aut Parochi dispensatione rationabili, veluti si timeatur de relapsu in peccatum seu gravitas delicti perpetrati id requirat aut si causa alicujus forensis expeditionis impediat conscientiae serenitatem.

S. C. C. 19. Novb. 1619.

d) Excommunicatio.

Vd. t. II. p. 131.

Episcopus adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionis et Eucharistiae Sacramenta negligunt accedere et poenas cap.: *Omnis utriusque sexus de poenit. et remiss.* contemnunt, potest etiam ad excommunicationem procedere, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ex rationabili causa communio ad tempus dilata fuerit.

S. C. C. 28. Jan. 1587 ad 1.

e) Satisfacitne, qui eam inscius a Sacerdote non baptizato et ideo non ordinato sumit?

Vd t. I. p. 218. r.

Commutatio.

1) Operis injuncti pro Jubilaeo lucrando extra confessionem.

Ad dub.: An eveniente justa causa commutandi opera injuncta praescripta in Breve praesentis Jubilaei ejusmodi commutatio fieri possit extra actum sacramentalis confessionis?

R.: Ex declaratione facta a SS. D. PP. Pio IX.: *Affirmative.*

Dat. Romae in s. Poenitentiaria.

Die 16. Mart. 1867.

2) Ultimae voluntatis.

Vd. *Poenitentiaria apost.* (Revoc. privileg., constitutio Pii IV. diei 4. Maji 1563. §. 3.)

a) Apostolica facultas.

Vd. t. II. p. 617. *a; Beneficium* (reductio, mutatio.)

Melevitana.

Soli Pontifici reservata facultas est commutandi pias defunctorum voluntates, ex *Clement. Quia contigit de Religis. dom.*, nec Episcopus potest eam concedere juxta canonistarum sententiam, de qua *Bened. XIV. de syn. dioec. l. 23. c. ult. n. 17.*

Die 9. Aug. 1817.

Imolen.

Certum in jure est ss. Pontificem plenam habere potestatem commutandi ultimas fundatorum voluntates justis concurrentibus causis. Clara est sanctio in Concilio generali edita per omnem ecclesiam perpetuo servata ac recepta *in Clem. Quia contigit 2. de relig. domibus: Ea quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium salva quidem Sedis Apostolicae auctoritate converti*, ad quam celebris *glossa* est in verbo: *Sedis apostolicae: Nota per hanc literam solum Papam posse alterare usum illorum, quae per fideles donata sunt vel relicta.* Ad Episcopos referri potest, ut sua cura et auctoritate fidelium pias voluntates servari mandent atque eas si negligantur exequantur ipsi. Insignis est textus Gregorii III. *in cap. Nos quidem de testament.* et Gregorii IX. *in cap. 17. eod. tit.* Synodus Trid. idipsum statuit dum de commutationibus verba fecit *sess. 22. cap. 6. de reform.: In commutationibus ultimarum voluntatum quae nonnisi ex justa ac necessaria causa fieri debent Episcopi tamquam legati Sedis apostolicae summarie et extrajudicialiter cognoscant nihil in precibus tacita veritate vel suggesta falsitate fuisse narratum,*

priusquam commutationes praedictae exequutioni demandentur, quam quidem sanctionem nonnulli doctores non bene perpensa sive non probe intellecta Concilii sententia extendentes nedum interpretati sunt de delegata potestate cognoscendi *tacitam veritatem vel suggestam falsitatem* in precibus, verum etiam de potestate commutandi pias defunctorum voluntates. Hos tamen constantissime refutarunt doctiores canonistae, ut videre est apud *Barbosam de offic. et pot. Episcopi part. 3. alleg. 83.*, *Molin. de Instit. tract. 2.*

Die 26. Febr. 1820.

b) In Canonicatibus erigendis.

Vd. t. III. p. 322. n. 19.

c) Causae concedendi vel non concedendi.

Vd. *Missa fund.* (commut. in bonum Hospit. non concessa, decr.: Albintimilien §: Notum est etc.). *Beneficium* (mutatio, translatio); *Anniversarium* (mutatio) *Missa* (translat.) *Commutat. ult. volunt.* (concessa, non concessa.); *Fundatio* (stricte observanda).

d) Concessa.

Vd. t. II. p. 617. n. 63. p. 888. n. 102.

Praevia derogatione dispositioni testamentariae Canonici Jacobi Savioli pium legatum ab eodem relictum pro erectione orphanotrophii in terra Plebis dioecesis Bononiensis applicatur hospitali s. Mariae dictae Terrae, et Bononiensi Archiepiscopo exequutio concessionis committitur.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster.

Salutem et apostolicam Benedictionem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii admiuistratores hospitalis s. Mariae terrae Plebis Bononien. dioecesis, quod quondam Canonicus Jacobus Savioli ejusdem terrae deficiente linea masculina Francisci et Alphonsi fratrum de Claris haeredum institutorum ab ejus haereditate separari mandavit praedium Tornaturarum 14 ex parte affectum ecclesiastica emphyteusi et censu in sorte scutorum quatuorcentum monetae romanae sub expressa declaratione, quod utriusque sortis fructus naturales et civiles a die obitus ultimi haeredis gravati per decennium cumulari deberent, ad effectum erigendi in dicta terra orphanotrophium sine ecclesia, in quo indesinenter praeberi deberent alimenta et honesta educatio sex pueris usque ad aetatem annorum 18 et separatim 6 puellis quousque nuberent aut pervenirent ad aetatem 22 annorum, injungendo praeterea, ut pro una vice tantum elargirentur scuta 10 cuilibet ex illis, qui vel ob completam aetatem vel titulo matrimonii vel ob aliam causam e dicto orphanotrophio dimittendus essent et alias prout in ejusdem Jacobi testamento uberius dicitur contineri.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, quia ut asserunt jam imminet defectus ultimi ex haeredibus a testatore volitis, ob decrepitam illius senectutem, totum id, quod a praedicto Jacobo testatore assignatum fuit pro erectione et dotatione hujusmodi orphanotrophii, in hospitalis praedicti subsidium convertendi facultatem per Nos concedi plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes et testamenti praedicti tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso et inserto habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Trid. Interpretum, ad quos supplicem libellum Nobis porrectum remisimus qui relationem tuam ad eosdem Cardinales transmissam attenderunt, consilio, Circumspectioni tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis supradictis eorumdem exponentium precibus praemissa ejusdem Jacobi testatores dispositione minime obstante auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et prudentia gratis indulgeas juxta petita. Non obstante Jacobi testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad praemissa sufficienter et expresse commutamus, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 20. Maji 1761.

(Bull. r. Contin. t. II. p. 125. Ed. Romae.)

Praenestina.

J. Paulus Petruccini Praenestinus in ejus ultimo quod 1676 condidit testamento super

omuibus ejus bonis fideicommissum instituit, cujus vocatiouis beneficium contulit iu Dominicum filium suum istinsque desceudeutes iu iufinitum et subinde nominatim in ceteros ejus filios eorumque respective descendeutes, quatenus vero descendentia nominati deficeret iisque iu uuiversum defectis substituit nepotes suos Figliacci ex oppido Gallicani, nimirum primo Bernardinum, secundo Carolum Antoninm et Dominicum Figliacci Bernardiui fratres, eorum filios in infinitum, quibus etiam deficientibus suam haereditatem deferri jussit ad ecclesiam cathedralem s. Agapyti Praenestiuae civitatis cum onere tot ex illius fructibus erigeudi canouicatus annui redditus scutorum 100 pro quolibet de jurepatronatus familiae Petruccinae eaque amplius nou existente familiae Terzoli adjecto unicuique ex Cauonicis ouere annua ceutum celebraudi Sacra iu expiatiouem auimae suae suorumque haeredum et successorum.

Volnit tamen idem testator, quod si factus esset locus successioni favore alicujus ex familia Figliacci, is, qui succederet, teueretur domicilium figere in Praeuestiua civitate necuon uuum fundare cauouicatum annui redditus scut. 100 iu dicta Cathedrali cum annuo ouere celebratiouis 100 missarum.

J. Paulus Petrucciui juuior qui fuit ultimus ex descendeutia testatoris decessit 1753 cessis prius suis juribus contra fideicommissum mouasterio Infantis Jesu civitatis Praenestis. Per illius obitum purificata fuit successio iu bouis fideicommissariis favore Jos. Figliacci supradicti Bernardini nepotis, quem inter et praefatum mouasterium gravissimae subortae sunt coutroversiae etiam iu s. Rotae auditorio discussae et favore mouasterii definitae itaut aes haereditarius testatoris qui prius erat valoris scut. 8000 nunc per succubeutiam in lite redactus est ad valorem dumtaxat scut. 1700 cujus redditus satis nou sunt pro uuico erigeudo cauonicatu annuorum scut. 100 ut testator ipse praeceperat.

Dum praefatae vigebaut judiciales coutroversiae, supradictus Jos. Figliacci substitutus nomiuavit ad erigendum cauouicatum clericum Mariam Carmiuati. Verum ne Figliaccius nudum haeredis uomeu haberet, supplex adivit idem uuacum uomiuato Canouico s. mem. Clemeutem XIV., ut injungeretur dicto Cauouico Carmiuati ouus submiuistraudi quotaunis scuta 20 sibi ejusque filio douec vixerint. Hujusmodi preces laudatus Pontifex suo rescripto diei 18. Sept. 1772 remisit arbitrio cl. mem. Cardinalis Stopponi tuuc temporis Episcopi Praenestini, qui animadvertens tum ad onera quibus gravabatur praebenda tum ad tenuitatem redditnum bonorum Petruccini oratorum votis minime anuuendum putavit, idcirco erectio cauouicatus infecta remansit quousque supervenit obitus Carmati.

In hoc autem rerum statu serio considerantes capitulum et Canouici praefatae Cathedralis *che un tal canonicato non avra la rendita maggiore discud. 60. in circa per essere stati dai creditori assorbiti moltissimi Beni criditarii, come pure la Cathedrale presentemente e provista diventidue canonicati, compresa anche la dignita Arcidiaconale, ed al contrario non hà, che scarso numero di beneficiati, non oltre passando questi il numero di sette, compesovi uno sospeso ad tempus;* hiuc preces porrexeruut SS. Domino Nostro pro commutauda fundatioue cauouicatus in illam beneficiati residentialis et choralis iu dicta Cathedrali solitis cum honoribus et oneribus, quibus fruuntur et subjiciuntur alii beneficiati.

Ad hanc s. Congregationem ablegatis precibus auditus fuit Eminent. Episcopus auditusque Jos. Figliacci patronus. Hic petitae commutationi assentitur, ea tameu lege ut de beneficio provisus nedum chori assisteutiam et missas a testatore praescriptas impleat sed et parocho iu cura auimarum praestet auxilium et sibi ac deinde ejus filio eorum respective naturali durante vita annua scuta 20 persolvat.

Emiuent. Episcopus ea omnia quae supradicta sunt narravit approbavitque, attenta tenuitate redditnum patrimonii ex quibus demptis expensis a Cauouicis fieri solitis: *vix pro novo Canonico superessent annui fructus scut. 29., quod sane miserabile nimium videtur stipendium pro continua Canonici residentia et quotidiano chori servitio.*

Snamque aperuit auimi sententiam, »quod si petita commutatio ex adductis causis rationabilis esse videtur utilissimum ac paene necessarium censendum est ouus coadjuvandi parochum. Cura uamque Cathedralis peues capitulum resident et per unicum exercetur Canouicum qui tam ob satis amplum Animarum numerum, tam ob difficilem Civitatis viarum circuitum tam deuique ob canouicatus exercitium oves negligere suas alieuumque auxilium emendicare cogitur. Ne tamen novus beneficiatus absque ulla mercede praedictum onus coadjuvandi in cura animarum ferre teneatur, adjiciendam sui favore censerem conditionem, quod a parocho pro tempore, si coadjuvari velit, ipsi quarta incertorum pars subministretur, sicuti praesens Canonicus parochus libenti animo subministrare spondet. Pariter consona videtur petita et limitata praestatio favore Josephi, quem uti a testatore praedilectum humana uou patitur ratio omniuo excludi a fructu haereditatis.

Regula juris est defunctorum voluntates uou esse commutandas uisi justa, rationabilis et necessaria causa coucurrat *sess. 22. cap 6. de refor.* Causa siquidem justa non ea est, quae aliquam rationem secumfert sed quae uecessitatem suadet commutandae voluntatis, ut ea esse videtur iu praesenti casu, iu quo redditus residualium bouorum J. Petruxiui fundatoris impares sunt pro erigeudo canonicatu, pares vero pro erectione beneficiati iu eadem Cathedrali et cum eisdem oneribus residentiae, servitii chori centumque missarum celebratiouis, quibus ipse fundator erectionem cauonicatus fieri maudaverat. Nou aliter enim id, quod petitur, importat, uisi permutationem uominis cauonicatus in beneficiatum, in quem permutaret idem fundator, si cogitasset eveuturam tenuitatem suorum redditnum imparium pro cauouicatus erectione, quibus in terminis interpretatio potius dicitur, quam iutegra et absoluta voluntatis mutatio, *Piton. de controv. patron. alleg. 50. n. 1.* et *Pignatell. consult. 148. n. 4. t. 4.*

S. Cougregatio urgeute uecessitate ante tamen executionem voluntatis testatoris eam commutavit in aliud pium opus, quod proximum sit congruatque voluntati defuncti, ut *in Romana Commutationis voluntatis 27. Febr. 1734., in Camerinen. et Fabrianen. Commutationis voluntatis 10. Sept. 1735., in Nullius Terrae Pontiani Commutationis voluntatis 8. Maji 1756.*

Dignabuntur itaque EE. VV. dubium:

An et quomodo consulendum sit SSmo pro commutatione voluntatis J. Pauli Petruccini senioris in casu?

S. C. resp.:

Pro commutatioue tantum juxta votum Emi Episcopi, iu reliquis ad mentem.

Die 15. Mart. et 19. Apr. 1777.

Interamnen.

In executionem piae voluntatis Cleriae Sersanti Fadulfi Iuteramnensis R. P. D. Fadulfus Anconitanus Antistes ejus filius capellaniam erexit, cui iu dotem assiguavit praedium iu vocabulo *Fiori.* Ouus subinde capellano indixit quotannis 100 celebrandi Sacra tradendique patribus strictioris observantiae Iuteramnae dimidium rubri frumenti ad rationem juliorum duodecim pro qualibet rubri quarta necnon duas salmas musti ad ratiouem juliorum 9 pro qualibet. Eamdemque rerum traditionem anno quolibet a capellano fieri jussit favore PP. Cappuccinorum praeter olei 5 matretas. Dictum capellauiae praedium alieuavit Julius Fadulfi, cujus filii alterum alienato praedio subrogaruut iu vocabulo *Piedelmonte*, quae subrogatio fuit a tunc Iuteramuensi Episcopo comprobata. Verum cum hujus subrogati praedii fructus impares siut ad subeuuda onera supradicta et praesertim ad facieudas fruuenti et musti traditiones, juxta peculiarem taxam a fundatore praescriptam, supplices idcirco fuerunt Cleriae haeredes, ut commutata illius voluntate capellanus fieret immunis a praefata legatorum traditione utque tot ubicunque pro suo arbitrio Sacra celebraret, quot essent annui praedii redditus, detractis tamen expeusis utensilium aliisque pro ejusdem praedii cultura necessariis.

Eorum petitio annuentibus Episcopo et patribus legatariis proposita fuit in Congregatione diei 15. mensis Martii, cujus folium EE. VV. reassumere dignabuntur, fuitque in subsequenti Congregatione diei 19. Apr. dilata illius resolutio edito rescripto: *Scribatur Episcopo juxta instructionem*, ut scilicet referret, an fructus subrogati praedii *Piedelmonte* sufficiant necne pro omuium onerum implemento, ut jure decerni possit vel executio mentis testatricis quateus redditus pares sint vel ejusdem meutis commutatio, quateuus impares habeautur, utque certiorem redderet hauc s. Cougregatiouem de annuis redditibus dicti praedii, eorum facto calculo per deceunium vel per peritos auuo computato sterili cum fertili et au dimidium rubri frumeuti computato similiter auno fertili cum sterili emi possit ad rationem juliorum 12 pro qualibet quarta, necnou musti pretium sit computaudum ad ratiouem juliorum 9 pro qualibet salma ac demum qua iu ecclesia tumulatum fuerit cadaver testatricis.

His omnibus satisfecit Episcopus transmisitque documenta comprobantia quae retulit. Sic enim respondit: »Quod nec ex librorum inspectione neque ex aliis legitimis documentis attenta eorum deficientia calculum de redditibus praedii Olivati subrogati vocabulo Piedemonte per decennium habere potui, sed juxta praescriptum ab EE. VV. electi fuerunt per me dno in arte agraria publici periti, qui medio eorum juramento retulerunt, quod inspecto et mature considerato eodem praedio sit valoris in proprietate scutorum 500, ipsius vero redditus, deductis expensis pro cultura necessariis, cum dictum praedium non sit subjectum alicui canoni, computato anno fertili cum sterili, non excedant pro portione dominicali annuam summam scut. 15 monetae romanae, et sic satisfactis omnibus oneribus a testatrice relictis parum ant nihil pro capellano remaneat, ut retuli in alia mea informatione.«

Itemque respondit: »Quo vero ad dimidium rubrum, nempe quartas duas frumenti, quas capellanus anno quolibet praestare tenetur religiosis supra recensitis, computato itidem anno fertili cum sterili, pretium constituitur generaliter juxta stylum hujus civitatis ad rationem juliorum quindecim pro qualibet quarta, id est scut. 6 pro unoquoque rubro et quoad mustum scuti unius pro qualibet salma, prout fusius EE. VV. recognoscere dignabuntur in annexis publicis documentis, ex quibus etiam apparet cadaver praefatae quondam Cleriae Sersanti tumulatum fuisse in ecclesia conventus minorum conventualium s. Francisci hujus civitatis.«

Iterumque suum votum aperuit ad concessionem gratiae ea superaddita ratione quia: *praedia Olivata in hac civitate suepesaepius fallere solent in redditu.*

Haec Episcopus. Patres nunc erunt decernere:

An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis testatricis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Episcopi, celebratis per capellanum missis in capellis s. Antonii Abbatis et s. Antonii Patavini erectis in ecclesia minorum conventualium s. Francisci juxta redditus praedii Pedemontis ad rationem eleemosynae manualis detractis nteusilibus, docto quolibet anno de adimplemento coram Episcopo.

Die 19. Julii 1777.

Parmen.

Heredem scripsit 1733. sacerdos Petrus Maria Bosi collegium doctorum theologiae civitatis Parmae cum onere praesertim celebrandi in quacumque ecclesia die 4. Decb. cujusque anni festum s. Bernardi Episcopi et Protectoris eique in casu adimplementi episcopalem mensam substituit.

Non multo post annum 1739. quo testator decessit extructum fuit oratorii aedificium, sed prae illius angustia in diversum bibliothecae et congregationum usum conversum est et in altera ex parochialibus ecclesiis civitatis celebratum ad haec tempora fuit festum. Semper tamen animo novum aedificium agitarunt theologi et ex annuis hereditariis fructibus qui omnibus detractis oneribus scutorum sunt 600 cumulum fecerunt sc. 2000, reliqua in ampliandam bibliothecam, in dotes et eleemosynas erogata summa. Mutato deinde consilio EE. Vestris supplicavit collegium pro facultate subrogandi in locum novi oratorii decentem aliquam alterius ecclesiae capellam ejusque petitioni ex hoc potissimum favit Episcopus, quod civitas isthaec ecclesiis et Oratoriis plus etiam satis est ornata quodque unicum festum s. Bernardi in d. oratorio ex testatoris voluntate celebrandum est ac per consequens integri anni fluxu relatum oratorium nulli prorsus usui esset.

Ut omnia vero ad deliberandum cognoscerent, novam EE. Vestrae imperarunt informationem ut referret uempe Episcopus convocato capitulo per secreta suffragia de ejus consensu quoad substitutionem mensae episcopalis et de consensu rectoris ecclesiae omniumque interesse habentium quoad altare designandum. Secundo igitur Parmensis Antistes refert novum s. Bernardi altare non arridere capitulo, ne rei novitate motus divertat populus a Cathedrali, in qua ejusdem Sancti festum celebratur, consensum contra praestitisse rectorem ecclesiae s. Andreae Apostoli, in qua altare illud designatum est. In animadversionibus partium, quas informationi inseruit, notanda potissimum sunt capituli vota ut tota aeris summa quae ex haereditatis fructibus annuatim obvenientibus

in oratorii constructione fuerat congerenda sacelli Cathedralis nostrae, ad quod s. Bernardi Sacra Lipsana adservantur, commodo atque utilitati impendatur. Hoc non obstante primam informationem confirmat Episcopus et haec addit in secunda: »Minime inquit verendum est, ob petitam ab oratoribus extructionem altaris s. Bernardo dicandi imminuendum esse ejus cultum et populi affluentiam ad saepedictum sacellum Cathedralis.

Oratorum petitioni expressa resistit juris dispositio. Quidquid enim testatores in pios usus destinarunt fideliter et plenarie in usus praedictos expendi debet, ex Gregoriana constitutione in *can. Tua nobis 17. de testam.* Potissimum si aedificationem mandaverint ecclesiae quae inter praecipua religionis et pietatis opera numeratur, *Barbosa de Jur. eccles. lib. 2. de eccles. aedifican. cap. 2. num. 1., Amostaz. de caus. piis lib. 5. cap. 1. num. 1.* Commutari quidem valent eorum voluntates sed ex justa et necessaria causa, ut statuit s. Concilium Trid. *sess. 22. cap. 6. de ref.*, sive etiam publica ad monitum s. Bernardi Abbatis *lib. 3. cap. 4. de considerat. ad Eug. Pap.*, quem sequitur *Fagnan. in cap. Nimis sub num. 6. de tit. presbyt.*

Res igitur in nostro themate a causis pendet commutandi oratorium in capellam, talesne sint, ut a canonicis sanctionibus recedatur.

Jam eas habent Emi Patres ex facto snaque prudentia deliberare poterunt de necessitate construendi novum oratorium, quod integri anni fluxu excepto s. Bernardi festo nulli prorsus usui esset; illudque in civitate, quae ecclesiis et oratoriis plus etiam satis est ornata. Addi etiam posset, quod parcere cupit theologorum collegium impensae oratorii, ut redundantes hereditatis fructus in eleemosynas, dotes aliaque pia opera a testatore praescripta convertat. Notandum insuper ex testamento, quod novum omnino non praescribitur oratorium, sed in altera quoque ex hereditariis domibus permittitur. Levis autem commutatio a consecranda domo ad s. ecclesiae s. Andreae capellam. Consensus tandem accedit et approbatio Episcopi, cujus mensa substituta est collegio, si piam testatoris voluntatem non adimpleat.

Justane sit contradictio capituli ob diminutionem cultus ad alterum Cathedralis altare, de qua contra opinionem Episcopi timet, EE. Vestrae decernent. Consideranda tamen ejus petitio, ut tota aeris summa quae ex hereditatis fructibus in oratorii constructione fuerat congerenda sacello Cathedralis nostrae commodo atque utilitati impendatur. Non absurda enim videri posset hujusmodi applicatio, si demandatum theologis festum in eodem permitteret sacello. At nulla inquiunt theologi pauperibus utilitas, si totum id quod in novum impendi deberet oratorium ad simplex quaerendum jus celebrandi annuum festum in alieno sacello impenderetur. Longe siquidem minori sumptu dominium acquirent capellae in ecclesia s. Andreae.

Deliberare igitur dignentur Emi Patres:

An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Episcopi.

Die 24. Maji et 7. Junii 1788.

Perusina.

In postremis tabulis 1765 demandavit Nicolaus Taddei investimentum scutorum 100 in annuo censu scut. 4 piumque singulis annis ex fructu instituit legatum missarum 30 cum eleemosyna obolorum 10. pro qualibet, quarum 8 celebrari deberent per plebanum s. Augeli Castri Derutae executorem testamentarium in ejus ecclesia, sex per parochum s. Nicolai in ejus pariter ecclesia, sex aliae per parochum s. Salvatoris aliaque 10 per minores ejusdem oppidi conventuales, nulla quoad istos et parochum s. Salvatoris designata ecclesia. Quinque ex reliquis juliis decem assignavit executori testamentario, quinque *a quella sagrestia di quella chiesa, ove si dovranno celebrare dette messe per gli utensily, e cera da consumari, per cui ne prega li PP. di s. Francesco minori conventuali;* quae verba adversari videntur praecedenti ecclesiarum destinationi nuamque pro omnibus missis innuere conventualinm ecclesiam in qua tumulatum est testatoris cadaver.

Quidquid vero post obitum usufructuariae ejus uxoris superfuturum esset, in missas erogari jussit manuales.

Eumdem 1785 pro annuis missis 30 et utensilibus reliquit fundum scut. 100 decessor s. Angeli Parochus J. Baptista Campi eosdemque cum pari eleemosyna obolorum

10. destinavit celebrantes absque designatione ecclesiae. Alia insuper Guardiano coenobii s. Francisci legavit scuta 100, nt totidem ex fructibus per parochos ipsos et religiosos celebrarentur missae ad privilegiatum s. Antonii altare. Ac in totidem postremo cum eleemosyna obolorum 15 erogari voluit mnnales missas in plebana sua ecclesia reliquae hereditatis pretium.

Manualibus detractis jam celebratis missis in eas eroganda supersunt ex hereditate Taddei scuta 245., ex altera Campi 250. suspensa tamen est hujusmodi erogatio per supplicem libellum sacerdotis Valeutini hodierni plebani s. Augeli ad s. hanc Congregationem. Vix certi ejus plebaniae redditus Perusino Episcopo teste annuam attingunt summam scut. 16. et in incertis minus confidere potest. Ut aliquantulum igitur suae consulat inopiae, EE. Vestras exorat pro tribus unieudis perpetuis legatis missarum 90 in sua persona et ecclesia ac facultate investiendi favore plebaniae pecuniam in manuales missas destinatam, sub sua ejusque successorum obligatione celebraudi quotannis pro unoquoque testatore missas vigiutiquinque.

Impense prae inopia ei favet Episcopus, eo quod *succurrere necessitati paraeciae et parochi valde congruum et commendabile sese ostendit.* Qnidquid de cetero ait *apparere possit majoris utilitatis pro plebanis ex cogitato investimento scut. 495 cum sola obligatione missarum 50 commensurari aliquo modo poterit cum parvo redditu aliarum missarum 90 quibus saltem eleemosyna obolorum 10 septem cum dimidio, ceu perpetuis foret tribuenda.* Atque haec taudem de interesse habentibus habet:

Executores testamentarii, alteri duo locales parochi et patres conventuales authorizati etiam ab hodierno eorum provinciae commissario generali pro interesse expetiti libentissime omnibus blandiuntur. Reliqui sacerdotes ad hujusmodi manualium missarum celebrationem vocari soliti possent fortasse aliqualiter conqueri, cum dispositio sacerdotis Campi statuat eleemosynam obolorum 15, sed commodo publico et perpetuo melioris et sanctioris finis laedere necessarium est privatam utilitatem, quae in puncto ad pauca julia refertur.

De commutanda siquidem agitur utriusque testatoris voluntate tum quoad perpetua unieuda et transfereuda legata cum respectu manualium missarum, quae in legatum converti vellent perpetuum, idque sine justa fieri non debet causa, ex censura *s. Concilii Trid. sess. 22. cap. 6. de refor.* et decretis s. Congregationis *in Romana Commutationis Voluntatis 27. Febr. 1734* et *in Melphien. Commutationis Voluntatis 22. Junii 1743.* Tenuitas quidem urgere videtur parochialium redditnum ecclesiae s. Angeli, quae rationabilem inducit necessitatis atque utilitatis causam, ex qua simplicium etiam beneficiorum unionem permittit Honorius III. *in cap. Exposuisti de praeben.* et Trid. synodus *in sess. 91. cap. 5. de refor.* Sednlo tameu notandum, satis eam testatoribus perspectam fuisse ac sacerdoti praesertim Campi, qui erat illius ecclesiae plebanus et neuter tamen tenues angere voluit redditus. Plerasque immo per alios celebrari jusserunt missas in alienis ecclesiis vel celebrantium arbitrio ob missam illarum designationem.

Perpetuae insuper missae Nicolai Taddei ob relicta sacrario conventualium uteusilia ex verisimili illius voluntate celebrandae sunt in eorum ecclesia, in qua sepultus est; idque impedimentum praestare posset illarum translationi secundum *Ricc. in prax. part. 4. resol. 69., Pax Jordan. t. 1. var. resolut. leg. 4. tract. I. de Sacrific. Miss. n. 540.* et *s. Cong. in Lucana 28. Julii 1781.* Idemque fortasse de altaro diceudum ex perpetuis legatis Campi ob praecipuam testatoris devotionem erga altere s. Autonii in eadem Conventualium ecclesia, *Card. de Luca de testam. disc. 72. num. 15. et seq.* et *s. Congregatio in Casalen. Reductionis missarum 15. Dec. 1787.* Qno vero ad missas manuales adverti debet utilius esse animabus testatorum, ut statim omnes celebrentur quam per institutionem perpetui legati in annos partiantur, *Pasqualig. de Miss. defunct. quaest. 291. num. 1.*

Vestram alia ex parte excitare possit indulgeutiam nimia beneficii curati tenuitas, interesse habeutium consensus et uon admodum gravis voluntatum commutatio. Si litera enim spectetur testameuti Taddei, jam in ecclesia s. Augeli perpetuae quaedam celebrari debereut missae ab ipso praescriptae. Iu ea quoque celebrandae sunt manuales missae decessoris plebani Campi nec absonum esse perpetuas reliquas ad eam transferre perpetunmque legatum ex manualibus

instituere, ut in proximis terminis censuit s. Congregatio *in Piscien. Commutationis voluntatis 21. Junii 1721., in Bononien. 28. Junii 1724 ad 1. dub.* et *in Comen. Translationis 24. Nov. 1774.*

Quatenus autem in id EE. Vestrae conveniant deliberare etiam dignentur de numero missarum 50, quas pro utrisque manualibus in perpetuum pollicetur orator.

Scuta profecto 495 annuos reddere possent fructus paullo infra summam scut. 20, quae ad taxam etiam perpetnae pro missis sufficereut circiter centum. Observat tameu Episcopus, quod majus oratoris ejusque successorum emolumeutum *commensurari aliquo modo poterit cum parvo redditu aliarum missarum nonaginta, quibus saltem eleemosyna obolorum decem septem cum dimidio ceu perpetuis foret tribuenda.*

Dubium est:

An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative pro scutis 495 tantum iuvestiendis cum solitis clausulis ad taxam perpetnae.

Die 18. Decb. 1790. et 15. Jan. 1791.

Bononien.

Varia anno 1660. J. Bapt. Mascagni heredi imposuit onera.

Post centenariam et ultra hujusmodi legatorum observantiam Sanctissimo nuper supplicavit Julia Mascagni mediata heres pro reductioue missarum ad 3 vel 4 simplices, alteramque cum cantu in die decolatiouis aliarumque translatione ad dies anni festos cum eleemosyna obolorum 20 pro qualibet in ecclesia parochiali Rhodiani ac pro restrictione eleemosynae panis ad pauperes parochiae. Idque pluribus de causis, tum ob imminutos scilicet hereditatis redditus cum ex graviori, quod habet, ouere filiorum decem, pluribusque incommodis in celebratione missarum uuo die et indefinita panis distributione. Precibus ad s. Congregationem ablegatis prae omuibus refert Emus Bononiensis Archiepiscopus, annuos hereditatis redditus ducto per deceunium calculo imminutos esse ad scuta 87, quorum 50 in adimplementum erogantur legatorum, reliqua 37 nec integre ab herede percipiuntur, ob necessitatem praestandi in montanis Rhodiani locis subsidia pauperibus villicis.

Qnoad eleemosynam panis et refectionem sacerdotum haec habet: »Quod maxime animadverteudum esse, ut precibus oratricis indulgeri possit, sunt scandala et pecuuiae profusiones a meute testatoris omnino alienae, quae eo die occasione hujus iudefinitae eleemosynae in ea parochia contingunt. Nam ad has eleemosynas captandas non modo ex viciuis, sed ex remotis etiam dioecesis Mutinensis parochiis viri et foeminae accurrunt ut fiat confusa multitudo plusquam 1100 hominum et deficientibus panibus erogeutur pecuuiae. Concurrunt multi, qui se pauperes finguut nec semel sed pluries in ea confusione iisdem pauperibus et maxime fictis pecuniarum eleemosynas facere oportet, nt convicia et minacia verba evitentur. Captatae eleemosynae maxima parte in pecuuiis factae, in ludis et comessationibus insumuntur. Quae omuia a mente testatoris omnino esse aliena dubitandum uon est. Nam veris, non fictis pauperibus et quidem inprimis parochiae suae, nou aliarum remotarum succurrere volnisse et cum diem praecursori dicatum religiose celebrari, non dehonestari et profanari voluisse credendum est. Ad hanc vero profauatiouem concurrit insueta illa sacerdotum et maxime exterorum turba, quibus non jam frugalem refectionem, sed convivium ex veteri abusu parare oportet, nt acres querelae et jurgia evitentur.

Optime autem his omuibus provideri posse arbitrarer si eleemosynae ad discretum numerum juxta testatoris meutem redigantur. Testator euim quum eleemosynas fieri in binis panibus ad nsum familiae suae pro singulis pauperibus maudaverit, nou potuit ad tantam panperum multitudinem extendere, ut heres bismille aut fere termille panes in privata domo pro uuo die parare cogeretur, quod impossibile est; nnde abusus iuvaluit, ut maxima ex parte iu pecuuiis eleemosynae fierent. Itaque ad mentem testatoris redigi recte poterunt eleemosynae pro pauperibus parochiae Rhodiani.«

Quo vero ad missas 40 reduci posse censet ad missam cum cantu et alias 5 vel 6 lectas cum eleemosyna obolorum 30 in die decollationis s. Jo. Bapt. Isti enim in parvo oratorio in montibus sito ad diei celebrationem abunde sufficiunt. Reliquas vero celebraudas in ecclesia parochiali in qua testator

ipse concessit posse arbitrio parochi celebrari, sed in Dominicis et festis per annum ad popnli commodum, qni hiberno maxime tempore ob sacerdotum et eleemosynarum inopiam non raro in iis montibus missis caret ad praecepti ecclesiastici satisfactionem et commode celebrari poterunt erogata eleemosyna jnliorum 2 ant paulo amplius, prout temporum circumstantiae postnlaverint et si qnid reliqnum supererit, in opus pinm conferretur parochi arbitrio. Sic et satis consultum celebrationi missarum et eleemosynis et contra scandala provisum ad majorem Dei gloriam ad popnli bouum et religionis incrementum. Sublata etiam sacerdotum maxime exterorum turba refectio facilius fiet et moderata et aeqnabilis, absque tnmultu et inglavie.« Ac testatur denique de consensu heredis fiduciarii pro tempore et heredis fideicommissarii.

Ex relatis Eminent. Archiepiscopi animadversionibus decernere poterunt Eminent. Patres, nnm justa et rationabilis concurrat moderandae et commutandae volnntatis causa, de qna *s. Concilium Trid. sess. 22. cap. 6. de reform.* et ob qnam non raro indulgeus fuit s. Congregatio ac praesertim *in Interamnen. Commutationis voluntatis 8. Maji 1756.* et *in Fulginaten. Applicationis 22. Decb. 1781.* Inter justas porro commutandi causas recensentnr *necessitas*, *utilitas*, *pietas*, *incommodum aut majus commodum, Amost. de caus. piis lib. 1. cap. 14. n. 32.*, et haec omnia fere, si necessitatem excipias, in nostro themate concnrrere ait Eminent. Archiepiscopns quoad iudefinitam eleemosynae distributionem missarumqne celebrationem nno die. Gravis eodem Archiepiscopo teste accedit oratricis panpertas *quoad alimenta necessaria in suo statu* ob quam veluti consanguinea fundatoris mereri forsan posset restrictionem eleemosynae ad panperes parochiae et redactionem eleemosynae missarum, qnae in diebns anni festis celebrari deberent nt ad tempns licet decrevit *s. Congregatio in Lucana 17. Januarii 1789.*

Altera ex parte notaudnm, adimpleta fuisse legata ad formam testamenti spatio annorum 130 nec unquam heredes de iis quaestos incommodis, qnae nnnc exponnntur: qnodque magis est, paria illis esse hereditaria bona. In his porro terminis servari consuevit fundatorum volnntas, nt *in Ostunen Reductionis missarum 4. Decb. 1734.* et in *Derthonen. Absolutionis et reductionis missarum 7. Julii 1787. ad I. dub.* Accedit praeterea, quod virum habet oratrix a quo alienda est, neque ullibi constat, quod prae filiorum nnmero necessariis egeat alimentis.

Respondere igitur placeat:

An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative jnxta votum Emi Archiepiscopi.

Die 17. Septbr. 1791.

Nullius s. Benigni.

J. Ant. Miglio de oppido s. Georgii heredem scripsit 1785 Annam Lanciua Uxorem in usufructu suamque animam in proprietate snb lege erogandi infra annum in celebrationem missarum quod detractis legatis superesset. Praemortua nxore cum eadem ipse obiit dispositioue demptisque legatis reliquae snnt pro celebratione missarum pedemontanae libellae 8500 seu scuta circiter 1700 romana. EE. autem Vestris snpplicavit oppidana congregatio charitatis pro commutatione missarum, ex parte saltem in snbsidia panperum, probatque in genere Abbas s. Benigni commutationem, sed huuc proponit distribuendae hereditatis modum: Libellae 4000 cum onere menstruae missae congregationi charitatis, cujus annui redditus libellarum 1300 seu scutorum circiter 260 impares sunt subsidiis panperum, egeno Jacobo Miglio testatoris consanguineo pratum valoris libellarum 800, Ecclesiae minorum reformatorum, quae reparatiouibus indiget, libellae 2500 cum onere annui Sacri cum cantu et officii defunctorum, societati s. Conceptionis libellae 500 cnm eodem solemnis missae et officii onere pro unica vice. Reliquae libellae circiter 700 pro hujusce divisionis sumptu et celebratioue missarum manualium. Consentaneam enim dicit hujusmodi distributionem praeparatis codicillis, in quibus una exempta congregationis charitatis designaverat testator lasciare due pezze di prato ad un certo Giacomo Miglio suo parente rimoto, ma bisognoso. Più una considerabile somma di denaro in limosina per i bisogni del convento e chiesa de PP. Minòri riformati esistenti in d. luogo, siccome pure la qnarta parte del prezzo di una casa a beneficio della confraternita della Concezione. Quae in certum opus ex pia morientium dispositione destinata sunt, facile in aliud converti non debent, ex *Clement.: Quia contingit, de religios. domib.* Eoque uiuus legata missarum, *Pignatell. consult. canon. 81. num. 78. t. 9., Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 6. num. 86. et 110.*, ubi praesertim jnxta casum nostrum prompta ex omnibus bonis demandata sit illarum celebratio qnae utilior est animae disponentis, ad tradita per *Pasqualig. de miss. defunct. quaest. 291. num. 1.* Pouderare tamen diguentur EE. Vestrae, num ad monitum s. Concilii Trid. *sess. 22. cap. 6. de reform.* justa concurrat causa commutandi voluntatem Miglii favore piorum operum, quae congregatio charitatis s. Georgii et Ordinarius proponit.

Misericordiae opus, pro quo partem congregatio postulat hereditatis, aequam reddere posset ipsius instantiam votumqne Ordiuarii; nam acceptissima est Deo eleemosyna maximnmqne testatori afferret suffragium, *can. Tempus 23. caus. 13. quaest. 2.*, annuo potissimum addito solemni Sacro cum defunctorum officio. At similem nuper EE. Vestrae denegarunt gratiam congregationi charitatis oppidi Ulpiani in Hiporegieu. seu *Eporedien. Applicationis bonorum 17. Sept. 1791.* Reliquis favet testatoris voluntas licet ex praeparatis tantum codicillis; nam concessa quandoque fuit commntatio ex voluntate etiam praesumpta, ut in *Bononien. 16. Junii 1787.* Favetque insuper Jacobo Miglio paupertas sanguinisque conjunctio cum testatore, juxta decretum s. Congregationis in *Bononien. Commutationis voluntatis 17. Sept. 1791.*

Deliberandum itaque:

An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Ordinarii, celebratis quotannis missis 100 per societatem charitatis, missis 10 per Jacobum Miglio, missis 60 per fratres reformatos et 15 per societatem s. Conceptionis.

Die 26. Jnuii et 21. Julii 1792.

Faventina.

J. Andreas Callegari Brictinoriensis olim Episcopns donavit 1612. capitulo Collegiatae Brixichellae scuta 1000 juliorum 8 seu scuta 727. 27. 4. monetae romanae in bonis stabilibus vel censibus investienda jussitque, ut ex annuis fructibns si debba tenere perpetnamente un scolare di Brisighella, o Valle d'Amone nello studio publico di qualche famosa città, come Bologna, Padova, Perngia, Ferrara, Roma etc. per qnattro anni solamente per cadauno scolare, il quale faccia professione di vita ecclesiastica, e vada effettivamente in abito clericale, e sia almeno ordinato al saguo ordine del snbdiaconato, acciocbe non possa ritornare in dietro, e voglia essere sacerdote, e servire a Dio. Progressu temporis commixtnm fuit capitale donatum cum bonis sacrarii ecclesiae integreque adimpleverunt Canonici ad annum 1742. donatoris legem. Tuuc vero per decretum Episcopi obtinuerunt, ut suspensa quinto quoque anno studentis electione erogarentur redditus in subsidium sacrarii et ita, quantum ex silentio Episcopi et capitnli argui licet, ad haec tempora servatnm est.

Habita capitalis proportione annua modo snnt scuta 36 pro manutentione studentis. Quum hanc igitur summam imparem nostris temporibus novissent Canonici praescriptae manutentioni in celebri aliqua academia s. huic idcirco Congregationi supplicarunt, ut pio altero oppidi Loco ad societatem admisso uuam acquirere valeant stationem inter alumnos, quos providissimus noster Princeps Pius VI. in Faventino instituit seminario, non per solutionem pretii, quod scutorum esset 1500, sed per annnam praestationem scutor. 28. 88. pro ipsorum rata, et pro applicatione favore sacrarii scutorum 7. 20., quae ex scutis superessent 36. Affixis per Eaventinum Episcopnm edictis nullns omnino oratorum instantiae contradixit. Valde Antistes ipse in prima informatione praeceptores commendavit seminarii, qnorum fama etiam a remotis regionibus Convictores advocat. Consilium propterea probavit capitnli acquireudi locum inter ejus alumnos cum alterius loci pii adjumento; addiditque, qnod donantis menti satis erit factum, cum educationi adolescentis consultum fuerit; nisi in civitate a donante praescripta, in seminario tamen, in quo et mores et scientiae vigeut. Immo verius donantis mens executioni demandabitur. Namque exiguitas proventunm, quae nunc impedit, qnin jnvenes studiis in universitatibus praescriptis vacare possint, alterius loci pii subsidio fulcita, satis erit, ut semper alumuum in hoc seminario retineant.

Annua sodales suffragii Brixichellae ex superantibus sodalitii scutis 68. 55. decreverunt scuta 30 pro altera praestationis rata; et juxta secundum Episcopi informationem conveniunt cum Canonicis circa alternam nominationem alumni, qui minor non sit annorum 16 ac in seminario permaneat usque ad sacerdotium, nisi prius aliqua convenienti provisione donetur. Discrepant vero quoad patriam juvenis nominandi primamque nominationem. Se juvenes Canonici electuros profitentur ad formam donationis, Brixichellenses scilicet alternatim et de Valle Amonia, sodales contra alumnos qui patriam et patrem habeant brixichellensem ac in schola nuncupata de Gesso baptismum susceperint neque in hac parte conditioni legati pii Callegari, qua vicissim brixichellensi et in Valle Amonia orto nominatio conceditur, se subjicere patiuntur. Sibi rursus Canonici uti digniоribus primam competere nominationem dicunt. E contra annuere recusant confratres contendentes, sorti rem esse committendam. At hac in re Canonici se omnimode submissuros istius sacri Senatus sententiae promittunt, uti ex Congregationibus, quas adnecto.

Ad componendam dissentionem de patria alumni hunc Episcopus proponit modum. Qua enim vice inquit electio ad confratres spectaret et ceteris servatis conditionibus eum eligerent, qui et patrem et patriam brixichellensem haberet. Canonici vero vicissim suis respective electionibus et brixichellensem et de Valle Amonia ortum nominarent. Remque postremo in haec commendat verba: Seminarii mei ceteroquin moribus ac studiis suis satis abunde florentis eae sunt angustiae ut anxius sim quotidie de illius redditibus augendis et idcirco negotium hoc ecclesiastico meo Seminario utile ac proficuum, quod favorem EE. Vestrarum obtinet, non solum dignum arbitror, verum etiam atque etiam huic sacro Purpuratorum coetui commendo.

Primaevis gimnasiis quae in Cathedralibus olim et Collegiatis vigebant ac florentissima erant clericorum vitaeque communis collegia publicae successerunt academiae, quas saeculo VIII. colere ceperunt clerici, amplissimis impetratis privilegiis ab *Honorio III. in cap. Super specula 5. de Magistr.* et *Innocentio IV. in cap. Cum de diversis de privileg. in 6.* Quae quidem privilegia a s. Concilio Trid. in *cap. 1. sess. 5. de reform.* servata ait *Thomasin. de vet. et nov. Eccles. disciplin. tom. 2. part. 2. lib. 1. cap. 101. num. 1. et seqq.* et *lib. 3. cap. 71. num. 3. et seqq.* Consulto igitur praescripsit Callegarius manutentionem subdiaconi in altera ex celebrioribus academiis nec commutanda idcirco videretur ejus voluntas; nam quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debent, non ad alium salva quidem Sedis apostolicae auctoritate converti, ut statuit Clemens V. in *Clement. Quia contingit, de religios. domib.*

Facile contra adimpleri nequit donatoris voluntas, quum satis nostra aetate non sint annua scuta 36 ad manutentionem studentis in frequentiori civitate. Meliori igitur, quo posset, exequeretur modo, si in locum insignis academiae Faventinum subrogaretur seminarium, in quo et mores et scientiae vigent; ac vera propterea non esset illius commutatio sed aequa potius et rationabilis declaratio, ut in proximis terminis censuit s. Congregatio in *Romana Commutationis voluntat. 27. Febr. 1734.*, in *Nullius Terrae Pontiani 30. Jan. 1745.*, in *Praenestina 13. Martii 1777.* et in *Eugubina Commutationis volunt. 1. Apr. 1786.* Maxime quia aptiora sunt seminaria institutioni clericorum eaque s. Concil. Trid. Academiis suffecit, ut notat *Fagnan. in cit. cap. Super specula num. 1. de Magistr.* Obstare posset aetas annorum 16 per Canonicos et sodales in studenti designata. Voluit enim donator quod sia almeno al sagro ordine del subdiaconato. At ex Concilio Lateranensi V. sub Leone X. *sess. 9. de reform.* cur. recipiendi a pueris sunt clerici in seminario seu in aetate annorum 12, ut declaravit s. Concil. Trid. *in sess. 23. cap. 18. de reform.*, cum adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas.

Laedi etiam videretur donatoris voluntas per restrictionem nominationis ad Brixichellenses secundum vota sodalium. Notandum vero, quod nominatio juvenis de Valle Amonia pendet ab alternativa illa, un scolare di Brisghella, o Valle d'Amone, ita ut in arbitrio nominantis sit electio. Servaretur de cetero donationis lex per Canonicos, si approbaretur in id votum Episcopi. Contentio autem de prima nominatione substantiam non tangit pii relicti, sed privatam nomi-

nantium praecedentiam, quae aequalitatem ex lege turni requisitam inter eos per sortem servaret, *Pilon. de controv. patron. allegat. 71. num. 14.*

Deliberandum insuper de applicatione scutorum 7. 20. quae ex scutis 36 superessent. In iis profecto sacrarium ecclesiae non demonstratur circumstantiis, quae hujusmodi applicationem contra voluntatem donantis mereantur, juxta recentia exempla in *Romana Unionis reddituum 25. Junii* et in *Pharaonen. 16. Julii 1791.* Altera ex parte de tenui agitur summa, qua pium amplius institutum non indigeret et per annuam praestationem scutorum 28. 50. privaretur sacrarium perceptione omnium reddituum quinto quoque anno juxta decretum anni 1732. nisi aliud per multiplicum ex superextantibus scutis 7. 20. constitui vellet capitale ad alteram acquirendam in Seminario medietatem loci; quod licet in remotissimum tempus aliquando tamen eveniret.

Dubium est:

An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis et applicatione in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi et pro prima vice rem esse committendam sorti.

Die 18. Aug. et 15. Septb. 1792.

Nucerina.

Sess. 22. cap. 6. de reform.

Pius sacerdos Joannes Porfiri sibi 1785. usufructuarios cum reciproca substitutione scripsit heredes sacerdotem Josephum et Dominicum germanos suos fratres ac Hieronymam Guisanti sobrinam. Iis omnibus vita functis legavit habitationis suae domum in regione s. Francisci (quae pro medietate ad sacerdotem Josephum pertinebat) nosocomio s. Antonii Abbatis oppidi Saxiferrati cum annuo onere missarum 20 ad altare privilegiatum ecclesiae s. Mariae de pace Minorum Observantium. Ecclesiasticam ex reliqua hereditate instituit capellaniam in ejusdem nosocomii ecclesia cum onere missarum 4 in singulos menses aliarumque 7 in die Purificationis B. M. V. Et jus nominandi capellanum seniori reliquit sacerdoti oppidi sub lege nominandi il chierico più povero, che potrà trovare in questo territorio di Sassoferato, purchè sia in stato di giungere al sacerdozio; cui clerico facultatem dedit celebrandi per alium*) quousque ad sacerdotium perveniret; assignavitque pro ejus habitatione domum alteram in regione Burgi, quam jure dotis possidebat et possidet Anna Lucia germana ipsius testatoris soror, eo quod non avendo avuta prole, de jure deve ritornare alli promittenti. Eodem testati fuerunt contextu sacerdos Joseph et Dominicus accepta in qualibet ejus parte dispositione sacerdotis Joannis.

Non obstantibus clausulis suam dispositionem per actum inter vivos revocavit 1790. sacerdos Joseph et nedum ex sua sed ex altera etiam bonorum portione defuncti sacerdotis Joannis canonicalem eamque presbyteralem instituit praebendam sub titnlo Purificationis B. V. in Collegiata s. Petri Apostoli ejusdem oppidi Saxiferrati, reservato sibi suoque fratri Dominico quoad viverent usufructu. Eadem autem futuro Canonico prae ceteris imposuit onera, ac sacerdos Joannes capellano, missarum scilicet 4 in singulos menses aliarumque in die Purificationis, quae in designata celebrari deberent ecclesia et nunquam reduci aut transferri possent: nominavitque in primum Canonicum sacerdotem Antonium Octaviani vel eo erectionis tempore non existente sacerdotem Aloysium ipsius nepotem reservata inposterum activa nominatione Nucerino Episcopo vel Archipresbytero Collegiatae episcopali sede vacante, passiva vero familiae Octaviani.

Aeque hinc de habitatione sollicitus Canonici ac fuerat sacerdos Joannes supplicis capellani parumque in reversione fidens dotalis domus Annae Luciae ejus sororis, quae de illa forsan sive inter vivos sive per actum ultimae voluntatis disponere poterit, ad alteram se convertit domum nosocomio legatam. Ratus enim quod ob suum revocatum testamentum de dimidia disponere posset hujusce domus parte, integre eam nosocomio per transactionem concessit cum onere viginti missarum ad formam testamenti Joannis et sub duplici pacto, quod sufficientem in illa praebere teneretur habitationem Canonico pro tempore, tres nempe mansiones, coquinam et cryptas, qualvolta il Canonico pro tempore non abbia alcuna casa adesso,

*) Vd. *t. II. p. 173.*

e suoi appartemente nel castello di Sassoferrato; quodque ex altera parte solvere deberet primus Canonicus ex hereditate scuta 50 favore nosocomii investienda. Pro beneplacito nunc apostolico, in hac transactione reservato, supplicant nosocomii administratores; et ex regesta quaeritur etiam, num sit commutanda voluntas sacerdotis Joannis, ut servetur altera sacerdotis Josephi.

Nucerinus Episcopus refert bona omuia Porfiri ab uno et altero sacerdote quaesita fuisse et juxta transmissas peritias in scutis consistere 436 excepta habitationis domo; ac imparem propterea esse erectioni capellaniae dimidiam hujusce summae partem, ad hereditatem sacerdotis Joannis spectantem: adest euim in institutione onus missarum 55 quolibet anno in ecclesia hospitalis s. Antonii celebrandarum; adsunt onera ecclesiasticorum vectigalium; aderit illud manutentionis, eoque magis imparem, quia ex voluntate ejusdem sacerdotis in capellannm eligi debet pauperior clericus, qui neque idcirco ad sacrum asceudere posset presbyteratus ordinem adeo tenuis capellauiae titnlo ueque ad sacerdotium usque valeret se ipsum alere, eleemosynam tradere sacerdoti, qui missas a testatore iujunctas celebret, vectigalia persolveret cum fructibus scutor. 218. Illudque etiam notat, quod in assignanda dotali Annae Luciae domo pro habitatioue capellani concessit sacerdos Joannes quod snum amplius non erat, quinimmo id, quod erat et est in dominio alterius; de propria euim dote dicta mulier dispouere potest; et posito casu quod non disponat et fratres praemoriantur, heredes intestatae dictae mulieris erunt proximiores consanguinei, non vero capellanus.

Atque hinc concludit capellaniam hujnsmodi ita a Joanne institutam cum solis redditibus patrimonii sui subsistere nullatenus posse, bene vero adjunctam canouicatni erecto a Josepho plenam habere posse subsisteutiam. Posito enim, quod patrimonium Joannis uon segregetur pro capellania ab eo iustituta totumque patrimonium tam Joanuis quam Josephi insimul unita reliuquantur, provisus de canonicatu tenebitur omnibus oneribus a Joanne praescriptis satisfacere: Quinimmo Joseph ipse praevidit, quod non fuerat a Joanne praevisum »che non possa mai, per qualunque evento, e causa, in tutti e perpetui futuri tempi domandare riduxione di Messe stabilite e volute da D. Giovanni.« Et ad substinenda dicta onera jungnntur omuia bona donata a Lucretia Beutivoli soli Josepho, quae reddunt annuos fructus scutorum 36.

Haec vero habet de transactione. Quoad domum hospitali donatam a Joanne videtur mihi transactionem a Josepho propositam et superius relatam meliorem facere conditionem hospitalis quam canouicatus. Innegabile etenim est, spectare ad Josephum medietatem domus vigore iustrumenti emtionis: si acquiescit, ut ab hospitalis tradantur praebendario tria tantum cubicula coquina, commodum cellae vinariae, quidem conditionate »purche non abbia la casa iu castello« non medietatem domus requirit, sed exiguam partem; et hujus exiguae partis perpetuam annuam peusionem persolvit hospitali. Jubendo etenim primo praebeudario, ut tradat hospitali 50 scutata ad effectum investiendi favore dicti hospitalis, quid hoc imperium importat nisi annuam perpetuam peusionem? Et quidem officiales dicti hospitalis non haesitarunt modo consensum volitum ab EE. Vestris praestare, bene in hoc agnoscentes hospitalis utilitatem.

Suam Joannes Porfiri destinavit bouorum portionem erigendae capellaniae, ut sibi per missarum suffragia et pauperiori oppidano clerico per ipsam consuleret capellaniam. Fraudanda ergo non videretur pia ejus voluntas per institutionem diversi operis seu canonicatus, ex quo idem utique haberetur suffragii finis ob eundem propositum missarum numerum, sed consultum uon esset pauperiori clerico, quem sacerdos Joseph praetermittit. Quandoquidem ea, quae ad certum usum largitione suut destinata fidelium, ad illum debent, non ad alium, salva Sedis apostolicae auctoritate, converti; ut in haec verba monet *Clementina Quia contigit, de religios. dom* Maxime quia per erectionem canonicatus cum reservatioue juris nominandi favore Episcopi Nucerini laederetur jus quaesitum seniori sacerdoti oppidi, cui Joannes tribuit electionem capellani. Neque enim summus Pontifex laedere solet absque publica causa jus tertii, *Amost. de caus. piis lib. 1. cap. 14. num. 8.*, *Pignatell. consult. can. 149. num. 5. tom. 4.*

Difficile quidem cum praescriptis oneribus erigi posset capellauia ex bonis institutionis, ut ponderat iu praemissa informatioue Episcopus. Cessaret vero difficultas, si addenda esset portio sacerdotis Josephi. Hic namque dispositionem confirmat fratris suoque contextuali testamento admiscens contractum perpetuam sub obligatione camerali promisit illius observantiam ac sua etiam capellaniae addidit bona. In his sane terminis revocare forsan non potnit, quod semel favore causae piae, licet per ultimam voluntatem, tanta celebritate constituit, *Spin. gloss. 18. principal. de meliorat. sub num. 55.* Eoque magis, quia ab anno 1786. quo decessit sacerdos Joannes potitus est usufructu ejus hereditatis. Boua enim fides non patitur, ut post perceptum hujusmodi emolumentum recedat a correspectiva obligatione erigeudi capellaniam, *Castill. part. 2. controv. cap. 18. num. 56.* §. *62.*

Si verior contra admittatur sententia, quod ex natura actus ad mortem revocabilis correspectivum etiam retractari valeat testamentum, qnibusque irrevocabilitatis clausulis munitum, *Mynsinger. observat. 8. num. 2. cent. 1. limit. 2.*, *Vasq. de success. lib. 1.* §. *1. num. 10.*, *Calcagnin. de variat. ultim. volunt. art. 2. num. 74. et seq.*, jam libere sacerdos Joseph revocare potuit quod per actum ultimae voluntatis disposuerat; ejusque idcirco dempta bonorum portione difficultas redit erigendi capellaniam ex sola portione Joannis, quae vix scuta attingit 218. Ex fructu namque hujusce tenuis summae annuae celebrari deberent missae 55, praeter onus manuteutionis et vectigalium. Justa autem commutandae voluntatis causa est difficultas exequendi praescriptum opus, ut censuit s. Congregatio in *Romana Commutationis Voluntatis 27. Febr. 1734.* et in *Melphien. Commutationis Voluntatis 22. Junii 1743.* Aliaque per erectionem talis capellaniae essent incommoda, deficientis nempe susteutationis pauperioris clerici, cui cousulere voluit Joanues, et incertae esus habitationis in dotali domo Annae Luciae, ut animadvertit Episcopus.

Opportunior itaque videri posset erectio canonicatus, dum ex utraque communium bonorum portione aliisque bonis per Josephum quaesitis ex donatione Lucretiae Beutivoli congrua constitueretur praebeuda; nec quidquam detraheretur de suffragio volito a Joanne, pro quo celebraturus erit Canonicus eundem missarum numerum. Divinus insuper augeretur cultus servitiumque Collegiatae Saxiferrati, cum spirituali etiam populi utilitate, ex quibus assentitur capitulum erectioni canonicatus.

In similibus porro circumstantiis erigi permisit s. Congregatio ob tennes redditus Mansionarias loco Canonicatuum in *Praenestina 15. Martii 1777*, in *Eugubina Commutationis voluntatis 1. Aprilis 1786.* Quin laederetur jus nominandi capellanum seniori sacerdoti reservatnm in testamento Joannis. Quum incerta euim sit persona nominantis, nulli propterea fieret injuria; ex deductis per *Rot. cor. san. mem. Clem. XIII. decis. 227. num. 2. et 7.*

Quantum vero ad transactionem damnos a a dubio procul esset nosocomio, si observare teueretur Joseph quod in correspectivo disposuit testameuto. Integra euim ad nosocomium ipsum spectaret legata domus nec sine improvida profusione habitatiouem concedere posset Canouico ad tradita per *Redoan. de reb. eccles. non alien. quaest. 1. num. 1.*, *Card. de Luc. de alien. disc. 1. num. 44.* At si legitima censeatur testamenti revocatio, utilior dici potest nosocomio trium mansionum concessio in habitationem Canonici, attenta potissimum compensatione promissi capitalis scutorum 50 et consensu officialium nosocomii, qui hisce de causis agnoscunt et fatentur illius utilitatem.

Deliberare igitur dignentur Emi Patres:

I. *An sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu?*

Et quatenus affirmative;

II. *An et quomodo sit approbanda transactio in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative.

Ad II: Affirmative juxta Votum Episcopi.

Die 15. Mart. et 5. Apr. 1793.

Trideutina.

Joannes Bapt. Roman ex Villa Telvi in Tridentino in postremo testamento 9. Januarii 1776. nonnulla legata reliquit. Ex inventario constat, assem hereditarium deductis legatis attingere summam florenorum 1800, qui respondent scutis romanis 818.

Paroecia Villae Telvi freqnens nunc est ad capita 1700., parochus habet congruam

in generibus, quae pro varietate pretiorum calculari potest in scutis romanis 450. Onus habet retinendi capellanum et alium cooperatorem, qui diebus festis adest remotioribus ab ecclesia parochiali ruricolis. Olim communitas stipendium dabat praesbytero qui missam primo diluculo celebrabat, idcirco appellatus Primissarius. Sed hoc praesbytero nunc caret, quia ob publica rerum discrimina voluntarium stipendium cessavit. Quare Vicarius capitularis nomine populi Telvi supplicavit pro applicatione *legati Roman*, ut ex asse hereditario scutorum 818 deducerentur scuta 27 eroganda in celebratione 150 missarum juxta testatoris voluntatem, reliqua vero scuta 791 in investimentum collocentur, ut ex fructibus qui haberi poterunt in scutis 21 solvatur stipendium praesbyteri Primissarii, qui quotannis 50 missas celebret ad mentem testatoris, confessiones excipiat et parochum coadjuvet. Haec uti exposita sunt confirmat in sua informatione Vicarius capitularis.

Ex jure canonum est, ut ea, quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium ad illum debeant, non ad alium salva Sedis apostolicae authoritate converti ex *Clement. Quia contingit de religios. dom.* Sequitur, ut nisi subsit necessaria causa commutatio voluntatis concedi nequeat, ut tradunt *Amostaz. de causis piis lib. 1. cap. 14. num. 8., Pignatell. Consult. canon. 149. n. 5. t. 4.* et in *Nucerina Commutationis voluntatis 15. Martii 1794.* Causa vero quae affertur est melius bonum populi, ut scilicet habeat, qui albescente caelo missam celebret, et commodum parochi, ut ab alio coadjutore in exercitio curae animarum auxilium consequatur. Verum observandum est, quod missa matutina celebrari posset ab alio capellano, si communitas ejus stipendium augeat. Nam licet legatum hujusmodi in hanc causam applicaretur, attamen affirmat Vicarius capitularis *la Communità dovendo chiamare un prete estero a questo impiego vi dovrà aggiungere di molto.* Si vero ob auctum populi numerum parochus indiget alterius coadjutoris opera ex Tridentino *sess. 21. cap. 8. de reform.* tenetur suis sumptibus pro viribus stipendium dare, ideoque cum parochus Telvi habeat annuam congruam scutorum 450, huic impensae supplere posse videtur.

Nihilominus si EE. PP. sententia pro commutatione voluntatis etsi refragetur testamentarius executor inclinet, modum proponit Vicarius capitularis, quo fieri posset: scilicet, ut detrahantur scut. 27. ex asse haereditario erogandi in celebrationem 150 missarum ad mentem testatoris, ut ex annuis scutis 21 quae redire poterunt ex investimento scutorum 791 solvatur stipendium praesbyteri Primissarii, qui annuas 50 missas celebret et parochum coadjuvet.

Dubium proponitur:

An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta mentem, meus est erogatis scutis 27 in celebrationem 150 missarum ad formam testamenti superextantem summam investiendam esse cum solitis clausulis ad effectum tantum erogandi fructus in celebrationem missae ad anroram omnibus diebus festis etiam reductis cum applicatione ad formam ejusdem testamenti.

Die 15. Sept. et 24. Nov. 1804.

Tyburtina.

Ultimo cum quo decessit elogio sacerdos Petrus Giustini ex oppido Scarpa Tiburtinae dioecesis universalem bonorum suorum scripsit haeredem capellam in honorem s. Andreae dicatam et positam in ecclesia archipresbyterali ejusdem oppidi, quam ipse vivens dotaverat. Juspatronatus reservavit suis ex familia Giustini conjunctis *quali avessero il diritto di nominare il capellano ad nutum amovibile per la sodisfazione de'pesi, e che essendovi uno della famiglia, quello fosse preferito, e potesse essere ordinato col titolo perpetuo di detta capellania.*

Vacante nunc capellania duo sunt ex familia Giustini Antonius et Joannes Bapt. passive vocati, qui pari studio cupiunt ad subdiaconatus ordinem promoveri, sed pari inopia laborantes necessario carent patrimonio. Hinc preces SSmo porrexerunt, ut *la stessa capellania possa servire per titolo di ordinazione per l'uno e per l'altro col dividersi tanto i fondi, che i pesi, e colla condizione, che in caso di provista, ed in caso di morte ritorni la capellania nel primiero stato.*

Rogatus de sua sententia Episcopus testatur oratorum genitores esse legitimos hodiernos patronos, qui nedum unanimiter assentiuntur sed et ipsi renovant preces, ut

capellaniae redditus inter utrumque oratorem dividantur. Affirmat etiam ex peritorum judicio bona ad dictam capellaniam spectantia valorem scut. 1853 constituere illorumque annuum redditum ad scut. 112. 15. assurgere, unde concludit: *In hac rei claritate ac facilitate dividendi redditus capellaniae, nullo intercedente damno ac deteriorationis periculo, inque hac tanta dioecesis hujus sacerdotum paucitate, propriissimum sapientiae et prudentiae vestrae profecto esset, ut petitioni porrectae veniam suprema providentia elargiri non dedignemini.*

Supremas defunctorum voluntates religiose esse servandas tum civile tum canonicum jus praescribunt, nec illarum commutationem fieri posse, nisi ex justa et necessaria causa statuit Trid. synodus *sess. 22. cap. 6. de reform.* Porro oratorum instantiam secumferre commutationem voluntatis indubium est. Nam Petrus Justinus testator unicum eligi mandavit capellanum eique omnium fructuum perceptionem tribuit. Si igitur duo nominarentur capellani, si inter eos fieret divisio tum bonorum tum annui redditus, profecto contra legem a testatore scriptam id ageretur et illius voluntatis fieret commutatio. Attamen cum saepe saepius haec s. Congregatio si justa et necessaria intercesserit causa fundatorum voluntatis commutationem probaverit et praesertim *in Sutrina 10. Sept. 1803.* vestrum judicium EE. PP. eo redire debet, an reapse justa et necessaria causa oratorum instantiae opituletur.

Hanc porro necessitatem petit Episcopus ex summa deficientia sacerdotum in Tiburtina dioecesi et oratorum paupertate. Nam unus et alter cupiunt sese Deo consecrari et jam sunt ad subdiaconatus ordinem promovendi, at inopia sua laborantes nequeunt sibi sacrum constituere patrimonium. Si ergo inter utrumque dividantur capellauiae fructus succurritur non solum eorum indigentiae, sed etiam ecclesiae necessitati, aucto sacrorum ministrorum numero. Nam taxa synodalis ad constituendum sacrum patrimonium in Tiburtina dioecesi non excedit annuam summam scut. 36. Cum vero ex bonis capellaniae redeant annua scuta 112 apertum est illorum medietatem abunde sufficere ad constitutionem patrimonii sacri.

Accedit insuper patronorum consensus, qui cum sint oratorum genitores enixe flagitant reddituum divisionem inter duos filios pollentes, utpote ex familia Giustiui, jure passivae vocationis. Patronis et fundatorum conjunctis opem ferre ex praesumpta testatorum voluntate frequens exemplum est in s. Congregatione vel per suspensionem nominationis*) vel per reductiouem onerum etiam missarum. Ita *in Aquen. Capellaniae 20. Januarii 1787., in Montis Alti Capellaniarum 10. Febr. 1805.*

Videant igitur EE. PP. num strictim exequenda sit testatoris voluntas per uominationem unius tantum capellani vel potius ex justa et necessaria causa sit oratorum precibus indulgendum.

Si secundam amplectantur sententiam tunc inquireudum erit *de modo et tempore* illam exequendi. Quoad modum postulant oratores non solum fructuum, sed etiam bonorum temporaneam divisiouem. Episcopus affirmat facile dividi posse fructus capellaniae nullo *intercedente damno ac deteriorationis periculo.* At vero haec bonorum divisio nec necessaria videtur nec fortasse utilis. Possent enim patroni unum tanquam capellanum nominare, qui medietatem reddituum alteri traderet atque ita tum par esset utrinsque conditio quoad perceptionem fructuum et implementum onerum, quo minus fieri posset testatoris voluntati derogaretur. Quo vero ad tempus ipsi postulant oratores *che in caso di provista, ed in caso di morte ritorni la capellania nel primiero stato.*

Dubium proponitur:

An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative pro divisione redditunm et onerum pro rata aequali inter Autonium et Joannem Bapt. Giustini cum reversione in casu obitus favore superstitis, ita ut in posterum coalescat capellania ad formam fundationis per Breve.

Die 29. Mart. et 26. Apr. 1817.

Anagnina.

Joannes Bapt. Bernabei anuo 1694. condito testamento nonnulla bona legavit Ven. sodalitati ss. Sacramenti in oppido Carpineti erectae eaque nonullarum missarum celebratione oneravit.

*) Vd. *p. 639. c; t. II. p. 914.*

Haeredes deinde scripsit nepotes neptesque ex sorore Laureutia Ludovicoque Coluzzi.

Capitulum Collegiatae Carpineti apostolica auctoritate omnia sodalitatis jura adeptum est. Superiori anno sacerdos qui capellania gaudebat diem obiit supremum nullusque extat ex contemplata familia presbyteratus ordine insignitus sed tantum Augustinus Coluzzi in 19. aetatis anno constitutus sacraeque militiae adscriptus, qui capellaniae possessionem expostulat, ut hoc subsidio sacris disciplinis operam dare et ad sacerdotalem dignitatem valeat pervenire.

De more Episcopus rogatus testatur capitulum ab indulgentia abhorrere nec alios inveniri, quorum juribus petitio haec obstare videatur, ipse vero sententiam suam sic aperit: Optasse me ac etiam jussisse ut in seminarium dioecesanum ad studia excolenda veniret clericus Augustinus, quem dolebam necessariis ad literarum studia instrumentis adjumentisque carere: patrem e contrario rei familiaris angustias objicere, quae obstent, ne seminario pensionem juvenibus alendis constitutam solvat: eumdem vero patrem in re familiari administrauda non ita esse vel prudentem vel accuratum ut administratio bonorum, de quibus dictum superius est, eidem tuto committi queat: ergo hoc potius expedire, ut capitulum bona administret ac ex eorum fructibus onera missarum a piis testatoribus relicta impleat: caeteros autem qui superfuerint redditus conferri debeant in alimenta clerici Augustini, dummodo tamen et quoadusque is literarum studia in seminario dioecesano excolat. Quo consilio mihi videor haud longe discedere a testatoris voluntate, qui animo se esse probavit tum erga familiam benevolo, ex qua sacerdotem si quis praesto foret praeferri voluit, tum erga Ven. Eucharistiae Sacramentum pio; nunc autem quandoquidem nullus actu sacerdos in ea familia reperitur, aequum et ad voluntatem testatoris accommodatum videtur, si quidem clerico ex ea familia faciliter aperiatur via ad sacerdotium, hoc est ad obsequium cultumque Ven. Eucharistiae Sacramenti.

S. Congregatio innumeris pene exemplis confirmavit supremas testantium voluntates religiose esse servandas, uti in *Urbevetana Jurispatronatus 30. Maji 1818.*, *Civitatis Castellanae Unionis capellaniae 2. Maji 1818.* Cum igitur ex Barnabei dispositione jus quaesitum videatur capitulo ad superfluos fructus percipiendos, ob illius subrogationem confraternitati et conditionis implementum videlicet, quia nemo ex familia Coluzzi sacerdotii munere auctus invenitur, sequitur, renuente capitulo oratorem capellaniae possessionem assequi non valere. E converso Augustini petitio non ita facile despicienda videtur. Certum in jure est defunctorum voluntates ex justa et necessaria causa immutari posse ex s. Concilio Trid. *sess. 21. cap. 4., sess. 22. cap. 6.* et *sess. 23. cap. 18. de ref.* sacraque Congregatio multis etiam exemplis confirmavit, ut in *Ariminen. Capellaniae 22. Julii 1815.*

Videndum igitur in casu an causae existant, quae voluntatis commutationem suadeant. Innocentius III. in decretali relata in cap.: *Magnae de voto votique redemptione* haec habet: »Praecipua duximus in hoc negocio attendenda quid liceat secundum aequitatem, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundum utilitatem.« Quae praecipue constituta quoad votorum redemptiones extenduntur ad quascumque voluntatum commutationes, ut tradunt *Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 6. num. 75. cap. 9. num. 693. et 693., Piton. de Controv. patron. alleg. 56. num. 8. tom. 1.*

Aequitati repugnare non videtur petitio, quia aliorum jura non laedit. Nam capitulum plus juris quam confraternitas habuit habere non potest. Testator Barnabei cum sodalitati ss. Sacramenti superfluos fructus ex celebratione concessit nihil aliud egit, quam ad certum usum fructus ipsis relinquere, cum omnibus notum sit confratres nihil ex confraternitatis bonis percipere sed tantum ad pios usus bona ipsa destinare. Eruitur inde capitulum ex testatoris voluntate nullum jus habere fructus ipsos percipiendi suumque in usum convertendi, ideoque, si oratoris petitioni assensus praestatur, de injuria minime conqueri possit.

Insuper suam testator Barnabei erga nepotes dilectionem monstravit, quos ad compendium capellaniae invitavit quandocumque aliquis ex familia existeret sacerdotali charactere insignitus. Hinc dici potest, testatorem, si hunc casum considerasset nepotis, qui sacro servitio mancipatus, necessariis adjumentis destitutus ad sacerdotium pervenire non posset, nullumque alium in familia sacerdotem juveniri, minime ei fructuum perceptionem denegaturum fuisse.

Utilis vero causa peti posset, nedum necessaria, ex summa ministrorum inopia, quibus ob praeteritas temporum calamitates laborat ecclesia. Optimam spem oratorem praeseferre illumque inopia pressum ad seminarium accedere non posse Episcopi testimonio confirmatur.

Si tanti EE. VV. rationes duxerint, quae oratoris petitionem opitulantur, ut pro gratia respondendum existiment, videant utrum capitulum propter patris Augustini incapacitatem bonorum administratione gravandum sit, cum onere in alimenta oratoris impendendi quidquid ex missarum celebratione superest juxta Episcopi sententiam vel aliud remedium excogitandum, ex quo et bonorum integritati consulatur et fructus orator percipiat.

Dubia proponuntur:

I. *An et quomodo consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Joannis Bapt. Barnabei in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo providendum quoad bonorum administrationem in casu etc.*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative et adimpletis omnibus oneribus ad formam fundationis quidquid superserit cedat favore clerici Coluzzi, ut studiis vacet in seminario dioecesano donec ad legitimam pro sacerdotio aetatem pervenerit.

Ad II: Affirmative juxta votum Episcopi administratoris, qui quolibet anno exigat reditionem rationis capellaniae.

Die 22. et 27. Julii 1822.

Brictinorien.

Irrevocabili donatione inter vivos 1612. Andreas Cagliari tunc Brictinoriensis Episcopus dedit scutata 1000 ad rationem bononenorum, 80 pro quolibet scutato (nempe scuta 727. 27. 4. currentis monetae romanae) Capitulo et Canonicis Cathedralis s. Catharinae de Brictinorio cum hac conditione ac pacto expresso nec aliter etc. quod dictum capitulum et Canonici teneantur singulis annis Calendis Septembris dare scutata 50 similia clerico pauperi Brictinorien. vel dioecesis (saltem ad subdiaconatus ordinem promoto et in percelebri aliqua Italiae universitate alendo) qui per dictum Episcopum dum vixerit electus fuerit et post ejus obitum a dicto capitulo et ab omnibus Canonicis et praeterea dictum capitulum et Canonici teneantur solvere quolibet anno 10, scutata 5 pro quolibet clerico, qui teneantur inservire missis et divinis officiis in dicta Cathedrali et reliqui fructus, si qui erunt, distribuantur inter dictos Canonicos pro modo servitii, sicuti caetera distributiones quotidianae. Investimento collocata in tot censibus praedicta scutata 1000 annua reddebant scutata 80, ideoque pro Capitulo supererant quotannis scutata 20.

Verum labentibus annis pereruut aliquorum censuum sortes, omnium vero fructus decreverunt et restitutae sortes ac novo investimento collocatae cum caeteris capituli censibus fuere confusae. Itaque hanc s. Congregationem supplices adierunt Canonici et onerum reductionem ac facultatem alios census subrogandi imploraruut: *et die 24. Martii 1753* rescribi obtinueruut: *Facta per capitulum assignatione quantitatis summae censuum, de quorum identitate non constat, ad rationem fructuum currentium juxta illorum quantitatem pro reductione onerum per contributum.* Brictinoriensis autem Episcopus executor delegatus sequenti anno 1754 mandavit persolvi quotannis romana scutata 28. 22. 8. clerico subdiacono Brictinoriensi studiorum causa ad publicam universitatem accedenti tum scuta 5 duobus clericis in Cathedrali missis inservientibus: atque hanc reductionem die 11. Maji 1777. approbavit s me. Pius VI. ita tamen ut quoties nullus clericus ad publicam universitatem accesserit annua scuta 28. 22. 8. investiri debeant, quousque effformatus fuerit redditus in totum scutorum 43. 20., et sic persolvantur annua scuta 36 clerico subdiacono studiis vacauti in publica universitate et scuta 7. 20. duobus clericis missis inservientibus. Et si subinde etiam acciderit, ut aliquo anno nullus inveniatur clericus subdiaconus, qui ad publicam universitatem velit accedere semper eo anno scuta 36 investiantur, ut eo magis augeatur annuum assignamentum praestandum clericis subdiaconis ad publicam universitatem inposterum accessuris. Hanc autem investimenti legem die 24. Sept. ejusdem anni ita moderatus est Pius VI., ut jusserit investimenta facienda ex annuis scutis 36 cedere favore Brictinoriensis capituli, usque quo pertingant ad annuum redditum scutorum 20 inter Canonicos distribuendum, subinde vero reliqua, quae fieri contigerit, in-

vestimenta cedant perpetuo in augmentum annui assignamenti clericis subdiaconis praestandi.

Antistitis Caligari voluntas ita impleta fuit usque ad 1804., quo Ubaldus Ginnchi ab universitate redux Brictinorium venit: tunc autem capitulum elegit Paulum Forani, sed ejus nominatio effectu caruit, quia in italici regni universitatibus nemo aderat, qui ecclesiasticas scientias doceret et Paulus ab italico regimine veniam petendi exteram universitatem impetrare nequivit. Restituto pontificio imperio capitulum pluries affigi edicta curavit ad invitandos Brictinorienses juvenes ecclesiasticas scientias addiscendi cupidos; verum nemo comparuit.

Interea redditus, quamvis pro parte ob praeteritorum temporum calamitatem vel perierint vel exigi nondum potuerint, pro parte tamen fuere investimento collocati, adeo ut caput nunc ascendat ad romana scuta 1350. 43. et annua reddat scuta 70. 77. 3., spesque affulgeat et caput et redditus nominum exactione augendi.

Rebus in hunc statum adductis Brictinoriensis Episcopus poscit, ut annua quantitas impendenda pro adolescente in universitate studiis operam navante dioecesano seminario adscribatur pro alendo juvene, qualitatibus praedito ab Antistite Caligari praescriptis et literis sacrisque disciplinis instituendo. Rogavi de more eumdem Episcopum, qui monumenta transmisit, e quibus superius narrata deprompsi; qui capitulum audivit illudque aperte contradicens est expertus, cum contendat, sibi uti Donatario Episcopi Caligari annuos bonorum redditus esse addicendos: qui denique ita sensum animi sui pandidit:

Principaliter intendit ipse (Episcopus Caligari) ut mihi videtur constituere hujus Cathedralis capitulum non donatarium principalem sed secundarium seu administratorem ad hoc, ut ex fructibus scutatorum 1000 monetae antiquae suppeditaret scutata 50 pauperi clerico modo civitatis modo dioecesis qui ad studia se dare vellet et similis monetae scutata complexive 12 inservientibus missis et divinis officiis. Quod autem non verum donatarius sit sed simplex administrator, patet ex sequentibus verbis: »reliqui autem fructus, si qui erunt, distribuantur inter Canonicos pro modo servitii etc.,« ex qua conditione dignoscitur, quod quando nihil superest nihil Canonicis debeatur. Ad hoc autem ut suam mentem efficacius exprimeret dictus Episcopus Andreas Caligari subjunxit: Quodsi dictum capitulum et Canonici servare et implere recusent, compelli ab Episcopo possint ac debeant ad solvenda dicta scutata 60 respective et etiam ad restituendum dicta scutata 1000. ad hoc, ut administrentur ad praedictum effectum. »Quid clarius ad demonstrandum, praecipuam donantis voluntatem fuisse favore juvenis pauperis studere volentis, non vero capituli in administratione electi? At si felicioribus temporibus licet aliquando, non tamen semper, inveniatur juvenis clericus, qui pro moneta scut. 36 eligeret aliquam universitatem pergere studiorum causa, quomodo invenietur in ista calamitosa aetate? Nullus est certe, qui sese offerat, licet publicis notificationibus, ad valvas hujus ecclesiae affixis, invitetur: sed ut reor, nullus erit nec inposterum: Nam quomodo juvenis panper in extranea civitate cum dicta pecunia se alere poterit, decenter vestiri, magistros solvere? strenas facere? Sed hoc non displicet Canonicis, quorum scopus semper fuit et est dictos fructus perpetuo incorporare propriis distributionibus.

Certum est quod quamquam pia institutio Caligari non bene fuerit antea administrata, nihilominus ex multis vacationibus studentis factus est cumulus sufficiens, imo fructus annui modo ascendunt ad scuta rom. 70., unde etiam si darentur scut. 40 et 10 duobus inservientibus ecclesiae remanerent pro Canonicis scut. 20. Subministrentur clerico panperi tantum scut. 36., detur juvenis incaute allectus, qui doctos nummos acceptet ad effectum praescriptum. Quis tamen tuta conscientia eum mittet ad aliquam Universitatem ista perversa aetate, in qua experientia docet, quod corruptio morum ac dogmata contra fidem et Principes discuntur si non a magistris saltem a sociis? Ego certe numquam dabo vota mea, etiamsi ista ad centum ascenderent. Concedo, quod ante vicissitudines toleratas multi redierint cum profectu; nego quod in praesentiarum hoc possit sperari et dicto quod cum majori fundamento magis timendum est.

Sed interest capitulum inquiunt Canonici quod nullatenus varientur speciales et praecisae conditiones, quibus et non aliter acceptata fuit donatio, atqui, suppono Ego, speciales et expressae conditiones fuerunt, ut darentur scut. 36 juveni pauperi studere volenti, ergo hae conditiones nullatenus variandae sunt. Subsumo: Istae conditiones non possunt modo servari invitando aliquem juvenem pauperem ad unam ex universitatibus Italiae juxta mentem donantis; ergo serventur eo modo, qui sit proximior menti ipsius donantis, invitando juvenem studere volentem saltem ad seminarium: mutatis enim circumstantiis necessario mutatur et jus. In seminario certe aptior modo habetur educatio pro clerico qui ecclesiasticam palestram currere intendit. Interest capitulum, ut ea quae donata sunt pro juvene studente distribuantur inter Canonicos; si temporaliter loquamur, quis neget? Sed interest mea, ut initietur aliquis minister pro domo Dei.

Dos capituli non est opulenta sicut olim, est tamen congrua et sufficiens, signanter pro diligentibus. Ast quale miserum augmentum daretur huic doti ipsi incorporando donationem Caligari nisi ad summum 3 scutatorum pro singulis annis? Interea tamen pia laudata institutio penitus destrueretur et civitas et dioecesis hac orbaretur utilitate.

Annua quota seminario persolvenda pro juvenis alimentis est modo 40 scutorum, sed requiritur, ut sit saltem aetatis circa 12 annorum, honestis et legitimis parentibus ortus, bonis moribus instructus detque signa vocationis ecclesiasticae. Juvenis vero a capitulo eligendus juxta mentem donatoris debet insuper esse pauper; deberet etiam esse subdiaconus; sed

1. si erit subdiaconus habebit vel patrimonium vel beneficium, ideoque erit sufficienter provisus.

2. Difficile se offert.

3. Illa aetas mihi videtur sera si primaevis indigeat studiis.

4. Cum gavisus sit libertate saeculi ad 21. annum usque aetatis, difficilius se continebit sicut adolescentiores, se rigorosis accommodando regulis seminarii, unde caeteri possent relaxari sequendo ejus exempla. Ob has rationes puto, quod requisitum subdiaconatus indigeat dispensatione, si talis dispensatio arridet EE. VV. quarum judicio sapientissimo reverenter submitto ea, quae dixi.

Gymnasiis, quae olim prope Cathedrales et Collegiatas florentissima erant clericorum et vitae communis collegia publicae successerunt academiae, quas saeculo octavo colere coeperunt clerici quasque amplissimis donarunt privilegiis *Honorius III.* in *cap. Super specula 5. de magistr.* et *Innocentius IV. in cap. Cum de diversis, de privileg. in 6.*, atque hujusmodi privilegia a Trid. synodo in *cap. 1. sess. 5. de reform.* servata fuisse monet *Thomassin. de vet. et nov. eccl. disciplin. tom. 2. part. 1. lib. 1. cap. 101. n. 1. et seq.* et *lib. 2. cap. 71. n. 3. et seq.* Consulto igitur disposuit Episcopus Caligari, ut juvenis subdiaconus in percelebri aliqua Italiae universitate esset alendus ideoque commutanda minime videtur ejus voluntas: nam *quae ad certum usum largitate sunt destinata fidelium, ad illum debent, non ad alium, salva quidem Sedis apostolicae auctoritate, converti* uti decrevit *Clemens. V. in Clement.: Quia contigit de religios. dom.* Quamobrem commutatione voluntatum nonnisi *ex justa et necessaria causa* concedendas esse statuit Concilium Trid. *sess. 22. cap. 6. de reform.*

Inveniri tamen hac nostra aetate vix quisquam poterit, qui annuo tenui subsidio scutorum 35 allectus celebrem aliquam universitatem ad ecclesiasticas scientias addiscendas petat: reque vera multoties propositis edictis plurium annorum curriculo memo hactenus est iuventus. Profecto vel necessaria vel certe justa commutationis causa semper habita est, quum finis obtineri nequit, quem sibi pius fundator proposuit, uti post alios tradit *Amostaz. de caus. piis lib. 1. cap. 14. n. 33.* Tunc autem perpendendum est, quid verosimilius idem fundator voluisset quidque in hujusmodi casu praescripsisset: idque potissimum in interpretandis defunctorum voluntatibus valet, *Card. de Luca de test. discurs. 72. n. 15.*, adeo, ut haec non vera commutatio, sed aequa potius et rationabilis dicenda sit voluntatis declaratio, ut censuit s. Congregatio *in Romana Commutationis voluntatis 28. Febr. 1734., in Nullius Terrae Pontiani 25. Januarii 1745.* §: *Cum itaque, in Praenestina Commutationis voluntatis 15. Martii 1777.* §. *Regula juris.**)

Meliori sane, quo fieri posset, modo impleretur Antistitis Caligari voluntas, si insigni academiae dioecesanum subrogaretur

*) Vd. p. 37.

seminarium, in quo et mores et ecclesiasticae scientiae vigent: quo fit, ut aptiora sint seminaria institutioni clericorum, eaque reapse Trid. synodus academiis suffecerit, uti notat *Fagnan. in cap.: Super specula n. 1. de magistr.* Ostendit siquidem Episcopus in sua informatione minime audiendos esse Brictinorienses Canonicos, dum contendunt capitulo uti donatario Praesulis Caligari omnes donatorum bonorum redditus esse adscribendos: cum imo Praesul onera donationi adjecta omnino impleri voluerit ac tantummodo adjecerit, ut *reliqui fructus, si qui erunt*, inter Canonicos *pro modo servitii* distribuantur, cumque largitati Pii VI. acceptum referre debeant Canonici, quod certam annuam quantitatem scut. 20 ex redditibus bonorum Caligari consequantur.

Praetereundum nec est, Antistitem Caligari etiam in capitulum Collegiatae Brixichellae Faventinae dioecesis parem quantitatem scutatorum 1000 monetae veteris donationis titulo contulisse adjecta lege, ut ex annuis fructibus *si debba tenere perpetuamente un scolare di Brisichella, o Valle d'Amone nello studio publico di qualche famosa Citta . . ., il quale faccia professione di vita ecclesiastica . . . . . e sia almeno ordinato al s. ordine del subdiaconato.* Cum nullus inveniretur juvenis, qui tenui accepto annuo subsidio rom. scutorum 36 ad academiam se conferre vellet, petitum fuit a s. Congregatione, an commutata donatoris voluntate juvenis esset in Faventino seminario collocandus ibique sacris literis et disciplinis instituendus, uti Faventinus proponebat Episcopus, qui dispensationem quoque a lege assumendi subdiaconatum implorabat, ne clericos nimis adultos admittere adigeretur in seminarium, in quo a pueris recipiendi sunt clerici juxta *Concil. Lateran. V. sub Leone X. sess. 9. de reform.* et declarationem *s. Conc. Trid. sess. 23. cap. 18. de reform.* Votis autem Episcopi omnino consonum hujus s. Ordinis rescriptum prodiit *in Faventina Commutationis voluntatis et applicationis 15. Sept. 1792.*

Proponitur itaque dirimendum

D u b i u m:

An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis et applicatione in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Episcopi.

Die 24. Julii 1824.

Forolivien.

Capellaniam mere laicalem 1793 constituerant in exequutionem paternae voluntatis sorores Maria Aloisia Biscia Raineri et Angela Biscia Rossi ad aram divi Antonii Patavini in oppido *Dovadolla*, assignata dote scut. 486 praefixo onere capellano unius missae in singulis mensibus et jurepatronatus reservato favore familiae, alternative tamen inter utriusque institutricis descendentes exercendo.

Suo vacua rectore prostet haec capellania ab anno 1806 ac licet missarum onera impleta dicantur, fructus tamen universos qui ad annum 1840 ad scutatos nummos computabantur 650 percepit Aloisia ipsa institutrix unacum conjuge Aloisio Raineri, ad quos vi alternativae nominandi jus ea vice spectasset. His autem vita functis earumdem haeres Comes Dominicus Morini Raineri Biscia ut capellaniae consuleret indemnitati pressus a Marco Rossi Foschi altero ex compatronis annuit debitae summae satisfacere pro dimidia tantum rata scutorum 325, censum in id opportune super his suis bonis constituendo cum fructu scut. 4 in singulos centum.

In hoc rerum statu adstat coram s. Ordine supplex Marius Rossi Foschi etiam fratrum nomine ab Angela Biscia praefata fundatrice descendens flagitatque »La grazia di potere erogare la suddetta rata di scudi 325 a sollievo del cosi utile orfanotrofio di s. Filippo dei Putti il piu miserabile di tutti i pii stabilimenti della citta . . . di più la grazia di poter nominare il nuovo rettore, non sembrandogli in coscienza doversi lasciar vacante detta capellania.«

Auditus est super precibus tum Episcopus Foroliviensis cujus in dioecesi extat beneficium tum Episcopus Imolensis, cui subest nosocomium, ut scitu necessaria, interesse habentibus rogatis, uterque referret pandita desuper animi sui sententia. Ex eorum responso praeter deducta hactenus hausi, quae exscribuntur:

In quantum refert (ita Episcopus Forolivii) ad petitam conversionem medietatis dictae summae scut. 325 favore orphanotrophii Lucensis adverti potest in genere, quod certe videtur integra summa jure accrescendi; et stricto jure versari debere in augmentum primitivae donationis ipsius capellaniae. Propositus autem supradictae ecclesiae ss. Annunciationis Dovadulae, in qua erecta est capellania, admittit, ut dicta summa sc. 325 ex qua proponitur creari census devolvatur orphanotrophio, reservata tamen fractione fructuum ipsius census favore capellae in libris decem florentibus in quolibet anno. Eques Morini nihil opponit nec in merito debiti nec in ejus erogatione census favore orphanotrophii salva tamen retrocessione ipsius census et fructuum ejus favore, quoties inveniatur actus, quem ille praesumit, et ex quo constaret ejus auctores suspensionem obtinuisse nominationis novi rectoris cum facultate lucrandi capellaniae ipsius redditus: quae reservatio mihi videtur aequitati consona. Quapropter quia proponitur erogatio in favorem miserabilis pii instituti in ipsa oratoris compatroni patria et cum satisfactione prout mihi constat Emi et Rmi Cardinalis Archiepiscopi et Episcopi Foroliviensis, in cujus dioecesi situm est institutum, mihi videtur erogatio ipsa consentanea praesumptae voluntati institutricum et proinde ex mea parte minime oppono, reservata retributione ut supra favore capellae et salvo jure capellaniae supra alteram medietatem summae debitae a praelaudato Equite Morini Biscia necnon salvis fructibus, qui ulterius decursi vel decurrendi sunt, usque ad creationem census, de qua agitur, si ita SSmus Dominus expedire censuerit.

In quantum vero spectat ad facultatem nominandi rectorem pro hac vice quam orator implorat, habet actualiter interesse sola domina Caecilia Morini Biscia uti proximior descendens superstes ex institutrice Maria Aloysia, cujus lineae competebat nominatio pro hac vice et illa minime opponit, salvo quod in subsequenti vice facultas nominandi ad lineam dictae Mariae Aloysiae revertatur. Et quia hujusmodi reservatio consonat alternativae jam in rogitu fundationis statutae, nihil esset cur opponerem, si pro praesenti nominatione, attento decursu jam expleto termini a lege patronis reservato ad praesentandum novum rectorem, incursa jam non fuisset caducitas favore s. Sedis, cujus proinde est decernere in casu, quin audeam de hac re ullum votum promere.«

Eminent. autem Episcopus Imolensis haec habet: »Auctor adjuncti supplicis libelli opus proposuit vere pium . . . Orator enim qui recurrit etiam nomine suorum fratrum habet indubium jus pro medietate in patronatu praefatae capellaniae et recensitum orphanotrophium est summopere egens. Est pariter certa asserta vacatio capellaniae usque ab anno 1806., et ideo a dicto tempore nemo percepit redditus, qui sunt quotannis scutorum 22 circiter. Quoties autem placeat s. Congregationi decernere juxta mentem recurrentis et absque praejudicio jurium, ad quos spectant super caeteros fructus insolutos, putarem ex parte fructuum percipiendorum fore constituendum capitale census in favorem laudati orphanotrophii Lucensis, juxta vota omnium quorum interest ejusdem cura. . . . Putarem quoque esse oratori et ejus fratribus impertiendam facultatem praesentandi novum rectorem ad dictam capellaniam in curia episcopali Forolivii, nam licet aliqua difficultas moveatur super jure exercendi hac vice praesentationem, omne abit dubium, quia cum lapsum jamdiu sit tempus a legibus statutum est in facultate Congregationis illi patrono concedere jus praesentandi, qui diligentior apparet in comparandis utilitatibus ecclesiae. Et quidem negligens plane fuit alter patronus et auctor illius, qui cum sit debitor dotis capellaniae nullimode studuit pro exercendo patronatu videns, quod tunc debuisset persolvere scutata annua 22 circiter. Adjicio quod etiam hac in re consului Antistitem Foroliviensem, in cujus dioecesi, ut dixi, sita est capellania, qui se refert omnino ad sententiam istius s. Congregationis.«

Jam vero quum nemo sit qui in capellanum electus viudicare sibi queat fructus capellaniae ab anno 1806. decursos, id autem juris minime pertineat patrouis, quorum jus ad nominandi facultatem arctatur, sequi reapse videtur, quod Foroliviensis Antistes animadvertit, eos omues capellaniae ipsius favore cedere debere, cujus onera impleta per id temporis fuisse ab ipso Antistite affirmantur. Pensandum porro, an expediat magis eos in Lucensis nosocomii utilitatem convertere.

Piorum relictorum commutationi locum fieri non posse nisi necessitas vel evideus id suadeat utilitas res est exploratissima. Praeclaram in themate se exerere utilitatem

uterque testatur Autistes quod ita nosocomio satis pauperi succurratur. Et sane *nullum opus* (apprime ajebat votum Emi D. Card. Corsi in comitiis 8. Aprilis superioris propositum in *Taurinen. Absolut. et reduct. missar.) christianae reipublicae utilius reperitur, quam Xenodochia, in quibus pauperes morbo laborantes opportuna medela reficiuntur et ad bene christianeque vivendum ac moriendum adhortantur, prout s. Congregatio perpendit in Mutinen. Reduct. et commut. 24. Julii 1830.* et in *Lucana Absolut.* et *reduct. 6. Julii 1840.*: unde et ipsam missarum reductionem saepius ad hospitalibus opitulandum concessam fuisse cansa eadem Mutinen. 1830 testatur. Accedit summam scut. 325 non ex primaeva testantis voluntate sed ex patronorum incuria capellaniae accessisse, unde levior fortasse voluntatis commutatio deduci posset.

Non desunt tamen dubitandi rationes. Praeter generalem animadversionem, qua caute admodum monemur procedendum esse in piis voluntatibus immutandis, ne laici praesertim ab istiusmodi légatis retrahantur: viderit EE. PP. prudentia, num satis probandum sit principium (unde evidens utilitas petitionis argui videtur) id, quod alicui piò instituto proficit, in evidentem cedere ecclesiae utilitatem. Videat praeterea num revera ea utilitas affulgeat nosocomio ex haud notabilis summae applicatione, quae capellaniae laicalis praejudicium posthaberi suadeat. Ceterum in allatis s. Ordinis resolutionibus non parum ponderis habuit praesumpta voluntas testatoris, qui bona sua hospitali relinquens, cum onere missarum, ea principaliter pro infirmorum cura ac alimonia, secundario pro missarum satisfactione reliquisse censetur, uti perpendit praelaudatum votum. In themate autem ageretur de adjuvando hospitalia in aliena dioecesi posito, extra patriam testatoris. Quum denique applicatio scutatorum 325 facienda sit juxta debitoris propositum, cum pacto nempe reversivo in casu superius exscripto, verendum fortasse, ne, si hujusmodi casus contiveret, grave nimis foret Noscomio sortem et fructus jam consumptos restituere.

Satis de prima petitionis parte. Ex his, quae in eorum relatione disputant uterque Episcopus, multa habent EE. VV. quoad secundo loco petitam nominandi facultatem, praesertim vero quod Caecilia Morini Biscia cujus unice interest hodie exercitium juspatronatus juri suo cedat libenter, dummodo in futura vacatione sibi reservetur. Unum perpendam circa devolutionem juris de quo ambigitur favore s. Sedis scilicet capellaniam in themate esse mere laicalem, prout uterque Episcopus confitetur et fundationes a s. Ordine capellaniae hujusmodi solutas esse a censura de termino ad nominandum Patronis constituto et devolutione inde sequenti, quod valet dumtaxat in beneficialibus. In *Signina Jurispatronatus 2. Martii 2839.* §. *Imo vero.*

Proponuntur dubia:

I. *An et quomodo annuendum sit precibus quoad applicationem scut. 325 favore Lucensis nosocomii in casu?*

II. *An et quomodo annuendum sit precibus quoad facultatem nominandi in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative juxta votum Episcopi Forolivien. praefixo termino trium mensium ad exhibendum puntatum rescriptum, quo elapso delatur conditio reversiva.

Ad II: Affirmative quatenus opus sit.

Die 3. Junii 1843.

Spoletana.

Archipresbyteratum alteram in Collegiata s. Gregorii dignitatem institui jussit ex universis suis bonis postremo, quod scripsit, elogio sacerdos Angelus Placidi 1818. ac capitulum ipsum ea de re haeredem fiduciarium edixit. Quod sane gravissimum accidit Clarae Placidi Fausti ejusdem testatoris sorori consanguineae, quae cum universam haereditatem sibi suisque filiis relictam iri sperasset promissis confisa ipsius fratris adhuc viventis ac juribus, ut ait, nonnullis super ipsa haereditaria substantia, a quibus experiundis ea spe freta abstinuerat, mortuo vix fratre decretum retulerat de immittendo in possessionem, uti haeres intestata. Hinc preces, vix cognita ob ejus funus 1841 praefata voluntate, obtulit ss. Principi per s. hunc Ordinem adprecata, ut fratris dispositione favore archipresbyteratus postposita sibi filiisque egestate laborantibus haereditas tribuatur; sin minus, ut congrua familiae necessitati pensio super archipresbyteratus dote constituatur: ac eodem tempore judicium

substinuit acerrimum in possessorio cum Capitulo haerede fiduciario, a quo tamen judicio devicta discessit.

Precibus oratricis haud omnino adversum se praebet Archiepiscopus in sua relatione: narrat enim egestatem familiae oratricis et dubia injicit super testamentariae dispositionis libertate et validitate. Refert videlicet de mentis integritate Angeli testatoris dubitatum fuisse, cum conderet testamentum, quare paulo post Archipraesulem Cadolinium modo cardinalia dignitate praeclarum precibus ipsius Clarae administratorem constituisse patrimonii fraterni Adrianum Luparini virtutum gloria, ut ait, clarissimum virum, qui tum propinquorum tum infelicis presbyteri substentationi prospexit. »Et prudenter sane prosequitur Archiepiscopus ita se gessit Cadolinius; aliter familia Placidi omni ope destituta fuisset, cum Canonici Collegiatae s. Gregorii universae haereditatis potiri etiam dum iuter vivos erat presbyter Angelus nihil intentatum relinquerent... Praetereo, quod vociferatur, nempe recurrentes Placidi voluntati patrui Angeli indulsisse metu, ne omni subsidiorum genere destituerentur et a praediis, quae ipsi colebant, arcerentur et presbyterum Angelum mentis imbecillitate laborantem indictum fuisse, ut ad causas pias testamentum conficeret. Ultimae voluntates religiose habendae sunt; et accessione dignitatis in Collegiata s. Gregorii divinus cultus profecto augeretur. Si autem suprema presbyteri Angeli Placidi voluntas valet, discussio agenda est ab Emiuentiis Vestris.« Capitulum at vero acriter obstat petitioni.

Ratio, cui innititur oratricis petitio, praecipua est titulus transactionis: etenim exponit plura se jura sua opponere posse contra haereditatem Angeli testatoris, quae ut penitius dignoscantur res est altius repetenda. Communiter possidebant sub fiuem elapsi saeculi avitum patrimonium Philippus Placidi, qui fuit auctor Clarae et Angeli memoratorum ex diversa matre, ac illius frater Dominicus sacerdos; de eo tempore sacrum patrimonium Angelo constituerunt communiter in scut. 800. Moriturus autem Dominicus 1786 de portione universa substantiae suae testatus est favore Angeli nepotis: Philippus vero Angelum contentum esse voluit postremis tabulis anni 1797 patrimonio jam constituto et his, quae in ejus educationem insumpserat; ceteraque omnia reliquit filiae Clarae ejusque descendentibus at bona adhuc in communione manserunt inter Angelum et Claram nuptam Dominico Fausti usque ad annum 1807. Hoc autem tempore divisio facta est in manibus tabellionis, nulla adhibita praeterea solemnitate; qua constituto valore fundorum communium juxta censuales tabulas in scutatis 2109 71 ad formam *d'un foglio di conciliazione firmata già d'ambe le parii* assignata sunt Clarae tot rustica praedia pro valore scut. 671 ita per peritum aestimata: ac praeterea praedium olivetum, *di capacità modio uno in dono gratuito* declaratumque est: *Rimanendo in comune le case, ara, Magazzeno, non solo abitata, come ancora l'altra casa posta dentro il castello di Protte con mobili esistenti in essa*, caetera sibi frater Angelus vindicavit.

Jam vero in hac divisione laesam se et sane haud leviter fuisse substinere merito posse coram competenti judice contendit oratrix sequenti calculo. Ponit imprimis quod si valor praediorum censualis aestimatus est in scutatis 2109 70, realis habendus sit triplo major nempe scut. fere 6300 juxta communem computandi modum: hujus autem pretii dimidiam partem in scut. 3150 spectasse ad Angelum uti Dominici patrui sui haeredem; alteram dimidiam sibi uti haeredi patris Philippi. Ex hac porro deductis ut par est scut. 400, quot debentur ipsi Angelo pro medietate patrimonii communiter a patre et patruo constituti necnon scut. 200 pro dote matris eidem restituenda ac demum aliis 322 quot respondent pretio dimidiae partis domuum indivisarum, quas retinet oratrix, jam superesse debuerant favore Clarae et descendentium scutata circiter 2218, contra vero nonnisi scutata 600 et 71 consecuta est cum praediolo exigui redditus: quantum scilicet vix importat dos ipsi constituta in scut. 400 et altera matri suae in scut. 200: atque ita inutilis illi paterna haereditas effecta est.

Summam itaque de qua fraudata est reposcere se merito posse clamat oratrix, quum mulieri in fraudem adductae et detrimentum perpessae omnia jura succurrant, maxime in casu, ubi nullitas divisionis seu potius transactionis scatet aperte a Spoletano statuto tunc temporis vigente, quod lib. 3. cap. 26. caveat: *mulier aliqua non possit contrahere vel distrahere aut aliquam donationem facere sine praesentia viri sui et patris et filiorum*

majorum 4 annis: quod si aliquis praedictorum deficeret . . . sint et esse debeant duo proximiores . . . Et si aliter fecerit non valeat neque teneat ipso jure. Ista autem nominа, ubi repetierit, jam haud leviter imminuerent duos archipresbyteratus.

In universnm porro pessumdatnm iri archipresbyteratnm in aperto est, qnoties circumstantia demonstretnr, quam Archiepiscopus innuit, scilicet dementia testantis, qnae utpote in facto posita, quod snb sensibus cadit, haud difficilis esset probationis: tum autem ab intestato succederet oratrix.

In hoc rerum statu utilius esse, ut archipresbyteratns locum cedat pietatis causa erga miserrimam familiam, pergit ipsa, ant saltem transactionis ergo ejus favore remittet, qnantum ejusdem tuitioni sat est, sic nempe et lites vitarentur dinturnae et maxima binc inde dispendia; et satis superqne cousnltum foret rectoris cnlturae, relicto illi annno congruoqne redditn ex haereditario esse, qui ex peritorum fide attentis aliis bonis, qnae sibi Angelus post factam divisionem sibi comparavit, annnos hodie scntatos nummos valet giguere ultra 550. Recessum a litibus justam transigendi cansam praebere adeoqne praeseferre ecclesiae evidentem utilitatem non ambigitur, *Abbas in cap. 1. num. 2. de transact., S. C. C. in Firmana Concordiae 21. Nov. 1807:* et saepe s. Congregatio, ne litium ambagibns et impensis pias expoueret dispositiones, aliquid iis potius remitteudum ceusuit, ut probant exempla in *Tranen. Concord. 8. Feb. 1721, Placentina Confirm. concordiae 17. Dec. 1701.*

Facere demum in casu posset etiam praesnmpta testatoris voluntas, qni si sanae prorsus mentis fuisset, opitulaturnm profecto sorori suae praesnmi debet, in augustia egestatis conjectae, qnae sedulam ei dum viveret praestitit operam.

Quid sibi reapse velit oratrix explicavit oppido in folio mihi nuper exhibito: proposuit scilicet, ut ex bonis Angeli fratris assignetur annnus redditns scnt. 30, alteri ex suis filiabns, quae solemuia edidit vota *a titolo di livello di cui manca.* Praeterea familiae, quae modo constat senio confectis et plusquam septnageuariis genitoribus ac bina filia quadragesimum anunm egressa (caret antem mascnliua prole), rubra sex frumenti quotanuis, quae ad snmmum aestimari possnut in scut. 40, necnou some 12 vino in sc. al più 24, e sei caldarelli di olio che al maggior prezzo di sc. 3 il calderello portano sc. 18: più una somma di denaro per supplire alle spese di famiglia non minore di sc. 40: in fine l'usufrutto, o dominio ntile d'un terreno confinante colla casa d'abitazione, che potrà dare un reddito di sc. 60: e cosi in tutto sc. 212: compensate però le spese avute per manteuersi in possesso contro il Capitolo. Vel si haec s. Ordini non placnerint, exorat, nt data haereditatis controversae admiuistratione capitulo dimidia pars fructuum Archipresbytero instituendo tribuatur, supportatis per ipsum oneribus, altera dimidia oratrici in subsidium familiae. In ntroque casu cedit ipsa libenter juribus omnibus contra haereditatem, rennnciat legatis testamento obtentis tam sui nomine qnam binae iunnptae filiae. Sic sane pia cansa nullam in suo capite pateretur imminutionem: interea rector erigendae dignitatis satis piugui uteretur congrua, angenda pro rata in casn mortis cnjusque subsidio ancti de familia Placidi Fansti.

Ast capitnlum, quod precibus adversatur, nt innui superius, plura perpendit, ut dissensus sui cansas tueatur.

Negat imprimis praesumpta jura Clarae Placidi super Angeli testatoris patrimonio: ceusuali insistens aestimationi fundorum, qnae tempore divisionis designabatnr in scut. 2109 71 computatisqne nominibus ipsi Angelo nt supra competentibus, ejusdem sorori Clarae summo jnre superesse debnisse ostendit valorem scut. 454 86 quare plus justo consecutam fuisse, quum ei frater assignatum volnit fundorum valorem in scut. 671. 5 praeter praedium olivetum *di capacità un modio.* Hinc divisionis contractum perutilem fuisse mulieri; ac proinde perperam opponi in ea divisione defectum solemnitatum statuti Spoletani; siqnidem uotum non est in foro, mulierum contractus validitatem ex ejns ntilitate principaliter pendere: qua demonstrata solemninm defectus omitti valet: idque magis fieri inquit potuisse in themate, quo licet transactiouis verbum aliquando exciderit revera nonuisi divisio commuuionem bouornm expleta est, quam actum necessarinm dicit capitnlnm, adeoqne solemnitate non egeutem. Porro minus veretur testamentnm posse ex testantis dementia infirmari: qnippe si nunqnam praesumitur (nisi concludentissime demonstretur) mentecaptus, qui disposuit in

piam causam, id exulat magis ab Angelo testante, cujus uti viri prudentis voluntas se exerit lucnleuter, iu assiguata simnl innnptis oratricis filiabus dote scut. 100 pro qualibet.

Neque hujusmodi legatum vel minus congruum dici posse pergit capitulum, sed pro conditione mulieris et viri, proprietarii coloni, qui aliunde alia praedia possideut, nt constat ex ipsis tabulis divisionis memoratae, satis locuples: ant minns tenue prae viribus piae haereditatis, quum ista ex hodieruis censualibus tabnlis vix aequet valorem scut. 3289. 20 a quo passivum aliquid et legatorum praestatio in scut. annuis supra 100 sunt detrahenda; gravetqne contra Archipresbyterum praeter chorale pensum missa quotidiana et onere excipiendi confessiones.

Perpendendas denique proponit capitulum clausulas a testatore tum legato favore oratricis tum haereditati favore archipresbyteratus adjectas.

Dirimendum itaque erit

D u b i u m:

An et quomodo sit annuendum precibus oratricis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative et praevia renunciatione in forma jnris valida ab oratrice ejnsque viro et filiabus emittenda cuicnmque jnri super haereditate Angeli Placidi, esse consulendnm SSmo pro usufructu domns et fundi adjacentis ac assignatione annuae praestationis alimentaria in summa scntorum 140 inter conjuges, filias inuuptas et monialem prudenti jndicio Archiepiscopi dividenda, absque jure accrescendi in casu obitus, compensatis expensis et idem Archiepiscopns curet erectionem archipresbyteratus et adimplere onera ab archipresbytero.

Die 8. Julii 1843.

Pisanren.

Supremae voluntatis tabnlae, quibus vitam die 9. Sept. 1850 desiit Aloisins Pasteri Cathedralis Pisanreu. Canonicus, nbi primnm sunt reservatae, quinque testatoris nepotes a sororibus Barbara et Apollonia prognati tanqnam de laeso sanguinis jure qnerelas movere. Scripsit nimirnm avnncnlns ex asse heredem ven. confraterniitatem ss. Sacramenti inter concives erectam, cnjus dum vixit devolutioni addictus quammaxime fuerat. Legem vero adjecit, ut depurgati haereditatis fructus annni justa ipsius sodalitii indolem erogarentur.

Sacrum tamen aestimavit testator, ut aucilla Dominica Audreani ob servitia ipsi fideliter praestita integrum mensile salarium, victum et habitationem ad tempus vitae perciperet idque legato sancivit. Nec minus injunctum sibi a defuncta sorore Margarita, cum ipsum haeredem universalem iustituerat patrimouium sacrum ad taxam synodalem ann. scnt. 26 66 $^1/_2$ erigi voluit cnm onere 30 missarum annuatim implendo ad altare majns ecclesiae praedictae confraternitatis necnon ibidem sacris functiouibus assistendi: quod quidem titulo patrimonii conferri jussit clerico ejusdem civitatis maxime pauperi et ad sacerdotium aspiranti, ad nominationem parochi s. Archangeli. Cum vero eum in finem bona sororis relicta qnae tempore mortis D. Aloisii ut illa qnidem praescripserat computanda erant minime sufficerent, si non parum de proprio insumpsisse testator suismet verbis aperuit.

Illos deuique qnos ex sororibus Apollonia et Barbara snperstites habebat quinque nepotes constituit legatarios unumquemqne in summa scnt. 200. Testamenti tandem executoribus nominatim designatis plenas agendi ut alter ego facultates tribuit.

Hinc itaque niminm gravati nepotes statim supplices ad s. hunc Ordinem preces dederunt, quippe avunculus dum causam piam bonis ecclesiasticis satis provisam ex ape circiter 12,000 scut. constanti haeredem vocaret de sacro sanguinis vincnlo praeter quam de canonica aeqnitate oblitns qnodammodo fuerit. Quod si id nnmqnam ecclesiae gratum extiterit eo vel minns in praesenti casu, conclamant, quo ipsi oratores partim omnino paupertate laborant partim sibi suaeqne proli ex industria ac labore victnm sane parcnm atqne carualem qnaernnt. Snmmopere antem de misera neptis Amaliae conditione conqueruntnr qnam morbo quodam chronico infectam nec opibns nec labore manuum juvari addita medici fide asserunt. Quare apostolicam implorant clementiam ut commutata testatoris voluntate bona qnae etiam ex ancto asse potissimum provenire ajunt aequius inter ipsos et piam causam dividantur.

Mox tamen die 20. Dec. 1850 alias preces nomine proprio humiliarunt fratres Mo-

linari, quae ceteris ut supra expositis symbolam haereditatis liberam ad 5000 scut. reducunt.

Rogatus de more Episcopus, quod sciscitandum de viribus haereditatis, de mente sodalium et executorum necnon de jure vel paupertate oratorum in mandatis erat, minime praetermisit. Et quidem juxta inventarium substantiam haereditariam deductis legatis ad summam scut. 4014 88 9 ascendere eamque incrementi omnino capacem judicat Episcopus id innuente etiam sodalitio, tum quia inter fundos duplex existit praedium notabili melioratione dignum, tum maxime ob solitum inventarii morem, quo res mobiles extrajudicialiter aestimatae modesto satis pretio veniunt. Exploratum saltem sodalitii directoribus videtur, redditus annuos praedictae sortis scutata 160 attiugere, qui unico tantum onere gravantur solvendi videlicet annuatim sc. 54 favore ancillae Dominicae, quamvis testamenti executores idem onus scuta 72 annua absorbere affirmeut. Sodales proinde in comitia vocati formaliter quidem haereditatem acceptarunt et qnoad petitionem secluso oratorum jure aequitatis nihilominus esse putarunt, ut iisdem inopia pressis major quaedam praeter legatum scut. 200 ratio haberetur, inde faventibus 44 suffragiis contra 6 annuendum et subveniendum nepotibus defuncti Canonici Passeri in genere quidem statuerunt, definitionem vero specialem relictam voluere sapientiae et supremae auctoritati hujus s. Ordinis.

Sententiam hisce absonam licet testamenti executores dixerint, Episcopus tamen »certior factus rerum omnium perpensisque rationibus, quas pro hujus negotii aequitate exhibentur a sodalitio haerede in quo sunt et cujus consilia dirigunt viri probitate ac religione praeclari, simulque negotionum omnium et maxime transactionum peritissimi, a sententia recedere non possum, quam tulerunt fratres ejusdem sodalitii, remittendo cum ipsis benignitati summi Pontificis curam praefiniendi subsidium postulantibus concedendum.«

Cuncta sacra et civilia jura concinnnt servandas omnino esse defunctorum voluntates, *can. ultima Voluntas. qu. 13.* et ultimum hominis testamentum immobile esse, *cap. Cum Marthae. §. Ceterum de celebrat. mis.* liberumque supremae dispositionis stylum, *leg. 1. in fin. cod. de s. eccles.* Quapropter remota justa ac necessaria causa derogationes voluntatum vel commutationes minime indulgendae foreut, prout juxta praescriptum s. Concilii Trid. semper tenuit s. Congregatio, cujusmodi exempla prostant in *Bononien. Commutationis voluntatis 27. Junii 1786., Narnicn. Canonicatus 15. Maji 1802.* §: *Modis* et alibi passim. Quod praeprimis valere videtur, quoties res habetur de testamentis ad pias causas: in his enim ut notat *Fagnan. ad cap. Cum esses. de testam. num. 155.* de favore animae tractatur et religione divina, quae pretiosior ac carior est filiis.

Et licet aliquando clementiae magis quam juri indulgendum esse hic s. Ordo censuerit maxime ob paupertatem haeredum vel consanguineorum, id tamen semper curavit, ut extremae voluntatis non tam commutatio fieret quam benigna mentis testatoris interpretatio. Haec enim praesumptio in ejusmodi rebus vigere solet, ut ipse testator, si haeredis vel consanguinei egestatem praevidere potuisset, favorabiliori quadam dispositione eidem opitulari studuisset, *Card. de Luca de testam. discurs. 72. num. 15. et sequ.*, s. Congreg. *in Ferrarien. Reduction. missar. 29. Novembr. 1788.* Difficiliorem at vero eadem s. Congregatio se praebere prudenter habet in more, ubi causa vertit circa derogationem eorum, quae in animae purgandae solatium pii fundatores designavere, quamvis pro haeredum vel consanguineorum conditione duriora aliquando videantur, *Forolivien. Reduction. missar. 7. Julii 1787.* §: *Perpetua.* Imo ex instituto alia quaecumque onera facilius diminuit vel commutat, quam missarum celebrationem, cit. *Bononien. Commut. Volunt. ad II. dub.*

Hisce positis, si ad preces in themate respexeris, neminem facile fugiet, ibi strictam atque juridicam commutandae voluntatis causam vix inveniri. Verum ejusmodi causa cum juxta glossam in cit. *cap. Ult. volunt. qu. 13.* et ibid. Abbat. aliosque ex irrationabilitate testamenti potissimum scateat, hoc non inaniter conari videntur executores, ut supremam dispositionem Canonici Passeri rationi non solum numeris omnibus consentaneam, verum etiam laudabilem demonstrent. Namque omisso ajunt quod bona clericorum ex sacro servitio percepta in usus pios convertenda esse canones monent jam avunculi pietatem oratores propterea incusare vix po-

tuerunt, quia dum vixit uberes fructus praebendae fere in solas nepotum necessitates erogavit. Siquidem inde ab anno 1797 renuntiatus Canonicus annua scuta 300 quibus canonicale illud beneficium pollet ita in familiae sustentationem adhibebat, ut ea non modo decenter aleretur, sed etiam scutata 400 aeris alieni extinguere censusque fructiferos conservare et augere valeret. Quod si clericus ex mente ss. canonum et patrum usque ad status decentiam donare consanguineis potest, cavere autem debet, ne ejusmodi status longius latiusque protendatur quam ferat necessitas neve res ecclesiae quae Dei sunt sanguinis favore distrahantur, *cap. Studeat in fin. dist. 50., s. Ambrosius de off. lib. 1. cap. 30.; d. Thomas in 2. 2. qu. 185. art. 7. ad 2., Conc. Trid. cap. 1. de ref. sess. 15.;* jam Canonici Passeri dispositio commendabilis videtur, qui relictis insuper scutatis 1000 in favorem nepotum parum illud quod reliqnum erat ex beneficii ecclesiastici fructibus sacro patrimonio et pio sodalitio addixit. Imo id grati animi debitum erga patriam civitatem suadebat, ut nimirum in publicam utilitatem redundaret beneficium quo ex institutione cujusdam patritii Pisauren. ab ipso civitatis municipio auctus fuerat

Mirum porro iidem executores pergunt, quod supplicantes asserant, bona illa haereditaria magis ex avito patrimonio quam ex ecclesiae fructibus provenire. Adducto enim inventario judiciali ex actis *Bessi de die 25. Sept. 1812* apparet haereditatem quam unacum sorore Margarita a patre consecutus est Canonicus Passeri, detractata quarta favore alterius sororis Appolloniae ad summam scut. 2255, 36, 5 redactam fuisse, quibus accessit legitima dotis maternae pro ipso et sorore, ita ut totale efficeretur in summa 3366, 46, 3 dum sorores Barbara et Apollonia sub iisdem titulis scut. 3, 744, 99, 5 percipere.

Quibus nonnulla de praesenti oratorum statu subnectunt, ajentes, Jacobum quidem, Liviam et Amaliam Molinari ab indiviso tenere possessionem valoris scut. 1200 ex materno asse acceptam; Jacobum praeterea privata quaedam munia cum laude gerentem decenter ex iisdem cum conjuge et unica prole sustentari; Liviamque optimae notae argentario in sacris junctam decore ab eo cum unico filio enutriri, Amaliam denique nubilem infirmae licet valetudinis ac proinde omni industriae ope destitutam subsidiari a nobili quadam matrona. Infelicis vero hujus puellae conditionem ex testamento avunculi nihil mutari inquiunt, quippe quae ex ejusdem dispositione prolegati scut. 200 acceptatione annuum subsidium scut. 8 amittit. Ceterum de facultatibus Francisci et Joachim Rosa nihil norunt nisi famam esse, eos ex munere quodam vitam alere. Verum quoad utrumque res jam non est integra, siquidem hi legatum ab avuncnlo scriptum insolutum acceptavere, dum ceteri rem distulerunt.

Omnibus demum accedit, quod Canonicus Passeri relatam conditionem nepotum optime sane perspiciens ita nihilominus mentem aperuit, nt benigna quaedam interpretatio ipsorum favore perquam facile removeatur. Adjicieus enim clausulam qua neptis Amalia renuntiare tenetur aut legato aut stipendio scut. 8 annuorum, simul expresse cavit, ne dimissum legatum ceteris nepotibus accresceret. Tauto itaque zelo jamque absoluta penitus voluntate piam causam prosequebatur ut omnia in sacros usus, inter quos missarum celebratio locum haud infimum tenet, couverti juberet. At vero si quid ex assis summa forsan detraheretur, soluto annuatim stipendio pro ancilla Dominica vix redditus quidquam in Sacra celebranda cultusque augmentum remaueret, ideoque testatoris piissimae voluntati penitus derogaretur.

Nec consultius forsan videretur supprimere sacrum illud patrimonium, quod ex ultima lege sororis testator instituit, cum imprimis s. Congregatio ejusmodi fundationes ad extremam usque necessitatem conservet, uti praestat in *Ravennaten. Reduct. missar. 29. Maji 1821.* necnon in memorata Bononien. 17. Junii 1786. ubi cetera omnia, prout in votis erat, indulsit, excepta unius mausionariae suppressione licet insuper cum canonicatu duae aliae erigendae proponerentur. Ea demum reducere, quae ex grato domini animo ancillae quinquagenariae affluunt, minus etiam ss. canones suadere videntur, siquidem Clericus potest de redditibus ecclesiae remunerare accepta servitia, *Fagnan. in cap. Quis sane de peculio cleric. num. 21., Covarruvias in cap.: In offic. de testam. num. 10.*

Perpendant nihilominus Eminent. Patres an iis quibus rigorosus justitiae stylus vix suffragatur aequitatis canonicae via aperiri

possit: qua quidem aequitate refertae sunt sacrae Congregationis resolutiones, quamvis aliquando severioribus institutis adamussim haud congrue videantur. Et revera Canonici Passeri voluntas admodum religiosa utcumque laudabilis fuerit nihilominus durior forsan et verbis potius quam menti ss. canonum consentanea appareret. Inquit enim *d. Augustinus in can. ult. 17. qu. ult.*: »Quicunque vult, exhaeredidato filio, haeredem facere ecclesiam, quaerat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, imo Deo propitio inveniet nullum;« ubi cum glossa doctores mouent, majorem esse favorem liberorum quam piae causae quoties nimirum de legitima haereditatis portione agatur, prout limitat *Fagnan. in cap. Cum esses. de testam. num. 3. et num. 156.* In favorabilibus vero nomine liberorum etiam nepotes venire juxta glossam in *cap. 1. verb. in filior. dist. 56.* trita juris regula docet. Quae si rem praesentem minus perstringere forsan putarentur, ita tamen aliena non sunt, ut ex iis haud eluceat, favore piae causae durius quid in consanguineos statuendum non esse. Res quidem in citato textu de civili, non de clericorum patrimonio est et ultro canonicus testator sanguinis jura per legata 200 scut. satis considerasse facile videretur, ni longius ex peculiaribus quibusdam rerum adjunctis aequitatis rationem sodales ipsi et Episcopus hauriendam indigitarent.

Narrant siquidem 1742. ex testamento Petri Matthaei Giordani Equitis Pisaureu. binas erectas fuisse praebeudas ad nominatioueu concilii municipalis ejusdem civitatis ea lege, ut qui inter familias patritias magis doctus et morigeratus clericus inveniretur ad canonicatus honorem promoveretur.

Publicum autem esse et notorium asseverant, consiliarios anni 1794. alteram ex iisdem praebendis collatam voluisse clerico tuuc temporis Aloysio Passeri, non sane merito doctrinae, sed ut aliquo tandem modo subveuiretur familiae Passeri inter nobiles Pisauren. admodum depressae. Quapropter Canonicus ille non tantum potuit verum et debuit juxta mentem saltem collatorum redditus piugues quos per annos 54 ad ingentem summam scut. 16,200 de beneficio percepit in susteutationem familiae potissimum erogare. Quod tamen parum fecisse ex eo videri posset quod ad subsidium scut. 8 nepti Amaliae inter omnes miserrimae annuatim elargieudum non tam voluutate ut apparet quam judicis sententia adigebatur. Si propterea iuquiuut sodales ipsi virtute uberum praebendae reddituum paterna bona ita conservare atque augere valuit testator, ut detractis quibusdam picturis, rebus argenteis et mobiliaribus, quas iu extinguendis debitis familiae ad summam scut. 400 forsau alienavit, omuia iutegra ad haeredem sodalitium perveuerint, ad superstites consanguiueos, per exiguum illud legatum taxae successiouis adhuc obnoxium, parum omuino respexisse haud difficile videbitur.

De caetero omuium consensus et documenta exhibita affirmant oratores ob morum candorem uecnon amoris servitia ut par erat praestita gratos avunculo semper fuisse ejusque pios affectus promeruisse et nihilominus aucillae opibus haud carenti fuisse praeter expectationem posthabitos. De paupertate etiam ipsorum saltem relativa, ut ex serie facti patescit, Praesul cum sodalibus omuino concordat. Et imprimis possessionem illam Molinari a matre arreptam valore scut. 1052, 80 aere alieno obrutam esse et tam Jacobum quam Liviam iu matrimonium pro dote uihil contulisse, nisi spem futurae haereditatis iuter omnes constat. De patribus insuper Rosae id saltem compertum haberi ajuut ipsos deceuti quidam vestitu indigere. Qua super re aduotaudum, sodalium sententiam majoris quam executorum reluctautiam ponderis facieudam, siquidem qui praeest operi pio a testatore iustituto vices ipsas haeredis repraesentat, *Leg. Quidem ff. de leg. Mantica de conject. lib. 12. tit. 6. num. 24, 25., Menoch. Praesumpt. 187. num. 48., Rot. Decis. 456. num. 34. coram Merlin.*, s. Congreg. in *Ferrarien. 29. Nov. 1778.* Et maxime in ejus generis rebus Episcopi auctoritati tribueudum esse s. Congregatio in more semper habuit, *Camerinen. Capellaniae 20. Decemb. 1834.* §. *Quae sane.*

Porro, si boua ecclesiae pauperum patrimonium vocari quoudam solebant, haec saltem regula viget, ut ex beneficiis et legatis piis prae omuibus subleveutur iuopes fundatoris descendentes, *Surdus de alim. tit. 7. qu. 31. num. 22., Rota in Salernitana Aliment. 11. Januar. 1712. coram Card. Scotto*, s. Congreg. in *cit. Ferrarien. 29. Novembr. 1788.* §. *Benigne*, siquidem inter ceteros primo loco consanguinei venire tacite subintelliguntur. Similiter quae pro patrono inope

scripta est canonica aequitas trahi posse quodammodo videtur ad fundatoris consanguineum. Ita s. Congregatio in *Nuccrina Capellaniae 26. April. 1828.* concessit, ut impletis oneribus ex redditu capellaniae medietas fructuum qui superesseut erogaretur in subsidium clerici Nicolai Calbassani ad quinquennium, idque renovavit sub die 28. Jan. 1837. licet patronus refragaretur et orator clericus a testatore per matrem longissime distaret nihilque juris in beneficio habere ab eodem patrono diceretur.

At vero Canonicus Passeri, qui fructus haereditatis partim in necessitates pauperum et quidem praelative non tameu exclusive in subsidium pauperum sodalium elargiendos statuit, ab eadem charitate nepotes, dummodo inopes se probarent, removere voluisse absque iujuria praesumi non posset. Verum cum ipse distributionem hujus subsidii »secondo il prudeute parere degli adunati iu generale congregazione« iustituendam mandaverit et eadem ipsa sodalium comitia favorabilem oratoribus sententiam paudiderint, aequum forsan videri posset, ut iisdem nepotibus deducto prius stipendio favore ancillae Dominicae et parte soluta in sacras fuuctiones, parte in sodalium pauperum levamen, superextantia annuatim tribuerentur, saltem usque dum meliorem fortunam fueriut experti.

Speciali at vero commiseratione dignam videri sortem neptis Amaliae omnes conncinuut, utpote quae propter morbum diurnum atque periculorum majori cura vitaque commodiori opus habens ab avunculi penitus fere destituta auxilio fuerit et nunc a mutabili cujusdam matrouae charitate omuino peudeat. Quod dum vixit rigoroso jure debuit idem prorsus nec plus testator miserae puellae morum integritate praestanti legavit, dum potius in alieni clerici favorem sacrum patrimonium reliquit. Qua super re animadverti posset cum *Card. de Luca de testam. disc. 72. num. 17.*: »innumera reperiri exempla de suspensa beneficiorum iustitutioue,*) etiam ob paupertatem relativam, ut inde adimpletis oneribus redditus reliqui egentibus suppeditarentur, praesertim si de fundatoris consanguineis agatur, et firmat s. Congregatio in *Januen. Capellaniarum 31. Julii 1819.* §. *Nonnulla, Vercellen. 19. Julii 1766., Asculana 20. Maji 1786., Perusina Capellaniae 8. Augusti 1829. ad I. dub.* Hujusmodi enim suspensio voluntatis eversionem vel commutationem proprie dictam minime prae se ferre videtur, sed potius quaedam mentis benigna expositio est, *Derthonen. Alimentorum 18. Dec. 1819.* §. *Rursus*, quippe quoad beneficia simplicia seu capellanias retenta missarum celebratione suspenditur tantum id, quod desuper in alterius favorem dispositum invenitur. Resque favorabilius cedit, quoties beneficium, ut in casu, nondum erectum et haereditas ceteroquin obstricta est ad praestanda necessaria alimenta. Relatas ob causas hic s. Consessus in *Nullius s. Michaelis de Clusa 2. Dec. 1778.* ad dubium:

An et quomodo oratoris precibus sit annuendum in casu etc.?

responsum dedit: Affirmative juxta votum Vicarii capitularis et couseusum interesse habentium ad vitam oratoris tantum adimpletis oneribus.

Vestrum tamen erit EE. PP. respondere ad

D u b i u m:

An et quomodo annuendum sit precibus oratorum in casu?

S. C resp.:

Firmo in reliquis testamento et retenta favore Amaliae annua praestatioue scutor. 8 praeter legatum scut. biscentum superextantes redditus eleemosynis destinati dividantur aequis partibus inter oratores ad quiuquenuium, facto verbo cum SSmo.

Die 24. Apr. et 29. Maji 1852.

Quaedam mulier nomine Rosa de suis bonis, quae libere possidebat, testameutum condidit ipsumque publico Notario die 28. Augusti 1840 servandum rite consignavit. Testamenti dispositio in hoc sita erat, ut eadem duobus suis ex fratre nepotibus legatum scutatorum viginti quinque in singulos relinqueret ac deinde aliud legatum marito suo, cui nupserat, scutatorum centum et quinquaginta assignaret. Circa reliqua bona, quae summam constituebant scutatorum mille supra duceuta, (quoniam nulla Rosae proles erat) scribebat haeredes clericos quosdam regulares cum onere singulis mensibus missas quiudecim pro animae suae suffragio in eorumdem haeredum ecclesia celebrandi. Denique pro executione suae voluntatis procuratorem seu executorem testamentarium nominabat supremum praedictorum haeredum moderatorem.

*) Vd. *t. II. p 498. vv.*

Post conditum ac traditum testamentum Rosa plures supravixit annos, quo tempore decurrente patrimonium ipsius non parum adauctum fuit. Denique labente mense Augusto anni 1861 repentino correpta fuit morbo, qui primitus haud gravis apparuit, sed inopinato ingravescens non multos intra dies Rosae vitam eripuit. Supremus clericorum regularium haeredum moderator, animo advertens, neminem posse partim testatum, partim intestatum obire, ad universam Rosae haereditatem, nuacum augmento, quod post conditum testamentum obvenerat, suos religiosos vocatos esse existimavit. Itaque jusso absolutoque juxta legum praescriptum omnium bonorum inventario ex quo innotuit totum as haereditarium omnibus expensis purgatum ad scutata 2951 ascendere, nomine suae Congregationis possessionem haereditatis a Rosa relictae inire non dubitavit.

At non multo post se in medium protulerunt duo testatricis ex fratre nepotes, quos legato scntatorum vigintiquinque in singulos honoratos fuisse vidimus; iidemque penes S. C. Ep. et Reg. conquesti sunt, contendentes testamentum a Rosa, eorum amita, anno 1840 conscriptum, uti ruptum, adeoque nullum habendum esse, et locum fieri legitimae in eorum favorem successioni; quandoquidem nullus alius testatrici proximior aderat. Porro testamentum ex eo ruptum propugnabant, quod tres inveuirentur testes, qui a testatrice voluntatem commutatam fuisse perhiberent, praeterquamquod decennium a condito testamento nedum semel, sed et bis ac plus etiam praeterlapsum fuerat. Primus testis declarabat, ex testatricis ore sese audivisse, tum quod testamentum variare eadem in animo haberet, quia ob praeteritos nepotes conscientia agitabatur, tum quod in nepotum utilitatem commutationem illam peragere vellet. Testis altera (namque foemina erat) ajebat, se praesente testatricem dixisse, testamentum renovare velle, ut commodius nepotum suorum egestati consuleret. Tertius ac ultimus testis referebat, sese uti notarium testatricis negotia gratuito gessisse, cum adpromissione ab eadem sibi facta, quod testamentum reformatura foret, in eoque operam suam largiter esset remuneratura.

Concludebant oratores, quod, si nihilominus aliter fortasse s. Congregationi ac dubium superesse videretur, an vere testamentum, uti ruptum, declarandum foret, causa canonica in casu intercedebat, videlicet eorum paupertas et summa cum testatrice consanguinitas, cur ad omnem cautionem adhibendam Apostolica Sedes Testatricis voluntatem commutaret sibique haereditatem, firmo remanente onere missarum, penitus adjudicaret. Ordinarius super hisce precibus interrogatus propitiam oratoribus sententiam aperuit: at vero clerici regulares seu eorumdem moderator utrique articulo mordicus obstitit, nempe assertae testamenti ruptioni et commutationi voluntatis. Itaque, assumpto ab utraque parte defensore, causa gravissimo Emorum Patrum S. C. Ep. et Reg. judicio subjecta est cum duobus, quae ad calcem referuntur, dubiis.

Notissima est, ajebat regularium clericorum defensor, lex Justiniani Imperatoris incipiens *Sancimus 27. cod. de test.*, qua statutum est, ut testamenta, elapso decennio, irrita habeantur, si per tres idoneos testes voluntatem a testatore mutatam fuisse constiterit vel si testator, inter acta Principis, voluntatis suae mutationem rite manifestaverit. Jamvero, idem subjiciebat, quamvis in themate decennii decursus denegari nequiret, attamen nec aderat mutatae voluntatis inter acta Principis manifestatio; neque testium declaratio talis judicanda erat, qualis necessario requiritur ad effectum, de quo agebatur.

Inprimis enim testes ex diserta sanctione legis debent esse idonei, quae idoneitas in eo consistit, ut iidem omni exceptione careant; ut ne sint varii et in aliquibus sibi contrarii; ut sint rogati; ut ne singulares aliisque defectibus sint obnoxii. Jamvero hujusmodi idoneitatem in testibus omnino desiderari, pluribus idem Defensor addnctis rationibus confirmabat, quas in specie referre superfluum hic esse duximus.

Hnc accedebat, quod tametsi exceptionum, quas in eos merito cadere comprobatum fuerat, nulla ratio haberetur, non idcirco ipsorum attestatio mutationem voluntatis uti perfectam et consummatam, sed tantummodo fortasse volitam et animo conceptam concluderet. Jamvero ut aliquod testamentum ex voluntatis mutatione ruptum et irritum vere dici haberique possit, ex memoratae legis censura, per idoneos testes non minus tribus constare debet, quod testator reipsa declaraverit, sese priori testamento stare nolle aut aliis verbis voluntatem priori eidem testamento contrariam aperuerit.

Id autem eo magis admittendum est, si consideretur hunc de quo agitur casum revocationis testamenti similem habendum esse casui revocationis testamenti prioris, quae per posterius testamentum facta fuerit. Atqui hoc secundo in casu, ut prius testamentum revocatum et rescissum dicatur, non sufficit, si alterum testamentum fuerit inchoatum, sed omnino requiritur, ut fuerit perfectum et numeris omnibus absolutum; secus primum, non alterum, in suo robore permanebit. Idem igitur dicendum est in causa, quam disceptamus, in qua Rosa suam voluntatem non utique actu ac formaliter immutavit, sed tantummodo edixit (quatenus testium dicto stare velis) sese in animo habere immutandi id, quod in testamento anni 1840 constituerat.

Defunctorum voluntates sancte religioseque ex praescripto sacrorum canonum et potissimum Concilii Tridentini custodiendas esse idem Defensor proclamabat. Quamvis autem Apostolicae Sedi testatorum voluntatis immutandae facultatem non denegant, attamen id nonnisi ex aequa et rationabili causa eamdem praestare solere propugnabant. Jamvero ab adversariis ante omnia panpertas qua se laborare asserebant s. Congregationi obtrudebatur; eam nihilominus vere non adesse vel ex eo inferebat, quod in tutamen precum suarum advocatum sibi adscivissent, qui sine magno impendio restrictum juris et facti neque elucubrare neque typis evulgare potuisset.

Neque meliori consilio consanguinitas ab iisdem jactitabatur, quae profecto tam arcta non erat, ut, sine legum violatione, eosdem Rosa praeterire prohiberetur; si praesertim inspicerentur justissimae causae a mala eorumdem vitae ratione derivantes, propter quas eadem offensa ac subirata merito potius animae suae, quam eorum commoditati consuluisset. Quamquam non omnino eosdem neglexerat, quando palam erat, quod eorum unumquemque legato scutatorum vigintiquinque largiter honorasset.

Allegata auctoritate Cuiacii, Donnelli, Voetii aliorumque legum civilium interpretum idem defensor praemittebat, nudam voluntatem absque nulla solemnitate sufficere, ut quis testamentum decem annis ante confectum rescindere valeat, dummodo hujusmodi revocatio testimonio trium hominum comprobetur: ex quo primum arguebat, otiosam esse quaestionem, an voluntas ad actum fuerit perlata vel non: simul ac enim demonstretur, testatorem non amplius in ea voluntate perstrare, qua erat, cum prius testamentum confecit, jam sequitur, quod voluntas, uti mutata sit habenda eique haud necesse sit amplius inhaerere. Atqui ex superius relata trium testium declaratione satis superque liquere, idem defensor arbitrabatur, Rosam, priore voluntate posthabita, aliter de rebus suis disponere voluisse.

Quae revocatio (idem prosequebatur) magis magisque attendenda erat, quia testatrici justa atque adeo necessaria suberat causa, cur prius testamentum deleret. Quamvis enim fortasse aliquid primis temporibus accidisset, propter quod, eadem suis nepotibus forte subirata foret, nihilominus proximo tempore suam ipsis gratiam reddiderat; miserationem calamitatum, quibus affecti fuerant, benigno animo susceperat eorumque acerbissimam conditionem erigere ac sublevare statuerat.

Neque vero pro admittenda ruptione testamenti ex lapsu temporis et contraria voluntate requiri subjiciebat, quod mutatio voluntatis solemniter celebranda sit, uti accidit tum, cum prius testamentum per posterius revocatur; unde fit ut valeat primum, donec de valore secundi non constet. Licet enim ad formalem immutationis voluntatis actum Rosa non devenerit, attamen sufficit, si, eadem in voluntate haereditatem suam clericis regularibus relinquendi minime perstiterit, quod ex uniformi trium testimonio diserte colligebatur.

Fundamentum, quo Pontifex innititur in exercendo, quo potitur, jure commutandi defunctorum voluntates, aliud profecto non est, nisi praesumpta voluntas eorumdem, quippe qui si in iis, de quibus agendum occurrit, casibus versarentur, verosimiliter a sua sententia recedentes peragerent, id quod summus Pontifex pro sua sapientia et auctoritate constituit. At vero in hac controversia non solum praesumptio concurrit voluntatis Rosae, quae profecto, nisi repentina morbi vi correpta e vita obiisset, tristissimam suorum nepotum conditionem miserata commodius ac largius eisdem providisset, sed etiam veritas accedit; siquidem ex declaratione trium testium, qui superius producti sunt, elucescit in facto, eamdem testamenti prius facti poenitentem manifestasse animum supremas eas

tabulas revocandi suisque nepotibus sua bona relinquendi.

Hinc si testes illi, qui ad ruptionem testamenti tuendam sufficere fortasse non videantur, satis superque fuisse dicendi sunt ad hanc veritatem adstruendam, quod Rosa in utilitatem nepotum suorum voluntatis innovandae mentem dubio procul habuisset.

Huc adde Pontifici non deesse canonicam causam, cur ad hunc commutationis actum deveniat: adest namque arctissima consanguinitas oratorum cum testatrice ac praeterea gravissima paupertas, qua iidem divexantur: quae duae res communiter summum Pontificem inducere solent, ut testatorum voluntatem interpretatus in pauperum consanguineorum favorem testamenta commutet.

Neque vero praetereundum, quod Rosa clericos regulares in re certa haeredes nominavit, nempe in summa scutatorum mille ac duceutorum, qualia oneri missarum, quod imposuit, adimplendo sufficiunt. Si vero iidem compendium insuper adepti sunt augmentorum, quae post confectum testamentum Rosae patrimonio accesserunt, id tantummodo ex dispositione legis, quae vult neminem decedere partim testatum, partim intestatum, minime vero (quando rei, prouti se habet, veritas inspiciatur) ex praecisa mente testatricis, quae, dum testaretur, hujusmodi patrimonii accessiones praevidere non potuit aut saltem revera non praevidit. Quae cum ita sint, verisimile est (ipse defeusor concludebat) eamdem suos nepotes potius beneficio suo voluisse afficere, quam personas extraneas et incertas, utpote sunt religiosi viri morale corpus constituentes. Ratio itaque crescit, cur Pontifex suam auctoritatem in oratorum utilitatem exerceat, eoque magis, quod iidem pium missarum legatum sartum ac tectum relinquere sponte profiterentur.

D u b i a:

I: An constet de ruptione testamenti in casu?

Et quatenus negative,

II: An et quomodo locus sit commutatioui ejusdem in casu?

Emi Patres S. C. Ep. et Reg. die 16. Septem. 1864 rescripserunt

Ad I: *Negative.*

Ad II: *Affirmative adsignatis scutatis quingentum pro unoquoque ex Oratoribus duobus, comprehensis in dicta summa legatis scutatorum vigintiquinque, facto verbo cum SSmo.*

Ex iis colliges:

I. Testamentum rite confectum, decurso decennio, posse rumpi per simplicem voluntatis testatoris manifestatiouem coram tribus testibus.

II. Ejusmodi tameu manifestationem in praesenti casu non fuisse perfectam. Ex testibus enim adductis, aliis omissis exceptionibus, erui ad summum poterat, testatricem semet parare ad testamentum renovandum favore nepotum.

III. Hac simplici imperfecta voluntate testamentum non rumpi.

IV. Concurreutibus tamen aliis adjunctis, prout in casu, sufficientem causam exhiberi, ut testamentum ad causas pias confectum a R. Pontifice quadantenus immutetnr.

Pius testator anno 1736, instituta haerede uxore sua ex nonnullis quae designavit bonis mandavit constitui, post obitum dictae uxoris, *beneficium simplex mere laicale* in cathedrali ecclesia, onere imposito capellano, ab haeredibus nominando, celebrandi unam missam siugulis hebdomadis solvendique quotannis scutata duo cum dimidio Sacristiae dictae Cathedralis.

Mortua uxore ejus haeres de eo simplici beneficio laicali erigendo nullimode fuit sollicitus: deinde mediati haeredes, divisis inter se portionibus haereditariis, non solum beneficium non erexerunt, sed ne de erectione quidem cogitare visi sunt, ea ducti ratione, quod onus injunctum a primo testatore, uti ferebatur, ope beneplaciti apostolici, salvo onerum adimplemento, redactum esset: quin imo boua haereditaria inter se divisa pro libito alienarunt.

Praesentes haeredes, qui de eadem familia sunt, quoniam de asserto beneplacito apostolico nihil certi iuveuire potuerunt, quia fortasse (uti inquiebant) incendio cancellariae episcopalis et illius urbis in gallica invasioue anno 1798 fuerat absumptum, supplicem SSmo porrexerunt libellum, petentes conversionem laicalis capellaniae in simplex legatum perpetuum, quo teuerentur dumtaxat ad implenda onera a testatore imposita. Hac de causa fundum quemdam suum hipothecae

subjicere proposuerunt pro securitate legati: insuper fassi sunt, se prorsus ignorare, utrum tempore praeterito omnes missae celebratae essent necne; ideoque a SSmo postularunt super hujusmodi omissionibus absolutionem.

Audito Ordinario et Capitulo omnes precibus suffragati sunt, ac insuper adnotavit Ordinarius, fundos relictos a primo testatore pro beneficio simplici laicali erigendo aestimatos fuisse scutat. 787; nunc vero oratores ut consulant propriae conscientiae fundum exhibere valoris scut. 100 pro annuis missis 33; pro aliis vero 20 missis soluturos esse congruam summam, quae det annuorum reddituum complementum. Assertum beneplacitum Apostolicum frustra fuisse perquisitum. Quoad omissiones praeteritas se scire, aliquando quosdam ex haeredibus pro sua conscientia huic legato magna ex parte satisfecisse: monebat tamen, eosdem haeredes ex adversa fortuna fuisse etiam paupertate pressos; modo vero, ex haereditate aliunde quaesita, singulos acquisivisse scutata 1000.

Animadvertebatur scilicet, in praeseuti themate non agi de proprie dicto beneficio sed de onere dumtaxat ad piam causam; sollicitum nimirum fuisse testatorem de salutari missarum suffragio sibi procurando: ideo designasse quaedam bona; proindeque eadem bona non esse subjecta legibus illis ecclesiasticis, quibus subjiciuntur beneficia.

Cum autem haec bona a longissimo temporis spatio fuissent inter haeredes divisa et quaedam alienata, difficile esse et fortasse impossibile ut redintegrarentur; quare congruum esse videri oratorum precibus satis fieri, ne, adveniente nova paupertate, impares omnino haeredes evaderent ad legatum quavis ratione implendum. Observabatur tamen fundum propositum scutat. 100 non videri sufficientem ad securitatem missarum 33 celebrandarum siugulis aunis.

Quoad absolutionem super omissionibus praeteritis adnotabatur, non omnes haeredes officium neglexisse, eos vero qui dictum officium non impleverant, id non ex fraude et dolo, sed potius ex egestate qua premebantur aut bona fide neglexisse.

His aliisque animadversis propositae suut preces s. Congregationis Concilii die 30. Martii 1867 et rescriptum prodiit:

Celebratis missis triginta ac tradito fundo valoris saltem scutatorum biscentum quinquaginta pro integro implemento onerum juxta legem fundationis, pro gratia absolutionis ac commutationis voluntatis, facto verbo cum SSmo.

Ex quibus colligi potest:

I. Si testator missarum legatum relinquens fundos pro capellano designavit, non esse in potestate haeredum fructus ex iisdem fundis percipere, quamvis oneri missarum seu legati faciant satis.

II. Multo minus in eorum potestate esse, eosdem fundos alienare, qui si alienati fuerint, vindice Episcopo, eos recuperari ac in tuto poni debere: sunt enim bona ad divinum cultum relicta.

III. Quod si impossibilis aut difficilis evaserit fuudorum recuperatio, non ideo cessare in haeredibus obligationem, alios saltem subrogandi fundos alienatis aequivalentes.

IV. Dari tamen posse adjuncta, in quibus haeredes aliquam indulgentiam a s. Sede mereantur, ut in praesenti casu.

Pius testator tria patrimonia sacra constituit in italica urbe N. adsignatis redditibus ducat. 40 pro singulis; immo duabus adjecit et alia ducata 10 cum onere tamen quinquaginta missarum. Voluit autem ut *beneficiariorum nominatio in perpetuum fieret a rectore pro tempore domus religiosae B.*

Unum ex illis patrimoniis cum dicto missarum onere conferendum erat; sed, opera civilis gubernii, disperi tum jam fuerant regulares dictae domus religiosae B.; ideoque rector deerat. Quare uxor testatoris vidua existimans his in adjunctis nominationem facere ad se pertinere ad sacrum patrimonium nominavit testatoris pronepotem, qui jam erat presbyter. Confecto instrumento, quum ad redditnum possessionem capiendam necesse fuerit dicto presbytero civilem adire magistratum, eum adivit, qui respondit: »nominationem nullam esse, quum fundator in perpetuum reservaverit jus nominandi rectori pro tempore domus religiosae B. Ideoque orator se conferret ad moderatores aerarii ecclesiastici aut ad rectorem ecclesiae B. atque facta ab his nominatione agi posset de re proposita.«

Neutrum quod jubebatur sibi licere presbyter cerneus, quum ipse nihil commune haberet cum moderatoribus illegitimi aerarii

ecclesiastici nec cum intruso rectore ecclesiae B., a re prosequenda abstinuit.

Quum autem postea, extruso illegitimo rectore, alter ab Archiepiscopo suffectus illi ecclesiae fuerit, ad hunc presbyter festinavit, ut nominationem obtineret.

Anceps haesit ecclesiae rector, utrum necne ad patrimonium sacrum qui jam presbyter esset nominari posset, quum ea sit patrimonii ecclesiastici natura, ut clerico ad sacros ordines promovendo constituatur et quidem in carentia alterius canonici tituli: quocirca, consilio accedente provincialis Superioris Ordinis regularis, ad quem domus B. ante pertinebat, suasit presbytero, ut rem definiendam proponeret Sanctae Sedi, atque ita, ut, si non jure, ex gratia eam obtineret, atque simul perciperet summam fructuum, qui cumulati essent annis praeteritis, sibi injiciendo onus celebrandi missas, quae annis praeteritis essent omissae. Quod praestitit presbyter preces Sanctae Sedi admovens hisce suffultas rationibus: 1° quod esset fundatoris pronepos: 2° quod Vicarii generalis consensu instrumentum anno 1863 bona fide confecisset expensasque subiisset atque libellas 240 taxae nomine Gubernio solvisset: 3° quod solus senes suos parentes et tres sorores alere deberet: 4° quod ex temporis adjunctis alii proventus ecclesiastici sibi defecissent et ipse jam tenuis titulus suae sacrae ordinationis: 5° quod intuitu patrimonii de quo agimus jam aes alienum contraxisset ob familiae necessitates.

Archiepiscopus rogatus et significaus, vera fuisse ab oratore exposita, pro exauditione precum respondit.

Animadversum est, naturam sacri patrimonii proprio sensu accepti ex sese referri ad clericos, qui ordinandi sint; ideoque si patrimonium de quo agitur presbytero conferretur, eo ipso voluntati testatoris, quam servandam utrumque jus clamat detrimentum inferri.

Attamen in praesenti themate plura concurrere, quae gratiam suaderent, idest, praesumptionem, qua non censeretur testator voluisse consanguineos in summa rei familiaris angustia versari: nominationem factam ab ipsa testatoris vidua: impensas bona fide hac de causa peractas: assensum eorum omnium, quorum id intersit: denique de derogatione voluntatis quidem agi, sed tamen non gravi.

Propositis precibus in s. Congregatione Concilii habita die 23. Januarii 1869 responsum prodiit: *attentis peculiaribus circumstantiis pro gratia ad decennium, facto verbo cum Sanctissimo.*

Ex quibus colliges:

I. Si quae causae suppetant, quae aliquam derogationem voluntati testatoris faciendam suadeant, tantum derogari, quantum causae exigere videantur.

II. Quare si causae quae derogationem suadeant cessare decursu temporis possint, derogationem ad determinatum dumtaxat tempus fieri.

e) Non concessa.

Vd. t. p. 506: *Albintimilien.*

Forosembronien.

Pius sacerdos Petrus Bianchi Forosemproniensis in ejus ultimo sub quo mense Sept. 1776 decessit elogio de omnibus suis patrimonialibus bonis ac etiam de illis, quae tamquam custos oratorii s. Aldebrando dicati sitique iutra ambitum antiquae dirutaeque Arcis extra moenia civitatis Forosempronii existentis, quam unacum suis membris et annexis in emphyteusim perpetuam eidem oratorio concesserat sa. mem. Benedictus XIV. ejus obsignato chirographo die 9. Febr. 1746. idem sacerdos Bianchi acquisiverat ex piorum fidelium largitionibus oblatis pro eodem oratorio et in augumentum cultus s. Aldebrandi ac de universa sua haereditate universalem haeredem instituit ejus animam praecepitque, ut certis praescriptis modis ac formis super omnibus suis bonis ejusque redditibus quinque simpliciter laicales erigerentur capellaniae, plurimis nuicuique capellano indictis oneribus ad majorem honorem s. Aldebrandi, manutentionem oratorii, domus et ecclesiae quae oratorio adnexae fuerant per ipsum propriis sumptibus e fundamentis aedificatae necnon spiritualem animarum salutem respicientibus et praesertim quotidianam missam in dicto oratorio et in nova ecclesia celebrandi.

Voluitque demum, quod in casu, in quo capellani ejusve successores *in qualsivoglia tempo, e modo fossero impediti di esercitare le loro incombenze in detto santuario, o si tentasse di applicare altrove i parte, o in tutto la mia credità, come pure di privare tanto essi capellani della libera disposizione,*

quanto il detto ven. oratorio, e santuario del perpetuo, e concessogli commodo, ed uso delle mie supellectili sagre ancorche preziose, ed argenti tutti, ed appropriarsene altrove o in tutto, o in parte tunc et eo casu in tota sua haereditate substituit communitatem civitatis Forosemprouii onere adjecto unum eligendi sacerdotem, qui administraret bona sua haereditaria et ex eorum redditibus praescripta impleret legata impleretque missarum celebrationem in supradicto oratorio impleretque demum plura alia pia opera, quae testator, hoc adveniente casu, impleri mandavit.

Vix defuncto sacerdote Bianchi testatore insurrexit congregatio deputata constructioni fabricae novae Cathedralis Forosemprouii porrexitque preces Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnanti plura postulans:

I., quod suspendatur executio et erectio praescriptarum quinque capellaniarum cum applicatione omnium redditnum bonorum haereditariorum Bianchi favore jam iuceptae fabricae supradictae Cathedralis usque ad omnimodam istius absolutionem;

II. quod absoluta fabrica reducatur numerus quinque capellaniarum ad duas tantum;

III. demum quod commutata voluntate pii testatoris reliquae tres capellaniae ejusque redditus erogentur in erectionem geminarum praebendarum canonicalium illaeque cum omnibus argentis sacrisque supellectilibus in eodem oratorio et in haereditate Bianchi repertis transferantur ad Cathedralem onere tamen novis praebendatis indicendo coadjuvandi parochum in curae animarum exercitio.

Ablegatis precibus ad s. Congregationem auditus de more fuit Forosemproneusis Antistes qui retulit, vera esse omnia, quae curatores fabricae dictae Cathedralis in precibus exposuerunt ideoque, transmisso consensu interesse habentium, fuit in voto petitioni conformi: *salvis tamen semper remanentibus mobilibus pretiosis oratorio quaesitis, et eorum usu occasione solemnitatum favore Cathedralis arbitrio Episcopi.*

Jura haereditaria et opus pium relictum a sacerdote Petro Bianchi tuentur illius executores testamentarii: jura vero fabricae Cathedralis sustinent illius curatores. Duo tamen in facto videntur animadvertenda:

I. quod cum consensus sub die 11. Nov. 1776. requisitus fuisset a communitate Forosempronii ut supra substituta nullum aliud jus habente nisi eveniente casu suae substitutionis eligendi sacerdotem pro haereditatis administratione eadem communitas assensum praestitit spe ducta assequendi jus nominandi Canonicos ad geminas praebendas canonicales erigendas ex redditibus duarum vel trium supprimendarum capellaniarum.

Rursus cum fuisset etiam requisitus consensus a quinque capellanis a testatore nominatis, folium ejusdem consensus sub die 8. Januarii 1777 obsignarunt tres tantum capellani, quorum postremi remotissimum jus habent ad assequendam quartam quintamque assignatam capellaniam erigendam tamen postquam haereditas, facto cum tenui capitali multiplico, perventa fuisset ad sortem scut. 6000; reliqui vero duo capellani, nimirum ad secundam et tertiam capellaniam nominati, quorum familiae specialem praelationis in nominatione praerogativam attribuerat ipse testator, nullum praestiterunt assensum, quemadmodum nec etiam patet, auditum vel assentitum fuisse Petrum Parloni, cujus filiis descendentibus fuerat jus passivum quoque collatum.

II. Et alterum, quod pro fabrica saepedictae Cathedralis plura millena scutorum de mandato rev. camerae apostolicae tradita fuerunt a subcollectore spoliorum ex spolio Apollinaris Peruzzini defuncti Forosemproueusis Episcopi. Itemque modernus Episcopus praevio chirographo SS Domini Nostri sub datum diei 12. Martii 1777. habuit a mensa nummularia s. Spiritus scuta 6000 in eamdem fabricae causam erogauda, imposita singulis locis piis illius dioecesis taxa annuorum scutorum 783 10 per decennium solvenda ad effectum reintegrandi praefatam mensam nummulariam s. Spiritus de acceptis scutis 6000.

Praetermittimus hic exscribere quae facti sunt circumstantiae et rationum momenta ab utraque parte disputata, ne folium in volumen excrescat. Ea enim perlegere potuerunt amplissimi Patres in respectivis earum libellis de more circumferendis, ut cognoscant:

An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis bo. mem. Petri Bianchi in casu?

S. C. resp.: Negative.

Die 16. Maji 1778.

Narnien.

Laicalem 1704 instituit capellaniam Comitissa Marta Scotti pluraque ei sub administratione Comitum Manciuelli haeredum assignavit bona. Loca vero relinquit Montium quatuor sub admiuistratione societatum ss. Sacramenti et ss. Rosarii Castri s. Viti, ut in parvum xenodochium, pro quo binas destinavit mansioues, infirmi reciperentur illarum fratres et sorores voluitque, ut depoueretur in Monte pietatis Narniae ad effectum investiendi favore xenodochii, quidquid ex annuis locorum Montium fructibus superesset.

Hujusce pii operis administrationem permiserunt societates Comitibus ipsis Mancinelli et sub ea crevit fundus ad loca Montium $10\frac{1}{8}\frac{8}{8}54$. In visitando tamen xenodochio deficientia novit delegatus Narniensis Episcopi utensilia excepitque, accedere ad illud desuevisse societatum fratres et sorores ejusque sumptu Otricoli medicum ad omnium incolarum curationem conduci. Societates hac de re ad redditionem rationis cogere tentavit; sed ob allegatam Com. Petri Mancinelli administrationem re infecta discessit. Statim vero exhibuit Comes administrationis librum syngraphasque de recepto sodalibus subductisque rationibus ab anno 1705. ad totum annum 1787., exitum introitus superavit in scutis 379. 15. 4., quae ad formam testamenti investire despondit. Episcopo deinde imperante librum ei obtulerunt sodales, ut rationes et ipse expungeret, sed ob denegata a Comite jura quae introitum exitumque comprobaret rem aggredi non potuit.

Dum haec coram Episcopo agebantur Sanctissimo supplicavit populus Castri, ut xenodochii redditus in dotalia couverteret subsidia pro filialibus sodalium ss. Sacramenti precibusque ad s. Congregationem ablegatis EE. Vestras exoraruut utriusque societatis fratres et sorores, ne testatricis voluntas commutaretur. His potius licet a Comite Manciuelli instigatis favit Episcopus ceusuitque *adamussim esse exequendam voluntatem piae testatricis pro manutentione hospitalis ad formam illius dispositionis.* Cogeudum praeterea dixit Comitem *ad exactam ac integram redditionem rationis, non retardato deposito faciendo ad formam ejusdem testamenti in Monte pietatis hujus civitatis.* Ac fuit tandem in seusu, *ut eidem Comiti Petro Mancinelli interdicenda esset administratio hujusmodi redditnum ac respective deveniendum ad deputationem alterius exactoris per confratres et sorores societatum cum mea approbatione, ne ulterius eveniat erogatio fructuum contra voluntatem testatricis.*

Ea autem ad id movetur ratione, quod *ex libro administrationis constat, non solum penes domum de Mancinellis uspue ab anno 1775. extare conspicuam summam scutorum 328. usque nunc ostiosam* (vel scutorum 379. 15. 4., juxta dispunctionem rationum factam a sodalibus) *quae ex testatricis praeccpto investiri debuisset in aliis stabilibus fructiferis (pro qua omissione Comes Petrus Mancinelli favore loci pii damnandus esse videretur ad compensationem damnorum) verum etiam apparet, plures conspicuas summas erogatas esse in alias expensas, quibus equidem hospitale non tenebatur. Proindeque ad indemnitatem hospitalis omnino necessaria videretur tum exacta redditio rationis tum deputatio novi administratoris. Quae nisi demandentur suprema istius s. Congregationis auctoritate nullatenus exequi poterunt, tum quia incolae Castri s. Viti nunquam aliquid efficient contra voluntatem Comitis Petri Mancinelli, cui subjecti sunt tanquam condomino ejusdem Castri, tum quia idem Comes a quorumcumque decreto, quod a me feretur auctoritate ordinaria, appellationem dubio procul interponeret, quin ejusdem appellationi legitimus contradictor inveniri posset.* Post diuturnam igitur Comitis contumaciam a mense Junio 1788., quo ei 20 dierum terminum ad educenda jura sua in s. Congregatione praefixit Episcopus infrascripta tandem proponuntur dubia.

Res primum est de commutatione voluntatis. Justa sane in id et rationabilis requiritur causa ex praescripto s. Concilii Trid. sess. 22. cap. 6. de reform. et ab ejus concursu vel defectu pendet voluntatis commutatio, ut *in Interamnen. Commutationis voluntatis 8. Maji 1756.* et in *Fulginaten. Applicationis 22. Dec. 1781.* vel illius exequutio, ut *in Romana 24. Martii 1787.* Eam desumit populus Castri s. Viti ex tenuitate redditnum, quos impares dicit manutentioni xenodochii et futuro societatis ss. Sacramenti incremento ob majorem spe dotis sodalium numerum. Aequa porro commutaudae voluntatis causa est difficultas exequendi, quod testator praescripsit, *Barbos. de potest. Episc. alleg. 83. num. 3. et 8.* et s. Congregatio in

Civitatis Plebis Legati 28. Augusti 1756. et *15. Aprilis 1758.*, et commutatio etiam pii operis in aliud ex sententia ipsius s. Congregationis in *Camerinen. seu Fabrianen. Commutationis voluntatis 10. Sept. 1735.*

Notandum contra, quod ob primaevam redditnum tenuitatem cavit testatrix, ut reciperentur infirmi *secondo la capacita delli medemi.* Etiamsi ergo ad eam, quam vidimus, non crevissent quantitatem, semper tamen correspectivo infirmorum numero pares essent. Sua hinc prudeutia Emi Patres decernant, num commutanda sit voluntas, quae meliori exequi potest modo. Negativam tenuerunt in *Viterbien Translationis missarum 19. Maji 1787.* et in *Firmana Commutationis voluntatis 14. Martii 1789.* Perpendere insuper dignentur, num praeferri debeant dotes xenodochio, pro cujus conservatione supplicant societatum confratres et sorores, quorum favore institutum est, atque euixum concurrit votum Episcopi.

Quantum vero ad redditiouem rationis, de qua sub secundo dubio, semel eam a Comite Mancinelli exceperunt sodales per exhibitionem libri administrationis et syngraphum de recepto; ideoque videri posset, non amplius reddendam esse, per *text. in Leg. Cum servus 81. ff. de condit. et demonstrat., Grat. discept. 761. num. 3.* et *Rot. apud Escobar de ratiocin. decis. 18. num. 1.* Adverti tamen debet, solutum ab eo non fuisse reliquatum et adhuc testimonio Episcopi apud eum remanere otiosum, licet illius investimentum promisisset. Sufficienter siquidem absque reali reliquatus solutione reddita uon censetur ratio, ad text. in *cit. Leg. Cum servus*, et *Leg. Non solum* §. *Liberationis verbo*, vers. *Is, qui reddere ff. de libert. legat., Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 209. num. 21.* et *Rot. apud Escobar. decis. 19. num. 2.* Gravissima illa accedit circumstantia, quod talem Comes properavit redditiouem rationis, ut judicium vitaret Episcopi; eamque explevit coram sodalibus, qui tamquam incolae Castri s. Viti ipsorum condomiuum venerautur.

Si hisce de causis deuuo reddenda videbitur ratio, de eo quaerendum, qui illam excipere debet. Comitis deputatio in admiuistratorem bonorum xenodochii, *neque*, inquit Episcopus, *a testatrice demandata fuit neque a me neque ab aliquo ex meis accessoribus*, ideoque tribuenda est sodalibus. In hoc autem supposito, satis suo muneri facere videretur, si iis rationem redderet, a quibus deputatus fuit, per cit. *Leg. Cum servus ff. de condit. et demonstr.* Ei tamen obest canonici juris dispositio; nam administratores hospitalium rationem reddere tenentur Episcopo et ad eam singulis annis cogi possuut, *s. Concil. Trid. sess. 22. cap. 9. de reform., Fagnan. in lib. 3. Decretal. cap. Ad haec num. 31. de religios. dom.*

De remotione tandem Comitis ab officio et alterius admiuistratoris deputatione agitur tertio. Ne turpiter ille post diuturnam administratiouem removeatur, adverti posset, quod haeres est Comitissae Scotti auxitque loca Montium xenodochio relicta.

Ejus vitio contra vertit Episcopus, quod plures per annos investimentum neglexerit insignis summae suoque arbitrio erogaverit *conspicuas summas in alias expensas, quibus equidem hospitale non tenebatur.* Ad removendum profecto administratorem nedum levis et levissima negligentia, sed simplex etiam sufficit suspicio, ut in similibus terminis tutoris statuit *text. in Leg. Cum quem cod. de suspect. Tutor* et *Leg. 3.* §. *fin. ff. cod. Montan. c. 36. regul. 3. num. 5.*

Dubia sunt:

I. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu?*

II. *An constet de redditione rationis seu potius sit reddenda et cui in casu?*

III. *An sit locus deputationi alterius administratoris in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative.

Ad II: Negative ad I. partem, affirmative ad II. et ratiouem reddendam esse Episcopo.

Ad III: Affirmative ad formam testamenti arbitrio Episcopi.

Die 30. Jan. et 27. Febr. 1790.

Narnien.

Postremis testamenti tabulis 1796. scriptis Nicolaus Mascoli legavit scuta mille. Alia praeterea reliquit legata. Ex quibus legatis annua Sacra 96 celebrari debebant et praestauda erant pro fundis scuta 285 ab Octavio et Hyaciuto Mascoli testatoris nepotibus et haeredibus institutis.

Plures in inventario post testatoris obitum confecto adnotati legntur census qni in uuum collecti attinguut summam scut. 2202 83. Inter hos principem obtinet locum census in sorte scutorum 1000 cujus debitor erat Joannes Baptista Giovanelli. Hic die 15. Martii 1798 nulla praemissa per duos menses ante deunnciatione ut fert Bulla Piana sortem census obtnlit fratribus Mascoli in tesseris nummaris non excedentibus summam scut. 50 et isti incunctanter eam acceptam tulerunt censumque retroveuderuut.

Vix decem interpositis diebus abrogatae fueruut schedae paryracae supra valorem scut. 35, ita ut asserunt fratres Mascoli ex restitua sorte scutorum 1000 perisse scuta 680 et residualem summam scut. 320 ab iisdem collocatam fuisse in novum censum cum communitate Stronconii. Rati igitur haeredes, quod legatum pro erectione canonicatns esset taxativum in hoc censu ex parte perempto neglexerunt hactenus canonicatus erectionem. Siluerunt Canonici Collegiatae s. Michaelis inter publicum rerum omniam perturbationem. Restituta veteri disciplina cum vigilantissimus Naruiensis Antistes in s. visitatione compulisset fratres Mascoli ad hauc erectionem faciendam, isti a s. Congregatione deprecati sunt ut, quoniam census ille erat in parte peremptus et quae snpereraut scuta 320 satis esse non poterant ad impleudum ouus canonicatui adnexum trium missarum singulas hebdomadas, ita haec summa conjuncta cum aliis scutis 285 pro aliis legatis missarum snperius expressis converteretur in fundum capellaniae canonicatus loco erigeudae cum onere omnium missarum tum canonicatui quam respectivis legatis praedictis adjecto.

Interrogatus est Episcopus, qui acriter commutationi repugnans sedulo exponit rationes inferius receusendas, ex quibus concludit essem in sensu, quod ommino juxta meuteum testatoris sit deveniendum ad erectionem canonicatus, quodque pro hujusmodi effectu assignandi sint ex haereditate ejusdem fundatoris unus vel plures ceusus qui cum illo scutorum 320 jam iuvestito summam conflant scutorum 1000 a testatore designatam. Quare rejecta est instantia fratrum Mascoli per rescriptum die 13. Sept. 1800 servandam esse testatoris dispositionem. Illis tamen reclamantibus maturiori examini res commissa est in folio et Episcopo injunctum, ut praefigeret terminum unius mensis Canonicis, qui jura sua deducerent. Haec remissa sunt in scriptis et Canonici summa angustia pressi, cum non habeant, unde sumptus ad causam pertractandam suppeditent, postulant ab EE. VV. ut dignentur ponderare ea, quae mihi exposita sunt, quaeque inferius receuseam. Modis omnibus servandas esse defunctorum volnutates jubet d. Gregorius in *can. Ultima voluntas quaest. 13.*; nec remota justa et necessaria causa indulgendae sunt commutationes voluntatum ut ad praescriptum s. Concilii Trid. *sess. 22. cap. 6. de reform.* semper tenuit s. Congregatio, ut videre est in *Romana Commutationis voluntatis 27. Junii 1786.* et alibi passim. Fratres Mascoli commutandae voluntatis causam ex eo repetunt, quod census taxative pro canocatu erigendo legatus ex parte peremptus sit, ita ut qnod superest erectioni canonicatus sit impar iujunctis omnibus sustinendis oneribus.

Duo itaque iuquirenda:

Utrum assignatio fundi fuerit taxativa, ut peremptio cedat damno legatarii et utrum fundus perierit sine culpa fratrum Mascoli. Nam si fundus non est taxativus vel ille peremptus sit culpa haeredum, tum isti ad supplementum tenentur sive ex praesumpta voluntate testatoris sive loco damnorum ad notata per *Benedict. XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. ultim. n. 32.*, *Rota decis. 456. num. 34. cor. Merlino*, adeoque servanda esset voluntas nec commutatio esset concedenda.

Quamquam enim legata sit quantitas in genere, scilicet scuta mille, attamen cum adjecta sit species »in nu ceuso di tal somma« et in haereditate nnus repertus sit census hnjus summae, videtur legatam quantitatem cohibitam ad speciem adjectam et ad censum scut. mille haereditarium. Semper enim species adjecta derogat generi superius expresso, *Leg. Sanctio legum 41. ff. de poen. Leg. in toto 80. ff. de R. J.* et praecipue species restringit genus, quoties utrumque conjunctim exprimitur in eadem oratione, ut unum ad alterum referatur ut post *text. in L. Quaesitum 78. §. 1. ff. de legat. 3.* concinne *explicat., Averan. Interpret. jur. lib. 3. cap. 24. num. 11.*

Hinc deducunt quod fundus pro capellania legatus sit census Giovanelli, cumque dispositio a fundo incipiat et deiude ad onus

pergat, fundus taxative legatus videatur juxta theoricam Fellini in *cap. super literis de rescript.* Negant porro quod eorum culpa censns perierit. Quamqnam enim ultro a debitore sortem acceperint attamen nisi id fecissent debitor eosdem compellere posset judicis imperio. Nam quoties debitor solvit fructus per duos menses decurrendos, potest sine disdicta et in ipso temporis momento censum redimere cum a jure sit, ut quod debet quis certa die statim solvere queat §. *In diem, Instit. de verb. obligat.*, *L. Quod certa die 70. ff. de verb. obligat.*

Negant contra Canonici, quod pro capellania erigenda legatus sit fundus Giovanelli. Nam legata est quantitas »lascio scud. 1000« et quamquam additum sit »in un censo di tal somma« attamen non expressit testator, quod esse deberet census Giovanelli, qui ex parte peremptus est. Quare haec adjectio accipienda est tamquam modus, quo facienda erat solutio quantitatis, itaut ante traditionem ceusus non perierit damno legatarii sed ipsius haeredis, cum eadem quantitas etiam nuuc tradi possit ex aliis censibus, qui salvi ex haereditate supersunt. Legata autem quantitate fuudus semper demonstrative relictus fnisse videtur et haeredes ad supplementum teneutur, ut limitat *Benedictus XIV. loco cit. num. 33.* et statuit s. Congregatio *in Brixien. 1. Dec. 1685.* Ajunt praeterea Canonici, quod culpa fratrum Mascoli evenerit deperitio fundi. Nam ex constitntione Piana disdicta ante duos menses facienda est in commodum creditoris, adeoque hoc invito non licet debitori solvere ante praescriptam diem, *Donell'. Comment. de jur. civil. lib. 6. cap. 11. num. 3.* Hinc fratres Mascoli non procnl a culpa sponte retrovenditionem censns fecerunt, quam poterant recusare duplici ex capite; primo quia ex constitutione Piana necessaria est disdicta per duos menses ante, nec potest debitor cogere veuditorem ad retrovenditionem nisi elapso bimestri, *Cenc. de Censibus quaest. 103. num. 18. et seq.*, *Antonell. de tempore legal. lib. 3. cap. 3. num. 5.*, *Salgat. Laberint. Credit. lib. 2. cap. 29. num. 23.*, *Rota post Cenc. de censib. decis. 508. num. 11.*; secnndo ex rumore mutationis monetae, cum enim ad retrovenditionem ineundam offerentur schedae papyracae deterioris valoris et quarum imminebat denomitatio, ideo a creditoribus sive ab ipsis fratribus Mascoli omni jure poterant recupari, nt post *text. in leg. Elegantur* §. *Qui reprobos ff. de Pignorat.* Action. docet Rota *decis. 67. num. 10. cor. Ansaldo.*

Quare licet judex depositum jussisset, nihilomiuus superventns cedularum interitus cessisset damno debitoris nou creditoris, qui justa causa reprobos nummos accipere recusasset.

Ex his dignentur EE. VV. deliberare:

An et quomodo sit locus commutationi voluntatis seu potius sit exequenda dispositio Nicolai Mascoli in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 15. Maji 1802.

Romana.

Collegium quod in Urbe ab inclyto fundatore cl. m. Card. Antonio *Salviati* nomen accepit, hauc inter caeteras habet constitntionem, quam probavit s. m. Clemens XIII. per Breve signatum die 27. Junii 1763., ut scilicet collegium succederet in haereditate eorum, qui inter alumnos in collegio fuerint, si decederent intestati, nec legitimos haeredes usque ad tertium gradum reliquissent. Hanc constitutiouem prae oculis habens Joannes Paulus Mercantili, qui in collegio Salviati alumnus fuit, ita de re sua disposuit in testamento anni 1672.

Jnssit ut bona omnia sua veuderentur pretiumque retrahendum iu LL. Montium collocaretur. Horum usumfructum reliquit Mariae Pouizzi nepti suae quoad viveret, si caelibatnm servaret, atque ex hoc solveret annua scuta 12 moniali Sanctae Panizzi et scuta 8 moniali Mariae Seraphini Marchetti. Decedente vero usufructuaria haeredem instituit l'auima sua designatis exequutoribus testamentariis, qui geminam capellaniam erigerent. Ita vero utramque capellaniam erigeudam jussit, ut sequnto obtitu usufructnariae ex semisse suae haereditatis una statim capellania erigeretur, ad quam nominavit primum clericum Jos. Sella, deinde clericum Carolum Ageni. Fructns vero alterius semissis dividendos mandavit inter Theresiam et Margaritam Mercantili Consobrinas suas, atque inter suos consanguiueos Antonium et Petrum Buzi, Angelam, Annam Victoriam et Franciscum Marchetti, qui ita hisce fructibus frui debebant, ut portio de-

functi superstitibus accresceret postremusque superstes integros hujus semissis fructus consequeretur. Hoc vero sublato tum altera erigeretur capellania. Patronatum unius alterius que capellaniae adscripsit deputatis collegii Salviati, qui in contingentibus vacationibus tres inter caeteros alumnos praeeligere atque in urnam conjectos sorte ducere deberent. Capellanis singulis onus injunxit 6 missarum hebdomadalium. Uti testator jusserat ita factum est. Nam retractum pretium rerum haereditariarum erogatum fuit in LL. Montium 63. 16. centes. quorum fructus dum vixit percepit Maria Panizzi usufructuaria haeres. Qua defuncta erecta fuit altera ex capellaniis constituto pro fundo capellaniae semisse haereditatis in LL. Montium 8 centes. et sacerdos Jos. Sella a testatore nominatus hanc capellaniam retinuit ad annum 1799. Fructus alterius semissis haereditarii consequuti sunt quotquot scripti fuerunt legatarii quorum postremi fuerunt Petrus Buzi et Angela Marchetti. Hujus filia Geltrudes nupta Francisco Eutizi defuncta matre exoravit a s. m. Pio VI., ut capellaniam erigendam consequi posset Jos. Eutizi ejus filius reservata tamen exinde collatione favore alumnorum collegii Salviati juxta formam testamenti praescriptam ut ex pontificio rescripto diei 30. Oct. 1790.

Occubuit 1799 sacerdos Joseph Sella, qui alteram capellaniam tenebat nec inter publica rerum discrimina alterum capellanum suffici potuit, cum cessatum esset a solutione fructuum LL. Montium nec deputati collegii poterant nominare, cum esset tunc suppressum. Restituto itaque regimine statim deputatus fuit protector collegii et visitator apostolicus cl. me. Cardinalis de Lorenzana. Nihilominus conjnges Eutizi supplicarunt SSmo ut et altera haec capellania addiceretur filio Joseph qui alteram jam obtinebat, et utrinsque nominationem adscriberetur Geltrudi matri qua proximiori consanguineae. Preces hujusmodi s. Congregationi remissae fuere et instantia cui acriter in informatione repugnavit Cardinalis Lorenzana protector rejecta fuit per rescriptum diei 11. Julii 1801.: Lectum ad instantiam et servandam esse fundationem Mercantili. Itaque qui tunc collegium Salviati moderabantur electionem ad formam testamenti praestituerunt et alumnus Petrus Taddei capellanus sorte fuit renunciatus.

Nunc Franciscus Eutizi a Summo Pontifice postulavit, ut voluntas Joannis Pauli Mercantili prorsus commutaretur scilicet ut vendantur LL. Montium, quae stant pro fundo capellaniarum, pretiumque erogetur in constituendum Montem frumentarium in oppido Castri Novi Portuensis et fructus ex Monte percipiendi erogentur in reintegrationem fundi capellaniarum. Delegatus fuit orator Eutizi ad s. Congregationem, quae de sua sententia rogavit Emum Cardinalem Casoni modernum vigilantissimum collegii Salviati protectorem. Exposita hic confirmat et commutationi voluntatis, venditioni LL. Montium, constitutioni Montis frumentarii ex recenseudis inferius rationibus omnino refragatur. *Caeterum* ita prosequitur *in quamcumque eritis abituri sententiam aeque semper nobis videtur adigendum oratorem esse ut doceat tandem per ejus filium unius capellaniae possessorem fuisse plenissime satisfactum oneribus, quoniam ex quo primum sacerdotium hoc in gentem Eutizi devenit ad haec usque tempora nihil omnino proponi potest, quod attinet ad dictorum onerum implementum. Secus tamen est de sacerdotio, quo gaudet laudatus alumnus Petrus Taddei, a quo testatur unus ex dicti collegii deputatis plenissime ab anno 1802 ad mensem usque Junii 1804 fuisse satisfactum sub reductione tamen quam eidem indulsit s. Visitationis Congregatio. Verum quemadmodum dilata fuit a dicto mense Junio 1804 dictorum onerum satisfactio, ita idem deputatus testatur intermissam fuisse fructuum ex patrimonialibus LL. Montium exactionem, ut integrum vobis sit vel jubere ut in commodum dicti alumni colloccntur cum onere supplendi imminutioni annuorum fructuum juxta testatoris praescriptum vel ut ab hodierno capellano assequantur sub lege satisfaciendi tam praeteritis quam futuris dictae capellaniae oneribus juxta legem a laudata Congregatione s. Visitationis praefinitam.*

Nihil in jure canonico exploratius quam quod non esse commutandas ultimas defunctorum voluntates nisi subsit justa et necessaria causa, quae commutationem suadeat ut ex canon.: *Ultima Voluntas caus. 73. quaest. 2., cap. Quia monasterium de relig. dom.* et *s. Concil. Trid. sess. 21. cap. 4., sess. 22. cap. 6., sess. 23. cap. 18. de reform.* Causa quae in re praesenti offertur est publica utilitas ex constitutione Montis frumentarii in oppido Castri novi futura cum maximum ex hisce montibus proveniat agrorum cultui et cultoribus incrementum et praesidium. Verum

Emus protector observat: *Nihil sperandum esse ex alienatione sexaginta trium LL. Montium nostris hisce temporibus, quibus illa minime sunt promercalia. Curnam rursus ferme desertum oppidum praeferendum est tot civitatibus, quae aptiores forent ad restaurandam agrorum culturam, quae si florentissima dici non potest nequaquam tamen patet adeo neglecta, ut novis hisce immaginariis subsidiis adjuvetur? Quin igitur cogamur pretium ex distrahendis LL. Montium colligendum incertis credere hominibus ac subesse periculis, qui subsunt, praesertim nostris hisce temporibus, segetes sive haec solo adhaereant sive fuerint in puteis, de quibus agitur, reconditae; satius arbitramur sacro optimi Principis credere oraculo, per quod certi facti sumus futurum, ut, compositis quibus adhuc premimur publicis calamitatibus erunt illa ad primaevum reditura dignitatem.* Illud quoque servandum propono, quod agitur de commutando legato pio in Urbe facto et in utilitatem certi generis personarum, quales sunt alumni collegii Salviati. Quare grave esset ut commutaretur legatum pro succurrendo dissito oppido in praejudicium eorum, quibus testator praecipue consultum voluit, atque commutaretur voluntas in illud opus pium, quod certe testator nec quidem cogitavit.

Sed magis reprobandus videtur *modus* quo haec commutatio fieri proponitur. Nam commutato fundo capellaniarum in fundum Montis frumentarii, ex utilibus inde a mutuatariis retrahendis novus faciendus erit fundus capellaniarum. Atqui hoc expresse vetitum est ex constitutione Leonis X.: *Inter Multiplices* et permissum tantum a mutuatariis exigi, quantum requiritur pro solvendo stipendio Ministrorum et expensis pro manutentione. Quare cum exactio a mutuatariis permitti non possit, numquam fieri poterit, ut novus capellaniarum fundus constituatur.

Alterum proponitur dubium quoad reintegrationem fundi capellaniarum. Hinc orator Eutizi putat, quod diminuto nunc fructu LL. Montium ipse teneatur ex redditibus capellaniae reintegrare deficientiam fructuum, ac propterea fatetur ob hanc causam ab anno 1801 cessasse a celebratione missarum atque ab exactione fructuum LL. Montium, qui nunc pro duplici quinta parte solvuntur. Quare postulat orator ut declaretur num eveuerit casus, quo capellani ad reintegrationem diminutorum fructuum teneantur.

Verum Emus protector omnino repugnat, cum *extranea prorsus videatur isthaec dubitatio, praesertim si menti testatoris inhaereamus. Ille siquidem abhorruit dumtaxat a sui patrimonii imminutione, voluitque, ut fortuitae ejusdem jacturae occurrendum foret per novam pecuniariam collationem faciendam a capellanis ex redditibus ab ejusdem patrimonii substantia profluentibus. Absit autem a nobis, ut audeamus contra datam a summo imperante fidem dubitare de integritate substantiae uniuscujusque loci Montium, cujus si decurtatos lugemus fructus, si apud homines viluit aestimatio, id momentanco nostrorum temporum vitio verti debet. Ast non valet eorumdem substantiam, quae in optimi Principis fide quiescit, immutare.*

Duo proponuntur dubia:

I. *An et quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis Joannis Pauli Mercantilli in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An sit locus reintegrationi capellaniarum pro diminutis fructibus locorum Montium in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative.

Ad II: Negative et Emus Protector cogat capellanum Eutizi ad docendum de celebratione quoad praeteritum.

Die 14. Junii 1806.

Aesina.

Elisabeth Uccellini testamento die 2. Martii 1764 Annam sororem suam haeredem scripsit eique si sine prole decederet pium missarum legatum substituit.

Nulla concepta sobole die 7. Martii 1810. obiit haeres instituta. Porro haereditas constabat ex duobus praediis rusticis quorum valor ad summam scut. 719. 16 assurgebat necnon ex duabus domunculis in scutis 300 aestimatis, quae simul juncta constituebant capitale scut. 1019. 16 unde detractis oneribus annua scuta 56 percipiuntur. Verum executores testamentarii consentiente Episcopo ob temporis vicissitudines fundos quemadmodum testatrix jusserat numquam alienarunt sed ex fructibus perceptis a die

7. Martii 1810. ad diem 8. Maji 1817., per septennium et ultra missarum celebrationem curarunt pro summa tantum scutorum 100.

Alium pium legatum reliquerat Archipresbyter Massatii Antonius Machirelli in testamento scripto die 6. Nov. 1770.

Ex redditibus hujus alteriusque haereditatis annua scut. 36. 48. percipiuntur. Testatoris voluntati derogatum fuit ex rescripto s. m. Pii VI. diei 22. Junii 1794., quod est hujusmodi: *Sanctissimus attentis expositis ac relatione et voto Vicarii capitularis Aesinae tunc vacantis ecclesiae benigne mandavit, ut postquam decesserit postrema haeres usufructuaria Archipresbyteri Antonii Machirelli bona omnia infructivera haereditatis ejusdem Archipresbyteri alienari debeant ab executore testamentario ad effectum tamen deponendi pretium, illudque tuto ac utiliter investiendi in bonis seu capitalibus liberis fructiferis favore ejusdem haereditatis. Quae bona ut supra acquirenda unacum aliis bonis fructiferis memoratae executor testamentarius sive alius idoneus administrator ab Eminent. D. Cardinale Episcopo Aesino deputandus diligenter administrare debeat fructusque annuos similiter semper investire et multiplicare, donec ex hoc multiplico aliisque piis legationibus favore introscriptae causae piae fortasse obventuris tot cumulata fuerint bona, quae una cum dictis bonis haereditatis sufficiant ad erigendum in oppido — del Massaccio — piam domum de qua in precibus cui Sanctitas Sua nunc pro tunc bona omnia haereditatis Machirelli aliaque ut supra acquirenda benigne in perpetuum applicavit, reservata erectione piae Domus Eminent. Episcopo Aesino cum regulis et legibus suo arbitrio et prudentia statuendis. Et ita non obstantibus testamento Archipresbyteri Machirelli caeterisque aliis quomodolibet in contrarium facientibus.*

Commutationem voluntatis Elisabeth Uccellini et derogationem rescripto Sanctissimi quoad haereditatem Archipresbyteri Machirelli postulat modernus Archipresbyter Collegiatae Massatii, ut redditus utriusque haereditatis pro summa scut. 40 applicentur pro stipendio 2 cantorum in praedicta Collegiata deputandorum et pro reliqua summa in hospitale erigendum. Vicarius capitularis cujus sententia rogata est audito capitulo et executoribus testamentariis refert omnes huic applicationi assensum praebere et insuper capitulum postulare, ut ex fructibus dictae haereditatis alia scuta 10 erogentur in stipendium magistri caeremoniarum. Ipse vero Vicarius generalis hanc commutationem voluntatis et applicationem probat ex rationibus inferius recensendis.

I. Dubium respicit commutationem voluntatis Elisabeth Uccellini ut suspensa celebratione missarum ex pretio a fundis haereditariis alienandis percipiendo impendantur illorum fructus in stipendium 2 cantorum et magistri caeremoniarum et in subsidium duodecim pauperum infirmorum. Opera hujusmodi sane laudabilia sunt et praecipue illud quod in auxilium infirmis praestandum proponitur, ut tradidit s. Congregatio *in Tolentina 17. Maji 1729.* et in *Aversana 17. Decembris 1732.*

Sed si *ea quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium ad illum debent non ad alium salva quidem Sedis apostolicae auctoritate converti* ut monet *Clem. Quia contigit de relig. dom.* videant EE. Patres num justa et necessaria intercedat causa, ex qua commutatio fieri debeat ex praescripto Trid. *sess. 21. cap. 4., sess. 22. cap. 5., sess. 23. cap. 18. de reformat.* Ita autem necessaria causa sit oportet, ut nullo alio modo, nisi commutata voluntate, publico bono consuli possit, *ad text. in L. 1. c. de ss. ecclesiis in L. omnium ff. de testam. docet Francisc. Top. de potestat. Princip. §. 5. num. 13. et 14., Valent. de Ultim. voluntat. vot. 27. num. 102.* Juxta hujusmodi regulas judicium reddendum erit de causis, quas Archipresbyter orator in medium affert, ut commutationem voluntatum assequatur, nimirum de augmento servitii chori Collegiatae et de sublevandis pauperibus infirmis et secum reputent EE. PP. an potior esse debeat voluntas testatorum, qui missarum celebrationem jussernnt, quorum voluntas, facta juxta propositum modum commutatione, penitus subverteretur. Alias s. Congregatio, cum ageretur de commutando legato missarum in erectionem oratorii, in quo diebus festis ruricolae a paroecia distantes Missam audire possent nihilominus rejecit commutationem voluntatis in *Amerina Applicationis legati missarum 19. Dec. 1801.*

II. Dubium spectat ad derogationem rescripti SSmi diei 22. Junii 1794. quo s. m. Pius VI. commutata voluntate Archipresbyteri Machirelli ejus haereditatem applicavit in erigendis scholis puellarum. Cum ex hoc

rescripto commutata jam sit voluntas, quaerendum tantum erit, utrum sit immutandum objectum applicationis, scilicet an neglectis scholis puellarum, quae hactenus erectae nou fuerunt, redditus haereditarii erogandi sint in stipendium cantorum et subsidium infirmorum. Si pontificium rescriptum exequi nequit, si nulla spes superest erectionis scholarum, videant sapientissimi Patres, num in alias propositas causas fieri debeat applicatio seu potius reviviscat testatoris Machirelli voluntas ita ut illius exequutio sit imperanda. Quae superius in primo dubio adnotata sunt, huic secundo aptari posse videntur.

Quodsi EE. VV. et commutationem voluntatis Elisabeth Uccellini et derogationem rescripti pontificii SSmo Domino Nostro consulendam censeant tunc in III. dubio statuendum erit, quomodo facienda sit applicatio. Modum exponit Episcopus in sua informatione: *Et revera duo capellani cantores quorum omnino caret Collegiata videntur ultimae necessitatis. Nam Canonici, qui in modis musicis erant periti, jam quasi omnes aut decesserunt aut processerunt in annis et usque adhuc munus hoc sustinuerunt religiosi extra claustra degentes. Cultus igitur omnipotentis Dei et decus Capituli egent certissime hujus auxilii; sed maxime decorum esset, si juxta petita facta in comitiis capitularibus diei 10. Dec. 1816. ab uno Canonico detraherentur etiam scut. 10 pro caeremoniarum magistro a capitulo eligendo, quo etiam caret capitulum, eo magis quod unicuique capellano imponi potest in perpetuum onus celebrationis in Collegiata missarum 20 et magistro caeremoniarum 10 in eadem ecclesia, talique modo non defraudarentur, nisi in parte mentes testatorum. Insuper si summa clementia EE. PP. dignentur admittere preces supplicantis, quid Deo carius, quid ipsis testatoribus utilius, quid denique misericordius pauperibus infirmis praestari potest, quam publicum confugium charitatis, ubi in auxiliis religionis et pietatis exalare animas valeant?*

Tria proponuntur dubia:

I. *An sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis Elisabeth Uccellini in casu?*

II. *An sit consulendum SSmo pro derogatione rescripti dici 22. Junii 1694. in casu?*

III. *An et quomodo sit locus applicationi haereditatum Uccellini et Machirelli in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Negative.

Ad III.: Provisum in praecedentibus.

Die 9. et 30. Aug. 1817.

Spoletana.

Sacerdos Andreas Piceni Canonicus Collegiatae s. Bartholomei oppidi Montis Falci testamento 1791. legavit duo annua subsidia pro maritandis aut monachandis puellis pauperibus ejusdem oppidi in scutis 12. 50 pro singulo subsidio. Hac ex ejus haereditate detracta summa scut. 25 et honorario pro duobus perpetuis exequutoribus testamentariis in annuis scutis 6 singulis subministrandis ex reliquo asse haeredem scriptis *l'anima sua* ita scilicet, ut *del fruttato che rimarrà dopo tali detrazzioni, voglio ed ordino, che si divida in due parti una delle quali serva per far celebrare tante messe ai signori Canonici coll' elemosina di baj. dodici, e mezzo, perciascheduna messa in suffragio dell' anima mia, e dé miei parenti della casa Piceni. L'altra voglio che s'impieghi in buonificare i terreni, riattare lecase spettanti alla mia Eredità, e cessando il bisogno di tali buonificamenti per esser tutto completo fino a nuovo bisogno, volio che questa seconda parte si spenda in tante messe come sopra.*

Quominus voluntas pii testatoris hactenus impleretur multa obstiterunt. Nam vix testatore defuncto Benedictus Beni asserens se testatori sanguine conjunctum ex rescripto s. m. Pii VI. impetravit, ut suspensis legatis ex fructibus haereditariis seponerentur scuta mille erogauda in causam dotium ejusdem filiorum et filio Masculo quoad viveret annua pensio scut. 30 solveretur. Auctum quoque fuisse dicitur ex ejusdem Pontificis voluntate honorarium exequutorum testamentariorum, ita ut quisque perciperet annua scuta 12; id quod oretenus a Sanctissimo Domino Nostro confirmatum asseritur. Postea supervenit publica rerum calamitas, cum exterae copiae occuparunt Aemiliam, unde redditus haereditarii, qui praesertim ex bonis in agro Ariminensi positis redibant, amplius percipi non potuerint. Restituta tranquillitate exequutores testamentarii toti fuere, ut bona Arimini recuperarent et tandem praeterito mense Majo redditus illos perceperunt.

Confecto itaque dotium cumulo pro filiabus Benedicti Beni et cessata annua pensione

scut. 30 per obitum hujus filii masculi liberi prorsus sunt redditus haereditarii in annua summa scutorum 202 supra erogandi juxta testatoris voluntatem: scilicet demptis scutis 25 pro duobus annuis subsidiis dotalibus et honorario exequutorum in annuis scutis 12 et vectigalibus, quae pensitantur in annuis scutis 8, in totum scutis 45 quinque ex annuis scutis 202 superessent annua scuta 157. Bipartita hac summa aequis portionibus juxta testatoris voluntatem annua scuta 78 et oboli 50 eroganda essent in tot missas ad eleemosynam praescriptam obolorum 12½ unde celebrare possent annuae missae 628. Alia vero portio scutorum pariter 78. 50 impendenda esset in reparationibus bonorum et quod superest in celebratione missarum.

Nunc vero exequutores testamentarii aliquam fieri commutationem voluntatis postulant scilicet

ut eleemosyna missarum a testatore in obolos 12½ praefiuita ad obolos 15 augeatur et missae tantum 200 celebrentur, ut duo annua subsidia dotalia quae testator in annuis scutis 12. 50 unicuique puellae dare jussit, augeantur singula ad scuta 20,

ut exequtoribus testamentariis detur singulis honorarium scutorum 12, quemadmodum statuisse dicitur (nullo enim documento comprobatur) summos Pontifices Pium VI. et VII.,

ut annua scuta 30 48. quae superessent vectigalibus et reparationibus bonorum addicantur.

Episcopus in sua informatione exposita confirmans censet probanda quae ab oratoribus propouuntur sive quoad dotium sive quoad eleemosynae missarum augumentum. Hoc quippe pacto missarum eleemosynae statuerentur juxta stylum loci et dotes assignandae proficerent. Caeterum neque despicienda censerem, quae respicerent annuam aliquam snbministratiouem sacristiae ecclesiae ac pauperibus loci. Urget enim ex parte crassaus nudique vulgi inopia et census ecclesiae remissus. Tandem circa pensiouis incrementum quod requirnnt ipsi oratores aliud non dicam uisi hoc, quod praestitutum a testatore nou videtur labori et fastidio respondere.

Judicium EE. PP. redire debet ad factum, num scilicet concurrat necessaria causa ad commutandam voluntatem; hac siquidem deficiente sancte custodiendas esse defunctorum voluntates monet s. Gregorius Pontifex in *can. Ultimae voluntates caus. 13. quaest. 2.* et in *Clem. Quae contigit de relig. dom* Postulant vero exequutores testamentarii commutationem voluntatis ex 6 capitibus in quibus expendendis ea regula retiuenda videtur, ut causa ad commutandam volnntatem ita necessaria sit, ut nullo alio modo uisi commutata voluntate publico bono consuli possit, ut tradit *Francisc. Top. de potestat. Princip. §. 5. n. 13. et 14., Valent. de ultim. volunt.* et s. Congregatio *in Asculana Commutationis Voluntatis 8. Aug. 1801.*

Primo postulaut exeqnutores testamentarii, ut augeatur eleemosyua missarum ad currentem manualem in obolis 15. Nam testator 1791. eleemosynam praescripsit in *obolis 12½* cum manualis eleemosyna daretur julium nuum. Quare si nunc aucta est manualis, justam concurrere autumant causam, nt augeatur eleemosyua. Postulaut praeterea ut celebreutur missae aunuae 200. At hoc adversatur voluntati testatoris, qui ex dimidia quot a fructuum suae haereditatis detractis prius oneribus aliisque legatis jussit, ut tot missae celebrareutur, qnot ad praescriptam eleemosyuam celebrari possent. Si itaque pro praesenti reddituum statu libera superest dimidia quota fructuum haereditariorum iu scutis 78. et 50 nou 200 tantum missae celebrandae videutur ad currentem manualem sed 523 quot respondent fructibus haereditariis ad celebratiouem destinatis et praeterea ex alia quota missae celebraudae erunt, si quid supersit post factas reparationes bonorum. Causa vero cni haec commutatio voluntatis innititur quoad numerum missarnm posita est in aliis piis operibus praefiniendis, de quibus deliberabunt EE. PP. num tanti sint, quae necessariam commutationi causam praebeaut.

Secundo postulaut exequutores testameutarii, ut dno subsidia dotalia in totum scutorum 25 ex voluutate testatoris pauperibus puellis praestanda angeautur singula ad scuta 20 in totum ad scuta 40. Utilior saue esset haec commutatio ipsis puellis, sed inquirendum num ex privata utilitate justa oriatur causa ad commutationem faciendam.

Tertio poscitur augumentum honorarii exeqnutorum testamentariorum. Fertur anctum fuisse ex oraculo Pii VI. confirmato

oreteuns a regnante Pontifice. At nullum documentum affertur. Episcopus affirmat praemium hoc non respondere labori.

Quarto postulatur ut ex fructibus haereditariis dentur scuta trigiuta sacrario Collegiatae eroganda in s. supellectiles et praeterea scuta 30 in eleemosynas pauperum. Pium sane utrumque opus, at testator voluit celebrationem missarum nec de supellectilibus aut eleemosynis quidquam disposuit.

Quinto taudem postulant, ut scuta 48 erogentur in pensitandis vectigalibus et restaurandis fundis. Sed testator jam praescripsit modum quo his expensis fieret satis: nempe destinatis fructibus ex dimidia quota haereditaria, ita ut factis hisce expensis quod esset reliqnum iu missarum celebrationem impenderetur.

Hisce perpensis dignentur EE. PP. dirimere dubium:

An sit servanda voluntas Canonici Andreae Piceni seu potius et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad I. partem celebratis missis ad manualem, negative ad II.

Die 20. Nov. 1817.

Nursina.

Ultimo quod condidit elogio Praesul Nicolaus Bernabei 1651 haeredem ex asse renunciavit capitulum Collegiatae s. Mariae oppidi Vissi Nursinae dioecesis. Inter caetera quae capitulo imposnit onera, illud etiam habetur distribuendi quotannis pauperibus incolis die s. Nicolao de Bari sacra eam panis quantitatem, quae summam 10 ducatorum aequaret; ad annum nsque 1796 haec pia institutio adamnssim expleta fuit; postea vero cnm ob adversas publicae rei vicissitudines tum ob imminutionem locorum Montium, quibus majori ex parte haereditas constabat, hujusmodi largitiouis consuetudo ad haec nsque tempora absolevit. Quod probe intelligentes Canonici duo nunc a s. Ordine, oblatis precibus, expostulaut, quorum alterum absolutionem respicit quoad praeteritas omissiones: alterum legati commutationem spectat in tot annua sacrificia et in missam de requiem solemniter celebrandam. Quod qnidem ad levamen indigentiae in qua vel maxime Canonici versantur sibi concedi precantur.

Rogavi Episcopum, ut quidqnid hac in re seutiret, pro sna prudentia panderet atque una simul referret de annuo redditu et oneribus haereditatis Bernabei tam de tempore additionis quam de praesenti. Is itaque suis literis comprobat inprimis quod superius narravi: tum refert Canouicos alternis hebdomadis ad chori servitium esse obstrictos: talem deiude affirmat praebeudarum tenuitatem, ut earum aliae, quae vocantur *di massa vecchia*, annua scutata 27 non excedant: aliae quae appellantur *di massa comune*, vix tredecim scutata cum dimidio attingaut, exceptis tamen distributiouibus quotidianis, quae pro singulis Canonicis in scutatis quinque aestimantur. Addit praeterea bona haereditaria Beruabei adeo cum redditibus capituli jamdudum esse permixta, ut inter se amplius discerni nequeant: illud vero exploratum esse ait »quod Beruabei haereditas majori ex parte constabat ex locis montium, quae hodie ex facto Principis valde immiuuta sunt; hinc licet olim nou iufimae fuerit entitatis, nunc tamen perpaucos annuos redditus affert.« Tandem votum suum aperiens haec edisserit: »Ego autem censerem, ut reportata absolntione pro praeteritis omissionibus, habita ratione ad tenues canonicatum redditus, inposterum Canonici teneantur singulis annis panem pauperibus erogare ad rationem scutatorum non decem uti testator disposuit, sed quatnor dumtaxat, qualia revera ex locis Montium hodie percipinntur, praesertim cum idipsum sentiant publici repraeseutantes illius civitatis.«

Cum alterutra utilitatis vel necessitatis praesto est causa, pias testatorum voluntates commutari posse docet *Triden. synod. sess. 22. cap. 6. de reform.* Utrumque in themate occurrere autumant Canonici. Et primam quidem ex eo colligunt, quod inter pia legata et religiosas institutiones nil defunctorum animabus magis utile ac salubre sit, quam celebratio missarum. *S. Congregatio in Januen. Commut. volunt. 25. Maji 1822. §. Ex adversa* et in *Urbanien. Missae conventualis 19. Julii 1828. §. Animadvertendum.* Alteram vero in eo collocant, quod hnjusmodi missarum eleemosyna levandae Canonicorum inopiae inserviret eisque excusationem aliquatenus eriperet abessendi a choro diebus festis. Enimvero ut suis ne-

cessitatibus consulant, in vicina rura eisdem diebus ad Sacrum faciendum se conferre coguntur: at si plures ad missarum celebrationem suppeterent eleemosynae, facile quidem esset, Canonicos in ecclesia detinere, nt chori exinde servitium accuratius expleatur. Non desunt autem, pergunt Canonici, hujusmodi voluntatis commutationum exempla penes s. Congregationem sicuti videre est *in Faventina Commut. volunt. et applicat. 22. Febr. 1823.* §: *His* et in *Ariminen. Applicationis legati 19. Apr. 1823.*

Verum pauperes oppidi, in quorum bonum utilitatemque cedit Nicolai Beruabei legatum, vehementer oppouuntur capituli postulatis. Dicunt enim supremas testatorum voluntates religiose servari oportere, cum nihil magis hominibus debeatur, quam eorum novissima constituta sarta tecta custodire, *can. Ultima voluntas caus. 13. quaest. 2. lib. 1. cod. de s. eccl.* Hinc s. Congregatio quae in certum opus ex morientium dispositione destinata sunt, facile in aliud convertere non solet, uti docet in *Nullius s. Benigni 16. Julii 1792.* et in *Lycien. Servitii chori 25. Febr. 1826.* §. *Videant.* Quod si per hujusmodi commutationes jus alterius laedatur, tum ab iis vel maxime abhorret, quemadmodum habetur *Spoletana Reductionis onerum et absolutionis 2. Aug. 1823.* §: *Testatorum.* Jam vero si EE. VV. precibus Canonicorum annuerent, jus pauperum oppidanorum laederetur, voluntas everteretur fundatoris et Canonici illam ex commutatione voluntatis perciperent utilitatem, quae impar esset subveniendo Capitularibus eosque excitando ad laudes divinas in choro persolvendas. Hinc preces capituli rejiciendas esse inferunt, sive quatuor sive decem scutata in panis distributionem eroganda ex legato Bernabei exigantur.

Ad absolutionem quod attinet, eam s. Congregatio indulget, quoties nullum in omissione adfuerit oratorum dolus, injuncto tamen aliquo onere ab ipsis implendo, sicut *in Ravennaten. 25. Nov. 1797.*, in *Mazzarien. 21. Julii 1802.* et in *Bononien. 27. Apr. 1820.* Imo si aliqua causa intercesserit, quae omissionibus occasionem dederit, praeter eorum culpam quibus onus erat satisfactionis, absolutionem aliquando impertita est, quin aliqnid poenae imposuerit, *in Faventina Reductionis servitii chori 15. Januarii 1780.*, in *Anconitana Missarum 16. Martii 1782.* et in *Balneoregien. 17. Julii 1820.*

Videant igitur EE. VV. an oratoribus propter reddituum decrementum ac temporum vicissitudines sit quoque absolutio a praeteritis omissionibus concedenda ac definire digneutur:

I. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis in casu?*

II. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione a praeteritis omissionibus in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative quoad commutationem, reducta tamen distributione panis ad scutata 4 in singulos annos juxta votum Episcopi.

Ad II: Affirmative, celebrato unico anniversario cum cantu et interventu totius capituli.

Die 27. Junii et 8. Aug. 1829.

Firmana.

Dum Galli Italam tenerent regionem sacra miscentes prophanis supremam animi sui sententiam pendebat die 6. Sept. 1810 novissimis exaratis tabulis sexagenario Major bonae frugis vir Aloisius Paglialunga Firmanus, atque vetula uxore universali haerede instituta eidem in continenti commendabat »*Quello bensì, che raccomando ad essa si è di suffragare l'anima mia nella miglior maniera, che più sara possibile*« quo cum elogio excessit e vita 1824.

Vita functo Aloisio devenit vidua uxor Margarita vergente die 26. Sept. 1827 ad constitutionem laicalis capellaniae. Huic capellaniae suos assignavit fundos suaque onera capellano mandans: »*Di celebrare in detto altare due messe in ciascun messe, e pagare a detta chiesa quanto occorre per gli utensili ed altro . . . per lo che siccome sia vita natural durante l'usufrutto de' sudetti beni assegnati rimane a di lei vantaggio . . . per detto tempo gli stabilisce ed assegna per titolo di detta celebrazione, e spese inerenti, come pure delle altre 12 messe* (quibus gravabatur alterum ex praediis capellaniae attributum) *annui romani scudi 9 . . . . quali messe sarà tenuto di celebrare, o far celebrare in perpetuo.*

Adjecit et alia onera quae tamen post sui obitum essent valitura ac demum ad capellanum nominato Francisco Falconio, quem hospitem diu liberalibus discipliuis

addiscendis mancipatum domi receperat ac filii nomine honestare consueverat.

Revera postrema haec arbitrii sui declaratio tabellioni jam tradita inventa est constititqne ex ea viduam quae in solemnibus tabulis inter vivos disposuerat clarius firmiusque roborasse ac juspatronatum capellaniae Petro Falconio Francisci Auctori ejusque descendentibus perpetuo voluisse reservatum.

Sic fundata, iustituta existit capellania ad aram BB. VV. a lacrymis nuncupatae, de cujus immutatione hodierna aestuat conflictatio (ut videbatur) plenissimo accedente consensu viduae oratricis; nam et anni praeterlapsi sunt, et anni, quin aliqua de capellania destruenda vel in dubium revocanda querela mota fuerit. Id primum accidit volvente mense Aprili anni superioris scilicet quum universam substantiam suam, comprehensis etiam praediis capellaniae attributis, donatione inter vivos contulisset vidua Margarita in memoratum Franciscum Falconi, quem primum capellanum nominavit, nunc insigni praepositura Molleani donatum, facti poenitens altis clamoribus causata dolum ac circumventionem donatarii eumdem primo vocavit coram Firmanae archiepiscopalis curiae Judice auditore propugnataque viriliter donationis nullitate propitiam retulit sententiam.

Uti institutum fert s. C. rogatus super his est Emus Firmanus Archiepiscopus, ut partibus auditis scitu necessaria edoceret: atque is viduae Paglialuuga juribus strenue propuguatis, iisdem fere argumentis, quibus uti ejusdem viduae adsertorem referam, ita demum sententiam aperit suam: »Mea fert opinio, quod remanentibus oneribus in instrumento sub die 26. Sept. 1827 satisfaciendis in dicta ecclesia praefata Margarita sit in plena libertate instituendi ad ejus beneplacitum aliud opus pium cum bonis assignatis memoratae capellaniae et nominandi in ejus rectorem quem magis sibi libuerit. Nec ob hujusmodi providentiam ulla fit injuria ipsi Falconio tum quia nullum jus quaesitum habet in capellania supradicta, quae adhuc instituta minime remauet ab Ordinario et nondum a sodalitio in ejus templo admissa, tum quia iujunctis oneribus per ipsammet satisfacere nequit, quum ad curam animarum sit Molleani addictus, tum denique, quia ecclesiasticis redditibus per illum prioratum sit abunde provisus. Hac methodo servata omnia jurgia de medio dirimerentur et sic deceptae mulieri donaretur ea primaeva facultas, quam ex facto callidi hominis amisit.

Post haec dies constituta est Falconio, ut in judicii aleam descenderet; hinc egregii utriuque adlecti defensores et dubiorum formulae concinuate ad folii calcem (ut moris est) apponendae. Quoniam vero nounulli ex sodalitio BB. Virginis del Piauto confratres ejusdem jura zelati ad causam admitti postularunt, sodalitio etiam vadimonium indictum. Ast comitiis ad deliberandum ea de re curiatis turbae inter confratres gravissimae excitatae sunt, aliis causam suscipere, aliis rejicere conclamantibus, ne nimis gravaretur expensis sodalitas et collectis de more suffragiis novem supra quadragesimum pro vadimonio teuendo, 51 pro deserendo inveuta sunt. Quare qui ad causam vocari sodalitium postulaverant protinus Eminent. Archiepiscopum petiere supplices atque landibus per eum cumulati amplissimam assequti sunt ab eo potestatem, ut suis (sicut petebant) sumptibus universi sodalitii causam defenderent. Tres itaque in arena sistunt contendentes trinaeque distribuuntur EE. VV. allegationes, quarum epitomen pro meo munere exponendam aggredior.

Ad I. dubium quod pertinet, affirmativum in omnibus sibi pollicetur responsum oratricis viduae patronus In his autem terminis ait quae subesse poterit dubitatio, quin capellaniam in aliud opus pium pro lubitu immutare miserae deceptae vetulae concedatur? Nusquam volnntatis commutatiouem deuegari consuevit s. C. ubi justa adesset causa et permutandum onus facilius adimplere posset.

Hoc autem quod quandoque etiam post acceptatum onus permissum est uti habetur in *Mazzarien. 19. Aug. 1775.* facilius perpetuo fuit admissum iu ingressu executiouis voluntatis defuncti, nt in *Romana Com. volunt. 27. Febr. 1734.*, *in Camerinen. et Fabrianen. Com. volunt. 24. Sept. 1810.*

Atqui in ipso sumus limine et exeqnutioni capellania commissa non est, tum quia necessaria Episcopi auctoratio adhuc desideratur, ut in suis ipse fatetur epistolis, tum quia ecclesiae ubi erigenda fuerat nondum accessit acceptatio, nam actus quilibet haec declarans frustra queritur, tum demum, quia ex parte

capellani nominati defuit onerum implementum uti ex ecclesiae Custodis majorisque aeditui testimonio patescit.

Neque juvat edicere capellaniam fuisse a Margarita institutam »*inerendo alla volontà del defonto Marito*«, non modo enim constat pleraque bona capellaniae addicta esse a paraphenalibus mulieris, sed nec in ipso Aloisii erga uxorem testamento de capellania aut alio pio opere nec vola nec verbum. Quodsi in ea Aloisii commendatione indigitata dicatur *di suffragar l'anima mia nella miglior maniera possibile* atque attentis Gallorum legibus pias dispositiones vetantibus apertius non expressa fuisse animadvertendum ait Emus Firmanus Archiepiscopus quod praefatus Aloisius vitam cum morte commutavit die 12. Sept. 1824. Quodsi italicae leges sibi forent impedimento, clarius testari de rebus suis utique potuisset inposterum restituto supremo imperio pontificio et reformare ejus voluntatem, quo nomine facto tenendum est verba, quibus concepta fuit ipsius capellaniae fundatio, proficisci non a mulieris voluntate sed ab ipso Falconio qui subdole magno studio exoptabat a jam sene muliere bona, nullis adhibitis solemnitatibus, quae de jure requirebantur.«

Quae cum ita se habeant alterum etiam concidere dubium instat oratricis vidnae patronus; siquidem si capellania nondum erecta est, consistere nequit ullimode capellani nominatio; sicut ubi principale non subsistit neque accessorium intelligi potest. Verum et id directus triplici conficere sudet ratione. Prima est, quia incompatibilis foret cum paraecia, qua potitur inpraesens Falconius, capellania cum onere missarum in certa ecclesia, hanc enim assequi non posse presbyterum, qui loco designato missas celebrare nequiverat decisit s. C. *in Casalen. 28. Januar. 1764. ad 1. dub.* et in *Perusina 2. Junii 1764.* Et quum per se ipsum huic muneri satisfacere voluerit fundatrix in solemni instrumento dum capellano praecepit *di celebrare in detto altare due messe*, quod ipsum in praecedenti testamento an. 1826. rescripserat, et magis magisque in supplici s. C. oblato libello explicavit »*il Falconi essendo paroco non può per se stesso, come è la mente dell' oratrice, dissimpegnare questi due benefici fra di loro incompatibili*«, per alium celebrationem absolvi minime posse infert juxta id quod docent *Gonzalez ad reg. 8. cancell. gloss. 5. n. 75.* et *s. C. in Firmana Capellan. 17. Sept. 1773. ad 11. dub. In Firmana Capell. 23. Febr. 1782.*

Altera ratio est quod ingratissime se habuerit Falconius cum vidua Paglialunga. Absit enim instat et longe absit, quod pro capellano cogatur Margarita aegro animo ferre cum *nella di cui religione non può più confidare dopo di avergli estorte somme, crediti, effetti, mobiliari ed una donazione universale con inganno, e male arti dichiarata nulla in giudizio, e per altre ragioni che sommamente turbano lo spirito suo.* Haec porro quae a piissima faemina senio confecta prolata sunt, eo majorem promerentur fidem quia usque ab 1834. cum ingenti maerore emissa fernntur, quum morbo correpta in eo esset, ut ad superos evolaret; maximo autem veritatis argumento sunt confessiones et verba eorum, quos in ipso vitae discrimine conjectos ludere aut mentiri est incredibile, *Rota cor. Olivatio in decis. 48. n. 13.* et in *decis. 583. cor. eodem n. 20.*

Tertia demum in eo sistit ratio, quia res adhuc integra sit et jus nemini quaesitum; idque jam satis superque demonstratum confidit ex exposito defectu auctoritatis Ordinarii, acceptationis sodalitatis et onerum implementi. Quibus praemissis haud secus Vos PP. EE. hodierna die responsuros ad utrumque dubium sperat vidua, cui solum superest sepulcrum, quam uti rescripsistis in alia *Firmana Aedificationis ecclesiae diei 12. Febr. 1718: Esse locum commutationi voluntatis juxta votum Archiepiscopi.*

Jam vero quae hactenus a vidua Paglialunga prolata sunt, sedulo admodum destruere satagit inimica pars: atque ad I. dubii formulam quod attinet bini occurrunt adversarii scilicet et Falconius ipse ad capellaniam nominatus et sodalitium B. V. de planctu, cujus in ecclesia erecta capellania. Porro sodalitii defensor, cujus praesertim interest prior haec dubii formula, bifariam paritur allegationem suam.

Contendit in primo capite immutari in aliud opus pium capellaniam in themate nefas esse, quippe quae ab expressa promanat Aloisii voluntate uxori in suo elogio mandantis *di suffragare l'anima mia nella miglior maniera che gli sarà possibile*, quae sane ubi cum miserrimis temporis adjunctis favore cansae piae testari prohibentibus conjungantur et cum impeuso quo tenebatur

Aloisius studio erga illud sodalitium, cujus praecipua munera gradusque senio etiam confectus obierat, ac demum cum ipso testatoris statu qui licet non exiguo censu potitus tamen prole erat destitutus, gravissimam ingernnt conjecturam de mente illius ad capellaniam in ipsa ecclesia del Pianto instituendam conversa.

Idque reapse deinde Margarita patefecit et in supremis a se confectis tabulis 1826., ubi de capellaniae a se volitae institutione rationem afferens »*dichiara che la presente disposizione è dipendente dalla di lui (nempe Aloisii volontà e decisa intenzione come sopra espressamini innanzi alla morte, avendomi egli però istituita sua Herede nel testamento di tutti i suoi beni, dei quali viene costituito quasi intinramente il mio avere*, confirmavitque luculentius in ipso fundationis instrumento, uti ex superius enarratis.

Ast defunctorum voluntates sancte servandas et exequendas ad unquem utrumque jus clamat, *Gregor. IX. in cap. 3. de testam., Conc. Trid. sess. 25. cap. 5.* et millies s. Congregatio. Maxime vero in themate id per Margaritam Aloisii viduam adimplendum, quae cum in capellaniae erectione fidem explicavit a Viro sibi concreditam haeredis fiduciarii personam induit: nefas autem est haeredi fiduciario quidquam moliri, per quod edita declaratio quoquomodo infirmetur aut deleatur, *Tartagl. de reserval. statut. art. 36. num. 95. nota, in Romana Legatorum 6. Dec. 1728.* §. *Quatenus, cor. Aldobrando* aliisque quampluribus.

Quod si praefatum defuncti Viri mandatum unquam intercessisse concedatur, propugnat tamen in altero adsertionis capite sodalitii viudex prohibitum adhuc eidem esse capellaniam in aliud opus pium immutare. Agitur enim de actu inter vivos in vim publici juratique instrumenti ab oratrice edito *di sua spontanea, libera, e determinata volontà;* huic autem semel expleto nefas est contraire, maxime in casu, ubi injuria fieret tum juri ecclesiae, ubi fundata est capellania, quaesito ad ejusdem bona atque onera quod vetant *Fargna de jurep. t. 2. p. 2. can. 16. n. 14., Gomez. de donat. cap. 4. n. 16. et 23., Piton. de controv. patron. alleg. 40. n. 12. et 13.* et s. C. saepissime, praesertim in *Aquen. Celebrat. missarum 12. Januar. 1734., in Florentina Capell. 14. Apr. 1736., in Lauden. Capell. 23. Aug. 1738., in Panormitana Transact. oneris missar. 26. Sept. 1739.*, tum juri pariter quaesito patronis ex Falconia gente sive qui activo sive qui passivo patronatu sunt honestati, in quorum praejudicium fundatores beneficiorum vel capellaniarum ne minimum quidem suam immutare posse voluntatem docet *Garzias de benef. part. 5. cap. 9. n. 68., Lambertin. de jurep. l. 1. p. 1. quaest. 1. art. 17. n. 10., de Luca eod. tract. discurs. 56. n. 10., Rota decis. 652. n. 14. ad 17. cor. Cocem., decis. 620. num. 5. cor. Emerix. Junior, decis. n. 3. et 4. cor. Molines etc.*

Ornat eleganter haec eadem argumenta roboratque appositis allegationibus Falconii patronus proceditque unacum sodalitii adsertore ad ea refellenda, quae ab adversariis congesta sunt. Falso ajunt et per calumniam objicitur rem adhuc integram permanere, sed nihil defuit eorum, quae capellaniam plenae exequutioni mandandam desiderantur. Si quae ad mulierum contractus validitatem solemnia requiruntur, adhibita non sunt, procul ab iis valide efficaciterque sese deficire mulieres intuitu causae piae tradunt *Card. de Luca l. 7. p. 1. de donat. disc. 32. n. 13., Fonach. dec. 237. n. 2.* Non defuit autem acceptatio ex parte sodalitii, quia postulata ab ante ad causam admissio contrarium evincit; et aliunde quascumque ad causam piam dispositiones Deum ipsum acceptare tradunt *Amostaz. de causis piis lib. 1. c. 13. n. 48., Lambert. de jurep. lib. 1. qu. 5. cap. 8. n. 45., Rota decis. 1830. n. 1. cor. Molines* et in *recent. decis. 173. n. 5. part. 12.* Nec etiam defuit acceptatio ex parte Falconii, quippe qui revera, ut inferius constabit, praescripta onera fidelis adimplevit. Repugnat demum universo contextui instrumenti fundationis et ipsius a vidua Margarita exarati testamenti circumventioni ac dolo capellaniae institutionem tribuere; imo repugnat ipsis praedefuncti conjugis Aloisii tabulis in quibus satis pro temporum qualitate indicatam diximus erigendae capellaniae voluntatem: hoc autem placitum mirum non est, suborta feliciori tempestate, clarius per novum actum non expressisse; siquidem totam Margaritae, quam carissimam semper habuit, adhibere voluit fidem vir honestissimus ac de senescente uxore suspicandi nescius. Porro hae quae de integra adhuc re congesta sunt, si adprobasse visus est in literis informatoriis Emus Fir-

manus Metropolitä, ideo factum id fuisse tradunt laudati oratores, sive quod facta ignoraverit, quibus sane cognitis sodalitio ipsi amplissimam sese defendendi elargitus est potestatem, sive quod nil aliud praeter subscriptionem suam iis quae in his literis continentur Emus ille apposuerit.

Silet hic sodalitatis a planctu defensor at contendit pro aris et focis in altera dubii formula quae Falconium absolute respicit ejusdem causae Orator nefas omnino esse Capellani nominationem revocare. Enimvero ex sola nominatione in capellaniis mere laicalibus certissimum jus nominato quaeri, ita ut nullimode valeat a Patronis vel in levissimum revocari discrimen tradit *s. Rota in Mediolanen. Beneficii 21. Junii 1756. n. 6. cor. Borull., in Anconit. Immiss. 7. Febr. 1808. cor. Resta* necnon s. Congr. *in Civit. Plebis Legati studiorum 16. Januarii 1768., in Comen. 10. Mart. et 8. Febr. 1813.* §. *3.*

Ad ea vero, quae ex adverso proposita sunt respondet singillatim. Et primo ad ecclesiasticae auctoritatis defectum quod attinet eam inquit auctoritatem in themate esse superfluam, tum quia ab ipsa fundatrice expresse cautum, ut facultas suppeteret nominato nanciscendae possessionis capellaniae bonorum *senza verun atto, o mandato di curia ecclesiastica, ma in vigore, e forza soltanto della presente nomina* tum quia id ipsum capellaniae mere laicalis in casu qualitas postulabat, quae piis donationibus ac legatis aequiparatur. *Navarr. caus. 15. de preb. rebus in praxi benef. tit. Quare instituta sint beneficia n. 10., Lotter. de re benef. l. 1. qu. 8. n. 54., Rota in Ariminen. Capell. 4. Febr. 1795. cor. de Bayane* §. *5., s. C. in Ferentina Capell. 19. Dec. 1750.* §: *Ipsum* et in *Lauretana Capell. 3. Aug. 1833.*

Si autem quis regeret capellaniam in themate esse manualem ac ad nutum amovibilem is animadvertat oportet hanc amovibilitatem (posito quod adsit) non utique ferre, ut ad patronorum libitum capellanus expelli valeat sed ex justa, gravissima causa, uti post *textum in cap. Cum querelam de elect. tenent Fagnan. de jurep. part. 2. cap. 21. cas. 10. n. 10. et 11., Rota cor. Cavaller. decis. 72. n. 1. et 2. etc.* et *S. C. in Nullius Farfen. Capell. 6. Aug. 1791.* et *Romana Suspensionis onerum 22. Aug. 1803.* §: *Capellani.* Praeterea vero de hac amovibilitate in fundationis tabulis vel alibi ne volam quidem in themate reperiri, quo in casu capellania praesumi debet perpetua, docente *de Luca de benefic. disc. 80. n. 9.* et *Rota in dec. 72. n. 3. cor. Cavaler.* Imo perpetuam ad nominati capellani vitam luculentissime eam obfirmasse viduam fundatricem, cum nominato Falconio inquit *successivamente poi segnita che sàra la morte di essa istitrice, edi detto primo nominato la nomina spetterà etc.*

Ad assertam incompatibilitatem respondet Trid. synodum prohibuisse pluralitatem beneficiorum dumtaxat, non capellaniarum, quae mere laicales sunt, uti expresse declaravit etiam s. C. *in Bitecten. 6. Dec. 1721. ad III. dub.*; adeoque nou vetari Falconium quominus capellaniam simul paraeciamque retineat. Onera autem imposita capellaniae laicali posse et per alios satisfieri docuit centies eadem s. C. ubi vel a faeminis eas retineri posse sanxit oneribus per deputatum sacerdotem impletis, uti in *Urbevetana 11. Dec. 1784.* et in *Ripana Capell. 16. April. 1791.* Quodsi fundatrix capellano injunxit *di celebrare* concessit etiam inferius *di celebrare, o far celebrare.* Ceteroquin verba haec *di celebrare* non importare, ut quis per se imposito Sacrorum oneri satisfaciat docuit eadem s. C. pluries.

Per calumniam denique objicitur impositum sacrificiorum pensum numquam adimplevisse Falconium, nam adversum testantur septem spectatissimi sacerdotes. Ecquid autem esset istud, etiamsi confingi luberet? Id unum scilicet urgere vidua posset, ut fructus concideret quos male capellanus percepisset, ita *s. C. in Romana Capellaniae 30. Maji 1807.* §. In tertio.

Per calumniam pariter capellaniae erectio contigisse fertur dolo ac fraude Francisci Falconii, quum utrumque numquam praesumendum penitus in casu eliminent vita moresque sacerdotis omnium ore commendatissimi et ipsa publici instrumenti solemnitas ac longa factorum congeries. Concludit ex his egregius Falconii vindex, recte judicasse Firmanum tribunal, quando jussit *che i beni nominati nell' istromento del giorno 26. Decembre 1827. rimangano in potere dell'. attrice sig. Margarita Paglialunga vita sua naturale durante sotto il vincolo della capellania*, a qua sane sententia quum nemo unus appellaverit tenet in rem transisse judicatam.

Haec ex trium litigantium allegationibus excerpta dum praelo committerem adfuit mihi et quartus orator, qui exhibitis procuratoriis literis eorum sodalium de planctu qui pro causa deserenda tulerant suffragium eorum nomine declarabat sodalitium nihil cum causa commune habere nec interesse ejus admodum post declarationem editam a vidua Paglialunga de solo pii operis titulo immutando, salvis permanentibus piacularibus hostiis ex instrumento erectionis celebrandis; adeoque protestabatur sodalitium extra judicii limen poni debere ac omnes expensas esse ab iis dumtaxat confratribus ferendas, qui proprio ingenio ac libidine litem aucuparunt. Porro huic protelandae contestationi allegationem etiam mihi tradidit eorum nomine concinnatam, qui litis expensas adeo verebantur; quam praepedire non potui quominus typis consignaret. Quare et quartam hanc una cum superius memoratis distribuendam perlegere dignentur EE. VV. ac definire

D u b i a:

I. *An et quomodo sit locus commutationi capellaniae in aliud opus pium in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An sit locus variationi nominationis in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative in omnibus.

Ad II: Negative.

Die 29. Apr. 1837.

Melevitana.

Sacerdos Antonius Bezzina ejusque sorores Bernarda ac Sperantia vidua Missud Melitenses ex oppido vulgo »*Nasciar*« suprema voluntate, quam tum testamento sub die 9. Martii 1815 una eademque charta exarato tum tribus posterioribus tabulis codicillaribus identidem conscriptis explicarunt, haeredes in rebus immobilibus etiam quoad proprietatem sese invicem instituerunt; post omnium vero obitum ad universam haereditatem, quam iu quinque partes diviserant, multam consanguineorum turbam vocarunt, dispari tamen personarum numero unicuique parti adsignato. Haereditatem universam gravarunt pluribus legatis tum prophanis tum sacris: ad ista quod attinet praeter nonnulla pecuniaria unica vice praestanda sex vel septem prostant perpetua, pro quibus tot praedia immobilia tradita sunt nuncupatis *cassa dell' Anime de purgatorio, cassa della veneranda lampade, cassa delle quaranta ore, cassa del viatico, sodalità della via crucis* injuncta legatariis obligatione, ut partim in tot Missas lectas aut cum cantu praediorum fructus erogarent partim in usus cujusque pii operis proprios insumerent.

Porro cum sub anno 1829 omnium postrema Sperantia decesserit, haereditati adeundae locus factus est; hinc bona immobilia legati vel praelegati titulo relicta tradita sunt, deque rebus mobilibus confectum legale inventarium, quo constitit harum valorem assurgere ad scutata melitensia 850. Ex iis autem, funeris impensis aliisque vel iis vel prophanis legatis persolutis, tantum reliquum fuit, ut haeredes, qui septem supra triginta tunc numerabantur, scutata quatuor melitensia idest julios romanos 16 pro unoquoque partiti sint.

At quoniam leges, quibus Melitensis insula regitur, vetant, quominus a piis locis praedia possideantur, jubentque infra annum alienari, quae illis forte tributa fuerint, hinc praefati haeredes tam misero haereditario censu donati, postquam a gubernio ut terminus venditionis ad biennium protraheretur, obtinuissent, volvente anno 1830. P. O. M. per procuratores suos Joseph Aquilina, Michaelem Agium et Simonem Bonnici supplices adfuerunt.

Melevitana ecclesia tunc pastore viduata Vicario capitulari preces de more remissae sunt, ut, auditis rectoribus piorum operum, referret de gradu consanguineitatis vel affinitatis oratorum cum testatoribus, utrum bonorum pretium favore piae causae investiri posset in censibus, suamque demum sententiam aperiret.

Injuncto sibi muneri satisfecit ipse ad illius ecclesiae regimen mox evectus datis literis sub die 3. Dec. 1835. quae tamen nonnisi circa superioris anni dimidium mihi redditae sunt. Praestat tenorem exscribere:

»Ex multis atque variis exinde productis scripturis et documentis et ex triplici genealogico stemmate cum suis justificationibus cognovi triginta septem esse eos, quorum nomine oratores Aquilina, Agius et Bonnici

derogationem postularunt; omnesque vel ex latere paterno vel materno testatorum Bezzina consanguineos existere, sed in remoto gradu; siquidem magis propinqui in quinto et sexto de jure civili, qui haeredes pariter fuerunt instituti, ceteri vero in aliis superioribus gradibus usque etiam ad decimum cum praefatis Bezzina conjuncti videntur.

Objecerunt inde rectores piorum operum et publicis documentis probarunt, quod sacerdos Joseph Chetenti, qui inter alios haeredes scriptos a testatoribus Bezzina extiterat, inspecta caeterorum omnium consanguineorum, ejus in proximiori quarto gradu consanguinitate cum praefatis Bezzina atque inspecta eorum praemorientia eidem sacerdoti Chetenti, ipse solus consequutus foret totam eorumdem haereditatem, si ab intestato decessissent. Objecerunt itidem quod praeter gradus a testatoribus Bezzina distantiam notabilem sane potissimum respectu nonnullorum ex oratoribus omnis insuper in casu deficiat paupertatis ratio, praesertim relate ad eos in quinto et sexto gradu cum testatoribus Bezzina conjunctos; siquidem post mortem die 29. Nov. 1831. sequutum praedicti sacerdotis Chetenti ipsi successerint in ejus pinguem haereditatem, in qua praeter quotam ei perventam ex successione testatorum Bezzina plura alia extiterant bona stabilia propria ejusdem sacerdotis Chenti, valoris in totum scutorum hujus monetae septem millium octingentorum, praeter praeelegata nonnullis ab ipso sacerdote relicta.

Probarunt insuper rectores unum consanguineorum derogationem petentium emisse pro pretio scutorum hujus monetae mille sexcentorum fundum ex illis, ut supra, relictis piis operibus, quorum antedicti rectores ad eorumdem fundorum venditionem, necessitate coacti, processerunt. Fuerat enim 1822 a civili potestate sancitum ut bona stabilia cujuscumque generis, ecclesiae piisque locis atque institutis ex pietate fidelium quomodolibet obvenita, post annum acquisitione venderentur, alioquin amissa et ad gubernium translata ipso facto censerentur, quin tamen prohibeat enunciata lex, ne pretium ex venditione retractum in censibus favore piae causae ab ecclesia piisque locis et institutis, quibus bona vendita relicta fuerant, investiretur: eaque propter pretium ex venditione omnium stabilium ex pietate testatorum Bezzina viduae Lampadi aliisque piis operibus obventorum habitum, conficiens in totum summam scutorum hujus monetae octo millium quadringentorum sexaginta unius, licet stabilia praedicta valorem similium scutorum 12000 excedere oratores in eorum supplici libello asserere non dubitarunt, nulla prohibente lege, potest in casu in censibus investiri favore piae causae.

Inspectis itaque objectis atque oppositis a rectoribus praedictis additoque quam maximo praejudicio, quod sacerdotibus ob defectum missarum inferretur in casu oratorum petitionem rejiciendam esse censerem, prout etiam humiliter postulant saepedicti rectores ven. lampadis piorumque operum, nisi aliter judicatum fuerit ab ista s. Congregatione.«

Contra haec per Antistitem piorumque operum rectores animadversa occurrunt oratores, asserentes imprimis, plerosque testatoribus sanguine junctos esse in tertio vel quarto gradu juxta Canonicorum computationem, paucos tantum in quinto vel sexto; omnes vero indiscriminatim haeredes fuisse nuncupatos; adeoque a testatoribus praedilectos; hinc perperam obtrudi, quod unus Sacerdos Joseph Chetenti tamquam gradu proximior ab intestato haereditatem prae ceteris fuisset consequutus. Insuper ex parochorum testimoniis apud acta s. Congregationis depositis omnium paupertatem satis patere contendunt et quamvis nonnulli, 12 scilicet, emolumentum aliquod ex voluntate sacerdotis Chetenti sint adepti, tamen respectu habito ad multam prolem, qua gravantur, ac ad exiguam quotam a Chetentio assequutam adhuc pauperes vere dici possunt; ceteri autem 25 *sono poveri, ignudi, e periscono di pura fame;* qui demum haereditatis fundum ab operibus piis acquisivit, is nec integrum pretium solvit et eidem solvendo hodie impar factus est, ut idoneo testimonio conficitur.

Addunt mendacio redargui non posse, quod bonorum pro piis legatis relictorum pretium ad majorem summam evexerint scut. 12000; hic enim verus eorum valor extitisset; in venditione autem, quae (ut in hisce casibus plerumque contingit) praepropere facta est et coacte minus aequo pretium retractum fuit. Presbyteris denique Melitensibus grave ferme praejudicium obventurum non esse ex Missarum imminutione, quando facto vulgatum est, saepe saepius apostolicam

Sedem adiisse novissimis annis, ut a missis etiam ob earum ingentem numerum non satisfactis absolverentur.

Quapropter ita dilutis, quae ex adverso objiciebantur, certam fovent spem oratores fore, ut eorum preces propitio remittantur responso. Cum enim justa et rationabili intercedente causa ultimas defunctorum voluntates commutari posse doceat Trid. synodus *sess. 22. cap. 6. de reform.* ejusmodi semper visa est gravis haeredum paupertas eorumque cum testatore sanguinis conjunctio ceu multa s. Ordinis exempla demonstrant, praesertim *in una Nullius s. Benigni Commutationis voluntatis 21. Julii 1792.;* ex praesumpta scilicet dilectione, ut ait *Card. de Luca de testam. disc. 70. n. 15.*

Verumtamen an ista aequitatis momenta oratoribus faveant in casu dubitare sinunt nonnulla rerum adjuncta, primo scilicet, quod de primis institutis agitur, quorum conditio testatoribus haud ignota esse debuit qui nihilominus pia eisdem opera praetulerunt; deinde firmam ostendisse visi sunt voluntatem, ut legata ex integro praestarentur, quum clausulam adjecerint *»adimendo ogni gius di Falcidia, e di Trebellianica, il quale non vogliono, che abbia luogo nel presente loro testamento;* iisque in hac parte consonat textus in *Auth. similiter ad l. Falc.*

Sed EE. VV. prudentiae erit definire

D u b i u m:

An et quomodo annuendum sit precibus oratorum in casu?

S. C. resp.:

Negative in omnibus.

Die 13. Mart. et 3. Apr. 1841.

Spoletana.

Canonicus Joannes Cianchelli Spoletanus in ultimo suae voluntatis elogio quod condidit die 3. Aprilis anni superioris post multa quae in eo scripsit legata haeredem instituebat in universa substantia unam capellam presbyteralem perpetuam erigendam in ecclesia PP. societatis Jesu ejusdem civitatis. Bona, quibus capellania constituenda est, detractis expensis, aere alieno ac legatis in sc. 1500 circiter aestimantur, ceu patet ex inventario, quod exhibetur: capellano vero onera testator injunxit, in ea ecclesia et hora arbitrio rectoris collegii praefinienda Sacrum litandi omnibus diebus festis et sabbato cujuslibet hebdomadae pro anima sua suorumque majorum necnon persolvendi annua scutata 15 eidem rectori, ut majori pompa festum b. M. V. sub Titulo della Piaggia celebretur: tandem in primum capellanum Canonicum Petrum Agata sacerdotem nominavit atque advocatum Raphaelem Angelini suae voluntatis constituit executorem.

Postridie conditi testamenti, confecto codicillo, legatum 50 circiter scut. ex armentis relictis resultantium, quod testator scripserat favore proneptis Theresiae Pennelli, transtulit in suam sororem Margaritam Cianchelli aliaque in eo scripsit legata, inter quae victum et habitationem ad annum necnon vestes omnes canonicales eidem Canonico Agata habendas reliqnit.

Elato vix testatore altas movit querelas praefata Theresia Pennelli 14 annos nata, quod nullum sibi ex avunculi haereditate obvenisset emolumentum et continuo Principi sacratissimo preces admovit.

Hisce super precibus auditus Antistes deductiones executoris testamentarii et ipsius nominati Canonici Agata transmittens haec addit: Profecto si testator nominando sacerdotem d'Agata rectorem capellaniae intendisset referre ipsi gratiam ob tam gravia ac diuturna servitia sibi praestita, quo tempore erat vi morborum excruciatus, grati animi signum demonstrasset, sed rem dedisset nimis imparem famulatui et in deteriori conditione illam possuisset quam legatarios attenta tenuitate redituum capellaniae gravibus affectae oneribus; mitto subsidia, quae testator dum viveret plusquam satis praestitit consanguineis . . . Quibus ita se habentibus restat ut EE. VV. Rmae decernant quoad precatricis instantiam, perpenso etiam, quod testator Canonicus Cianchelli pro conscientia disposuit favore ecclesiae de bonis, quae jam antea piae causae addixerat.

Haec postrema Episcopi verba donationem respiciunt, quam prius testator fecerat favore hospitii Spada in urbe Spoletana erecti, reservata sibi pensione vitalitia; cujus donationis rescissionem ac de illis bonis testandi etiam facultatem paucis abhinc annis obtinuit a Principe sacratissimo, adpromittens in exhibitis precibus, se de illis in piae causae favorem praecipue dispositurum, quem-

admodum suo dicto firmat testamentarius exequutor.

Hisce in facto adnotatis ex quibusvis rationum momentis actionem suam communit oratrix. Ponit imprimis ob oculos EE. VV. suam miserandam conditionem, in qua se versari demonstrat, quia »priva di madre, e abbandonata dal suo genitore Francesco, che per vivere è obbligato a prestare altrui il servigio nella dominante, ha trovato un caritatevole, ma precario ricovero presso una Pro-Zia dimorante nella stessa città (nimirum Spoleti); ac proinde, cum veluti orphana sit reputanda ac bonis fere omnibus destituta, eo magis s. Ordinis commiserationem promereri clamat, quo magis ipsi testatori arctissima conjnngitur propinquitate necnon in tenera simnl ac periculosa constitnitur aetate.

Animadvertit praeterea quod sacerdos Agata a testatore nominatus, praeterquam jam satis provisus dici debeat ob canonicatum, quem assecutus est opera defuncti Joannis Cianchelli, non tenui fuerit etiam compensatione donatus, si servitio praestitit testatori. Hujus enim, dum in vivis agebat, Canonicus Agata vivebat impendiis, ab eoqne habitationem et omuia vitae commoda percipiebat; eo vero moriente amplissimis est legatis cumulatus. Imo cum missarum eleemosyna ipsi reservanda sit, jam ex ipsa capellania aliqnod emolumentum consequnturus est. Tandem perpendit, quod cum ex proposita ratione missarum celebratio juxta placitum fundatoris explenda sit, nullum designatae ecclesiae obveniet praejudicium, testatoris animae suffraginm non anferetur ac integra ejus voluntas permanebit.

Jam vero hisce praecipue concnrrentibus adjunctis conclndit, semper sacer hic Ordo benignum se praebuit ad fnndatorum consanguineos sublevandos ab ea, qua laborabant, etiam relativa, panpertate, capellaniae sen beneficii suspensionem concedendo, nt redditus in eorum alimoniam impenderentur, ceu innumera demonstrant exempla. Insuper ipsi Canonico missarum qnas testator injunxit eleemosynae reservantur, ideoque aliquod a capellania perciperet emolnmentum.

At Canonicus Agata cum executore testamentario in eo totus est, ut primum ostendat, exposita ab oratrice quoad snam derelictionem et panpertatem toto coelo a veritate distare. Siqnidem authentico comprobat testimonio Theresiam oratricem jam tum a matera quacum cohabitat fnisse veluti adoptione receptam, cum pater adhuc moraretur in patria, atque proinde minime verificari, eam fnisse a patre relictam et a matertera ex commiseratione seu potius ex necessitate assnmptam, sed vero consanguineitatis affectu, qnem erga illam semper declaravit ac etiam declarat, cum ipsa Theresia snpra suam conditionem habitn et commoditatibus omnibus eniteat ex materterae liberalitate. Insuper exhibito testamento ipsius Margaritae probat, oratricem futuram esse ejus haeredem universalem non adeo tennis patrimonii. Praeterea dotem maternam in scut. 500 ab ipso Canonico Cianchelli constitutam in bonis ipsius Theresiae esse computandam observat. Quare tantum abest, ipse subsumit, tantopere elatam oratricis paupertatem verificari, nt contra tam de praesenti quam de futuro commode vivere possit ac inter divites merito sit connumeranda.

Hisce positis, in propatnlo esse prosequitur oratricis instantiam omni penitus fundamento destitui et consequenter ipsius concessionis rationem desiderari. Seclusa enim paupertate nullum profecto suspensionis seu concessionis beneficialium fructuum, exemplum reperitur in universo resolutionum thesauro. Immo etiamsi paupertatem effingere velimus, deficeret in themate praesumptio illa, qua innixa s. Congregatio hujnsmodi concessiones impertiri snevit, quod nempe testator in ecclesiam bona sua non transtulisset, si novisset futurnm, nt sibi sangnine conjuncti in miseram conditionem prolaberentur. Siquidem Cianchellium latere nequivisset suae pronepotis paupertas, si haec adfuisset: ac ideo cum universam rem suam in piam causam ipse erogaverit, certe oritur contraria praesumptio, nolnisse, nt ad illam e sna haereditate aliqnod emolumentum deveniret. Omnem autem submovet dubitationem testimonium testamentarii exequtoris. Perhibet enim, qnod nell' apprensione, che per parte della sorella si movessero ostacoli dopo la sua morte alla pia disposizione . . . non cessava mai (testator) dal raccommandarmi caldamente, che per l'amicizia, che gli professavo avessi procnrato ad ogni costo la esecuzione della pia istituzione: agginngeva, che della sua disposizione non poteva mover querela la Sorella Margherita, perchè avea avnto da esso più assai di quanto gli competeva, e perchè era più assai ricca di se stesso; non la pronepote Teresa Penelli, perchè egli si era dispendiato nell' educare, e collocare in matrimonio la di lei Madre Annunziata, e perchè in oggi non abbisognava di nulla affatto tenuta essendo in luogo di figlia dalla suddetta Margherita.

Adnotat deinde plnrima, quae in oratricis familiam Joannes contulit beneficia. Praeter dotem nimirum, quam tum oratricis matri tum propriae sorori Margaritae in totum pene de suo constituit (bona enim ac res paternae haereditatis nimis exiguae et impares tantis sumptibns ex primaevo ejus statu fuisse dignoscuntnr), totam oratricis familiam fere semper testatoris expensis vixisse comprobat. Observat etiam oratrici nullum jus fuisse ab intestato succedendi ipsi testatori; nepos enim ex fratre, qui impraesentiarum Lugduni commoratur, unus ipse integrum haereditatis intestatae compendium accepisset.

Nec mirum, instat, si testator Joannes piam causam scripsit haeredem. Siquidem pientissimus vir probe noverat se totum, quo fruebatur, censum ex redditibus ecclesiasticis confecisse ac proinde (ut jam adnotatum est) jampridem conscientia ductus pro instituto Spada bona universa donaverat, et quia in donationis rescissione, quam obtinnit, se de bonis donatis piae causae favore disponere adpromiserat, idcirco susceptam hanc obligationem exsolvere in capellaniae fundatione arbitratus est, ut propriae conscientiae consuleret.

Praeterea gradum facit ad convellendam oratricis exceptionem, quo contendit, eum satis abunde provisum atque a testatore de praestitis officiis fuisse compensatnm. Inprimis fidem exhibet Prioris et parochi Collegiatae, in qua canonicatum possidet; ea comprobatur, eum tenuissimo potiri canonicatu, cujus annuus redditns, habito calculo decennali, ad scut. 30 vix assurgit; nec aliis se redditibus perfrui asserit sive ab ecclesia sive ex proprio censu obvenientibus, quin ullo modo contrarium demonstretur: ex quo conficere satagit, se quidem, minime antem oratricem in statu verae panpertatis versari.

De multis autem iisque gravissimis officiis a se testatori praestitis luculentissimum profert documentum, quo plures fide digni ex propria scientia deponunt, ipsum 12 circiter annis, ac praesertim in postrema vitae periodo, cum gravissima testator teneretur infirmitate, eidem adstitisse illustriora charitatis erga eum opera exercentem necnon ejus operae asserunt et curis magnum testatoris bonorum incrementum deberi, quorum administrationem maxima integritate et studio obivit. Ex quibus infert se a Testatore fuisse ad capellaniam nominatnm, nt beneficia praestita illi remnnerari videretur, quae, cum adeo gravia sint, nt nulla fortasse remuneratione satis possent compensari certe tenuissima compensatione rependerentur, si de altero legato sui favore relicto dumtaxat contentus esse deberet. Necnon et alternm inde sequi instat, qnod in maximnm juris a se titnlo oneroso quaesiti praejudicium vergeret concessio ab oratrice petita; qnod profecto Pontifex solet quam maxime in similibus concessionibus declinare. Post haec advertit bona capellaniae assignata in nnica testatoris domo consistere; quod efficit, ut annuus redditus tenuis aestimetur ex vili pensione, qua solent in provincia domus locari. Et dato etiam, quod praefata domus juxta placitum fundatoris vendatur, et valor utiliori investimento tradi queat; expunctis tamen oneribus injunctis, 140 videlicet missarnm et quindecim scutatorum quae quotannis pro festo Deiparae persolvi debet, habitaque ratione incommodi Sacrum celebrandi ad arbitrium Rectoris Collegii, quod profecto est pretio aestimabile, admodum tenuis superest summa capellani favore: ex quo sequitur exiguum profecto dicendum esse beneficium, quod in oratoris commodnm converti posset.

Tandem concludit, si Oratricis audiantur preces, jam nulla amplius testamenta favore causae piae valitura, cum semper parentes adesse possint, neque vere frequenter adsint, qni simulatae paupertatis praetextu similia petunt; indeque fiet, ut piorum fundatorum voluntates facile subvertantur, quae ss. canonum sanctiones et constans hujus s. Congregationis praxis jubent, ut sartae et tectae in aevum permaneant.

Quibus utrinque expensis sequitur

D u b i u m:

An et quomodo annuendum sit precibus Oratricis in casu?

S. C. resp.:

Negative et Archiepiscopus curet omnino exequntionem piae volnntatis testatoris.

Die 14. Febr. 1846.

Pius testator N. siue filiis decedeus iutegrum haereditarium assem suae uxori reliquit, ita ut uxor esset usufructuaria omnium bonorum quoad viveret, ea autem demortua ex integro asse haereditario capellauia ecclesiastica erigeretur in archipresbyterali ecclesia oppidi A. Capellauum a curia episcopali uominari statuit ac praeferri iu hujusmodi nominationibus voluit sacerdotes e suis familiis. Praecepit insuper ut capellauus iu sacris perageudis fuuctiouibus adjutricem operam aliis sacerdotibus iu dicta archipresbyterali ecclesia praeberet et quater in hebdomada missam celebraret etc.

Vix hujusmodi dispositiouis notitia ad testatoris fratrem, sororem et duos ex praedefuuctis fratribus nepotes pervenit, illico hi omues, utpote gravissima inopia laborautes, ad supremum Pontificem confugerunt, ut vel aliquam haereditatis partem consequereutur, quibus precibus uxor testatoris suffragabatur. Mortua uxore preces S. C. Coucilii propositae sunt; auditusque est Episcopus, qui preces oratorum commendabat, ac insuper suggerebat ut capellauia ex reliqua haereditate erigenda uuiretur quodammodo praebeudae archipresbyteri parochi quae teuuissima erat, ita ut ea paroecia ob hauc redditum tenuitatem abhinc duobus fere anuis vacaret; addebat insuper iuter caetera, familias omues jure passivo vocatas libenter reuuuciare juribus passivae vocatiouis.

Animadvertebatur *ex officio* duo in praesenti supplicatioue postulari, videlicet primum ut assignaretur aliquod subsidium oratoribus, qui arcto cousanguinitatis viuculo cum testatore jungebantur: alterum ut sublato jure passivae vocatiouis favore familiae testatoris capellauia coucederetur parocho archipresbytero.

Duo militabant favore oratorum quibus videbantur gratia digni, nempe arcta consanguinitas cum testatore et vera paupertas. Porro observabatur ob biuas has conditiones coucurreutes pro ejusmodi gratia s. Cougregatiouem aunuere solere, aequitate canonica suadeute. Lambertiu. *de jurepatr. l. 3. q. 2. art. 3. n. 8.*, Reiff. *l. 3. decretor. t. 38. n. 15.*

Verum observabatur oratoribus obstare receutem testatoris voluntatem, quem certe consanguineorum paupertas uon latebat: quare evanescebat praesumptio cui inniti solet aequitas canouica, videlicet quod alia ratioue testator de suis bonis disposuisset ut cousauguineis consuleret, si ipsorum paupertatem uon ignorasset.

Compertum in jure est postremas decedeutium voluntates in omuibus ita esse servandas, ut uec iu melius immutari debeant. Verum concurrentibus justis causis iuterdum romani Pontificis potestate aliqua commutatio voluntatis fuudatorum conceditur; praesertim cum si pro essentiali parte ejusmodi voluntas executioni maudatur, quiu ii quorum interest reuuant et faciliora iusuper vel aptiora media inde compareutur in bonum publicum seu animarum salutem. S. C. C. iu *Firmana Mansionariatus* 15. Decembris 1770 §. *Ait*, iu *Interamnen. Commutationis voluntatis* die 8. et 29. Maji 1756. Hujusmodi vero indulgentiam potiori ratioue casus propositus postulare videbatur, cum expetita voluntatis derogatio in idem opus, quod testator fieri jusserat, potissimum cederet, etc.

Sacra Congregatio Concilii die 27. Junii 1863 rescribere censuit: *Negative et amplius.*

Ex iis colliges:

I. Fuudatorum piorum voluntatem tamquam supremam legem esse servandam.

II. Iuterveuientibus canonicis gravibusque causis interdum a Romauo Pontifice legislatore supremo eidem voluntati derogari.

III. Iu praesenti autem casu ejusmodi causas non adfuisse.

IV. Neque eorum consensum, quorum id iutererat, causam aliquatenus derogandi dictae voluntati exhibere, quaudo praejudicium eorumdem successoribus inferretur.

Pius testator 1736 instituta haerede uxore sua ex nouullis quae desiguavit bonis mandavit constitui post obitum dictae uxoris *beneficium simplex mere laicale* iu Cathedrali onere imposito capellauo, ab haeredibus uomiuando, celebraudi unam missam siugulis hebdomadis solveudique quotanuis scutata 2 cum dimidio sacristiae dictae Cathedralis.

Mortua uxore ejus haeres de eo simplici beneficio laicali erigeudo nullimode fuit sollicitus: deiude mediati haeredes, divisis iuter se portionibus haereditariis, non solum beneficium non erexeruut, sed ne de erectione quidem cogitare visi suut, ea ducti ratioue, quod ouus injunctum a primo testatore, uti

ferebatur, ope beneplaciti apostolici, salvo onerum adimplemento, redactum esset: quin imo bona haereditaria inter se divisa pro libito alienaruut.

Praeseutes haeredes, qui de eadem familia suut, quoniam de asserto beneplacito apostolico nihil certi invenire potuerunt, quia fortasse uti iuquiebant inceudio caucellariae episcopalis et illius urbis iu gallica invasioue 1798 fuerat absumptum, supplicem SSmo porrexerunt libellum, petentes couversiouem laicalis capellauiae iu simplex legatum perpetuum, quo teuereutur dumtaxat ad impleuda onera a testatore imposita. Hac de causa fundum quemdam suum hipothecae subjicere proposueruut pro securitate legati: iusuper fassi sunt, se prorsus ignorare, utrum tempore praeterito omues missae celebratae essent necue; ideoque a SSmo postularunt super hujusmodi omissionibus absolutionem.

Audito Ordiuario et capitulo omnes precibus suffragati suut ac insuper aduotavit Ordinarius, fuudos relictos a primo testatore pro beneficio simplici laicali erigeudo aestimatos fuisse scutat. 787; uunc vero oratores ut cousulant propriae conscieutiae fundum exhibere valoris scut. 100 pro auuuis missis 33, pro aliis vero 20 missis soluturos esse cougruam summam, quae det anuuorum redditiuum complemeutum. Assertum beneplacitum apostolicum frustra fuisse perquisitum. Quoad omissioues praeteritas se scire, aliquando quosdam ex haeredibus pro sua couscientia huic legato magna ex parte satisfecisse, mouebat tamen, eosdem haeredes ex adversa fortuna fuisse etiam paupertate pressos; modo vero, ex haereditate aliuude quaesita, singulos acquisivisse scutata 1000.

Auimadvertebatur ex officio scilicet, in praesenti themate uon agi de proprie dicto beneficio sed de ouere dumtaxat ad piam causam; sollicitum nimirum fuisse testatorem de salutari missarum suffragio sibi procuraudo; ideo desiguasse quaedam boua; proiudeque eadem boua non esse subjecta legibus illis ecclesiasticis, quibus subjiciuntur beneficia.

Cum autem haec bona a longissimo temporis spatio fuisseut inter haeredes divisa et quaedam alienata, difficile esse et fortasse impossibile ut redintegrarentur, quae cougruum esse videri oratorum precibus satis fieri, ne, adveniente nova paupertate, impares omnino haeredes evaderent ad legatum quavis ratioue impleudum. Observabatur tameu fundum propositum scutat. 100 non videri sufficieutem ad securitatem missarum 33 celebrandarum singulis auuis.

Quoad absolutionem super omissionibus praeteritis adnotabatur, nou omnes haeredes officium ueglexisse, eos vero qui dictum officium uon impleveraut, id uon ex fraude et dolo, sed potius ex egestate qua premebantur, aut bona fide ueglexisse.

His aliisque animadversis propositae sunt preces s. Cougregatioui C. die 30. Martii 1867 et rescriptum prodiit:

Celebratis missis 30 ac tradito fundo valoris saltem scutatorum biscentum quinquaginta pro integro implemento onerum juxta legem fundationis pro gratia absolutionis, condonationis ac commutationis voluntatis, facto verbo cum SSmo.

Ex quibus colligi potest:

I. Si testator missarum legatum relinquens fuudos pro capellauo designavit, non esse in potestate haeredum fructus ex iisdem fundis percipere, quamvis oueri missarum seu legati faciaut satis.

II. Multo minus in eorum potestate esse, eosdem fuudos alienare, qui si alienati fuerint, viudice Episcopo, eos recuperari ac in tuto poni debere: suut euim boua ad divinum cultum relicta.

III. Quodsi impossibilis aut difficilis evaserit fundorum recuperatio, uon ideo cessare in haeredibus obligationem alios saltem subrogandi fundos alienatis aequivalentes.

IV. Dari tamen posse adjuncta, iu quibus haeredes aliquam indulgentiam a s. Sede mereantur, ut iu praesenti casu.

f) Episcopi facultas.

Vd. supra a. p. 34.

Faueu.

Facultatem nou habet Episcopus commutandi ordinaria auctoritate ultimam voluntatem, *Fagnan. in cap. Nos quidem num. 36. de testam. lib. 3.*, *Monct. de commut. volunt. cap. 5. num. 144.*, sed summus adiri debet Pontifex, *Amost. de caus. piis lib. 1. cap. 14. sub num. 12.*, *Carpan. de execut. testam. lib. 3. cap. 4. num. 5. et 15.*

Die 7. Maji 1791.

Anagnina.

Commutatio voluntatis defunctorum ad summum Pontificem pertinet, *ad text. in Clement. Quia contingit, ibique gloss. de religios. dom., Leg. Legatum* §. *4. de adm. rer. ad civit. pert.*, et id ipsum praescriptum fuit in constitutionibus apostolicis, nimirum *Urbani VIII.* incipien.: *Cum saepe*, et illius confirmatoria *Innocentii XII. diei 20. Decembris 1697.*

Die 18. Mart. 1780.

Pia Comitissa religione qua ferebatur erga s. Aegidium Abbatem eumdemque civitatis Patronum donavit duas vaccas earumdemque vitulos ad festivam solemnitatem augendam ejusdem Patroni ac simul praescripsit, ut hae vaccae earumdemque vituli per 12 annos conservarentur ad augendam et efformandam quamdam dotem, quae perpetuum fructum dare posset impendendum arbitrio deputatorum, quos Municipes quotannis eligere solebant pro festo s. Aegidii celebrando: iidemque deputati substantiam ipsam administrarent rationem reddentes singulis annis novis succedentibus deputatis. Quinimo alios 4 voluit ac statuit depntatos, quorum duo ab Episcopo, duo vero a magistratu eligerentur, qui officium haberent peractam administrationem quotannis cognoscendi examinandique, aliis etiam cautelis adjectis.

Elapsis 12 annis congressu habito deputatorum festivitatis coram Vicario generali hic animadvertit opus esse aliqua ex parte immutare dispositionem piae Comitissae: atque in eo congressu facta est singularis electio quatuor virorum, qui substantiam piae donationis administrarent.

Insequenti die haec quatuor virorum congregatio statuit supplicandum esse SSmo ut derogare dignaretur voluntati piae donatricis, ita ut administrationem armenti singulis sexenniis ipsi haberent et fructus erogarentur non quidem pro festivitate s. Aegidii, sed in complementum festivi ornatus ecclesiae cathedralis addentes festivitatem s. Aegidii commode quotannis celebrari solere eleemosynis fidelium.

At vero hanc voluntatem noscentes Deputati festivitatis eidem sunt omnino adversati. Quomodo autem finiverit ejusmodi quaestio non clare apparet; certum tamen est, hanc quatuor virorum congregationem perseverasse ab anno 1817 usque ad 1854, quo tempore querimonias moverunt Municipes contra Episcopum, quod dispositio piae testatricis non observaretur: at res id temporis composita fuit.

Anno 1866 Municipes iterum quaestione mota admotisque s. Sedi precibus postularunt, ut redditus erogarentur arbitrio deputatorum festivitatis prout pia donatrix disposuerat.

Itaque auditis partibus nonnulla jura deducta sunt a curia episcopali, quae recipiebant modum administrandi armentum, qui modus licet diversus ab illo, quem pia donatrix constituerat, nihilominus contendebat curia esse servandum vi praescriptionis: alia respiciebant modum erogandi redditus, quos nolebat curia impendi in profana spectacula: ajebat enim curia redditus impendi in praemia diribenda currentibus in stadio vel armis ludentibus, in sumptus pro igne artificioso et in caetera ejusmodi solatia, quae cum religioso sensu donatricis erga s. Aegidium non cohaerere existimabat.

At vero contra haec Municipium, statuto firmissimo principio, fundatorum voluntatem apprime esse servandam et ne in melius quidem ab Ordinariis locorum posse converti, concludebat, servandam apprime esse piae donatricis dispositionem tum quoad modum administrandi armentum tum quoad modum erogandi redditus, quem donatrix remiserat arbitrio deputatorum festivitatis. Negabat autem idem Municipium in praesenti casu, quoad dictum modum administrandi locum habuisse praescriptionem, tum quia jugis et uniformis observantia ex precariis rationibus inducta non potuisset destruere apertam dispositionem donatricis.

His aliisque adductis propositum fuit

d u b i u m:

An et quomodo annuendum sit oratorum precibus in casu?

S. C. Concilii die 2. Maji 1868 respondere censuit:

Servandam omnino esse donatricis dispositionem.

Ex quibus colliges:

I. Fundatorum voluntatem esse omnino servandam.

II. Nec esse quidem in Ordinariorum potestate eamdem voluntatem in melius commutandi.

III. Neque reprehendendum (imo usu docente commendandum esse) enm modum celebrandi publicas festivitates, qui rebus sacris uti decet peractis in edendis juxta locorum indolem ludis spectaculisque consistat, quibus christianus populus sine culpa congaudere possit.

C o m p e n s a t i o.

(Missarum celebratarum ultra debitum.)

Romana.

(Conc. Tr. C. 4. sess. 25. de ref.)

Victoria Blancona 1712 PP. Augustinianis excalceatis cessit per contractum censum et cambium in totum ascendentia ad scuta 1650 cum obligatione conventus et PP. *»de fructibus tamen exigendis et percipiendis a sortibus census et cambii celebrandi tot missas ad rationem juliorum duorum pro qualibet.«* Cum autem non potuerint ob inopiam debitorum exigere nisi capitale 1006. 75. quorum rata circa 706. et ob. 60. iidem PP. erogaverant et distraxerant in usus necessarios conventus, ideo 23. Junii 1708 ab hac s. Congregatione obtinuerunt, *ut facta obligatione deponendi quolibet anno ratam partem pensionum domus* (ab oratoribus possessae et frustra loco investimenti oblatae) *eminent. protectori benevisam*, donec conflata fuerit summa circa 706. 60. reinvestienda pro fundo dictarum missarum, absolverentur ab eminentissimo protectore, qui taxata summa annua deponenda in circa 30 illos absolvit. Pro executione hujus rescripti jam empta sunt loca duo montium, sed alia circa 96 depositata ad eundem effectum fuerunt erogata in extinctionem census passivi ejusdem conventus cum licentia s. Congregationis Episc. et regul., sed modernus prior dubitans non esse impletum rescriptum hujus s. Congregationis supplicat admitti et subrogari pro dicto investimento censum in sorte scutorum 200 impositum favore ejus conventus a PP. s. Mariae in Campitellis. Praeterea quia ratione hujus oneris et obligationis iidem PP. oratores de mandato s. Congregationis visitationis 1708 posuerunt in tabella annuas missas 247, proinde ac si fruerentur integra sorte census et cambii per Blanconam assignatorum easque celebraruut, ideo supplicant, ut quoad tempus futurum demandetur reductio missarum ad numerum 151. Quoad tempus praeteritum petunt reintegrationem conventus, supersedendo in celebratione missarum donec illae excessive celebratae usque ad numerum 647 fuerint compensatae. Proposita instantia per summarium die 3. Oct. delegatum fuit negotium eminentissimo Buffo pro voto; Eminentissimus relator narrat in voto EE. VV. exhibendo, oratores exegisse alia scuta 101. 50. pariter in proprios usus erogata, ita ut tota summa exacta sit scutorum 1108. et erogata in proprios usus scutorum 808. 50. Hinc ducto calculo fructuum et missarum celebratarum demonstrat, oratores ultra propriam obligationem celebrasse missas 342 et in futurum teneri ad annuas missas 165, ideoque censet celebratis missis centum suspendi posse celebrationem aliarum 65, donec compensetur numerus excessive celebratarum. Admittit etiam subrogationem dicti census pro dicto investimento faciendo, non retardato tamen deposito scutorum 30 quolibet anno, donec investimeutum integre absolvatur. Quare EE. VV. decernent:

I. An et ad quem numerum sint reducendae missae pro Victoria Blancona ab oratoribus celebrandae?

Et quatenus affirmative,

II. An et quomodo sit locus suspensioni celebrationis missarum, donec compensetur numerus missarum excessive celebratarum?

III. An census scutorum 200 impositus a PP. s. Mariae in Campitellis favore conventus oratorum sit subrogandus pro intranti quantitate investimento faciendo usque ad summam scutorum 808. 50.?

S. C. C. resp.

Ad I: Affirmative ad annuas missas 165, augendas vel minuendas inposterum juxta augemeutum vel diminutionem fructuum.

Ad II: Affirmative juxta E. Relatoris.

Ad III: Negative.

Die 31. Julii 1717.

Ferrarien.

Aequum est, ut qui celebrationem ultra debitum per errorem expleverunt, a pari leventur onere, donec onus cum indebito componatur, ut praeter resolutionem ab Emo Archiepiscopo citatam censuit etiam s. Congregatio in *Romana Missarum 31. Junii 1717.*

Si non obstante ignorantia prosequuti ultra debitum fuerunt celebrationem, voluntaria videri posset ipsorum negligentia vel liberalis erga animam testatoris largitio, pro qua non competit compensatio, ut in *Placentina 16. Januarii 1779* et in *Romana 24. Martii 1787.*

Die 10. Maji 1794.

Romana.

Notissima est regula, ut ex inculpata reddituum deficientia reducantur onera, ut tradit *Monacell. form. legal. 19. tit. 20. parte prima num. 25.* Maxime vero quoties vel fundus pro legato missarum sit taxative assignatus ita, ut haeres supplere non debeat, vel si demonstrative, haeredis inopia actionem excludat, ut s. Congregatio derevit in *Isernien. 24. Novemb. 1725*, in *s. Severini 13. Junii 1725.*, in *Tranen. 22. Novembris 1738* et in *Casalen. Reductionis missarum 7. Julii 1787.*

Die 23. Jan. 1802.

Tyburtina.

Eques Marcus Valenti in oppido Montiscaeli Tyburtinae dioecesis ruralem ecclesiam sub invocatione s. Michaelis Archangeli fundavit ibique capellaniam laicalem ad nutum, cum onere missarum 3 in qualibet hebdomada et anniversario, constituit.

Bona quae in territorio enunciati oppidi possidebat irrevocabili inter vivos donatione ad capellani sustentationem aliasque ipsius ecclesiae impensas pro majori Dei cultu attribuit; sibi tamen suisque haeredibus, quos administrationem et usumfructum gaudere voluit, annua scutata 30 ad missarum et anniversarii stipendium. Perlustratis plurium ss. Visitationum libris non constat fundatorem unquam fuisse sollicitum de canonica hujusce capellaniae erectione. Imo paulo post majori ductus pietate sua beneficia ad spiritualem incolarum utilitatem convertere cupiens consilio et pecunia egit ut religiosi ord. Min. s. Francisci ibi coenobium extruerent. Voti compos effectus et religiosa familia stabili mansione inducta ac necessaria mansione et horto donata eidem capellaniae implementum commisit ac prope moriturus sub die 2. Novembris 1703 per acta Notarii Trasciani declaravit, se reducere et moderari tres capellaniae hebdomadales missas ad duas tantum in qualibet hebdomada cum anniversario, volens unam ex duabus his missis in qualibet hebdomada celebrandis applicari in suffragium defunctorum in oppido Montis Caelii vel ejus territorio.

Haec declaratio cum penitus usque adhuc religiosos lateret, adnotata in tabellis fideliter sectantes tres in qualibet hebdomada missas ipsi obtulerunt atque ita ultra obligationem missas 5720 celebrarunt pro quibus annua scuta non quidem 30, sed 20 tantum ab haeredibus Valenti perceperunt. Errore detecto postularunt ab hac s. Congregatione declarari non esse inposterum adstrictos nisi ad celebrationem duarum missarum in qualibet hebdomada juxta ultimam testatoris dispositionem necnon reductionem dictarum duarum missarum tum ex compensatione tot Sacrificiorum ultra obligationem oblatorum, tum ut possint extremae, qua laborant, inopiae aliquod levamen suppeditare.

Episcopus, ex cujus informatione, quae superius retuli, excerpsi, favet eorum instantiae. Post enim accurate relatam factorum seriem ita concludit: *Partes interesse habentes non obstant acquitati, igitur consonum videtur precibus oratorum indulgere:* additque *Eleemosyna communiter hic in legatis perpetuis ad obulos 20 pro qualibet missa taxatur. Advertendum hoc loco religiosos oratores non percipere elecmosynam annuam scutorum 30 a fundatore Valenti relictam, sed scutorum 20. Quo jure aut a quo tempore imminutio ista acciderit ignoratur.*

Duplex affertur causa ad obtinendam missarum reductionem, nimirum missarum celebratio ultra obligationem in numero 5720 necnon eorumdem paupertas.

Quum praefatus missarum numerus ex mero errore et inconsulto celebratus fuerit, petitae compensationi locum esse videtur. Idque consonum est resolutionibus s. Congregationis et praesertim in una *Romana 6. Maji 1796.*, aequum namque est, ut qui celebrationem ultra debitum per errorem expleverunt a pari leventur onere, donec onus cum indebito componatur sicuti censuit s. Congregatio *in Romana Missarum 31. Junii 1707.*

Notandum contra, quod haec ignorantia ultimae fundatoris voluntatis in sola oratorum assertione consistit, quod si illam noverunt et nihilominus prosequuti ultra debitum fuerunt celebrationem, voluntaria illa videri possit et liberalis erga animam testatoris largitio, pro qua non competit compensatio ut in *Placentina 16. Januarii 1779.* et in *Romana 24. Martii 1787.*

Quoad vero religiosae familiae levamen id haud novum est concedi per reductionem Missarum, *ut in Veliterna 18. Sept. 1790. ad I. dubium.* Potissimum, quia facile provideri nequit aliunde. Rei enim familiaris parsimonia satis forsan non est ad totius religiosae familiae sustentationem. Reformatio vero dictae familiae minueret forsan divinum cultum et quod potissimum est in incolarum damnum, quorum beneficio summopere prospexit fundator, redundaret. At vero atteuta deficientia reddituum sive eleemosynarum reformatio religiosae familiae magis conseutanea videretur s. Tridentino Concilio, in quo ita statuitur *in sess. 25. cap. 3. de Regular.: In Monasteriis et domibus tam virorum quam mulierum, bona immobilia possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac inposterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum vel ex consuetis elecmosynis commode possit sustentari.*

Post haec dirimenda vobis EE. PP. proponuntur dubia:

I. *An duae vel potius tres missae in qualibet hebdomada celebrandae ab oratoribus in casu?*

II. *An et quomodo sit concedenda reductio in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Attentis peculiaribus circumstantiis et in casu de quo agitur esse celebrandas duas missas tantum.

Ad II: Negative quoad reductionem suspensa tamen celebratione unius missae hebdomadalis donec religiosa familia compensetur de missis ultra obligationem celebratis; et describatur in tabella.

Die 6. Maji 1820.

Complices.

Vd. *Sollicitatio.*

1) Absolutio.

Vd. *Complices* (interrogationes, p. 96. poenae, Constit. Bened. XIV.: *Sacramentum poenitent.*); t. III. p. 902. X.

I. A Regularibus impertienda.

Ad dub.: An confessarius *regularis* extra mortis periculum absolvere possit saecularem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi?

(Est casus reserv. in Dioec. Colon.)

S. C. C. resp.: Negative.

Die 16. Nov. 1720.

Ad dub.: An confessarius regularis monialium exemptarum absolvere possit monialem complicem crimiuis carnalis externi mortaliter peccaminosi secum commissi? (Est casus reservatus in Dioec. Colou.)

S. C. C. resp.: Affirmative, quatenus uon sit violata clausura.

Die 16. Nov. 1720 ad 4.

II. Ab Episcopo.

Vd. t. III. p. 844. g.

III. De Absolutione deneganda.

Vd. *Complices* (Absolutio, interrogat. —: *epist. gratulat.*)

2) Casus qui comprehenduntur?

Aurelianen.

Ad dub.: An prohibitio absolvendi complicem in materia turpi restringi debeat ad tactum an vero comprehendat omnia peccata gravia contra castitatem exterius commissa etiam illa quae in meris aspectibus consisterent?

S. C. Uuivers. Inquisitionis resp.:

Compreheudi nedum tactus, verum omnia peccata gravia et exterius commissa contra castitatem, etiam illa quae consistunt in meris colloquiis et aspectibus, qui complicitatem important.

Die 28. Maji 1873.

3) Denunciationis modus.

Vd. infra: *Complices* (interrogationes, poenae: *instructio Inquisitionis ad constit.*: »Sacramentum poenitentiae.)

4) Excommunicatio nomen complicis inquirentis.

Vd. t. III. p. 908. I.; infra n. 7.

5) Excommunicatio nomen complicis non denunciantis.

Excommunicationem latae sententiae reservatam incurrunt negligentes sive culpabiliter omittentes denunciare infra mensem Confessarios sive Sacerdotes a quibus sollicitati fuerint ad turpia in quibuslibet casibus expressis a Praedecess. Nostris Gregorio XV. constit. *Universi* 20. Augusti 1622 et Benedicto XIV. constit. *Sacramentum poenitentiae* 1. Junii 1741.

(Constit. Pii IX. 4. Idus Octob. 1869.)

6) Excommunicatio complicem absolventis.

Vd. t. III. p. 902. X.

7) Facultas Inquisitorum haereticae pravitatis contra Sacerdotes in actu confessionis mulieres sollicitantes.

Vd. n. 8.

Pius PP. IV.

Cum sicut non sine animi nostri molestia accepimus, diversos sacerdotes in regnis Hispaniarum atque etiam in eorum civitatibus et dioecesibus curam animarum habentes sive eam pro aliis exercentes aut alias audiendis confessionibus poenitentium deputati in tantam proruperint iniquitatem, ut Sacramento Poeuiteutiae iu actu audiendi confessiones abutantur nec illi et qui id instituit Domino Deo et Salvatori nostro Jesu Christo iujuriam facere vereantur, mulieres videlicet poenitentes ad actus inhouestos, dum earum audiunt confessiones, alliciendo et provocando seu allicere et provocare tentando et procurando, ac loco earum per Sacramentum hujusmodi Creatori uostro reconciliationis graviori peccatorum mole eas oueraudo et iu manibus diaboli tradendo iu divinae Majestatis offensam et animarum perniciem et christifidelium scandalum non modicum,

§. 1. Nos in animum inducere nequeantes, quod qui de fide catholica recte sentiunt Sacramentis in ecclesia Dei institutis abutantur aut illis injuriam faciant, fraternitati tuae, de cujus eximia pietate, virtute atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus et mandamus, quatenus per te vel per alium seu alios a te deputandum seu deputandos contra omues et singulos sacerdotes dictorum regnorum ac illarum civitatum et dioecesum de praemissis quomodolibet diffamatos, tam saeculares quam quorumvis etiam exemptorum ac Sedi apostolicae immediate subjectorum Ordinum regulares, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordiuis, conditionis et praeeminentiae existant, tam super praemissis quam super fide catholica et quid de ea sentiant, diligenter inquiras et juxta facultatem tibi contra haereticos aut de haeresi quovis modo suspectos a Sede apostolica concessarum facultatum continentiam et tenorem procedas ac culpabiles repertos juxta excessuum suorum qualitatem, prout juris fuerit, punias eos etiamsi et prout de jure fuerit faciendum *debita praecedente degradatione saecularis judicis arbitrio puniendos tradendo.*

§. 2. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc.

Dat. Romae apud s. Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1561.

(Bull. r. t. II. p. 48. Ed. Luxenbg. 1727.)

8) Interrogationes, Exquisitiones nominum.

Benedictus PP. XIV.

VV. FFr. Episcopis Portug. et Algarbiorum.

Suprema omuium ecclesiarum sollicitudo et divina Jesu Christi omnium pastorum

principis, cujus vices plane immerentes gerimus, caritas assidue urget nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati nostrae universi dominici gregis cura semper advigilantes, periculis animarum, sicubi forte superimpenderint, per omnes christiani orbis populos ac nationes, opportune, quantum cum Domino possumus, occurramus atque iis praecipue regnis et locis peculiari quodam apostolicae uostrae caritatis studio auctoritatisque providentia consulamus, in quibus, cum fides, religio, pietas quammaxime floreaut, callidus humani generis hostis uocere fidelibus, dum aperto bello desperat, per insidias molitur, in angelum scilicet sese lucis transfigurans et ementita boni specie incautis illudens, qua ex arte non minora saepe animarum detrimenta, quam ex aggressione manifesta, esse proventura nequissimus veterator confidit.

§. 1. In harum autem fraudum numero computamus, quod in florentissimis Portugalliae et Algarbiorum regnis et ditionibus, quibus vos Antistites summa cum sacerdotalis virtutis vestrae commendatione praesidetis et quibus pro singulari erga catholicam ecclesiam atque apostolicam hanc sanctam Sedem observantia, meritae debeutur laudes, nuper evenisse uon sine ingenti animi nostri dolore cognovimus. Pervenit enim haud ita pridem ad aures nostras, *nonnullos istarum partium confessarios falsa zeli imagine seduci se passos, sed a zelo secundum scientiam longe aberrantes perversam quamdam et perniciosam praxim in audiendis christifidelium confessionibus et in saluberrimo poenitentiae sacramento administrando invehere atque introducere caepisse, ut videlicet, si forte in poenitentes incidissent socium criminis habentes, ab iisdem poenitentibus socii hujusmodi seu complicis nomen passim exquirerent: atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conarentur, sed, quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis sacramentalis negatione prorsus adigerent atque compellerent, imo etiam complicis ejusdem nedum nomen, sed habitationis insuper locum sibi exigerent designari,* quam illi quidem intolerandam imprudentiam, tum procurandae complicis correctionis aliorumque bonorum colligendorum specioso praetextu colorare tum emendicatis quibusdam doctorum opinionibus defendere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel falsas et erroneas sequendo vel veras et sanas male applicando perniciem tam suis quam poenitentium animabus consciscerent ac sese praeterea plurium gravium damuorum, quae inde facile consecutura fore videre debuerant, reos coram Deo aeterno judice constituerent.

§. 2. Et vero jam secuta fuisse multa ejusmodi damna iufelici experientia compertum est; nec fieri potuit quin ea de causa et oblocutiones et scandala et non ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius ministerii odium et animorum ingens conturbatio in populo fideli exorta sint. Tristia nos haec nuntia cum accepimus, simul audivimus, contra exitialem hujusmodi abusum protinus justa indignatione pro muuere suo commotos fuisse dilectos filios nostros S. R. E. Cardinales Nunum a Cunha in iisdem Portugalliae et Algarbiorum regnis generalem inquisitorem et Thomam de Almeyda patriarcham Lisbonensem atque utrumque sollicite gliscenti malo compescendo atque etiam eradicando adlaborasse.

§. 3. Nos autem, ne in tam gravi animarum discrimine ulla ex parte apostolico nostro ministerio deesse videamur neve mentem hac super re nostram apud vos obscuram aut ambiguam esse sinamus, *notum vobis esse volumus, memoratam superius praxim penitus reprobandam esse eandemque a Nobis per praesentes nostras in forma brevis litteras reprobari atque damnari tanquam scandalosam et perniciosam ac tam famae proximiorum quam ipsi etiam sacramento injuriosam tendentemque ad sacrosancti sigilli sacramentalis violationem atque ab ejusdem poenitentiae sacramenti tantopere proficuo et necessario usu fideles abalienantem.*

§. 4. Eapropter, venerabiles fratres, quauquam de pastorali vestra vigilantia nihil est quod dubitemus, supremi tamen officii quoque nostri esse censemus, alacritatem ipsam vestram hac mentis nostrae aperta significatione et apostolicis insuper hortationibus nostris intensius acuere et excitare, *ut pro se quisque vestrum opportunioribus, quascumque prudentia suggesserit, initis rationibus et efficacioribus quibusque juris remediis, quoad opus fuerit, contra delinquentes ministros adhibitis, noxiam hujusmodi novitatem strenue insectemini ac pene nascentem opprimatis neque patiamini traditis curae vestrae ovibus ibi offendiculum parari,* ubi salus a Christo posita est, ab eoque divinae miseri-

cordiae fonte illas averti, ac deterreri, ad quem ab eodem redemptore nostro, ad abluendas dealbandasque in sanguine suo animas, amantissime invitantur. Interea, dum a zelo vestro ac prudentia, luculentiora nobis certo pollicemur vestrae pietatis et observantiae argumenta, apostolicam benedictionem cum uberrima coelestium charismatum copia conjunctam vobis, venerabiles fratres, ex amino impertimur.

Die 7. Julii 1745.

Cajetanus Amatus.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 535. et Anal. I. P. 1864. VII. Ser. p. 665. Ed. Romae.)

Vir cl. Ludovicus Anton. Muratori quoad hanc constitutionem in suo commentario dicit:

Quod attinet ad hanc constitutionem inquit animadvertendum est, quod hic damnatur omnis confessariorum curiositas, quae necessaria aut utilis non sit poenitentibus. Hoc est, ut eis interdicitur quacunque arte exquirere nomen et habitationem complicis et praecipue puniendus dicitur, qui minis et negata absolutione notitiam hanc extorquere conetur. Itaque perversa et perniciosa decernitur confessariorum illorum praxis, qui a poenitentibus socii hujusmodi seu complicis nomen exquirunt, atque ad illud sibi revelandum non inducere modo suadendo conantur, sed quod detestabilius est, denuntiata quoque, nisi revelent, absolutionis sacramentalis negatione, prorsus adigunt atque compellunt immo etiam complicis ejusdem nedum nomen, sed habitationis insuper locum sibi exigunt designari. Quibus verbis praxis eorum proscribitur, qui nullum justum titulum habentes complicum nomina scrutantur et indebitae curiositatis reos se statuunt. Neque enim sapientissimus Pontifex damnationem ad eos casus extendit, ut poenitentes complicem revelent. Quod cum accidit, ipsum poenitentem hortari, interdum etiam adigere potest ad revelandum, omisso tamen nomine et loco habitationis si fieri potest. At quandoquidem nonnulli causam hanc interrogandi de complice praeferebant, videlicet ut ipsum postea corriperent atque in ejus utilitatem hujusmodi revelatione uterentur: casum hunc praecipue disertis verbis se damnare Pontifex profitetur, ita ut inposterum, quamvis etiam non polliata, sed in bonum finem excogitata ea causa adhiberetur, nulli confessario liceat inquirere nomina complicum. Sunt verba decreti: Quam illi quidem intollerandam imprudentiam tum procurandae complicis correctionis aliorumque bonorum colligendorum specioso praetextu colorare, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defendere non dubitant. Quod sane decretum, quam justum sit et disciplinae ecclesiasticae conforme, nemo non intelligit. Ecquando enim sine necessitate infamiam alterius occultam prodere fas est? Immo aut incaute aut malitiose detectam resarcire, si per nos commode liceat, jubemus. Deinde quum sacerdotes teneantur monere poenitentes, ut sua quidem, non vero aliena crimina confiteantur, quid est quod ipsi postea sibi potestatem usurpent extorquendi a poenitentibus aliorum peccata? At hoc, inquiunt, recta intentione exquiritur, atque ut complicem quoque ad meliorem frugem deducamus. Sed nulla tibi est obligatio corripiendi, nisi quos confessio reos in sacro Tribunali statuit. Contra tibi obligatio est servandi sub sigillo, quae tibi in confessione revelantur, sive poenitentis sint, sive aliorum. Praeterea iudebitis hisce interrogationibus poenitentes a Sacramento deterres, dum eos prodere cogis id, quod ipsi a detegendo abhorret, neque ulla obligatione detegendi tenentur. Gravioris enim peccati reum te facis, quotiescunque ob negatam complicis revelationem poenitenti absolutionem negas. Dum suo munere functus fuerit poenitens et peccata sua detestatus, eadem plene fuerit confessus cum proposito non peccandi, neque agitur de recidivis, de occasione proxima aut de poenitentibus din in coeno gravium peccatorum voluntatis, id juris ad absolutionem poenitens adquisivit, ut sine gravi injuria et contempta atque abusu Sacramenti Confessarius denegare eandem non possit. Ad haec, quisquis ex notitia complicis in confessione habita, quamquam licentia poenitentis confisus complicem corrigendum suscipit, scandalis non parcis obnoxius est. Indignatus enim quicumque secreta sua crimina detecta videt, suaeque famae vulnus illatum apud confessarium. In querelas igitur is facile erumpet et sigillum sacramentale fractum suspicabitur et Sacerdotem veluti proditorem tanti Sacramenti habebit, quae certe in perniciem religionis vergere possunt. At quanto graviores tragoedias excitabit complex, ubi resciverit, non sponte factam, sed extortam fuisse in confessione revelationem sui nominis atque licentiam revelatione illa utendi? Nam sine hac licentia fracti sigilli reus foret Sacerdos. Igitur intolerandae imprudentiae et zeli sine scientia facinus hic habes. Deinde tametsi sine dolo malo et in bonum tantummodo finem complicis nomen confessarius detegendum curaret, fieri non posset quin hominum malitia id tentatum arbitraretur in pravum aliquem finem, ex quo non levis invidia atque odium adversus ipsum Sacramentum conciperetur. Et sane quum iuter tot probos ecclesiae ministros vix fieri possint, quae Christus Dominus in medicinam nostram instituit, satis ejusmodi periculum foret, ut omnino praecluderetur inposterum aditus ejusmodi interrogationibus minime ad Sacramentum necessariis et tam facile scandala et perniciem animarum parituris. Propterea sapientissime summus Pontifex in Decretali addidit: Nec fieri potuit, quin ea de causa et oblocutiones et scandala et non ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius Ministerii odium et animarum ingens perturbatio in populo fideli exorta sint.

In alterius vero Constitutionis Comment. iterum ait: Conficitur quaecunque perversa Confessariorum curiositas, ac praecipue negantium absolutionem renuentibus revelare complicem, eosque a sacra Inquisitione puniendos decernit: dummodo tamen hujusmodi interrogandi ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit ac convestitus, quae sic agentem Confessarium de adhaesione ad praedictam reprobatam praxim tanquam ad licitam vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant. Si ejusmodi circumstantiae desint, deferendus non erit ille ad inquisitionis Tribunal. Non desunt sane confessarii simplicitate laborantes, qui melius conscientiae poenitentis se prospicere posse aliquando putent, si nomen Complicis audiant. Fieri potest, ut nulla malitiae suspicio in ipsos cadat: quod non difficile prospici potest. Quum exempli causa de furtis, de fraudibus, de periclitante alicujus honore agitur: tum bonus confessarius (imprudenter fortasse) exquirit complicis nomen, consilium, ut sibi videtur, opportunum daturus. Hic tamen illius error ad cognitionem Inquisitorum non pertinet. Idem infra aliis disertis verbis inculcat Pontifex inquiens: Quod si Confessarii de complicis nomine perperam interrogantis absolutionemque ni sibi detegatur actum denegantis contingat ejusmodi esse, ut quamvis imprudens et malus, simplex tamen quidam et nullus actus fuerit, idest iis circumstantiis destitutus, quae de prava credulitate vel de mala adhaesione ad praxim de saepedicto nostro Brevi reprobatam tanquam illicitam, eundem Confessarium suspectum reddant tunc istiusmodi delictum neque denuntiationis oneri neque Sancti Officii praedicti cognitioni subjectum erit, sed de illo cognoscere atque in delinquentem Confessarium per suspensionem ab audiendis confessionibus vel alias canonicas et legitimas poenas pro delicti modo animadvertere ad locorum Ordinarios in sua cujuscumque dioecesi omnino spectabit.

Rectissime haec, nam ea, quae errorem aut suspicionem erroris contra dogmata Fidei aut opiniones scandalosas et perniciosas a Sede apostolica damnatas minime continent, ab Inquisitionis jurisdictione semota sunt. Aequissimus vero Pontifex nihil voluit imminutum de ordinaria jurisdictione Episcoporum, quam tamen laesam ab Inquisitore generali iidem, ut supra vidimus, expostulabant.

Itaque si quis cognoverit, quemquam ex confessariis deliquisse modis in pontificio Brevi expressis, obligatus ad illum denuntiandum sancto Officio intra terminum triginta dierum, tunc solum quum circumstantiae occurrunt, quae indicent, aut justae suspicioni locum praebeant, confessarium credere licitam hujusmodi interrogationem quae intrinsece illicita sit, nisi forte legitima aliqua causa interrogandi de qua supra egimus intercedat. Ad hoc etiam, ut denuntiatio facienda sit sancto Officio, exigit Pontifex, ut confessarius sacramentalem absolutionem poenitenti denegarit. Exceptionem alteram nunc accipe. Verumtamen subdit Pontifex ab hujusmodi onere justis de causis eximi volumus et eximimus personam ipsam poenitentem dumtaxat in causa propria, idest in casu quo suum peccatum confitens a confessario adigatur ad sibi manifestandum nomen complicis in eodem peccato; tunc enim poenitentem hujusmodi ab obligatione eundem confessarium denuntiandi liberamus. Sed quando aliunde, quam ex propria ut dictum est confessione noverit, confessarium aliquo ex superius enumeratis et sancto Officio denuntiandis modis deliquisse, tunc eum et ipse denuntiare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

Literae jam editae confirmantur, poenae et processus statuuntur.

Benedictus PP. XIV.

Ubi primum de perversa quadam et absurda praxi in Sacramento Poenitentiae administrando apud nonnullos confessarios in Portugalliae et Algarbiorum regnis introduci coepta, non sine animi Nostri dolore, nuntium accepimus non levi aliquo incertoque rumore ad Nos perlatum, sed ita gravibus solidisque fundamentis innixum, ut prudentem omnino fidem de periculi cum veritate tum magnitudine facerent, praemittere non potuimus, quin continuo datis ad Venerabiles Fratres eorumdem regnorum ac ditionum Archiepiscopos et Episcopos apostolicis Nostris literis remedium nasceuti malo quamquam promptissime adhiberemus. Earum vero literarum die 7. meusis Julii 1745 editarum quas praesenti huic nostrae constitutioni infereudas existimamus, hic teuor ut supra: *Suprema etc.* p. 96.

Has porro Nos literas in forma Brevis tunc datas iterum praesentibus Nostris confirmamus et roboramus easque ab omnibus et singulis fideliter exacteque observari injungimus atque praecipimus.

Statuentes iusuper ac decerneutes, ut quicumque cujusvis status, gradus, conditiouis, diguitatis et ordiuis, etiam speciali et individua, ad effectum, ut hisce Nostris praesentibus comprehendantur, mentione et expressione digni, ausus inposterum fuerit docere licitam esse hujusmodi praxim, prout ea iu relato Nostri Brevi exponitur ac reprobatur vel scribere aut loqui praesumpserit in ejusdem damuatae praxis defensionem, vel ea, quae in dicto Brevi contra eandem praxim decreta sunt, impuguare aut iu alienos sensus temere detorquere seu interpretari incidat ipso facto in excommunicationem, a qua non possit praeterquam iu articulo mortis ab alio quacumque etiam dignitate fulgente vel auctoritate suffulto nisi a Nobis vel a pro tempore existeute Romano Pontifice absolvi.

Et quia non modo caveudum est, ut quae sunt a Nobis in praeinsertis literis decreta ab omni impugnatione, contradictione pravaque interpretatione salva sint et immunia, verum etiam ne quis in Sacrameuti Poenitentiae administratione ab eorum omuimoda observantia unquam recedat, idcirco omnibus et singulis confessariis utrinsque cleri tam saecularis quam regularis quantumvis exempti et quacumque speciali et expressa mentione alias fortasse nominandi, graviter et districte, divini interminatione judicii atque in virtute sanctae obedientiae prohibemus, ne, conformiter ad praedictam reprobatam praxim poenitentes, qui peccatum seu crimen aliquod, cujus socium aut socias habuerint, ipsis in tribunali Poenitentiae confiteantur, interrogare praesumant de uomine socii seu complicis, loco habitationis vel aliis hujusmodi adjunctis sive circumstautiis expressionem magisque individuam ejusdem complicis manifestationem concernentibus, eidem poeuiteuti, si manifestare renuerit, sacramentalem absolutionem denegando: *alioquin noverint sese ultra peccati lethalis incursum suspensioni ab officio audiendarum confessionum aliisque etiam gravioribus poenis fore subjiciendos.*

Praeterea quoniam contra damnatum hujusmodi exitialem abusum, ne cum animarum pernicie radices agat, necesse ducimus modum ac formam etiam in foro externo procedendi et ultrices adversus reos poenas imponendi statuere atque ordiuare omnesque super hoc exoritnras vel etiam jam exortas dissensiones compouere et penitus amputare volumus, decernimus ac declaramus, *quod docentes, ut supra, licitam esse praxim a Nobis jam reprobatam vel in ejusdem praxis defensionem scribentes aut loquentes vel ejusdem reprobationem in memorato Nostro Brevi contentam impugnantes aut perverse interpretantes in officio sanctae Inquisitionis praedictorum regnorum atque ditionum severe puniantur* et contra eos et eorum quemlibet in eodem officio procedatur, non minus *ac contra illos ibidem procedi solet, qui asserunt, tradunt, tuentur opiniones scandalosas, perniciosas et uti tales a Sede apostolica rejectas et condemnatas.*

Similiter in eodem officio procedendum erit et *procedi volumus ac statuimus contra confessarios quoque ut supra delinquentes ac de nomine complicis poenitentem interrogantes eidemque poenitenti, nisi illud sibi manifestet, absolutionem denegantes*: dummodo tamen hujusmodi iuterrogandi ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit ac convestitus, quae sic agentem confessarium de adhaesione ad praedictam reprobatam praxim tamquam ad licitam vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.

Itaque contra praedictos omues et singulos delinqueutes tam saeculares quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum ac Sedi apostolicae immediate subjectorum ordinum, institutorum, societatnm et congregatiouum regulares cujuscumque dignitatis ac praeeminentiae, aut quovis privilegio muniti existant et quorum specialis nominatio facienda sit, praedictorum regnorum ac ditionum inquisitores, potestate a Nobis tradita et quatenus opus sit, praesentium tenore de novo concessa, prout in causis fidei juxta ss. canonum formam necnon sancti Officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines et decreta diligenter inquirant et procedant, *et quos in aliquo ex ejusmodi excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate et circumstantiis suspensionis ab officio confessiones audiendi vel etiam ab executione ordinum, privationis beneficiorum, Dignitatum ac perpetuae inhabilitatis ad illa necnon vocis activae ac passivae, si Regulares fuerint, aliasque poenas decernant, omnes etiam vel earum tantum aliquas, in perpetuum vel ad tempus infligendo.*

Quicumque vero alium quemlibet aliquo ex supradictis modis deliquisse cognoverint, eum, intra terminum dierum in edictis sancti Officii ejusmodi Inquisitionis praefigi solitum eidem sancto Officio denunciare teneantur: alioquin poenas uon deuunciautibus per eadem Edicta infligi consuetas incurrant. Veruntamen *ab hujusmodi onere denunciandi justis de causis eximi volumus et eximimus personam ipsam poenitentem dumtaxat in causa propria, idest in casu, quod suum peccatum confitens* a Confessario adigatur ad sibi manifestandum uomeu complicis in eodem peccato: tunc enim poeuitentem hujusmodi ab obligatione euudem confessarium denunciandi liberamus. Sed quando aliunde quam ex propria, ut dictum est, confessione noverit coufessarium aliquo ex superius enumeratis et sancto Officio deunnciaudis modis deliquisse, tnuc eum et ipse denunciare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

Quod si confessarii de complicis uomine perperam interrogantis absolutionemque, ni sibi detegatur, deuegautis actum contingat ejusmodi esse, ut quamvis imprudens et malus, simplex tamen quidam et nudus actus fuerit, idest iis circumstantiis destitntus, quae de prava credulitate vel de mala adhaesione ad praxim iu saepedicto Nostro Brevi reprobatam tamquam ad licitam eumdem confessarium suspectum reddaut, tunc istiusmodi delictum neque deuutiatiouis oueri neque sancti Officii praedicti cognitioni subjectum erit, sed de illo coguoscere atque iu delinquentem Confessarium per suspensiouem ab audiendis confessionibus vel alias canouicas et legitimas poenas pro delicti modo animadvertere ad locorum Ordiuarios in sua cujusque Dioecesi omnino spectabit.

His igitur circa ordinem, formam modumque contra ejusmodi delinquentes procedeudi ut praefertur constitutis a suis unicuique judici ecclesiastico juribus assignatis et distributis hanc Nos deiuceps regulam ab omnibus observari ac custodiri volumus et mandamus, si quando talia delicta deprehendi contigerit, quae tamen haud unquam posthac eventura in Domino coufidimus, accedente insuper praeclara iuglytae Lusitanae Nationis universae erga Sedem Apostolicam observantia et obedientia necnon eximia tum istius sanctae Inquisitionis Officii tum cujusque loci Ordiuariorum nunquam defutura vigilautia. Quapropter quaecumque aliter quam praesentibus Nostris decrevimus et constituimus, sive in edictis praefati officii Inquisitionis sive in quibuslibet quorumvis Ordinariorum mandatis aut pastoralibus literis vel decretis antehac statuta prodierint, ea Nos, quoniam post Apostolicam hanc a Nobis propositam agendi seu judicandi normam minus necessaria fore ceusemus, desiuere jam et cessare ac veluti nunquam emauassent, omnem obligandi vim amittere, Motu proprio et ex certa scientia deque apostolicae potestatis pleuitudine declaramus, statuimns atque sancimus.

Decernentes easdem praeinsertas necnon praesentes nostras literas et in eis coutenta quaecumque, etiam ex eo quod qnicumque cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae et dignitatis existant, seu alias speciali et individua meutione et expressioue digni, in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint nec ad ea vocati, citati et auditi neque causae, propter quas tum praeiusertae tum praeseutes emauaverint, sufficienter adductae, verificatae et justificatae fuerint, aut ex alia qualibet etiam privilegiata causa, colore, praetextu et capite, de subreptionis vel obreptionis aut uullitatis vitio seu intentionis nostrae, vel interesse habentium con-

sensus aliove quolibet defectu notari, impugnari aut in controversiam vocari posse, sed ipsas praesentes easdemque praefatas in forma Brevis Literas firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ab omnibus et singulis praemissis, ad quos spectat seu pro tempore spectabit, exacte et inviolabiliter observari.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis et Universalibus sive Provincialibus aut Synodalibus Conciliis editis generalibus sive specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, Edictis quoque praedicti Inquisitionis Officii et quorumcumque Ordinariorum etc.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. dioecesis die 2. Junii 1746.

D. Card. Passioneus.

J. Detarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco † Plumbi.

(Bull. Bened. XIV. t. II. p. 54. Romae 1749. et Anal. I. P. 1864, VII. p. 666. Ed. Romae.)

L i t e r a e.

Jam editae adversus Confessarios exquirentes a Poenitentibus Complicum nomina confirmantur et ampliantur.

Benedictus Episcopus.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad eradicandum pravum zizanii semen, quod ab adversario generis humani in agro Dominico sparsum per Lusitaniae primum regiones pullulare compertum fuerat, ubi nuniirum apud nonnullos Confessarios in administrando Sacramento Poenitentiae perversa quaedam et absurda praxis ecclesiasticis regulis contraria eidemque Sacramento injuriosa et ad avertendos fideles ab ipsius salutifero usu quam maxime tendens introduci coeperat, pro imposito Nobis vigilandi debito apostolicas in forma Brevis literas direximus venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis per Portugalliae et Algarbiorum regna atque ditiones constitutis, quas deinde per alias Nostras sub plumbo expeditas literas, nuper quarto nimirum Nonas elapsi mensis Junii confirmavimus adjectis nonnullis ordinationibus et declarationibus, quas ad meritas poenas tum delinquentibus quam contrarium tenentibus sive docentibus irrogandas et ad rectum adversus eos procedendi ordinem in praedictis regnis et ditionibus servandum opportune expediro in Domino judicavimus.

Earum autem Literarum, quas ad hujusmodi erroris et abusus reprobationem primum edidimus, tenorem vd. supra p. 96, 100.

Quoniam vero nullam pastoralis vigilantiae cautelam superfluam esse ducimus, ubi de fidelium animarum perniicie deque subvertenda sanae doctrinae integritate et recta Sacramentorum administratione periculum subesse dubitetur, neque vero ignoramus, alibi quoque auditas esse poenitentium querelas de importunis nonnullorum confessariorum perquisitionibus, pro investigandis complicum nominibus aliisque notiis juxta praxim in praeinsertis Nostris apostolicis literis relatam atque damnatam, erroneas vero quorundam Doctorum hac de re opiniones vel pravas aliorum recte opinantium interpretationes et applicationes in eisdem literis enunciatis aliquibus arridere nec satis eliminatas reputari per ipsas praemissas literas, quas, utpote ad Lusitaniae Regnorum atque Ditionum opportunitatem accommodatas et pro iisdem solummodo emanatas, *generalis definitionis et legis vim auctoritatemque habere, ab aliquibus temere negatum fuit*, Ideo Nos, Motu proprio atque ex certa scientia, hujus Nostrae *generalis sanctionis tenore* ac de apostolicae potestatis Nostrae plenitudine easdem praeinsertas literas iterum confirmantes et roborantes *decernimus et declaramus, memoratam praxim in se ipsa et ubique locorum ac temporum Apostolica auctoritate reprobatam atque damnatam esse et censeri debere nec ulli licitum esse contra doctrinam in praefato Nostro Brevi contentam docere, scribere aut loqui eamque impugnare aut perverse interpretari vel ipsi actu contraire, sub poenis adversus tuentes, asserentes aut tradentes opiniones scandalosas, perniciosas et uti tales a Sede apostolica rejectas et contemnatas et respective adversus contrafacientes mandatis apostolicis et ecclesiasticis sanctionibus statutis atque praescriptis.*

Decernentes easdem praeinsertas necnon praesentes Nostras Apostolicas Literas nullo ex capite, colore aut praetextu de subreptionis, obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae aut alio quolibet defectu notari, impugnari aut in controversiam vocari posse, sed semper firmas, validas et efficaces existere et perpetuo fore atque omnes ubique Terrarum cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae et dignitatis et tam saeculares quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum ac Sedi Apostolicae immediate subjectorum Ordinum, Institutorum, Societatum et Congregationum Regulares, quocumque privilegio munitos aliosque etiam speciali mentione dignos afficere et arctare ac suos ubique plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ab omnibus et singulis, ad quos spectat seu pro tempore spectabit, exacte et inviolabiliter observari debere.

Sicque et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos etiam S. R. E. Cardinales et contra haereticam pravitatem generales Inquisitores, Legatos quoque de Latere et Apostolicae Sedis Nuntios aliosque quoslibet quacumque auctoritate et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet aliter judicandi et interpretandi facultate, judicari et definiri debere ac irritum et inane, si secus super his a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis et in Universalibus sive Provincialibus aut Synodalibus Conciliis editis generalibus etc.

Ut autem eaedem praesentes et in eis contenta quaecumque ad omnium notitiam deducantur et ne aliquis illorum ignorantiam praetendere possit, volumus easdem per aliquem seu aliquos ex Cursoribus Nostris ad valvas Basilicae Principis Apostolorum ac Cancellariae Apostolicae et in acie Campi Florae aliisque consuetis Urbis locis publicari earumque copias ibidem affigi et affixas relinqui, quae si publicatae et affixae omnes et singulos quos concerniunt arctent et afficient, non secus ac si eorum unicuique personaliter intimatae et notificatae fuissent.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem 28. Sept. 1746.

Ex his constitutionibus colliges:

I. Inquirere nomen poenitentis non licet neque ejus habitationem aliasve ejus qualitates et circumstantias, quae personam illius detegant sine ulla rationabili causa. Recte respondit quaedam mulier de suo nomine interrogata, nomen meum peccatum non est. Ob hujusmodi curiositatem procul dubio peccaret Sacerdos.

II. Non licet poenitentibus nomen complicis revelare; ejus enim est peccata sua, non aliena accusare. Peccato non caret, eoque interdum gravi, qui famae proximi sine ulla necessitate detrahit. Nam tu aequo animo ferres, si quis infamiam tuam alteri prodeat? Tu ergo praesta erga alios id quod ab aliis erga te praestitum cupis.

III. Si quis sponte ex simplicitate tamen et ignorantia complicis nomen in confessione detegit, ut rudibus e vulgo hominibus interdum evenit non peccat. Monendus tamen est, ut inposterum abstineat.

IV. Quicumque juste aliquo titulo sponte complicem in confessione revelat nullum incurrit peccatum. Justus exempli causa titulus est, ut petatur consilium ad dissrumpendam pravam aliquam consuetudinem famae propriae, cui minatur insultum complex, si a peccando desistatur, atque aliae hujusmodi causae. Prior est enim tutela conscientiae et famae nostrae, quam alterius.

V. Nomen complicis sibi sive per ignorantiam sive justo titulo revelatum sub sigillo confessionis sacerdos retinere debet.

VI. Inter theologos anceps disputatio est, an oblata sponte a poenitente licentia revelandi complicem ea uti confessarius possit ad correctionem ejusdem complicis atque ad alia officia in utilitatem illius aut Poenitentis derivanda. Et quidem tot hic diversi casus occurrere possunt, in quibus tam prudenter quam imprudenter ejusmodi licentia uti confessarius potest, ut certa statui hic regula nequeat. Sed infra hac de re sermo recurret.

VII. Ad integritatem confessionis licite potest ac debeat sacerdos poenitentem interrogare de complice, quum videlicet occurrere possit circumstantia aggravans et speciem peccati mutans. Neque enim exempli causa sufficit confiteri commissum carnale peccatum, sed simul aperiendum est, an adulterium aut sacrilegium aut incestus interceserit.

VIII. Confessarius in hoc casu interrogans, si nomen quoque aut domum aut

alia signa exquireret a poenitente, per quae sibi persona complicis revelaretur, graviter peccaret. Suo enim debito satis poenitens fecit aperiendo circumstantiam peccati; et dum caetera rite concurrant absolvendus est. Ulterius Confessarii interrogatio ad peccaminorum curiositatem est referenda neque ad eam respondere poeniteus tenetur; immo ex complurium theologorum sententia peccaret, si revelaret, ob praeceptum non infamandi proximum.

IX. Ubi ex necessitate integritatis confessionis poenitens animadvertit fieri non posse, quin confessarius complicem cognaturus sit, puta si res fuit cum sorore aut uxore fratris, tunc ex sententia quorumdam gravium Theologorum obligatus ad quaerendum et adeundum alium Confessarium, cui ignotus sit complex. Verum graves alii Theologi sentiunt, consilium hoc esse, non vero praeceptum.

X. Accidere interdum potest, ut adigendus sit poenitens ad revelandum complicem, quum neque agitur de gravibus malis evitandis, quae in perniciem reipublicae vergere possunt, sicuti accideret, si Principis vita periclitaretur, si aqua mortifera populo propinaretur aut ex farina cui gypsum mixtum foret panis publicus conficeretur. Ut impediatur si fieri potest hoc malum, obligatus poenitens ad exquirendum consilium Confessarii, qui pro sua prudentia aut per se aut per ipsum poenitentem remedia conquirat. Nisi revelare velit poenitens, minime est absolveudus; nam ea lege non minus justitiae quam charitatis tenetur ille pro virili curare, ut in tuto sit publica salus. De damno vitando, quod privatae alicui personae imminere potest, non loquor., nam fere semper suppressis complicum nominibus consilium praebere potest Sacerdos.

XI. Graviter peccat confessarius, qui aut blandis artibus aut miuis haurire aut extorquere a poenitentibus nomina complicum absque justa necessitate velit. Gravius etiam delinquit, si ob negatam revelationem absolvere poenitentem recuset. Non enim licet infamiam proximi ex legibus detractionis investigare neque ad eam prodendam obligatione ulla constringitur poeniteus, immo, si praecisa necessitate revelaret, ex multorum sententia reum se peccati faceret.

XII. Neque gravis peccati reatum effugeret Sacerdos, si revelationem complicis exigeret, ut per operam suam correptio et correctio illius praestaretur. Nam confessarii munus tantummodo est curare vulnera poenitentis, non vero aliena, exquirere peccata poenitentis, non aliena. Neque is tenetur ad eos corripiendos, qui crimina sua sibi revelare nolunt, immo cavere debet a corripiendo ob scandala, quae inde facile consequerentur.

Tribunali sanctae Inquisitionis in Portugalliae et Algarbiorum regnis adjudicatur cognitio pertinentiae causarum contra confessarios exquirentes a poenitentibus complicum nomina cum denegatione absolutionis. Eaque in re delinquentes, etiam sine suspicione pravi dogmatis, eidem Inquisitionis officio denunciari jubentur.

Benedictus Episcopus.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolici Ministerii Nostri partes non minus esse putamus, ad suborientes abusus eradicandos, idonea remedia comparare quam opportunas rationes praescribere, quibus servatis ipsa exhibita remedia vim suam obtinere et optatum effectum reipsa edere valeant.

§. 1. Sane quum Nobis innotuisset nonnullos esse in florentissimis Portugalliae et Algarbiorum regnis presbyteros Sacramenti poenitentiae ministros, qui a poenitentibus nomeu personae ipsis in peccato, quod confessi fuerant, complicis, aliquando etiam locum habitationis ejusdem complicis, exquirebant, absolutionem quoque sacramentalem iis denegando, qui eorum inquisitionibus satisfacere recusarent,

§. 2. Nos Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum per ea regna constitutorum zelum excitare non omisimus, ut omne suum studium operamque conferrent ad eas respective dioeceses, in quibus presbyteri sic delinquentes existerent, a tam pernicioso malo liberandas, ex quo *oblocutiones et scandala et non ministorum tantum, sed sacri etiam ipsius ministerii odium et animorum ingens conturbatio in populo fideli exorta erant*, rejicientes simul ac reprobantes praetextus illos, quibus hujusmodi confessarii interrogantes sese tuebantur, desiderio nimirum emendationis ipsius complicis, necnon quarundam opinionum, quae apud aliquos Doc-

tores reperita fuerant, aliae autem per se verae et sanae ab ipsis sic delinquentibus perperam applicabantur, ut latius videre est in Nostris literis apostolicis die 7. Mensis Julii 1745. editis in forma Brevis, quarum initium est: *Suprema omnium Ecclesiarum*, quaeque impressae sunt in Bullarii Nostri Tomo 1. num. 134. *)

§. 3. Has literas sub annullo Piscatoris primum expeditas in forma specifica deinde confirmavimus et ampliori robore communivimus per alias nostras Apostolicas Literas sub plumbo editas IV. Nonas Junii anni 1746. incipientes: *Ubi primum* **) quae etiam impressae leguntur in II. tomo Bullarii Nostri num. 8. His autem posterioribus Literis non solum Tribunali sanctae Inquisitionis praedictorum regnorum atque ditionum injunximus, ut contra eos severe procederet, qui priora Decreta nostra impugnare aut perverse interpretari ausi fuissent, sed etiam *contra confessarios de nomine complicis poenitentem interrogantes eidemque Poenitenti, nisi illud sibi manifestaverit, absolutionem denegantes, dummodo tamen hujusmodi interrogandi et denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit ac convestitus, quae sic agentem confessarium de adhaesione ad praedictam reprobatam praxim, tamquam ad licitam, vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.*

§. 4. His cohaereuter addidimus praeceptum denunciandi confessarios aliquo ex supradictis modis deliuquentes eidem Tribunali sancti Officii intra terminum dierum pro aliis denunciationibus ab eodem officio praefigi solitum, exemptis dumtaxat, ex justis gravibusque causis, ab hujuscemodi denunciandi onere personis poenitentium in causa propria, idest in casu, quod ipsi peccatum suum confitentes a Confessario adigereutur ad sibi manifestandum nomen complicis in eodem peccato, statuentes tamen, quod *quando aliunde, quam ex propria confessione, novissent confessarium aliquo ex superius enumeratis et sancto Officio denunciandis modis deliquisse, tunc eum et ipsi denunciare ex ista aliunde habita notitia tenerentur.*

§. 5. Et quoniam id etiam evenire posse prospeximus, ut confessarius aliquis poenitentem de complicis nomine interrogando atque etiam manifestare nolenti absolutionem negando, id faceret imprudenti certe ac malo, sed tamen simplici quodam et nullo actu, *idest iis circumstantiis destituto, quae de prava credulitate vel de mala adhaesione ad praxim in nostro Brevi reprobatam, tamquam ad licitam, eumdem Confessarium suspectum redderent*,

Ideo in ipsis posterioribus literis declaravimus, in hujusmodi casu neque confessarium praedicto Inquisitionis Officio denunciandum necessario fore nec ejus delictum ejusdem sancti Officii et Tribunalis coguitioni subjectum esse, sed ad cujuslibet Ordinarii in propria dioecesi judicium et correctionem pertinere, prout in ipsis secundo loco memoratis Literis latius habetur expressum.

§. 6. Sic igitur justis respective statutis finibus tam jurisdictioni Tribunalis Inquisitionis quam Ordinariorum Praesulum auctoritati persuasum Nobis fuit certam et tutam rationem procedendi contra Sacerdotes in Sacramenti Poenitentiae administratione, ut praefertur, delinquentes assertam per Nos fuisse. Verum quum deinde Nobis ex parte nonnullorum ecclesiasticae pacis zelo flagrantium fuerit insinuatum, in hujusmodi methodi executione novis perturbationibus procul dubio aditum apertum iri, propterea, quod nemo esset, qui in casibus discrepantiae judicium proferret, quoniam delictum idem in certis quibusdam circumstantiis ad Tribunal sancti Officii, in aliis vero ad Ordinarii judicium deferendum fore statueramus, ac praeterea demonstratum Nobis fuerit, quod, dempto in aliquibus circumstantiis metu denunciationis eidem Inquisitionis officio faciendae, id sane sublatum dici poterat, quo maxime homines a patrando tam pernicioso et profligato delicto retraherentur, idcirco Nos, praedictam iterum perversam praxim in utrisque praefatis literis Nostris reprobatam atque proscriptam, eorum nempe, qui in administrando poeniteutiae Sacramento complicis nomen, cum absolutionis denegatione, quatenus reticeatur, a poeniteute rescire contendunt, praesentium quoque tenore damnantes et reprobantes necnon confirmantes statutam pertineutiam cognitionis hujusmodi causarum praedicto Inquisitionis officio, quoties delinquentis actus iis circumstantiis, quas in secundo dictis literis Nostris latius expressimus, conjunctus existat, necnon obligationem denunciandi eidem officio confes-

*) Vd. *Hanc constitut. supra p. 96.*
**) Vd. *p. 99.*

sarium quemcumque, hujusmodi delicti memoratis circumstantiis convestiti reum, excepta tamen ab hujusmodi denunciationis onere ipsa persona poenitentis in causa propria, juxta id, quod in ipsis praefatis literis per Nos decretum et in praesentibus superius relatum fuit, ad reliquas in futurum perturbationes avertendas et praecavendas, omnibus mature pensatis auditisque prudentium virorum et in illis rebus apprime peritorum consiliis, Nostris motu proprio et certa scientia, sequentes ordinationes et leges ab omnibus, ad quos respective pertinet et pertinebit inposterum, omnino tenendas atque observandas, earumdem praesentium tenore et apostolica auctoritate edicimus et promulgamus.

§. 7. Inprimis itaque, exceptis dumtaxat personis poenitentium in causa propria, ut supra declaratum est, quas quidem justis ex causis ab omni denunciationis onere eximimus et pro exemptis in tali casu semper haberi decernimus, omnibus et singulis, qui sacerdotem aliquem sive secularem sive regularem (cujuscumque gradus et conditionis et cujuscumque ordinis, congregationis et instituti etiam speciali et individua mentione digni, ad hoc, ut praesenti sanctione comprehendatur, existat) quocumque alio modo, praeterquam ex ipsa confessione a semetipsis apud eum peracta, cognoverint in administrando poenitentiae sacramento interrogasse poenitentem de nomine complicis eidemque indicare recusanti absolutionem denegasse, sive id fecisse intellexerint propter adhaesionem praedictae reprobatae praxi, aliave de causa erroneae opinionis suspicionis ingerente, sive id etiam per imprudentiam egisse et per actum praefatis destitutum circumstantiis, propter quas, juxta praecedentem constitutionem nostram, praedicto inquisitionis officio esset denunciandus et quibus deficientibus juxta ipsius constitutionis tenorem ejus delicti cognitio ad Ordinarii Tribunal spectare debuisset, injungimus et mandamus atque in virtute sanctae obedientiae, sub eisdem poenis quibus ad debitas aliorum delictorum denunciationes adstringuntur praecipimus et jubemus, ut hujusmodi confessarium quocumque modo in praemissis delinquentem saepe dictae sanctae Inquisitionis Officio intra consuetum praefiniti temporis spatium omnino deferant et denuncient.

§. 8. Ubi vero sacerdos delinquens eidem sancti Officii Tribunali denunciatus fuerit vel etiam illius carceribus inclusus, quatenus probationes ad carcerationem sufficientes habeantur, si forte Ordinarii illius, cujus jurisdictioni reus subjectus erit, procurator in ipso Tribunali sancti Officii de more interveniens eas adesse circumstantias crediderit, ob quas delicti cognitio juxta praecedentem constitutionem nostram ad Ordinarii Forum spectare deberet, ac propterea insteterit, se super hujusmodi pertinentiae articulo ulterius aut fusius audiri vel etiam scripto easdem circumstantias et rationes exponere suaeque curiae jura tueri se velle declaraverit, volumus et statuimus, ut juxta ejusdem Tribunalis consuetudinem, satis temporis illi ad scribendum assignetur, neque interea idem Tribunal ad alium actum irretractabilem multoque minus ad definitivam sententiam adversus reum devenire possit, donec idem procurator, intra praescriptum sibi tempus, jura Curiae Episcopi constituentis sui vel voce vel scripto exposuerit.

§. 9. Quoties autem praefatus Ordinarii procurator controversiam de pertinentia causae proponat eamque examinari postulet, tunc volumus, in ipso sancti Officii Tribunali hujusmodi examen fieri nec omitti posse, absque totius consequentis processus nullitate. Simul autem omnibus et singulis tum ejusdem officii Inquisitoribus et Consultoribus tum ipsis Ordinariorum procuratoribus districte mandamus, ut deposita quacumque animi affectione aut praeoccupatione, qua erga proprium respective Tribunal facile ferri possent, coram Deo disquirant ac videant, an reus de praefato delicto inquisitus illud cum ejusmodi circumstantiis patraverit, ob quas illius causa juxta praecedentem constitutionem nostram ad Inquisitionis Tribunal pertinere deberet, an vero cum aliis, quae causam ipsam ex ejusdem constitutionis lege in Ordinarii foro judicandam constituunt.

§. 10. Prolato demum ab Inquisitoribus judicio super causae pertinentia volumus et statuimus, ut si quidem causa adjudicata fuerit Tribunali sancti Officii, in hujus potestate reus permaneat et juxta ipsius Officii leges et regulas puniatur, si vero judicatum fuerit, causam ad sancti Officii Tribunal non pertinere, idem Officium, ut ejus fert consuetudo, reum dimittat et procurator de re ita dimissa certiorem faciat Ordinarium sui constituentem, ut ea accepta notitia adversus eundem reum servatis servandis juxta canonicas sanctiones possit procedere. Si quis autem praemissum Judicii hujusmodi ordinem a Nobis per praesentes constitutum pervertere aut turbare ausus fuerit, noverit se omnibus canonicis poenis subjectum fore, quaecumque in ss. canonibus et apostolicis constitutionibus adversus ecclesiasticae jurisdictionis perturbatores, violatores et invasores latae et statutae dignoscuntur.

§. 11. Praesentes autem literas omniaque et singula in ipsis contenta atque statuta, etiam ex eo, quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae et dignitatis existant seu alias speciali et individua mentione et expressione digni in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint nec ad ea vocati, citati et auditi, neque causae propter quas ipsae praesentes emanaverint sufficienter adductae, verificatae et justificatae fuerint aut ex alia qualibet, etiam privilegiata causa, colore, praetextu et capite de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu notari, impugnari aut in controversiam vocari posse, sed ipsas praesentes literas semper et perpetuo firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ab omnibus et singulis praemissis ad quos spectat seu pro tempore spectabit exacte et inviolabiliter observari decernimus.

Non obstantibus etc.

Die 9. Decb. 1749.

Ibid. t. III. p. 102.

Pius PP. IX.

Epistola gratulatoria ad Emos Rmosque Dominos S. R. E. Cardinales Inquisitorem generalem et Patriarcham.

In qua adstruitur pontificia potestas, sanctae Inquisitionis jurisdictio et contradictorum injustitia demonstraturque sigilli sacramentalis strictissima obligatio ac refellitur error introductus circa interrogationes complicum et denegationem absolutionis insimulque admonitio et exhortatio ad regni Episcopos et confessores scripta jam dudum a quodam anonymo, nunc vero pro publica utilitate typis mandata Matriti apud haeredes Francisci del Hierro. 1746.

Eminentiss. et Reverendiss. Domini.

Temeritati forsan maxime tribuendum erit, quod ego ignotus homo nullaque scientiarum aut virtutum suppellectili ornatus, Vos alloqui o Purpurati Principes non pertimescam ausimque in materia dogmatis circa sigillum, in qua nunc versamini, rudia verba proferre incomptumque sermonem conspectibus Vestris repraesentare. Qui tamen audacem ac larvatum scriptorem decretis vestris verissimaeque doctrinae in ipsis contentae oblatrantem, pro nimia humanitate et mansuetudine, qua secundum Apostolum ornati estis, majori fortasse quam par erat prudentia sustinuistis utique nullius nominis autorem partes vestras pro certissimo dogmate assumentem indulgentius sustinebitis. Parcite ergo, si quid peccaverim; et incliuata paulisper Celsitudiue Vestra dimittite me, ut plangam paululum meum imo et totius regni dolorem plangentemque circa Sacramentum poenitentiae gliscentes abusus benignius auscultate.

Non sine maximo animi moerore ad aures pervenit meas, imo et in ore vulgi fertur, aliquos egregios, doctos ac virtutibus ornatos nostrae Lusitaniae Episcopos supremo ecclesiae oraculo non acquiescentes, pro dolor! ad excusandas excusationes in peccatis varias querimonias fundere simulatasque causas praetexere ut quod jam, inspirante Deo, a vobis decretum fuerat atque a visibili ecclesiae capite confirmatum labefactare queant; et vel infallibilem veritatis apicem falsis suggestionibus deceptum dicant vel imprudentissimo emendationis zelo in maximam animarum perniciem, religionis catholicae detrimentum et in sacramenti poenitentiae praejudicium jam disseminatum errorem in dies atque in dies valeant propagare. Minime profecto id crederem si fama publica constanter non evulgaret. Oh timeo, utinamque fallar, nostrum Portugalliae regnum fide hucusque purum, pietate dilectum et sanctae matris Ecclesiae filium prae ceteris observantissimum alicujus schismatis (ne dicam haereseos) contagio inquinatum iri, ni sanctissimus pastor, tamquam militantis Ecclesiae dux strenuus, in manu potenti et in brachio excelso, uno velut ictu ac Apostolici culminis vibrato fulgore non tam suborientem quam multis abhinc retro annis jam grassantem radicatumque errorem conterat, dissipet funditusque evertat.

Si pnsillitati meae ad pontificium Solium accedere ac solidissimae rationalis petrae bases flexo poplite deosculari datum esset, per Deum immortalem, per Jesum Christum filium ejus nnicum, per sanctissimam Virginem Mariam et per bb. Apostolos Petrum et Paulum hnmillime rogarem summaque reverentia obtestarer, nt clemeutiae accessibus omnino interclusis ac paternae charitatis obturatis anribus, nullatenus exaudire et hos, qui frivolis ratiuncnlis, mendacibus excusationibus et affectatis scriptis a querelis accedunt in vestimentis ovinm et tamen tamquam lupi rapaces, pharisaico zelo, qnasi non sint sic ut caeteri homines, omnes alios, qui sectae snae non ad stipulantur, veluti publicanos spernnnt.

Interimque inconsutilem vestem lacerare, unitatem proscindere, secundam post universale naufragium hnmanae salutis tabulam frangere ac salutare poenitentiae sacrameutum odiosum reddere sub virtutis charitatisque specie toto conatu satagunt ac intenduut.

Non ego adeo temerarius sum, ut Dominos Episcopos, quibus snmmam impendo reverentiam, tanta labe conspersos pronnntiem: neque id unqnam fas esse docebo. Miror tamen valdeque miror, quod cum ad eornm manns pervenerit pontificium diploma, in quo circa Sacramenti poenitentiae administrationem ejusque inviolabile sigillum gliscentes abusns damnabantnr Episcopiqne literis charitatis et prudentiae plenis ardenter adhortabantur, ut commissorum sibi gregnm curam habentes velut custodes in nocte invigilarent, ne damnati abusus amplius serperent jamque introducti radicitns evellerentnr, nullus eorum, qnem sciam, vel in signum debitae erga Sedem apostolicam obedientiae vel in obseqnium S. P. rescribentis et praecipientis, vel saltem pro episcopali munere adimplendo literis suis commonitoriis parochos confessariosque sibi subditos circa sacri sigilli observantiam ejusque utilissimam strictissimamque necessitatem hortaretur. Quis non obstnpescat, cum circa alia certe minus ntilia pastorales literas freqneuter evulgari typis mandari et nescio an jactantiae causa ubique spargi conspiciat: circa vero rem adeo gravem, adeo pericnlosam, adeo utilem altum solummodo silentium nullamque sollicitudinem experiatur. Equidem prudenti reflexione dignum efficitur, quod hi excelleutissimi praesules, viri rectissimi vigilantissimique tribunalis edicto suae usurpatae (ut obtrudunt) jurisdictionis zelo exardescerent, visis vero supremi pastoris saluberrimis literis non solum ardore religionis, saltem ad sedandas fidelium offeusiones nou flagrarent, sed potius omniuo tepescerent ac in id studii evasisseut, ut ad S. Pastorem vel ad texendas excusationes vel ad fuudendas querelas vel ad defendendam jurisdictionem suam vel ad neganda ¡facta vel ad deplorandam confessorum suorum sugillatam famam vel tandem ad justificandam introductam perniciosam praxim rescribere curavissent.

Haec cum ita se habeant, profecto citra dolum malum ipsos praedicti abusus patronos fautoresque esse jure merito suspicari poteramus.

Absit tamen a nobis omnis incerta licet non imprudeus sinistra opinio: potiusque credamus ipsos aliquorum uovatorum suggestionibus ac fraudulentis virtutibus deceptos pro eorum innocentia, ut praedicant, simulque sua jurisdictione tueuda, et ut Sanctae Inquisitionis edictum supprimeretur ad S. P. rescripsisse. Ne vero consequantur, si possem iterum instauterque supremum Pastorem rogarem ne crederet, quos teuebrarum princeps lucis ad instar miserrime decipit, eosque ex fructibus cognosceret. Quid enim ex zelo suo, quid ex affectato spiritualis profectus studio, quid ex imprudeuti reformationis cupidine, quid ex collapsae (ut ajunt) antiqnae ecclesiasticae disciplinae reparandae studio pullulare et reflorescere conspicimus, nisi shismata, factioues, cordatorum virorum scandala, pusillorum anxietates, utrinsque justitiae inversum ordinem, verae charitatis contemptas leges, religiouum perturbationes, occnltorum delictorum publicas poenas, dignitatum ambitus plurimaque alia modesto ac verecundo silentio nnnc omissa? Optarem sane meudacem me efficerent ac probarent. Verum euimvero nota notissimaque sunt haec omnia, quae S. P. patefacerem, si eum adire licuisset.

Quapropter, Emi ecclesiae Principes, vos adeo, qui haec omnia vera esse optime noscitis ac luculeutiori calamo memorare potestis. Ideoque non de his apud Vos agam, sed de qnaestione, in qua nunc versamini pro modulo meo aliqua exponam, non doctorem me exhibens, sed oratorem. Minime addnbito quidqnid in materia excogitari possit vos apprime callere: sed tameu scribam, ut desiderio meo faciam satis, votis vestris calculum addam ac sensum meum sincerissime adaperiam.

Nou in eo sum consilio, ut probem sacrum confessionis sigillum ex naturali, divino ecclesiasticoque jure adeo efficaciter obligare, ut nullo in casu vel directe vel indirecte frangi possit; id enim ita certum est, ut nec in dubium revocari possit: sic Sacramenti institutio, sic ejus finis exposcit.

Id conciliorum decreta, id Pontificum sanctiones, id patrum theologorumque unanimis sententia; id invariabilis universae ecclesia praxis satis evincunt: contrariaque sententia novatoribus solum, cum quibus nulla uobis communio arridere poterit.

Suppono (de internis enim nou judico) streuuos edictorum contradictores supra positam sententiam (ni haereticis associari velint) palam et sine dubitatioue aliqua profiteri. Quo supposito ab ipsis inquiro: utrum uti vel abuti notitia in confessioue acquisita ad poenitentias publicas aliasque fori externi poenas sit vel non sit contra sigilli structissimum praeceptum? Dicant aperte, nec convicientur, utrum liceat vel non liceat hic abusus? Si licere dicant, in errorem circa sacramentum ejusque sigillum impingere videbuntur et ab universalis ecclesiae sensu ac certo sanae theologiae dogmate omuino devii severa animadversione plectendi ac ecclesiastico mucrone, donec resipiscant, feriendi sunt. Si non licere adstrnant, orthodoxos se esse ostendunt ac veritatem ut debeut amplectuntur. Id bona mente ex animoque profiteri, ne malum suspicer, mihimet ipsi cupio persnadere. Ast si ita fatentur cur ad iustar illorum, qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant, tot introductis abusibus non contradicunt? Scio negare facta, ut censuram fugiant suaeque famae stndiosins consnlant. Quid tamen concludit negativa propositio? Affirmativam probant (utinam non probarent) delictorum punitio publica, poenitentium quaerelae, prudeutum offensiones ac multiplicata sacrilegia hujus pestiferae praxis timore frequenter commissa, de quibns alii confessores semel atque iterum testantur. Aliquid factum esse per idoneos testes ac publicam famam juridice coucluditur; ac vero factnm non fuisse nulla concludenti probatioue demonstrabitur.

Demum tamen et bonis avibus demus istam peruiciosam praxim iu usu non esse praedictosque confessores ut assernnt rite recteque poenitentiae Sacramentum admiuistrare. Quid inde? Sancti tribunalis edictum (blaterare audiuutur) est de subjecto non suppouente, ac proinde utpote nullius vigoris revocari et annullari debet. Huc collimant omnes curae, omnia studia, omnes tergiversationes ac ad S. P. quaerelae. Ast timeo, ne in hoc ipso anxio studio misserime se prodant reique negati criminis, velint, nolint, evidenter constituantur.

An lepes, quae futuris negotiis formam praescribunt, ideo nullae dicendae sunt, quia de praesenti nihil est quod per ipsas leges emendetur? Quid absurdius! An leges praeservativae omnino proscribendae sunt, quia tempore, quo eduntur, nullum delictum est, quod corrigatur? Quid iueptius! An satis non erat sparsus rumor seu potius constans fama, ut vigilantissimi inquisitores pro munere suo vel gliscenti damno occurrerent vel commotos fideles sedarent vel futuro abusui si forte serperet prudeuter praecavendo mederentur? Profecto, qui rectissimi tribunalis tam solerti consilio non aquiescunt, se ipsos incaute sugillant atque non adeo innocentes esse, ut praedicantur, perspicue demonstrant. Etenim si in administrando salutifero Sacramento nullus abusus hucusque irrepsit, nulla praefati edicti revocatione opus erit; lex siquidem nou iu innocentes, sed in peccantes lata dicitur et ut ait Apostolus lex non est imposita justo, sed injusto: ac proinde illud tribunalis edictum per nou usum in desuetudinem abire sit necesse. Consultius ergo erat pontificiam admonitionem sine replicatione aliqua revereri, ejus censuram amplecti, invigilareque ne salutari Sacramento ac ejus inviolabili sigillo confessarii abuterentur, quam in sancti Tribunalis edictum erecto supercilio vehementer assurgere et ejus revocationem totis viribus conari. Si confessores non peccaverint, nihil erit contra quod tribuual illud procedat eorumque proclamata inuocentia ejusdem tribuualis jurisdictionem inanem relinquet.

Verum enimvero, si edictum illud subsistat, fortasse denunciationes multiplicabantnr et sanctae fidei incorruptissimi judices pro munere vigilantiaque sua in delinquentes animadvertere non cessabunt. Hinc dolor eorum cordibus infixus haeret; hinc timor eo-

rum animos torquet; hinc stimulus eorum puugit conscientias; hinc sui pravi abusus suaeque erroneae sententiae poenas luere ac infamiam inde secutam pati conterriti perhorrescunt: suo falso zelo seducti opinioni semel conceptae mordicus adhaerere in animo habent; ideoque judicium illud effugere vel decliuare student. Hic sane praecipuus eorum scopus, caetera despiciuut; neque enim, ut suae doctriuae objicem ponaut, prout sibi fingunt, satis sunt, pontificium decretum nec flocci pendunt; nam censuram iu eo conteutam definitionem ex cathedra non esse inflatis buccis vociferantur; summum ecclesiae oraculum ut doctorem particularem rescripsisse et ut talem errare potuisse contendunt. Praedictam censuram sive damuationem non pro Ecclesia uniuersali fuisse latam (en habemus novum errorem) ad id enim universali Concilio opus erat. Oh maximam stultitiam! Oh sapientiae suae inflatam superbiam! Oh miseram mentium suarum deceptionem! Oh frandulentas diaboli versutias! Oh virtntis pallio Ecclesiae et animarum larvataiu perniciem!

His naeniis aliisque ejusdem furfuris, (quae haereticorum propriae snnt) Sacramenti odium et contemptum pedetentim credite mihi fidelium cordibus iugerere cupit Satanas et ex parte consequitur. Et tamen christiani, religiosi, literati virtutibusque ac orationi mentali dediti homines tanto damno in causa esse non pertimescunt! Heu misernm nostrae religionis statum! His erroribns adnixos sciolos aliquos garrire uon semel andivi; quae si omnia refellere in animo haberem, volumen efficerem, non epistolam, tractatnm compouerem, non oratiouem. Materiam videre poterit, qui cupiat non in suspectis scriptoribus sed iu doctissimis Cardinalibus Baronio, Bellarmino et Petra; consulat etiam eximium Suaresium, Sotum, Duvalium, Macedum, Gibaliuum caeterosque orthodoxos. Ne tamen jejunus discedam, aliqua brevissime perstringam.

Quoad primnm: hos garulos percontarer, quid sit ex cathedra definire, ex suo enim loquendi modo suspicor iguorare?

Breviter dicam ego. Tunc Poutifex ex cathedra dicitur definire, quoties nt Supremus Ecclesiae Pastor ac universalis doctor aliquid observandnm, vitandum credendumve proponit ac coustituit omuesque christifideles circa aliquod dogma informat ac erudit. Ast me iucidisse in scyllam nunc scioli isti nugantur ac retorquent. Siquidem, ut ajunt, S. P. non pro Ecclesia uniuersali, sed pro regno Lusitaniae tantum ad ejusque Episcopos non praeceptivas quidem, sed monitorias literas direxit suas. Maxima perfundor verecundia, eo quod homines commuui existimatione literati apud indoctos desipere altisque vocibus hos ineptos susurros uiscere non erubescant. Oh quautnm istos suamet jactantia et tenacitas miserrime abducit! Num, quando S. P. Episcopos Lusitaniae circa dogmata et necessariam Sacramentorum administrationem docet, universam etiam Ecclesiam non erudit? An alia est Portugalliae fides, Sacramenti poenitentiae necessaria administratio ac sacramentalis sigilli necessitas, alia vero iu aliis orbis partibus? Num quia S. P. rescripta sua ad hos vel illos Episcopos dirigit, eo quod ipsos admonitione seu doctrina sua iudigere coguoscit, nou ad omnes alios eadem admouitioue, eadem doctrina indigentes direxisse censendus est? Unum corpus, unum spiritum, nuam fidem, unum baptisma ac per consequens nnum poenitentiae sacrameutum, quod Joannes praedicaverat, nos docet Apostolus. Ergo una eademque sigilli sacramentalis obligatio, quae aliquibus Episcopis commeudatur, omnibus praescripta ceuseri debet. Haec sacri sigilli necessitas nou ad disciplinam quae in diversis provinciis diversimode observare fas erit, sed ad Christi institutionem, ad sacramenti intrinsecam substantiam et ad universalem fidelinm utilitatem proindeque ad infallibile dogma attinere diguoscitur. Quaudo S. P. propositionem seu doctrinam aliquam ut haereticam, ut erroneam, ut perniciosam, ut Sacrameutum iujuria afficientem geueraliter daiuuat licet tunc temporis ab aliquibus tantum doceatur, tamen ubique terrarum damnata censeuda erit. Propositiones a Pio, ab Alexandro, a Clemente, ab Iunocentio aliisque Pontificibus condemnatae non ubique terrarum tunc disseminabantur cnm damnatae fueruut et tameu ubique terrarum ab omnibus fidelibus ut damnatae respui devitarique debent. Molinistarum, Illuminatorum, Quietistarum, Berguadorum, Baii, Jausenii aliorumque errores non in toto orbe, quaudo ecclesiastica ceusura inusti fuere, sed in particularibus proviuciis introducebautur: sed ad omnia christiaui orbis regua procul dubio eorum damnationem exteudi nemo negare

ausus erit. Quicumque praedictos errores adhuc teneat, tueatur, defendat iu quacumque orbis parte a sanctae fidei judicibus puniendus erit. Quid moror? Nunc ad rem. SSmus Domiuns noster nt Supremus ecclesiae Pastor et Doctor atque ut Christi Vicarius pro commissa Dominici Gregis sollicitudine ad Lusitauiae Episcopos rescripsit. Hoc evidenter innuit in suarum literarum proemio, ibi:

Suprema omnium ecclesiarum sollicitudo et divina Jesu Christi omuinm Pastorum Principis, cujus vices plaue immerentes gerimus, charitas assidue urget Nos, ut pro commissa divinitus imbecillitati uostrae universi Dominici gregis cnra semper advigilantes periculis animarum sic ubi forte superimpenderint per omues christiani orbis populos ac uationes opportune, quantnm cum Domino possumus, occurramus etc.

Deinde absolnte damuavit ceusuraque inussit illam licet non pnblice praedicatam, sed inter ejus asseclas sub secreto latentem factis tamen frequentibus probatam doctriuam, qua aliquibus doctorum opiniouibus depravate intellectis confisi licere arbitrabantur poenitentes sub denegandae absolntiouis poeua ad detegendos complices adigere iterumque eos ad praestaudam liceutiam utendi notitia in confessione habita sub eadem poena compellere. Deinde praedicta facultate per vim et timorem aut metum reverentialem obtenta libere uti, non ad correctiouem fraternam, ut obtrudere intenduut, sed ad punctionem, ad carceres, ad flagella, ad exterminia aliaque hujusmodi. Quis sanus dubtet hanic absolutam damnatiouem omnes siuili praxi abuteutes comprehendere omnesque ligare? Quis sapiens et haec ignorat? Quis prudens et haec illudit? Quis orthodoxus et haec contemnuit?

Ad secundam partem transeamus. Fateor communissimam receptissimamque esse theologorum et canonistarum sententiam, (reclamantibus tamen Bellarmiuo, Piggio et aliis) S. P. ut doctorem particnlarem errare potuisse. De hoc controversiam non iustituo neque enim ea inpraesentiarum opus est.

Siquidem, ut firmatum jam relinquo, S. P. in damnatione de qua sermo est non ut particularem, sed ut universalem ecclesiae doctorem rescripsisse. Demus tamen siue veritatis praejudicio, ut particnlarem doctorem loquutum fuisse. Ergo (concludunt ineptissime) errare potuit. Quid inde? Ergo erravit? De poteutia adactum non valet argumeutum. Ipsi praedictam pessimam illatiouem deducere visi sunt. Sed absit a nobis tantum scelus. Praefatnm horum novatorum assertnm aliud profecto prodit, alind recludit. Potentiam erraudi pronnnciat, sed actum erroris insinuat. Oh maximum deliramentum! Proh facinus execrabile! Ast si doctor erraverit, a quo alio doctore emendabitur? Et cui potius credendum? An summo Pontifici, alias sapieutissimo ac prudentissimo; an vero novatoribus istis, de quorum sapientia solum infirma credulitas, non vero firma fides testatur? Quae doctrina securius nobis arridebit? An snmmi Pontificis Conciliis SS. PP. iuvariabiliqne ecclesiae semper retentae praxi consona Sacramento favens, sigilli observantiae consulens ac solidissimis rationibns snffulta, an vero opinio qnaedam paucis abhinc anuis iutroducta; ab imperito quodam quem scimus practicari incoepta, nnlla theologorum anthoritate firmata, nulla solida ratione fulta, inanibus ratiunculis subnixa, mille periculis obnoxia, ad odium sacramenti generandum apprime apta solumque ad deterrendnm fidelium corda nimium opportuna? Quibus potius adhaerebimus, an doctissimis fidei judicibns accedente sapientissimorum consultornm ac qualificatornm consilio et ceusnra, an theologastris quibusdam novitates seminantibus praxim nunquam auditam inducere cupieutibus, sacrilegiis et violationi sigilli latam viam explicantibus? Quibusdam, inquam, exterioris virtntis sectatoribus, qui sibimet ipsis maxime plaudentes caeteros, nt indoctos, nt peccatores, ut relaxatos spernunt et de sua maxima sapientia, de sna doctrina, de sua reformata vita, de suisque virtutibus vanissime intnmescunt? Tales snnt isti. Et his favent Rmi sapientissimique Episcopi! His suffragantur orthodoxi praesules! Hos tneri satagunt, dum coram S. P. facta negant, de supremi Tribunalis edicto conqueruntur ejusque revocatiouem consequi machinantnr! Incredibile dictu! Miserrimnm sane religionis nostrae statum quis non defleat, cum videat iude parari fortissimum bellum, unde praepotens anxilium sperandum erat?

Sed accedamus ad tertiam quaestionis partem, dum scilicet ad instruendam nniversam ecclesiam generalis oecumenici concilii definitionem praerequirit. Id nullatenus in mentem alicujus nostrum venisse crederem

ni ab aliquo meismet auribus audissem, qui cum reprehenderetnr ab aliis audivisse professus est. Nec ab hoc errore multum deviare videntur, qni provincialem synodum celebrandam exposcunt atque ad hoc negotium definiendum necessariam ducunt: quasi synodus ista pontificio decreto praevalere possit. Sic desipiunt nugatores isti. Id tamen refellere nec mei instituti unuc est nec tempus inutiliter consumere in animo habeo. Ea necessitatis sententia Vigorio Waldensi, Marsilio Paduano, Lnthero, Calvino, Petro Martyri aliisque similibus portentis reliuquenda est. Tot saeculorum facta, tot damnatae propositiones, tot concilia totque sanctorum patrum placita similem errorem sat evincunt.

Illud certum certissimumque est (omissis aliis quaestionibus) inconcusseque tenendum nempe S. P. praeceptis, utpote supremi Legislatoris visibilisque Capitis, sub gravis culpae reatu parendum esse ejusque rescriptis standum praecipue circa fidem vel mores, nec pertinaciter resistendum; vixque a temeritate, inobedientia et pertinacia excusari has frivolas querelas. Hos simulatos recursus, has vanas, futiles, affectatas subdolasque repraesentationes, quae dissidia foveut, scandala generant, unitatem succidunt, pacem perturbant magnosque tumultus in ecclesiam invehunt et dum in his laborant refractarii isti, quod magnum putant aut fingunt animarum lucrum in maximum earum cedit detrimentum.

Jam vero mihi videre videor, hos omnes, velut agmine facto, in me assurgere et visu torvo, ut assolent, me falsitatis arguere ac illatae injuriae vehementer insimulare. Testes advoco fere omnes Portugaliae fideles prudentesque viros; neque enim is ego homo sum, ut haec effingerem; nec sane proferrem ni fama constans ubique spargeret. Neque etiam tam caecus arripior, ut in Exmos Reverendissimosque Episcopos has calumnias jaciam aut similium opinionum reos pronunciem: cum potius eos orthodoxae fidei potestatisque pontificiae acerrimos revereor servatores. Sed id ipsum in maximam me rapit admirationem, cum videam (quasi erroneum sigilli abusum patrocinentur) ad Sedem apostolicam recurrisse, velut reprobatio damnatae doctrinae, tamquam sed subjecto revera non existente viribus destituretur, velut sanctae Inquisitionis Decretum utpote jurisdictionis ordinariae usurpativum viribus omnino carere jussum sit. Hic ad S. P. recursus res facti est, quod negari non potest: recursus autem causae solum ex relatione ac publico rumore ad meam notitiam pervenerunt. Scio tamen nullam ex relatis sufficientem esse nec credo aliquam propoui posse, quae nugatoria ac inconcludens non demonstretur.

Perscrutemur igitur, quid juris quidve ponderis hos sapientissimos Episcopos moverit, ut praefato edicto literisque apostolicis submisso capite non protinus acquieverint, imo studio maximo labefactare et supprimere vel revocare studuerint, adhucque nescio quibus rationum momentis adnitantur. Adstruunt ut audio 1. Talia edicta inutilia nullaque esse, eo quod nihil tale quod supponitur in suis dioecesibus observetur. Ita faxit Deus. Concludunt ne nullibi nec ab aliis confessoribus observari? Nec probant nec probare possunt. Ergo si inutile est edictum illud in suis dioecesibus, semper erit utile pro illis dioecesibus et pro illis confessoribus, qui sacramentali sigillo male utantur. Nullibi fortasse dicunt talis abusus irrepsit. Si negativam probare possunt, rem totam conficiunt. Ast publica fama non fert, in certa quadam dioecesi non promoveri ad ordines, nisi qui prius generaliter confiteatur? Hoc sane optimum est maximaque laudatione dignum, quod vero sequitur pessimum. Nam haec generalis confessio, non pro libito uniuscujusque, sed certis ac determinatis confessoribus facienda est qui propterea ex auditis confessionibus Episcopum instruunt certis signis de aptitudine vel ineptitudine promovendorum et si aliquis fragilitatis culpas confessus est nullatenus ad ordines admittitur suscipiendos. Nonne publica fama refert, certae cujusdam dioecesis Episcopum noluisse religiosum quemdam doctum et gravem ad confessiones audiendas approbare eo quod in particulari examine opinioni de aperiendis peccatis non assenserit? Nonne vulgo dicitur confessarium quemdam a certa quadam dioecesi quasi per fugam recessisse, quia ejus Episcopus eum de peccatis sibi confessis aliquoties interrogabat? Eu Armenorum Episcoporum consuetudo a s. P. Benedicto XII. omuino reprobata. Hic contineri non possum, quin clamem manibusque erectis potius lacrymis quam vocibus SSmum Dominum nostrum exorem, ut non miti lemiuento, sed forti

cauterio tam pravum abusum inurere non praetermittat. Hoc sane corruptissimum cacohetes mille injuriis, mille injustitiis, mille infamationibus milleque sacrilegiis latissimam sternit viam; nec facile ob datam inter confessarios et praesules secreti fidem cohiberi quibit, ni SSmus paenis ipso facto incussis censuraque sibi vel sanctae fidei Tribunali reservata id expresse prohibeat.

Revertamur ad rem. Nonne publicae referunt querelae innumeros casus, ex quibus praedicta introducta praxis evidenter patescit? Hic rumor, haec vox communis, hoc scandalum, hic poenitentium timor sufficiens causa non erat, ut Domini inquisitores prout officii est sui tanto periculo medicarentur?

Et quidem nulli prudentum persuaderi poterit, nec ego unquam credere fas esse docebo prudentissimos illos judices, qui etiam in levioribus causis omnia mature profundeque rimantur nec quidquam sine plenissima informatione extra causas producunt, ita leviter in promulgando edicto suo processisse ni repetitae querelae publica fama multiplicataeque informationes praecederent. Hinc maximae temeritatis et inscitiae jure merito accusandi sunt, qui conscientiae et charitatis proscriptis legibus falsas proclamant attestationes: in quo quidem et rectissimo tribunali injuriam faciunt pessimumque haereticis tribuunt exemplum. Unde solerti consilio illud egisse tribunal inconcusse tenendum est: imo id signiter factum fuisse semper contendam, quippe qui multis abhinc retro annis maxime angebar, cum viderem introducto in diesque gliscenti atque radices configenti abusui festino opportunoque remedio antequam patronos haberet potentissimos non succurretur. Multa alia lugebam lugeamque semper dum perspiciam a superioribus dissimulari forsanque approbari. Super his tamen taceo, ne privata censura mea inutere videar, quae sub zeli virtutisque specie practicantur.

Iterum igitur ad propositum fundamentum hoc concludenti dilemate sic repono. Vel enim praedicta sacri sigilli reprobata praxis est in usu, vel non? Si primum justa, conveniens et omuino necessaria fuit pontificia damnatio: justum, utile et necessarium fuit vigilantissimi tribunalis edictum: et per consequens minime revocandum, quinimo sustinendum est, ut grassanti errori occurratur. Si secundum, nihil inde mali gignitur, quod pontificia censura et Inquisitionis decretum suo robore subsistant licet enim nullus pro nunc error sit, qui correctione indigeat, semper illud assequimur, ne quandoque similis erronea doctrina introducatur; minus enim jacula feriunt, quae praevidentur; et si aliquando praedicari contingat facilius puniatur et devitetur. Quinimo si tale edictum nunc supprimatur vel nulliter ecclesiarum valvis affixum pronuncietur, magnum inde damnum timeri poterit: qui enim indocti (quorum infinitus est numerus) forsan putabunt, id ipsum, quod prohibetur, sibi licere parvulique timentes, quod sigillum frangatur, a salutari Sacramento abstinebunt; hujus erroris sectarii ubique garrient et absque timore poenae novatores isti liberius peccabunt; eritque novissimus error pejor priore.

Dicunt (et hoc est alterum effugium, quod suamet instabilitate resolvetur) dicunt, inquam, hinc aperiri viam injustis denunciationibus et confessionibus earum timore deterritis aditum intercludi, ne in confessionibus inquirant quae illis inquirenda videbuntur. Ineptum sane ac nullius ponderis fundamentum. Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Non adeo confusa sunt edicti verba, ut legentes nesciant quae denunciare vel non denunciare teneantur. Idem periculum, imo et majus, in significandis sollicitationibus objici potest; nec tamen ideo in consideratione aliquando fuit, quia boni communis ratio semper praevaluit. Casu tamen quo quis adeo rudis hebesque sit, ut perspicua verba vernaculumque sermonem non percipiat, a confessore perito ac praedictae labis immuni, quem adire debet, plenissime instruetur. Et casu, quo inconsulto confessore seu literato viro Dominos adeat inquisitores ipsi optime sciunt quas denunciationes recipere, quas rejicere, quas parvipendere, quas vero prudenter pouderare quibusque in casibus procedere opus sit.

Similiter prudentes doctique confessarii nihil timere poterunt, ob quod ab inquirendis iis quae in confessionibus inquirenda contigerint terreantur. Fortasse cautiores fient, ne vana, superflua, inutilia et periculosa injuste, curiose et impertinenter investigent. Et sane ad quid necessarium est, quod fastidioso ac imprudenti examine poenitentes de persona, de nomine, de agnomine, cognomine ac domicilio interrogentur? Nonne sufficit generaliter inquirere de statu com-

plicis, ut agnoscat plene confessor speciem peccati, quod in confessione aperitur? Nonne sufficit interrogare de habitu, de reincidentia, de occasione, an proxima, an remota, an voluntaria, an involuntaria sit?

An nomen, cognomen et domicilium sunt circumstantia aggravantes aut mutantes speciem, ut aperiri debeant? An ultra speciem, ultra circumstantias, ultra habitum, ultra reincidentiam et occasionem ultraque numerum aliquid amplius docent theologi perscrutandum? An quod nunc hi novatores observant communis ecclesiae praxis habuit aliquando? Cur ergo a frequentissimo nullique impervio tramite, sine jure, sine ratione, sine auctoritate, suo solum ducti consilio seu potius suo solum seducti falso zelo omnino deviant? Cur, qui pro munere suo vias asperas debent reddere planas, iter apertum omnibusque obvium, veluti praeruptis novarum opinionum saxis asperum, asperrimum et penitus in accessum facere moliuntur? Si melius sic saluti animarum consultum iri arbitrantur certe eos ut persaepe suamet fallit imago cum potius innumeris peccatis latissimam fallacemque semitam adaperiant. Concedamus tamen aliqua more suo vitari posse peccata; neque ideo sua praxis probari potest: sigilli namque praeceptum adeo stricte obligat, ut etiamsi totus mundus periclitetur nullatenus frangi debeat. Id omnis theologorum cohors nullo discrepante profitetur.

Ipsi vero qui novam instituant theologiam jugum Domini, quod suave est, durissimum faciunt oneraque importabilia humeris poenitentium imponunt, dum eos ad detegendos complices adstringunt; facultatem utendi sacro sigillo per vim extorquent, atque a salutari Sacramento, instigante sathana, miserabiliter avertunt. Angelici doctoris ea est sententia, ut ad inducendam novitatem necesse sit, quod ipsa infinita vincat mala: ipsi vero ut malum adeo perniciosum disseminent innumeras introducunt novitates. Quid aliud auricularis confessionis tentarent acerrimi adversarii? Si hanc notam vitare desiderant hi charissimi confessores abstineant et veraciter abstineant a suo pravo noxioque abusu: et meliori ducti consilio facilius effugient denunciationes, quas reformidant et a veritatis via non recedentes sui zeli abundantiorem fructum consequentur.

Alio se vertunt ajnutque praefato edicto suam bonam famam sugillari observantissimosque missionarios (apud quos praecipue haec abominanda praxis invaluerat) quasi suspectos apud indoctam plebem habendos esse; hacque de causa sua jam stabilita opinione esse casuros ac ex praedicationibus laboribusque suis nullam aut parvam messem colligendam superesse.

Haec aliaque similia leviora sunt, quam quod opus sit ut refellantur. Emornm Cardinalinm edicta imo et literae Apostolicae neminem indigitant, nullius famae detrahunt, generaliter doctrinam illam ut erroneam prohibent et illius sectatores si qni sunt denunciari jubent; neminem tamen illius sectae authorem vel fautorem pronunciant. Si quos propria conscientia deute amarissimo sollicitat, si quos suimet erroris pungit stimulus; si quos suamet opinio remordet, ipsi si ipsos sugillare dicebantur, dum in campum apertum prosilientes similium errorum fautores anxiliatoresque constituuntur. Religiosissimi missionarii, si quos suummet erratum decepit, nunccque suae famae consulere adnituntur, veritati humiliter aquiescant, edictis obtemperent suaeque falsissimae opinioni pertinaciter non adhaereant. Siu vero reluctentur sibi imputent;. facilius enim docente Augnstino scandalum nasci permittendum est, quam veritas relinquatur. Particulari cujusque famae communis praevalet utilitas christianae reipublicae, ut errores circa fidem, circa religionem corrigantur et nocentes non ideo impune relinquendi sunt, ne maculentur. Haec sufficiant pro his ungis refellendis, quae tamquam ab hujusmodi erroris patrouis prolatae passim in ore vulgi circumferentur. Nunc ad alia properemus.

Examinemus igitur solidiora fundamenta (si possunt afferri) quae Exmos Dominos Episcopos ad Sedis apostolicae recursum movere potuernnt ac etiam religiosos aliquos confessores ad suam doctrinam suis scriptis tuendam excitarunt. Quod ad rem attinet, in eo omnis vis argnmenti reposita dicitur, quia sanctae Inquisitionis edictum ordinariae jurisdictioni multum detrahit, utpote ad quam solam de fractione sigilli cognoscere hucusque spectavit. Propterea duplici ex capite nullitatis vitio laborare dicunt, tum quia a non habente jurisdictionis clavem emanavit, tum quia contra naturalis juris regulas poenitentes se ipsos prodere ac suam turpitudinem declarare adiguntur et commiuatis censuris arctantur. Audio hoc apparens fundamentum aliquorum doctorum mentes torsisse; me vero nec ancipitem nec formidolosum reddidit. Igitur exortas nebulas pro modulo meo qua possim luce dissipabo. Nec tamen allegationibus me conficiam; quidquid enim dixere certioribus sententiis solidabitur: et si quando opus fuerit authores citabuntur.

Dico igitur primo: Non deesse gravissimos authores asserentes sanctum Inquisitionis Tribunal contra frangentes sacramentale sigillum tamquam de fide suspectos et male de sacramento sentientes procedere posse. Et praecipue in casu quo confessarius cogit poenitentem ad detegendum complicem alias nolit eum absolutionis levare beneficio. Quae quidem probabilis et probabilissima opinio secundum tritas ab omnibusque notas moralitatis regulas satis erat, ut Domini Inquisitores excusarentur ac rectissime processisse dicantur. Praecipue, cum emergens periculum ab aliquibus Ordinariis minime cautum imo taciturnitate sua probatum cum religionis damno et animarum nocumento in dies serperet promptissimumque remedium exposceret, nec aliud opportunis adhiberi potnisset.

Dico secundo: Licet communior receptior usuque firmata opinio ferat, fractionem sigilli ad cognitionem illius Tribunalis non attinere: attamen omnes uno ore unanimique consensu excipiunt casum, quo detur error circa strictissimam sacri sigilli servandi obligationem, vel defendatur aut practicetur non dari talem obligationem aut non adeo stricte observandam esse, ut aliquibus in casibus revelari non possit. Unus tantum casus assignatur a DD. excusans a fractione sigilli (de quo postea) et multa requiruntur circumstantiae, ut in tali casu innocenter sigillum revelletur. Qui igitur ultra hunc casum mere speculativum et citra circumstantias requisitas senseriut praedictum sigillum revelari posse de factoque ita in multis casibus frequenter practicaverint, tamquam suspecti de fide censendi sunt et sanctae Inquisitiouis judicio subjacebunt. Praecipue si frangere sigillum soliti sint nam ipsa prava consuetudo suspicionem in fide et malum sensum circa ipsius sigilli obligationem generat ac concludit. Unde, cum aliqui confessarii frequentissime notitia in confessionibus acquisita ad varios casus, in quibus fraugi sigillum apud DD. certum est, abutantur et consequenter sentiant id sibi licere inde fit, quod rite recteque ac optime fundata jurisdictione a Sanctae Inquisitionis judicibus coerceri possint jureque jubeantur denunciari.

Dico tertio: Certum est Dominos Inquisitores adhibita qualificatorum censura doctrinas erroneas, periculosas bono communi contrarias ac Sacramento injuriosas prohibere posse contradictoresque punire. Unde cum sanctae Fidei Tribunal auditis prius qualificatoribus, quorum judicio omnino standum est, prohibuerit tamquam erroneum et Sacramento injuriosum, circa poenitentiae Sacramentum grassantem abusum ejus praecepto parendum est et ipsius abusus sectatores tamquam de fide suspecti plecteudi sunt.

Dico quarto: Certum etiam est, quod ad sanctae Fidei Tribunal privative spectat contra quoscumque alicujus damnatae propositionis assertores procedere eosque punire. Cum igitur SSmus Dominus Noster Benedictus XIV. praedictam doctrinam circa sigillum ab aliquibus confessoribus practicatam expresse damnaverit; irrefragibile redditur illius erroris correctionem ad sanctum Officium pertinere: infallibiliter ostenditur, non solum post practicam damnationem, sed etiam antecedenter ad illam id jure potuisse: damnatio siquidem subsequuta evidenter demonstrat praedictam doctrinam revera esse damnabilem. Nullo igitur jure dubitari potest, recte sanctae Inquisitionis edictum contra praefatum abusum emanasse.

Dico quinto: Licet communis opinio teneat posse confessarium de licentia poenitentis revelare sigillum, attamen communissima etiam est opinio non posse confessarium etiam data licentia poenitentis uti sacro sigillo, nisi cum ipso poenitente, idque ad finem sui profectus spiritualis. Quae sententia ea nititur non aspernenda ratione, quod obligatio sigilli primario respiciat bonum commune reipublicae christianae et ipsius sacramenti religionem ex Christi institutione illi inhaerentem, cui quilibet privatus consensu suo praejudicare non potest. Quidquid tamen sit de praedictis sententiis omnes consentiunt maxima prudentia opus esse, ut confessarius praedicta licentia uti possit, tum propter bonam poenitentium famam tum propter scandalum, quod ex similibus manifestationibus oriri solet.

Hacque de causa complurimi boni nominis DD. praedictam primam sententiam ut te-

merariam multisque periculis obnoxiam omnino respnunt ac rejiciunt.

Dico sexto: Omnes unanimiter DD. asernnt praedictam praestitam facultatem debere esse liberam et spontaneam non vero vi aut metn etiam reverentiali exortam. Alioquin, secundnm omnes, qui utitur facnltate sic concessa per metum contra voluntatem ipsins poenitentis sigillum violat. Per vim autem ant metum extorqueri, cum absolntio denegatnr vel deneganda intimatur, si complex non declaretnr nemo est qui non videat. Per infallibile consequens, qui docet aut secum judicat id licere male sentit de stricta necessitate sigilli suspectusque de fide constituitur: praecipne si id facere ut diximns solitus sit. Unde cum confessarii de quibus sermo est, (quasi sectam constitnentes) has licentias violenter extorqueant metumque incutiant denegando absolutionem poenitentibus alias rite dispositis, si complicem non declarent vel praedictam licentiam praestare rennant: merito dicendum est sigillo abnti et suspicionem de fide incurrere, eo quod id licitum esse firmiter statuant ac proinde tamquam male sentientes de Sacramento a Dominis Inquisitoribus puniri posse.

Dico septimo: Dubitari non posse, dari opinionem asserentem (et hoc est scutum qno se protegi hi novi sacri sigilli temeratores arbitrantur) posse confessarios de licentia poenitentis uti sigillo ob finem correctionis fraternae. Hanc sententiam tenent nterque Suarins Granatensis et Lusitanus, Castro-Palao et alii multi. Tantorum virorum auctoritati subnixos blaterare non semel audivi sciolos aliquos, qui principiis theologicis destituti patrum, theologorum et conciliorum scripta noctnrua diurnaque versare mann minime assueti, nullam doctorum cum doctoribus concordiam sculpere consuevernnt et horum omnium penitus incuriosi suique securi quia librum moralis doctrinae fortasse aperuerunt, uno velut prospectu, materiam omnem intueri et haurire jactitant et ex praesumpta in animo sententia magistralem coram omnibus non addubitant proferre sententiam. Hanc Suarii opinionem in eluctabilibns fundamentis ultra mnltos quos sequitur impugnat Nugnus, quem etiam sequitur et refert Octavius Maria a s. Josepho, quos audire consulo, qui omnes asserunt, dictam sententiam temerariam esse ac perniciosam tamqnam ipsins Sacramenti destructivam. Et ego quidem anteqnam hos doctores perlegerem, si judicium meum quod sentio quam sit exiguum interponere fas erat, in eo firmo fueram consilio praedictam opiuiouem, etsi speculative probabilem practice tamen experientia docente multis pericnlis et abusibus obnoxiam esse et omuino posthabendam maximaque prudentia opus esse, ut in aliquo rarissimo casn ad praxim reduci possit: alias confessores minus sapientes ant nimium imprudentes aut nimio zelo suo decepti (ut experimur) multoties sacro sigillo cum scandalo fidelium et injuria Sacramenti abutentur.

Nec praedictae sententiae fundamenta fortiter premnnt aut intellectum ad ejus assensum efficaciter rapiunt. Nam ad id, qnod ajunt, nempe in tali casu non violari sigillum facile reponitur, quod iu Scoti schola contrarium docetur. Unde tale fundamentum non est irrefragabiliter certum, utpote cui opponitur ex diametro alia contraria probabilior probabilissimaque sententia, cui in praxi semper adhaerendum est. Iternmque reponitur, quod in D. Thomae schola talis correctio fieri non potest absque aliqua injuria Sacramenti. Neque negari valet, multnm derogare sigillo notitiam illius ad effectns ita extrinsecos adhibere, nam finis intrinsecus Sacramenti poeuitentiae est tantum justificatio poenitentis, nou autem emendatio complicis.

Deinde licet secnndum commuuem doctrinam generaliter dici possit poenitentem dare posse licentiam, ut confessor peccatum snnm revelet, tnm quia totum jus sigilli primario respicit favorem poenitentis, ne confessio ipsi fiat odiosa et quilibet possit cedere juri suo, tum quia secretum primario dependet a voluntate committentis, tum quia id ipsum, quod coufessor sciebat ut Deus, post datam licentiam jam scit ut homo. Licet, inquam, in genere hoc verum sit in praedicta sententia, attameu respectu complicis alia datur diversa ratio, cui adversarii non bene satisfaciunt. Siquidem in peccato occulto, quod cum complice committitur, uterque est dominus suae famae uon alterius et uterque jus habet, ut peccatum suum occultum non reveletur et neque sub secreto poterit ab altera a quid aliquem infamari eo invito. Qui quidem, licet iu tali casu non incurrat infamiam publicam, semper apud confessarium suae bonae famae patitur inminutionem, ad quam jus habet incontroversum. Uude per talem licentiam remittere poterit poenitens jus suum, non alterius. Praecipue, si complex aliquod temporale detrimentum sit passurus, ut de facto resultasse multis exemplis cum non modica fidelium offensione aperte constat.

Neque finis correctionis fraternae aliquid momenti affert: tum quia (ut docet Angelicus doctor) praeceptum correctionis fraternae est praeceptum charitatis; charitas autem non requirit, (ut optime advertit Wigant) quod remedium apponatur peccato, quod confessor non scit ut homo; tum quia confessio sacramentalis suapte natura non ordinatur ad correctionem complicis, sed poenitentis: tum quia illa correctio scandalum geuerat illorum, qui putant violari sigillum et alias commodioribus nou vero adeo periculosis remediis intendi et procurari poterit. Aliud fundamentum, scilicet, quod data licentia poenitentis nulla cousideretur injuria aut indecentia Sacramenti, eodem modo enervatur. Nam illud naturale secretum ex confessione acquisitum, etiam prout secretum est, fortius stringit semperque panditur quod erat sub sigillo et sub eodem revelatum fuerat et semper debet cousiderari injuria complicis, qui in tali revelatioue non consensit. Ex hoc autem aliquam indeceutiam, aliquod scandalum oriri caecus solum non viderit, iuscius solum non agnoverit.

Quidquid tamen sit de praedictis senteutiis ego semper firmum inconcussnmqne retinebo, potius standum esse conciliornm synodorumque decretis rem practice definientibns quam doctoribus pro aliquo rarissimo casu speculative tractantibus. Potius constitutionibus pontificiis adhaerendum esse, quam scriptorum opiuionibus assentiendum. Porro complurima sunt concilia, complurimae synodi, complurimae dioecesium variarum constitutiones, quae omnino geueraliter et absolnte prohibent inquirere complicum nomina; complurimae sunt Pontificum constitutiones, qnae prohibent uti notitia in confessione habita ad fines externos. Et quod omne tulit punctum, de facto habemus decretum ss. Domini Nostri Domini Benedicti XIV. per quod damnatur similis praxis, etiam praetextu correctionis fraternae erronee introducta. Quid amplius quaerimus? Quid tergiversationibus ac opinionibus male intellectis irretimur? Clausis oculis ei omnino parendum est. Qni adhuc blaterant, qni disputant, qui reluctantur tenacitatis et fautoriae reos se constituunt.

Dico octavo: Etiam praescindendo ab his Pontificum constitutionibus, si per otium mihi aliquando datum fuerit praedictae praxis sectatores ex ipsa Suarii et aliorum sententia erroris convincam et tot insignium doctorum opiuionem adulterare evidenter demonstrabo. Supersedeo tamen interimqne dico, quod praedicta sententia Suarii talibus circumstantiis et conditionibus est vestita, ut rarissima verificari et ad praxim reduci possit. Et multo minus ea frequentia, qua hodie aliqui confessores ea opiuioue decepti abntuntur.

Quod quidem evideuter patescit. Nam primo requirunt ejus opiuiouis assertores, quod liceutia sit expressa et formalis, libera et spontanea nec aliquo modo extorta. Hi autem confessarii novatores eam violenter sub denegatae absolutionis poena a poenitentibus extorquent eos prius cogeudo ad declarandos complices, qnod quidem in Thomistarum schola et in praxi commuuiter ab omnibus prudentibus confessoribus recepta et nnanimiter observata licitum non est. Postea adigendo poenitentes sub eadem poena ad licentiam praestandam, quod nulli theologornm unqnam placuit. Licet enim Snarius Lusitanus hanc denegationem approbare visus sit, attameu si bene perpendatur loquitnr tantum de casu quo poenitens tenetnr procurare complicis correctionem quam cum spe aliqua fructus solum mediante confessario consequi poterit. Qui quidem casus metaphysicus pene videtur. Imo, si medullitns ejus opinio iuvestigetur, uon de peccato jam commisso, sed de committeudo agit. Qui propterea statim resolvit ultra illum casum peccare mortaliter confessarium, qui sic adigat poenitentem. Unde fit conseqnens snpradictos confessarios fractionis sigilli reos censendos esse: siquidem, ut ait Castro Palao alios secutus ob irreverentiam, quae Sacramento fit ob injuriam, quae tali coactione fovetur et ut poenitentes de secreto securi facilius accedant ad Sacramentum talis liceutia censenda est ac si concessa non fuerit.

Secundo requirunt, quod aliter complex emeudari nequeat neque ulla alia persona ad talem correptionem apta et habilis inveniatur quem casum rarissimum esse ipsimet

scribentes profitentur. Dicant nunc praedicti confessarii, dicant per Deum immortalem, quomodo in omnibus casibus, in quibus notitia in confessione habita tam frequenter utuntur certum aut probabile efficere queunt aliter emendationem haberi non posse?

Dicant unde eis id constet, ut quid tale ad praxim reducere non pertimescant? Dicant, an ipsi soli apti et habiles ad talem correctionem existimentur? Si id ibi ipsis persuadent, mira profecto jactantia! Dicant suo imprudentissimo charitatis zelo quid intendant? An arguere peccatum jam commissum, an vitare committendum? Si primum nullus est theologus, qui doceat ad reprehensionem delicti jam perpetrati licitum esse uti sigillo sacramentali et ad eum finem licentiam poenitentis extorquere. Si secundum, qui nescit plurima dari remedia a doctoribus praescripta ad emendationem peccatorum. Utantur his remediis nolintque jam constitutos limites transcendere periculosasque novitates introducere. Emendent quibus possint remediis poenitentem et complicem quoad illam culpam emendatum consequentur: peccatum enim, quod cum socio committendum est, si nolit socius nullatenus committitur. Emendent inquam poenitentem et complicem corripiet sacerdos, cui ipse sua peccata confiteatur. Medici aegris medentur a quibus vocantur non aliis. Animarum medicus est confessor; medicinam exhibeat enm quaerenti, alios aliis curandos relinquat: Judex est, judicet quos ad suum tribunal expectare dignoscit non vero ad alienum forum spectantes. Agricola est: falcem non mittat in segetem alienam ne forte accidat, ut tum alienam messem imprudenter aggreditur non bonam cererem colligat, sed lolium et zizaniam. Requirunt tertio, quod confessor spem certam habeat, complicem correctione sua emendandum. In quo autem confessor iste hanc certam spem reponere potest? An in sua maxima eloquentia? An in sua persuadendi efficacia? An in sua magna commendabilique virtute? Omne hoc magnum redolet spiritus superbiam, suo charitatis zelo palliatam. Ideo, ut credo, nullum assequuntur profectum, damnis vero permultis suut in cansa; nam sine spiritu Dei fructus poeuiteutiae non germinatur et spiritus Dei non est ubi superbia: neque cum ista compatitur perfecta charitas. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperautur iu bonum. Ast hic novatorum zelus cooperatur in dissensiones, in scandala, in sacrilegia. Et cur non videmus hunc caritatis fervorem circa alia peccata? Cur eam non experimur circa peccata falsificationis instrumentorum, corruptionis testium, advocatorum, scribarum, judicum? Cur non in usuris, iu simoniis, in furtis, iu homicidiis? Noune haec omnia frequeutissima sunt? Nonne in omnibus Deus gravissime offenditur proximusque laeditur? An sola fragilitatis peccata incitant ad zelum, movent ad correctionem, incendunt ad charitatem? Hoc Deum precor, aliud malum pejus non lateat: video enim alia peccata parvipendi, iu hoc solo vitando totam reponi virtutis opinionem.

Has omues circumstantias coucurrere necesse est, ut praedicta sententia locum habere possit ad praximque reduci.

Quae quidem conditiones etiam sigillatim consideratae raro in casu verificari poterunt. Videant nunc praedicti confessarii, cui opinioni ad suum abusum tuendum iunitantur. Videant an licentia, qua tergiversationibus suis indulgeut sit libera et spontanea. Videant utrum ea utantur prudenter et in casu aliquo admodum necessario, utrum vero frequenter et frequentissime. Cum ergo nec datur haec maxima necessitas et utilitas neque certa et secura spes emendationis neque poenitentium libera et spontanea facultas, imo detur injusta et nullo jure probata coactio magua publicaque non modo pusillorum, sed etiam prudentum offensio, maximus intolerabilisque sacri sigilli abusus et tandem communis timor accedeudi ad salutare sacramentum atque evidens experientiaque compertum sacrilegiorum periculum: iude fit conseqnens praedictos confessarios falso zelo a daemoue inductos tot damnorum auctores fieri maleque sentire de sacramento et de necessitate inviolabilis nulloque praetextu frangendi sigilli: ac propterea nullo opportuniori remedio tanto malo succursum iri, qnam sanctae Inquisitiouis edicto ac tanti criminis cognitione; cujus timore periculi confessarii isti ejusque fautores sancti Tribunalis jurisdictionem totis viribus impugnant omnibusque mediis tentant labefactare.

Dico nono: Etiamsi detur casus, in quo talis fraterna correctio admodum necessaria sit et concurrat licentia poenitentis debito modo obtenta, attamen adeo obligat sigilli praeceptum ut confessarius nullo modo concessae facultatis metas praetergrediatur tan-

tummodoque ea uti poterit ad praedictum finem, nempe secretam et charitativam complicis correctionem: non vero ad alios actus externos, ex quibus aliqno modo colligi possit peccati revelatio. Adeo, ut si confessarius hujusmodi limites transgrediatur, tamquam violator sigilli habendus sit. Et doctrina certa et a nemine, qnem viderim, in dubium revocata. Hinc fit, quod in figurato casu confessarius solummodo queat occulte et secreto maxima cum prudentia et charitate complicem admonere, ut a tali peccato abstineat. Proponat ei offensam creatoris turpitudinem peccati, acerbitatem gehennae, necessitatem reddendae rationis, pericula damnaque et corporis et animae, quae ex non resipiscentia imminere videbuntur. Si complex annuat lucratus est fratrem suum; si renuat sileat confessor et patienter se habeat; nam fecit quantum in se erat: ad alia non progrediatur, nisi ad ea, quae charitatis sunt, nempe: Deum instantissime deprecetur, ut illius peccatoris mentem illuminet cordis duritiem emolliat, voluntatem dirigat animumque in melius convertat, mutatio siquidem peccatoris opus est dexterae Excelsi. Haec faciat, si Deo placere satagit animasque lucrari; hoc enim docent theologi omnes veraeque charitatis regulae persuadent. Non vero actionibus suis externis vel illorum, quibus secretum illud imprudentissime pandit, sigillum frangat, scandalum generet: sacramenti odium vel taedium foveat; religioni christianae injuriam irroget; rixis et dissentionibus domesticis fomentum praebeat proximorumque damnis viam sternat. Hoc sane observare debet confessor prudens, Deum timens, saluti animarum invigilans ac optimi sacerdotis munus gerens. Ast hi moderni confessarii non illud primum, sed hoc secundum in more habent. Imo spreta frequenter occulta complicis admonitione, quam fraternae correctionis praeceptum ante omnia exigit, ad ulteriora progrediuntur. Patrem, Dominum, praelatum superiorem adeunt eisque filii vel filiae, vassalli vel subditi, mancipii vel pedissequae occultum peccatum manifestant: hicque fortasse cum rixis, cum odiis, cum perturbationibus, cum laesione famae, honoris ac bonorum et manifestatione directa vel indirecta occulti peccati ad verbera, ad supplicia, ad carceres, ad ejectionem e domo vel monasterio ad denegationem ordinum, ad privationem officiorum, ad exilia, ad vincula, ad cautiones nou redeundi ad hanc vel illam domum, ad hoc vel illud monasterium multoties procedunt. Quis unquam haec omnia licere arbitratus est? Certe haec et similia contra naturam sacramenti ejusque necessariam omnimodam libertatem attentari nemini dubium esse potest

Neque praedicti confessarii excusari valent doctrina Navarri et aliorum existimantium praelatos uti posse notitia in confessionibus habita ad actiones externas, quae pro eorum libito exerceri possuut, licet in damnum aliquod temporale poeniteutis cedat. Non, inquam, excusari possuut; siquidem repono primo, hauc sententiam in praxi nou reperiri admissam. Repono secundo praefatam doctrinam per Decretum S. P. Clementis VIII. reprobatam fuisse; additque optime Cardinalis de Lugo se prorsus nescire, quomodo post praedictum Decretum adhuc aliqua probabilitate uitatur.

Repouo tertio, multo minus praefatam sententiam defendi posse post decretum S. P. Inuocentii XI. in congregatione generali Universalis Inquisitionis die 18. Novb. 1682 ubi SSmus expresse inhibuit scientia confessionis uti cum gravamine aliquo poenitentis, quamvis absit omnis sigilli revelatio et quamvis multo majus gravamen ejusdem poenitentis ex uou usu, quam ex usu hujus scientiae sequeretur. Et maxime notandum est, illud decretum habitum fuisse in Congregatione s. Inquisitionis, ut fiat evidens, hos emendare et corrigere abusus ad fidei Tribunal peculiariter spectare. Videant nunc superiores aliqui, illi scilicet, qui reformationes ambiunt virtutemque sectari demonstrant, an huic Decreto obtemperent, dum ad actiones externas procedunt et poeuitentium confessiones vel a confessoribus inquirunt vel dolose auscultari praecipiunt, ut in supplicia enormiter prorumpant. Dato tamen, sed nullatenus concesso, quod talis sententia aliquam adhuc obtineat probabilitatem, repono quarto, qnod talis opinio solummodo loquitur de peccatis apud ipsos praelatos confessis et de praedicta notitia ad actiones indifferentes, quae pro suo libito exerceri possuut, ex aliis diversis cansis, ex quibus nulla videntibus vel ipsi poenitenti peccati commissi suspicio ingeritur. Quae tamen opiuio suis limitationibus et restrictionibus subjacet, in quibus immorari non lubet, alias multa diceremus, quae hodiernum abusum patefacerent. Haec tamen sententia

(etiam casu quo possit snbsistere post Clementis Decretnm) ad intentum addnci nou potest. Omuino enim diversum est, quod praelati aliqnando positis requisitis circumstantiis ad gubernium communitatis utantur notitia in confessionibus habita vel quod praelati a confessoribus inquirant et confessores superioribus paudant peccata confessa, ut complices corrigaut et castigent, et, quod pejus est, etiam superioribns saecularibus revelent ad punitionem. Quod saue refragante nemiue est formalis sigilli revelatio; praecipue si fiat nulla obtenta poenitentis licentia prout non semel accidit vel obtenta sed violenter prout freqnentissime, si publico rumori credendum est, ab ipsis practicatur. Qnae quidem perniciosa praxis fortasse ab aliqnibus Episcopis probata a nullo probato et orthodoxo auctore aut defenditur aut somniatnr: imo a S. P. Benedicto XII. eo quod ab Episcopis Armeniae introducebatnr jam pridem damnata reperitur. Cum igitur praedicti confessarii hoc frequenter in usu habeant maximo cum fundamento de ipsis suspicatnr damnatas doctrinas adhuc defendere maleque seutire de Sacramento Poenitentiae et de sacri sigilli strictissima obligatione optimaque cum ratione contra ipsos tamquam de fide suspectos procedendnm esse.

Dico tandem, ut alia ommitam, praedictos confessores, dum se charitate ferventes ac justificatos putant multiplicis reatus labe velint nolint infeliciter coinquinari.

Neque eos excusare poterit ignorantia, utpote quae crassa et affectata tenaxque jndicauda erit, eo quod earum rerum sit, quas ut muneri suo satisfaciant, non nescire tenebantur. Praecipue post sancti Officii edicta et literas apostolicas, qnibns minime aquiescunt et pertinaces contradicnnt. Nec zelns suus, qno suggereute diabolo miserime fasciuantur, eos tantae labis immuues constituit. Quid prodest homini, si uuiversum mundnm lucretur animae vero snae detrimentum patiatnr? Aut quam commutatiouem dabit homo pro anima sua? Deponant ut debent conscientiam suam erroneam, alias multorum peccatorum rei infallibiliter conviucentur.

Durus fortasse videbitur hic sermo. Sed optimos habeo asserti patronos; atque indictum volo, si ex priucipiis moralitatis evidenter uon probavero. Peccant igitur contra fidelitatem, contra charitatem, contra justitiam et contra religiouem et quidem graviter. Sufficeret autem quod venialiter solum peccarent, ut a simili praxi omuino abstinerent.

Peccant contra fidelitatem, quia uon retinent secretum in confessione eis commissum quasi snb ea intrinseca conditione et pacto, ut nullatenus reveletur et quod alias suae fidei nou committeretur, si poenitens revelandum esse reformidaret. Peccant contra charitatem quia cum debeant ex vi officii sui poenitentes allicere ad poenitentiae Sacramentum, ut per illud ad Deum frequentius accedant et delictorum suorum veniam promereantur, potius a Sacramento retrahunt, timorem iucutiunt ac fideles ipsius Sacramenti fastidio afficiunt dum quos absolvere tenebantur inabsolutos dimittunt cum periculo vel nou redeundi ad confessionem vel tacendi peccatum; suaque pestifera praxi proximorum offendiculis sunt in causa.

Peccant contra justitiam et quidem multipliciter. Siqnidem tam complex quam poenitens sunt in possessione suae bonae famae dum peccatum suum publicum non fit et jus certum habent ut eorum occultum peccatum non reveletur nec ullo modo infamiam patiantur. Proinde, neque confessor potest quocnmque praetextu complicis existimationem apud patrem Dominum praelatum vel superiorem laedere; praecipue cum gravi incommodo et damno ipsius poenitentis, nec ipse poenitens debet complicis existimationem offendere apud ipsum confessarium; ideoque tot concilia synodique id prohibent. Licet enim ex notitia in confessione data complex publice non iufametur, secnndum aliquos, attamen semper ejus proba existimatio apud ipsum confessarium inminnitnr; quinimo ex ejus manifestatione apud alios offenditur: quod quidem moralitatis regulae non permittunt. Hiucque multorum theologorum est opinio, graviter peccare poenitentem, qui ex consnlto complicem detegit et illius peccatum occultum manifestat. Quod quidem certum est, si ex revelatioue confessario facta et ex licentia coucessa sequatur aliqna infamia vel damnum temporale contingat, ut frequenter complices experti sunt. Hiucque etiam fit tales confessores errare, dum putant, quod pro bono spiritualis emendationis licitum sit infamare et damnificare complices, quod quidem est haereticum et severissima animadversione dignum. Deinde

poenitens ex eo quod accedat rite dispositus jus habet incontroversum ad sacramentalem absolutionem quam absque rigorosae justitiae offensa confessor negare uon potest; ac per consequens qui denegat peccat in materia gravi contra justitiam. Nec dicere quibit, negari posse absolutionem justa ex causa. Ita quidem, sed reuitentia in declarando complice et multo minus in concedenda facultate ad revelationem sigilli nec est nec unquam fuit justa causa denegandae absolutionis, imo est causa injustissima neque apud authores invenitur assignata. Excipio casus expressos, in quibus poenitens tenetur declarare complices, ut committendum delictum devidetur: de his enim non est quaestio. Adverto tamen etiam in his casibus non posse poeuitentem cogi praecise ut confessario revelet complicem; quinimo confessarius a simili inquisitione debet prudenter abstinere, sed sufficere quod revelet in competenti judicio, ut conveniens remedium adhibeatur et ad id solum monendum cogendumque esse a confessario.

Quo supposito resolutive dico, non esse justam causam denegandi absolutionem eam poenitentis renitentiam in declarando complice. Nullus siqnidem est doctor (aliquo excepto, de quo statim) qui asserat ad id poenitentem cogi posse, aut ob eam causam indispositum esse censendum. Et ratione probatur: quia notitia complicis, ejus nominis, aguomiuis et domicilii necessaria non est ad agnoscendam speciem vel circumstantiam aggravantem. Poenitens autem solum debet declarare speciem peccati et secundum meliorem opinionem circumstantias aggravantes: ergo ad alind cogi non potest. Deinde secundum veriorem et securiorem opinionem, ut supra diximus, non debet poenitens declarare complicem, imo tenetur non declarare et hoc habet hujus sacramenti praxis; ergo ad id cogi non potest.

Similiter uullus cauon est, nulla doctorum opinio, quod teneatur praestare consensum, ut sigillum uullatenus reveletur: ergo non potest ceuseri indispositus, qui non facit, quod facere uon debet cum potius si faciat quod facere illicitum judicat indispositum se reddit, qui autea dispositus accedebat. Unde confessor (qui alias poenitentis probabili opinioui acquiescere debet) sic adigens poenitentem et ex utraque parte inter duo mala augustiis premens ei maximam infert injuriam ac propterea eum exponit gravi periculo vel amittendi dispositionem necessariam ad validitatem Sacramenti vel non redeundi ad Sacramentum vel celandi illud peccatum vel indebite accedendi ad s. Eucharistiam; praecipue, si exinde oriatur aliquod scandalum vel suspicio vel etiam timor parentum aut dominorum interveniat. Qnorum omnium causa est, et quidem proxima, imprudentissima et injustissima complicis inquisitio vel absolutionis indebita et peccaminosa denegatio. Si adhuc insistant Suarii opinione ducti, indispositnm esse poenitentem qui non vult complicis correctionem et emendationem respondeo, errare quidem et Suarium non intelligere ejusque doctrina evidenter abuti. Et dato, quod Suario non praevaleant tot doctores optimi contrarium evidentissime demonstrantes, tot synodi, tot constitutiones, tot concilia inquisitionem complicum absolute prohibentia, quod quidem quam perabsurdum sit nemo non viderit; dato iiquam hoc respondeo Suarium aliosque locntos fuisse in casu, quo poenitens ad correctionem praecise teneatur et nolit etiam adhibere. Qni casus rarissimus est. Siqnidem, nt est communis Thomistarum et omnium fere sententia, ut praeceptum correctionis sub peccato obliget, quinque si rite recorder conditiones necessariae sunt.

Prima (supposito peccato mortali occulto vel etiam veniali periculoso) quod moraliter constet de periculo ant reincidentia. Secnnda, quod speretur fructus sen sit probabilis spes emendationis. Tertia opportnnitas personae et temporis; personae. ut non sit alius, qui melius possit facere; temporis, ut fiat tunc quando pensatis circnmstantiis discretio dictat cum majori fructu fieri posse. Ideoque si prudenter et probabiliter aestimetnr, quod peccator admonitionem non recipiat, a correctione est desistendum. Quarta, ut correctio judicetnr necessaria: tunc autem talis censebitur si peccator per eam et non aliter credatur convertendus. Quinta demum est, quod correctio commode fieri possit citra damnum aliquod vel in fortunis. Ex quibus patet non caecis oculis et veluti pro universali regula censendum esse indispositum poenitentem, qui nolit declarare complicem. Potest enim pensare praedictas conditiones et prudenter judicare non teneri ad correctionem. Potest etiam timere, quod confessor prout experientia docet tali notitia abutatur ad damnum aliquod complicis, imo et sni

ipsius: quo in casu non solum non tenetur declarare, sed potius non declarare tenetur.

Potest etiam correctionem velle per alia media, non per ipsum confessarium, quod ipsi quidem liberum est et prudentiae suae omnino relinquendum. Quinimo etiam in casu, quo ipso velit ad illum finem uti confessario, ipse debet in se non suscipere tale onus propter maxima inconvenientia quae inde oriri possunt; qua de causa docent prudentissime theologi confessarium non debere ipsi oneri se adstringere et solum debere instruere poenitentes circa modum, quo talem correctionem facere poterunt. Ad quid ergo tam curiosa imprudensque complicum inquisitio? Ad quid tam injusta insolensque absolutionis denegatio? Ad quid tam impertinens tamque violenta licentiae extorsio? Ad nihil aliud, nisi ad curiositatem ad vindictam, ad Sacramenti odium, ad effectandum zelum ad graviterque peccandum.

Tandem peccant contra religionem quatenus culpabiliter suis non licitis et imprudentibus interrogationibus ac denegato absolutionis beneficio Sacramentum alicujus sacrilegii periculo exponunt et frangendo ejus sigillum maleque sentiendo de ejus strictissima obligatione ei maximam injuriam irrogare dignoscuntur. Unde vel putant id sibi licere et sunt suspecti de fide vel non licere arbitrantur et tunc praedictorum peccatorum rei fiunt, voluntarie enim operantur frequenter, quod eis non licere non ignorant. Et cum non debeamus tam male de proximo suspicari, ut censeamus ipsum libenter et scienter tot velle committere peccata, potius judicabimus eos errore intellectus illusos in materia fidei rectaeque administrationis Sacramenti ignoranter decipi et propterea aut propter errorem aut propter suspicionem erroris sanctae fidei judicibus subjacere: proindeque omnino ruit supra positum primum fundamentum.

Quod attinet ad secundum breviter me expediam. Et quamvis fatear praeceptum juris naturalis esse, quod nemo teneatur se tradere ac suam propriam turpitudinem declarare: attamen etiam indubium est, praedictam regulam in aliquibus casibus limitari prout in praesenti casu limitandam esse, non improbabiliter defendi potest. Ideoque inpraesentiarum pensatis circumstantiis parvi roboris et efficaciae esse praedictum argumentum ni fallor judicandum est. Et sane, qui illud magni faciunt aut recte non callent quibus modis absque denunciati proditione fieri possit denunciatio, vel ignorant quibus prudentissimis cautelis in recipiendis similibus denunciationibus Domini Inquisitores se habere soleant. Supponamus tamen denunciantes apud Dominos Inquisitores peccatum suum aliquo modo pandere.

Quid ergo? Certum est, illud sub inviolabili secreto apud ipsos latere. Committitur multoties peccati secretum amico vel famulo vel lenoni sub spe quandoque vana fidei servandae. Cur non committetur Judicibus, ubi secreti observantia est infallibilis? Deinde etiam certum est, denunciantibus nullam exinde poenam, nullam publicam infamiam resultare. Ut plurimum aliqua existimationis imminutio apud ipsos Dominos Inquisitores considerari poterit. Haec tamen minimi momenti judicari debet. Si apud plures confessarios idem peccatum confiteatur poenitens, apud eos etiam considerari potest existimationis imminutio et tamen parvi penditur propter bonum particulare ipsius poenitentis? Cur non parvi etiam aestimabitur propter bonum commune Sacramenti, quod est alterioris ordinis et in quo etiam vertitur particulare bonum denunciantis, ut sine periculo fracti sigilli liberius et securius confiteatur? Eadem bonae opinionis sugillatio resultat ex haeresi, ex maleficio, ex sortilegio, ex bigamia, ex sollicitatione et tamen ob bonum publicum religionis quod exinde provenit non attenditur imo spernitur. Multi sunt in jure casus, in quibus delinquens tenetur se tradere et veritatem fateri; neque tunc supra posita militat naturalis juris regula, quae suas patitur limitationes. Nihil tam naturae, quam quod filius, qui unacum patre censetur eademque persona, crimen patris celet, ex quo ejus vita periclitatur bonaque amittuntur quale est crimen majestatis humanae laesae et tamen filius tenetur denunciare parentem alias etiam tamquam reus sociusque criminis punitur licet revera innocens sit. Hoc sane quia bonum publicum ratioque altioris ordinis sic exposcit. Idem in crimine laesae majestatis divinae et quidem strictius propter altioris ordinis bonum. Reus non tenetur actori petenti edere propria instrumenta propter naturalis juris rationem, quae dictat neminem teneri se tradere vel arma contra se praestare et tamen multi sunt casus, in quibus tenetur edere, scilicet in omnibus, in quibus militat

altioris ordinis ratio. Nihil tam naturale, quam quod innocens inimico id petenti ad mortem tradatur: et tamen (in opinione multorum licet alii refragentur) si inimicus minitetur destructionem regni vel civitatis, nisi ei tradatur innocens, non poterit respublica tradere innocentem, sed ipse innocens tenebitur, etiam cum periculo amittendae vitae, se tradere et hoc ex ea ratione, quia contra illam naturalem rationem militat alia ratio altioris ordinis, nempe boni communis conservationis reipublicae, quam ipse suae propriae vitae et conservationi anteponere debet. Ergo a simili. Quod plus difficultatis habere potest est quod poenitentes ad tales denunciationes sub censura cogantur. Sed stabilita obligatione denunciandi propter commune religionis et Sacramenti bonum de plano currit, quod ad id mediis censuris cogi possint. Domini Inquisitores nonnisi sub poena excommunicationis has denunciationes praecipere solent. Alioquin inutiles propemodum forent suae monitoriae literae, si fideles aliqua censura non adstringerentur. Has quotidie videmus nec nobis aliquid novitatis afferunt.

Nunc solum hanc juris naturalis regulam nobis efficaciter repraesentant theologastri isti, quia illud rectissimum Tribunal ut disseminato gliscentique errori se opponat ejus assertores denunciari jubet. Quare hoc? Quia detegi timent et puniri. Satius tamen sibi consulerent, si emendarentur. Haec sint satis.

Nunc ad vos convertor charissimi fratres reverendissimi sacerdotes. Et imprimis parcito, si quid gravius hucusque dixi aut ulterius pronunciavero. Nulla enim movetme objurgandi cupiditas, sed fraterna charitas veritatisque dilectio. Praecipue cum pro fidei et sacramenti publica causa contra nocentes solummodo vel errantes verba proferam neminemque in individuo redarguam. Dicito quaeso, dicito per Deum immortalem: quae vos dementia cepit? Quis vos fascinavit non obedire veritati? Quo vester animarum zelus seductos rapit? Tanta orationis mentalis frequentia nondum mentes vestras illuminavit, ut lucem a tenebris dividere possitis? Tam assidua librorum lectio, tam frequens theologiae studium adhuc vos non instruxit ut innocuas doctrinas a perniciosis discernere sciatis? Cur circumferemini fluctuantes omni vento doctrinae? Cur inscientifica statera non perpenditis quam parum boni quantumque mali ex vestra doctrina praxique vestra consequamini? Quod erraveritis in principio labilis humana naturae propensio et infirma humanae sapientiae capacitas in causa esse potuit: ideoque facillime condonandum. Ast, quod adhuc opinioni vestrae post sancti Officii edictum, post S. P. censuram inflexibiles adhaereatis, minime parcendum; superbiam enim maximam odoratur, quod contra commune theologorum placitum quasi soli habetis, Dei spiritum tenaciter reluctemini. Audite mellifluum Bernardum: Quae major superbia, quam ut unus homo toti congregationi judicium suum praeferat, tamquam ipse solus habeat spiritum Dei. Aquiescite ergo communi sententiae: superiorum praecepto obedite. Nec singulares fieri inutili virtutum elatione contendatis; non enim qui se ipsum commendat probatus est, sed quem Deus commendat. Quid ad errorem tantum vos movere potuit? Amor Dei et proximi? Ita persuadere concupiscitis, sed perfecta charitas malos filios gignere non potest. Perpendite quot scandala, quot dissidia, quot perturbationes imprudens generet zelus vester et invenietis profecto non firmari in radice charitatis, arbor siquidem bona non potest malos fructus facere. Charitas Dei quaedam vitalis est pluvia virtutum, sub qua et beata voluptas germinat et operatio sancta fructificat; patiens haec in adversis; temperata in prosperis; humilitate potens; affectione laetissima; inimicis benevola, bonis suis superans malos ajebat Cassiodorus. Vosmetipsos introspicite et contemplamini an haec Cassiodori sententia charitati vestrae aliquatenus adaptetur. Fortasse vobis visum erit charitate duci, totus enim scopus vester est vitare peccata animasque Deo lucrari. Sed fallimini: nullus enim rectus finis per media improportionata obtineri potest. Ficta fallaxque est intentio, cum media quae opponuntur sunt vitiosa. Ideo fortasse tot complices videtis non correctos, sed causata indignatione commotos non Deum gemitibus placantes, sed querimonias publicas ubique fundentes. Proh dolor! Et hic charitatis fructus censendus est. Sed esto quod aliquos complices lucrifaciatis.

Non sunt facienda mala, ut veniant bona. Nescitis inconcussam firmissimamque omnium theologorum et canonistarum sententiam esse nullatenus sigilli secreto abutendum, etiamsi tota communitas periclitetur? Cur sanis doctrinis in malum sensum detortis abutimini;

vel utimini minus certis, quas luxuriantium ingeniorum acumen vel forte malignantium scriptorum improbitas ad securioris theologiae perniciem dolose invexit. Cur rationibus seu potius ratiunculis vestris veritatem confunditis, ut aliorum secura fundamenta despiciatis? Nonne suis rationibus et auctoritatibus confidebant (ut alios haereticos in aliis fidei quaestionibus omittam) in materia sacramenti poenitentiae Lutherus, Petrus de Osma, Wiclef, Hus, Jansenius, Bayus et alia hujusmodi monstra? Nonne Illuminati eamdem ferme doctrinam, quam vos introducitis, defendebant? Certe multis patrum sententiis licet dolose depravatis, multis theologiae principiis licet cavilose adductis se munitos existimabant et tameu, ut haereticae, ut perniciosae, ut male sonantes illorum doctrinae damnatae inveniuntur. Quot propositiones speculative probabiles in libris aliquando legebautur et tamen eas, non propter earum rationes aut principia, quibus innitebantur, sed propter damnum et periculum quod infallibili dogmati imminebat vel propter abusum et fidelium scandalum, quod inde oriri poterat, ecclesiastica censura inustas fuisse compertum habemus? Cur doctrinas in aliquo tantum rarissimo casu verificandas in communem usum sine discretione, sine dilectu, sine prudentia frequentissime adducitis? Adite sanae theologiae practicae fontes, synodos inquam et concilia, ejusque praeceptis potius, quam male intellectis oppinionibus conformamini. Legite synodum Claramontensem can. 7., concilium Coloniense cap. 8., syuodi Valentinae constitutiones, synodum Leodiensem et concilium Leodiense, concilium Moguntinum, concilium Brugense, concilium Beneventanum et omnium fere episcopatuum nostri regni constitutiones; sufficiatque vobis legere Decretum Congregationis Episcoporum in Belgio an. 1667. April. 22: quod enim ibi invenitur constitutum idem est, quod in relatis conciliis. Sic se habet:

Complicum nomina confessarius non inquirat ne quidem sub praetextu quod velit aut possit eis prodesse, non obesse. Multo minus confessione poeuitentis abutatur ad instituendam complicis denunciationem vel accusatiouem. Neque hoc committat ut ad complicis superiores scribantur literae anonymae multo minus a se subscriptae. Neque denique faciat quidquam unde vel poenitens vel complex aliquod gravamen accipiat: cum ipsum peccatum et nomen complicis, si per inadvertentiam poenitens expresserit, cadat sub sigillo cum peccato poenitentis. Qui articulus ut exactius observetur adoptamus canonem concilii Coloniensis anno 1280 celebrati et sub poena excommunicationis sacerdotibus inhibemus, ne a confitentibus nomina eorum cum quibus peccaverunt inquirant vel circumstantias, per quas possint nomina eorum sciri.

Quod si facerent ab officio confessionis audiendae et sacrorum ministeriorum ipso facto se noveriut esse suspensos.

Eu quod in Belgio rigoristae Baiique discipuli reformationis zelo tentabunt et quod Episcopi illius provinciae in unum congregati dissipare curaverunt. En quod vos in nostro regno introduxistis: si enim rem bene perpendatis, quidquid ibi prohibetur, id ipsum est quod vos sequimini. Oh pudeat rigoristarum imitatores fieri, potiusque tot conciliorum autoritatibus receptis mentes subjicite. Neque dicatis haec concilia provincialia fuisse vosque non obligare. Revinco enim, quia etsi non obligent instruunt tamen et temeritati tribuendum est, quod eorum sanae doctrinae non acquiescatis. Iterum revinco; quod approbatae et communiter receptae fuerint. Ulterius revinco, plus enim auctoritatis habent hae synodi, haec concilia sanctissimorum doctissimorumque virorum communi consensu congregata, ut ea sequamini, quam vosmet ipsi privato vestro concilio et ut plurimum aliquorum doctorum quos non bene perpenditis sententiae adhaerentes. Revinco tandem, quod hae synodi, haec concilia, hae constitutiones juri canonico et Pontificum decretis conformantur: vestra vero opinio an secta nullius canonis inuititur auctoritati.

Nec dicatis iterum, ibi non agi de inquisitione ad finem correctionis fraternae. Retorqueo enim primo quod ibi generaliter agitur de praetextu, quod possit eis prodesse, in quo sane correctio fraternae contiuetur. Retorqueo secundo, quod lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Et sane mirum est quod illae synodi, illa concilia, illae coustitutioues, illud decretum correctionis fraternae nullatenus memiuerint. Nec credendum est patres illos id non advertisse. Sed de eo casu minime cogitarunt et optima cum ratione; quia nec confessio dirigitur ad correctionem fraternam complicis nec

confessores ad praeceptum correctionis tenentur circa ea, quae non sciunt ut homines, sed ut Deus. Rectorqueo tandem et invincibiliter: quia quidquid sit de praedictis conciliis habemus expressas literas apostolicas, in quibus oraculum Vaticani praxim vestram etiam sub affectato praetextu correctionis fraternae expresse coudemnat.

Neque tandem dicatis, neque ibi neque alibi condemnari revelatiouem sigilli cum licentia poenitentis. Quia repello, jam enim non agimus de revelatione sigilli quoad ipsum poenitentem, sed quoad complicem. Repello iterum, quia jam non agimus de ipsa revelatione cum praedicta facultate sed de illicita inquisitione complicis et de injusta coactione poenitentis ut complicem declaret et de iniquia denegatione absolutionis. Repello amplius, quia jam nobis sermo est non de libera spontanea licentia sed de extorta, quae nullibi approbatur et ab omuibus exploditur. Tandem repello, quia jam non agimus de licentia poenitentis, sed de abusu sigilli sine illa declarando praelatis peccata in confessione audita; quod quidem nullius autoritate licitum quandoque probabitur.

Iterum vos percontor: an vobismet ipsis persuasum habeatis vos sanctis patribus, doctoribus eximiis, instructissimis confessoribus, theologis celeberrimis scientia, virtutibus et charitatis zelo antecellere? Id non credo, ne vos superbia elatos ac misera caecitate ductos quodammodo suspicer atque errore deceptos necessario conviucam. Dicite ergo, ex quo sancto patre vestram doctriuam hausistis? Ubinam hanc introductam praxim observatam demonstrabitis? Certe ex nullo, nisi ex aliquo ab haereticis detorto; certe nullibi, nisi ubi novatores falsa dogmata sua spargere consueverunt. An eximii confessores s. Franciscus Xaverius, s. Philippus Nerius, s. Franciscus Salesius, s. Vincentius Ferrer., s. Bernardus Seueusis aliique complurimi assidue confessionibus audiendis emendandisque peccatoribus flagranti charitate incumbentes hanc praxim in more habuerunt? Certe nihil tale de eis nec legisse memini uec vos legisse convincar. An prudentissimi sapientissimique confessores virtutibus pleni, quos nostrum saeculum veneratum est et quorum nomina non refero, ne caeteros offendam, hanc pestiferam praxim quandoque admiserunt? Nulla equidem fama, nullus rumor, nulla suspicio, nullae poenitentium querelae eos simili aspersos labe inquinare potuerunt. Cur ergo praxi communissimae non acquiescitis? Cur Sanctae Inquisitionis tamquam legitimi superioris praescripto uon obtemperatis? Cur supremo capiti vestram doctrinam damnanti submisso corde compressisque labiis non obsequimiui? Quid ulterius tenaciter reluctamini? Accedite igitur ad cor altum ut exaltetur Deus. Deponite contumaciam superbiae et iguorantiae filiam. Obedite majoribus vestris: vocem Pastoris audite: humiliate erectas cervices et incousutilem Christi tunicam ne proscindatis. Ast video vos negare facta. Bouum quia talia non agitis! Optimum quia talia non defenditis! Oh bone Deus! Gratulor, centiesque milliesque gratulor, quod vos tauti erroris immunes exhibeatis. Silete igitur, neminem enim vestrum expresso nomine aut indigitata persona quis accusat. Sinite edicta huic malo occurrentia promulgari; quae quidem vos innocentes minime tangit et solummodo contra nocentes evulgantur. Ne vosmet ipsos in maximam suspicionem inducatis, dum propositionem damnatam ut aliqua scriptra testantur acerrime defenditis et edictorum justissimae evulgationi aperto agmine resistitis. Domiuus sit illuminatio vestra, ut qui innocentes praedicamini, in die irae nocentes non accusemiui.

Tempus est jam, ut vos alloquar o Infulati Praesules, Colleudissimi Excellentissimique Domini Episcopi. Sed quis ego ut vobiscum sermonem meum instituere audeam? Contremisco sane, dum humilitatem meam celsitudinemque vestram agnosco ac reverenter confiteor. Vestram maximam sapientiam veneror et temeritati non modicae egomet tribuo, quod nox diei eructet verbum indicetque scientiam. In hoc solum fiduciam meam repono, quod Deus infirma mundi eligat, ut fortia quaeque confundat reveletque parvulis quod a sapientibus abscondit. Optarem sane ignitum vehementer, sed sane modestum, comptum, reverentia plenum auribusque vestris aptum eloquium efformare. Suppleat tamen sincerus animus, ferveus charitas et iucorrupta veritas quidquid injucundius proferam et ex nimia benevolentia vestra bouae intentioni meae consulentes haec verba exaranti benignius indulgere.

Igitur attendite vobis et universo gregi in quo Spiritus Sanctus vos posuit regere Ecclesiam suam. Nemo vos seducat inani-

bus verbis. Videte, quod inter vosmet ipsos sub specie boni exurgunt viri vaniloqui, loquentes perversa, ut abducant alios post se. Vigilate nam lupus rapax circuit, ut Dominicum gregem discerpat: quod ut assequatur, prout astutiae suae subtilissimum est studium virtutem mentitur, zelum fingit ac veram charitatem simulatis figmentis imitatur. Profundissimae considerationis Vestrae aquilinis oculus retroacta saecula intuemini, invenietis profecto omnes haereses sub reformationis colore pullulasse, auctoribus semper novitatum amatoribus earumque assertoribus tenacissimis. Praepositi estis Ecclesiae ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi, ut non circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Ne igitur errantibus faveatis, ut non videamini potius ad destructionem Corporis Christi cooperari. Poenitentiae Sacramentum necessarium sane necessitate medii ad salutem unicum est remedium, quod misericors et miserator Dominus infirmitatibus nostris compatiens nobis reliquit ad salutem, ut iterum renascemur filii Dei, quos peccatum, diaboli, irae, vindictae et gehennae servos efficeret. Ut cum Augustino loquar: Confessio est salus animarum: dissipatrix vitiorum, oppugnatrix daemonum. Quid plura! obstruit os inferni, portas aperit paradisi. Aditus latissimus ad eum reserari debet, non limen intercludi. Asperum quidem et quodammodo naturae repugnans praeceptum est, ut homo homini peccata sua manifestet. Ideo, ut levius, suavius faciliusque redderetur Sacramentum, Divina providentia ac institutione factum est, quod confessa crimina ita laterent, ut nullo in casu, nullo praetextu, etiam maximae utilitatis publicae imo et maximi animarum lucri revelari valerent. Hoc evertere odiosumque reddere tam proficuum Sacramentum, ab ejus origine ad saeculum usque nostrum, omnem lapidem vaferrimus admovit sathanas, Lutherani, Calvinistae, Wiclevistae, Rigoristae aliique innumeri sectarii attestentur. Huc collimant omnes ejus astus, ut sublato poenitentiae lavacro totum mundum si possit baratrum absorbeat. Incredibile quanta in hoc sacramentum saeculis omnibus machinatus sit. Nunc novas artes, fallacias novas excogitat confessaque peccata vanis simulatisque praetextibus declaranda fraudulenter nimis introducere meditatus fuit; suique versuti in nos odii ministros esse facit eosdem, quos fortissimos adversarios experiri aequum erat. His fraudibus, his astutiis a tanto tamque necessario miseriarum nostrarum levamine deterret. Eo colorato, sed fraudulento fine emendationis complicum inemendati, abducti et adversi redduntur poenitentes: et qui accesserunt, ut abirent sani, inabsoluti majorique infirmitate gravati saevissime remittuntur. Quae mentium caecitas haec est, ut adeo perniciosum malum non videatur? Quae misera caligo intellectum nostrum adeo obnubilat, ut haec non attingat, non meditetur, non studeat praecavere? Adingantur ergo tenebriones isti: fugentur hi nebulones et veritatis refulgente luce revertatur serenum, gratum jucundumque omnibus poenitentiae Sacramentum. Hoc non modo rectissimi Fidei Tribunalis, sed etiam muneris vestri est, o praestantissimi praesules. Hoc vobis commendat vigilantissimus totius ecclesiae supremus Pastor. Quid reluctamini? Quid moramini? Vos forte detinet optata complicum emendatio? Non decipiámini: complices alia via emendabuntur. Non vos fallat correctionis amor: non vos deludat desiderium sciendi, qui peccatores, qui digni, qui vero indigni ad ordines, ad dignitates habendi sunt. Haec omnia adhibitis a jure praescriptis mediis sciri poterunt, non vero per obtentam confessionum notitiam; hoc enim illicitum et peccaminosum semper fuit. Non recedatis a terminis quos nobis constituerunt patres nostri; si enim ad alias semitas declinaveritis, via veritatis proul dubio aberrabitis. Si emendationem subditorum, ut vobis pro cura imminet, assequi concupiscitis id aliis licitis mediis consequi potestis. Quod officii vestri est, id facite. Inquirite speculatores, instituite, visitate, arguite, obsecrate, increpate, praedicate verbum sanum et irreprehensibile; idque ipsum praedicatoribus vestris constituite, salvum tamen et intactum relinquite poenitentiae Sacramentum, nec necessariam sigilli institutionem corrumpatis. Agnoscant oves vocem pastoris sui; agnoscant ejus charitatem, agnoscant doctrinam suam et ad salubria pascua feliciter reducantur. Haec instituit Jesus Christus, haec praedicaverunt Apostoli, haec verbis et exemplo docuerunt SSmi patres et praelati. Haec est via certa, plana, lata et secura; caetera quae introducuntur noviter sunt periculosissima. Sinite et libenter sinite, ut denegantur et puniantur errores isti. Non

vos moveat ea simplex et sincera existimatio, quod hujusque nihil tale actum sit. De vestra ardenti charitate, de vestra maxima sapientia, de vestro rectae fidei sensu nihil dubito nec dubitabit aliquis. Verum enim vero de vestris factis deponere potestis, de alienis non potestis. Credite id ab aliquibus fieri consuevisse. Vigilate ergo, ne amplius fiat; nec renuatis, ut a sancto Fidei Tribunali hoc gliscens malum compescatur.

Vestra jurisdictio nullatenus imminuitur; jam a saeculis fundatam intentionem habet, ut contra suspectos de fide procedere possit, in quo quidem judicio vos simul estis conjudices. Licet tamen aliqualiter imminueretur: libentissime potius id pati debueratis, ut haec pessima ac venenosa falsae doctrinae semina eradicarentur: decentiusque omnibus visum erit, quod vos potius fidei aemulatoris quam jurisdictionis zelo typos exhibeatis. Nullum aliud opportunum superest remedium: satiusque erit ut jurisdictio vestra aliquod modicum parvique praejudicii detrimentum sustineat, quam quod tam ingens error propagetur. Sisto jam; dictorumque, si aliquod vobis offendiculum attuli, veniam flexis genibus exposco. Superest, ut vobis Colendissimis Dominis meis Sanctae Ecclesiae Romanae Eminentissimis Cardinalibus pro verae fidei, verae religionis studio ardentissimoque zelo, quo tanto errori occurrere suscepistis, grates de genu referam: et qui laudare non sufficio consultius duco, ut conticescam.

Continueri tamen non valeo, quin laetitia inenarabili Deo Optimo Maximo gratias rependam, quia vos pro domo sua contra nequitias diaboli accerrimos defensores instituere dignatus sit Spirituque Sancto suo induxerit, ut succrescens lodium sparsamque zizaniam, antequam bonum frumentum contaminaretur, in agro Dominico evellere curavissetis, sacros Ecclesiae et Sacramenti ministros, ut aliquos cribaret expetiverat Sathanas: vos autem inspirante Deo et hos cribare studuistis ut farina bona a furfure separetur. Estote igitur fortes in bello, ut pugnetis cum antiquo serpente. Ipse non quiescit: vigilat utique neque desistit ut religionem devoret catholicam ac populum christianum ducat in interitum. Vigilate vos quoque; Deus enim sua inscrutabili providentia certamen vobis dedit ut vinceretis, ipseque in vobis vinceret. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in coelestibus. Bonum opus incipere cogitastis: Dimidium facti, qui bene coepit, habet. Perficite. Deus vos adjuvet conservetque incolumes. Valete.

Modus

quo recipi debent denunciationes in re ad sollicitationem spectante ab iis, qui ad denunciationem aliquam absque interventu Notarii recipiendam delegantur.

Delegatus incipiet actum a notando die, mense, anno.

Die. Mensis. Anni.

Sponte personaliter comparuit coram me infrascripto sistente in (notabit locum, ubi reperitur ad actum recipiendum), ad hunc actum tantum ab Illmo et Revmo N. specialiter delegato, prout ex ejusdem Ordinarii literis mihi directis et datis sub die (exprimet quo die ipsi scriptae fuerint literae) praesenti positioni alligandis, N. N. (scribet nomen, cognomen, patrem, patriam, aetatem, conditionem et habitationem personae denunciantis; et si haec religiosa fuerit, exprimet etiam nomen, quo ea vocabatur in saeculo. Deinde prosequetur) cui delato juramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis ss. Dei evangeliis, (quae manu tangere faciet) exposuit prout infra, videlicet: Hic persona denuncians vernaculo sermone declarare debet, se scire obtentam esse ab Ordinario loci facultatem recipiendi absque interventu notarii quod ad suam conscientiam exonerandam expositura est, propterea quia justis de causis eidem Revmo Antistiti se sistere nequit: deinde narrare continuo debet quae ad sollicitationes ei factas attinent seu verba fuerint, seu scripta seu actus, accurate describendo locum, tempus, occasionem, vices et singula adjuncta, necnon utrum in actu confessionis an prius vel post sacramentalem absolutionem ea evenerint. Nominare debet confessionalem sedem et ipsum Confessarium sollicitantem et quatenus hujus nomen et cognomen aut ignoret aut oblita fuerit, describet accurate illius personam, omnes distincte characteres notando, ita ut ille recognosci possit. Animadvertat delegatus, non esse interrogandam personam denunciantem, utrum consensum ad actum

turpem quocumque modo praestiterit vel recusaverit, cum ipsa ad suos defectus manifestandos non teneatur. Hisce exscriptis prout narrantur delegatus quae sequuntur neque aliud praeterea quidpiam requiret.

Interrogata: An sciat vel dici audierit, dictum N. N. (nominando personam) Confessarium sollicitasse alias poenitentes ad turpia? et quatenus etc.

Respondit: (Notabit responsionem et si haec affirmative fuerit, nomen et cognomen personarum sollicitatarum exquiret et causam scientiae.)

Interrogata: De fama supradicti confessarii N. N. tam apud se quam apud alios? et quatenus etc.

Respondit: (Responsionem exscribet.)

Interrogata: An odio vel amore praefata deposuerit et super inimicitia aliisque generalibus etc., et quatenus etc.

Respondit: Recte (si ad propriam conscientiam exonerandam denunciasse se dicet.) Si a sollicitatione plus uno mense praeterlapsum fuerit, erit etiam interrogauda:

Interrogata: Cur tamdiu distulerit praefata denunciare proprio Ordinario et conscientiam suam exonerare?

Respondit: (Notabit responsionem.)

Actus claudatur hac ratione: Quibus habitis et acceptatis etc. dimissus (vel dimissa) fuit juratus (vel jurata) de silentio servando ad novum tactum ss. Dei evangeliorum; (super evangelium iterum jurabit) et in confirmationem praemissorum se subscripsit (et si scribere nesciat) et cum scribere nesciret, prout asseruit, fecit signum Crucis (Crucis signum calamo faciendum ab ea exiget.) Postquam denuncians se subscripserit aut Crucis signum fecerit, subscribet se delegatus hoc modo:

Acta sunt haec per me N. N. ab Illmo et Revmo Antistite N. N. ut supra specialiter delegatum.

Integrum deinde actum originalem directe ad proprium Ordinarium delegantem transmittet unacum praesenti instructione et literis ei datis, nihil omnino apud se retinendo.

8) Poenae.

Vd. supra p. 96. n. 7.

Gregorius PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universi Dominici gregis curam quamquam immeriti coelesti dispositione gerentes sedulo invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur immunis, multoque majori studio providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne, quod evangelica scripta Nos admonent, sale infatuato non sit in quo saliatur, et ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.

§. 1. Quoniam autem a romanis Pontificibus praedecessoribus nostris quibusdam in locis provisum fuit, ut impium ac nefandum scelus, quod non solum inter christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet ut aliquis sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto Poenitentiae Sacramento, sollicitando poenitentes ad turpia, abutatur ac pro mediciua venenum, pro pane aspidem porrigat et ex coelesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quae his perniciosissimis diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus.

§. 2. Alias siquidem a fel. rec. Pio PP. IV. Praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequentis videlicet: Pius PP. IV.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalensi in regnis Hispaniarum haereticae pravitatis Inquisitori generali. *Cum sicut nuper etc. pag. 95.*

§. 3. Igitur ut literae praedictae perpetuis futuris temporibus et ubique locorum inviolabiliter observentur motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostra ac de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra haereticam pravitatem generalium Inquisitorum praeinsertas literas hujusmodi ac omnia et singula in eis contenta apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus illisque omnibus et singulis inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus illasque non solum in praedictis Hispaniarum

regnis, sed in quibusvis christiani orbis partibus firmiter et inviolabiliter observari praecipimus et mandamus.

§. 4. Ac praeterea ne in futurum de poena his delinquentibus imponenda et de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus et declaramus, quod omnis et singuli sacerdotes tam saeculares quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum ac Sedi apostolicae immediate subjectorum, ordinum, institutorum, societatum et congregationum regulares cujuscumque dignitatis et praeeminentiae aut quovis privilegio muniti existant qui personas, quaecumque illae sint, ad inhonesta, sive inter se sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis confessionis, sive antea vel post immediate seu occasione vel praetextu confessionis in confessionario aut in loco quocumque ubi confessiones audire, sollicitare vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos et inhonestos sermones sive tractatus habuerint, in officio s. Inquisitionis severissime ut infra puniantur. Et praeterea omnes haereticae pravitatis Inquisitores et locorum Ordinarios omnium regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum et locorum universi orbis christiani in suis quemque dioecesibus et territoriis per has nostras literas etiam privative quoad omnes alios specialiter ac perpetuo judices delegamus, ut super his contra praedictos, simul vel separatim in omnibus, prout in causis fidei juxta ss. canonum formam necnon Officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines et decreta diligenter inquirant et procedant: et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate et circumstantiis, suspensionis ab executione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum et officiorum quorumcumque ac perpetuae inhabilitatis ad illa necnon vocis activae et passivae, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes et carceres etiam in perpetuum absque ulla spe gratiae aliasque poenas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate graviores poenas meruerint, debita praecedente degradatione, Curiae saeculari puniendos tradant.

§. 5. Dantes etiam facultatem venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme et ecclesiae Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus concurrentibus, praesumptionibus, indiciis et aliis adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo judicandi et curiae saeculari ut praefertur reum tradendum esse, pronunciandi.

§. 6. Non obstantibus omnibus, quae dictus praedecessor in suis literis praedictis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 30. Augusti 1622.

(Bull. r. t. III. p. 480. Ed. Luxbg.)

Poenae innovantur adversus confessarios qui poenitentes ad turpia sollicitant cum praecepto hujusmodi denunciandi et reservatione absolutionis quoad calumniatores. Adimitur praeterea sacerdotibus facultas sacramentum poenitentiae administrandi complicibus in peccato contra castitatem, cum poenis etc.

Benedictus XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacramentum poenitentiae, quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti patres apte nuncuparunt, Nos licet immerentes ad universi Dominici gregis curam superna dispositione vocati omne studium et pastoralem sollicitudinem adhibere tenemur, ne quod post amissam baptismi innocentiam datum est divina benignitate perfugium, per daemonum fraudem et hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam, naufragis ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium et quod in salutem et curationem animarum a Deo, qui dives est in misericordia, institutum est, execrabili scelestorum quorumdam sacerdotum improbitate, in earum perniciem atque interitum vertatur.

§. 1. Dudum quidem a fel. rec. Gregorio PP. XV. Praedecessore nostro per suas literas in forma Brevium sub datum Romae ad s. Mariam Majorem die 30. Augusti 1622 *) sapienter provisum fuit contra quoscumque sacerdotes audiendis confessionibus deputatos ad turpia et inhonesta sollicitantes et deinceps successivis temporibus, ad earum literarum interpretationem ac declarationem, plura subinde a congregatione fratrum nostrorum sanctae romanae ecclesiae

*) Vd. *p. 128.*

Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium inquisitorum sub die 11. Febr. 1661 prodierunt decreta et a rec. mem. Alexandro PP. VII. pariter Praedecessore nostro in congregatione generali s. romanae universalis inquisitionis die 24. Sept. 1665 coram eo habita, inter alias ab evangelica veritate et sanctorum patrum doctrina alienas et dissonas propositiones, sexta videlicet et septima, huc revocandae, damnatae et prohibitae fuerunt; nos itaque mature perpendentes quanti momenti sit ad aeternam animarum salutem ea ubique exacte observari et quanti ad infirmas oves curandas et decorem s. ecclesiae Dei retinendum intersit ne aliqui sacerdotes poenitentiae sacramento nefarie abutentes poenitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo secum recolentes, se a Christo Domino praesides et judices animarum constitutos ea sanctitate, quae sublimitati ac dignitati muneris convenit, tam venerandum sacramentum administrent: motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostra, praefatas literas hujusmodi ac omnia et singula decreta praedicta ad illarum interpretationem et declarationem emanata apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus illisque omnibus et singulis inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus atque etiam, quatenus opus sit, denuo committimus ac mandamus omnibus haereticae pravitatis inquisitoribus *) et locorum Ordinariis omnium regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum et locorum universi orbis christiani, in suis respective dioecesibus, ut diligenter omnique humano respectu postposito inquirant et procedant contra omnes et singulos sacerdotes tam saeculares quam regulares quomodolibet exemptos ac Sedi apostolicae immediate subjectos, quorumcumque ordinum, institutorum et congregationum et cujuscumque dignitatis et praeeminentiae, aut quovis privilegio aut indulto munitos, qui aliquem poenitentem, quaecumque persona illa sit vel in actu sacramentalis confessionis vel ante vel immediate post confessionem vel occasione aut praetextu confessionis vel etiam extra occasionem confessionis in confessionali sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato aut electo, cum simulatione audiendi ibidem confessionem, ad inhonesta et turpia sollicitare vel provocare sive verbis sive signis sive nutibus sive tactu sive per scripturam aut tunc aut post legendam tentaverint aut cum eis illicitos et inhonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerint et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate et circumstantiis severe animadvertant per condignas poenas, juxta memoratam Gregorii praedecessoris nostri constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus: dantes etiam si opus sit et rursus concedentes facultatem, ne delictum tam enorme et ecclesiae Dei injuriosum remaneat ob probationum defectum impunitum, jam alias in praefata constitutione tributam procedendi cum testibus etiam singularibus, dummodo praesumptiones, indicia et alia adminicula concurrant.

§. 2. Meminerint praeterea omnes et singuli sacerdotes ad confessiones audiendas constituti teneri se ac obligari, suos poenitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra sollicitatos, sedulo monere, juxta occurrentium casuum circumstantias *de obligatione denunciandi* inquisitoribus, sive locorum Ordinariis praedictis, personam, quae sollicitationem commiserit, etiamsi sacerdos sit, qui jurisdictione ad absolutionem valide impertiendam careat, aut sollicitatio inter confessarium et poenitentem mutua fuerit, sive sollicitationi poenitens consenserit sive consensum minime praestiterit, vel longam tempus post ipsam sollicitationem jam effluxerit aut sollicitatio a confessario, non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter confessarii, ne poenitentibus, quos noverint jam ab alia sollicitatos, sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denunciationem praedictam ad effectum perducentes delinquentem indicaverint competenti judici vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant ac promittant.

§. 3. Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio vel ira vel alia indigna causa commoti vel aliorum impiis suasionibus aut promissione aut blanditiis aut minis aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei judicio posthabito et ecclesiae auctoritate contempta, *innoxios sacerdotes apud ecclesiasticos judices falso sollicitationis insimulant:* ut igitur tam nefaria audacia et

*) Vd. *p. 95.*

tam detestabile facinus metu magnitudinis poenae coerceatur, quaecumque persona, quae execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes confessarios impie calumniando vel sceleste procurando, ut id ab aliis fiat, a quocumque sacerdote quovis privilegio, auctoritate et dignitate munito, *praeterquam a Nobis nostrisque successoribus, nisi, in fine vitae et excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendae quam Nobis et successoribus praedictis reservamus perpetuo careat.*

§. 4. Demum magnopere cupientes a sacerdotalis judicii et sacri tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem et sacramentorum contemptum et ecclesiae injuriam longe submovere et tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare et quantum in Domino possumus animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam, daemonis potius quam Dei ministri, loco eas per sacramentum creatori suo ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum sanctae romanae ecclesiae Cardinalium et aliquorum in theologia magistrorum consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum a pluribus Episcopis per synodales suas constitutiones jam factum esse novimus, omnibus et singulis sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus cujuscumque ordinis ac dignitatis tametsi alioquin ad confessiones excipiendas approbatis et quovis privilegio et indulto, etiam speciali expressione et specialissima nota et mentione digno suffultis, auctoritate apostolica et nostrae potestatis plenitudine interdicimus et prohibemus, ne aliquis eorum, extra casum extremae necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo et deficiente tunc quocumque alio sacerdote, qui confessarii munus obire possit, confessionem sacramentalem personae complicis in peccato turpi atque inhonesto, contra sextum decalogi praeceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi ipso jure quacumque auctoritate et jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam, adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla atque irrita omino sit, tamquam impertita a sacerdote, qui jurisdictione ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per praesentes has nostras adimere intendimus et nihilominus, *si quis confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis poenam*, a qua absolvendi potestatem Nobis solis nostrisque successoribus dumtaxat reservamus, *ipso facto incurrat.*

§. 5. Declarantes etiam et decernentes, *quod nec etiam in vim cujuscumque jubilaei* aut etiam bullae, quae appellatur »Cruciatae sanctae«, aut alterius cujuslibet indulti confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere eique sacramentalem absolutionem elargiri, cum ad hunc effectum et in hoc casu nullus confessarius, utpote qui in hujusmodi peccati et poenitentis genere jurisdictione ut praefertur careat et absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro confessario legitimo et approbato. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, praesertim quae nuncupantur »Cruciatae sanctae«, vel jubilaei universalis et plenarii, necnon quibusvis ecclesiarum et monasteriorum et ordinum quorumlibet, quorum ipsi sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis et innovatis; quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, ac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus demum ac praecipimus, ut omnes locorum Ordinarii tam praesentes quam futuri pro tempore existentes in approbatione confessariorum tam praedictam constitutionem Gregorii Praedecessoris quam praesentem hanc nostram ab omnibus sacerdotibus approbandis attente legi et accurate observari curent moneantque eos in Domino atque hortentur, ut sacrum ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, judicii integritate peragant exhibeantque semetipsos ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei, memores praeterea sint, se locum tenere ac vices obire summi atque aeterni sacerdotis, qui sanctus, innocens, impollutus, per Spiritum s. semetipsum obtulit immaculatum

Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi: sedulo igitur studeant diligenterque caveant, ne quaerentibus et pulsantibus eorum culpa coelum claudatur, ne deperditae oves ad ovile Dominicum redire properantes eorum manibus ferarum dentibus delaniandae tradantur, ne prodigi filii egentes et saucii, ad coelestem patrem revertentes, nefaria eorum improbitate, gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via suut, confodiantur.

Die 1. Junii 1741.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 50.)

Declaratio super constitutione quae incipit: »Sacramentum poenitentiae« adversus sollicitantes 1741 edita.

Benedictus PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolici muneris partes in procuranda praecipue rerum sacrarum pura illibataque penitus administratione versari debere probe intelligentes, non modo et assiduis hortationibus et justa, ubi res postulat, legum severitate, ut ab ecclesiasticis quibusque ministris Sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumus, providere studemus, verum etiam leges ipsas, ne forte sinistris interpretationibus in alterutram extremam partem aut immoderati rigoris aut detestabilis laxitatis perperam detorqueantur, opportune communire ac roborare, pro earumdem tuendo vigore, cum occasio poposcerit, non praetermittimus.

§. 1. Sane cum Nos alias per quamdam nostram constitutionem, cujus initium est: »*Sacramentum poenitentiae*« 1. Junii 1741 editam, omnibus et singulis sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus interdixerimus et prohibuerimus, ne aliquis eorum, extra casum extremae necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo et deficiente tunc quocunque alio sacerdote, qui confessarii munus obire possit, confessionem sacramentalem personae complicis in peccato turpi atque inhonesto, contra 6. decalogi praeceptum commisso, excipere auderet, itaut absolutio, si quam impertivisset, nulla atque irrita omnino esset, tanquam impertita a sacerdote, qui jurisdictione et facultate ad valide absolvendum necessaria, ipsi per Nos vigore ejusdem constitutionis adempta, privatus existeret et alias prout in memorata constitutione, cujus tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso et inserto haberi volumus uberius dicitur contineri. Cum Nos subinde super ea dictae constitutionis parte, quae mortis articulum respicit, dubitationes quasdam exortas fuisse acceperimus, quarum resolutionem privato cujusque judicio relinquendam minime existimamus, ne lex incertis conjecturis et opinionibus jactata in sensus a mente nostra alienos forsitan distrahatur ejusque vigor paulatim lauqueat atque enervetur,

§. 2. Hinc est, quod Nos omnem dubitandi rationem, quantum cum Domino possumus, de medio auferre cupientes motu proprio ac ex certa scientia et matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis plenitudine memoratam constitutionem nostram cum omnibus et singulis in ea contentis, tenore praesentium, quatenus opus sit, confirmamus illamque integre, peuitus et omnino atque ab illis, ad quos spectat et pro tempore quandocunque spectabit, inviolabiliter et inconcusse observari praecipimus et mandamus. Praeterea, habita super his cum venerabili fratre nostro Vincentio Episcopo Praenestino S. R. E. Cardinali Petra nuncupato poenitentiario nostro majori ac dilectis filiis officii poenitentiariae apostolicae ministris, qui rem jussu nostro mature perpenderunt, deliberatione, motu, scientia et potestatis plenitudine paribus *edicimus ac declaramus eadem constitutione singulis ut supra sacerdotibus, quemadmodum interdictum non est in mortis articulo personam in praedicto turpi peccato complicem confitentem audire atque ab hujusmodi quoque culpa rite contritam absolvere, deficiente tunc quocunque alio sacerdote, qui confessarii munus obire possit, ita interdici reipsa et prohiberi praedicto modo tunc audire et absolvere, ut si aliquis alius sacerdos non defuerit, etiamsi forte iste alius simplex tantummodo sacerdos fuerit, sive alias ad confessiones audiendas non approbatus, possit nihilominus ipse sacerdos simplex confessionem excipere ac absolutionem impertiri.*

§. 3. Porro, *si casus urgentis qualitas et concurrentes circumstantiae, quae vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius sacerdos ad audiendam constitutae in dicto articulo personae confessionem vocari aut accedere sine gravi aliqua exoritura infamia vel scandalo nequeat, tunc alium sacerdotem perinde haberi censerique posse, ac si revera*

abesset atque deficeret, ac proinde in eo rerum statu non prohiberi socio criminis sacerdoti absolutionem poenitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi sacerdos et serio animadvertat, fore se reipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus praedictam nostram constitutionem inobedientiae latisque in ea poenis obnoxium, si praedictae infamiae aut scandali pericula sibi ultro ipse configat, ubi non sunt; imo intelligat, teneri se graviter hujusmodi pericula, quantum in se erit, antevertere vel removere, opportunis adhibitis mediis, unde fiat, ut alteri cuivis sacerdoti locus pateat illius confessionis, absque ullius infamia vel scandalo, audiendae. Ita enim ipsum teneri vigore memoratae nostrae constitutionis declaramus et nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus et praecipimus.

§. 4. *Quod si idem sacerdos aut quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit aut, ubi infamiae vel scandali periculum timetur, si alterius sacerdotis opera requirenda sit, ipse ad id periculum avertendum congrua media adhibere de industria neglexerit atque ita personae in dicto crimine complicis eoque in articulo, ut praefertur, constitutae sacramentalem confessionem excipere, ab eoque crimine absolutionem largiri nulla sicut praemittitur necessaria causa cogente praesumserit, quamvis hujusmodi absolutio valida futura sit, dummodo ex parte poenitentis dispositiones a Christo domino ad sacramenti poenitentiae valorem requisitae non defuerint;* non iutendimus enim pro formidando mortis articulo eidem sacerdoti, quantumvis indigno, necessariam jurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis pereat; nihilominus sacerdos ipse violatae ausu ejusmodi temerario legis poenas nequaquam effugiet ac propterea latam in dicta constitutione majorem excommunicationem, eodemque plane modo, quo ibidem decernitur Nobis et huic sanctae Sedi reservatam incurret prout illum eo ipso incurrere declaramus, volumus ac statuimus. Non obstautibus omnibus et singulis illis, quae in praefata nostra constitutione voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque.

Die 8. Febr. 1745.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 489.)

Sanctae romanae et universalis Inquisitionis Instructio

ad omnes Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios circa observantiam Constitutionis s. m. Benedicti XIV. quae incipit:

*Sacramentum Poenitentiae.**)

Quae supremus Pontifex gl. mem. Benedictus XIV. in constitutione die 1. Junii 1741. edita cujus initium est *Sacramentum poenitentiae* confirmavit ac decrevit, ea ad 4 maxime capita reducuntur. Inprimis quemadmodum jam antea sancitum fuerat praesertim a Gregorio XV. constitutione quae sub die 30. Aug. 1622 data incipit *Universi,***) omnes locorum Ordinarii aeque ac inquisitores deputantur judices ad inquirendum et condignis poenis animadvertendum contra sollicitantes ad turpia in confessione, quamvis ab ordinaria jurisdictione quomodolibet exemptos. Itidem omnes sacerdotes ad audieudas sacras confessiones constituti, sicut antea quoque praescriptum erat, obligantur monere suos poenitentes, ut sollicitantes hujusmodi quamprimum poterunt inquisitoribus aut locorum Ordinariis deferant, eosdemque poeuitentes non absolvere, qui huic adimplendo muneri parere recusent. Praeterea tertio loco apostolicae Sedi reservantur, excepto mortis articulo, eorum casus qui innoxios sacerdotes apud ecclesiasticos judices falso sollicitationis insimulant vel sceleste procurant ut id ab aliis fiat. Quarto denique sacerdoti cuilibet omnis facultas et jurisdictio ad sacrameutales confessiones personae complicis in peccato turpi contra sextum decalogi praeceptuu commisso excipiendas adimitur, nisi extrema prorsus urgeat necessitas, nimirum si iu ipsius mortis articulo alter sacerdos desit, qui confessarii munere fungatur vel sine gravi aliqua exoritura infamia vel scandalo vocari aut accedere nequeat.***) Et apostolicae Sedi reservatur eorum confessariorum casus, qui complicem iu peccato turpi absolvere ausi fuerint.

Nullum sane dubium est, quiu hae praescriptiones, prohibitiones, reservationes omnes et singulae in cuuctas nationes universim vires suas extendant et ubique terrarum inconcusse ac inviolabiliter observandae sint.

*) Vd. *p. 129.*
**) Vd *p. 128.*
***) Const. ejusdem S. P. Bened. XIV. *Apostolici muneris* die 8. Febr. 1745. (Vd. *p. 132.*)

Quod quidem vel legenti Gregorii XV. et Benedicti XIV. constitutiones evidentissime patet et idipsum consequentium Pontificum suffragio, prout ac dedit occasio, ad hanc usque diem confirmatum est. Et re quidem vera Vicario apostolico Cocincinae sciscitante:

1. An constitutio Benedicti XIV. adversus sollicitantes obliget etiam missionarios franciscanos, qui ministerium exercent in Cocincina?

2. An eadem constitutio restringi possit ac moderari in aliquo casu ob magnam confessariorum penuriam in eodem regno Cocincinae?

jussu Pii VI. anno 1775 opportuna instructione responsum fuit

ad 1: affirmative,

ad 2: negative.

Et proxime SSmus D. N. Pius PP. IX. decreto hujus supremae Inquisitionis sub feria IV. die 27. Junii 1866 edixit in facultatibus quibus Episcopi aliique locorum Ordinarii ex concessione apostolica pollent absolvendi ab omnibus casibus apostolicae Sedi reservatis excipiendos semper inposterum et exceptos habendos esse casus reservatos in bulla Benedicti XIV. quae incipit *Sacramentum poenitentiae*. Hoc decretum vero omnibus ubique terrarum Ordinariis praedicta absolvendi facultate donatis absque ulla exceptione significandum mandavit.

Quamobrem omnibus locorum Ordinariis enitendum summopere est, ne eorum vigor, quae in praedicta constitutione salubriter providentur, paulatim uspiam elangueat. At Emi PP. Cardinales supremi Inquisitores nuper cognoverant, eamdem constitutionem non ubique, sicuti par esset, executioni tradi atque in aliquibus locis nonnullos tum in denunciationis onere adimplendo tum in judicio contra sollicitantes instituendo irrepsisse abusus, qui sine justitiae ac providae severitatis discrimine tolerari minime possent. Itaque neque inopportunum neque ipsis locorum Ordinariis ingratum fore judicarunt, si quae contra eosdem abusus ab hac suprema Congregatione ad tramites sacrorum canonum decreta fuerunt, in unum collecta prae oculis habeantur. Ad quem effectum praesentem instructionem edi mandarunt:

1. Personae sive mares sive foeminae, quaecumque illae sint, ad turpia sollicitatae in confessione vel occasione aut praetextu confessionis, quemadmodum enucleate in memorata constitutione praecipitur, rem ad sanctam Sedem vel ad loci Ordinarium deferre debent.

2. Denunciare oportet quemcumque sacerdotem etiam jurisdictione carentem sollicitantem in confessione vel etiam poenitentis sollicitationi consentientem quamvis statim dissentientem de turpi materia loqui, illius complementum ad aliud tempus differentem et non praebentem absolutionem poenitenti. *)

3. Hujusmodi denunciationes a nemine absque culpa lethali omitti possunt. Qua de re poenitentes debent admoneri, neque ab iis admonendis instruendisque eorum bona fides excusat.

4. Sacerdotes ad sacras audiendas confessiones constituti, qui de hac obligatione poenitentes suos non admonent debent puniri. **)

5. Poenitentes admoniti et omnino renuentes nequeunt absolvi: qui vero ob justam causam denunciationem differre debent eamque quo citius poterunt faciendam spondent serioque promittunt, possunt absolvi.

6. Denunciationes anonymae contra sollicitantes ad turpia nullam vim habent; denunciationes enim fieri debent in judicio, nempe coram Episcopo ejusve delegato cum interventu ecclesiastici viri qui notarii partes teneat et cum juramento et cum expressione et subscriptione sui nominis; nec sufficit si fiat per apochos vel per literas sine nomine et cognomine auctoris. ***) Ceterum prohibetur, ne in recipiendis denunciationibus praeter judicem et notarium, virum utrumque ecclesiasticum speciali et scripto exarata Episcopi deputatione munitum, testes intersint: et convenientissimum foret, si de hujusmodi consensu quantumvis sponte manifestato nihil notetur in tabulis. †)

7. Denunciationis onus est personale et ab ipsa persona sollicitata adimplendum. Verum si gravissimis difficultatibus impediatur, quominus hoc perficere ipsa possit, tunc

*) Ex declar. diei 12. Febr. 1661 confirmata in const. *Sacramentum poenitentiae.*

**) Ex declar. sub diebus Martii 1624 et 1. Oct. 1626 penes *Albit. de inconst. in fide cap. 35. n. 17.*

***) *Albit. loc. cit. n. 21.*

†) *Ex declar. Urbani VIII. sub fer. V. die 17. April. 1624.*

vel per se vel per epistolam vel per aliam personam sibi benevisam suum adeat Ordinarium vel sanctam Sedem per sacram Poenitentiariam vel etiam per hanc supremam Inquisitionem, expositis omnibus circumstantiis et deinde se gerat juxta instructionem quam erit acceptura. Si vero necessitas urgeat, se gerat juxta consilia et monita sui confessarii. Ast si nullo impedimento detenta denunciationem omnino renuat, in hoc casu aliisque supra memoratis laudandus est confessarius, qui operam suam poenitenti non denegaverit et vel Ordinarium vel sanctam Sedem pro opportunis providentiis consuluerit, suppresso tamen poenitentis nomine. Formulas autem hisce in casibus adhibendas tradunt probati auctores quos inter *Pignatelli consult. 104., Carena, Albitius etc.*

8. Non infrequenter occurrit casus, ut confessarius aliusque ecclesiasticus ab Episcopis (quorum utique haec potestas est) deputetur ad denunciationes recipiendas in re ad sollicitationis crimen spectante absque interventu notarii. Huic instructioni folium adjicitur circa modum,*) quo hisce in casibus confici denunciatio debet. Qui enim ad hoc gravissimum munus viri maxime idonei destinantur, de actu denunciationis judiciaria ratione assumendo instrui debent ac moneri, ut statim a recepta denunciatione eam continuo ad ipsum Episcopum a quo fuerunt deputati caute transmittant neque confecti actus exemplum vel vestigium aliquod sibi retineant. Atque in hunc fere modum haud difficulter denunciandi munus adimpletur. Profecto a locorum Ordinariis efficiendum est, ne ad loca suae jurisdictioni subjecta applicare oporteat quod pro missionibus Pernambuci in America die 22. Januarii 1627 declaratum fuit: Mulieres videlicit sollicitatas non teneri ad denunciationem, si ministri Inquisitionis et vicarii Episcopi in longinquis regionibus degentes sine gravi incommodo adiri nequeant.

9. Si in denunciationibus, quod non raro contingit, aliae indicantur personae forte pariter sollicitatae vel quae de hoc crimine testimonium ferre aliqua ratione possit, hae quoque omnes et seorsim judiciaria forma superius enunciata examinandae sunt: et primo per generalia, deinde per gradus, quod ita res ferat, ad particularia deveniendo interrogari debent, utrum et quomodo revera fuerunt ipsae sollicitatae vel alias personas fuisse sollicitatas viderint vel audierint.

10. Accepta denunciatione non illico proceditur, sed a superiore ecclesiastico inquiri sedulo debet, utrum persona denuncians sit fide digna. Sollicitationis crimen ut plurimum secreto perpetratur; hinc privilegium est, ut in causis, quae contra hoc crimen instituuntur, ad plenam probationem faciendam attestationes etiam singulares admittantur. At in memoratis summorum Pontificum constitutionibus praescribitur, ne cum testibus singularibus procedatur, nisi praesumptiones, judicia et alia adminicula concurrant. Pondus igitur cujusque denunciationis, qualitates et circumstantiae serio accurateque perpendendae sunt et antequam contra denunciatum procedatur perspectum exploratumque judici esse debet, quod mulieres vel viri denunciantes sint boni nominis neque ad accusandum vel inimicitia vel alio humano affectu adducantur. Oportet enim, ut testes hujusmodi singulares ab omnibus privatis affectionibus sint immunes, ut ipsis integra fides haberi possit. *)

11. Ea est hujus supremae Inquisitionis consuetudo, ut post unam alteramve denunciationem rescribatur, quod denunciatus observetur, ita videlicet super delato crimine suspectus habeatur, ut quum primum per novas denunciationes res explorata erit, in judicium vocandus sit. Ut plurimum nonnisi a tertia denunciatione procedi solet. Ad formale examen vocantur parochi vel probatae fidei spectataeque virtutis viri praesertim ecclesiastici, qui cum juramento de veritate dicenda et de secreto servando super qualitatibus denunciantium et denunciati et super mutuis eorum odiis et inimicitiis examinentur. Hisce peractis diligentiis reus in judicium adducitur et coram judice cum interventu ecclesiastici viri, qui notarii partes agat, super singulis cujusque denunciationis et examinis adjunctis juramento dicendae veritatis obstrictus respondere debet. Cavetur solertissime, ne denunciantium nomina reo manifestentur et ne sacramentale sigillum quoquomodo violetur.

12. Quando perspecta evaserit patrati criminis veritas, reo ad defensionem, prout jura exposcunt, admisso deveniendum erit ad illi interdicendum in perpetuum, ne con-

*) Vd. *p. 127.*

*) *Ex instruct. jussu Pii VI. 1775 ad Vicar. apost. Cocincinae data.*

fessionem excipiat, subtrahendo omnes et quascumque facultates ad id muneris eidem etiam per quodcumque privilegium vel ab ipsa sancta Sede impertitas. Hujusmodi sententiam Episcopus ipse et non alius ab eo delegatus proferat et pro modo culpae atque omnibus attentis circumstantiis ceteras quoque poenas reo irroget quae in supradictis pontificiis constitutionibus decernuntur. Praeterea si reus in judicio crimen confessus fuerit, congruam debet emittere abjurationem, ut se purget ab ea, quam incurrit, haeresis suspicione: et hac quoque poena in ipsa sententia multetur. Notandum est, poenas hujusmodi omnes et ipsam inhabilitatem ad sacrosanctum Missae sacrificium celebrandum in decreto Benedicti XIV. die 5. Aug. 1745 praescriptam esse tantum ferendae sententiae. Abstinendum tamen erit ab infligenda degradatione et traditione brachio saeculari. Id nimirum a Gregorio XV. statutum fuit: ceterum ad terrorem potius impositum haberi debet, quam ut executioni mandetur.*)

13. Qui nullis omnino super hoc crimine praeventi denunciationibus, conscientia victi, Ordinario loci ejusve delegato se sistunt, patrata a se sollicitationis flagitia sponte confiteutur et veniam petunt, dimitti debent cum congrua abjuratione et poenitentiis dumtaxat salutaribus, adjecto consilio vel praecepto, ut ab excipiendis personarum sollicitatarum sacris confessionibus se abstineaut: nec ceteris poeuis antea dictis, accedentibus licet postmodum denunciationibus, afficiantur. Qui vero judiciaria forma jam praeventi, sed nondum citati, sua sponte se sistunt et ii pariter, quos veritatem non integram sed diminutam in spontanea apparitione confessos esse Ordinarius loci ex acceptis postea denunciationibus deprehenderit, beneficio impunitatis non gaudent, verumtamen pro ipsius Ordinarii prudentia mitius puniantur.

14. Quod in hisce causis vel ex commissione apostolica vel ex jure Episcoporum proprio tractandis majorem in modum curari vel observari debet illud est, ut eaedem causae utpote ad fidem attinentes secretissime peragantur et postquam fuerint definitae et executioni jam traditae perpetuo silentio omnino premantur. Omnes curiae ecclesiasticae administri et quicumque alii ad has pertractandas vel patroni ad defendendas causas assumuntur, jusjurandum de secreto servando debeut emittere et ipsi Episcopi aliique locorum Ordinarii ad servandum secretum obstringuntur, pront in jure cautum est *cap. Statuta fin. de haeret. in 6.* et in *Clementina multorum* §. *Porro de haereticis.* Qui vero denunciationis oneri satisfacinut qnique in hisce causis examini subjiciuntur, juramentum ab initio de veritate dicenda et actu expleto de secreto servando tactis sacrosanctis Dei evangeliis etiamsi siut sacerdotes praestare tenentur. Haec si caute sancteque teneantur, nullum invidiae infamiaeque vel aliud quodvis periculnm timeri potest, quod vel testes a dicenda veritate vel competentes judices ab investigando et condignis poenis animadvertendo sollicitatiouis crimine contineat.

15. Indultnm fuit a Pio VI. in instructione de qua antea dictum est 1775 ad Vicarium apostolicum Cocincinae data, ut cum difficillimum sit in illis tam dissitis ac disparatis regionibus ea omnia adamussim servare, qnae in hisce cansis servanda sunt et cum si aliqua ex his omittantur justitia non patiatur, ut poenae infligantur adversus reos, de qnorum crimine judiciaria ratione adhuc snfficienter non constat, tnnc cousultins fortasse esset si extra jndicii ordinem procedatur ad occurrendum tanto malo mediis et modis magis facilibns et expeditis, quos in casibus particularibus Vicarii apostolici prudentia cnm animarum zelo conjuncta suggeret. Jam vero qnisque videt hanc indulgentiam pro locis adeo dissitis ac disparatis factam neqne omnibus esse commnuem neque absque apostolicae Sedis auctoritate jure posse ubivis induci.

16. Ceterum si locorum Ordinarii in coufiendis processibus vel etiam, confecto processu, in proferenda sententia contra sollicitantes ad turpia in confessione gravioribus involvantur difficultatibus, rem, transmissis actis, deferre poterunt ad hanc supremam Congregationem, quae peculiares instructiones singulis casibus accommodatas ut saepe fit tradet ac definitivam sententiam si expediens fuerit ipsa proferet.

Datum Romae die 20. Febr. 1867.

C. Card. Patrizi.

*) *Albit. op. cit. cap. 15. n. 13. et Bened. XIV. in privata epistola die 11. Nov. 1743 data ad Emanuelem de Azevedo S. J. presbyterum.*

Explanatio Editoris Actuum S. Sedis.

Decimo loco in constitutione *Apostolicae Sedis* Pius Papa IX. excommunicat*) »*Absolventes complicem in peccato turpi, etiam in mortis articulo, si alius sacerdos, licet non adprobatus ad confessiones, sine gravi exoritura infamia et scandalo possit excipere morientis confessionem.*«

Non quid novum statuit, sed quod a Benedicto XIV. statutum jam fuerat tum in constitutione *Sacramentum poenitentiae* lata die 1. Junii anno 1741 Pontificatus sui septimo tum in alia quae incipit *Apostolici muneris* lata die 28. Februarii 1745 Pontificatus sui anno quiuto.

Cum coustitutionis Pianae capitis intelligentia rectaque explanatio ex citatis Benedicti constitutionibus pendeat, utriusque partes quae pro re nostra faciunt referre dignum dnco, ut lectores nedum iutelligant sed etiam percipiant quantopere romani Pontifices in extirpando ejusmodi numquam satis detestando facinore solliciti fuerint. In prima itaqne haec habentur:**)

Nro. 4: »Demum etc. *p. 131.*«

Nro. 5: »Declarantes etc. *p. 131.*«

Verum cum dubia nonnulla, ut plerumque coutingit, circa sensum, quo essent accipienda verba *in ipsius mortis articulo* exorta fuissent atque alii in rigidiores, alii in laxiores seutentias abirent, Beuedictus XIV. ad quodlibet e medio dubium eliminandum constitutiouem edidit *Apostolici muneris*, in qua pro re nostra haec statuit.

Nro. 2: »Hiuc est, etc. *p. 132.*«

Nro. 3: »Porro etc. *p. 132.*«

Nro. 4: »Quod si etc. *p. 133.*«

Igitur tum in citatis Benedicti XIV. constitutiouibus tum in praeseuti capite constitutionis *Apostolicae Sedis* excommunicatioue feriuntur confessarii omnes absolventes complicem in peccato turpi.

1. Qua de causa excommuuicatiouem evaderet qui complicem in peccato alterius speciei, ex. gr. furti, homicidii, detractionis etc. absolveret, cum interdicatur tantummodo absolutio complicis iu peccato contra VI. Decalogi praeceptum.

2. Ut ejusmodi excommunicatio iucurratur uecessarium est nedum ut confessarius confessiouem complicis audiat, sed etiam absolutionem reapse impertiatur; quare si, confessione audita, vel complicem sine absolutione dimittat vel simulet illnm absolvere et non absolvat, excommuuicatiouem non incurrit. Lex enim aperta est: *Absolventes complicem in peccato turpi.* Si qua enim dubitatio ante nostram constitutionem exoriri de re potuit, nunc nullimode dubitandum est, ad incurreudam excommunicationem hanc omniuo necessarium esse ut confessarius complicem non ficte, non simulate, sed reapse absolvat.

Quamquam, ut sincere loquar, nec antea dubitari poterat, cum Beuedictus XIV. in sua epistola encyclica *Inter praeteritos*, data ad poenitentiarios et confessarios pro anno sancto in Urbe deputatos, et in qua agit de controversiis olim excitatis circa opera injuncta pro jubilaei acquisitione et circa facultates coucessas earumque usum, de hac re loquens §. 59 iuquit: »Explicantes *(in const.* Apostolici muneris) casum articuli mortis et in quo nullus alius praeter sacerdotem complicem adesset, qui poeniteutem personam moribundam *absolvere* posset, injunximus, quod in dictis circumstantiis posset complex *absolvere*, etiamsi alius esset Sacerdos, cui tamen si moribuudus confiteretur, posset exiude infamia aut scandalum in sacerdotis complicis aut personae poeniteutis praejudicium redundare . . . . Praeterea non minus sacerdoti complici, qui vel extra mortis articulum *confessionem excipit poenitentis eumque absolvit vel qui in articulo mortis absolvit*, cum alius sacerdos nou desit, sive qui, cum alius sit sacerdos,

*) Vd. *t. III. p. 902.*

**) Ante Benedictum XIV. inter auctores controversia erat, utrum hujusmodi absolutio valida foret et communis opinio stabat pro ejus validitate cum nulla esset lex, quae illius invaliditatem induceret. Quaestio item erat, num absolutio licita esset, atque opinio communis ad licitum propendebat, quoties non minus poenitens quam confessarius commissum peccatum abhorrerent neque novi consensus periculum subesset.

Attamen Episcopi variarum dioecesium, considerantes rem hanc, quidquid de ea in abstracto dici posset, in praxi perniciosam esse, coeperunt in Synodis subtrahere confessariis licet a se approbatis jurisdictionem absolvendi personas sibi complices in peccato turpi; atque ad summum Pontificatum Benedicto XIV. evecto ei supplices libellos porrigere ut generali constitutione huic inconvenienti opportuna remedia adhiberet. Primus itaque qui confessariis in personas complices circa VI. jurisdictionem lata generali lege subtraxit eosque, si ausi fuissent absolvere, excommunicatione percutit, fuit magnus Benedictus XIV.

sibi fingit, quod si poenitens illi confiteatur infamia aut scandalum inde oriturum sit et ideo *ejus confessionem excipit atque eum absolvit.*«

Ex quibus omnino patet, necessariam etiam Benedicti XIV. tempore fuisse complicis absolutionem ad ejusmodi excommunicationem incurrendam neque solam peccatorum auditionem satis fuisse ad illam inducendam.

Observatu pariter dignum est, peccatum complicis non esse neque vocari posse peccatum reservatum; quandoquidem peccatum reservatum illud est, a quo confessarius quicunque sine speciali facultate non potest absolvere, cum superior ejusdem absolvendi sibi potestatem reservaverit; at quilibet sacerdos potest absolvere tum sacerdotem tum poenitentem qui inter se peccarunt et solus sacerdos qui complex et reus ejusdem criminis est excipitur; huic enim quaecumque in praedictum peccatum a Benedicto XIV. potestas adimitur: *Ad hunc effectum et in hoc casu nullus confessarius, utpote qui in hujusmodi peccati et poenitentis genere, jurisdictione, ut praefertur, careat et absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro confessario legitimo et approbato.*

Qua de causa cum absolvendi facultate peccatum ejusmodi confessarius privatus existat, numquam absolutionem complici in eodem contra VI. peccato impertiri poterit, nisi vel a R. Pontifice a quo ei omnis illud absolvendi potestas sublata est facultatem obtineat vel in aliquibus circumstantiis de quibus inferius sermo habebitur versetur, quibus necessario ad absolutionem complicis compellatur.

R. enim Pontifex diserte asseruit numquam censeri sacerdoti complici ejusmodi facultatem concessam; *nec etiam in vim cujuscumque jubilaei aut etiam Bullae, quae appellatur Cruciatae sanctae, aut alterius cujuslibet instituti, confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere eique sacramentalem absolutionem elargiri.*

Aliquibus fortasse asperior ejusmodi Benedicti XIV. disciplina videri poterit; eteuim fortasse dicturus erit: et complicis pudori parcendum erat et humanae fragilitati quae aliquando tanta est, ut etiam ii, quos Deus omnipotens Deos vocavit, labantur et praecipites in peccatum ruant. Verum si res attente consideretur, sapientia atque judicio redundantem Benedicti XIV. sanctionem reperiemus.

Inprimis enim doctissimus ille Pontifex rem *non in abstracto*, sed *in concreto* considerauit; noverat enim utique posse sacerdotes aliquos per humanam fragilitatem labi et peccare, verum et illico peccata admissa dolore animi lacrimisque detergere atque ad poenitentiam tum semetipsos tum complicem adducere; at generice hanc ad sanctiorem vitam conversionem, per exceptionem confessionis et absolutionem complicis non obtiueri, adesse e contra novum seductionis periculum et relapsus.

Deinde vero a plurimis Episcopis petitum fuerat ut ejusmodi absolutiones generali sanctione proscriberet; Episcopos vero solitos esse non eorum criminum quae raro, sed quae frequenter contingunt proscriptionem seu reservationem a s. Sede postulare.

Atque de cetero auctores probatissimi magis experientia ducti quam speculativa scientia confisi scriptum reliquere, in ejusmodi complicum confessionibus talia subesse pericula, ut tutius, immo opportunissimum omnino foret eas generali lege proscribere.

S. Thomas summa theolog. Supplem. q. XX. art. II. ad 1. diserte docet: *In tali casu nec sacerdos debet audire confessionem mulieris cum qua peccavit de illo peccato, sed debet ad alium mittere; nec illa debet ei confiteri . . . tum propter periculum tum quia est minor verecundia.*

Sumus enim homines mortales, fragiles, lutea vasa portantes quae faciunt invicem angustias.

Amort vero *de poenitentia disp. X. §. II. 2. 6.*: »In tali confessione, inquit, judicio authorum in praxi peritorum raro reperitur verus dolor ac propositum; concurrit periculum novae seductionis ex parte poenitentis; praebetur nova occasio ruinae spiritualis ex parte confessarii et poenitentis reciproca; ex diminutione verecundiae diminuitur firmitas propositi et sinceritas doloris.«

Ut alios praetermittam auctores. Haec vero seductionis iteratae pericula magis magisque incrementum suscipieut devenientque ad certissima facta, si post primum peccatum primamque absolutionem in alia labantur ejusdem speciei peccata, quae a sacerdote complice semper absolvantur; tum enim impossibile est ut complices in profundum

malorum non ruant et ut Sacrameutum poenitentiae secunda post naufragium tabula in medium seductionis et peccatorum occasionem non commutetur; quinimo impossibile est, ut in hujusmodi inter complices confessiouibus non deveuiatur etiam ad sollicitationem ad turpia, sin minus ex illo capite, *aut cum eis illicitos et inhonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerint.* Uude euim contiueri se poterunt, cum omni rubore amisso, omni conscientiae angore posthabito, divina gratia destituti, sine auimi dolore, sine emeudationis proposito nil habeaut quo a peccato retrahautur et diabolus stet a dextris eorum?

Non diffiteor dari exceptiones, ut inferius dicam, sed fateor sincere fateor plerumque ejusmodi confessiones occasionem esse ruinae perniciosioris et Beuedictum XIV. tum propria tum aliorum experientia doctum sapientissime absolutionem complicum, lata severiori et geuerali lege, prohibuisse.

Ut autem confessarius absolvendo complicem excommunicationem iucurrat, necessarium primo loco est, ut complicem aguoscat; secus enim nedum excommunicationem non iucurrit sed nec peccatum ullum committit, sine quo excommunicatio non incurritur; atque de cetero Benedictus XIV., cujus sauctiouem dispositio nostrae coustitutionis iutegram ex omni parte servat, diserte excommuuicationem fert in eos coufessarios tantummodo, qui absolvunt complices qua tales ab eis agnitos, ut ex universo coutextu relatarum constitutionum deprehenditur. Qua de causa hoc veluti incoucussum principium in hujusmodi re habendum est: *Excommunicationem a confessario in absolutione complicis circa sextum decalogi praeceptum non incurri, si complicem non agnoscat, vel dum eum absolvit non advertat cum esse suum complicem.*

Verum hic salebrosa exurgit quaestio, an scilicet absolutio ab incouscieute confessario suo complici collata valida, necue, sit.

Uuiversum autem quaestionis caput in eo situm est, quod Beuedictus XIV. omni facultate complicis contra VI. peccata absolvendi confessarium privaverit; *sublata propterea illi ipso jure quacumque auctoritate et jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam, adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla atque irrita omnino sit, tanquam impertita a sacerdote, qui jurisdictione ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per praesentes has nostras adimere intendimus.*

Nihil tamen ejusmodi sanctione obstante auctores inter se digladiantur et quidem cl. Scavini *theologia moralis universa tom. 3. tract. X. disp. 1. cap. IV. art. III. schol. 11.* de Sacramento poenitentiae *not. 3.* ad quaesitum: Quid vero si confessarius complicem inadvertenter absolveret? absolute respondet: *Valet absolutio, quia bulla praesumptionem et temerarium ausum requirit ad nullitatem.* At alii ejusmodi opinionem acriter oppugnant, ea ducti ratione quod Benedictus XIV. confessario quamlibet absolvendi facultatem suum complicem ademerit, quod exceperit tantummodo mortis articulum et exceptio firmet regulam, hanc iusuper absolutionem nullam esse commune sit apud auctores.*)

Quoniam igitur diversi diversa opinantur neque decretum aliquod circa praesentem casum a s. Sede prodivit, licitum erit et mihi ea qua par est reverentia erga contrarium sentientes, illam, quam magis rationi consonam judicem, sententiam exponere.

Ultro igitur libenterque Scavini eorumque qui in casu stant pro absolutionis valore senteutiam amplector et sequor.

Et imprimis omniuo evideus est, citatas Benedicti XIV. constitutiones poenales esse, in poenalibus vero non licere neque verborum significationem extendere neque de casu in casum poenam applicare, ita ut si legislator de iis qui poenam incurrunt sub uuo sensu et respectu locutus sit, licitum non sit sub alio sensu et respectu legem exponere poenamque iuferre. Qui secus ageret, puniret quos lex non punit, excommunicatum judicaret quem lex non excommunicat, invalide et sine auctoritate agentem, quem lex auctoritate non privat. Non puto haec ab aliquo posse negari.

Atqui pariter neque negandum est, Benedictum XIV. in citatis constitutionibus tum Pium Papam IX. in praesenti capite loqui de confessario qui sciens volensque complicem a turpi peccato absolvit, cujus proinde absolutiouem uullam esse declarant,

*) Vide Nouvelle revue theologique tom. III. pag. 587. Nota 2.

non vero de confessario qui inadvertenter absolutionem impertit. Ergo non licet ad hunc extendere sanctiones contra illum tantummodo latas.

Revera Benedictus illos confessarios excommunicatione percellit et auctoritate privat absolvendi complicis turpe peccatum, qui *Daemonis potius quam Dei ministri animas in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt; qui complicem absolvunt extra casum extremae necessitatis* atque qui *spreta Pontificia constitutione secus facere ausus fuerint;* qui, etiam in articulo mortis ipsius complicis, media opportuna ad scandalum et infamiam evitandam adhibere debent, ne complicis confessionem audiant aliumque idcirco sacerdotem substituere; tales vero confessarii omnino supponendi sunt complicem agnoscere, cum peccati complice de re conferre et vicissim ab eo cognosci.

At si Benedictus XIV. de iis confessariis locutus est qui complicem uti talem cognitum absolvunt, quo pacto ejus lex extendi poterit ad confessarios qui dum complices non cognoscunt eos inadvertenter absolvunt? Circumstantiae sunt diversae, respectus, sub quo confessarius a Benedicto XIV. consideratur, est pariter diversus; non est igitur lata ab eo lex extendenda.

Ad quid vero magnus ille Pontifex voluit ne confessarii complices complicem sui peccati contra VI. absolverent? *ut*, scilicet, *omnem turpitudinis occasionem a sacerdotalis judicii et sacri tribunalis sanctitate, Sacramentorum contemptum et ecclesiae injuriam longe submoveret, ut animarum periculis occurreret*, quae ex hujusmodi confessionibus et absolutionibus *in profundum iniquitatis barathrum* magis magisque *submerguntur*. At, quaero, timendane sunt tot mala a confessario qui complicem non agnoscens illum omnino inadvertenter absolvit? neutiquam; ergo in his confessariis cessat fiuis legis latae; ac cessante fine cessat ipsa lex.

Addo, quod ad inducendam poenam certam requiritur lex certa, in qua scilicet nullum exoriatur dubium de quibus personis agatur, de qua specie et malitia peccati. At omnino ex demonstratis certum est, Benedictum XIV. locutum esse de confessario absolvente complicem *reduplicative*, ut scholae loquuntur; ergo, ut parum dicamus, dubium valde est, legem ab eo latam extendi debere ad illos confessarios qui complices per ignorantiam absolvunt. At vero *lex dubia non obligat*.

Quid plura? Poena nulla incurritur sine peccato; omnes autem concedunt, a confessario qui complicem per inadvertentiam absolvit nullum peccatum committi; quare ergo sine peccato poenam referre debet?

Scavini quapropter, dum affirmat, ejusmodi absolutionem valere, *quia bulla praesumptionem et temerarium ausum requirit ad nullitatem*, vere et optime scribit, quia, praeter additas rationes, reapse *praesumptio et temerarius ausus* a Benedicto XIV. requiruntur; haec vero in confessario complicem per ignorantiam absolvente omnino desunt.

Velle autem Scavinio contradicere quod falsa scripserit, eo quod Benedictus praesumptionem et temerarium ausum requisiverit ut excommunicatio incurreretur, non ut invalida foret absolutio, est, ni fallor, ea scribere quae solide refuturi possunt. Ideo enim Benedictus excommunicationem intulit, quod confessarii adfuturi fortasse erant, qui lege ecclesiae spreta complices forent absoluturi; temerarius ergo ausus et praesumptio semper ad absolutionem referuntur; cujus praesumptionis et temerarii ausus excommunicatio ut poena addita est. Nullimodi enim ejusmodi confessarii excommunicatione percelluntur, nisi praesumant et audeant complices suos absolvere.

Hinc nullius ponderis illa difficultas esse videtur, quae desumitur ex ipsius Benedicti verbis: *adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla atque irrita omnino sit, tanquam impertita a sacerdote, qui jurisdictione ac facultate ad valide absolvendum careat;* Benedictum, scilicet, privasse confessarium complicem facultate absolvendi complices.

Nam de quibus confessariis loquitur? De iis, nempe, qui scientes volentesque complices suos absolvunt. Ergo nisi prius ab iis qui contrarium defendunt probetur, Benedictum etiam contra illos confessarios qui complices per inadvertentiam absolvunt, legem latam statuisse atque de iis etiam locutum fuisse, nihil profecto efficient. Lex enim est poenalis et lex poenalis non potest extendi de casu in casum.

At, meo judicio, difficillime id ex Benedictinis constitutionibus probabitur.

Quod enim subsumere fortasse possent,

doctissimum illum Pontificem privasse quoslibet confessarios facultate absolvendi peccatum turpe sui complicis et generice locutum esse nullumque excepisse facile retunditur; de quibus enim confessariis locutus sit sapientissimus ille Pontifex, ex contextu dijudicari debet, non ex cujuslibet arbitrio; ex contextu autem constat, locutum fuisse de iis confessariis eosque absolvendi facultate privasse, qui complicis confessionem secus audivissent et absolvissent, atque eos excommunicatione percutisse, qui lata lege posthabita ausu temerario complicibus absolutionem forent impertiti. Hi vero non sunt neque esse possunt qui per ignorantiam et inadvertenter complicem de peccato turpi absolvunt.

Neque ea difficultate moveor, quod Benedictus sanciverit, absolutionem a confessario suo complici collatam in mortis tantummodo articulo validam fore; ab ejusmodi vero exceptione regulam firmari. Nam hac difficultate potius mea sententia adjuvatur: de quo enim confessario loquitur Pontifex? Evidentissime de eo qui novit degentem in articulo mortis suum complicem esse, ideoque praecipit, omnia media adhiberi, ut alius licet non approbatus, ejus confessionem excipiat absolvatque; at non loquitur de confessario qui ignoret se cum suo complice rem agere: exceptio quapropter in eo est atque in eo firmat regulam, quod excepto mortis articulo numquam confessarii complicis scientis atque volentis valida futura erit absolutio, non vero confessarii inadvertenter complicem absolventis.

Neque aliud ad idipsum probandum mihi deerit argumentum: leges enim fiunt pro iis quae frequenter accidunt; ea enim quae raro admodum eveniunt praeter intentionem nullum inferunt detrimentum neque in latae legis spretum fiunt, legislator neque considerat neque sub lege fortasse comprehendit. At manifesta sunt tria. 1° Benedictum ad legem edendam inductum fuisse Episcoporum querimoniis, qui ex complicum absolutione innumera oriri mala plurimamque animarum ruinam deflebant: qui alii esse non poterant quam confessarii volentes et scientes complices suos absolventes. 2° Eum legem tulisse contra confessarios illos, qui, complicum suorum absolutione ea damna peccataque inferebant, quae ipse acriter reprehendit; et hi pariter sunt qui scientes volentesque complices suos absolvunt. 3° Absolutionem complicum inadvertenter et per accidens raro admodum contingere neque inferre ea mala quae cavenda esse Benedictus praescribit. Hos igitur sub lege comprehendere noluit, quia sin minus punivisset eos qui neque contra ecclesiam neque contra legem formaliter peccant, quique insuper legem ex animo observassent, si peccatorem complicem agnovissent.

Quinimo non adeo lex Benedicti et Pii Papae IX. circa absolventes complices coarctanda videtur, ut eorum absolutio valida tantum censenda sit in mortis articulo et deficiente tum quocumque alio sacerdote licet ad confessiones non approbato.

Est enim et alius aliquis casus, quem a lata lege, ut ipsum mortis articulum, legislator fore ut exclusisset judicandus est, si praevidisset.

Hic casus proponitur a praestantissimo Ballerinio in suis adnotationibus ad theologiam moralem Petri Gury. Et licet vir doctissimus sententiam non dicat, tamen rationes ab ipso allatae ejusmodi sunt, ut ad dicendam sententiam lectorem compellant. Dignum duco ipsius verbis et argumentis casum referre:

»His se nobis offert quaestio multo salebrosior, inquit. Quid enim fiat, si alicubi mulier, quae misere in ejusmodi peccatum cum sacerdote lapsa fuerit, nullum alium, quocum peccatum illud sacramentaliter confiteatur, sacerdotem ibi habeat, ea vero sint personae, loci etc. adjuncta, ut ad quaerendum confessarium alio divertere non possit nec spes affulgeat (ut contingere v. gr. in locis missionum potest) alium sacerdotem umquam illuc adventurum? Dicemus, ne mentem Pontificis Benedicti XIV., (et ego addo, mentem Pii Papae IX.) dum istas constitutiones promulgavit hanc fuisse, ut miserrima mulier in hisce adjunctis per totius vitae decursum carere ecclesiae sacramentis debeat, quousque in extremis vivendi momentis a sacerdote peccati complice, pronti Benedicti XIV. constitutio fert, tandem absolvi possit? Quinimo cum subinde ex insperato nec illo morbo, quasi adventus sui praemisso nuncio, mors adveniat, dicemus ne, eandem mulierem hac etiam horrenda necessitate constringi, ut post illud peccatum jam periculum decedendi ex hac vita, ad plurimos quoque annos protracta, sine ab-

solutione sacramentali subire debeat? Verum ecquid deinde agat, nbi annuae confessionis et communionis praeceptum urget? Dices, eam perpetuo sola contritione praemissa ad sacram mensam accedere posse, imo et debere? Quid, ubi et populi scandalum et mulieris sequatur infamia, si palam fiat, eam ad poenitentiae Sacramentnm nnmqnam per plures annos accedere? Suggeret quis forte in hac necessitate cum ejusmodi poenitente agi posse non secus, ac cum habente reservatum, atqne ideo praetermissa culpa, in quam sacerdos non habet jurisdictionem, subjici absolutioni posse reliqua peccata; hoc autem pacto etiam culpam illam indirecte remitti. At enim ubinam et quando ista culpa clavibus ecclesiae demum subjicietur? Fatendum est itaque, gravissimas, quocumque te denique verteris, difficultates occurrere; nec facile, ut videtur, qnispiam ad aliquid in re tam gravi definiendum proprio tantum innixns judicio progredietur.

Duo tamen snnt quae satis perspicna videri possnnt. Unum est, Benedictum XIV., dum confessario criminis complici jurisdictionem ad absolvendum ab eodem crimine complicem abstulit, voluisse qnidem gravissimi scandali occasionem removere, nequaquam autem poenitenti viam reconciliationis a Christo Domino constitutam ac fidelibus omnibus impositam praecludere; immo vero idcirco confessarium criminis complicem ad hujus recouciliationis ministerium inhabilem effecisse, quo aptius et certius haec alterius sacerdotis ministerio obtineretur; supposuisse id igitnr, quod fere coutingit, (ac multo magis per eam aetatem contingebat) alios non deesse sacerdotes, a quibus poenitens juxta legem a Christo constitntam peccati sui remissionem per confessionem et sacramentalem absolutionem quaereret. Quocirca haud longissime forte a veritate ille aberraverit, qui putet, de praesenti hypothesi utpote prorsus extraordinaria frnstra in illis constitutionibus definitionem requiri.

Alterum est, ecclesiae mentem et praxim numquam hanc extitisse, ut qnandocumque jurisdictionem ad quaedam remittenda peccata restringit seu aufert eorumqne absolutionem certis quibusdam reservat, committere per hoc volnerit, ut posthabita Christi lege de peccatorum venia per Sacramentum poenitentiae quaerenda et obtinenda, justificationis gratiam solum per contritionem aut etiam solum per indirectam criminum remissionem fideles consequerentur. Utcumque enim haec media ad gratiam reconciliationis cum Deo atque adeo ad aeternae salutis consecutionem sufficientia videantur ac reipsa sint, ecclesia tamen oeconomiam a Christo praestitutam, quantum in se est, negligi non permittit. Hinc illa Tridentini Concilii *(sess. 14. cap. 7.)* sententia: *In ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt.*

»Neque vero existimandum est, id ab ecclesia pro mortis tantummodo articulo seu periculo cautum fuisse. Ex ejusdem nimirum ecclesiae sensu, qui manifestissime se nobis prodit in sacris canonibus et unanimi catholicarum scholarum sententia, quoties contingat, ut quis *ad illum, a quo alias de jure fuerat absolvendus, nequeat propter legitimum impedimentum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio* (C. Eos, qui 22. de sent, excom. in VI.) hic absolvi possit. Quod idem in cap.: Ea noscitur 13. de sent. excomm. et cap.: Quamvis 58. eod. tit. constitutum reperimus.

Porro juxta scholarum catholicarum doctrinam id obtinet, quando impedimentum adeundi enm, qui facultate absolvendi pollet, ad longum tempns, quod a *sex* computatur mensibus, perseveret.

Quid vero, quod catholicis, in schismaticorum regione degentibus, si forte gravatos se peccatis sentiant, nec satis consultum putent paci conscientiae per contritionem, ecclesia non interdicit, nt deficiente catholico sacerdote absolutionem sacramentalem a schismatico sacerdote requirant? Alienissimum igitur ab ecclesiae mente et consuetudine est, jurisdictionem ad poenitentiae sacramentum administrandnm necessariam ita coarctare aut ligare, ut haec coarctata seu ligata tnm etiam maneat, quando ad eos, qui illam ligatam sen coarctatam non habent, peccatori nullus per diuturnum tempus ac multo magis per totius vitae decursum aditus pateat.

Diffitendum tamen non est, inter praesentem qnaestionem et generalem quaestionem de peccatis reservatis haud leve intercedere discrimen. Nam licet par videatur utriusque casus conditio, ubi in confitendi necessitate solus consideratur alterius confessarii defectus, dispar tamen est ratio incommodi, quod in praesenti ex confessione *cum tali sacerdote* perageuda timeri potest.

Cni quidem difficultati illud unnm responderi forte poterit, metum incommodi, quod voluntarium dici qneat, quia voluntatis nostrae sit libere illud admittere vel removere, efficere nec posse nec debere, ut ea omittantur quae necessaria videantur. Exinde ipse quogne Benedictus XIV. ejusmodi incommodum non eo usque veritus est, ut confessarium complicem ab excipienda complicis confessione etiam ubi necessitas nrgeret arcendum putaret. Piae matris ecclesiae nimirum est, filiis suis in iis adjunctis non subtrahere necessarium sacramenti praesidium, ne si qnis pereat hujus perditio in matris potins iucuriam aut severitatem, quam in filiorum proterviam refundatur.

Sed et aliis quoque de causis contingit, ut confessio sacrameutalis vel sacerdoti ob alicujus poeniteutis conditiones vel poeniteuti ob conditiones sacerdotis haud inanem alicujus incommodi timorem ingerat. Ecquis tamen idcirco aut sacerdotem a ministerio exhibendo aut poenitentem a coufessione peragenda absterrendum dicat, ubi sacramenti susceptio necessaria appareat? Quando scilicet sacramenti usnm necessitas postulat, necessarium praesidium hinc quidem nullo modo est negandum, inde vero non negligendum. Quo praesidio si quis abntatur, culpa ruinae in illius malitiam, qui bono uti bene noluit, tota recidet.«

Hae vero duae postremae couclusiones praestantissimi theologi consonae nndequaque tum rationi, tum religioni, tnm menti et ecclesiae praxi videntur, atque cum iis optime universa Benedicti legislatio circa absolventes complices conciliari potest et debet.

Qnantumcumqne enim eae constitntiones prudentissimae severitati niti videantur locum tamen indulgentiae pro animarum in peccatis sordescentium subsidio dare videntur et dant. Nonne enim ipse Benedictus ad vitandum infamiae pericnlum sacerdoti complicem absolvere permittit? Si autem istud, ad solam vitandam infamiam, licet in catholicis regnis, ubi aliquis alius confessarius suppetit, illicitumne erit in regnis acatholicis, in locis missionnm, ubi sacerdotes apparent veluti rari nantes in gurgite vasto, ubi fideles ter, bis aut etiam fortasse semel in anno missam audiunt ob sacerdotum penuriam; idqne non solum ad vitandnm infamiae periculum, quod facillime subesset, sed ad medendum couscientiae quae jam longo tempore peccatorum poudere oneratur?

Utiqne Benedicti lex est dura; sed quo leges severiores eo magis exceptiouibus locum praebent; quaecumque autem sit lex, ea semper conciliari debet cum circumstantiis loci, temporis, personarum, cum ecclesiae sensu, cum religionis instituto. Qua de causa si casus suppetit qualis a Ballerinio proponitur, posset, meo judicio, confessarius complicem absolvere.

Neque hic locum habere puto Gousseti effatum, quod saepe a rigidioris seutentiae patronis recantatur, quodque tamen nou semper veritati respondet neque semper ad propositum probandum allegatur; scilicet: *Verum, si quis pudor maneat in sacerdote qui miseranda fragilitate peccatum turpe cum alio patraverit, si quis honor Sacramento debitus, numquam inposterum complicis confessionem excipiet. Insuper periculum tentationis in directione talis poenitentis facile subire potest. Avertendi igitur sunt fideles quoad fieri potest, ne umquam inposterum, secluso necessitatis casu, illum adeant confessarium, a quo semel sollicitati fuere.* *)

Quod quidem monitum fortasse ne et illum confessarium urgebit, qui miseranda fragilitate semel aut iterum lapsus, poenitentiae lacrymis peccata sna detersit atque de cetero officio suo solerter satagere studet, idque forsitan ipsi poenitenti complici innotescit?

Etsi enim omnes norint, sacerdotes Angelos esse, esse tamen Angelos lapsorum protoparentum carne indutos; qui proinde in peccata etiam turpissima labi possunt et utinam numquam lapsi sint et labantur! Consequenter scandalum quod ex peccato acceperunt, illico, meo judicio, cessabit, si complices post peccatum confessarium videant sanctiori vitae operam dare.

In ipsa vero confessione qnosnam in complicis animo pietatis et contritionis sensns non excitabit vox confessarii clamantis: *Peccavimus, iniquitatem fecimus, malum coram Domino perpetravimus, poenitentiam hujus sceleris agamus; et ego quidem multo te*

*) Apud Scavini tract. X. de Sacramento poenitentiae, disp. 1. cap. IV. art. III. Nota 2.

gravius peccavi et propter mei ordinis sanctitatem et quod temet ad peccatum pertraxi? Profecto haec et alia quae a confessario sincere de admisso scelere compuncto dicantur plus valitura fortasse erunt quam ea quae a confessario non complici fore ut proferrentur. Quomodo enim poenitens mirari non poterit et proinde compungi, dum viderit confessarium, patrem scilicet, doctorem Deique ipsius administrum se in crimen vocare scelera admissa confiteri et detestari, ipsum quoque tum ab hoc tum a reliquis peccatis deterrere, eique media opportuna suggerere, quibus ab iis de cetero caveat? Poteritne de peccatis non dolere? Poterit non erubescere? Poterit de confessario scandalum sumere? Nentiquam.

Qua de causa Gousseti monitum utique attendendum erit si agatur de sacerdote qui poenitentiae sanctaeque conversationis indicia nulla praebeat, non autem de illo quem constet ad Deum esse sincero animo reversum.

Atque hinc et Ballerinii sententiam omnino tenendam esse putarem, quando talis casus et tales circumstantiae contingant; abstinendum autem poenitenti suaderem ministerio confessarii complicis, si ab eo sordidiora sibi forent timenda, si eum videat vitiis abreptum, si nullo bono nomine potiri, si, paucis, lupum oves diripientem atque mactantem non pastorem pro eis animam ponentem seque de cetero ad vitia pronum agnoscat.

Non enim ejusmodi poenitentem tali confessario deterrerem (semper in casu Balleriniano) si se divina gratia conversum sentiens, atque anteactis sordibus undequaque abhorrere paratumque se potius mori quam in Deum unum iterum peccare, confidat, suggestionibus pessimi confessarii se posse resistere eique in faciem, ut ita dicam, stercus praevaricationum ejus projicere; abesset enim *iis in circumstantiis* periculum novi lapsus, adesset autem ipsius confessarii potens correctio; non erubescere enim de sua iniquitate non posset, cum videret poenitentem quandoque complicem unum sanctiore spiritu renovatum, se vero adhuc in sordibus volutari.

Nec quisquam me laxioris sententiae arguat: iis enim in angustiis atque necessitate quibus infelix poenitens versatur, jus ad Sacramentum reconciliationis habere diffitebitur nemo, confessarium vero etsi peccatis indulgeat etiam sacramentorum administratione velle abuti, rem dubiam esse, idque poenitenti non innotescere; hunc insuper aut tali confessario aut nemini toto fortasse vitae suae decursu posse peccata exponere in propatulo esse: quid ergo infelix poenitens erit acturus? Respondeant rigidioris sententiae patroni.

Regerere enim et usque ad nauseam repetere, Benedictum XIV. tantummodo mortis articulum excepisse, legem esse clarissimam manifestissimamque legem non dare exceptioni locum, ideoque Ballerinii sententiam diris esse devovendam, est semper id unum respondere: poenitenti in casu articulum mortis esse expectandum, quo possit confiteri; haec vero neque ecclesiae neque Benedicti XIV. neque Pii Papae IX. mens unquam fuit aut esse potuit. Credite fratres.

Quaecumque autem sit lex contra absolventes complices lata, illud semper certum erit, sub lege non omnes casus comprehendi; legem dare exceptioni locum; legem subjacere necessitati, non e contra; mentem legislatoris ea semper clausula esse intelligendam, nisi aliud ratio et circumstantiae suadeant; de voluntate legislatoris in quibusdam casibus non constare, sive casus dari, quos si legislator praevidisset a lege excepisset etc. Casum vero Balleriniarum iis omnibus defendi nemo non videt. Concludendum igitur: *Legibus omissum quod est non omittatur religione judicantium.* L. Quamvis ff. de in jus voc.

Quod si ultra hac in controversia progredi velimus eamque ex ipsa theologorum agendi ratione in aliis quaestionibus enucleare, Tridentini nonne lege cautum est, non habentes potestatem in casus reservatos eos non posse absolvere nisi in mortis articulo, prorsus ut cautum est in Benedictinis constitutionibus? »Verumtamen pie admodum ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes sacerdotes quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis et censuris absolvere possunt; extra *quem articulum* sacerdotes cum *nihil possint* in casibus reservatis id unum poenitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores et legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant.« Sess. XIV. cap. 7. de poenitentia.

Et tamen quanta et quot casus non excipiunt theologi? Illum enim mortis articulum interpretantur et de militibus qui ad bellum proficiscantur et de iis qui longam navigationem suscipiant et de iis qui gravi vel periculoso morbo correpti sint et de mulieribus quae in difficili partu versentur et de iis de quibus timetur ne in amentiam prolabantur, atque etiam de iis qui captivi apud infideles detineantur sine probabili spe aut libertatem recuperandi aut ibi inveniendi sacerdotem a quo possint absolvi.

Certum est autem horum neminem in articulo mortis reperiri; et tamen a reservatis et censuris posset per simplicem sacerdotem absolvi. Quod si comparationem instituere velimus inter eos qui nunc praesertim temporis longae navigationi se committunt vel apud infideles in captivitate nunc pariter temporis degunt et inter mulierculam illam infelicissimam, de qua Ballerinius loquitur, quaero an non in aequali ne dicam potiori difficultate haec alium inveniendi sacerdotem prae illis versetur? Si ergo illos absolvere licet, quare complici hanc absolvere non licebit?

Hisce tamen non obstantibus confessarius modis omnibus tenetur sibi consulere et facultates opportunas saltem ad cautelam sibi comparare; etiamsi enim in casu quo versatur absolutionem complici impertiri possit, tamen id potest ex circumstantia particulari quae exceptionem constituit; lex autem in quantum possibile est observari debet; hinc ipse quam cito aut ad Episcopum loci aut ad Romanum Pontificem se convertat, quo deinceps juxta legem absolutionem complici conferre in Domino valeat.

Sed et illud addo, Gousseti effatum neque ad rem allegari. Imprimis enim vir clarissimus et ipse excludit necessitatis casum: *secluso necessitatis casu;* deinde *periculum novi lapsus aut saltem gravis tentationis* timet non in una vel altera confessione, sed *in directione talis poenitentis;* directio autem supponit continuationem confessionum; tertio affirmat avertendos esse fideles ab illo confessario, *a quo semel sollicitati fuere;* numquid in actu sacramentalis confessionis? In casu vero nostro non agitur de confessario sollicitante, sed de complicem absolvente; quod non supponit necessario lapsum ob sollicitationem in actu vel occasione confessionis; demum Gonssetus loqui videtur de iis locis ubi adest confessariorum copia; a quibus enim, secus, averterentur fideles ne illum adeant confessarium?

Verum de hac quaestione satis; sunt enim aliae quaedam circa complicum absolutiones enucleandae, de quibus tamen breviter.

Et 1. Quid dicendum de absolutione illius confessarii, qui complicem quidem agnoscit, ab eo autem non agnoscitur?

Ejusmodi absolutionem invalidam esse et confessarium si eam impertierit majorem quoque excommunicationem incurrere apertissima Benedicti XIV. verba suadent; affirmat enim, nonnisi in casu *extremae necessitatis* confessariorum ejusmodi absolutionem validam esse; hic vero nullam apparere absolvendi necessitatem; addit insuper, se illi auferre quamcumque auctoritatem et jurisdictionem *ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam;* quod correlativum *qualemcumque* etsi fortasse indigitet personam cujuscumque gradus nobilitatis etc. indigitare etiam potest personam, in quocumque statu subjectivo versetur; demum ex Benedicti constitutionibus certum est, confessarium complicem carere facultate absolvendi sui complicis peccatum; hic autem est vere et proprie complex peccati.

2. Quid de absolutione confessarii qui peccatum cum complice ante ordinationem commisit; illud vero hic nunc primum confitetur?

Et hanc absolutionem invalidam esse et confessarium excommunicationem incurrere respondendum est. Benedictus enim dum affirmavit se confessariis complicibus quamlibet in peccatum turpe complicis jurisdictionem et potestatem auferre confessariorum nomine non intellexit eos qui confessarii essent dum peccato se commacularunt; ex quo deduci posset, quod cum ex. gr. Titius dum peccatum commisit nedum non esset confessarius sed nec sacerdos prohibitione Benedicti non obstringitur, sed eos qui confessarii sunt dum peccatum absolvunt.

3. Quid de confessario absolvente peccatum turpe complicis jam ab alio rite absolutum, quodque tamen vel cum aliis peccatis vel solum iterum clavium potestati subjicit?

Circa ejusmodi absolutionis valorem theologos discrepare reperio neque in rationibus adducendis concordes.

Scavinius ex. gr. absolntionem valere putat, quod *cesset omnino in hoc casu indispositionis suspicio, ob quam Pontifex videtur jurisdictionem confessario abstulisse.* Tract. X. disp. 1. cap. II. art. III. q. 3. quae ratio valet tam pro poenitente qui iterum confessario complici peccatum turpe complicitatis cnm aliis peccatis qnam pro illo qui solum complicitatis peccatum confitetur.

Alii e contra putant, in ejusmodi peccatum licet aliunde absolutum numquam ferri posse absolutionem confessarii complicis, sive cnm aliis peccatis sive solnm iterum poenitentiae clavibus subjiciatur.

Atque si solum illud iterum complex confiteatur absolutionem inde habitam nullam omnino esse aperte contendit cl. Ballerinius scribens, (loc. cit. pag. 539 Nota a) *rem eo redire ac si quis solum peccatum reservatum confiteatur non habenti facultatem in reservata, de quo dictum est absolvi non posse, quia sic nulla adest sacramenti apta materia.*

Si vero alia quoque peccata confiteantur, perinde erit ac si quis reservata simul et non reservata afferat, quando scilicet materia partim apta proponitur, partim inepta, tunc autem utique poenitens absolvi potest .... verum absolutio tum ex rei natura tum ex mente absolventis in solam materiam aptam cadit .... In casu praesenti .... nihil opus est ut peccatum illud jam remissum clavibus iterum subjiciatur; ac propterea accusatio ejus ceu quid mere confessioni impertinens accidit.

Ex qua cl. Ballerinii ratiocinatione illnd concludendum esse videtur absolutionem numqnam cadere in peccatum complicitatis licet alias rite absolntum, atque complicem ea tantnm ratione absolvi a confessario posse, quod cum peccatum complicitatis sit quid mere confessioni impertinens, in illud veluti in materiam sacramenti non aptam absolutio non cadat.

Balleriniana igitnr sententia si rite perpendatur recidit in senteutiam eorum, qui decertant peccatum complicitatis a confessario complice numquam directe absolvi posse.

Ut veritatem dicam anceps haesi cni sententiae adhaererem: at perpensis pro ingenii mei mediocritate, utriusque partis rationibus, iisqne cum lege collatis, vera mihi illorum sententia visa est, qui propugnant confessarium numquam posse directe absolvere complicitatis peccatum.

Revera Benedictus XIV. confessariis in peccatum complicis omnem potestatem abstulit: *sublata propterea illi ipso jure, quacumque auctoritate et jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam.* Lex vero est geueralis, nil distinguens, limitans nihil; atque de cetero peccatum complicis dum illud clavibus subjicitur est semper peccatnm complicis, sive illnd ab alio fuerit rite absolutnm, sive non. Ideo Benedictus prohibuit qnominus peccatnm turpe a sacerdote complice absolveretur, ne mala, scandala, pericnla iterum in peccata relabendi et irreverentiae sacramento poenitentiae irrogarentur. At nonne haec contingere possnut et renovari sive peccatum fuerit ab alio absolntnm sive non? Ipsa peccati confessio, non alind quidqnam, pericula renovat. Neqne in hujusmodi poenitente qui sine ulla necessitate peccata sua iterum confessario complici, quem fugere debet et quem scit esse fugiendum (poenitentes enim postquam confessariorum suorum malitiam et improbitatem experti sunt, nullam iuposterum existimationem habent) exponit et sine ulla prorsus necessitate etiam complicitatis peccatum dispositiones necessarias ad rite sacramentum percipiendum (praesertim si mulier sit) tam facile admitterem; non enim in casu locnm habet ratio pudoris et verecundiae, cum peccatum ab alio jam absolntum snpponatnr et potius putarem malitia quadam ad illud iterum confessario complici (nisi tamen id fiat post plurimum temporis intervallum in confessione quadam generali post perspectam confessarii ad Deum conversionem) confitendnm induci, quam ratione virtutis et poenitentiae.

Non satis igitnr sacramenti honori et animarum periculis Benedictns XIV. consnluisset, si confessario permisisset audire et absolvere peccatum complicis licet aliunde rite absolutum.

Neque de cetero rationes pro contraria sententia decertantium solidiores videntur: Scavinius dicit ideo validam censeri deberi absolutionem in casu, quod cesset omnino indispositionis suspicio, ob quam Pontifex videtur jurisdictionem confessario abstnlisse.

Sed pace tauti viri; cujusnam indispositionis suspicio cessat? Poeniteutis? et quonam id probat argumento? Quod ne alii confessario peccatum illnd exposnerit? Sed quid, si id fecerit, quod sciret a confessario complice illud absolvi non posse et non alia de causa sanctiori? Quid, si ab ipso complice ad alinm confessarium missus fuerit, ut ipse excommunicationis periculum evadere possit et fortasse sollicitationis et si neutiquam castus, ne compellatur poenitentem turpissimo peccato deterrere? Atque hisce omnibus posthabitis profecto non video cessare indispositiones in illo complice, qui vix obteuta ab alio confessario peccati absolutione iterum ad confessarium complicem revertitur; pejora potius mala timeo; factum enim hujusmodi nescio an aliquod conversionis judicium praebeat; certissimum autem obduratiouis in malo saltem aliquando. Et expertns loquor.

Certum est autem absolutionem quam ab alio confessario poenitens habnit relate ad confessarium complicem nil dicere aut ad summum eum excommunicationis poenam velle evitare, non autem a peccato cessare.

Velle autem absolute affirmare Benedictum XIV. ob unicam hanc indispositionis suspicionem iuductum fuisse ad privandum coufessarium auctoritate in peccatum complicis uescio an undequaque verum sit; ni fallor enim, verba Benedicti aliquid gravius quam suspicionem indispositionis dicunt. Occasio furem constituit inquit proverbium quoddam italicum: (L'occassioue fa l'uomo ladro) quamvis ille non sit fur neque ad furaudnm dispositus.

Quid insuper? Si valeret ejnsmodi ratio pro poenitente qui a peccato jam fuerat ab alio absolutus, valeret etiam pro illo poenitente, qui oblitns peccati complicitatis, dnm alii confessario actus suos confiteretur, ab eo tamen fuit indirecte absolntus; etenim et in isto cessare dicenda est indispositionis suspicio. At id nemo dixerit.

Quin et illud addam, suspicionem indispositionis esse non posse rationem, qua ejusmodi quaestio sit dirimendâ. Si enim illa ratio valeret, valeret etiam ratio contraria, id est dispositionis necessariae quae in poeniteute requiritnr certitudo. Atqui si certitudo dispositionis necessariae dat poenitenti jus ad absolutionem peccati complicitatis, dato quod poenitens habeat dispositiones necessarias poterit de peccato ab ipso confessario complice directe absolvi. Ratio enim qua confessarius prohibebatur complicem absolvere omniuo cessavit. At *cessante ratione legis cessat lex.* L. *Quod dictum ff. d. pactis.* Ratio igitur a cl. Scavinio adducta ni tamen fallor undequaque nutat et auctoritate tantum extrinseca defendi posse videtur.

Verum quominus huic argumento lectores omnimodis acquiescant impedit contraria sententia, quae a uon spernendae notae theologis defenditur et intrinsecis rationibus solidius inuititur; manifestum autem est, sententiam tum intrinseca tum extrinseca auctoritate gaudentem pluris faciendam illa esse, quae tantum extrinseca fruitur. *)

*) Inter illos qui pro contraria sententia decertant allegatur etiam Roncaglia: *Universa moralis theologia tract. XIX. cap. III. de Sacramento poenitentiae. Regulae in praxi observandae reg. V.* At, ni opinio me fallit, immerito. 1. Imprimis enim Roncaglia nullimode loquitur de Benedicti XIV. constitutionibus, sed de prohibitione quadam synodali suae dioecesis, quae ita apud ipsum legitur: *confessarii socium criminis et a peccato, in quo ipse participans seu cooperans fuit, numquam absolvant, in his enim casibus illos omni facultate privamus,* 2. Ejusmodi prohibitione nedum peccatum contra sextum decalogi praeceptum sed etiam alia peccata graviora comprehendebantur *in delictis gravioribus, quae solent cum socio patrari, puta in furto, homicidio etc.,* secus ac statutum sit in relatis Benedicti XIV. constitutionibus. 3. Affirmat ejusmodi peccata posse a confessario complice absolvi tantummodo indirecte: *si quis jam absolutus fuerit ab alio confessario quoad crimen commissum, potest iterum idem peccatum exponere confessario, qui fuit socius vel particeps in eodem crimine, etenim cum jam directe fuerit absolutum, non obstat non esse in illo confessario potestatem illud absolvendi, nisi indirecte.* 4. Addit demum: Illud advertant confessarii, in ordine ad eos, in quorum peccato fuerunt socii, cooperatores seu participes taliter se habere ac si non fuissent approbati: »Unde in synodo dicitur quod illaa *numquam absolvant,* sicut nec peccatum, in quo fuerint socii etc.; adeoque talis confessarius nullam habet auctoritatem et circa crimen complicitatis et circa personam complicis. Ita etiam suadet ratio talis prohibitionis, ideo enim prohibentur confessarii ab absolvendo socio criminis, tura quia timeri potest decase in poenitente sincerum dolorem dum peccatum confitetur confessario, quem in eodem habuit socium vel cooperatorem, tum quia si refricetur memoria de peccato cum illo commisso, maxime si sit in genere luxuriae, periculum adesse potest in lethalem complacentiam labendi, tum quia indecens est judicem esse peccati illum, qui in eo fuit cooperator. Haec autem suadent omnino auferri potestatem a confessario in ordine ad totam illam confessionem, in qua explicandum est peccatum, cujus fuit socius etc.« Fortasse ex hisce postremis verbis *in ordine ad totam illam confessionem, in qua explicandum est*; putarunt aliqui Roncallium validam statuisse etiam absolutionem directam peccati complicis ab alio confessario absoluti. At falso, nam superius Roncallius ipse dicit, id fieri non posse *nisi indirecte;* et de absolutione directa numquam loquitur. Ut autem liberius loquar, rationes

Haec autem spero lectores facilius admissuros. Huic tamen affinis alia est quaestio, de qua nescio quodnam sint prolaturi judicium; quid scilicet sentiendum sit de valore absolutionis circa alia peccata, quae unacum complicitatis peccato poenitens sacerdoti complici confiteatur. Sententiam meam sincero animo exponam et tanti fiat quanti valet. Dico igitur, ejusmodi absolutionem nullam esse. Et en rationes quibus nitor.

1. Certum omnino est Benedictum XIV. confessario in peccatum complicis quamlibet auctoritatem abstulisse, ita ut statuerit ejus absolutionem nullam atque irritam esse omnino; excommunicatione insuper confessarium mulctasse qui complicem suum audire et absolvere ausus esset. Lex haec est absoluta, clara, aperta nullisque ambagibus obnoxia.

Ut igitur dicatur valida absolutio complicis quoad alia peccata quae unacum peccato complicitatis iterum confitetur oportet aliquo modo dignoscere legislatorem prima tantum vice non ceteris illam potestatem confessario abstulisse. Id autem non aliunde dignosci posse arbitror, quam vel ex lege ipsa, ex qua aliquid hujusmodi deprehendatur vel ex alia aliqua sanctione a legislatore circa rem profecta vel ex ejus mente utcumque manifestata vel ex aliis legibus, quibus lata in casu lex contradicat et cum quibus conciliari oporteat. At in facto nihil horum haberi res est manifesta.

Et quoad legem. Per constitutionem »Sacramentum poenitentiae« confessarius *quacumque auctoritate ac jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam privatus existit, ita ut absolutio si quam impertierit nulla atque irrita omnino sit.* Id autem ita firmiter atque absolute, *ut nec in vim cujusque Jubilaei aut etiam Bullae, quae appellatur Cruciatae sanctae, aut etiam cujuslibet instituti confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere eique sacramentalem absolutionem elargiri; cum ad hunc effectum et in hoc casu nullus confessarius utpote qui in ejusmodi peccati et poenitentis genere jurisdictione careat et absolvendi facultate privatus existat habendus sit pro confessario legitimo et approbato.*

Benedictus XIV. igitur qualibet potestate privat confessarium complicem in *ejusmodi peccati et poenitentis genere.* Negari autem non potest peccatum complicitatis contra sextum licet alias confessum esse idipsum peccatum quod iterum poenitentiae clavibus subjicitur, atque poenitentem esse illam ipsam identicam personam, quae cum confessario peccavit.

Cum igitur absolutio nulla atque irrita declaretur in universum, idque nedum ex verbis legis, sed et sententia probatissimorum auctorum, patere arbitror, nullam atque irritam eam esse, licet peccatum complicitatis aliunde fuerit absolutum; Benedictus enim duo expresse conjungit, *peccatum* et *poenitentis genus*, quae duo semper et in omni casu verificantur si poenitens confessario complici peccatum complicitatis accuset.

Si autem latarum constitutionum finis attendatur nonne ad eamdem conclusionem luculentius deveniemus? Finis enim est, ut iterum verba legis producam, *a sacerdotali judicii et sacri tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, sacramentorum contemptum, ecclesiae injuriam longe submovere, tam exitiosa hujusmodi mala* (non hodie vel cras, non primum vel secundo, sed) *prorsus eliminare et quantum in Domino possumus animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam, Daemonis potiusquam Dei ministri, loco eas per sacramentum creatori suo ac nostro reconciliandi majori peccatorum mole onerantes, in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt.*

Quaero autem, an iterum confessario complici turpe peccatum subjicere non sit dare occasionem novae turpitudini, quam prorsus eliminare a sacri tribunalis sanctitate vult Benedictus? quaero, an non sit confessarium exponere mortali complacentiae, poenitentem seductionis novo periculo, iisque omnibus quae Benedictus cavenda prorsus ideoque semper decernit? Nemo id negaverit, vel ille tantum qui inficiari velit tum confessarium tum poenitentem esse Adae filios, qui insuper propriam fragilitatem reapse sunt experti. Ergo si magnus Benedictus facultatem confessario complici fecisset peccatum complicis aliquando audiendi et absolvendi non admodum sacramenti sanctitati et animarum periculis consuluisset, cum altera vice eadem renovari possent. At si haec dicantur, ad quid tantus verborum apparatus, ad quid tanta ostensio zeli? ad quid illud: *prorsus eliminare?* Eliminasset hodie, non cras, praesertim si agatur de poenitentibus et confessariis, qui sanctitati non admodum studere satagunt.

Nec quisquam dicat, quod si ita res se habeat sequeretur poenitentem confessario complici in aeternum esse prohibendum, cum ipsa confessionis occasione possent pericula renovari; nam huic responderem non ita rem se habere; cum confessarius et etiam poenitens occasione destituantur opportuna sermonis inchoandi et aliquid dicendi quod proprium peccatum respiciat; difficillime autem confessarium se ad inopportunam interrogationem de peccato habito conferre, ne sollicitationis aliquando accusari possit et si ad saniorem mentem reversus sit, ne scandala et pericula renovet.

In hac itaque altera complicitatis peccati confessione finis a Benedicto XIV. intentus integer omnino manet, ratio legis integra omnino servatur; at *manente ratione legis manet ipsa lex.*

Qua de causa optime mihi ratiocinari videtur auctor tractatus casuum reservatorum in dioecesi Gandavensi dum scripsit p. 84: »Observa, quod nequidem confessarius suum complicem absolvere possit, dum complex peccatum illud, solum tamquam materiam liberam, iterum in confessione exponit; generatim enim adempta est jurisdictio pro simili peccato et deinde inspiciendo finem, ob quem illa potestatis restrictio facta est, qui est ad cavendum novum periculum, praesertim sollicitationis, tam bene periculum hoc adesse potest, dum subjicitur peccatum clavibus, tanquam materia libera, quam dum subjicitur tanquam materia necessaria; in iis autem quae sunt ad cautelam, si dubium subsit, practice pars tutior est eligenda: et consequenter in casu non posset confessarius complicem absolvere.«

Neque minus me praestantissimorum theologorum opinio movet, qua defenditur, a confessario complice numquam *directe* absolvi posse complicitatis peccatum licet aliunde rite confessum et absolutum. Ex quo concludere licitum erit, peccatum illud semper esse sacerdoti complici reservatum; at si peccatum complicitatis confessarius numquam absolvere potest, quomodo valida putanda erit ceterorum peccatorum absolutio, quando Benedictus XIV. nullam atque irritam universam illam absolutionem declaravit, in qua potestati clavium peccatum complicitatis subjicitur?

Dicet quis, id de prima vice esse intelligendum? Sed in qua constitutionum Benedicti parte ista limitatio deprehenditur? Et quare, si ejusmodi limitatio sit admittenda, non potest a complice *directe* absolvi ipsum complicitatis peccatum ab alio jam absolutum? Si enim Benedictus de prima tantum absolutione loquitur, nulla ratio aderit quare idipsum peccatum a confessario complice non possit post primam absolutionem aliunde habitam directe absolvi. Dicet fortasse, hanc alteram absolutionem numquam vocari posse directam, quod ab alio peccatum illud jam fuerit absolutum et poenitentiae clavibus iterum subjiciatur tanquam materia libera et sufficiens, non autem necessaria? Sed quis unquam docuit, idem peccatum non posse altera vice directe absolvi? Nonne si dubitetur an materia confessioni subjecta sit sufficiens vel poenitens sine absolutione dimittitur vel adigitur ad confitendum aliquod aliud peccatum licet centies fortasse confessum et absolutum, in quod proinde feratur ipsa absolutio, ut habeatur materia certa et apta sacramenti? Ex lege itaque a Benedicto XIV. lata circa praesentem quaestionem nihil omnino deprehenditur, validam esse ejusmodi absolutionem.

At certissimum est nullam aliam sanctionem ab eo profectam esse, qua hoc caput declaravit et nunquam mentem suam manifestasse qua mitiori sensu accipiendum esse praescripserit. Quinimo, si verum est, Benedictum XIV., olim interrogatum ab Episcopo Brugnatensi, an sacerdos posset complicem de peccato turpi jam ab alio absolutum absolvere, respondisse, complicem a sacerdote complice absolvi non posse, etiamsi centies ab alio absolutus fuisset, si inquam id verum est, verbalem utique sanctionem habemus, qua contraria sententia expungitur

a cl. viro adductae mihi videntur vel nihil probare vel probare etiam peccatum complicis absolvi non posse neque indirecte. Etenim pericula illa quae timet locum habere possunt tam in prima peccati confessione, quam in secunda; ea autem quae subdit: *in ordine ad totam illam confessionem in qua explicandum est etc.* mihi in animo ingerunt, non cogitasse doctissimum virum, eo temporis momento quo scribebat, pauca admodum explicanda esse confessario complici de peccato complicitatis; hoc enim novit ipse ut poenitens; ideoque circa ejusmodi peccatum sive in prima sive in secunda confessione eadem brevitatis ratio servanda esset, *ne si refricetur memoria etc.*

illamque quam defendimus confirmari. Quaenam vero sunt aliae leges, quibus haec sententia contradicit et cum quibus proinde conciliari oportet? Iguorantiam meam profiteor; nullas agnosco.

Quod enim responderi forte poterit peccatum complicitatis jam aliunde absolutum esse materiam ineptam et quid mere confessioni impertinens et absolutiouem tum ex rei natnra tum ex mente absolventis in solum materiam aptam cadere, ut affirmat doctissimus Ballerinius, est respondere, absolntionem nnmqnam cadere posse in peccatnm complicitatis neque directe neqne indirecte. Cujns ratio alia esse non potest, quam quod si in complicitatis peccatum absolutio qnomodolibet caderet universa absolutio foret invalida. Sin minus enim ad quid restrictio illa meutalis absolvendi cetera peccata, excluso peccato complicitatis? Nonne enim in ejusmodi absolutione peccatum complicitatis tum ex rei natura tum ex intentioue absolventis excipitur et minime absolvitur? Istud vero qua de causa, nisi quia complicis absolutio omnino prohibetur? atqui tamen absolutio complici collata ex lata lege nulla atque irrita est in universum.

Dicesne cum Roncallio, quod cnm peccatum illud jam directe fnerit absolutnm, non obstat esse in illo confessario potestatem illud absolveudi nisi indirecte? Verum jam animadversum est, Roncallium de Benedicti constitutionibus non loqui, sed de lege synodali suae dioecesis; ratio proinde adducta expendenda est ad tramites latarum constitutionum; cum autem iu illis interdicatur absolutio peccati complicitatis, indeterminate, absolute et quidem ad eum fineu, qui ibi exponitur et ad eliminanda ea animarum pericula qnae ibi cavenda prorsns praecipinntnr, qnae tamen in altera peccati illius accusatione renovari possent, nt compertum est, nihil omnino Roncallii ratio valet. Fortassene Benedictus distinxit absolutionem directam inter et indirectam? Fortassene apparet invalidam statuisse primam non ceteras absolutiones? locntum esse de prima tantum accnsatione et non de reliquis? Qnin e contra ex verborum sensu et ex fine latae legis omnino deprehenditur, de peccato complicitatis inter confessarium et poenitentem agi nec debere nec posse.

Dices: peccatum complicitatis fuisse per directam absolutionem aliunde habitam omnino sublatum illudque amplins non existere, lege vero prohiberi absolutionem peccati existentis?

Quare ergo theologi praestantissimi putant, illud peccatnm nunquam posse directe absolvi etsi aliunde fuerit absolutum? Dicendine sunt hi sine ratione loqui? Dato autem quod peccatum illud amplius non existat, nonne dum iterum poenitentiae subjicitur *tanquam peccatum subjicitur*, ex cujus confessione ea mala renovari possunt quae lege cavenda prorsus praecipiuntur? tanqnam peccatum neutiquam a complice absolvendum? *In ejusmodi peccati et poenitentis genere* iuquit Ben edictus.

Quid ergo agendum confessario, ad cujus pedes complex provolvitur?

Confessarius de more interroget complicem de postremae confessionis tempore et de absolutione et si ex responsione noverit, post peccatum confessionem apud alium confessarium peregisse atque absolutionem reportasse illum audiat; sin minns advertat ut alii sacerdoti peccata sua accuset; si poenitens obedire renuat ecclesiae legem de non absolvendo complice, de nullitate absolutionis et de eucommunicationis poena ipso facto incnrrendae aperiat et dimittat. Hujus sapientissimae legis cognitio ecclesiae et romanis Pontificibus summam animi venerationem conciliat, a relapsu poenitentem praeservat, horrorem insuper de admisso peccato cordi ingerit. Decursu vero confessionis vix confessarius advertit (et in hoc attente vigilare debet) poenitentem etiam peccatum complicitatis iterum accusare velle, illico silentium imponat dicatque de ejnsmodi peccato sermonem inter se haberi non posse: quod si respondeat poenitens vel illius fuisse in postrema confessione oblitum vel rubore victum studio praetermisisse, ei suggerat quod supra dictum est et dimittat.

Verum hoc in facto praesertim in parvis oppidis, nbi duo sunt tantummndo sacerdotes, neque admodum amicitia conjuncti, timor subrepere posset confessario complici apud alinm confessarium dedecus incnrrendi, si ad eum complicem suum remittat, praesertim si puella sit et alterius confessarii consanguinea; haec insuper omnino nolit confessario illi peccatum sunm confiteri. Quid agendum in casu?

De timore dedecoris apud alium confessarum incnrrendi nullimode confessarius com-

plex sollicitus esse debet caveatque ob timorem ejusmodi absolutionem complici impertire; etenim in constitutionibus relatis ejusmodi timor fuit praevius, cum praescribant complicem etiam in mortis articulo a confessario complice absolvi non posse si adsit alius sacerdos licet non adprobatus ad confessiones; de cetero vano timore angeretur, cum sigillo sacramentali qualibet infamia tegatur.

Si autem puella sit alterius confessarii consanguinea, sacramentis frequenter assueta, quae insuper ultra oppidum egredi non possit nt peccata sua extraneo confiteatnr, ad oppidum vero confessarii raro accedant, eaque nullis suasionibus moveri possit ad confessarium consanguineum adeundum; ni a confessario complice absolvatur haec duo certissime sunt timenda: vel puella sacramenta sacrilege recepturam vel si plurimo tempore sacramentis abstineat suspicionem maximam de peccato cum confessario habito ingessuram parentibus praesertim et infamiam tum sibi tnm confessario comparaturam. His positis Benedictus XIV. facultatem confessario complici fecit in mortis articulo complicem absolvendi, si secus infamia et scandalum vitari non possit; periculum igitur infamiae fuit potissima et unica ratio quae sapientissimum Pontificem induxit ad temperandum legis rigorem. Neqne dicamus id esse sancitum tantummodo pro mortis articulo, nam et in hoc puncto magnus Benedictus non respexit ad salutem aeternam morientis, quam absolute consequi potuisset per absolutionem alterins sacerdotis, sed ad infamiam quam confessarius complex certo certius incurrit, ui confessionem morieutis ipsemet audiat et absolvat. Apertissima sunt ejus verba: »Porro, si casus nrgentis qualitas et concurrentes circumstautiae, quae vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius sacerdos ad audiendam constitutae in dicto articulo personae confessionem vocari ant accedere, sine gravi aliqua exoritura infamia vel scandalo nequeat, tunc alium sacerdotem proinde haberi censerique posse, ac si revera abesset atque deficeret: ac proinde in eo rerum statu non prohiberi socio criminis sacerdoti absolutionem poenitenti ab eo quoque crimine impertiri.«

Benedictus igitur fidelium scandalum et sacerdotis infamiam vult omnino eliminare; ergo si aliquo in casu ejusmodi ratio evidentissime habeatur, arbitror non agere contra legem sacerdotem qui complicem suum absolvat; at omnino evidens puto, in casu proposito infamiam et scandala vitari non posse nisi per coutinua sacrilegia quae infelix puella committat.

Confessarius igitur curet imprimis alium modis omnibus accire in oppidum confessarium, cui puella peccata sua confiteatur; quod si haberi nou possit, eam serio nt consanguinenm adeat adhortetur; legem de non absolvendo complice aperiat, bis vel ter sine absolutione dimittat, atqne interea facultates opportunas quaerat illam absolvendi. Quod si ad has obtinendas diuturnum tempus sit necessarium et puella timorem atque ruborem cousanguineo sese aperiendi vincere nequeat, ideoque sacrilege ad confessionem semper accedat, puto tamen eam posse a peccato complicitatis directe absolvi.

Cum euim Beuedictus XIV. universam absolutionem invalidam et nullam esse deceruat, utpote quia confessarius jurisdictione ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existat, nullo pacto posset cetera peccata directe absolvere et indirecte peccatum complicitatis. Quare in casu exposito confessarius potest complicem suum directe absolvere veluti si iu mortis articulo esset constitutus; omnino enim in casu exposito legis vigor est mitigandus atque Salmanticensium tenenda sententia, qui de praecepto annuae confessiouis loqnentes haec dicunt: »Dum urget praeceptum confessionis, quod nou adimpleri non potest absque infamia, valet sacerdos inferior absolvere directe peccata non reservata et indirecte peccata reservata; ergo complex iu peccato turpi poterit in casu quaestionis absolvere poenitentem ab aliis peccatis directe et a peccato turpi iudirecte. Adde quod peccatorum reservatio debet esse in aedificatiouem, nou in destructionem et si in tali casu lex rigorose observaretur, potius destrueret quam aedificaret; unde mitiganda est.«

Exinde vero confessarii serio considerent in quantis angnstiis sese et poenitentes suos conjiciant ob ejusmodi peccata et caveant, summopere caveaut.

Non puto tamen iisdem cautelis et anxietatibus esse confessario agendum si dubitet, an qui confitetur sit suus complex; quandoquidem, dubio perseverante absolvere ejusmodi poenitentem licere multa suadent.

Et 1. Suadeut verba legis, quae prohibet absolutionem complicis in sensu vero et proprio, qui scilicet uti talis a confessario certe cognoscatur; at poeniteus, de cujus complicitate dubitatur, non potest dici complex in sensu vero et proprio, uon est enim certus.

2. Suadet natura ipsius legis quae est poenalis; poena vero non incurritur nisi ob crimen certum; at peccatum commissum cum eo de cujus complicitate dubitatur nou est certum relate ad legem, qua prohibetur absolntio peccati ab ipso confessario cum suo poenitente commissi, ideoque non afficit peccatum tantnmmodo, sed peccatum unacum persona.

3. Suadet fiuis legis, qui est removere scandala, periculum seductionis, irrevereutia sacramenti etc. quae omnia absunt in casu, ut patet. Ob haec, inquam, sacerdos poterit absolvere poeniteutem, de quo dnbitat au sit suus in peccato turpi complex, nou autem vel quod sit durum, imo durissimum, sacerdotem adigere ad se prodendum et turpitudiuem suam manifestandam cum ingenti honoris jactura; cnm euim confessarius sit judex qui non teuetur de negata absolutioue rationem reddere poeuiteuti, posset, quin se ullimode manifestet, poeuiteutem sine absolutione dimittere et legem observare; atque de cetero si ejusmodi ratio valeret iu praeseuti casu valeret etiam in casu quo confessarius agnoscat quidem suum complicem, ab eo antem nou cognoscatur; uonne enim etiam hoc iu facto dnrissimum esset sacerdotem adigere ad se prodendum!

Neque quis instauret difficultatem opponeudo, ejusmodi sacerdotem absolvere cum potestate dubia atque denegari in casu facultatem absolvendi non iu poenam delicti sed ad cautelam; quando autem agitnr de iis, quae ad cautelam deserviunt, casus dubii non sunt excludeudi. Nam quoad 1. potestas certa, qualis est potestas absolvendi peccata legitime collata, sacerdoti non amittitur nisi per crimeu certum; si euim certa potestas posset per dubium crimen impediri posset innoceus aliqnando poena mnlctari. Fac euim quod poeuitens de quo dubitatur non sit reapse complex, noune poeua irrogaretur tum confessario tum poenitenti, si ob ejusmodi rationem, dubio perseverante, hic siue absolutioue dimittatur? *In dubio non praesumitur delictum. L. Marito ff. pro seq.* ideoque nec poena irroganda.

Quoad rationem vero desumptam ex cautela ea refunditur iu finem quem sibi in lege ferenda legislator praestitnit. Atqui fiuis apprime in casu servatur; sacerdos enim certe cavebit se prodere et turpitndinem suam manifestare, dato etiam quod per opportunas interrogationes taudem detegat poenitentem esse reapse suum complicem.

Confessarius igitnr qui *per aptas atque prudentissimas interrogationes*, qnas instituere debet ad veritatem assequendam, detegere nequivit an reapse poeuiteus sit suus complex, tuto illum absolvat. Ipse euim hoc in facto agit partes actoris contra se; *at actore non probante reus absolvitur.* L. Extat 25 ff. de jur. fidei. Dnbio autem perseverante crimen nullimode probatum diceudnm est.

At lex diserte excipit mortis articulum, quo confessarius complex potest complicem audire et absolvere, si tamen deficiat quicumque alius sacerdos, qui confessarii munus obire possit.

Dno ergo sunt necessaria, et ut poeuitens complex in mortis articulo sit constitutus et ut desit alius quicumque sacerdos, licet nou adprobatus ad confessiones, qui ejus confessionem possit excipere.

Jam vero articulus mortis dicitnr quando mors proxime morali certitudine instat; periculum autem quando sub dubio et timore probabili expectatur.

Quid igitur? Articulus mortis de quo iu nostra constitutione comprehendit ne etiam mortis periculum?

Respondendum est affirmative. Non euim censenda est pia mater ecclesia discrimini voluisse aeternam filiorum snorum salutem committere; at profecto commisisset si tantum in mortis articulo hujusmodi poeuitentes permisisset absolvere; quis enim praevidere potest praesertim in nonnullis morbis quantum mors distet? Aliquando a periculo ad articulum ipsamque mortem repente fit transitus; aliquando ab articulo ad sanitatem; incerta hinc cum valde sit morbornm varietas, possent sine absolutioue ad tribunal Dei poeniteutes sistere et in aeternum perire.

His adde quod incredibili auxietate angerentnr confessarii qui in similibus casibus reperirentnr; nescirent euim, ut plerumque nesciunt etiam artis medicae periti, an infirmus versetnr in periculo vel in articnlo

mortis; ideoque an iu illo infirmitatis statu possit necne absolvi etc. qnae omnia aliena sunt omnimodis a sensu et ecclesiae pietate. Confessarius hinc in similibus casibus vel medici judicio vel propriae experientiae acqniescat, et si viderit infirmo mortis periculum imminere vel imminere judicet neque alius adsit sacerdos, tuto complicem audiat et absolvat; tuto, inquam, antequam major morbi vis superveniat; quo enim major vis morbi, eo difficilius confessio bona instituitur, cum infirmo vel meus vel animus vel vires corporis deficiant, ut experientia constat.

De cetero etiam iu relato testimonio Tridentini Patres de articulo mortis loquuntur et tameu theologi ad periculum aptant, ut caeteris praetermissis videre est apud s. Ligorium *theologia moralis* tract. IV. cap. II. u. 558. §. II.

Qui vero iu periculo mortis etiam in praesenti quaestioue versari ceuseautur supra dictum est.

Sed ut absolutio a sacerdote complice in mortis articulo collata valida ceusenda sit, deesse debet alius quicumque sacerdos, licet nou adprobatus ad confessiones, qui illum audire et absolvere valeat. Hinc plurima quaestionum capita.

Et 1. quid si adsit quidem alius sacerdos, sed sit vel suspensus vel excommunicatus?

Huic quaestioni ut fiat satis, sunt tria probe cousideranda; primo quidem nomine sacerdotis nou adprobati ad confessiones in communi usu loquendi illum venire, cui facultas excipieudi fidelium confessiones nondum collata fuit, nou autem eum qui ob admissa scelera fuerit ea privatus, vel illum cui nequeat conferri; secundo hanc legem esse odiosam, ideoque stricte interpretaudam; tertio demum, Benedictum per ejusmodi absolutionem collatam a sacerdote licet ad confessiones uon approbato voluisse nedum sacramenti sanctitati, nedum aeteruae morieutis salnti, sed etiam ejus quieti et tranquillitati aliquo pacto consulere.

Jam vero si dicamus in casu confessarium excommunicatum vel suspensum praefereudum esse confessario complici, puto eum sacramenti sanctitati et decori nou admodum consuluisse; quaestio euim esset instituenda quis sit magis improbus, sacerdos excommunicatns et suspensus vel confessarius, qui semel fortasse, miseranda libidine abreptus, cnm moriente peccavit. Neque quis dicat, id Benedictum saucivisse etiam in poenam confessarii complicis; nam hoc etiam dato et nou concesso certe id saucivit siue sacramenti dedecore; credibilene est, eum voluisse facultate absolvendi confessarium iniquum privare, ut eam conferret alteri fortasse iniquiori? Dicesne sanctiori ratione acturum sacerdotem suspensum et excommunicatnm? sed credibilene est in mortis articulo a confessario complice poenitentem suum in infernum demersum iri? Est illud momentum a quo pendet aeternitas; est momentum, quo etiam iniquissimi deterrentur; et est momeutum, quo confessarii complices, ni prorsus omnem conscientiam abjecerint, horribilibus stimulis anguntur, dum vident animam illam de aeterna salute ob reciproca crimina periclitari; quare modis omnibus eam ab aeterno interitu eripere satagent. In hoc igitur casu non puto Benedictum XIV. voluisse confessario complici potestatem adimere; iu pejori enim conditione morientem, ui fallor, constituisset. Quid insuper? Poenitens in articulo mortis constitutus scit sacerdotem illum esse vel suspensum vel excommunicatum, eum itaque quodammodo horrescit, atque cum ejusmodi auimi horrore, nescio qua animi quiete confessionem sit peracturus; omues enim dum moriuntur meliores atque sanctiores, quos noverint, habere ad se sacerdotes volunt, ut cum auimi securitate atque majori fiducia agere possint quae sibi agenda sciunt. In casu vero qnid de his?

Utique respondebis, morienti perspectam esse sui confessarii malitiam, ideoque in pari conditione versari: nam prorsus id nego: quandoquidem confessarii sui moribundo nota sunt quaedam determinata peccata contra sextum: de sacerdote vero suspenso vel excommunicato novit Deus quae per vicos et plateas vulgata fuerint; ideoque potiori existimatione circa proprium confessarium quam erga alium feretur; illi potius quam huic securius peccata accusabit, ab illo potius quam ab isto monita salutis se auditurum sperabit.

De cetero manifestum esse puto in communi usu loquendi receptum esse, per sacerdotem non adprobatum ad confessiones intelligi eum, cui nondum ejusmodi facultas facta fuit, nou autem suspensum vel excommunicatum; cum autem, ut dixi, lex sit odiosa, stricto sensu eam interpretari debemus.

Equidem quis dicturus erit, etiam suspensos et excommunicatos dici posse non adprobatos ad confessiones et tales esse reapse; nam quod dici possint concedo; quod

usu communi loquendi dicantur concedere non possum; hi enim dicuntur sacerdotes suspensi, presbyteri suspensi, religiosi suspensi ab audiendis confessionibus; Benedictus XIV. autem certe usus est communi loquendi ratione. Hisce addo, quod plurimam sapientiam animique pietatem in tanto ac tam perspicaci Pontifice cernimus, si intelligamus eum contulisse sacerdoti nondum ad confessiones approbato facultatem excipiendi morientis in casu confessionem, ut modis omnibus consuleret tum sacramenti sanctitati tum decedentis ex hac vita paci et quieti; at perspiceremus, si eam facultatem publicis peccatoribus, quales plerumque sunt sacerdotes suspensi et excommunicati, contulisset? Non credo.

Demum Benedicti verba satis clara videntur, ut ea omnino sint intelligenda de simplici sacerdote nondum ad confessiones approbato. Dicit enim in constitntione *Apostolici muneris* §. 2. »Edicimus etc. *p. 132.* Et in constitutione *Apostolicae Sedis* ipsis verbis repetitur: Si alius sacerdos *licet non approbatus ad confessiones possit excipere morientis confessionem.*«

Loquuntur igitur RR. Pontifices de simplicibus sacerdotibus, de iis nempe qui ad confessiones nondum approbati sunt, quales certe non intelliguntur neque suspensi neque excommunicati.

Neque minoris ponderis argumentum deducitur ex periculo scandali et infamiae, quod Benedictus vult omnino vitari dum dicit: »Si casus urgentis qualitas et concurrentes circumstantiae... ejusmodi fuerint, ut alius sacerdos vocari et accedere sine gravi aliqua exoritura infamia vel scandalo nequeat.« Atqui nemo difficillimum non putabit evitari posse scandalum et infamiam, dum fideles viderint publice suspensum vel excommunicatum excipere morientis confessionem et parochum qui optime novit nullum alium sacerdotem adesse, qui illud necessarium officinm adimplere valeat, vel se subtraxisse vel renuisse vel excusationesa dduxisse. Porro quae difficillima sunt, in lege pro impossibilibus habentur neque praecipiuntur.

Paucis: Lex haec est odiosa et stricte interpretanda: verba tum Benedicti tum Pii Papae IX. obvio sensu possunt imo debent intelligi de sacerdote nondum ad confessiones approbato, idque nedum ex significatione verborum, sed etiam ecclesiae sensu, quae administrationem sacramentorum sacerdotibus notorie indignis, quales plerumque sunt suspensi et excommunicati, non vult committere neque eos iis sacerdotibus praeferre, qni quamvis indigni et ipsi sint, tamen eorum iniquitas soli Deo nota est; per hos sacerdotes snspensos et excommunicatos minime paci et tranquillitati morientis romani Pontifices consuluissent; non sunt ergo hi in casu confessario complici praeferendi; qna de causa hic praesente sacerdote publice snspenso vel excommunicato ita agere potest ac debet veluti si nullus alins adsit sacerdos qui morientis confessionem excipere possit, ideoque illnm audire et absolvere.

Quin et illnd addo, me nescire quibus argumentis innitantur contrariae sententiae patroni; dicere enim, ut aliqui dicunt (et nullam aliam rationem reperi) verba Benedicti esse prorsus generalia, eaque comprehendere quemlibet sacerdotem licet suspensum vel excommunicatum, est rem dicere quae adhuc probari debet. *)

*) Quid dicendum de sequenti casu? In oppido N. sunt duo confessarii, quorum quisque suam amasiam habet, et ne peccandi occasionem deserant, neve suspicionem aliquam suae turpitudinis ingerant, excommunicationem insuper in absolventes complices latam evitent, paciscuntur inter se, ut unusquisque alterius complicem audiat atque absolvat, nulla de ejusmodi diabolico pacto puellis facta mentione.

Quid de harum absolutionum valore?

R. Absolutiones ejusmodi validas esse. Constitutiones enim loquuntur de absolventibus complices propriös non alienos. Porro puellae non sunt complices propriae confessarii qui eas audiunt et absolvunt. Sacerdotes vero absolvi reciproce se non possent, quod complices reapse sint in turpissimo sermone et pacto. Id autem respective ad legem sermonem instituendo.

Quantum enim attinet ad dispositiones necessarias quae in poenitente requiruntur, ut valide absolvatur, ejusmodi absolutiones prorsus esse invalidas quis umquam in dubium revocare poterit? Sacerdotes enim interesse habent ne puellae peccatum deserant, ideoque nescio quasnam correctiones instituant remediaque suggerant; puellae peccatum relinquere vel nolunt vel non curant, atque ideo ad dictos sacerdotes accedunt, quia absolutionem repetitam et amplissimam de repetitis peccatis et repetendis referunt. Dolor igitur et propositum non peccandi de cetero in praedictis poenitentibus vix aut ne vix quidem concipi potest.

Attamen si confessariis aliquando innotescat, puellas turpissimum pactum detexisse, nullimode sine excommunicatione illis eas absolvere licebit; cum enim pactum ad hoc initum sit, ut puellae tuto cum propriis confessariis peccata perpetrent, absolutio reputanda est veluti explicitum ad peccatum incitamentum et confessariorum pacti puellae ipsae fiunt participes; quare hi confessarii nedum essent habendi ut complices absolventes, sed etiam uti ad turpia sollicitantes.

Verum non in hoc tantummodo casu confessario in articulo mortis licitum erit complicem absolvere, sed et in aliis de quibus breviter:

Et 1°. poterit absolvere si morientis confessionem alius audire recuset; tnnc enim pntandns est alius sacerdos abesse.

Hinc optime Salmanticenses: »Si praesens sit (alins sacerdos) et nolit absolvere, idem est ac si non esset copia confessoris; sed dum non est copia confessoris, potest quilibet sacerdos in tali articulo poenitentis confessionem excipere; ergo si sacerdos vocatus accedere rennat ad audiendam confessionem personae praedictae, poterit sacerdos complex absolutionem illi impendere.«

2°. Poterit, si moribundus alii sacerdoti peccata sua accusare renuat nullisque suasionibus ad confessionem cum eo instituendam induci valeat.

Nullimode enim permittendum est ut sine absolutione moriatur vel exponatur periculo sacrilegam confessionem instituendi; atque de cetero causae gravissimae adesse possnnt quare alteri confiteri peccata recuset. Hinc iterum Salmanticenses dicunt in casu ita esse agendum veluti *si alius sacerdos revera abesset.*

3°. Poterit infirmum complicem audire et absolvere si hic simulata prius vel instituta cum alio confessione sacrilege expectet tempus, quo ei sacrum viaticum deferatur et publice petat se antea velle sacerdoti complici peccata confiteri vel ut vulgo dicitur reconciliari; sine scandalo enim, infamiae periculo et quin infirmum sacrilegae communioni exponat, ab illo audiendo sacerdos se subtrahere nequit. Cum autem contra infirmum plurima indispositionis indicia hoc in casu militent, quaerat sacerdos complex modis omnibus illum disponere et loquatur sicut bonus dispensator multiformis gratiae Dei. Postquam autem ad sinceram peccatorum detestationem animique dolorem disposuerit, quod in mortis articulo assequi non est adeo difficile, illum absolvere non vereatur. Ut plurimnm verecnudia est causa rei hujus; praesertim si puella sit, si uxor quae bono nomine fruatur; huic autem titulo, in mulieribus praesertim, quaeque in mortis articulo sint constitutae, valde deferri debet.

De cetero confessarius hoc in casu potuit, ad scandali et infamiae periculum vitandum, poenitentem audire et durante eadem causa, nempe mortis articulo, illum absolvere, quia judicium incoeptum perfici debet, cum jure incoeptum fuit.

4°. Poterit pariter poenitentem complicem absolvere, si dum non sit nisi unus alius sacerdos certo sciat, eum fuisse in peccato luxuriae infirmi complicem; siqnidem et hic recusaret infirmi confessionem audire cum eadem obstringatur prohibitione, eademque conditione versetur et aliter agendo confessarius propriam nequitiam proderet. Hoc igitur in casu agendum est veluti si nullus alius adsit sacerdos.

5°. Ita parochus complicem absolvere poterit, quamvis adsit alius sacerdos ad confessiones adprobatus, si poenitens in mortis articulo constitutus publice petat, se velle parocho praesenti confiteri, vel si absit per aliquem advocetur, nullamque habeat se recusandi causam, veluti si in ecclesia, aut in via, aut in platea, aut in aliquo alio loco nulla occupatione impeditus reperiatur; non posset enim sine scandalo et infamiae periculo confessionem infirmi declinare. Idque multo magis si alius sacerdos non sit ad confessiones adprobatus.

Quid autem si poenitens confessionem incoeperit et antequam confessarius ei absolutionem impertiatur omnino cesset mortis periculum?

Auctores pleriqne pro valore absolutionis decertant eo innixi principio quod judicium incoeptum compleri debet. Id vero probant desumpta similitudine a judicio civili vel criminali, ex cap. *Relatum 19.* et ex cap. *Gratum 20. de officio et potestate judicis delegati;* quorum primum ita legitur: »Nos itaque consultationi vestrae respondentes, quod si lis fuerit ante praedecessoris nostri obitum contestata, mandatum morte mandatoris nullatenus expiravit. Si vero ante litis contestationem decessit, non est a judicibus quos delegaverat ex delegatione hujusmodi procedendum.«

Cap. vero *Gratum* ita se habet: »Inquisitioni tuae naliter respondemus, quod cum in casu priori citatione facta negotium sit quasi coeptum et maxime si delegatus non sit certus de obitu delegantis potest et debet in causa procedi tenebitque quod justitia fuerit praevia definitum.«

Cum igitur, inquiunt affirmantes, confessio sacramentalis sit judicium, ab eo perfici debet a quo fuit iucoeptum.

Atque ad ejusmodi sententiam confirmandam plerosque citant auctores, quos in-

ter s. Alphonsum de Ligorio theol. mor. lib. VI. tract. IV. de sacramento poenitentiae n. 563. V.

Quin tantorum auctorum sententiae contradicam, nonnulla mihi liceat expouere quae utique expositae sententiae adversantur, an vero snbvertant, nescio.

Et 1°. Verum quidem esse in civilibus vel criminalibus statutum esse judicium compleri ab eo debere qui illud incoepit; atque idipsum esse generice tenendum de sacramentali jndicio. At verum pariter est, nulla alia lege prohiberi, judicia ab iis perfici posse qui ea incoeperunt. Quinimo ejnsmodi judicia incoepta communi lege atque undequaque constabilita perfici, non excluso jndicio sacramentali inchoato a simplici sacerdote quod ab ipso perficiendum est, licet alius interea approbatus superveniat: Ecclesia enim in casibus similibus potestatem idoneam sacerdoti etiam simplici confert.

At in casu nostro res, ni tamen fallor, diversimode se habet. Sacerdoti complici in extrema tantummodo necessitate absolvere complicem permittitur, deficiente scilicet quocumque alio sacerdote, licet non adprobato ad confessiones, et ad vitandum scandalnm vel iufamiae periculum; ipsum teneri removere scandali et infamiae pericnla, quae realia esse debent, non idealia; atque praesentem excommunicationem incurrere, si hisce posthabitis absolutionem complici impartiri ausus fuerit. Benedicti verba manifesta snut:

»Quod si idem sacerdos aut quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit et ubi infamiae vel scandali periculum timetur, si alterius sacerdotis opera requireuda sit, ipse ad id periculum advertendum congrua media adhibere de industria neglexerit, atqne ita personae in dicto crimiue complicis, *eoque in articulo*, ut praefertur, *constitutae* sacramentalem confessionem excipere, ab eoque crimiue absolutiouem largiri, *nulla*, sicut praemittitur, *necessaria causa cogente* praesnmpserit, quamvis hnjusmodi absolutio valida futura sit .... nihilominns sacerdos ipse violatae ausu ejusmodi temerario legis poenas nequaquam effugiet«; atque iu synodo dioecesaua lib. VII. cap. n. XV. 4: »Declaravimus, inquit, ad rem de qua agimus perinde esse nullum adesse sacerdotem, praeter illum, cum quo poenitens inhoueste peccavit, ant eum tantum adesse, quem idem poeniteus constitutns iu mortis articulo eligere uequit sine pericnlo seipsum infamandi aliisqne malam sui suspicionem ingerendi, atque ideo in eo rerum statu non prohiberi diximus, sacerdotem suae impudicitiae complicem absolvere; eumdem tamen simul monnimus, ne praedictae infamiae aut scandali pericula sibi confiugat quae revera absint. Quinimo voluimus ut ea, cum potest, antevertat et removeat; secus enim poenas non effugiet in nostra prima constitntione inobedieutibus inflictas.«

Ex his vero constat 1° non esse in intentione legislatoris ut confessarius confessionem complicis excipiat eiqne sacramentalem absolntionem largiatur; 2°. id permitti tantummodo in mortis articulo et deficiente quocumqne alio sacerdote; 3°. eum teneri ad elimiuanda scandali et infamiae pericula quae timeri possint; 4°. excommnnicationem incurri ob absolutionem non ob peccatorum auditionem; 5°. nullam esse legem, qnae statuat judicinm ejnsmodi ab eo compleri debere a quo incoeptum fuit, sicut extant pro aliis judiciis, de quibus in cap. *Relatum* et *Gratum*; 6°. contrarium ex lata lege erui.

At pariter certnm est, pro poenitente in casn qnodlibet mortis periculum cessasse, antequam absolutionem recipiat .... Absolvine a confessario complice poterit?

Equidem dices: judicium incoeptnm compleri debet? Quid vero si ex lege constet, illius judicii judicem complicem esse nec posse nec debere et tantum extremae necessitatis causa permitti? qua de caetero causa ante judicii complementum omnino cessavit? Sententiam doctiores dicant.

Illud ego animadvertam, s. Alphousnm loco cit. non loqui de sacerdote complice, sed de simplice sacerdote: *Si confessarius approbatus superveniat jam incoepta confessione cum sacerdote simplici, quia tum compleri debet judicium jam incoeptum;* atque citat pro sua senteutia tresdecim auctores, quos inter Lugo, Sanchez, Lacroix.

At iuter sacerdotem simplicem in casu et sacerdotem complicem maguam intercedere differentiam nemo non novit. Non vides enim ipsum Beuedictum illum huic omnimodis praeferre?

Quinimo, cum s. Alphonsus immediate post subjungat: *VI. et ultimo casu, quo sacerdos approbatus fuisset complex infirmi in peccato turpi tunc enim omnino praeferri debet sacerdos simplex:* et nihil omnino pro complice excipiat, magna suspicio ingeritur, an s. Alphonsus pro complice eamdem ac pro simplice sacerdote opinionem tenuerit et illum scilicet debnisse judicium incoeptum complere.

Qnidqnid tamen de hisce sit, extra legem a Benedicto statutam egredi cl. Gury videtur, cum proponit casum confessarii qui complicis confessionem excipiat, etiam alio sacerdote praesente; facti tamen poenitet antequam absolutionem impertiatur; innixus tameu principio quod judicinm ab eo complendum sit a quo fuit incoeptum absolvit complicem atque juxta praefatum auctorem quin excommunicationem incurrat. Ita enim ratiocinatnr 1°. Non incurrisset poenam pro sola confessione incoepta, quia non incurritur illa poena, nisi confessio absolutione compleatur. 2°. Neque incurrisset absolvendo post mutatam voluntatem in melius et contritionem de illo peccato elicitam, nam nemo incnrrit excommunicationem per actum, qui ex una parte omitti amplius non potest et ex altera parte omni culpa caret, imo factus est obligatorius. Etenim tunc incurritur excommunicatio quando sine ulla necessitate absolntio a complice impertitur. At Albinus andita Theresiae confessione eam absolvere cogitur: ergo excommunicationem non incurrit.

Ista praestantissimi theologi resolutio merito ab auctoribus reprehenditur. In casu enim nullimode Albiuo suffragatur principium, quod judicinm ab eo perficiendum sit a quo fuit incoeptum; principium enim ejusmodi tum solum vim habet, cum juridice judicium incoeptnm fuit, nou vero contra legem; cum judex auctoritate legitima pollet judicium incipiendi, non autem cum sine ulla auctoritate et iniqne prorsus illud incoepit. Id nedum ex citatis capitibus *relatum* et *gratum* in quibus sermo est de judicio incoepto ex delegatione et legitimo mandato apparet, sed etiam ex evidentissima ratione. Si enim judicinm incoeptum compleri debet etiam a judice qui illud incipiendi nulla praeditus est auctoritate, poterit judex quilibet alienam provinciam invadere, in extraneosque judicia inchoare, eo qnod, etsi inique et injuste, tamen judicium ab eo compleri debet a quo fuit inceptum. At hoc in casu ad quid tot sanctiones in codicibus civilibus, canonicis et criminalibus de nullitate actornm ob incompetentiam judicis et fori? Et in ipso sacramentali judicio nonne sacerdos, qui confessionis decursu animadverteret, poenitentem suum aliquo esse reservato peccato irretitum, ex principio allegato posset illum absolvere quin ad superiorum remittat vel petat opportunas facultates? De cetero novi ab ipso auctore principii expositionem citatam respui: nam casus conscientiae tom. II. n. 631. omnino affirmat, judicium tum compleri debere cum juridice fuit incoeptum. Ratio est, quia quando confessionem audire incepit, id tantum ex jurisdictione a Pontifice habita facere potuit. Atqui jurisdictio valens tempore inchoatae confessionis perdurat, donec poeniteus absolvatur; nam collata est pro confessione peragenda; non peragitur autem confessio, nisi ad complementum deducatur.

Cum iis vero omnino pugnare deprehenditur resolutio casus ab auctore exhibita. Nam in casu Albinus sine ulla jurisdictione confessionem audire incoepit: ergo nullo pacto judicium complere potest et complicem absolvere; ideoque latae excommunicationi subjacet. Neqne ei suffragatur quod eum incoeptae confessionis ante absolutionem poenituit, contritio enim coram ecclesia non sufficit ad tollendam excommnnicationem, quam quis incurrit propter legem, cujus violationi adnexa censura est. Sed neque admitti potest, absolutionem in casu factam esse actum obligatorium tum ex allegata ratione tum qnia absolutio fit actus obligatorius, cum nulla suppetit ratio ipsam vel differendi vel omnino negandi, ut patet cum confessarii rem agunt cum indispositis vel peccata reservata vel censuras reservatas habentibus; in casu vero nullimode Albinus ad absolvendum complicem procedere poterat.

Unica igitur ratio quae Albiuo in casu faveret haec esset, si scilicet confessionis decursu adverteret infirmum complicem viribus destitui, ita ut non amplius alteri confessario peccata exponere valeret; tnnc euim ex ejusmodi superveniente necessitate, qnae in lege optime consideratur, posset sine excommunicatione absolntionem infirmo complici largiri; ejusmodi enim superveniente uecessitate ita agere potest veluti si uullus alius adsit sacerdos; nova enim infirmitas cum nullimode fuerit praevisa et ab Albini agendi ratione sit plane indepeudeus novam ei ratiouem agendi suppeditat et ei confert auctoritatem judicium complendi, quia convalidat actionem antea invalide positam judicium inchoandi. Ab excommuuicatione tamen non ceuserem immunem ob iufamiam quam timeret absolntionem omitteudo; nam ejusmodi casus in lege Benedicti praevisus fuit

et minime exceptus; valide tantummodo confessarius absolveret.

Neque ea probanda esse censeo quae subdit, hanc excommunicationem scilicet incurri, *quando sine ulla necessitate absolutio a complice impertitur:* Si enim vera haec sententia esset, vera esset etiam haec altera: ergo cum aliqua necessitate absolutionem complex valide impertitur. Atqui tamen haec propositio e diametro opponitur Benedicti XIV. constitutionibus, in quibus casus necessarii ad valide complicem absolvendum duo tantummodo sunt, mortis articulus et scandali et infamiae periculum.

Ex iis vero sequitur, Albinum et invalide Theresiam, ni tamen in articulo mortis constitutam, ut supra dictum est, absolvisse et excommunicationem incurrisse. *)

*) Editor Georgius Joseph Manz in editione prima hujus operis, quam paravit Ratisbonae anno 1865 ad verba cl. Gury: *tunc incurritur excommunicatio quando sine ulla necessitate absolutio a complice impertitur*, hanc notam apponit: *Ne hoc principium perperam intelligatur, perpendantur circumstantiae in casu appositae.* Verum quantumvis circumstantiae perpendantur nil melius solutio se habet. Non enim solutio datur ad secundum quaesitum: *quis e duobus sacerdotibus praeferendus in secundo casu, num complex an excommunicatus?*; cui auctor respondet: *praesente excommunicato publico complex valide et licite absolveret, si secus periculum infamiae publicae aut scandali secuturum esset. Periculum autem illud facile evenire posset, si sacerdos complex excommunicato locum cederet; hoc enim esset argumentum non obscurum turpitudinis suae praebere;* ex quibus intelligunt lectores, praestantissimum Gury in ea fuisse sententia, quod, remoto scandali et infamiae periculo, sacerdos publice suspensus et excommunicatus praeferendus in casu ipsi complici sit; qua de causa, ni alter fuisset publice suspensus et excommunicatus, Albinus semper indebite atque sine ulla necessitate praeripuisset locum Flaviano suspenso et bona editoris intentio nullomodo auctori suffragatur.

Attamen non ad secundum quaesitum, sed ad tertium per illa verba Gury respondet; hoc autem ita se habet: *An vero censuram effugisset Albinus, si loco Flaviani indebite accepto complicisque audita confessione ipsum facti poenituisset et deinde tamen ob circumstantiam inchoatae confessionis absolvisset:?* Et respondet ut supra. Ergo in quaesito: 1 supponitur Albinus indebite locum Flaviani accepisse; quare nullimode consideranda est circumstantia quod hic fuerit etiam publice suspensus vel excommunicatus, ex quo proinde oriri scandali et infamiae periculum potuerit et proinde Albinus debite, juste et licite ei locum praeripuisset. 2. Supponit Gury, Albinum complicem absolvere ob circumstantiam inchoatae confessionis et nulla alia de causa; ad quam circumstantiam universam responsionem coarctat. Aliae igitur circumstantiae locum non habent, quia ab ipsomet excluduntur, Ego vero potius puto, cl. Gury casum resolvisse Ituriagae a quo casus proponitur tom. V. cap. 50. judicio, quam suo.

*) Vd. *Confessarius* (suspensio non concessa etc.)

Sed persequamur cetera. Pluries animadversum est peccatum hujusmodi esse peccatum contra sextum decalogi praeceptum et non aliud.

Ut autem a complice absolvi nequeat, peccatum illud debet esse externum, mortale et utrinque mortale.

Externum quidem; consideranti enim universas Benedicti constitutiones illico apparebit, agi in iis de peccato quod contemptum sacramento, ecclesiae injuriam, animabus nova damnationis pericula inferat sacerdotesque per illud majori peccatorum mole animas onerantes in profundum iniquitatis barathrum nefario submergant; quae de peccato tantum externo intelligi possunt et debent. Apparet insuper sacerdoti non licere andire vel absolvere complicem, quae prohibitio supponit confessario notam esse poenitentis complicitatem, saltem ut plurimum antequam confessionem incipiat; haec autem cognitio in peccato mere interno non haberetur; demum Benedictus locutus certe est de complicibus obvio et vulgari sensu, ii autem sunt qui in una re animum operamque spondent. De cetero in suo conceptu formali complicitas communicationem consilii, virium collationem actionis communem executionem dicit atque complicitas mere interna vix aut ne vix quidem cogitari potest.

Plerique auctores disputarunt an turpiloquium *) esset inter peccata in citatis constitutionibus prohibita adnumerandum atque sententiam negantem amplexi sunt. Verum eorum opinio a theologis rejicitur et jure merito. Nam 1°. Lex loquitur *de peccato turpi atque inhonesto contra sextum decalogi praeceptum:* negari autem non potest turpiloquium ad ejusmodi peccati genus pertinere.

2. Neque negari potest, turpiloquium esse plerumque omnium peccatorum contra sextum fontem atque funestissimam originem. Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava.

3. In confessione ejusmodi peccati confessario complici occasionem praeberi inopportunas interrogationes instituendi, periculum mortalis complacentiae, praesertim si poenitens affirmet se interne consensum praebuisse et fortasse sollicitationis; qua de causa ea omnia mala timenda sunt, quibus per praefatas constitutiones Benedictus occurrere

satagit. Praeclare hinc argumentantur Salmanticenses: »Intentio seu finis memoratae constitutionis, ut liquet ex ipsius contextu, est omnem turpitudinis occasionem a sacerdotalis judicii et sacri tribunalis sanctitate prorsus eliminare, sacramentorum contemptum et ecclesiae injuriam longe submovere animarumque periculis, quae ex absolutione complicis oriebantur vigili providentia occurrere. Sed haec omnia inveniuntur in qualibet actione mortaliter culpabili in materia luxuriae; nec Pontifex omnem turpitudinis occasionem, sed praecise aliquam de medio tolleret, si de quibusvis turpibus actionibus in materia gravi non loqueretur. Loc. cit. n. 287.

4. Theologi magni nominis huic sententiae subscribunt, inter quos s. Alphonsus ita de quaestione loquitur: *Certe dicendum sentio cum pluribus doctis, quos consului super hoc judicio ab aliis immerito in dubium revocato;* loc. cit. n. 554.

5. Rationes a contrariam sententiam defendentibus adductae non ita solidae esse videntur quae refutari nequeant. Prima est, quod Benedictus XIV. loqui videatur de peccato turpi consummato; turpiloquium vero non censeri esse peccatum contra castitatem satis consummatum, sed tantum inchoative seu reductive.

Secunda: Quod per peccatum turpe ac inhonestum juxta communem sensum ac intelligentiam quid plus intelligatur, quam turpiloquium; si quis enim alium de turpi peccato accuset, menti auditorum certe quid plus occurrit quam quod obscaenum colloquium ab eo factum fuerit.

Tertia: Quod ubi Pontifices voluerunt turpiloquium includere, de illo expressam mentionem fecerunt, ut patet ex statutis contra confessarios sollicitantes, si hi cum poenitentibus illicitos ac inhonestos sermones habuerint. Ergo a contrario cum ubi egerunt de confessario complice quoad absolutionem socii vel sociae in peccato turpi ac inhonesto contra sextum decalogi praeceptum quoad turpiloquium nihil expresserint, hinc conjicere fas est, hoc non intendisse comprehendere sub hujusmodi peccato turpi ac inhonesto; et sic nomine istius non venire turpiloquium.

Quarta: Neque per hoc subjungunt a fine legis argumentando aperitur via huic interpretationi quoad peccata mere turpiora et graviora, cum enim ultra haec dentur alii actus externi praeseferentes non modicam turpitudinem practicam ac inhonestatem exercitam, de his quoque accipiendo ac intelligendo verba *peccatum turpe ac inhonestum contra sextum*, tum mens Pontificis cum finis constitutionum ejusdem satis attingi videntur, etiamsi non includatur turpiloquium.

Verum quoad primam difficultatem patere arbitror tum Benedictum tum Pium Papam IX. generice loqui: *absolventes complicem in peccato turpi* hic dicit; *complicis in peccato turpi ac inhonesto contra sextum decalogi praeceptum commisso* dicit ille; sed turpiloquium esse peccatum turpe atque inhonestum contra sextum decalogi praeceptum nemo negaverit; unde ergo excipi lege poterit? Neque ex citatis verbis aliquid desumitur, quod in iis sermo sit de turpi peccato opere consummato, ut consideranti patet.

Indubium vero esse puto, romanos Pontifices voluisse quodlibet turpe peccatum per verba citata sub lege comprehendere neque turpiloquium excludere, quod est aliquando ratione scandali, ipsa fornicatione et adulterio gravius atque principium et causa ceterorum peccatorum. Credibilene est ipsos peccatorum originem exclusisse? Addo quod in suo genere turpiloquium est peccatum consummatum; addo quod in turpiloquio complices sunt reapse complices, sicut sunt reapse complices alicujus rebellionis, qui eam verbis tantummodo fovent.

Quod vero mihi turpiloquium sub lege videtur evidenter includere, sunt Benedicti verba: *cupientes a sacri tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem eliminare;* certum vero quisquam arbitratur, turpiloquium turpitudinis occasionem in poenitentiae sacramento praebere. Qua de causa etiamsi dici velit peccatum *inchoative seu reductive*, sub lege tamen comprehenditur ea ratione quod turpitudini occasionem praebeat. Nullimode vero spernenda illa consideratio est, quod hi sacerdotes ideo tantopere a Benedicto detestentur, quod *daemonis potius quam Dei ministri loco animas per sacramentum creatori suo ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt;* quibus a peccatorum consuetudine et a gravioribus peccatis Benedictum cavere velle nemo non videt. At finge turpiloquium sub lege non comprehendi atque a confessario complice posse absolvi, nonne centies peccatum hujusmodi repeti poterit, centies pravis con-

sensibus locum praebere et ad graviora peccata conducere, confessarium vero in ea conditione collocari ut illud vel non redarguat vel ad graviora poenitentem inducat, cum hic nullum de eo horrorem sit concepturus, atque fortasse ad ipsam sollicitationem impellere; si enim haec plerumque contingit ex turpium peccatorum accusatione, ex inclinatione, quae in poenitente conspicitur ad ejusmodi peccata, nonne difficillimum erit ejusmodi scelere confessario sese abstinere, cum hinc ipse hujusmodi peccato sit inclinatus, illinc vero poenitentem in eodem complicem cognoscat? Proinde nonne uterque iis omnibus periculis expositus reperitur, quae Benedictus deflet amare? Unde ergo excipi lege poterit?

Solidior autem altera difficultas non videtur. Quaero enim an turpiloquium non sit, etiam juxta communem sensum et intelligentiam, peccatum turpe ac inhonestum contra sextum decalogi praeceptum; quaero an turpiloquium non sit in sexto decalogi praecepto prohibitum? Utique: At nonne in sexto decalogi praecepto dicitur: non moechaberis? Fortasse ne quod juxta communem sensum et intelligentiam quid plus per ejusmodi negativum praeceptum intelligitur, inde turpiloquium excludes? Neutiquam, sin minus et impudicos tactus excludere deberes et plurima alia peccata.

Atque animadverte, Benedictum peccati gradus non recensere neque enumerare; non dicit enim, ut dicere debuisset, si turpiloquium voluisset excludere, qui concubuerit cum foemina vel eam obscene tetigerit; sed mentem ad ipsum Dei praeceptum convertens, *contra sextum*, inquit, *decalogi praeceptum*. Atqui sextum decalogi praeceptum comprehendit etiam turpiloquium, etiamsi juxta communem sensum et intelligentiam quid plus dicere videatur et reapse dicat; ergo et nostra lex.

3. Quid autem tertia difficultas? Ideo enim romani Pontifices cum contra sollicitantes legem indixerunt de turpiloquio mentionem diserte fecerunt, eo quod sollicitatio praecipue et plerumque verbis perficitur; ineptum enim fuisset alios sollicitandi modos recensere, qui rariores quique ut ita dicam sub naturali et obvio sollicitationis conceptu non cadunt. At exinde nihil; sicut enim ad falsam conclusionem deveniret ille qui, ex quo dum de sollicitantibus agitur mentio nulla fit de aliis, praeter sermones turpes, sollicitandi modis, argumentaretur turpes ex gr. tactus, turpissimos aspectus sub lege non cadere, eo quod juxta communem sensum sollicitatio verbis completur, ita falso ratiocinantur qui turpiloquium excludunt, quod per peccatum turpe et inhonestum contra sextum decalogi praeceptum quid gravius communiter homines intelligant. Romani Pontifices in lege contra absolventes complices ferenda non ad actionem individuam quae peccatum constituit respexere, sed ad peccati genus: *contra sextum decalogi praeceptum*; cum autem sexto praecepto quaelibet peccati species in materia luxuriae interdicatur, inter quas et turpiloquium, patet et hoc sub lege comprehendere voluisse.

Haec quapropter causa est, quare RR. Pontifices de turpiloquio nihil expresserunt, scilicet, quia peccati genus proscripsere, nulla de speciebus singulis,*) nulla de actibus individuis facta mentione, quos si expressissent turpiloquium praetermittendo, utique conjicere licitum fuisset, hoc excepisse; non autem cum peccati genus recensuerint, singulis actibus non recensitis.

Quarta difficultas autem nihil aliud affirmat, quam quod legis finis servari possit turpiloquium excludendo, eo quod cum praeter peccata graviora, ex. gr. fornicationem, adulterium etc. dentur alii actus pravi ac inhonesti, scilicet tactus, aspectus turpes; si de iis etiam lex accipiatur, necessarium non erit turpiloquium includere. Verum nescio an haec serio dici possint. Cum enim lex generice loquatur de aliquo peccatorum genere, qua ratione hoc includitur, excluditur vero illud? Atque si ejusmodi commentum legi divinae vel etiam aliis legibus applicetur, quanta subtrahi possent, quae tamen sub lege concluduntur? Si ex. gr. in quinto praecepto eadem ratiocinandi methodo uti vellem atque dicere: Finis hujus mandati optime servari potest, etsi ab eo excludantur alapae seu ceterae verberationes; cum enim ultra haec dentur alii actus praeseferentes graviorem noxam, ex. gr. vulnera, percussiones gravissimae, de iis quoque accipiendo verba »*non occides*« finis praecepti versatur, etiamsi non includantur alapae; quam expositionem nescio an in faciem suam arguens admitteret. Atque idipsum dicito de ceteris legibus sive humanis sive divinis: singulae enim hominum

*) Vd. *p. 162. n. 9.*

noxae habent gradus quosdam pravitatis; haec levior, illa gravior, illa gravissima; verum exinde non licet concludere leviores sub lege non comprehendi, quod possint comprehendi graviores.

Mens autem legislatoris et finis legis, ni constet aliunde, ex ipsa lege dimetiendus est, quae tam late patebit, quam late se extendunt objecta quae sub verbis cadunt; si igitur lex prohibens erit, ea omnia hominum facta excludet, quae sub genere prohibito comprehendentur: atqui lex prohibet *peccatum turpe ac inhonestum contra sextum decalogi praeceptum:* turpiloquium ad ejusmodi peccatorum genus pertinet; ergo et turpiloquium sub constitutionibus Benedicti comprehenditur.

Etiamsi vero fatear, praeter obscaenos sermones, in genere luxuriae dari actus externos qui praeseferant non modicam turpitudinem exercitam, nescio tamen num hi actus semper sint turpiloquio leviores; scilicet, nescio an turpis tactus unius momenti sit levius peccatum turpiloquio unius horae; ex quo sequeretur, legislatores sub lege comprehendisse leviora peccata, comparative loquor, et exclusisse graviora. Neque illud praetermittendum, majorem impudicitiam animique pravitatem prodere homines plerumque in turpiloquio quam in aliis actibus carnalibus, sacerdotes vero scandalum horrendum porrigere. Qua de causa nec mens legislatoris neque finis legis servaretur, si a praedictis constitutionibus excluderetur turpiloquium.

Dubitari autem non potest de veritate secundae conditionis, quod scilicet peccatum istud debeat esse mortale. Imprimis enim censenda non est ecclesia voluisse poenae adeo gravi tum poenitentem tum sacerdotem subjacere ob culpam venialem; deinde cum venialia citra culpam possint in sacramento poenitentiae reticeri et aliis mediis expiari, inutiliter pro venialibus peccatis lex edita fuisset. Atque idipsum dicito, si dubitetur de gravitate peccati, tum quia ea quae in citatis constitutionibus flentur nonnisi de peccato mortali certo intelligi possunt et debent, tum quia poena gravissima non incurritur nisi per crimen certum, tum quia putandi non sunt legumlatores atque Praesules mortalia dubia reservare et adeo graviter punire voluisse.

Atque hinc ex duabus assignatis conditionibus, quod scilicet peccatum debeat esse externum et grave, concludas oportet, quod si interius gravissime confessarius peccaverit minime vero ad externas actiones prosiluerit peccatum sub lege non cadit.

Ex conceptu vero complicitatis patet veritas postremae conditionis, quod scilicet peccatum tum confessario tum poenitenti debeat esse commune; ubi enim unitas propositi, voluntatis et actionis deest, complicitas esse non potest; atque de cetero cum confessario complicis absolutio interdicatur, si poenitens vel ipse dissenserit, jam deest quaecumque complicitas, secus vel irrogaretur poena virtuti confessarii vel poenitentis, prout hic vel ille seductionem respuerit.

Concludas hinc oportet quod si graviter peccaverit confessarius, dubitet vero an graviter peccaverit poenitens, poterit absolutionem impertiri et viceversa; lex enim loquitur de complice formali, quae complicitas in dubio non habetur: Salmanticenses qua de causa optime ratiocinantur: »Idem dicendum est, quando confessarius v. g. certo peccavit dubitatur tamen, an peccaverit poenitens; quia cum praesens constitutio ad complicem formalem restringatur, non est ratio, quare ad illum, qui dubie solum est talis, sit extendenda. *Loc. cit. n. 280.*«

Concludes insuper cum Gury *casus conscientiae tom. II. n. 621. et 622.* et aliis 1°. Non est peccatum complicis, de quo hic sermo est, osculum obeunter datum aut tactus momentaneus manuum vel honestarum partium ex joco vel levitate. 2°. Idem est, si confessarius puellam manu, brachio vel collo prehendat atque ipse quidem patiatur delectationem veneream ex sua parte, quamvis etiam externe declaratam, si nullam excitet in poenitente. 3°. Idem si confessarius puellam dormientem vel omnino invitam inhoneste tangeret vel opprimeret; idem iterum a contrario, si puella idem faceret confessario. 4°. Si sacerdos induceret foeminam ad credendum, nullum esse peccatum, si turpiter ab ipso tangi se sineret, et ea ab ipso decepta bona fide se turpiter tangi pateretur, quin formaliter peccaret, non esset complex et ab eo sacerdote absolvi posset. 5°. Si muliere ebria vel dormiente ad libidinem explendam uteretur, quia neque ebria neque dormiens ut complex formaliter haberetur. Verum hi duo postremi casus rari admodum sunt.

Cetera vide penes probatos auctores.

9) Propositio damnata ab Alexandro PP. VII.:

1) Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Poenitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in confessione; ac proinde non est denunciandus.

2) Modus evadendi obligationem denunciandae sollicitationis est.: Si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

Die 24. Septbr. 1665.

Compromissum.

(In electionibus.)

Vd. t. III. p. 115. c.

Compromissum factum a Canonicis de eligenda certa persona non valet, Abb. in cap. *Quia propter*.

Computatorium.

(Erectio.)

Arboren.

Quum primum Archiepiscopus Arborensis ad ecclesiae sibi creditae regimen accessit tria potissimum perficere sibi proposuit nempe, ut erigeretur novum officium nuncupandum *Condatoria generale* ubi rationum redditiones ad pia loca pertinentes expenderentur eorumque libri asservarentur, ut Capitulares propria quibus carent statuta conficerent, ut demum onerosum seminarii clericorum servitium in Cathedrali praestandum, nova invecta tabella, aliquatenus moderaretur. Cum tamen de re gravi ageretur capitulum metropolitanum consulendum censuit. At vero capitulum ac maxime Archipresbyter qua per acta capitularia, qua per literas ab unica ipsius manu tam sui quam capituli nomine subscriptas Archiepiscopi voluntati apertissimum snum dissensum pandidit. Et quoniam nullo pacto iteratis nequicquam utrinque literis inter Archiepiscopum et capitulum res componi valuit ille ad hanc s. C. controversiam omnem deferendam curavit.

Itaque ex hujus s. C. instituto utraque pars suarum animadversionum exquisita momenta remisit. At postea Capitulares advocatum in urbe sibi adsciverunt, qui juris ordine servato causam prosequeretur. Sed Archiepiscopus animum a litibus alienum declaravit ideoque porrectis SSmo D. N. precibus obtinuit, ut absque judiciali strepitu causa ex officio proponeretnr. Quocirca quum frustra iterato ipsum oratorem monnerim, ut oecnmenice sua jura proferret, sub quadruplici dubiorum quae in calce leguntur formula omnia controversiae capita EE. sapientiae enodanda hodie mane subjicere censui.

Quaeritur in primo dubio, an sit locus erectioni novi officii vulgo *Contadoria*. Qua quidem in re quamvis in synodo dioecesana ab Antistite del Carretto 1756. celebrata quaedam leges sancitae fuissent quibus bonorum ecclesiasticorum procuratores in rationum redditione parere debuissent nihilominus, quia Archiepiscopi una sacrae visitationis occasione in hanc rem suos oculos intendere queunt, illud factum esse narrat Archiepiscopus, ut eaedem leges neglectae jaceant atque Ordinariorum decreta in sacra visitatione etsi pluries iterata executioni minime demandentur ac propterea incredibilis inde abusionum, dispendiorum, litium atque damnorum seges exurgat. Jam vero hisce omnibus incommodis satis consultum putat Antistes, si ad aliarum Sardiniae dioeceseon et nominatim Calaritanae exemplum novum de quo agitur officium instituatur.

In prima libri duplicati pagina decretum extabit, ne quis delere quidquam aut addere audeat.

Quinto capite statuitur, ut, antequam rationum libri computatoriae officio exhibeantur, in ecclesiis parochialibus exponantur et parochi approbatione muniantur.

Sexto loco parochis onus imponitur, ut si procuratores illiterati sint libellum nuncupatum manuale ipsi conscribant, insuper ut cathalogum censuum, locationum aliarumque syngrapharum ad administrationem pertinentium ab antiquis tradendum novis procuratoribus curent.

In reliquis capitibus decernitur, ut procuratores, expensis rationibus ab officialibus computatoriae in utroque volumine tam originali quam duplicato, de reddituum rationum exitu notitiam exquirant.

Ad haec ajunt Canonici quod jura Canonicorum qui praebenda aucti sunt admodum laederentur: nullam enim amplius sibi suadent superfuturam facultatem in praebendarum administratione. Tandem pesnmdatae ecclesiarum conditioni satis consultum fore, si accuratior sanctionum synodalium observantia urgeatur, si frequentior sit sacra dioeceseos visitatio, si incitamenta Vicariis foraneis iterato adjiciantur, si denique visitatores ad locum administrationis ablegentur et eorum quidem expensis qui sontes deprehensi fuerint.

Jam vero Archiepiscopus singula capituli objecta ita refutat. Ait ad primum se in animo jam habere, unde pecuniam sibi comparet ut perferri possint expensae tam per il locale quam pel primo impianti, et quamvis in novi officii usum domus hospitio destinata verteretur, minus inde damni occideret quam si officii hujus institutio impediretur.

Ad secundum respondet, difficile nequaquam fore, ut uno anno omnium administratorum rationes recipiantur et reapse offert exemplum Calaritanae dioecesis et aliarum illius insulae, licet multo sint ampliores.

Nihil enim impedit, quominus, postquam procuratores ad synodi praescriptum rationes reddiderint, ut cernere licet in capite 4. super allati decreti, uno eodemque vel ferme tempore libris omnibus accipiendis praesto sint officiales, ac deinceps paullatim singulos expendere ceteraque praestare quae novi iustituti lex imperat.

Perperam vero sequitur Archiepiscopus Canonicorum praebendatorum jura laedi contenditur, namque recenset jura ipsis super ecclesiis parochialibus vel filialibus competentia atque ostendit nullum ex his violari, sed omnia sarta tecta relinqui. Quod vero pertinet ad ipsas praebendas canonicales respondet, nullum in allato decreto verbum fieri de massa capitulari; ex quo intelligitur ejusdem massae administratores huic novae institutioni minime subdi. Quamquam praeterea perpendit, Capitulum ab Archiepiscopi jurisdictione exemptum*) non esse, ceu reapse definivit sacer hic Ordo in *Arboren. 28. Junii 1835. ad 4. dub.*, ac iusuper ex aperta synodi lege salvum est Archiepiscopi jus cum rationes a capitulo exigendi tum ejus formam et modum cum opus fuerit immutandi. Quod si census capitularis ab Archiepiscopo non eximitur, multo minus ecclesiae parochiales eximi dicendae sunt, cum praesertim synodus parochialium procuratores ab earum rectoribus aperte discriminet. Ac interea synodus vocat quidem Canonicos nomine administratorum mensae capitularis, minime vero ecclesiarum parochialium. Nihil vero faciendum esse procuratorum gravamen quippe qui nihil aliud praestare tenebuntur, nisi libros ad officium ferre et mittere atque inde eosdem efferre vel accessere.

Quod pertinet ad alia remedia, quae proponunt Canonici, ut rectae bonorum ecclesiasticorum administrationi consulatur, objicit superiorum temporum incommoda, quibus reparandis eadem subsidia imparia prorsus fuisse docuit experientia.

Non licere Episcopo aliquod gravis momenti negotium aggredi ac deliberare inconsulto capitulo Cathedralis statutum est in *cap. Novit. de his quae fiunt* et *cap. Quarto ibid.* Sed licet Episcopus sui capituli consilium exquirere, non tenetur illud sequi, nisi in exceptis a jure casibus, *Bened. XIV. de syn. dioec. l. 13. c. 1. §. 6.* Neque enim parum discriminis intercedit inter capituli consensum et consilium. Quando enim Episcopus capituli consensum debet exquirere, tunc faciat necesse est, quod maxima pars definiverit, quando autem solum capituli consilium exposcitur, pro officio satisfacit Episcopus, si tantummodo capitulum ipse consulat, *Bened. XIV. l. c.* Quibus vero speciatim casibus capituli vel consilium vel consensum accedat oportet, tradunt doctores in *cap. De his quae fiunt* et Ferraris: I. *Capitulum art. 2.* ceu hi pariter tradunt consensum in necessariis suppleri atque pro praestito haberi, quando de ejus irrationabili detrectione constat.

Casus de quo hic res est prorsus et insolitus videtur; ideoque totus vestrae deli-

*) Vd. *t. III. p. 769. h.*

berationi subjicitnr. Meum erit panca aduotare, qnae ad rem facere arbitror. Cum ex Trid. *sess. 22. c. 9.* piorum locorum administratores*) rationem reddere teneantnr, sequitur, ut possit ipse jnbere ad aedem snam libros administrationis asportari, ut tradit *Crisp. de Visit. post. p. 2. §. 28. n. 7.* et *Ferraris* v.: *Administrator n. 19.* Neque excipiuntur Canonici Cathedralis ut definivisse S. C. Ep. et Reg. refert *Crisp. l. c. n. 9.* ex *Man. Nicolii* verb. *Conti.* Si vero administratores longe distent a civitate ubi moratnr Episcopns non debent illuc nimio cum incommodo arcessiri. *Ferr. l. c. n. 20.* et s. C. Congr. in *Vicen. 14. Nov. 1737. ad X. dub.* ceusnit administratores piorum operum teneri coram Episcopo in domo ipsins Episcopi rationes seu libros suarum administrationnm exhibere, non tamen extra locum vel civitatem in qna administrarunt.

Nihil vero immorandum arbitror in secuudo dubio, jam enim in *Cetronen. Visit. ss. LL.* proposita in snperioribus comitiis ex censura Conc. rom. anni 1725 Cotronense Capitulnm, cui similiter statuta capitularia deerant, ad eadem conficienda adegistis.

Itaque statim ad III. dubium gradnm faciam. In qno quidem mouere opns est, die 2. Oct. 1842 a s. C. Episcoporum ac Regularium negotiis praeposita literas ad universos insnlae Sardiniae Ordinarios datas fuisse, qnibus ob aliqnas abusiones in seminarium clericorum iuvectas qnas Episcopi snis viribus evellere non poterant plura decernebantur ad normam Conc. Trid. *sess. 23. c. 18.*

Horum observantiam novis literis die 16. Sept. anno 1824 datis eadem s. C. acriter inculcavit, quibus accesserunt et aliae a Sardiniae Vicerege jussu Regis Pedemontani eodem anno in eamdemque rem datae. Quocirca Archiepiscopus ut ingentes abusus evelleret, quae in sno seminario snccreverant, tabulam capitulo proposuit, qua servitium in choro a seminarii clericis praestandum rite moderabatur. Capitnlum vero veteri tabnlae staudum esse respondit, hiuc Archiepiscopus suis ad hanc s. C. missis dednctionibus triplicem tabellam aduexuit. Prima nempe est quae ab immemorabili vigebat usque ad 1833 quae si verbis, re tamen ab ea quam exhibnit etiam capitulum non differt; altera qnae ad obitum usqne sui decessoris perduravit (quouiam sede vacante vetus in pristinum restituta fuit, altera tandem, qnam ipse a meuse Januario anni 1845 invexit.

Praestaret utique singnlas prout jacent hic exscribere; ne tamen haec disceptatio in longnm nimis protrahatur, earumdem synopsim exhibere tantnm existimo.

Bifariam itaque prima tabella dividitur: in primo capite de servitii freqnentia, in secundo de qnalitate disseritur. Seminarii alnmni ad chorum in Cathedrali accedere tenebantur in omnibus solemnibns functionibns, quibus Pontificalia agebantur vel agi debebant, in diebns dominicis aliisque festis de praecepto mane et quandoqne in I. et II. vesperis, in festis redactis et primis eornm vesperis, in multis aliis festis ex legato pecnliari relictis, in expositionibns ss. Sacramenti, quae vulgo audiunt 40 ore, in omnibns diebus octavarum Corporis Christi, s. Petri, Assnmptionis B. M. V. sub titulo del Pilar maue et vespere; in omuibus Quadragesimae coucionibns, secunda quaque mensium singulornm feria, qua missa solemnis cani solet pro auimabus purgatorii: in omnigenis processionibus, in omnibns anniversariis de reqniem ex legato praescriptis; in omnibns exequiis cadavernm non solum Canonicorum ac Mansionariornm sed etiam horum parentum, fratrnm et sororum ac tandem quoties ad aliquam associationem capitulum invitetur (hic de associationibus articulns in capituli tabella desideratnr) generatim denique quoties in Cathedrali missam solemnem aliqnis ex Canonicis litat.

Servitii qnalitas haec erat. In omnibus festis diebus etiam reductis sex alnmni ab horae dimidio ante horarum canonicarum exordinm usque ad finem in sacrario adesse debebaut, nt privatis Canonicorum missis inservirent. Quando vero horis canonicis et missis solemuibus intererant, plura obibant mnuera: erant enim, qui cereos, qui thuribnlum ferreut, qui secuudum caeremoniarum magistrum ageret, qui tandem pluviale quandoque ad vesperas et processiones induerent.

Tabella II. quae a Decessore Bua in locum primae subrogata fuit moderatior est; namqne ablatum est (ut peculiaria prosequar) servitium in omuibus festis reductis aliisque ex legato celebrandis; in qnatuor supra memoratis octavis, in secunda qnaqne singulorum mensinm feria; in processionibus qnae die non festo celebrabnntur, in anniversariis de requiem; in cujuslibet generis

*) Vd. *t. I. p. 185. c.*

associationibns. Iu casibus autem extraordinariis Archiepiscopi approbatio requirebatur, nec ullum verbum fit de onere Canonicos vestiendi atqne exeundi, nullum de aliis muneribus in officio chori obeundis.

Tertio loco jnxta tabellam ab Archiepiscopo proxime invectam seminarii alumni choro inservieut in diebus festis integri praecepti, qnando fnnctiones a Canonico ac ministris paratis aguntur. Hi dies si erunt pontificales ad officium solemne duodecim, ad missam universi adernnt. Iu dominicis aliisqne festis non pontificalibus congrnus numerus mittetnr. In festis reductis ad vesperas et missam conventualem servient duo e seminario antiqniores cum totidem clericis externis. Dno antiqniores cum sex clericis aderunt etiam in statis aliis Sanctorum diebus. Pro seminarii alumnis pluviale indueut clerici externi; horum defectum snpplebunt ipsi alnmni.

Hi interernnt in diebus non festis ad functiones pontificales, ut in l. vesperis omnium solemnitatnm, die cinerum aliisque similibus. Iu casibus extraordiuariis Archiepiscopi approbatio non deerit. Iu sacrario inservient Canonicis ad solemnes tantummodo functiones se parantibus.

Ut in pristinam observantiam redintegeretur antiqna methodns mordicns instat capitulnm, immemorabili fretum consuetudine ac studio incensum ne cnltns divinus detrimentnm patiatur ea praesertim de causa qnod parvus est in metropolitana ecclesia mansionariorum numerus.

Veruntamen Archiepiscopus tabellam a se propositam auctoritate literarum s. C. Ep. et Reg. tuetur, quae praeterea nituntur primo in sanctione Tridentini Concilii in *c. 48. sess. 23.* nbi praescribitur, ut seminariorum clerici »Cathedrali et aliis loci ecclesiis diebns festis inserviant«, deiude in constitutione Innoc. XIV. incip.: *Apostolici ministerii* qnam Bened. XIII. cunctis catholici orbis Episcopis seqnendam proposnit in constit. *In supremo*, ubi tridentinum decretnm innovatnr. Itaque declarat laudatus Archiepiscopus in ea tabella §. 9.: Clerici . . . . . teneantur juxta ejusdem Concilii decretum diebus tantum festivis aliisve loci ecclesiis inservire; deinde sequitur: sublata quacnmque majoris servitii consuetudine etiam immemorabili postpositaque etiam quacumque appellatione aut inhibitione. Et hoc impensius videtur in themate statuendum quum multi patresfamilias a filiis in seminario educandis ob choralis servitii gravitatem se abstineant. Quod ad cultus divini detrimentum pertineat, perpendit Archiepiscopus ad capitnlum interesse, nt hic defectus suppleatnr. Id autem facile assequetur, si clericorum seminario non addictos suis impensis adsciscat, cum praesertim capitnli census ex accessione cujusdam praebendae quae vocatur *Sia maggiore* ditior nuper evaserit.

Reliquum est, nt de IV. dubio disseratur snper qno ipsum Archiepiscopum audire non pigeat. Rationes autem redditnum hujns seminarii Episcopus annis singulis accipiat praesentibns dnobns a capitulo depntatis ac totidem a clero civitatis deputatis.

Quibus ex verbis facile patet duo esse, qnae Capitulum petit, primo nimirum ut ipsi jus sit ambos illos deputatos excluso Episcopo eligere, qni rationes administrationis seminarii recipere debent ad normam Conc. Trid. *sess. 23. c. 18.* §: *Rationes*: in quo perpeudendum est hnjusmodi deputationem pro aliis casibns in eodem capite institui, inque iis omnibus semper declarari unum ex depntatis Capitnlaribus eligeudnm ab Episcopo, alterum a Canonicis, idemqne de binis a clero depntatis sancitnr. Hoc autem loco de Episcopo nullum verbum fit, quamquam e contra perspicue sermo sit de dnobus a Capitulo deputatis ac totidem a clero.

Petit deinde capitulum, ut ipsi jus sit inconsulto Episcopo et siue ulla subjectione rationes ipsas recipere. At concilium jubet potius rationes ab Episcopo accipi praesentibus deputatis et contra Tridentini dispositionem consuetudinem non admitti passim definitum est et docet *Bened. XIV. instit. eccl. 60. n. 7.* ac late edisserit *Piton. de controv. patronor. alleg. 5. Praeterea* cum seminarium inter loca pia numeretur, sanctioni subjicitur *sess. 31. c. 9.* qua jus recipiendi rationum redditiones Episcopo tribuitur.

Quibus positis dirimenda propono quae sequuntur dubia:

I. *An sit locus erectioni novi officii Computatoriae in casu?*

II. *An Capitulum Arborensis Metropolitanae teneatur propria statuta conficere in casu?*

III. *An et quomodo et quae tabella scit observanda circa servitium cathedralis ecclesiae*

ab alumnis seminarii et clericis praestandum in casu?

IV. *An et quomodo sit jus Arborensi capitulo super seminarii rationibus exsipiendis in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative, ita tamen ut libri administrationis non amoveantur a loco administrationis nisi quando Episcopus moratur in eodem loco. Et amplius.

Ad II: Affirmative et capitulum conficiat intra sex menses constitutiones ab Archiepiscopo adprobandas. Et amplius.

Ad III: Affirmative juxta votum Archiepiscopi. Et amplius.

Ad IV: Servetur dispositio Conc. Trid. *sess. 23. cap. 18.* Et amplius.

Die 28. Aug. et 25. Sept. 1847.

Concathedralis.

1) Jura etc. Canonicorum.

Vd, t. III. p. 405. *Spalaten*; t. III. p 357. n. 5.

2) Vicarius capitul.

Vd. *Chorus* (Obligationis reduct. concessa, decr.: *Tergestina* etc. §: *Quaeritur* t. III. p. 1179.)

Concilium.

1) Futurum.

(Apellatio et Appellantes.)

Vd. t. I. p. 604. n. 19.; t. III. p. 896 IV.; p. 930. I.

2) Provinciale.

(Auctoritas et potestas.)

Quaesitum:

I. *Quamnam auctoritatem habeat provinciale concilium legitime convocatum et adunatum?*

II. *Utrum ad componendas controversias extendatur?*

Mirabar plane Sanctitatem Vestram Urbis et Orbis Caput ac Patrem ea quae in hac romana provinciali Synodo statuenda et decidenda occurruissent, adeo delicate tantaque circumspectione voluisse proponere, ut de ipsiusmet propositionis aequitate, particulari prius examine sibi constare voluerit:

I. *Quamnam auctoritatem habeat provinciale Concilium legitime convocatum et adunatum?*

II. *Et utrum ad controversias componendas extendatur?*

Placuit discutiendum et decidendum S. V. committere. Novum videbam honoris et amoris inexpectatum judicium; illud tamen propria culpa aut minuere aut eo abuti posse verebar, cum propriam infirmitatem Sanctitatis Vestrae superavit auctoritas, paternaque pietate ac mirabilis doctrinae S. V. splendore illustratus ad propositi dubii discussionem proprius accedere non dubitavi.

Tanta est Beatissime Pater provincialis Concilii auctoritas et jurisdictio, ut ad ipsam quoque fidei orthodoxae materiam extendi possit, juxta sententiam *Azor. p. 2. lib. 3. c. 47. Institut. moral. quaest. 7.* inquirendo de quibusnam in provinciali Synodo tractari debeat, docentis: *Inprimis agi debet de his, quae ad fidei negotium spectant, si in ea Provincia apud nonnullos aliqua ambigua esse videantur.* Quod idem docet *Venero in suo examine episcopali cap. 22.* de synodo provinciali; ibi enim ipsammet synodum definivit per haec verba: »Est Congregatio plurimorum Episcoporum et clericorum ad tractandum de conservatione et augmento fidei catholicae, de pace et quietate, de caeremoniis ecclesiae, de extirpatione vitiorum.« Quam definitionem refert *Isidor. in aetimolog.* verbo: *Concil.* et *num. 22.* inquirens quae debeant tractari in Concil. provinciali sic respondet: »Quae necessario sunt pro stabilienda fide catholica, pro extirpandis haereticis, pro augmentando divino cultu, pro moderandis moribus fidelium, corrigendis excessibus, reprimendis vitiis, componendis controversiis, sedandis litibus, de vita et honestate clericorum, de docenda doctrina christiana, de catechismo, de faciendis notis decretis Concilii Tridentini et de aliis rebus, quae per ss. canones et antiqua Concilia decernuntur tractari.«

Quod quidem loquendo de materiis fidei verum esse puto atque tenendum est, accedente supremae cathedrae romanique Pontificis auctoritate, quae sola in rebus fidei est attendenda.

Haec praemittere opere pretium duxi, Bme Pater, utpote illa ex quibus meo judicio ipsius disquisitionis initio clarissima et inconcussa consequentia a fortiori deduci posse videtur. Igitur multo magis in Conciliis provincialibus agi poterit de controversiis componendis et de caeteris omnibus quae ad materiam fidei non pertinent, habentia tamen ordinem ad Dei cultum, honorem et gloriam. Sed ne unico tantum fundamento et decidendo potius quam examinando rem tanti momenti processisse videar, superius deductam conclusionem placet hic auctoritatibus primo doctorum, secundo rationibus, tertio demum exemplo plurium Conciliorum provincialium comprobare.

S. Conc. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 2.* sic habet: »Provincialia Concilia sicubi omissa sunt pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis aliisque a ss. canonibus permissis renoventur.

Ex quibus manifeste patet provincialis Concilii auctoritatem ad sedandas praecipue controversias extendi posse per illa verba ibidem adnotata.

Sed quia exceptis fidei doctrinis vix aliqua subesse potest, quae diversimode non sit interpretata atque concepta, id ipsum occurrit in casu praesenti, in quo plures videri possunt DD. diversimode praedicta Concilii Tridentini verba interpretantes ac juxta illorum sensus adducentes.

Azor. supra relatus, postquam sanciverit tractari posse in provincialibus Conciliis ea, quae ad fidei negotium pertinent, subdit: »Deinde audiantur causae quae in Synodo proponentur sive contra Episcopos sive contra alios sive quae ad publicam utilitatem pertinent, dummodo tamen graves causae sint. Agetur de Episcoporum moribus et vita, de administratione rerum spiritualium et temporalium et praesertim de custodiendis et observandis his quae sunt a Concilio Trid. definita.« Qui infra qu. 9. inquirens an Synodus provincialis possit aliquid et definire ait: »Gratianus dist. 18. in princip. scripsit synodos Episcoporum tantummodo posse corrigere mores et curare, ut quae canonibus statuta sunt serventur: sed minime est dubitandum, quin Synodus provincialis possit aliquid statuere et definire, non quidem quod sit contra jus commune, sed quod sit praeter illud, videlicet addendo, declarando etc.« Dioecesana statuta perpetua condere, affirmative respondet suamque responsionem legalibus corroborans testimoniis sub praemissa distinctione, dummodo non sint contra jus commune. Cui sane profecto auctoritati accessit *Quaranta in Summa Bullarii* verbo: *Concil. provinciale, quaest. I.* ad quid scilicet convocandum sit illud et de quibus in eo tractandum ait *habetur in cap.: Propter; cap.: Quoniam 17. dist. et cap.: Sicut de accusat.*, quibus causis addit ingeniosus D.: »Justa etiam causa illud convocandi est cum aliqua magna oritur dubitatio quae alias commode non posset definiri« et demum concludit »esse convocandum juxta decretum Trident. supracit, pro componendis controversiis.

Verum *Lancellot. in suis institut. jur. can. l. I.* referens can. ecclesiasticos sub *tit. 3. de eccles. constitut.* inquit: »Provincialia Concilia sunt quae sunt propter ecclesiasticas causas et alias canonum observationes per singulas provincias conoscante metropolitano Episcopo omnes provinciales Episcopos et cathedralium ecclesiarum capitula celebrari placuit. Haec autem neque definiendi neque generaliter constituendi vim aliquam habent, sed tantum curandi ut id servetur, quod alias statutum est et quod generaliter seu specialiter observari praeceptum est.

Quae verba etiam refert *Quaranta in resp. ad 36. quaesit.*. Hinc, ut supra dixerat Azor, Gratianus tantum affirmabat hujusmodi Concilia vim tantummodo habere corrigendi mores et curandi ut servarentur statuta.

Haec tamen quomodo sustineri possint non apparet. Universi enim ferme auctores respicientes ad praedictum Concilii Trid. decretum unanimi consensu concludunt provincialis Concilii potestatem et auctoritatem extendi etiam ad controversias componendas, unde *Barbosa cit. cap. 2. sess. 24. de reform.* plurimos adducit idipsum cohaerenter ad Synodum Trident. asserentes. Et Roccabert. in t. 3. *Suae Bibliot.* sub tit. *de ss. Concil. eorumque autorit. diss. 4. de tract. et definien. etc. in Concil.* signanter disserens de provincialibus, communem DD. sententiam apertis Concilii Tridentini verbis consonam sequens ait: *Constat ea convocari ad mores corrigendos, ad excessus moderandos et ad controversias componendas atque ad Sacra et Divina rite, recte et religiose in praedictis Synodis perquirenda sive judicanda quaedam eligenda et alia statuenda.*

Et inferius loquens de his quae statuenda sunt subdit: *Denique certum est posse Concilium provinciale et nationale multa alia statuere vitam moralem concernentia atque in augmentum fidei et religionis, non quidem quid statuendo contra jus commune, sed uniformiter ad illud ac etiam praeter ipsum addendo, exponendo et declarando.*

Ex quibus doctorum auctoritatibus vix fundamentum dubitandi remanet provincialia Concilia tantam vim ac auctoritatem habere, ut ad sedandas controversias possint extendi, quod verius rationibus ostendere et comprobare conabimur.

I: Concilium provinciale habet auctoritatem decidendi, etiam in materiis fidei, (quod in dubium haud potest revocari.) Historiae enim s. et ecclesiae tabulae plurimos haeresiarcas in provincialibus Conciliis ivisse damnatos, et quae illa decreverunt firma esse habita et accedente confirmatione rom. Pontificis ut orthodoxa et fide divina certa credita. Concilium enim Carthaginiense et Melevitanum damnaverat Pelagium et Coelestium. A Toletano fuit Priscillianus proscriptus. Telense damnavit Elvidium. Ab Aurausicano fuere profligati Semipelagiani. Quae synodi provinciales decreverunt contra haereses harumque decreta suam habere subsistentiam, postquam romanae ecclesiae Pontifex eadem rata habuerit et confirmaverit. Quod quidem non fuisset si synodi illae in talibus casibus facultatem sic decernendi non habuissent. Hoc igitur supposito sic argumentum reassumo, si igitur provincialia Concilia habent auctoritatem tractandi materias etiam fidei, quanto magis vim et auctoritatem habere fatendum est caeteras materias tractare et praecipue controversias provinciales componere? Majus enim jus ac major auctoritas requiritur in illis quam in istis pertractandis.

II: Videtur hic esse fortasse primus et praecipuus finis hujusmodi conciliorum sedandi nempe lites et componendi controversias jam suscitatas vel quae oriri possent inter suffraganeos Episcopos et ecclesiae ejusdem provinciae testante s. Evangelio: *Ubi charitas et amor Deus ibi est*, quae quidem charitas refrigescit et persaepe inter lites ac dissidia extinguitur, cujus augmentum praecipue debent intendere convocationes provinciales et caeterae omnes et controversias omnes sedare. Id enim fuit quod lugebat Apostolus: *Audio inter vos multas esse scissuras;* illasque sedare omnino curabat. Ergo illorum auctoritas ad componendas controversias extendi debet.

III: Si quis ausus esset asserere praedictam auctoritatem penes provincialia Concilia non residere, deberet profecto ostendere sanctiones et leges id prohibentes, nec sola negativa probationis nequidem umbram afferre in conspectu tot auctoritatum DD. et Concil. Trid. necnon rationum supra a me quandocumque congestarum.

Remanet igitur solum ut probationes ab exemplo et veterum testimonio adducantur, quae in omnibus sed praecipue in casu praesenti magnam vim habent.

Respiciendo quippe ad tempora, quae maximam Trident. Synodum praecesserunt, multa fuere celebrata provincialia tum Romae tum alibi, praeter suprarelata, ut videre quisquam potest apud *Roccabert. t. 15. p. 32. n. 185. et seqq.* in quibus plura definita fuere sive ad fidei sive ad morum sive aliarum rerum materiam pertinentia. Inter ipsa quaedam hic breviter tantum indicanda duximus.

1. Cornelius Papa Concilium celebravit provinciale, in quo contra Novatianos definivit quod lapsi essent ad poenitentiam admittendi.

2. Damasus damnavit haeresim Appollinaristarum et decretavit in Christo animam rationalem.

3. Coelestinus damnavit haeresim Nestorii et decretum damnationis in Romano Concilio editum ad generalem Synodum Ephesinam transmissum fuit.

4. Gelasius definivit, quinam essent tenendi ut sacri et canonici libri.

5. Bonifacius I. sancivit Papam non posse sibi eligere successorem.

6. Gregorius I. prohibuit, ne laici in administratione rerum temporalium monachorum se ingererent; ipsosque ab Episcoporum jurisdictione liberavit.

7. Martinus I. proscripsit haeresim Monothelitarum.

8. Gregorius II. execravit errorem Iconoclastarum.

9. Paulus I. decreta plurima de ecclesiarum et monasteriorum immunitate formavit.

10. Stephanus IV. sancivit, ne quis eligi possit in Papam, nisi praesbyter Cardinalis aut diaconus esset.

11. Leo IX. damnavit haeresim Berengarii circa Eucharistiam.

12. Alexander II. execratus fuit incestuosorum errorem, dicentium licita vetita conjugia.

13. Calistus II. errores Gilberti Porretani proscripsit.

14. Innocentius II. damnavit errores Petri Abailardi.

15. Engenius III. plures condemnavit errores et inter alia definivit, praeter Christum, qnoque puros homines mereri.

16. Alexander Albigensium falsa dogmata profligavit.

17. Clemens V. in Concilio provinciali Mogunt. definivit circa causam Templanoriorum.

Haec et alia Provincialia Concilia, ut loco citato videri potest. fuere celebrata ante Trident. et in ipsis plurima definita. Respicientes deinceps ad tempora post Trident. teste *Battaglino* in sua *Historia* videlicet *Concilior. t. 2. p. mihi* 523. sub s. Carolo Borromaeo Mediol. Archiep. uti apostolico Delegato fuit celebratum provinciale Concil. Mediolan. 1565 in quo varii canones et decreta emanarunt utpote pertinentia ad fidei professionem et custodiam ac de Sacramentorum administratione.

Item adest Concilium provinciale Cairense 1582, in quo fuit decretata obedientia praestanda summo Pontifici. Secundo: in Christo unicam adesse personam divinam et duplicem naturam. Tertio: non esse necessariam imo abolendam circumcisionem; circa quae profecto controversias tunc temporis ortas fuisse dicendum est ac per hujusmodi Concilium compositas.

Item Concilium Petrivocense 1607 statuit et definivit contra Socinienses. Verbi divini veritatem qui dicebant non solum cum Arianis illud esse Patre inferius, sed quoque non fuisse prius creatum quam in utero Matris conceptum. 1653 Concilium Gallicanum Jansenistarum errores noviter inventos damnavit. Ast his solummodo praesuppositis, ne dicam etiam omissis, nonne ut optime advertit *Roccabert. t. 15. de decretis eccles. art. 6.* s. Congregatio Emmorum Cardinalium, Praeside summo Pontifice, qui aliunde solus absque aliis potest et valet aliquid decernere, nonne inquam decernit et definivit non tantum declarando sed de novo statuendo tum in materia fidei, tum etiam morum et quarumcumque rerum ecclesiasticarum.

Praedicta sane s. Congregatio aequivalere videtur cuicumque Concilio sive generali sive provinciali. Quid igitur obstabit in praesenti Lateranensi Synodo, quae etsi provincialis nuncupata tamen praesidem habet per se ipsum summum Pontificem, ne facultatem habeat componendi controversias quae sunt citra fidem?

Integer esset referendus *articulus 4. loc. cit.* Roccaberti in quo usque ad annum 1328 sub Joanne XXII. Papa recensentur Concilia generalia et provincialia celebrata, in quibus ut diximus et signanter in his secundis multa prorsus nova fuerunt statuta et definita quae tamen cuncta specialiter non notantur, quoniam non videtur necesse utpote res quae de se manifesta nec ulteriori indiget discussione. Ita censeo si Sanctitati Vestrae placuerit.

Fr. Gregorius Scherri Ord. Praed.
Sac. Pal. Apost. Magister.

3) Tridentinum.

a) Consuetudo ei contraria invehi non potest.
Vd. infra lit. *e.*

Amerina.

Observandum est, quod Tridentinum in *sess. 24. cap. 13. de reform.* jubet inter caetera »ut unicuique paraeciae proprius assignatur pastor«, a quo solo licite Sacramenta snscipiant, et prorsus abrogat omnia privilegia et consnetudines non obstantibus quibuscumque privilegiis et consuetudinibus etiam immemorabilibus. Quae clausnla cum in fine capitis apposita sit, profecto complecti videtur omnia, quae in illo decreta jnssaque fuere. Maxime cum agatur de consuetudine introducta post Tridentinum, cujus sanctiones confirmavit san. mem. Pius IV. in Bulla: *Benedictus Deus* lata 1563., quae decretum irritum et clausulam *Sublata* praesefert. Ex qnibns impeditur, ne legitima consuetudo contra Tridentinas sanctiones adolescere potuerit, antore *Fagnano in Decret. l. 4. cap.: Quod super de consanguin. et affin. num. 7. 8.* et *Benedictus XIV. instit. 60. n. 7.*

Die 10. Septb. 1803.

Bovinen.

Nullam contra Tridentinum dari consuetudinem, ut docet *Devoti in Prolegomenis ad jus canon. cap. 16. §. 6. t. 1. pag. 326.* Cum enim ejus singula decreta vel ad dogmata fidei haeresumque extirpationem vel ad mores emendandos abnsusque tollendos fuerint concinnata, ea ut *diligenter* observarentur ab ecclesiarum Praelatis, quacnmque dignitate fnlgentibns atque hi a suis subditis *inviolabiliter observari* facerent imposita contradictoribus poena mandavit s. m. Pius IV. in bulla confirmatorio ejusdem Concilii incipien. *Benedictus Deus.* Hinc omnia et singula decreta Concilii Trid. etsi non munita clausula irritanti praescribi non posse sapienter advertit Bened. *in Inst. ecclesiast. 60. num. 7.* pluribus citatis doctoribus; idemque fuso calamo probavit *Piton. in Controv. patron. alleg. 5. per totum*, nbi multa afferuntur argumenta et auctoritates ex doctoribns et s. Rotae decisionibus depromptae.

Die 27. Maji 1820.

Spoletana.

Scitum est irritas atque inanes esse consuetudines, quae leges aliquas in iisdem Trid. Synodi capitibus contentas violent, prout docet *Bened. XIV. inst. eccl. 60. n. 7.* et *Piton. de contr. patr. alleg. 5.* Et sane nihili fecit consuetudines etiam centenarias s. Congr., ut recolere est in *Veliterna Taxae sem. 24. Apr. 1723., in Romana Taxae 9. Sept. 1752. ad 3. dub.* et in *alia Velit. Taxae sem. 16. Martii 1771. §. Neque.*

Die 11. Julii 1840.

b) Executio.

Vd. *Episcopus* (Jurisdictio, constit. Bened. XIV. dd. 18. Apr. 1742.)

c) Jurantes contra illud.

Vd. *De innovatione constitut. Nicol. III. et aliarum sanctionum contra jurantes vel jurare facientes illicita, impossibilia, damnosa et ecclesiasticae libertati ac decretis Concilii Trid. adversantia*, vd. *Constitut. Gregorii XIII. 5. Sept. 1584.* in Bull. rom. tom. II. p. 513.

d) Quoad Matrimonia.

Vd. *Matrimon.* (forma a Concil. etc.; contrahendum inter cathol. et haereticos Cliviensis Ducatus. — *adnotationes* §. 3. etc.; clandestinum). *Domicilium.*

e) Observatio.

Innocentius XIII. ad Episcopos Hispaniae.

Enixe deniqne et ex intimo paterni cordis Nostri sensu omnes e religiosissima Hispanica natione monemus, ut memores sint teneri se exacte, firmiter et cum effectu observare etiam omnia et singula in caeteris omnibus ejusdem Trid. Concilii decretis sancita. Et ne eorum executio posthac ullo modo impediatur aut retardetur, decernimus et declaramus nullum pro impedienda aut suspendenda executione conciliarum sanctionum ejnsdem aut decretorum, quae ab Ordinariis edita fuerint, pro execntione pariter eorum, quae in ipso Concilio statuta sunt, suffragari posse ac debere contrarinm privilegium, quod ante praedicti Concilii promulgationem a Sede apostolica obtentum fuerit, nisi etiam post ipsum Concilium fuerit in forma specifica ab eadem apostolica Sede confirmatum vel noviter concessum, itemque obstare non posse ullum statutum vel concordiam quae a praedicta apostolica Sede specialiter confirmata non sit, neque qnemcumque longaevum non usum aut contrariam consuetudinem vel praescriptionem etiam centenariam vel immemorabilem, nisi forsan praefatae consuetudinis aut praescriptionis materia capax sit et insuper consuetudo ant praescriptio immemorabilis probata jam sit et admissa a competenti Judice per tres sententias conformes vel per unam, quae in judicatum transierit nec demum quamcumque appellationem, sive inhibitionem etiam temporariam reservato dumtaxat recursu in devolntivo ad memoratam Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum; quibus etiam tanquam executoribus in praesentinm nostrarum literarum non solum committimus et mandamus, nt eas ipsarumque decreta et ordinationes omnes perpetuo et inviolabiliter observari faciant cum eadem potestate, quae iisdem Cardinalibus a Sede apostolica tributa est pro executione decretorum memorati Concilii, sed etiam privative facultatem impertimur, quandocumque opus fuerit, interpretandi, duplicandi ac declarandi eamdem Nostram constitutionem omnesqne et singulas Ordinationes in ea contentas (exceptis his, quae ad Caeremoniale Episcoporum et Rituale romanum et rubricas missalis et breviarii pertinent) quatenus illis dubietas aliqua aut difficultas emerserit; non retardata tamen interim illarum executione, adeo ut ante hujusmodi executionem nec ullus recursus ad eamdem Congregationem Cardinalium, nec ulla super quovis dubio consultatio promoveri possit. A Decretis vero ac declarationibus a praedicta Congregatione faciendis, postquam nostra aut romani Pontificis pro tempore existentis approbatio accesserit, statim quaecumque reclamatio aut consultatio omnino cessare perpetuumque silentium desuper impositum censeri debeat.

Datum Romae die 23. Maji 1723.

(Bull. r. t. XIII. p. 64. Ed. Luxbg.)

Geneten.

Nefas est, adversus Tridentina decreta operari, quae sancte custodienda, tuenda servandaque mandavit Pius IV. quae licet non munita clansula irritanti violari tamen praescriptione non possunt. *(Benedictus XIV. inst. eccl. 60. n. 7.)*

Die 19. Apr. 1834.

f) Translatio de lingua latina in aliam.

Decretum.

S. Indicis Congregatio viso decreto s. Congregationis Illustriss. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum super prohibitione facienda omnium translationem ejusdem s. Concilii Tridentini a latina in alias linguas tenoris sequentis:

Die 2. Junii 1629.

S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini: de lingua latina in gallicam vel alias linguas esse prohibitas; ideoque significandum s. Congregationi Indicis ut omnino prohibeat translationes hujusmodi factas, quae absque speciali auctoritate hujus sanctae Sedis apostolicae impressae sint.

R. Card. Ubaldinus.

Volens praedicta Congregatio Indicis ut par est quamprimum hujusmodi prohibitionem executioni mandari omnes et quascumque translationes ejusdem s. Concilii quovis idiomate absque speciali auctoritate ut supra factas et impressas praesenti decreto prohibet. Omnibus ac singulis cujuscnmque gradus et conditionis snb poenis in Indice librorum prohibitorum contentis mandans ne eas inposterum imprimere, legere vel quomodocumque apud se retinere qnis audeat, sed a praesentis decreti notitia, illas omnes locorum Ordinariis seu inquisitoribus statim qui eas habuerit exhibere teneatur.

In quorum fidem manu et sigillo Illustriss. et Rmi B. Cardinalis Pii Congregationis Praefecti praesens Decretum signatum et munitum fuit.

Romae XV. Novembris 1629.

C. Card. Pius Episcopus Albanen.

Fr. Jo. B. Marinus Ord. Praed.
Secretarius.

Concio.

Vd. *Concionator. Cathechesis. Doctrina christ.*

1) Canonici Cathed. theologi.

Canonicum theologum cui onus incumbit concionandi concionare posse per alium obtenta quam petere debeat capituli licentia et salvo recursu ad Episcopum.

S. C. C. die 15. Decb. 1725. et 28. Dec. 1726. ad III. dub.

2) Clericorum in ss. Ordinib. non constitutorum.

Potest praedicationis munus ab Episcopo committi clerico, qui non sit in ss. ordinibus constitutus.

S. C. C. die 23. Junii 1580.

Gregorius PP. XIII.

Nos praesentium auctoritate declaramus ac etiam decernimus, unicuique *Societatis Jesu* ad ss. ordines non promoto praedicationis munus in vim privilegii hujusmodi exercere potuisse et posse. Vobis (Societati Jesu) insuper concedentes, ut etiam clerici vestri prima tonsura tantum insigniti prout hucusque fecerunt valeant deinceps ipsum Dei verbum ubique populo praedicare.

Romae die 20. Novb. 1584.

(Bull. r. t. II. p. 514. Ed. Luxbg.)

3) Clericorum in ss. Ord. constitutorum.

Regulariter facultas praedicandi non conceditur nisi sacerdotibus vel saltem constitutis in ordine diaconatus. Unde s. Cong. in una *Caputaquen. 14. Dec. 1666.* cuidam clerico Andreae Sanson. aetatis annorum 21 licentiato in Philosophia et Theologia praedicare volenti tempore quadragesimae in uno ex locis dictae dioecesis et contra Episcopum ei talem licentiam denegantem ad dictam s. Congregationem pro facultate recurrenti respondit: *Relata.* Et quod talis facultas non sit concedenda, nisi saltem constitutis in ordine diaconatus, fuit expresse ordinatum in edicto de mandato Clementis XI. publicato die 20. Januar. 1705. ibi: »Quello poi dovrà sermoneggiare, sarà almeno constituito nell' ordine diaconale.«

4) Episcopi.

a) Habitus, assistentia, benedictio.

Vd. *Concio Parochi Canonici* (decr. dici 14. Dec. 1748.); *Concio* (hora); *Concio parochi.*

b) Obligatio.

Ferentina.

Ex veteri siquidem disciplina evangelicae praedicationis officium ad Episcopos pertinebat veluti ad animarum pastores fideliumque magistros, *ex epistola 1. cap. 6. s. Pauli ad Corinth.*, alteraque *ad Tit. cap. 1. vers. 3.* Qua de re praedicationem dixerunt Tridentini Patres *praecipuum Episcoporum munus* eamque fieri decreverunt per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ut *in sess. 5. cap. 2. de reform.*, quam exornat *Van-Espen. in jus eccles. univers. part. 1. tit. 16. cap. 7. §. 3.*, sacro praesertim Adventus et Quadragesimae tempore, juxta *sess. 24. cap. 4. de reform.*, *Barbos. de offic. et potest. Episc. allegat. 76. n. 3.*, *Ferrar.* vers.: *Praedicator n. 4. et seqq.* Et hoc sane servatur adhuc in illorum consecratione formula illa: *Accipe Evangelium, praedica populo tibi commisso.*

Ob auctum vero sequioribus saeculis animarum pondus munus illud explere consueverunt per alios, quorum deputatio ad episcopalem pertinet jurisdictionem *ex cap. Inter cetera de offic. Ordinar.*, *Barbos. de offic. et potest. Episc. cit. allegat. 76. n. 8. et seq.*, *Pignatell. consult. 206. n. 35. t. 4.*, *Duccas. de jurisdict. ecclesiast. cap. 7. sect. 4. n. 1.* Si quae tamen inferioribus est consuetudo nominandi Concionatorem, servari debet, dum eam *Trid. Synodus* non sustulit, ut s. haec definivit Congregatio *in Theanen. 19. Junii 1728. ad I. dub.*, et hoc casu, qui jus habent nominandi, eum praesentare debent Episcopo vel mense Novembri, ut censent *Monacell. form. legal. 7. n. 1. tit. 12. t. 1.*, *Nicol. in flosc.* verbo: *Praedicator n. 1.*, *Pignatell. dict. consult. 206. n. 5. t. 4.*, vel ante festum Nativitatis Domini, secundum *Ursay. discept. 20. n. 6. t. 2. part. 2.*, *Card. Albic. de inconstant. in Fid. part. 2. cap... num. 167.*, *Panimoll. decis. 91. annot. 2. n. 15.*

vel pluribus etiam ante Quadragesimam mensibus pro variis dioecesum constitutionibus; quo tempore elapso ad Episcopum pro ea vice nominandi jus devolvitur, *Monacell. in supplem. ad t. 1. part. 2. n. 110.* et s. Congregatio *in Aquilana 20. Dec. 1739. ad IV. dub.*

Die 21. Aug. 1790.

Clemens PP. XIII. ad Episcopos.

Ascitis in sacrum ministerium viris quamvis egregiis, non propterea evangelizandi munere nos esse defuncturos arbitrabimur: sic enim si aliorum manus retia dimittere videmur, quae tamen tradidit nobis Dominus, ut ipsi simus hominum piscatores. Praecipuum Episcoporum officium est Verbum Dei praedicare.

Vae mihi, clamabat Apostolus, si non evangelizavero: necessitas enim mihi incumbit: nec praecipue ad baptizandi munus quamvis sanctum, sed potissimum ad evangelizandum a Christo Domino se missum esse. Ipso autem Apostolorum judicio primum tenere novimus Verbi ministerium, quod non aequum derelinquere existimarunt sanctissimi viri; ac propterea reliqua opera quae ad misericordiam erga proximum pertinerent diaconis censuerunt oportere committi.

Et b. Paulus ad Thimotheum scribit: Attende lectioni, exhortationi et doctrinae. Si quis autem se carere sentiat facultate dicendi nec ingenii sui esse dicat id munus exequi, in reliquis saltem quae ad Verbum Dei quoquomodo pertinent non patiatur officium suum requiri. Itaque si mandaverit clericis ut christianae doctrinae rudimenta pueris tradant, in eam rem det operam quoque suam. Parochis etiam in docendo populo socium se adjungat, ut suum annunciandi Verbi munus aliqua ex parte tueatur. Quae res alacritatem etiam summam omnibus afferet, qua suum quisque obeat officium.

Quamobrem ne gravetur cum consacerdotibus suis aliquoties Sacramenta fidelibus ministrare, chorum interdum adiere et psalmos cum Canonicis canere, collationibus quas instituerit coram praeesse; ex quo fiet, ut non minimum sacri ministri de illius spiritu quemadmodum 70 viri de spiritu Moysis accipiant. Huc accedit, quod populum qui haec viderit summa de divini sanctitate cultus opplebit opinio et ejusmodi agnito spectaculo homines maculosi deterriti ad sacrum ministerium ne aspirare quidem audebant.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem postridie Id. Sept. 1758.

(Bull. r. Contin. t. 1. p. 32. Ed. Romae.)

Lunen-Sarzanen.

Verbi Dei praedicatio praecipuum est Episcoporum munus eorumque ita proprium, ut non solum nemini sine ipsorum venia liceat s. Evangelium populo annunciare, sed insuper per se in sua ecclesia munus illud obire teneantur, *cap. Inter caetera de offic. Ord.*, *Conc. Trid. sess. 5. cap. 2.* et *sess. 24. cap. 4. de reform.*, *Ferrar. Biblioth.* verb.: *Praedicare n. 1. et seq.* Si autem legitime impediti fuerint, viros idoneos qui eorum vices gerant in Cathedrali propriis sumptibus deputare adstringuntur, *cit. cap. Inter caetera, ibique Fagnan. n. 19.*, *Barbosa de off. et potest Episc. part. 3. alleg. 76. n. 15.*: quod onus adeo Episcopis inhaeret, ut quamvis universitas vel quivis alius quadraginta annorum spatio necessariam exhibitionem concionatori praestare solitus fuerit, Episcopus tamen *non potest compellere populum ad consuetam eleemosynam, quia concilium Trid. sustulit consuetudinem non immemorabilem, secundum quam praestatio eleemosynae alteri quam Episcopo in sua Cathedrali incumbit*, uti ex sententia hujus s. Congregationis docet *Fagnan. in cit. cap. Inter caetera n. 23.* et firmant *Pignatel. t. 4. consult. 206. n. 3.*, *Diana part. 7. tract. 5. miscell. resol. 7.*

Die 18. Decbr. 1824.

5) Laicis prohibita.

Vd. *Conventicula religiosa Laicorum.*

Praedicare non possunt Laici cujuscumque sint ordinis et professionis ex textu expresso in *cap.: Sicut 14. de Haereticis*; ibi: »Cum igitur nonnulli Laici praedicare praesumant et verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum subintrent, Nos attendentes, quod doctorum ordo est in ecclesia Dei quasi praecipuus, mandamus, quatenus cum alios Dominus Apostolos dederit, alios prophetas, alios vero Doctores, interdici Laicis universis cujuscumque ordinis censetur usurpare officium praedicandi, et concordat *c.: Cum ex injuncto 11. eod.*, *Conc. Carthag. IV. c. 68.*, *Conc. Trev. II. c. 2.* Immo Laici

praedicantes subjacent excommunicationi et nisi quamcitius resipuerint, alia competenti poena sunt plectendi, textu expresso in *cap.: Excommunicamus 13. de Haereticis*, §: *Quia vero*, ibi: »Quia vero nonnulli sub specie pietatis virtutem ejus (juxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vindicant praedicandi, cum idem Apostolus dicat quomodo praedicabunt, nisi mittantur? omnes, qui prohibiti vel non missi praeter auctoritatem ab Apostolica Sede vel catholico Episcopo loci susceptam publice vel privatim praedicationis officium usurpare praesumpserint, excommunicationis vinculo innodentur, et nisi quam citius resipuerint alia competenti poena plectantur. Et concordat Concil. Constantiens. sess. ult. in constitutione Martini V. circa finem et sic expresse decrevit s. Congreg. Conc. die 23. Jun. 1580. apud *Fagnan. in c. Responso 43. de sentent. excommun. n. 19.*

Et a fortiori praedicare nequeunt mulieres l. 3. Constit. Apostolor. cap. 6. ibi: »Igitur mulieribus, ut in ecclesia doceant, non concedimus, sed tantum ut precationes faciant et audiant doctores: Noster enim Magister ac Dominus Jesus Christus, cum nos duodecim ad docendum populum et gentes misit, nusquam mulieres ad praedicandum misit, tametsi non deerant. Erant enim nobiscum Mater Domini et sorores ejus, praeterea . . . Sane quidem si necesse fuisset, ut mulieres docerent, ipse primus iis quoque mulieribus quae nobiscum erant populum erudire praecepisset. Si enim vir caput mulieris est, non est aequum corpus capiti praeesse«; et concordat *cap. Mulier 29. dist. 23., Concil. Carthaginens. IV. cap. 68., Concil. Constantiens. sess. ult. in constit. Martini V.* circa finem.

INNOC. PP. III.

Universis christifidelibus tam in urbe Meten. quam in ejus dioecesi constitutis. Quod rudiores laici de scripturis sacris temere judicare, privatim convenire et concionari, sacerdotes et ecclesiam contemnere non debeant.

Cum ex injuncto nobis apostolatus officio facti simus secundum Apostolum sapientibus et insipientibus debitores, pro universorum salute nos opportet esse sollicitos, ut et malos retrahamus a vitiis et bonos in virtutibus foveamus: tunc autem opus est discretione majori, cum vitia sub specie virtutum occulte subintrant et angelus satanae se in angelum lucis simulate transformat. Sane significavit Nobis V. F. noster Metensis Episcopus per literas suas, quod tam in dioecesi quam in urbe Meten. laicorum et mulierum multitudo non modica, tracta quodammodo desiderio scripturarum evangelia, epistolas Pauli, psalterium, moralia Job et plures alios libros sibi fecit in gallico sermone transferri. Translationi hujusmodi adeo libenter, utinam autem et prudenter, intendens, ut secretis conventionibus talia inter se laici et mulieres eructare praesumaut et sibi invicem praedicare; qui etiam aspernantur eorum consortium, qui se similibus non immiscent et a se reputant alienos qui aures et animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt, conantes rationes inducere de Scripturis, quod ab his non deberent aliquatenus prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum fastidiunt; et cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libellis suis et prudentius se posse id eloqui submurmurant in occulto. Licet autem desiderium intelligendi divinas scripturas et secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit sed potius commendandum, in eo tamen apparent merito arguendi quod tales occulta conventicula celebrant, officium sibi praedicationis usurpant, sacerdotum simplicitatem eludunt et eorum consortium aspernantur qui talibus non inhaerent. Deus enim lux vera, quae omnem homiuem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera teuebrarum, ut apostolos suos in muudum uuiversum praedicaturos evangelium omni creaturae missurus eis aperte praeceperit dicens: — *quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, et quod in aure auditis praedicate super tecta*, — per hoc manifeste denuncians, quod evangelica praedicatio non in occultis conventiculis, sicut haeretici faciunt, sed in ecclesiis juxta morem catholicum est publice proponenda. Nam juxta testimonium veritatis: *omnis qui male agit odit lucem et ad lucem non venit, ne ejus opera arguantur. Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera ejus quia in Deo sunt facta.* — Propter quod cum Pontifex interrogasset Jesum de discipulis suis et de doctrina ejus respondit: — *ego palam locutus sum mundo; ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes judaei conveniunt, et in occulto locutus sum nihil.* — Porro si quis objiciat, quod juxta praeceptum dominicum non est sanctum dandum canibus nec margaritae mittendae sunt ante porcos, cum et Christus ipse non omnibus quidem sed solis Apostolis dixerit: = *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis*, = intelligat canes et porcos non eos esse qui sanctum gratanter accipiunt et margaritas libenter acceptant, sed illos qui sanctum dilacerant et margaritas contemnunt, quales sunt qui evangelica verba et ecclesiastica sacramenta non ut catholici venerantur, sed abominantur potius ut haeretici, oblatrantes semper et blasphemantes; quos Paulus Apostolus post primam et secundam commonitionem docet esse vitandos. Arcana vero fidei sacramenta non sunt passim omnibus exponenda, cum non passim ab omnibus possint intelligi, sed eis tantum qui ea fideli possunt concipere intellectu. Propter quod simplicioribus inquit Apostolus: = *quasi parvulis in Christo lac potum dedi vobis non escam.* = Majorum est enim solidus cibus, sicut aliis ipse dicebat: — *Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil judicavi me scire, nisi Jesum Christum et hunc crucifixum.* — Tanta est enim divinae scripturae profunditas, ut non solum simplices et illiterati sed etiam prudentes et docti non plene sufficiant ad ipsius intelligentiam indagandam. Propter quod dicit scriptura: — *Quia multi defecerunt scrutantes scrutinium.* — Unde recte fuit olim in lege divina statutum, ut *bestia quae montem tetigerit lapidetur*, ne videlicet simplex aliquis et indoctus praesumat ad sublimitatem scripturae sacrae pertingere vel eam aliis praedicare. Scriptum est enim: — *Altiora te ne quaesieris;* — propter quod dicit Apostolus — *non plus sapere quam oportet sapere sed sapere ad sobrietatem. Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia vero membra non eumdem actum habent*, ita multi sunt ordines in ecclesia, sed non omnes idem habent officium, quia secundum Apostolum *alios quidem* Dominus *dedit Apostolos, alios prophetas, alios autem doctores etc.* Cum igitur doctorum ordo sit quasi praecipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter praedicationis officium usurpare. Nam secundum Apostolum, *quomodo praedicabunt nisi mittantur?* et Veritas ipsa praecepit Apostolis: *Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Quod si forte quis argute respondeat, quia tales invisibiliter mittuntur a Deo etsi non visibiliter mittantur ab homine, cum invisibilis missio multo sit dignior quam visibilis et divina longe melior quam humana, unde Joannes Baptista non legitur missus ab homine sed a Deo, sicut evangelista testatur, quia *fuit homo missus a Deo cui nomen erat Joannes*, potest et debet utique ratione praevia responderi, quod cum interior illa missio sit occulta non sufficit cuiquam nude tantum asserere quod ipse sit missus a Deo, cum hoc quilibet haereticus asseveret, sed oportet ut adstruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi vel per scripturae testimonium speciale. Unde cum Dominus vellet mittere Moysen iu Aegyptum ad filios Israel, ut crederetur ei quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum ut converteret virgam in colubrum et colubrum iterum reformaret in virgam. Joannes quoque Baptista suae missionis speciale testimonium protulit de scriptura respondeus sacerdotibus et levitis qui missi fuerant ad interrogandum quis esset et quare baptizandi sibi officium assumpsisset: *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.* Non ergo credendum ei qui se dicit missum a Deo cum non sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis vel evidens miraculum operetur. Nam et de his qui missi leguntur a Deo evangelista testatur, quod *ipsi profecti praedicabant ubique Domino cooperante et sermonem confirmante* sequentibus signis. Licet autem scientia valde sit necessaria sacerdotibus ad doctrinam, quia juxta verbum propheticum *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt ex ore ejus*, non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam a scholasticis detrahendum, cum in eis sacerdotale ministerium debeat honorari. Propter quod Dominus in lege praecepit: *diis non detrahes*, sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis et officii dignitatem deorum nomine nuncupantur. Juxta quod alibi dicit de servo volente apud dominum remanere ut Dominus offerat eum diis. Cum enim juxta verbum Apostoli servus suo Domino stet aut cadat, profecto ab Episcopo, cujus est correctioni subjectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem a populo, cujus est correctioni praepositus, in spiritu superbiae reprehendi, cum juxta praeceptum domiuicum pater et mater non de-

beant maledici sed potius honorari, quod de spirituali patre multo fortius debet intelligi quam carnali. Nec quisquam suae praesumptionis audaciam illo defendat exemplo, quod asina legitur reprehendisse prophetam, vel quod Dominus ait: *quis ex vobis arguet me de peccato?* et: *si male locutus sum, testimonium perhibe de malo*, cum aliud sit fratrem in se peccantem occulte corripere, quod utique quisque tenetur efficere secundum regulam evangelicam, in quo casu sane potest intelligi quod Balaam sit correptus ab asina et aliud est patrem suum etiam delinquentem reprehendere manifeste, ac praecipue fatuum pro simplici appellare, quod utique nulli licet secundum evangelicam veritatem. Nam *qui* etiam *fratri suo dixerit, fatue, reus erit gehennae.* Rursus alius est quod praelatus sponte sua confisus innocentia se subditorum accusationi supponit, in quo casu praemissum Domini verbum debet intelligi; et aliud est quod subditus non tam animo corripiendi quam detrahendi exurgit temerarius in praelatum, cum eum potius maneat necessitas obsequendi. Quod si forte necessitas postularit, ut sacerdos tamquam inutilis aut indignus a cura gregis debeat removeri, agendum est ordinate apud Episcopum, ad cujus officium tam institutio quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere. Illud autem tamquam de supercilio pharisaeorum procedens debet ab omnibus aspernari, quod tamquam ipsi soli sint justi caeteros aspernantur; cum et hactenus ab initio nascentis ecclesiae multi fuerint viri sancti, qui nec tales fuisse leguntur, nec talibus adhaesisse, cum de novo tales surrexisse legantur. Qui nisi contenti sint doceri potius quam docere ad illos forsitan pertinebunt, quibus Dominus ait: *nolite plures fieri magistri.* Nos ergo, filii, quia paterno vos affectu diligimus, ne sub praetextu veritatis in foveam decidatis erroris et sub specie virtutum in laqueum vitiorum, universitatem vestram rogamus attentius, monemus et exhortamur in Domino, in remissionem vobis peccatorum injungentes, quatenus ab his quae superius reprehensibilia denotavimus et linguam et animum revocetis, fidem catholicam et regulam ecclesiasticam observantes, ne vos verbis fallacibus circumveniri vel etiam circumvenire contingat: quia nisi correctionem nostram et admonitionem paternam receperitis humiliter et devote, Nos post oleum infundemus et vinum, severitatem ecclesiasticam apponentes, ut qui noluerint obire spontanei discant acquiescere vel inviti. Datum Laterani.

EPISCOPO ET CAPITULO METENSIBUS

DE EODEM ARGUMENTO.

Sicut ecclesiarum praelatis incumbit ad capiendas vulpes parvulas quae demoliri vineam Domini moliuntur prudenter et diligenter intendere, sic est eis summopere praecavendum, ne ante messem zizania colligantur ne forsan (quod absit) cum eis etiam triticum evellatur. Sane sicut non debet haeretica pravitas tolerari, sic enervari non debet religiosa simplicitas, ne vel patientia nostra haereticis audaciam subministret vel simplices impatientia multa confundat, ut nobis diruptis convertantur in arcum perversum et in haereticos de simplicibus commutentur. Sane significasti nobis per literas tuas, frater Episcope, quod tam in dioecesi quam in urbe Meten. etc. ut supra, usque ad verbum *in occulto.* Quia vero in dubiis non est de facili sententia proferenda, cum quod vel iidem errent in fide vel a doctrina discrepent salutari Nobis per tuas literas, frater Episcope, non duxeris exprimendum: cum opinionem et vitam eorum penitus ignoremus qui sacras scripturas taliter transtulerunt, aut eorum qui docent taliter jam translatas, quorum neutrum potest fieri sine scientia literarum, licet in his arguendi merito videantur, quod occulta conventicula celebrant, officium sibi etc. usque ad verbum *non inhaerent.* Discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus atque praecipimus quatenus eos commonere diligentius studeatis rationibus et exhortationibus, inniteutes, ut ab his in quibus apparent reprehensione notabiles omnino desistant, nec officium sibi vindiceut alienum. Inquiratis etiam sollicite veritatem quis fuerit auctor translationis illius, quae intentio transferentis, quae fides utentium, quae causa docendi si Sedem apostolicam et catholicam ecclesiam venereutur ut super his et aliis quae necessaria sunt ad indagandam plenius veritatem per literas vestras sufficienter instructi, quid statui debeat melius intelligere valeamus. Revocandi autem eos et convincendi secundum scripturas super his quae reprehensibilia denotavimus, viam vobis in literis quas communiter illis dirigimus aperimus.

Datum Laterani IV. idus Julii A. D. 1199.

INNOCENTIUS III.

Epist. lib. 2. (non 3. quod non extat)

Cisterciensi Morimundensi et de Cripta Abbatibus.

Ut cum Metensi Episcopo de haeresi suspectos examinent.

Ea est in fovendis virtutibus et vitiis extirpandis a praelatis ecclesiarum servanda discretio et circumspectio adhibenda, ne vel internascentium densitate spinarum enormiter frumenta laedantur vel insuper seminatorum zizaniorum evulsione triticum evellatur. In abscindendis etiam et curandis corporibus infirmorum sic oculi diligentia praecedere debet manus officium et ferrum digitus praevenire, ne si cauterium adhibeatur incaute non tam partes infirmas non sanet quam sanas infirmet. Quod tanto diligentius in mentis languoribus est servandum, quanto animam novimus corpore digniorem et spiritualia carnalibus praeponenda. Hoc autem infra nos ipsos diligentius attendentes, cum olim V. F. noster Metensis Episcopus per suas Nobis literas intimasset, quod tam in dioecesi quam in urbe Metensi laicorum et mulierum non modica multitudo gallicae cuidam translationi divinorum librorum intendens secretis conventiculis etiam inter se invicem eructare praesumerent, aliorum asperuantes consortium et in faciem redarguentibus presbyteris resistentes, quorum simplicitatem fastidiunt, in suae translationis peritia confidentes, non protinus ad vindictam res nos accendit incognita, sed universis tam in urbe quam in Metensi dioecesi constitutis sub eo tenore literas curavimus apostolicas destinare, qui vobis ex transcripti earum poterit inspectione patere. Eidem insuper Episcopo et capitulo Meten. dedimus in mandatis, ut inquirerent sollicite veritatem, quis fuerit auctor translationis illius, quae intentio transferentis, quae fides utentium, quae causa docendi; si utentes ipsa venerarentur apostolicam Sedem et catholicam ecclesiam honorarent, ut super his et aliis quae necessaria sunt ad indagandam plenius veritatem per eorum literas sufficienter instructi plenius intelligeremus et planius quid super his statui oporteret. Nuper autem idem Episcopus per suas nobis literas intimavit quod quidam eorum quos notabiles prioribus literis denotarat mandatis recusant apostolicis obedire; quibusdam eorum clanculo, quibusdam vero jam publice obediendum esse dicentibus soli Deo; ab occultis etiam conventiculis non cessantes offficium praedicationis occulte, licet a nullo mittantur, prohibiti etiam, sibi non metuunt usurpare, aspernantes sibi dissimiles et translationi eidem usque adeo insistentes, ut se nec Episcopo nec Metropolitano suo nec Nobis ipsis asserant parituros, si eam decreverimus abolendam. Licet autem tales in eo reprehendendi merito videantur quod occulta conventicula celebrant, officium praedicationis usurpant, simplicitatem despiciunt sacerdotum et eorum consortia qui dictam translationem non recipiunt aspernantur, ne quidquam subito facere videamur, discretioni vestrae, de qua plene confidimus, per apostolica scripta mandamus atque praecipimus quatenus ad civitatem Meten. pariter accedentes cum eodem Episcopo convocetis coram Vobis talia sapientes et adhaerentes translationi praedictae, et si fieri poterit qui in eis reprehensibiles fuerint auctoritate freti apostolica sublato appellationis obstaculo corrigatis. Quod si correctionem vestram recipere forte noluerint, inquiratis super capitulis illis quae in literis quas Episcopo miseramus expressa fuisse superius vobis expressimus et aliis etiam diligentius veritatem, et quod inveneritis per nuntium vestrum et literas plenius intimetis, ut per vos certiores effecti prout procedendum fuerit procedamus. Cum enim in hoc universalis ecclesiae vertatur negotium et agatur causa fidei christianae, ad exequendum apostolicae Sedis mandatum cum summa diligentia et cautela vos studiosos et promptos esse volumus et mandamus.

Datum Laterani V. Idus Decembris.

Propositiones Paschasii Quesnelli damnatae a Clemente PP. XI. *constit.* UNIGENITUS *die VI. Id. Septembris* 1713.

79. Utile et necessarium est omni tempore, omni loco et omni personarum generi studere et cognoscere spiritum, pietatem et mysteria sacrae scripturae (1. Cor. XIV. 5.)

80. Lectio sacrae scripturae est pro omnibus (Actor. VIII. 28.)

81. Obscuritas sancti verbi Dei non est laicis ratio dispensandi seipsos ab ejus lectione (Actor. VIII. 31.)

82. Dies dominicus a christianis *debet sanctificari* lectionibus pietatis et super omnia sanctarum scripturarum. Damnosum est velle christianum ab hac lectione retrahere (Act. XV. 21.)

83. Est illusio sibi persuadere quod notitia mysteriorum religionis non debeat communicari foeminis lectione sacrorum librorum. Non ex foeminarum simplicitate, sed ex superba virorum scientia ortus est scripturarum abusus et natae sunt haereses (Joan. IV. 26.)

84. Abripere e christianorum manibus novum testamentum seu eis illud clausum tenere, auferendo eis modum illud intelligendi, est illis Christi os obturare (Matth. V. 2.)

85. Interdicere christianis lectionem sacrae scripturae praesertim evangelii est interdicere usum luminis filiis lucis et facere ut patiantur quamdam speciem excommunicationis (Luc. XI. 33.)

86. Eripere simplici populo hoc solatium jungendi vocem suam voci totius ecclesiae est usus contrarius praxi apostolicae et intentioni Dei (1. Cor. XIV. 16.)

Synodi Pistoriensis propositio damnata a Pio PP. VI. constit. Auctorem fidei V. Kal. Sept. 1794.

Doctrina perhibens a lectione sacrarum scripturarum nonnisi veram impotentiam excusare, subjungens ultro se prodere obscurationem, quae ex hujusce praecepti neglectu orta est super primarias veritates religionis: *falsa, temeraria, quietis animarum perturbativa, alias in Quesnello damnata.*

6) Laici non ad fores stant intra concionem.

Praedicationis tempore prohibendi sunt populi stare otiosi in foro seu in platea: *Concil. Treviren. cap. 10.*

7) Modus.

Pisana.

Tridentinum in *sess. 5. cap. 2. de ref.* injungit parochis, ut pascant plebes sibi commissas pro sua et eorum capacitate . . . docendo quae scire omnibus est necessarium ad salutem.

Id quidem assequi nequit elegantiori stylo vel dicendi copia vel exquisitis rationum argumentis. Nec certe exiguus est illorum numerus, qui vel ob aetatem vel ob ignorantiam familiari sermone indigent, ut ex Domini praeceptis minutatim expositis discant quae sequenda quaeve fugienda sint.

Die 29. Mart. 1871.

8) Mulieres a viris separatae sint.

Praedicationis tempore in ecclesia separata seu distincta sint loca virorum et mulierum. *Concil. Mediolanense 1. p. 1. tit. de praedicatione verbi Dei*; ibi: »Concionis audiendae causa loca virorum et mulierum, si fieri potest, Episcopi cura distinguantur. Qui ad id exequendam idoneos aliquot viros adhibeat et a saecularibus Magistratibus, si opus erit, auxilium petat.« Unde omnes etiam Regulares tenere debent in concionibus velum divisivum mulierum a viris: S. Congreg. Episc. et Regul. in *Fanensi 22. Maji 1609. apud Nicol. in Floscul.* verb.: *Praedicator n. 20.* et apud *Pignatell. t. 4. consul. 206. n. 72.*

9) Parochi.

a) Jus et obligatio.

Doctrina christ. (Methodus etc., Constit. Bened. XIV. §. 5.); *Concio parochi Canonici*; *Cathechesis.*

Vd. *Concio Episcopi* (oblig.)

Pisana.

Parochus s. Cassiani nomine etiam aliorum parochorum Pisanae archidioecesis, ut in dubio conscientiae acquiescant, proposuit quaesitum hujusmodi:

Utrum parochi in quorum ecclesiis tempore Adventus et Quadragesimae habentur sacrae conciones per praecones ab Ordinario approbatos soluti sint obligatione in missae parochialis celebratione explicandi evangelium?

De hoc dubio EE. PP. rogavi sententiam in praeterita Congregatione per *summaria precum* vobisque placuit, ut in folio accuratiori examini subjiceretur.

Ut mandatis obtemperem ea quae adduci possunt in utramque partem exponam, cum tacta diligenti perquisitione neque hanc controversiam a s. Congregatione decisam neque a Canonicis tractatam reperire potui.

Id primo inquirendum videtur, num concionatores tempore Adventus et Quadragesimae praedicent pro Episcopo vel pro

parochis et num parochi per substitutos possint obligationi praedicandi satisfacere. Namsi conciones habentur non pro Episcopo sed pro parochis, non possunt sane parochi compelli idem onus per se et per alios praestare. Rursus si per substitutos huic oneri fieri potest satis, eodem tempore et ipsi per se non teneri videntur.

Dubitari potest concionatores vicariam operam non obire pro parochis sed pro Episcopo: nam cum hoc praedicationis munus injunctum sit Apostolis: *Praedicate Evangelium omni creaturae, Marc. 16. 15.* deduci hinc posse videtur in universa dioecesi Episcoporum ita esse proprium onus praedicationis, ut parochis aliisque presbyteris non competat, nisi ex illorum missione. Hinc Episcopus qui *verbi minister* appellatur a s. Clemente *lib. 2. constit. cap. 30.* si ipse non potest per universam dioecesim tenetur delegare concionatores, ut deducitur ex *cap.: Inter caetera de offic. jud. ordinar.*, in quo praescribitur Episcopis, ut in amplis dioecesibus, vel si aliter impediti fuerint, quominus per se concionentur »*viros idoneos ad sanctae praedicationis officium salubriter exequendum assumant (qui plebes sibi commissas vice ipsorum sollicite visitantes eas verbo aedificent et exemplo).* Ex quo textu colligitur, ut inquit *Passerinus de stat. homin. quaest. 187. artic. 4. inspect. 2. n. 27. quod solius Episcopi est nedum praedicatores approbare, sed eos eligere pro ecclesiis dioecesis suae jurisdictioni subjectis. Nec parochus potest impedire praedicatorem missum ab Episcopo ne in sua ecclesia conciones habeat. Cum enim praedicandi munus sit illi proprium, nulli hoc impetit, nisi ab eo misso. Mittit vero parochos, cum illis beneficium parochiale confert, alios vero eligit secundum suae prudentiae arbitrium.*

Nihilominus licet ex his certo constet Episcoporum praecipuum esse praedicationis munus, non inde tamen sequitur, ut idem onus non competat etiam parochis *ratione officii.* Nam a ss. Concilio Trid. declaratum est *sess. 23. cap. 1. de ref. praecepto divino* mandatum esse *omnibus quibus animarum cura commissa est oves suas cognoscere, pro his Sacrificium offerre, verbi divini praedicatione, Sacramentorum administratione ac bonorum operum exemplo pascere.* Si itaque praecepto divino parochis animarum cura commissa est, ut dubitari nequit, sequitur, ut et ipsi divino sint obnoxii praecepto, oves sibi commissas praedicatione pascere ipsisque munus praedicationis *ratione officii* competere, ut tradit *Gonzalez in jus can. lib. 1. tit. 3. n. 5.*

Cum igitur tum Episcopus ob suum praecipuum munus tum parochus ratione officii ad praedicationem teneantur inquirendum erit, num concionator tempore Adventus et Quadragesimae praedicet pro Episcopo vel pro parocho. Haec ad rem habet Tridentinum in altero decreto *sess. 24. cap. 4. de ref.: Praedicationis munus, quod Episcoporum praecipuum est, cupiens s. Synodus quo frequentius possit ad fidelium salutem exerceri, mandat, ut in ecclesia sua ipsi per se aut si legitime impediti fuerint per eos, quos ad praedicationis munus assument, in aliis autem ecclesiis per parochos, sive iis impeditis, per alios, ab Episcopo impensis eorum qui eas praestare vel tenentur vel solent deputandos in civitate aut in quacumque parte dioecesis censebunt expedire, saltem omnibus diebus dominicis et solemnibus festis; tempore autem jejuniorum Quadragesimae, Adventus Domini quotidie vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita expedire duxerint, s. Scripturas divinamque legem enuncient et alias quotiescumque id opportune fieri posse judicaverint.*

Ex quo Trid. decreto sequitur Episcopum teneri in *sua ecclesia* praedicationis munus obire vel per se seipsos vel, si sint impediti, per substitutos ab Episcopo deputandos, expensis eorum qui eas praestare vel tenentur vel solent. Et hoc munus praestandum est ab utroque omnibus dominicis et solemnibus diebus festis et tempore Adventus et Quadragesimae quotidie vel saltem ter in hebdomada diebus. Si itaque Episcopus tenetur praedicare in *ecclesia sua* vel per alios quos assumet etiam tempore Adventus et Quadragesimae, videtur, ut quemadmodum in aliis ecclesiis hoc onere tenentur parochi, ita affirmari possit, concionatores in paraeciis non praedicare pro Episcopo, sed pro parocho, qui in sua ecclesia hoc munus obire debet vel per se vel per subsitutos.

At enim non parochi, sed Episcopi vice fungi concionatores inferri posset, cum parochus legitime impeditus jus non habeat sibi deligere substitutum, sed ad Episcopum tantum illius electio et approbatio spectet. Distinguendum tamen est inter missionem ad praedicandum et exercitium praedicationis.

Missionem dare solius Episcopi est, cujus praecipuum munus est praedicare et a quo tamquam a regio flumine caeteri derivantur rivuli, inter quos primum tenent locum parochi, quos ad praedicandum mittit cum illos in parochiali beneficio instituit juxta sententiam superius relatam. Parochi vero ex hac missione praedicant ratione officii, licet nequeant aliis missionem dare. Hinc Tridentinum dum praescripsit, ut substituti, qui parochi vices in praedicatione exercerent, ab Episcopo deputarentur, huic quidem reservavit missionem, sed alios qui pro parocho supplent *substitutos parochi* appellavit, unde videtur eos pro parochis praedicare.

Quod si obtineat sententia concionatores pro parochis praedicare, tunc dicendum erit parochos, dum in eorum ecclesiis habetur concio, solutos esse ab onere explicandi evangelium inter missae celebrationem. Sed praetereundum non est parochos hoc munus praedicationis per alios praestare posse in casu tantum quo ipsi impediti legitime sint. Apertum hoc est ex citato Tridentini decreto: *In aliis vero ecclesiis per parochos sive iis impeditis.* Itidem in *sess. 5. cap. 1. de ref.: Archipresbyteri quoque, plebani et quicumque parochiales vel alias animarum curam habentes etc. per se vel alios idoneos si legitime impediti fuerint plebes sibi commissas pro sua et eorum capacitate pascant.* Et Pontifex Bened. XIII. *in rom. Concilio tit. 1.* cap. 4.: *Invigilent Episcopi, ut parochi propria quae sua sunt munera instruere etc.* Hinc solemne est parochos per se praedicationis munus praestare oportere et non per coadjutores, nisi legitime impediti fuerint, ut definivit s. Congregatio *in Casalen 27. Julii 1726.* et in *Casertana 16. Sept. 1745.* relatis *in Nullius Orbitelli 28. Apr. 1736.*

Si itaque parochi per se ipsos tenentur praedicare, *nisi fuerint legitime impediti*, non levis oritur difficultas, an per concionatores, qui aliorum sumptibus deputari solent tempore Adventus et Quadragesimae, a proprii officii onere solvantur, cum hi non assumantur ex causa *praecisae necessitatis*, vel quia parochus aliis curis distentus per se praedicare nequeat. Videant tamen EE. PP. num ex consuetudine generatim inducta assumendi concionatores tempore *Adventus et Quadragesimae* oriatur justa causa cur parochi se a praedicatione excusent vel potius hae conciones hujusmodi sint, per quas haud satis oves juxta ecclesiae spiritum pascantur, nam Tridentinum in citata *sess. 5. cap. 2. de ref.* injungit parochis, ut *pascant plebes sibi commissas pro sua et eorum capacitate . . . . . docendo quae scire omnibus est necessarium ad salutem.*

Id quidem assequi nequit elegantiori stylo vel dicendi copia vel exquisitis rationum argumentis. Nec certe exiguus est illorum numerus, qui vel ob aetatem vel ob ignorantiam familiari sermone indigent, ut ex Domini praeceptis minutatim expositis discant quae sequenda quaeve fugienda sint. Verendum forte esset, ne si parochus praetextu concionum sese ab explicatione evangelii abstineat, incidat in monitum: *Parvuli petierunt panem et non erat* qui frangeret eis. Praeterito ineunte saeculo dubium excitatum est in regno Hispaniae, num excusarentur parochi a praedicatione vel praetextu immemorabilis vel quia suppeteret copia concionum *in aliis ecclesiis.* Haec reprobavit Innocentius XIII. in constit. dd. *13. Maji 1723.* cujus initium *Apostolici Ministerii.*

Ex hac constitutione argumento petito a discretiva deduci posse videtur non teneri parochum evangelium explicare in casu, quo in ipsa sua ecclesia concionetur.

Accedit consuetudo hic in Urbe vigens in Patriarchalibus s. Joannis in Laterano et s. Petri in Vaticano, in quibus tempore *Adventus et Quadragesimae* silet explicatio evangelii, cum sacrae conciones apud capitula habentur. Haec sunt quae in re nunc primum in controversiam deducta supremo EE. Patrum judicio subjicienda censui. Vestrum erit etiam, si putetis parochos non teneri statuere, an servanda sit consuetudo explicandi evangelium, si in aliqua ecclesia vigeat, quo tempore habentur conciones.

Ex his emergit dubium:

An parochi in quorum ecclesiis tempore Adventus et Quadragesimae habentur sacrae conciones per praecones ab Ordinario approbatos teneantur diebus festis in Missa parochiali explicare evangelium in casu?

S. C. resp.:

In casu, de quo agitur, servandum esse decretum Archiepiscopi.

Die 29. Mart. et 30. Aug. 1817.

Lunen - Sarzanen.

Parochos omnes ac etiam, qui in cathedrali ecclesia curam exercent animarum, obstrictos esse diebus festis ad praedicandum sanctum Jesu Christi Evangelium. Enimvero Patres Tridentini, postquam *sess. 5. cap. 2. de reform.* declararunt, praedicationem esse praecipuum Episcoporum munus sermonem ad parochos convertentes haec sanxerunt: *Archipresbyteri quoque, plebani et quicumque parochiales vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis.* Similiter *sess. 28. cap. 8.* haec habentur: *Mandat s. Synodus pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter missarum celebrationem vel per se vel per alios ex iis, quae in missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim dominicis et festis.* Tridentini Concilii sanctioni concinnit synodus dioecesana Sarzanae, ubi *cap. 38. §. 6. de parochis* haec leguntur: *Omnibus diebus dominicis praecipue Quadragesimae et Adventus, ubi non adest concionator, quilibet parochus post Evangelium non solum jejunia, vigilias, dies festos de praecepto et indulgentias in hebdomada incidentes evulget et ad illarum observantiam hortetur, sed et recitati Evangelii aliquod caput brevi et simplici sermone aperiat et verbi Dei pabulo praesentem populum reficiat.*

Igitur si ex Trid. Concilio atque etiam dioecesana lege singuli parochi aliique quocumque modo animarum curam gerentes sanctum Evangelium diebus praesertim dominicis et festis populo explicare tenentur, ab hujusmodi onere frustra se eximere conantur.

Die 16. Aug. 1828.

Episcopus Ameriuus ss. Apostolorum Limina visitaturus ad praescriptum constitutionis sa. mem. Sixti V. exhibuit relationem status suae ecclesiae ac inter caetera exposuit quae sequuntur: *Prior hujus ecclesiae cathedralis, qui actualem habet curam animarum, neque per se neque per suum sacerdotem adjutorem praedicat Verbum Dei. Sese autem exemptum credit ab hujusmodi obligatione praetextu consuetudinis immemorabilis praeteritorum Priorum, qui nec et ipsi munus hoc implevere, eoque potissimum, quia numquam, ut ipse ait, neque monitus neque coarctatus fuit a meis Praedecessoribus. Addit quoque, quod diebus dominicis post vesperas per Canonicum Theologum sacra scriptura explicetur. Nunc igitur postulo ab EE. VV. an ista consuetudo seu potius corruptela, quae juri divino et ss. canonibus adversatur, attendi mereatur et an dictum Priorem compellere debeam et quibus poenis ad annunciandum Verbum Dei sive per se sive eo impedito per sacerdotem adjutorem. Addo ulterius, quod haec consuetudo minime canonizata apparet in contradictorio judicio, quod sane requiritur ad sustinendam consuetudinem juri tantum positivo adversantem.*

Ad ineundam deliberationem de eo, quod sit Episcopo rescribendum, operae pretium erit hic nonnulla adnotare. Porro certum esse videtur Priorem cathedralis ecclesiae qui adnexam habet animarum curam olim combustae parochialis ecclesiae s. Joannis Evangelistae teneri per se ipsum praecise, non autem per substitutum, nisi is fuerit legitime impeditus, ad explicationem sancti Evangelii omnibus diebus dominicis aliisque festivis in missa parochiali per ipsum vel per suum substitutum vel per alium sacerdotem celebranda. Ita praescriptum fuit in s. Concilio Trid. *sess. 5. cap. 2. de reform.*, ibi: »*Omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates et omnes alios ecclesiarum Praelatos teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad praedicandum sanctum Jesu Christi Evangelium; si vero contigerit, Episcopos vel alios praedictos legitimo detineri impedimento juxta formam generalis Concilii viros idoneos assumere teneantur ad hujusmodi praedicatoris officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districte subjaceat ultioni. Archipresbyteri quoque, plebani et quicunque parochiales vel alias animarum curam habentes ecclesias quocumque modo obtinent per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis: docendo ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem annunciandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia quae eos declinare et virtutes, quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere et caelestem gloriam consequi valeant.*

Et revera cum parochi in cura animarum sint adjutores Episcopi, quae sunt Episcopi onera, eadem ferme sunt et parochi, qui propterea verbo et exemplo parochianis praeesse debeat et pascere per se ipsum gregem suum, *can. Audacter caus. 8. quaest. 2.*, ibi: *Talc ergo intelligamus etiam in ecclesiis fieri quod pro meritis aut in verbo et opere potens a Deo tribuitur rector ecclesiae, aut si malignum faciat populus in conspectu Domini et tales perseverent: talis ecclesiae judex datur, sub quo famem et sitim populus patiatur, non famem panis, neque sitim aquae, sed famem audiendi verbum Dei.* Quodque parochus per semetipsum, si non sit legitime impeditus, teneatur ad explicatiouem Dei Evangelii firmat *Fagnan. in cap.: Extirpandae §. Qui vero n. 4. de praebend.*, *Piton. discept. eccles. 142. n. 17.*, *Card. Bellarm. admonit. ad Episcop. Thean. controv. 1.*, nec Episcopum posse parochum a proprio munere liberare etiam in casu, in quo eidem vitae periculum immineat, firmat *Rota coram Tanario decis. 240. n. 1. et seqq.*, idemque sustinent *Reiffenstuel jus canonic. t. 3. lib. 3. decret. tit. 4. §. 3. de residentia parochorum n. 85.*, *Pirhing. eod. lib. et tit. §. 2. et 3. per tot.* et *Andr. Mendo in Epitom.* verb.: *Parochus* et *de Ordin. Militar. dis. 11. quaest. 5.*

Quod autem parochus in casu ipsius renuentiae cogendus sit, ut per se ipsum adimpleat onus ab eo debitum, tradit *Garz. de beneficiis part. 3. cap. 2. n. 53.*, a quo allegatur etiam decretum hujus s. Congregationis *in Nullius 3. Julii 1591.*, ibi: *Censuit Congregatio Concilii cogendos esse curatos ad subeunda per se ipsos et non per subditos ea munia, ad quae tenentur, tolerandos autem, ut per substitutos suppleant in illis tantum casibus expressis verbis canonum et decretorum Concilii, quibus permissum est eis, ut per vicarios, coadjutores vel substitutos possint officio suo fungi.* Casus autem, qui excipiuntur, sunt *christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia ac evidens ecclesiae vel reipublicae utilitas*, ut ex Concilio Trid. *sess. 23. cap. 1. de reform.*

Eademque s. Congregatio *in Nicien. 7. Octobris 1604.* his verbis decrevit: *Cogendos esse hujusmodi rectores ad subeunda per se ipsos et non substitutos omnia munia, ad quae parochi tenentur, tolerandum autem, ut per substitutos suppleant in illis tantum casibus, in quibus expressis verbis canonum, decretorum Concilii permissum est parochis, ut per Vicarios, coadjutores vel substitutos possint officio suo fungi.*

Videtur itaque, Priorem cathedralis ecclesiae teneri per se ipsum adimplere onera sibi commissa, quae inter illud est explicationis Evangelii, grex proprii pastoris vocem audiat, quod est de jure divino, *Concil. Trident. sess. 23. cap. 1. in princip. de reform.* ibi: *Cum praecepto divini mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre verbique divini praedicatione pascere.* Neque huic oneri suppletum dici posse videtur per explicationem s. Scripturae, quia haec post vesperas fit a Canonico Theologo, explicatio vero Evangelii fieri de mane debet a parocho in missa parochiali post lectum Evangelium exemplo ss. Pauli et Barnabae, qui ut *ex actis Apostolorum* habetur *cap. 13.* post lectos prophetas in synagoga ad populum verba fecerunt. Rursus *in Justini Martyris Apologia 2. et lib. 8. constitutionum apostolicarum homiliam* seu sermonem post lectum Evangelium fieri primis ecclesiae temporibus consuevisse palam sit. Idemque patet in vita s. Caesarii Arelatensis *cap. 14.* et prae caeteris habetur *can. 17. Concilii Turonensis*, de quo loquitur san. mem. Benedictus XIV. *de sacrosanct. Missae Sacrificio lib. 2. cap. 2. n. 8.*

Prior sua jura deducit et se fundat in consuetudine immemorabili non explicandi Evangelium. At vero ponderandum est, objectam consuetudinem nec in facto probari nec in jure sustineri. Non enim probatur in facto, quia testes, quos Prior allegat, de consuetudine immemorabili non deponunt cum requisitis ad eam probandam necessariis, de quibus *Rota in Recent. decis. 232. n. 4. part. 7.*, minusque in jure sustinetur, quia haec consuetudo, etiamsi dicti testes eam probarent, cum directe adversetur juri divino et canonico, cui per consuetudinem etiam immemorabilem derogari non potest, corruptela est, ideoque rejicienda, *cap. ultim. de consuetudine*, *Fagnan. in cap.: Cum contingat de foro competenti n. 11.*

His adnotatis erit ab EE. VV. deliberandum:

I. *An Prior ecclesiae cathedralis Americae teneatur per se ipsum vel eo impedito per sacerdotem suum adjutorem ad explicandum Evangelium in missa parochiali seu potius obstet consuetudo in casu?*

Et quatenus affirmative ad primam partem,

II. *An et quibus poenis sit idem prior mulctandus in casu contraventionis in casu?*

S. C. resp.:

Dilata et scribatur juxta mentem.

Die 10. Febr. 1781.

Episcopus B. in relatione status suae ecclesiae ad S. C. Congregationem transmissa die 7. Januarii 1876 haec exponit: Consuetudo viget in hac dioecesi, qua parochi caeteroquin assidui in verbi Dei praedicatione diebus dominicis habenda, eam tamen plerique omittunt omniuo diebus festis de praecepto infra hebdomadam occurrentibus. Quo posito ab ista sacra Congregatione humiliter quaerit - 1. Utrum dicta consuetudo sit toleranda et quatenus negative, - 2. Utrum praecipi possit ac debeat parochis, ut caeteris quoque diebus festis de praecepto infra hebdomadam occurrentibus eadem ratione ac dominicis diebus praedicationis officio incumbant; et quatenus affirmative - 3. Utrum liceat nonnullos excipere solemniores dies, quibus facultas sit parochis abstinendi a praedicationis officio.«

Comperti juris est consuetudinem rationabilem ac legitime praescriptam esse tolerandam. Ipsa enim juri scripto aequiparatur atque vim legis habet, *cap.: Cum tanto 11. de consuet., l. de quibus 32. ff. de legibus* Idque eo vel magis, quia parochi in themate assidui sunt in verbi Dei praedicatione diebus dominicis, ideoque fideles hoc salutari pabulo haud carent.

Verum utrum hujusmodi sit consuetudo, de qua in themate, vehemens dubium exurgit, ipsa enim vergere videtur in praejudicium animarum, cum rarius pusillis frangatur et veluti subtrahatur esurientibus panis, quo scilicet verbi Dei praedicatione omnes parochi ex praecepto divino ut ait C. Trid. *sess. 23. cap. 1. de reform.* tenentur pascere oves sibi commissas, ideoque utpote irrationabilis nihili est habenda. Et optimo sane jure. Licet enim »*Consuetudinis ususque longaevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem.*« *Can. Consuetudinis distinct. 11.*

Insuper consuetudo praedicta adversatur nonnullis C. Tridentini capitibus satis clare de hac re verba facientibus. Sane *in sess. 5. cap. 2. de reform.* decernit »ut parochi vel quicumque curam animarum habentes per se vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, *diebus saltem dominicis et festis solemnibus* plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia quae eos declinare et virtutes, quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere et caelestem gloriam consequi valeant«; et *sess. 22. c. 8. de sacrif. missae:* »Mandat pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter missarum celebrationem vel per se vel per alios ex iis quae in missa leguntur, aliquid exponant atque inter caetera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, *diebus praesertim dominicis et festis.*« In *sess. 24. c. 4. de ref.* injungit, ut praedicatio ad populum per parochos habeatur saltem *omnibus dominicis et solemnibus diebus festis*, quod et repetit in ejusdem *sess. cap. 7.* praescribens »ut parochi inter missarum solemnia aut divinorum celebrationem sacra eloquia et salutis monita eadem vernacula lingua *singulis diebus festis vel solemnibus* explanent . . . . atque eos (parochianos) in lege Domini erudire studeant.«

Cum itaque nulla exceptio admitti posse videatur pro diebus festis etiam solemnibus infra hebdomadam, sed omnibus indistincte dominicis et diebus festis de praecepto parochus, nisi legitime impeditus, teneatur per se verba salutis ad populum habere, sponte veluti sua fluit, quod consuetudo contraria tamquam corruptela sit rejicienda, *cap. 1. de consuet. in 6.*, eamque nedum specialiter reprobavit Trid. Syn. *sess. 5., cap. 2. de reform.* verbis illis »*Neque hujus decreti executionem consuetudo . . . . impedire valeat*« sed etiam s. m. Innocent. XIII. in *const. Apostolici ministerii*, quam confirmavit Benedict. XIII. *const. In supremo 23. Septembris 1724.*, in qua redarguit parochos qui diebus saltem *dominicis et festis solemnibus* plebes sibi commissas salutaribus verbis pascere praetermittunt vel ob consuetudinem vel ob copiam praedicantium in aliis ecclesiis »culpam hujusmodi a se amoliri nitentes vel praetextu immemorabilis, sed quidem pravae consuetudinis, vel quia haec ab ipsis praestari

necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras conciones in aliis ecclesiis, »idem docuit f. m. Benedict. XIV. *in instit. 10. num. 3.*, et pluries declaravit haec s. Congr. *ex. gr. Montisfalisci 8. Maji 1706., Nullius Orbetelli 28. Aprilis 1736.*, ac praecipue *in Pisana diei 30. Augusti 1817.*, in qua cum Pisanus Archiepiscopus exposuisset se ut populi praesertim rudis ignorantiae consuleret parochos ad familiares conciones inter missarum solemnia omnibus diebus festis obligavisse, etsi tempore Adventus et Quadragesimae, quo sacras conciones per praecones ab Ordinario approbatos haberentur, tamen s. Conc. Congr. respondit: *»in casu de quo agitur servandum esse decretum Archiepiscopi:«* videtnr igitur hand esse dubitandum ab Episcopo parochos obstringi posse ad concionem habendam singulis diebns festivis de praecepto, maxime cum Trid. Syn. *sess. 5. cap. 2. de reform. »providae pastorali Episcoporum sollicitudini* committat, ne illud impleatur: — *Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. — Jer. Thren. 4.«*

Caeterum parochi de quibus in themate, qui assidui diebus dominicis, teste Episcopo, explicationi evangelii incumbunt, non videntur delinquere saltem contra substautiam ac finem praecepti Tridentini si una vel altera vice, pront diebus festis qui rari infra hebdomadas occurrunt, omittant facere verba salntis ad populum sibi commissum. Concilinm enim Trid. *sess. 23. cap. 1. de reform.* nihil decernit quoad tempus; et quamvis in snpradictis decretis mandet, ut parochi singulis diebus festis verbum Dei praedicent, haud tamen videtur tam rigorose praeceptum fuisse, ut ipsis non liceat absque culpa interdum hoc munus omittere ex. gr. si parochi in audiendis suorum parochianorum confessionibus essent distenti vel propter solemnitatem vel aliam justam ac rationabilem causam. Idque eo vel magis, si, prouti in themate praesnmi forte potest, quod populi, qnorum parochi assiduam explicationi evangelii operam navant, haud tantopere indigeant pabulo verbi Dei. Quopropter videretnr aliqnantisper ipsis esse deferendum, si aliquoties attenta diei solemnitate vel alia de justa ac rationabili causa populum sibi commissnm salutaribus verbis haud pascant. Hinc licere videtur nonnullos excipere dies solemniores, quibus facultas sit parochis abstinendi a praedicationis officio.

His itaque raptim expositis remissum fuit decernere quonam responso essent dimittenda Episcopi B. postulata.

Sacra C. Concilii sub die 1. Aprilis 1876. responsum dedit:

Tenentur parochi diebus dominicis et festis de praecepto populo sermonem habere juxta Conc. Tridentini praescriptionem; attamen erit prudentiae Episcopi dispensare ab hac ordinatione in aliquibus solemnioribus diebus.

Ex quibus colliges:

I. Parochos juxta praescriptionem Conc. Trid. *sess. 5. cap. 2. de ref.* teneri per se vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, sermonem populo habere.

II. Neque admitti posse consuetudinem contrariam, quia ex divino praecepto parochi tenentur plebes sibi commissas pascere praedicatione verbi Dei dominicis et festis solemnibus.

III. Ideoque ejusmodi consuetudinem ceu irrationabilem et pro nihilo habendam esse, quia ipsum Tridentinum *sess. 5. cap. 2. de ref.* eamdem reprobavit his verbis: *Neque hujus decreti executionem consuetudo . . . . impedire valeat.*

IV. Remissum tamen esse arbitrio et prudentiae Ordinariorum aliquando ab onere isto dispensare, praesertim aliqua concurrente rationabili causa.

b) Obligatio parochorum duorum in una parochia cum separatis ecclesiis.

Vd. t. III. p. 849. n. 6.

10) Parochi Canonici.

(Conc. Tr. C. 2. S. 5. C. 4. S. 24.)

Pientina.

Quum contenderet cathedr. ecclesiae parochus, se ad Evangelii inter Sacrum agendum praedicationem non teneri, quum id Episcopo potius onus incumbat, Episcopus vero propter graviores pastoralis officii curas praedicandi munere per se ipsum fungi se non posse affirmaret, S. C. C. judicavit: parochum diebus festivis actu celebrationis missae *paroch.* ad Evangelii praedicationem teneri.

Die 14. Decb. 1748.

Tusculana.

(Conc. Tr. c. 2. sess. 5. de ref.; c. 8. s. 22. de sacrif.; c. 4. s. 24. de ref.)

Jam de mense Julii anni ultimo effluxi Provicarius generalis Tusculi sub pecuniaria mulcta locis piis applicanda sedulo monuit Andream Brescianum Archipresbyterum cathedralis ecclesiae, ut memor parochialis officii rationisque, quae Deo obstringitur, diebus festivis vel saltem dominicis minime praetermitteret pabulum Verbi Dei ovibus suis exhibere juxta praescriptum apostolicae visitationis et synodalium constitutionum. Verum enim vero praefatus Archipresbyter ab hujusmodi praecepto appellationem interposuit ad s. Congregationem visitationis remissaque subinde hujusmodi causa in EE. PP. consessu decidenda, inpraesentiarum Promotor fiscalis contendit, quod sibi tantum blandiatur Archipresbyter, qui explicationem divini Verbi subire recusat. Eodem tamen pro hujusmodi libertate declamante, in memoriali circumferendo, eo praesertim sub obtentu, quod licet in ceteris ecclesiis tam Urbis quam dioecesis parochi teneantur plebem in lege Domini erudire, in cathedrali tamen ecclesia id munus obire debeat Episcopus vel per se vel per alios idoneos substitutos, quatenus legitimo detineatur impedimento. Hinc superest, quod EE. VV. id dubium sapientissime definiant:

An Archipresbyter cathedralis ecclesiae Tusculi teneatur inter missarum solemnia ad explicationem Verbi Dei diebus dominicis et aliis festivis in casu? etc.

S. C. C. resp.:

Affirmative et amplius.

Die 29. Julii 1713.

Nullius Orbetelli.

Parochialem ecclesiam s. Mariae Loci Orbetelli prioratum nuncupat. clar. me. Cardinalis Farnesius Abbas commendatarius monasterii ss. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias 1582. in Collegiatam erexit eamque constare voluit ex uno Priore Archipresbytero, qui inibi caput existeret et principaliter curam animarum hujusmodi exerceret, necnon ex 4 Canonicis, qui simul cum dicto Archipresbytero capitulum ejusdem ecclesiae constituerent horas canonicas, missas et alia divina officia tam diurna quam nocturna competentibus horis juxta providam canonum et Concilii Tridentini laudabilisque similium collegiatarum ecclesiarum consuetudinis dispositionem et observantiam celebrare et personalem residentiam facere ac in animarum curae exercitio eundem Archipresbyterum coadjuvare et deservire tenerentur.

In executionem vero hujusmodi erectionis primum clar. mem. Cardinalis Aldobrandinus cui post obitum Cardinalis Farnesii Abbatia dicti monasterii commendata fuit in visitatione 1591. peracta decrevit: che il Priore debba servire alla detta cura dell' anime per se stesso due settimane; e li quatro Canonici una settimane, due ne tocchino al Priore, e quattro alli Canonici, dichiarando, che questo s'intende solo, quanto al dar il SSmo Sacramento agl' Infermi, battezar, dar l'estrema unzione, e non quanto al dir delle Messe etc., deindeque Pater Jo. Bruno Societatis Jesu a praefato Eminent. Abbate deputatus ad visitationem dictae collegiatae ecclesiae duo edidit decreta, alterum 1592, alterum 1596; relato decreto Eminentissimi Aldobrandini obsequentes memorati Canonici hebdomadis sibi assignatis Archipresbyterum coadjuvantes animarum curam in iis, quae Sacramentorum administrationem concernunt, exercuerunt: at quia Archipresbyter contendit, eos teneri diebus dominicis aliisque festis de praecepto, quibus animarum cura ab ipsis exerceri debet, inter missarum celebrationem populo praedicare eique cathechismum facere, juxta posteriora decreta ut supra a visitatore per Eminent. Abbatem deputato edita et e converso iidem Canonici praemittentes in facto, animarum curam principaliter incumbere dicto Archipresbytero seque esse simplices illius coadjutores, nec ullius roboris esse praedicta sacrae Visitationis decreta tum quia Bullae erectionis et censurae ss. canonum adversentur tum etiam quia constet, ea executioni nunquam demandata fnisse, authumant, se minime obstringi posse ad subeundum memoratum onus, itidemque contendunt, debitam sibi participationem omnium emolumentorum, quae ex animarum curae administratione percipiuntur; idcirco, nt animarum detrimento, quod ex dilata hujus controversiae decisione facile posset obvenire, duo infrascripta dubia sapientissimo hujus s. Concessus oraculo definienda proponuntur.

Ad ea, quae primum dubium respiciunt, potissime pertinent decreta s. Trid. Synodi *sess. 5. de ref. cap. 2.*: »Archipresbyteri quo-

que, plebani et quicumque parochiales vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent per se vel alias idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis docendo ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia, quae eos declinare, virtutes, quas sectari oporteat, ut poenam aeternam evadere, et coelestem gloriam consequi valeant«, *sess. 22. cap. 8. de Sacrific. Miss.*: »Mandat pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter missarum celebrationem vel per se vel per alios ex iis, quae in missa leguntur aliquid exponant, atque inter cetera ss. hujus Sacrificii Mysterium aliquod declarent diebus praesertim dominicis et festis«; et *sess. 24. de ref. cap. 4.*: »In aliis autem ecclesiis per parochos sive iis impeditis per alios ab Episcopo impensis eorum, qui eas praestare vel tenentur vel solent, deputandos in civitate ant in quacumque parte dioecesis censebunt expedire, saltem dominicis et solemnibus diebus festis, tempore autem jejuniorum, Quadragesimae et Adventus Domini quotidie vel saltem tribus in hebdomada diebus si ita oportere duxerint s. scripturas divinamque legem annuncient et alias quotiescumque id opportune fieri posse judicaverint«, quas porro saluberrimas sanctiones innovavit san. mem. Benedictus XIII. in Concilio romano *tit. 1. cap. 4. et 5.*

Hinc autem communiter receptum esse videtur, quod sicuti parochi aliique animarum curam habentes tenentur, eam in omnibus, quae possunt, nisi legitime fuerint impediti, per se ipsos exercere, tametsi retineant coadjutores, uti plures rescripsit s. Congregatio et signanter in *Casalen. 27. Julii 1626.* et in *Crassetana 16. Sept. 1645.* hisce verbis: »Si cura animarum injuncta praepositurae sit ampla ut supponitur posse Praepositum coadjutorem retinere ita tamen ut ea omnia per se ipsum impleat circa hujusmodi curam animarum et Sacramentorum administrationem, quae implere potest, juxta praescriptum *cap. 3. sess. 7. de ref.*, ita quoque adstringuntur singulis diebus dominicis aliisque festis de praecepto, ubi nullo detinentur legitimo impedimento, post lectum missae Evangelium, ad populum habere sermonem, quo vitia declinare et virtutes, quas sectari oporteat, ei denuncient, ad tradita per *Felin. in cap. Excommunicamus n. 4. de Haeretic., Fagnan. in cap.: Ex parte de Cleric. non resident., Passerin. de stat. Homin. t. 2. qu. 187. art. 4. inspect. 2. n. 25. et 26., Barbos. de offic. paroch. cap. 14. n. 1. et seqq.* idque ipsum confirmari praetenditur ex nonnullis allatis s. Congregationis resolutionibus in *Nullius 30. Julii 1591.*, in *Militen. mense Februarii 1590.* ad V. dub. et praesertim in *Montis Falisci Onerum parochialium 8. Maji 1706.*

Eminent. Cardinalis de Alteriis modernus Abbas commendatarius, confirmata facti serie superius exposita, sententiam suam hisce verbis aperuit: »Quod jurare et non modice dictis Canonicis mihi videtur esse, canonicatus reddere fructus non parum inferiores illorum, quos Prior a suo beneficio detrahit, insuper ipsi in dicto decreto principaliter injunctum exercitium curae, Canonicis vero tantum in eo illum coadjuvare, quod ni fallor opinor intelligendum et adimplendum esse in iis solummodo, quae Priori per se solum exequi prudenter redduntur admodum difficilia, prout sunt ea, quae parochus quotidie debet exequi, et pro cura non unius parochiani, sed etiam plurium et in horis et locis distinctis paratus esse debet, non vero pro aliis, quae ter ant ad summum quater in mense et certis diebus et modo et pro omnibus insimul unitis parochianis per eum exequenda sunt pro modicis temporibus dimidiae horae circiter pro qualibet vice, sicuti sic et faciliter adimpletur onus praedictum praedicandi ad populum, quod si redderet lucrum aliquod, prout retrahitur a baptizando et assistendo matrimoniis, verosimiliter Prior non renueret per se solum id efficere, verum etiam exoptaret. Merita quibus ipsum ornatum esse mihi suasi meque induxeruut, illum providere de meliori beneficio inter ea, quae sunt in d. loco, mihi repromittunt, per ipsum attente et libenter dictum onus adimplendum esse, si EE. VV. decernant ad ipsum spectare id efficere, pront ego censeo.«

Quae ad alterum spectant dubium ex singulis emolumentorum capitibus juxta facti circumstantias utrinque proponendis decernere oportet. Omnibus itaque inspectis onus erit Eminentiarum VV. decernere:

I. *An Prior Archipreshyter collegiatae ecclesiae s. Mariae Orbetelli praedicare et explicare cathechismum per se ipsum omnibus diebus festivis seu potius teneantur quatuor Canonici coadjutores hebdomadis, quibus ipsi curam animarum exercent in casu?*

2. *An iidem Canonici coadjutores participare debeant de omnibus emolumentis parochialibus in casu?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative quoad primam partem et negative quoad secundum.

Ad 2: Servetur solitum et amplius.

Die 28. Apr. 1736.

Ad dub. 1: An Prior Collegiatae tamquam parochus teneatur per se ipsum concionem facere et evangelium explicare populo et quibus diebus, et an in casu legitimi impedimenti valeat supplere per substitutum?

Et quatenus affirmative quoad utramque partem,

2. An et quomodo in casu omissionis veniat mulctaudus?

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative quoad utramque partem ad formam Concilii.

Ad 2: Affirmative arbitrio Episcopi ad formam Concilii.

Die 2. Mart. et 16. Maji 1739.

11) Tempus.

Vd. *Concio* (Episcopi, parochi); t. I. p. 1007: *Januen.*

Non est praedicandum de nocte sed tempore praescripto ab Ordinariis. *Concil. Mediolanens. 1. p. 1. tit. de praedicatione verbi Dei.* Unde uulla concio neque Passionis Dominicae debet fieri de nocte. Sacr. Congreg. Episcop. et Regul. in *Castrensi 20. Martii 1629.*

Concionator.

1) Admissionis literae.

Vd. *Concionator quadrag.* (admissio Episcopi; electionis literae patentes); p. 189. §. 3.

2) Aetas.

Vd. p. 172. n. 2. 3.

Praedicatores institui non debent nisi sint aetatis 30 annorum sintque graves, maturi et docti: *Concil. Ravennatens.* II. sub Clemente V. cap. 13., *Conc. Senonens.* in decret. morum cap. 35., Extravagant. de privileg. cap. 35.: Inter cunctas.

3) Approbatio Episcopi.

Vd. Concionator (regularis, deputatio etc.)

Approbare praedicatores spectat ad Episcopum, licet electio spectaret ad alios. *S. Cong. Episcop. et Regul. in Aquensi 8. Apr. 1603. apud Nicol. in flosculis* verb.: *Praedicator n. 15.* Unde Praelatus exemptus inferior Episcopo, qui non habet territorium separatum cum vera qualitate *Nullius*, non dat licentiam neque benedictiouem praedicatoribus, qui praedicare debent in locis suae jurisdictiouis, sed ista facultas spectat ad Episcopum, in cujus dioecesi locus exemptus existit. *Sac. Cong. Conc. 21. Nov. 1596., Pignatell. 10. cons. 151. n. 16. et 17., Card. Petra t. 4. commentar. ad constit. 5. Calisti III. sect. 2. n. 57. et seq.*, ubi adducit plures S. C. C. et Rotae decisiones.

Ad Episcopum spectat dare benedictionem concionatori, qui praedicare debet in ecclesia conventuali ordinis militaris s. Stephani. S. Congr. Conc. in *Pisana Jurisdictionis 21. Febr. 1688.* iu respous. 18. Item ad Episcopum dioecesanum spectat dare licentiam et benedictionem praedicatoribus, qui debent praedicare in ecclesiis prioratuum religionis Hierosolymitanae uon habentium territorium separatum cum jurisdictione quasi episcopali et vera qualitate *Nullius.* S. Cong. Conc. in *Vulturariensi apud Card. Petram loc. cit. n. 58.*, ubi refert totum decretum et etiam plures decisiones s. Rotae romauae.

De praedicatorum verbi Dei munere, examine et approbatione.

Leo X.

Ad perpetuam rei memoriam sacro approbante Concilio.

Supernae Majestatis praesidio, per cujus ineffabilem providentiam coelestia simul et

terrena diriguntur, super gregem dominicum nobis commissum speculatoris officium (quantum imbecillitati nostrae conceditur) exercentes totaque mente nobiscum ipsi revolventes, inter alia complura et magna, ad nos pertinere *ut munus praedicationis, quod in ecclesia Dei praecipuum ac pernecessarium magnique fructus atque utilitatis, dummodo recte et ex sincera caritate erga Deum et proximum, praeceptisque et exemplis sanctorum Patrum, qui haec profitentes cum fidei fundatione et propagatione plurimum ecclesiae contulerunt, exerceatur*; quippe quod Redemptor noster primus fecit et docuit et ejus praecepto et imitatione duodenus ille Apostolorum numerus, quasi totidem coeli Dei veri gloriam enarrantes per orbem terrarum universum genus humanum, quod sub peccati jugo vetusta servitute continebatur, sensim ab eorum tenebris educentes et ad perpetuae salutis lucem excitantes, verbum ipsum in omnem terram et in fines orbis terrae tum ipsi prius tum deinde sui successores longe lateque propagaverunt altissimeque fundaverunt, ut qui nunc tantum subeunt onus meminisse debeant creberrimeque secum revolvere, praeter auctoris ipsius ac fundatoris Jesu Christi pientissimi Redemptoris, Petri etiam et Pauli ceterorumque Apostolorum et Domini discipulorum se vices, quoad hoc officium, subire ac sustinere.

§. 1. Sane fide dignorum relatione percepimus quod nonnulli praedicatores nostris temporibus (quod dolenter referimus), non attendentes se eorum, quod diximus et insuper sanctorum ecclesiae doctorum aliorumque sacram theologiam providentium, qui assistendo jugiter christianis ac se falsis prophetis rectam fidem subvertere conantibus opponentes, ecclesiam militantem illaesam prius, per se talem eam esse manifestarunt, officium exercere et nonnisi utilia concurrenti eorum sermonibus populo, ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique salutem fidelium, meditanda et perficienda debere assumere; *multa tamen et varia contra institutiones et exempla, quae diximus, quandoque etiam scandalosa, populis praedicare*; quod mentem certe nostram mirum in modum commovit dum nobiscum ipsi mente volvimus quod illi, officii immemores sui, in suis sermonibus non ad utilitatem audientium sed ad suam potius ostentationem laborantes, vanis quorumdam auribus blandiuntur, qui ad hoc jam devenisse apparent ut verificetur dictum Apostoli ad Timotheum ita scribentis: *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Quorum falsas et inanes mentes praedicantes ipsi praefati non modo in rectam veramque viam reducere minime student, sed illas majoribus etiam erroribus implicant, dum, sine ulla canonum attestatione vel reverentia, immo contra ipsas canonicas sanctiones, sacrae Scripturae sensum multifariam pervertentes temereque ac perperam plerumque interpretantes, contra veritatem praedicare terroresque ac minas multaque mala propediem affutura, jamque ingruentia, nulla prorsus legitima ratione muniti, sed suo duntaxat sensui obsequentes, comminantur, representant adesseque asseverant; plerumque etiam vana quaedam et inania et alia hujusmodi populis ingerere et (quod enormis est) ab aeternitatis limine et s. Spiritus admonitione aut infusione illa se habere asserere audent. Cumque ii, sub confictorum miraculorum mendaciis, varios errores fraudesque disseminent, denique populos, quos in evangelica doctrina sedulo instruere et in vera fide retinere et conservare deberent, per sermones suos a sensu et praeceptis universalis ecclesiae retrahentes, a sacrisque constitutionibus quas maxime sequi deberent deviantes, auditores suos amovent ac longe facinnt a salute: per haec namque et alia hujusmodi, simpliciores homines et ad deceptionem procliviores a via salutis et obedientia romanae ecclesiae deviantes in errores varios pertacile inducuntur.

§. 2. *Propterea Gregorius*, hujus muneris peritissimus et fervore caritatis incensus *praedicatores vehementer hortatur et monet ut dicturi ad populum, prudentes cautique accedant, ne, dicendi impetu rapti verborum erroribus, quasi jaculis, audientium corda configant, et cum sapientes fortasse videri desiderant, decepti, speratae virtutis compagem insipienter discindant.* Saepe namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate, importuna vel incauta audientium corda levigantur. Et sane in nullo alio rudem ii plebem majori damno scandaloque afficiunt, quam cum vel tacenda praedicant vel falsa et inutilia docendo eam in errorem inducunt. Quae, quoniam huic sacrae religioni divinitus institutae, nova et aliena, omnino contraria esse noscuntur, gravi certe accuratoque sunt examine digna, ne scandalum populo christiano et suorum auctorum ac aliorum animabus interitum pariant.

§. 3. Nos igitur, sanctae Dei ecclesiae (cui disponente Domino, praesidemus, quae quidem una est et Deum unum praedicat, colit ac unam fidem firmiter et sincere confitetur, juxta illud prophetae vaticinium: Qui habitare facit unius moris) uniformitatem quantum cum Deo possumus posthabitam reducere et retentam conservare; quique populo verbum Dei praedicant tales esse cupientes ut eorum praedicatione ecclesia nullum scandalum patiatur, et si qui corrigibiles sunt ab his, quae proximis nostrisque temporibus praesumpserunt, cum nonnullos eorum, praeter illa quae diximus, in praedicationibus non viam amplius Domini in virtute doceutes, non Evangelium ut deberent explanantes, sed conficta miracula et nova ac falsa vaticinia aliaque levia et ab anilibus fabulis parum distantia magnumque scandalum parientia, nulla devotionis et auctoritatis, ejusque improbantis ac repellentes haec habita ratione, vastis clamoribus imprimere ac suadere ubique conantes et ne pontificali quidem dignitate fulgentibus et aliis ecclesiae praelatis parcentes, quibus potius honorem ac reverentiam exhibere deberent, sed in eorum personas ac statum audaciter ac temere invehi consuevisse et alia hujusmodi commisisse constat, in futurum abstineant, ut tam periculosum contagiosumque malum ac mortifera pestis radicitus evellatur et arefactum ita penitus deleatur, ut nec memoria ejus remaneat, sacro approbante concilio *statuimus et ordinamus ut nullus tam clericus saecularis quam cujuscumque etiam Mendicantium ordinis regularis aut quivis alius, ad quem facultas praedicandi, tam de jure quam de consuetudine vel privilegio aut alias pertinet, ad hujusmodi officium exercendum admittatur, nisi prius per superiorem suum respective diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus), ac morum honestate, doctrina, probitate, prudentia et vitae exemplaritate ad illud aptus et idoneus reperiatur*; et hic, quocumque postea praedicaturus accesserit, de hujusmodi examine et idoneitate sua per literas autheuticas seu alias sui examinatoris approbatorisque Episcopis et aliis locorum Ordinariis fidem legitime faciat.

§. 4. Mandantes omnibus, qui hoc onus substinent quique in futurum substinebunt, *ut evangelicam veritatem et sanctam scripturam, juxta declarationem, interpretationem et amplicationem doctorum, quos ecclesia vel usus diuturnus approbavit legendosque hactenus recepit et inposterum recipiet, praedicent et explanent*: nec quidquam ejus proprio sensui contrarium aut dissonum adjiciant, sed illis semper insistant, quae ab ipsius sacrae scripturae verbis et praefatorum doctorum interpretatione, rite et sane intellectis, non discordant.

§. 5. *Tempus quoque praefixum futurorum malorum vel Antichristi adventum aut certum diem judicii praedicare vel asserere nequaquam praesumant*, cum veritas dicat: *Nos est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate*; ipsosque, qui hactenus similia asserere ausi sint, mentitos ac eorum causa reliquorum etiam recte praedicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constet, inhibentes omnibus et singulis clericis saecularibus vel regularibus praefatis ceterisque, cujuscumque status, gradus et ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero, in sermonibus suis publicis, alia quaeque futura ex literis sacris constanter praedicare nec illa a Spiritu s. vel divina revelatione se habuisse affirmare et alienas inanes divinationes asseverando aut alio quocumque modo tractanda assumant, sed, ex divinae vocis praecepto Evangelium omni creaturae cum vitiorum detestatione et virtutum commendatione enuclant; et pacem ac dilectionem mutuam, a Redemptore nostro tantopere commendatam, ubique foventes non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum et praelatorum ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo et laicis non modo incante, sed etiam intemperanter reprehendunt et mordent, et ab eis male gestorum, expressis quandoque nominibus aperta et manifesta redargutione abstineant.

§. 6. *Denique constitutionem fel. record. Clementis PP. V.*, quae incipit: *Religiosi*, quam tenore praesentium innovamus et approbamus, inviolabiliter observari debere decernimus, ut hac ratione ad utilitatem populi praedicantes et eum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab Illo acceperant, superlucrari et ejusdem gratiam et gloriam consequi mereantur.

§. 7. Ceterum, *si quibusdam eorum Dominus futura quaedam in Dei ecclesia inspiratione quapiam revelaverit*, ut per annos prophetam ipse promittit et Paulus Apostolus, praedicatorum princeps, *Spiritum*, inquit, *nolite extinguere, prophetias nolite spernere*, hos aliornm fabnlosorum et mendacium gregi connnmerari vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui fervor contradictione sopitur et tunc Spiritui s. injuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo qnod non de facili credendum sit omni spiritni, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proveniant, *volumus et lege ordinaria tales assertae inspirationes, antequam publicentur aut populo praedicentur et ex nunc apostolicae Sedis examini reservatae intelligantur, quod si sine morae periculo id fieri non valeret aut urgens necessitas aliud suaderet, tunc, eodem ordine servato, Ordinario loci notificentur*, nt ille, adhibitis secum tribus aut qnatuor doctis et gravibus viris, hnjusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt (snper quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint.

Datnm Romae in publica sessione in Lateranensi sacros. basilica solemniter celebrata die 19. Dec. 1516.

(Bull. r. t. V. p. 680. Ed. Ang. Taur. 1860.)

Feretrana.

F. Dominico de Grandis Minori Conventuali veniam a Feretrano Antistite per epistolam exposcenti, quod electus ad obeundum tunc imminentis Adventus tempore concionatoris munus in Maceratae Feretranae oppido, ob temporum atque itineris difficultatem se coram sistere non posset consuetam postulatnrus benedictionem respondit Episcopus, ut proximo quidem festo die muneri suo initinm daret, quam primum tamen patentes ad concionandum literas, quas eis ultro exhibebat, ab episcopali curia reportare haud negligeret, quemadmodum eas postea frater Dominicus in alia epistola ad eumdem Praesulem data se recepisse testatus est.

Commoti sunt hac de re plurimum rectores universitatis ejns oppidi, qui liberum sibi concionatoris eligendi jus adserentes solamqne Episcopo facultatem impartiendae benedictionis competere, ex ea literarum patentium traditione juri suo detractum iri authnmabant, nnde litigium mox recensendum obortum est. Siqnidem ab incepto praedicationis opere cessavit frater Dominicus. Id vero andiens Episcopus contigisse ob minas rectorum communitatis, qui protestati fuerant, se consuetum stipendinm illi denegaturos, si ex authoritate per enunciatas literas patentes eidem attributa pergeret concionari, gravem inde censnit propriae jurisdictioni injuriam irrogari, atque ad disquirendam facti hujus veritatem Archipresbytero praefati oppidi commisit, nt judiciario examini testes subjiceret; qno quidem peracto instante promotore fiscali praeceptum dedit Ubaldo Paulini secretario ejnsdem communitatis (quoniam Nicolaus Planellarius qui ejnsmodi monitione prius fuerat excitatus per epistolam significavit a se finito officii sui tempore jam libros et claves cancellariae successori Ubaldo Paulino tradidisse) ut infra triduum personaliter »ad exhibendnm coram se libros conciliorum et congregationum particularium haberi solit. a DD. publicis Repraesentantibus dictae Terrae ad effectum extrahendi partitam, in qna est adnotata congregatio facta super asserta electione concionatoris tempore Adventus ac resolutiones ad electionem respicientes, alias dictus Paulini moneretur ad videndum se denunciari excommunicatum.«

Comparuit in episcopali cnria triduo nondum exacto Ubaldus Paulini exposuitque cancellariae claves et libros necdum sibi consignatos fnisse sed a secretario antecessore suo adhuc servari, cujus rei probandae causa congruum aliqnod tempus indulgeri petiit. At ratus Episcopus inanem esse excusationem ab Ubaldo propositam eumdem, nisi infra triduum in praecepto adsignatum (cujus una dumtaxat integra dies snpererat) libros exhibuisset, nunc pro tnnc denunciavit excommunicatum; deindeque tridno praeterlapso nec libris exhibitis promulgata fuere istius excommunicationis edicta.

Publicatio haec facta est, postqnam episcopalis curiae promotor inhibitoriales curiae metropolitanae literas ab Ubaldo Paulini impetratas acceperat, praetereaque ab eadem metropolitana curia editnm subinde est decretum, quo mandatum fuit praefatos excommunicationis cedulônes defigi ac pro circumscriptis et revocatis haberi »reservata tamen sibi facultate procedendi super admissione

vel non admissione appellationis ad instantiam Pauliui petitae ac procedendi super meritis et negocio principali prout de jure.« At contentione ista ad R. P. Auditorem Sanctissimi delata jussit per modum provisionis Ubaldum Paulini a censuris absolvi cum reincidentia usqne ad exitum causae, totius vero negocii cognitionem s. huic Congregationi remisit.

Dum haec agebantur, universitatis oppidi Maceratae preces oblatae sunt eidem s. Senatui, ut vetaretur Episcopus ab inffligendis, quas minabatur, censuris contra ipsius universitatis rectores, quasi isti in causa fuerint praetermissae Adventus tempore s. praedicationis, dolebantque praeterea iidem rectores, qnod Praesul ille contra veterem consuetudinem vellet sibi concionatoris electionem vindicare, tametsi ejus stipendinm ab universitate persolveretur, adeoque indemnitati suae consuli postulabant.

De his autem jussus Episcopus s. Congregationem edocere rescripsit, ne nunquam cogitasse de vindicanda sibi deputatione concionatoris independenter ab electione universitatis, sed nnum id contendisse, ut nedum consueta benedictio, verum etiam patentes, qnas vocant, literae suae deberent etiam a concionatore Adventus recipi; audaces propterea visos sibi nimium fuisse ejusdem universitatis rectores, qui ob id vetuerunt, ne a fratre Dominico ad praedicandum jam electo conciones amplius haberentur, idemque ad sartam tectamque servandam episcopalem snam jurisdictionem demandasse, ut contra praefatos rectores modo praemisso procederetur, neque se fuisse obsecutum asserto curiae metropolitanae praecepto, quia spreta quacumque ejusmodi inhibitione impune procedi posse contra violatores episcopalis jurisdictionis monent encyclicae literae s. Congregationis Immunitatis 16. Oct. 1628. apud *Itice. in synopsi decretorum s. Congregationis* verb.: *Episcopus quoad Immunitatem n. 2.* et *Pignatell. consult. 494. t. 1.* et nuper decrevit s. m. *Benedictus XIII. in addit. ad decreta s. m. Clementis VIII. et Urbani VIII.* impress. in appendice ad Concilium rom.

Haec habet Episcopus in effusa sua relatione oculis Eminentissim. PP. subjicienda. De jure autem eligendi sive approbandi concionatores a communitatibus nominari congrnaque mercede donari solitos actum nuperrime fuit in *Firmana Concionatoris* proposita sub diebus 21. Apr., 21. Julii et 11. Aug. 1742. Quid vero tum universitatis oppidi Maceratae tum Ubaldi Paulini nomine proferendum sit, nondum compertum est; onus itaque erit EE. VV. perspectis juribus utrinque facile circumferendis deliberare:

I. *An Concionatores etiam nominati per communitatem tam tempore Adventus quam Quadragesimae teneantur recipere approbationem et literas patentes ab Episepo pro concionibus habendis?*

Et quatenus affirmative,

II. *An in hujusmodi literis patentalibus fieri debeat mentio nominatoris?*

III. *An Episcopus legitime instituerit processum ob omissas conciones tempore Adventus praeteriti illumque valeat prosequi usque ad terminationem utendo censuris aliisque juris remediis in casu?*

IV. *An licite potuerit appellari ad Metropolitanum Urbini et sustineantur acta ab eo facta in casu?*

V. *An sustineantur censurae latae contra Ubaldum Paulini in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I. et II.: Affirmative.

Ad III. et IV.: Ad mentem.

Ad V.: Negative et amplius.

Die 13. Junii et 3. Aug. 1743.

4) Approbationis exhibitio.

Vd. *Concionator* (electionis literae patentes.)

Exsecutor testamentarius cujusdam nobilis mulieris tres capellanias in templo s. Caroli urbis N. erexit; jus nominandi capellanos parocho cum praefectis fabricae ejusdem templi tribuit atque inter caeteras, qnas capellanis imposuit, leges haec reperiuntur in hanc sententiam: *Capellanus qui in urbe N. non resideat neque missam celebret in dicto templo, ipso facto possessionem capellaniae amittet aliusque poterit nominari: quisque capellanus teneatur missam celebrare diebus festis hora quae parocho magis placebit: parocho auxilium praestabunt in iis omnibus quae opportuna parocho visa fuerint, ideoque nominandi erunt capellani viri idonei ad excipiendas sacramentales confessiones, ad praedicandum etc. Quodvis dubium aut quaestio quae temporis lapsu fortasse insurget, sicuti etiam quodvis statutum aut moderatio causae piae utilior a parocho pro tempore*

definietur, semper favore capellaniarum, commendatione parochis facta ut augere cnitantur fundum causae piae . . .

Jnxta has normas et obligationes erectae fuernnt capellaniae et capellani sno munere cum priori parocho functi sunt. At parochus successor, quod forte aliquis abusus irrepserit, qnasdam alias dispositiones 1852. edidit, inter quas seqnentes articulo leguntur: »Capellani missas sive diebus festis sive diebus ferialibns celebrare tenentur in templo s. Caroli: missam quae legitur hora X. et XI. celebrare debent alterais vicibus duo capellani cum obligatione se ad invicem snbrogandi si morbo unus detineatur, quin jus habeant ad eleemosynae augmentum quod dari solet iis qui dictis horis celebrant.«

Dein unus ex capellanis secum reputans parochorum arbitrium non esse adeo indefinitum ut certis qnibnsdam limitibus ex lege fundationis non circumscriberetur, querelas admovit cnriae episcopali ob impositnm onus celebrandi determinatis horis: cum autem curia, qnaestione seposita, charitatis et obedientiae officia commendaret, capellanus qnaerimonias movit coram S. C. C. et huic qnaestioni duas adjecit, an scilicet, si legitime non impeditus, teneretnr singulis diebus missam celebrare in templo s. Caroli et an ipse, utpote idoneus, exhibere teneretur Ordinarii adprobationem ad audiendas sacramentales confessiones et praedicationis officium exercendnm pro paroeciae necessitate.

Militare videbatur principium juris: onera beneficiorum juxta fundationis leges dimetienda esse, ita ut nec in melius easdem leges immutare liceat:*) cnm autem in praesenti casu lex fundationis horas celebrandi missam non determinasset, non videbatnr eandem statis horis celebrandi servitus posse induci in detrimentnm libertatis in qua fundator capellanos reliquerat.

Et sane de servitute agebatur, de qna licet anctores disputaverint, an ab ipsis Episcopis induci posset, tamen sententia praevaluit neque locorum Ordinarios posse hanc servitutem capellanis apponere quando ex lege fundationis ea non fuerit imposita: qnam quidem sententiam s. Congregatio Concilii admisit.

Atqui in lege fundationis statutum non fuisse, capellanus animadvertebat, nt missae feriales ad libitum parochi celebrentur. Quod enim testator voluit per exeontorem expressit, quod non expressit, noluit, atque arbitrio capellanorum reliquit.

Quamvis antem arbitrium parochis executor reliquerit dirimendi quaestiones, non tamen novum officium imponendi facultatem eisdem fecisse: eo vel magis quod dictum arbitrium parochis fecerit ad redditus potius augendos melioremque redendam capellanorum conditionem.

Quod si dubium etiam esset, an parochorum arbitrium ex vi legis fundationis ad rem de qua agimns posset trahi, indicandum esse pro ejusdem arbitrii exclusione: capellani enim agerent de damno vitando; parochi vero de lucro captando, quo casu favendum est libertati, *arg. ex l. 41. ff. de reg. jur. §. 1.*, qua legitur: »*In re obscura melius est favore repetitioni, quam adventitio lucro*«; item in *l. 9. ff. h. t.*: »*semper in obscuris quod minimum est sequimur.*«

Eo vel magis quod post fundationis legem capellani celebraverint ante horam X., statuto sacerdote extraneo, qui augmento eleemosynae ad tardiorem horam sacrificinm litaret.

Contra haec parochus ad sua jura tuenda duplici argumento est usus: statuit scilicet

1° naturam capellaniarum ad tramites fundationis esse mere, ut ipse ajebat, mercenariam ideoque immerito capellanum ea argumenta objecisse quae favere possunt capellanis, qui titulo proprie dicto et perpetno suas habent capellanias. Hoc autem ostendebat ex eo quod in earum erectione nullum decretum Ordinarii intervenerit, quod quidem necessarium fuisset, ut beneficii naturam acquirerent,*) *Ferraris Bibl.* v.: *Beneficium*; neque canonica capellanorum institutio facta fuerit, cum ipsi ad simplicem nominationem parochorum cum fabricae ecclesiae deputatis ad capellani munus exercendum admittantur: proindeque concludebat, eos omnino pendere a parocho, quemadmodum in ipsa fundationis lege expresse cavetur.

Insistebat 2° parochus in facultate sibi ex lege fundationis concessa dirimendi omne dubium sicut etiam quodvis statutum vel utilius causae piae moderamen definiendi: unde facultatem datam esse animadvertebat ordinandi functiones et missarum celebrationes in ecclesiae commodum et fidelium utilitatem.

*) Vd. *t. II. p. 353. n. 1—6.*; *p. 617. n. 63.*; *t. III. p. 531. n. 1.*

*) Vd. *t. II. p. 552. h.*

Restrictionem autem rejiciebat quam capellanus inducere enitebatur, ad quam excludendam tum Ordinarii literas tum ipsas dispositiones a parocho antecessore factas 1852 sufficientes esse arbitrabatur.

Post haec nonnulla observabantur circa caetera dubia. Quoad II. dubium, perlectis fundationis articulis perpensisque dispositionibus parochi anni 1852 et constanti observantia, dubium secundum affirmativo responso videbatur dimittendum.

Quoad III. dubium. — Pro affirmativa responsione tertii dubii praeter alias juris sanctiones militabat Conc. Trid. *sess. 23. c. 15. de refor. et sess. 5. cap. de ref.*

D u b i a:

I. An capellanus N. cogi valeat ad missas horis a parocho determinatis celebrandas diebus ferialibus in ecclesia s. Caroli in casu?

II. An idem capellanus, nisi legitime impeditus, teneatur singulis diebus missae sacrificium peragere in ecclesia s. Caroli in casu?

III. An et quomodo idem capellanus exhibere debeat Ordinarii approbationem ad excipiendas sacramentales confessiones *et exercendum munus praedicationis in ecclesia s. Caroli in casu?*

S. C. C. die 16. Febr. 1867 respondere censuit

Ad I.: *Affirmative.*

Ad II.: *Affirmative.*

Ad III.: *Affirmative.*

Ex his colligi potest:

I. Quamvis onera capellaniarum, quae conditiones habeant beneficiorum,*) dimetienda sint juxta leges fundationis: nihilominus non omnino parem esse rationem capellaniarum quae laicales**) censentur, quarum capellani non sunt ex ecclesiastica lege inamovibiles.

II. Prioris enim generis capellaniae locum et officia clerico in ecclesia perpetuo determinant, interveniente formali ratione ecclesiae auctoritate, a quo loco seu officiis recedere non potest clericus sine legitima causa ab eadem auctoritate probata et admissa; neque potest removeri nisi ex causis in jure statutis legali processu interveniente.

III. Secundi generis capellanias reduci ad pia legata, quibus haeredes testatoris gravantur ad faciendum satis voluntati defuncti.

IV. Quare non omnes leges, quae vigent in primo capellaniarum genere, extendi indiscriminatim posse ad capellanias secundi generis.

V. Eo vel magis in praesenti casu, in quo lex fundationis facultatem parocho reliquerat moderandi pro opportunitate capellanorum officia.

VI. Colliges insuper eos, qui parochi non sunt, quamvis ex munere suscepto parochos coadjuvare teneantur, ad excipiendas tamen sacramentales confessiones adprobatione Ordinarii indigere parocho patefacienda.

VII. Item ad praedicandum verbum Dei venia Ordinarii indigere parocho seu ecclesiae rectori ostendenda.

Urgellen.

Cum per se vel substitutos suos libere et sine licentia capituli Episcopus in ecclesia cathedrali concionari posse clavesque pulpiti a dicto capitulo sive ejus decano retineri non debere contendat, Capitulum vero per concionatorem ab eodem Episcopo selectum literas suae deputationis ipsi capitulo exhibendas esse et claves praedictas juxta antiquam capitularem deliberationem apud capitulum sive ejus Decanum asservari consuevisse respondeat utraque igitur parte informante, EE. VV. sub infrascriptis dubiis res decidenda proponitur:

1. An concionator deputatus ab Episcopo ad praedicandum in cathedrali aliisque ecclesiis in ejus ambitu existentibus teneatur exhibere literas patentales capitnlo in casu?

2. An liceat capitulo seu ejus Decano retinere claves pulpiti ejusdem ecclesiae cathedralis?

3. An Episcopus procedere possit per censuras in casu quod Decanus et Canonici se opponant?

S. C. rescripsit

Ad 1: Negative.

Ad 2: Negative.

Ad 3: Affirmative et amplius.

Die 5. Sept. 1705.

*) Vd. *t. III. p. 538. n. 5*; *p. 569. a.*
**) Vd. *t. III. p. 587. n. 21.*

5) Canonicus.

Vd. supra p. 172. n. 1.
(Punctandus estne?)
Vd. t. III. p. 454. VI.

6) Cathedralis.

(Stipendium.)

Asculana.

In quadragesimali 1651 P. Abbas Fabritius Campana congregationis Caelestiuorum in ecclesia cathedrali civitatis Asculanae verbum Dei vigore literarum patentium expeditarum in sui favorem concionatus fuit.

Post tot termiuatos labores per P. Abbatem Campanam placuit capitulo et Canonicis debitoribus et adversariis recognitiouem dari solitam concionatoribus pro eorum mercede nostro Abbati praedicto denegare contra regulam scilicet: omnis labor optat praemium. Quapropter coactus fuit habere recursum ad Emos Dominos qui s. Congregatione habita sub die 22. Aug. 1681 benigne rescripserunt: Gubernator Asculi attenta sede vacante Episcopi ejusdem loci auditis partibus prouideat indemnitati oratoris Campanae.

Cumque coram dicto gubernatore pro provisione emolumentisque solitis et dari consuetis coucionatoribus qui inservierunt dictae ecclesiae cathedrali a praefatis capitulis et Canonicis adversariis institum fuerit pro debita consequtione favore dicti Abbatis tantum decretum fuit relaxari mandatum pro scutatis 40 debitis pro eleemosyna concionationis verbi Dei, absolvendo adversarios in reliquatum petitum per nostrum Abbatem.

Verum quia Abbas noster reperitur valde gravatus a judicato domini gubernatoris Asculani, denuo habuit recursum ad hauc s. Congregationem et obteuta ac expedita citatione cum iuhibitione vigore appellatiouis et transportato processu hodie instamus pro coufirmatione decreti in ea parte favorabili et praevia revocatioue coutentorum in II. et III. capite judicati et decisi ab ante dicto guberuatore, relaxari maudatum favore Domini Abbatis scutorum 44. 80. et si magis placet rescribi, deberi Abbati Campanae coucionatori scuta 84, 80 cum condemnatioue expensarum prout de jure, ex sequeutibus annuendum.

De jure siquidem, quia tam in caesareo uam in pontificio quam etiam in divino pro consecutione eleemosynae habet Abbas noster intentionem fundatam ex *text. in 1. Si plures de condit. inscr.* et *in L. p. ff. de var. et extraord. cognit.* ubi DD. *gloss. in L. 1. quamvis ff. de damno* et in *cap.*: *Cum secundum de praeben.* ubi Poutifex ait: Cum secundum Apostolum, qui altari servit, de altari vivere debeat, et qui ad onus eligitur, a mercede repelli uon debet, et *in cap.*: *Ex hist. 12. quaest. 1.*: Lex Dei praecipit, ut qui altari deserviunt pascantur de ipso. De jure divino scriptum est *Matth. c. 10.* et *Lucae 10.*, quod dignus est operarius cibo et mercede sua. Et egregie faciunt I. Corinth. 9., ibi: Quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam et de ejus fructibus nou comedit? Et multa alia omittuntur propter brevitatem.

Nou obstat asserere nostrum P. Abbatem gratis concionari in dicto quadragesimali, quia uullibi constat, ideoque qui evangelium annunciat, de Evangelio vivere debet.

Nou constat, iuquam, ex depositione plurium testium ex adverso examinatorum et licet ex depositione Dni Cauonici Saladini resultet, nostrum Abbatem gratis se concionaturum dixisse iu ejus ecclesia, uon probat, tum quia est unicus et propterea dictum unius est dictum uullius, tum etiam quia est testis depouens ad se exonerandum, cum sit unus ex correis debitoribus, ideoque nullum probationis gradum Saladinas antedictus facit. *L. Nullus ff. de est. et omnibus*, c. *eodem*; et tamquam de capituli gremio pro capitulo nullus gradus probationis constitui potest, *Rot. decis. 246. part. 12. Recent.*

Caeterum alii testes forsan ex adverso deponentes favore dicti capituli deponunt de auditu, quod in nostra quaestione est nullius pouderis, pluresque aliae fides et probationes informes ex adverso extortae et productae pendente lite coram Domino gubernatore Asculano sunt uullius momenti, tum quia fidem facientes sunt singulares et varii et propterea nil probaut, *Rota coram Royas decis. 445. part. 9. t. 2. recent.*, tum quia fides fidem non facit apertis juribus, tum etiam quia inserviunt praefato capitulo et Cauonicis adversariis salariumque recipiuut, sicque probationem nou faciunt. Addito quod omues testes intenduut probare confessionem extrajudicialem, ad quam probandam testes debeut esse contestes de loco, tempore et materia, quae non concurrunt in

casu nostro et per consequens nil probant, *Rota decis. 700. 711. part. 2. Recent.*

Hisce igitur firmis non videtur ambigendum quin mandatum relaxatum favore nostri Abbatis Campanae pro scutis 40 a dicto judice de partibus sit confirmandum et exequendum et pro expensis, cibariis, lignis damnisque in totum scutata 44, 80, prout solutum fuit caeteris aliis concionatoribus in dicta ecclesia cathedrali, novum maudatum ab hac s. Congregatione infirmando II. et III. caput sententiae judicis de partibus sit validis rationibus concedendum.

Fortius quod versamur iu persona in dignitate constituta et in praelato regulari qui attenta litera patente per adversarios confecta non esse videtur inferioris conditionis aliis concionatoribus, *Rota Januen. decis. 115. in princip.* Ideoque petitam praeviam condemnationem expensarum cum justam causam litigandi dederint adversarii, ex solita benignitate et justitia speramus. Quare etc.

Quintiuus Sanfustinus.

S. C. Episcop. et Reg. rescripsit: Deberi scutata 80.

Die 24. Sept. 1683.

Lunen-Sarzanen.

Concionatorem, qui sacro Adventus et Quadragesimae tempore verbum Dei in Cathedrali annunciaret, Episcopus Lunen-Sarzanen. dioecesis priscis temporibus eligere eique ducentas libellas Januenses pendere consuevit. Gallis tamen eas regiones occupantibus decreto anui 1811. statutum est: *I predicatori saranno nominati Massari con la pluralità dè Voti presentazione, che ne sarà fatta dal parroco, o dall' inserviente la chiesa; e con la condizione a detti predicatori di ottenere il permesso dall' Ordinario. I pesi delle Fabbricerie sono di pagare l'onorario de' predicatori dell' Avvento, e della Quaresima, e di altre solennità.*

Itaque Massales Cathedralis Luueu. Sarzanen., qui antea operarii dicebautur, concionatorem nominare et pensionem solvere tunc coeperunt; eam vero deinde ad libellas 400 auxerunt, 300 pro Quadragesima et 100 pro Adventu assignati. Verum 1816 postquam ab Italia Gallorum copiae recesserant, Episcopus sancivit: *In avvenire tutte le Massarie si ripristineranno, siccome lo erano avanti del 1797., e fra un Mese dopo la publicazione di questa nostra lettera pastorale debbano rimanere nulle le elezioni, leggi, e formalità introdotte etc.* Quamvis ab hujus decreti observautia Episcopus unam exceperit Cathedralem, attamen 1818 Massales obtentu tenuitatis reddituum ab eo petierunt, ut libellas 200, quas antea ipse ejusque antecessores tribuere solebaut, concionatori solvere dignetur. Solvit Episcopus, sed expresso eleemosynae titulo, non autem, vita functo eodem Episcopo, reuovavit iusequentibus annis mensae episcopalis administrator. Episcopatus possessiouem nactus 1821 hodiernus Antistes, titulo similiter eleemosynae, pensionem concionatori Quadragesimae praestitit; cumque concionatori Adveutus eodem titulo se soluturum declaraverit, pecunias recusarunt Massales, et quaestionem de stipendio concionatori praestaudo quam allegatione et summario circumferendis exornant EE. VV. dirimeudam propouuut.

Episcopus, quem de more requisivi, in suis literis omnia hucusque narrata exponit ac addit, se 1821 paratum exhibuisse ad dimidiam pensiouem sive libellas 50 concionatori Adventus persolvendas uti jam factum fuerat nempe eleemosynae titulo, si Massales dicta retributione indigerent; ipsi autem dictam retributionem recusare censuerunt. Animadvertit deinde:

I. Decretum pro ecclesiarum operis, quod gallicani imperii appellatur, quodque in omnibus fere Cathedralibus hujus ducatus necnon in Pedemontio et alibi etiam nunc viget, actum illegitimum et violentum non ita facile dijudicandum esse; utut enim verum sit ad gubernium minime pertinere de ecclesiarum operis decernere legesque ferre de rerum ecclesiasticarum administratione, certo tamen certius, hujus Cathedralis operam semper habitam fuisse inter illos, quas laicales vocant, ac Gubernium ab antiquo semper intervenisse, cum agebatur de legibus ferendis pro ejusdem administratione; ast quomodocumque res se habeat, supradictum decretum validum legitimumque tum effectum fuisse uon est ambigendum, cum ab Episcopo, tunc temporis auctoritate apostolica induto, uti lex quaedam a semetipso lata dictum decretum administratoribus hujus Cathedralis fuerit propositum, ab ipsis acceptatum ac post gallici imperii factum,

nemine reclamante, vigere perduravit ac inpraesentiarum viget quoad omnes et singulos novos articulos, eadem contentos, si preces, isti s. Congregationi anno praeterito porrectae pro concionatorum stipendio, de quo agitur, excipiantur.

II. Quod autem Episcopus, qui dubio procul poterat tum Cathedralis tum caeterarum paroeciarum decreta ad ecclesiarum administratores pertinentia sarta tecta servare, potuerit dicta decreta quoad paroecias aliquas dumtaxat abrogare, EE. VV. vident penitusque perspiciunt.

III. Quod vero a Massalibus adjicitur, nempe istud minime licuisse, cum dicta exceptio in proprium commodum vergeret, non solum carere omni ratione, sed injuriosum laudabili ac clarae memoriae praedecessoris mei Julii Caesaris Pallavicini jure meritoque existimo, enimvero praeterquamquod ipse Episcopus Massalibus supradictis rationem reddere memoratae exceptionis minime obstringebatur, putandum non est, ipsum sic egisse pecuniae cupiditate ductum, cum plura extiterint et extent, quae ad sic agendum animum suum movere potuerint eaque pastorali sollicitudine, qua continuo flagrabat, valde digna; hinc, ne plura referam, sufficiat pro nunc asserere, sic agendi causas forsan fuisse eas, quae efficere, ne dictum decretum 1816. quod extensum vellent huic Cathedrali nequaquam ad paroecias, ducatibus Parmensi, Lucensi, Mutinensi et Massensi contentas, promulgaretur, ne videlicet gubernium sese immisceret, prout temporibus elapsis factum fuerat, quoties actum fuit de legibus ferendis Massalibus operarum, quae uti laicales existimantur, inter quas recensetur hujus Cathedralis opera.

Praeterea etsi hucusque exposita sufficere videantur, adeo ut constet, Massales oratores lege obstringi ad integrum stipendium concionatoribus solvendum, cum consequens sit, per decretum gallicani imperii huic Cathedrali 1811 ab Episcopo meo praedecessore, tunc temporis suprema auctoritate induto, propositum et ab ipso in hac Cathedrali 1816. speciatim in plena ac integra observantia omnimode servatum et sine contestatione quoad omnia ad hos usque dies vigens, quamcumque consuetudinem in contrarium, si extiterit, fuisse sublatam, abrogatam ac deletam; attamen nonnulla adhuc adjiciam, quae magis magisque rem, quam pertracto, confirmant.

Inprimis ratio ipsa postulat, ut Massales hujus Cathedralis integrum stipendium concionatoribus solvant, ipsi enim vi decreti honorem et privilegium singulis annis exercere voluerunt ac usque modo volunt, prout et aliis juribus et praerogativis dicto decreto ipsis concessis frui continuo nituntur.

Dein addam, ipsos Massales ex contractu vel quasi concionatores tum Quadragesimae tum Adventus teneri integre retribuere: die enim 27. Martii 1816. Massales hujus Cathedralis rogarunt administratores hospitiorum hujus civitatis pro consequendo redditus augmento, adeo ut inter caetera solvere valerent concionatoribus stipendium libellarum quadringentarum, quae pridem requiruntur ac sufficiunt, ut annuatim concionatoribus hujus Cathedralis integrum statutum stipendium elargiatur, tercentum videlicet concionatori Quadragesimae et centum circiter concionatori Adventus ac die 17. Dec. 1821 intuitu onerum, quibus ipsi Massales satisfacere tenentur, sufficienter fuere provisi, cum redditus ac proventus hujus operae ex libellis 3360 aucti fuerint ad libellas 5000. ejusdem monetae Januensis, quas anno p. p. pacifice jam perceperunt ac percipere absque ulla quaestione pergunt.

Quomodo ergo, si redditum ac proventum augmentum pro integro stipendio concionatoribus ab ipsis nominandis solvendo Massales postularunt, ac ista de causa sunt consecuti, episcopalem hanc mensam, oneribus tantum divitem, gravare contendunt, quadam innixi consuetudine, quae si extitit, per novam legem legitime propositam, et a dictis Massalibus acceptatam et per novam redditus sufficientis huic muneri applicati constitutionem omnino sublatam esse non est ambigendum.

Ex schedula ab Episcopo transmissa elicitur, quod redditus a gubernio gallico operae assignati annuas constituebant libellas 3718. Cumque operarii putarent in eisdem redditibus statuendis nullam habitam fuisse rationem libellarum 400 concionatori praestandarum aliarumque impensarum, ideo 1816. petierunt ab administratoribus hospitiorum augmentum libellarum 1800., quod si obtinuisset, redditus ad annuas libellas 5518. ascendissent. Quare si proventus ad libellas 5000 ut refert Episcopus aucti fuerunt, liquido constat operae Cathedralis libellas 518 quotannis adhuc deesse.

Verbi Dei praedicatio praecipuum est Episcoporum munus eorumque ita proprium ut non solum nemini sine ipsorum venia liceat s. Evangelium populo annunciare, sed iusuper per se in sua ecclesia munus illud obire teneantur, *cap.: Inter caetera de offic. Ord., Conc. Trid. sess. 5. cap. 2.* et *sess. 24. cap. 4. de reform., Ferrar. Bibliot.* verb.: *Praedicare n. 1. et seq.* Si autem legitime impediti fuerint, viros idoneos, qui eorum vices gerant in Cathedrali, propriis sumptibus deputare adstringuntur, *cit. cap. Inter caetera*, ibique *Fagnan. n. 19., Barbos. de off. et potest. Episc. part. 3. alleg. 76. n. 15.*: quod onus adeo Episcopis inhaeret, ut quamvis universitas vel quivis alius quadraginta aunorum spatio necessariam exhibitionem concionatori praestare solitus fuerit Episcopus tamen *non potest compellere populum ad consuetam eleemosynam, quia Concilium Trid. sustulit consuetudinem non immemorabilem, secundum quam praestatio eleemosynae alteri quam Episcopo in sua Cathedrali incumbit*, uti ex sententia hujus s. Congregationis docet *Fagnan. in cit. cap. Inter caetera n. 23.* et confirmant *Pignatell. t. 4. consult. 206. n. 3., Diana part. 7. tract. 5. miscell. resol. 7.*

Minime ambigitur, Episcopos Sarzanenses usque ad 1811 integrum tribuisse stipendium concionatori Cathedralis, quem libere elegerunt: Massales autem aliquibus tantum annis illud praestitisse, ut temporum ratio ferebat et 1818 necnon sequentibus annis ab Episcopo antiquam praestationem petiisse. Itaque uedum aequitati, sed et justitiae consentaneum videtur, ut Episcopus stipendium saltem juxta antiquam mensuram concionatori persolvat.

Ne quid autem desit, Massalium defensores (qua facultate id agant prorsus ignoratur) aperte declarant, concionatoris electionem privative spectare ad Episcopum, qui tamen retulit, quod idem Massales privilegium eligendi concionatorem *singulis annis exercere voluerunt ac usque modo volunt.*

Nullo vero pacto sibi obesse arbitrantur Massales decretum gallicum, quod usque ab initio irritum ac inane fuisse dicunt: et licet ex confirmatione Episcopi, auctoritate Apostolica praediti, vim obligandi adeptum deinde fuerit, illud tamen una cum gallico regimine interiisse ac robur omne amisisse affirmant. Summus enim Pontifex (ita Massales disserunt) Episcopo facultatem indulsit decretum confirmandi, ut inter potestatem ecclesiasticam civilemque tunc temporis rempublicam declinarentur contentiones, ex quibus graviora mala, calamitosis illis temporibus, ecclesiae timenda erant. Turbulentissimi autem dies simul ac praeteriere, decretum quoque, etsi auctoritate apostolica confirmatum, suapte natura consenuit: cessante siquidem ratione et causis legis omnis ejus vis atque potestas corruit ac penitus evanescit, *arg. L. Adigere §. quamvis ff. de jurepatr., Suarez. lib. 6. de legib. cap. 9. n. 5., Layman. lib. 1. tit. 3. de leg. n. 43.*

Negant denique Massales, jus exigendi ab Episcopo stipendium concionatori pendendum amitti potuisse ob augmentum reddituum 1821 obtentum. Quum enim longe ampliores olim forent operae redditus quam hodie hujusmodi augmentum impar sit cunctis ferendis oneribus, pro quibus efflagitatum fuit, et quae in eo poscendo distincte et singillatim enumerata non fuere: illud impertitum dicunt pro caeteris impensis tantummodo, quae operae inhaerent, non autem ad solvendam pensionem concionatori, quae juxta sacrorum canonum sanctiones est ab Episcopo praestanda.

Verum Episcopus decretum gallicum validum fuisse contendit, non modo quia potestas laica in legibus constituendis pro administratione operae Cathedralis ab antiquo semper intercessit, verum praecipue quia ratum ac legitimum evasit confirmatione Apostolica et acceptatione ipsius operae, quae pluribus annis concionatorem nominavit eique integrum stipendium sine ulla querela pependit. Negat autem illud esse antiquatum, cum nulla contraria lex lata fuerit, cumque adhuc vigeat finis et causa decreti. Esto enim ratio confirmationis Apostolicae fuerit avertendi mala, quae obvenire poterant ecclesiae, si Episcopi decreto gallico obstitissent; finis tamen et causa decreti fuit transferendi in Massales onus stipendii concionatoribus debiti: qui finis etiam post cessationem gubernii gallici firmus et integer adhuc perseverat; hinc in Cathedralibus finitimarum dioecesum suo robore adhuc pollet et in dioecesi Sarzanensi, ut viribus destitueretur quoad inferiores ecclesias, decretum pro illius abrogatione ab Episcopo edi oportuit.

Praeterea Massales suo lubitu eleemosynam auxerunt ad libellas 400; hoc itaque

augmentum ipsi quocumque in casu praestare adstringuntur, nti censuit s. Congregatio Episcop. apud *Pignat. t. 4. consult. 206. n. 58.* Quod vero attinet ad alias libellas 200, eas similiter solvere tenentur Massales, qnoniam usqne ab initio a gubermio gallico tributi fuerunt redditus pro impensis operae, ac proinde nominatim etiam pro stipendio concionatoris: ancti dein fuerunt iidem redditus 1822, praecipue ob memoratnm stipendium concionatoris, cum hanc quoqne ob causam angmentum postulandum expresse fuerit constitutum; quidqnid deinde in eo flagitando contigerit et sive indistincte sive singillatim enunciata fuerint onera, pro quibus petebatur. Igitur si Episcopus ad solvendam pensionem cogeretur, bis idem conseqnerentur Massales contra regulam, quod *bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, Reg. J. 83. in 6.* et *L. 57. ff. de Reg. jur., L. 51. §. 1. in fin. ff. de rejudic.*

Denique pro Episcopo est animadvertendum, concionatoris nominationem, qnam sibi arrogarunt et hodie quoque, Episcopo teste, arrogant Massales, ipsum immunem reddere a quavis praestatione stipendii. Electioni siquidem inhaeret onus exhibendi eleemosynam. Cum enim ad Episcopum ex ss. canonum praescripto pertinet libera concionatoris electio in sua Cathedrali, potest quidem, si velit, eam sibi vindicare etiam adversus universitatem, quae ab immemorabili tempore Praedicatorem nominare eique stipendium solvere consnevit; sed tunc ipse debet eleemosynam tribnere ex decreto hujus s. Congregationis apud *Fagnan. in cit. cap. Inter caetera n. 24.* Si tamen Episcopus sinat, ut commnnitas nominet, eam compellere potest ad praestandam solitam eleemosynam, quemadmodum s. Congregatio respondit *in Ariminen. 29. Octob. 1583. apud Pignat. t. 4. consult. 206. n. 49.* Imo si adesset consuetudo, nt alternis vicibus Episcopus atque communitas nominarent, stipendii quoque solutio alternatim esset facienda, *s. Congr. in Viterbien. 14. Martii 1663. apud Pignat. loc. cit. n. 45.* Quamobrem cnm Episcopus Sarzanensis sinat concionatorem quotannis a Massalibus nominari, ab ipsis qui redditus ea de cansa assignatos percipinnt integrum stipendium persolvendnm videtur.

Caetera quae pro Massalibus afferuntur ex eorum allegatione et summario haurient EE. PP., qnorum sapientiae erit dimere

D u b i u m:

An et ad quem spectet onus solvendi elemosynam concionatori Cathedralis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative et facta per Massalem declaratione nullum sibi jus competere nominandi, spectare ad Episcopum.

Die 18. Sept. 1824.

Continnatio. Lnnen-Sarzanen.

Massales ab onere stipendium concionatori solvendi se eximere cupientes in Congregatione ordinaria habita die 2. Jan. 1825. declarationem protulerunt: che fermo staute l'obligo imposto a Monsig. Vescovo di pagare al praedicatore dell' Avvento e Quaresima in questa Cattedrale il necessario stipendio, non compete, nè puó competere alla Masseria diritto alcuno di nominare i Predicatori medesimi: cnmque Episcopus hujusmodi declarationem irritam diceret Massales hanc Congregationem supplices adierunt ut editi rescripti executionem praeciperet.

Episcopus, cui preces pro informatione et voto fuerant ablegatae, instaurandi certaminis beneficium imploravit votiqne compos factus ad jura sna tuenda exemplar transmisit Congregationis a Massalibus die 27. Martii 1816. coactae, in qua augmentum redditnum ab Hospitiorum administratoribus petendum decrevernnt.

Hoc vero Congregationis exemplar ac redditnum angmentum postea Massalibus ab hospitiorum administratoribus impertitum ita explicat Episcopus: »Memorare juvat Massales hujus Cathedralis die 27. Martii 1816., uti constat ex schedula a libro deliberationes horum Massalium continente fideliter extracta et a me isti s. Congregationi transmissa, administratores hospitiorum hujus civitatis rogasse pro consequendo redditus angmento, adeo ut inter caetera solvere valerent concionatoribus stipendium libellarum quadringentarum, quae requiruntur ac sufficiunt, ut annuatim concionatoribus hujus Cathedralis integrum statutnm stipendium elargiatur, atque intuitn onerum, qnibus ipsi Massales satisfacere tenentur, sufficienter fuisse provisos, cnm redditus operae die 17. Dec. 1821 ex libellis 3360 aucti fuerint ad libellas 5000 monetae Jannensis seu ad libellas 5250 hujus civitatis, quemadmodum ipsi Massales hucnsque pacifice singulis annis percepisse minime

negant ac constans firmumque plane est.« Nec valet autem, quod Massalium favore scriptum invenitur in relatione EE. VV. Rmis a R. P. D. secretario istius s. Congregationis facta, id est libellas 518 ipsis semper deesse. Enimvero si schedulam supradictam tunc ego explicassem, EE. VV. plane cognovissent, ipsius Massalibus libellas monetae Sarzanensis 68 tantum, non vero 518 deesse; nam ipsi, ut ex ipsa evincitur, petierunt augmentum libellarum 1800, prout hae in civitate numerantur, quae libellas Januenses efficiant 1714 ac solidos 5, ac redditus operae, qui tempore gallici gubernii erant libellis gallicis 2800, id est Januensis 3860. ac monetae Sarzanensis 3518. aucti fuerunt ad libellas Januenses 5000, seu ad libellas Sarzanenses 5250. Ergo constat augmentum habuisse libellarum Sarzanensium 1732 pro libellis 1800 petitis.«

Licet autem in dicta deliberatione legantur verba: »portando dunque i sudetti Livelli notati il reddito di lire 3718,« dicendum non est, hanc operam dictum redditum tunc habuisse: nam cum dictus redditus canonibus constet, istique non omnes sint ut vulgo nuncupantur esigibili quod et demonstrant verba quae in dicta deliberatione immediate leguntur: »anche tutti compresi,« et declaratio ab initio facta in dicta deliberatione redditus constare libellis gallicis 2800, quae non efficiunt libellas Sarzanenses 642, sed potius propter illas, quae in dicta deliberatione generatim commemorantur ac appellantur straordinarie ed impensate per casi fortuiti.

»Hisce autem sic enucleatis ambigendum non videtur, Patres Emi Massales hujus Cathedralis die 27. Martii 1846. postulatione facta administratoribus hospitiorum pro obtinendo redditus augmento, adeo ut solvere valerent praeter caetera libellas concionatoribus hujus Cathedralis quadringentas, admisisse ac fassos fuisse dictum onus ad ipsos spectare, ac 1821 dictum redditus augmentum obtinendo ac pacifice hucusque percipiendo onus supradictum in ipsis confirmatum fuisse.«

Quaestio itaque ab hoc s. Ordine dirempta iterum ad trutinam vocatur sub dubio: an sit standum vel recedendum a decisis? Episcopus rationum momenta scripto exhibuit, quibus onus stipendii concionatoris esse a Massalibus ferendum suadere nititur. Etenim decretum a laica potestate 1811 latum confirmatione Episcopi, apostolicis facultatibus praediti, validum ac legitimum evasisse arbitratur, illudque, utpote ab ecclesiastica potestate hactenus non abrogatum, firmum ac ratum adhuc perseverare. Addit Massales ipsos probasse decretum, nam concionatorem nominarunt eique pensionem repraesentarunt: Ecclesiae rebusque publicis pace reddita nullam adversus gallicum decretum instituerunt querelam; imo 1816 augmentum redditnum ad stipendium concionatori exsolvendum ab hospitiorum administratoribus efflagitarunt.

Episcopus Pallavicini propter redditnum Massariae tenuitatem ducentas suppeditavit libellas, dichiarando (quod similiter sequentibus annis servarunt administrator mensae episcopalis et actualis Episcopus) di farlo per elemosina, e non per obbligo, uti testantur Episcopus, promotor fiscalis ac fatentur Massales in supplici libello huic s. Congregationi 1822. porrecto. His accedit, inquit Episcopus, quod Massales petitum augmentum ab hospitiorum administratoribus tandem sint consecuti: ac propterea nedum ex lege, verum etiam ex contractu stipendium concionatori Cathedralis exhibere tenentur, *Reg. 35. J. in 6.* et *L. unic. Cod. de caduc. tollen.* Neque Massales hujusmodi onus in Episcopum refundere queunt declaratione, nullum sibi competere jns nominandi concionatorem, quoniam Episcopus jure quidem pollet sibi vindicandi electionem s. Oratoris Cathedralis etiam adversum immemorabilem consuetudinem, at illi qui onere gravantur perpendendi eleemosynam nequeunt pro suo lubitu se nominatione abdicare, ut onere solvendi stipendium leventur; haec enim s. Congregatio in *Viterbien. 14. Martii 1663.* censuit, servandam esse consuetudinem nisi velit Episcopus jus suum vindicare et conncinit s. Congregatio Episcoporum in *Ariminen. 29. Octobris 1583. apud Pignatel. t. 4. consult. canon. 206. n. 49.*

Contra Massalium defensor in nova circumferenda allegatione sustinet, onus stipendii concionatori exhibendi qua ex juris sanctione, qua ex diuturna ac perenni in ecclesia Sarzanensi consuetudine Episcopo imminere: editum a laicali potestate decretum nullius fuisse roboris: assertam Episcopi confirmationem prorsus desiderari: Massales nullam gallicam legem accepto habuisse sed temporum calamitati sese accommodasse: dotis

vero augmentum non ad concionatoris stipendium, sed ad alia onera perferenda ab hospitiorum administratoribus fuisse 1821. Massariae impertitum. Etenim in libello 1820. hospitiorum administratoribus oblato nulla occurrit concionatoris mentio, imo nec occurrere poterat; siquidem Massales jam ab anno 1818. Episcopum adierant eique nunciaverant di ritornare al sistema degli antichi tempi.

Et quamvis in correspectivitatem memorati stipendii Massalibus tributum fuisse redituum augmentum, nihilominus pergit idem defensor cum agatur de opera non laicali sed ecclesiastica, haec conventio, nullo intercedente apostolico beneplacito inita, irrita esset viribusque penitus vacua ad tradita per *Rot. in Ferrarien. Executionis contractus 17. Martii 1820. coram Zinani* et in *Confirmatoria 23. Febr. 1821. §. 2. coram eod.*; ideoque Massales a qualibet obligatione repraesentandi eleemosynam concionatori forent immunes, praesertim postquam auctorante s. Congregatione nullum sibi competere jus nominandi solemniter declararunt.

Caetera fusius habent Emi Patres in folio die 18. Sept. 1824. et in allegationibus ex parte Massalium distributis, ut, qua praestant, sapientia dirimere possint, quod proponitur

Dubium:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. resp.:

In decisis.

Die 25. Febr. 1826.

7) Concursus.

Vd. *Concursus pro Concionator.*

8) Deputatio, Electio, Nominatio, Praesentatio.

a) A communitate et Episcopo.

Cf. *Concionat.* (Cathedr.; Quadrag.; in Regul. Eccles.)

Sutrina.

Ordinarius debet ipse eligere praedicatores nisi in contrarium fit consuetudo ab immemorabili tempore citra et si curatores animarum per se volunt munus praedicationis obire non debent impediri.

Decisio S. C. C. Interpr. ad Conc. Tr. c. II. Sess. V.

Ad dub. 1. An communitates teneantur in literis patentibus uti verbis: »NN. in concionatorem *nominamus et praesentamus*«, non obstantibus concordia et consuetudine etiam immemorabili, juxta quas praetendant se verbis: »eligimus et deputamus«, uti posse?

2. An dictae literae patentes a communitatibus concionatori tradendae remanere debeant in concellaria episc. ad publicum documentum nominationis per easdem factae?

3. An concionatoribus per communitates nominatis et praesentatis debeat Episcopus gratis extradere proprias literas patentes, in eisdem exprimendo, quod dicti concionatores fuerint a communitatibus nominati et praesentati?

S. C. C. resp. ad 1, 2 et 3: Affirmative.

Die 8. Maji 1688.

Concordant decisiones die 21. Maji 1707 *Ripana* et 20. Decbr. 1738 *Aquilana.**)

Spoletana.

Si ab Abbate destinetur Concionator alterius Ordinis vel presbyter saecul. literas Abbatis esse concipiendas verbis: »*nominamus et praesentamus*«, concionatorem vero teneri ultra benedictionem obtinere ab Episcopo literas deputationis, in quibus fiat nominationis seu praesentationis ab Abbate factae mentio.

S. C. C. die 13. Apr. 1737.; 28. Jan. 1741.

Aesina.

(Conc. Tr. c. 4. s. 24. de ref.)

Postquam subscripta fuerunt bina dubia in hac causa, quorum primum respicit nominationem seu praesentationem praedicatoris in loco Castri s. Marcelli: an ea videlicet pertineat ad Priorem Cathedralis Aesinae, qui est curatus habitualis ecclesiae parochialis praedicti Castri vel potius spectat ad communitatem ejusdem loci et alterum pertinet ad subministrationem eleemosynae, quae fieri debet praedicatori, an ea subministranda sit a Priore Cathedralis Aesinae, vel potius a communitate Castri s. Marcelli, uti desumi valet ex eorum tenore ad calcem hujus restrictus relato, communitas quoad I. dubium

*) Vd. *infra.*

dat manus victas et libenti animo admittit electionem concionatoris pertinere ad Priorem, in quo rerum themate sola remanet controversia quoad solutionem eleemosynae, nisi forte Eminent. Patres, ex officio procedentes, opportunum esse existimarent inquirere: an Praedicatoris deputatio in ecclesia, de qua nunc agitur, pertineat ad Episcopum, nec etenim ad parochum in sua parochiali ecclesia sed ad Episcopum pertinet deputatio concionatoris in eadem, juxta textum in *cap. Excommunicamus*, §. *quia vero de haereticis* et in *cap. Sicut eodem titulo in 6. cum aliis late cumulatis in decis. 598. n. 60. et seqq. coram Merlino* et expresse decernitur in Concil. Trid. sess. 24. cap. 4. de reform.

At quidquid sit de hoc puncto et sermonem transferendo ad aliud dubium, hoc est: ad quem pertineat onus solvendi eleemosynam praedicatori? Prior putat se ab hoc onere exemptum in sequelam consuetudinis, juxta quam electio Praedicatoris ad se pertinere potest, licet onus solvendi eleemosynam spectet ad communitatem, juxta firmata per *Cardinal. de Luca discurs. 27. n. 8. in miscell. eccles.*, et juxta resolutionem hujus s. Congregationis in *Aesina Electionis concionatoris 8. Augusti 1711.*, in qua resolutum fuit: Electionem praedicatoris in loco Castri Plani spectare ad Episcopum, et non ad communitatem, sed communitatem teneri ad subministrandam praedicatori eleemosynam.

Communitas e contra s. Marcelli excipit, quod sicuti Priori competit facultas nominandi concionatorem, ita debet idem onus subire persolvendi eleemosynam et contrarium militare posse in terminis, in quibus per tempus immemorabile Prior nominasset praedicatorem et communitas eleemosynam solvisset, contendendo, quod allegata immemorabilis in hypothesi non sit ullo modo a Priore probata, juxta firmata per *Fagnan. in cap. Inter cactera n. 21. de officio Ordinarii*, ubi ex resolutionibus hujus s. Congregationis firmat, quod in electione praedicatoris Cathedralis, si Episcopus eligit et populus ex consuetudine non immemorabili eidem eleemosynam suppeditare consuevit. Episcopus tenetur sic electo eleemosynam erogare, ad differentiam casus, in quo populus ex consuetudine immemorabili eleemosynam praestasset, quia tunc populus compellendus esset ad observantiam consuetudinis non obstante, quod electio ad Episcopum spectaret.

His stantibus onus erit EE. VV. decernere:

I. *An nominatio seu praesentatio praedicatoris in loco Castri s. Marcelli spectet ad Priorem Cathedralis Aesinu seu potius ad communitatem dicti loci in casu?*

Et quatenus affirmative quoad I. partem et negative quoad II.,

II. *An Prior teneatur subministrare eleemosynam praedicatori seu potius communitas in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Ad II.: Negative quoad I. partem et affirmative quoad II. et juxta solitum et amplius.

Die 16. Mart. 1720.

Aquilana.

Conquerens Episcopus Aquilanus, praesides communitatis terrae Pizzuli post editam ab hac s. Congregatione resolutionem, qua sub die 17. Julii 1695 demandatum fuit eamdem communitatem manutenendam esse in quasipossessione nominandi concionatorem, ac post traditas aliquamdiu literas patentales concionatori sub verbis: nominamus seu praesentamus, consentanee ad enunciatam resolutionem, subinde caepisse in eisdem literis patentalibus uti verbis: »eligimus et deputamus«, et ab ejusmodi abusu, quamvis saepius monitos desistere noluisse, quinimo nunc insuper contendere, quod literae patentales a communitate concionatori traditae non debeant mense Novembris in episcopali cancellaria exhiberi ibique ad publicum documentum nominationis per communitatem factae relinqui, enixe postulat, ut quatuor infrascripta dubia totum hoc negotium complectentia decidantur.

Praeterea ea, quae circa hanc materiam late tradunt *Pignatell. consult. 206. t. 4., Barbos. de offic. et potest. Episc. alleg. 79., Panimoll. dec. 91. annot. 1. et 2.* et *Piton. t. 4. discept. eccl. 101. n. 1. et seqq.*, ac ultra alias resolutiones recensitas in *Spoletana Concionatoris 13. Apr. superioris anni* binae ex illis propius ad rem accedere videntur, altera nempe in *Sutrina Concionatoris*, in qua disceptatis ad instantiam Episcopi

dubiis,*) altera autem in *Urbinaten. Concionatoris*, ubi ad tria haec dubia:

I. An pro proxima praeterita quadragesima fuerit devolutum favore Archiepiscopi jus deputandi concionatorem in ecclesia cathedrali?

Et quatenus negative,

II. An concionatori deputato per Archiepiscopum adhuc debeatur eleemosyna ex solitis assignamentis destinatis pro praesenti anno?

III. An communitas in futurum teneatur praesentare in cancellaria archiepiscopali nominationem concionatoris tempore praescripto constitutionibus synodalibus?

Die 7. Junii 1698 responsum fuit

Ad I. et II.: Eleemosynam ex assignamentis communitatis praesentatis anni deberi concionatori deputato a sac. congregatione.

Ad III.: Affirmative.

Nomine communitatis nihil hactenus allatum est. Vestrum itaque erit EE. PP. dijudicare:

I. *An communitas terrae Pizzuli in suis literis patentibus nominationis concionatoris uti debeat verbis: NN. nominamus, proponimus et praesentamus, non obstante praetensa quasipossessione et consuetudine etiam immemorabili apponendi verba: »eligimus et deputamus?«*

Et quatenus affirmative,

II. *An dictae literae patentes ab eadem communitate concionatori tradendae remanere debeant in cancellaria episcopali Aquilae pro documento ipsius nominationis?*

III. *An eisdem concionatoribus per dictam communitatem nominatis et praesentatis Episcopus debeat tradere suas literas patentes approbationis et electionis, in eisdem exprimendo, quod ipsi concionatores fuerint ab eadem communitate nominati?*

IV. *An dd. literae patentes nominationis debeant exhiberi in cancellaria episcopali per totum mensem Mov. et quatenus concionator non sit habilis debeat eadem communitas alium nominare per totum mensem Decb., alias, quod pro illa vice jus deputandi concionatorem libere devolvatur ad Episcopum in casu?*

*) Vd. supra p. 200.

S. C. C. resp.:

In omnibus affirmative.

Die 20. Decb. 1738.

Sarnen.

Contendentibus Episcopo et universitate super jure eligendi et respective solvendi mercedem concionatori s. Congregatio sub die 12. Febr. 1689 rescripsit Episcopo: Ut pro hac vice nomine ipsius s. Congregationis praedicatorem deputes et per hanc deputationem neutri partium fiat praejudicium et interim moneas communitatem, ut quidquid vult deducat in s. Congregatione. Deputavit Episcopus, monuit communitatem et quod in rescripto non legitur, consuetam mercedem sub poenis a sacris canonibus et a Concilio Trid. statutis syndico et electis solvi mandavit sub die 25. ejusdem mensis et anni. Hinc commota universitas obstricta solutioni per Episcopum instetit, eligentem praedicatorem teneri solvere et in sua possessione hac eligendi tam in Cathedrali quam in ecclesia s. Francisci parochiali manuteneri, stante immemorabili consuetudine, de cujus bono jure testatur D. Nuncius Neapolis, cui commissa informatio, citatis promotore fiscali et provicario non compraentibus, sed non probata etiam immemorabili, posset quidem Episcopus electionem sibi vindicare, non cogere populum ad solutionem, prout ipse eligens Episcopus alias solvit. Quare perpensis juribus per informantem deducendis, negligente Episcopo suam relationem demandatum usque sub die 5. Martii 1689., et citatis illius in curia procuratoribus, ob imminentem praedicatoris destinationem instat universitas pro declaratione:

1. *An ei competat manutentio eligendi, quia solvit mercedem praedicatori et illum nominavit?*

2. *An electo per Episcopum teneatur ipse solvere, quia nominavit?*

S. Congregatio rescripsit:

Spectare ad Episcopum electionem praedicatoris et solutionem donec probaverit contrarium et dentur literae hinc inde remissoriales.

Die 28. Jan. 1690.

Sarnen.

In Congregatione habita die 28. Jan. proxime praeteriti duo dubia fuerunt discussa

inter Episcopum et civitatem invicem certantes de electione et respective mercede concionatoris quibus cum fuerit responsum: Spectare ad Episcopum electionem concionatoris et solutionem donec probaverit contrarium et dentur literae hinc inde remissoriales. Ideo quadragesimali concionatore electo in Cathedrali extra civitatem existente, nullus electus fuit in ecclesia s. Francisci Minorum de Observantia sita intra civitatem et loco ad audiendum verbum Dei commodiori, ubi in praeteritis annis forsan ex dicta Cathedralis distantia conciones omnes peragebantur. Quare syndicus et electi dictae civitatis habuerunt recursum ad s. Congregationem, quae 4. Martii proxime praeteriti rescripsit: Quod Episcopus provideret indemnitati et commoditati totius seu majoris partis populi, agendo quae pacis sunt inter caput et membra et si quid haberet in contrarium deduceret. Mandatis obtemperans dictus Episcopus super expositis a civitate circa locum praedicationis consuetudinem negat dicitque in dicta ecclesia s. Francisci aliquibus tantum diebus impeditis in Cathedrali pro functionibus pontificalibus rudimenta s. scripturae per concionatores tradita fuisse et in diminutionem cultus dictae Cathedralis nequaquam esse concionandum. Instante igitur populo dictae civitatis verbo Dei cum minori incommodo pasci, ex juribus per manus circumferendis Episcopo citato dignentur EE. VV. decernere:

An concionator eligendus ab Episcopo teneatur concionari in Cathedrali ac in ecclesia s. Francisci diebus juxta solitum consuetis, vel potius indulgendum civitati electionem alterius concionatoris propriis sumptibus pro dicta ecclesia s. Francisci?

S. Congregatio rescripsit: Indulgendum esse universitati, quae propriis sumptibus possit nominare concionatorem in ecclesia s. Francisci cum debitis requisitis.

Die 3. Apr. 1690.

Rossanen.

Oppidum Coroliani dioecesis Rossanen. quod est satis amplum et populosum distinguitur in 5 parochias, inter quas adest una praeposituralis s. Petri et altera archipresbyteralis s. Mariae, sed tempore quadragesimae consuevit verbum Dei praedicari in sola ecclesia praepositurali. Sub praesupposito autem, quod accessus ad hujusmodi ecclesiam reddatur valde durus et incommodus caeteris civibus et praecipue mulieribus degentibus in aliis parochiis, tum propter distantiam non modicam tum propter transitum per vias coenosas et per publicas plateas, archipresbyter ecclesiae s. Mariae nomine etiam parochianorum suorum et aliarum finitimarum parochiarum supplicavit s. Congregationi pro facultate deputandi et nominandi alium concionatorem in dicta ecclesia eorum sumptibus conducendum. Cumque Vicarius capitularis desuper auditus, omnia comprobans, oratorum instantiam rationabilem censeat, hinc in praesenti Congregatione, citatis praeposito aliisque administratoribus ecclesiae s. Petri ad formam decreti ejusdem s. Congregationis, non gravabuntur EE. VV. definire:

1. *An in ecclesia archipresbyterali s. Mariae praedicari possit verbum Dei tempore quadragesimae per concionatorem conducendum sumptibus archipresbyteri et parochianorum?*

Et quatenus affirmative,

2. *An nominatio concionatoris spectet ad archipresbyterum et parochianos vel potius ad Archiepiscopum?*

S. C. rescripsit

Ad 1: Affirmative.

Ad 2: Audiatur Archiepiscopus.

Die 8. Martii 1698.

Aesina.

Vigore antiquissimae et immemorabilis consuetudinis communitas civitatis Aesinae reperitur in possessione nominandi concionatorem quadragesimalem, cui de proprio persolvit pro consueta eleemosyna scutata 40. Cum vero modernus Episcopus de anno proxime elapso praetendere coeperit ad se spectare dictum jus eligendi concionatorem praedicta communitas recursum habuit ad s. Congregationem Episcop. Reg., a qua favorabile rescriptum reportavit, quod scilicet servetur solitum, prout de facto ipsamet communitas pro Quadragesima praeterita nominavit in concionatorem P. Dionysium Simeonem Albicium ordinis Praedicatorum, soluta pariter eidem eleemosyna supradicta. Non acquiescente autem dicto Episcopo resolutioni s. Congregationis Episcop. Reg. et ab ista ad EE. VV. remissa ejusmodi controversiae decisione, ad supplicationem prae-

dictae communitatis sequens dubium decidendum proponitur:

An et ad quem spectet jus nominandi concionatorem quadragesimalem in casu?

Die 30. Sept. 1702. s. Congregatio C. censuit electionem spectare ad Episcopum soluta tamen per eum eleemosyna.

Neocastren.

Ad annunciandum s. Redemptoris nostri evangelium quadragesimalibus diebus in oppido Marcellaniariae, ejus universitas ab immemorabili, ut praetendit, concionatores nominavit, praestando iisdem eleemosynam de proprio, usque ad annum 1701 juxta plures juratas attestationes ipsorummet concionatorum pro tempore, originariorum praedicti oppidi et adjacentium. Sequenti autem anno 1702. excitata per Episcopum contentione super hujusmodi concionatoris nominatione, quam supradictae communitati competere denegabat, eadem universitas novissime recursum habuit ad hanc s. Congregationem, supplicando declarari talem facultatem utique ad se spectare debere in vim praetensae immemorabilis vel in omnem casum, quatenus Episcopo sit tribuenda hunc teneri ad consuetae eleemosynae praestationem, juxta resolutionem nuperrime emanatam in *Aesina Juris nominandi concionatorem 30. Sept. 1702.**) Datisque solitis literis pro informatione Episcopo praedicto iste nil aliud retulit quam universitatem oratricem neque de jure neque de facto tale nominandi jus habere, addendo tamen eamdem antea recursum fecisse ad commissarium delegatum regalis jurisdictionis, a quo rejecta fuit instantia. Renovatis igitur precibus pro parte ejusdem oratricis, promotore fiscali ad informandum monito, EE. VV. dignabuntur resolvere:

1. *An universitas oppidi Marcellaniariae Neocastren. dioecesis sit manutenenda in possessione nominandi concionatorem pro tempore quadragesimali in parochiali ecclesia ejusdem oppidi?*

Et quatenus negative,

2. *An universitas praedicta cogi valeat ad contribuendam dicto concionatori eleemosynam in casu?*

S. C. rescripsit:

Negative ad utrumque.

Die 6. Octb. 1703.

*) Vd *p. 203.*

Cathacen.

In duobus pagis munificentia Principum Trioli de familia Cicala in dioecesi Cathacen. constructis, altero nimirum, ex ipsius familiae nomine, vulgo nuncupat. Ciala, altero autem in memoriam Caroli fundatoris denominati Carlopoli, unus tantum usque ad annum 1703 consuevit destinari concionator, qui a syndico promodicti Pagi Ciala nominabatur et alternatim una hebdomada in uno et alia in alio ex praedictis pagis concionari tenebatur.

Cum vero populus in utroque adeo excrevisset, ut unus explicando utrobique verbum Dei sufficere non videretur, ideo incolae alterius pagi Carlopoli in publica platea, ubi congregari solent prout de more convocati et in sufficienti numero ad sonum campanae congregati, inito consilio specialem concionatorem, qui in eodem loco duntaxat concionaretur, assumendum esse statuerunt.

Postea nomine dicti syndici et regiminis ejusdem Casalis die 10. Januarii anni 1703. porrectus fuit Episcopo Cathacen. supplex libellus, in quo ipsi rogabatur, ut concionatorem eligeret, qui toto quadragesimale tempore in ecclesia parochiali dicti loci Carlopoli concionem haberet, oblata competenti eleemosyna ex publica universitatis pecunia persolvenda; inde autem idem Episcopus praetendere caepit, quod ex consensu et confessione totius populi sibi competeret jus imposterum semper eligendi ibidem concionatorem, dicta vero universitas eleemosynam subministrare teneretur. Cumque syndicus praefatae universitatis Carlopoli ad hanc s. Congregationem pro rei definitione recursum habuerit, idcirco petita prius atque accepta consueta ipsius Episcopi super praemissis instructione, in qua dictam universitatis resolutionem et dictum syndici supplicem libellum inserendo ad istum sese remittit, composita fuerunt infrascripta dubia, quae nunc illo jam monito EE. VV. resolvenda subjicitur:

1. *An jus nominandi concionatorem tempore quadragesimae in parochiali ecclesia Cialae et Carlopoli spectet ad communitatem vel Episcopum?*

Et quatenus ad Episcopum,

2. *An et ad quem spectet onus solvendi debitam eleemosynam eidem concionatori in casu etc.?*

S. C. die 24. Jan. 1705 rescripsit

Ad 1: Spectare ad Episcopum.

Ad II: Spectare ad communitatem.

Aesina.

Communitas et homines loci Castri Plani hujus dioecesis conquesti sunt apud hanc s. C. quod licet ab antiquissimo tempore consueverint iidem nominare seu praesentare concionatorem in eodem loco tempore quadragesimae et adventus, nihilominus modernus Episcopus multo abhinc tempore sibi appropriaverit jus eligendi dictum concionatorem, cogendo antedictam communitatem eidem solvere eleemosynam aliaque necessaria praestare. Hinc exorarunt pro declaratione vel quod Episcopus restituat oratoribus praefatum jus nominandi vel si ipse velit uti dicto jure eligendi solvat itidem concionatori debitam eleemosynam. Requisitus idem Episcopus desuper informare asseveravit eum spatio quindecim annorum quibus illi ecclesiae praefuit semper elegisse praedicatores in loco praedicto, quemadmodum egerunt sui praedecessores cla. me. Cardinales Cybo et Petrucius, semperque communitatem eleemosynam concionatoribus persolvisse, transmittens insuper ad comprobandum binas attestationes, atque exorans decerni servandum esse solitum. Hinc citato procuratore ejusdem Episcopi in curia ac concordatis dubiis infrascriptis quaeritur hodie ab EE. VV. partibus monitis declarari:

1. *An electio praedicatoris in loco Castri Plani spectet ad Episcopum sive potius nominatio vel praesentatio ad communitatem dicti loci?*

Et quatenus spectet at Episcopum,

2. *An ipsa teneatur subministrare eleemosynam eidem praedicatori in casu?*

S. C. C. respondit

Ad 1: Affirmative quoad I. et negative quoad II. partem.

Ad 2: Negative et amplius.

Die 8. Aug. 1711.

Anagnina.

Mandatum de manutenendo super jure eligendi ac deputandi concionatores in Cathedrali civitatis Anagninae sumptibus communitatis Rmo ejusdem civitatis Episcopi indubitanter concedendum videtur; ad quem effectum sola tantum juris assistentia absque alia possessionis probatione absolute sufficeret, juxta *text. in cap. Sup. personae, de privil., in 6., Posth. de manut. obser. 47. n. 7., Marescott. Var. resol. cap. XI.; n. 3., Rota pones Pacif. de Salv. dec. 79.* et *dec. 713. p. 4. divers.*

Qualis assistentia super jure eligendi praedicatorem in Cathedrali de jure competit ipsi Episcopo. *Ripa resp. 1. n. 6. de consuetud., Barbosa de offic. et potest. Epis. p. 3., alleg. 76. n. 6.* Et iterum in *Collect. Concil. sess. 5. cap. 2. de reform.*

Unde multo magis eidem manutentio concedenda est cum ad ejus favorem nedum militet juris assistentia sed est penitus indubitata possessio concionatorem in dicta Cathedrali sumptibus ipsius civitatis deputandi, pro qua etiam unicus tantum actus satis fuisset. *Post. de manuten. observ. 38. n. 14., Menoch. de retin. remed. ult. n. 34., Surd. cons. 75. n. 8. lib. 1. Greg. XV. dec. 488. n. 2.*

Fortius igitur in hoc casu hujusmodi mandatum de manutenendo relaxandum, cum tot actus possessionis ex abundanti concurrant et signanter ex literis patentalibus ab ipso Rmo Episcopo diversis concionatoribus expeditis, quae exhibentur cum eorumdem concionatorum attestatione quod illarum vigore concionarunt et partim attenta attestatione concionatoris anni praeteriti qui vigore dictarum literarum praedicationem explevit et destinatas pecunias a communitate adversaria recepit; et eo facilius concedenda manutentio ut insuper exhibeatur pro hujusmodi solutione partita ex libris ejusdem communitatis extracta et sic ista possessio propria etiam civitatis et conservatorum confessione clarissime delegitur. *Post. de manut. observ. 38. n. 29., Rot. dec. 291. n. 20. post cons. crim. Farin. lib. 2.*

Confirmatur ulterius hujusmodi possessio ex dispositione duorum conservatorum ad perpetuam rei memoriam examinatorum, qui cum juramento affirmarunt tempore ipsorum officii et ita ante et postea et usque ad praesens Episcopum semper sumptibus civitatis concionatores elegisse ac deputasse, qui etsi absque citatione fuerint examinati optime tamen probant in hoc manutentionis puncto, dum nulla in contrarium ex adverso deducatur probatio. *Post. de manut. ob-*

serv. 38. n. 49., Rota penes eum dec. 269. n. 5.

Praeterea hujusmodi possessio ex attestatione domini praepositi ejusdem Cathedralis redditur evidens, cum ipsi quolibet anno debeant a concionatore exhiberi literae patentales quarum vigore illum admittit ad possessionem suggesti. Unde cum per annos 30 viderit literas patentales sumptibus civitatis ab Episcopis expeditas et affirmarit rem ad ejus officium pertinens, ntique ei plena fides praestanda est. *Rota in rec. dec. 98. et coram Caval., dec. 629.* et penes *Post. de manut. dec. 217., Surd. cons. 429., Buratt. cons. n. 35.*

Quemadmodum etiam eadem possessionis probatio resultat ex altera attestatione Canonici Dominici Rubei affirmantis per annos 10 dum fungebatur munere a secretis bo. me. Episcopi Filonardi, semper ab isto concionatores electos independenter a quibusvis aliis et ipsnm ratione sui officii literas patentales scripsisse et communitatem concionatori solitum honorarium persolvisse. Canonicus cum decesserit plene probat, perinde ac si parte citata deposuisset, nt in terminis firmant *Franc. Anton. Cos. cons. 40. n. 14.* vers.: *Quonium non fuit; Lampertinus de contract. gloss. 41. n. 20.*; ubi in fine testatur iu senatu Mediolani resolutum fuisse. *Rota in Romana Nullit. matrimonii 19. Jan. 1646. coram bo. me. Arguel sub §. Non obstat quod unus,* vers.: *Et imo valere.*

Tanto magis cum ejus attestatio emanaverit super re ad ejus officium spectaute et circa factum proprium et insuper tot aliis probatiouibus comprobatum. *Post. obscrv. 38. n. 22., Rota penes eum, Post. n. 288. n. 3.* et in *rec. d. 144. n. 7. p. 1.*

His stantibus hujusmodi possessio ad favorem Episcopi redditur manifesta et certissima et adhuc certior cum insuper concurrant tam multiplicata decreta in syuodo facta nedum ab ipso Episcopo, sed etiam ab ejus antecessoribus et ultimo quia plurima alia in actu visitationis decreta in qnibus confirmat antiquam consuetudinem Episcoporum eligendi ac deputandi conciouatores ad libitum eorum voluutatis et iudependenter ab alio quocumque et sumptibus communitatis, quae per se decreta plenam possessiouis probatiouem ad ipsius Episcopi favorem constituunt, ut firmant *Barbosa de officio et potestate Episcopi part. 3. alleg. 73. n. 43., Januen. de visit. quaest. 4. n. 24. et 34., Mar. Antonin. Var. resol. lib. 1. resol., Rota coram Jerol. dec. 58. p. 2.*

Potissimum cum hujusmodi decreta plenarium effectum fuerint sortita, ut ex superins deductis redditur certum et idem pro certo affirmandum fuisset ex ipsa quoque tot decretorum multiplicitate. *Rota penes Post. de manut. dec. 5.* et *coram Varal. dec. 332. p. 2.*

Quae si etiam in judicio petitorio ad favorem Episcopi indubitanter sufficerent, utique longe facilius eidem concedenda est manuteutio, pro qua satis fuisset vel sola tantum juris assistentia, ut ex juribus in principio informatiouis adductis, vel sola tantum solutio concionatori facta anno praeterito ab ipsa civitate, ut superius ostenditur vigore literarum patentalium ab ipso Episcopo eidem concionatori concessarum. *Rota penes Post. de manut. dec. 113. n. 3. et 4.* et *dec. 143. et dec. 2180.*

Quauto magis cum ex abundanti deducantur tot alii et tam multiplices et continui actus possessionis et agatur in summarissimo possessorio in quo summaria et levior probatio et minor quam semiplena requirebatur. *Post. de manut. observ. 2. n. 41.* vers.: *Sed in eo sufficiunt., Rota Bonon. in recollect. hyp. d. 138. n. 51. et 53.*

Sicque de sui natura celerem expeditionem exposcit, ut optime comprobat *Rayinell. de appell. cap. 2. n. 706. in fine; Post. de manut. observ. 3. n. 27.* vers.: *Cum in eo.*

Eoque facilius cum et s. Congregatio boni regiminis ad instantiam ejusdem communitatis rescripserit ut eadem communitas honorarium huic coucionatori persolveret et postmodum, si quae haberet, deduceret. Facilius in hoc casu cum insuper agatur de satisfacieudo concionatori, qui pro beneficio animarum ipsius civitatis s. Evaugelium praedicavit et pondus diei et aestus substinuit; et maximum pro certo resultaret absurdum, si pro remuneratione tot laborum per tramites litis in extera patria defatigari deberet, et ibi fructus remunerationis litigando consumere. — *Eusebius de Eusebiis adv.*

S. C. rescripsit: Emo Ponenti pro concordia.

Die 5. Julii 1675.

b) A confraternitate.

Bergomen.

Exstat in civitate Bergomi ecclesia s. Mariae Majoris, Basilicae titulo decorata, ejusdem civitatis expensis a fundamentis exstructa usque a saeculo XII. ac de ejus jurepatronatus; in ea existit sodalitium seu consortium a misericordia nuncnpatum, quod ab 1449 communitate patrona auctorante hujus ecclesiae cultum moderatur ac regit et bouorum ad eam pertinentium administrationem gerit.

Qui Bergomensi cathedrae inpraesentiarum praeest Episcopus, cum dioeceseos visitationem nuper fuerit aggressus, Basilicam s. Mariae Majoris et sodalitium ibidem existens invisere quoque in animo habuit. Anceps tameu haeret ob praetensum exemptionis privilegium, quo se donatum existimat sodalitium in vim apostolicae bullae a s. m. Nicolao V. 1453. ejusdem favore expeditae, tenoris sequentis: Omissis etc. Pro parte dilectorum filiorum commuuitatis civitatis Bergomensis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod in eadem civitate a 200 annis institutum fuit et est quoddam venerabile collegium nuncupatum consortium Misericordiae ad subventionem pauperum et miserabilium personarum iutendens, cujus patronus ac minister et 12 conciliarii ac nnus Camerarius generalis de eorum communi consilio et consensu, qui custodiae et distributioni pecuniarum secundum ordinationes dictorum miuistri et consiliariorum ordinatur et praeficitur, uecnon 4 alii camerarii, unus videlicet pro qualibet porta civitatis, qui habeut visitare pauperes et infirmos et ad consilium dicti consortii referre, ut dictorum pauperum necessitatibus subveniatur, qui omnes singulis annis prima dominica Quadragesimae eliguntur. Et qui videlicet patronus presbyter et Canonicus ecclesiae Bergomeusis, minister vero ac consiliarii necnon Camerarius et Camerarii praedicti laici existant ac sollicitudini et diligentiae tam sancti et pii operis praesidentes sunt et instantes amore Dei ab Eo solo retributionem sperantes et exspectantes. Unus qui praeficitur vino et iis, quae pauperibus et aliis miserabilibus personis dispeusantur. Fuit itaque dictum consortium ab institutione sua ut ab iis, qui praecedenti anno praefuere, singulis annis eligantur, qui futuri sunt. Unde ipsa commnnitas videns divinum opus manibus dicti consortii tanto ordine mirum in modum de bono et melius quotidie prosperari, pia loca et divini cultus aedificia non immerito credidit per eos promoveri et augeri debere. Quapropter ecclesiam s. Mariae, quae dicitur capella et est praedictae commuuitatis tamquam ab ea fundata et constructa ac ab ipsius fundationis tempore, cujns non extat hominum memoria, per ipsam communitatem seu nobiles cives ejusdem diligenti cura possessa gubernata et regulata; necnon ejus fabricam, pro quibus aliqua pia largitione fidelium uoscuntur esse collata, dicto consortio et praesidentibus ipsius gubernationi et recturae promovendam, aedificandam atque in divinorum cultu per sacerdotes debitis stipendiis salariandos ordinandam et aedificandam debite subjecit, commisit atque reliquit. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, nonnulli nescitur quo spiritu ducti praedictam Christi pauperum subventionem minime attendentes consortium ipsum multipliciter infestare atque ipsum una cum ecclesia praedicta ac ejus frabrica et hospitalibus submissa curae et gubernationi dicti consortii, et dictae fabricae et eorundem bona jurisdictioni, potestati sen bagliae suae in totum multis quaesitis coloribus, non sine enormi injuria dictae communitatis subjicere attentent et moliantur, pro parte tam communitatis quam consortii praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut indemnitati dicti consortii opportuue providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui pauperum et miserabilium personarum utilitates et commoda procuramus ac eorum jura quantum cum Deo possumus illaesa praeservamus, hujusmodi supplicationibus inclinati omnes et singulas ordinationes circa regimen et gubernationem dicti consortii, per communitatem praedictam hactenus factas et inde secuta quaeque auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus ac praesentis rescripti patrocinio communimus supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et insuper hac praesenti constitutioue sancimus et ordinamus, quod sicut collegium ipsum retroactis temporibus rectum et gubernatum fuit ita etiam perpetnis futuris temporibus regatur et gubernatur: districtius inhibendo Sedis apostolicae Legatis Venerabilibus Fratribus Nostris Archiepiscopo Mediolanensi et Episcopo Bergomensi, nunc et pro tempore existentibus,

ne de ipso consortio aut ejus ecclesiis, capellis, hospitalibus et bonis mobilibus et immobilibus, praesentibus et futuris quavis occasione vel causa se intromitteret aut illa directe vel indirecte seu alio quovis colore quomodolibet vexare, molestare seu alias quoquo modo perturbare praesumant. Ac decernentes ex nunc omnes et singulos processus, sententias, censuras et poenas, quos et quas contra statutum, ordinationem et inhibitionem hujusmodi a quoquam quavis auctoritate recenter vel ignoranter forsan attentari contigerit, nullius existere roboris vel momenti.

Quamobrem supplici oblato libello a hac s. Congregatione postulat, ut definiatur, utrum reapse constet de hujusmodi privilegio exemptionis et qua ratione se gerere debeat cum administratoribus ejusdem ecclesiae in actu s. visitationis, quam nuper incoepit.

Praeterea exponit, a congregatione seu sodalitio, quod solis viris laicis constituitur, eligi solere quotannis concionatorem ejusdem ecclesiae pro Quadragesima independenter ab Episcopo, qui paucos dumtaxat ante initium praedicationis dies de peracta jam electione certior fieri solet; quamobrem non absque gravi offensione ac difficultate electionem improbare Episcopus valeret, ubi concionatorem minus idoneum compererit.

Exponit demum Basilicam a Cathedrali, quae simul parochialis est, parum distare, quae duae principales sunt ecclesiae parvae pro incolis valde frequentis civitatis. Cum vero in utraque functiones uno eodemque tempore persaepe celebrantur, exinde illas in Cathedrali celebrari solitas perturbari contingit. Aliquam eapropter hisce super expositis provisionem efflagitat.

Pro recta dubiorum definitione paucis heic recolere praestat rationum momenta, quae cum a communitate Bergomi ecclesiae patrona tum ab Episcopo hinc inde afferuntur.

Qui communitatis partes agit ad vindicandum privilegium omnimodae exemptionis ab Episcopi jurisdictione ac visitatione, praecipue innititur relatis superius apostolicis literis, quibus praecipitur Episcopis Bergomen. pro tempore imo et Sedis apostolicae Legatis, ne de ipso consortio aut ejus ecclesiis, capellis, hospitalibus et bonis mobilibus et immobilibus praesentibus et futuris quavis occasione vel causa re intromittere aut illa directe vel indirecte seu alio quovis quaesito colore quomodolibet vexare, molestare seu alias quoquo modo perturbare praesumant. Quibus sane verbis praecipue exemptionis privilegium indictum fuisse arguit, juxta ea quae in simili casu docet *Barbosa de offic. et pot. Episc. p. 3. alleg. 122. n. 12.*

Innititur deinde observantia a tempore quo extructa fuit ecclesia usque in praesens constanter producta qua constare inquit, nunquam Episcopos jurisdictionis actus in Basilica vel sodalitio exercuisse, licet id aliquando incassum praesumserint; contradictionem enim perpetuo experti sunt, cui statim acquieverunt. Observantiam autem hujusmodi quae per tot saecula absque interruptione producitur, sive in linea interpretativa privilegii apostolici sive in linea praescriptiva, vim habere maximam in materia exemptionum copiose demonstrat *Petra in Comment. ad constit. apost. const. 6. Alexandri III. rect. 1. a n. 57. ad 70.*; concurrente praesertim circumstantia, qua cum Episcopi exercere jurisdictionem vellent contradictionem experti fuerint, eique acquieverint, ad monitum *Barbosae cit. loc. n. 38.*

Re enim vera etiam post celebrationem Concilii Trid. hujusmodi exemptione Basilicam s. Mariae Majoris petitam fuisse plurium factorum narratione demonstrat. Recolit hinc, Episcopum Regazzoni, qui eidem Concilio interfuit, cum legem tulisset ne in hebdomada majori s. Sepulchrum erigeretur in loco quo situm erat baptisterium Basilicae, sodalitio tamen contradicente legem revocasse. Pariter cum successor Episcopus Milani s. ibidem visitationem 1594. absolvere vellet, communitati patrona reclamante ab incoepto destitit. Praeterea baptisterium Basilicae (ad baptizandos filios primorum civitatis exclusive destinatum) dono datum fuit Cathedrali, anno 1613, ne praetextum exinde haberent Episcopi aliquem jurisdictionis actum in eadem ecclesia exercendi. Item 1679. sacerdotes sodalitio seu Basilicae addicti posthabita Episcopi Giustiniani jussione haud solemni processioni interfuere, quae occasione indictae synodi ducebatur, cui facto Episcopus ipse acquievit nec ad alteriora processit. Anno 1742. Episcopus Redetti expositionem 40 horarum absque sua venia in Basilica fieri prohibuit; attamen inposterum sacra haec functio non praehabita Episcopi venia peragi semper consuevit. Anno 1831 Episcopus

Morlacchi a proposito celebrandi s. visitationem Basilicae recessit, vix ac sodalitium supra relatam apostolicam Bullam s. m. Nicolai V. eidem objecit. Nec praetereundum denique existimat, ipsum actualem Episcopum extemptionem Basilicae recognovisse, vel ex eo quod sodalitii veniam exoscere non dubitaverit, ut s. nonnullas functiones ibidem absolvere liceret.

Quibus ita se habentibus perperam in medium proferri perpendit Basilicae visitationem quae a s. Carolo Borromaeo absoluta praetenditur. Nam praeterquam quod s. Carolus ex speciali jure delegato visitationem hanc perficere potuisset, accedit, ex vetustissimis documentis comprobari, eam minime fuisse absolutam, testante historico *Calvi, Effemeridi t. 3. pag. 225. 25. Dec. 1575.* Quamobrem concludit, Basilicam tum quoad administrationem tum quoad s. visitationem privilegio exemptionis ab Episcopi jurisdictione potiri.

Econtra Episcopus sustinet primo loco actuale sodalitium seu congregationem Misericordiae haud jure inniti posse exemptionis privilegio quod in memoratis apostolicis literis continetur. Privilegium enim concessum fuit sodalitio quod ita in iisdem literis constitutum edicitur: »Cujus Patronus ac Minister ac 12 Consiliarii ac camerarius generalis de eorum communi consilio et consensu, qui custodiae et distributioni pecuniarum secundum ordinationes dictorum Ministri et Consiliariorum ordinatur et praeficitur . . . . qui omnes singulis annis I. dominica Quadragesima eliguntur. Et qui videlicet Patronus presbyter et Canonicus ecclesiae Pergamensis, minister vero etc. . . . laici existunt.«

Proinde arguit hujusmodi pium institutum ea forma quae existit in praesens nil commune cum illo habere quod in apostolicis literis descriptum legitur, a quo nimirum discrepat, sive institutione ac origine, quam a Gubernio repetit, sive in muneris sui exercitio, quia Consortium et administrator non illud explent de eorum communi consilio et consensu, sive quoad suam independentiam, quia in omnibus Gubernio subjicitur, sive demum in sua constitutione, quia non 12 consiliarii sed 5 constat, ac deest »Patronus presbyter Canonicus ecclesiae Pergamensis« necnon »Camerarius generalis.« Patere hinc antiquum sodalitium, quod exceptionis privilegio donatum fuit, haud amplius existere. Cum vero ex apostolicae Bullae contextu appareat, privilegium ipsum concessum fuisse ex causa ac intuitu peculiaris constitutionis consortii, consequitur, constitutionis forma immutata privilegium cessasse atque ideo primaevam Episcopi revixisse jurisdictionem ex juris communis dispositione super omnibus suae dioecesis ecclesiis ac locis piis eidem tributam.

Quodsi nihilominus exemptionis privilegium caeteroquin in jure odiosissimum ac strictiori interpretationi obnoxium consistere videatur, attamen moderationibus a s. Concilio Trid. inductis illud circumscribi et cohiberi in themate oportere concludit, ac praesertim in eo quod spectat ad redditionem rationum et s. Visitationem, in qua Episcopi delegata apostolicae Sedis auctoritate funguntur. Hinc in *sess. 7. cap. 8. de reform.* cautum est: »Locorum Ordinarii ecclesias quascumque quomodolibet exemptas auctoritate apostolica singulis annis visitare teneantur . . . privilegiis, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore praescriptis . . . penitus exclusis.« Item sancitum est *sess. 23. cap. 8:* »Episcopi etiam tam Sedis apostolicae delegati in casibus a jure concessis . . . habeant jus visitandi hospitalia, collegia quaecumque ac Confraternitates, non tamen quae sub immediata regum protectione sunt, sine eorum licentia . . . etiamsi praedictorum locorum cura ad laicos pertineat atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita, ac omnia quae ad Dei cultum aut animarum salutem seu pauperos sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio juxta ss. canonum statuta cognoscant et exequantur, non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemorabili, privilegio aut statuto.« Necnon in ead. *sess. cap. 9.* disponitur: »Administratores tam ecclesiastici quam laici fabricae cujusvis ecclesiae etiam Cathedralis, hospitalis, Confraternitatis . . . singulis annis teneantur reddere rationem *) administrationis Ordinario, consuetudinibus et privilegiis quibuscunque in contrarium sublatis, nisi secus forte in iustitutione et ordinatione talis ecclesiae seu fabricae expresse cautum esset.«

S. autem Congregatio licet exemptionem aliquando recognoverit attamen Visitationis jus in Episcopo perpetuo sancivit, ceu in *Bononien Juris visitandi 2. Okt. 1731.* ac in

*) Vd. *t. I. p. 185. c; 229. b.*

Regien. Exemptionis resoluta die 30. Jan. 1836., in qua ad dubia

I.: An et quomodo constet de exemptione Collegiatae s. Nicolai a jurisdictione Episcopi in casu?

Et quatenus affirmative,

II.: An et quomodo competat Episcopo jus visitandi tam*) super Collegiata quam super paroecia ibidem existente in casu?

respondit

Ad I.: Affirmative ex Brevi s. m. Sixti IV. servatis tamen moderationibus a s. Concilio Trid. decretis.

Ad II.: Affirmative jure delegato quoad Collegiatam, quoad paroeciam vero juxta decreta Concilii Trid. *sess. 7. et sess. 24. cap. 8. de ref.*

In III. dubio id unum quaerit Episcopus, ut tempestive ac magis opportuno tempore concionatoris electio ei notificetur; quod quidem a jure profluit quod Episcopus idem habet approbandi concionatorem quamvis de ecclesia exempta ageretur, juxta ea quae docet Ferraris Bibl. can. V.: Praedicator n. 33. 34.

Ad IV. dubium quod attinet, tum divini cultus ratio tum majus populi commodum tum demum jus potioritatis quo ecclesia cathedralis ac parochialis super omnibus aliis ecclesiis etiam exemptis fruitur id exigere videtur censet Episcopus.

D u b i a:

I.: *An et quomodo constet de exemptione ecclesiae s. Mariae Majoris ac sodalitii a misericordia nuncupati a jurisdictione Episcopi in casu?*

Et quatenus affirmative,

II.: *An et quomodo competat Episcopo jus visitandi tam ecclesiam quam sodalitium in casu?*

III.: *An et quod temporis spatium ante Quadragesimam praefigendum sit sodalitio ad effectum praesentandi Episcopo electionem concionatoris in casu?*

IV.: *An liceat functiones in ecclesia s. Mariae Majoris peragere eadem hora, qua in Cathedrali celebrantur in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative ex Bulla Nicolai V. servatis tamen moderationibus a s. Concilio Trid. decretis.

Ad II.: Affirmative jure delegato.

Ad III.: Affirmative et praefigendum esse spatium 2 mensium.

Ad IV.: Prudenti arbitrio Episcopi.

Die 18. Decb. 1858.

9) Electionis literae patentes.

Vd. *Concionator* (deputatio etc. p. 200. approbat. exhibitio p. 191.)

Sutrina.

Licet ab hac atque Episcop. et Reg. s. Congregatione edita fuerint decreta praescribentia modum quo communitates habentes jus nominandi concionatorem uti debeut in expediendis literis patentibus, attamen plures et quotidianae desuper exoriuntur controversiae, prout in praesenti contingit, inter Episcopum Sutrinum atque communitates civitatis Sutrii et terrae Roncilionis; quarum prima sub praetextu antiquae concordiae iuitae 1628 cum Episcopo tunc temporis, secunda sub praetextu antiquae consuetudinis praetendit in dictis literis uti verbis: *elegimus et deputamus.*

Et quamvis relata iuter supplices libellos hac controversia quoad civitatem Sutrii dumtaxat rescriptum fuerit sub die 21. Febr. proxime praeteriti: Ad mentem, quae fuit ut communitas in literis patentibus utatur verbis: N. N. a nobis electum in concionatorem Episcopo praesentamus, nihilominus ut istud et alia infrascripta dubia respective utriusque ex communitatibus praedictis definitive dirimantur, Episcopus efficaciter supplicat, ut utraque parte informante declaretur:

1. An communitates praefatae teneantur in literis patentibus uti verbis: *N. N. in concionatorem Episcopo nominamus ac praesentamus* non obstantibus concordia et respective consuetudine etiam immemorabili juxta quam dictae communitates praetendunt uti verbis: *Eligimus et deputamus?*

2. An dictae literae patentes a communitatibus concionatori tradendae remanere debeant in cancellaria episcopali ad publicum documentum nominationis per easdem factae?

3. An concionatoribus per communitates nominatis et praesentatis Episcopus debeat etiam gratis extradere proprias literas patentes, in eisdem exprimeudo quod dicti concionatores fuerint a communitatibus nominati et praesentati?

S. C. rescripsit ad I., II. et III.: Affirmative.

Die 8. Maji 1688.

Ripana.

Communitas oppidi Cryptarum ad Mare, quae jus habere praetendit nominandi in eodem oppido concionatorem temporibus adventus et quadragesimae, jam pro quadragesima mox elapsa nominavit quendam P. Capucinum illumque coram Episcopo cum literis patentibus nominationis praesentavit.

Qui sane Episcopus retentis in ejus cancellaria praefatis nominationis literis alias quidem pro eodem concionatore a communitate nominato deputationis literas expediri jussit cum verbis: eligimus et deputamus: prout antecedenti anno pariter egisse fertur.

Id autem aegreferens communitas, quod nempe satius duceret licere concionatori cum solis suae nominationis literis patentibus, obtenta dumtaxat Episcopi benedictione et licentia verbum Dei annunciare, quominus in concionem prodiret, praefatum P. Capucinum effecisse supponitur: quin et ulterius progressa, renuens solvere consuetam eleemosynam alteri concionatori prope decursi Adventus, compulsa ab Episcopo, appellationem iuterposuit ad Metropolitanum.

In hoc statu delata causa ad hanc s. Congregationem ex decreto R. P. Auditoris Sanctissimi fuerunt concordata infrascripta dubia, quae hodie resolvenda proponuntur:

I. An Episcopus valeat literas patentes tradendas concionatori nominando a communitate singulis Quadragesima et Adventu retinere in cancellaria episcopali et eidem alias gratis expedire et apponere verba: eligimus et deputamus?

II. An communitas teneatur tradere consuetam eleemosyna concionatori nominando et respective eligendo et deputando, ut supra ab Episcopo in casu etc.?

S. C. die 21. Maji 1707 respondit

Ad I.: Affirmative censuitque esse danda decreta in Sutrina 8. Maji 1688.

Ad II.: Affirmative.

Ad dub.: 1. An communitas terrae Pizzuli in suis literis patentibus nominationis concionatoris uti debeat verbis: »nominamus, proponimus vel praesentamus«, non obstante praetensa quasipossessione et consuetudine etiam immemorabili apponendi verba: eligimus et deputamus?

Et quatenus affirmative,

2. An dictae literae patentes ab eadem communitate concionatori tradendae remanere debeant in cancellaria episcopali Aquilae pro documento ipsius nominationis?

3. An eisdem concionatoribus per dictam communitatem nominatis et praesentatis Episcopus debeat tradere suas literas patentes approbationis et electionis, in eisdem exprimendo quod ipsi concionatores fuerint ab eadem communitate nominati?

4. An dictae literae patentes nominationis debeant exhiberi in cancellaria episcopali per totum mensem Novembris et quatenus concionator non sit habilis, debeat eadem communitas alium nominare per totum mensem Decembris, alias quod pro illa vice jus deputandi concionatorem libere devolvatur ad Episcopum in casu?

S. C. rescripsit:

In omnibus affirmative.

Die 7. Oct. 1745.

10) Extraordinarius.

Ad dub.: An Missionarii et alii Concionatores extraordinarii, quos identidem illuc, prout in Domino expedire viderit, Episcopus pro tempore mittet, praepediri possint a PP. Carmelitis, quonimus in ecclesia paroch. Cremolini conciones aliasque necessarias in similibus functiones sibi demandatas expleant?

S. C. resp.: Negative, certiorato P. Priori urbanitatis causa officio.

Die 13. Sept. 1749.

11) Fructus, Sumptus.

Vd. *Concionat. Quadrag.* (decr. diei 24. Jan 1705.; p. 213.) *Concionat. Cath.* (stipend. p. 194.)

12) Quadragesimalis.

a) Admissio Episcopi.

(Formula.)

Vd. *Concionat.* (approb., p. 187., deputatio, p. 200., electionis literae pat. p. 210.); infra *b.* p. 212.)

Episcopus N. Dilecto nobis in Christo N. in eo qui est vera salus benedictionem. Cum pro munere nostri pastoralis officii viros idoneos potentes opere et sermone ad verbum Dei praedicandum mittere teneamur, qui plebes nobis commissas vice nostra instruant in lege Domini: de tuo animarum zelo, pietate vita, moribus et scientia, qui-

*) Vd. *Visitatio.*

bus a tuis superioribus apud nos pleno commendaris testimonio plurimum in Domino confisi, ut proxima futura Resurrectionis Quadragesima sequentis anni . . . . in ecclesia N. loci N. verbum Dei praedicare possis et valeas facultatem concedimus et impertimur. Te in eo qui veritas est et vita admonentes, ut in tuis concionibus (quas secundum catholicae romanae ecclesiae et ss. Patrum doctrinam semper habebis) in simplicitate et puritate sermonis juxta audientium captum Deum annuncies, virtutes doceas, peccata evitare fortiter suggeras, poenitentiam amplecti insistens, mandata Dei et praecepta ecclesiae servari, rebelles hominum voluntates suavi declamatione ad Deum impellas, aeternitatem praedices. Mandantes tam populo quam clero dicti loci, ut benigne te recipiant, honorifice tractent ac necessaria ministrent eorum impensis, qui eas facere tenentur vel solent et de solita eleemosyna tibi respondeant.

In quorum fidem etc. N. Episcopus N.

Loco † sigilli.

N. Cancellarius episcopalis.«

N. Episcopus N. Dilecto etc. in eo qui est vera salus benedictionem. Cum pro munere pastoralis officii viros idoneos potentes opere et sermone ad pradicandum Evangelium assumere debeamus, qui vice nostra plebes nobis commissas in lege Domini erudiant, Te ab universitate loci N. (quae in quasipossessione concionatores nominandi reperitur) tempore debito praesentatum, de cujus vita, moribus et idoneitate per examen necnon testimoniales tuorum superiorum certiores effecti plurimum in Domino confidimus, verbi praeconem pro proxima s. Resurrectionis quadragesima sequentis anni . . . in ecclesia N. loci N. eligimus, deputamus et approbamus, admonentes, ut sanam doctrinam juxta catholicae ecclesiae romanae et ss. Patrum testimonium et doctrinam praedices et in simplicitate et puritate sermonis Deum annuncies, populum in fidei praeceptis instruas et erudias, a Deo omnium bonorum largitore praemium recepturum. Mandantes tam populis quam clero dicti loci ut te benigne recipiant et de solita eleemosyna quam solvere tenentur et solvent tibi omnino respondeant.

In quorum etc. N. Episcopus N.

Loco † Sigilli.

N. Cancellarius episcopalis.

b) Electionis jus.

Theanen.

Ad dub. 1.: An jus nominandi Concionatorem quadragesimalem ex ordine s. Dominici spectet universitati Conchae seu potius Episcopo Theanen?

Et quatenus affirmative quoad primam partem,

II. An dicta universitas teneatur per duos menses ante initium quadragesimae exhibere Episcopo nominationem d. praedicatoris in casu?

III. An praedicator, ut supra nominatus ex ordine s. Dominici et a suis superioribus regularibus approbatus, teneatur reportare ab Episcopo licentiam et literas patentales seu potius petere solam benedictionem in casu?

IV. An idem praedicator teneatur praedicare in Collegiata parochiali seu potius in ecclesia ss. Annunciationis sui ordinis in casu?

V. An idem praedicator teneatur saltem in aliquibus diebus quadragesimae praedicare etiam in aliis ecclesiis ejusdem loci in casu?

VI. An Episcopus Theanen. potuerit prohibere concionatori ut supra electo et nominato ab universitate, ne praedicationem haberet in ecclesia SS. Annunciationis sui ordinis in casu?

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative quoad I., negative quoad II. partem.

Ad II. et III.: Affirmative.

Ad IV.: Teneri in utraque juxta solitum.

Ad V.: ut in IV.

Ad VI.: Provisum in superioribus.

Die 19. Junii 1728.

Aesina.

Vigore antiquissimae et immorabilis consuetudinis communitas civitatis Aesinae reperitur in possessione nominandi concionatorem quadragesimalem, cui de proprio persolvit pro consueta eleemosyna scuta 40. Cum vero modernus Episcopus praetendere caeperit, ad se spectare dictum jus eligendi concionatorem, praedicta communitas recursum habuit ad sacram Congregationem Episcoporum et regularium, a qua favorabile rescriptum reportavit, quod scilicet »Servetur solidum« prout de facto ipsamet communitas

pro quadragesima praeterita nominavit in concionatorem P. Dyonisium Simeonem Albicium ord. Praedicatorum, soluta pariter eidem eleemosyna supradicta. Non acquiescente autem dicto Episcopo resolutioni s. Congregationis Episcop. et Reg. et ab ista ad EE. VV. remissa hujusmodi controversiae decisione, ad supplicationem praedictae communitatis sequens dubium decidendum proponitur:

An et ad quem spectet jus nominandi concionatorem quadragesimalem in casu?

Die 30. Sept. 1702. S. C. C. censuit: Electionem spectare ad Episcopum, soluta tamen per eum eleemosyna.

Cathacen.

In duobus pagis munificentia principum Trioli de familia Cicala in dioecesi Cathacen. constructis, altero nimirum ex ipsius familiae nomine, vulgo nuncupat. Cicala, altero autem in memoriam Caroli fundatoris denominati Carlopoli unus tantum usque ad annum 1703 consuevit destinari concionator, quia syndico primodicti pagi Cicala nominabatur et alternatim una hebdomada in uno et alia in alio ex praedictis pagis concionari tenebatur.

Cum vero populus in utroque adeo exercuisset, ut unus explicando utrobique verbum Dei sufficere non videretur, ideo incolae alterius pagi Carlopoli in publica platea, ubi congregari solent prout de more convocati et in sufficienti numero ad sonum campanae congregati, inito consilio, specialem concionatorem, qui in eodem loco dumtaxat concionaretur, assumendum esse statuerunt.

Postea nomine dicti syndici et regiminis ejusdem Casalis die 10. Jan. dicti anni 1703 porrectus fuit Episcopo Cathacen. supplex libellus, in quo ipse rogabatur, ut concionatorem eligeret, qui toto quadragesimali tempore in ecclesia parochiali dicti loci Carlopoli concionem haberet oblata competenti eleemosyna ex publica universitatis pecunia persolvenda; inde autem idem Episcopus praetendere coepit, quod ex consensu et confessione totius populi sibi competeret jus imposterum semper eligendi ibidem concionatorem, dicta vero universitas eleemosynam subministrare teneretur. Cumque syndicus praefatae universitatis Carlopoli ad hanc s. Congregationem pro rei definitione recursum habuerit, idcirco petita prius atque accepta consueta ipsius Episcopi super praemissis instructione, in qua dictam universitatis resolutionem et dictum syndici supplicem libellum inserendo, ad istum remittit; composita fuerunt infrascripta dubia:

I.: An jus nominandi concionatorem tempore quadragesimae in parochiali ecclesia Cicalae et Carlopoli spectet ad communitatem vel Episcopum?

Et quatenus ad Episcopum,

II.: An et ad quem spectet onus solvendi debitam eleemosynam eidem concionatori in casu?

S. C. die 24. Jan. 1705. rescripsit

Ad I.: Spectare ad Episcopum.

Ad II.: Spectare ad communitatem.

Communitas oppidi Cryptarum ad Mare, quae jus habere praetendit nominandi in eodem oppido concionatorem temporibus adventus et quadragesimae jam pro quadragesima mox elapsa nominavit quemdam P. Capuccinum illumque coram Episcopo cum literis patentibus nominationis praesentavit.

Qui sane Episcopus, retentis in ejus cancellaria praefatis nominationis literis alias quidem pro eodem concionatore a communitate nominato deputationis literas expediri jussit cum verbis: »Eligimus et deputamus« prout antecedenti anno pariter egisse fertur.

Id autem aegre ferens communitas, quod nempe satius duceret licere concionatori cum solis suae nominationis literis patentibus, obtenta dumtaxat Episcopi benedictione et licentia verbum Dei annunciare, quominus in concionem prodiret, praefatum P. Capucinum effecisse supponitur; quin et ulterius progressa, renuens solvere consuetam eleemosynam alteri concionatori prope decursi adventus, compulsa ab Episcopo, appellationem interposuit ad Metropolitanum.

In hoc statu, delata causa ad hanc s. Congregationem ex decreto R. P. auditoris Sanctissimi, fuerant concordata infrascripta dubia, quae resolvenda proponuntur:

I.: An Episcopus valeat literas patentes tradendas concionatori nominando a communitate singulis quadragesima et adventu retinere in cancellaria episcopali et eidem alias gratis expedire et apponere verba: »Eligimus et deputamus?«

II.: An communitas teneatur tradere consuetam eleemosynam concionatori nomi-

nando et respective eligendo et deputando ut supra ab Episcopo in casu?

S. C. die 21. Maji 1707 respondit

Ad I.: Affirmative censuitque esse danda decreta in Sutrina 8. Maji 1688.*)

Ad II.: Affirmative.

Feretrana.

In pervetusta Carpinei communitas est quasipossessione praesentandi quadragesimalem concionatorem, cui congruum subministrat stipendium. Mense igitur Martio 1789 Feretrano praesentavit Episcopo regularem sacerdotem Carolum Antonium Manfredi minorem conventualem pro novissima. Post aliquot menses muneri renunciavit praesentatus, nominavitque ex eodem ordine communitas die 10. Dec. P. Angelum Gasparri. At devolutum sibi autumans jus deputandi concionatorem ob renunciationem prioris praesentati admittere noluit Episcopus secundum causamque dedit communitati, cur post emissam in actis curiae episcopalem protestationem s. hanc ad eum cogendum adierit Congregationem. Plura ipse in informatione, ad suam tuendam jurisdictionem, ex episcopali jure, synodali lege et consuetudine animadvertit atque ita demum concludit:

Ex hucusque igitur inscriptis nimis erronea videtur Carpinei communitatum praetensio, quae si eis faveret, et aliae communitates jure merito insurgerent, quum in hoc in nullo discrepent ab illis; tuncque synodales sanctiones, decreta ss. Congregationum, consuetudo et jus Episcopi in nihilum converterentur: Jus et consuetudo, quae vigere usque a transacto saeculo, et per 6 supra 240 annos continuata, et quorum praedecessores mei scrupulosi fuerunt semper servatores, freti synodalibus sanctionibus, et quidem priscis. Absit itaque, Deusque avertat, quod ego neque fuerim suspicatus, ut EE. Vestrae, quarum recta fulget in omnibus justitia, irrationabilem communitatum Carpinei petitionem adversus tot clara patentaque monumenta sint admissurae. Quae ego sum operatus, mea exegit conscientia.

Ex veteri siquidem disciplina evangelicae praedicationis officium ad Episcopos pertinebat, veluti ad animarum pastores fidelimmque magistros, *ex epist. 1. cap. 6. s. Pauli ad Corinth.*, alteraque *ad Tit. cap. 1. vers. 3.* Qua de re praedicationem dixerunt Tridentini Patres *praecipuum Episcoporum munus*, eamque fieri decreverunt per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ut *in sess. 5. cap. de reform.* quem exornat *Van-Espen. in jus. eccles. univers. part. 1. tit. 16. cap. 7. § 3.*, sacro praesertim Adventus et Quadragesimae tempore, juxta *sess. 24. cap. 4. de reform.*, *Barbos. vers.*: *Praedicator n. 4. et seqq.* Et hac sane de causa servatur adhuc in illorum consecratione formula illa: *Accipe Evangelium, vade, praedica populo tibi commisso.*

Ob auctum vero sequioribus saeculis animarum pondus munus illud explere consueverunt per alios, quorum deputatio ad episcopalem pertinet jurisdictionem *ex cap. Inter cetera de offic. Ordinar., Barbos. de offic. et potest. Episc. cit. allegat. 76. n. 8. et seq.*, *Pignatell. consult. 206. n. 35. t. 4.*, *Ducass. de jurisdict. ecclesiast. cap. 7. sect. 4. n. 1.* Si quae tamen inferioribus est consuetudo nominandi concionatorem, servari debet, dum eam *Trid. Synodus* non sustulit, ut s. haec definivit Congregatio *in Theanen. 19. Junii 1728.**) *ad I. dub.* et in hoc casu, qui jus habent nominandi, eum praesentare debent Episcopo vel mense Novembri, ut censent *Monacell. form. legal. 7. n. 1. tit. 12. t. 1.*, *Nicol. in flosc. verb.*: *Praedicator n. 1.*, *Pignatell. dict. consult. 206. n. 5. t. 4.*, vel ante festum Nativitatis Domini secundum *Ursay. discept. 20. n. 6. t. 2. part. 2.*, *Card. Albic. de inconstant. in Trid. part. 2. cap. 2. n. 167.*, *Panimoll. decis. 91. annot. 2. n. 15.*, vel pluribus etiam ante Quadragesimam mensibus pro variis dioecesum constitutionibus, quo tempore elapso, ad Episcopum pro ea vice nominandi jus devolvitur, *Monacell. in supplem. ad t. 1. part. 2. n. 110.*, *et s. Congregatio in Aquilana 20. Dec. 1739. ad IV. dub.*

Ex hisce canonici juris regulis facile jus deputandi concionatorem ad innatam suam jurisdictionem redire censet Episcopus, si intra legitimum tempus expleta non sit praesentatio. Idque evenisse ait quoad communitatem Carpinei ex synodali Feretranae dioecesis constitutione. In ea namque servatur communitatibus jus nominandi, *dummodo haec nominatio mature fiat et notificetur Nobis ante expletam octavam Corporis Christi, si in tali termino communitates eo-*

*) Vd. p. 210.

*) Vd. p. 212.

rum nominationem nostrae curiae indicare solebant, vel octava Epiphaniae non absoluta, si communitates sic consueverant nominationem praedictam Nobis facere notam; quibus terminis expletis nominationem non attendemus nec attendere debemus. Ex hac profecto constitutione infert, communitatem Carpinei, quae intra octavam Corporis Ch. nominare consueverat, secundum concionatorem die 10. Decb. extra terminum nominasse, factumque idcirco fuisse locum resolutivae synodalis legis. Ac septuaginta tandem et ultra ex concionatorum regestro affert deputationis casus in similibus renunciantium terminis, quorum epocha ab anno incipit 1771, pluresque addit testes de eadem consuetudine deponentes.

Sedulo contra animadvertendum rogat communitas, primam Manfredii praesentationem, intra legitimum synodalis legis terminum expletam, sartum tectumque servasse jus subrogandi ob illius renunciationem concionatorem alterum, per *text. in cap. Si electio 26. de elect. in sexto.*, ibi: *Si electio ex eo non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat vel post consensum renunciat juri suo aut forte diem claudit extremum, electores, qui jam fecerant, quod spectabat ad ipsos, infra juris terminum eligendo, habebunt a dissensu, renunciatione, morte ac si vacatio nova esset, tempus integrum ad electionem aliam celebrandam, dummodo nil fraudolenter egerint in praemissis*, quem sequitur *Monacell. form. legal. 8. n. 4. tit. 13. t. 1.* in haec verba: *Concionatores praesentati ab iis qui jus habent nominandi, si post praesentationem Ordinario factam renuncient vel ex alio impedimento praedicare non valeant, non praejudicant electoribus sive nominantibus quin valeant alium concionatorem nominare et praesentare, si hoc faciant tempore congruo et sine fraude.*

Num autem secundam fecerit praesentationem tempore congruo, EE. Vestrae decernent. Si eam porro obseram renunciationem facere non potuit primo octavae Corporis Ch. tempore, fecit saltem ante secundum Epiphaniae, ac nedum sine fraude, sed absque ulla etiam culpa. Nemo enim in his terminis suo privari debet jure, *Monacell. form. 7. n. 2. tit. 12. t. 1.*, magisque aequitas quam juris servari consuevit rigor a s. praesertim Episcop. et Reg. Congregatione in *Narnien. 24. Febr. 1612. apud Pignatell. consult. 206. n. 54. t. 4.* et in *Ariminen. 8. Febr. 1686. apud Monacell. loc. cital.* Maxime, quia stipendium concionatori praebet communitas, ac majorem idcirco aequitatem mereri posset. Idque hodiernus ipse probasse videtur Episcopus, dum in antiqua confirmanda synodali lege addidit 1779: *hac in parte desides* (non inculpabiles) *a jure suo deciderc volumus.*

Negligendam postremo contendit communitas recentem Episcopi observantiam, quia neque ex testibus constat, expletam a nominantibus fuisse secundam nominationem et congruo tempore; eaque non obstante, secundos Episcopum deputasse concionatores. Facultativae siquidem istae deputationes absque contradictione et acquiescentia legitimam non constituunt consuetudinem, *text. in cap. fin. de consuetud. in 6.*, *Bellett. disquisit. clerical. part. 1. §. 3. n. 35.* et *s. Congregatio in Placentina 15. Sept. 1777. ad III. dub.* Duplex immo affert secundae praesentationis exemplum, alterum scilicet 1738., quo ob renunciationem sacerdotis Francisci Ferrini admissus ab Episcopo fuit Canonicus Torri ab ea subrogatus, et alterum anni 1781., quo idem respectu ad communitatem s. Leonis evenit.

Dubium est:

An nominatio quadragesimalis concionatoris ob illius renunciationem extra praefinitum terminum devolvatur ad Episcopum seu potius sit locus novae praesentationis in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 21. Aug. 1790.

c) Electio secunda.

Vd. p. 214: *Feretrana.*

13) Qualitates.

(Pro ordine FF. Minor. S. Francisci Conventual.)

Clemens X.

Ad concionatoris munus nemo deinceps promoveatur, qui prius in privatis claustris ingenii sui publica non ostenderit facinora et ab examinatoribus deputatis perstrictius et severius examen de scientia et moribus approbatus pariter non fuerit. Nec posse praedicationis officium exercere, quamvis a generali ministro patentes literas obtinuerit, nisi a suae provinciae diffinitorio acceptatus fuerit, praesenti decreto statuimus.

Dat. Romae apud s. Mariam Majorem die 30. Aug. 1670.

(Bull. r. t. XI. p. 14. Ed. Luxbg.)

(Ex statutis Ord. SS. Trinit. Redempt. Capt. Cong. Hisp.)

Clemens XII.

I. Nullus religiosus audeat concionari, quin prius per triennium philosophiae et per aliud triennium theologiae scholasticae vacaverit et obtenta in scriptis licentia Patris provincialis, et cum examinatoribus sub §. 2. num. 1. assignatis experietur, quid scientiae et virtutis habeat, et praesertim cum sedulo examinetur de praecipuis s. scripturae et per secreta suffragia approbatio vel reprobatio fiat; et insuper ut de ejus genio ac ingenio constet disponet intra tempus illi assignandum et habebit concionem coram communitate, et si fieri possit, coram Patre Provinciali.

II. Nullus publice concionetur, quin prius praesentetur Ordinario sub poena privationis vocis et loci per sex menses.

III. Praedicatores in suis concionibus solum intendant morum reformationem ac virtutum augmentum. Qui vero in hoc defectuosus fuerit et a Superiore aliquoties admonitus non se emendaverit, officio concionatoris privetur.

IV. In civitatibus vel locis in quibus non est conventus noster non admittantur sermones Quadragesimae, itaut tota vel majori parte illius religiosus sit extra claustra, absque licentia Superioris generalis. Praedicatores autem conventuales designentur a a Provinciali pro qualibet domo iique teneantur praedicare quidquid vel ex obligatione conventus vel dispositione ministri praedicandum fuerit pro ea domo; et gaudeant privilegiis lectorum philosophiae, excepto examine: Capitulum vero provinciale, attentis circumstantiis domorum nostrarum, facere debet eorum graduationem, quam Provincialis immutare non poterit nisi consentiente capitulo, ut juxta eam assignentur praedicatores, et mutentur de domo in domum, postquam in qualibet exerceantur per triennium, ut sic ad civitates et curias seligantur dextriores.

V. Praedicatores solo titulo concionandi (etiamsi pro tota Quadragesima sermones habeant) carnibus non vescantur. Qui vero nisi illis vescatur Quadragesimae tempore, concionari non valeat, cesset a concionibus, excepto casu, quo aliquis independenter a praedicatione, pro sua infirma et aegra valetudine carnibus vescatur. Talis enim praedicando in Quadragesima illas edere poterit cum licentia Provincialis, caute tamen, frugaliter et exemplariter.

VI. Si Superiori expediens visum fuerit, disponat, quod in loco, in quo est conventus ordinis, religiosus aliquis dominicis diebus exeat ad docendum populum doctrinam christianam.

VII. Liceat Praedicatori non interesse choro (excepto tempore orationis mentalis) tribus aut quatuor diebus ante concionem. Dispouentibus vero sermones pro Quadragesima plus temporis indulgeat Superior.

VIII. Pater provincialis in II. visitatione cujuslibet triennii examinet praedicatores (his exceptis, qui sunt vel fuerunt Praelati aut lectores vel qui per 12 annos laudabiliter munus concionandi exercuerunt) et auferat facultatem ab illis qui in virtute et scientia fuerint defectuosi vel inutiles ad animarum profectum et ab illis, qui titulo praedicationis a choro et vita communi se eximunt et faveat vocatque eos qui in concionibus suis doctrinam, zelum et spiritum ostenduut.

Die 2. Aug. 1738.

(Bull. r. t. XV. p. 219. Ed. Luxbg.)

Clemens XII. ad Monachos Maronit. Ord. s. Antonii.

I. Eligantur ab Abbate generali vel ab Abbate provinciae in singulis monasteriis duo saltem graves et docti monachi, qui admittendos ad praedicationem verbi Dei vel ad audiendas confessiones etiam ipsorum monachorum ac magistros publicos et promovendos ad quoscumque ordines diligeuter simul examinent, antequam probentur et ad hujusmodi ministeria vel ordines admittantur.

II. Qui ad praedicationis officium admissi sunt, debent primo s. scripturam semper prae manibus habere, legere et quoad fieri poterit quotidie aliquid memoriae mandare. Legant etiam expositiones Patrum in utrumque testamentum, vitas Sanctorum, historiam ecclesiasticam, opera ascetica Patrum, conciones, homilias doctorum virorum et alia similia, quibus evolvendis residuum temporis, quod ab officio divino aliisque spiritualibus et corporalibus exercitiis remanserit, impendant. Deinde nunquam sine praeparatione concionem faciant, sed istam prius scripturae commendent et sedulo memoriae tradant.

III. Extra monasterium nemini monachorum fas erit concionari aut docere aut confessiones audire siue expressa Episcopi Ordinarii licentia. Cum vero ad aliquod oppidum vocati fuerint, dabunt operam, ut primo Episcopi, Chorepiscopi aut parochi benevolentiam sibi comparent: deiude caveant discursum per domos, sed in aedes alicujus pii et exemplaris ecclesiastici se recipiant ibique paupertatem religiosam in cibo et ceteris omnibus servent, modestiae et gravitati conjunctam.

IV. Media autem spiritualia quibus juxta nostrum institutum et Abbatis beneplacitum ut poterunt haec fere sunt: Ministerium Verbi Dei in praedicationibus privatisque exhortationibus et colloquiis, Sacramentorum confessionis et Eucharistiae administratio, exercitiorum spiritualium traditio, dissidentium reconciliatio, casuum conscientiae et ss. Rituum ad ecclesiasticos privata explicatio, christianae doctrinae ad pueros aliosque rudes publica declaratio.

Die 17. Jan. 1740.

(Bull. r. t. XV. p. 327. Ed. Luxbg.)

Ex constit. Ord. ffr. B. V. M. de monte Carmelo excalc. Congreg. Portug.

Pius PP. VI.

1. Decernimus, ut concionatorum munus iis dumtaxat injungatur, qui in s. scripturae et ss. patrum lectione sint apprime versati ac theologiae scholasticae et ss. canonum studiis per 2 saltem annos operam impenderint; de quibus periculum fiat, et etiam quoad mores, eodem modo eodemque tempore ac pro excipiendis confessionibus.

2. Religiosis propterea, quibus pateutes confessarii literas prior generalis exhibuerit, praebeat simul concionatoris, si praehabito examine idonei reperiantur et impedimento aliquo non afficiantur: nemo tamen hoc munus exerceat, quin prius juxta Tridentini sanctionem sese Ordinario praesentet ab eoque facultatem obtineat.

3. Omnibus autem injungimus, ut in hoc ministerio ut veri Christi Jesu ministri sese exhibeant semper omni tempore et loco. Divinum verbum pure et sincere praedicent non ad suam sed ad Dei gloriam aspirantes, non suo, sed eo sensu et spiritu, quo a sacris literis, divina et ecclesiastica traditione et ss. patrum interpretatione nobis commendatum fuit. Prima religionis et moralis principia quoties oportuerit clare et solide exponant, ab inutilibus fabulosisque narrationibus abstinentes. Denique vitia increpent, personas minime laedant, quod proprium evangelizantium pacem. Qui horum aliquid neglexerit, severe puniatur.

4. Hoc autem, ut ad finem melius perducatur, ordinamus, ut concionatores qui ab examine theologiae moralis non sunt immunes tertia cujusque triennii visitatione examinentur etiam de eis, quae ad concionandum requiruntur a priore generali vel visitatore, qui praeterea inquirere debebit, utrum recte, neve, suo muneri satisfeceriut, indignosque ab exercitio removere, dignos vero ad opus feliciter incoeptum identidem prosequendum excitare.

5. In omnibus congregationis nostrae monasteriis concio habeatur in commemoratione solemni b. Virginis et matris nostrae Mariae de monte Carmelo, Sancti vel cujusvis conventus titularis, s. Joseph protectoris nostri ac ejus patrocinii, ss. parentum nostrorum Eliae, Theresiae ac Joannis a Cruce festivitatibus; in dominica infra octavam Corporis Chr.; feria V. in coena Domini statim post pedum lotionem et denique aliis diebus, quibus immediatus superior aequum judicaverit. Praeterea singulis mensibus domestica exhortatio haberi poterit in conventibus, ubi coufraternitas scapularis et tertiarius ordo b. Virginis, de Monte Carmelo, vel quodlibet ex his.

6. Concionatores per tres dies ante et per totidem post quamlibet concionem a communitatis oneribus eximantur, oratione mentali excepta. Si vero per novenos dies conciones habeant vel omnibus quadragesimae dominicis ad laboris mensuram erit exemptio a praelato concedenda; dummodo per totam quadragesimam aut majorem ejus partem extra monasterium eos immorari non sinat.

Die 17. Mart. 1783.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 31. Ed. Romae.)

14) Regularis.

a) Approbatio Episcopi.

Vd. supra p. 187. p. 191; t. I. p 207. o; p. 1019. n. 5; p. 1051. n. 6.

Spoletana.

Cum R. P. D. Felix Passerinus Abbas commendatarius monasterio seu parochialis ecclesiae s. Eutitii olim ad ordinem s. Benedicti spectantis authumet, sibi jus esse eligendi ac deputandi concionatorem in dicta ecclesia veluti regulari, traditis eidem patentalibus literis electionem et deputationem a se factam praeseferentibus, concionatorem vero sic electum et deputatum non teneri novas literas patentes ab Episcopo Spoletano recipere, sed tantum obstringi paulo ante quadragesimam pro consueta benedictione obtinenda coram illo se praesentare; et e converso propugnet Episcopus Spoletanus, facultatem nominandi dumtaxat seu praesentandi concionatorem memorato abbati competere, ita ut illius deputatio ad solum spectet Episcopum, qui propterea in literis patentalibus a se concionatori tradendis uti possit ac debeat verbo: »deputamus«, indeque subjungat, eumdem concionatorem teneri coram Episcopo in hunc finem ante festum Epiphaniae comparere, ad dirimendam ejusmodi controversiam duo infrascripta dubia supremo Emorum PP. judicio subjiciuntur.

Praeter ea quae super hac materia ad juris aeque ac praxis tramites late tradunt *Pignatell. consult. 206. t. 3.*, *Barbos. de offic. et potest. Episc. alleg. 79*, *Panimol. decis. 91. annot. 1. et 2.*, *Monacell. t. 1. tit. 12. form. 7.* et *Piton. t. 4. discept. eccles. 101. n. 1. et seqq.* et signauter *n. 8.*, ubi ita concludit: »Modus ergo providendi ecclesiis de praedicatoribus talis erit; si enim Abbas vult deputare regulares sui ordinis, expediet literas patentes, in quibus dicet: eligimus et deputamus ad ecclesiam parochialem NN. nostrae congregationis pleno jure subjectam; Episcopus autem sic electo seu deputato suam benedictionem impartiri debet, et nihil aliud. Quo vero ad praedicatores alterius ordinis sive saeculares Abbas dabit illis literas patentes, dicendo: nominamus seu praesentamus, quibus exhibitis Episcopo iste eas dimittet in ejus cancellaria, ut ibi remaneant ad publicum documentum, et dabit suas patentes praesentato seu nominato per Abbatem, in quibus exprimenda erit nominatio seu praesentatio Abbatis, et faciet deputationem seu licentiam praedicandi in populum illique benedictionem impartietur, super qua necessitate dimittendi patentes Abbatis in cancellaria et exprimendi in patentibus Episcopi nominationem seu praesentationem Abbatis extat resolutio etc. praestat nonnulla hujus sacrae Congregationis rescripta indicare.

Scilicet in *Cremonen sub die 19. Novemb. 1619* prodiit haec resolutio: S. Congregatio auditis partibus censuit, si monachi in parochiali ecclesia eorum monasterio unita per regularem sui ordinis praedicare voluerint, illius deputationem non ad Episcopum sed ad priorem pertinere; at concionatorem sive saecularem sive regularem alterius ordinis ab Episcopo tantum esse deputandum.

In *Ferrarien. Ecclesiarum curatarum*, cum ex constitutione fel. rec. Innoc. X. tres parochiales ecclesiae in villis nuncupatis de Lagoscello et Cogomaro Ferrariensis dioecesis existentes et antea per monachos Olivetanos possessae ad vicarias curatas perpetuas cum omnimoda animarum cura et sacramentorum administratione redactae fuissent, clar. mem. Cardinalis Caraffa Episcopus ad evitandas controversias cum dictis monachis et ut animarum cura et sacramentorum administratio laudabiliter per idoneos vicarios posset exerceri supplicavit, citatis eisdem monachis, pro resolutione horum dubiorum:

I. »Quaenam portio annua sit a monachis assignanda hujusmodi vicariis curatis perpetuis supradictarum ecclesiarum in casu, de quo agitur?«

II. »An electio praedicatorum in eisdem ecclesiis parochialibus spectet ad eminentissimum Episcopum an potius ad eosdem monachos?«

Die vero 23. Febr. 1658 responsum fuit

Ad I.: Secundum ea, quae proponuntur, sufficere congruam scutorum 80 illarum partium liberam ab omni onere.

Ad II.: Quatenus vicarius per se noluerit praedicare, praedicatoris deputationem spectare ad monachos, dummodo regularem ejusdem ordinis deputent.

In causa, cui titulus »Dubium electionis praedicatoris«, exposita hac facti summa: Congregatio Canonicorum regularium Lateranensium habet complures ecclesias unitas,

et praesertim monialium, in quibus pro adventu et quadragesima solet deputare praedicatorem sub solita Episcopi benedictione: et quia saepe accidit, ut e proprio ordine praedicatores proprios non habeat, proinde procurator generalis ad praecavendum dissensionibus cum Ordinariis supplex instat decerni: »An eligere praedicatorem alterius ordinis in ecclesiis regularium exemptorum spectet ad Episcopum vel ad superiorem regularem dictae ecclesiae?«

Die 16. Decb. 1673 editum fuit rescriptum:

»Electionem pertinere ad regulares, approbationem vero et benedictionem ad Ordinarium.«

In *Sutrina* vd. supra p. 210.

Postremo in *Urbinaten.* »Concionatoris« ad tria haec dubia:

I. An pro proxima praeterita quadragesima fuerit devolutum favore Archiepiscopi jus deputandi concionatorem in Cathedrali?

Et quatenus negative,

II.: An concionatori deputato per Archiepiscopum adhuc debeatur eleemosyna ex solitis assignamentis destinatis pro praesenti anno?

III.: An communitas in futurum teneatur praesentare in cancellaria archiepiscopali nominationem concionatoris tempore praescripto a constitutionibus synodalibus?

Die 7. Junii 1698 responsum fuit

Ad I. et II.: Eleemosinam ex assignamentis communitatis praesentis anni deberi concionatori deputato a s. Congr.

Ad III.: Affirmative.

Ceterum quia nomine Abbatis in medium profertur decisio a Rotae auditorio edita in *Fanen. Jurisdictionis 11. Jan. et 17. Junii 1704. §. fin. cor. clar. mem. Card. Scotto*, ubi sic habetur: »Censuerunt DD. ad ipsum Abbatem spectare nominationem et deputationem concionatorum in eisdem ecclesiis (reservata Episcopo eorumdem benedictione) quia, cum in ecclesiis plenarie nnitis cura resideat penes ipsum monasterium et Abbatem, qui dicitur primus parochus, ad eumdem quoque Abbatem pertinere debet concionatoris electio — et idipsum confirmatum fuit in eadem causa 5. Junii 1705 cor. Caffarell.; ibi: »Quo vero ad concionatoris nominationem, illam ad Abbatem spectare DD. responderunt, cum enim Abbas harum ecclesiarum unitarum sit parochus, utique illi onus injunctum est praedicandi verbum Dei, et accedente legitimo impedimento per alios praestare tenetur, ad illius nominationem Abbas in scriptis procedere debet, quam concionator electus Episcopo praesentare debet, qui illi episcopalem benedictionem impertiatur. Praetermittendum non est, quod *Piton. d. discept. 101. n. 5. t. 4.* post relatas hujus s. Congregationis resolutiones et memoratam decisionem nititur eas conciliare hisce verbis: »Mihi autem reflectenti ad veritatem videtur, utramque opinionem posse de facili conciliari, quoniam decisiones s. Rotae in Fanen. ubi proxime necnon resolutio s. Congregationis in dicta Ferrarien. loquuntur de simplice jure nominandi et praesentandi seu eligendi concionatores; resolutio vero s. Congregationis in Cremonen loquitur de jure deputandi, et consequenter concludo, quod ubi Abbas conciones expleri velit per regulares alterius ordinis vel seculares, spectet ad Episcopum eos deputare, ad nominationem tamen et praesentationem Abbatis, seu spectet ad Episcopum dare licentiam praedicandi, necnon benedictionem eisdem concionatoribus nominatis per Abbatem, de qua nominatione seu praesentatione Episcopus mentionem facere debet in suis literis, cum incompatibilis non sit deputatio Episcopi cum nominationis superioris regularis'« ut in resolutione s. Congr. Episcop. et Regular. in *Alatrina 4. Jul. 1693.*

Inspectis igitur juribus nomine tam Abbatis quam Episcopi circumfereudis onus erit EE. VV. definire:

I: *An et sub qua formula sint concipiendae literae patentes concionatoris destinati ab Abbate s. Eutitii et respective, an concionator teneatur novas recipere literas patentes ab Episcopo Spoletano vel potius sufficiat solummodo petere et recipere solitam benedictionem ab eodem Episcopo in casu?*

II: *An idem concionator possit ad sui libitum comparere coram Episcopo pro habenda et recipienda benedictione praedicta, dummodo id faciat paulo ante quadragesimam in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I: Literas Abbatis concipiendas esse cum verbis: »nominamus et praesentamus«,

concionatorem vero teneri ultra benedictionem recipere ab Episcopo literas deputationis, in quibus fiat mentio nominationis seu praesentationis Abbatis.

Ad II: Ad mentem.

Die 13. Apr. 1737 et 18. Jan. 1741.

Firmana.

(Conc. Tr. c. 12. s. 24. de ref.)

Universitas Castri s. Angeli in Pontano nominare quotannis solet concionatorem illique stipendium persolvere, ut alternatim tempore Adventus et Quadragesimae verbum Dei administret in aliqua ex tribus ecclesiis ejusdem oppidi, videlicet parochiali sub titulo ss. Salvatoris, s. Francisci Minorum convent. et s. Nicolai ordinis eremitarum s Augustini. In his tamen Regularium ecclesiis non alius ab universitate ad id munus seligi potest quam regularis illius ordinis, in cujus ecclesia conciones habeantur. Novissime autem, quum ex turni ordine conciones habendae forent in ecclesia eremitarum s. Augustini, quaedam inter eosdem fratres ac Vicarium foraneum ejusdem oppidi excitatae fuerunt controversiae, quae demum ad hanc s. Congregationem delatae sunt.

Promotor curiae archiepiscopalis, a quo jura Vicarii foranei et ejusdem curiae propugnanda suscipiuntur, illud primum contendit, non aliter religioso ordinis Eremitarum s. Augustini ab universitate electo in ipsorum ecclesia praedictis temporibus Adventus et Quadragesimae concionari licere, quam si approbationem ab Episcopo ferat illamque postea Vicario foraneo exhibeat; Quamvis enim ex Concilio Trid. decreto in cap. 2. sess. 5. de ref. regulares in ecclesiis sui ordinis praedicare volentes a propriis superioribus approbari, ab Episcopo vero benedictionem dumtaxat petere debeant, quemadmodum explicatur a *Fagnan. in cap.: Grave gerimus de offic. ordin. n. 24.*, *Anaclet. lib. 1. tit. 31. §. 6. n. 146.* et *de Franchis contr. inter Episcopum et Regul. part. 1. n. 577.* vers.: *Secundo ex Concil.*, id tamen minime protrahendum esse putat ad eum casum, quo regulares ipsi in ecclesiis sui ordinis praedicent pro commoditate populi, a quo stipendium solvatur, et quando ad hoc ministerium non ex suorum Superiorum jussu atque destinatione, sed ex alterius nominatione sive delectu assumpti sunt, juxta ea, quae tradunt *Monacell. formul. eccl. tit. 12. formul. 7. in annot. n. 3. et 4.* et *Piton. discept. eccles. 101. n. 11.*, ubi decisum refertur a s. Congregatione Episcop. et Reg. negotiis praeposita in una *Alatrina 3. Julii 1693.*, quod etiamsi jus nominandi regularem concionatorem in propria ecclesia pro commoditate universitatis, quae eleemosynam solvat, spectaret ad Generalem ordinis, electio tamen fieri deberet ab Episcopo; inde enim arbitratur praefatus episcopalis curiae promotor recte colligi, quod regulares ad obeundum praedicationis officium ab universitate nominati nedum debeant literis deputationis seu approbationis Archiepiscopi communiri, verum etiam teneantur eas Vicario foraneo exhibere, quia aliter sciri non posset, eos ita electos vel probatos fuisse, ac praeterea, quia id conforme est praescripto a dioecesana synodo sub annum 1660., in qua de licentia per concionatores ab Archiepiscopo impetranda in haec verba sancitur: »Nostra autem licentia Vicariis foraneis locorum exhibenda erit.«

Addit praeterea, hanc esse Firmanae dioecesis consuetudinem et praesertim in loco s. Angeli constanter hactenus servatam, ut concionatores etiam regulares in propriis ecclesiis praedicaturi, postquam ab Archiepiscopo probati fuere, hujus approbationis documentum Vicariis foraneis ostenderent, idque satis probari censet tum ex relatione ipsius Archiepiscopi Firmani ad s. Congregationem transmissa, in qua haec habentur: »Mos antiquus est hujus dioecesis etiam synodicis decretis confirmatus, ut concionatores, qui a communitatibus locorum pro tempore Adventus et Quadragesimae eliguntur, attributis publicis stipendiis, quamvis regulares sint, post approbationem et benedictionem ab Archiepiscopo impetratam, antequam in locis designatis concionari incipiant, Vicariis foraneis eorumdem locorum se sistant doceantque approbationem et benedictionem sese impetrasse,« tum ex depositione quorumdam sacerdotum aliorumque testium, tum demum ex testimonio alterius sacerdotis octuagenarii.

Haec spectant ad duplicem disceptationem, cujus argumentum exhibent bina dubia priori loco mox subnectenda. Quia vero alia quoque oborta est quaestio, num de eleemosynis, quae certis quibusdam diebus Adventus et Quadragesimae occasione concionum in ecclesia eorumdem ff. eremitarum s. Augustini sive in subventionem hospitalis orphanotrophii et expositorum infantium sive pro redemptione captivorum sive pro Terrae sanctae subsidio sive demum pro suffragio animarum in purgatorio existentium speciatim colliguntur et quarum aliquae non in ecclesia tantum, verum etiam ostiatim per Castrum fieri solet, ratio reddenda sit necne Vicario foraneo, hujus quoque controversiae decisio ab Eminent. PP. exposcitur.

Porro archiepiscopalis curiae promotor ejusmodi eleemosynarum rationem Vicario foraneo a ff. Augustinianis reddendam esse tuetur, quia synodus dioecesana eleemosynas, quae pro hospitali et pro redimendis captivis colliguntur, ad Archiepiscopum a Vicariis foraneis transmitti decernit, earum vero, quae in Animarum suffragationem sunt destinatae, explicite jubet rationem Vicariis foraneis esse reddendam. Subjungit praeterea ideoque ex juris praescripto citra dubium procedere, quum nemini liceat absque Episcopi permissione eleemosynas per civitatem et dioecesis loca quaeritare. Accedit insuper, quod de illa eleemosynae specie, quam fideles pro necessitatibus Terrae sanctae elarginntur, imperatum jamdudum fuit a s. m. Urbano VIII. et novissime a SS. D. N. Benedicto XIV. in suo Brevi, incip.: *Salvatoris* omnibus locorum Ordinariis, ut nedum christifideles ad ejus largitionem excitari verum etiam ut summas inde collectas syndicis apostolicis tradi curent, deque sua ejusmodi jussibus paritione, quum statum propriae ecclesiae occasione visitationis ss. Liminum s. Sedi exponunt, docere teneantur; quod utique ab Episcopis adimpleri nequaquam posse subjungit promotor fiscalis, nisi ipsi vel per se vel per Vicarios foraneos de hisce eleemosynis rationem valeant exigere.

At e diverso singulis hisce promotoris fiscalis conatibus sese opponentes ff. Eremitae s. Augustini sustinent

I. Religiosum conciones habiturum in ecclesia proprii ordinis nequaquam indigere Archiepiscopi approbatione juxta sancitum a s. Trid. Concilio *cap. 2. sess. 5. de ref.*, imo vero sufficere, ut regularis in ecclesia sui ordinis praedicare volens benedictionem ab Episcopo dioecesano petat, quamvis eam non obtinerit, declaratum est ab hac s. Congregatione in *Andrien. Januarii 1608.* et in *Narnien.* 13. Julii 1669. ad 5. dub.

II. Inquiunt, eumdem pariter obstrictum non esse, antequam praedicationis officium subeat, coram Vicario foraneo se sistere eique benedictionis sive approbationis ab Archiepiscopo impetrare documentum ostendere, quum id nullo jure cautum esse reperiatur negantque praeterea hoc unquam fuisse in Castro s. Angeli servatum, ut satis evinci arbitrantur ex testimonio, quod proferunt, plurium ejusdem loci incolarum.

III. Contendunt, liberum sibi esse, eleemosynarum largitionem, quam christifidelibus in propria ecclesia commendaverint, ab iis colligere suoque prorsus arbitrio distribuere, quin ad ullam de ipsis rationem Vicario foraneo reddendam compelli queant per ea, quae notat *Pignatell. consult. 206. n. 69. t. 4.* Caeterum profitentur, se haud quaquam renuere eleemosynas sive in subsidium hospitalis sive pro necessitatibus Terrae sanctae sive redimendis captivis destinatas syndicis apostolicis aliisque officialibus ad eas recipiendas selectis tradere, (quemadmodum a se hactenus peractum fuisse adfirmant) dummodo ipsis plena fides de summa collecta habeatur.

Jura circumferentur. Iis itaque inspectis unacum relatione Archiepiscopi Firmani rogantur Emi PP. pronunciare:

I. *An concionatores ordinis Eremitarum s. Augustini qui per turnum eliguntur a communitate in Castro s. Angeli in Potano ultra benedictionem teneantur etiam petere approbationem a reverend. Archiepiscopo?*

Et quatenus affirmative,

II. *An dicti concionatores teneantur se praesentare coram Vicario foraneo locali et docere tam de dicta approbatione quam de benedictione?*

III. *An et de quibus eleemosynis, quae recipiuntur occasione concionum Adventus et Quadragesimae, idem Vicarius foraneus valeat exigere rationem in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative in casu, de quo agitur.

Ad II.: Affirmative.

Ad III.: Vicarium foraneum certiorem fieri debere de eleemosynis, quae colliguntur pro subsidio Terrae sanctae, redemptionis captivorum, hospitali et suffragio animarum purgantium tantum.

Die 21. Apr. 1742.

Continuatio.

Adquievere praedicti ff. Eremitae s. Augustini resolutioni postremi hujus dubii; verum adversus ea quae s. Congregatio super I. et II. dubio pronunciavit novae Audientiae beneficium postularunt. Quamobrem disputandum hodie proponitur consuetum dubium inferius subnectendum. Ad plenius itaque duplicis controversiae iterum discutiendae examen operae pretium erit iis, quae in folio diei 21. Apr. adnotata fuere, nonnulla quaedam superaddere hujus s. Congregationis rescripta, quae duplicem eam quaestionem respiciunt.

Ad I. scilicet dubium quod attinet, quum olim Vigilensis Episcopus eamdem fere quaestionem in relatione status suae ecclesiae exposuisset, s. haec Congregatio in pleno consessu coacta post rei summam ut mos erat rite et recte perpensam sub diem 7. Junii 1601. responsum dedit in haec verba: »Si concionatores regulares ab universitate ex vetusta consuetudine nominati atque in ecclesiis suorum ordinum sint praedicaturi, utique sufficere, ut ab Amplitudine tua benedictionem petant; quod si s. conciones habituri sint in aliis ecclesiis, debere ab Amplitudine tua etiam obtinere licentiam, quae in eorum conciones poterit, si ita ei visum fuerit expedire, etiam per examen illorum idoneitatem scutari.«

Rationum autem momenta, quibus ad ita rescribendum permota videatur s. Congregatio, facile addentur a defensoribus ff. Eremitarum, quibus resolutio ista nuper innotuit.

Quod si Eminent. Patres in eam confluant sententiam, ut praedicti ff. Eremitae pro habendis in eorum ecclesiis concionibus ab universitate nominati opus non habeant licentia Archiepiscopi, ad alterum, de quo agitur, dubium duo animadverti oporteret: unum est, quod regulares in ecclesiis sui ordinis praedicaturi benedictionem ab Episcopo exposcere tenentur, non autem impetrare ut synodi Trid. praescripto inhaerens s. m. Clemens X. aperte declaravit in Const. 7. quae incipit: *Superna*, et communiter docent *Fagnan. in cap. Grave n. 42. de off. jud. Ordin., Murg. Oper. canon. tit. de constit. quaest. 3. concl. 1. n. 13. et 14., Barbos. in Sum. apostolic. decis.* verb: *Praedicare n. 2.*, alterum vero, quod, uti refertur in folio causae *Theanen.* diei 15. Maji 1728.*) quum curia archiepiscopalis Florentina sub annum 1726., ut tolleretur abusus praedicandi non petita benedictione, contenderet, regulares in ecclesiis suorum ordinum concionari volentes cogendos esse ad obtinendum ab episcopali cancellaria testimonium receptae benedictionis, s. Congregatio sub die 12. Jan. 1726. rescripsit eosdem regulares ad id non teneri. Hinc illud colligi putant ff. Eremitae haud quaquam compelli posse regulares documentum benedictionis edere vel parocho vel Vicario foraneo, quum neque idipsum documentum a curia episcopali teneantur exquirere, neque illo se communire queant, quoties Episcopus benedictionem elargiri detrectet.

Deliberandum itaque erit:

An quoad I. et II. dubium sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. resp.: In Decisis et amplius.

Die 21. Julii et 11. Aug. 1742.

Aquen.

Quatnor erant priscis temporibus in oppido Cremolini Aquensis dioeceseos parochiales ecclesiae. Intra oppidi maenia una erat s. Benedicto dedicata, tres reliquae s. Mariae de Brusetta et s. Agathae extra oppidum. Omnes a saecularibus sacerdotibus regebantur; omnes inde in manus regularium inciderunt. Primus Pius II. Pontifex Max. 1459. Cremolini populo et Isnardo Malapsina ejusdem oppidi Domino postulantibus ecclesiam s. Bened. et proximas aedes et redditus omnes PP. Carmelitis addixit simulque concessit, ut eorum quisquis in ea degeret, omnibus uti posset privilegiis, indulgentiis et gratiis praefato ordini ac domibus ejusdem a s. Sede apostolica concessis. Cum vero sese intra oppidum recepissent bellorum vim militumque licentiam fugientes rustici illi extra oppidum degentes, Xistus IV. Pontifex Max. parochiae s. Benedicti, quam deinceps mutato titulo s. Mariae de Monte Carmelo vocari jussit, tres extra oppidum parochias univit eorumque redditus eisdem parochiae et PP. Carmelitis tribuit. Post hanc unionem conventum fuit inter Carmelitas et oppidanos, ut in eadem ecclesia minor numerus trium religiosorum, qui sacerdotali dignitate praediti essent, retineri non possent, utque tempore Quadra-

*) Vd. *p. 212.*

gesimae annis singulis concionator deputaretur: Hae conventiones ad haec usque tempora servatae fuerunt.

Orta nunc quaestio est inter Episcopum et P. Provincialem Carmelitarum de hoc concionatore: P. Provincialis contendit ex privilegiis, quae a ss. Pontificibus concessa fuerant tum ordinibus Mendicantium tum ipsi ordini Carmelitarum, sacrum oratorem in eadem ecclesia quadragesimale tempore deputatum teneri tantum ad benedictionem petendam ab Episcopo: Episcopus contra non ad benedictionem tantum petendam, sed etiam ad subeundum examen. Res communi consensu delata est ad hoc s. Tribunal. Auditus Episcopus respondit, non esse locum privilegiis Carmelitarum, quae in suam sententiam trahit P. Provincialis, quia illa conveniant s. oratoribus, qui in ecclesiis Carmelitarum eo munere funguntur: Carmelitas in oppido Cremolini propriam habuise ecclesiam a parochiali distinctam: parochialis vero nonnisi administrationem acquisivisse: Carmelitam ad eam sartam tectamque servandam nihil impendere fabricam, ornamenta, omnia denique, quae sive ad sacrarium sive ad rem sacram pertinent aere publico fieri a Cremolinis: Episcopos praedecessores ecclesiam visitasse jure ordinario: sacros oratores ab iisdem praedecessoribus Episcopis et benedictionem et approbationem petiisse et aliquando etiam examini se subjecisse.

Haec Episcopus. His respondet P. Provincialis, parochialem ecclesiam, cum ordini Carmelitarum concessa fuit, in eorumdem venisse dominium, neque ob id in dubium revocari posse illico locum habuisse privilegia ordinis, praesertim cum concessio ecclesiae facta fuerit cum omnibus et singulis privilegiis, indulgentiis et gratiis praefato ordini ac domibus ejusdem a s. Sede apostolica generaliter concessis; sacro oratori stipendium nullum praestari a populo Cremolini, neque ab eodem populo nominari, quo casu examen subire teneretur: Episcopum nihil proponere, unde constet sacros oratores sese aliquando examini Episcoporum subjecisse: et si etiam hoc probaretur, nullum ordini detrimentum inferri potuisse, cum nequeant singuli deteriorem facere universi ordinis conditionem, ut fuse tradunt *Ambrosin. de Immunit. cap. 16. n. 2., Panimoll. decis. 6. annot. 6. n. 24.* Haec habent P. Provincialis et Episcopus.

Dubium definiendum est:

An concionator ordinis Carmelitarum deputatus et approbatus a suo P. Provinciali pro concionando in ecclesia parochiali retenta per PP. dicti sui ordinis et existen. in terra Cremolini teneatur subjici novo examini Episcopi, seu potius teneatur tantum petere benedictionem in casu?

S. C. resp.: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 1. Mart. et 13. Sept. 1749.

b) Benedictio vel licentia Episcopi in ecclesiis regul. et saecul. praedicandi.

Vd. supra lit. *a* p. 218.

Mantuana.

Pro Emo Episcopo Mantuano contra RR. PP. Carmelitas ejusdem dioecesis.

Habent regulares Carmelitae in dioecesi Mantuana duas ecclesias sui ordinis quibus cura imminet animarum et consequenter ad praedicationis munus ex parochiali debito obstringuntur. Praetendit Episcopus dioecesanus quod id nullo modo peragere valeant absque ipsius in scriptis obtenta licentia, ipsi vero solam benedictionem sufficere contenduut ad mentem s. Concilii Trid. *sess. 5. cap. 2. de reform.* Unde proposito per eos dubio coram s. Episcop. et Reg. Congregatione infrascripta pro informatione ac defensione episcopalis jurisdictionis eidem proponuntur, ex quibus purpuratorum patrum justissima implorantur et expectantur oracula.

Inprimis igitur constanter supponimus et probamus ex propria adversariorum confessione emissa in precibus dictae s. Congregationi porrectis, curiam episcopalem reperiri in quasipossessione concedendi hujusmodi licentias praedicandi in antedictis ecclesiis; et licet asserant regulares se illas recepisse cum protestatione praeservativa suorum jurium, attamen hoc nihil facit, tum quia de supposito legitimi non constat quinimo ex actis episcopalibus resultat dictas licentias fuisse simpliciter concessas et respective acceptatas, tum quia talis protestatio declaratoria voluntatis ubi aliquando facta probaretur adhuc eisdem non prodesset, tamquam emanata in actu ad quem ex juris necessitate tenentur, ut infra patebit, *Surd. decis. 62. n. 4.* post alios. Nec Episcopo manutentionem in dicta sua quasipossessione im-

pediret ad late tradita, *Posth. de manut. observ. 10. n. 88. et per totum,* nisi etiam probaretur apposita dicta protestatio in prima concessione, ut ex eodem *Posth. obs. 35. n. 46.*

Sed ubi placeret s. Tribunali merita petitorii degustare, adhuc regularibus praedictis nullum jus competere praedicandi in dictis ecclesiis parochialibus sui ordinis absque dicta Episcopi licentia ex infrascriptis sustinemus.

Mandat siquidem Tridentinum *sess. 24. cap. 4. de reform.* Episcopis ut in ecclesiis parochialibus divinam legem annuntiare faciant per parochos sive iis impeditis per alios ab Episcopo deputandos in civitate aut in quacumque parte dioecesis; ex qua facultativa deputatione clare dignoscitur, teneri praedicatores deputandos nedum petere, sed etiam obtinere licentiam ab Episcopo ad hoc ut de sua deputatione fidem facere et absque parochorum contradict. in dictis ecclesiis praedicare possint, attentis synodalibus Mantuanae ecclesiae constitutionibus *tit. 7. de praedicatoribus*, quibus ita cavetur: omnibus et singulis hujus nostrae dioecesis parochialium ecclesiarum rectoribus et aliis quibuscumque ad quos haec cura spectare noscitur praecipimus, ne quemque cujusvis status, ordinis et conditionis existat ad praedicandum in suis ecclesiis nisi prius nobis aut Vicario nostro per suorum praelatorum literas sigillatas et recte munitas praesentati et a nobis approbati atque ad hoc nominatim cum literis nostris patentibus missi extiterint admittere valeant.

Nec dubitari potest quin Concilium in allegato cap. 4. loquatur de parochiis etiam regularibus, dum de illis expresse et distinctive mentionem facit: Nullus autem secularis sive regularis, etiam in ecclesiis suorum ordinum, contradicente Episcopo praedicare praesumat.

Quae sane verba ostendunt totum pondus praedicationis arbitrio et potestati Episcopi esse commissum et ideo legitimam esse ejus praetensionem concedendi licentiam regularibus Carmelitis praedicandi in dictis suis ecclesiis parochialibus et ipsis reluctantibus dictas licentias assumere dictum praedicationis munus interdicendi.

Sicuti nec controverti potest quin dicti regulares comprehendantur in dicta constitutione synodali tum quia universaliter loquitur et ideo omnes parochos complectitur, tum quia et ex bulla Gregorii XV. *Inscrutabili**) edita 1622 5. Febr. et publicata 8. Febr. 1623 disponitur quod regulares hujusmodi curam exercentes in iis quae ad dictam curam pertinent omnimodae jurisdictioni dioecesani Episcopi tamquam Sedis apostolicae delegati plene in omnibus subjiciantur; unde cum praedicare ad officium parochi spectet necessario fatendum est dictos regulares praedicationis munus exercere non posse absque Episcopi Mantuani licentia, non secus ac si in ecclesiis non sui ordinis praedicare vellent, cum in utroque casu eadem Episcopi jurisdictio concurrat.

Praeterea si ex dispositione ejusdem Concilii et bullae Gregorianae prohibetur regularibus praedicare etiam in ecclesiis suorum ordinum contradicente Episcopo, cum tamen ipsis sint pleno jure subjectae, eo magis iisdem censeri debet prohibita praedicatio in dictis ecclesiis annexam curam habentibus et ad eorum jurisdictionem spectantibus ut mox dictum fuit.

Et quamvis doctores varie interpetrati fuerint illa verba Concilii: Episcopo contradicente etc., tamen super hoc non esse elaborandum duximus, cum nostra non sit quaestio, an regularibus in ecclesiis simpliciter sui ordinis praedicare volentibus contradicere possit Episcopus; sed an si velint praedicare in dictis ecclesiis quibus annexa est cura animarum teneantur suscipere licentiam ab Episcopo, super quo credimus sufficienter responsum.

Et ex abundanti licet addere decretum s. Congregationis relatum a *Fagnano in 2. parte primi decretalium super cap.: Inter caetera n. 33. de off. ord.* in haec verba:

Praeterea orta dubitatione, an in parochiali ecclesia unita regularium monasterio in qua per regularem animarum cura exercetur, posset Episcopus compellere regulares, ut aliquem ejusdem ordinis ad praedicandum in eadem ecclesia deputent, qui de licentia Episcopi munus expleat, non obstante quod in ecclesia monasterii per eosdem regulares concio habeatur?

S. Congregatio censuit: Posse compellere, sed non posse alium praeterquam ejusdem ordinis invitis fratribus ad praedicandum in dicta ecclesia deputare.

*) Vd. *t. I. p. 208.*

Ex quibus decreti verbis notatur in ecclesiis curatis regularium praedicationis munus explendum esse de licentia Episcopi, sive ab eo sive ab eorum superioribus praedicatores deputentur.

Non obstat igitur *cap. 2. sess. 5.* super quo regulares suam fundant intentionem.

Respondetur enim illud fuisse restrictum per saepius citat. *cap. 4. sess. 24.* ut ait *Suarez de Relig. t. 4. lib. 9. cap. 1. n. 4.* et per dictam bullam Gregorii XV. Atque ut regulares in ecclesiis suorum ordinum praedicare volentes se coram Episcopo praesentare et ab eo benedictionem petere teneantur. In ecclesiis vero quae suorum ordinum non sunt, nullo modo praedicare possint sine Episcopi licentia; contradicente autem Episcopo nulli etiam in suorum ordinum ecclesia praedicare praesumant et sic benedictio quae sola sufficiebat vigore dicti *cap. 2.* hodie non sufficit, si Episcopus contradicat, ideo ad decisionem controversi articuli allegari non merebatur, cum maxime, ut diximus et replicamus, agatur de praedicatione in ecclesia parochiali regularium quam probare sategimus explendam esse de licentia Episcopi, prout ita declarandum esse a s. Congregatione summe confidimus, dum de aliquo non agitur regularium praejudicio, quibus supradictae licentiae gratis omnino expediuntur et pro nunc solum tractat Episcopus de sua tuenda possessione ac indubitata jurisdictione in ipsis regularium ecclesiis curatis. *Antonius Maria de Fide.*

S. Congregatio rescripsit: Licere fratribus praedicare in ecclesia etiam parochiali sui ordinis, petita tantum benedictione, dummodo concionator sit ejusdem ordinis.

Die 13. Maji 1678.

Ad dub.: 1. An concionator ordinis Carmelitarum deputatus et approbatus a suo provinciali pro concionando in ecclesia parochiali retenta per patres sui ordinis et existente in terra Cremolini teneatur subjici novo examini Episcopi seu potius teneatur tantum petere benedictionem?

2. An missionarii et alii extraordinarii concionatores, quos identidem illuc, prout in Domino expedire viderit, Episcopus pro tempore mittet, impediri possint a PP. Carmelitis quominus in ecclesia parochiali Cremolini conciones aliasque necessarias in similibus functiones sibi demandatas expleant in casu?

S. C. rescripsit

Ad 1: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Ad 2: Negative, certiorato patre priore ex urbanitatis officio.

Die 12. Maji 1680.

Consentina.

Ex praescripto Concilii et declarationum hujus s. Congregationis regulares praedicaturi in propriis ecclesiis benedictionem, in alienis licentiam ab Ordinario petere tenentur, etiamsi in propriis oratoriis vel ecclesiis sermonem habeant aut occasione recitandi rosarium sacra mysteria exponant et exhortationes faciant. At quoniam adhibere poenam suspensionis a praedicando posset scandalum parere, quaerit Archiepiscopus:

1. An regulares praedicantes in propriis vel alienis ecclesiis non petita benedictione vel respectiva licentia ab Ordinario loci, puniri possint alia quam a praedicando suspensionis poena et qua?

2. An toties quoties intra annum praedicare voluerint personaliter teneantur accedere pro benedictione vel licentia praedictis?

S. C. C. rescripsit

Ad 1 et 2: Procedat ad formam Concilii et constitutionum apostolicarum.

Die 26. Ap. 1681.

Consuetudine praesupposita Praedicator deputatus ab Ordinario in aliquo populo praedicare in ecclesiis Regularium, etiamsi esset alterius Ordinis, potest, et Episcopus Regulares potest compellere si nolnerint admittere exterum in eorum ecclesia ad praedicandum, ut servetur consuetudo, sed si praedicatores ejusdem Ord. haberi possunt caeteris paribus sunt praeferendi. *Decisio S. C. C. Interpret.* ad Conc. Tr. c. II. sess. V.

Cremonen.

Si Monachi in parochiali ecclesia earum Monasterio unita per regularem *sui ordinis* praedicare voluerint, illius deputationem non ad Episcopum sed ad Priorem pertinere; at

concionatorem sive saecul. sive regul. *alterius Ord.* ab Episcopo tantum esse deputandum.

S. C. C. die 10. Novb. 1619.

Eandem regulam S. C. secuta est die 23. Febr. 1658 *in Ferrarien.*

Ad dub.: Utrum eligere praedicatorem *alterius Ord.* in ecclesia paroch., quae Regularium exemptorum sunt nnitae, spectet ad Episcopum an ad Superiorem regularem?

S. C. C. resp.:

Electionem pertinere ad Regulares, approbationem vero et benedictionem ad Episcopum.

Die 16. Decb. 1673.

c) Praesentare se debetne Vicario foraneo locali?

Vd. *Concionator regul.* (approb. etc. decr. *Firmana* p. 220.)

15) Suspensio.

Non poterit Ordinarius ad libitum et sine rationabili causa suspendere a praedicatione.

Decisio S. C. C. Interpr. ad Conc. Tr. c. II. sess. V.

Conclave.

De Cibo, Potu, Servientibus etc. vd. Constitutionem

Clement. PP. VI. incip.:

Licet in constitutione etc. diei 6. Decb. 1351. in bull. r. t. IV. p. 501. Ed. Ang. Taur. 1859.

Ordinationes pro tempore Sedis ap. vacantis circa electionem SS. Pontificis et observantiam Conclavis declarationesque Jurisdictionum Collegii S. R. E. Cardinalium, Camerarii et Clericorum Camerae, Majoris Poenitentiarii, Datarii, Praefectorum et Praelatorum Signaturae Gratiae et Justitiae et Custodum Conclavis, vd. Constitutionem

Pii PP. IV. incip.:

In eligendis, dd. Octobr. 1562 in bull. r. t. II. p. 97. Ed. Luxbg. 1727.

Privilegia pro Conclavistis qui in Conclavi in quo Pontifex electus fuit interfuerunt.

Similes ac majores gratias quisque Pontifex concedere hactenus consuevit, sed notam solummodo hanc Bullam.

Vd. Constitut.:

Clement. VIII. incip.:

Aequitati consentaneum dd. 2. Nov. 1592 in bull. r. t. III. p. 22. Ed. Luxenbg.

Facultas conceditur S. R. E. Cardinalibus post obitum ss. Pontificum extra Romam:) eligendi et locum conclavis et diem ingressus in illud pro rerum ac temporum circumstantiis,* vd. Constitut.:

Pii VI. incip.:

Christi ecclesiae dd. 3. Jan. 1797 in bull. r. Contin. t. X. p. 51. Ed. Romae.

Declaratio literarum apostolicarum SS. Domini Nostri Pii PP. VI. alias sub die 3. Jan. 1797 expeditarum, quibus opportuna praescribitur methodus servanda in casu obitus ejusdem Pontificis extra Romanam curiam, vd. Constitut.:

Pii PP. VI. incip.:

Cum Nos superiori dd. 13. Novb. 1798. *Ibid. p. 175.*

*) Vd. *Cardinales* (Constitut. Pii PP. IV.: *Prudentis* t. III. p. 826.)

Concordatum.

1) Quoad beneficia conferenda.

Vd. t. II. p. 511.

2) Gallicum.

Vd. infra n. 3.

3) Natura Concordati.

DE CONCORDATORUM NATURA.

Gallicum opusculum, cui titulus *Deux questions sur le concordat de 1801*, quod nobilis vir Mauritius de Bonald munere civilis judicis fungens in Galliis scripsit et elapso anno 1871 evulgavit omnes propemodum catholicae ephemerides laudarunt atque epistolam SSmi Patris gratulatoriam ejus auctor promeritus est quae tenoris est qui sequitur:

Nobili viro dilecto filio Mauritio de Bonald.

Pius PP. IX.

Dilecte fili nobilis vir. Salutem et apostolicam benedictionem.

Lucubrationem tuam dilecte fili nobilis vir cui titulus *Deux questions sur le Concordat de 1801* perlibenter excepimus, cum et religionem peritiamque tuam commendet et oculis subjiciat nativam et peculiarem hujusmodi pactorum seu indultorum indolem, unde facile solvi queant propositae quaestiones. Gratulamur itaque tibi tuoque scripto ominamur ut, qui blasphemant quod ignorant, inde tandem discant, ecclesiam per haec conventa de rebus ad se spectantibus non aliena appetere jura*), sed propria largiri. Omnia interim tibi fausta adprecantes divini favoris auspicem et paternae nostrae benevolentiae pignus apostolicam benedictionem tibi peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, 19. Junii anno 1871.

Pontificatus Nostri anno vicesimo sexto.

*) Anima illa candida, quae informabat Van-Espen, virum tandem in haeresi demortuum, qui in suo opere *jus ecclesiastic. univers.* saepe luget detrimentum ecclesiasticae disciplinae, cupiens atque enixe exhortans universos Episcopos, ut collapsam veterem disciplinam fortiter et suaviter instaurent, quum ecclesia toleret quidem, sed non approbet collapsam disciplinam (ubi nescis quid nomine ecclesiae intellexerit, cum haec ad universos dirigat Episcopos in *proleg. § 3)*; de Concordatis agens totus in eo est, ut nonnullis documentis in medium quomodocumque deductis nullimode rite expensis pulverem in oculos imperitorum injiciat. Satis enim sibi fuit, ut inter fluctuantes propositiones insinuare more suo valuerit, nativum jus principum saecularium esse electionem et confirmationem Episcoporum ad vacantes sedes, ita ut Romani Pontifices hoc jus principum proprium per Concordata injuria abstulerint, illud in indultum convertentes. Sic inter cetera scripsit atque conclusit *part. I. tit. 13. c. 3. n. 8.:* »Sive autem electioni *(Episcoporum)* faciendae consensum principis expectare deberent capitula sive electionis factae adprobationem, semper tamen natum erat contingere, ut non alius eligeretur aut admitteretur, nisi quem princeps cupiebat. Non mirum proinde quod principes capitulis sibi subjectis annuerent canonicam electionem, quam vel ipsi pro suo arbitrio fieri permittebant aut probabant vel improbabant. Quin et facile eis erat sua auctoritate aut precibus interpositis a capitulis impetrare, ut illum in Episcopum eligerent, quem principes desiderabant.

Porro cum viderent per reservationes Pontificias nominationes ad Curiam Romanam devolutas, proinde amplius a suo dependere arbitrio ecclesiarum cathedralium provisiones, imo frequenter personas extraneas sibi haud gratas, quin et *nonnunquam suspectas!* ad praelaturas suorum regnorum nominari omni conatu studioque illis reservationibus sese opposuerunt, atque canonicas electiones restitui voluerunt suamque, quam in iis jampridem habuerunt, auctoritatem reduci.

E contra Pontifices (*en usurpatores ambitiosi*) attendentes, quod restitutis canonicis electionibus reipsa quodammodo ad reges et principes devolveretur Praelatorum nominatio, ipsi vero Pontifices in totum ab eis excluderentur, in tantum, ut nec Praelatorum confirmatio, quae de jure communi Metropolitano competit, ad ipsos inposterum spectaret, convenientius crediderunt (*vide hominis simplicitatem!*), si regibus concederent privilegium seu indultum nominandi sive praesentandi ipsi Pontifici personas ad episcopatus promovendas, et ita reges jus nominandi Episcopos ex privilegio aut indulto Sedis Apostolicae habere viderentur, ac una Sedi Apostolicae Episcoporum promotio et confirmatio reservaretur.« En quomodo reges fuerunt victimae usurpationis! Ad hanc enim expressionem reducitur tota mollis et delicata ratio dicendi hujus candidi viri. Hoc selegi exemplum, quia passim vidi, praesertim in causis, quae ex superiori Italia Romam deveniunt, ejusmodi pessimum auctorem citari. Neque intelligo unde eveniat, quod auctores omnino catholici immo amplissimi nominis in suis scriptis ejus auctoritatem interdum afferant qui continuo hac scribendi ratione utitur, quique ingenuitate summa adulterata documenta passim affert, semper intentus ad exaltandam principum auctoritatem Apostalica depressa et ad nihilum propemodum redacta.

Episcopi quoque et Archiepiscopi opusculum illud plausu exceperunt ut patet ex gratulatoriis epistolis ad eundem auctorem missis quarum unam vel alteram refero.

Episcopus Carcassonensis die 2. Junii 1871 ita rescripsit:

Monsieur,

»Permettez-moi de vous remercier de l'excellent opuscule que vous avez bien voulu m'adresser.

Les plus graves questions religieuses et politiques préoccupent aujourd'hui les esprits; et on aime à les voir traitées par ceux qui, comme vous, Monsieur, joignent à l'autorité d'un grand nom, l'amour des vrais principes et des saines doctrines. *Je partage votre manière de voir sur un acte pontifical dont on a trop longtemps abusé; et je fais des vaux ardents pour que l'Eglise reconquière sur ce point comme sur tous les autres la plénitude de sa liberté.*

Item Archiepiscopus Tolosanus eodem die rescripsit: »*Vos raisonnements, vos conclusions sont des mieux établis, mais quelle peine pour les faire accepter par les gallicans!*« *)

In haec sensa pariter rescripserunt Episcopus Hebronensis in part. inf. auxiliarius Episcopi Genevensis; Episcopus Petrocoricensis; Archiepiscopus Turonensis; Episcopus Atrebatensis; Episcopus Anneciensis; Episcopus s. Claudii.

In eo opusculo vir illustris duas quaestiones de Gallico Concordato anno 1871 celebrato dirimendas suscepit, quae ei fuerant sic propositae: »1° praesens Gubernium *(nationalis Defensionis appellatum)* successitne privilegio Concordati praesentandi Episcopos sedibus vacantibus?«

»2° Facta hypothesi Gubernium hoc successisse, s. Sedes habetne jus revocandi privilegium illud, habita ratione abusus qui de eo factus est per Gallica Gubernia spatio septuaginta annorum?«

Considerans autem nobilis vir de Bonald Concordatum illud tum in se quoad suam naturam quae aliis Concordatis est conformis tum quoad abusus ad has duas conclusiones devenit: 1° Concordatum esse meram concessionem per Romanum Pontificem factam Gallico Gubernio, cujus Concordati Romanus Pontifex est semper solus dominus et judex: 2° actum illum, anno 1801 celebratum, considerari non posse ut contractum ob ipsam rei naturam, tum quia intercedit inter potestatem spiritualem et temporalem, quae potestates sunt diversae naturae, quarum secunda illi subest sicut corpus animae subest, tum quia de objecto agitur quod esse non potest obligationis materia ex parte spiritualis potestatis.

Quisque facile videt, quamvis de Concordato agatur inter s. Sedem et Gallicum Gubernium anno 1801 celebrato, quaestionem non hoc unicum factum respicere, sed ad ea omnia similia facta, quae Concordati nomine veniunt, sese referre: tangit enim Concordati naturam.

Mittens de Bonald suum opusculum Romam ad professorem P. Camillum Tarquini, virum tum publici tum privati canonici juris consultissimum habuit ad rei confirmationem epistolam ab ephemeridibus catholicis valde celebratam quam mox trado latine accurate conversam.

Meo quidem judicio haec epistola perutilis est cum aliis de causis tum ex ea maxime, quod penes canonistas sanae doctrinae Concordatorum indoles et natura non intime explorata reperitur; et non raro nostri canonistae sese implicant in externa Concordatorum forma, quae speciem quandam contractus quasi alienationis identidem praeseferre videtur; quae quidem extrinseca forma non alia de causa est inducta, quia in ejusmodi conventionibus saepe agi solet inter hpum et agnum.

E converso canonistae aulici Concordata sine ulla haesitatione considerant tamquam alienationes potestatis ecclesiasticae; immo Concordata habent tamquam aliquid gratiosum ex parte civilis potestatis concessum ecclesiae, quum absurde teneant, in potestate laicae potestatis natura sua ea jam et ampliora contineri, quae per Concordata sunt Guberniis a s. Sede concessa.

*) Carissima est filialis responsio, quam huic epistolae adjecit nobilis vir de Bonald his verbis: »Deus providebit . . . *Gen. 23, 8.* Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat, Deus, *epist. 1. Corinth. 3, 7.* Espérons avec Mgr. l'évêque de Périgueux et de Sarlat, . . . que la vérité trouvera un point d'appui et une cause d'expansion dans les événements si lamentables dont nous sommes le témoins.«

Dicta autem epistola clarissimi jurisconsulti ita se habet:

»Gratias tibi ago maximas ob egregium munus libelli tui de Concordatis, non modo quia tuae in me opinionis indicium fuit, verum etiam quia non mediocris mihi extitit causa voluptatis. Recreat enim magnoque solatio est, laicum videre de rebus religiosis scite recteque disputantem constantique animo ecclesiae jura asserentem, dum alios, quos magis decuit, timor humanarum rerum detinet vel etiam in transversum rapit.«

»Equidem intelligere nunquam valui quo pacto duo haec simul conjungi possint, et catholicam fidem profiteri et primatui Romani Pontificis detrahere, ita ut asseratur eum de libero ecclesiae regimine ex ea parte decidisse, de qua in Concordatis dispositum est. Si quis enim jus illud, quod circa res spirituales vel spiritualibus adnexas in aliquo Concordato constitutum est, variari, tum cum ecclesiae bonum id exigit, ab eo amplius per se non posse, qui toti ecclesiae praepositus a Christo est, pro certo habet, sinuulque catholicam de primatu doctrinam salvam esse arbitratur, is porro vehementer mirificeque se decipit. Nemo quippe est e Catholicis, qui primatum existimet gratiosum jus esse merumque donum in favorem ac beneficium successorum S. Petri collatum: imo de fide omnes tenent, instar oneris et obligationis iisdem esse impositum. At quidquid hoc nomine delatum est, id profecto ab humeris excutere sive ex toto sive ex parte non licet; ejusque fides, cui tale munus datum est, ei semper, qui dedit, obstricta manet. Quid porro censes, futurum esse, si quis e Romanis Pontificibus ante Christi tribunal constituatur et de parte aliqua gregis, sive mactata sive vexata, in quaestionem vocetur, isque respondeat, se non potuisse huic malo mederi, quia in eo res versabatur, quod e sua potestate effugerat, causa videlicet Concordati, quod vel a se vel ab aliquo e suis decessoribus initum fuerat? Quid tandem hoc est? inquiet Christus: Etiamne venum oves meas dedisti? At non aperte tibi jam edixeram, tum cum illas fidei tuae pascendas tradidi, eas non *tuas*, sed *meas* oves esse? *Pasce agnos meos.* Nonne aperte te monui, industriae curaeque tuae personali me eas commisisse, quem propterea de amore in me tui ter ego sciscitatus sum: Amas me? *Pasce oves meas.* Meridianae porro lucis est, neque ex toto neque ex parte Romanum Pontificem gregis sibi a Christo commissi abdicare a se curam posse. At *si pactum synallagmaticum* Concordatum censeri debet, ita ut non liceat Jesu Christi vicario in ea re spirituali vel spirituali adnexa, quae in Concordatum incidit, administrationem ac regimen in se recipere, nisi de ejus consensu, cum quo Concordatum initum est, an non est manifestum, in ea re veram alienationem factam fuisse, adeoque violatum Christi imperium esse ecclesiaeque constitutionem fractam?«

»Portenti mihi semper instar fuit, non uno oculorum obtuto deprehensa esse continuo corollaria catholicae fidei repugnantia, quae ex hujusmodi doctrina emanant. Ea quippe semel admissa haec simul admittere necesse erit, Pontificem quemque Romanum successorum suorum potestatem coarctare posse: Successorum potestatem non eandem omnino neque parem esse, quam quae a Christo S. Petro collata fuit: Enim, qui in Petri cathedra succedit non immediate a Christo in S. Petri persona, sed a decessore suo auctoritatem accipere. Cum ducenti circiter ac sexaginta Pontifices a Petro ad Pium IX. extiterint, si novum quisque Concordatum iniisset, jam fere ad nihilum futurum fuisse ut primatus potestas redigeretur. Cumque certissimum sit, quidquid alienari potest, praescriptioni quoque esse obnoxium, primatus quoque auctoritatem in praescriptionem abire posse etc. etc. Atqui exhorrent ista aures catholicae, eaque penitus recta fides aversatur.«

»Pervelim sane scire, qua ratione ejusmodi doctrinae assertores quaestionem practice dirimerent, cum, mutatis circumstantiis, quod antea tolerari Concordatum poterat, deinde ecclesiae salutique animarum perniciosum ac pestilens factum esset. De istorum sententia, qui Christi tenet potestatem, consensum ejus, cum quo Concordatum initum est, expectare teneretur. At neminem fugit, quanta in praerogativis suis retinendis principum sit tenacitas: ex quo apertum vel modice prudenti est, ejusmodi consensum nullatenus concessum iri. Quaenam igitur, flagito, dirimendae quaestionis ratio erit? Audivi a catholico doctore (!), in ejusmodi eventu ad omnium populorum sensum appellandum esse. Absurditatem ejusmodi

consilii praetermitto, quaque ratione populorum omnium sensus colligi, conciliari cognoscique possit. Hoc tantum dico, ejusmodi propositiouem iu aperta haeresi esse, quippe quae in ecclesia Christi supremum judicium in plebe constituit. Famosns ille Richerismus, quem toties Romani Pontifices aliique catholicae ecclesiae Episcopi senteutiis suis confixerunt, multo est ejusmodi propositione innocentior. Quo igitur utendum remedio erit? Incredibilem tibi rem dicere videbor; at hoc quoque nonuemo proponere mihi ausus est: idem remedium usurpandum esse, qno duae sui juris nationes paribus iu circumstantiis uti solent: *Bellum!* Itane? Bellum? Relinquo auctoribus suis ejusmodi doctrinam; meque iterum ad praxim recipio. Quaero ab iis, au praeter damnum etiam ludibrium ecclesiae veliut. Qnibus armis cum potente principe, quibus exercitibus Romanus Pontifex dimicabit? Illuditsne etiam ecclesiae, eamque non modo oppressam, verum etiam derisam cupitis? Gladione vique brutae jura omnia subjicitis? Age vero, ait alter, alia remedia minima desunt, quibus ecclesia adversus principes jura sua tueatur. Qnae? Equidem aliud ego non video praeter excommunicationem. At si cum heterodoxo res erit, si cum eo, qui religionem despicit et contemnit, quid, quaeso, excommunicatio adversus ejusmodi homines valeat? Deinde quinam erunt excommunicationis effectus? Privationeinne inferet ejus praerogativae in Concordato concessae, quam revocari ecclesiae bonum exigit, au non? Negant? Ergo uullum afferet remedium. Affirmant? Ergo concedunt, Pontificem Romanum, saltem excommunicaudo, Coucordata abrogare posse. At si excommunicando potest, cur absque excommnnicatioue clementiore ac mitiore modo non poterit?«

»Scite ipse animadveris, iu ecclesiae regimiue Summum Pontificem legislatorem esse, ceteros vero subjectos. Id scilicet dixisti, quod Petrum alloquens Christus dixit: *Pasce:* nimirum pastoris habe munus: *Agnos meos, oves meas:* ceteri de grege sunt. Id etiam dixisti, quod illustris quidam Galliarum rex (Ludovicus VII.) potenti cnidam imperatori (Friderico I.) renuntiari mandavit: *An ignorat praedictus imperator, quod Dominus noster Jesus Christus, cum esset in terris, B. Petro et per eum universis successoribus ejus oves suas pascendas commisit? Nonne audivit in evangelio ab eodem Dei Filio eidem principi Apostolorum esse dictum:* Simon diligis me? Pasce oves meas. *Numquid sunt hic Francorum reges vel aliqui Praelati excepti?* Huic porro doctrinae catholicae mirum in modum obnituntur, qui circa res spirituales vel spiritualibus aduexas, cujusmodi ea sunt, de quibus in Concordatis agitur, in pari gradu constituunt, interque se aequi juris faciuut Romanum Pontificem et principes. Rebus quidem iu temporalibus, iisque ad temporalem finem recte obtinendum ordinatis, juris sui principes esse et nos fatemur et ecclesia Romana docet: at in spiritualibus vel spiritualibus adnexis eos esse subjectos dogma fidei est. Hinc merito elementa ipsa juris publici repetens auimadvertis, absurdum id esse secumque pugnare, quod legislator atque subjecti iu auctoritate pari statuantur; quod uegetur legislatori, ejusque dignitatis legislatori, qui uon a populo, sed a Deo directe potestatem recepit, jus mutaudi leges, cum reipublicae id expedire intellexerit; quod in iis mutationibus perficiendis eorum, qui sibi subjecti sunt, cousensui subjiciatur, eumque petere et expectare cogatur. Sane ego non video, qui possit hujus rei evidentia non in omnium oculos iucurrere.«

»Celsiore profecto nos in gradu versamur ac quaevis alia humana potestas, licet supremi absolutique principis: est enim ecclesia regnum Christi Romanique Pontificis auctoritas non ipsius, sed Christi est, cujus ipse vices et potestatem gerit. Nihilominus libenter patiar, nt suae quisque reipnblicae historiam retexat, hujusque generis exempla exquirat. Quid sane reperiet? Reperiet fenda reipublicae corpori adjecta, quibus jurisdictio legesque propriae eraut nou jure tantum gratuito (en ipsa habes Concordata) sed jure plane oneroso, quod saue Coucordatis multo est gravius: reperiet provincias, quae legibus propriis utebantur, quasque deinceps fideliter servatum iri respublica promiserat (quid Concordatis simílius?): at provincias etiam reperiet, quae cum liberae suique juris essent, reipublicae sese eo pacto conditioneque, nt ajunt, *sine qua non*, adjecta dediderunt, ut leges omnes ac privilegia propria rata, saucta et inviolata manerent, quod profecto vim omuem Concordati longe superat. Hoc ergo jam peto, hoc instantius quaero, quid de hisce rebus omnibus actum sit? Uno die unoque decreto

antiquata, abrogata, delata omnia sunt; omnesque, publicae utilitatis nomine, ad ejusdem juris earundemque legum amussim exaequati fuere: neque vero ejusmodi factum in dubium aut in examen iterum vocare cuipiam licet. At ita mens atque ratio cuique coustet, quid, obsecro, hoc rei est? Quod sibi tribunnt atque vindicant, id suo omniumque hominum Domino, id caeli terraeque creatori Christo Jesu negant? quandoquidem, ut antea dixi, Christi vice atque nomine potestatem suam Romanus Pontifex exercet ejusque potestas ipsius Christi potestas est.«

»Nounihil aliud tangere etiam velim. Si vendere pretioque emere spiritualia nefas est, hoc cupio mihi dicant, utrum in verum proprieque dictum contractum vocare etiam sine pretio liceat. Si Simon ille Magus, pecunia nulla interposita, acquirere sibi stipulanda voluisset potestatem dispensandi Spiritum S., utrum existimamus, mitius cum eo acturum Petrum fuisse? Ne dicant uihi, quaeso, in Concordatis res ipsas spirituales non alienari, sed vel delegationem quandam circa eam fieri vel quidpiam simile: id enim, respondeo, facile admitti poterit, si jus delegationem illam vel quodcumque illud simile revocandi salvum sit: at cum *jus ipsum* ceditur alterique obligatur, tum profecto res ipsa obligatur spiritualis, quia jus ad spiritualia spirituale est proprio veroque sensu.«

»Argumentum, in quo hi triumphare se existimant, formulae quaedam sunt verborum Romanorum, Pontificum nomine adhibitae, quibus iudoles pactionis syuallagmaticae Coucordatis asseritur. Haec tamen cum objiciuut, scientiae principiis uuncium mittunt ejusque fundamenta convelluut. Distinguere scilicet inter argumenta aut nesciuut aut nolunt, quaeuam illa sint, quae vim dignitatemque probationis mereantur, quaeve inter meras objectiones recenseri debeant. Vera proprieque dicta probatio uonnisi a certis, immutabilibus atque omnium consensu aduissis principiis hauriri petique potest. Si qua hisce adversa ac repugnans auctoritas proferatur, quae consistere cum iis nullo pacto possit, nihilo majoris aestimanda erit, quam quaedam objectio, quae dissolvi et enodari debet, *impropriatis* etiam, ut ajunt, si necesse fnerit vocibus, juxta notissimas ac traditas in jure regulas. Quid igitur Romani Pontifices voluere tum cum indolem pacti synallagmatici Concordatis tribuisse visi sunt? Nihil profecto aliud, nisi ut quaslibet suspicionum umbras dissiparent certum sibi esse profitentes, ita firmiter, quamdiu per se licuisset, ea quae in Concordatis statuta fuerant, se servaturos, ac si pacta essent synallagmatica, neque ratione dissimili ac in ejusmodi pactis fieri consuevit. Haec vero, quae polliciti sunt, immota sauctaque fide adeo semper servarunt ut extremos quoque officii sui limites aliquando attigerint: quod porro eorum intemperantiam satis superque revincit, qui de potestate Pontificis suspiciosos ac pavidos se perpetuo exhibent. At si ea, quae constituta sunt, retinere in potestate Pontificis amplius non sit, si ecclesiae incolumitas, si salus animarum, si conscientiae proinde judicium ac divina vox Christi curam gregis sui haberi imperantis, immutari illa aut penitus oboleri jubeat. quis adeo excors ac caecus esse potest, qui hoc sibi persuadeat, in hisce etiam circumstantiis sua se potestate suoque se munere Romanos Pontifices exuere voluisse, denique ea se obligatioue illigasse, quae, natura ipsa sua, illicita fuisset atque irrita? Au hoc nobis dicent, in iis rerum adjunctis Romanum Pontificem judicio principis, cum quo Concordatum initum est, au ea revera necessitas urgeat, subjicere se debere? Perinde nimirum hoc esset, ac si dicas, Romanum Pontificem in iis rerum adjunctis divinam ecclesiae constitutiouem immutare debere: cumque Christus ecclesiae regimeu industriae curaeque ejus personali *(Amas me?)* commiserit, laicos ab eodem removerit, in eos ipsos illud debere, ab humeris propriis excussum, transferre. Perinde etiam hoc esset, ac juris publici principia couvellere, ea regula coustituta, ut legislator, isque legislator, qui nou a populo, sed a Christo ipso potestatem habet, in legibus immutandis ab eorum assensu, qui sibi subjecti sunt, pendere debeat. Perinde denique hoc esset, ac normam praescriptionesque rationis pervertere, id nimirum exigendo, ut in rebus spiritualibus administrandis, quarum cognitio Romanis Pontificibus data est, minime vero priucipibus, atque in immensi hujusce corporis ecclesiae ad perfectam nnitatem compacti regimine, cujus nexus inter singula membra atque omnia circumstantiarum adjuncta, quibus afficitur et implicatur, nni tantum Jesu Christi Vicario nota sunt,

principibus autem ignota, justi ordinis rectaeque dispositionis cura principibus ipsis demandetur, a Romano Pontifice detrahatur.«

»Natura pontificii primatus, qui alienationis est incapax, eaque proportio, quam circa res spirituales vel spiritualibus adnexas, inter Romanum Pontificem ac principes, qualis est inter legislatorem ac subjectos, rectissime instituisti, duo sunt scopuli, in quos semper illidet quicumque voluerit indolem pacti synallagmatici Concordatis tribuere. Cum ad hunc locum controversiam, veluti errantem, revocabas, ad intimam ejus indolem perveuisti: neque enim aliter definiri Concordatum potest nisi *lex particularis ecclesiastica pro aliqua ecclesiae parte auctoritate Summi Pontificis edita ad principis ejus loci instantiam, speciali ejusdem principis obligatione confirmata, se eam perpetuo servaturum.* Ex quo fit manifestum, partes Romani Pontificis in Concordatis eas esse, quae legislatori competunt, principum vero, quae subjectorum sunt propriae, ita tamen, ut hoc insuper accesserit, quod praeter naturale vinculum, quo subjecti erga leges tenentur, quoque ab iis recedere prohibentur, aliud quoque particulare principes adjecerint, quo se, speciali obligatione suscepta, ad ea perpetuo servanda se obstrinxerunt.«

»Video justos epistolae fines esse me praetergressum, sed abripi facile idcirco passus sum, non quidem ut fonti aquas praeberem, sed ut tibi sit manifestum, et quantum voluptatis e tuo libello perceperim et quanto consensu ea quae sentis amplectar.«

»Eximiae erga te meae opinionis significationem rogo, ut benignus accipias.«

Camillus Tarquini e societate Jesu juris Pontificii in Gregoriana collegii Romani universitate doctor decurialis.

Concubina.

(Denominatio duplex.)

Vd. *Matrimon. secret.* (Adnot. Secret. n. 22, 23 etc.)

Concubinarius.

1) Clericus.

Vd. infra n. 3.; t. III. p. 1293.; 1309. n. 21; t. II. p. 454. § 12.

2) Propositio damnata ab Alexandro VII.:

Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgo regalo, dum deficiente illo nimis aegrè ageret vitam et aliae epulae taedio magno concubinarium afficerent et alia famula nimis difficilè inveniretur.

Die 18. Mart. 1666.

(Bull. r. t. VI. Append. p. 2. Ed. Luxbg.)

3) Publicus.

(Poenae.)

Vd. t. II. 454. §. 12.; supra n. 1.

Clemens PP. VI. in confirmat. actorum Concilii Posoniensis.

Almae matris ecclesiae, quae plerumque rationabiliter ordinat et consulte quae suadente subjectorum utilitate postmodum consultius ac rationabilius revocat, aliquando subtrahit, addit quandoque pariter et commutat in melius, imitantes exempla, constitutionem b. mem. Philippi quondam Firmani Episcopi in regno Ungariae ac partibus aliis nostrae jurisdictioni subjectis,

Apostolicae Sedis Legati, contra publicos concubinarios editam et a fel. rec. Benedicto PP. XI. tunc in regno et partibus supradictis Legato Sedis Apostolicae confirmatam, qnibusdam additis et subtractis juxta infrascriptam modificationem inposterum observari praecipimus. Ad ipsius quidem temperandum rigorem animarum zelus quas ex illius contemptu quasi continuo peccatorum sordibus foedari cuspicimus Nos inducit, spes recuperationis hortatur. Confidimus enim, quod spirituali poena excommunicationis videlicet, quae quamvis sine comparatione periculosior minus tamen peccatis exigentibus formidatur, in temporalem mutata vindictam, subditorum mutabunt et mores. Decreto igitur praesenti statuimus, ut quicumque clericus contra ipsius constitutionis vigorem deinceps deliquerit, excommunicationis poena in ea contenta, propter causas praedictas, cessante, quartae partis redditnum beneficiorum suorum, praesentis constitutionis auctoritate, damnationi subjaceat. Quia vero nihil prodessent jura nisi foret qui ea executioni mandaret omnibus Episcopis eorumque superioribus, necnon singulis ecclesiarum praelatis de jure vel antiqua consuetudine jurisdictionem habentibus in virtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis poena, quam si ad hujusmodi constitutionis observantiam negligentes fuerint vel remissi ipso facto incurrant, districti praecipimus, quatenus a subditis suis, qui contra ipsam constitutionem excesserint, poenam praefatam integraliter exigant, ipsis quidem parte dimidia in exigentis, reliqua vero parte in pauperum usus seu ecclesiae exigenti commissae commodum convertenda. Praedicta autem coudemnatio tandiu cum exactione debita repetatur, quousque mores snos et vitam, quoad praemissa, curaverint emendare: ad quod etiam corporalis poena si superior suus expedire crediderit indicatur.

Publicata Posonii IV. Idus Nov.

Die 2. Septbr. 1346.

(Bull. r. t. IV. p. 490. Ed. Aug. Taur. 1859.)

Concubinatus.

(Irregularitas non est.)

Vd. *Irregul. infamiae adest* (decr. *Beneventana* §: *Et ad* etc.)

Concursus.

1) Admissio non concessa.

Lucana.

Die 15. Dec. 1853 concursus habitus est ad vacantem paroeciam s. Mariae, vulgo del Gindice, Lucanae Archidioecesis. Inter ceteros concurrentes admissus fuit sacerdos Petrus Coselli de Lamari qui antea penes curiam emissa protestatione modo supplici H. S. O. oblato libello conqueritur quod licet ipse unus ab examinatoribus approbatus fuerit attamen ab Archiepiscopo rejectus sit.

Unacum aliis literis ut magis magisque pateret pervicax ingenium ac indocilis animus sacerdotis Coselli transmisit Archiepiscopus decretum a se die 4. Maji p. p. latum, in quo eumdem Cosellium suspensione a Divinis pro tribus diebus multare coactus est, ex quo haud obtemperaverat praescriptis directionis studiorum pro anno scholastico 1853,

54. cui tamen decreto se subjecit Cosellius. Narravit praeterea, eumdem Cosellium sub die 17. Maji in jus rapuisse apud civile tribunal (quod suam incompetentiam declaravit) cancellarium curiae archiepiscopalis, qui testimonium directionis studiorum pro anno scholastico 1852—53 a Cosellio penes curiam exhibitum ut episcopali sigillo muniretur, eidem, jussu Archiepiscopi (verentis ne Cosellius hoc testimonio ad deceptionem abuteretur) reddere detrectaverat. Ob id vero verbaliter parere voluerit, contendens, ut poena scriptis indiceretur.

Contra quae in sua allegatione distribuenda haec habet Cosellius. Inprimis contendit declarationem ab examinatoribus editam nullius ponderis habendam esse, primo quia in actibus concursus ipsé approbatus dicitur generice ac sine ulla limitatione: deinde quia praesumendum est examinatores judicium ad tramites Benedictinae Constitutionis dedisse, nimirum tam super scientia quam super ceteris requisitis; tertia, quia pluribus post diebus a peracta relatione controversia pendente declaratio edita est: postremo quia factum examinatorum summam redoleret injustitiam, quandoquidem non ex ore Cosellii aut scripta ejus declaratione, uti opus erat, sed ex Episcopi dicto dumtaxat ipsis constitit, Cosellium exercitii causa concurrisse. Quamobrem quia nefas erat jam passae a se injuriae novam injuriam addere, etiam in hypothesi quod judicium non esset completum ex aequitate compleudum esse existimat.

Contendit secundo falsum esse quod ipse exercitii gratia concurrerit, siquidem declaratio a se edita: »di esser pronto a riportare sotto i miei casi questa mia dichiarazione, cioé di esser concorso per solo exercizio« evenit post expletum concursum, ad quem ab Ordinario libere admissus fuerat. Nequidquam vero objici praefatam declarationem editam quidem absoluto concursu sed nondum incoepto scrutinio juri per concursum quaesito renunciationem praeseferre, tum quia verba illa »se vuole posso andare a segnarmi sotto i casi per exercitio etc. veram non continent renunciationem, tum quia declaratio haec exorta fuit ex metu injusto et gravi. Nam ad metum quoque gravem pertinet metus*) reverentialis, quo filius timet offensionem parentum, pupillus tutorum . . ., clericus Episcopi nimirum si haec offensio putetur fore magna et diuturna cum asperitate vultus vel verborum vel alia mala tractatione, uti inquit *Lessius lib. 1. cap. 17. dub. 6. n. 35.* Atqui scitissimum est, resignationem seu cessionem juris ad beneficia nullam ac irritam esse ubi ex vi aut metu extorta fuerit. *Lessius loc. cit. cap. 34. dub. 35. n. 189., Paris. de resign. benefic. lib. 13. quaest. 2. n. 8.* aliique communiter.

*) Vd. *Metus.*

Contendit tertio, nullam Ordinarium justam habuisse causam, ut Cosellium adigeret ad concurrendum exercitii gratia. Altera, quam affert Archiepiscopus, sita est in natura paroeciae, altera in qualitatibus Cosellii. Atqui nec numero parochianorum (plane non magno) nec paroeciae ubicatione ad confinia alterius dioecesis adeo difficilem ejus administrationem habendam esse, ut ab eo moderari ac regi non possit qui et habilis quoad scientiam ab examinatoribus compertus est ac ex communi judicio (uti ex attestationibus constat) ceteris pollet a Tridentino requisitis qualitatibus. Verum nec de oratoris indignitate constare ob praetensam ejus reluctantiam Episcopi monitis ac praeceptis: sive quia ad concursum admissus est, ideoque ipsius Ordinarii judicio non judicatus indignus, sive quia tum Ordinarius idem, tum Vicarius beneficium curatum de Portigliano ei conferre exoptabant, sive quia, si non acceptavit capellaniam, vulgo della Badia di Pozzeveri, hoc non ex inobedientia processit, sed quia parochus ac ipse orator in conditionibus non convenerunt, ac tandem si renunciavit parochiale beneficium di Portigliano, id egit, quia concurrerat exercitii gratia, uti declaraverat cum ad concursum admissus est.

Perperam autem niti Archiepiscopum ejusdem Cosellii testimonio, qui, ut sese a demandatis officiis eximeret, pluries fassus fuerat, se schola indigere et adhuc esse imperitum. Haec enim, quae ceteroquin humilitatis causa quisque de se fateri solet, pro veritate a se dicta fuisse, quandoquidem per id temporis studiorum curriculum nondum confecerat; quod quidem inpraesens confecisse juxta vigentes leges allatis documentis comprobare nititur.

Tandem contendit, nullo pacto se contra canones deliquisse, uti authumat Archiepiscopus, ex quo curiae cancellarium ad civile tribunal vocaverit. Animadvertit enim primo

cancellarium curiae Lucanae non esse personam ecclesiasticam sed laicum et conjugatum ideoque fori privilegio non gaudere. Animadvertit secundo, id impermissum non esse ex lege conventionis inter s. Sedem et Magnum Etruriae Ducem initae, in qua art. 6. edicitur: »La Santa Sede consente che le cause civili risguardanti le persone, e i beni degli ecclesiastici, del pari che quelle che risguardono attivamente e passivamente il patrimonio della chiesa, e della causa pia vengano deferite ai tribunali laici.«

Jam vero causam, ob quam cancellarius ad praetorem vocatus est, non ecclesiasticam, sed civilem censendam esse. Nam non agebatur de re ad divinum cultum pertinente vel ad ecclesiasticam jurisdictionem, sed de re more profana, nimirum de documento, quod ad studiorum complementum referebatur, exhibendo.

Sacrorum canonum statuta abunde testantur, quanta cura opus sit, ut ii tantum ad animarum regimen assumantur, qui verbo et exemplo oves sibi concreditas pascere ac enutrire valeant. Id praecipue demandatum legitur in sacro Concilio Trid. *sess. 24. cap. 8. de reform.* ubi statuitur, quod vacante parochiali ecclesia concursus indicatur, in quo de singulorum concurrentium meritis et doctrina diligens fiat inquisitio et opportunum habeatur experimentum. Benedictus XIV. in constitutione *Cum illud* *) ad rem haec habet: Provide consultum est, regimen ecclesiarum parochialium iis esse committendum quorum omnis aetas a puerilibus exordiis ad provectiores annos per disciplinae ecclesiae stipendia ita concurrisset, ut de illorum supra alios provectione ac potiori doctrinae, morum ac diuturni laboris suffragio nefas esset dubitare.« In quo quidem quanti valeat Episcopi judicium, diserte significavit idem Pontifex in *cit. const.* per haec verba: »Nec parvi pendendum esse testimonium illius Pastoris, cui divino mandatur eloquio oves suas agnoscere. Facile enim credi non potest, Episcopos suae non minus quam alienae salutis adeo immemores, ut non deterriti interminatione divini judicii, odio vel fraude moveantur et in sacrorum canonum singularem injuriam dicant malum bonum, bonum malum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras.«

*) Vd. *t. I. p 607. n. 20.*

Verum ut omnis doli ac fraudis suspicio arceatur, ei qui repulsam injuria passus sit vel appellationis ope*) vel aliis extraordinariis remediis consultum voluerunt ss. canones. Triplex siquidem tempus distinguendum est, in quo quis repulsam patitur, primo nempe ante descriptionem deinde post descriptionem sed ante incoeptum examen, tertio post expletum examen. Hoc tertio in casu notum est ex cit. const. *Cum illud* iis qui gravamen tulere succurri per appellationis remedium, quod audit, ab irrationabili judicio Episcopi vel a mala relatione examinatorum. In primo autem casu, si candidatus aptus esset ac dignus, cùm nullus possit a concursu rejici nisi indignus et incapax concludenter appareat, *Reclus. de concursibus part. 1. lit. 3. n. 48.*, tunc ad reparandum hujusmodi praejudicium, fit locus restitutioni in integrum, uti factum est a s. C. in *Asculana Paroch.* quae prodiit 22. Dec. 1781.

Quando vero, qui secundus est casus et themati convenire videtur, aliquis ex concurrentibus qui descriptus fuerit, examini non admittatur, tunc concursus fit irritus, quia actus fuisse videtur contra formam Concilii Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* ubi praecipitur quod »omnes qui descripti fuerint examinentur ab Episcopo sive eo impedito ab ejus Vicario generali atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quam tribus.«

Atque in his terminis loquuntur doctores et canonistae et praesertim reprobata sententia s. Rotae in *Terracinen. Parochialis 10. Nov. 1634. coram Panzicolo* firmat *Pignatell. t. 1. consult. 1. n. 27.* et consonat etiam rotalis decisio in *Monopolitana Praebendae theolog. 27. Junii 1755. n. 3. 9.* et in confirmatoria diei 5. Dec. ejusdem anni n. 4. utraque cor. Stadion.

Quandoquidem vero examinatores referre tenentur non solum quoad scientiam, sed etiam quoad reliquas qualitates pro regenda ecclesia necessarias juxta praescriptum Concil. Trid. cit. loco, const. s. Pii V. *In conferendis* **) atque Benedicti XIV. const. *Cum illud* §. *Merentes*, ita ut si secus fecerint mala erit eorum relatio ac nulius declaratur concursus, juxta ea, quae tradit *Reclusius op. cit. part. 1. tit. 5. n. 16. et seqq.* pluri-

*) Vd. *p. 238. III.*
**) Vd. *t. II. p. 425.*

bus ibi cumulatis auctoritatibus, consequi videtur, haud recte dici posse ad examen admissum eum esse juxta Concilii praescriptum, qui examinatus non fuerit tam super scientia quam super moribus aliisque qualitatibus pro ecclesiae regimine necessariis. Eodem siquidem jure censetur aliquid non fieri ac nulliter fieri.

Haec praeterea adnotanda sunt in themate, primum est quod rejectus ac postpositus appellare poterit a mala relatione examinatorum vel ab irrationabili judicio Episcopi aut parochiam uti devolutam ad apostolicam Sedem ob concursus nullitatem impetrare, uti legitur in folio s. C. in *Policastren. 28. Apr. 1745.* §. *Altero* et Rota concordat in *Monopolitana Praebendae theolog. 25. Junii 1756.* §. *7. cor. Stadion;* secundum, quod concursus reiteratur in casu appellationis a mala relatione examinatorum vel ab irratiouabili judicio Episcopi, non autem eo in casu, quo servata non fuit concursus forma: tunc enim remedium superest obtinendi collationem, jure devoluto, a ss. Pontifice, juxta rotalem decisionem in d. *Monopolitana* §. *Quandoquidem;* tertium, quod si absque culpa et dolo Ordinarii atque examinatorum synodalium actus concursus nulliter expleatur, solet a s. Congregatioue sanatio nullitatis impertiri, uti traditur in cit. *Policastren.* §. *Adversus.* Si vero dubitetur, an concursus nullitas revera fuerit commissa, gratia ut ajunt sanatoria ad cautelam conceditur, juxta resolutioueni in d. *Policastren. 18. Sept. 1745.*

Quibus in jure praejactis videndum in facto num attendenda sit declaratio Cosellii concurrendi nimirum exercitii tantum gratia, quo in casu, cum juri suo renunciaverit, rejici fortasse deberet ejus recursus. Perpeudendum insuper, num satis de ejus indignitate ac idoneitate constet, ita ut a formali concursu pro obtinenda paroecia rejectus jure fuerit et a paroeciali munere arcendus sit. In casu autem negativo decernendum quid consilii capiendum sit.

Duo itaque propouuntur dubia:

I. *An constet de legitima rejectione in casu?*

Et quateuus negative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu etc.?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Dilata et interim iidem examiuatores prosynodales adhibiti in concursu referant etiam super caeteris qualitatibus sacerdotis Coselli ad formam const. Benedicti XIV. *Cum illud.*

Die 26. Aug. 1854.

Contiuuatio Lucana.

Ad tramites hujus rescripti iterum conuenerunt 5 examiuatores prosynodales in concursu adhibiti ac praeseute Archiepiscopo majori suffragiorum numero judicarunt sacerdotem Coselli qualitatibus ad paroeciam s. Mariae del Giudice regeudam necessariis carere.

Hanc examinatorum relatiouem contiuuo transmisit Archiepiscopus.

Contra examiuatorum relationem ac judicium iusurgit Cosellius illudque tum in forma tum iu substantia vitiosum ac nullum renunciandum esse contendit. Vitium autem formae ex eo deducit, quod nequibat Archiepiscopus, cujus adversa coutra Cosellium voluntas ac firmum propositum illum a paroeciae consequtione arcendi manifestum erat, coetui examinatorum praesse; unde praesumeudum est libertatem suffragiorum ademptum fuisse. Quam quidem praesumptiouem non destrui a contraria examinatorum declaratioue qua protestati sunt se liberos in suffragiis fuisse, ut adeo passi non sunt, Archiepiscopum a conventu recedere. Quandoquidem edita declaratio uti ab Archiepiscopo requisita non libera, sed potius extorta dicenda est: atque improbabile omnino sit, ut examinatores ad recedendum ab aula Archiepiscopum hortareutur, quamvis id fortasse animo optassent, quod ob reverentiam significare veriti sunt.

Non solum vitiosum in forma, verum etiam erroneum iu substantia hujusmodi fuisse judicium secuudo loco probare couuititur Cosellius. Fretus euim dicto trium examinatorum, quorum duo ipsi propitium tulere suffragium, monet examinatores juxta Archiepiscopi relatiouem judicium efformasse; imputationes autem quas Archiepiscopus objiciebat easdem fuisse quas in s. Congregatione retulerat, quae nimirum non tempus concursui antecedens sed subsequens respiciunt. Atqui cantum in jure esse, examinatores, qui canouice uti periti habentur,

Rota cor. Ansaldo decis. 64. n. 10., Pithon. Collect. dec. s. Congr. Concil. pro concursu n. 1389, in judicio efformando rationem habere debere de iis tantum quae quoad concurrentis vitam et mores ipsis constaut tempore concursus, quin de vitio aliquo occulto quod post expletum concursum et datam approbationem proditur judicare possint, alioquin episcopalem jurisdictionem invaderent, arg. text. in *cap. Electio de elect. in 6.* ibique *Corrad. prax. benef. lib. 5. cap. 4. n. 22.*

Nedum posteriores, sed irratiouabiles etiam ac illegitimas causas rejectionis ab Archiepiscopo productas esse. Praecipuam enim ex hisce causis moti inniti controversiae asserit, ac si indiguus ceuseudus sit clericus qui proprium Ordinarium in judicium rapere non dubitavit. Sed litem quae clericum inter et Episcopum de beneficio assequendo exagitatur clericum non facere indignum, nisi mala fides adsit, recte monet *Thomasin. de benef. part. 2. lib. 1. cap. 10. n. 14.* Praesertim vero, cum in praesenti specie non tam de beneficio assequendo quam de fama clerici a falsis imputationibus vindicanda res sit.

Sed objectas imputationes tum testimonio virorum probatissimorum tum factis penitus explodere ac diluere satagit. Ac primo ex ipsius Ordiuarii agendi ratione, qui libere Cosellium antea admiserat ad concursum plebauiae s. Januarii, elegerat eum ad beneficium curatum de Portigliano ac tempore concursus de quo agitur difficillimo Oeconomatui praeficieudum statuerat. Quis proiude praeter ea quae in prima causae propositione retulerat quaeque refutata sunt nihil praeterea iu Cosellium objicere valuit. Deinde ex testimonio duorum examinatorum qui in judicio ei suffragati sunt.

Tum ex attestatione pluriuu parochorum ac eorum praesertim qui de scientia propria loquuntur quibuscum conveniunt plurimi ecclesiastici ordiuis ac laici viri, qui omnes Cosellii mores, scientiam, probitatem ceterasque eximias ejus dotes summopere commeudant, ita ut dignissimum eum judicent qui paraeciae regimini praeficiatur.

Accedit demum eorumdem examinatorum judicium semel iterumque prolatum, quamvis modo aliter ac antea sentire visi sunt. Nam constat, Cosellium canonicam retulisse approbationem 1851 in concursu ad plebaniam s. Januarii et 1853 in concursu ad beneficium curatum de Partigliano, ad quod etiam ab Ordinario electus fuit. Quod si detur, paraeciam s. Mariae del Giudire, utpote difficilioris regiminis, majorem in suo Praeposito requirere experientiam ac idoneitatem, animadvertit Cosellius, tantum temporis a primo concursu ad plebaniam s. Januarii effluxisse, in quo studio atque ecclesiasticis ministeriis sedulam navavit operam, ut si quid sibi scientiae ac idoneitati deesse videbatur, abunde ea interea sibi comparasse ceusendum sit.

Jam vero si examinatorum relatio efficitur suspecta ex eo quod semel habilis approbatus quis fuerit, postea vero ut inhabilis rejectus, quamvis non iidem siut examinatores qui semel approbarint, postea rejecerint, ceu tradit s. Rota in *Calaguritana Beneficii coram Taja dec. 372. part. 14. n. 11. recent.* et in *Barchinonen. Parochialis cor. Vicecomite,* id eo magis sentiendum in themate, cum constet tres examiuatores a quibus modo Cosellius rejectus est in utroque memorato concursu illum quoad omnia a ss. canonibus requisita approbasse.

Archiepiscopus nihil deduxit. Perpeudendum itaque erit, num ipse praesentia sua ita animum examinatorum movere potuerit, ut hi non libere, uti opus esset, sed metu revereutiali capti suffragia sua tulerint. Porro ex Concilio Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* ex Piana constit. 33. atque ex epistola encyclica s. Congregationis jussu et auctoritate Clemeutis XI. ad Ordinarios directa tum ex const. Benedicti XIV. *Cum illud* praescribitur, ut examen descriptorum in actis pro ecclesiae vacantis provisione faciendum sit ab Episcopo vel ejus Vicario generali cum examinatoribus synodalibus, capitulariter, ut ajunt, cum eodem congregatis in loco designato. Quamobrem, nisi aliter rerum adjuncta suadeant, ex hoc tantum, quod Archiepiscopus examini praefuerit, nulla ac illegitima examinatorum relatio dicenda non esset. Accedit, quod nisi evidenter de metu incusso vel de fraude ac dolo constet, examiuatorum relatio valida est ceu in *Auximana Concursus 12. Aug. 1747,* in *Burgi s. Domini Parochialis 20. Dec. 1749* et in *Assisien. Parochialis 27. Nov. 1773* §. *Denique.* Id autem non praesumitur in viris perspectae probitatis ac probatae fidei, prout sunt examinatores prosynodales qui exa

men expleverunt, qui praeterea in suffragio ferendo sese liberos omnino declararunt.

Advertendum insuper num recentiora documenta a Cosellio exhibita extra processum concursus admitti atque attendi debeant pro retractanda examinatorum relatione ac judicio Archiepiscopi. Nam cum appellatio interponatur non ex capite doctrinae, sed aliarum qualitatum, notandum est, quod olim tenebatur appellans docere de gravamine aut ex actis I. concursus aut ex aliis documentis saltem extrajudicialibus ab ipso exhibendis, ut resolutum fuit a s. Cong. in causa *Dubia concursuum 12. Dec. 1720 ad 4. dub.* atque praescriptum in cit. literis encyclicis §. *Quemadmodum*, hodie vero judex Appellationis in ferenda sententia atque gravamine reparando inniti tantum debet probationibus ab actis elicitis tam respectu doctrinae quam meritorum, uti mandat Benedictus XIV. in cit. const. *Cum illud* §. *Si quem clericorum.*

Quae vero in themate resolutio capienda sit eorum prudentia judicabunt EE. PP. quibus iterum proponuntur diluenda

D u b i a:

I. *An constet de legitima rejectione in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Provisum in I.

Die 27. Jan. 1855.

2) Pro beneficio curato.

Vd. t. II. p. 515. n. 33.; *Concurs. pro ecclesiis paroch.*

3) Pro Beneficiis manualibus.

Beneficia manualia immnnia esse a formali concursu atque examine, *cap. Extirpandae 30.* §. *Qui vero de praebendis, Clement. unic. de excess. Praelat.* §. *Quidem etiam, glossa in cap. unic. Ne Sede vacante.* Ac propterea Concilii Trid. decretum de concursu ad parochiales ecclesias indicendo minime habere locum quoad vicarias unitas, *Rot. in Recent. dec. 597. n. 1. part. 2. decis. 352. n. 6. part. 4. t. 1.* et in *Decha-*

sen. Vicariae 8. Nov. 1816. coram Ubaldo sen., cum beneficia manualia non sint vere et proprie beneficia nec vacare censeantur ad *text. in Clement.: Frequens, vers.: Quidem etiam de excess. Praelat.*, ibique *Panorm. n. 11., Barbos. in Clem. Quia Regulares n. 15. de supplend. neglig. Praelat.*, *Rota cor. Ratto dec. 204. n. 1. et seq.* et *in Recent. dec. 646. n. 2. part. 1.*

Die 14. Mart. 1773.

Manualia beneficia conferenda esse absque formali concursu.

Die 7. Aug. 1773.

4) Pro beneficiis regularib.

Vd. t. II. p. 803. a.

5) Pro Canonicatu.

Vd. t. III. p. 66. c, p. 77. d. et p. 86. l.

6) Pro capellania.

Vd. t. III. p. 558. n. 12.

7) Pro Concionatoribus.

Bissinianen.

Id constat esse ex communi consuetudine et ex praescripto constitutionis Benedicti XIV. ut. nimirum licet omnibus concurrentibus idem Evangelium fuerit assignatum ipsis tamen liberum sit ex eo textu locum applicare, quem quisque opportuniorem nanciscatur, ut inde populum salubris adhortetur ad ea amplectenda praestandaque pietatis officia, quibus nostrae constat ratio salutis. Id proinde s. huic Congregationi semper visum est et licitum et legitimum, imo optime factum, ut hinc melius competitorum doctrina ac prudentia in seligendo atque explicando sermone cognoscatur. Vd. Melevitana 15. Sept. 1764.

Die 22. Decbr. 1832.

8) Pro ecclesiis parochialibus.

I. Abbas concursum pro ecclesiis paroch. vacantibus quando indicere potest?

Vd. t. I. p. 28. n. 14.

II. Admissio non concessa.

Vd. supra p. 233. n. 1.

III. Appellatio de eo.

Vd. t. I. p. 594. n. 13.; p. 607. n. 20.

IV. Confirmatus.

Vd. *Concursus* (nullitas.)

Monopolitana.

(Conc. Tr. c. 18. s. 24. de ref.)

Vacante animarum cura parochialis ecclesiae s. Angeli civitatis Monopolis jam sub die 22. Dec. 1710 ab Episcopo expositae fuerunt literae edictales, ut qui ad illam consequendam animum adjicerent intra decendii curriculum eorum nomina darent, cum eo termino elapso coram synodalibus examinatoribus concursus experiretur. Nonnullis subinde interjectis assertis impedimentis tandem die 11. Aprilis moniti personaliter fuerunt competitores infra recensendi, qualiter tum subsequenti decimaquarta die examen haberetur. Die indicta praesentes adstiterunt sacerdotes Vitus Antonius Pastore ac Simeon Fanellus, quibus super scientia interrogatis praetensi synodales examinatores Episcopo commendarunt Vitum Antonium a scientia, aetate moribusque, Simeonem vero idoneum renunciarunt quoad aetatem et scientiam, sed nequaquam quoad mores aliaque necessaria ad curam animarum obeundam, quapropter jam d. Episcopus laudatum sacerdotem Vitum Antonium pastorem praeelexit eumque in rectorem vacantis ecclesiae deputavit. Statim quidem Simeon Fanellus appellationem ad s. Sedem interposuit, quae ad effectum tantum devolutivum admissa fuit, deductaque subinde ejusmodi controversia ad s. Congregationem juxta morem consultus fuit desuper Episcopus; nuper vero redditis literis praelibatam facti seriem idem latius comprobat, eo vel addito, quod aegra valetudine detentus concursum explere nequivit post decendium a die publicati edicti. Pluribus subinde propugnat praeelectionem Viti Antonii pastoris, testimonium exhibendo, saepedictum Fanellum semel iterumque ob ejus corruptam indolem in Parochialium concursibus reprobatum fuisse, uti latius ex relatione, quae in summario dabitur. Caeterum mox d. Simeon Fanellus enixe contendit, edictum nulliter expeditum fuisse absque praefixione diei, quo examen instituendum erat, quin etiam examen ipsum, longe post decendium expletum, nullius esse momenti; irritam quoque autumat concursus formam, tum quia ab examinatoribus haud obsignata fuit, cum etiam ex quo publica intercesserunt suffragia; pluribus etiam inficiatur legitimam eorumdem Examinatorum electionem, quam pro virili tuetur Episcopus in altera relatione in summario Fanelli pariter exhibenda; postremo idem ipse exaggerat, inter eos intervenire procul dubio nequivisse Vicarium generalem. Hinc super his perspecta etiam observantia, quae in juribus circumferendis allegatur, reliquum est, quod EE. VV. dubia infrascripta inter partes concordata sapienter de more resolvant:

I. *An constet de nullitate concursus in casu etc.?*

Et quatenus negative;

II. *An constet de mala praeelectione in casu etc.?*

S. C. resp. *ad 1.* et *2.*: *Negative et amplius.*

Die 13. Maji 1713.

Aesina.

(Conc. Tr. c. 18. sess. 24. de reform.)

Ad ecclesiam paroch. s. Petri Castri Musciani vacantem per obitum ultimi possessoris 1705. in mense apostolicae Sedi reservato Episcopus inhaerendo S. C. T. dispositioni publicato edicto concursum indixit. Decem fuere concurrentes, quos inter a sex examinatoribus synodalibus plenis votis approbati extiterunt Alexander Bosius et Jacobus Sabbatinus, reliqui vero vel inter approbatos recensiti vel omnino reprobati; Episcopus autem praeeligendo Bosium favorabilem attestationem eminent. Prodatario extradidit, ex qua Bosius ipse praefatae parochialis apostolicas literas collationis et possessionis obtinuit: in qua usque modo perseverat. Ab hac porro Episcopi praeelectione supradictus Sabbatinus ac quidam alii concurrentes provocarunt nedum ob nullitatem concursus, verum etiam ob irrationabile Episcopi judicium*), recurrentes ad SS. precibus ad hanc S. C. remissis, propter non servatam formam ejusdem s. Concilii, et ex eo praesertim, *quod concurrentes ipsi admissi fuissent ad actum examinis in mansionibus separatis non autem unitim*, prout olim in concursibus aliarum parochiarum ejus dioecesis practicatum fuisse contendunt, ac ulterius irrationabilitatem evinci putant ex defectu requisitorum Bosii respectu aliorum concurrentium.

Haec sane non diffitetur praememoratus Antistes, qui de mandato S. Congregationis copiam actorum concursus transmisit refe-

*) Vd. *infra.*

rens ulterius sese devenisse ad praeelectionem Bosii in exclusionem Sabbatini ob majores qualitates in primo quam in altero praeeminentes, uti latius in ejus relatione in Summario dando. Concordatis itaque desuper infrascriptis dubiis EE. VV. consulendum superest:

I. *An constet de nullitate concursus et de irrationabilitate judicii Episcopi?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et coram quo sit indicendus novus concursus in casu etc.?*

S. C. C. resp. ad I.: Negative.

Die 1. Decbr. 1708.

Adjacen.

(Conc. Tr. c. 18. sess. 24. de ref.)

Vacante per obitum ultimi possessoris ecclesia parochiali sub titulo ss. Cosmae et Damiani loci nuncupat. Sartenis Episcopus de mense Septembris 1707. promulgavit edictum concursus ejusque termino pendente Augustinus Fozanus Canonicus Cathedralis Adjacen. ad examen accedere satagens quandam in scriptis comparitionem exhibuit in curia episcopali, in qua sub narrativa aversionis in ipsum ejusdem Episcopi et nimiam propensionem in Canonicum Cacciounm alium concurrentem eum suspectum allegavit una cum Notario, instans dari listam confidentium et diffidentium pro electione alterius judicis, qui examini praesideret, necnon pro deputatione Notarii — atque pro concordatione examinatorum synodalium, inter quos pro tunc nominavit dumtaxat suspectum quendam Violam. Hujusmodi instantiae adhaesit Episcopus mandans Notario, ut traderet instanti listam omnium examinatorum, qui tunc septem erant in civitate praesentes, ad effectum eligendi sibi benevisos eidemque facultatem fecit pariter deligendi notarium. Hoc autem decreto notificato Fozanus replicavit esse citandum ad tradendam listam examinatorum confidentium. Qua quidem instantia neglecta Episcopus, relicto Viola allegato nominatim suspecto a Fozano, necnon alio examinatore, etiam recusato ab oppositione, designavit reliquos quinque examinatores mandavitque procedi ad ulteriora in concursu. Quinque fuerunt concurrentes, qui examinati coram Vicario generali alioque notario deputato, eorum quilibet omnia vota favorabilia reportavit ac Episcopus inter eosdem magis dignum judicavit Canonicum Joseph Cacciounm, cujus favore testimoniales literas ad Datariam direxit. Exinde Fozanus protestatus fuit de nullitate concursus adiitque eminent. Prodatarium, qui causam definiendam rejecit ad hanc s. Congregationem, in qua transmissis actis ipsius concursus fuit inter partes concordatum infrascriptum dubium, quod proponitur hodie EE. VV. ex deducendis ab eisdem partibus monitis decidendum: *An sit locus novo concursui in casu etc.?*

S. C. C. resp.: Negative et amplius non esse molestandum Caccionum et ad mentem.

Die 12. Apr. 1710.

Abellinen.

(Conc. Tr. c. 18. s. 24. de ref.)

Vacante ecclesia parochiali archipresbyteratus nuncupata sub invocatione s. Nicolai Terrae Montis fortis per obitum illius ultimi Archipresbyteri possessoris sequtum de proxime defluxo meuse Octobris Apostolicae Sedi reservato Episcopus vel praescriptum *S. C. T. cap. 18. sess. 24. de ref.* sub die 11. ejusdem mensis edictum indixit et publicavit requirendo omnes concurrere volentes ad assequendam parochialem, quatenus intra terminum decem dierum eorum nomina describi facerent in cancellaria episcopali. Intra praefixum terminum nullus alius comparuit quam Sebastianus Maria sacerdos antedictae terrae, cujus nomen nua cum aliis requisitis descriptum extitit in albo concurrentium. Sed instante promotore fiscali curiae pro supradicti termini prorogatioue, atteuto frequenti sacerdotum numero in d. Terra ac eorum inde absentia idem Episcopus sub die 22. mensis praedicti terminum prorogavit ad alios dies decem, designando diem sabbati primam tum subsequentis mensis Nov. ejusque horam pro concursu peragendo. Exinde sub die 23. saepedicti mensis institit et obtinuit admitti ad eundum concursus sacerdos Franciscus Canonicus quemadmodum idem obtinuerunt intra terminum prorogatum Stephanus Canonicus et Martinus Ferrara. Subinde Episcopus die 31. supra memorati mensis delegit ad examen peragendum quinque examinatores deputatos in ultima synodo ac sub die prima memorati mensis Nov. per schedulas affixas intimari fecit examen habendum coram Episcopo atque dixit de nullitate peracti concursus ac admissa appellatione in devolutivo tantum recursum habuit idem Sebastianus ad hanc S. C., cujus jussu idem Episcopus exemplar actorum concursus una cum sua informatione in summar. dand. transmisit, ex quibus tenor facti recensiti erutus fuit ac citato Francisco Canonico cooppositore fuerunt concordata infrascripta dubia, quae partibus ipsis monitis proponuntur hodie EE. VV. etiam ex aliis deducendis sapienter defluienda:

dem die. Ubi autem designata hora advenit, convenerunt simul coram Episcopo supradicti quinque examinatores una cum praenominatis concurreutibus descripto excepto Francisco Canonico, qui eo tunc praesentari fecit Episcopo attestationem medici super impedimento suae infirmitatis atque alia documenta suorum requisitorum necnon epistolam eidem Episcopo directam.

Nihilominus sub hora vigesima iuceptum fuit examen reliquorum trium concurrentium, qui fuerunt examinati unus post alium super uno ex capitibus S. C. T. et super conciuncula cujusdam textus s. Evaugelii, sed dimissum extitit examen in hora vigesima secunda cum dimidio, auimo iterum illud reassumendi, quemadmodum hoc totum judicialiter notificatum fuit eisdem concurrentibus, injuncto eisdemmet praecepto jurato de non patefaciendis explicatis et dictis iu concursu incepto ac renovato eodem praecepto examinatoribus praedictis.

Postmodum sub die 3. mensis Nov. instante promotore fiscali Episcopus terminum dierum sex praefixit Francisco Canonico ad subjiciendum se examini aut illi renunciandum, quodque alias terminaretur examen cum solis aliis descriptis. Acceptavitque terminum praefatus Canonicus; hinc sub die 9. Nov. hora 19. convenit in Aula episcopali una cum tribus supradictis aliis concurrentibus mox antea notificatis. Et primo quidem ab iisdem examinatoribus fuit examinatus dictus Franciscus semotim et secreto super eodem capitnlo S. C. T. ac super conciuncula ejusdem textus s. Evaugelii, super quibus alias, ut praefertur, fuerant examinati reliqui tres concurrentes. Subindeque a praedictis examinatoribus fuerunt proposita quaesita moralia omnibus quatuor concurrentibus, a quorum singulis data fuerunt responsa in scriptis. Quibus omnibus perpensis examinatores habito scrutinio eorum vota pandiderunt ac repertum fuit Stephanum Canonicum tria favorabilia et duo negativa, Martinum Ferrara quatuor negativa et unum affirmativum, Franciscum Canonicum et Sebastianum Maria omuia quinque pro quolibet affirmativa vota reportasse. Ex quibus Episcopus attenta majori aetate et diutino oeconomatus exercitio Francisci Canonici eum magis dignum ad Archipresbyteratum declaravit et publicavit. Die sequenti gravatus Sebastianus Maria appel-

I. *An constet de validitate concursus?* et quatenus affirmative.

II. *An praelectio facta ab Episcopo in personam Francisci Canonici sustineatur vel potius deberet praelegi Sebastianus Maria?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative.

Ad 2: Affirmative quoad I. partem, negative quoad II.

Die 28. Febr. 1711.

Isclana.

(Conc. Tr. c. 18. s. 24. de ref.)

Sacerdos Thomas Morgioni rejectus fuit in concursu habito occasione collationis parochialis ecclesiae s. Spiritus Suburbii Celsae in civitate Isclana et appellatione interposita causaque devoluta ad hanc s. Congregationem praetendit, concursum non fuisse validum et quatenus validus fuisset praetendit esse locum provocationi ad novum examen in curia faciendum.

Praetendit autem, concursum non fuisse validum, quia examen factum fuit a solo Vicario, Episcopus enim erat absens, et non ab examinatoribus synodalibus, et quia concursui interfuerunt tres sacerdotes, qui non erant examinatores synodales.

Praetendit deinde, locum esse provocationi ad novum examen in curia faciendum, quidquid enim sit, an ad tramites Concilii Trid. *cap. 18.* vers.: *Nec praedictorum, sess. 24. de reform.* locus sit appellationi in devolutivo a judicio examinatorum tantum vel etiam ab Episcopi collatione juxta ea, quae habentur apud *Fagnan. in cap. Cum sit ars n. 50. et seqq. de aetate et qualit.*

Hoc unum certum est, quod juxta posteriorem constitutiouem 33. s. Pii V. admittitur appellatio in devolutivo tam a ra-

tione examinatorum quam ab irrationabili judicio Episcopi.

Absque eo quod de gravamine per Episcopum illato docendum sit ante novum examen coram judice appellationis faciendum, juxta resolutionem hujus s. Congregationis in causa *Pistorien. 12. Junii 1603.* impressam apud *Fagnan. in cap. Eam te n. 31. de aetate et qualit.* et absque eo, quod in novo examine instituenda sit quaestio de majori probitate et experientia, de quibus, ultra doctrinam, habenda est ratio in collatione Parochialium, haec eteuim omnia sunt discutienda post novum examen completum, et quando completo novo examine assumitur principalis quaestio an sit facienda nova collatio ob praeelectionis irrationabilitatem, tunc quippe clare docendum est de gravamine et tunc indago instituenda est de moribus, experientia et similibus, quae praeter doctrinam in beneficiis curatis requiruntur,*) uti hujus s. Congregationis resolutiones referendo et amplectendo respondit *Rota decis. 4. et decis. 24. coram Cardinali Celso* et *decis. 9. et 10. post Monacell. in formul. t. 4.*

Adversus haec sacerdos Cajetanus Boncore, qui fuit praeelectus et qui literas apostolicas super provisione Parochialis uti vacatae in mense reservato reportavit, nullam asserit esse difficultatem concursus, tum quia in eo Vicarius quaesita proposuit et examinatores suum officium expleverunt in interrogationibus et in scrutinio responsionum, juxta antiquam praxim dioecesis Isclanae, tum quia impugnari non potest qualitas examinatorum synodalium, cum sacerdos Morgionus illorum examini se subjecerit et cum fuerint electi in synodo dioecesana, quae licet suspensa fuerit et suam executionem usque adhuc non habuerit, id tamen processit ex difficultatibus, quae fuerunt excitatae adversus constitutiones in hac synodo editas, quod nihil habet commune cum electione examinatorum synodalium.

Additur, quod Morgionus appellationem non interposuit intra decendium, in quo rerum statu contenditur non esse locum ordinario remedio appellationis, sed extraordinario restitutionis in integrum, quod non datur sine laesione et consequenter sine probatione gravaminis, ut innuit *Card. de Luca discurs. 7. n. 8. de Parochis.*

*) Vd. *t. II. p. 515. n. 33.*

His stantibus onus erit EE. VV. decernere:

I. *An constet de validitate concursus?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit locus provocationi ad novum examen faciendum in curia in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative et ad mentem.

Die 23. Julii 1718.

Nucerina.

(Conc. Tr. c. 18. s. 24. de ref.)

Episcopus Nucerinus concursum de more indixit, ut parochialem ecclesiam sive Prioratum s. Angeli Terrae Saxoferrati vacantem de novo rectore provideret.

Plures ad concursum venerunt, cumque sacerdos Marcus de Evangelistis ex 5 examinatoribus tres habuerit sibi favorabiles et in sacerdotem Paridem de Vimercatis omnium 5 examinatorum favorabilia vota confluxerint, fuit hic ab Episcopo praeelectus et a sacerdote Marco de Evangelistis interposita appellatione ad hanc s. Congregationem nulla fuit die 11. Maji 1720 capta resolutio, sed rescriptum est: Ad mentem, et mens fuit, ut stante frequentia consimilium quaestionum exquireretur: an adesset modus coercendi frivolas appellationes, quae a non approbatis in concursu interponuntur, vel a mala relatione examinatorum vel ab irrationabili judicio Episcopi, necnon incongruas provocationes ad novum examen.

In hujus mandati executionem fuit a me exaratus discursus impressus post folium exhibitum pro Congregatione habita die 1. Octob. 1720. efformatisque nonnullis dubiis generalibus inter cetera fuit solutum: quod appellans a mala relatione examinatorum vel ab irrationabili judicio Episcopi, in eo, quod attinet ad literaturam, deberet inposterum docere de gravamine vel ex actis originalibus concursus vel ex copia authentica collationata ad formam juris, in qua tam suae quam concurrentium responsiones proprio charactere unacum concionibus conscriptae invenirentur et quod ante appellationis admissionem appellans ab irrationabili judicio Episcopi non ex capite literaturae sed aliarum qualitatum, quibus se et non

praeelectum contenderet praeditum esse, teneretur docere de gravamine aut ex actis primi concursus aut ex aliis documentis saltem extrajudicialibus ab ipso exhibendis; cumque resolutiones hae fuerint captae in Congregatione habita 16. Nov. 1720 annuente felic. record. Clemente PP. XI. scripta fuit subsequenter epistola circularis*) ad Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos, ut ipsis nota esset mens s. Congregationis tum quoad modum explendi concursus tum quoad circumstantias, quas ipsa statuerat esse necessarias, ut locus esse posset appellationi a mala relatione examinatorum vel ab irrationabili judicio Episcopi.

In eadem Congregatione habita uti dictum est die 16. Nov. 1720 proposita etiam fuit haec eadem causa Nucerina Parochialis, nec in ejus examine opus fuit quaestionem assumere: an ad effectum admittendae appellationis seu provocationis ad novum examen sibi vindicaret locum regula contemporanee statuta de gravamine ex actis concursus comprobando; Marcus enim de Evangelistis, qui appellationem interposuerat, docere praetendebat de gravamine ex ipsis actis concursus, sed cum Paris de Vimercatis exciperet, quod acta concursus transmissa non bene fuerant conscripta, s. Congregatio respondit, quod transportarentur acta originalia concursus.

Adimpleta fuit mens s. Congregationis et facta est transmissio Actorum originalium, quocirca in praesenti ex juribus circumferendis onus erit EE. VV. decernere:

I. *An sit concedendum novum examen?*

Et quatenus negative,

II. *An aliunde constet de irrationabili judicio Episcopi in casu?*

S. C. C. resp. ad I.: Negative.

Die 2. Oct. 1721.

Salutiarum.

Indicto sub diem 11. Febr. 1738 concursu ad parochialem ecclesiam s. Michaelis in loco Montis Barcarii tunc recens vacatam habitoque postmodum examine die 3. Martii ejusdem anni sacerdos Joannes Bapt. Chiotti omnibus examinatorum suffragiis ad illam fuit idoneus prae caeteris approbatus.

*) Vd. *Concurs.* (modus.)

At Vicarius capitularis sub obtentu, quod Joannes Bapt. responsiones ad sex casus in eo concursu propositos hauserit ex resolutionibus ibidem datis per Matthaeum Hyacinthum Chirium alterum ex competitoribus, novum indixit concursum, in quo sacerdos Gregorius Augustinus Ballaglia obtinuit primus inter idoneos renunciari, quod aegre ferens memoratus Joannes Baptista Chiotti, sacrum hunc adiit concessum postulans declarari judicium ab examinatoribus synodalibus in priori concursu editum ita spectandum fuisse, ut secundus concursus absque nullitatis ac injustitiae labe nequiverit haberi.

Oratoris instantia nititur canonici juris principio, quo communiter receptum est, examinatorum synodalium judicium occupare locum sententiae celerem plenamque executionem promerentis, secundum ea, quae ad rem notarunt *Garz. de benef. part. 9. cap. 2. n. 239.*, *Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 3. n. 26.* vers.: *Si vero secundum*, et cum aliis *Barbosa de offic. et potest. parochi part. 1. cap. 2. n. 137*, adeo ut iidem examinatores postquam in priori concursu aliquem magis idoneum renunciarunt suoque functi sunt munere, prohibeantur sub nullitatis poena ac injustitiae labe alium in secundo concursu in damnum ejus, quem antea aptiorem judicarunt, seligere, secundum ea, quae praeter autores supra citatos firmavit *Card. de Luc. de paroch. disc. 6.*

Duo tamen adversus haec in relatione praefati Vicarii capitularis interea defuncti potissime opponuntur: alterum scilicet, quod antedictus sacerdos Chiotti pluribus interfuerit aliarum parochialium concursibus, quin unquam meruerit inter idoneos adscribi, »nisi (sunt verba relationis) in concursu Alpeaxi, in quo aduitente favore cujusdam examinatoris idoneorum numero praeter consuetum adauctus est usque ad septimum vel octavum,« novissime vero in enunciato priori concursu ideo primum locum inter approbatos obtinuerit, quia communicatae illi fuere responsiones a supradicto Matthaeo Hyacintho Chirio, quod veluti tendens in detrimentum competitorum non potuit absque concursus et examinis invaliditate attentari, uti colligitur ex resolutione sub diem 16. Nov. 1720 edita in causa, cui titulus: »Dubia concursus.«

Alterum, quod Joannes Bapt. non fuerit

a Vicario in parochum dictae ecclesiae electus, quia »ex gravibus causis aliud«, ut dicitur in eadem relatione, »conscientia exigeret«; id vero fieri utique potuit consentanee ad sacrorum canonum disciplinam, juxta quam non ille ad animarum curae onus obeundum est assumendus, qui majoris dumtaxat scientiae specimen dederit, sed qui alios exemplo, prudentia morumque honestate praecellere dignoscatur, uti pluribus adductis animadvertunt *Barbos. ad Conc. sess. 24. cap. 18. n. 118*, *Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 4. n. 112.*, *Card. de Luc. de paroch. disc. 37. n. 28.*, et constet ex resolutionibus s. Congregationis in *Abellinen. Concursus 28. Febr. 1711* et in *Monopolitana Concursus 3. Maji 1713.* E contra vero arceri debeat quisquis vel nihil spiritualis utilitatis vel potius scandalum populo sibi concredito sit allaturus, quemadmodum per textus expressos in *cap.: Inter dilectos 11. de excèss. praelat.* et in *cap. fin. de purgat. canonic.* docent *Abb. in cap. 10. de jurejuran.*, *Reiffenstuel in jus can. lib. 5. tit. 37. n. 60.* et *Card. de Luc. de paroch. discurs. 8. n. 5. et 6.*

Praecipuum itaque onus erit in hodierna collucatione dispicere, num exceptiones a Vicario capitulari contra Joannem Bapt. Chiotti datae satis in facto comprobentur vel potius eas plene refellat idem sacerdos Chiotti praesidio documentorum, quae exhibet in summ. n. 4, 5 et 6, ac praesertim amplissima attestatione ipsiusmet Vicarii capitularis non diu ante habitum concursum nempe sub annum 1735 exarata, in qua praefertur eumdem Joannem. Bapt. Chiotti esse presbyterum bonorum vocis et famae, nulla unquam fuisse ecclesiastica censura irretitum, nec ullo de crimine apud nos curiamve nostram, quod scianus, delatum, in juventute sua pietatis specimen omnibus exhibuisse necnon a quinquennio in hac Cathedrali curam animarum laudabiliter exercuisse actuque exercere et in hoc munere tum in administrandis poenitentiae et eucharistiae sacramentis cum in edocendo populo rudimenta fidei sedulam operam dedisse, ideoque eumdem habilem, idoneum et sufficientem duximus ad obtinendum quodcunque beneficium ecclesiasticum.

Ex his enim deliberare oportet:

An judicium editum ab examinatoribus in I. concursu sit attendendum, ita ut non esset locus secundo concursui indicto a Vicario capitulari in casu?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 28. Febr. et 4. Mart. 1739.

V. Non confirmatus.

Vd. *Concursus* (*nullitas*, pro praebenda theolog.)

(Conc. Tr. c. 18. sess. 24. de ref.)

Penen.

Post vacationem parochialis ecclesiae s. Sylvestri loci Cermignoni hujus dioecesis indicto concursu per Episcopum 4 fuerint concurrentes, Nicolaus Adrianus, qui ex 5 examinatoribus cum licentia uti supponitur hujus s. Congregationis sed non exhibita, qui examini interfuerunt, quatuor favorabilia vota reportavit, Joseph Sebastianus et Joannes Adrianus singuli tria atque Joseph de Castellis duo dumtaxat. Peracto examine tenuit Episcopus praeelectionis judicium proferre sub pluribus assertis motivis nullitatis dicti concursus, quod nempe examinatores praeviè ad examen haud juraverint ad s. Dei Evangelia sese fideliter munus executuros, quod insuper iidem examinatores non palam inter se, sed per suffragia secreta vota sua protulerint, quod tandem inter eumdem Nicolaum Adrianum et nonnullos ex examinatoribus simoniaca labes intercesserit; quapropter instantibus reliquis concurrentibus, quibus adhaesit promotor fiscalis curiae episcopalis, constructus fuit desuper processus, in quo idem Episcopus post testium examen diffinitive sententiavit, omnes nullitates propositas per dictum promotorem fiscalem obstare, unde novum edictum decrevit pro novo examine faciendo, uti latius ex copia dicti processus transmissi, data in summario. Recurrit propterea antedictus Nicolaus Adrianus ad hanc s. C. a qua de more requisita Episcopi informatione, idem praemissa approbando, una cum praememorato processu, acta concursus transmisit, jussui s. C. obtemperando, ac tenet, reliquos concurrentes scientia aliisque qualitatibus praecellere supradictum Adrianum. Hodie itaque partibus monitis proponitur EE. VV. infrascriptum dubium:

An constet de nullitate concursus ita ut sit deveniendum ad novum examen in casu etc.?

S. C. C. resp.: Affirmative et ad mentem.

Die 23. Junii 1708.

VI. Consuetudo dioecesana circa eum non valet.

Vacante praebenda poenitentiaria ecclesiae cathedralis NN. ab Ordinario indictus fuit concursus ad tramites sacrorum canonum. Duo tantum sacerdotes periculo subeundo sese obtulerunt, qui, exhibitis requisitis, statuta die, novem quaestiones a quatuor examinatoribus propositas enodandas curarunt. Insequenti die examinatores coram Ordinario concurrentium scriptis expensis ambos reprobarunt.

Heic duo animadvertenda: 1. Examinatores inter se statuisse, »illum e concurrentibus maximum approbationis et idoneitatis gradum fore assecuturum qui triginta sex meritorum puncta reportaret; illum vero esse rejiciendum et penitus reprobandum, qui ne puncta quidem decem et octo cum quadrante attingeret.« 2. Consuetudinem vigere in illa curia perpendendi requisita concurrentium, tunc tantum cum quoad scientiam approbati sunt. Quapropter in casu ambo fuerunt concurrentes rejecti, quia unus novem, alter quatuordecim puncta cum dimidio retulit circa scientiam.

Primus acquievit: secundus vero aegre ferens examinatorum judicium ab eorum relatione tanquam mala appellavit ad s. Congregationem Concilii petens tum concursus revisionem, tum ut ratio haberetur requisitorum quae ipse exhibuerat; ac si, omnibus conjunctim perpensis, approbationem mereretur, praebendae concessionem postulabat.

Ordinarius rogatus de more pro informatione et voto quoad omissum requisitorum examen rationabilem appellationem judicabat, tamen addebat: »cum ex uno latere consuetudo seu praxis de qua supra centenariam excedat, cum ex alio juxta Tridentinum et constitutionem citatam (scilicet const. *Cum illud**) s. m. Benedicti XIV.) judicium examinatorum videtur esse debere conjunctivum et cumulativum, nempe circa doctrinam et qualitates simul . . . . . acta concursus unacum elencho requisitorum transmitto.«

Post haec habito voto unius ex consultoribus s. Congregationis rescriptum fuit: *Morem examinatorum in decernenda concurrentium habilitate prout proponitur non sustineri; ideoque in casu de quo agitur ineundum esse ab examinatoribus novam relationem, conjunctim expensis reliquis omnibus requisitis unacum doctrinae ornamentis.* Hujusmodi resolutio nova non erat, sed referebatur ad aliam diei *26. Augusti 1854* in una *Lucana — Concursus —* in qua responsum fuerat: *Examinatores prosynodales adhibiti in concursu referant etiam super caeteris qualitatibus sacerdotis Ceselli ad formam constitutionis Benedicti XIV.*: Cum illud.

Examinatoribus praefatum decretum minime arrisit atque iterum suffragium ferre non posse putarunt, tum quia ipsi secuti fuerant praxim curiae, tum quia ipsis, qui juxta conscientiae atque justitiae dictamina judicium tulerant, sententiam mutare haud licebat. Tunc editum fuit rescriptum: *ponatur in folio;* atque in plenariis s. Congregationis comitiis causa disceptata fuit.

Advocatus recurrentis defensionem exhibuit in duas partes divisam ac in prima contendebat examinatorum judicium esse debere *conjunctivum* et *cumulativum* tam quoad scientiam quam quoad meritorum requisita; in altera suffragia favore sui clientis collata pauciora fuisse dicebat, quam reapse in propositis quaestionibus enodandis meritus fuisset.

Inprimis igitur advertebat Benedictum XIII. f. r. sua constitutione *Pastoralis**) pro Italia et insulis adjacentibus poenitentiariam et theologalem praebendam quoad modum collationis aequiparasse parochialibus si unam excipias qualitatem synodalium in examinatoribus; hinc judicium cumulativum requisitorum et scientiae volitum a lege Tridentina *sess. 24. cap. 18. de ref.* extendi debere ad praebendam poenitentiariam.

Methodum judicii cumulativi evidenter deduci a Tridentino sustinebat cit. loc. ubi statuitur: »Peracto examine renuncientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis«; atque hanc legem confirmatam fuisse in const. *Cum illud* sum. pont. Benedicti XIV., qui eamdem doctrinam tradiderat in suo opere *de syn. dioec. lib. 4. cap. 8. n. 3.* — ibi: »Examinatores . . . . non solum experiri debent eorumdem scientiam, sed et praecipuam rationem habere probitatis morum, prudentiae, aetatis et ceterarum qualitatum, quibus praeditum esse oportet, cui animarum regimen committitur.«

*) Vd *t. I. p. 607. n. 20.*

*) Hanc constitutionem vd infra.

Quam sententiam sequuntur Reclusius *de concurs. p. 1. tit. 5. n. 16.*, Antonellius *de regimin. eccles. Epis. lib. 3. cap. 5. n. 1.* aliique communiter, necnon s. Congregatio Concilii. Ac demum advertebat hanc praxim in urbe servari. Ex quibus concludebat examinatorum judicium esse debere *conjunctivum* et *cumulativum*, ideoque in casu opus esse nova relatione.

Hisce omnibus non obstare asserebat resolutionem s. Congregationis in *Anagnina dici 20. Julii et 14. Decembris 1872* in qua rescriptum fuit: *non constare de validitate concursus* quamvis recurrentis reprobati tantum quoad scientiam requisita considerata minime fuissent. Non obstare dicebat, quia non fuit responsum concursum esse validum sed non constare de nullitate, quatenus posito actu pro ejus validitate standum est donec contrarium probetur. Addebat speciem causae *Anagninae* esse valde diversam nam ex septem duo tantum concurrentes approbati fuerunt; atque unum ex rejectis postulasse nullitatem concursus ex eo quod aliqui contra prohibitionem Episcopi luminibus usi fuissent. Hinc, posito dubio de validitate concursus, cum approbati *jus in re*, ceteri *jus ad rem* haberent, responsum fuisse non constare de nullitate concursus, quia praevalnit *jus in re*. In casu vero ambo concurrentes reprobatos fuisse dicebat, inspecta solummodo eorum scientia, quae agendi ratio cum Tridentinis sanctionibus et Pontificum constitutionibus contraria reperta fuerit recursum fuisse a mala examinatorum relatione.

Post haec orator transvolans ad secundam suae defensionis partem contendebat suo clienti deberi poenitentiariam praebendam, ob suorum requisitorum praestantiam cum laurea in utroque jure sit praeditus, concursum alias ad parochialem cum laude peregerit, munus concionatoris et confessarii expleverit *laudabiliter* et *fideliter*, ceu ipsa testatur curia. His aequa lance perpensis atque additis morum probitate ceterisque animi dotibus tot meritorum puncta conflari dicebat, ut maximum approbationis gradum mereretur.

Quo vero ad datas resolutiones nimium rigide judicatum fuisse scribebat, namque quaestionibus tertiae, sextae, septimae et nonae concurrentem non adeo male respondisse dicebat ut illa tantum puncta meritus fuerit, quae eidem ab examinatoribus attributa sunt.

Quapropter concludebat omnino suo clienti praebendam esse conferendam, tum ob ejus qualitates et requisita, tum ob solutiones propositis quaestionibus datas; ac implorabat sanationem concursus, quatenus ea opus esse judicaretur.

Contra vero hactenus allata, advertebatur, propositam quaestionem duplici considerari posse sub respectu, nempe vel quatenus substineri posset curiae consuetudo, habendi rationem de exhibitis requisitis tantum si concurreus determinata scientiae merita attingeret, vel quatenus hujusmodi methodus utpote contraria formae concursus inducta a Tridentino nullitatem secumferat.

Praedictam praxim posse sustineri deducebatur ex consuetudine *) plusquam centenaria quae immemorabili aequiparatur ceu passim habeatur in Thesauro resolutionum S. C. ac praesertim in *Surrentina Processionum 16. Aprilis 1820* §. *Enimvero; Asculana Jurium 18. Febr. 1871* §. *Ad constituendum*; quaeque sola per se habet vim supremae legis et potestatis adeo ut illam pro se habeus dicatur habere quod ex justitia vel gratia summus imperans possit concedere.

Ideoque per immemorabilem et centenariam tolli ac moderari posse ecclesiasticas leges, etiamsi prohibeant simpliciter et generaliter ejusdem introductionem, Reiffenstuel *Jur. can. un. lib. 1. tit. 3. n. 49. et seqq.*

Nec opponi posse addebatur hanc consuetudiuem veluti corruptelam habendam esse utpote contrariam legi Tridentinae jubeuti examinatores inquirere de *aetate, moribus, doctrina, prudentia* concurrentium; nam deficiente scientia inutile videtur excutere cetera merita, cum concurrens ex unius defectu inidoneus jam judicatus fuerit; ideoque nominatam praxim minime respuere judicium *cumulativum* scientiae et requisitorum, sed examinatores ab inutili labore sublevare. In hoc vero simillima affirmabatur species causae *Anagnina Concursus* superius citatae, nam in ea secundum gravamen erat *quod examinatores prosynodales ejus requisita non computaverint.* Igitur si in ea proposito dubio: *An constet de nullitate concursus ad parocciam s. Pancratii in casu?* responsum fuit: *Negative*, nulla ratio adduci

*) Vd. *Consuetudo.*

posse dicebatur, ut in casu aliter sit respondeudum.

Ast dato, urgebatur, consuetudinem praefatam sustiueri non posse ac esse rejiciendam veluti corruptelam, nihil inde deduci favore concurrentis. Revera si Concilium Tridentinum et Sum. Pontif. Benedictus XIV. formiter judicium *cumulativum* et *conjunctivum* scientiae et requisitorum induxerunt, hac forma spreta ipse concursus corruat necesse est. Quod vero hujusmodi cumulativum judicium sit substantiale apertissime erui ex citata constitutione *Cum illud* §. 16 qua examinatores jubentur *arcto foedere doctrinae consociare honestatem morum, gravitatem, prudentiam, praestita ecclesiae servitia omniumque virtutum ornamenta etc.*

Addebatur hanc fuisse omnium doctorum sententiam non solum, sed etiam ejusdem s. Congregationis, ceu tradunt *Reclus. de conc. p. 2. tit. IV., Pignatell. cons. 1. n. 35.; s. Rota-dec. 382. n. 2. p. 3. dec. 354. n. 12. et 13. p. 11. recen., Fagnan. cap. Eam te — de aetat. et qualit. praef. n. 15.* qui refert s. Congregationem die 2. Augusti 1607 decrevisse »*si examinatores non retulerint idoneos quoad omnes qualitates prout concilium requirit concursum esse nullum.*« Eamdem fuisse mentem s. Congregationis in quadam *Abulen.* tradere Bened. XIV. in opere *de synod. dioecesana lib. 4. cap. 8. n. 3.* Demum afferebatur praecedens resolutio diei 26. Januarii 1878 a nobis relata.

Ex his concludebatur de causa recurrentis actum esse; vel enim sustinebatur curiae consuetudo et tunc judicium examinatorum ipsum reprobantium in sua firmitate manebat, vel adherebatur stricte legi Tridentinae et tunc concursus nullus et irritus erat ob violationem formae substantialis, ac concurrens ad poeniteutiariam consequendam novum periculum subire debuisset.

Post haec proposita fuerunt

D u b i a:

I. *An constet de mala relatione examinatorum in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo providendum sit in casu?*

S. Concilii Congregatio die 4. Maji 1878 ad primum et secundum dubium respondit: *Intimetur novus concursus servata in omnibus forma constitutionis Benedicti XIV.*: Cum illud.

Hinc colliges:

I. In beneficiis per concursum conferendis, non obstante appellatione alicujus ex concurrentibus, Episcopum non teneri ad suspendendam collationem, sed posse interim conferre praebendam ei, quem digniorem judicaverit.

II. Juxta Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 18. de ref.* ac juxta citatam constitutionem Beuedicti XIV. examinatores considerare debere tum doctrinam tum ceteras qualitates seu requisita concurrentium, atque omnibus conjunctis, judicium ferre de eorum idoneitate vel inidoneitate.

III. Hoc conjunctivum et cumulativum judicium pertinere ad substantialem formam concursus, ita ut hujus formae spretus nullitatem concursus inducat.

IV. Posita paritate scientiae in concurrentibus vel si parva habeatur differentia, illum esse praeferendum qui morum honestate et gravitate praefulgeat; atque indiguum judicandum, qui scandalo populo futurus esset.

V. Posita appellatione a tribunali a quo appellatur transmitti debere vel acta ipsa originalia concursus clausa et obsignata vel exemplum autheuticum a cancellario concursus et altero notario collatum et auscultatum coram Vicario vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius, necnon ab examinatoribus qui concursui interfuerunt subscriptum.

VI. Juxta Instructionem s. Congregationis Concilii unumquodque responsum et unusquisque sermo, cum ab nuoquoque concurrentium exhibetur, non solum ab eo qui scripsit atque a cancellario concursus, verum etiam ab examinatoribus et ab Ordinario vel ejus Vicario, qui concursui interfuerint, esse subscribendum.

VI. Juxta Reclusium *(de concursibus p. 2. quaes. 1. tit. 2. de devoluta collatione)* haec omnia inducta fuisse pro forma substantiali adeo ut non sustineatur concursus si ea fuerint praetermissa.

VII. In dioecesibus unitis.

Civitatis Castellanae.

De concursu in ecclesiis civitatis Castellanae et Hortanae per unionem aeque principalem conjunctis habendo S. C. resp.:

Concursus fieri debere cum examinatoribus synodalibus dioecesis civit. Castell. vel Hortanae, in qua existit ecclesia parochialis vacans, non tamen Episcopum commorantem in una ex dictis civitatibus teneri se personaliter transferre ad alteram civitatem et dioecesim, sed posse dictos concursus facere in civitate et dioecesi, in qua moratur, adhibitis tamen examinatoribus civitatis et dioecesis, in qua ecclesia paroch. existit.

Die 24. Sept. 1649.

Tuscanen.

Viterbiensis et Tuscanensis ecclesiae simul unitae per obitum clar. mem. Jacobi Oddi vacantes adhuc regimini subsunt Vicarii a Sede apostolica deputati. Nuper autem vacato archipresbyteratu Cathedralis s. Jacobi civitatis Tuscanen., cui actualis animarum cura incumbit, idem Vicarius apostolicus jus sibi esse censuit ineundi concursum in civitate Viterbi et coram synodalibus examinatoribus pro eadem civitate electis. Qua de re capitulum Cathedralis Tuscanen. putans, jura suae ecclesiae laedi hac agendi ratione, conquestum est apud SSmum qui quaestiones omnes ad s. Congregationem ablegavit. Nunc itaque eodem capitulo Tuscanen. instante quaeritur, quo in loco et coram quo inenndus sit concursus necnon qui examinatores vocandi sint et demum cujus cancellarii opera examen conscribi debeat.

Ad I. Inquit idem capitulum suam ecclesiam cathedrae dignitatem habuisse longe prius quam Viterbium civitatis honore decoraretur, clare id evinci ex *cap. Ranutius de testam., ex constit. 51. Innoc. III. et probare Philippum Bergomen. in suppl. ad cron. anni 1193.*

Ambigi autem non posse, quin ecclesia Viterbien. aeque principaliter unita deinde fuerit. Ita sane semper in dubio deficiente unionis momento praesumendum, *Card. de Luca de praeemin. discurs. 7. n. 10.* et *Rot. coram Concinn. decis. 2138. n. 6.*

Caeterum unionis aeque principalis solidissima confluere rationum momenta. Episcopos siquidem aliquando se Viterbienses, aliquando Tuscanenses, aliquando etiam utrinsque titulo se denominasse: in utraque ecclesia possessionem semper adeptos fuisse: in dioecesanis synodis ad electionem examinatorum tam pro civitate et dioecesi Viterbien. quam pro altera Tuscanen. devenisse: Sede vacante capitulum Tuscanen. semper suum Vicarium capitularem elegisse. Demum vero hanc unionem aeque principalem jam constabilitam fuisse solemni re judicata, de qua *in decis. 330. coram Cavaler.*

Si propterea Episcopus tenetur Vicarium et examinatores in civitate et dioecesi Tuscanen. eligere, ne hujus negotia et causae in distincta Viterbiensi dioecesi discutiantur, *Pignatell. consultat. 414. et 415. t. 1.*, consequens hinc esse, ut concursus ecclesiarum parochialium Tuscanellae in ea civitate tantum et coram hujus Vicario generali sit peragendus, *Garzias de benefic. par. 9. cap. 2. n. 117.*, maxime quia jam plure ex oraculo Sanctissimi a Dataria apostolica commissum fuit Vicario generali Tuscanen. ut concursus iniret, cum ecclesia providenda illius necessitatem exigeret.

Ad II. Advertit examen ab examinatoribus in synodo dioecesana electis habendum esse ex lege Concil. Trid. *sess. 24. cap. 18. de reform.* Cum itaque examinatores pro civitate et dioecesi Tuscanen. in postrema synodo electi septem adhuc numero sint superstites, ab his examen peragendum esse, ne vitium subeat nullitatis, *de Nigr. de vacat. benefic. lib. 1. cap. 48. n. 27.* et *Rot. coram Coccin. decis. 2138. n. 17.* Nec obesse, concursus ann. 1737 et 1751 initos fuisse ab examinatoribus Viterbiensibus, cum evenire potuerit ex deficientia necessarii numeri examinatorum Tuscanen. Caeterum eos actus ut intrinsece nullos et irritos esse prorsus spernendos.

Concludit demum ad III. quod sicuti concursus a Vicario generali Tuscanen. et coram ipso convocandus est, ita ejusdem quoque cancellarius privative intervenire et acta concursus conscribere debeat. Maxime quia ita semper servatum et quidem justa ratione, ne constitutio unionis eludatur.

Vicarius apostolicus in sua relatione anceps admodum est, an ecclesia Tuscanen. aeque principaliter unita sit ecclesiae Viterbien. Probat tamen ex antecedentibus statibus, Episcopos pro eorum arbitrio concursus ecclesiarum Tuscanensium modo in civitate Viterbii, modo in altera Tuscanen. indixisse. Insuper pro eorum arbitrio modo Tuscanenses, modo Viterbienses examinatores et etiam pluries utrosque simul ad concursus cum benevisio cancellario evocasse. Concludit idcirco sibi liberum esse examinatores et cancellarium vel ex una vel altera vel etiam ex utraque dioecesi seligere et vocare.

Synodus Trid. haec habet: »Transacto constituto tempore omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo sive eo impedito ab ejus Vicario generali atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quam tribus, quorum votis si pares aut singulares fuerint accedere possit Episcopus vel ejus Vicarius quibus magis videbitur. Examinatores autem singulis annis in dioecesana synodo ab Episcopo vel ejus Vicario ad minus sex proponuntur, qui synodo satisfaciant et ab ea probentur. Advenienteque vacatione cujuslibet ecclesiae tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, idemque succedente alia vacatione aut eosdem aut alios tres quos maluerit ex praedictis illis sex eligat.« *Sess. 24. cap. 18. de reform.*

De unione ecclesiae Viterbien. et Tuscanen. actum est in s. Rotae auditorio initio praeteriti saeculi et resolutum fuit ecclesiam Viterbiensem et Tuscanensem esse aeque principaliter unitas, ut videre est in Tuscanen. seu Viterbien. Praecedentiae 19. Dec. 1614. coram *Cavaler. inter ejus impressas la 330.* Eadem tamen s. Rota quoque definivit, non teneri Episcopum Viterbien. ad deputationem unius Vicarii generalis in civitate et dioecesi Tuscanen., sed recte posse unicum Vicarium in civitate Viterbii constituere pro utraque dioecesi, ad quem subditi utriusque dioecesis accedere debeant, ut in Viterbien. et Tuscanen. *Vicarii 3. Martii 1617. coram Cavaler. inter impressas la 418.*

Posita itaque unione aeque principali quaerendum modo est quo in loco et quorum opera concursus ecclesiae archipresbyteralis Tuscanen. expleri debeat. S. Congregat. in una *Civitatis Castellanae 24. Sept. 1649.**) respondit: Concursus fieri debere cum examinatoribus dioecesis civitatis Castellanae vel Hortanae, in qua existit ecclesia parochialis vacans, non tamen Episcopum commorantem in una ex dictis civitatibus teneri se personaliter transferre ad alteram civitatem et dioecesim, sed posse dictos concursus facere in civitate et dioecesi, in qua moratur, adhibitis tamen examinatoribus civitatis et dioecesis, in qua ecclesia parochialis existit.

Sane examinatores in singulis dioecesibus aeque principaliter unitis deputandos esse ambigi nequit. Ita expresse declaravit s. Congregatio in *Valven. et Sulmonen. 3. Sept. 1650.*, in qua proposito:

An in dioecesi in qua sunt duae Cathedrales unitae sint deputandi in qualibet civitate examinatores synodales distincti ab illis, qui deputantur in altera civitate?

Responsum dedit: Affirmative.

Vidend. *Pignatell. Consult. 414. t. 1.* Idque ipsum plene servatum fuit in postrema Viterbiensi synodo 1762. inita a cl. mem. Cardinali Jacobo Oddi, in qua ultra examinatores deputatos pro civitate et dioecesi Viterbiensi electi fuerunt alii octo pro civitate Tuscanellae ut legitur in dicta synodo pag. 216.

Porro ex examinatoribus pro civitate Tuscanen. in dicta synodo 1762. deputatus adhuc septem idonei sunt a suum munus implendum. Inquirendum ideo, an Vicarius apostolicus alios e civitate et dioecesi Viterbien. hisce praetermissis seligere valeat.

Haec ipsamet quaestio de ecclesiis Frequentina et Avellinen. aeque principaliter unitis proposita fuit in s. Rota in *Frequentina Nullitatis concursus 13. Junii 1635. coram Coccin.* inter impressas la 2138 et pro nullitate concursus prodiit judicium, ut praesertim videre est sub n. 17:

An cum hujusmodi parochialis sit in dioecesi Frequentina potuerint adhiberi examinatores synodales Avellini, negative fuit responsum, quia examen debet fieri ab examinatoribus in synodo deputatis etc., ideo adhiberi debuerunt examinatores synodales civitatis Frequentinae. Quod est adeo verum, ut si cum examinatoribus conveniat etiam unus examinator non synodalis, concursus sit nullus.

Demum de cancellario s. Congregatio in una *Civitatis Castellanae et Hortanae 8. Junii 1624.* proposito V. dubio:

An Episcopus volens in civitate Castellana agnoscere causas civitatis Hortanae et illius dioecesis et sic e contra possit per se ipsum illas cognoscere scribente notario, quem maluerit, nec solum processus causarum, verum etiam visitationem?

Respondit: Episcopum in una ex dictis civitatibus existentem posse per se ipsum cognoscere causas alterius civitatis vel dioe-

*) Vd. *p. 247.*

cesis adhibito notario sibi beneviso tam in processibus conficiendis quam in actis visitationis conscribendis, sed tamen debere eum habere rationem, ut id non passim, sed raro et aequa ex causa fiat et in arduis tantum et gravioribus negotiis, ne constitutio unionis eludatur.

Definiendum itaque modo proponitur:

I. *An et quo loco et coram quo sit convocandus concursus pro collatione archipresbyteratus de quo agitur in casu?*

II. *An examen concurrentium sit faciendum privative ab examinatoribus synodalibus Tuscanellae in casu?*

III. *An ad effectum recipiendi dictum examen intervenire debeat cancellarius episcopalis dictae civitatis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Coram Vicario apostolico et in loco ejus arbitrio destinando.

Ad II.: Affirmative.

Ad III.: Affirmative.

Die 16. Mart. 1771.

VIII. Dispensatio concessa.

Aqnipendien.

Urbs Aqnipendii una cum ejus agro contermino hominibus constat 695 supra ter mille. Universa autem civitas in 5 paroecias divisa est, cujus tamen divisionis ratio perperam quidem instituta videtur, quum parochus alius nimio, fere nullo alius prematur animarum onere. Nam qui secundum inter Cathedralis Dignitates locum obtinet Archipresbyter praest paroeciae, cui nomen s. Sepulchri, eaque animas complectitur 1467. Paraecia quae a s. Victoria V. et M. nuncupatur animas habet 953.: quae a s. Michaële Archangelo (vulgo del Mercato) animas numerat 519., quae a s. Laurentio M. animas recenset 531.: quae denique duorum millium circiter passuum intervallo ab Urbe abest et a s. Michaële Archangelo nomen assumit, animabus constat 221. Nec minus incordinate atque irregulariter facta finium designatio quoad paroecias, quae intra urbis moenia continentur. Altera namque universam urbis longitudinem percurrit; altera penitus exiguis circumscribitur finibus; tortuosos altera conficiens sinus terminos alienae paroeciae invadit. Ad earumdem autem paroeciarum proventus quod pertinet, tenues quidem hi sunt, ut pastorum substentationi congruae minime sufficere putentur.

Quamobrem, quod alias clerus municipesque animo jam volûtaverant, incommodis nimirum quae ex hujusmodi inaequalitatibus obvenire quennt prospicere, modo arrepta vacationis occasione duarum ex dictis paroeciis, scilicet s. Michaëlis Archangeli del Mercato et s. Victoriae, propositum studio omni pandiderunt de nova ineunda paroeciarum circumscriptione, praevia earumdem ad terminatum numerum reductione, juxta formam inferius recensendam, fidentes quam qui maxime hac via animarum bono perbelle consultum iri. Quocirca quod ipsis est in votis, modo ab amplissimo EE. VV. Ordine supplices obtinere postulant. De more remissae sunt preces Episcopo, ut auditis parochis, Capitulo ceterisque interesse habentibus, quid de ipsis sentiret, panderet. Porro ex actis ab Episcopo transmissis patet idem votum eamdemque sententiam in omnibus esse. Collatis siquidem consiliis unanimes clerus ac municipes negocium absolvendum posse proponunt.

Paroeciarum finibus constituendis redditibusque cuique attribuendis animarum quidem aequiorem inter pastores partitionem adjiciunt, per quam ecclesia s. Sepulchri modo animabus constans 1467 deprimitur ad numerum 1307. Ecclesia demum s. Laurentii ex animabus 531 augetur ad numerum 1202.

De quibus inde omnibus rationem effusam habens Episcopus in relatione sententiam suam ita aperit:

Patet ex iis . . . nullum populo incommodum et spirituale damnum paroeciarum diminutione obvenire, quoniam numerus operariorum augebitur et spes affulget, fore ut paroeciae inposterum provideantur de presbyteris magis idoneis tum quia congrua substentatio augetur tum ob auxilium coadjutorum, sine quibus valde incommodum et dirtius non ferendum unus est, maxime parochis provectioris aetatis: quippe cum paroeciarum s. Sepulchri et s. Victoriae fines protendantur tribus et ultra passibus millibus extra civitatem et in tam amplo circuitu sparsim reperiuntur rusticanae familiae, quibus sacramenta administranda et ultima spiritualia auxilia praebenda in gravi infirmitate. Unde presbyteros aetate graves et

scientia atque prudentia ornatos, qua decet parochos civitatum, non parum laborandum reperire: siquidum bis publicis edictis indixi concursum pro paroeciis vacantibus et nemo ad illum se praesentavit. Abstinui ab ulterius indicendo concursu, quia ex adhibitis privatim diligentiis tam per me quam per alios arguere potui, quod inutiliter agerem.

Congruae defectui non aliter suppleri posset quam cogere parochianos vel augmento decimarum vel aliqua modica taxa, quod tamen efficere prudens consilium non esse mihi videtur. De hac re nihilominus non omisi sermonem habere cum magistratu, qui tam difficile opus censet ad opportunius tempus remittendum, cum scilicet communitatis debita ob praeteritas vicissitudines contracta imminuta vel extincta penitus fuerint et administratio oeconomica meliorata.

Ad efficiendam novam paroeciarum finium distributionem opus est modernum parochum s. Michaëlis extra moenia Nicolaum Marsi ab hac paroecia ad aliam s. Victoriae transferri. Is aetatem habet 33 annorum circiter, est satis in theologia morali instructus, prudentia et honestate morum ornatus, unde idoneum eum censeo ad paroeciam s. Victoriae: quin imo inter clerum civitatis et dioecesis nemo est, qui dignius hoc beneficium parochiale consequi posset.

Quatenus EE. VV. Rmis placeat vota civium favorabiliter accipere et meae expositae sententiae annuere, oro ut in tribuendis mihi opportunis facultatibus non ita hae circumscribantur, ut nihil possim praecipue quoad oeconomorum seu coadjutorum officia, qualitates, durationem et emolumenta pro re nata variare. . . . Illud expresse adjiciendum mihi videtur, quod coadjutores ab Episcopis in casu negligentiae parochorum designati nequeant ab ipsis parochis amoveri sine Episcopi consensu.

Demum animadvertendum puto ecclesiam s. Michaelis del Mercato parum aptam esse divinis officiis et indigere non parvo sumptu, ut amoveatur ab ea mador, quo molestia afficiuntur fideles. Praeterea confratres ssmi Cordis Jesu dicti Sacconi praefatam ecclesiam probabiliter acciperent ad functiones ibi exercendas juxta propria statuta.

Facto hactenus exposito postulant, ut quid de suppressione, respectiva paroeciarum unione novaque earumdem divisione ineunda in jure sentiendum inquiratur. Porro probe norunt omnes quam odiosae sint praesertim ex praescripto in Trid. synod. beneficiorum maxime parochialium suppressiones, divisiones et uniones;*) quia — illis (ut verbis utar landati Trid. in *cap. 5. sess. 25. de ref.*) quae bene constituta sunt contrariis ordinationibus non detrahendum. — Merito hinc *Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 27. n. 1.* inquit: Quae alterant ecclesiarum statum, praesertim curatarum, sive collegiales sint sive simplices, tria sunt: sectio seu dismembratio, suppressio et unio.

Attamen si urgens justaque ratio et major quandoque utilitas postulaverit cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita ac summa maturitate erit praestandum, ut prosequitur eadem *Trid. sessio cap. 18.* Jam vero perpetuas parochialium ecclesiarum uniones propter earum inopiam posse etiam ab Episcopis fieri, servatis tamen solemnitatibus ad id requisitis, quando unus idemque rector, attentis locorum vicinitate et parochianorum numero, possit illis inservire, declaravit s. Trid synod. *sess. 21. cap. 5. de ref.* hisce verbis: Ut etiam ecclesiarum status ubi sacra Deo officia ministrantur ex dignitate conservetur, possint Episcopi etiam tamquam Apostolicae Sedis Delegati juxta formam juris, sine tamen praejudicio obtinentium, facere uniones perpetuas quarumcumque ecclesiarum parochialium et baptismalium . . . cum curatis propter earum paupertatem et in ceteris casibus a jure permissis.

Hinc consentanee ad hanc conciliarem dispositionem s. Congregatio Episcopo Fulginatensi sciscitanti, cum posset duas parochiales propter earum paupertatem unire, rescripsit — posse Episcopum facere hanc unionem, si modo unus rector valeat omnibus illis ecclesiis inservire habita ratione vicinitatis locorum et numeri parochianorum; *lib. 2. decretor. ann. 1577. pag. 160.*; hancque rescribendi normam aliis in casibus quos subinde proponi contingit semper retinuit, et signanter in *Verulana 1. Dec. 1708, 11. Maji 1709. et 28. Julii 1713*, in *Reatina Unionis parochialium 4. Aug. 1714.*, in alia *Fulginaten. 30. Jan. 1723.* et in *Caesenaten. 31. Julii 1723.*

Non solum autem ob earum paupertatem uniri possunt parochiales ecclesiae aliis parochialibus, sed etiam in ceteris casibus a jure permissis ex Trid. Concil. dict. *sess. 21.*

*) Vd. *Beneficium* (divisio, suppressio, unio.)

cap. 5. de ref. Valebit itaque unio quotiescumque eam postulaverit vel populi vel distantiae ab una ad aliam ecclesiam modicitas per *text. in can. 3. cans. 10. quaest. 3.*, quod etiam s. C. comprobavit in cit. *Fulginaten. 30. Jan. 1723.* Istae tamen justae ac legitimae causae adeo necessariae sunt, ut hisce deficientibus fundamentum et vis unionis omnino evanescat, text. in *cap. Exposuisti §. Si evidens de praeb., Turricell. de union. cap. 8. num. 1., Reclus. par. 1. tit. 10. de union. n. 78.*

Verumtamen quia itidem sancitum reperitur, parochialibus ecclesiis, quarum fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, unieuda esse beneficia simplicia, sique id fieri non possit, curandum fore ab Episcopo, ut primitiarum vel decimarum assignatione aut per parochianorum symbolam ac collectas aut qua commodiori ei videbitur ratione tautum rediga tur, quantum rectoris aut parochiae necessitati decenter sufficiat juxta normam ab eodem Tridentino traditam *sess. 24. cap. 13. de ref.*; atque dumtaxat permitti solet easdem paroecias invicem et aeque principaliter, ut ajunt, ob earum inopiam uniri, uti constat ex praecitatis s. C. resolutiouibus, in quibus plerumque actum fuit de parochialium unionibus hoc pacto peractis; ideireo ad maturiorem controversiae decisiouem duo potissimum sunt ponderanda: alterum nempe, an in casu satis constet de paroeciarum paupertate, nec alia praeter propositam duarum paroeciarum suppressionem ac uniouem suppetere media, quibus congruo statui consuli possit: alterum vero, num liceat saepe dictas parochias supprimere easque aliis subjective adjungere vel potius expediat eas invicem ac aeque principaliter ita adnectere, ut si forte earum proventus successu temporis adaugeri contingat, valeant commode separari et uuaquaeque a proprio pastore moderari, secundum ea quae aduotantur in s. *Miniatis Dissolut. unionis 12. Dec. 1733.* et in *Melevitana Dismembrationis 1. Jan. 1735.*

Jamvero ad paupertatem eviuceudam oratores, quibus adstipulatur Episcopus, iuniuntur potissimum tenui redditnum symbolae cuique paroeciae tributae in superius descripto statu. In quanam porro summa congrua*) sit statuenda Concilium Trid. minime definivit, sed eam Episcopis taxandam reliquit. S. Pius V. in const. *Ad exequendum* edita die 1. Nov. 1567. jussit, ut pro Vicariis perpetuis minor haud foret scutatis 50 neque major scutatis 100. Qua tamen super taxatione observandum cum *Reiffenstuel. lib. 3. decret. tit. 37. de stat. Monachorum n. 23.* et attendendum omnino videtur, quod tempore quo edita fuit haec bulla videlicet 1567. omnia saltem in suis partibus fuerint in longe viliori pretio, adeo ut his temporibus respectu praecedentis illius temporis necessaria vitae vix duplici pretio acquirantur; consequenter ubi tempore illo quinquaginta vel centum scuta pro honesta substentatione sufficiebant, hodie 100 vel 200 necessaria sint, adeoque etiam temporis ratio merito habenda sit, juxta illud vulgare: — concorda tempora et concordabis jura. — Quam constitutionem pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum ecclesiarum parochialium, quae aliis ecclesiis, monasteriis, collegiis, beneficiis et locis piis unitae sint declaravit totidem verbis Innocentius XIII. constit.: *Apostolici Ministerii* confirmata a Benedicto item XIII. constit. *In supremo militantis §. 10.*

Licet vero parochialem congruam in scutatis centum plerumque stabiliendam dixerit s. Congregatio ut *Civitatis Castellanae 24. Nov. 1821.* tamen constanter tenuit — antequam de insufficientia congruae parochialis feratur judicium prae oculis habendas esse circumstantias loci, onerum, numerum animarum et consuetudines regionis et coercendam intra limites moderatae tantum honestaeque conservationis — ceu identicis verbis rem explicat in *Asculana 21. Julii 1827.* idemque jam declaraverat in *Nepesina Restaurationis ecclesiae 31. Aug. 1771.*

In themate nulla ex dictis paroeciis gaudet censu scutatorum centum; imo congrua paroeciae s. Laurentii ne scutata quidem quinquaginta pertingit. Tenuitas equidem satis etiam patere videtur ex eo quod ad vacantes paroecias, semel iterumque indicto concursu, nemo fuerit qui eas optare vellet; s. Congregatio in *Civitatis Plebis 25. Jan. 1817. §. Ex his*; et exigua dicitur congrua illa quae tantum non praebet rectori, quantum necessarium est ut pro temporum conditione se alere possit, *Rota decis. 374. n. 2. par. 18. recent., decis. 342. n. 1. cor. Emerix* et s. Congregatio in *Sabinen. Congruae 27. Junii 1807.* Verumtamen in *Spoletana Unionis 20. Dec. 1834.* postulanti Archipresbytero Montisfalchi ut suae exiguae

*) Vd. *Congrua.*

congruae scutator. 55 uuiretur beneficium simplex tenuis redditus scutator. 19 et obulor. 98 refragantibus Miuistris Datariae ob imminutum in immensum hujusmodi beneficiorum numerum, quamvis amplissimi Patres respondissent: consulendum SSmo pro unione, attameu Pontifex decrevit: Non expedire. Cunctis igitur rerum adjunctis perpensis judicabunt EE. VV. utrum exiguae adeo sint congruae in casu, ut expediat paroecias supprimere atque unire.

Num vero congruae defectui aliter suppleri valeat est alterum quod inquirere oportet. De beneficiis, legatis aliisve hujusmodi generis nullam meutionem habet Episcopus. Unicum quod sibi suppeteret remedium, ponit in cogendis parochiauis vel augmento decimarum vel aliqua modica taxa, quod esset sane providere ad tramites cit. *sess. 24. cap. 13. Conc. Trid.*; attamen subjungit sibi prudens consiliuum id efficere visum uon fuisse ob temporum difficultates. Quia tamen hoc tam difficile opus ad opportunius tempus remittendum ceuset cum Magistratu, cum scilicet communitatis debita ob praeteritas vicissitudiues contracta imminuta vel extincta peuitus fuerint, et administratio oeconomica meliorata, videat EE. VV. sapientia, utrum super hujusmodi spe uniouem potius atque principalem decernere quam per suppressionem paroecias subjective unire expediat.

De modo unionem perficiendi novaque finium parochialium ac redditnum a supprimendis paroeciis obvenientium partitione, quatenus ipsam unionem in genere admitti contingat, pauca addenda supersunt, quum uno oculi obtutu quid probandum rejiciendumve sit dignosci valeat ex lectione eorum, quae in facto jam retulimus. Nihilominus sedulo pouderandum videtur cavendumque ne, dum decenti rectorum statui consulitur, animarum bonum in discrimen adducatur. Refert Episcopus paroeciarum s. Sepulchri et s. Victoriae fines protendi tribus et ultra passuum millibus extra civitatem et in tam amplo circuitu sparsim reperiri rusticanas familias. Hinc ubi hodierni limites dictis paroeciis servareutur et insuper addantur alia hominum capita, pertimescendum, ne augeatur difficultas fidelibus spiritualia auxilia in gravi saltem infirmitate praebendi: quod sane, non unionis ac suppressionis, sed dismembrationis potius ratio sufficiens quandoque esse solet.

Rursus haud satis liquet utilitas unionis paroeciae s. Michaelis extra moenia cum altera s. Laurentii, quae intra urbem sita est. Quamvis enim coadjutori onus incumberet eo se conferendi diebus festis ad Evangelium explanandum, tamen occurrit animadvertendum, quod Evangelii tantum explicatioue animarum bono non consulitur nec fideles diebus festis tantum pastore indigent et experieutia teste hoc modo ipsis frequens occasio praeberetur a Sacramentis aliisque bonis spiritualibus abstiuendi: iis namque per novam circumscriptiouem grave onus impouitur ad urbem accedendi diu noctuque, maxime cum, repentino aliquo eveniente casu, pastorem habere necessarium habeut.

Demum super redditnum distributione atque applicatioue consideraudum venit, eos maxima ex parte absumi pro Oecouomorum stipeudio. Qui autem ex decimarum collectioue habeutur redditus inter Parochos distribuendi, conficiuut summam plus minusve argeuteorum 45. 60.; circa quorum distributiouem, licet petentes nihil statuerint, si tamen ex aequo inter tres parochos forent dividendi, prout etiam ex aequo animarum divisio inter eos proponitur, cuique obtingerent scutata quindecim et obuli viginti: proinde illud abuorme eveniret, ut dum parochis s. Sepulchri et s. Victoriae eveheretur congrua ad ultra ceutum scutata, alter tamen parochus s. Laurentii vix congruam in scutatis sexaginta quinque haberet, quod utrum probauduu sit judicabunt EE. PP.

Superest, ut, quatenus placeat propositam uuionem probare, dijudicent etiam, utrum Episcopi voto annuendum sit circa dispensationem a lege concursus, cui subjiciendus esset Parochus supprimendae parochiae s. Michaelis extra moenia ad alteram vacantem s. Victoriae transferendus. Sane aliquando s. C. minoribus etiam urgentibus causis hujusmodi dispensationem indulsisse compertum est. In casu autem amplissimum quod Episcopus praebet testimonium de parocho s. Michaelis, tum quoad scientiam tum quoad prudentiam et morum honestatem, adeo ut nemo inter clerum civitatis et dioecesis eo diguius existimet, suadere posse videtur, ut EE. PP. ad gratiam reddantur liberales.

Hisce pro muuere aduotatis dantur dirimenda dubia:

I. *An et quomodo sit locus unioni paroeciarum in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo probanda sit proposita divisio tum territorii tum redditnum in casu?*

III. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione a lege concursus in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative in omnibus juxta votum Episcopi et juxta modum: nimirum ut unio paroeciae s. Michaelis extra moenia fiat aeque principaliter, ita ut si augeantur redditus redintegretur ipsa pro incolis, qui rui degunt facto verbo cum SSmo.

Ad II.: Affirmative juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo.

Ad III.: Affirmative.

Die 24. Aug. et 23. Nov. 1850.

IX. Edicti affictio.

Inter caeteras Tridentini Concilii dispositiones, quibus antiqua disciplina mutata est, gravissima procul dubio illa existit, qua sancitum fuit, ut pro vacantium parochiarum provisionibus institui deberet concursus atque examen et digniori inter eos qui idonei reperti forent parochia conferretur *) *cap. 18. sess. 24. de reform.* Hanc autem constitutionem magis determinarunt s. Pius V. et Innocentius XI., quibus postea accessit Clementis XI. decretum per sac. C. C. latum die 10. Januarii 1721**) eum in finem quia »cum neque Concilii decreto neque Pontificis bulla examinis in concursu peragendi forma seu methodus ulla certa ac peculiaris servanda proponatur, difficile dictu est quanta examinum aliorum alibi diversitas extiterit, atque hinc occasio querelarum.« Verumtamen neque per ea quae in citato decreto statuta fuerunt satis consultum huic negotio visum est; siquidem a Benedicto XIV. determinandae in conferendis per concursum parochiis formae ultima fuit manus apposita idque praestitit in constitutione *Cum illud:* ***) ubi postquam ostendit statutam normam concursus aliquo indigere complemento et moderamine universam hanc rem auctoritate apostolica ordinat et servandam praescribit. Post haec omnia quaestionibus et dubiis hac super re valedictum fore videbatur. Novae ast vero in dies petitiones ad S. C. C. a locorum Ordinariis porrectae contrarium evincunt et hujusmodi veritatis confirmationem sequens praebet postulati expositio.

Reverendissimus Episcopus C. in transmittenda ad S. C. C. relatione status suae ecclesiae haec definienda proponit:

1. An possit fieri concursus pro parochiali ecclesia assequenda, si edictum ad valvas ejusdem ecclesiae affixum ante diem decimum jugis affixionis fuerit quoquo modo avulsum ac perditum, verum habeatur aliud edicti ejusdem exemplar, quod ad valvas Cathedralis ecclesiae per decem continuos dies affixum fuit?

2. At quoniam in hanc materiam ingressus sum, plura nunc mihi veniunt in mentem ab Eminentiis Vestris postulanda, eo quod non una eademque servetur praxis habeudi ac discutieudi concursum in curiis episcopalibus; enim vero suffragiorum numerus alibi major est, alibi minor, videlicet hic duodevigiuti, illic centum, quod nil aut parum refert, tauti enim valet unum ex decem, quanti decem ex centum, immo saepe multitudo suffragiorum facilitatem praebet notandi non modo rectitudinem respousionis verum et illius eruditionem per auctoritates allatas vel s. Scripturae aut SS. PP. aut per propositiones ab ecclesia damnatas etc. Sed multum interest quinam dicta suffragiorum puncta tribuere queat; suut enim curiae in quibus puncta praedicta sunt 120, quorum 60 accipit Episcopus et cui vult tribuit et alia 60 examinatores dividunt iuter se viginti scilicet pro unoquoque. In aliis curiis, ut in hac, Episcopus nullum sibi punctum reservat, sed duntaxat paritatem vel singularitatem dirimit juxta Tridentinum. Verum nec uniformiter paritas haec aut singularitas iutelligitur. Quidam sentiunt paritatem esse si duo examinati aequalem suffragiorum adprobationis numerum tulerint, tunc Episcopus paritatem dirimit, eligendo quem maluerit, aut si quis medietatem tulerit suffragiorum, Episcopus diriuit paritatem accedendo pro approbatione aut reprobatioue. Et similiter si examinatores suut quatuor et duo cousentiunt pro adprobatione vel reprobatione, vel pro dato numero puuctorum, alii vero duo dissentiunt, Episcopus dirimit.

Sic pariter de singularitate opinatur diversimode.

*) Vd. *t. II. p. 404. o; p. 411. q.*
**) Vd. *Concursus* (modus.)
***) Vd. *t. I. p. 607. n. 20.*

3. Quoad electionem vero inter approbatos ab Episcopo faciendam dissimilis etiam curiarum est praxis. Alibi sufficit aliquem esse adprobatum licet minori suffragiorum numero quam alios ut valeat illum Episcopus eligere; hic autem non potest Episcopus eligere nisi quem major suffragiorum numerus digniorem demonstrat, quia digniorem eligere debet, unde hujusmodi electio non est libera in Episcopo, sed pendet a suffragiis examinatorum.

Et ita de aliis difformitatibus, ne nimium Vos fastidium, Emi ac Rmi Patres, dicendum esset. Hinc normam authenticam ab ista s. Congregatione sanciendam et in praxi ab omnibus servaudam crederem opportunam, si ita Vobis quoque videbitur vel saltem me omnium imperitissimum edocere velitis.

Ejusmodi quaestionem dirimere videtur Garzias *de benef. part. 9. num. 38. et seqq.* ubi refert declarationem synodi Toletanae ad constitutionem Pii V. *In conferendis**) a s. C. Congregatione adprobatam anno 1577; hinc operae pretium putatum fuit eadem verba praefati auctoris referre, Garzias itaque *de beneficiis part. 9. num. 38. et seqq.* haec habet:

Quamvis Zerola *in praxi episcopali 1. part.* verbo *Parochia* §. *2. 2. dub.* et Cechus *de repub. eccl. cap. 28. de paroch. n. 6.* dicant edictum esse necessarium ex dicta Bulla Pii V. et declaratione s. Congregationis dicentibus collationem parochialem factam sine examine per concursum esse nullam, tamen falluntur, nam edictum non est praecise *necessarium* ad concursum, qui sine edicto fieri potest, ut in dicto decreto Concilii. In quo etiam novissime fallitur Joan. Franciscus Leo *in thesaur. for. eccl. cap. 18. n. 28....* Terminus edicti currit ex quo tam in valvis ecclesiae Cathedralis quam ecclesiae beneficii praefixum est et expectandum erit quod labatur terminus ex quo ultimo praefixum est. Nec est necessarium quod edictum stet affixum per illorum viginti dierum spatium, sed est arbitrium quanto tempore debeat manere affixum, Zerola *prax. Episcop.* §. *2, 2. dub., Tocin. de cit. art. 23. q. 10., Rebuff. ad ll. Gall. tract. de citat. in praef. 102.* et novissime *Cevall. q. 898. num. 36.* dicens quod edictum debet manere affixum per aliquod tempus etc. Et sufficit quod Nuntius vel Notarius referat quod edictum fuit affixum in loco, licet non dicat quanto tempore stetit, *ad Bar. in Extravag. ad reprimendum, verbo publice; Soc. et Rebuff. supra Maran. 6. par. membr. 1. de citat. num. 96.* et ita practicatur Et illa verba decreti Concilii Compostellani *per viginti dies ut minimum praefigatur* designant termiuum edicti, non tempus affixionis: quamvis Cechus *d. n. 6. circa fin.* dicat quod edictum debet stare affixum per totum tempus illius. . . . Et quamvis Zerola *d. 1. dub.* dicat quod edictum ipsum prius debeat legi publice et postea affigi, *ex Bart. et Maran. supra, Juschus de visit. lib. 2. c. 5. num. 1. ad fin.*, tamen id etiam non est necessarium nec servatur, sed sufficit quod affigatur: et Juschus ibi *cit.* ait quod id non in omnibus servatur . . . .

Apparet ex dicta declaratione Toletana §. 5. examen ad parochiales vacantes debere fieri cum examinatoribus saltem tribus, quod patet ex ipso Concilio c. 18 — ibi: *non paucioribus quam tribus:* - et notat Petrus Ledesma *2. p. Summ. tract. 7. c. 1. 7. concl. circa 13. diff. et Nunc. Ant. Genuens. in prax. c. 66. in adnot. num. 17.*: circa quod s. Congreg. Concilii declaravit quod non statuit praecise ut examinatores sint tres, sed quod non possint adesse pauciores tribus, ita, quod si tres sunt tantum examinatores, vota non possint esse paria, sed singularia, quando siuguli singulos approbant. Declaravit etiam, quod satisfactum fuit huic decreto si tertius examinator examinaverit et sit praesens in approbatione, licet votum suum non explicavit... Apparet ex dicta declaratione Toletana §. 5., quod si vota examinatorum paria aut singularia fuerint, accedere potest Episcopus seu Vicarius, quibus magis ei videbitur, ut patet ex ipso Concilio versu: *transacto.* Nam, ut censuit sacra Congregatio, Episcopus tantum vel ejus Vicarius habet votum decisivum in hoc casu. Et ita Flaminius Parisius *de ref. benef. lib. 8. q. 9. num. 105. et 106.* ait per s. Congregationem fuisse resolutum examen esse faciendum coram Episcopo vel ejus Vicario absque ipsorum voto decisivo et tantum eos posse accedere ubi vota sunt paria vel singularia, quod etiam ait *Cechus d. num. 6. et 7. et Gratianus decis. 97. n. 18., Sbroc. de Vic. Episcopi lib. 2. q. 211. num. 8. et in addit. ibi Ugol. de off. Episc. c. 50.* §. *3. n. 1. et* §. *12. num. 3.* Accedit etiam alia decla-

*) Vd. *t. II. p. 425.*

ratio s. Congregationis, quae sic ait: — An si existentibus quatuor examinatoribus singuli examinati dimidium tantum suffragiorum reportarunt, ex non approbatis Episcopus aliquem possit facere approbatum? Congregatio censuit *posse*. Quae accessio Episcopi seu Vicarii debere fieri in ipso examine seu coram ipsis examinatoribns simul cum Ordinario congregatis, ut in dicto verbo *transacto*, et in vers. seq.: *adveniente*. Quamvis electio ex adprobatis facienda ab Episcopo ex vers. *peracto deinde examine*, possit ab eo fieri ex post facto et separatim, cum ad ipsum solum spectet uti diximus infra v. 13. apparet.

Illud autem quod dicitur de votis singularibus qnod Episcopus seu Vicarius possit accedere quibus magis videbitur, non procedit quando singuli examinatores approbent unum quem alii reprobant; nam tunc revera non sunt vota singularia, ut in sequenti declaratione s. Congregationis 1. Utrum stantibus verbis Concilii, ibi: *quorum votis si pares aut singulares fuerint*, et si ex tribus examinatoribus qnilibet eorum unnm approbaverit et alii approbatum ab altero reprobaverint, accedente Episcopo uni vincant alios duos reprobantes, ex quo sunt numero pares probantium et reprobantium? Congregatio respondit *non vincere et neminem istorum videri approbatum*. 2. Item an idem dicendum sit quando sunt quinque examinatores et quilibet eorum approbat unum ex examinatis et caeteri quatuor reprobant approbatum ab altero, Episcopo uni illorum accedente ex quo vota snnt singularia an iste cui accedit Episcopus sit praeferendus et sic unus ex examinatoribus cum Episcopo vincat alios quatuor reprobantes? *idem* respondit s. Cougregatio. 3. Similiter si unus tantum compareret ad se examinandum coram tribus examinatoribus uno illorum approbante, caeteris reprobantibus, an illis possit accedere Episcopus? respondit S. C.: *non posse et examinatum dici reprobatum*. Et ita est accipiendum quod tradit *Gemen. de cap. 66. 4. et in annot. n. 18.*

Sed juxta hoc succedit difficultas quando dicantur vota singularia ut Episcopus possit accedere quibus magis videbitur supposito quod examinatores debeant esse tres ad minus, ut dictum est. Respondetur quod cum ex tribus examinatoribus unus approbat unum quem alter reprobat, tunc dicentur vota singularia, ut Episcopus possit accedere quibus magis videbitnr, et ita procedit quod ait *Ugol. d. c. 50. §. 12. num. 3.*, quod singulares sunt quando quisque examinator unum adprobaverit et idcirco singulos. Unde videtur falsum quod ait Petrus Ledesma supra, quod si tres examinatores fuerint divisi in suis votis, potest Episcopus vel Vicarius accedere cui voluerit, quod est omnino falsum et si duo fuerint pro una parte et alius pro alia, potest etiam Episcopus vel Vicarius accedere parti cui voluerit, quod est omnino falsum: nam si duo sunt pro una parte et unus pro alia, non sunt pares nec singulares etc.

Apparet ex d. §. quod ex approbatis et renunciatis per examinatores solus Episcopus vel Vicarius et non ipsi examinatores debent eligere magis idoneum ut in *declar. Abulen. supra cit. n. 104* et in alia *declarat. supra d. cap. 18.* quae sic ait: *non spectare ad examinatores sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum*. Et in alia *Perus.* et *Barchinon.* quae sic ait: Sciendum quod aliqui examinatores praetendebant ad eos spectare idoneiorem eligere et ita de facto plures fuernnt provisi, quibus ex gratia SSmus mandavit ut expedirent novas provisiones. Et in alia *Paduana* quae sic ait: — Per hoc decretum nulla unquam facultas data est examinatoribus in electione idoneioris ad ei beneficium confereudum, sed ea ad solum Episcopum spectat; et ita etiam censuit s. Congr. *5. Aprilis 1598* et in una *Cocicen. 5. Julii 1599.* et tradit Leo *dict. cap. 18. num. 34.* referens dictam declarationem Barchinonen. et Paduanam. —

Unde ex approbatis Episcopus suo judicio et non ex votorum calculo, numero et collectione potest eligere et debet eum, qui sibi magis idoneus videatur, ut alias censuit s. Congregatio super dictum cap. 18. his verbis: Singuli examinatores possunt et debent dare vota super qualitate cujuslibet examinati ex forma vers.: *transacto*. Et Episcopus non ex collectione horum votorum debet eligere, sed ex versu: *peracto*, examinatores debent solum renuntiare duos vel tres, verbi gratia, examinatos idoneos, deinde Episcopus absque votorum calculo, sed suo judicio debet eligere digniorem. Alia: An si pluribus examinatis aliqui ultra dimidium vocum fuerint consequuti et sic approbati et unus omnia suffragia prospera reportavit,

Episcopus facta per examinatores relatione possit postposito illo, in quem omnia suffragia confluxernnt, alium ex eis eligere, qui ultra dimidiam partem vocum habuerint, cum omnes approbati dicantur? respondit s. Congregatio: *posse* tradit *Gemen. in praxi cap. 66. in annot. num. 108. et Leo d. c. 18. num. 32.* . . . Et sic procedit sequens declaratio s. Congregationis: Approbantibus licet examinatoribus aliquem tamquam magis idoneum in scientia cujus tamen mores ignorantur et habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum et approbatum in moribus, hic ultimus est praeferendus. Cui consonat alia quae sic ait: praeferendus est minus doctus modo idoneus quando ejus mores sunt noti et approbati doctori, cujus vita ignoratur etc.«

Quibus in medium deductis EE. VV. judicio relictum fuit resolutionem dubiis praefatis praebere.

Sacra C. C. sub die 3. Martii 1877 dabat responsa

Ad I.: *Affirmative.*

Ad II.: *Praxim curiae C. prout proponitur servari posse.*

Ad III.: *Episcopum non teneri ad eligendum tamquam digniorem, quem examinatores majori suffragiorum numero adprobarunt.*

Ex quibus colliges:

I. Ex decreto Concilii Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* erui edictum ad concursum haud esse praecise necessarium: habetur enim ibi: *Et si Episcopo aut synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur qui volent examinari.* (Vd. p. 261. §. 2.)

II. Haud ex jurisprudentia canonum determinatum fuisse quando tempore edictum manere debeat affixum; sed sufficere ut maneat per aliquod tempus tam ad Valvas Cathedralis quam ad ecclesiam beneficii conferendi.

III. Proindeque illa verba decreti Concilii Compestellani *per viginti dies ad minimum praefigatur* designare terminum edicti non autem tempus affixionis.

IV. Ex praefato Tridentini decreto colligi etiam quod examinatores pro conferendis paroeciis haud esse possint pauciores quam tribus, non autem quod iidem praecise tres esse debeant.

V. Episcopum et ejus Vicarium voto decisivo carere dum agatur de constituenda concurrentium idoneitate; sed eosdem posse tantum accedere ubi vota sunt paria vel singularia.

VI. Vota dici singularia cum quisque examinator unum approbet, ita ut singuli singulos approbent.

VII. Praxim curiae C. haud reprobari potuisse dum Episcopus vel ejus Vicarius accedant examinatorum votis eo consilio, ut paritatem aut singularitatem dirimant; quod consonat aliis S. C. Concilii resolutionibus.

VIII. Examinatores posse tantum renunciare quot fuerint reperti idonei, non vero designare digniorem; quum ipsa S. C. C. in una Abulen. declaraverit *non spectare ad examinatores sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum.*

X. Electio dignioris ab Episcopo.

Vd. *Concurs.* (Judicium Episcopi;) supra n. IX. p. 254.; t. II. p. 404. o. p.; p. 411. q.

XI. Electio dignioris a Vicario capitulari.

Vd. supra n. IX. p. 254.; p. 257. XI.; t. II. p. 404. o. p.; p. 411. q.

Transiit anno 1707 juspatronatus ecclesiae parochialis A. quod Titius laicus possidebat in regulares ordinis B.

In ultima paroeciae A. vacatione, quae contigit mense Martii 1864, Vicarius capitularis (Sedes enim episcopalis destituta erat pastore) concursum ad normam Tridentinae legis indixit. Existimans autem collationem dictae paroeciae vacantis hac vice s. Sedi esse reservatam ex cancellariae regulis*), jus eligendi inter approbatos regularibus patronis denegavit, contendens — electionem parochi ex dicta reservationis causa sibi spectare, salvo regularibus jure praesentandi s. Sedi, quem ipse ex approbatis eligeret. —

Contradicentibus regularibus patronis, qui et jus eligendi et jus praesentandi sibi adscribebant, dubium s. Sedi dirimendum fuit propositum quod in calce referimus.

Observabatur favore Vicarii capitularis, qui suas adduxerat rationes, juspatronatus de quo agimus, licet initio esset forsan *laicale*, tamen per transitum ejusdem juspatronatus in corpus morale ecclesiasticum, qua tale, suam immutavisse naturam ac de-

*) Vd. *t. II. p. 814. n. 91.*

venisse juspatronatus *ecclesiasticum*, juxta textum *cap. unic. de jurepatron. in 6.*, Reiffenst. *lib. 3. tit. 28. n. 49.*

Porro circa paroecias jurispatronatus ecclesiastici haec statuit Concilium Trid. *sess. 24. c. 18:* »Si vero (ecclesia parochialis) juris parochialis ecclesiastici sit ac institutio ad Episcopum et non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, Episcopo praesentare teneatur, ut ab eo instituatur. Cum vero institutio ab alio quam ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei praesentet ad quem institutio spectat.« Hinc cum spectaret, cumque Vicarius capitularis, sede vacante, jurisdictionem episcopalem obtineat, consequi videbatur ad dictum Vicarium jus eligendi pertinere, quod sede plena ad Episcopum pertinuisset. Illud enim decretum ceu notat Benedictus XIV. *de syn. dioeces. l. 4. cap. 8.* »adeo religiose custodiendum censuit S. C. Concilii, ut etiam quando institutio pertinet ad Papam, eo quod ecclesia parochialis vacaverit in mensibus Sedi Apostolicae reservatis, facultatem designandi digniorem ex approbatis non patrono ecclesiastico, sed Episcopo competere dixerit, *apud Garziam et Barbosam*, ubi insuper ab eadem sacra Congr. decisum refert, quod si ecclesiam parochialem jurispatronatus ecclesiastici vacare contingat in mensibus Papae reservatis, ad solum Ordinarium pertineat indicere concursum, renunciare magis idoneum atque haec omnia ad summi Pontificis Datarium referre, nulla prorsus habita ratione patroni ecclesiastici. Idemque Pontifex *cit. loc. n. 10.* subjungit »jus eligendi digniorem in singulis memoratis casibus, competens Episcopo, vacante sede episcopali transit ad capitulum ecclesiae cathedralis ad quod jurisdictio Episcopi devolvitur: sed a capitulo transfertur in Vicarium, quem ex Concilii Tridentini decreto *sess. 24. cap. 16. de reform.* intra octo dies ab habita notitia vacationis ecclesiae tenetur eligere.«

Imo Fagnanus refert *lib. 3. decr. tit. ne sede vacan. cap. Illa n. 18. seq.* normam quamdam a S. C. C. statutam fuisse in paroeciarum collatione servandam, sede episcopali vacante, hisce verbis conceptam: »Solus Vicarius eliget quem ceteris magis idoneum judicaverit, haec enim facultas nullo modo examinatoribus competit cum soli Episcopo a Concilio sit attributa, cujus loco erit Vicarius sede vacante. Ipse etiam solus Vicarius absque examinatoribus scribet literas ad SSmum D. N. ad quem collatio parochialis spectabit, quibus praecipue testabitur, propositum fuisse edictum et examen per concursum factum, totque examinatos fuisse et ex examinatis tot idoneos a tribus saltem examinatoribus judicatos, se vero ex istis idoneis talem ceteris magis idoneum judicasse elegisseque.«

Quare concludebatur Vicario capitulari jus esse, hoc in casu digniorem inter adprobatos eligendi.

Regulares patroni in sua defensione non contradicebant iis quae per Vicarium capitularem adducebantur, sed novo veluti fulcro innixi falsum esse contendebant collationem paroeciae vacantis ad s. Sedem pertinere. Proindeque sibi electionem et praesentationem, institutionem vero canonicam Vicario capitulari adscribendam esse concludebant.

Sane si paroeciae collatio ad s. Sedem pertinuisset, id deduceretur vel ex *regula secunda* Cancellariae apostolicae, vel ex *regula nona*;*) atqui ex neutra id erui observabatur.

In regula enim secunda haec habentur. II.: *Item reservarit . . . dignitates et beneficia omnia ad collationem, praesentationem, electionem et quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum et Episcoporum (non tamen ad collationem cum alio vel aliis aut etiam alterius praesentationem vel electionem pertinentia) quae post illorum obitum . . . dimissionem seu amissionem . . . quomodocumque vacaverint et vacabunt in futurum.*

Hac porro regula, subjungebatur, licet R. Pontifex sibi collationem beneficiorum vacantium sibi reservet quae post obitum Episcopi vel alterius Praelati seu Collatoris vacaverint, tamen ea beneficia excipi, quorum collatio non ad Episcopum solum pertinet, sed ad alios quoque, sive ad aliorum praesentationem vel electionem etc.

In casu porro agebatur de paroecia vacante, quae providenda parocho erat per electionem et praesentationem dignioris inter adprobatos, a regularibus faciendam, ita ut nullas alias partes habeat Episcopus quam praesentatum instituendi.

*) Vd. *t. II. p. 818. 820.*

Neque insuper objici poterat, ejusmod reservationem sese extendere etiam ad beneficia patronatus ecclesiastici, ac si exciperentur, in dicta secunda regula, tantum beneficia patronatus laicalis. Etenim, praeterquamquod ejusmodi distinctio ne quidem innuitur, nullus forsan interpres reperitur, qui ita illam regulam exponat.

Neque minus evidenter ostendebatur, regulam nonam sub sua reservatione non continere paroeciam vacantem de qua agimus. Observabatur enim regulam nonam duplici veluti parte constare, in quarum prima sibi R. Pontifex reservat »*omnia beneficia ecclesiastica sum cura et sine cura, saecularia et quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata et ubicumque existentia in singulis* Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris et Novembris *mensibus . . . ad collationem, provisionem, praesentationem . . . quorumcumque collatorum . . . et quorumvis Ordinum regularium . . . quomodolibet pertinentia.*« In altera vero parte indulget R. Pontifex Episcopis, qui vere ac personaliter resident in propria dioecesi, facultatem disponendi alternative, scilicet: »*de omnibus et quibuscumque beneficiis et ecclesiasticis cum cura et sine cura, saecularibus et regularibus ad liberam ipsorum dumtaxat non autem aliorum cum eis dispositionem seu praesentationem vel electionem . . . quae in antea* (nempe inposterum) *in mensibus* Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris et Decembris *extra curiam ipsam vacare contigerit.*« Ejusmodi disponendi facultas Episcopis tribuitur in residentiae meritum; non vero concessa legitur Vicariis capitularibus, maxime cum regula eadem subjungat: *Illi vero qui gratiam alternativae praedictae acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes literas manu propria subscriptas suoque sigillo munitas et in sua quisque civitate vel dioecesi datas, declarare et literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis Suae transmittere teneantur; quibus ab eo receptis et recognitis tunc demum et non antea uti incipiant gratia supradicta.*

Porro observabatur primam partem regulae non comprehendere vacantem paroeciam de qua agimus, utpote quae vacavit mense *Martii*; secundam partem, aliis omissis, locum non habere (licet mensis Martii altero alternativae calculo reservatus videatur s. Sedi) eo quod Vicarius capitularis hac alternativa facultate non gaudet: quare prono alveo descendebat, instantiam Vicarii capitularis falso supposito laborare.

Unice proindeque ad eumdem Vicarium spectabat jus canonice instituendi digniorem electum et praesentatum a regularibus, quod jus communiter sede episcopali vacante Vicario capitulari tribuitur juxta textum *cap. Etsi de inst. in 6.*; ibi legitur: *Etsi capitulum sede vacante beneficia, quae ad collationem Episcopi pertinent, conferre non possit, praesentatos tamen a patronis potest admittere . . . .*

Quibus hinc inde perpensis propositum est dirimendum

D u b i u m:

An et quomodo durante vacatione Sedis episcopalis jus eligendi digniorem inter adprobatos in concursu ad paroeciam A. pertineat ad Vicarium capitularem, salvo regularibus patronis jure praesentandi seu potius tam jus eligendi quam praesentandi pertineat exclusive ad eosdem regulares patronos in casu?

Die 4. Martii 1864. s. Congregatio EE. et RR. respondere censuit favore regularium rescribens: *Negative in omnibus ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Ex quibus colliges:

I. Vicarium capitularem posse parochum electum inter adprobatos per concursum et praesentatum ab ecclesiastico patrono canonice instituere, si ejusmodi institutio, sed plena, ad Episcopum communi jure spectabat.

II. Imo ad Vicarium capitularem spectare digniorem eligere et s. Sedi eumdem designare inter adprobatos per concursum, si ejusmodi paroeciae eo tempore vacent quo pontificia reservatio, ex regulis Cancellariae, vigeat.

III. Colliges regulam secundam Cancellariae sub sua reservatione non comprehendere beneficia quae confert Episcopus ad aliorum praesentationem.

IV. In praesenti autem casu paroeciam vacantem effugisse eventum regulae nonae, eo quod mense Martii vacaverit.

XII. Episcopi viciniioris jus electionis.

Vd. p. 362. §. 12., *Concurs.* (Metropolit.)

Concursus qui in vacationibus parochialium fieri solent coram Episcopo viciniori,

si occasione pestis civitas illius sit bannita et aditus praeclusus ad eumdem Ordinarium viciniorem, potest prorogari, ut concessit s. Congregatio facultatem Praelato inferiori prorogandi tempus concurrentium, et ut interim provideretur de oeconomis et Vicariis idoneis. S. Congreg. Concil. *in Nullius Terrae Guastallae, Parmens. dioecesis 17. Aug. 1630.*

Balneoregien.

Concursus delegetur quoque Episcopo viciniori, ad quem examen justis, argentibus, rationabilibus concurrentibus causis ablegatur, ut ex praxi hujus s. Congregationis firmat *Card. de Lucu de Miscell. eccles. disc. I. n. 107., Piton. discept. eccles. 137. sub n. 26.* §: *Ex his, Rot. cor. Molin. decis. 68. n. 6. et seqq.*, et in *Rec. dec. 122. n. 20. part. 15.*

Die 7. Junii 1777.

XIII. Episcopi judicium.

Vd. *Concurs.* (judicium Episcopi.)

XIV. Examen privatum.

Vd. p. 262. §. 10.

XV. Examinandus alius non substituatur.

Vd. t. II. p. 555. n. 49.

Benedictus XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam nonnulli sicut accepimus honestati nequitiam et morum saluti temporalia commoda praeferentes ad subeundum examen, quod hi qui ad ecclesiastica beneficia ex provisionis nostrae gratia fuerint promovendi in literatura examen subire tenentur, se minus idoneos sentientes ad illud supponunt alios loco sui, qui se dictorum minus idoneorum habere nomina et cognomina et esse de civitate seu dioecesi eorumdem mendaciter confingentes examen subeunt pro eisdem sicque praefati minus idonei, nullum subeuntes examen, per fraudem hujusmodi beneficia ecclesiatica consequuntur,

§ 1. Nos volentes hujusmodi fraudi poenis debitis percellendae salubriter obviare omnes hujusmodi qui alios supponunt examini loco sui necnon eos qui, aliorum mentitis nominibus, hujusmodi examen subeunt pro eisdem excommunicationis sententiae ipso facto decernimus subjacere ac literas nostras per hujusmodi fraudem obtentas et inposterum obtinendas, omnesque processus ipsarum praetextu habitos vel habendos, fore cassos, vacuos, irritos et inanes et nullius penitus existere firmitatis. Praedicti insuper, qui sibi falsa nomina imponentes pro aliis examen subeunt, ut praefertur, omnibus beneficiis ecclesiasticis, si qua habent, sint eo ipso privati. Si vero nulla beneficia ecclesiastica obtineant, eo ipso efficiantur inhabiles ad beneficia ecclesiastica.

Nulli ergo etc.

Datum Avenione die 19. Decb. 1 39.

(Bull. r. t. IV. p. 462. Ed. Aug. Taur. 1859).

XVI. Examinandi qualitas.

Vd. *Examinatorum electio* p. 261.; t. II. p. 404. o. p.; p. 411. q.

Quod pertinet ad concurrentium idoneitatem exploratum est, non doctrinam tantum esse spectandam, *sed aetatem* quoque, *mores, prudentiam et alias res ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunas*, ut legitur *sess. 24. cap. 18. de reform.*, et statutum fuit *in citat. decret. s. Congregationis 1721.: Cum non continuo, si quis est doctior, is etiam aptior seu magis idoneus ad regimen habeatur vel etiam habendus sit.* Hinc Benedictus XIV. in relata constit. *Cum illud**) §. *16. n. 4.* postquam loquutus est de concurrentium doctrina sic pergit: *Parem ni forte majorem solertiam examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus regimini animarum consentaneis, morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, praestita hactenus ecclesiae obsequia ac quisitam in aliis muneribus laudem aliaque spectabilium virtutum ornamenta, doctrinae arcto foedere consocianda.* Ex quibus colligitur reprehendi non posse examinatores, si eum qui minus docte se gesserit inter approbatos numerent eique etiam praeferant, qui majori elegantia, doctrina atque eruditione propositis quaestionibus satisfecerit, ut resolvit s. Congregatio in *Cremonen. Erectionis praependae theologalis 2. Julii 1729* et in *Cathacen. Praebendae theologalis 14. Januarii 1764.*

Die 20. Jan. 1770

XVII. Examinatorum doctoratus.

Vd. *Concursus pro praebenda theol.* (validus est, decr.: *Forolivien.*); p. 261. §. 5.

*) Vd. *t. I. p. 607. n. 20.*

XVIII. Examinatorum electio ab Episcopo et synodo.

Vd. *Concurs.* (Vicarius gener.; pro praebenda theologali); constitut. Bened. XIV.: *Cum illud* t. I. p. 607. n. 20.; p. 257. XI.; p. 263. XVIII.

De parochialium ecclesiarum vacatione, vicariorum earumdem deputatione, examinatorum electione, promovendorum examine et idoneitate necnon idoneorum institutione ab Ordinariis facienda.

Pius PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam:

Apostolatus officium meritis licet imparibus Nobis ex alto commissum admonet ut in conferendis beneficiis ecclesiasticis et praesertim parochialibus ecclesiis personis dignis et habilibus, quae in loco residere et per se ipsas curam exercere valeant, omnem diligentiam ac sollicitudinem nostram, quantum nobis desuper conceditur, adhibere studeamus, ut illae fideles suae curae creditos sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare commissasque sibi parochiales ecclesias hujusmodi velint et possint, auctore Domino, salubriter regere ac feliciter gubernare. Quod provide ac diligenter considerasse Alexandrum III., Gregorium X. ac Innocentium III. et alios romanos Pontifices Praedecessores nostros eorum super hoc editae constitutiones testantur.

§. 1. Nos igitur, qui s. romanae ecclesiae, quae omnium fidelium mater est et magistra, divina disponente clementia, modo praesidemus, eorumdem Praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes volentesque super praemissis, pro nostro universalis pastoris officio, opportune providere, motu proprio et ex certa scientia maturaque deliberatione nostra ac de apostolicae potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, sancimus, decernimus et ordinamus ut, occurrente vacatione alicujus parochialis ecclesiae, etiam generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti, in favorem S. R. E. Cardinalium aut alias quomodolibet reservatae vel affectae, etiamsi illius, dum pro tempore vacat, collatio et provisio ad quosvis Abbates vel capitula aut alios inferiores collatores saeculares vel regulares pertineat, debeat Episcopus, habita notitia vacationis ecclesiae, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium, congrua ejus arbitrio portionis fructuum assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiae substineat, donec ei de rectore provideatur.

§ 2. Et deinde Episcopus et alius quivis inferioris ordinis dictae parochialis sic vacantis collator, seu qui illius juspatronatum ecclesiasticum vel mixtum habeat, intra decem dies vel aliud tempus ab Episcopo praescribendum idoneos aliquot clericos ad regendam ecclesiam, coram deputandis examinatoribus nominet, liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet aetate, moribus et sufficientia fieri diligens inquisitio et si Episcopo aut synodo dioecesanae, pro regionis more, videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari.

§. 3. Transacto constituto tempore omnes qui descripti fuerint examinantur ab Episcopo sive, eo impedito, ab ejus Vicario generali atque ab aliis examinatoribus, non paucioribus quam tribus, quorum votis, si pares aut singulares*) fuerint, accedere possit Episcopus vel Vicarius, quibus magis videbitur.

§. 4. Examinatores autem singulis annis in dioecesana synodo aut ab Episcopo vel ejus Vicario et capitulo majoris ecclesiae ad minus sex proponantur, qui illis satisfaciant, et ab eis probentur, advenienteque vacatione cujuslibet ecclesiae tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque, succedente alia vacatione, aut eosdem tres aut alios tres, quos ipse Episcopus maluerit, ex praefatis illis sex eligat.

§. 5. Sint vero ii examinatores magistri seu doctores aut licentiati in theologia aut jure canonico vel alii clerici seu regulares, etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam saeculares, qui ad id videbuntur magis idonei; jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros, caveantque ne quidquam prorsus, occasione hujus examinis, nec ante nec post accipiant: alioquin simoniae vitium tam ipsi quam alii dantes incurrant, a qua absolvi nequeant nisi dimissis beneficiis, quae modocumque, etiam antea, obtinebant; et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in synodo praedicta, si opus erit, rationem reddere teneantur: a qua, si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejusdem Episcopi arbitrio puniri possint.

*) Vd. *p. 257. VI.*

§. 6. Peracto postea examine renuncientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis, ex hisque Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum*) judicaverit atque illi et non alteri collatio ecclesiae ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre.

§. 7. Si vero jurispatronatus ecclesiastici erit ac institutio ad Episcopum et non alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit Episcopo praesentare teneatur, ut ab eo instituatur.

§. 8. Cum vero institutio ab alio quam ab Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat dignioremi, quem patronus ei praesentet, ad quem institutio spectat. Quod si jurispatronatus laicorum fuerit, debeat, qui a patrono praesentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari et nonnisi idoneus repertus fuerit admitti; in omnibusque supradictis casibus, non cuiquam alteri quam uni ex praedictis examinatis et ab examinatoribus approbatis, juxta supradictum modum, de ecclesia provideatur.

§. 9. Nec praedictorum examinatorum relationem, quominus exequutionem habeat, ulla devolutio aut appellatio etiam ad Nos et Sedem apostolicam sive ejus Legatos aut Vicelegatos aut Nuncios seu Episcopos vel Metropolitanos aut Primates vel Patriarchas interposita impediat aut suspendat; alioquin Vicarius, quem ecclesiae vacauti ante Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit vel forsan postea deputabit, ab ejus ecclesiae custodia et administratione non amoveatur, donec eidem aut alteri, qui probatus et electus fuerit, ut supra sit provisum.

§. 10. Si tamen adeo exigui redditus dictae parochialis fueriut, ut totius hujus examinationis operam non ferant aut nemo sit qui se examini quaerat subjicere aut ob apertas factiones seu dissidia, quae in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixae ac tumultus possint excitari, poterit Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, privatum aliud examen caeteris tamen ut supra servatis adhibere.

§. 11. Licebit etiam synodo provinciali si quae in supradictis circa examinationis formam addenda remittendave esse censuerit providere.

*) Vd. *t. II. p. 411. q.*

§. 12. Et ut praesens nostra constitutio firmiter et inviolate ab omnibus observetur, easdem dictorum Praedecessorum constitutiones innovando, auctoritate apostolica, tenore praesentium, omnes et singulas collationes, provisiones, institutiones et quavis alias dispositiones parochialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis ac quibusvis aliis collatoribus, tam ordinariis quam delegatis, etiam dictae romanae ecclesiae Cardinalibus ac Sedis apostolicae Legatis vel Nuntiis, praeter et contra formam praesentis nostrae constitutionis, praesertim in examine per concursum facieudo praescriptum post tempus infra expressum faciendas, nullas, irritas ac nullius roboris vel momenti fore et esse nullumque provisis seu institutis jus aut titulum et coloratum possidendi praebere et parochiales ecclesias, ut prius ante collationes hujusmodi vacabant, ex tunc vacare decernimus et declaramus, illaeque omnes sic pro tempore vacantes, si Episcopus, qui curam dicti examinis habere debet, praemissa non fecerit, ad ejus Metropolitanum, si vero Archiepiscopus idem facere praetermiserit, ad Sedis apostolicae dispositionem specialiter devolvautur.

§. 13. Insuper, ne parochiales ecclesiae diu in suspenso maneant, in maximum animarum periculum, quarumcumque parochialium ecclesiarum, quarum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos et Archiepiscopos et quoscumque alios ordinarios collatores provisio et collatio spectat, de quibus iidem Episcopi et Ordinarii intra sex mensium spatium a die vacationis earumdem, perfecto examine, juxta formam praesentis nostrae constitutionis non providerint, ac illarum etiam quarum collationes aliis ex indulto Sedis apostolicae competunt, ad quas, occurrente illarum vacatione, Episcopi et Archiepiscopi praefatas personas, per examen, concursu, ut praefertur, habito, juxta formam praescriptam approbatas et magis idoneas non elegerint aut electas iis, ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda, infra quatuor mensium spatium, a die illarum vacationis, non siguificaverint, uecnon parochialium ecclesiarum similiumque jurispatronatus ecclesiastici vel laicorum seu clericorum et laicorum simul fuerint, si praesentatus, intra tempus eisdem personis a jure praefixum, praevio examine praedicto, approbatus, petatur institui institutioque ipsa per duos menses a die praesentationis dilata fuerit, collatio, provisio, institutio ad eosdem supra nominatos, ut praemittitur, pariter devolvatur, data tamen in parochialibus jurispatronatus optione ipsius patroni, ut si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illam facere negligentibus et ultra dictos duos meuses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum vel viciniorem Ordinarium aut ad Sedem apostolicam.

§. 14. Prohibentes etiam eisdem Ordinariis, ne tempus decem dierum dictis Ordinariis et personis per hanc nostram constitutionem ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus praefixum ultra alios decem dies prorogare audeant vel praesumant.

§. 15. Districtius inhibentes ne quis, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, contra formam superius expressam, de hujusmodi parochialibus ecclesiis, ut praefertur, disponere vel circa illas alias quidquam innovare qnoquomodo praesumat.

§. 16. Ut autem, non solum dignis sed magis idoneis repertis juxta ordinationem nostram, hujusmodi parochiales ecclesiae conferantur, volumus et eadem auctoritate decernimus quod, si Episcopus aut alius Ordinarius minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possint ii, qui rejecti fuerint, a mala electione hujusmodi ad Metropolitanum vel, si ipse eligeus Metropolitanus aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium, uti nostrum et Sedis apostolicae Delegatum aut alias ad Sedem apostolicam appellare*) ac praeelectum ad novum examen, coram ipso appellatiouis judice et ejus examinatoribus, provocare et coustitnto de prioris eligeutis irrationabili judicio, eoque revocato, parochialis magis idoneo per eumdem judicem appellationis auctoritate nostra, quatenus collatio ad Episcopum, a qno appellatum fuit, spectaret, conferatur, alias eidem magis idoneo per judicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad qnem collatio, provisio vel institutio spectabit.

§. 17. Haec tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat quominus electio per Ordinarium primo loco facta interim debitae demaudetur executioni et provisus ab eadem ecclesia, causa appellationis hujusmodi pendente, non amoveatur.

*) Vd. *supra p. 238. III.*

§. 18. Si quis a sententia per judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Primatem praedictum seu Sedem apostolicam appellabit.

§. 19. Si secus in praemissis omnibus et singulis actum et attentatum fuerit, irritum decernimus et inane.

§. 20. Non obstantibus etc.

§. 21. Volumus autem quod praesentium transumptus etc.

Datum Romae apud s. Petrum die 19. Augusti 1567.

(Bull. r. t. VII. p. 605. Ed. Aug. Taur.)

XIX. Examinatorum electio a Capitulo.

Vd. n. XVIII. XX.

XX. Examinatorum jus sese eligendi.

Vd. t. III. p. 419. c.

Canonicus B. metropolitanae ecclesiae N. sacrae Concilii Congregationi exposuit: »Ad sensum sacrorum canonum et apostolicarum constitutionum Archiepiscopus capitulo suo metropolitano ad obtinendum consensum quotannis proponit judices et examinatores prosynodales, inter quos plerumque aliqui e Canonicis ejusdem capituli adnumerantur. Quaeritur ergo 1. An in comitiis capitularibus jus voti habeat Canonicus, qui ab Episcopo proponitur ad officium judicis et examinatoris synodalis?

2. »Si hoc jus voti pro se, ut videtur, exercere haud valeat, poteritne saltem exercere illud erga alios?«

Voto et informatioui a s. Congregatione reqnisitis responsum fuit: Constitutiones capitulares nil in propositum decernere, sed omnino de hac re silere; ex constanti vero praxi Canonicos proprium ferre votum tum pro seipsis, quaudo aliquis comprehenditur in numero propositorum, tum pro aliis.

Absonum haud est praemittere nonnullas observationes priusquam directe quaestio aggrediatur. Hinc memoria repetendum Concil. Trid. *sess. 24. cap. 17. de ref.* constituisse: »*examinatores autem singulis annis in dioecesana synodo ab Episcopo vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui synodo satisfaciant et ab ea probentur.*« Praeterea idem Concil. *sess. 25. cap. 10. de ref.* statuit: »*In singulis Conciliis dioecesanis aliquot personas, quae qualitates habeant juxta constitutionem Bonifacii VIII., quae incipit: Statutum, et alioquin ad id aptas designari, ut praeter Ordinarios locorum iis etiam posthac*

causae ecclesiasticae ac spirituales et ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandae committantur.«

Quapropter ut quisquis videt a Tridentino imponitur ut ad minus sex examinatores eligantur quotannis in synodo dioecesana et in singulis Conciliis provincialibus aut dioecesanis eligantur judices synodales seu personae qualitates habentes juxta constitutionem Bonifacii VIII., quae incipit *Statutum*, quibus causae ecclesiasticae spirituales et ad forum ecclesiasticum pertinentes judicandae committantur. Designari vero debent ex istis saltem quatuor aut plures si amplitudo dioecesis id exigat juxta Benedicti XIV. constitutionem *Quamvis*. Et isti examinatores et judices sic electi perdurare deberent usque ad novam synodum. Verumtamen s. Concilii Cong. probe novit non facile esse Episcopis singulis prorsus annis synodum celebrare; hinc providit ne legitimis carerent examinatoribus pro concursibus ad paroecias. Etenim statim ac Episcopus aliquis eidem exponit ex electis in ultima synodo sex non extare, facultatem concedit eligendi novos a majori parte capituli adprobandos, quorum tamen munus duraturum decernit tantum ad annum et iterum ad preces Episcopi illos in munere s. Congregatio ad annum confirmat. Et examinatores et judices ita electi pro-synodales appellantur. Quod si capitulum eos utut idoneos adprobare recusaverit, licet Pignatelli et P. Andreuccius existiment habendos esse pro adprobatis: tutius tamen erit ad evitandas innumeras lites et controversias oriri solitas in similibus casibus, ut Episcopus a s. Congregatione petat supplementum consensus sine justa causa a capitulo denegati. *Ferraris V. Examinatores n. 65. et seqq. et V. Judex n. 66. et sqq.*

His praemissis ad quaestionis difficultatem properandum est. Et primo ambigi nequit jus commune Canonicis favere; nam in jure receptum est provisos de canonicatibus, statim ac possessionem assequuti fuerint, habere intentionem in jure fundatam suffragium ferendi tum in electionibus et adprobationibus tum in omnibus actis capitularibus ad tradita per textum in *cap.: In generi de elect. vers.*: *Nec praemissi* et *in cap. Pro illorum in fine de praeb., Lotter. de re benef. lib. 1. q. 15. n. 25., Barbos. de Canon. cap. 37. n. 1.* Idemque docuit S. C. Concil. in *Pisana Electionis 29. Septembris 1318.* §. *Porro.* (Vd. t. III. p. 423. e.)

Ejusmodi jus limitari nequit vetando Canonico quominus suffragium ferat quando ipse ab Episcopo praesentatus in scrutinium venit; quia nulla adest lex sive generalis sive specialis quae hoc neget. Et in jure ipso receptum est, in re prohibitiva illud esse permittendum quod expresse a lege non vetatur; ita *in leg. Nec non §. quodvis ff.* Ex quibus causis *major. Gloss. in cap. Ex literis de jurepatr. et in cap. inter corporalia de translat.* Neque Canonicus acceptus esse videtur a capituli comitiis ex aliqua suspicione quae ingeri posset; quod nempe in ferendo suo suffragio moveri potius queat ex sui ipsius affectione quam ex justitia. Primo quia ex textu rite perpenso *in cap. Cum in jure de elect.* eruitur quod Canonicus qui se videat ab aliis nominari et praesentari, potest tali electioni consentire suffragium in sui favorem ferendo; hac enim de re dici consuevit, quod persona electa augeat numerum eligentium, *gloss. ad cit. cap. V.* Secundo quia non agitur in themate nec de vera electione nec de praesentatione ad beneficium, sed de simplici deputatione ad officium. Quo in casu suffragium ferre posse tradit S. C. Concilii in causa *Matheatin. et Acherutina* quam refert *de Luca disc. 26. de Canonicis* declarans validam electionem Vicarii capitularis in persona electi, qui ex 32 votantibus 17 retulerat, computato proprio voto. Idem auctor *loc. cit. n. 10.* sic se habet: Quo vero ad secundum punctum procedebatur pariter cum equivoco magis claro, adhibendo terminos textus *in cap.: Avaritiae de praeb. in sexto.* Licet enim rejecta opinione Gemin. et Lambertin. receptum sit, sequendo opinionem archidiaconi et Franchi ac aliorum ut dictae decretalis dispositio procedat nedum in Praelaturis sed etiam in inferioribus beneficiis juxta *decis. 6. Crescent. de jurepatr., Martica 161. n. 3. decis. 184. num. 2. p. 10. recent. cum aliis per Lotter. lib. 1. q. 13.* attamen id procedit quando agitur de actu qui exigat ad ejus perfectionem auctoritatem superioris, ut est in casu electionis, quae indiget confirmatione juxta ea quae habentur infra in *Monasterien. Coadjutoriae disc. seq.* Vel ubi agitur de praesentatione seu nominatione ad beneficium unde necessaria sit institutio seu provisio superioris et in his terminis loquuntur omnes auctoritates quas desuper habemus. Secus autem in hac subjecta materia in qua non agitur nec de vera electione nec de praesentatione, sed agitur de simplici deputatione sonante in mandatum ....«

Itaque quum in themate agatur non de praejudicio *tertio* inferendo nec de privato interesse, quo quis moveri possit ad suum suffragium ferendum, sed de gratuito munere ad quod deputantur nonnulli ex Canonicis, quibus capitulum praestare consensum debeat ut ad id muneris eligatur, quod quidem nullum interesse importat, sed bonum ecclesiae tantum, ideo nulla ratio praesto est denegandi votum Canonico tum pro se quatenus ab Episcopo praesentetur ad hoc munus tum pro aliis.

His omnibus observantia accedit, qua fertur omnes Canonicos, praxi constanti, consuevisse ferre votum pro se et pro aliis cum unus eorumdem proponeretur; neque ejusmodi observantia improbanda videtur quia nulli expresso juri adversatur.

Attamen admisso etiam quod jus illud ferendi suffragium proprium sit *canoniae* *) et promanet ex intentione in jure fundata, fas quidem est, ob aliquam suspicionem a jure non improbatam jus illud circumscribere intra certos limites, ita ut quibusdam in casibus etiam voce capitulari frui nequeant Canonici: *Piton. disc. eccles. 1. 37. n. 30.*

Nec sane obstat quempiam esse totius capituli membrum et in quibusdam casibus haud frui capitulari voce, Garcias *de benef. p. 3. cap. 2. n. 372.*; nec secus tradidit Scarfantonius in *lib. 4. tit. 4. n. 23.*: »Canonici de quorum speciali interesse in capitulo est agendum, proposito negotio debent se a loco capitulari retrahere, donec res fuerit discussa; ita fuit decretum a s. C. Concilii teste Gavanto.«

Theoria ejusmodi haud destituitur juridica ratione; nam praeter adagium *nemo judex in causa propria* et aliud praesto est *in rem suam authorem tutorem fieri non posse, l. 1. ff. de auctorit. et consens. tutor.*; quod solemne fuit penes Romanos ut patet ex pluribus legibus *l. praeter ff. de tutor. et curat. datis, l. Fistulas §. 1. ff. de contempt.* Neque ss. canones sese juri caesareo opponunt; quinimo idem concinunt in *cap. Didicimus caus. 24. q. 1., cap. In scripturis causa 9. q. 1., cap. Cum ad nostram de instit.* ubi legitur quod is ad quem spectat collatio dignitatum seipsum instituere non potest; debet enim distinctio esse inter dantem et recipientem, et in *cap. Per nostras de jurepatr.* patronus licet clericus nequit se praesentare ad ecclesiam vacantem, monet enim *gloss. ad cap. Cum in jure de electione* quod nemo debet oriri a seipso. Idque optimo jure; cum in sacris muneribus obeundis quaecumque ambitio, quaecumque affectio sui prorsus exulare debeat utpote a jure abhorrens. Porro Canonicus proprio voto in scrutinio aliorum qui fuerunt ab Episcopo praesentati concurrens comparationem inter se et alios instituit et judicium efformat in causa propria contra juris dispositionem firmatam in *lege 10. ff. de jurisdict. omn. jud.* Praeterea Canonicus alios suo voto excludendo sibi ipsi votum augeret necnon suipsius electionem certam redderet, aliorum dubiam ansamque praeberet fovendae ambitioni. Huic praxi inhaerens S. C. C. die 11. Decembris 1875 in Ariminen. ad dubium: »*An Canonicus ad vacantem praebendam a sociis praesentatus dum se abstinet a dando suffragio quando votatio ipsum respicit, teneatur etiam abstinere a ferendo suffragio toties quotics alii concurrentes votationi subjiciuntur in casu?*« respondit: »*Affirmative.*« Quapropter ejusmodi consuetudo improbanda videtur ceu contraria juris utriusque principiis et rationi.

Praenotatis hisce aliisque sequentia proposita fuere enodanda

D u b i a:

I. *An in comitiis capitularibus jus suffragandi habeat Canonicus, qui ab Archiepiscopo proponitur ad officium judicis et examinatoris synodalis in casu?*

Et quatenus negative pro se,

II. *An hujusmodi jus exercere valeat pro aliis in casu?*

Sacra C. Concilii sub die 19. Maji 1877. respondere censuit:

Ad primum Negative. Ad secundum Affirmative.

Vd. t. III. p. 419. c.

Exinde colliges:

I. Extare juris principium quo innititur in re prohibitiva illud esse permittendum quod expresse a lege non vetatur.

II. Canonicos ex jure ita pollere facultate ferendi suffragia ut ex *cap. Cum in jure de elect.* etiam liceat Canonico qui se videat

*) Vd. *t. III. p. 47.*

ab aliis nominari et praesentari consentire tali electioni suffragium in sui favorem ferendo.

III. Neque id peragendo censendum esse ambitioni indulgere, quia ipse haud vocat vel nominat seipsum, sed prospiciens sese ab aliis proponi et eligi in publico scrutinio licet eidem aliorum votis adjicere et proprium suffragium citra ambitionis vitium.

IV. Verum ejusmodi facultatem generaliter ferendi suffragia aliquando in aliquo Canonico circumscribi ob aliquam suspicionem a jure non improbatam, ut puta si in capitulo ageretur de aliquo ejusdem Canonici negotio, ne praejudicium *tertio* inferatur, atque ne ille judex fiat in causa propria.

V. Quapropter in themate haud permitti cuilibet Canonico ferre suffragium, quando agitur de electione suipsius ad officium examinatoris vel judicis synodalis per vota secreta; quia cum scire nequeat an alii Capitulares in eum concurrant, id non esset consentire aliorum electioni, sed seipsum ambitiose eligere.

VI. Ideo S. C. Congregationem videri noluisse Canonicos exuere jure fereudi suffragia quando fit electio aliorum Capitularium ad officium judicis vel examinatoris synodalis, quia agitur de munere gratuito, minime vero de beneficio conferendo; in quo verendum sit praejudicium *tertii* per votum electoris inferendum.

XXI. Examinatorum emolumenta.

Episcopus N. in relatione status suae ecclesiae ad s. C. Concilii transmissa inter alia sequens postulatum judicio s. Consessus subjecit: »In dioecesi ex consuetudine sicut in aliis ecclesiis regni examinatores synodales pro examine et ratione laboris in concursu pro obtinendis parochiis aliquod parvum emolumentum snscipiunt. Estne sustinenda haec consuetudo vel omnino aboleuda licet immemorabilis tamquam Tridentino contraria?«

Ut plenior redderetur via in dubii examine, idem Episcopus rogatus est ut referret in quo consisteret ejusmodi emolumentum et utrum idem mos obtineret in circumjacentibus dioecesibus, praesertim ecclesiasticae ejusdem provinciae. Quibus inter caetera responsum fuit: »Emolumentum quod ratione laboris ab examinatoribus prosynodalibus percipitur in hac dioecesi ad 13 vel 15 regalia reduci potest, pro unoquoque ex adprobatis . . . Non ita in circumjacentibus dioecesibus, sed in quibusdam ejusdem provinciae, ad quam haec dioecesis pertinebat, aliquod stipendium a prosyuodalibus percipiebatur, non idem in omnibus sed majus vel minus.«

Tridentina lege *in cap. 18. sess. 24. de reform.* examinatoribus synodalibus praescribitur: »Jurent omues ad s. Dei Evangelia, se quaecumque humaua affectione postposita fideliter munus exsecuturos. Caveantque, ne quicquam prorsus occasione hujus examinis nec ante nec post accipiunt; alioquin simoniae vitium tam ipsi quam alii dantes incurrant, a quo absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quae quomodocumque etiam antea obtinebant et ad alia inposterum inhabiles reddeutur.«

Nonnullis vero animadversis adducebantur analogae resolutiones, quae in antiquis Regestris S. C. C. reperiuntur, videlicet in *Aurien.* Episcopus declarari ab Emis Patribus rogabat, an examinatoribus in synodo dioecesaua juxta formam Concilii Trid. deputatis aliquo modo et vigore consuetudinis liceret citra vitium simoniae, peracto examine, aliqnid ab eo, cui beneficium collatum fuit, ratione dicti examinis accipere? et s. Congregatio respoudit: Nou licere. Item in *Salernitana* quaesitum est:

Quid sentiendum foret de decreto synodi dioecesanae, qno statutum fuerat congruum quoddam stipendium examinatoribus ex fructibus particnlarium ecclesiarum aut aliorum beneficiorum vacantium?

Et prodiit rescriptum: Archiepiscopum non posse ejusmodi stipendium statnere et decretum synodi dioecesanae esse nullum et delendum.

In *Civitaten.* s. Congregatio rescripsit: Non licere examinatoribus synodalibus quidquam accipere, uon obstante quacumque consuetudine immemorabili.

Refert *Garzias de benef. eccl. tract. par. 8. c. 1. n. 78.* in Concilio provinciali Toletano 1566. et in provinciali Concilio Compostellano statutum fuisse, ut Ordinarii, rectae suae conscientiae arbitrio, jubeant persolvi examinatoribus munus suum fidelibus exsequentibus aeqnam laboris mercedem ex redditibus ecclesiae vacantis, qui alioquin rectori debeantur. At idem auctor, praemisso quidem adesse nonnullos doctores, qui ejusmodi statutum minime adversari autumant Trid. legi, contrarium tamen retinendum esse concludit ex dicto Coucilii decreto §. *Caveant* et ex declarationibus s. Congregationis.

Similis denique est resolutio in *Jacen. 14. Januarii 1758*, in qua agebatur de vetustissima consuetudine in pluribus Hispaniarum dioecesibus vigente, a Coucilis etiam provincialibus adprobatam, qua electus ad parochiam debebat quoddam solvere emolumentum tam examinatoribus syuodalibus quam curiae episcopalis officialibus, sive nomine stipendii sive largitatis. Cum autem quidam ad parochiam electus integrum emolumentum solvere nollet, mota quaestione coram s. C. C. Procurator fiscalis pro solutione dicti emolumenti insistebat ex ea praesertim ratione, quia haec consuetudo uon videbatur adversari legi Trid. cum abesset pactum praecedens et ideo deesset simoniae vitium; proposito tamen dubio: »An et quae emolumenta debeantur occasione examinis in concursu parochialium in casu? S. Congregatio respondit: quoad praesides et examinatores negative; in reliquis ad emineut. Praefectum juxta mentem.

Verum non praetermittebatur observatio, qua nonnulli fuerunt auctores, *Petrus Navarr. de restit. lib. 2. c. 2. n. 188.*, *Ladesma in summ. part. 2. tract. 7. et conclus. 7. prop. finem circa 13.*: *Difficultatem*, *Castropal. in praxi Episcopi par. 1.* verb.: *Parochia §. 2. dubio 13.*, *Raphael de la Torre de relig. 2. tom. q. 100. art. 6. disp. 3.*, qui hanc consuetudinem non improbeut, ex ea ratione quia emolumentum ipsum absque ullo praecedeuti pacto, largitionis tantum nomine et stipendii titulo, persolvi consuevit. Animadvertunt enim dicti auctores dignum esse mercenarium mercede sua. Beuedictus vero XIV. in opere *de synodo dioeces. l. IV. cap. 7.*, quamvis nou absolute adprobaverit, multoque minus imitandum proposuerit, quod a Concilii Toletani Patribus gestum fuit, idipsum tamen uon improbavit.

S. C. C. die 23. Sept. 1865 respondere censuit: Detur resolutio in Jaceu.*) diei 14. Januarii 1758.

*) In Jacen. resolutum fuit, non deberi emolumentum Praesidibus et examinatoribus synodalibus occasione examinis in concursu parochialium, quamvis illud ex vetusta consuetudine electi ad parocciam iisdem solverent. Insuper Emi Patres in ea Jacen. mentem s. Congregationis Jacensi Episcopo patefecerunt quae publicata non est.

XXII. Examinatorum judicium irrationab. non constat.

Vd. *Concursus* (Judicium Episcopi etc)

Spoletana.

Indicto per Antistitem Spoletanum die 31. Martii nuper elapsi coucursu ad vacantem paroeciam s. Blasii, Villae Cassiae unus tantum adfuit presbyter Aloysini Amori, qui se examini subjecit. A prosynodalibus examinatoribus tres propositi fuerunt sequentes casus:

Primus: Livius filius discolus ad parochiam tempore paschali ita se accusat: Primo odio habui parentes; irreverenter erga illos egi. Rixas seminavi inter eos revelaudo ea quae mater contra patrem dixerat, matrimonium invitis parentibus contraxi; quaeritur

I.: Quid respondendum a parocho in genere odii et irreverentiae erga parentes?

II.: Quid de seminatis rixis?

III.: An Livius graviter peccaverit matrimonium contrahendo invitis parentibus.

Quibus ita respondendum duxit parochus Amori scilicet

Ad I.: Cum odium sit aversio ab objecto, quod maximopere a charitate repugnat ac Dei mandato, qui nostros etiam inimicos diligendos esse jubet, proindeque omni malo animo homiuem in proximum spoliari vult, cumque irrevereutia erga parentes gravis sit contumelia, quae divino praecepto oppouitur, honora patrem et matrem parochus monere tenetur talem discolum filium esse in stricta obligatioue odium erga parentes deponendi seseque illis toto animo recouciliaudi, aliter non satisfaciet diviuo jussui: Si offereus etc. vade prius reconciliari fratri tuo. Ultro mouendus erit dictus filius, ut debitam inposteram reverentiam parentibus praestet et honorem.

Ad II.: Ex d. Petro cum charitas operiat multitudinem peccatorum parochum malum a filio commissum demonstrabit in seminando rixas. Illas euim dicet esse causas gravis odii et scaudali multaque praejudicia enasci in familia, quibus proiude filius moueudus est ut provideat nempe excusationem mali

allati petendo a parentibus et dicendo se id causa odii fecisse et modo se cupere et velle, ut mutuus inter eos enoscatur amor. Quod si dictus filius renuerit se reconciliare parentibus, debitam illis praestare reverentiam et pacem inter illos curare, poterit parochus ab illo absolutionem differre.

Ad III. tandem ita respondit: Nisi forte parentes fuissent irrationabiliter inviti graviter Livium peccavisse matrimonium ita contrahendo, quia est res magni momenti et plurium causa discordiarum esse posset. Insuper ait quoad hoc divus Thomas: Quandoque injuria fit parentibus, puta cum ipsi reluctant. Sed quod injuriosum est parentibus, gravis est offensa. Ergo etc.

Secundus casus propositus fuit: Quidam fur sustulit e domo Petri 10 modia tritici, quae immiscuit cum aliis 10 suis modiis, quae habeat in horreo. Item sustulit scamas 10 vini, quas reposuit in uno ex suis doliis; vendidit inde omnia Paulo, qui modo non retinet nisi solam medietatem tritici et vini, aliam medietatem consumpsit.

Quaeritur I: An admonitus Paulus de re furtiva possit eam reddere furi ac sic repetere pretium solutum sive bona sive mala fide emerit?

II.: An Petrus habeat jus repetendi a Paulo triticum simulque vinum absque ulla solutione?

III.: An Paulus ad aliquid teneatur relate ad triticum aut vinum consumptum?

Has quaestiones ita examinatus solvit:

Ad I.: Aut Paulus emit bona fide vel non. Si bona fide emit et certus est furem posse compensare damnum Petro illatum poterit rem furtivam furi reddere et pecuniam ab eo repetere, quia ad eam jus habet. Si vero mala fide emit, cum ipse etiam damnum illatum teneatur resarcire, quia dolus et fraus nemini patrocinatur, nisi fur id possit, rem furtivam furi reddere non poterit, sed Petro tamquam domino reddere tenetur.

Ad II.: Petrum omnimode jus habere absque ulla solutione pretii triticum et vinum a Paulo quoad quantitatem sibi oblatam, quam quantitatem Paulo devolutam casus exponit, quia semper Petrus habet jus ad rem suam.

Ad III.: Teneri Paulum restituere pretium justum rei consumptae, si bona fide emit, si vero mala fide teneri etiam ad damna, quae Petro evenissent.

Tertius casus ita expositus fuit ab examinatoribus: Parochus reperit poenitentem ignarum circa rudimenta fidei necessario scienda.

Quaeritur quomodo gerere se debeat parochus, ut rite fungatur munere suo?

Hoc autem sacerdos Amori dedit responsum: Certum est rudimenta fidei esse medium necessarium ad validitatem Sacramenti poenitentiae, quibus nisi poenitens polleat absolvi non potest. Cumque juxta casum agatur de rudimentis in generali, quod notabile tempus ad poenitentem instituendum supponit parochus ut rite suo jure fungatur poenitentem monebit de sua obligatione sciendi rudimenta necessaria, de circumstantia, quod illum absolvere non possit; illique mandabit praesertim si sit proprius parochus, ut saepe ad se pergat et tandiu donec bene in talibus sit edoctus, quod poenitens per alios etiam curare tenetur et tunc iterum sibi confitendum se praestet, ut absolutionem accipiat.

Praeterea datus ei est locus Evangelii: Ego vado, quaeritis me et non evenietis, Joann. XVII., ut conciunculam scriberet in qua presbyter Amori textum applicavit ad peccatores poenitentiam procrastinantes ad mortis articulum.

Quibus omnibus ab examinatoribus perlectis scrutinioque facto per secreta suffragia rejectus fuit presbyter Amori. Nam ex 12 votis vix 5 secunda, reliqua 7 adversa consequutus est. Hinc Episcopus novum concursum indicendum putavit die 25. Aprilis proximi praeteriti. Tum sacerdos Amori reclamavit ad s. Congregationem de irrationabili judicio examinatorum. Preces remissae fuerunt Episcopo, ut votum suum aperiret non retardata interim provisione paroeciae. Episcopus vero transmissis actis concursus exposita confirmans inquit: In secundo concursu sacerdos Amori ultra solita edicta licet invitatus et praesens in hac civitate noluit intervenire. Bene quidem alii duo parochi sese examini subjicere et ambo approbati fuere et signanter unus ex iis, qui quasi cuncta vola favorabilia reportavit. Justi et honesti sunt examinatores nec sacerdos Amori solus in concursu poterat dubitare de eorum favore erga alios nec de eorum justitia unde mihi videtur non esse audiendum.

Cum ex Tridentino *sess. 24. cap. 18. de reform.* examinatoribus synodalibus data sit potestas probandi vel rejiciendi concurrentes ad paroeciam, hinc irrationabile dici non potest illorum judicium, nisi injustum probetur. Ut igitur dignoscatur quomodo se ab examine expedierit presbyter Amori, acta concursus submittenda censui judicio insignis theologi romani qui ita suam sententiam profert.

Ad I. casum. In I. responsione tripliciter erratum est. Primum quia non solum parochus monere debeat filium, ut odium deponeret seseque toto animo reconciliaret, quod fieri potest interioribus tantum actis, sed etiam, ut externa significatione a patre veniam impetraret, quod necessarium erat ad satisfaciendum patri offenso. Quodsi confessarius noverat Christi praeceptum: *Vade prius reconcilliari* oscitans certe fuit, dum modum reconciliationis poenitenti non injunxit per actus etiam externos.

Deinde erratum est cum omissa sit distinctio circa injuriae speciem, an scilicet per percussionem, quod erat necessarium, cum talis irreverentia in ea dioecesi sit in prima classe Episcopo reservata. Tertio notari potest illa assertio quod irreverentia erga parentes gravis sit contumelia, quae assertio generatim sumpta de omni irreverentia falsa est. Non enim quaevis irreverentia gravis censetur contumacia, sed quidem si gravis sit irreverentia.

In II. responsione erratum est, dum dixit quod poterit parochus absolutionem differre a filio poenitenti, si ipse renuerit se reconciliare parentibus debitam illis praestare reverentiam et pacem inter illos curare. Nam indisposito poenitenti, si confessarius non speret illum animum immutaturum, non solum potest, sed omnino etiam debet negare absolutionem; ne sacrilegam impartiatur absolutionem.

In III. responsione falsa est ratio adducta, quod injuriosum est parentibus, gravis est offensa. Nam haec propositio generatim sumpta prout sonat falsa est, cum tantum tunc sit gravis injuria, cum ex. gr. indignam personam ducere vellet uxorem, quae gravi dedecori familiae esset.

Ad II. casum notatur in I. responsione illa propositio quod emptor bonae fidei certus esse debeat furem compensare posse damnum Petro illatum. Nam haec propositio est contra communem, ex qua affirmatur nullam injuriam fieri Domino, si emptor bonae fidei, ne ipse innocens damnum habeat, rem reponat in statu, in quo erat antequam eam emovet.

In II. responsione erravit presbyter Amori, dum affirmavit Petrum jus habere repetendi a Paulo triticum. Nam per imminutionem cum tritico furis ipsius evaserat, licet cum obligatione refundendi tantundem simile.

In III. responsione erravit, dum dixit, quod emptor bonae fidei teneatur restituere justum pretium tritici consumpti. Nam ipsum triticum non erat Petri, cum bona fide emit, sed per immixtionem factum jam erat furis, cui manet obligatio restituendi Petro tantumdem simile, ut supra dictum est, quae obligatio ad Paulum bonae fidei emptorem non est transmissa.

Ad III. casum turpiter erravit presbyter Amori, cum nescivit distinguere inter ea, quae scita necessaria sunt necessitate medii et quae necessitate praecepti, quaeque ignorantia hominem reddat incapacem justificationis, quaeque non; cum haec omnia pueri etiam discant in cathechesibus in quibus haec exponuntur.

Ad conciunculam quod attinet reprehenduntur a Theologo errores in doctrina et in expositione. Erratum est in verbis illis: il merito da voi si toglie della divina grazia. Nam cum haec supponant divinae gratiae meritum in natura humana, ita sapiunt haeresim Pelagianam. Et utcumque ab hac labe verba illa excusari possent, tum ex parte personae non suspectae tum quia obscura sunt, peccant tamen contra notissimam regulam ab Apostolo Praedicatori praefixam: Formam habe sanorum verborum. Praeterea altera propositio: »Saranno idesideri vani, ed inutili perché non avvalorati Dá Un Amor grande Di Dio« praesefert errorem Quesnellianum et Pistoriensem nuper damnatum. Nam ex Tridentino de justificatione traditur desideria non vana neque inutilia esse in peccatoribus, qui moventur a Spiritu s. non quidem inhabitante sed movente ad detestationem peccatorum ex metu gehennae vel consideratione turpitudinis peccati ac proinde illa desideria esse posse utilia et salutaria et dispositionem ad gratiam intra Sacramentum poenitentiae recipiendam, etiam sine magno illo amore a presbytero Amori requisito, neque similiter spem recuperandi Deum

omissum esse inanem, cum ex eodem Tridentino ii motus qui justificationem antecedunt possint esse cum spe veniae conjuncti.

Errarit quoque presbyter Amori in expositione, dum sponsam Canticae (quae in sensu literali est ecclesia et in sensu mystico est anima justi) comparavit cum peccatore. Nam ecclesia Christum ante ejus adventum quaerebat, ut per diversos pro diversitate temporum status ad illius conjunctionem perveniret. Anima vero justi Christum sponsum querit, non quod ipsum defectu gratiae sanctificantis amiserit, sed quod ejus praesentiam in sua contemplatione, quae lectuli nomine significatur, ut assueverat, amplius non sentit, quia ad roborandam ejus fidem charitatemque perficiendam interdum sese occultat sponsus ejus.

Indigna itaque est potius sacro altari comparatio cum peccatore obstinato et obcaecato nolente Deum requirere, nisi in extremis constituto et in saeculi deliciis, honoribus dictisque hujus mundi, ut falso supponitur (nullus enim moribundus in hisce, quibus jam spoliatur, Deum quaerit) in mortis articulo quaereute. Ex his Theologus concludit quod examinatores prosynodales, quam par esset, indulgentiores fuerunt in presbyterum Amori, cum hic non 5 sed vix 4 suffragia mereretur.

Quibus praemissis proponitur dubium:

An constet de irrationabili judicio examinatorum in casu?

S. C. resp.: Negative.

Die 21. Aug. 1802.

XXIII. Examinatorum relatio ad Episcopum constat.

Vd. *Concurs.* (Judicium Episcopi non const.: *Tudertina*; pro poenitentiaria; pro praebenda theologali); p. 239. IV.

Anagnina.

Quum exeunte mense Novembri 1850 Archipresbyter Collegiatae s. Mariae Terrae Moroli Anaguinae dioecesis ex hac vita migrasset Emus Princeps Columna qua patronus motus etiam officiis Magistratus loci ad vacantem animarum curam sacerdotem Eusebium, Canale et Collegio Canonicorum ejusdem ecclesiae nominavit, qui Praesuli Anagnino nominationem obtentam rite praesentavit, ut inde canonicam institutionem assequeretur.

Ad tramites Concilii Trid. Episcopus praesentatum coram tribus examinatoribus synodalibus accersivit, ut idoneitatis experimentum de eo fieret; quod tamen contrarium quaque versus Eusebio cessit, siquidem et in secreto scrutinio de vita et honestate nominati unanimiter judices censerunt, non expedire, quod ipsi regimen committeretur animarum et quoad scientiae specimen in scriptis exhibitum, longe ille minora puncta consecutus est, quam quae sufficerent ad idoneitatem comprobandam.

Aegre tulit Eusebius tum Episcopi tum examinatorum judicium et quaerelas admovit apud eosdem, quasi aequivocatio opportuna esset in lectione resolutionum casuum facta a cancellario. Cum autem nihil profecisset preces s. huic Congregationi obtulit, ut inspectis actis concursus examinatorum relationem judiciumque Episcopi deleret. Rogatus de more Episcopus pro informatione et voto, festinus accivit prosynodales examinatores ut novo examini subjicerent responsa a Canalio exarata.

Maturius igitur omnibus perpensis et praesertim quae ad primam quaestionem referebantur in qua asserebatur ab ipso Canalio aliud fuisse scriptum, aliud lectum ob aequivocationem scripturae, sententia examinatorum in melius revera inmutata est; non ita tamen, ut scientiae idoneitas inde scateret. Hactenus exposita narrat Episcopus in sua relatione, in qua suam inde sententiam aperit: »*resolutiones Canali ad quaestiones propositas adeo miserae fuerunt atque adeo erroribus plene tantaque confusione, ut vix tales dedisset qui theologiam moralem vel a limine salutasset. Hisce non obstantibus examinatores erga Canale maxime indulgentes sese demonstrarunt, ut ipsi saepe saepius coram me dixerunt, atque ipse ego testis fui . . . Ex hactenus dictis asseri non potest examinatores malam relationem fecisse circa idoneitatem scientificam praesentati . . . Si ejus scripta, sicut ipse petit in precibus, revera judicio examinatorum istius Almae Urbis subjiciantur, pro certo ipsi habebunt, quod Canonicus Canale mitius forte quam opportebat judicatus fuit a meis examinatoribus pro-synodalibus.*

Ast nihil mirum quod noster Canale in hoc subeundo examine male se gesserit: licet enim sufficienti ingenio ipse praeditus sit, a die tamen quo a seminario dioecesano egressus est, non ad colendas scientias theologicas sed potius ad saecularia vel ruralia negotia totum se dedit. Nunquam se exercuit in audiendis christifidelium confessionibus, numquam ad populum sacras conciones habuit. Sed restat adhuc quod pejus est, nempe quod ejus mores satis castigati non sint, nec apud concives suos gaudeat ipse illa existimatione, quae adeo necessaria est habenti animarum curam . . . Ex hactenus enarratis Emtia vestra Rma jam probe cognoscet quinam sit mei animi sensus.

Sentio nempe Eusebium Canale carere idoneitate ad animarum curam necessaria tum ratione scientiae cum ratione probitatis morum ac vitae, proindeque denegandam illi esse institutionem ad vacantem parocciam archipresbyteralem.

Hucusque Episcopus. Antequam causam judicio s. Ordinis Vestri subjicerem acta concursus, prout ab Episcopo ea acceperam, remisi pro voto uni ex apostolicae Datariae theologis, ut quid de Eusebii scientia sentiendum esset tutius innotesceret. Quid ille respondendum censuerit inferius patebit.

Hisce in facto perspectis praecipua nunc propositae quaestionis momenta breviter discutienda. Contendit defensor Eusebii in sua allegatione exhibenda responso undique secundo primam rogationis formulam esse immutandam: nam haud agi, inquit, in praesenti casu de concursu plurium ad paroeciam liberae collationis, in quo nedum juris rigore procedendum est et comparativum judicium instituendum, nec de cura animarum in populosa civitate gerenda, ut opporteat etiam de eminentiori scientia constare, sed rem esse de laico patrono, qui Tridentini moniti gnarus digniorem inter postulantes ad paroeciam oppiduli nominat: Praesumptionem hinc exurgere pro nominati idoneitate adeo ut praesentationi pedissequa ac necessaria prorsus agnoscatur institutio, *Van. Espen. de jurcp. par. 2. §. 8., Barbosa de off. et pot. Par. part. 1. cap. 6. n. 95. et seqq.* Examen vero ex jure novissimo iustitutioni praemittendum pro *forma* tantum exigi; nec adeo rigide in eo insistendum, ne facile habenti instituere remedium suppeditetur ad denegandam pro lubitu institutionem; quod necessario secum ferret in praesentato famae jacturam et in patrono juris frustrationem; cui caeteroquin ss. canones robur et firmitatem undequaque tribuere satagunt.

Satis esse in electo sufficientem reperire scientiam et idoneitatem, etiamsi eminens vel mediocris ab eo exsulurat; eamque non semper eodem modo metiendam, sed potissimum inspiciendum ad loci circumstantiam, ad canditati qualitates, populi favorem aliave, quae ad mitius judicium ferendum conducunt *Murga de benef. quaest. 3. sect. 10. n. 813., Rota decis. 11. n. 10. cor. Ludovisio.*

De Eusebii idoneitate ad paroeciam animarum numero caeteroquin exiguam et minime moderari difficilem haud ambigi posse ex pluribus exhibitis documentis de profectu in studiis, in s. ministerio assiduitate, in animarum salute procuranda sollicitudine, in benevolentia, in morum probitate, ut vix illo parem in clero iuvenire datum sit. Quae testimonia maxime facienda, utpote prolata a clero, proceribus necnon Magistratu, qui tempore non suspecto habitantium votis indulgendo Principem patronum precibus defatigavit ut Eusebium nominatione donaret. Nec ipsius Episcopi gratulationes de obtenta nominatione defuisse, verbali praesertim examine strenue peracto, ex quo promeritus etiam est publicas examinatoris laudes.

Urget proinde, judicium ab examinatoribus prolatum plus aequo ad trutinam revocatum, responsa tantum in scriptis data inter angustias temporis et cum duriori sententia collata, esse omnino posthabendum, utpote nudam reprobans scientiam, quam contra probandam abunde suadebant praedicta rerum adjuncta. Ita reapse fuisse judicatum a septem urbis ecclesiasticis viris in theologiae facultate praestantibus, qui licet Eusebii responsa harum digesta utpote pressim elucubrata comperirent, eam tamen agnoscunt in ipso idoneitatem quae ad animarum curam gerendam sufficiat. Quam idoneitatem eo magis probandam, subjungit, in themate, quo non unus Parochus animarum curae praeest, sed bini constituti ipsi sunt ab Episcopo rite probati adjutores.

Gradum hinc facit ad scrutinium meritorum et miratur quod de iis ne verbum quidem in actis factum fuerit; quodquidem ad erecti judicii integritatem adeo necessarium fuisse putat, ut ejus omissio ex Tridentini lege, Benedictina constitutione et s. Congregationis praxi insanabilem nullitatem inducat. Caeterum quaecumque fuerint momenta, quae ad adversum de ejus moribus suasere Episcopo pandendum judicium, ea nonnisi ex obtrusis invidiorum hominum calumniis obmur-

murari potuisse; quae, dum ex hoc ipso falsa atque ad opportunitatem prolata sunt omnino agnoscenda atque spernenda, nihil tamen institutioni obesse clamat; quum ad hoc opus esse, ut etiam crimen exclusionis poenam a patronali beneficio secumferens plene et per processum rite confectum fuisse probatum.

Quod vero secundo loco petit, novum uimirum in urbe examen, quateuus primo dubio responsum ipsi non arrideat, haud deuegatum iri confidit. Id siquidem summa ratione requiri ad propriam reparandam existimationem, tum ab indole beneficii jurispatronatus laicalis tum a discrimine inter examinatorum et theologorum Urbis judicium intercedente, tum a jure ipso ex Benedictina constitutione scatente, tum demum a s. Congregationis praxi, quam numquam hujusmodi veniam denegasse asseverat. Haec Eusebii defeusor.

De praesentatis ad parochiales ecclesias a patronis laicis Tridentinum edixit *sess. 24. cap. 18. de ref.*: »*Quod si jurispatronatus laicorum fuerit, debeat qui a patrono praesentatus erit ab eisdem deputatis ut supra examinari et nonnisi idoneus repertus fuerit, admitti*« et *sess. 25. cap. 9. de reform. ad haec liceat Episcopo praesentatos a patronis si idoneus non fuerit repellere.* Videndum igitur, num jure se gesserit Episcopus Eusebium reprobando. Reprobationis ratio in eo est quod ab examinatoribus in scrutinio haud idoneus regimini animarum fuerit repertus ex defectu scientiae et probitatis. Quod in scientiae judicio haud ab examinatoribus erratum fuerit patet ex eo, quod albo undique calculo illud confirmatur a peritissimo Urbis theologo, qui responsionibus ab Eusebio datis singulis quaestionibus accurate perpensis suam ita sententiam concludit: »*Quapropter etiamsi scientia quae in parocho requiritur major vel minor esse possit pro ratione loci attamen cum agatur de re gravissima sicuti est regimen animarum et R. D. Canale in plurimis tam relate ad quaestiones theologicas solvendas quam ad concionem exarandam erraverit puto examinatorum pro-synodalium judicium esse confirmandum.*«

De moribus standum esse Episcopi judicio cui ut ait Benedictus XIV. in sua constit. *Cum illud* *) tanquam in specula constituto patent subditorum excessus, ab eoque haud recedendum, nisi dolus vel manifestus error atque injustitia pateat, jugis suadet s. hujus Congregationis praxis, ut ab exemplis plena manu a me relatis in *Sarsinaten. Concursus 22. Junii 1850.* §: *Hinc.*

Quae cum ita sint, quid de gravaminibus ac erroribus circa scrutinium sentiendum, ad hoc ut novo periculo pateat aditus judicabunt Emi Patres. Praesentatum ad parochialem jurispatronatus laicorum, si reprobatus sit in primo examine, admitti debere ad novum examen, ne secus appellatio inutilis evadat, idque bis terque, ut quasi per rem judicatam de ejus imperitia constare dicatur, probant uno ore allati a *Gonzalez ad reg. 9. cancell. gloss. 4. n. 131.* et *Piton. discept. eccl. 13. a n. 3. ad 12.*, ea ratione quod praesentatus jus quaesitum habet ex praesentatione, quod ei tolli non debet; qua in re si nullus sit contradictor in beneficio nulli fit injuria nullique detrimentum infertur, ut disserunt *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. n. 76.*, *Lotter de re benef. lib. 2. quaest. 31. n. 130.*, *Piton. loc. cit. n. 14.*, S. Congr. plerumque in identicis casibus novum indulsisse in Urbe examen, colligere est ex *Castrimaris 26. Aprilis 1749.* et *Perusina Parochialis 26. Julii 1756.*; sed quandoque denegasse, ut in *Asculana Parochialis 30. Julii 1763.*; discriminis ratio inter ejus casus et hunc esse potuit, vel quia non eadem de scientia ac moribus argumenta concurrebant vel etiam quia aderat contradictor. Num vero discrimen, quod inter judicium theologi ex officio auditi et aliorum theologorum quos Eusebius requisivit, intercedit necnon caetera ejus scientiae ac probitatis documenta novum examen suadeant in casu definient EE. VV. quibus ideo proponuntur enotanda dubia:

I. *An constet de mala relatione examinatorum et de irrationabili judicio Episcopi, ita ut ecclesia parochialis s. Mariae Moroli sit adjudicanda sacerdoti Eusebio Canalo in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An praedictus Eusebius sit subjiciendus novo examini faciendo in urbe in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Negative.

Die 20. Novb. 1851.

*) Vd. *t. I. p. 607.*

Spoletana.

Viduatam paroeciam s. Petri Castri Tarzonis civitatis Leonissae in ditione Neapolitana novo pastore donaturus Spoletanus Archiepiscopus concursum de more indixit. Nomen curiae archiepiscopali in arenam descensuri dederunt Cyrillus Clivi qui oeconomatum illius ecclesiae a triennio fere gerebat et Aloisius Bigioni; habitoque periculo statuta die 10. Junii 1845. 19 cum dimidio Cyrillus, 28 vero Aloisius suffragia retulit. Ambo juxta legem synodalem ab examinatoribus ad paroeciam obtinendam fuere approbati. Archiepiscopus nihili pendens majorem suffragiorum numerum, posthabito Bigionio, magis idoneum ad paroecialia munia obeunda Cyrillum judicavit eique paroeciam contulit.

Vix ad Bigioni aures id pervenit, cum ipse sua jura nimium laesa putaret, recursum habuit ad s. H. O. supplici porrecto libello.

Quibus super precibus Ordinarius percontatus sui muneris partes explens respondit: *Quod incolae villae Tarzonis eo tempore quo parochus jam ab anno vita functus impeditus erat ad munia parochialia exercenda, precibus instanter ad me delatis pro substituti electione, neminem certo reperissem idoneum sacerdotem nisi fuisset praefatus Clivi, qui prompte dicto audiens Ordinario suo spiritualibus illorum indigentiis occurrit non sine summa prudentia, ad evitanda dissidia cum parocho, qui ob decrepitam aetatem in rebus agendis difficilis erat. Optarem quammaxime ut omnes parochi praediti essent docilitate, zelo ac sollicitudine, quibus fulget praefatus Clivi, qui suis muneribus obeundis unice incumbit. Quare attenta ecclesiastica ipsius morum probitate necnon spontanea parochianorum postulatione, quibus maxime cordi est habere pastorem quietum probumque, non dubitavi ipsum magis idoneum pro hac paroecia existimare.*

De Bigionio vero id tantum monet, scilicet:

Si novum fortasse in medium afferetur folium postulationis in favorem recurrentis, illud suspectae fidei notandum esse opinarer, cum subscriptiones credi possent expiscatae. Itaque ad jura sua contra Bigionium vindicanda jam sibi procuratorem Clivius elegerat.

Mox vero hunc per epistolam monebat, ut differret causae propositionem, quam appellabat *tutta propria di quest' ottimo mio Arcivescovo, da cui venni per obedienza mandato nella cura di s. Pietro.* Subinde de hujusmodi sua agendi ratione disserens hisce verbis prosequebatur: »*Giacchè io cedo liberamente la parochia, che atthualmente investo, al sig. D. Luigi Bigioni, nell'atto, che egli cede per rinuncia a pro mio quella sua cura, che deve per necessità lasciare.*« Neque id peractum fuit sine auctoritate Ordinarii, ut ipsemet profitebatur, subjungens: *Nè consapevole quel sullodato Prelato avanti al quale si promosse un tanto accordo di concorde pace.* Verum inde concordiam retractans noluit Clivius amplius dimittere paroeciam, sed se expectaturum dixit judicium quod in themate EE. VV. laturae pro sua justitia forent.

Quia vero assumpto a Bigionio patrocinatori, praeter dubium circa examinatorum relationem ac Archiepiscopi judicium, aliud ponere et discutere placuit quoad paroeciae renunciationem a Clivio emissam favore sui clientis, ideo universa haec quaestio binis venit sub dubiis, quae ambo legenda in calce traduntur.

Et quantum ad primum, contendit praefatus orator Clivii renunciationem accepto utrinque habitam legis vim inter partes jam obtinuisse et suis stare viribus omnino debere, tum quia omnia in ea intercessere, quae a jure requiruntur, tum quia omni prorsus vitio nedum intrinsecus sed et extrinsecus caret, tum etiam quia adest justa et rationabilis causa ad hoc ut dicta renunciatio plenum suum sortiatur effectum, quum ad omnem litem ac dissidium de medio tollendum tendat.

Ubi vero hujusmodi renunciationem probare EE. VV. haud censuerint, tunc totus in eo est ut demonstret suum clientem prae Clivio omnino fuisse in paroeciae collatione praeferendum. Atque hisce innititur argumentis. Manca et injusta inquit examinatorum relatio fuit ideoque minime attentenda, quia contra regulam a Concilio Trid. praescriptam peracta. Statuitur namque *sess. 24. cap. 18. de ref.*: *Peracto deinde examine renuncientur quotcumque ab his (examinatoribus) idonei judicati fuerint, aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis.*

Quod plene confirmat Benedictus XIV.

in synod. dioec. lib. 4. cap. 8. n. 3. ubi etiam refert meutem huj us s. Cougregationis quae clarius rem explicavit, quum Episcopo Abulensi sciscitanti an de sola literatura relatio examinatorum sufficeret, respondit: *Teneri examinatores facere relationem etiam circa mores, aetatem et reliqua.* Aliter nullum esse coucursum declaravit, uti peues laudatum Pontificem legitur *loc. cit.*

At vero in themate minime hujusmodi dispositioues prae oculis examiuatores habuerunt, quum relatiouem Archiepiscopo exhibitam tantum ad scieutiam cohibuerint, caeteris omuibus notioui et arbitrio Ordinarii remissis. Sequitur hinc velnti cassam nulliusque roboris tum relationem tum ecclesiae paroecialis collatiouem esse reputaudam, ut praeter Bened. XIV. *loc. sup. cit.* pluries s. Congr. definivit, praesertim in *Urbinaten. 25. Junii 1605.*, in *Montis Regalis 2. Augusti 1607. et s. Rota in Cassanen. Parochialis 1751. cor. Migazzi.*

Neque opponi valet, prosequitur defensor, hujusce relationis defectum suppleri posse vel ex oreteuus facta ab examinatoribus mentioue qualitatum aliarum, cum facta minime praesumantur et in materia coucursus omnia ex actis seu processu patere debeant, ut s. Rota in supra cit. *Cassanen.* declaravit, vel ex judicio Ordinarii, perinde ac si hoc satis posset ad formam a Conc. Trid. praefinitam servaudam, cum et s. C. et s. Rotae Tribunal etiam numquam sufficere rescripseriut; quibus adhaerent doctores quos longa manu referuutur in cit. dec. *Cassanen:* §. *Sane.* Quod si quodcumque etiam justum Episcopi judicium mederi nequeat relationis vitio, eo minus id valeret judicium Ordinarii ut iu casu apparet prorsus irratiouabile.

Nam licet iuter approbatos possit quemlibet Episcopus eligere, ne tamen haec electio temere fiat, mens Coucilii est, ut super magis idoneo seu super eo, quem diguiorem suo judicio Episcopus ipse depreheuderet, electio versari debeat: hinc cum judicis munus sit jus suum uuicuique tribuere, sequitur, quoties ex una parte merita praevaleant, hanc alteri esse omniuo praeferendam; alias futile appellationis beneficium evaderet, quod s. Pius V. *in sua constit. super collat. paroch. 15. Kalend. Apr. 1566.**) *magis idoneo indulsit, qui ab Episcopo posthabitus inferiori fuit.* Ne igitur id admittatur absurdi tenendum omnino quod, si constat de justa appellantis reclamatione, quia Episcopus non digniorem inter adprobatos elegerit, collatio parochialis stare nequit, quippe quae subreptitia et irrita prorsus censeuda est, ut clare docet *Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 4. n. 136.*

Nec obstat quod praesumptio stet semper pro ratiouabili judicio Episcopi, quia quando apertissime *omnes qualitates praeponderant in uno quam in alio, ex majori eorum parte inducitur irrationabilitas judicii Episcopi*, ut ait *Pignatell. Consult. 173. n. 3. t. 1.*, ubi etiam refert s. Congregationem in quodam Bracaren. declarasse nullam collatiouem, eo quia parochialis non fuerit collata magis idoneo.

Quod vero haec major idoneitas quam luculenter Aloysio prae Cyrillo arrideat, facile ex documentis ab utraque parte productis erui potest.

Siquidem commemorat sui Clientis majorem suffragiorum numerum, moralis, dogmaticae jurisque canonici optime emeusa curricula, quae Cyrillus nec unquam etiam delibavit; provectiorem insuper aetatem, muneris Confessarii exercitium, maximam experientiam in animarum cura gerenda celebrasque in aliis pro paroeciis habitis experimentis approbationes, tum morum integritatem ac suavitatem, populi Leonissae erga eum benevolentiam, amplissima Vicarii generalis suae dioeceseos pandita ipsius favore testimonia necnou iteratas populi vacantis ecclesiae preces apud s. H. O. quibus dum commuui voto Aloysium ad eorum animarum curam implorant, aperte fatentur, populares subscriptiones, quas jactitat sui favore Cyrillus quasque tanti Archiepiscopus fecit, fuisse ab ipsis extortas.

De adversarii postea dissereus qualitatibus negat iis praeditum esse ad formam Concilii Trid. *loc. cit.* cum nec sufficienti scientia ipsum pollere constet ex actis concursus, ac praesertim ex casnum couscientiae resolutioubus, maxime vero ex responsione data postrema dubio casus tertio loco propositi. Praeterea boua existimatioue Cyrillum carere, ait, quam parochum omniuo decet, ac populum habere animum ab eo alienum colligere nititur ex longa testium manu ac cujusdam sacerdotis depositione relata in allegatione pro Bigionio distribuenda, ubi fusius perlegent EE. VV. quae breviter hactenus retulimus.

Sed pro Clivio nonnulla modo animadvertenda occurrunt. Et primum: renunciatio ipsi haud obesse potest, quippe quae meri tractatus conciliatae permutationis limites haud praetergressa fuisse videtur; uon enim clare patet ad actum formale reductum fuisse quidquid procuratori suo Clivius epistola nunciabat, nec ullum extat in actis s. Congregationis de absoluto negocio deque legitimae auctoritatis coucursu atque approbatione documentum. Quin potius ex silentio Episcopi colligi posse videtur rem prorsus infectam remausisse. Cautum vero in jure habemus beneficiorum permutatioueм*) debere fieri ex causa necessitatis seu utilitatis ecclesiae, vel etiam ex sola expedientia et utilitate personarum, dummodo haudquaquam in ecclesia damnuum, sed iu evidens redunet divini cultus augmentum, quod tameu Episcopus exquirere et cognoscere rigide debet, uti mouet *Garcias de benef. part. 11. cap. 4. n. 44. et seqq.*, *Rebuff. in prax. benef. tit. de permut. n. 19.*

Hisce praemissis rite fuisse Clivio collatam paroeciam ab Archiepiscopo facile suadetur. Posse namque Episcopum inter approbatos eum eligere, quem digniorem ipse judicaverit, decernit Conc. Trid. *sess. 24. cap. 18.: Peracto examine renuncientur ab examinatoribus quotcumque idonei judicati fuerint, ex quibus Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum judicaverit.* Et Benedictus XIV. *de synod. dioec. lib. 4. cap. 8. §. 6.* docet *quod renunciare digniorem inter adprobatos solius judicio Episcopi commissum est.* Idipsum millies definivit s. haec Congregatio uti, caeteris missis, videre est in quadam *Montis Alti Parochialis 17. Julii 1802.*

Eo ipso itaque quo hujusmodi legitimo arbitrio usus est Episcopus juris etiam sanctioueм servasse censeudum est. Nec profecto tamquam irratioualbile judicium accusari poterit, nisi luculenter constet ipsum digniore neglecto iudignum elegisse. Ast nec leves urgebant causae ut prae Bigionio Clivium eligeret Episcopus. Siquidem in pretio habuisse videtur preces sibi admotas a populo Villae Ferzonis post paroeciae vacationem, quibus Clivii laudes concinebantur.

Porro ubi hujusmodi testimouiis fides habenda esset, Clivius jure meritoque parochus foret reuunciaudus, quia *in hac materia magis idoneus est ille qui majorem habet aptitudinem ad curam exercendam, uti optime monet Piton. discept. eccles. 109. n. 17., s. Rota decis. 168. n. 7. part. 13. recent.*

Caeterum Eminentiae Vestrae dirimere non reuueut

D u b i a:

I. *An constet de renunciatione, ita ut et quomodo ea sit exequenda in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An constet de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Episcopi in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Dilata et scribatur ad Archiepiscopum juxta mentem: meus est, ut referat super asserta permutatione et de omissione examiuis qualitatum et consuetudiue dioeceseos hac super re.

Die 8. Apr. 1848.

Continuatio.

Mandatis hisce a nobis Archiepiscopo significatis factum est ut ejus responsum statim acciperemus per suas literas quas fideliter subnectimus, ut videant EE. VV. utrum ea, quae inibi euarrantur, aliquid luminis controversiae afferre queant uecue: *Fateor (ita Archiepiscopus) quod occasione II. s. visitationis habitae Leonissae mense Junio proxime praeteriti anni omnem curam studiumque per aliorum etiam insinuationem adhibuerim ad rem componendam ita ut Cyrillus Clivi suo juri cederet et optaret paroeciam s. Donati sitam in civitate Leonissae, quam parochus Aloysius Bigioni libenter dimississet ad effectum consequendi parochiam controversam s. Petri Castri Ferzonis. Sed Clivius posthabitis suasionibus per 10 dies pluries a me repetitis renuit subscribere folium concordiae ab Aloysio Bigioni exhibitum. Verum re maturius considerata malui propositam concordiam effectum non habuisse, tum quia capitulum Collegiatae cui adscriptus est parochus s. Donati aegreferebat quod Aloysius Bigioni parochiam illam dimitteret, tum quia parochiani me enixe deprecabantur ne sinerem ut ab eo relinquerentur.*

Ratio autem qua sacerdos Clivi inductus fuit ad declinandam concordiam a Bigionio propositam fundabatur in tranquillitate qua fruitur in ecclesia parochiali Tarzonis, cui a die vacationis oeconomatum commisi, pro-

*) Vd. *t. II. p. 452.*

*) Vd. *t. II. p. 617. n. 63.*

ut ipse mihi significavit mense Aprilis proxime elapsi occasione qua Spoletum petiit.

*Quoad Aloysium Bigioni miror ipsam conqueri perinde ac se posthabita essent ejus merita, quae illis praeponderant Cyrilli Clivi. Electio enim cecidit super hunc eo quia opportunius reportatum fuit ut isti eum postulabant, quibusque adsistentiam praebuit, cum impotens evaserit ob decrepitam aetatem defunctus parochus, a quo contradictiones tolleravit, et cum nullus alius sacerdos esset, qui id oneris assumerat. Ratio tandem habendi concursus ad parochiales ecclesias juxta consuetudinem hujus archidioecesis est.**) *Habita notitia vacationis ecclesiae publica evulgatur edicto***) *notitia concursus congruo et praefinito tempore celebrandi.*

Eveniente die concursus concurrentibus assignatur ab Archiepiscopo explicanda una vel altera perindus alicujus capitis s. Trid. Concilii et illico ferunt examinatores secretum suffragium, deinde casus et quaestiones solvendae dictantur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore textus Evangelii traditur ab Archiepiscopo. Postero die congregantur examinatores coram Archiepiscopo qui singulorum concurrentium peritiam expendunt in responsionibus ad quaestiones et in conciuncula dato themate accomodata, super singulis suffragia secreta globulis albis, rubris et nigris in urna injectis. Hinc expenduntur vota et qui ultra medietatem reportat plura vota favorabilia, hic habetur quoad scientiam aptior; dein perscrutatis aliis qualitatibus ad regimen animarum necessariis consideratisque locorum et personarum circumstantiis unacum examinatoribus eligitur qui magis idoneus ad certam illam ecclesiam existimatur. Ita factum est in concursu ecclesiae parochialis s. Petri Tarzonis in agro Leonissae.

Post haec mihi liceat non praeterire septem jam effluere annos ex quo sacerdos Cyrillus Clivi degit in hac paroecia; nescirem autem quem effectum gigneret hujus absentia.

Hucusque Archiepiscopus.

Monendum tamen ex actis concursus s. C. transmissis minime deprehendi quod ipse Archiepiscopus asserit de perscrutatis qualitatibus ac requisitis concurrentium deque judicio super iisdem edito, quum, praeter scrutinium super scientia nihil quoad requisita deduxisse videantur sive examinatores sive Archiepiscopus; tantumque mentio inibi fiat de votis a pluribus parochianis pro Clivio porrectis.

Caeterum recolere placeat EE. VV. relata in folio diei 8. Aprilis ad enodanda quae iterum proponimus

D u b i a :

I. *An constet de renuntiatione ita ut et quomodo ea sit exequenda in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An constet de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Episcopi in casu?*

Responsum non est datum.

Die 9. Sept. 1848.

XXIV. Examinatorum relatio nulla quia aliena ab apostol. constitutionibus.

Vacantem ecclesiam archipresbyteralem s. Nicolai in Archidioecesi B. . . . . Archiepiscopus oeconomi curati titulo gubernandam commisit sacerdoti Joanni C. . . . . qui alias, modo ut oeconomus modo ut vicarius, laudabili zelo eamdem pluries rexerat. Dein per edictales literas indixit concursum ac monuit ut qui specimen subire vellent intra tempus in edicto praefinitum nomen et cognomen unacum requisitorum attestationibus in cancellaria archiepiscopali exhiberent.

Duo tantum concurrentes habiti sunt, praefatus Joannes qui meritorum requisita tempore utili exhibuit et sacerdos Coelestinus A. . . . . qui nullum attulit requisitum. Statuta die, facto periculo et concurrentium scriptis ad trutinam revocatis examinatores, approbato Coelestino, reprobarunt Joannem.

Ab examinatorum relatione utpote mala atque aliena ab apostolicis constitutionibus Joannes appellavit ad s. Congregationem Concilii postulans, ut acta concursus a curia archiepiscopali avocata novo examini subjicerentur. Appellationis libellus, prouti solet, Ordinario remissus fuit *pro informatione et voto.*

Interea temporis anonymus recursus a fidelibus illius paroeciae s. Congregationi transmissus fuit contra mores et vitae rationem sacerdotis Coelestini exorando ut informationes a personis non suspectis susciperentur.

*) Vd. *p. 245. VI.*
**) Vd. *p. 254. IX.*

Dum hic libellus a s. Congregatione serio perpendebatur literae Ordinarii pervenerunt, quibus facti historia narrata quaerebatur *an, attenta appellatione, ad canonicam institutionem approbati posset procedi.*

S. Ordo jussit transmitti acta concursus, quo vero ad institutionem dandam reposuit standum esse »Constitutioni s. m. Benedicti XIV. *Cum illud semper 14. Dec. 1742.**) nisi praememoratae institutioni« obstaret praefatus libellus super quo pariter votum Ordinarii exquirebat.

Ordinarius acta concursus transmisit. Quoad ea quae exponebantur in anonymo libello retulit se a probis viris notitias suscepisse ac omnes, uno tantum excepto, retulisse ea quae contra Coelestinum afferrebantur haud niti veritati. Tamen concludebat suas literas scribens: »Addere vero debeo quod si haec omnia ante concursum scivissem eumdem ad concursum non admisissem.«

Rebus sic stantibus decretum fuit causam proponi in plenariis s. Congregationis comitiis, ac partes monitae fuerunt, ut deducerent, quatenus vellent, sua jura coram eadem s. Congregatione. Hisce absolutis ad concordationem dubii deventum est. Sed cum defensores a partibus adlecti in dubiis concinnandis haud convenerint, ea quae in calce hujus disceptationis leguntur ex officio proposita fuere, relicta de more defensoribus facultate disputandi super dubiis in die propositionis causae.

Hujus defensor contendebat 1. Concursum validum fuisse: 2. Paroeciam suo clienti esse adjudicandam.

Validitatem concursus sustinebat tum ab *extrinseco* tum ab *intrinseco*. Ab *extrinseco* observabat ad tramites legis tridentinae et apostolicarum constitutionum indictum et peractum fuisse; promulgata enim fuerunt edicta; diligens instituta fuit inquisitio super aetate, moribus ceterisque concurrentium requisitis; et condicta die periculum factum fuit coram Vicario generali et tribus examinatoribus pro-synodalibus. Hi vero, omnibus mature perpensis, tum quoad scientiam tum quoad mores, tum demum quoad ceteras qualitates, sacerdotem Coelestinum idoneum renunciarunt, Joannem vero reprobarunt.

Validitatem concursus ab *intrinseco* sustinebat praesertim ex doctrina et scientia, quibus suo aemulo praestat Coelestinus; quod ostendere satagebat ex responsis a suo cliente datis quaestionibus quae propositae fuerant; ac praesertim ex auctoritate cujusdam censoris academiae theologicae Urbis, qui in quodam voto extrajudiciali asseruit, responsa Joannis multo esse inferiora, quippe quae haud paucos continerent errores: inter quos recensebat propositionem in qua scripsit, graviter peccare, qui licet sit necessitate compulsus a publico usurario mutuam suscipit pecuniam. Insuper advertebat inter acta concursus Joannis conciunculam deficere. Ex his concludebat defensor etiam ab intrinseco validum habendum esse concursum.

Hac posita validitate rem pressius urgens parochiam Coelestino adjudicandam esse sustinebat, eo quod in concursu initur veluti contractus inter concurrentem et Episcopum, vi cujus qui, praeviis investigationibus super doctrina et aliis requisitis, idoneus et diguus renuntiatur, jus acquirit ad beneficium assequendum, quo spoliari non potest nisi ob probatum crimen, *s. Rota decis. 101. p. 23. cor. Tanario.* Hinc cum Coelestinus nullo crimine reus existat, quaesito jure expoliari non posse dicebat.

Et revera ipse spoliandus esset, vel quia defecit in scientia vel quia cetera requisita minime possidet. Ad primum quod attinet praeter judicium examinatorum habetur votum memorati censoris academiae theologicae. Quoad alterum curia testata est quod — *nihil contra praedictum sacerdotem repertum fuit;* — insuper varia ecclesiae officia praestitit et a suscepto sacerdotio, juxta testimonium cujusdam Vicarii foranei, *semper fuit aedificationis.* Hinc flocci faciendum dicebat anouymum libellum utpote expiscatum, cum post examinatorum judicium fuerit exaratus. Secus non removerentur partium contentiones nec satis consultum esset famae et aestimationi Episcopi, cujus judicium esset revocandum, vel quia indoctos vel quia perversos admisit ad concursum. Quinimo si audiantur anonymi libelli, ita ut examinatorum judicium convellere possint, de concursibus actum esse subdebat defensor, quia nemo prudens hujusmodi pericula amplius subire vellet, si fraudibus et calumniis pateret aditus. Ex his omnibus concludebat paroeciam conferendam esse sacerdoti Coelestino, tum ob scientiam tum ob qualitates quibus exornatur.

*) Vd. t. I. p. 607. n. 20.

Ex altera parte Joannis defensor contradicebat contendens examinatorum relationem nullo modo posse substineri et concursum esse nullum ob formae defectum, quod si validitas admitteretur, parochiam Joanni esset adjudicanda.

Disserebat orator nonnulla a jure pro forma substantiali concursus praescripta fuisse quae si omittantur nullitatem secumferunt. Jam vero in literis encyclicis s. Congregationis Concilii jussu Clementis XI. anno 1721 *) editis praescriptum est ut ad judicem *appellationis mittantur vel acta ipsa originalia concursus clausa et obsignata vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum a Cancellario concursus, atque altero notario collatum et auscultatum coram Vicario vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius.* Cautum praeterea est — *ut unumquodque responsum et unusquisque sermo, cum ab unoquoque concurrentium exhibebitur, non solum ab eo qui scripsit atque a cancellario concursus, verum etiam ab examinatoribus et ab Ordinario vel ejus Vicario, qui concursui interfuerint, subscribatur.* — Hujusmodi forma in casu prorsus omissa fuit; siquidem exemplum actorum ad s. Congregationem transmissum a nemine collatum fuit, neque unumquodque responsum neque unusquisque sermo, excepto ultimo, subscriptus fuit; hinc concludebat orator de nullitate concursus ambigi nullo modo posse.

Neque dubitari posse subdebat, quominus ea pro forma substantiali fuerint inducta, nam Reclusius — *de concursibus tit. secund. quaest. 1. n. 89.* — haec scribit: — *Pro forma ..... substantiali habenda sunt, quae a s. Congregatione Concilii jussu Clementis XI. in citatis literis et a Benedicto XIV. illas confirmante meliusque explanante in sua constit.* — Cum illud semper — *fuerunt praescripta quaeque in Tridentino decreto et Piana constitutione desiderantur.* — Haec omnia confirmare satagebat ex resolutione s. Congregationis Concilii in una *Larinen. Concursus 2. Septembris 1758.*, in qua nullitas concursus ex eo arguebatur, quod unumquodque responsum vel unusquisque sermo subscriptus minime esset, juxta literas anni 1721 et constitutionem Benedicti XIV., ac proposito dubio: — *An constet de nullitate concursus in casu? = responsum fuit: Affirmative.*

*) Vd. *Concurs.* (modus).

Alteram nullitatis causam reperiebat orator in eo, quod examinatores solius doctrinae rationem habuerint. Hoc manifestum esse de sacerdote Coelestino, cum cancellarius id aperte fateatur; quoad Joannem certum esse ajebat, quia secus eidem praeferri Coelestinus non poterat. Praeterea id erui dicebat tam ex actis concursus quam ex praxi curiae. Proposita enim coram eadem s. Congregatione Concilii alia causa ejusdem dioecesis anno 1875 Ordinarius referebat in illa dioecesi existere consuetudinem non expendendi concurrentium qualitates et merita nisi prius ob doctrinae et scientiae meritum approbationem retulissent. Quibus positis certum exploratumque esse dicebat examinatores qualitates ac merita concurrentium haud investigasse, sed intra solos doctrinae ac literaturae limites sese continuisse.

Hanc vero methodum nullitatem secumferre subdebat, quia ex dispositione Concilii Tridentini atque constitutionis Benedicti XIV. scientiam et qualitates et merita arcto foedere sociari debent. Audi Reclusium *op. cit. p. 1. tit. 5. n. 16. et seq.*, ibi: »Mala pariter erit examinatorum relatio, quotiescumque intra doctrinae limites sese continuerint, de moribus autem aliisque ad animarum regimen opportunis qualitatibus minime investigaverint: Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. ubi sic legitur: — Peracto deinde examine renuncientur, quotcumque ab his idonei judicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis: tum Pius V. in const. *In conferendis;**) atque Bened. XIV. in const. *Cum illud* §. *Moerentes* et alii. In hoc doctores uno ore conveniunt ac signanter Massobr. *in prax. haben. Cancell. req. 4. dub. 1. n. 1.* — Conrad. *In praxi benef. lib. 3. cap. 2. sub n. 25.* ac s. Congregatio Concilii in *Monopolitana Concursus 28. Aprilis 1759.* §. *Disputat.*; *in Salernitana seu Caputaquen. Parochialis 9. Februarii 1760.* §. *Examinatores; in Melevitana Parochialis 14. Aprilis 1764.* §. *Respondet et in Aquitanien. Parochialis 19. Januarii 1765.* §. *Synodus.* Atque Rotale auditorium in *Cassanen. Parochialis 18. Martii 1751.* §. *3. et 8. cor. Migazzi* confirmata *coram eodem 28. Junii d. anni* §. *3.* — Ita ut hujusmodi mala examinatorum relatio ob non servatam praescriptam ordinatamque

*) Vd. *t. II. p. 452.*

formam afferat insanabilem concursus nullitatem ex citatis auctoritatibus ac praesertim in causa s. Congregationis Concilii 28. Augusti 1745 proposita in *Policastren.* §. *Altero.*

Demum veluti malam incusabat orator examinatorum relationem ex eo quod indignum approbaverint atque incapacem; indignitatem vero Coelestini probari contendebat tum ex anonymo recursu tum ex informatione Archiepiscopi quoad Coelestinum scribentis: — *Addere vero debeo quod si haec omnia scivissem, eumdem ad concursum non admisissem.* — Quapropter concludebat de nullitate concursus ac de mala examinatorum relatione in casu dubitari minime posse.

Verum posita etiam concursus validitate contendebat, non Coelestinum sed Joannem approbationem mereri. Hoc ut ostenderet, animadvertebat, responsiones ad casus propositos adeo miseras ac debiles esse, ut ambo concurrentes vel parum vel nullimode versatos esse in theologia morali facile appareret. Quod auctoritate duorum theologorum confirmabat. Dato tamen et non concesso Coelestinum aliquantulum superare Joannem scientia, illud certum retinendum esse subdebat, hunc requisitorum praestantia alterum longe antecellere.

Sane Joannem dicebat esse provectionis aetatis, jam a pluribus annis approbatum praevio examine ad confessiones utriusque sexus excipiendas, directorem apostolatus orationis extitisse, propriis expensis publicam capellam reaedificasse ac pluries et per plures annos coadjutorem in cura animarum fuisse necnon oeconomi munus cum plena Ordinarii satisfactione obiisse; ideoque non solum esse approbandum, sed magis idoneum altero esse judicandum. Haec omnia pariter theologorum ut supra attestatione firmabat.

Jamvero si hujusmodi requisita pergebat orator arcto foedere, ceu Concilium Tridentinum et Benedictus XIV. jubent, consociata fuissent, Joannes eumdem ac Coelestinus ni forte majorem approbationis gradum consequi meruisset. Cum igitur, justitia duce, inter approbatos Joannes esset recensendus, illud solum inquirendum subjungebat, cuinam parochialis esset adjudicanda.

Qua in disquisitione paulum insudandum esse dicebat; nam Tridentina synodus in proemio decreti *de refor. sess. 14.* monet Episcopos, ut clerici et praesertim illi quibus animarum cura et regimen concreditur morum honestate praefulgeant, nam *si eos pravis et corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum vitiis redarguent; qui uno ab eis sermone convinci possunt,* quod clericos ipsis *patiantur esse deteriores? Qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quae corripiunt?* Hinc scribere Reclusium op. cit. *p. 1. t 1. n. 25.* — ibi: — *Ad animarum ergo curam assequendam indignus omnino erit, qui scandalo futurus est populo. Non enim valeo concipere quomodo iste populum exemplo aedificare possit atque libere ea vitia reprehendere quibus ipse coinquinatur.*

Hisce positis nullum dubium esse posse, inquiebat defensor, quominus parochialis Joanni adjudicaretur. Hic enim ab unguiculis insignia pietatis et honestatis a suis institutoribus retulit testimonia. Rector seminarii de optima ejus vitae ratione quo tempore ibi est conversatus testatur. Ad sacerdotium evectus nihil pristini moris remisit, imo auxit atque curia munia gravissima et arduum animarum regimen calamitosissimis hisce temporibus eidem commisit, suum zelum, pietatem ac prudentiam maxime commendans. Atque hujusmodi qualitates adeo in eo effulsisse, ut quidam syndicus, cum Coelestino consanguinitate conjunctus, debita laudis testimonia haud denegare potuerit.

Atque eo vel magis parochiam deberi suo clienti urgebat defensor, si ad vitam et mores alterius concurrentis mens converteretur, anonymum libellum ad s. Congregationem missum vel obiter legendo. Neque opponi posse falsa continere, nam, omisso quod recurrentes urgent, ut informationes a probatis viris excipiantur ipse Archipraesul scripsit: »*Si haec omnia ante concursum scivissem, eumdem ad concursum non admisissem.*«

Praeferendum quoque Joannem substinebat ex eo quod usu et scientia rerum quibus praeditum esse convenit rectorem animarum longe praestat, cum pluries ejusmodi onus cum laude sustinuerit et ad mentem clarissimi Pitonii *discept. eccles. 108. n. 17.* »in hac materia si magis idoneus est ille qui majorem habet aptitudinem ad curam exercendam, certe dubitandum non est aptiorem et digniorem esse Antonium, qui in actu practico curam exercuit comparative ad oppositorem, qui nihil aliud habet quam miserabilem et valde curtam theoricam ostensam in examinibus et postponendam praxi et experientiae tamquam securiori etc. For-

tius autem quia servitium ipsum praestitutum in controversa parochiali per plures annos indubitatam de jure praelationem meretur ita ut in concursu aliorum semper praeferri debeat, qui in servitio ecclesiae consumpsit operam et laborem juxta *test. Nullus invitis dist. 61.*«*)

Demum Joanuem praeferendum esse concludebat orator, quia eum populus maximopere diligebat, colebat atque parochum cupiebat, cum in seligendis animarum pastoribus illi sint praeferendi, qui populi affectione potiuntur. Ita post *canon. Nec emeritis dist. 61.*, Pitonius l. c. n. 24. et seq.

Hisce ab utraque parte disputatis proposita fuere sequentia

D u b i a:

I. *An constet de mala relatione examinatorum in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et cui parochialis ecclesia adjudicanda sit in casu?*

S. C. C. die 26. Januarii 1878 ad I. et II. dubium respondit:

Indicatur novus concursus.

XXV. Examinatorum suffragia.

Vd. *Concurs. pro eccles. paroch.* (edicti affictio p. 254.)

XXVI. Examinatores prosynodales qui sunt?

Vd. p. 264. §. *Quapropter.*

XXVII. Examinatores quot?

Vd. p. 254. IX.; 261. §. 3.; 257. IV.

XXVIII. Judicium Episcopi constat.

Vd. *Concurs.* (Examinatores etc.); t. II. p. 404. p; p. 408: *Redditae.*

Urbinaten.

(Conc. Tr. c. 18. s. 24. de ref.)

Indicto concursu ad vacantem ecclesiam parochialem s. Cassiani, quae ter mille passuum spatio distat Urbino, omnibus examinatorum suffragiis approbati fuere plures competitores, iuter quos erant Petrus Uguccinus et Antonius Praevidus. Archiepiscopus vero, aliis quoque conditionibus inspectis, praeferendum judicavit Praevidum, cui beneficium illud contulit.

Aequum iu hoc miuime fuisse judicium Archiepiscopi contendit Uguccinus. Ipse enim in Urbinatensi dioecesi natus et cujus aetas est 40 annorum, 17 abhinc annis sacerdotali ordine initiatus fuerit: diu variis in locis humanas literas docuit; alibi per quadragesimam diviui verbi praeconem egit; confessiones sacras per plures annos excepit; aliquando etiam animarum curam exercuit; ad parochi officium obeundum idoneus itidem reuunciatus fuit in aliis quatuor concursibus; quin etiam auno 1726 ab eodem Archiepiscopo adjudicata illi fuit paroecia s. Laurentii Cerqueti boni, quam tamen ille justis de causis ab ipso Antistite approbatis sponte a' licavit; denique plurium testimouio ejus anteacta vita moresque commendantur.

Autonius vero Praevidus, quem ei praetulit Archiepiscopus, civis Urbiuas, 41 annos natus, tunc temporis erat solum clericus,*) quamquam deinde post adjudicatam ei parochialem ecclesiam, de qua agitur, ad omnes ss. ordiues fuerit promotus. Matrimonii vinculis diu fuerat obstrictus. Uxor tamen jam e vivis sublata: sed ex eo conjugio unus superest filius, itemque superstites suut quatuor filiae, adhuc iunuptae. In ipsa archiepiscopali curia cancellarii munere per annos 14 perfunctus fuit, in quo etiam versabatur sub ipsum tempus habiti concursus, fratremque habet, qui a cubiculo inservit Archiepiscopo.

Archiepiscopus s. Cougregationem iustructam reddere jussus affirmat, Antonium Praevidum visum sibi fuisse magis idoneum ad eum gregem, ipsique populo louge acceptissimum, quia Urbiui ortum.**) Doctrinam, prudentiam, rerum ecclesiasticarum peritiam diuturno ex muuere haustam, morum integritatem, pietatem in egeuos aliaque virtutum ornamenta in eo plurimum laudat. Praeterea significavit Petrum Uguccium, qui reclamat, claudum ambulare adeoque aegre posse, in repentiuis potissimum casibus, praesto esse parochianorum necessitati, cum hyberno tempore pars aliqua paroeciae equitando peragrari uequeat. Nonnulla etiam alia notat in eodem Petro, de quibus num ille satis se purget, ex documentis, quae ab eo proferentur, cognosci ab Eminentiis VV. poterit. Quaeritur itaque:

I. *An constet de irrationabili judicio Archiepiscopi?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et cui debeatur parochialis ecclesia s. Cassiani in casu?*

*) Vd. *t. II. p. 411. III.*

*) Vd. *t. II. p. 412. XI.*

**) Vd. *t. II. p. 401. m.*; *411. I.*

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Deberi Ugocciono.

Die 28. Mart. et 18. Apr. 1733.

Sorana.

Per obitum sacerdotis Joannis Saloncci vacaverat participatio quaedam minor in receptitia ecclesia s. Donati Soranae dioeceseos. Indicto itaque die 24. Julii 1857. concursu ad formam Brevis *Impensa* s. m. Pii VII. nomen dederunt sacerdotes Paschalis Civilli, Aloysius Camilli, Raphael Gramegna et subdiaconus Antonius Gentilucci, eoque absoluto ordine sequenti approbati fuere, primo loco Raphael Gramegna, secundo Aloysius Gamilli, tertio Antonius Gentilucci, rejecto Paschale Civilli. Dum vero Episcopus deliberaret quem ex approbatis magis idoneum iustituere deberet, vacaverunt iuterim aliae duae participationes minores in eadem receptitia ecclesia, hiuc Episcopus pro hisce vacantibus participationibus, suspeusa prioris participationis collatione, novum indixit concursum, in quo praeter alios candidatos iterum periclitati sunt praedicti Raphael Gramegna, Aloysius Camilli et Antonius Gentilucci. Notaudum vero, quod cum plura iuterea temporis delata essent Episcopo super minus probatis moribus Raphaelis Gramegna, qui auteacto etiam tempore pluries ob suae vitae rationem conquerendi eodem Episcopo occasiouem praebuerat, factum proinde est, ut autequam ad concursum admitteretur ope cancellarii episcopalis oreteuus jussu Episcopi significatum ei fuerit, nullum ob expositam causam jus sibi ex concursu quaesitum iri; qui nihilominus periculum facere non dubitavit. Sed edito scrutinio cousistit inter approbatos recenseri tantum Aloysium Camilli et Antonium Geutilucci, excluso Raphael Gramegna, utpote qui praestitutum punctorum numerum non attigit. Quamobrem Episcopus, praemissa morum inquisitione, primam participationem vacautem Aloysio Camilli contulit et quoad duas alias subiude vacatas alteram Antonio Gentilucci detulit, alteram vacantem reliquit.

Edito collationis decreto die 8. Novbr. 1857 continuo Raphael Gramegna appellationem interposuit ad hanc s. Congregationem contra malam examinatorum relationem pro altero concursu, tum contra irrationabile judicium Episcopi, postulavit, ut rejectis institutis Camilli et Gentilucci sibi prior participatio uua simul cum praecedentia adscribatur vel saltem, ne amoveantur instituti a participationum possessione, sibi conferatur ab Episcopo tertia participatio vacans, sed cum honore praecedentiae ante iustitutos Camilli et Gentilucci.

Acta utriusque concursus transmisit Episcopus de more rogatus unacum folio quo plura ad rem scitu opportuna retulit. Porro acta expeudenda commisi duobus in facultate theologica viris apprime peritis eorumque votum in eo fuit, ut primo loco quoad scientiam in utroque concursu poneudus sit sacerdos Gramegna, prout latius videre est in summariis circumferendis. Quid autem habeat Episcopus in sua informatione, recolent pariter Emi Patres ex summario Camilli et Gentilucci. Restat ut super questionibus de partium consensu concinnatis, in hodiernis Comitiis dirimendis, contendentium jura ex instituto summatim tradam, fusius in allegationibus perlegenda. Gentilucci et Camilli Patronus aduittitur demonstrare immerito D. Gramegna conqueri tum de examinatorum synodalium relatione eum de Episcopi judicio. Inprimis animadvertit nullam sacerdoti Gramegna appellationem competere. Non in suspensivo, ut diserte *in sess. 24. cap. 18. de reform.* cavetur, non in devolutiva juxta Bullam *In conferendis beneficiis s. Pii V. diei 18. Martii 1567,**) nisi in unico casu, quod Episcopus affectu carnalitatis diguum elegerit prae digniori. Unde doctores praesertim *Pax Jordan. lib. 10. tit. 8. n. 231.*, *Marescottus cap. 52. lib. 1. n. 34.*, *Gonzalez ad glossam 4, Massobrius de requisitis dub. 5. n. 24.* et *Barbosa alleg. de officio et potest. Episcopi n. 104.* tradunt locum esse appellationi in devolutivo, quando Episcopi dolus et fraus evidenter demonstretur intercessisse in electione. Qua non probata est gratificationi ut ait Barbosa locus', proinde nulla est gravaminis causa ob quam sustineri possit interposita appellatio. Atqui ex actis ne suspicatur quidem ulla Episcopi fraus cum dignum Camilli inter approbatos praetulit doctiori Gramegna. Tandem diserte Pius VII. in cit. Brevi ait: »*Pro quibus dumtaxat causis usum appellationis hujusmodi inter-*

*) Vd. *t. II. p. 425.*, *t. I. p. 619. a. b.*

dictum declaramus.« Multo magis quia in casu appellatio iuterposita non fuit iutra decendium, ut docet *Benedict. XIV. in const. Cum illud*) diei 14. Dec. 1742.* Uude iu ipso judicii limiue repelleudum esse ait et frustratoriam appellationem ex adverso propositam.

Addit, vulgatissimum esse iu jure, Episcopum amplissima pollere facultate eligendi, quem sibi magis idoneum ad paroeciae munus expedire visum fuerit inter approbatos, ceu patet ex *sess. 24. de ref. cap. 18.* et ex cit. Brevi, ibi: *examine rite peracto Ordinarius pro sua fide et integritate, quos digniores judicaverit, eos eligat atque in possessionem immittat praestitutae portionis assequendae.«* Quandoquidem nou solum scieutiam et morum houestatem, sed et idoneitatem ad paroeciam sustiuendam judicio Episcopi dignoscendam requiri ut quis parochus fiat inficias iverit nemo; quemadmodum tradunt unanimiter doctores Episcopum non teueri electionem peragere ex votorum calculo, quasi qui primus extat inter approbatos, hic sit pernecesse ab Episcopo eligendus, sed quem ex approbatis prae caeteris idoueum noscat ad paroeciae munus, *Pax Jordan. lib. X. tit. 8. n. 17., Garzias de beneficiis part. 9. cap. 20., Barbosa de officio et potest. Episcopi alleg. 60.* et ceuties *s. Congreg.* Quare ex quo D. Gramegna primum occupat locum inter approbatos vel ex judicio examiuatorum vel ex voto cousultorum s. Congregationis nou sequitur rejiciendum esse a participatione priori cum praecedentia sacerdotem Camilli, quando coustat in facto Camillium et judicio examinatorum et judicium delegatorum recte inter approbatos recenseri.

Urget justum aequumque fuisse Episcopi judicium quoad electiouem Camilli, rejecto Gramegua. Etenim dato etiam quod nil obstaret ejus moribus nihilomiuus electio digni et docti prae digniori et doctori esset sustiuenda, ceu una ore tradunt *Pax Jordan. lib. X. tit. 8. n. 181., Barbosa de officio et potest. parochi par. 18. cap. 2.* et *alleg. 60. de officio et potest. Episcopi n. 192., Massobrius in praxi requis. 50., Gonzalez. ad reg. Cancell. gloss. 4., Piaseg. in praxi cap. 50., Garzias part. 9. cap. 20., Riccius in praxi fori eccles. decis. 45., Rota in Barchionen. Parochialis 29. Novb. 1613. coram Buratto.*

*) Vd. *t. I. p. 607. n. 20.; 657. n. 61.*

Eo fortius si mores doctoris sint ignoti et maxime si sint nota digni. Atqui mores Gramegna non undequaque bonos fuisse usque ad 1852. evincit e rejudicata lata a s. Congreg. EE. et RR. die 19. Maji 1852, qua absolutus fuit a suspeusione a Divinis ab Episcopo eidem inflicta data tamen sufficienti satisfactione iu domo religiosa. Quod firmatur epistola sub die 25. Aug. 1857 missa Episcopo ab ipso Gramegna; ex ea namque deprehendere fas est quaenam fuerit usque ad illud tempus vitae suae consuetudo, nec laudabilis nimirum nec sacerdotali dignitati respondens. Unde eruit, merito Episcopum in electioue facienda praetulisse miuus doctum, sed bene moratum Camillium doctiori Gramegua.

Nec regerendum remissam esse quamlibet exceptionem contra mores Gramegna ex quo Episcopus ad concurreudum eum admiserit. Subdit euim ex traditis doctriuis nimirum *sess. 24. cap. 18. Conc. Trid., constit. Pii V.* et Brevi *Impensa* planum esse morum inquisitionem fieri ab Episcopo peracto concursu, tunc cum iuter approbatos ipse uuus eligere debet magis idoneum (eoque nempe), *examine rite peracto Ordinarius pro sua fide et integritate, quos digniores judicaverit eos eligat.«* Quare licet omnes admittantur ad periculum scientiae faciendum, uon inde sequitur omnes integritate morum gaudere iisque qualitatibus pollere, de quibus loquitur *Pax Jordanus cit. loc.*, ut quis ab Episcopo eligatur parochus.

Tandem auimadvertit inani conatu adniti Gramegua, in excipiendo haud agi iu casu de couferenda paroecia, cum participautes omues non siut parochi.

Etenim ea est receptitiarum ecclesiarum uatura, ut actualis animarum cura sit apud oecouomum curatum, in subsidium vero apud clericos participautes. Ita diserte docet de receptitiis ecclesiis Regni Neapolitani *Massobrius in Praxi praelaud. 5.° cap. 1.°* et expresse Pius VII. in cit. Brevi loquens de participantibus ait: »*Qui ad illarum (nempe ecclesiarum receptitiarum) servitium ac praesertim ad curam animarum iisdem in plurimum adnexam addicuntur.«* His adde declarationem hujus s. Cong. circa ecclesiam ipsam s. Donati sub die 5. Aprilis et 3. Maji anni 1731, cum disputatum fuerit

1. *An stante unione ecclesiae s. Mariae et s. Marcelli cura habitualis resideat penes dictam ecclesiam?*

2. *An exercitium curae actualis privative spectet ad Abbatem vel cumulative ad Archipresbyterum Abbatem èt reliquos praebendarios?*

Responsum fuit

Ad 1.: Affirmative.

Ad 2.: Exercitium curae actualis spectare ad Abbatem coadjuvandum tamen ab Archipresbytero et **Präpendariis.**

Quod confirmatum est in comitiis status die 6. Sept. 1824.

Nec meliori consilio adniti Gramegna a secunda participatione Gentiluccium removere sub obtentu quod nimirum in altero concursu ceteris doctior ipse resultaverit. Animadvertit enim ipse orator inprimis frustra in id aduiti adversarium cum nullum jus neque ad rem neque in re ex eo periculo sibi vindicare possit, I. quia exclusus fuit ab Episcopo, ut testatur cancellarius; unde nounisi honor concursus competit oppositori, II. quia expresse reprobatus fuit ab examinatoribus, vel nulla couceditur appellatio vel si concedatur ad huuc solummodo effectum concessa intelligitur, ut scilicet inscitiae nota illi irrogata ab examinatoribus per judicium appellationis auferatur, numquam vero, ut obtineat paroeciam approbato concessam ut uno ore tradunt *Pax Jordan. lib. X. tit. 8. n. 228., Ventriglia in Praxi fori ecclesiastici annot. 1. §. 2., Massobrius in praxi requis. 50. dub. 1., Novarius Summ. Bulla 2. part. tit. de concursu, Reclusius de concursibus part. 1. tit. 5. n. 112.* Et taudem Benedictus XIV. *in constit.* Redditae*) *diei 9. Aprilis 1746*, ibi: '*Ad eum dumtaxat finem, ut famae atque aestimationi suae appellans consulere possit amovendo notam ab examinatoribus sibi injustam, numquam vero, ut ecclesiam parochialem consequi possit.* His accedit etiam Gentiluccium inter approbatos recenseri ad Urbis Theologos. Quare veritatis praesumptio militat potius pro instituto, qui et juvatur suffragiis examinatorum ac unius judicis delegati.

Tandem adnotat, nullam sibi fidem mereri longam attestatiouum seriem, quam ex adverso produxit Gramegna, ut vitae suae consuetudinem probet et acriter iuvehat adversus Sorani Episcopi judicium. Nam merita concurrentium dijudicanda veniunt et inspicienda eo tempore quo ab Episcopo magis idouei fit electio; attestationes autem hujusmodi post concursum quaesitas haud influere contra Episcopi judicium, ceu perpelle tradit *Benedict. XIV. in constitut.* Cum illud §: *Si quem clericorum*, qui eapropter expresse vetat eas recipi, ibi: »*Praeterea in ferenda sententia et reprobando gravamine idem judex innitatur solummodo probationibus ab actis elicitis tam respectu doctrinae quam meritorum. Quia vero a publica indictione usque ad diem habiti concursus tantum temporis intercessit, quantum satis fuit commode exhibendis necessariis juribus, attestationibus, requisitis aliisque meritorum documentis, idcirco ut quaevis via fraudibus praecidatur volumus ac distincte mandamus, ne dicta attestationes, fides tam judiciales, quam extrajudiciales et documenta quaecumque studiose conquisita et post concursum ut ajunt expiscata nullo modo recipiantur, non obstantibus etc.* Quod commentariis suis exornat *Reclusius de concur. part. 1. tit. 3. n. 78.* Hiuc confidit institutos nempe Camillium et Geutiluccium jure meritoque in possessioue participationum cum relativa praecedentia mauuteneudos, esse; quidquid sit de tertia participatione vacaute, cujus disputatio ad institutos haud pertiuet, quam si aequitate mota s. Congregatio adversario Gramegna conferendam censuerit, haud ambigendum quin Episcopum cum obsequio decretum s. Congr. recipiat ac exequatur.

A defensore sacerdotis Gramegna allegatiouem noudum habui.

Quare veniunt disputanda

D u b i a:

I. *An constet de mala relatione examinatorum et irrationabile judicio Episcopi super concursu diei 24. Julii 1857 pro minori participatione in ecclesia receptitia s. Donati vacata per obitum R. D. Joannis Saloncci in casu?*

II. *An constet de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Episcopi super concursu diei 12. Octobris 1857. pro duabus aliis minoribus participationibus in eadem ecclesia vacatis per accessum RR. D. D. Francisci Rufo ac Joannis B. Saloncci ad majores participationes in casu?*

Et quatenus affirmative,

III. *An et quae ex tribus participationi-*

*) Vd. *t. II p. 408.*

bus et quae praecedentia competat sacerdoti Raphaeli Gramegna in casu?

S. C. resp.

Ad I. et II.: Providebitur in tertio.

Ad III.: Dandam esse sacerdoti Gramegua participatiouem vacantem cum praecedentia.

Die 28. Julii 1860.

Anno 1872 die vero 27. Julii in dioecesi A. parochialis ecclesia s. Mariae vacavit per sui rectoris obitum. Curia episcopalis per pnblica edicta *) concursum indixit sub die 29. ejusdem mensis. Requisita exhibeutes in albo concurreutium sese iuscripserunt sacerdotes Aloisius C., Andreas M., Franciscus A., Salvator F. et Joachim G. qui tamen declaravit ad concnrsum accedere sola exercitii gratia.

Snb die 9. Augusti, periculo facto, examinatores primo loco adprobarunt Aloisium C. secnndo loco Andream M. tertio loco Franciscum A. quarto loco Salvatorem E. et demum Joachim G. satis adprobatum quoad scientiam judicaruut. Ejusmodi habita Ordiuarius relatione ipsa die elegit Aloisium C.

Presbyter Franciscus A. per suum procuratorem appellationem peues curiam A. interposuit a mala relatioue examinatorum et irrationabili judicio Episcopi. Verum Ordinarius pro nihilo faciendas esse oppositiones ejusmodi putavit et ideo easdem rejecit; Franciscus A. supplici dato libello S. C. C. conqnestus est de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Fpiscopi; praesertim ob iudignitatem electi ad parochialem ecclesiam, eo qnia opuscnla publicaverat a s. Congr. Iudicis damnata.

Episcopns de iuformatione et voto rogatus retulit: se rejecisse appellatiouem supplicantis quia dies fatales **) jam praeterlapsi erant. Plura dein observavit circa ejusdem sacerdotis qualitates et osteudit eumdem dedisse proprinm nomen Passaglianae subscriptioni. Edixit revera sacerdotem auctorem esse nonuullorum opusculorum, quae damnata fuernnt a S. C. Indicis, cui tamen judicio paruit et humiliter se subjecit. Sacerdos Franciscus A. produxit documenta varia, quibus osteuderet se realiter retractatiouem plenam emisisse et se subjecisse praescriptiouibus coutentis in litera circulari s. Poeuiteutiariae omnibus Ordinariis data sub die 28. Maji 1865. Omuibus itaque absolutis causa ad SSmum delata fuit, qui die 17. Februarii 1873 *re mature perpensa mandavit indici novum concursum et id notificari Episcopo A.*

Sub die 27. Februarii auni 1873 novum indixit Ordinarius concursum ad vacantem paroeciam ut mandatis SSmi obseqneretur. Adfuit, praeter alios nominatos, etiam sacerdos Augelus N. ad secundum experimeutum subenudum, quod locum habnit die 3. Julii anni praedicti. Adstiterunt tres tantum ex quinque examiuatoribus synodalibus, qui in auteacto judicaruut coucursu; quibus vero et alius adjunctus fuit. Peracto itaque concursu examiuatores haec retuleruut uti perlegere est in verbali: »perscrutatis omuibus qualitatibus auimarum regimiui animarum couseutaneis, aetate, morum honestate, gravitate, prudentia ceterisque a jure requisitis adprobamus et ad vacautem curam idoueos et habiles renunciamns, habito tameu discrimiue inter scientiam et mores; et quoad scieutiam quidem 1° loco Rmnm Aloisinm archidiacouum C., qni omnia puncta retulit duodecim, 2° loco admodum rev. Audream Canonicum M., qui retulit pnncta uovem cum dimidio, 3° loco Rmnm Salvatorem F. qni retulit puncta sex cum dimidio. Rmum vero Franciscum Cauonicnm A. qni retulit puncta quatnor et Rmum Joachim G. qui retulit tria pnncta reprobamus.

»Quoad mores vero cum idem Aloisius C. iu proxime habito concursn, cujus repetitio habita nunc est juxta s. Sedis apostolicae oracnlum datum die 18. Februarii 1873, idem omuia retulerit puncta duodecim, ea sententia confirmata per Nos est, cum ipse valida attulerit documenta, quae arguuut procul abiisse quidquid denunciatum fuit, quod eumdem miuns acceptum apostolicae Sedi reddiderit, quae quidem inseruntur.«

»Admodum vero Revdus Andreas M. adprobatus tautnm sex retnlit puncta. Pro Rev. Salvatore F. cum nullum ulterius benemerentis attulerit argumentum putamus

*) Vd. *p. 254. IX.*

**) Appellationis *fatalia* sunt illa tempora, intra quae debet inchoari et terminari causa appellationis; aliter facultas appellandi fit deserta et extinguitur. Et ista tempora dicuntur *fatalia* a fato sive a morte. Nam sicuti mors extinguit totaliter hominem ita lapsus temporis pro appellatione concessi extinguit appellationem. Appellatio ceu in themate non conceditur »*nisi intra decem dies a die collationis interponantur.*«

Vd. *t. I. p. 622. n. 30.; 657. n. 61.*

in eodem loco manere, quem sortitus est in praefato concursu, scilicet non expresse reprobato.«

»Quod pertinet ad admodum reverendum Franciscum Cauouicum A., habita ratione subscriptiouis appositae in libello Passagliano licet se retro traxerit per publicas ephemerides, cum desit documeutum veuiae quam obtiuere debuerat a Sede apostolica, uti factum est pro Rmo C., abstiuemus adhuc a quocumque judicio.«

»Revdus denique Joachim G. ex sex puuctis simplicem retulit adprobationem.« Hac facta relatioue Illmus ac Rmus Episcopus die quinta praefati mensis haec subdidit: »Et nos nihil omuino a syuodalium examinatorum judicio recedendum fixum immotumque auimo habentes, eumdem supradictum Rmum Aloisium archidiacouum C. supremae apostolicae Sedis sapieutia commeudaudum, quoad per Nos licet, utpote primum locum occupautem putamus.«

Vix ad aures sacerdotis Francisci A. notitia ejusmodi perveuit, coram episcopali curia stetit tempore habili declaraus se formaliter appellare penes S. C. C. a mala relatioue examiuatorum et irratiouabili judicio Episcopi; quod realiter fecit die 19. Jnlii ut sua jura sarta tectaque servareutur. Etiam Salvator F. scripsit ad S. C. C. protestaus contra formulam ab examinatoribus emissam quoad eumdem »*nec approbamus nec reprobamus.*«

Sacrosaucta Tridentina synodus normam sequendam indicens ab examiuatoribus in relatione examinis prageuda sess. 24. cap. 18. de ref. ita sese habet: »peracto deiude examiue rennucientur quotcumque ab iis (examinatoribus) idoueі judicati fueriut aetate, moribus, doctrina, prudeutia et aliis rebus ad vacautem ecclesiam guberuandam opportunis.« Hac inspecta norma, praeter juris praesumptionem, iutrospicere cuique est rectam et justam fuisse examiuatorum relationem, eo quod adamussim omnia impleverint praescripta. Siquidem retulernut Episcopo nedum de scieutia et doctrina concurreutium, sed et de moribns et prudentia caeterisque qualitatibus.

Nedum justam rectamque examinatorum relationem, sed et Episcopi judicium rationabile fuisse facile erui potest. Indubium est enim posse Episcopum eligere inter approbatos quem digniorem ipse jndicaverit ex Trideutiuo *sess. 24. cap. 18.*: peracto examiue reuuncientur qnotcumque idonei judicati fuerint, ex quibus Episcopus eum eliget, quem caeteris magis idoueum judicaverit. Et Beued. XIV. de synodo dioecesaua lib. 4. cap. 8. § 6. docet, quod »*Renunciare digniorem inter adprobatos solius judicio Episcopi commissum est.*« Idipsum millies definivit S. C. Cougregatio, ut caeteris missis videre est in quadam *Montis alti Parochialis 17. Julii 1862.* Eo ipso itaque, quod hujusmodi legitimo arbitrio nsus est Episcopus, juris etiam sauctionem servasse censeudum est. Nec profecto tamquam irratiouabile judicium traduci poterit, nisi luculentissime constet ipsum, diguiore ueglecto, indiguum elegisse. Idque eo vel fortius, quia cum nemini magis quam proprio Autistiti perspectae sint subditorum iudoles, probitas et major aptitudo ad parochiam regendam, nt advertit Bened. XIV. in coustit. *Cum illud* §. *Demum*, sequitur vehementem adesse praesumptionem, quod iu electo praepoleuter coucurreriut omues illae qualitates scieutiae, *probitatis* et prudeutiae ad oves sibi creditas in viuea Christi pasceudas. Quae praesumptio Episcopo adsisteus adeo gravis est ponderis, ut ad ejus judicium de irratiouabilitate uotandum certissimae et invictissimae probationes exigantur, Gouzalez *ad reg. 8. cancellariae glos. 4. num. 117. et 132.*, Cardinal. de Lnca de parochis discurs. 6. num. 3. Imo ipsa S. C. Cougr. seqnuta in hoc jnrisprudentiam s. Rotae iu *Savonen. Archipresbyteratus 15. Junii 1816* §. *Nulla* eousqne processit, ut proclamaverit tunc solum posse Episcopi collationem couvelli si innotuerit illum *dolo aut immodica atque intolerabili affectione* ad praeelectiouem processisse. Tantum vero abfuit iu themate, nt tales probationes usque ad *electi indignitatem* et *dignitatem* posthabiti exhibeantur, ut spectata quinimo praestautia sacerdotis Aloisii C. nimis justum et rationabile appareat editum judicium. Ipse enim adeo doctrina ac prudeutia eminet, ut provicarii munus per notabile tempus cum laude obiverit; quod facit nt iste omuia requisita omniuo superet sacerdotis Fraucisci A.

Simili modo parvipendeudum est quod sacerdos Aloisius C. opuscula couscripserit; dum ille autequam coucursus ad vacantem ecclesiam fieret jam per publicas epheme-

rides duos retractavisset errores et absolutionem obtinuisset super censuris et irregularitate.

Itaque eversis hujusmodi difficultatibus concludi posse visum est justam rectamque fuisse examinatorum relationem et Episcopi judicium rationabile.

Patronus sacerdotis Francisci A. pro viribus evincere conatus est, examinatorum relationem omnino malam fuisse, atque Episcopi judicium irrationabile. Praemouuit ergo non defuisse in themate suspicionem quoad malam examinatorum relatiouem; dum haec fieret suspecta ex hoc ipso quod semel approbatus quis fuerit, postea vero ut inhabilis rejectus, quamvis non iidem fuerint examinatores, quem semel approbaverint et postea rejecerint, ceu tradidit s. Rota in *Calaguritana Beneficii decis. 529. p. 14. num. 11. recent.* et alibi. Quod eo magis sentiendum est in casu cum constet tres ex quatuor assumptis examinatoribus eosdem fuisse qui in priori concursu sacerdotem Franciscum A. idoneum judicarunt; nunc autem rejecerunt uti inhabilem, quique tunc sacerdotem Aloisium C. digniorem retulerunt, etiamsi nondum publicatos errores retractasset. Praesumptio isthaec majus acquirit robur, si atteudatur, examinatores in anteriori concursu judicium tulisse de ejus idoneitate, etiamsi de revocatione Passaglianae subscriptionis satis aperte non constaret; dum e contra in posteriori concursu judicium circa qualitates ejus suspenderunt quamvis amplissimam revocationem dictae subscriptionis agnoscerent.

Neve dicatur in themate non agi de praesumptione juris et de jure, quae non admittit probationem in contrarium, *L. Si fideijussor. 1. cod. de dolo malo*, sed de simplici praesumptione, quae cedere debet veritati, *L. Nuptura ff. de jur. dot.* ex qua constat sacerdotem Franciscum A. quoad scientiam inclusionem non reportasse. Etenim relicto parumper judicio circa intrinsecam propositarum quaestionum essentiam hoc unum notatu dignum censetur de reprobatione sacerdotis A. nullatenus constare, imo et inter adprobatos recensendum esse. Revera praecipit recitata bulla Benedict. XIV. sub §. 16., ibi: parem, ni forte majorem solertiam examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus regimini animarum consentaneis; morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, praestita hactenus ecclesiae obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem aliaque spectabilium virtutum ornamenta doctrinae arcto foedere consocianda; hisque omnibus conjunctim expensis inhabiles per sua suffragia rejiciant et idoneos Episcopo renuncient. Verum si requisita sacerdotis A. circa quae siluit examinatorum judicium *arcto foedere* ejus scientiae consociata fuissent et conjunctim expensa cum doctrinae meritis, non modo inclusivam tetigisse sed eam longe superasse emicaret.

Examinatores praeterea ignorare nequiverant plenam et formalem retractationem sacerdotis A. per ephemerides publicatam et obteutam a s. Sede veniam cum absolutioue. Dato etiam quod iguorareut facile eis erat totum id supponere dum cernerent ei demandatum fuisse a curia episcopali muuus exercendi examinatoris synodalis, et prospicerent eumdem sacerdotem pacifice muuera obire parochialia.

Malam fuisse examinatorum relationem ex dictis erui; verum ex dicendis Episcopi judicium irratiouabile apparebit. Licet absque dubio Episcopis eligere inter adprobatos quemlibet: ne tamen electio haec temere fiat, mens est s. Concilii Tridentini ut illa versetur super magis idoneo sive super eo, quem digniorem suo judicio Episcopus deprehenderet. Hinc cum judicis munus sit jus suum unicuique tribuere, sequitur eam partem alteri esse praeferendam, cujus merita praevaleant; alioquin futile appellationis beneficium evaderet, quod s. Pius V. in sua *constit. super collatione paroch.* magis idoneo iudulsit, qui ab Episcopo posthabitus iuferiori fuit. Ne igitur id admittatur absurdi, teneudum omnino est, quod si coustat de justa appellantis reclamatione quia non dignior electus fuerit, collatio parochialis stare nequit, quippe quae subreptitia atque irrita prorsus ceusenda est, ut clare docet Gonzalez ad *reg. 8. cancel. glos. 4. num. 156.*

Pro nihilo autem facienda objectio quod praesumptio semper stet pro Episcopi rationabili judicio; quia quando apertissime »*omnes qualitates praeponderant in uno quam in alio ex majori eorum parte inducitur irrationabilitas judicii Episcopi*« ut ait Pignatelli *consult. 173. num. 3. tom. 1.* Quod vero dignitas major ac idoneitas sit in sacerdote A. prae alio sacerdote C. id sustinuit sacerdotis Francisci A. patrouus.*) In primo enim prostant omues qualitates quae ad formam Concilii Tridentini in parocho eminere debent; in secuuda nulla qualitas adest, neque scientia in theologia morali sive dogmatica, dum ex adverso doctrinam a s. Sede damnatam retinuerit atque in censuris per plures anuos iusordescere non dubitarit.

Neque difficile fuit in actis Ordinarii prospicere particularem praedilectiouem erga sacerdotem C.; nam in primo coucursu elegit eumdem ad ecclesiam parochialem quamvis indiguum ob pravam doctrinam typis evulgatam et a s. Sede reprobatam; quamque adhuc non plene retractaverat. Praeterea ejusmodi suspicio eo magis crescere videtur, quia sacerdos C. Provicarii generalis munere fungebatur. Si enim suspectum habitum fuit judicium Episcopi in favorem illius qui actuale praestat servitium in ejus seminario, *Ripana 19. Januarii §. 3.*, potiori ratione dicendum id est quoad sacerdotem C. qui per plures annos in Provicarii officio Episcopo inservivit et cui paucis diebus ante concursum nuncium miserat. Episcopus vero scribebat eidem sacerdoti se gravi cum moerore accepisse ejusmodi nuncium ob ejus validum auxilium in dioecesis regimine. Proindeque videri haud ambigendum esse tum de mala examinatorum relatioue tum de irrationabili judicio Episcopi. Quoad recursum a sacerdote Salvatore F. appositum animadverti voluit quantum praescripserit Bened. XIV. *loc. cit. §. 7.*: »*Non admittatur appellatio aut a mala relatione examinatorum aut ab irrationabili judicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponantur.*« Idque S. C. C. definivit in causa *dubia concursuum dici 16. Novemb. 1720.* ubi proposito in 2° dubio: »*An et quantum tempus praefigendum sit illis, qui intendunt appellationem interponere vel a mala relatione examinatorum vel ab irrationabili judicio Episcopi?*« prodiit responsum: »*Ad secundum: Esse praefigendum tempus decem dierum ad appellandum.*« **) Hinc ejus preces omnino rejiciendae viderentur, dum appellaverit jam elapso anno. Quoniam vero ex bulla Bened. XIV. appareat dies fatales decurrere a die collationis et paroeciam in casu haud collatam reperiri, cum Episcopus tantum s. Sedi Aloysium C. commendaverit, hiuc res adhuc iutegra remanere videtur, praesertim per appellationem a sacerdote Fraucisco A. debito tempore interpositam; quapropter ejus preces excipiendae viderentur.

His aliisque perpensis duo quae sequuntur proposita fuere dirimenda

D u b i a:

I. *An constet de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Episcopi in casu?*

Et quateuus affirmative,

II. *An et quomodo ad vacantem paroeciam providendum in casu?*

Sacra C. Concilii die 12. Decembris 1874 respondere dignata est:

Ad I. Affirmative.

Ad 2. Ad Datariam apostolicam.

Beneficium novae auditionis quaesitum fuit concessum; ideoque sub die 19. Junii 1875 ejusmodi quaestio reproposita fuit sub duabus dubitandi formulis: I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu?* II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu?*

Praedicta die responsum prodiit: *Dilata.*

Reproposita tandem die 1. Aprilis 1876 sub iisdem duobus

D u b i i s:

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in primo dubio in casu?*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in secundo dubio in casu?*

Sacra C. Congr. die 1. Aprilis 1876 sequentia dedit responsa.

Ad I: *In decisis et amplius.*

Ad II: *Indicendum novum concursum juxta instructionem dandam Episcopo Administratori.*

Ex quibus colligere fas esse videtur:

I. Examinatores ad justam rectamque examinis relationem peragendam nedum doctriuae judices esse debere, sed inquirant oportet qui idoneus prae aliis sit *probitate morum, laboribus, obsequio* antea ecclesiae praestito, caeterisque *dotibus* ad officium parochi *cumulate* obeundum necesariis.

II. In themate defuisse videri in nonnullis ex concurrentibus labores favore ec-

*) Vd. *t. II. p. 411. q.*
**) Vd. *t. I. p. 657. n. 61.*

clesiae peractos, obseqnium antea eidem ecclesiae praestitum; eo quod eorum aliquis libellos conscripserit doctrina reprobata infectos; ex quibus potiusquam obsequium pareretur odium matri ecclesiae et scriptoribus ipsis indignitas ad ecclesiastica muuera.

III. Nam, sola inspecta doctrina, eveuire posse, cum gravi animarum jactura, nt alicni ecclesiae praeficiatur ille, qui litteris magis pollet, qnamvis de caetero minus aptus vel etiam indignus, et arceatur ille, qui, licet doctrinae merito inferior, tamen dotibus aliis praecellat.

IV. Examinatores ideo debere, postquam de doctrina cognoverint, alias pensitare qualitates et virtutum ornamenta, auimarum regimini consentanea; quae doctriuae arcto foedere consocianda sunt; et per sua suffragia inhabiles rejicere et idoneos Episcopo renunciare.

V. Episcopos vero inter illos qui ab examiuatoribus reuunciati fuerint idonei eligere debere quem ceteris magis idoneum judicaverint.

VI. Ejusmodi peracto judicio praesnmptionem de ejus rationabilitate ita Episcopis adsistere, ut ad collationes convellendas innotescere debeat ipsos ad praeelectionem processisse *dolo* vel *fraude* ant immodica *affectione*;*) adeo nt ipsa Tridentina forma neglecta fuerit.**)

VII. Facta itaque hypothesi quod examiuatores solam pensitaverint scientiam, aliis omissis investigationibus, relationem illorum evadere talem, a qua appellari possit ut declaretur nulla.***)

VIII. In concursu alicujus beneficii, coram Episcopo et examinatoribus peracto, posse etiam ab eisdem praeferri ei, qui scientia praecellit, illum qui prudentia moribnsque aptior videatur ad gubernandam ecclesiam.

XXIX. Judicium Episcopi non constat.

Vd. *Concursus* (appellatio; Examinat.); t. I. p. 682.: *Tudertina*; t. II. p. 404. p.; 408.: *Redditae.*

Montis Alti.

Gravis annis multisque morbis fractus cum esset praesbyter Josef Vetri parochus s. Mariae de Casaliccluo oppidi Montis Monaci dioecesis Montis Alti datus ei est ab Episcopo capellanus sive oeconomus curatus presbyter Joannes del Duca. At postea vacata paroecia per liberam resiguationem ipsius Vetri ab Episcopo die 24. Junii 1798. indictus est coucursus statuto pro examine die 11. sequentis Julii. Quinque concurreutes ad curiam venerunt, nt sua nomiua et requisita deferrent. Praestituta die fit exameu, indeque scrutiniuin, in quo ab examiuatoribus omnes approbati declarabantur, licet non omnes iisdem suffragiis. Nam praesbyter Joannes Sanctes del Duca habuit vota 11, praesbyter Carolus Altieri vota 14., praesbyter Carolus 'Angelini vota 13 et tandem duo clerici Guerini et Trojani vota 15 pro quolibet. Vicarius generalis qui absente Episcopo concursui praefuit, cuique ab Episcopo maudata erat potestas ad curata vacantia coucursum indicandi et eadem digniori conferreudi, »sero diem 11. Julii gratiam collationis signavit favore Joannis del Duca ipsius vacantis paroeciae tunc oeconomi quem digniorem reputavit. Sequenti vero die caucellarius episcopalis bullas collationis dedit snb datum antecedentis diei 11. Julii, quo gratia signata est. Factum est, ut illa die duodecima Julii Praesul Marcucci emeritissimus Montis Alti Episcopus in proxima civitate Asculi hora fere 11. occubuerit. Hujus mortis rumor perveuit ad civitatem Moutis Alti vesperescente caelo. Nihilominus sacerdos del Duca postera die 13.

*) Vd. *t. I. p. 170. n. 1.*; *t. II. p. 406.* §: *Accedit* etc.

**) Ut ostenderet Lambertinius *in discursu secretarii circa appellationes* §. *11.* quam difficile sit evincere irrationabile fuisse judicium Episcopi ait . . .: »absoluto examinis judicio absolutum dici non potest judicium super collatione parochialis; cum etenim doctior non sit dignior et aliquis posset esse minus doctus, sed magis idoneus pro ecclesia parochiali hinc est, quod expletis examinibus instituenda est quaestio circa collationem parochialis, adeoque circa uniuscujusque requisita; et tunc formiter et per concludentes probationes poni debet in claris, quod Ordinarius praeelegerit minus dignum in comparatione dignioris. . . .« (Vd. *t. I. p. 597.*)

***) Ut S. Congregatio Concilii appellationem a mala examinatorum informatione vel ab Episcopi irrationabili judicio admittat, etsi probationem gravaminis haud quaerere videatur, tamen voluit aliquando *gustare de fumo* gravaminis et irrationabilitatis judicii episcopalis. Et id ne quilibet temere et absque ulla rationabili de causa reputans se gravatum appellet et ad novum examen provocet terens tempus. In praesenti quaestione nedum *fumum* sed gravem adfuisse suspicionem videtur de mala relatione examinatorum et de irrationabili judicio Episcopi ob publicam alicujus ex concurrentibus indignitatem relate ad munera parochialia obeunda.

Julii nactus est possessionem paroeciae s. Mariae de Casaiorhio. At cum nonnulli parochiani ejus electionem aegre fereutes 1800. recursum habuerunt ad Vicarium capitularem vacantis ecclesiae Montis Alti et acclamarunt in parochum presbyterum Carolum Altieri, qui in concursu majora obtinuerat suffragia facta hinc est criminalis inquisitio in parochum del Duca qui suspensus a Divinis in carcerem detrusus est. At provocaute ad suum Metropolitanum civitatis Firmi omnino absolutus fuit ex capite innocentiae et ad sua munia parochialia reintegratus simulque damuatus Vicarius capitularis Montis Alti ad damna et expeusas.

Nihilominus presbyter Carolus Altieri praeces obtulit s. Congregationi, in quibus reclamavit a judicio Episcopi, qui presbyterum del Duca praetulerat in collatione paroeciae se prorsus neglecto, quamquam digniore. Rursus ex pluribus capitibus illius collationis nullitatem deduxit. Interrogatus Episcopus Montis Alti haec refert: Vicarius generalis qui concursui praefuit (quippe potestas praesidendi et eligendi non ei deerat) eadem ipsa die 11. Julii post occasum solis digniorem ex approbatis censuit Joannem del Duca et diploma quo parochus dicebatur cum immissionis praecepto in tabulario expediri jussit. Die 12. ejusdem mensis hora fere 11. diploma et immissio a tabulario ecclesiastico prodiit, quae tamen diem 11. inscriptum habebant et haec fere hora est qua decessor meus Marcuccius mortem obiit. Hisce in facto praemissis inuuit, quae hinc inde afferuntur super irrationabili judicio Episcopi et super nullitate collationis super quibus consulto se abstinet a patefacieuda sua animi sententia: »Cum autoritate vestra dignoscenda sint et plura ex jure et plurima ex testimoniis probanda, ne judicium meum vestro et frustra et non modeste praeferre immature videar. Proponitur igitur causa in conflictu partium sua jura deduceutium, quae EE. PP. ex circumfereudis allegationibus cognosceret.«

Duo in controversiam veniunt sub infrascripto dubio scilicet judicium Episcopi et collationis validitas. S. synodus Trid. in *sess. 24. cap. 18. de reform.* jubet ut ex his qui in concursu probati fuerunt Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum judicabit. Quare cum conscientiae Episcopi hoc judicium relictum sit, ut tradit *Benedict. XIV. de synodo dioecesana lib. 4. cap. 8. n. 9.* profecto tamquam irrationabile accusari non poterit, nisi coustet Episcopum digniore neglecto indignum praetulisse.

Altierius se digniorem putat tum ex actis coucursus in quo ab examinatoribus plura vota quam del Duca consequutus est tum judicio Episcopi, qui eum selegit in confessarium monialium, tum ex electione ab oppidanis Moutis Monaci, qui eumdem ad capellaniam s. Benedicti nominarunt exclusis reliquis et praecipue sacerdote del Duca, tandem ex multis testibus, qui commeudant ipsius doctrinam, sacerdotales mores, diligentiam per 8 fere annos in exercendis muneribus capellani curati. Contra vero reprobant del Duca tamquam iudoctum, minus diligentem in cura animarum, crimiualibus praejudiciis obnoxium et talem denique, quem plebs odit nec eum in parochum ferre potest.

Presbyter vero del Duca negat nunc in controversiam adduci posse judicium Episcopi cum Altierius intra deceudium non appellaverit. Nam s. Pii V. constitutio: *In conferendis* *) expresse mandat: Peracto concursu collataque ei qui magis idoneus judicatus fuerit ecclesia parochiali non admittatur appellatio aut a mala relatione examinatorum aut ab irrationabili judicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur.« Caeterum profert sua merita ne indignus parochia videatur. Praeter confessarii munus quod ab anno 1786. exercet saepe alias curam gessit animarum sive qua capellanus curatus sive qua oeconomus in hac ipsa paroecia s. Mariae di Casalichio cum ejus senescens rector huic muneri erat impar. Affert acclamationem plurium ex patribusfamilias suae paroeciae, ut confundet ex adverso oppositam plebis inimicitiam; ex quibus concludit se non fuisse indiguum, qui ad regendam paroeciam eligeretur. Demum ex praecepto a curia ecclesiastica Moutis Alti expedito contra presbyterum Altieri ejus rite rationem in discrimen adducit.

In II. parte dubii disputatur de validitate collationis, idque ex triplici capite,

I., quia non poterat Vicarius generalis conferre paroeciam. Nam haec collatio secumfert gratiam, quae praecipue reservata est Episcopo, ad *text. in cap. Accedens et cap. Postulastis de concession. praebend. et Rota decis. 406. n. I. part. 19. Recens.*,

*) Vd. *t. II. p. 425.*

II., quia si Vicarius poterat conferre ex mandata facultate haec expiraverit sequuto obitu Episcopi;

III., quia ex testimoniis allatis constat, Vicarium contulisse paroeciam, postquam novit Episcopum morte defecisse, ut proinde capta exinde possessio dolo non careat. Verum ponderandum est, quod Vicarius generalis ex mandato Episcopi habeat facultatem expressam ad curata vacantia concursum indicendi et eadem dignori conferendi.

Constat autem ex informatione moderni Episcopi, quod die 11. Julii Vicarius generalis gratiam collationis signavit et postera die hora fere 11. Bullae collationis relaxatae sunt sub eadem fere hora, qua decessor Episcopus occubuit. Quare cum actio delegatae jurisdictionis exerceri coepit ante obitum mandantis, forte poterat ad finem perduci licet interea delegans defunctus sit, ad *text. in leg. Et quia de jurisdiction. omn. judic., cap. Gratum, cap. Licet de offic. et potest. Delegat.* Quocirca valida videri posset collatio paroeciae ita ut legitima sit possessio capta a presbytero del Duca die 13. Julii, quamquam ea die apud omues Episcopi obitus innotuisset.

Haec summa est utriusque defensionis, ex qua EE. PP. deliberandum propouitur:

An constet de irrationabili judicio Episcopi et de validitate collationis in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II. et amplius.

Die 17. Julii 1802.

Nicien.

(Conc. Tr. c. 18. s. 24. de ref.)

Indicto sub diem 8. Julii 1736 concursu ad vacantem parochialem ecclesiam s. Stephani in loco nuncupato di Rubione habitoque subinde examine omnibus examinatorum suffragiis fuit ad animarum curam approbatus sacerdos Joseph Audoli. At quia Provicarius capitularis aliis quoque conditionibus inspectis in assecutione dictae parochiae praeferendum judicavit Joseph Blanchi licet in istius approbationem minora confluxerint examinatorum suffragia, memoratus Joseph Audoli, interjecta adversus Provicarii capitularis judicium appellatione, recursum habuit ad sacrum hunc consessum, coram quo illam prosequens modo iustat pro decisione dubii, quod infra describetur.

Summa rationum, quibus enunciatum Provicarii capitularis judicium uti injustum et irrationabile impugnare nititur praelaudatus Audoli, in his potissimum versari videtur, nimirum, quod ipse inter competitores in dicto concursu approbatus primum ob majorem scientiam obtiuuerit locum; quod annum secundum supra quinquagesimum agens tum aetatis tum antiquioris sacerdotii praerogativa longe praecedat Joseph Blanchi; quod assumptis jamdudum partibus aegrotantis parochi loci Boglii sacramenta populo admiuistraverit, diviui verbi praeconem egerit et ecclesiasticas expleverit fuuctioues; quodque novissime munus vicecurati in controversa parochiali ecclesia spatio decem annorum, quibus Honoratus Chiamporsiu ultimus ejusdem ecclesiae parochus gravi infirmitate fuit detentus, sedulo et laudabiliter gesserit et demum, quod ob probatos vitae mores in magna sit apud omnes aestimatioue populoque ejusdem ecclesiae plurimum acceptus; ex his enim omnibus insimul cumulatis contendit facile concludi posse et scientia in morali theologia et peritia in curae animarum exercitio et morum iutegritate consiliique maturitate ita se praecellere Josephum Blanchi, ut veluti dignior nequeat illi postponi, contra expressam juris communis et Concilii Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* sanctionem praescribentem parochiales ecclesias personis magis dignis et idoneis esse conferendas, quemadmodum notant commuuiter adducti per *Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 4. n. 142., Massobr. in prax. haben. concur. tit. de elect. requisit. 5. dub. 1. n. 45.*

Verumtamen adversus haec memoratus Joseph Blanchi, ut controversum Provicarii capitularis judicium a quacunque iniquitatis et injustitiae nota vindicet, duplicem praemittit juris censuram, alteram nempe, qua communiter receptum est, eum magis dignum ad animarum curae onus obeundum censeri, qui minori licet scientia instructus alios exemplo, prudentia morumque honestate praecellit, uti cum aliis animadvertunt *Barbos. ad concil. sess. 24. cap. 18. n. 118., Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 4. n. 112., Card. de Luca de paroch. disc. 37. n. 28.* et constat ex resolutionibus s. Congregationis in *Abellinen. Concursus 28. Febr. 1711.* et in *Monopolitana Concursus 13. Maji 1713.*;

alteram vero prohibentem, ne animarum cura iis committatur, qui ex turpi et inhonesta viveudi ratione apud probos honestosque viros authoritatem et aestimatiouem amiserint, uti per textus expressos in cap. *Inter dilectos 11. de excess. praelat.* et in *cap. fin. de purgat. can.* docent *Abbas in cap. 10. n. 3. de jurejuran., Reiffenstuell in jus can. lib. 5. tit. 37. n. 60., Smalzgruber eod. loc. n. 141., Card. de Luca de benef. disc. 20. n. 3.* et *de paroch. disc. 8. n. 5 et 6.* et *disc. 37. n. 28., Monacell. in formular. legal. for. eccl. par. 2. tit. 15. form. 2. n. 21. in fin.*

Utramque enim hauc regulam sibi censet suffragari, dum propria imprimis recensens merita exponit, se quoque licet secundo loco fuisse ab examinatoribus ad curam dictae ecclesiae approbatum, ab anno 1728 licentiam sacramentales excipiendi confessiones ab Episcopo Nicieusi reportasse, subiudeque in vicecuratum controversae parochiae electum ibidem summa charitate et diligentia in spiritualem populi sibi commissi profectum totis viribus intendisse, itaut a sindico et consiliariis dicti loci di Rubioue peculiariter commendetur; e converso autem famam Josephi Audoli subdit non esse integram, cum in regione constans invaluerit rumor, eamdem procreasse filiam ex inhonesta consuetudine diu habita cum muliere quadam Anna Maria Uga ideoque ab Ordinario merito fuisse postpositum ac repelli omuino debere ab assecutione hujus parochiae, ne grave iude scandalum in populo generetur. Veritatem et pondus appositae diffamatiouis tum ex plurium testium depositione tum ex relatione Provicarii capitularis huc nuperrime transmissa et per manus Eminentiarum VV. circumferenda putat satis evinci; omnibus itaque perpensis deliberaudum est:

An constet de irrationabili judicio Ordinarii in casu?

S. C. C. resp.:

Negative.

Die 27. Julii 1737.

Nullius seu Sublacen.

Sequuta sub mensem Augusti 1739. vacatione archipresbyteralis ecclesiae in Castro Seràni abbatiae Sublacensis erectae per liberam illius resignationem a Blasio Mauni possessore factam Vicarius generalis eminent. Cardinalis Spinulae moderni commendatarii dictae Sublacensis abbatiae consuetum jussit affigi edictum, quo omnes ad illius ecclesiae curam concurrere cupientes excitarentur monereuturque ad se infra decem dies praesentandos suaque nomina, cognomina, aetatem et patriam in actis curiae abbatialis describi faciendum, ita ut eo transacto termino posset de doctrina cujusque ex concurrentibus coram eodem Vicario generali et examinatoribus fieri experimentum.

Tres itaque intra terminum ab hoc edicto praefinitum in abbatiali curia comparuere seque pro memorato concursu fecerunt describi nempe Claudius Amadei sacerdos, Petrus Proprii et Dominicus Perelli tunc temporis diaconi; habitoque sub diem 22. dicti meusis Augusti examine sacerdos Amadei fuit a duobus ex tribus examinatoribus reprobatus, bini vero diaconi per suffragia 2 examinatorum approbati fuere; sed quia in actis concursus reprobationi factae a 2 examinatoribus Petri proprii adita leguntur verba haec: *Cum magis,* — contendeus idcirco praefatus Petrus ex dictis verbis: *Cum magis* — approbationi suae adjectis satis compertum fieri, se fuisse ab examinatoribus magis diguum et idoneum prae altero competitore renunciatum, de collatione hujus archipresbyteralis ecclesiae ab eminent. Abbate commendatario in personam Dominici Perelli subiude facta statim peues s. huuc Seuatum conquestus est suasque prosequens querelas modo instat pro decisione dubii, quod infra describetur.

Vicarius generalis eminent. Abbatis in relatione ad s. Congregatiouem transmissa exponit, examinatores in computatione puuctorum, quae concurrentes obtinuerunt, censuisse: »Petrum de Propriis superasse Dominicum Perellum in uuo puncto cum dimidio; at cum neuter eorum (subdit idem Vicarius) illam punctorum quantitatem attigerit, quae necessaria judicabatur pro consecutione trium votorum, examinatores 2 vota utrique attribueruut, sed Petro de Propriis ratione dicti etsi minimi excessus operae pretium duxerunt quoddam veluti distinctivum assignare, adnotari faciendo in actis concursus, illum fuisse approbatum a duobus«: *Cum magis.* His ita praemissis quoad siguificationem et efficaciam memoratae dictionis *Cum magis*, in qua Petrus Proprii praecipuum constituit suae petitionis fundamentum, idem Vicarius generalis, ut ostem-

dat hinc perperam ab illo de injustitia redargui judicium eminent. Abbatis, in haec verba proseqnitur: »Palam est examinatores nulla alia ratione illam adjicere voluisse ac potuisse quam ad tali pacto indicandum, ut supra, excessum unius puncti cum dimidio, quem favore praedicti Petri calcularunt; nimirum siqnidem notum est, ad Ordinarium, non ad ipsos spectare praeelectionem illius, qui caeteris magis idoneus judicatur, quod ultra s. Concilii Trid. dispositionem synodali etiam lege cautum est a cl. me. Cardinali Carolo Barberino in *cap. de examinatoribus in fin.* ibi: *Secretis suffragiis approbent, judicio de electione magis idonei nobis reservato*, et ex ipsorum etiam actorum concursus lectura apparet, in quorum calce juxta stylum hujus curiae decreta legitur illorum transmissio ad eminentissimum Ordinarium pro electione magis idonei E. S. reservata, quod profecto contradictionem involveret, si electio magis idonei facta fuisset, ut praetenditur, in concursu per examinatores, et in eodemmet concursu reservaretur eminent. Abbati; unde cum etiam in casu, quo Petrus ab omnibus, Dominicns vero a majori tantum parte fuisset approbatus, adhuc eminent. Ordinarins valuit praeeligere hnnc secundum, inspecta majore ejus aetate, morum honestate ac gravitate et prudentia, quibus pollere invenitur, eo magis id praestare potuit citra irrationabilitatem, dum unusquisque eorum dno aequaliter vota reportavit.

Porro si spectetur sanctio Trid. synodi *sess. 24. cap. 18. de ref.* examinatorum munus est renunciare, quot ex concurrentibns reperti fueriut idonei, non autem quis eorum sit dignior, quum Episcopo reservetur, eum, quem ipse digniorem judicaverit, eligere, ut cum aliis notant *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. n. 108.* et *Ventriglia in prax. for. eccl. part. 2. annot. 5. § 1. n. 49.* et declaravit s. Congregatio in *Abulen. 1.* Decb. 1593. ubi ad IV. dub. respondit: »Examinatores debere dennnciare, qnot idonei reperti fuerint, non autem quis eorum dignior sit; Episcopum autem suo judicio debere eligere digniorem.

Num vero, admissa etiam hac juris theorica, jnstam probet Petrus Proprii hodie sacerdos querelam suam, dispiciendum erit ab eminent. PP., qui rogantur decidere:

An constet de irrationabili judicio eminent. Abbatis commendatarii in casu?

S. C. resp.:

Negative et amplius et ad eminent. Praefectum juxta mentem.

Die 12. Julii 1741.

Savonen.

Vacante mense Decb. 1811 per obitnm Joannis B. Pulio archipresbyterali ecclesia Pagi Vadovum die 10. Jan. 1812 indictus fuit ab Episcopo Savonensi concursus accitis tribus examinatoribus, quibus facultas data est novem ferendi suffragia, scilicet tria super unoquoque ex tribus qnaesitis. Coram examinatoribus tres adfuere concurrentes: *Joseph Toso* Praepositus ecclesiae parochialis oppidi *Varaginis*, qui 8 tulit puncta, *sacerdos Joannes Torre* ex Cappuccinorum familia atque ex rescripto Sanctissimi habilis*) factns ad consequeuda beneficia, cui 7 suffragarunt vota: *Antonius* Saccarelli rector ecclesiae s. Salvatoris oppidi Valleggie qni minora quam ceteri 6 videlicet suffragia consequutus est. Nihilominus Episcopus ceusuit inter ceteros magis idoneum sacerdotem Torre declarare. Graviter hoc tulit Praepositus Joseph Toso, qui plenioribus examiuatorum suffragiis fuerat approbatus atque a judicio Episcopi appellavit ad emiuent. Archiepiscopum Januensem, sed ea deserta provocavit ad laicam potestatem *Ministri Gallorum*, qui re cognita eumdem rejecit.

Ab eo itaque tempore sacerdos Torre institutionem in archipresbyteratu obtinuit et a triennio illum possidet. Sed iterum ad ingenium rediit Praepositns Toso praeterito anno, cum preces huic s. Cougregationi obtulerit, in quibus conquestus fuit sibi (cui majora favebant examinatorum suffragia) praehabitum fuisse sacerdotem Torre *che ne anche aveva riportata l'approvazione nel detto concurso*, atque idcirco postulavit, nt ad trutinam revocarentur acta coucursus; rationes affert inferius recensendas, cur Praeposito Toso antetulerit sacerdotem Torre et concludit *rejiciendam esse instantiam Praeposito Toso eumque monendum, ut melius se gerat cum ovibus sibi concreditis ecclesiae parochialis oppidi Varaginis, quae una est ex pinquioribus hujus meae dioecesis paroeciis. Ex eo enim fiet, quod ea cessabunt dissidia, propter quae translationem ab una ad alteram ecclesiam exoptat.* Anectit porro oppositionem decurionum oppidi Vodo, qui

*) Vd. *t. II. p. 803. n. 86.; 868. a; 869. c; 880. d.*

acriter repugnant petitioni sacerdotis Toso atque implorant, ut sacerdos Torro in pacifica archipresbyteratus possessione servetur.

Nulla profecto causa est, quamobrem acta concursus ad examen revocentur. Non enim potest Praepositus Toso in discrimen acta illa adducere, ex quibus ipse fuit approbatus. Posset ipse provocare ab irrationabili judicio Episcopi, qui ipso posthabito paroeciam contulit sacerdoti Torre, cui minora suffragia in concursu accesserunt. Sed Tridentinum *sess. 25. cap. 18. de ref.* decrevit, ut inter approbatos ab examinatoribus *Episcopus eum seligat, quem caeteris magis idoneum judicaverit utque illi et non alteri collatio ecclesiae ab eo fiat, ad quem spectabit eam ferre.* Non itaque cogitur Episcopus sequi relationem examinatorum et potest praeponere, qui minora suffragia habuit et postponere, qui majora consequutus est, quemadmodum definivit s. Congregatio *in Hortana Paroeciae 28. Martii 1801.* Sed ne in judiciis Episcoporum quidquid gratia et favor sibi vindicet, satis prospexit cousultissima constitutio s. Pii V. *In conferendis**) et Encyclica s. m. Benedicti XIV. *Cum illud***) ex quibus fas est ab irrationabili judicio Episcopi *in devolutivo* appellare.

Ut vero irrationabile declaretur judicium Episcopi hanc regulam ex communi canonistarum placito tradidit s. Rota *decis. 249. cor. Ansaldo n. 19.*, ibi: Expostulatur tanta meritorum et praerogativarum inaequalitas, ut pateat manifestum et inexcusabilem excessum, ita ut ei non dolo positivo immodicae saltem et non tollerabili affectioni inputanda veniat eadem praeelectio. Quare non tantnm inquirendum est, si minus dignum digniori Episcopus praetulerit, quam si dignum posthabuerit, ut indigno gratificaretur. Hanc regulam docuit retinuitqne s. Congregatio in *Portuen. Parochialis 30. Julii 1763.*, in *Ferretrana Parochialis 8. Febr.* et in *Lunen. Sarzanen. Parochialis 5. Apr. 1783.* et in *Tyburtina Archipresbyteralus 22. Aug. 1806.* Hoc vero demonstrat Praepositus Toso. Unum in precibus exponit, qnod sacerdos Torre *ne anche aveva riportata l'approvazione nel detto concorso.* Quod veritati non apprime cohaeret, cum 7 habuerit suffragia et inter nominandos inclusus fuerit. Sin vero eo spectat assertiva quia minora, quam ipse, suffragia consequutus sit, hoc non afficit sacerdotem Torre indignum, sed minus dignum, quem propterea poterat Episcopus digniori anteferre.

Caeterum Episcopus in sua informatione rationes affert unde Tosium rejecerit et snum apud Vos Patres eminent. probat judicium: *Ultro*, inquit, *sese mihi obtulit dispositio Tridentini sess. 24. cap. 18. de ref. vi cujus is dignior reputandus est qui ultra eminentiorem scientiae gradum aliarum etiam virtutum splendore caeteros praecellit in tantum, ut inter plures ad parochialem ecclesiam concurrentes ille magis idoneus renunciandas sit, qui alios aetate, moribus, doctrina, prudentia ac aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis praestantior appareat. Talis profecto non apparuit Praepositus Tosi, utpote vir apprime imprudens, rixosus, avarus, pauperum aspernator, quique ecclesiae parochialis Varaginensis gregem sibi creditum non uti rector, sed uti mercenarius oves mungit, nonnisi quae sua sunt quaerens, ut propterea pluries in ipsum animadvertere oportuerit, praesertim eo ipso anno 1812 quo ad secundas turbas contra ipsum merito excitatas et ad sedandam Praefecti provinciae iracundiam, qui justis de causis depositionem illius deposcebat, ipsum in clericorum seminarium ad plures menses relegavi, ex quo post per eundem ultro satisfactam partem egressus ad suam rediit sedem sub melioris vitae protestatione. Malae consuetudinis habitudo et odibiles dicti sacerdotis qualitates in causa fuerunt, quare universa populi Vadorum Congregatio concursus praedicti tempore formalem tum coram Praefecto tum apud me protulit oppositionem contra dictum sacerdotem, ne ad vacantem ecclesiam eligeretur. Prostant de dicta oppositione testimonia Moderatorum oppidi Vadorum, quae huic meae adnectanda censui. Haec sunt momenta, quae postposito sacerdote Toso me impulerunt ad declarandum prudentia, moribus, doctrina aliisque ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis magis idoneum sacerdotem Torre qui ab examinatoribus ac septem ex novem faventibus votis approbatus fuerat, quique insuper tum uti curatus ecclesiae parochialis s. Petri hujus civitatis tum uti carcerum confessarius optimum de suarum virtutum praestantia testimonium exhibuerat.*

Ex his itaque secum deliberent Emi Patres, num constet de irrationabili judicio

*) Vd. *t. II. p. 425.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*

Episcopi; et quatenus constaret, inquirendum praeterea an reclamans Tosius paroeciam consequi possit, ad quam obtinendam ad laicam potestatem recurrit. Hoc enim facto ex constitutionibus Martini V. et Innocentii VIII. *Officium Nostrum* incidit in censuras*) et a beneficiis decidit, ut propterea, licet ad amissionem beneficii necessaria sit sententia declaratoria, ut statuit Rota *decis. 83. n. 3. part. 7. Recen.*, attamen recursus ille ss. canonibus reprobatus impedit, quominus beneficium, pro quo recurrit, consequatur. Contra notat Episcopus, quod parochus Torre rite ad paroeciam institutus a triennio illam *pacifice* possidet: ita ut de titulo disputari nunc amplius non possit nec a beneficio exturbari *ex reg. 36. cancell. de triennal. possess.***) de qua *Rigant. in regul. cancell. t. 3. pag. 181. n. 1.* et *Rota decis. 426. n. 27. part. 19. Recen.*

Dubium proponitur:

An constat de irrationabili judicio Episcopi ita ut Praeposito Josepho Toso sit conferenda paroecia seu potius sacerdos Torre sit manutenendus in casu?

S. C. resp.:

Negative ad l. partem, affirmative ad II. et Praepositus Toso consulat conscientiae suae.

Die 15. Junii et 13. Julii 1816.

Urbinaten.

Indicto concursu ad vacantem parochialem ecclesiam s. Clementis Castri Fagini in archidioecesi Urbinatensi 6 fuerunt qui examinis periculo approbati sunt. Renunciante eo qui primum obtinuerit gradum electus ab Archiepiscopo fuit, qui in secundo fuerat constitutus, nomine sacerdos Andreas Calzinis. Id aegre ferens sacerdos Antonius Venturini, qui tamquam tertius fuerat approbatus statim apposuit *nihil transeat* tum in curia archiepiscopali tum apud Datariam apostolicam, ut remoraretur concessionem Bullarum, quae ab ipsa erant expediendae.

Nihil tamen profuit; nam ex decreto Emi Prodatarii lacerato *nihil transeat* apostolicae literae expeditae fuerunt et data est possessio sacerdoti Galzini ac tantum aperta est Venturinio via expereundi jura sua in judicio. Tunc ille recursum habuit ad SSmum, a quo remissio ejus supplici libello ad s. Congregationem concordata de more fuerunt dubia citato tum sacerdote Calzini tum promotore fiscali; statuta et pluries fuit dies proponendae causae, quam in praesenti folio ac silente etiam sacerdote Calzini, qui ut refert Archiepiscopus interea temporis aliam praevio novo concursu paroeciam est assecutus.

In I. dubio, in quo num constet de irrationabili judicio Archiepiscopi disseritur, Venturini defensor ait nedum a constitutione s. Pii V. *In conferendis**) statutum fuisse, ut injuste neglectus ac posthabitus in collatione praebendae possit ab irrationabili judicio Episcopi appellare, sed et ipsi adjudicandam esse praebendam definitum fuisse a s. Congregatione *in Aesina Concursus 12. Martii 1736.*, in *Firmana Parochialis 21. Aug. 1762*, jam vero irrationabile in themate, de quo agitur, fuisse judicium Archiepiscopi ex eo quod Venturinius dignior et magis idoneus postpositus fuerit, nedum minus ideo, sed et indigno, qui rejiciendus erat. Etenim magis dignus et idoneus habendus ex s. Conc. Trid. *sess. 24. c. 18. de ref.* et ex Ben. XIV. const. *Cum illud***) ille est, qui nedum scientia, quae sufficiens etiam esse potest, sed et aetate, moribus, prudentia aliisque requisitis ad vacantem ecclesiam gubernandam praecellit, ex theologorum et canonistarum sententia docet *Gaudent. de visit. c. 3. tit. de potest. Episc. dub. 8. sect. 4. §. 5.* et s. Cong. in *Assisien. Parochialis 27. Novb. 1733.* §: *Quanta cura* et in *Feretrana Parochialis 8. Febr. 1783.* §: *SS. Canonum*. Cum ergo Galzinius II. loco et Venturinius tertio in examine probati extiterint, non ex hoc inferendum Galzinium esse digniorem, cum praeter scientiam caeterae requirantur qualitates; nec si quis est doctior *etiam aptior seu magis idoneus ad regimen parochiale habeatur vel etiam habendus sit*, ut monuit s. Cong. in literis datis die 10. Jan. 1721.***) a s. m. Clementis XIII. approbatis, et statutum fuit in synodo dioecesana Urbinatensi a s. Sede confirmata. At examinatores synodales unanimiter retulerunt ob populi desiderium, ecclesiae utilitatem et personales qualitates beneficium conferendum esse non Galzinio II. loco approbato, sed Venturino. Atque ex hac unanimi examinatorum relatione nedum *irrationabilitatem* sed et *nulli-*

*) Vd. *t. I. p. 633. n. 48.; t. III. p. 896. VI.*
**) Vd. *t. II. p. 830.*

*) Vd. *t. II. p. 425.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*
***) Vd. *Concursus etc.* (modus.)

tatem deducit judicii Archiepiscopi defensor Venturini tum ex *sess. 24. cap. 8. de refor.* tum ex synod. *citat. Urbanien.* De Venturinio testes ferunt ab ingenua ac pia familia ortum duxisse, diligentia, pietate, modestia ac doctrina tum caeteris in scholis tum in altaris ministerio exemplar fuisse, summa diligentia et animarum utriusque sexus salute confessarii munus exercuisse; in Galliensi dioecesi per 14 fere annos parochi officium cum laude gessisse et nunc publicos repraesentatos hominum paroeciae Castri Pagini Venturinium prae Calzinio postulasse. Calcinium contra ex vili conditione natum testantur, post obtentam paroeciam s. Andreae in Serra Orriensi non laudabilem nec a turpis lucri alienam vitam duxisse, pluries explicationem s. Evangelii omisisse; pueros fidei rudimenta non docuisse, processum in ipsum confectum fuisse et a s. Poenitentiaria absolutionem obtinuisse peractis prius spiritualibus exercitiis per mensem in aliqua religiosa domo. Hinc cum Calzinius ob personales qualitates omnino indignus et Venturinius dignus sit, evidens esse concludit hujus defensor irrationabile judicium Episcopi.

An Venturinio conferenda sit paroecia quaeritur in II. dubio. Huic dandam esse concludit defensor ex iis, quae in superiori tomo proposuit.

Contra vero haec habet in sua informatione Archiepiscopus: »*Non modo sacerdos Venturini petit nullam declarari electionem sacerdotis Calzini in parochum ecclesiae s. Clementis, sed etiam sibi uti debitam dictam conferri ecclesiam. Irrationabilis utraque petitio meo sensu est. Quoad praetensam electionis nullitatem tria tantum Orator affert, quae animadversionem mereantur; jactatam scilicet electionem ante scrutinii finem; praepeditam examinatoribus praecipuorum ex ipsius Oratoris requisitis examen et electi demerita. Falsitas intempestivae electionis ex praecedenter dictis patet apertissime. Itaque falsum esse impedimentum praedictum non obscure eruitur ex iisdem recursus verbis. Quoties Venturinus vetitum asserit examinatoribus fuisse, quominus ad trutinam revocarent* li migliori requisiti dell' oratore *fatetur examinatores ipsos non modo requisita omnia habuisse sub oculis, sed tanta ea perpendisse sedulitate, ut notabiliora a minori digna consideratione secreverint. Si aliqua tantum, non omnia perpendissent, ignorassent profecto, quanta ea essent ponderis, quae occulta eis remansissent. Neque hinc Venturini confessio sistit. Addit etiam non modo examinatores mihi respectiva adprobatorum concurrentium retulisse merita, sed magis idoneum eum judicasse. Porro aut judicium non ob impeditam trutinam, sed sponte praecipitarunt examinatores, aut ea, qua par est, diligentia perlustrarunt concurrentium adeoque et Venturini quaelibet requisita. Quid examinatores ipsi deposuerint ignoro. Id unum certum est aut eos haec haud testatos esse parodoxa aut a veritate manifestis aberasse contradictionibus. Ad electi praetensa demerita, quod attinet, nil aliud habent Venturini preces, quam calumnias evidentissimas. Testimoniales literae quas occasione concursus habuit Calzinius a Vicario capitulari Urbaniensi falsitatis imputationes redarguunt. Tot honorificae approbationes, quas in aliis obtinuit concursibus, quaeque ex actis constant, ejus demonstrant merita. Quod autem plus est, easdem Venturini detulit obtrectationes ad s. Congregationem Episcoporum et Reg. negotiis praepositam mense Maji 1816. nihilque ob veritatis defectum obtinuit. Tandem, quae temerarie asserit, ne levibus quidam comprobat praesumptionibus vel indiciis. Reliqua in precibus exposita aut aeque vera non sunt aut ex se corruunt, ut praesertim Episcopi obligatio se conformandi examinatorum relationi. Hinc de legitima paroeciae collatione non videtur ambigendum. Caeterum quamvis invalida fuisset, quod in EE. VV. illuminatissimas nec adolere quidem posse mentes pro certo habeo, frustra probationem peteret Venturinus. Data exposita veritate non sola paroeciae nulla fuisset collatio, sed integer nullitate laboraret concursus. Etenim sive electio facta sit ante expletum scrutinium sive qualitates omnes concurrentium haud perpenderint examinatores sive non hi relationem fecissent, sed protulissent etiam super electione judicium, pro nullo habendum esse concursum EE. VV. sapientiam latere nequit. Repetere tunc oporteret concursum cum ex Actu nullo nullum cuilibet jus quaeri potest. Per impetrationem tantum optatam paroeciam obtinere posset Venturinus. Ast meum contra votum eam obtinebit. Calumniatoris nota quam sibi pluries incessit et testium subordinatio, qua paroeciam ipsam alias consequi tentavit frustra, parochialis officii apud me indignum*

eum constituunt. Quocumque igitur res se vertat, postulat Venturinus paroeciam sibi conferri. Hinc, quo nescio spiritu, me in jus vocavit coram EE. VV. ad dicendam causam quare promoveri non debeat et immitti in controversae paroeciae possessionem. Haec ea sunt, quae EE. VV. exponenda esse opportunum duxi et ex quibus firmissimo sum in sensu, quod collatio paroeciae s. Clementis Pagini sacerdoti Andreae Calzinio facta validissima reputanda sit atque in casu etiam contrario caeteroquin excogitando rejici debeat praelationis petitio, pro qua injustissime recurrit sacerdos Antonius Venturini.

Dubia proponuntur:

I. *An constet de irrationabili judicio Archiepiscopi quoad collationem paroeciae Castri Pagini favore sacerdotis Andreae Calzini in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An eadem paroecia sit conferenda sacerdoti Antonio Venturini in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative et attenta relatione parochi Calzini indicendum esse novum concursum.

Ad II.: Provisum in I.

Die 27. Mart. 1819.

Caven.

Parochiali ecclesia Raitensi titulo s. Mariae Gratiarum in dioecesi Cavensi pastorem praefecturus concursum indixit Episcopus ad diem 12. Julii 1832. suumque in episcopali curia nomen ad aleam examinis subeundam professi sunt Salvator Consiglius parochus et Matthaeus Caesarius. Habito illo ad statum diem examinatores synodales qui in eam causam nominatim fuerant evocati, de petentium virtutibus gestisque muneribus ac de doctrina pronunciarunt atque ex suffragiis numero sexaginta quoad scientiam et ex totidem suffragiis quoad mores et cetera fuerunt tributa parocho D. Salvatori Consiglio 48 quoad scientiam et 50 quoad mores et cetera requisita, et ex totidem pariter suffragiis sexaginta fuerunt tributa quadraginta quoad scientiam D. Matthaeo de Caesare et totidem quoad mores et reliqua requisita, et hinc ambo ad curam animarum idonei ab excellent. Domino renunciati.

Verum Episcopus visa adprobatione ex justis causis Matthaeum Caesareum elegit, pro quo octoginta tantum suffragia lata fuerunt, licet Consiglius nonaginta octo pro se recenseret, eumque ecclesiae illi praefecit, cum reservatione pensionis super persona (Matthaei Caesarii) de redditibus paroeciae annuorum ducatorum 30, ex quibus ducata sex ipsi Salvatori Consiglio adtribuit, donec vitam deget Caesarius, reliqua vero 24 paroeciali ecclesiae Alborensi ejusdem dioecesis, cui nunc idem Consiglius praeest. At Consiglius nedum pensionem hanc repudiavit, sed etiam adversus Episcopi judicium stato tempore s. hunc Ordinem appellavit illudque decerni efflagitat, esser nulla l'elezione fatta nella persona di Matteo di Cesare, e che compete all'oratore il diritto della collazione della suadetta parcohia.

Querelae Consiglii ad Episcopum remissae sunt, ut auditis Matthaeo de Caesare et promotore fiscali partite de re universa referret. Hinc promotor fiscalis acta se concursus perscrutatum fuisse cunctaque ibidem ex s. Concilii Trid. atque apostolicarum constitutionum praescripto accurate peracta esse asseruit, ideoque pro certo habet, che il suddetto concorso, come anche la scelta sia valida, nè possa essere attaccata di nullità, e ingiustizia. Id et Matthaeus Caesarius arbitratur certaque proinde in spe est, che non vi sia novità alcuna, avendo ricevuto la parochia dalle mani di Dio; ma quante volte poi Sua Santità volesse, che lasciasse la parochia, esso è pronto.

Haec actaque concursus remisit Episcopus gravibus iterum justisque ex causis se Caesarium praetulisse Consiglio luculenter testatus jus iterum inclamat Episcopis tributum adsciscendi, quem ex adprobatis aptiorem regendae paroeciae magisque idoneum esse judicaverint. Verba hinc refert s. Thomae Aquinatis, ex cujus monitu norint Episcopi, non oportere semper eligere meliorem simpliciter, sed eum, qui sit melior ad hoc officium, *quodlibet 8. qu. 4. art. 6.*

Haec Episcopus. Exploratum sane est paroecialibus ecclesiis eos esse praeponendos, quos probatis moribus, doctrina aliarumque virtutum laudibus instructos esse, quas parochialis curae atque disciplinae ratio requirit, diligenti examine cognitum sit, *Cap. Quoniam de jurepatronatus, cap. Constitutis, de appellationibus.*

Quod si Episcopus (prout s. Pii V. constitutione *In conferendis**) § 7 cautum est) posthabitis magis idoneis minus habilem elegerit, possunt ii, qui fuissent rejecti, a mala hujusmodi electione appellare. Verum, uti per Rotam admonemur *(Firmana 28. Junii 1752 coram Millino)* pro Episcopi judicio omnis juris praesumptio militat, neque aliter judicandum est, nisi certissimis probationibus contrarium demonstratum fuerit. Hinc ubi ab Episcopi judicio provocatum sit, id unum de eo inquiri oportet, an dolus adsit ac manifestus error atque injustitia pateat. S. C. C. *Melevitana 14. Aprilis 1764.* §. *Propterea.*

Episcopus quidem latum a se judicium tuetur ac perperam se de injustitia insimulatum asserit, quod Consiglium non adsciverit. Tridentini enim Patres decreverunt, ut peracto examine renuncientur quotcumque ab examinatoribus idonei judicati fuerint, ex quibus Episcopus eum eligat, quem operis magis idoneum judicaverit, *sess. 24. cap. 18. de ref.* Quocirca renuntiare digniorem inter approbatos solius judicio Episcopi commissum esse docet Benedictus XIV. *de syn. lib. 4. cap. 8.* §. *6.* Is sane debet expectare, ut examinatores renuntient idoneos, sed non tenetur eligere ex collatione votorum, habita ratione calculorum, uti apposite tradit *Barbosa de parochis cap. 2. n. 90., Garcias de benef. par. 9. cap. 2. n. 109.* Liberum namque est Episcopo, eum, qui minora suffragia habuerit, praeferre: si quippe aliter constitueretur, non Episcopus, sed examinatores eligerent, quod esse contra universae ecclesiae receptam doctrinam, quae Episcoporum de hoc judicio et de hac electione conscientiam ac religionem exposcit, S. C. C. *Melevitana 14. April. 1764.* §. *De eo vero.* Quod optimo quidem consilio sancitum est; cum enim Episcopis, tamquam in specula constitutis, pateant subditorum excessus, contingere solet, ut in concursu inspectis tam scientia quam moribus ille idoneus ab examinatoribus renuncietur, cui foeda aliqua vitii labes ac criminis macula insusta sit, omnibus praeterquam Episcopo occulta. Bened XIV. const. *Cum illud* **) §. *14.* Quapropter si Episcopus, posthabito uno vel altero ex adprobatis, eligat, quem ipse magis idoneum censeat ob aliquam sibi dumtaxat exploratam rationem, id judici, ad quem appellaverint, pro causae instructione poterit significare, ut injustae praeelectionis nota detergatur. Conc. Trid. *sess. 24. cap. 20. de ref.* §. *Propterea.* Jam vero Cavenses examinatores Salvatorem Consiglium et scientia et dotibus ceteris Matthaeo Caesario praetulerunt: at illo posthabito hunc elegit Episcopus, idque ex justis causis se peregisse in ipso electionis decreto professus est.

Has porro justas causas, quibus ex informata conscientia*) in eligendo permotus est, monet Benedictus XIV. esse indicandas per literas familiares judici appellationis, qui nec illas revelare nec postulare poterit, ut eae juridice probentur, const. *Cum illud* §. 7. Non ideo dolo malo, non injusta animi affectione, non studio partium abreptus Episcopus id consilii suscepit, quod animarum bonum gravesque causae suggesserunt. Posse vero Episcopum alium ex iis eligere, qui ultra dimidiam partem votorum habuerunt, eo posthabito, in quem omnia suffragia confluxerant, placitum est pluries a s. hoc Ordine sancitum, *Hortana 28. Martii 1802.* Si igitur usus suo jure est Cavensis Episcopus non videtur dolo fecisse (*L. si nullus D. de Reg. juris)* et suis proinde viribus consistere judicium nullaque injuriae nota inuri illud posse palam est.

Verumtamen plura Consiglius profert ad suas querelas tuendas, prout ex defensione typis tradita perlegent EE. Patres. Concedit quidem aptioris inter adprobatos electionem arbitrio Episcopi committi; id tamen arbitrii liberum esse ac effraenatum negat, sed potius tamquam boni viri regulandum esse, praeeligendo illum, qui omnibus qualitatibus dignior, *Card. de Luca de paroch. disc. 8. n. 3.* Alias enim constitutio Pii V. frustra admitteret appellationem ab electione Episcopi, *Rot. in Recen. dec. 61. par. 3. n. 2.* Confidit ideo voti se compotem factum iri, si ex sui prae Caesario praestantia judicium Episcopi a veritate ac ratione absonum ostendat.

Hinc judicium examinatorum profert, qui nisi de errore evidenter constiterit censentur ad veritatem pronunciasse; irritas tamen s. Congregatio edixit collationes, ubi examinatores de sola litterarum peritia suffragium tulere, de moribus vero judicium Episcopo reliquerunt, Bened. XIV. *de syn. lib. 4.*

*) Vd. *t. II. p. 425.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*

*) Vd. *t. I. p. 643. n. 59.*

cap. 8. §. 3. Praeclara vero, quae edidit de gestis muneribus, monumenta verum de Consiglio judicium examinatorum commendant, qui carere iisdem Caesarium noverant: usu proinde ac scientia earum rerum, quibus praeditum animarum curatorem esse convenit, longe se praestare animadvertit Consiglius, qui plures annos in paroeciarum procuratione versatus est. Porro si in hac materia magis idoneus est ille, qui majorem habet aptitudinem ad curam exercendam, certe dubitandum non est, aptiorem et digniorem esse, qui in actu practico curam exercuit, comparative ad oppositorem, qui nihil aliud habet, quam theoricam, *Piton. discept. eccl. 109. n. 17., Rota dec. 160. n. 7. par. 12. recen.* Cumque Consiglius in ipsa Raitensi ecclesia vicaria potestate rem paroecialem gesserit 1808 praeferendum ea etiam ex causa se esse arbitratur, quod in illius ecclesiae servitio consumpsit operam et laborem, *Piton. loc. cit. n. 18., Rota cor. Emerix juniore dec. 128. n. 37.* Huc accedit, aetate ipsum majorem et sacerdotio priorem esse, quae duo summopere pensanda esse tradit Rota, quando praesertim de curionali officio questio sit, *Rota dec. 61. n. 2. et seq. part. 1. Recent.*

Improbandum idcirco esse Episcopi judicium argumentatur Consiglius ob digniorem in petitione posthabitum, nec habendam eorum rationem esse, quae fortassis in ipsum ab Episcopo secreto objiciantur, quin ea diluendi copia sibi facta sit. Non enim ipse Cavensis Antistes illum Alborensi paroeciae 1828 praefecisset, neque ex Raitensis ecclesiae censu pensionem eidem decrevisset, si gravibus ex causis indignum re vera ipsum dignovisset, qui gerendae rei sacrae praeponeretur.

Hisce ex Consiglii defensione compendiarie propositis, quae copiose disserit ejusdem Patronus, profertur discutiendum dubium:

An constet de irrationabili judicio Episcopi ita ut ecclesia paroecialis s. Mariae Gratiarum in pago Raiti adjudicanda sit Salvatori Consiglio in casu?

S, C. resp.:

Negative in omnibus.

Die 7. Septb. 1833.

Sarsinaten.

Vidnata mense Augusto 1847. praepositura sen paroecia s. Mariae Mercati Sarsinaten. dioeceseos per obitum Joannis B. Caprelli ultimi illius rectoris, postquam frustra iterum iterumque concursum habuisset Episcopus, tertio tandem periculum aggressuri comparuerunt Fridericus Randi alienae dioecesis presbyter ac Aloysius Angeli dioecesanus, quibus casus conscientiae pro definitione fuerunt assignati, et Evangelii explanatio demandata, ut super eo coucionem haberent.

Facto ab examinatoribus synodalibus scrutinio ambo concurrentes approbati fuerunt. Verumtamen examinatores Friderico potius ob ejus scientiam, aptitudinem ac morum probitatem magis inspectam, consilio hinc inde collato arbitrati sunt; et Episcopus eorum sententiam ratam habens eidem literas relaxavit commendatitias Datariae apostolicae, ut bullas institutionis consequeretur, exhibendas, ceu reapse factum est.

Aegre id tulit Aloysius, qui ideo intra legitima tempora appellationem interponens suas conquestiones adversus Episcopi judicium ad s. Congregationem detulit. Quare audito Episcopo acceptisque actis concursus sapientissimum EE. VV. judicium exquiritur super dubio, quod in calce transcriptum legitur.

Ad partium jura quod attinet, primus est Aloisius Angeli qui ad suam tuendam intentionem innititur dispositioni Concilii Trid. et summorum Pontificum constitutionibus praecipientibus, ut peracto examine ei animarum regimen credatur, quem Episcopus aetate, scientia et probitate magis idoneum judicaverit, Conc. Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.*, s. Pius V. constit: *In conferendis* §. 7.,*) Bened. XIV. constit. *Cum illud.***) Nec in hujusmodi praeelectione posse Episcopum proprio arbitrio procedere, sed astrictum esse certam judicii formam servare docet *Piton. discept. eccl. 108. n. 1. par. 4.* et ad evitandas fraudes, quae oriri possent, liberum cuique esse ab illius judicio reclamare, si forte contra ss. cononum statuta prodierit, *s. Pius V. dicta constit.* §. 7. et *Piton. loc. cit. n. 2.*

Haud inficiatur quidem Episcopum inter adprobatos ad parochiam obtinendam eligere quem vult, cum Card. *de Luca de parochis disc. 8. n. 3.* et comm. DD. Verum illico cum eodem auctore praeclarissimo subjungit, id arbitrio haud liberum ac effrenatum esse, sed potius tamquam boni viri regulandam esse, praeeligendo illum qui omnibus qualitatibus ac circumstantiis simul reputatis ponderatur dignior.

*) Vd. *t. II. p. 425.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*

Ab his vero legibus recessisse affirmat Episcopum dum ipse anteferendum Datariae apostolicae Fridericum obtulit commendavitque, hac ratione probare nititur. Sepositio siquidem synodalium examinatorum judicio, quo perpaucis Friderico inferior fuit ipse declaratus, cunctis tamen simul perpensis, adversarium praecellere ostendit. Et primo ob majorem idoneitatem, eo quod calleat experientiam, dum ipse per annos plurimos curam exercuit in ipsa paroeciali ecclesia; et in hac materia magis idoneus est ille qui majorem habet aptitudinem ad curam exercendam, uti concinit *Piton. discept. eccl. 109. n. 17.* Nec certe dubitandum aptiorem et digniorem esse qui in actu practico curam exercuit comparative ad oppositorem, qui nihil aliud habet quam miserabilem et valde arctam theoricam ostensam in examine, quam fallibilem et praxi postponendam tanquam securiori in his terminis dixit Rota in bene multis decisionibus.

Ruisus praelationis rationem aliam ponit in praestito et quidem gratuito servitio per septennium in ipsa controversa paroecia, et juri aequitatique congruum dicit praelationem ei semper esse decernendam, qui gratis in ecclesiae servitio*) operam et laborem consumpsit juxta *text. in can.: Nullus: dist. 61.*, ibi: Habeat unusquisque suum fructum militiae in ecclesia in qua suam per omnia officia aetatem peregit, ne aliena stipendia minime alter obrepat, nec aliis debitam alter sibi vindicare audeat mercedem. Consonat *Pax. Jordan. t. 2. lucubr. lib. 10. lit. 8. n. 203., Rota decis. 210. n. 21. par. 11. recent.*

Addit tertio rationem originis, quum sit ipse dioecesanus,*) imo ejusdem oppidi in quo paroecia est; nec quisquam inficias iverit in beneficiis extraneo praeferendum eum qui loci nativus est,**) juxta *text. in can. Obitum et cit. can.: Nullus, Barbosa ad Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. n. 103.* Quae ss. canonum censura si generatim, fortius in beneficiis parochialibus probanda videtur, quum ratio ipsa dictet, quod in patria tua quis regulariter magis ecclesiam diligat, facilius in ea continuo resideat promptiusque et efficacius indigentiis subveniat, quemadmodum perbelle animadvertit *Passerin. de elect. cap. 30. n. 26.*

Nec demum judicium ab examinatoribus et Episcopo editum sustinere putat ex eo quod respexerint ad mores, prudentiam, pietatem aliasque hujuscemodi qualitates in Friderico Randi praeexcellenter corruscantes. Siquidem favet magis Aloysio quod jam antea ipsius Ordinarii judicio praeelectus et approbatus ipse fuerit ad curam animarum administrandam, signanter controversae paroeciae; ex hoc ipso enim quo quis ad paroeciam deputatur, in eo prudentiam, pietatem, mores aliasque qualitates praesumuntur extare, uti docuit *Rota cor. Ottobon. decis. 86. n. 8. et 9.*

E converso Episcopus nulla irregularitatis vel injustitiae macula coinquinatum concursum acriter propugnat, sed imo tam ipsum quam examinatores partes suas justitia tantum duce adimplevisse ex actibus concursus ipsius plene evincit. Et re sane vero Fridericus is est qui ab examinatoribus quoad scientiam — ebbe voti otto e mezzo favore voli e tre e mezzo contrarii: — quoad mores vero et aptitudinem — tutti favorevoli. — E converso Aloysius quoad scientiam obtinuit — sette voti favorevoli, e cinque contrarii — quoad mores, aptitudinem etc. habuit — nove voti favorevoli e tre contrarii. — In *can. Si forte, dist. 45.* cautum habetur ut Metropolitani judicio praeferatur qui majoribus juvatur studiis et meritis. Consonat *cap. Quoniam de jurepat.* et s. *Rota decis. 68. n. 7. et 8. cor. Ottobon.* Concilium autem Trid. *cit. sess. 24. cap. 18.* solius Episcopi judicio committit renunciare digniorem inter approbatos. Quare caeteris missis s. Congr. in *Melevitana Parochialis 14. Apr. 1764.* §. *De eo vero* ita docuit: Certissimum autem est liberum esse Episcopo eum qui minora suffragia habuerit praeferre, si aliter constitneretur, non Episcopus, sed examinatores eligerent, quod esset contra universae ecclesiae receptam doctrinam, quae Episcoporum de hoc judicio et de hac electione conscientiam ac religionem reposcit, quibus animarum cura mandata est, et e quorum manibus sanguis ovium deperditarum a Principe animarum pastore et redemptore Christo exquiretur.

Quod optimo quidem consilio sancitum est: — cum enim (verba sunt Bened. XIV.

*) Vd. *t. II. p. 411. III.; 412. r.*
**) Vd. *t. II. p. 401. m.*

constit. *Cum illud* §. *14.)* Episcopis tanquam in specula constitutis pateant subditorum excessus, contingere solet, ut in concursu inspectis tam scientia quam moribus ille idoneus ab examinatoribus renuncietur, qui foeda aliqua vitii labes ac criminis macula inustus sit, omnibus praeterquam Episcopo occulta. Quapropter, si Episcopus posthabito uno vel altero ex adprobatis eligat quem ipse magis idoneum censuerit, praeelectio hujusmodi injustitiae labe congruit ut detergatur. Hinc pluries s. h. Congregatio rejicere minime dubitavit querelas hujusmodi adversus Episcopi judicium propositas. In *Nucerina Parochialis 2. Oct. 1721.* ratum habuit Episcopi judicium, qui posthabito approbato a quinque examinatoribus praeelegit ad paroeciam eum qui tribus tantum suffragiis juvabatur. Posse etiam Episcopum alium ex iis eligere qui ultra dimidiam partem votorum habuerunt, eo posthabito in quem omnia suffragia confluxerant, definivit eadem s. Congregatio iu *Hortana 28. Martii 1802.* Id unum siquidem in hujusmodi casibus inquirendum venit, utrum tanta meritorum inaequalitas deprehendatur, quae manifestum et inexcusabilem excessum suadeat, *Fagnan. in cap.: Eam Te n. 24. et 30. de aetate et qualit. praeficiend., Rota cor. Ansaldo decis. 424. n. 19.*, scilicet expendendum utrum dolus adsit vel manifestus error atque injustitia pateat, quod quidem certissimis probationibus demonstrandum foret; secus contrarium tenendum, quum pro judicii rectitudine juris praesumptio militat, ceu ceteris missis tradit s. Congr. in citata *Melevitana 14. April. 1764.* §. *Propterea* et in *Caven. Concursus 7. Sept. 1833.*

Hinc nil mirum si s. eadem Congreg. in hujusmodi dirimendis coutroversiis Episcoporum judicio continuo deferre quammaxime visa sit; imo saepenumero sub unica tantum resolutione, adjecta clausula *amplius*, peremerit recursus et gravamina concurrentium, qui licet in examine approbati rationabili tamen judicio posthabiti ab Episcopo in ecclesiae provisione fuerunt. Ita factum videre est praesertim in *Albiganen. Concursus 18. Sept. 1723., Anglonen. Parochialis 12. Martii 1846., Militen. Concursus 21. Julii 1703., Civitatis Castelli Parochialis 25. Jan. 1755.*

Ceterum ex his quae in sua epistola refert Episcopus de Aloysio abunde patet quanta injuria ipse praetensis praelationis argumentis innitatur.

De originis prerogativa id sentiendum videtur, ut ea aliquid tantum operetur ac eligentis animum moderari valeat, quando ceteris paribus in originario verificetur quod magis diligat ecclesiam, facilius promptusque indigentiis parochianorum succurrat, necnon patriae suae benevolentiam ad se magis prae oppositore trahere valeat. Ast de Aloysio id haudquaquam speraudum foret post ea quae superius enarrantur. Ceteroquin magis populo acceptum fore Fridericum. Quoad regimen animarum utique praeponderat populi seu parochianorum benevolentia profuse demoustrata; semper enim et permaxime pro felici et salubriori administratioue curae spectabilis est et spectari debet pascendi gregis affectio, ad hoc ut magis gratus populo melius praeesse valeat ac prodesse, ut est s. Rotae auditorii jurisprudentia iu pluribus decisionibus pandita.

Videant hinc Emi Patres quanam responsione sit dimittendum

D u b i u m:

An constet de irrationabili judicio Episcopi, ita ut paroecia sit adjudicanda favore Aloysii Angeli in casu?

S. C. resp.:

Negative in omnibus et amplius.

Die 22. Junii 1850.

Die 12. Decembris 1867 Parochus ecclesiae T., juripatronatus laicali subjectae, jussu Episcopi dioecesis M., intra cujus fines parochia T. reperitur, ad aliam ecclesiam parochialem promotus est. Cum ob eam promotionem ecclesia T. vacavisset, Episcopus cogitavit ei praeficere novum parochum, publicum concursum indicens. Quo factum est, ut quinque ex concurrentibus, facto periculo, adprobarentur.

Verum Ordinarius ex hujusmodi adprobatis tres tantum patronis laicis proposuit (juxta morem jurispatronatus ecclesiastici), ut ex illis quem vellent eligereut. Renuerunt patroni et alium presbyterum haud ex tribus, sed unum ex quiuque adprobatis nominaverunt. Huic institutionem canonicam postulanti Ordinarius denegavit, utpote qui unus ex tribus a se propositis non esset.

Res, cursu temporis, eo pervenit, ut nulla quaestionis componendae spes adesset. Quapropter Episcopus cogitavit S. C. Congregationi negotium absolvendum committere. Libellum supplicem s. Congregatio excepit et illico partes monitae fueruut, ut jura sua quatenus vellent deducerent.

Vicarius capitularis dioecesis M. (Episcopus enim interea decessit) defendere agendi rationem defuncti Episcopi omnimode conatus est. Innitebatur eam ob rem legibus civilibus regiouis illius et dioecesanae consuetudini.*) Et quoad leges civiles, ajebat, quamplurimas editas fuisse variis temporibus a civili Gubernio, ut uuicus statueretur modus prospiciendi vacantibus paroeciis et modum hunc fuisse, ultima lege, statutum, ut nempe absque ulla distinctione inter patronatum laicum et ecclesiasticum concursus fieret pro omnibus beneficiis animarum curam habentibus. Neque praesumi posse s. Sedem ignoravisse ordiuationes hujusmodi, dum Nuntii apostolici apud Gubernium illud numquam deesse solereut.

Quoad consuetudiuem adjungebat, absque dubio inter legis civilis dispositionem et curiae praxim aliquam adesse differentiam. Leges enim statuere, omnes concurrentes probatos praesentari debere patrouis; curiam vero consuetudinem habuisse tres probatos illis offerre. Ast numquam oppositionem habuisse ejusmodi praxim in vacationum eventibus, numquam contradicentibus iis quorum id interesset.

Consuetudinem vero locorum peculiarem habere vim legis inducendae docere passim auctores, ut ex. gr. Reiffenstuel *lib. 2. decret. tit. 26. num. 140.* Esse autem notissimi juris consuetudinem, necessariis qualitatibus munitam, ipsam legem abrogare et tollere, uti videre est in opere Benedicti XIV. *lib. 12. cap. 8. n. 8. de synod. dioeces.:* »Nihil magis tritum quam legem quamlibet humanam etiam canonicam posse contraria consuetudine, quae sit rationabilis et legitime praescripta, abrogari.«

Quando vero consuetudo rationabilis habeatur, a Reiffenstuel sic explicari *lib. 1. decret. c. 4. n. 34.:* »Ea consuetudo geueratim loquendo est irrationabilis, quae vel juri naturali aut divino adversatur, vel a jure canonico reprobatur vel peccandi licentiam praebet, vel alia ratione communi utilitati peruiciosa est; quae vero in nullo eorum deficit censetur rationabilis.«

Neque, ait, deesse longum tempus ut legitime praescripta dicatur; quum ab anno 1819 ad haec usque tempora pacifica possessione pervenerit. Esse rationabilem ejusmodi consuetudinem neminem posse inficiari; quum ea non adversetur juri naturali neque divino neque peccandi occasionem praebeat. Haec et alia pro tuenda Episcopi defuncti et curiae praxi capitularis Vicarius producebat.

Patroni contra conclamaveruut curiam episcopalem, ea consuetudine, coutempsisse leges canonicas simul et civiles a Guberuio latas hac super re. Etenim nemini ignotam esse posse dispositionem Tridentini *cap. 18. sess. 24. de reform.*, per quam patroni laici jure nominandi fruantur et Episcopis nil aliud competat quam nominato, idoneo per examen reperto, institutionem canonicam concedere.

Hujusmodi Tridentinam dispositionem statuisse in primis distinctionem inter patronatum ecclesiasticum et laicum; et cum dedisset normam pro conferendis beneficiis jurispatronatus ecclesiastici, pro aliis decrevisse: *Quod si juspatronatus laicorum fuerit, debeat, qui a patrono praesentatus erit, ab iisdem deputatis* (nempe ab examinatoribus synodalibus) *ut supra examinari et nonnisi idoneus repertus fuerit admitti.*« Ergo, ajebant, si Episcopus dare cogitur canonicam institutionem praesentato a patrono laico et per examen idoneo reperto, non amplius locum habere posse concursum. Quod quidem pluribus auctoritatibus confirmarunt de Luca *in annot. ad Concil. disc. 32.; de beneficiis disc. 25. et de parochis disc. 37.*; Ferraris *bibliotheca can. verb.: benef. art. 3. n. 51. et aliorum.*

Redarguebaut praeterea ipsam curiam, quod ipsas civiles ordinatioues, quas iuvocaverat, sprevisset: in ordiuationibus enim civilibus haec contineri inquiebant: »Parochiis omnibus providebitur, publico indicto concursu et servatis Concilii Tridentini praescriptiouibus.« Quae verba importare plenam Tridentini observantiam; restringi autem tantum patronorum jura quoad concursum; minime vero quoad alia, quae integra relinquantur juxta Tridentini dispositionem. Paratos fuisse se subjicere Ordinationi civili, quae concursum indistincte pro omnibus pa-

*) Vd. p. *245. VI.*

rochialibus ecclesiis indixit, sed omnium concurrentium nomina, eorum qui examine fuerint probati, sibi proponenda esse contendebant, ut circa eos electio libere versari possit. Et se nolle sibi proponi tres tantum ex probatis juxta curiae M. consuetndinem, quippe quae contraria sit ipsi civili legi quam curia perperam invocaverat.

Et ad consnetudiuem qnod attinet eam rejiciebant, quod non esset auctoritate pontificia specialiter recognita. Tridentinum enim Concilium, decreto irritante, praescribere exactam totius dispositionis qnoad hoc observantiam, addita clausula in eodem *cap. 18. sess. 24.: Alias provisiones omnes seu institutiones praeter supra dictam formam factae subreptitiae esse censeantur, non obstantibus,«* etc. Quod et s. Pius V. constitutione *In conferendis* confirmavit per haec verba: »Provisiones et quasi deputationes parochialium ecclesiarum ab Episcopis . . . praeter vel contra formam Concilii Trideutini traditam, praesertim in examine per concursum faciendo praescriptam, factas aut in futurum faciendas nullas, irritas et nullius valoris vel momenti fore et esse nullumque ipsis jus aut titulum etiam coloratum possidendi praebere volumus.«

Omnibus antem compertum esse inquiebant contra Tridentinum et contra pontificias constitutiones consuetudinem etiam longi temporis non valere.

Sed praeterea negabant consuetudinem fuisse in themate legitime praescriptam, tum quod non in singulis vacatiouum eventibus curia tres tantum patrouis proposuerit, sed omnes per concursum probatos, tum etiam quod ageretur de actibus facultativis, per quos patroni non possunt damnum iuferre successoribus.

Quod si quaudo patroni nonnulli elegerint eos qui erant ex tribus a curia propositis, nil aliud profecto demonstrasse, quam benevolum animum erga ecclesiasticam anctoritatem, haud vero juri suo renunciavisse.

His praenotatis pro utraque parte sequentia proponebantur resolvenda

D u b i a:

I. An consuetudo curiae *(M.)* sustineatur in casu?

Et quatenus negative,

II. An sit locus institutionis favore *(presbyteri N.)* a patronis praesentati in casu?

S. C. C. die 22. Junii 1872 respondere censuit

Ad I.: *Negative.*

Ad II.: *Affirmative.*

Ex quibus colliges:

I. Mirum videri in hac ecclesiastica causa episcopalem curiam invocare, sive opportune sive inopportune, civiles leges ad jura sua protuenda.

II. Nihil enim exploratius iu canonico jure leges civiles etiamsi favorabiles fuerint catholicae ecclesiae ex sese nihil prorsus valoris habere si ecclesiastica competente auctoritate nou fueriut confirmatae.

III. Neque ex eo quod apostolici Nuntii existant ubi ejusmodi civiles leges ferautur concludi posse eas ceuseri probatas: multa enim per patientiam tolerautur, quae si deducta essent in judicium tolerari non deberent.

IV. Coucilio Trideutiuo statuente, patrouos laicos posse Episcopo praseutare quem veliut ut Episcopus iu paroeciali beneficio instituat, si idoueum repererit, repertum idonenm sive per formam concursus, si ex consuetudine coucursus viguerit, sive alio modo non posse Episcopum seu Ordinarium illum recnsare.

V. Satis enim est ut patroni idoneum praesentent atque uti idoneum recognoscat seu recognoverit Ordinarius, quamvis fortasse existant alii magis idonei et digniores.

VI. Quare si ejusmodi beneficia paroecialia jurispatrouatus laicalis conferantur per concursum, sive ex facto sive ex legitima consuetudiue inductum, inter probatos seu repertos idoneos, quotquot fuerint, ille a patronis poterit ab Episcopo instituendus in beneficio praesentari, quem maluerint.

XXX. A Laicis indictus.

Vd. t. III. p. 558. n. 12; 562. §: *Ut haec.*

XXXI. Metropolitano delegatur.

Vd. p. 259. n. XII.

Quandoque S. C. C. admisit novum concursum instituendnm tamen coram Metropolitano, *ut in Isclana Parochialis I. Apr. 1719*, in *Larinen. Concursus 12. Sept. 1758.* et in *Urbanien. Praebendae Theologalis 23. Junii 1764.*

XXXII. Modus.

Vd. t. II. p. 425. constit. Pii V. incip.: *In conferendis. Concursus* (examinatores); Constit. Bened. XIV. *Cum illud* t. I. p. 607., p. 612. §: *Ad dub.*; supra p. 254. IX.; 261. XVIII.; 273.: *Spoletana*; 276.: *Eveniente*; 276. XXIV.

Literae Circulares S. C. C. circa modum habendi concursum pro collatione paroch. ecclesiarum.

Revereudissime uti Frater.

Quo parochiales ecclesiae dignioribus personis gubernandae traderentur statuit ut notum est s. Trid. synodus *sess. 24. cap. 18.* ut vacante ecclesia parochiali indiceretur et fieret concnrsus ac postquam concurrentes ab Episcopo vel ejus Vicario generali atque ab examiuatoribus synodalibus saltem tribus examinati et approbati essent, Episcopus eum eligeret, quem aetate, moribus, doctriua, prudentia aliisque rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam necessariis et opportunis digniorem caeteris magisque idoueum judicaret. Adjecitque ad hanc Concilii sanctionem validius confirmandam re et nomine SS. Pontifex Pius V., quod, si nnquam Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, elegisset, possent ii qui rejecti essent, a mala ejusmodi electione ad Metropolitanum vel, si ipse eligens Metropolitanus aut exemptus foret, ad viciniorem Ordinarium ut Sedis Apostolicae Delegatum vel alias ad ipsam Sedem apostolicam appellare ac praelectum ad novum examen coram ipso appellationis judice et ejus examinatoribus provocare, ea tamen cautioue, ut appellatio non in suspensivo*) sed in devolutivo esse deberet, quemadmodum in ejus constitutione, quae 33. est, latius cavetur: concludendo, quod, constito de prioris eligentis irrationabili judicio, eoque revocato, parochialis ecclesia magis idoneo conferatur.

Cum autem neque Concilii decreto neque Pontificis Bulla examiuis in concursu peragendi forma seu methodus ulla certa ac peculiaris servanda propouatur, difficile dictu est, quanta examiuum, aliorum alibi, diversitas extiterit atque hinc occasio querelarum. Nam alicnbi, cum non eaedem omnibus quaestiones, non iidem casus propositi fuissent, erant identidem, qui vel in judicio vel extra conquererentur, sibi quidem postpositis difficiliores, praeelecto autem faciliores ad solvendum quaestiones obtigisse. Alibi vero eaedem quidem omnibus quaestiones propositae fuerunt, sed neque hae neque datae a concurrentibus respousiones scripto seu literis consiguabantur. Cumque postmodum nec raro contiugeret, ut e postpositis quispiam, jure Bullae supradictae, novum ad examen coram judice appellationis ejusque examinatoribus electum provocaret: s. Congregatio usque ab anno 1603. considerans gravamen non alia ratione, quam novo examine probari posse provocationem ad novum examen censuit admittendam gravamine necdum probato et requisitis tantummodo probationibus in subseqnenti judicio, in qno probato per novum examen appellantis*) gravamine quoad doctrinam probanda superest ejusdem prae jam electo in reliquis ad regeudam ecclesiam requisitis praestantia, ut de majori alterutrius ad parochialis ecclesiae guberuium idoneitate sententia ferri possit, cum non continuo, si quis est doctior, is etiam aptior seu magis idoneus ad id regimen habeatur vel etiam habendus sit. Quam s. Congregationis sententiam scriptores et tribunalia laudarunt. Aliis demum in dioecesibus laudabilis iuvaluit consuetudo, ut eaedem omuibus quaestiones iidemque casus proponantur, ac [ne qua detur ansa cancellario quidqnam suo marte addendi, minuendi, mutaudi] nt ipsimet concurrentes, quae interrogati fuerint, quaeque responderiut, sua manu perscribant. Atque Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in examinando tenuere, s. deinde Cougregatioui etiam atque etiam cousiderandum reliqueruut num his, qui sic examinati essent atque postpositi, inposterum nt solent appellantibus indulgenda necne statim electi novum ad examen provocatio, nulla gravaminis praerequisita probatione, videretur, cum isti ex actis primi examinis gravamen doctrinae facile alioquin probare posseut, quod alii aliter nimirum examinati probare nisi secundo seu novo examiue non poterant. Nec defuere alii probitatis ac peritiae in administrandis diu ecclesiis laude praestantes, qui monerent, fraeuum aliquod hujusmodi appellantium licentiae tandem injiciendum eorumqne jam nimis crebras novum ad examen provocationes esse reprimendas: quippe quaevis unquam

*) Vd. *t. I. p. 619. n. 28.*; supra *p. 238. III.*

*) Vd. *t. I. p. 607. n. 20.*

sine magno ecclesiarum damno contingunt. Nam cum novum examen coram judice appellationis longe procul a parochia peragendum sit, electus ab Episcopo, qui provocatur, parochiam, quam possidet, cogitur interea temporis deserere eamque oeconomo vel Vicario cuipiam, veluti spousam ignotis custodibus, relinquere, sponso non parumper sed diu sane abfuturo: dum nempe, implicita, ut fit, lite, terna etiam vel quaterna, alia ex aliis examina super praestantia primum doctrinae tum deinde aliorum, quae ad integrandam idoneitatem opportuna sunt, contentiose multiplicentur et commode, ne dicam otiose, transigantur: antequam deliberari possit, utri concurrentium parochia sit adjudicanda.

Ad tolleudam ejusmodi non minus querelarum quam incommodorum occasionem s. Congregatio Concilii Trid. interpres, postquam rem omnem a capite repetitam in gemina sessione 1. Octobris et 16. Nov. 1720. summo studio recognovit, tandem Sanctissimo etiam annuente statuit [quod per praesentes literas encyclicas exequitur] omnes et singulos Episcopos aliosque Praelatos, penes quos sit jus et auctoritas faciendi concursum, hortari, ut examen ejusmodi instituere non graventur, quale jam et multae dioeceses et Urbs ipsa observat atque apostolica etiam Dataria postulat, sive, cum, sede vacante, vacat ecclesia aliqua parochialis, cujus collatio ad Sedem apostolicam pertineat, sive cum vacat parochialis aliqua, ut dicitur, juxta decretum, sive demum, cum vacante in Collegiatis aut Cathedralibus Dignitate aliqua majori annexam habente curam animarum, faciendus est concursus, atque ad apostolicam Datariam transmittendus, ut notum est, atque in literis, quae de ordine Sanctissimi tunc e Dataria prodeunt, clare praescribitur.

Vacante itaque ecclesia parochiali, quae conferenda sit per concursum, atque hoc solitis formulis indicto, haec quae sequuntur ex s. Congregationis sententia, consilio, suasione, servanda proponuntur:

I., *ut assignentur eaedem omnibus concurrentibus quaestiones, iidem casus*, idemque textus Evangelii, super quo sermonis aliquid perscribant, ad probandam dicendi *pro concione facultatem*;

II., *ut casus et quaestiones resolvendae dicentur omnibus eodem tempore:* atque omnibus pariter eodem tempore textus Evangelii tradatur;

III., *ut certum idemque omnibus spatium temporis constituatur, intra quod casus resolvant*, quaestionibus respondeant, conciuncolam componant;

IV., *ut eodem concurrentes omnes in conclavi claudantur*, unde, quamdiu scribent (dabitur enim omnibus scribendi copia) nemo eorum egredi neque alius quisquam eo ingredi possit, nisi postquam scripta confecerint et exhibuerint;

V., *ut omnes sua quisque manu* tum responsa tum sermonem *scribant subscribantque*;

VI., *ut responsa quidem latine, sermo autem ea, qua ad populum haberi solet, lingua scribatur.*

VII., ut unusquodque responsum et unusquisque sermo, cum ab unoquoque concurrentium exhibebitur, non solum ab eo, qui scripsit atque a cancellario, verum etiam ab examinatoribus et ab Ordinario vel ejus Vicario, qui concursui interfuerint, subscribatur.

Peracto secundum hanc formulam concursu collataque ei, qui magis idoneus ac dignior judicatus fuerit, ecclesia parochiali: non admittatur appellatio aut a mala relatione examinatorum aut ab irratiouabili judicio Episcopi, nisi intra decem dies a die collationis interponatur.

Si quis autem hoc iutra spatium appellaverit actaque concursus petat ad judicem appellationis transferenda, mittantur vel acta ipsa originalia concursus clausa et obsignata vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum a cancellario concursus atque altero notario collatum et auscultatum coram Vicario vel alio in ecclesiastica dignitate constituto, quem eligat Ordinarius: ad quem etiam notarii cancellario adjungendi electio pertinebit, necnon ab examinatoribus synodalibus, qui concursui interfuerunt, subscriptum.

Ex quibus actis vel authentico eorum exemplo nisi gravamen quoad doctrinam probet is, qui hic ut praemittitur examinatus, aut a mala relatione examinatorum aut ab irratiouabili judicio Episcopi appellaverit: novum ad examen provocandi facultatem a s. Congregatione frustra postulabit.

Quemadmodum et in judicio appellationis persequi jus suum frustra teutabit is, qui forte se gravatum doleat quoad reliqua, nisi interposita mature, ut dictum est, appellatione ab irrationabili judicio Episcopi,

gravamen quoad illa ostenderit vel ex actis primi concursus vel saltem ex attestationibus et documentis extrajudicialibus etiam sed non levibus.

Atque ita quidem sensit s. Congregatio et Sanctissimus assensit. At si quis tamen Ordinariorum aliter ac supra descriptum est concurrentium examina instituere perrexerit: perget et s. ipsa Congregatio more pristino appellantibus, qui se gravatos dixerint, provocationem ad novum examen nulla gravaminis praevia probatione indulgere. Interim tamen, ne harum literarum memoria dilabatur, vult eadem s. Congregatio eas in uniuscujusque Ordinarii cancellaria perpetuo conservari. Cujus interea consilium tum voluntatem dum ego omnibus significo, amplitudini Tuae fausta omnia e coelo precor.

Romae die (10. Jan.) 8. Februarii 1721.

Uti Frater.

P. M. Card. Corradinus Praef.

P. Lambertinus Secretar.

Documenta omnia, quibus praescriptus est modus, quo utilius dispositio Tridentina de concursu in collatione paroeciarum praemittendo, executioni mandaretur.

Accidit non infrequenter, ut illi qui in praxi ss. canonum ratione officii versentur, practice quidem canonicas dispositiones exsequantur, sed si interdum oriatur aliquid novi quod ordinem consuetum exsecutionis perturbet, ita difficultatibus implicentur, ut quiescere non posse videantur, nisi aliquod reperiant practicum exemplum, cui aliqua ratione accommodare se possint. Qui modus acquiescendi laudabilis est, si exemplum quaeratur et inveniatur in fonte ex quo unitas disciplinae derivat, idest ex actis apostolicae Sedis, cum id et tutam ageudi rationem exhibeat et intimiorem communionem osteudat cum apostolica Sede.

Sed non desunt qui aliunde exempla petant; quod potest quidem utile esse, sed non semper.

At vero si oculos convertamus in eos qui rerum practicarum fuerunt magistri, passim reperiemus, verum, proprium facilemque modum sese a difficultatibus hujusmodi liberandi consistere in inquirendo nude praxis oriatur; ex quo nimirum decreto vel constitutione; quo reperto expendenda est ejus vis intensiva et extensiva juxta juris regulas. Quod si fiat, difficultates quae occurrant, plerumque non solum non implicant, sed potius desiderantur ut consurgant, cum, ex quadam animi satisfactione, facile dissolvantur.

Ad difficultates itaque facile superandas, quae non raro in praxi occurrunt cum agitur de concursu, qui paroeciis conferendis ex Tridentina dispositione est praemittendus, adeunda sunt documenta, quae post dictam Tridentinam dispositionem a s. Sede prodierunt, atque eorum documentorum motiva consideranda eorundemque vis expeudenda: quod quidem haud erit difficile si ejusmodi documenta prae oculis simul habeantur et accurate perlegantur.

Post Tridentinam dispositionem *sess. 24. c. 18. de reform.* s. Pius V., ne eadem dispositio negligeretur praesertim ex eo, quod licet examen rite servaretur attamen personis minus idoneis paroeciae identidem conferrentur ob aliquem humanae passionis affectum, haec quae sequuntur sub clausula irritante declarando Tridentinam dispositionem et aliquateuus innovando constituit.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

In conferendis.*)

Ejusmodi constitutio tota eo tendit ut per accuratam observantiam Tridentinae dispositionis finis ejusdem dispositionis efficaciter obtineretur. Quam quidem efficaciem ad obtinendum finem s. Pius V. posuit tum in reservandis apostolicae Sedi paroeciis vacantibus si non essent juxta formam collatae, ut sic negligentia collatorum puniretur, tum in jure appellationis si non conferrentur magis idoneis, ut corrigeretur irrationabile judicium examinatorum vel collatoris: tum denique in reservatione si intra praestitutum tempus non conferrentur.

Sed cum concursus seu examinis forma non esset per Tridentinam synodum euncleatim determinata et variis modis posset idem examen fieri, contigit, ut, dum consultum fuerat per constitutionem s. Pii V., ne paroeciae conferrentur minus idoneis, aperiretur paullatim via querulis et ambitiosis presbyteris subvertendi ant in discrimen po-

*) Vd. *t. II. p. 425.*

nendi etiam rationabile Episcopi judicium. Quod in causa fuit, ut s. Cougregatio Concilii rem omnem ad trutinam iterum revocaverit. Quare in quadam causa *dubia concursuum* proposita die 1. Octobris 1720 S. C. C. commisit Secretario ejusdem S. C. (quod munus id temporis obibat Lambertinius, postea Benedictus XIV.), ut de hac re disseret, atque dissertatio est ea quae est *t. I. p. 594.*

Colligitur novam formam examinis, de qua agit prima dubitandi formula *), esse praepositam modo tautum praeceptivo seu modo instructionis, ut ajunt, ita ut neglectus hujus novae formae examinis nullatenus secumferret concursus nullitatem.

Colligitur praeterea, quamvis judicium approbationis et praeclectionis faciendum sit super peritia seu scientia juncta cum omnibus requisitis tamen judicium peritiae seu scientiae est plerumque illud quod absorbet ceteras qualitates, dummodo aliquid extrinsecum grave non obstet ut esset ex. gr. diffamatio. Qualitas enim scientiae seu peritiae magni aestimatur prae ceteris omnibus qualitatibus. Et hic repellenda est quaedam erroris umbra quam inducit verbum *scientia*. Quid enim nomine scientiae intelligitur in hujusmodi concursibus? Intelligitur plerumque peritia in solvendis casibus qui conscientiae appellantur, ut concurrentes judicentur idonei ad sacramentales confessiones audiendas in quibus parochus officium exercere debet judicis, doctoris et medici. Proponuntur practicae quaestiones quae in muuere parochi obeundo occurrere facile possunt et exquiruntur responsa. Propouitur conscribenda conciuucula, liugua vernacula, super aliquo textu evangelii, ut idonei possint judicari concurrentes in explanando verbo Dei, quod officium in parochos maxime iucumbit. Nou itaque agitur de scientia abstracto modo considerata sed de practica peritia ad animarum curam necessaria et opportuna, quae si emiuentiori modo osteudatur per examen ab aliquo possideri, si grave aliquid non obstet, non apparet gravis ratio, cur idoneus prae ceteris in peritia repertus periculo facto postpoui debeat alteri, qui alia extrinseca merita proferat. Quare qui secuudum ejusmodi exameu idoneus in scientia prae aliis probetur, non solum appellari potest *doctior*, sed etiam *aptior*, cum per exameu de ea peritia quaeritur, quae aptum seu idoueum plerumque reddit ad auimarum curam.

Post relatas s. Cougregationis resolutiones successit *instructio* *), quam ad uormam earumdem resolutiouum edi jussit Clemens XI., in qua *hortati sunt* Episcopi, ut *ex s. Congregationis sententia, consilio, suasione non gravarentur sequi* uovam ipsius examiuis formam ad abusus irreptos decliuandos.

Et hic nota, quam aperte erreut scriptores illi qui tradunt ejusmodi formam examinis statutam esse tamquam formam substantialem, quae per se secumferat clausulam irritantem, ut facere vidimus Reclusium, allegatum in causa *concursus* superius exposita: et quam necessarium sit ad fontes recurrere, ut dispositiones juris accurate iutelligantur.

Post ejusmodi instructionem Clementis XI. Benedictus XIV. deuique ad solium poutificium ascensus constitutiouem edidit harum rerum, quas ipse dum in minoribus erat ex professo pertractaverat. In ejusmodi constitutione omnia propemodum repetit, quae superius exposuimus et aliquid ampliavit. Constitutio autem ita se habet:

Cum illud. **)

Aliquis fortasse quaeret, quodnam fuerit jus, quod aute Tridentinam synodum vigeret ad confereudas paroecias presbyteris idoneis? Cui respondetur, quamvis beneficia conferri uou deberent nisi illis qui scientia aliisque meritis esseut idonei, cap.: *Ad decorem, de institut.*, nou tamen erant jure absolute determinati examinatores coram quibus sub poena nullitatis examinis essent examinandi et declaraudi idonei.

Innocentius III. in cap.: *Ad haec, de officio archidiaconi*, respondit, inter archidiaconi officia hoc etiam contineri »*ut qui beneficiis ecclesiasticis praeficiendi fuerint, a suo prius examinentur archidiacono et per ipsum postmodum Episcopo praesententur.*« Sed cessante paullatim jurisdictione et officio archidiacouorum per substitutiouem Vicariorum geueralium, examen hujusmodi per Vicarium geueralem videtur fuisse factum nisi Episcopus sibi hoc facere reservaret. (Vd. *p. 257. XI.*)

Hic sua spoute veniret pertractauda quaestio, utrum contra praescriptam Tridentinam

*) Vd. *t. I. p. 612.*

*) Vd. *p. 303.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*

formam dari possit contraria legitima cousuetudo. Pleua solutio hujus quaestionis peudet ab altiori et accurato examiue plurium rerum, quam alia data occasione pertractare curabo. Iu praesentia puto esse satis indicare quid de hac quaestioue cogitatum fuerit iueunte saeculo elapso apud s. Rotae tribunal.

S. Rota initio elapsi saeculi pluries decidit parochiales de jurepatronatus ecclesiastico staute immemorabili consuetudine in coutrarium non esse providendas per concursum, Pitouius *de controversiis patron. alleg. 5. n. 2.* Sed tamen uon cessavit controversia, ut ibidem refert Pitonius et in causa quadam *Legionen. Parochialis*, quae tunc agitabatur, licet esset omuibus judicibus suffragautibus resoluta in dictum sensum, tamen adfuit gravis scissura votorum in adducendis ratiouibus cur valida censenda esset cousuetudo. Quare cum causa reproponenda esset, s. Rota mandavit, ut pro voto scriberent duo selecti romauae curiae advocati, qui fuerunt Pitonius et Lambertinus. Sed dum hi sua vota exararent, unus e litigantibus decessit et sic causa non fuit reproposita. Nihilominus Pitonius suum votum conscripsit typisque tradidit et est illud quod legimus iu citata *allegatione 5. de controv. patron.* in quo Pitonius adversus jam datas decisiones opiuatus est cousuetudinem nou valere. (Vd. *p. 245. VI.)*

XXXIII. Nullitas constat.

Vd. *Concursus* (non confirmatus p. 244. V.)

S. Marci et Bisiniani.

Cum ecclesia parochialis s. Benedicti oppidi Citrarii iu dioecesi s. Marci et Bisiniani 3. Julii 1855. ex obitu Francisci Xaverii Pamphili suo rectori viduata fuisset, Marianus Marsico illius dioecesis tum Episcopus die 24. Sept. 1846. coucursum indixit diemque octavam proximi Octobris pro publico specimine praefinivit. Utili tempore quinque ecclesiastici viri episcopalis curiae caucellarium adiveruut, ut iu albo candidatorum describeutur. Aloysius nempe Romita, Joanues Philippus Pirro, Viucentius Laiuo, Aloysius Martini s. Nicolai eodem in oppido parochus ac deuique Joseph Lanza, qui viduitatis tempore ad auimarum s. Benedicti curam subeuudam ab Episcopo adscitus fuerat.

At vero qui tres primi receusentur, ea sub conditione admissi sunt, ut peritiae suae dumtaxat periculum facerent. — Martini nomen nullo pacto a cancellario recipi jussit Episcopus; uuusque proinde cui parochiam assequi datum esset descriptus est Joseph Lanza.

Cum autem ejusmodi repulsam acerbe tulisset Martinius die 7. Octobris, qui examiuis diem praecedebat, per acta Cajetani Perroui publici Notarii contra hauc Episcopi rationem protestatus est hujusque protestationis actum Episcopi cancellario statim significavit. Nihilomiuus die praefinito, quin ulla prorsus hujus actus ratio duceretur, examen habitum est, iu eoque examinatorum suffragiis Joseph Lanza adprobatus est. Eorumdem sententiae protinus accessit Episcopi electio, qui idcirco bullares literas eidem die nono Octobris expedivit, quibus de more possessionis ineunda facultas couferebatur.

At vero Martinius silentibus omuino caeteris ad hunc S. O. appellatiouem peues curiam interjicere non praetermisit; quam tamen nulla prorsus ratione admittere adnuit Episcopus. Itaque idem Martinius ne quid sua jura detrimenti caperent, ipsum appellationis actum ad honestos viros confestim detulit eumdemque deiuceps Josepho Lanza significari mandavit.

Simul ac mihi appellationis recursus oblatus est, Vicario capitulari (Marianus enim Marsico die 15. ejusdem Oct. repentina morte correptus fuerat) scribi pro more jussi, qui, audito in scriptis promotore fiscali et Josepho Lanza, amborum jura sollicite ad me transmitteret. Licet vero prae primis eidem Vicario satis mandatis facere nequaquam placeret, ne scilicet animorum aestus magis magisque fervesceret, nova tameu excitatus epistola, non solum promotoris et Joseph Lanza deductiones remisit, sed etiam exemplar actorum ipsius concursus adjicere non dubitavit.

Ad nostrae coutroversiae caput quod attinet per haec verba suam sententiam promit: — Causae exclusiouis Domini archipresbyteri Martini a concursu ecclesiae s. Benedicti Citrarii per obitum vacantis habito die 8. Octobris 1846. fuerunt sequeutes: Quouiam idem archipresbyter Martini gaudeat immunitate ab omni crimine prout clare colligitur ex hujusce curiae regestro et sit magis idoneus et doctior Josepho Lanza, Episcopus uuper defunctus timens, ne Joseph

Lanza eidem Episcopo benemeritus succnmberet in examine coram examinatoribus, idcirco rejecit archipresbyterum Martini, ut sine nllo metu promoveri posset ille ad vacantem archipresbyteralem ecclesiam. Subsequitur deinde, voce publica annunciari et non multis constare, quod Joseph Lanza nummis qnemdam curiae episcopalis officialem corruperit.

Martinio item cnmulatissime suffragatur fiscalis promotor, qui postquam animi sui sensum in judicialis sententiae formam aperuit concludit: Noi Niccola Canonico Tesoriere Baria promotore fiscale di questa Rma cnria di Sanmarco pergli atti del coucorso irregoralmente tenuto come sopra, senza la nostra assistenza lo dichiariamo irrito, nullo e casso e di nium vigore, per l'animo manifestato dal Vescovo antecedentemente al concorso, e facciamo istanza agli Emi Padri doversi ordinare nuovo coucorso.

Quid Martinius ac Lanza ad suam quisque causam protuendam afferat, modo videndnm. Joseph Lanza ante omnia sic statuit, se optimo jure iu candidatorum notam adscriptum fuisse; ac deinceps prosequitur, se in concursu canonice convocato doctrinae suae periculum exhibuisse, ita nt examinatorum snffragio approbationem, Episcopi vero judicio electionem assequi debuerit. Hisce peractis in praebendae parochialis possessionem legitime immissus est, in eaque ad haec usque tempora permanet suis depascendis ovibus naviter intentus. Itaque, nisi per injuriam, e loco sno deturbari se non posse concludit.

Quae vero a Martinio ad infirmaudam concursus validitatem congeruntur, nullius plaue ponderis reputanda esse mordicus propugnat. Monet enim iuprimis ex ea rerum pertnrbatione, quae repentinam Episcopi mortem nocte jam sera consecuta est, non levem snspicionis umbram oriri, ne nnacum aliis rebus scripturae vel maximi momenti ablatae fuerint atqne pessumdatae, in quibus profecto eae reperiri debebant, quae Martini nomen gravant.

Quaeritur deiude appellationis actum oblatum sibi fuisse, postquam peremptorium illud decem dierum spatium praeterlapsum fuerat, qnod ex Benedictina constitutione *Cum illud*)* appellantibus praefixum est.

*) Vd. *t. I. p. 607.*

Deinde hujusmodi appellatiouis actum inutilem dicit, quia si respiciatur actus a Martinio elicitus ante descriptionem non datur appellatio adversus futurum explendumque examen, ut declaravit Bened. XIV. iu const. *Ad militantis*)* §. *4.* Inhaerens et S. C. iu *Oritana* ac *Tarentina Concursus die 7. Augusti 1841.* §. *Nihil* jure meritoque eamdem recipere recusavit Episcopus. Si vero respiciatur alter editus uno die post actum concursnm, jam omnes norunt appellationis remedium iis tantum concedi, quibus gravamen illatum est in examine vel per irrationabile jndicium Episcopi vel per malam examinatorum relationem.

Quamvis autem idem prosequitur nulla harum rerum ratio habeatur, nihilominus nullum gravamen Martinio ab Episcopo illatum fuisse contendit cum a concursu repulsus fuit. Neque enim putandus est Episcopus sine justa et legitima causa idipsum praestitisse: quae quidem causa cum ex informata, ut ajunt, conscientia, profluere possit, nihil est quod amplius exquiratur. Hinc: avversî a questi rifiuti (sunt ejus verba) ben ci può essere appello, o publica discussioue, ma la sagra Congregazione suole richiedere dal Vescovo medesimo riservata lettera, cni giusta il prescritto del medesimo sommo Pontefice Benedetto XIV. non conviene d'ordinario rinvenire. Quindi non sarà facile adesso indovinare quali motivi abbia potuto realmente avere la coscienza del defunto Monsignor Marsico. Quasdam subinde criminationes innuit, quibus competitorem snnm implicitum fuisse suspicatur, ob easque hanc ab Episcopo poenam pertulisse.

Haec Lanza. Martinius contra petitionem suam magno documentorum apparatu suffulcire satagit, quibus verum gravamen sibi illatum fuisse acriter depugnat. Ex illis itaque id licet elicere, eum intra decendium apud cancellarium episcopalem iustituisse, nt suum nomen iu concnrrentium tabulas insereretur. At vero constat ex professionis actn penes publicum notarium elicito illum absque legitima causa fuisse exclusum. Vehementer vero conqueritur concursum nihilomiuus absolutum fuisse, in eoque Joseph Lanza iuiquissimo judicio parochum fuisse renunciatum. Ut vero contra hujusmodi actum sua jura sarta tectaque conservet, uititur appellationis praesidio, quam cum

*) Vd. *t. I. p. 583.*

per summam iujuriam Episcopum nolle videret, coram houestis viris ad hanc s. C. provocationem interjicere coactus fuit.

Singularis hujusmodi rejectionis injuria ipse ait eo luculentius elucescit, si documenta expendantur, quibus magna ejusdem Martini peritia morumque integritas ac religio demonstratur. Ipsum enim summopere commendant viginti municipes ex honestissimis, qui supplicem libellum Episcopo snbmittere non dubitarunt, quo in parochum suum enixis precibus exposcuut. Commendant bullares literae amplissimis laudibus refertae, quibus ab Ordinario parochia s. Nicolai collata ipsi fuit; commendant etiam testimonia syndici et cleri oppidi di Paola Capo di Distretto, quo iu oppido pluribus annis, antequam curam animarum susciperet, commoratus fuerat publici ludimagistri ministerio perfungens: commendat denique testimonium cleri oppidi Citranii.

Duo uunc pro meo munere super hoc concursu praeuotanda mihi sunt,

I. quidem recolant Emae VV. parochiam, de qua agitur, vacavisse die 30. Julii 1845.; concursum vero fuisse indictum die 24. Sept. 1846., quod ex ipsis concursus actis colligitur. Cum igitur nedum quatuor sed et annns super tres menses a vacatione praeterfluxissent, illud sequi jam norunt Emae VV., quod ejusdem parochiae collatio ob Episcopi negligentiam (neque enim ulla datur legitima hujus omissionis excusatio) ad s. Sedem ipso jure devoluta fuerit ex praescripto const. Ben. XIV. *Cum illud* §. *Demum*, s. Congreg. in *Oritana seu Tarentina Concursus diei 7. Augusti 1841.* cum doctoribus ibidem allegatis. Et quamvis hujusmodi concursum aliqua in parte sustiueri placeret, quia ex apertis verbis dictae constitutionis l. c. facultas tribuitur Episcopis concursum indicendi nulla ad hunc actum petita veuia vel licentia, tameu Episcopus abstinere debebat a ferendo dignioris judicio, atque concursus ultro Datariae exhibere debuisset, ut conceptis verbis in sequenti §. *Absoluto* dictae constitutionis cavetur. Quin hac super re adversetur dispositio conventionis cum Rege utriusque Siciliae anni 1818.: per eam enim in suo robore relinquuntur sanctiones canonicae iu iis omnibus, quibus diserte non derogatur.

Verum si nihilominus Emis VV. Episcopi gesta utcumque sustinere videretur, consequitur alterum, quod est a me praenotandum. Quando enim aliquis ex candidatis a concursn repellitur, triplex est inspiciendum tempus, quo qnis repulsam patitur; videlicet primo ante descriptiouem; deinde post descriptionem, sed ante inceptum examen; tertio post expletum examen.

Nemo unus ignorat hoc tertio in loco ex celebratissima const. Benedictina *Cum illud* iis, qui gravamen tulere, subveniri per appellationis remedium, qnod audit ab irrationabili judicio Episcopi vel mala relatione examinatorum.

Indubitati enim juris est in secundo casu concursum ob spretam Conc. Trid. *sess. 24. cap. 18.* formam nullitatis vitio laborare, ac proinde parochiae collationem ad s. Sedem devolvi, cen tradit *Pignatell. t. 1. consult. 1. n. 41. et seq.* et receptum est apud s. *Rotam in Monopolitana Praeb. theolog. 27. Junii et 5. Decb. 1755. coram Stadion*, et constans fuit hujus S. O. disciplina, quae nuper confirmata fuit in resolutione jam citatae *Oritanae seu Tarentinae 7. Aug. 1841.*

Major difficultas occurrit, quando quis in descriptione repulsus fuit, quod nostrae quaestionis est. Dubitari enim potest, an haec omissio hujusmodi sit, qnae formae conciliaris contemptum secumferat Porro Trid. synodo cautum est, ut — omnes qni descripti sunt examinentur. — Quae quidem verba descriptionem jam factam ponunt, ideoque integrum relinqnunt casnm, quando nempe quis descriptus non est. Ceteroquin vero ad Episcopum pertinet ex perspicuis ejusdem Concilii verbis nominare clericos, qni digni et idonei sint ad regendam ecclesiam, eorumque nomina recipere, ut postea de illorum meritis peritiaque diligens per examinatores fiat inquisitio, prout advertit S. C. in *Asculana Parochialis 24. Novb. 1781.* §. *Secus.* Quo posito fundamento illud sequi videretur, ut liberum Episcopo sit dijudicare quos aptos atque dignos existimet. Itaqne tota controversia a quaestione juris in quaestionem facti convertitur, an scilicet candidatus, qui se describi postulat, dignus et idoneus sit, necne.

Si neque dignus neque aptus est, quamvis ex iis quae docet *Fagnanus ad cap. Cum sit ars, de aetate et qual. praef. n. 19.* possit Episcopus etiam criminosos et scandalosos describere, quia integrum eidem est

non approbare non ideo tamen sequi existimem, ut debeat; hinc rejectus non habet, cur de rejectione conqueratur. Exemplum est in *Tarentina Archipresbyteratus 7. Decb. 1720.*, ubi quidam non fuit ab Ordinario ad concursus admissus quia diffamatus ob assertum concubinatum: qui licet re integra et antequam fieret concursum appellasset, attamen quum quaereret a S. O.:

An constet de nullitate concnrsus? dimissus fuit responso: Negative et amplius. Hoc enim in casu etiam qui descripti imo etiam qui approbati electique sunt parochiam consequi prohibentur, nt accidit adamussim in *Mediolanen. seu Alexandrina Concurs. diei 3. Febr. 1694.* quae refertur in dicta *Oritana seu Tridentina* §. *Verumtamen.*

Si vero candidatus aptus esset ac diguus, cum uullus possit a concnrsu rejici, uisi indignus et incapax concludenter, appareat, *Reclus. p. 1. tit. 3. n. 48.*, tunc ad reparandum hujusmodi praejudicium confugiendum esse videtur ad remedium restitutionis in integrum, quam dari, quoties non datur appellatio, docet *Reclusius idem p. 2. tit. 4. n. 39.*, in statn proinde ac terminis, quibus res ante descriptiouem versabatur: quod reapse peractum fuisse apparet in resolutione dictae *Asculanae Paroch.* quae prodiit die 22. Decb. 1781. ubi, licet de duriori casu ageretur, tamen proposito dubio:

An et quae supplicatio et quomodo sit signanda in casu?

Datum fuit responsum: Neutram supplicatiouem esse signandam et iterum indicendum esse concnrsum, et amplius.

Hisce praelibatis ad Martinium quod attinet expendi deberet, utrum jnre vel iujuria repudiatus fuerit. Constat ex actis eumdem qualitatibus instructum apparere, quae illum admissionis dignum ostendunt. Attamen Emiuentissimorum VV. sapieutiam non fugit, Episcopo uou notarias snbesse potuisse causas hujusce rejectionis, quae ex ejus obitu non datur agnoscere; cum praesertim documenta complura (si Lanzae credamus) subrepta fuerint, quibus Martini criminationes perspici fortasse potuisseut. Qua quidem in re videaut, ntrum expediat uovellum s. Marci ac Bisiniani Episcopum percontari.

Hisce positis definire Emae VV. rogautur

D u b i a:

I. *An constet de nullitate concursus?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu?*

S. C. resp.:

Dilata et andiatur uovus Episcopus.

Die 22. Junii 1850.

Continuat. s. Marci et Bisiniani.

Quibus mandatis sedulo executis nunc tandem accepi ab Episcopo respousum.

Bina etiam pro parte Aloisii Martini exhibita sunt documenta cum precibus, ut ea EE. PP. oculis subjicerem. Horum primum est testimonium sacerdotis Viucentii Laii qui fuit nnus ex concurrentibus ad paroeciam, de qua est quaestio, ubi refertnr, ipsum admissum fuisse ad concnrsum sub expressa conditioue »pro requisito tautum« et ante concursum coactum ab Episcopo fuisse ad subscribeudam declaratiouem renunciatiouis ejusdem beneficii, si forte jus ad illud per concursum acquisivisset; idque factnm fuisse ut ad ipsum beneficium promoveri certo posset solus sacerdos Joseph Lauza imperitus, Episcopo benemeritus, quod in dioecesi notissimum est undique. Et quo robur addi confidit iis, quae super injusta agendi defuncti Episcopi ratione in superiori folio fuere deducta.

Alterum constituunt literae patentales a moderuo Episcopo ipsi Martinio datas, quibus prae illius auimarum zelo, pietate, vita, moribus et scieutia aptus judicatus est, ut in superiori quadragesima verbum Dei civibus Belvederii ejusdem dioecesis praedicaret, quod quidem indubium peculiaris Episcopi confideutiae erga ipsum argumentum praebere existimat. Illud autem ulterius addit, quod nimirum causa definienda sit respectu uuice habito ad tempus concursus et proinde veluti extraneum ceusendum esse quidquid contra ipsum ad artem objiciatur, quod ad tempus subsequeus referri possit.

Emiuentiarum Vestrarum prudentia singula haec ad trutiuam revocabit et definiet quae iterum dautur

D n b i a:

I. *An constet de validitate concursus in casu?*

Et quateuus affirmative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Coustare de nullitate concursus.

Ad II.: Reuovato concursu transmittentur acta ad s. Sedem.

Die 18. Septb. 1852.

XXXIV. Nullitas non constat.

Vd. *Concursus* (confirmatus.)

Bisiuianeu.

Viduatae parochiali ecclesiae s. Nicolai oppidi Belvederii iu Bisinianensi dioecesi electurus rectorem indixit Episcopus concursum ad diem 16. Julii 1811 aleamque examinis subituri accesseruut Antouius Lupinacius, Philippus de Simone, Alex. Parvolus, Angelus Guidius atque Octavius Candia. Habito illo ad statum diem examinatores synodales, qui ad id nominatim evocati fuerant, excussis exploratisque uniuscujusque pietate, moribus, doctrina ac prudentia adprobarunt I. loco Aut. Lupinacium, II. loco Philippum de Simone, III. loco Alexandrum Parvolum, IV. loco Angelum Guidium et V. demum loco Octavium Candia.

Episcopus ex adprobatis elegit Aut. Lupinacium quem ipsi examinatores digniorem renuntiaverant illumque parochum dixit. Adversus decretum hoc paroeciae collationem Octavius Caudia ad ss. Pontificem provocavit datoque in eam causam libello de mala examinatorum relatione conquestus est ac irritam illam denunciaus ipsum rogavit di preudere quelle mi sure, che giudicherà alla giustizia, e verità analoghe.

Delatae ad s. huuc Ordinem eae preces trausmissae ad Bisiniauensem Episcopum fueruut, ut auditis quorum iuterest omuia, quae ad rem facerent, opportuue referret auimique sni senteutiam aperiret. Haec sedulo cnravit Episcopus. Audivit quippe tum promotorem fiscalem tum Aut. Lupinacium et Octavium Candiam tum notarium concursus actaque universa remitteus hac de re ad veritatem refert. Ad probandam diceudi pro concioue facultatem eumdem omnibus concurrentibus textum assignavi: nam ut meae Bisinianeusis curiae semper mos fuit proponendi per Episcopum Evaugelium, quod in quavis anni die legitur in missa, proposui omuibus eumdem tractum Evangelii secundum Lucam, qui legitur in dominica IX. post Peutecosten. Coustitui vero certum idemque omnibns concurreutibus temporis spatium, intra quod omnibus quaestionibns responderunt, composuerunt conciunculam et catechismi lectiouem explicarnnt; quamqnam ob difficultatem scribendi in mense Julii quo aër aestuabat et adhaereudo petitioui concurrentis Angeli Guidi sexagenarii, qui idcirco scribendo tardior erat, spatium temporis protraxi. Concurrentes in conclavi scripserunt, praeseute Notario ordinario concursus, cui adjutorem constitui, ut una simul cum concurrentibus sederet in conclavi, ne alicui fraudi locus daretur, alter responsiones eorum ad examiuatores deferret, januis clausis, quae apertae fuerunt, postquam omnes scripturas expediverant et examinatoribus mandaverant, nti constat ex depositioue ejusdem notarii in actis contenta ex quibus appellantis mendacia sole clarius apparebunt. Concludit demum, se minime errasse, si pro bono illius curae parochum Ant. Lupanicium in possessionem immitti demaudaverit.

His enarratis, quae habitam iu concursu rationem respiciunt, de querelis in ipsum editis a Candia disputandum praeseus est. Irritum esse concursum ipse contendit.

Id quidem a Trid. Patribus consultissime decretum est, ut parochialibus ecclesiis ii praeficiantur, quos ex adprobatis eidem regendae aptiores magisque idoneos judicaverit Episcopus. Hinc judicio Episcopi, non vero examinatoribus electio dignioris inter eos commissa est, Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.*, Bened. XIV. in const. *Cum illud*,*) S. C. C. *Cassanen. Parochialis 21. Nov. 1761.* Item in iustructione edita 16. Nov. 1720.**) Examinatoribus enim id tantum mnueris datum est, ut ex iis, qui sui periculum fecere, renuncient, quotquot aptos ad tantum officium judicaverint. Possunt vero sua suffragia secum commuuicare vel ea seorsim ferre, nec iuterest, utrum secreto au palam ferantur, cnm nihil de hac re fnerit a Tridentina sancitum. Possuut etiam de moribus aliisque postulantium qualitatibns simul vel de singulis eorum distincta dare suffragia, Fagnauus in *cap. Eam n. 16. et 17. de aetate et qualitate;* quo fieret, nt collatis tandem suffragiis majora eadem iu alterum ex adprobatis et minora in alterum nt plu-

*) Vd. *t. I. p. 607.*
**) Vd. *p. 000.*

rimnm iuferantnr, atqne inde in actis describatur eos vel primo vel secundo vel inferiori loco probatos fuisse. Si itaque honesta hnjusmodi suffragatioue pateat ex ipso suffragiorum numero, quinam dignior ab ipsis ceuseatur, constat, verbis id eos posse portendere, quin de concursus vi ambigere fas sit, dummodo liberum de electione judicium ac jus omne plene reservetur Episcopo. Hiuc non desunt, qui arbitrantur, partes examiuatorum esse, referre Episcopo, nedum quis dignus ex coucurrentibus, sed etiam quis dignior, ut ait *Barbosa in Trid. sess. 24. cap. 18. n. 114. et Garzia de benef. part. 9. cap. 2. n. 109.*

Cum enim Episcopo semper jns sit eum eligere ex adprobatis, quem aptiorem ceusuerit, quamquam examinatores majori identidem suffragiorum uumero eos honorarint, quos Episcopns adscivit, non est quidem, cnr de Bisinianensibns examinatoribus queratur Candia. *Bened. XIV.* in landata const. §. 14., S. C. C. *Melevitana Parochialis. 14. Apr. 1764. §. Eo vero.*

Etsi igitnr examinatores magis idoneos inter approbatos renunciaverint, haec ipsorum relatio, qnae proinde habetur ac si non extiterit, jndicinm Episcopi praepedivisse incusanda non est, nt vitio vertatur coucursus. Recte itaque monet Episcopus examinatores illud judicium tulisse, quod ex eorum mnuere ferre debebaut: uam in coucursu paroeciarum instituitur examen concurreutium, ut cognoscatur, qnis horum sit doctior qualitatumque plus habeat: examinatores igitur designare debebant gradus scientiae et qualitatnm singulorum, idque in concursn s. Nicolai egerunt et Episcopo reunntiaveruut.

Accedit etiam testimonium notarii concursus, qui haec perhibet: in tutti i concorsi, uei quali hò assistito, si è sempre costumato di approvare con distinzione per esempio Titio in quindici gradi, Sempronio in diciotto, Cajo in venti tanto per la scienza quauto per i requisiti.

Nefas autem est cum Caudia de officio parum sincera fide admiuistrato suspectum tradncere examiuatorum librum, quasi nimirum amicitiae causa favisset Lupinacio, quod iusimul in Semiuario deguut eidemque meusae accumbunt. Hanc enim suspiciouem penitns propellit jnrisjuraudi religio, quo in examinatoris officio ineundo se obstringeus professus est, mandatnm se mnuus sancte iutegreque executurum, privato studio affectuque omni posthabito, *Pyrrhus Corr. prax. de benef. lib. 3. cap. 4. n. 26.* Accedit etiam, ex legum censura in iis, qnae publici juris snnt, praesumi, qnod uuusqnisque magis ad bonum publicum moveatnr, quam ex alia causa particularis affectionis. *L. illud.* et *L. Item eorum §. quod cujusque.*

Ostendit deinde Caudia irritum concnrsum perchè si è mancato contro la bolla di Benedetto XIV. ove dice: »Inqniraut examinatores praestita hactenns ecclesiae obsequia et acquisitam in aliis muneribus laudem,« qnali qualità concorrouo piuttosto uell'oratore, che ha faticato uella cura delle anime per anni quiudici, è stato confessore per anni 24. Exploratum est euim a Beuedicto XIV. declarari coust. 68. t. 1. examinatores suo deesse muneri, si doctrinae tautnm judices essent, uec inqnirereut, qui prae aliis essent idonei et commendabiles probitate morum, laboribus, praestito antea ecclesiae obsequio ceterisqne dotibus, qnas parochialis curae atque disciplinae ratio requirit.

Qui proinde si mancum id genus judicium ederent, nullius roboris id foret et ecclesiae parochialis collationem, qnae exinde decerneretur, irritam atqne inanem plnries s. Congregatio edixit, *Suessana Parochialis 12. Febr. 1757., Aquinaten. Parochialis. 19. Jan. 1765.* et *Rota Cassanen. Parochialis 19. Jan. 1765., Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 31. n. 98.* At de Octavio Caudia examinatores uon solum de scieutia sed etiam de aetate, prudentia, moribus et de gestis muueribus suffragium dedere. Perperam igitur conqueritur, de obsequiis a se ecclesiae praestitis singulare judicium editum uon fuisse, cnm ad id nnlla lege obstringantur examinatores, quibus liberum est, implicite et generaliter de concurrentium qualitatibus ad regendam ecclesiam opportunis pronnnciare, S. C. C. *Monopolitana Concursus 28. Apr. 1759. §. Contra.*

Sed queritur adhuc Caudia, perchè uon si è assegnato l'istesso testo dell'Evangelio per tntti i coucorreuti, come prescrive la Congregazione uel decreto del 16. Nov. 1720 e Clemente XI. nella sua bolla del di 10. Jennaro 1721. Constat quippe ex actis Episcopum ipsum Evaugelinm dominicae IX. post Pentecosten designasse, ut inde couciuuculae argumeutum haberetur. Episcopum autem

et notarins coucursus id in more esse positnm testantur, di assegnare ai concorrenti per testo dell'Evangelio, nn Evangelio, che si legga in nna messa del messale romano, faceudo scrivere sino al primo puncta colla facoltà di scegliere di quell'Evangelio quella parte, che ai concorrenti piace, e per cui dietro il primo puucto dal presidente del concorso si dice: et reliqua. Vernm uec constitutioni Benedictinae nec hujus s. Ordiuis decretis adversatur, si concurrentes ex eodem textu sibi proposito diversa verba eligant, de quibus edisserat S. C. C. *Melevit. Parochialis 15. Sept. 1764. §. Hanc.* Quin immo hoc pacto tutius competitorum doctrina et prudentia in Evangelio explicaudo dignoscitur.

Asserit etiam Caudia irritum dennnciandum concursum, per uon essere stabilito nn certo, e determinato tempo per risolve i casi, e comporre la Predica, qualità richieste dalle istruzioni del 1720. e confermate da Benedetto XIV. nella sua bolla dell'anno 1742. questa circostanza fu di molto pregiudizio all'oratore, poichè Egli cogli altri concorrenti uscirono, perchè stanchi dalla fatica, ed il solo Lnmpinacci vi rimasse colla porta aperta; ed ebbe occasione di parlare con quelli, che vi entrarono, e fare ciò che volle, cosa tanto vera, e uota a taute persone, che trovavausi uella sala, che non ha bisigno di prova. Verum concurrentibus diem illum integrum concessum fnisse ex actis liquet et lucnlentissime comprobat notarins concnrsus, qui ita testatur: il tempo fu determiuato, cioè lo spazio di quel giorno: atqne addit: quantumque alcuni concorrenti avessero disbrigato prima del Lupinacci, pure fino al disbrigo delle scritture s'ettero tutti chiusi con me. Praeterea arbitrio et prudentiae Episcopi datum est vel tempus praefinire conveutui vel illud indeterminatum, modo uon interruptum constituere. Hinc sacra haec Congregatio *Civitatis Castelli Parochialis 25. Junii 1855.* validnm fuisse coucursnm respoudit, licet Episcopus nnllum coucurrentibus praefiniverit tempus. Immo Episcopus, qui singulis coucurreutibus designaverat tempus ad quaestiones explanandas, posset illnd temporis spatium favore alicnjus longius concedere, aliis licet, qui jam suo officio fnucti sunt, de eo reclamantibus, S. C. C. *Militen Concursus 21. Julii 1753.* quia idem temporis spatium omnibus concurrentibus nequaqnam ad substantiam concnrsus pertinet, S. C. C. *Verulana Archidiaconatus 20. Jan. 1770. §: Inquirendum.*

Sed impetit validitatem concnrsus Caudia ex eo etiam, perchè uon furouo cerziorati gli esaminatori, se non che un giorno prima, quando che dovevano essere intimati almeno otto giorni prima, come prescrive Romualdo Onorante nella sua praxis secretariae Vicariatus Urbis pag. 210. At de tempore, quo stata dies concursus examinatoribus indicenda sit, nec a Trid. synodo nec a ss. Pontificibns, qui de parochiarum concursu peculiares constitutiones ediderunt, neque a s. Congregatione quidquam sancitum est. Igitur Episcoporum arbitrio permittitur, quid sibi satius videatur decernere. Iu ecclesia vero Bisiuiauensi é solito per eludere gli nmani riguardi citarsi gli esaminatori un giorno prima del concorso, prout idem notarius concursus testatur. Iu iis autem, qnae nou ex scripto descendunt, attendendam potissimum consuetudinem esse, nemo est, qui nesciat, *Leg. 32. §. de legibus.* Quod si in tribunali Cardinalis Vicarii id iu instituto positum sit, quod Houorantes refert, nt uempe diebus octo ante diem concursus intimetur omuibus examiuatoribus, ut die statnta pro concursu ad solitum examiuis locum se conferant, est id quidem commendatione dignum, at non protenditur ad dioecesim Bisinianensem, nt ibi necessario servandum sit: illius qnippe praescriptionis extra ea loca, quae Cardinalis Vicarii regimini subsunt, nulla vis est, *L. 2. §. de legibus* et *cap. fin. de. constitut. in 6.*

Haec quae obtrudit Caudia nullo fundamento inniti opportuue respoudit Lupinacius, ideoque omnino despicieuda esse coucludit, *L. 2. §. veras D. de probat. et 1. frustra Cod. eod.* Manifestum vero est ex actis concnrsus, huuc absolutum fuisse coram tribus examinatoribus synodalibus, inter quos Canonicus Franciscus Renda recensebatur, qui suas morales quaestioues concurrentibus euodandas proposuit, suum judicium de meritis cujusqne caudidati praestitit et relatiouem inde Episcopo traditam simul cum aliis examiuatoribus subscripsit. Omnia igitur praestitit, quae examinatoris officium exquirit. Quod autem ipse moralium rerum scieutiam calleat, gravis nrget in ejus favorem praesumptio, ex eo apprime deducta, quod inter examinatores illum adlegerat Episcopus. Sunt enim ab Episcopo ad ejnsmodi

mnnus deputandi, qui prae caeteris magis idonei sibi videntur, *Bened. XIV. de synod. dioeces. lib. 4. cap. 7. n.* 5., S. C. C. *Turritana 10. Mart. 1629.*

Qnamvis autem ex literis hujus s. Congregationis diei 16. Nov. 1750. et ex saepius memorata constitutione Benedicti XIV. nemo dnrante concnrsn conclave ingredi vel inde egredi possit, numqnam tamen s. Congregatio vel Benedictus XIV. vetare voluit, quae factu essent necessaria, cnm in eum tantum finem id cantum sit, ne frans aliqua committeretur et aliquis ex concurrentibns ante absolutum examen instrueretur. Qnare s. Congregatio validum habuit concnrsum, licet cancellarius e conclavi egressus et Vicarius atque famulus Episcopi in illud ingressi fuerint, eo qnod haec omnia non sine jnsta causa fuerant peracta. Cancellarins enim, fame nrgente, morae impatiens, egressus fnit, cibum capturus, et panlo post reversus est. Vicarius antem Episcopi istinsque famulus in conclave ingressi snnt; ille, nt finem imponeret candidatis, qui decem jam elapsis horis nondum sese ab enodandis propositis quaestionibus expediverant, iste vero, nt necessaria vitae pararet, *Civitatis Castelli Parochialis 25. Junii 1755.* §. *Contra.*

Haec, quae hactenus disseruimus, ad concnrsus vim tuendam afferri visum est, nt de recta examinatorum relatione tuto pronnnciari possit ac praesertim de sacrarum disciplinarum peritia, qnam Candiae responsa portendnnt, rogatns est vir probandis id genus commentationibus praepositus aliisque mnneribns spectatissimus; id porro examinatorum judicinm apprime commendavit nec feliciori censura de ipsis edicendum arbitratns est.

Testatur vero Episcopns, examinatores requisita honestatis et mornm Octavii Candii admisisse, ne vituperetnr parochiale ministerium, quo iste indigne fungitur, qnodqne in animarum infortnninm ab Episcopis praedecessoribns impetravit. Notat vero illum infra terminum decem dierum pacifice possessionis partis appellatae jnxta praescriptum Benedicti XIV. non appellasse, sed potius libello famoso eo elapso termino EE. VV. molestiis afficere ac jns ad honorem et probitatem ab examinatoribns synodalibns aliisque curiae Bisinianensis plurimos per annos acqnisitnm impetere praesnmpsisse. Ceterum si paroeciale officium penes Candiam perstare boni lamentantur, optima esse fama vitae Lupinacium jam alterius paroeciae procuratione commendatum asserit Episcopus ac scientiis theologicis bene instructum, nt et ex explicatis scitissime ab ipso quaestionibus romanus theologus probavit. »Qnocira dignior designatus ab examinatoribus jure merito fuit ad paroeciam electus unanimi consensu aliorum concurrentium et ejusdem amplae paroeciae voto: atque qnam recte paroeciae illi consnluerim, hnnc aliis praeferendo pergit Episcopus ipsemet postea factis ostendit. Nam post diem possessionis, in quam immissus fuit, de pecunia sua collabentem ecclesiam reficiendam suscepit et supellectilibns, qnibns illa penitus carebat, ornavit. Bonum antem animarum in animo solummodo habens, nt illnd efficere possit, nec snmptni parcit nec labori.«

Haec ex facti adjnnctis et ex juris norma occnrrunt de Octavii Candiae qnerelis expendenda. Dirimentur inde dubia:

I. *An constet de nullitate concursus in casu?*

Et qnatenus negative,

II. *An constet de mala relatione examinatorum in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Negative in omnibns.

Die 22. Junii et 3. Aug. 1833.

Mutinen.

Parochiali ecclesia sub b. M. V. titulo de Monte Albano suo orbata pastore sollicitndinis snae esse duxit Episcopus, nt per concnrsns aleam novus eidem qnamprimum animarum cnrator praeficeretnr. In concnrrentinm albo quatuor fuerunt descripti sacerdotes, nimirnm Aloysius Rasponi, annnm 30. circiter agens, Joseph Lotti annnm 31. in s. theologia licenciatus, Joseph Corsinotti annos 7 snper 20 natus, qnique omnes capellani cnrati officio fungnntur; denique Dominicns Dnzzi, qni tamen a pericnlo faciendo se maluit abstinere. Tres igitnr laudati concnrrentes ad statam diem 12. Martii 1841 adfnerunt coram Vicario generali tribnsqne examinatoribus synodalibus et ad praescriptam normam adsignati capitis cathechismi romani versionem ex propositi Evangelii textn oratiunculam necnon de tribus theologiae moralis casibus resolutiones scripto

ediderunt. Perpensis dein atque excnssis candidatorum responsis pari judicio per bina favorabilia ex tribus, ut inquiunt, votis adprobatos renunciarunt examinatores Aloisium Rasponi et Joseph Lotti reprobaruntque Joseph Corsinotti cui votum unnm solummodo arriserat.

Transmisit me postulante Episcopus acta concursus, unde constat exhibita a quolibet candidato fuisse tempore habili requisita eaque a cancellario juxta ritum in epitomen redacta, perlecta et narrata fuisse examinatoribus: de Corsinetto autem dictnm fuit: »*Attesta il Sig. Arc. Vic. For. di s. Felice, che il sud. Sacerdote ha finora condotto una vita esemplare, ed irreprensibile, ha adempito con particolare premura le incombenze tutte del suo sacro Ministero: ed ha frequentate le conferenze teologiche giusta il prescritto. Costa poi dai registri di questa Curia, che il sud. Sacerdote nel giorno 31. Aug. 1838. ottenne per la prima volta la facoltà ad sex menses di udire le confessioni de' Fedeli, facoltà che nel giorno 14. Marzo 1839 gli fu prorogata e successivamente confermata ad annum, cum onere.*« Nihil praeter haec cognovisse aliud nec prae oculis habuisse de Corsinotto ultro fatentur duo examinatores. Ast tertius Petrus Veronesi qui suffragium dedit suum favorabile eidem Corsinotto deponit: »*A questo io fui favorevole non per risultamento dell' esamme, ch'io giudicai sbagliato, ma per tante ottime qualità che secondo me poteano supplire alla mancanza apparente di scienza. La dico apparente, perchè mi è noto, chè sà benissimo la theologià, come ne avea dato prova nel giorno precedente nel publico esame dei confessori. E fù in questa occasione, ch'io lo consigliai a chiedere di esser messo in tempo pel concorso di Montalbano sudetto, come di malavoglia egli fece, perchè non pensando a questo, non si era preparato.*« De reliquis candidatis majora sane requisita describuntur: nil vero de eorum vitiis quae modo adnotavit Episcopns animadversum est. At qnoad Josephum Lotti ex actibus cancellariae et ecclesiasticae Congregationis mox inspectis hoc erui probatum est: »*che in tempo della sua pedagogia in casa del sig. Soli Muratori et poi del Conte Fava Ghislieri mostrossi vanitoso, leggiero, mondanesco anzi che nò nel tratto e dedito forse troppo ai divertimenti alle conversazioni secolaresche, e di frequenza a qualche spettacolo. Tal cosa però dec in gran parte attribuirsi e alla sua giovanile inesperienza, e alla necessità di secondare in parte le inclinazioni de suoi Giovani, massime del Conte Fava ch'era tutto portato al bel tempo, e ài divertimenti.*« Pedagogi autem mnnere relicto mox exprimitur confessionibus excipiendis et verbi Dei praedicationi incubuisse: ac tandem electum in snbsidium curae Montis Florini causam non modicam fuisse »*di più dissidj, dissensioni, che proruppero in rottura con iscandalo dei parocchiani tra il med D. Lotti, e il defuncto Prevosto di Otricola D. Colombini*« id est ob respectiva jura et emolumenta in cnra animarum. Ceterum et hoc ipsum de imprudentia Lotti, sicut et de ebrietate Rasponii ex diffamatione patere contestatns est idem Episcopus.

Duplici itaqne ex capite nullitas concursus patere praetenditur in themate, quod nempe examinatores merita exclusi ignoraverint et defectibus approbatorum non attenderint.

Circa I. statutum sane est in celebrata constitutione s. m Benedicti quod incipit *Cum illud* ut examinatores non solum attendant in concurrentibus doctrinae peritiam sed etiam inquirant, qui prae ceteris aetate, prudentia, probitate morum, praestito antea ecclesiae servitio ceterisque dotibns ad parochi officium rite obeundum necessariis essent idonei et commendabiles. Et ne ab examinatoribus ignorari possent praedictae qnalitates, praecepit, quod concnrrentes ante diem concursus infra terminum ab Episcopo edictis assignatum coram cancellario episcopali snarum qualitatnm, meritorum et munernm probationes et attestationes tam jndiciales quam extrajudiciales aliaqne id genus documenta, quae fraude careant, exhibeant. Ubi secus actum fnerit, uti si doctrinae tantnm judices essent examinatores concursnm declarat nullitate laborare ac refert apposite plura decreta lib. 4. *de synodo dioec. cap. 8. n. 31.* Consonant *Lotter de re benef. lib. 2. qu. 31. n. 35.*, *Garzias de benef. part. 6. cap. 2. n. 239.*

Hinc etiam a cancellario efformandum esse et legendum epitome meritorum cnjusque candidati in praefata constitutione praescribitur: ac tandem ex his omnibus, quae exhibita sunt, judicium examinatorum derivandum esse exponitur. Et profecto jndicis cujusqne officinm est ex actis probatisqne judicare. Idem docuit *Rota in Cassanen. Parochialis 28. Junii 1754.* §. *4. cor. Migaz.*

et s. C. in *Asculana Parochialis 15. Dec. 1764.* §: *Addit.* Quoties mancnm fuerit quavis ex parte judicium examinatorum, nullitate concursum laborare non dubitatur, s. C. in *Suessana Par. 12. Febr. 1757., Aquinaten. Par. 19. Jan. 1765.*

Haec cum probata sint in jure, viderint pro sua sapientia EE. PP. uum importare valeant nullitatem concnrsns iu themate, ubi si praesumptas Corsinotti qualitates et requisita ignorarunt examinatores, id non ex actibus male digestis ant non pleue cognitis evenisse fertur, sed quod revera nihil hnjnsmodi a Corsiuotto exhibitum fnerit, praeter praefatam Parochi fidem de ejns bene morata vivendi ratione testantis.

Ad alterum nullitatis caput qnod attinet perpendi qnidem posset cnm *Card. de Luca de benef. disc. 70. n. 5. et s. Rota in recen. part. 12. dec. 172. n. 1. et 2.* sufficere, ut quis sit de defectibus diffamatus ut possit a beneficii assecutione repelli, qnamqnam ad irrogandam privationis poenam de jure sufficiens non aestimetur. Consouat, modo agatur de diffamatione facti, quam vocant, Fagnanus in *cap. Omnipotens. n. 33. de accusat.* Nec praetereundum, quod iu praefata const. Beued. XIV. de jndicio Episcopi sancitur: »Sciant porro judices . . ., nec parvi pen»deudum esse testimoninm illius pastoris, cui »divino mandatnr eloquio oves suas agnos»cere. Facile enim credi non potest, Epis»copos suae non miuns qnam alienae salutis »adeo immemores, ut non deterriti divini »iuterminatione jndicii, odio vel favore mo»veantur et in sacrorum canonnm singularem »injuriam dicant malnm bonnm, bouum ma»lnm et ponentes tenebras lncem et lncem »tenebras.«. Ast quidquid sit in casu de diffamationis probatione legitime conficienda jnxta canonem *Non solum 11. quaest. 3. et cap. Qualiter et quomodo de accusat., Piton. discept. eccl. 109. num. 28. et seq.* et de persona contradicentis concnrsui, illnd probe notaudnm videtnr, rem esse de tollendo approbatis jnre ad Parochiam per approbationem acquisito qua in re pensanda etiam qualitas defectunm, qui oppouuntur, nnm tales siut, ut iudignos reddant probatos assecutione paroeciae. Siquidem de homicidii aliornmqne criminum diffamatione loquuntur textns in *cap. Inter dilectos 11. de cxcess. Praelat. et in cap. Omnipotens de accusat.* et praefati DD. Porro quatenus ex diffamatioue vere iudigni essent paroecia Lottus et Rasponins in casu, hactenus ambigi posset, au eorum, uti talium, ad concursus admissio ejus nullitatem importet jnxta alias a me dispntata in simili casn iu nua *Oritana et Tarentina Concursus 7. Aug. 1841* seu potius tantnm eorumdem rejectionem a parochi officio asseqnendo et exercendo. Quamvis vero excluso ntroque approbato coucursus in themate sine effectu maneret aeqne ac si nullus ediceretnr, interest tamen utrumqne casum probe distiuguere ex diversis effectibus, qui inde sequereutnr: iu casn enim nullitatis devolveretur provisio ad s. Sedem jnxta fuse tradita in praefata *Oritana* §. *Quatenus erit.*

Hisce praejactis dirimendum erit

D u b i n m:

An constet de nullitate concursus in casu?

S. C. resp.:

Negative.

Die 13. Jan. et 2. Mart. 1824.

Vacante paroecia P. in Italica dioecesi N. de more Episcopus concursum per publica edicta die 8. Septembris indixit atqne diem designavit quo concursus haberetur idest die 30. Octobris, quamqnam hoc tempus postea, nova significatione data, decem diebus immiunit.

Septem presbyteri nomen curiae dederunt, exhibeutes simul documenta meritornm et idoneitatis quae vulgari nomine *requisita* appellantur.

Statuta die pro examine absolvendo designatae sunt ab Episcopo *octo horae, quibus elapsis Candidati exhibere resolutiones scripto exaratas tenerentur.* Admonnit praeterea Episcopus, adveuieute nocte, lumina non esse accendeuda, ne possent concurreutes, jnxta aliquem veterem abusum, tempus praescriptum ad scribeudnm protrahere. Hoc praeceptnm Episcopi fuit concurrentibus iterum iternmque repetitnm. Sed contigit, ut tenebrae ante tempus superveuirent per nubes lucem vespertinam impedientes, qnare concurrentibns instantibus, aliquo excepto, lnmina ante praescriptnm temporis fiuem accensa snnt, qnibus unus vel alter usns non est insisteus praecepto Episcopi ne lumina accenderentur.

Non adhnc octava hora praescripta pulsata omnia scripta collecta snnt et Episcopo tradita.

Examinatores synodales jam determinaverant nnmerum punctorum maximum, quae dari possent pro scientia et pro requisitis.*)

Absolnto itaqne examine iu scriptis super scientia concurreutium duo tantnm ex septem fueruut ab examinatoribus adprobati utpote qui majorem punctorum numerum obtinuerant, reliqni antem hoc ipso reprobati, cum non attingerent pnnctorum nnmerum, quem illi duo consecuti erant: atque ideo eorum merita sen requisita non fuernnt expensa cum non essent in scientia adprobati; et hoc juxta constantem morem ejus dioecesis.**)

Rebns ita gestis presbyter P., qni e concurrentibus jampridem parochi mnnns in quadam alia paroecia rite obiverat, illico reclamavit, supplicem libellum Romam mitteus ad Emum Card. Pro-Datarium, quo postulavit declarationem nullitatis concnrsus. Narravit enim, Episcopum per Vicarium generalem monuisse concurrentes ne tempus terereut, cnm, serotiuis horis superveuieutibns, lumina non essent accendenda, eamque admonitionem repetitam esse tempore prandii ab Episcopo: qua de re, ne ipse jussa Episcopi violaret, qnin legeret sua scripta, lnminibns non accensis, ea Episcopo tradidisse; ceteros autem concnrrentes per horam circiter lnminibus usos esse. Hic in examiue retulerat puncta vigintinovem: duo pnncta ei deerant ut inter scientia adprobatos recenseretnr.

Remisso ejusmodi libello ab Emo Pro-Datario ad Episcopum pro informatione et voto haec ab Episcopo inter cetera relata sunt: nullam in dioecesi esse legem non accendendi lumiua tempore concursus; abusum imo non deesse protrahendi concnrsus periculum nsque ad protractam noctem: se dixisse quidem aliquam temporis usuram ultra octo horas indulturum, quin lumina accenderèntur; sed cum ob nubes serotina hora citius advenerit non expletis octo horis se permisisse accensionem luminum: vix et ne vix quidem tempore designato elapso omnes concnrreutium scriptnrae datae fuernnt, quamqnam aliqnis propriam non compleverit.

Actis concnrsus Romam transmissis judicium examinatornm synodalium confirmatum est. Sed iuterim aliae querimoniae pervenerunt atque Emus Pro-Datarius, de validitate concursus dnbitans, remisit reclamantem ad S. C. C. per rescriptum: *utatur jure suo coram s. Congregatione Concilii.*

Trausmissis actis ad s. C. C. alter perveuit libellus ob irreptos defectus datus ab uno ex duobns adprobatis. Servatis de more servandis, idest praescripto partibns termino ut ulteriora jura sua deducereut, cansa ad normam juris disceptanda proposita est.

Pro curia fiscalis promotor, contendeus dubitari non posse de concursns validitate, inter cetera animadvertit, reclamantem presbyterum P., non adprobatum, nullam protulisse in cnria episcopali querelam, sed ex publica voce enm reclamare: 1° quod maximo cnm ejus damno tempus ab Episcopo assignatum praetergressum fuerit per lumina accensa, quae haud accendenda erant: 2° quod examinatores synodales non habnerint rationem ejus requisitorum, sed tantnm doctrinae, contra praescriptum ss. canonum et constit. Benedicti XIV. *Cum illud:* 3° quod iidem examinatores errouenm judicium emiserint, eum non adprobautes in doctriua.

Quas querelas presbyteri reclamantis idem promotor fiscalis rejiciebat. Probavit enim adductis testibns, tempus octo horarum non fuisse praetergressum: lnmiua fuisse qnidem accensa, sed antequam tempus concursus expiraret: cum e converso praeceptum de luminibns non accendendis respiceret tempus post praescriptas horas, ne hoc tempus protraheretur Quare sibi imputare debere presbyterum P., si tempore utili luminibus non sit usus.

*) Examinatores synodales coram Episcopo pro scrutinio in examine faciendo, juxta consuetudinem in ea curia receptam, assignarunt pro quolibet casu recte soluto quindecim puncta, idest quinque pro unoquoque quaesito si optime resolutum esset. In illis autem quaestionibns, quae plura quam tria quaesita complecterentur puncta erant dividenda juxta materiae qualitatem; decem puncta pro conciuncula et quinque pro explicatione textus Concilii Tridentini.

Inter *requisita* recensenda esse statuerunt magisterium, adprobationem in aliis concursibus, officium parochi, confessoris et concionatoris, ita ut qui magisterium exerceret aut exercuerit, haberet punctum; qui concionatoris officium obiverit, punctum; qui in aliis concursibus fuisset adprobatus, punctum; qui in cura animarum versaretur duo puncta Qui triginta et unum punctum assecutus esset inter adprobatos statuerunt adscribendum. Atque statuerunt requisita esse adnumeranda ei tantum, qui approbationem retulerit, idest retulerit in examine puncta unum et triginta.

**) Vd. *p. 245. VII.*

Ad secundam querelam, quod habita ratione doctrinae tantum fuerit reprobatus, respondit promotor, id factum esse juxta constitutionem Benedicti XIV. *Cum illud,**) accedente dioecesis longaeva consuetudine. Sane Benedictus XIV. tradens normam periculi faciendi edixit § *16. n. 4.*, quod examinatores *postquam demum deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum* debeant aequali ni forte majori diligentia ad trutinam revocare requisita candidatorum *doctrinae et scientiae arcto foedere consocianda.* Ex qua Benedictina constitutione inquiebat patere, non posse considerari requisita eorum qui quoad scientiam adprobati prius non sint, ne inutilia evadant constitutionis verba: *postquam deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum.* His accedere firmam dioecesis consuetudinem, quam asserebat conformem etiam consuetudini cleri romani.

Ad tertiam querelam respondit acta concursus Romam fuisse missa et judicium examinatorum fuisse probatum.

Sed contra haec presbyter P. suas rationes adducens querimonias repetiit superius indicatas aliasque adjunxit, praesertim de secreto a curia servato post concursum, propter quod ipse non potuerit statim reclamare nec omnes afferre necessarias rationes; conquestus est de luminibus accensis postquam ipse resolutiones casuum tradidisset, de edictis**) publicatis pro intimatione concursus, quibus bis variatum fuerit tempus, atque ante tempus praestitutum concursus habitus sit.

Sed post haec ad alterum juris caput devenit; cum enim ipse propter defectum scientiae non fuerit adprobatus, quin examinatores considerarent simul ejus requisita, contendit ad normam ss. canonum considerandam esse scientiam una simul cum requisitis atque ex his omnibus simul sumptis judicium ferendum; non autem ex sola scientia.

Sane Concilium Trid. *sess. 24. cap. 18. de reform.* haec statuit: »*Peracto deinde examine renuncientur quotquot ab his* (examinatoribus) *idonei judicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam*« Quare, inquiebat presbyter, peragere examen super solam scientiam et ex ea tantum idoneos renunciare idem esse ac apertis Concilii Tridentini dispositionibus contradicere. Tridentini autem verba uberius explicavit Benedictus XIV. in citata constitutione § 10. rejiciens quoque contrariam consuetudinem his verbis: *Moerentes igitur audivimus, quod in plerisque dioecesibus examinatorum suffragia in sola literarum peritia versantur, nec illorum exquiritur sententia de clericorum aetate, institutione, gravitate et honestate morum, prudentia, muniis antea exercitis . . . Quam devia sit hujusmodi praxis a Tridentini semita, is plane intelliget, qui expendet verba relata c. 18. sess. 24. de reform. . . . Idque probe noscens Congregatio ejusdem Concilii interpres pluries edixit, examinatores suo deesse muneri, si doctrinae tantum judices essent nec inquirerent qui prae aliis probitate morum, laboribus, praestito antea ecclesiae obsequio ceterisque dotibus ad officium parochi cumulate obeundum necessariis essent idonei et commendabiles.*«

Nec secus in paragrapho sequenti idem Pontifex prosequitur: »*At si quem clericorum forte contigerit appellare a mala relatione examinatorum, quorum cura unice versata fuerit in exquirenda doctrina, non facta uno eodemque tempore solerti etiam investigatione aliarum qualitatum, quae pastoris congruant officio, ordo judicii secumferet, ut etiam judex ad quem provocatum fuit in sola doctrinae indagine immoretur nec sine gravi animarum detrimento et disciplinae injuria praeficiatur ecclesiae, qui literis magis pollet licet cetera minus aptus et quandoque indignus: contra vero arcetur ille, qui, licet impar doctrinae merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno ecclesiae famulatu ac multiplici virtutum laude praecellit.*«

Nec minus clare talem consuetudinem rejicit § *16. n. 3.*: »*Porro copia epitomes* (requisitorum concurrentium) *tradetur singillatim omnibus examinatoribus ad concursum adscitis, ut cum de scientia tum de vita, moribus aliisque regendae ecclesiae necessariis dotibus ferant judicium.*«

Et *num. 4.* Pontifex prosequitur: »*Postquam demum deprehenderint* (examinatores) *qua quisque polleat gravitate sententiarum etc. parem ni forte majorem solertiam examinatores adhibeant in perscrutandis aliis qualitatibus regimini animarum consentaneis, morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, praestita hactenus ecclesiae obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem aliaque spectabilium virtutum ornamenta doctrinae arcto foedere consocianda . . . . Hisce omnibus conjunctim expensis inhabiles per sua suffragia rejiciant et idoneos Episcopo renuncient.*«

Jamvero, subjunxit presbyter, haec omnia ostendunt eam fuisse Pontificis mentem, ut consuetudo considerandi solam scientiam et inde admittendi vel rejiciendi tamquam idoneos vel non idoneos concurrentes, sit omnino reprobanda, ita ut mala secundum hanc consuetudinem examinatorum relatio aestimanda sit, a qua optime appellatur, ut declaretur nulla. Porro in themate de hoc adamussim casu agi cum *suffragia conjunctim haud computata* fuerint, imo ne requisita examini quidem subjecta.

Cum qua doctrina auctores plene consonant; Reclusius *de concursibus p. 1. tit. 5. n. 10.*; Barbosa, *Collectanea in Conc. Trid. sess. 24. c. 18. n. 118.* nbi scripsit: »In concursu parochialium non solum considerari idoneitatem respectu scientiae, sed etiam respectu aetatis, morum, prudentiae et hujusmodi ad ecclesiam parochialem gubernandam advertunt Massobr. etc.« Et *ibid. n. 131.*: »In beneficii concursu, quando fit coram Ordinario et examinatoribus, potest Ordinarius cum examinatoribus praeferre ei, qui magis scientia praecellit, illum, qui prudentia, moribus et integritate aptior videtur ad gubernandam ecclesiam.« Item s. Rota *decis. 521. n. 1. et 2. apud Feracin. p. 1. in posthum.*

Nec aliter constanter censuit s. Congregatio Concilii ut eruitur ex foliis causarum in *Monopolitana Concursus* 28. April. 1759. §. *Disputat;* in *Spoletana* 8. April. 1848. § *Ubi;* in *Lucana* 26. Augusti 1854. §. *Quandoquidem.*

Atque de modo conferendi ecclesias parochiales scribens Benedictus XIV. in opere *de syn. dioeces. l. 4. c. 8. n. 3.* haec inter cetera refert: »Et adhuc clarius Tridentinum explicavit s. Congregatio ejusdem interpres; Abulensi enim Episcopo sciscitanti: An provisio parochialis nulla sit, si examinatores relationem fecerint solum quoad literaturam, examen vero circa mores, aetatem et reliqua Episcopo relinquatur: vel si non fecerint relationem Episcopo de omnibus idoneis repertis, sed tantum de eo, qui ipsis magis idoneus videtur? respondit: *Teneri facere relationem etiam circa mores, aetatem et reliqua et examinatores debere renuntiare quotquot idonei judicati fuerint; Episcopum vero debere ex his, qui renuntiati fuerint, magis idoneum eligere.*« Quinimo eadem Congregatio adeo necessarium repntavit, ut examinatores non solum respiciant scientiam, sed et ceteras expendant animi dotes eorum, qui habilitatis ad exercendam animarum curam periculum faciunt, ut aliter latum ab illis judicium, clarius adhuc et expressius, quam in praedicta causa Abulensi fecerat, nullius esse roboris postea dixerit et inde consecutam ecclesiae parochialis collationem irritam atque inanem decreverit nt affirmat Fagnanus in *cap. Eam te de aetat. et qualit. n. 15.*, inquiens: »Orta dubitatione, an sicut Episcopo et examinatoribus simul junctis Concilium Tridentinum *cap. 18. sess. 24.* committit examen scientiae sic etiam committat eisdem simul junctis examen morum et prudentiae ita ut si examen factum fuerit a solo Episcopo, concursus sit nullus? die 2. Augusti 1607. S. C. C. censuit: *Si examinatores non retulerint idoneos quoad omnes qualitates, prout Concilium requirit, nullum esse concursum.*«

Quum itaque in concursu de quo agimus desideretur non solum relatio, sed ipsum examen requisitorum quibus presbyter P. ornaretur, manifestam esse nullitatem concursus concludebat.

Ad corroboranda jura reclamantis presbyteri est ex officio animadversum, jussu Clementis XI. s. Congregationem Concilii per encyclicas literas anno 1721*) datas et a Benedicto XIV. iterum confirmatas in constit. *Cum illud* inter caetera haec §. 3 praescripsisse: »*Debet certum idemque omnibus spatium temporis constitui, intra quod casus resolvant, quaestionibus respondeant, conciunculam componant.*« Porro, quae his encyclicis literis fuerunt constituta, pro substantiali forma esse habenda, ita ut, quidquid servatum adamussim non fuerit, secumferat nullitatem. De qua re Reclusius *de concursibus p. 2. tit. 4. n. 89.* scripsit: »Pro forma substantiali habenda sunt quae a s. Congregatione Concilii jnssu Clementis XI. in citatis literis encyclicis 10. Januarii 1721 et a Benedicto XIV. illas confirmante meliusque explanante in sua constit. *Cum illud semper* fuerunt praescripta, quaeque in Tridentino decreto et Piana constitutione desiderabantur. Cum enim Tridentini Patres atque s.

*) Vd. *t. I. p. 607.*
**) Vd. *p. 254. IX.*

*) Vd. *p. 303. XXXII.*

Pius V. nondum satis occurrere potnisseut fraudibus, quae in parochialibns concursibns committi poterant, Clemens XI., instante s. Congregatione Concilii, alia plura indnxit pro forma aeqnaliter servanda, quae postea a Benedicto XIV. ultimam manum ponente fuerunt confirmata seu melius explanata. Ita ut haec singula mirifice inter se cohaereant atque unam, sic dixerim, formam, vetere longe ampliorem melioremque componant, iisdem tamen qualitatibus, quae in veteri continebantur, implicite instructam; ac proinde decreto etiam *irritante* et clausula *Sublata* tacite munitam.«

Porro, eodem docente Reclusio *ibid. n. 93.*: »Forma praecisa et intrinseca accurate in omnibus, in maximo et in minimo ita servari debet, ut si quid omissum fuerit actus ipso jure nullus et irritus fiat.«

In themate autem, cum certum idemque omnibus concurrentibus temporis spatium haud constitutum esse videatur, sequi concursum nullum esse dicendum.

Item ex adducta superius constitutione *Cum illud* clare apparere, expendenda merita, qualitates et requisita concurrentinm, uon autem solam scientiam. Porro in themate solam scientiam fuisse consideratam qua adprobatus non fuit presbyter reclamans. Praeterea examinatores teneri de hisce meritis peculiarem facere relationem, non autem genericam Episcopo. Concil. Trid. *sess. 24. c. 18. de reform.* et S. C. C. in citata Abulensi: *teneri facere relationem etiam circa mores, aetatem et reliqua.* At vero in themate nullam peculiarem relationem de his presbyteri meritis seu requisitis factam fuisse.

Neque dicas eam *oretenus* factam fuisse, quamquam non fuerit scripta: uamque in scriptis esse faciendam, cum a mala relatione possit appellari, const. *Cum illud*. Si enim a mala relatione appellari possit, in scriptis faciendam esse relationem, ne locus fraudibus aperiatur. Porro non solum relationem qualitatum haud scriptam fuisse, sed neque *oretenus*, immo ne scrutinium quidem fuisse factum.

Attamen pro curia est animadversum, s. Congregationem in causa *Civitatis Castelli* 25. Januarii 1755 censuisse validum concursum etsi tempus ab Episcopo non fuit praefinitum; imo in causa *Militen.* 21. Julii 1753 et 19. Januarii 1754 S. C. C. neque censuit concursum nullum, quamquam Episcopus indulserit amplius temporis spatium duobus concurreutibus ceteris reclamantibus. Quod quidem notatum quoque fuit in causa *Verulana* die 20. Januarii 1770 §. *Inquirendum* his verbis: *In Militen. Concursus* diei 21. Julii 1753 uonnulli coucurrentes conquesti fuerant quod longius temporis spatium aliis concessum fuerat ad sua munera explenda, sed nihilominus proposito dubio: an constet de nullitate concursus, responsum fuit: *Negative:* qua quidem resolutioue s. Congregatio declaravit, nequaquam pertiuere ad substantiam concursus ut idem temporis spatium omnibus constituatur.« Quae repetuntur in causa *Bisinianen.* 22. Juuii 1833 §. *Asserit.**)

Ad alterum quaestionis caput est pro curia auimadversum, immemorabilem ibi existere consuetudinem non expendendi qualitates et merita concurrentium, uisi prius adprobationem quoad scientiam reportaveriut. Frustra vero in contrarium allegari praesumptam clausulam *sublata* et decretum *irritans*, cum hisce clausulis dictae constitutiones Clementis et Benedicti non fuerint munitae: atque neminem latere legitimam consuetudinem, quae irrationabilis non sit, maxime si immemorabilis sit, leges ecclesiasticas posse abrogare.

Hisce aliisque adductis propositum est resolvendum

D u b i u m:

An constet de uullitate concursus ad parochiam in casu?

S. Congregatio Concilii die 20. Julii 1872 respondere ceusuit: *Negative.*

Continuatio.

Presbyter P. novam postulavit obtinuitque audientiam, ut causa iterum proponeretur; et in hac uova propositione unice institit in secundo quaestionis capite, innixus constitntioni Benedictinae *Cum illud*, affirmans non qui *doctior* esse eligendum, sed qui *aptior:* et methodnm adhibitam in sua curia non vertere eam constitutionem in qua praescribitur: »*Hisce conjunctim expensis examinatores per suffragia inhabiles rejiciant atque idoneos Episcopo renuncient.*«

De consuetudine autem inquiebat eam affirmari non autem probari, quae quidem si probaretur nullius esset momenti juxta Pitonium de *Controver. patronorum allegat. 5. n. 4.*, qui de simili argumento haec scripsit: »Distinguendo tempora, aut volumus desumere

*) Vd. *p. 313.*

immemorabilem a parte antea, scilicet antequam superveniret dispositio Concilii et est impossibile quia cum eo tempore nondum in orbe catholico introducta fuisset nova forma providendi per concursum quae originem habuit ex ipso tantum decreto Concilii, consequenter non percipio quomodo nasci potuerit consuetudo seu praescriptio exclusiva formae concursus antequam nasceretur ipsa forma concursus . . . Aut vero desumere volumus immemorabilem a parte post, scilicet post ipsius Concilii decretum, et pariter est impossibile, quia dato initio non amplius datnr immemorabilis, sed solum centenaria; ista autem nec minus allegari potest, quia decretum irritans, qno munitur Concilium Tridentinum et constitutio s. Pii V., adeo irritat omnem contrarium actum ut non permittat ullo tempore aliquam inchoari posse consuetudinem vel praescriptionem etiam centenariam ut communiter affirmarunt Card. de Luca, *de jurisdict. disc. 95. n. 7. et 8.*; Pignatelli *consult. 134. n. 16. t. 1.*, Garzias *de benef. par. 9. c. 2. n. 345. in fine.*

His aliisque deductis de more proposita est coram S. C. C. dubitandi formula: »An sit standum vel recedendum a decisis in casu?«

S. Congregatio Concilii die 14. Decembris 1872 respondere censuit: *In decisis et amplius.*

EX HIS, COLLATIS CUM DOCUMENTIS MOX AFFERENDIS, COLLIGES:

I. Formam concursus et examinis in conferendis ecclesiis paroecialibus in synodo Tridentina praescriptam *sess. 24. c. 18. de reform.* ita esse servandam ut provisiones paroeciarum aliter factae eo ipso sint nullae.

II. Ejusmodi tamen formam variis modis posse exsecutioni mandari intra praescriptas ejusdem Tridentinae synodi dispositiones.

III. Ad auferendam inductam varietatem, qua Tridentina forma exsecutioni (non sine multiplici damno) mandabatur, prius S. C. C., postea Clementem XI., denique Benedictum XIV. regulas opportunas statuisse, quibus et multiplicia damna eviterentur et methodi conformitas inducëretur.

IV. Ejusmodi regulas non ea intentione fuisse praescriptas, ut constituerent substantialem formam ex cujus neglectu ipso jure concursus seu examen esset irritum et nullum.

V. Idque constare tum ex tenore praescriptionis regularum, tum ex eo quod clausulam irritantem, si secus factum fuerit, ejusmodi praescriptiones non secumferant.*)

VI. Quare ut concursus declaretur irritus et nullus, necesse esse ostendere v. gr. aut ex dolo et fraude dictas regulas non esse servatas, cum dolus et fraus nemini debeat patrocinari, aut adeo regulas fuisse neglectas, ut eo ipso neglecta fuerit forma Tridentina.

VII. Hinc facile quoque posse consuetudinem invalescere contra ejusmodi regulas; neque ex eo tantum quod consuetudo fuerit contra dictas regulas dici poterit consuetudo irrationabilis.

VIII. In themate judicio instituto super nullitate concursus ex defectu formae, neque dolum ueque fraudem fuisse probatam, etsi nonnullae irregularitates forte irrepsisse videantur.

*) Est speciosa ratio quam adducit Reclusius supra citatus in *p. 2. tit. 4. n. 84. in concursibus;* scripsit enim: Istud decretum *irritans* istaque clausula *sublata* (aliter interpretandi facultate) quae in citatis encyclicis et in Benedictina constitutione desiderantur, perinde est, ac si ipsis quoque apposita fuerint. Quandoquidem s. Congreg. Concilii, seu Clemens XI. et Benedictus XIV. in praedictis locis sese referunt ad dictum Concilium Tridentinum atque Pianam constitutionem (s. Pii V. *In conferendis* 15. Aprilis 1568). Unde absurdum esset, si a relato referens diversimode interpretaremur *ad textum in lege Praetor fl. §. Si judex, de judic.* etc. Non enim animadvertit Reclusius s. Congregationem admisisse quidem quandam peculiarem formam concursus, sed eandem praecepisse *per modum instructionis*, ut videre est in primi dubii responsione in causa agitata die 16. Novembris 1720. Neque animadvertit ejusmodi instructionem deinde jussu Clementis XI. emissam haec verba praeferre: *statuit omnes et singulos Episcopos... hortari, ut examen ejusmodi instituere non graventur* etc. Neque animadvertit, constitutionem Benedictinam *Cum illud* totam fere referri ad instructionem Clementis XI. quam uberius explicat. Ideoque adversus Reclusium posset retorqueri argumentum hoc modo: absurdum esset si a relato referens diversimode interpretaremur: sed Benedictus XIV. se refert ad instructionem Innocentii XI., quae tota in hortatione consistit, ergo Benedictina constitutio in hortatione consistit. Quam conclusionem fateor esse falsam, namque Benedictus XIV. non solum hortatus est sed praescripsit eum *gerendarum rerum ordinem quem longo usu utilem agnovit:* quae tamen verba licet praeceptiva, non ejus tenoris sunt, quae aequivalere possint clausulae irritanti. Neque animadvertit Reclusius aliquam legem vel decretum referri posse ad alteram multiplici ratione. Referri enim potest aliqua lex ad alteram interpretando et innovando, ut citata constitutio s. Pii V. refertur ad Tridentinam dispositionem et tunc haec lex facile induit naturam alterius: sed referri quoque potest ad alteram explicando aliquem modum quo utilius haec altera lex exsecutioni mandetur, quo casu lex non induit naturam alterius, sed unum prae alio exsecutionis modum determinat.

IX. Neque ostensum, Tridentinam formam esse neglectam, cum aliud sit quemque probare ex sola scientia sine requisitorum ut ajunt examine, quod esset contra Tridentinam formam *); aliud sit examen requisitorum non facere, quia in scientia aliquis certum quendam suffragiorum gradum, quem alii concurrentes consecuti sunt, non attigerit.

X. Hunc enim secundum casum non demonstrari oppositum Tridentinae formae, quae licet statuerit: *peracto examine renuncientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis*, non determinavit quid magis aut minus redderet concurrentem idoneum, ita ut debeat vel non debeat renunciari inter adprobatos.**)

XI. Imo Benedictum XIV. licet constituerit, requisita esse *doctrinae arcto foedere consocianda atque his omnibus conjunctim expensis inhabiles per suffragia* (examinatores) *rejiciant et idoneos Episcopo renuncient* attamen primum judicium ab examinatoribus ponendum super scientia statuisse per verba: *Postquam diligenter expenderint singulorum peritiam . . . et postquam demum deprehenderint qua quisque polleat gravitate sententiarum* etc.

XII. Quae cum ita sint accedente immemorabili vel longaeva consuetudine quae formam concursus ita determinavit, ut qui certum quendam gradum scientiae, quem alii consecuti sint, non attigerit, eo ipso inter adprobandos recenseri non debeat, quaestione instituta ob hanc causam super nullitate concursus, de nullitate non constare esse judicandum.**)

*) Quod fuit definitum a S. C. C. in causa agitata die 2. Augusti 1607, quam refert Benedictus XIV. in opere de *syn. dioeces.*

**) Sic ex. gr. potest interdum etiam non admitti ad concursum aliquis qui bona fama sive juste sive injuste non gaudeat, cum ob id non possit idoneus deinde probari, ut est quidam casus in *Tridentina Concursus* agitata in S. C. C. die 30. Martii 1743. In ea agebatur de presbytero jam valde versato in animarum cura, qui praeclara etiam testimonia pro se habebat de morum integritate, de servitio ecclesiae jugiter praestito aliisque meritis. Episcopus non admiserat ad concursum quia aliquae culpae fuerant eidem publice imputatae quamquam non probatae. Proposito autem dubio: »An constet de nullitate concursus;« responsum prodiit: *Negative*. Item in *Torentina* 7. Dec. 1720.

***) Hic praeterea animadverte aliud esse judicare *concursum validum*, aliud esse judicare *non constare de nullitate*: quae duo valde differunt. Nam posito actu, standum est pro validitate actus ejusdem quoadusque non demonstretur irritus.

XXXV. Obligatio.

Vd. *Concursus* (modus p. 303.; pro praebenda theolog.).

Ecclesiae Cathedrali N. adnexa est parroecia, cujus munera Canonicus curatus explet. Hac dismembrata Episcopus decreto diei 25. Januarii 1838 novam erigebat parochiam sub titulo s. Dominici in ecclesia s. Francisci de Paula eique praeficiebat Aloysium B. Canonicum Cathedralis, qui ex pontificia dispensatione utramque praebendam per triennium possedit. Elapso sed vero triennio resignavit coram Episcopo canonicatum favore sui fratris,*) ac sibi parochialem ecclesiam retinuit.

Jamvero cupiens iste tenuem parochiae dotem augere ac sibi suisque successoribus jura et privilegia Canonicorum Cathedralis comparare obtulit Episcopo libellas pedemontanas 8000, ut ex his erigeretur praebenda canonicalis in Cathedrali et ea parochus s. Dominici pro tempore potiretur. Exceptis precibus ac regulari hypothecae subjectis aliquibus praediis Episcopus instrumentum publicum conficiendum curavit; ac nova instituta praebenda ejus possessorem titulo Canonici parochi donavit, ut distingueretur ab altero cui nomen Canonici curati erat. Sane inquit Episcopus in tabulis erectionis: »In dicta nostra ecclesia Cathedrali s. Reparatae parochialem praebendam titulo s. Dominici praehabito capituli nostri consensu per actum diei hodiernae *(10. Martii 1842)* canonice erigendam duximus ac vi praesentium auctoritate nostra ordinaria canonice et perpetuo erigimus debiteque erectam declaramus in verum proprieque dictum canonicatum sub eodem titulo parochiali s. Dominici, ita ut in illius possessionem missus parochi non solum officio, juribus ac praerogativis gaudeat, verum etiam Canonici Cathedralis nostrae praedictae ecclesiae s. Reparatae cum titulo Canonici parochi ac locum ac stallum in choro et vocem in capitulo habeat, omnibusque Canonicorum functionibus jure intersit cum honoribus, oneribus et juribus universis, quae ad praefatos Canonicos Cathedralis nostrae ecclesiae spectant et in futurum spectare possunt, dempto tamen ipsi onere choro interveniendi quoties parochiale ministerium ipsum interesse vetabit, super quo ipsius oneramus conscientiam, pront similes Canonicos parochos exemptos declarat ipsum canonicum jus.*)

*) Vd. *t. II. p. 852. n.*

Nobis vero et successoribus nostris in perpetuum ut publicus praedictus fundationis actus exposcit jus nominandi et eligendi ad eumdem canonicatum absque ulla forma publici concursus reservamus et appropriamus, ut quoties illum perpetuis futuris temporibus et ex quorumcumque illum possidentium obitu vel decessu etiam apud s. Sedem apostolicam ac in quibuscumque anni mensibus vacare contigerit, per nos seu per Episcopum pro tempore existentem vel per Vicarium capitularem, Sede vacante, absque ulla concursus forma ad dictum canonicatum nominari et eligi valeat ex primaeva reali, actuali, integra et omnimoda sui fundatione et praesenti canonica erectione, ideoque omnes electiones et nominationes sic faciendae solidae et efficaces sint suosque plenarios et integros sortiantur effectus, prout meliori modo quo possumus constituimus et declaramus.« Hac peracta erectione Episcopus Aloysio B. canonicam institutionem concessit.

Hic obiter admonendum occurrit, anno 1845 statuta capitularia condita fuisse ac auctoritate episcopali firmata, ibique legi cap. 8. *de absentibus in praesentium numero habendis* art. 49: »Praesentes in choro ideoque participantes de jure adcrescentiae distributionum quas amittunt absentes a choro habebuntur Canonicus curatus hujus Cathedralis necnon Canonicus parochus s. Dominici dum divinorum officiorum tempore ministerii sui functiones peragunt, idest sacramenta administrant infirmis assistunt verbum Dei annuntiant. Diebus vero dominicis tota die a choro abesse poterunt, quando ad populum concionem habent.« Res per plures annos juxta ea quae tum ab Episcopo tum a capitulo constituta fuerant, pacifice processit: sed prius Episcopo, dein parocho Aloysio B., vita functis, dubium suboriri coepit quoad validitatem hujusmodi erectionis factae absque venia apostolica, atque adeo contra praescripta Concilii Tridentini in *cap. 13. sess. 24. de reform.* Insuper querimoniae exortae sunt inter Capitulares quoad exemptionem parochi s. Dominici a choro. Tandem et alia difficultas ex parte Gubernii nata est, tum ex eo quod decretum imperiale quo dioecesis paroeciae recognoscebantur, inter succursales accensebat illam s. Dominici ejusque rectores ad nutum amovibiles renunciabat, tum etiam ex eo quod minister cultus institisset pro separatione canonicatus a paroecia.

*) Vd. *t. III. p. 975. e; 981f; 354. n. 1; 493. XVI.*

His omnibus agitatus Episcopus ad jurgia et scandala in posterum cavenda quaerit:

1. An sustineatur erectio praebendae parochialis s. Dominici in praebendam canonicalem ecclesiae Cathedralis facta ab Episcopo auctoritate sua?

2. An Episcopus auctoritate sua ordinaria valeat dispensare Canonicum parochum ecclesiae a Cathedrali sejunctae ab onere choro interveniendi, quoties parochiale ministerium exercet et an numerus 5. cap. 8. statutorum capitularium, quo praedictus Canonicus parochus, etiamsi absens, habetur tamen ut praesens et participans adscrescentiae distributionum, juri canonico consonans sit?

3. An concedenda sit institutio Canonici parochi s. Domiuici, non obstantibus civilibus legibus et difficultatibus, quae inter ecclesiasticam et civilem auctoritatem circa pensionem quae majorem praebendae portionem constituit insurgere possunt?

Rogatus Episcopus ut, audito capitulo, de ejus sententia referret atque partibus terminum praefigeret ad ulteriora jura deducenda si vellent transmisit votum capituli in quo animadvertit ecclesiam semper improbasse ut quis duo simul beneficia incompatibilia retineat,*) ut patet ex Concilio Lateranensi et ex Conc. Trident. *cap. 4. sess. 7. de reform.* cui plures consonant responsiones H. S. O. Hinc deducit ecclesiasticas leges damnare ac irritas reddere uniones duorum beneficiorum incompatibilium solumque Pontificem quoad hoc dispensare posse.

Exemptionem vero parocho s. Dominici ex *n. 5. cap. 8.* statuti capitularis concessam quoad distributiones nullius esse momenti, quia subscribentes nihil alind voluere, quam eorum obsequium et devotionem Episcopo testari, qui eos tanta benevolentia prosecutus fuerat, dum per hujusmodi unionem parochum s. Dominici inter Capitulares cooptabat.

Haberi vero ut praesentes in choro, dum ministerio incumbunt, tantum qui curam animarum Cathedrali vel Collegiatae adnexam exercent, non vero qui id agunt in altera

*) Vd. *t. II. p. 590. n. 56.*

ecclesia. Hoc vero omissis declarationibus H. S. O. probat ex Bonix *de Capitulis cap. 3. §. 1., 3.* et ex Barbosa *de Canon. et dignit. cap. 22.* Omnes vero alios, quippe qui ex jure commnni si choro non intersint distributiones amittunt, nequeunt ab Episcopo et capitulo tali dispensatione donari.

Nullam vero unionem factam ab Episcopo declarat*) tum quia juri commnni contraria, tum quia Episcopus innitebatur dispensationi a sum. Pontifice concessae *die 4. Martii 1839* quae dispensatio ad aliud referebatur beneficium et jam expiraverat.

Post haec transiens capitulum ad dispositionem legis gallicae post restaurationem observat, nec verbum haberi de parociis hujus naturae. Hinc cum in Gallis major parochorum pars sit amovibilis ad nutum Episcopi, ad strictam tamen residentiae legem tenetur, ac timet ne Gubernium aegre ferat erectionem parochiae in canonicatum, qui titulns inamovibilis est. Insuper hunc sibi casum effingit. Si parochus Canonicus infirmitate correptus suum munus obire nequivisset, alter ei sufficiendns esset parochus titularis possetne canonicatu gaudere? Minime, quia esset contra fundationis legem. Hinc concludit 1. nullam fuisse erectionem paroeciae s. Dominici in canonicatum Cathedralis; 2. Neqne Episcopum neque capitulum potuisse concedere Canonico parocho ut dum ministerio vacat et abest a choro lucretur distributiones, ideoque irrita est dispensatio concessa a *num. 5. cap. 8.* statuti capitnlaris. 3. Attendi debere declarationem H. S. O. antequam detur canonica institutio ad vitandas collisiones Gubernium inter et Episcopum. His tamen non obstantibus capitulum enixis precibus H. S. C. exorat, ut sanciantur quae ab Episcopo et Canonicis antecessoribus acta sunt.

Hinc causa proposita est sub dubiorum formula in calce exscripta.

Inprimis notatum est, Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 13. de reform.* Episcopis prohibuisse parochiales ecclesias unire cum praebendis Cathedralium vel Collegiatarum; cum enim animarum cnra continnam et praecisam residentiam exposcat facile quis alterutrius servitium negligeret Ideoque advertit Fagnanus, quod ob residentiam servitii exurgit incompatibilitas**) in beneficio curato et canonicatu et in pluribus canonicatibus; cap. *Extirpandae* §. *Qui vero de praebendis et cap. 12. sess. 24. de reform. Conc. Trid.* Quae cnm sint de jure communi, unanimes anctores tradunt Episcopnm dispensare non posse super pluralitate beneficiorum incompatibilium, atque addunt, hoc tantum fieri posse ab Episcopo, cum evidens necessitas vel ntilitas ecclesiae sit et cnm periculum sit in mora et facilis ad s. Sedem non pateat recursus, *sess. lib. 2. c. 34. n. 150.*, Pirhing, *de praebendis ev. 191.* Barbosa *cap. 28. eod.*

Ob eamdem rationem nullius momenti videtur dispensatio parocho s. Dominici concessa, ex qua dum vacat ministerio nt praesens habetnr in choro, jure enim communi inspecto solis interessentibus quotidianae distributiones debentur, *Conc. Trid. sess. 22. cap. 3. de reform.* Et sane distributiones hujusmodi in jure dicuntur victualia *cap. De caetero gloss. et commun. de cleric. non resid*, atque dantur jure omnino abstracto a praebenda, scilicet propter operam personalem, Lother. *de re benefic. lib. 1. quaest. 30.* Hinc merito s. Congreg. semper tum capitulo tum Episcopo denegavit facultatem remittendi distributiones amissas, Barbosa ad *cap. 12. sess. 24. c. 3. de reform.*, et vetuit ne statuto aliquo id constitui posset. Imo pergit Barbosa: *nec totum capitulum per consuetudinem potest concedere quod absens lucretur distributiones quotidianas, etiamsi per momentum temporis duraverit absentia, ibid. n. 209.* Ex his itaque clare colligitnr, neque per particularem constitutionem id inducere capitulum posse: unde illud privilegium a statuto capitulari concessum nihil roboris habet favore parochi s. Dominici. Ex his omnibus videtur vera sententia capituli irrita declarantis quae ab Episcopo constituta sunt.

Ad unionem vel erectionem ab Episcopo factam sustinendam notatum est, quod causae ad ipsam peragendam aderant, capituli consensns exquisitus omnesque aliae solemnitates adhibitae: hinc nisi evidenter demonstretur hac facultate Episcopum omnino caruisse, actus ejus sustinendus potius quam destruendus est.

Advertebatur praeterea, unionem vetitam a *cap. 13. sess. 24. de reform. Conc. Trid.* eam esse unionem, vi cujns titulus parochialis extingueretnr, quod in casu minime accidit, cum ad praebendam parochialem augendam unio facta fuerit et non parochia ad canonicatum, ut sese exprimnnt Trident. Patres, sed canonicatus ad parochiam accesserit.

Insuper dubitari valde potest an de vera unione a Concilio vetita agatur in casu, siquidem unio praesefert ideam duorum beneficiorum praeexistentium et praeexistentis paroeciae et beneficii unio vetita certe est. At hic extat paroecia non vero canonicatus; ad reddendam commodiorem conditionem parqeciae, ad augendum splendorem capituli Cathedralis, Aloysins B. obtulit Episcopo annuum redditum 400 libellarnm, ea tamen lege, ut novum canonicatnm in Cathedrali institueret atqne ad eum proprio jure parochus *pro tempore* s. Dominici cum juribus et privilegiis in limine fundationis expressis veniret. Ergo non nnio, sed erectio novi beneficii est; nec satis elegans ratio reddi posse videtur, cur Episcopus eas conditiones acceptare non posset. Neminem enim latet fundatorem beneficii posse in limine fundationis qnascumque sibi benevisas conditiones apponere,*) dummodo non sint contra bonos mores vel impossibiles, easque Episcopum acceptare, ut traditur *capit. Significatum 11. de praebendis cap. Praeterea 23. de jurepatr.; et cap. Quanto ae censibus*, s. Congr. Conc. *Hortana 30. Januarii 1810.*, *Cornetana 6. Febr. 1847.* Idqne innititur juris principio, quod quisquis rerum suarum moderator et arbiter est, ita ut possit etiam contra jus commune conditiones apponere, uti docent communiter doctores. Pirhing. *lib. 1. tit. 18. §. 41.*, Barbosa *de off. et potest. Episc. part. 1. tit. 2. §. 28.*, Rigant. *Comment. in regul. 52. cancell. num. 38.*, de Luca *de benefic. disc. 95. num. 10.*

Quod conditiones a fundatore canonicatus appositae sint contra jus non est ambigendum; ast non ideo dicendae sunt impossibiles aut tales, quae perpetuam juris prohibitionem praeseferant; nam et Pontifex solet dispensare super pluralitate beneficiorum et Episcopus olim poterat. Imo Lotherius *lib. 1. quaest. 10. fin. de re benef.* aperte tradit, qnod quamvis canones ubique damnent pluralitatem beneficiorum, tamen quia id non habet perpetuam prohibitionem a jure naturae, sed dumtaxat a jure positivo penitus in hac parte variabili, *cap. de multa praebendis*, toleranda erit lex contraria in fundatione apposita, ut firmatum fuit in Vallisoletana *Archidiaconatus 16. Nov. 1616 coram Coccino.*

Ex quo evinci posse videtur, admittendam esse etiam aliam conditionem qna parochns s. Dominici, licet choro non intersit, lucretur distributiones. Si enim ex Tridentino *sess. 22. cap. 1. de reform.* habentes dignitates, qnibns extra civitatem cnra animarum immineat, si Canonici qui curam animarum in eadem ecclesia adnexam habent, dum ministerio incumbunt, licet choro non intersint, lncrantur distributiones*), *Mediolanen. 13. Februarii 1639. lib. 16. decret.*, *Hortanen. 19. Septembris 1643. lib. 17. eod. et Montis regalis 8. Junii 1724. et 6. Decembris 1712.*, nulla pretiosa ratio snppetit, qua haec conditio acceptari nequeat ab Episcopo in limine fundationis. Eo vel magis quia S. H. O. haec eadem fere principia sancivit, dum ob legem fundationis putavit absentes causa studiorum distributiones lucrari posse**) *ut in cit. Cornetana 6. Februarii 1847 et Arboren. Distributionum 19. Aprilis 1814.*

Quodsi ea arrideat sententia quae tenet, Episcopum omnino non potuisse eas admittere conditiones, atque ideo omnia ab eo peracta irrita censeantur, dignum profecto est ut dispensatio, quam enixe tum Episcopus tum Capitulares petunt, concedatur. Causae enim ad hanc dispensationem elargiendam tres sunt vel utilitas vel necessitas ecclesiae vel praerogativa personae. *Pirhing. tit. de praebendis §. 191.* et alii communiter. Hic vero utilitas luculenter patet, dum congrua dote paroecia providetur, augetur splendor Cathedralis ac periculum removetur ne, si secus fiat, fundatoris haeredes statutam pensionem renuant persolvere, quia spretae sunt conditiones a fundatore appositae.

Ultimo loco Episcopus angitur difficultate quae exurgere posset ex parte saecularis potestatis, cum Gubernium pluries institerit ut dicta parochia segregaretur a canonicatu, aegre ferens, parochum titulo perpetuo et inamovibili donari; praesertim quia Gubernium gallicum hanc parochiam inter saeculares seu amovibiles recensuit.

Quoad hoc vero animadverti posse videtur Episcopum tutum esse de suo bono jure cum enim provinciae S. et N. gallico Imperio adnexae snnt, Gubernium sese obligavit apud s. Sedem, ut quoad negotia ecclesiastica in his provinciis nihil immutaretur atque omnia prout erant sub regno P. manerent.

*) Vd. *t. II. p. 961. d; 1026. s; 1027. t.*
**) Vd. *t. II. p. 595. III.*

*) Vd. *t. II. p. 353. n. 1.*

*) Vd *Distributiones.*
**) Vd. *t. III. p. 1036. r; 1050 f.*

His omnibus hinc inde deductis proposita sunt resolvenda

Dubia:

I. *An sustineatur erectio facta ab Episcopo in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu?*

S. Congregatio Coucilii respondere censuit

Ad 1. et 2: Nihil iunovaudum et ad mentem. Mens est nt scribatur Episcopo paroeciam conferri non posse uisi praevio coucursu, aut saltem praevio cauonico examine idoneitatis iu scriptis facto verbo cum SSmo. (Vd. *p. 260. XIV.)*

Exinde colliges:

I. In qualibet unione beneficiorum perficienda justam et rationabilem causam concurrere debere, necessitatem nempe vel ecclesiae utilitatem.

II. Episcopum unire nou posse ecclesias parochiales cum monasteriis, abbatiis, praebendis cathedralibus vel collegiatis, beneficiis simplicibus, hospitalibus militiisve.

III. Nec pariter dispensare super pluralitate beneficiorum incompatibilium.

IV. Fundatorem beneficii in limine fundationis posse quascumque sibi benevisas conditiones apponere, dummodo non sint contra bonos mores vel impossibiles easque Episcopum acceptare.

V. Collationem paroeciarum peragi non posse ab Episcopo nisi praevio coucursu aut saltem praevio cauonico examine idoneitatis in scriptis, nou obstante fundationis lege.

VI. Distributiones quotidianas lucrari tantum ab iis, qui Diviuis intersint, uisi abesse cogantur a choro de causa a jure permissa.

VII. Cauonicum, cui adnexa est animarum cura absentem a choro ministerii causa haberi pro praesente et interessente proindeque quotidianas distributiones lucrari.

VIII. Neque capitulum neque Episcopum remittere posse distributiones a negligentibus amissas.

XXXVI. Pro parochiis singulis habendus.

Vd. a n. I. p. 238 — n. XXXV., in quibus omnibus de concursu pro *singulis* parochiis habendo sermo est.

XXXVII. Pro parochiis cum Cathedralibus vel Collegiatis adnexis.

Vd. p. 322. XXXV.; 304. §. *Ad.*

XXXVIII. Prorogatio.

Vd. p. 259. XII.

9) Pro Poeniteutiaria episcopali.

Vd. *Poenitentiaria; Concursus pro praebenda theol.*

a) Canonici tantum concurrere possuntne?

Vd. infra decret.: *Beneventana p. 338.; Concursus pro praebenda theol.* (obligatio quando non est).

b) Examinatorum relatio et judicium Episcopi.

Vd. *Concurs.* (examinatorum relatio etc. p. 270.; pro praebenda theolog.).

Traneu.

Vacata exeunte anno 1845. canonicali praebenda cui poenitentiariae officium iuhaeret iu Tranensi cathedrali de more concursum per publica edicta indixit Archiepiscopus die 24. Novb. Tres idcirco delecti ab eo fuere examinatores synodales in decreto nuncupato; atque adveniente statuta die quae fuit 2. Dezbr. 1845. periculo subeundo sese obtulerunt Antonius Di Renzo, Thomas Di Lollo et Jacobus Caressa, primus Canonicus, participantes alteri ejusdem Cathedralis. Pauditis itaque nnicuique ex candidatis quaestionibus in morali Theologia euodandis expleto vix periculo secretum coram Antistite scrutinium habitum est; unde hujusmodi judicium prodiit: *Perlectis resolutionibus et solutionibus datis unanimi Examinatorum voto concurrentes approbati sunt. Illustriss. vero reved. Dominus perpensis eorum meritis requisitis aetatis, idoneitatis, vitae aliisque jure praescriptis censuit ac decrevit approbari adm. Rev. Dominum Antonium Canonicum Di Renzo ad obtinendum officium Poenitentiarii ut supra vacatum ad normam juris.*

Literis hinc institutionis expeditis in poenitentiariae possessionem Di Renzo missus est atque in canonicatum ab eodem possessum alter sacerdos subrogatus.

Id gravate ferentes Di Lollo et Caressa triduo a decreti prolatione appellationem in archiepiscopali tabnlario interposuerunt ad S. EE. V. V. O. datisque in id precibus rogarunt nt nullns pronunciaretur concursus ex vitio formae; quia scilicet tres tantum adhibiti examinatores fuere quorum unus doctorali vel licentiatus gradu*) carebat, alteri duo fraterno inter se consanguinitatis vinculo copulabantur, nullus autem eorum synodalis examinatoris qualitate prout ab Archiepiscopo asserebatur praeditus et quia uulla exhibuerat Di Renzo ad acta requisita et nullum ab examinatoribus de permultis exhibitis aliorum concurrentium requisitis habitum exameu uullumque prolatum judicium fuit; quia denique collatio facta fuerat favore ejus, qui pluribus criminibus coinquinatus jure ejusmodi officio inhabilis prorsus erat reuunciandus.

*) Vd. *p. 260. XVII.*

Auditus super omnibus est Archiepiscopus, cui iusuper demandatum est, ut, praefixo termino Canonico Di Renzo ad deducendum jura sua coram hac S. Cougregatione de omnibus, quae inde fierent, S. ipsam C. certioraret actaque transmitteret. Constat ex actis S. Cougreg. Archipraesulem mandatis haud satis fecisse. Habetnr nihilominus ejus epistola diei 28. Apr. 1846. qua haud parum impendit laboris in tuenda concursus validitate atque iu refellendis singulatim iis, quae ab appellantibus nt mox videre licet objecta sunt, suamquae relationem ita concludit: *Mi angura che voglia la S. Congregatione trovare ragionevole l'operato nella circostanza; ed ove divetto potrà scovire dipendente dalla omissione di qualche formalità nel concorso come chè tutto fu fatto in buona fede per la consuetudine vigente in questa dioecesi, e non vi è lesione al diritto di alcuno essendo il solo Di-Renzo l'abile ed idoneo alla Penitenzieria, imploro dalla Santità di Nostro Signore la sanatoria a tali omissioni ad evitare anche lo scandalo e l'amirazione, che potre le portar seco il rinnovare del concorso.*

Evenit interea temporis, ut Archiepiscopo hnic impoti ob senectutem facto moderandi ecclesiae suae negotia admiuistrator ab Apostolica Sede daretur, idque muneris uense Maji relati anni auspicatissime hodierno Andriensi Episcopo crederetur. Porro postquam laudatus hic administrator concursus acta a Tranensi Archiepiscopo Franci remorata S. Cougregationi transmisit, instantibus Di Lollo et Caressa ipsius votum et informationem super re exquirendum censuimus; qui geminis datis literis die 27. Febr. 1847. demandato muneri accurate satisfecit.

Post haec dum cuncta utrinque parabantur ad puguam accitis scilicet procuratoribus concinnatisque dubiorum formulis quae in calce leguntur accidit ut Archipraesul ille piissimus Frauci labeute meuse Junii ejusdem anni ad superos evocaretur eique proiude dioecesis regimen electus a capitulo Vicarius succederet. Jam vero hunc adiit Canonicus Di-Reuzo iueunte illo anno postulans, nt quouiam plura eaque iudigua de ejus moribus ex adverso efferebantur accuratam super re iuquisitionem institueret, deque hinc rescitis S. C. instructam redderet. Petitiouem haud repudians Vicarius confestim examini summario plures sacerdotali charactere fulgentes spectabilesque Traui cives subjecit quorum attestationes transmissae habentur in summario allegationis distribueudae pro Canonico Di-Reuzo. Porro hisce attestationibus innixus Vicarius iu sua epistola strenue tueudum summit Canonicum illum profiteturque nonuisi aliis artibus ac per summam calumniam in discrimen ex adverso adductam fuisse illius vivendi rationem, quam contra undique commendabilem tum ante tum post susceptum ab eo poenitentiariae officium affirmat. Quin etiam in alia epistola ad EE. V. V. panlo post data accuratius diluere studet qnidquid contra illum in curia fuerat objectum. Illud postea adnotaudum in facto superest, scilicet procuratorem Canouici Di Renzo, inhaerendo verbis defuncti Archiepiscopi quoad sauationem ab hoc, nt supra, imploratam, mox vadasse coram nobis appellantes, nt dubiis jamdiu concinuatis tertium adjiceretur, quo fas ipsi esset EE. V. V. percontari: *An sit consulendum SSmo pro sanatione in casu?* quo de nullitate concursus constaret. Verumtameu acriter iis reluctantibus instantem dimisimus rescripto: *Utatur jure suo in die propositionis causae.* Haec in facto.

Quod uunc antem ad jus pertinet, prima quae se offert enodanda quaestio in eo est ut disquiratur utrum acta concursus nullitatis vitio laborent, necue. Atqui id utique tenendum esse in themate contendit Di Lollo et Caressa patrocinator.

I. Namque observat uon quatuor sed tres tautum numero, re autem vera nonnisi duos examinatores adhibitos fuisse contra patnlam Benedicti XIII. constitutionis cujus initium: *Pastoralis Officii,**) sanctionem ubi habetur: *Per edictum publicum vocentur quicumque concurrere et examini se subjicere voluerint coram Episcopo et quatuor examinatoribus.*

II. Corruere opus esse inquit coucnrsus acta ipso juris ministerio, eo quia ab exa-

*) Vd. infra lit. *c. p. 333.*

minatoribus disquisitio et judicium nullimode de coucurrentium requisitis habitum fuit, cum ceteroquin ex citata constitut. et Trid. Synod. sanctioue cap. VII. sess. XXIV. de ref. ad casum coucursus pro Poeuitentiarii officio applicauda indeclinabile ouus sit uedum scientia sed etiam aetate, moribus, prudeutia aliisque rebus habilitatem metiri. Quae quidem disquisitio, ut ipse prosequitur, si strictim ad beneficia parochialia adhibenda est, eo magis in gravissimo Poenitentiarii muuere locum habere debet, quo majoris momeuti ac ponderis illud est; quia non quilibet ex eodem Concil. Trid. *cit. cap.* ad hujusmodi praebendam admittendus est, sed is tantum *qui magister sit vel doctor aut Licentiatus in theologia vel jure canonico et annorum 40 seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur.* Verum ex actis uullum requisitorum Canonici Di Renzo vestigium deprehenditur nullumque examen a judicibus super hisce factum est, prout ipsum pandit decretum: *Perlectis responsionibus et solutionibus datis unanimi examinatorum voto concurrentes approbati sunt.* Ergo jam satis inde concursus nullitas apparet, cum *quidquid secus fieri contingeret ex nunc prorsus irritum ac inane nulliusque roboris vel momenti esse ac fore* decreverit ac declaraverit Pontifex in memorata coustitut. §. *Quoniam* in fine. Perperam diffugium quaereretur ex adverso in jactata illius curiae consuetudiue adhibeudi tres potius quam quatuor examinatores in omnibus concursibus.

Quidquid namque de hoc sit in facto, quod abusive tautum ac per summam Archiepiscopi illius incuriam evenire potuisse dicendum est, spectatis praesertim aliis hujuscemodi factis arbitrariis ab eodem Praesule patratis, de quibus quam plurima extarent monumenta penes acta s. Cougreg., illud in themate ponderari sedulo debet scilicet nou dari consuetudiuem coutra apostolicam constitut., quae munita notissima clausula *sublata et decreto irritanti* ut in § 7. quamlibet etiam immemorabilem observantiam praepedire procul dubio valet. *Ita Card. de Luca disc. 7. et 53. n. 4. et disc. 95. n. 7. et 8. de jurisdict.* et *disc. 65. de benef. n. 18.* necnou *Piton. alleg. 5. de controv. patron. n. 6.* et s. Congregatio in *Faventina Reddit. ration. 8. Aug. 1572.* § *3.* Idque magis tenendum in themate, quó ipsa Benedictiua constitutio aperte immemorabiles consuetudines praecidit his verbis: *Non obstantibus . . . . statutis et consuetudinibus etiam immemorabilibus privilegiis etc.*

Nec ex eo quod anteacti concursus approbati reperiantur a Dataria apostolica etiamsi coram tribus examinatoribus tantum habiti, censeri potest tacite constitutioni Benedictinae derogatum fuisse confirmatumque coutrarium Tranensis Curiae usum: ad hoc enim, quum maxime de ejusmodi agatur constitutione quae universae ecclesiae regimen afficit non tacita, sed expressa opus erat ss. Principis derogatione, quemadmodum oporteret ut de ejusdem scientia plene constaret ad rationabilem inducendam consuetudinem, *Franc. in cap.: Cum de benefic. n. 4. de praeb. in 6., s. Rota in decis. 221. n. 8. et seqq. part. 1. recent.* Verumtamen in themate hujusmodi extrema prorsus desiderautur; siquidem numquam neque per accidens cognitus fuit a principe examinatorum defectus, quum neque Episcopus aliquid de eo retulerit unquam neque alius quisvis vel excipieus vel contradictor extiterit; proiude haud mirauduu dicit, si ulla absque repugnantia Dataria apostolica unum alterumque concursum approbaverit.

Nemo tamen affirmare audebit ex hoc iuferri posse etiam Pontificis auctoritatem accessisse, cum neminem lateat tritum illud effatum: mentem ad incognita non ferri.

Et admisso insuper vel apostolicae Datariae vel etiam ss. Pontifici abusum Tranensis curiae notum fuisse, nihilominus id miuime adversario proficeret, tum quia derogatio afficere ad summum potuisset casus eos, pro quibus ipsa emissa fuit, neutiquam tameu illos complecti, qui adventuri erant, qui a Papa ignorabantur, quive diversitatem circumstantiarum prae se ferebant, ex jure enim est derogationem semper restringi nec de casu ad casum extendi, *Rota decis. 159. n. 9. part. 8. recentior.* Nullam vero aut novae derogationis gratiam aut veteris porrectionem sperare liceret in praesenti casu, ubi plura extant, quae suadent haudquaquam tautum abusum approbatum vel sanatum iri uuquam posse a Pontifice. Siquidem res est de concursu nullitatibus uudique scatente, agiturque de praejudicio clieutibus inferendo queis illius validitatem tempore habili inficiantibus jus quoddam ex adversarii non legitima electione ac irrationabili Episcopi judicio quaesitum est, nec unquam praesumitur Pontificem derogando velle juribus tertii praejudicium inferre, *Rota in annotat. ad decis. 207. part. 9. t. 1. n. 19. seqq. recent.*, in *Bononien. Juris nominandi 11. Febr. 1838. coram Dunozetto* et s. haec Cong. *in Eugubina Pensionis 4. Junii 1836.* §: *Evidentissimas.*

Ad alterum nullitatis caput, ex omisso scilicet scrutinio super meritis concurrentium mox gradum facit laudatus defensor brevique oratione demonstrat de eadem nullitate haudquaquam dubitari posse; siquidem hoc utitur argumento. Cum in facto compertum sit adversarium Di Renzo nullo unquam tempore suorum requisitorum copiam fecisse licet Archiepiscopus rescripserit: *Admittatur ad concursum et interim recipiantur requisita* cui decreto ad unquem satisfecerunt clientes necessario sequitur examinatorum judicium claudicare prorsus nulliusque roboris esse, quia haud servata fuit forma Benedictinae constitutionis praecipientis *ut examinatores in scrutinio ipso perpendant simul scientiam et merita concurrentium: hisque omnibus conjunctim expensis inhabiles per sua suffragia rejiciant et idoneos Episcopo renuncient: ita ut omisso meritorum examine scrutinium de sola scientia peractum irritum reddatur.*

Quam doctrinam sequuta est s. C. in *Pinnen. Theologalis 23. Aug. 1760.* §: *Quantum* et antea s. *Rota in Cassanen. Parochialis 8. Mart. 1751.* § *3. 8. cor. Migazzi.*

Ceterum nec dubitat asserere consulto omissum fuisse quodvis requisitorum exameu ab Archiepiscopo, ut ita ad solam scientiam cohibito scrutinio facilius ipse morem gerere posset in provisione poeuitentiariae Cauonico Di Renzo. Sane, ait, non deest aliquis ex examinatoribus, qui fatetur protestatum se fuisse in actu scrutinii »*di non esser giudizio degli esaminatori la preferenza al Di-Renzo*«, *aliosque examinatores* »*annui vano col silenzio, e conatti esterni*« *et Archiepiscopum nihil facientem quidquid contra scrutinii irregularitatem objiciebatur rem suo lubitu diremisse, eligendo bene sibi acceptum Canonicum Di-Renzo.*

De II. dubio agens, post plura fuse eruditeque cumulata ad ostendendum quanta sit officii poenitentiariatus dignitas quantaque semper gravitate ecclesia judicaverit de Poenitentiarii munere, quidque requisierit in eo, cui munus illud committendum esset, post recensita quae tum a Trid. synodo tum a Benedictina constitutione ad dictum officium obtinendum praescribuntur immoratur in demonstrando malam examinatorum relationem super meritis Di-Renzo atque irrationabile Episcopi judicium. Profert hunc in fiuem monumentum curiae, uude patet Di-Renzo *fuisse inquisitum duobus criminibus de incontinentia et de usura,**) *atque 1838. primo crimine fuisse suspensum a Divinis; ex altero crimine confecto juridico processu fuisse in eum latam sententiam*, qua declarabatur praefatum Cauonicum *Di-Renzo foenus exercuisse, ac proinde denuo fuisse a Divinis suspensum damnatumque ut sancta exercitia perageret in domo religiosa.*

Quae quidem sententia animadvertimus cum eodem, licet aliquantulum temperata a s. Congregatione Episcopor. et RR., tamen neque ipsa valuit immuuem prorsus a crimine illum reddere, siquidem licet ab ea decretum fuerit sententiam curiae esse reformandam, tameu addebatur *Canonicum Di-Renzo esse monendum ut se abstineat a similibus.* De altera autem sententia super crimine incontinentiae lata nec pariter ambigendum affirmat profereus iu id testimonium recens et concursus tempore editum *dell'antica ed attuale scandalosa vita del Canonico Di-Renzo.*

Atque hic monet idem advocatus documenta omnia ex adversa exhibita ad cohonestandam vitam moresque Di-Renzo nullo in loco habenda esse, utpote pendente lite expiscata atque tempus concursui posterius respicientia; cum ceteroquin omnis disquisitio retrahenda sit ad diem concursus, ita ut, si tunc monumenta ineluctabilia de pravis illius moribus praesto erant, ea omniuo atteudenda sint ad non habilitatem ipsius astruendam.

Nonnulla postremo addit super libello nuper oblato ex adverso, quo tertia dubii formula super sanatione adjicienda petebatur, advertens jure meritoque ipsum petitioni obstitisse, adeo ut incidens controversia ad hodierna comitia remissa fuerit; tutamque fovet spem fore ut etiam EE. VV. iustantiam ejusmodi rejecturae sint, tum quia serotinam nimis, tum quia neque ab actoribus neque a reo proficiscentem, tum etiam quia gratia sanationis, quae in ea expostulatur, in evidens praejudicium juris tertio quaesiti cederet.

Oportet modo ut exposita ab eo qui causam orat Canonici Di-Renzo diligenter perstringamus. Inprimis quodlibet ille denegat jus appellautibus concursus nullitatem postulandi. Quod quidem duplici ex causa

*) Vd. *t. III. p. 1385. n. 36.*

contendit, ex eorum, scilicet, incapacitate atque indignitate. Ad incapacitatem quod attinet, ut cum ipso prosequamur, patula eadem est ex aetatis defectn. Tridentinae namque sanctiones in *sess. 24. cap. 8. de ref.* imperant Poenitentiarii praebendam in eum conferri, qui in quadraginta annorum aetate versatur, nec ab hac praescriptione potest recedi, nisi quando desint alii concurrentes in dicta aetate constitnti, *Barbos. in Concil. Trid. sess. 24. de ref. n. 20. Jan.* vero 1848., quo concursus est habitus, solus Canonicns Di-Renzo quadraginta annorum aetatem expleverat, dum contra Di Lollo 39 annorum spatium non fuerat adhuc emensus, Caresso vero 37 vix annos excesserat: sua ergo sponte consequitur pro legitimis contradictoribus eosdem haberi non posse, utpote qni poenitentiariam assequendi jure ob incapacitatem ex defectu aetatis destituebantur. Quod autem non solum essent ambo incapaces, sed etiam indigni eruitur ex informatione defuncti Archiepiscopi Franci, qui unum ex eis male audire refert: *nel publico per solemni immoralita*, alterum specietenus distingui: *una screditato perchè complice in una falsità solemne riconnoscinta dalla polizia generale del regno.*

Adde itaque incapacitati indignitatem, ac magis magisque firmum manebit eorum neminem Canonicnm Poenitentiarinm effici potnisse. Qnodsi nullum ad dictum beneficinm jus habent, qnisqne sensu suo facile percipit, injnria prorsns de concursus nullitate turbas per ipsos cieri, proindeque eorum petitionem esse rejiciendam, juxta tritum fori adagium: *per non jus actoris reus debet absolvi* post text. in *leg. Qui accusare cod. de eodem, s. Rota in recen. part. 13. dec. 480. n. 6. cor. Emerix decis. 1032. n. 9. cor. Ansaldo decis. 842. n. 2.*

Singulorum deinde gravaminum, qnae in actu appellationis recensentur, ita rationem habet. Ad primum ex trium numero examinatorum depromptnm respondet, quod etiamsi Benedictina constitutio *Pastoralis officii**) 4 requirat examinatores in concursn ad Poenitentiarii officinm, id tamen non obtinet in Tranensi dioecesi, qnia teste archiepiscopalis curiae cancellaria qninquaginta ferme abhinc annis tres semper fuerunt examinatores adhibiti. Maximi autem faciendam esse inqnit hnjnsmodi consuetudinem,**) qnnm ad canonicas abrogandas sanctiones satis sit contrarius qnadraginta annorum usus, *Ferrar. Bibl. can.* sub verb.: *Consuetudo n. 21., s. Rota in recen. part. 13. decis. 2. 32. n. 20. ibid. part. 5. decis. 374. n. 10.*

Quin nllum facessat negocium, sic pergit dictam constitutionem clausula *sublata* et *decreto irritanti* muniri.

Nam nemo non noscit pontificias constitntiones hujusmodi etiam privilegio roboratas ab immemorabili consuetudine in nihilum redigi, ea de cansa, quia post tam longum temporis spatinm Pontifex legis abrogationi consensisse praesumitur, *Card. de Luca de jurisd. disc. 96. n. 31.* Magis magisqne igitnr decretnm irritans et clansula *sublata* obstare non poterunt in themate, ubi non praesnmpta, sed expressa Pontificis voluntas Benedictinam constitutionem in desuetudinem abire permisit. Et re quidem vera ex fide cancellarii archiepiscopalis necnon ex fide apostolicae Datariae evidentissime patet ab anno 1800 ad novissima tempora non semel, non his, sed ter ad apostolicam Sedem spectasse Tranensis poenitentiariae collationem. Qnalibet vice tres tantum examinatores in concursn adhibiti cernebantnr; nec tamen apostolica Dataria, quae acta concursnm prae ocnlis habuit suisqne Theologis de more visenda praebnit, ut tnm exteriores tnm interiores adnotarent defectus, aliqnid minus recte gestum in iisdem concursibus reprehendit apostolicasque literas Pontificis mann signatas electi favore expedivit, nulla praevia actorum sanatione. Approbavit itaque apostolica Sedes Tranensem qua de agitur consuetudinem Benedictinae constitutioni repnguantem; nam Datariae factum ac scientia pro scientia ac facto Pontificis debet haberi, *Amyden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 3. n. 1., s. Rota in nuperr. t. 1. decis. 4. n. 4. recen. part. 1. decis. 356. n. 8.* Pontificia ergo approbatio qnum Tranensi consuetudini accesserit, Benedictina constitntio conticescat oportet, quia pontificiae constitutiones, etsi decretum irritans clansulamque *sublata* contineant, per contrarinm usnm infirmantnr, qnoties Pontifex hnnc agnoscat, approbet vel etiam solnmmodo tolleret, *Card. de Luca de benef. disc. 13. n. 12., s. Rota coram Buratt. decis. 795. n. 3. coram Cavaler. decis. 433. n. 2.*

Ceterum posito apostolicae Datariae facto dubitari haud potest Tranensem Archiepiscopnm eam consuetudinem bona fide retinuisse, ita ut haud aequum videatur concursum

*) Vd. *p. 333.*; *280. XXVII.*
**) Vd. *p. 245. VI.*

minns utiqne solemniter gestum, at vero bona fide peractum destrui posse, ad monitum *Card. de Luca de regul. disc. 81. n. 25.* cui plaudit *s. Rota decis. 368. n. 1. coram Seraphim.* et *decis. 385. n. 13. coram Ludovis.*

Qnod etiam in more EE. VV. O. possitnm esse liquet ex *Forolivien. Concurs. diei 5. Sept. 1846*, nbi licet objiceretur omissa subscriptio concurrentium, cancellarii, Examinatorum et Ordinarii, in unoquoque responso et nnoquoque sermone, veluti jubent encyclicae S. C. literae anni 1721*) a. s. m. Bened. XIV. relatae et confirmatae in constit. *Cum illud*,**) ad cujus formam, quam substantialem appellat *Reclus. de concurs. part. 2. tit. 4. n. 89.*, theologalis praebenda conferri debet attamen attenta bona fide proposito dubio an constaret de concursus nullitate necne, S. C. respondit: *Negative in omnibus.*

Ad retundendam alterius gravaminis objectionem quod scilicet inter examinatores duo vix accademico gradu polerent recensitis prius verbis Benedictinae constitut. contendit duos ibi Pontificem distinguere casus, unum qua examinatores synodales sint, alterum qua hac qualitate minime polleant. Atque in primo de mente ipsius Pontificis opus non esse, inquit, ut examinator sit licentiatus vel doctor;***) in altero vero id necessarium esse, teste etiam *Reclus. cit. oper. part. 1. tit. 3. n. 74.* Atqui argumentatnr ipse Primicerius di Lernia et P. magister Cappachiani examinatores erant prosynodales,†) injuria prorsus ergo doctoratus vel licentiae defectus iisdem objicitur. Quoad P. magistrum di Lernia vero animadvertit eum in religioso ordine Praedicatorum doctoris theologiae gradum fuisse assecutum, ideoque recte potnisse pro actu examinis deputari, prout deputari etiam poterat ob eamdem rationem P. Capachiani, licet examinator prosynodalis illorum neuter fuisset.

Neqne illud observare praetermittit, scilicet in hypothesi etiam defectus cujuslibet gradus et qualitatis prosynodalis rite potuisse examinatoris commisso sibi munere fungi, quum praesumptio semper sit in theologica facultate illos fore valde peritos. Id vero sat esse ad examinatoris officium adimplendum arguit ex Benedict. ipsa constit. cujus verba: »*in theologali facultate Licentiatis et valde peritis*« disjunctive sumenda inquit, adeo ut alterutrum sufficiat, veluti tradit s. Rota in *Imolen. Canonicat. Theologal. 2. Apr. 1754. coram Molin. §§. 10. et 11.* et censuit s. C. in *cit. Forolivien. Concurs.*, ubi idem defectus doctoralis gradus in examinatoribus deprehendebatur.

Nec meliori consilio ad concursus nullitatem evincendam objici ex adverso putat »la mancanza assoluta dello scrutinio circa la individuale idoneità scientifica«, necnon »*il non essersi avuta alcuna considerazione dagli esaminatori neppure astrattamente della idoneità legale.*« Ejusmodi siquidem assertionis falsitate redarguit ex facto examinatornm, qui eo ipso quod omnes concurrentes approbarunt eorum scientiam qualitatesque scrutatos fuisse dicendum est. Nec caeteroquin ulla lege praescribi ait, ut examinatores cunctas explicite teneantur concurrentium qualitates referre, sed satis superqne fore ut Episcopo nuncient omnes idoneos esse, docente *Rota decis. 299. n. 2. coram Cavaller.*

Quartam appellantium*) exceptionem deductam ex eo quod personae designatio non ab examinatoribus sed ab Archiepiscopo facta fuerit retnndit idem patrocinator s. hujusce C. invocans praxim, qua magis idonei et digni electio inter approbatos ad Episcopum spectat, utpote qui prae omnibus censetur informatus de moribus et vita gregis sibi commissi, quemadmodum docet etiam *Reclus. cit. op. tit. 3. n. 45.* Idque formaliter decrevit s. C. *in Aversana 27. Novb. 1829.* in qua cum quaereretur:

An Episcopus polleat jure cum eligendi ad praebendam theologalem et poenitentiariam quem ipse inter approbatos in formali concursu judicaverit seu potius illum eligere teneatur quem magis idoneum in eodem concursu examinatores renunciaverint?

responsum est: *Affirmative ad I. partem, negative ad II.*, responsumque nnperrime confirmatum est in *Urbevetan. Concursus 11. Julii 1846.*

Utut autem haec sint, EE. VV. aequitatem implorat atque obtestatur subveniendum esse optimo viro cui ipse adstat advocatus in hypothesi etiam quod concursus contra juris regulas factus fuisset, tum ex *leg. 90. et 103.* ff. de reg. jur. tum quia Canonicus Di-Renzo non sponte, sed Archiepiscopi sui auctoritate coactus et Andriensis

*) Vd. *p. 303. XXXII.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*
***) Vd. *p. 216. XVII.*
†) Vd. *p. 280. XXVI.*

*) Vd. *t. I. p. 594.*

Episcopi hortatione concursum inivit nec poenitentiariae possessionem nactus est ulla spe lucri, quum praebenda caeteris par sit canonicalibus praebendis, quarum unam jamdin ipse possidebat et nullo renunciato concursu ipsemet Di-Renzo, cujus canonicatus alteri jam fuit collatus, simplex evaderet sacerdos. Quam acerbissimam privationis poenam ut avertat a suo cliente, hujusce recolit enixe labores omnes pro animarum salute jugiter exantlatos ejusque doctrinam atque optimos mores, queis amplissimo testimonio defuncti Archiepiscopi, Vicarii capitularis, parochi et plurium virorum fide dignorum honestatur.

Nec praeterit cum ipso Vicario capitulari animadvertere ingens damnum quod Tranensis ecclesia sentiret: *Se anche per poco venisse a mancare nel Canonico Penitenziere di Renzo il più generoso ed indefesso traquanti qui coltivano la vigna del Signore*; adeo ut, subjungimus cum eodem, in deteriori quoque hypothesi nullitatis concursus quam maxime expediat in vota defuncti Archiepiscopi concedere, quae erant pro sanatione a SSmo Domino Nostro imploranda super quavis omissione. Hujusmodi autem sanationis nequaquam extraneas esse a laudabili s. Cong. instituto docuit *Reclus. cit. op. par. 2. tit. 4. n. 92.* A quo suo instituto haud ipsa recessit in casu praesenti simillimo, nempe in *Pollicastren. Parochialis 28. Apr. 1745.* Quinimo non abnuit supremus iste EE. VV. Ordo omnimodum concursus defectum sanare, veluti testatur *Rota cor. Kannits. decis. 133. n. 25.* Eoque magis id posset in hoc casu, quo, posita nullitate concursus, jus poenitentiariam conferendi devolutam fuisset ad Apostolicam Sedem; cui proinde facultas facta esset quemcumque hujusmodi munere absque ullius praejudicio adangendi.

Ad alterum quod attinet quaestionis caput super mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Episcopi, inficiatur inprimis Canonicum *Di Renzo nella prova dell' doneita scientifica* ceteris inferiorem fuisse, concursus actibus in testem adductis. Nec meliorem sibi appellantes aliter sentientes spondere posse fortunam asserit, etiamsi iis hac in parte mos gereretur.

Nam, sic ipso argumentante, irrationabile dici non potest Episcopi judicium,*) qui minus dignum quoad doctrinam praetulerit. *Reclus. cit. op. par. 1. tit. 5. n. 85.* Siquidem Episcopus, quemadmodum in themate factum est, praeter scientiam perpendere etiam debet merita, requisita et munera concurrentium, veluti nupperrime decrevit s. C. in *Tudertina Concursus* die 26. Febr. labentis anni proposita, in qua rejecta fuit concursus nullitas a sacerdote Joachimo Misericordia, qui se caeteris doctiorem probabat, eo quod Tudertinus Episcopus nedum approbati doctrinam supputavit, sed et ejus merita, requisita necnon munera, de quibus examinatores nullam rationem habuerant. Neque, si voluisset, poterat Archiepiscopus unum vel alterum ex provocantibus Canonico Di Renzo praeferre, ob defectum aetatis a Trid. Synodo praescriptae ad poenitentiariam adipiscendam.

Sed pergens reliqua diluere objecta, hoc falsitate laborare contendit in Canonici di Renzo incontinentias tribus abhinc annis ab archiepiscopali curia fuisse inquisitum necnon eum vitam adhuc ducere »*notoriamente scandalosa*«. Primum enim excludit testimonio cancellarii archiepiscopalis deponentis nullum alium in archivio processum in illum reperiri, praeter quendam illiciti foenoris quinquennio ante concursum exaratum. Quem tamen nec vel minimum officere posse bonae accusati existimationi inde infert quod lata a curia sententia delata prorsus fuit in gradu appellationis a s. C. Episcoporum et Reg. negotiis dirimendis praeposita, quae etiam demandavit ut quotidianae distributiones praeteritae Di-Renzo traderentur expresse admonens Archiepiscopum: *che la S. V. non può ritener reo di usure il di Renzo.* Alterum circa scandalosam vivendi rationem objectum despicit omnino, quia nedum nulli innititur legitimo argumento, sed etiam validissimas habet contra se probationes. Siquidem si publica ait interrogetur opinio, sique virorum cujuscumque ordinis provocetur testimonium, praesto sunt defunctus Archiepiscopus, Vicarius capitularis, archipresbyter necnon decuriones, Canonici sacerdotes, regularium ordinum praesides, patricii ac ceteri cives, qui uno ore respondent meliorem quam Di-Renzo sacerdotem dari non posse. Quod quidem apprime verum demonstrant munera in ipsum dum fuit Canonicus collata. Nam ceteris missis concreditum est ei ab Archiepiscopo regimen Congregationis nuncupatae *di Spirito* ubi studiosa juventus pietatis actus exercet; eidem insuper primores inter cives

*) Vd. *p. 280. XXVIII.* etc.

filiorum institutionem committere non dubitarunt ac denique pluribus aliis muneribus Canonicus idem est anctus, quae in probatos tantum viros ab ecclesiastica auctoritate conferri solent.

Quin obsit, rem urget, Praesulis Andriensis et Tranensis administratoris informatio. Misso enim animadvertere Andriensem Episcopum pancis tantum diebus rem gessisse atque omnia administratoris negocia gessisse Vicarium generalem Forti, Canonico Di-Renzo infensissimum, ob litem ab hoc strenue actam contra Tranense capitulum super jure principem occupandi in choro locum, facili negocio etiam accusationes in informatione recensitae refelli possunt, ubi eae singulatim ad trutinam revocentur.

Et primo falsum est ex oeconomico processu in cancellaria existente erui Canonicum de quo sermo meretricis amoribus indulsisse, quum, excepto processu praetensi illiciti foenoris, nullus alius neque solemnis neque oeconomicus processus extet in curia.

Calumniosa itidem accusatio de prole suscepta cum impudica muliercula exploditur amplissimo testimonio Vicarii capitularis, qui accurata rei cognitione capta declarat quomodo se res habuerit qualesque artes adhibitae ut insontem Canonicum tanti facinoris auctorem facile crederet Episcopus Andriensis qui Parochi munus, quod maximi momenti esse docet *Reclus. cit. op. par. 1. tit. 3. n. 121*, in Canonicum Di-Renzo contulerit per sex menses exercendum, quibus archipresbyter Tridenti parochus aegrotavit; nam ex hoc uno quamlibet criminis suspicionem abesse saepe tradidit s. Rota, praesertim in *Trivicana Jurispatronat. 17. Junii 1718. cor. Foscaro.* Magis vero magisque vitae integer scelerisque purus Canonicus est retinendus, quia ejusdem optimae agendi rationi suffragantur tot tantaque proborum virorum testimonia. Neque enim crimina argui valent ex quacumque diffamatione, sed mala opinio vigere debet penes probos gravesque viros; imo vero requiritur etiam condemnatoria sententia, praesertim quum testes qualificati in ecclesiastica quoque dignitate constituti et publica civitatis munera gerentes praetensa crimina excludant: *s. Rota cor. Ansaldo decis. 32.* et in *Leodien. Canonicatus 3. Junii 1680. cor. Pauluccio.*

Porro haec juris principia fortius tenenda sunt in themate ubi de beneficii privatione res esset. Nam quum per approbationem jus quaesitum Di Renzo ad poenitentiariam obtinuerit, *Amyden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 24. §. 2. n. 29.*, imo etiam in possessionem praebendae jam iverit, si de nullitate provisionis sententia ferratur, beneficio ipse privaretur, non solum ob hanc, verum et ob aliam rationem, quia scilicet canonicatum pariter amitteret quem antea possidebat.

Jam vero privatio *assimilatur poenae capitali in temporalibus, Card. de Luca disc. 76. de benef.* Ea igitur plecti beneficiarius non potest, nisi crimen invictissimis undique argumentis probetur,*) *Reclus. op. cit. p. 2. tit. 2. n. 8.* Atque adeo ab eadem infligenda abhorret ecclesia, ut nonnisi post canonicas monitiones ei locum esse posse Trid. Patres decreverint *in sess. 25. cap. 14. de ref.*

Hisce libratis restat ut EE. VV. dirimere placeat

D u b i a:

I. *An constet de nullitate concursus in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An constet de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Episcopi in casu?*

S. C. resp.:

Non proposita cum sequenti.

Die 15. Julii 1848.

c) Modus et Obligatio.

Vd. supra p. 322. XXXV.

Decernitur ut in Cathedralibus Italiae Insularumque adjacentium praebenda theologalis et Canonicus Poenitentiarius instituatur; cum quibusdam ordinationibus.

B e n e d i c t u s PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii nostri esse ducimus assidno enixoque studio curare, ut universa s. Trid. synodi decreta ubique inviolabiliter observentur; sed eorum prae caeteris executionem strenue promovendam urgendamque nobis esse arbitramur, ex quibus majorem in ecclesia Dei utilitatem proventuram fore conspicimus ac eos potissimum, quorum opus in praedicatione et doctrina consistere debet,

*) Vd. *t. II. p. 758. n. 80.* etc.

ut cunctos aedificent tam fidei scientia quam actionum disciplina, excitari maxime posse confidimns ad impensius frequentandam tantopere necessariam s. scripturarum lectionem, quas qui nescit ut b. Hierouymus admouet nescit Dei virtutem, ejusdem sapieutiam; nam ignorantiam scriptnrarum ignoratio Christi est.

§ 1. Cum itaqne salnberrimo praedicti Concilii Trid. Decreto relato in *cap. 1. sess. 5. de ref.* cautum sit, ut nedum in Cathedralibus sed in Collegiatis etiam oppidorum iusignium, in quibus praebenda ant praestimonium sen stipendium pro s. scriptnrae lectoribns constitutum non reperitur, praebeuda qnomodocumque, praeterquam ex causa resignatiouis, primo vacatnra ipso facto ad eum nsum perpetuo constitnta ac depntata intelligatur, et quateuus nulla vel nou sufficiens praebenda foret, locorum Ordiuarii per assignationem fructuum alicujns simplicis beneficii,*) debitis tamen ejus supportatis oueribus vel per contributionem beneficiatorum suarum dioecesum vel alias pront commodius fieri poterit, ita provideant, ut ipsa s. scripturae lectio omnino habeatur. Verum cum ejusmodi provida praefati Concilii dispositio in aliquibus Cathedralibus, sicut non absque gravi animi nostri dolore percepimns, hncnsque neglecta debitaeque execntioni demandata non fuerit; hinc igitnr est, quod Nos illins executionem pro pontificiae vigilautiae debito urgere intendentes Motu proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deqne apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetno valitura constitutione sancimus, decernimus et mandamus, nt in Cathedralibns qnibuscumque Italiae Insnlarumqne adjacentium, in quibus praebeuda theologalis hactenus institnta non fuerit, praebeuda primo vacatura post ejusdem praesentis constitutionis publicationem sive ad Nos Sedemque apostolicam sive ad Ordinarium illius collatio atque provisio pertineat, ipso jure et absqne nlla alia declaratione sit ac esse censeatur praebeuda theologalis constitnta.

§ 2. Volumns insnper, ut tam illa quam reliqnae omnes aliae praebeudae theologales hactenus constitntae et depntatae conferri semper debeant doctori in s. theologia vel qni infra annum doctoralem Lanream in eadem facnltate suscipiat et caeteroqnin magis idoneo in formali concnrsn ab examinatoribus renuuciato, eo plaue modo, quo parochiales ecclesiae conferuntur. Hnuc porro in finem, quotiescumqne ejusmodi praebeuda theologalis confereuda erit, per edictum publicum vocentnr quicnmque concurrere et examini sese snbjicere voluerint, coram Episcopo et quatuor examinatoribus, etiamsi synodales non siut, ab eodem Episcopo actn eligendis ac deputandis in theologali tamen facultate licentiatis et valde peritis, sive saecularibus sive regularibns, et illi, qui in ejusmodi concursn probatus magisque idoneus rennnciatus fuerit, praebenda conferatnr. Quoties autem praebendae collatio ad s. Sedem spectabit, Episcopus ad romanum Pontificem pro tempore existentem acta concursus trausmittere teneatur, ut ipse vacantem praebendam illi assignare atque conferre possit, qnem caeteris digniorem et magis idoneum in Domino judicaverit. Quod si Episcopns primo vacaturam praebendam contra formam in praesenti constitutione praescriptam conferre praesnmpserit vel etiam in aliis concurrentibus casibus eamdem formam observare neglexerit, illins collatio atque provisio ipso jure nnlla et irrita nulliusqne prorsns roboris vel momenti sit ac esse debeat ejusdemqne praebendae dispositio statim devolvatur et pertineat ad s. Sedem et romauum Poutificem pro tempore existentem, a qno doctori in s. theologia conferetur.

§ 3. Caeterum, ut frnctus, quem Trid. synodns ex praebendae theologalis institutione perceptnm iri speravit, omnino re ipsa et cnm effectn percipiatur, volumns, statuimns et maudamus tertiam partem proventnnm dictae praebendae theologalis ab Episcopo distribui et proportionabiliter applicari singulis lectiouibus s. scripturae, quae a praebeudato praescriptis diebus et horis totins anni habendae erunt, it ant si praebendatns nuiversas lectiones habnerit, assignatas distributiones iutegras absqne ulla prorsns diminntione consequatur; si vero in aliqna vel plnribns lectionibus defecerit, distributiones neglectis lectionibus respondeutes amittat, qnae in sacristiae ecclesiae beneficinm cedant ac erogeuter. In casn antem gravioris contnmaciae praebendati liceat Episcopo deputare alinm theologum sacerdotem saecnlarem vel regularem, qui jugiter snpplendo ejnsdem praebendati vices praefatis distributionibus potiatnr.

*) Vd. *t. II. p. 994. XV.*

§ 4. Qnoniam vero nounnlli Episcopi sicut accepimns nt propriae iucnriae aliqnod velamen obtendant dilatae erectionis ejusmodi praebendae theologalis cansam in tennitatem ac insufficientiam praebendarum suarum ecclesiarum rejicere solent, Nos omnem de caetero praetextnm sive excusationem e medio tollere ac penitus elimiuare volentes motu proprio, scientia ac potestatis plenitudine similibus decernimus, statuimus atque praecipimns, quod ubi praebeuda theologalis computatis etiam distribntionibus quotidianis ad annnum saltem redditum scutorum 60 monetae romanae non ascendat pro snmma ad hauc taxam conficiendam deficiente iidem Episcopi nnire possint et debeant eidem praebendae aliquod simplex beneficium, cujus snpplemento praedicta summa conficiatur, primo vacaturum in quocumque mense et qualitercumqne ac quomodocumque Sedi apostolicae affectum et reservatum, ita tamen ut a tali nuione illa omuia beneficia, qnae pro s. romauae ecclesiae Cardinalibus, Papae familiaribus, Nunciis apostolicis atque praelatis Congregationum, qnibns iidem s. romanae ecclesiae Cardinales intersuut, secretariis in alia constitutione ad promovendam seminariorum erectiouem novissime per Nos condita peculiariter reservavimns, perpetuo reservata et excepta sint ac esse intelligautnr et qnidquid secns fieri contingeret, ex nnnc prorsus irritnm ac inane nnlliusqne roboris vel momeuti esse ac fore decernimns et declaramus.

§ 5. Postremo qnaecumque hactenus de praebenda theologali et s. scripturae lectione sancivimus extendimns etiam ac adamnssim observari volnmus et mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Poeniteutiarii in illis Cathedralibns, in qnibus nondnm fnerit institutus, ejnsqne houestam substentationem, coucursnm, deputationem omniaqne alia ad illius officium pertiuentia; ac praeter illa, qnae a nobis superius deposita snnt, ea insuper, qnae Trid. synodus *cap. 8. sess. 24. de ref.* de hnjus ministri qnalitate, aetate ac exemptione a servitio chori constitnit, exacte observari decernimus, praecipimus et mandamns.

§ 6. Decernentes etiam praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere etc.

Datum Romae apud s. Petrum XIV. Cal. Junii 1725.

(Bull. r. t. XIII. p. 167. Ed. Luxbg.)

Circa Episcopi munus conferendi praebendam theologalem et poenitentiariam ad normam constitutionis »Pastoralis officii« Benedicti XIII., quae edita pro Italia et insulis adjacentibus in synodo Romana anni 1725.

Non siue animorum contentione disputatum est qnamvis necessarium non esset, an Episcopus cogeretur ex vi dictae constitutionis conferre theologalem praebendam illi, quem examinatores magis idoneum renunciaveriut, ita nt Episcopi jndicium snper idoneitate personae ab examinatoribns sic adprobatae silere debeat vel e contra.

In causa *Aversana Canonicatus theologalis et poenitentiarii* die 21. Novembris 1829.*) ejusmodi quaestio a S. Cong. Conc. resolnta est. Quoniam isthaec resolutio inter eas receusenda videatur, quae *magistrales* in foro dici solent, quae scilicet controversiam, iustituto *in puncto* examine, adeo dirimunt, ut uullum locum tergiversationi relinquant, atque axiomatis instar deinde habeantur: integram referimus disceptatiouem qnae tunc temporis *ex officio* iustituta est.

Facti species et disceptatio proposita ita se habet: »In cathedrali ecclesia Aversana alterutra ex praebendis *theologali* vel *poenitentiaria* ubi vacari contingit coucursus indicitur ad formam Constitut. s. m. Benedicti XIII. quae incipit *Pastoralis* et examinatores perpensis singnlorum concurrentium moribus, scieutia aliisque dotibus referre solent Episcopo qnot et quo gradn probandos, quosque reprobandos ipsi judicaverint. Quoniam verò nonnnlli examinatores vacautem praebendam ei omuino ab Episcopo conferendam esse putant *in quem major collatus fuerit suffragiorum numerus*, ideo hodiernus Episcopns *Xaverius Durini*, qni examinatorum sententiam sanctioni jnris miuus consonam existimat sibique arbitratur jus esse enm eligendi, quem inter approbatos in formali concnrsu magis idoneum ipse jndicat, quin examinatorum opinionem sequi teneatur, hnjus Sacri Ordiuis oraculnm sibi exqnirendum censuit, ut firmissima et certa sibi suisqne successoribus hac super re innotescat regula.

»Rationum momenta, qnibns innituntnr iidem examinatores, quos Episcopus, ut mandatis hnjns sacrae Cougregationis obseqneretnr, andivit, complectitur in suo voto *promotor fiscalis* inquieus: »Promotor fiscalis

*) Vd. *Praebenda* (poenitentiaria, theologalis).

curiae Aversanae dioecesis permotus claris verbis constitutionis Benedicti XIII., quibus jubet in concursu canonicatus theologalis et poenitentiarii in ecclesiis cathedralibus et collegiatis vacautem praebendam magis idoneo in formali concursu ab examinatoribus renuntiato conferendam esse, putat, electionem personae in specie ad ipsos examinatores pertinere, et ipsa rescripsit s. Congregatio in *Salernitana Canonicatus poenitentiarii 1. Septembris 1753. ac traditur apud Ferrar. biblioth. verb.: Canonicatus art. IX. in additionibus ex aliena manu n. 123*, — ibi: Et quod majorem animadversionem meretur, electio personae post dictam constitutionem non amplius pertinebit ad Episcopum, sed ad ipsos examinatores ut resolvit s. Congregatio Concilii interpres in *Salernitana* 1. Sept. 1753.

»At vero contrariam prorus sententiam esse tenendam cuilibet memoratam Benedicti XIII. constitutionem legenti facile liquet. Pontifex enim sermonem habens de praebenda theologali nedum ait eam conferendam esse magis idoneo in formali concursu ab examinatoribus renuntiato, sed insuper confestim addidit, *eo plane modo quo parochiales ecclesiae conferuntur*. Hanc eamdem legem servari jussit in collatione praebendae poenitentiariae, cum §. *postremo* decreverit: *Quaecumque hactenus de praebenda theologali et s. scripturae lectione sancivimus, extendimus etiam ac adamussim observari volumus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici poenitentiarii... ejusque concursum, deputationem...* Ex his plane intelligitur, eidem in conferenda praebenda *theologali vel poenitentiaria* inhaerendum esse regulae, quam ex juris censura servari oportet in conferendis paroeciis.

»Jam vero examinatores peracto examine concurrentium ad parochiales ecclesias renuntiare quidem debent quotcumque idoneos judicaverint, aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam gubernandam opportunis, ut sanxit *Trid. synod. sess. 24. cap. 18. de reform.* ac monet *Benedictus XIV. de syn. dioeces. lib. 4. cap. 8. n. 3. et seq.*, sed judicium de majori habilitate seu supra caeteros approbatos praestantia ad solum spectat Episcopum, veluti luculenter demonstrant illa Tridentini verba: »*ex hisque* (uempe approbatis ab examinatoribus) *Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum judicaverit*« et declarat Benedictus XIV. in encyclica *Cum illud* §. 11.*) diei 14. Decembris 1742. ita edissereus: *Absoluto examine, ut cuicumque satis compertum est, fit tantummodo potestas examinatoribus renuntiandi quotquot regendae ecclesiae idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electione dignioris.* Quamobrem etsi Episcopus eligere nequeat, quem examinatores reprobarunt, attamen eum ex approbatis praeferre potest, quem digniorem ipse in domiuo existimaverit, posthabitis illis, qui majorem suffragiorum numerum aut etiam cuncta ab examiuatoribus retulerunt suffragia, S. Congregatio in *Assisien. Parochialis* 27. Novembris 1773., in *Perusina Parochialis* 28. Julii 1781 *et in Hortana Parochiae* 28. Martii 1801, §. *Huic;* quia nemini magis quam Episcopo innotescere possunt mores ac merita concurreutium, Barbosa *de offic. et potest. Episcop. part. 2. alleg. 60. n. 101.*, Rota *cor. Ansaldo decis. 269. n. 6.* S. Congregatio *in Perusina* 28. Julii 1781. §. *Allegrius.*

»Igitur si electio dignioris inter approbatos ad parochiales ecclesias pertinet ad Episcopnm, non autem ad examinatores, si praebenda theologalis et poenitentiaria eodem conferenda est modo, quo conferuntur paroeciae, patet ad examinatores qnidem absoluto examine super doctrina, moribus, aetate aliisque dotibus necessariis ad munus Canonici theologici vel poenitentiarii rite obeundum spectare jus renuntiandi qnot et quo gradu idoneos judicaverint, sed jus eligendi digniorem inter adprobatos in formali concursu unius Episcopi esse proprium. Ita sane docet Rigantius *ad reg. 1. cancell. §. 10. n. 31.*, monet S. Congregatio *in Pinnen. Canonicatus theologalis* 28. Februarii 1661. §. *Episcopus et in Terracinen. seu Setina* 5. Sept. 1818. §. *Post.* Quinimo tantum abest, nt electio Canonici poenitentiarii ac theologi tribui possit examinatoribus et denegari Episcopis, ut ab hac S. Congregatione pluries definitum fuerit, ad Episcopum spectare electionem dignioris inter plures approbatos in concursu, quamvis ageretur de praebendis jurispatronatus ecclesiastici ideoque ex juris dispositione jus eligendi magis idoneum ipsi patrono foret reservatum. Hujus rei prostant exempla in *Cremonen. Erectionis praebendae theologalis* 15. Martii 1727. *relata in Pinnen. Canonicatus theologalis* 15. Decembris 1753. *atque in cit.*

*) Vd. *t. I p. 609.*

Pinnen., in qua disceptato dubio: »An electio ad canonicatum theologalem fieri posset a capitulo favore sibi magis benevisi inter approbatos in concursu seu potius praeelectio et approbatio in eodem concursu et collatio privative spectet ad Episcopum in casu?« Responsum prodiit: *Praeelectionem et collationem spectare ad Episcopum, praesentationem vero spectare ad capitulum et amplius.*

Ex his plane elici posse videtur, juri minus consentaneam esse opinionem auctoris *in additionibus ad Ferrar. loc. supra cit.* aientis electionem personae ad praebendam poenitentiariam spectare ad examinatores. Praeterquam enim in praefata *Salernitana Canonicatus poenitentiarii* 1. Septembris 1753. quaestio minime vertebatur inter Episcopum et examinatores, sed inter Episcopum et Capitulum, cuinam illorum jus esset eligendi poenitentiarium; illud quoque accedit: quod cum sacra Congregatio responsum dederit, electionem esse faciendam ab Archiepiscopo, satis aperte innuit, ipsi liberum esse eum inter approbatos eligere, quem digniorem existimaret, quin relationem examinatorum sequi cogeretur; secus judicium Ordinarii haud electionis, sed vix approbationis nomen mereretur, et injuria coram hoc s. Ordine pluries certatum fuisset, an constaret de mala examinatorum relatione et de irrationabili judicio Episcopi, cum potius disceptari opportuisset de irrationabili judicio examinatorum.

»Hujusmodi dubiorum formulae passim occurrunt ac praesertim in *Urbanien. Praebendae theologalis* 23. Junii 1764., *in Pinnen. Theologalis* 20. Sept. 1760. *et in Terracinen. seu Setina Praebendae theologalis* 3. Sept. 1818.«

Hinc quaeritur:

»An Episcopus polleat jure eum eligendi ad praebendam theologalem et poenitentiariam quem ipse inter adprobatos in formali concursu digniorem judicaverit *seu potius* illum eligere teneatur, quem magis idoneum in eodem concursu examinatores renunciaverint in casu?

S. C. C. resp.:

»*Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*«

Judicavit itaque S. C. C. Episcopum pollere jure eum eligendi ad praebendam theologalem et poenitentiariam, quem ipse inter adprobatos in formali concursu digniorem judicaverit.

Ad normam hujus resolutionis altera causa judicata est in *Urbevetana Concursus* diei 11. Julii 1846.*) Iudicto enim coucursu pro praebenda theologali vacante statutoque congruo termino pro testimoniis adducendis morum et scientiae tres adfuerunt concurrentes, quos appellabimus Titium, Cajum, Sempronium. Facto periculo Titius circa scientiam retulit examinatorum suffragia 53, Cajus suffragia 50, Sempronius 47. Circa requisita, seu merita, Sempronius suffragia tulit 60, Titus 49, Cajus 40. Cum autem omnes fuerint adprobati, Episcopus sibi reservavit jus eligendi suo tempore, quem magis idoneum in Domino judicasset.

Interim Cajus suffragio examinatorum non acquiescens, saltem quoad scientiam emisso, ad s. Sedem appellavit. Verum controversia haec inter concurrentes sopire visa est per quemdam virum veluti arbitrium constitutum, cujus judicio ipsimet contendentes adhaerere spoponderunt. Namque cum ille relationem examinatorum confirmasset, Cajus interpositae appellationi valedixit.

Verum quaestio quae composita videbatur denuo exarsit, quod Episcopus posthabens quae hactenus gesta fuerant et adhaerens duorum theologorum Urbis voto magis idoneum inter adprobatos Cajum judicavit, et decreto emisso theologalem praebendam eidem contulit. Quare expeditis bullis in possessionem Cajus immissus est. Inde dimicatio est orta: et non quidem adspirantes, qui tandem visi sunt acquiescere judicio Episcopi, sed quidam Canonici, nomen capituli usurpantes, quaestionem detulerunt S. Congregationi Concilii per supplicem asperumque libellum. Auditus itaque est Episcopus, qui inter alia retulit: judicium examinatorum rectum fuisse quoad substantiam: laesivum vero Cajo in eo quod ad scientiam spectabat, qui evidenter primum obtinuit gradum: omnibus perpensis multis meritis Cajum praeditum fuisse, cujus opera se in multis et difficilioribus negotiis gerendis usum esse nec unquam sibi pro temporum adjunctis renuisse: quodque unice justum, quod ecclesiae utilius, id solum in ea electione coram Deo sibi proposuisse.

Rationes praecipuae, quae favore Episcopi in disceptatione afferebantur, illae erant,

*) Vd. *p. 347.*

quae in superiori causa *Aversana* ampliori expositione adductae sunt.

Itaque S. Congregationi proposito dubio: »An et quomodo constet de irrationabili judicio Episcopi circa electionem Canonici theologi in casu?« S. Congregatio respondere censuit: *Negative et amplius et ad mentem: mens est ut acriter moneantur auctores supplicis libelli et veniam petant ab Episcopo.*

Beneventana.

Cum in Metropolitana Beneventini instituta non esset praebenda Poenitentiarii, eam 1692 erigi curavit s. mem. Benedictus XIII., dum illam ecclesiam regeret.

Erectionis decretum his verbis edidit: *Sacrum Poenitentiariae officium pro uno Canonico presbytero Poenitentiario nuncupando qui juxta s. Concilii dispositionem qualificatus esse debeat cum omnibus oneribus, privilegiis, insignibus honorificis et oneribus consuetis erigimus et instituimus dictaeque poenitentiariae officio praesenti decreto erecto canonicatum unum ex dictis in dicta nostra ecclesia existentibus, stante nulla vacatione ipsorum, unimus, adnectimus et incorporamus.*

Hanc erectionem die 12. Augusti ejusdem anni alio decreto confirmavit declaravitque poenitentiariae officium erexisse *pro uno Canonico poenitentiario nuncupando, qui juxta s. Concilii sanctionem magister sit vel doctor aut licentiatus in theologia vel jure canonico et annorum 40 seu alias qui pro nostrae archidioecesis qualitate idoneus reperietur; dictoque poenitentiariae officio ut supra per nos erecto simplex beneficium sub titulo s. Spiritus situm in oppido Paculi nostrae dioecesis vacans per obitum bo. me. Caroli de Simeonibus Archidiaconi tunc nostri ultimi et immediati rectoribus univimus et incorporavimus.**) Sequuta itaque erectione poenitentiariae illam contulit sacerdoti Benedicto Mariella, qui erat ejusdem Metropolitanae Canonicus.

Ad thesaurarii Dignitatem assumptus fuit sacerdos Mariella et poenitentiariae officium die 30. Decb. 1695 collatum fuit sacerdoti Vincentio de Vita, qui pariter erat Metropolitanae Canonicus. Et similiter in aliis successivis vacationibus collatum fuit officium poenitentiarii uni ex Canonicis ad annum usque 1728, quo tempore, cum idem officium iterum vacasset jamque prodiiset laudati Pontificis constitutio *Pastoralis officii*, cujus vigore praebenda poenitentiarii ad instar parochialium conferri mandavit per concursum, necesse proinde fuit concursum indicere sed unus comparuit sacerdos Petrus Nista pariter Metropolitanae Canonicus, qui ab examinatoribus approbatus poenitentiarii officium obtinuit. Obiit 1734 Canonicus Nista et de poenitentiaria absque concursu provisus fuit Canonicus Domiuicus Centrone. In alia vero vacatione quae contigit 1746 illam obtinuit Canouicus Honufrius Mariella et licet tunc coucursus habitus fuerit, non omuia tameu servata fueruut, quae in dicta Benedictina constitutioue disposita fuerant.

1755 poeuitentiarii officium deuuo vacavit: Archiepiscopus Pacca censuit, collatioueu fieri non posse absque concursu proindeque in dicto concursu praetulit sacerdotem Felicem Sbordone, qui erat Metropolitanae Mansionarius. Aequo animo ferre Capitulum nou potuit Mansionarii praeelectionem contenditque, quod in provisiouem poenitentiarii vel concursus habeudus non esset vel saltem Canonici tantum Metropolitanae admitti ad concursum deberent. Acta concursus ad Datariam apostolicam transmissa fuerunt et praebenda ac canonicatus collatus extitit sacerdoti Sbordone. Card. Millo tunc Prodatarius reservavit jus Capitulo deducendi rationes suas, si quas haberet, in s. Cong. C. iutra termiuum unius auni, quo termino elapso aut in casu, quo Capitulum succumberet, declaravit, quod ex nunc pro tunc canouicatus et praebenda praefati in canonicatum et poenitentiarium nuncupatam praebendam primo dictae ecclesiae perpetuo erecti censeantur.

Acquieveruut ab eo tempore Canonici ad annum usque 1780 quo per obitum Cauouici Sbordone praebenda vacavit.

Tunc autem facultatem petierunt Canonici jura sua deducendi, nou obstante lapsu temporis. Voti compotes effecti fuerunt in Congregatione diei 24. Novb. 1781, servatis tamen conditionibus adjectis in decreto provisionis anni 1756 indultumque praeterea fuit Emin. Archiepiscopo, ut pro illa tantum vice inter solos Canonicos concursum indiceret. Nunc itaque Canonici infrascripta dubia proponunt, de quibus EE. VV. judicium exposcunt.

Ad I. inquiunt, Concilium Trid. poenitentiarii praebendam in omnibus Cathedralibus erigi maudasse nulla adjecta lege concursus, idque servatum etiam a s. m. Benedicto XIII., qui poenitentiarii officium in Metropolitana Beneventi instituit; quare concludunt, inspecta tum juris dispositione tum institutoris mente, concursum indici non debere; fortius quia in institutione nulla certa praebeuda assignata diguoscitur et poenitentiarii officium pro solis Canonicis institutum deprehenditur. Perperam opponi, quod provisio ad solos Canonicos coerceri non debeat. Nam observant, Patres Concilii Trid. duo demandasse, nempe, quod in Cathedralibus praebenda poenitentiarii institueretur quodque ad illam dumtaxat admitterentur doctores,*) vel licentiati in s. theologia; utrumque etiam servatum fuisse a s. m. Benedicto XIII., qui et poenitentiarii officium instituit et licet illius collatiouem ad solos Canonicos coercere voluerit, uihilominus hos inter non defuturos praenovit, qui requisitis pollerent ad id munus exercendum et cui rite officium conferri posset.

Hanc autem fuisse institutoris meutem patere ajunt tam ex institutionis decreto quam etiam ex methodo ab ipso servata. Nam in institutionis decreto declaravit, quod poenitentiarii officium instituebat pro uno Canonico presbytero, quo vero ad modum observaut, erectionem praebendae poenitentiarii secutam non fuisse per suppressionem unius ex praebendis canonicalibus, sed per assignationem reddituum simplicis beneficii, quod poeuitentiario perpetuo addixit, neque id certe peregisset, si perspecta eidem non fuisset Canonicorum doctrina; ad haec accedere quoque observantiam per id tempus, quo Benedictus XIII. ecclesiae Beneventanae praefuit.

Nec obesse illius constitutionem *Pastoralis***) *officii*, qua collationem praebendae poenitentiarii per concursum fieri mandavit; advertunt enim, per hanc constitutiouem invertere nequaquam voluisse leges in actu erectionis constitutas, minusque laedere jura Capituli Metropolitanae; adduut insuper, eumdem Pontificem qui legem concursus edidit pluries post editam coustitutionem poenitentiariae officium absque concursu uni ex Canonicis Metropolitanae contulisse, idque etiam ab aliis Archiepiscopis fuisse servatum; stante igitur plurium annorum observantia, legislatoris quoque auctoritate confirmata, conteuduut, novam modo concursus legem imponi non debere.

Haec de I. dubio; quod attinet ad II. dub. inquiunt ex dictis satis deprehendi, nullimode indicendum esse concursum in collatione officii poenitentiarii: quatenus vero indicendus foret, ad illum solos Canonicos admitti posse.

Eminent. Archiepiscopus in ea est sententia, quod *ex jugi et continua observantia comprobata tot ex actibus et collationibus factis ab ipso Pontifice, qui poenitentiariam erexerat et constitutionem »Pastoralis officii« ediderat, Capituli hujus Metropolitanae jus rite fundatum, eo vel maxime cum in eodem Capitulo plures extiterint et inpraesentiarum adsint Canonici, qui moribus, doctrina, aetate aliisque virtutibus caeteros sacerdotes hujus civitatis et dioecesis longe antecellant et cum majori animarum utilitate poenitentiarii munus prae caeteris exercere possint et valeant.*

De poenitentiarii officio ejusque munere nonnulla prostant in ecclesia antiquissima monumenta. *Socrates lib. 5. cap. 19.* refert sua aetate jam statutum esse, *ut singulis ecclesiis presbyter quidam poenitentiae praeesset cui qui post baptismum lapsi fuissent coram presbytero ad eam rem designato peccata sua* confiterentur. Advertit *Thomass. de nova et vet. ecclesiae disciplina part. 1. lib. 2. cap. 7. n. 13. ad 16.*, quod prioribus ecclesiae saeculis ad solos Episcopos spectabat publicam poenitentiam indicere vel relaxare et idcirco eas tantum fuisse poenitentiarii partes, ut eorum qui post baptismum lapsi esseut secretas audiret confessiones secretasque indiceret poenitentias; si vero aliquis talia patrasset, quae nonnisi publica poenitentia abstergi possent, is teneretur Episcopi Tribunal adire et pro modo culpae publicam subire poenitentiam; morem hunc etiam in occidentali ecclesia servatum esse putat idem auctor loco citato et addit, presbyterum poenitentiarium absente Episcopo vel aegrotante potuisse publicam poeniteutiam decernere vel remittere.

Saeculo ecclesiae XI. in romana ecclesia poenitentiarium majori cum facultate jamdiu extitisse deprehenditur et refert *Berthodus presbyter Constantiensis in suo chronico seu in continuatione chronici Hermanni anno 1084.*, se a romano Pontifice ordinatum fuisse presbyterum et poenitentiarium romanae ecclesiae eodem tempore constitutum cum facul-

*) Vd. *t. II. p. 994. XV.*

*) Vd. *t. III. p. 383. n. 16.*
**) Vd. *p. 333.*

tate suscipiendi poenitentes ex apostolica authoritate. Idemque in omnibns Cathedralibus et Conventualibus fieri praecepit *Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. 1215. In cap.: Inter caetera, de officio judicis Ord.* statuitnr *tam in cathedralibus quam in aliis conventualibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadjutores et cooperatores habere non solum in praedicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus et poenitentiis injungendis ac caeteris, quae ad salutem pertinent animarum; si quis autem hoc adimplere neglexerit districtae subjaceat ultioni.* Hac Pontificis dispositione excitati quamplurimi Episcopi curarnnt in eorum ecclesiis poenitentiarii praebendam constituere nec defuerunt, qui inter Capituli Dignitates poenitentiarium annnmeraverint, quemadmodum refert idem *Thomass. in citato opere part. 2. lib. 2. cap. 10. n. 5. et seqq.*

Hnjusmodi disciplinam instauravit Concilium Trid., nam *sess. 24. cap. 8. de ref.* mandat *quod in omnibus Cathedralibus, ubi id commode fieri poterit, Poenitentiarius aliquis cum unione praebendae proxime vacaturae ab Episcopo instituatur, qui magister sit vel doctor aut licentiatus in theologia vel jure canonico et annorum 40 seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui dum confessiones in ecclesia audiet interim praesens in choro censeatur.*

Ut autem demandata a s. Concilio Poenitentiarii institutio omnino exeqneretur et nberior in Christi ecclesia ntilitas emanaret, s. mem. Benedictns XIII. in ennunciata constitutione *Pastoralis Officii* plnrima statuit atque decrevit; mandavit euim, nt in Cathedralibus et Collegiatis, in quibus theologalis praebenda instituta nondum foret, omnino erigeretnr, et qnae institntae jam fuerant vel inposterum erigendae erunt, conferri *semper debeant doctori in s. theologia vel qui infra annum doctoralem lauream in eadem facultate suscipiat, caeteroquin magis idoneo in formali concursu ab examinatoribus renuntiato, eo plane modo, quo parochiales ecclesiae conferuntur. Hinc porro in finem quotiescumque hujusmodi praebenda theologalis conferenda erit per edictum publicum vocentur quicumque concurrere et examini sese subjicere voluerint coram Episcopo et quatuor examinatoribus, etiamsi synodales non sint ab eodem Episcopo actu eligendis ac deputandis in theologali tamen facultate licentiatis et valde peritis sive saecularibus sive regularibus, et illi, qui in concursu hujusmodi probatus magisque idoneus renunciatus fuerit, praebenda conferatur. Quoties autem praebendae collatio ad s. Sedem spectabit, Episcopus ad romanum Pontificem pro tempore existentem acta concursus transmittere teneatur, ut ipse vacantem praebendam illi assignare atque conferre possit, quem caeteris digniorem atque magis idoneum in Domino judicaverit.*

Constabiliter methodus omnino servauda in provisione praebendae theologalis decrevit laudatus Pontifex, quod illa quoque observaretur in casu vacationis praebendae Poenitentiarii. Sic enim disposuit: *Quaecumque hactenus de praebenda theologali et s. scripturae lectione sancivimus, extendimus etiam ac adamussim observari volumus et mandamus (congrua congruis referendo) quoad institutionem Canonici Poenitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, concursum, deputationem omniaque alia ad illius officium pertinentia, et praeter illa, quae a Nobis superius exposita sunt, ea insuper quae Trid. synodus cap. 8. sess. 24. de ref. de hujus ministri qualitate, aetate et exemptione a servitio chori constituit, exacte observari decernimus, praecipimus et mandamus.*

Haec de institutione et provisione praebendae poeuitentiarii in jure statuta suut. Ponderandum modo est, an collatio poenitentiariae ecclesiae Beueventanae absque Concnrsn fieri possit post editam Benedicti XIII. constitntionem. Ponderandae insuper sunt collationes factae post dictam constitutionem, et denique videndum, an probetur contraria consuetudo *) qnanti ponderis illa sit.

Quatenus vêro concursus omuino sit habendus, *Monacellus in form. legal. part. 1. tit. 5. form. 10. n. 1.* advertit, quod ad concursum parochialium vacantium non solum dioecesani, sed etiam exteri invitandi sunt, nisi adsit aliquod speciale privilegium ad certum et circumscriptnm personarum genus electionem coercens. Prae oculis quoqne habenda est species cansae *Ruben. Erectionis praebendae theologalis et poenitent.* 30. Martii 1737.

Hisce autem praenotatis decernendum erit:

I. *An in electione Canonici Poenitentiarii sit convocandus concursus in casu etc.?*

*) Vd. *p. 245. VI.*

Et quatenus affirmative,

II. *An ad concursum admitti debeant soli Canonici Metropolitanae Beneventi seu potius omnis de clero saeculari in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Continuatio.

Reproponitur hodie causa; dignabuntur Emi PP. resumere folium dictae Congregationis, in qua plura ad rem de qua agitur adnotata reperient. In facto addere praestat, quod san. mem. Benedictus XIII. dum adhuc erat Archiepiscopus Beneventanus poenitentiariae officium contulit sacerdoti Benedicto Mariella die 12. Aug. 1692. et in Bulla institutionis haec legitur expressio: *Cum itaque hac eadem die in dicta nostra Metropolitana servata forma s. Concilii Trid. per Nos canonice erectum fuerit poenitentiariae officium.* Rursus in collatione ejusdem officii ab eodem Pontifice facta V. Cal. Sept. 1727. leguntur pariter ista verba apposita in bulla provisionis: *Cum itaque postmodum officium poenitentiariae nuncupatum majoris ecclesiae Beneventanae per unum et eumdem ex dictae majoris ecclesiae Canonicis, etiam cum suis canonicatu et praebenda absque dispensatione apostolica obtineri solitum, ... Nos volentes dilectum filium Januarium Boraglia .... in concursu super officio hujusmodi ad formam constitutionis nostrae Pastoralis habito approbatum fuisse.* Ac demum in bulla provisionis expedita diei 7. Martii 1746 favore Canonici Honuphrii Mariella cl. mem. Cardinalis Landi tunc Archiepiscopus Beneventanus concursum indixisse testatus est, ibi: *Nos indicto concursu.* Post haec digneutur EE. VV. decernere:

An sit standum vel recedendum a decisis quoad I. et II. dubium in casu?

S. C. resp.

Ad I.: In decisis.

Ad II.: Praevio recessu a decisis negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 22. Maji et 21. Aug. 1784.

Oriolen.

(Conc. Tr. c. 8. s. 24. de ref.)

Post multas lites inter Episcopum et Canonicos Oriolen. in s. Rota antiquo tempore discussas super jnre conferendi Dignitates, canonicatus et alia beneficia Cathedralis tandem 1588 deventum fuit ad transactionem, quae fuit etiam a ss. Pontifice Xysto V. confirmata et in ea conventum fuit, quod Dignitates, canonicatus et alia beneficia dictae ecclesiae alternative conferentur, prima nempe vice ab Episcopo et secunda a Canonicis et Capitulo, exceptis tamen duobus canonicatibus, poenitentiario videlicet et praedicatorio ad noviter conversos, primi etenim reservata fuit collatio ad formam Concilii plenariae Episcopi dispositioni et secundi plenariae dispositioni Capituli.

1622 san. mem. Gregorius XV. instantibus Philippo IV. Hispaniarum Rege et omnibus regnorum Hispaniae Capitulis, per viam constitutionis et expresse derogando dispositioni Conciliorum generalium et signanter Tridentini super absoluta pertinentia ad Episcopos confereudi canonicatus poenitentiarios decrevit, quod in omnibus Hispaniarum ecclesiis collatio canonicatus poenitentiarii unitim spectaret ad Episcopos et Capitulum, propositis nempe in siugulis vacationibus edictis et examine peracto et praeelectis magis habilibus et idoneis, qui tales habiti essent judicio Episcoporum et Capitulorum.

Ex hac constitutione pontificia nova exorta est controversia inter Episcopum et Capitulum Oriolen.; asseruit etenim Episcopus, ferendam esse non obstante Gregoriana constitutione transactionem uti consonam Tridentino et a Xysto V. confirmatam et econtra Capitulum excepit transactionem fuisse a posteriori pontificia constitutione sublatam. Cumque canonicatus poenitentiarius vacasset 1659 et tunc Sedes episcopalis esset pastore viduata facta fuit a Capitulo collatio canonicatus, sed secuta anno 1686 altera ejusdem canonicatns vacatione facta fuit ab Episcopo collatio. Cumque tunc Capitulum protestationem emisisset, quod per dictam collationem nullum jus acquisitum Episcopo intelligeretur, communi calculo conventum fuit, nt pro futuris vacationibus sensus exquireretur s. Congregationis circa modum et jus conferendi canonicatum poenitentiarium partesque promiserunt se ab oraculo s. Congregationis non esse discessuras.

In hujns promissionis executionem subscriptum fuit dnbium ad calcem hnjus restrictus referendum et circumfertur scriptura, in qua, praemisso, nullam adesse posse du-

bitationem circa observantiam bullae Gregorianae, cum ad ejus tramites pluries Rota de collatione canonicatuum poeuiteutiariorum tulerit judicium, uti habetur in *decis. 26. n. 53. coram Cerro* et *in decis. 77., decis. 104., decis. 134. decis. 177. coram Emerix seniore* et *decis. 855. coram Emerix juniore*, necnon circa comprehensiouem ecclesiae Orioleusis, ex quo constitutio lata fuit pro omnibus ecclesiis regnorum Hispaniae, juxta *discursum 29. n. 4. Card. de Luca de benef.*, dicitur fuisse transactioni a dicta constitutione derogatum: si enim constitutio derogavit Concilio Trid., cujus dispositioni transactio est uniformis, et ulterius, si eadem constitutio derogavit statutis ordinationibus ecclesiarum licet jurameuto vallatis et auctoritate apostolica roboratis, necnon cousuetudiuibus et caeteris aliis quibuscumque iu contrarium facieutibus, derogasse etiam dicenda est transactioni, licet a Xysto V. confirmatae.

His stantibus diguabuntur EE. VV. decernere:

An in futuris vacationibus cauonicatus poenitentiarii Cathedralis Oriolen. servanda sit constitutio san. mem. Gregorii XV. emanata Nonis. Novb. 1622. quoad concursum et electionem faciendam junctim ab Episcopo et Capitulo vel potius obstet Concordia anni 1588 super alteruativa inter Episcopum et Capitulum confirmata in forma specifica de anno 1590. sub san. mem. Xysto V. per literas apostolicas in forma »Rationi congruit«, expeditas sub san. mem. Gregorio XIII.?

S. C. C. resp.:

Ad I. dubii partem affirmative, ad II. negative.

Die 1. Oct. et 16. Nov. 1720.

Salernitana.

(Conc. Tr. c. 8. s. 24. de ref)

Jus eligendi Cauonicos et conferendi canonicales praebendas in sua ecclesia vacautes in mensibus apostolicae Sedi reservatis ab immemorabili tempore est apud Canonicos presbyteros dumtaxat Metropolitanae Salerui. At postquam Tridentiui decretis cautum fuit, ut in omnibus Cathedralibus ex praebendis primo vacaturis altera lectori s. scripturae, altera poenitentiario couferretur, controversia orta fuit inter Capitulum et tunc temporis Archiepiscopum de erectione et collatione utriusque praebendae. Ad hanc dirimendam controversiam sententia s. hujus Tribunalis datae fueruut ad Archiepiscopum literae, ut alteram ex quatuor conditionibus, quas Capitulum Archiepiscopo obtulerat et praesertim ex duabus postremis acciperet, atque ita rem componeret. Archiepiscopus eam selegit, qua Capitulum promittebat sese quotannis soluturum lectori ac poeniteutiario ducatos centum ex redditibus meusae capitularis 1565; controversia trausactione sopita fuit, quam anuo sequenti pontificia authoritate coufirmavit s. Pius V. et qua Capitulares »constituerunt, ordinaruut et fecerunt auuuum stipeudium perpetuum ducatorum 100 de caroleuis argeuteis tam theologo quam poeuiteutiario solveudorum super omuibus et singulis bonis etc. fratariae et meusis capitularis.«

Vacavit 1608 cauouicalis praebenda et qui tuuc ecclesiae Salernitanae praerat Archiepiscopus jactans habuisse facultatem a ss. Pontifice Paulo V. praebendam vacantem in poeuitentiariam erexit servatoque sibi suisque successoribus jus eam conferendi etiam in mensibus Sedi apostolicae reservatis. Capitulum tamen, ut jura sua sarta tecta servaret, monitorium coram A. C. expedivit pro observatione et exequtioue transactiouis initae 1565 et a s. Pio V. confirmatae; neque tamen causa acta est. Post hanc erectionem electiones Cauonicorum poeniteutiariorum et collationes nunc a Capitulo, nuuc ab Archiepiscopis factae fuerunt anno siquidem 1612 a Capitulo, 1639 ab Archiepiscopo, 1656 rursus a Capitulo, 1657 et 1666 rursus ab Archiepiscopo collationes factae fuerunt, donec 1678 res ad judicium delata fuit, orta controversia inter provisum ab Archiepiscopo et provisum a Sede apostolica et quia de veritate indulti dati ut dicebatur a ss. Pontifice Paulo V. non satis coustare visum fuit et si verum esset, derogatum ei fuerat regula 8. cancellariae. Tribunal Rotae censuit literas apostolicas esse exequendas, ut diguosci potest ex *decis. Emerix 360. et 540.* Nova 1709 inter Capitulum et Archiepiscopum orta est quaestio de collatione canonicatus poenitentiarii, sed dum conteuduut, elapso tempore a jure praefinito devoluta est collatio ad Sedem apostolicam nullaque amplius inter Archiepiscopum et Capitulum orta est controversia, cum vacationes canouicatus poenitentiarii evenerint iu meusibus apostolicae Sedi reservatis.

1751 morte poeniteutiarii in meuse uon reservato instaurata est coutroversia: studuit Capitulum rem cum Archiepiscopo amice compouere, sed cum id uon impetrasset, coufugit ad emiueut. Patres et datae fuerunt, ut moris est, literae ad Archiepiscopum adjecta declaratioue, ut interim tempus et tempora non currerent ad tres meuses. Initio superioris anni coactum fuit Capitulum decretumque est ut lis in hoc s. Tribunali ageretur, sed paucis post diebus iterum coacto Capitulo ab Archidiacono,*) cui hoc jus esse negant Cauonici, major pars censuit recedendum esse a lite et trausigendum esse cum Episcopo, ita ut electiouem ipse haberet, collationem vero Capitulum, praestandum denique esse consensum, ut praebeuda poeniteutiaria conferretur Josepho Viggiani Canonico diacono, qui in concursu approbatus fuerat et ab Archiepiscopo electus. Obstitit pars minor et protestationem emisit et appellavit ad hoc s. Tribunal; sed tamen Archiepiscopus eadem die in possessiouem canonicatus poenitentiarii Viggianum immisit. Detulere Canonici illi numero minores hac de re querelas ad eminent. Patres et novae ad Archiepiscopum datae fuerunt literae, quae nonnisi longo post tempore, superatis omnibus difficultatibus, reddi potueruut. Respondit tandem Archiepiscopus causamque suam defendit. Res nunc ampliss. Patrum judicio subjicitur et octo illi Cauouici, qui in ultimo Capitulo dissenserunt, urgent jus immemorabile Capituli Saleruitani eligeudi Canouicos et conferendi praebendas canouicales vacantes in mensibus Sedi apostolicae non reservatis. Urgent constitutionem Benedicti XIII. qua cavetur, ut praebendae theologales et poeniteutiariae facto coucursu conferautur magis diguo ab examinatoribus reuunciato.

Ex his inferunt non esse locum distiuctioni, ut Episcopus electionem et Capitulum collationem habeat, ut respondisse hauc s. Congregatiouem die 4. Apr. 1637 objicit Archiepiscopus; poterat euim ita distingui ante coustitutionem Benedictiuam; post eam electioni locum non esse, si conferri praebeuda poenitentiaria debet digniori in concursu approbato et collatio facienda est a Capitulo: neque iterum objiciendum esse indultum Pauli V., dudum in judicio acto in Tribunali Rotae rejectum; substineri itaque nulla ratione posse collationem factam Josepho Viggiani, praesertim cum facta fuerit atteutate et lite in hoc s. Tribunali pendente: spernendum esse ultimum Capitulum, in quo emissa fuit ab octo Canonicis protestatio, quia pluribus nullitatibus infectum fuerit, cum coactum fuerit nomine Archidiaconi, eo etiam iguorante, sed qui hoc jus non habet, cum spectat ad eos Cauonicos, qui magistri fratariae vocantur: cum ad Capitulum admissi fuerint quatuor Canouici diaconi, qui jus suffragii non habent his in rebus, sed Canonici tantum presbyteri: cum Primicerius procuratiouem duorum absentium Canonicorum susceperit contra dispositionem syuodalium constitutionum: cum omissa fuerint secreta suffragia; cum denique spreta fuerit protestatio emissa, quae spectanda erat, quia, postquam antecedeuti Capitulo decretum fuerat litem in hoc s. Tribuuali agendam esse, non poterat ab hoc decreto recedi, nisi omnium consensu; satis enim est si vel unus disseutiat. Haec habent iu suo libello 8 Canonici. A Canonico Viggiaui et promotore curiae archiepiscopalis nihil hactenus habuimus. Duo suut causae capita:

I. *An et quomodo sit facienda collatio canonicatus poenitentiarii in casu?*

II. *An sustineatur collatio canonicatus poenitentiarii facta in personam sacerdotis Josephi Viggiani in casu?*

S. C. resp.

Ad 1: Electionem esse faciendam ab Archiepiscopo favore personae magis idoneae ab examinatoribus renuntiata in concursu, praesentationem vero ejusdem personae faciendam esse a capitulo.

Ad 2: Affirmative.

Die 23. Junii et 21. Julii 1753.

d) Possessor doctor esse debet.

Vd. p. 327. II.; 334. §. 2.; 339. §: *Ad I.;* 338. §. *Hanc;* 340. §§: *Hujusmodi, Ut.*

10) Pro praebenda theologali.

Vd. *Concurs. pro poenitentiaria* p. 326. *b.*

a) Examinatorum judicium.

Vd. p. 326. *b.*

In ecclesia abbatiali N. nullius dioecesis vacante praebenda theologali concursus indictus est juxta praescriptum constitutionis

*) Vd. *t. III. p. 743. I.*

Benedicti XIII. *Pastoralis officii.**) Duo adfuerunt competitores Laurentius et Antonius sacerdotes, periculo facto et cribratis utriusque meritis, ambo fuerunt ab examinatoribus adprobati, ita tamen ut sex puncta singulis examinatoribus conferentibus Laurentius Antonium superaverit puncto uno cum dimidio. Abbas itaque Ordinarius relatione ab examinatoribus accepta ad praebendam theologalem nominavit Laurentium.

Antonius hoc nuncio habito reclamavit, quinimo appellavisse videtur, quamvis super appellatione legitime interposita quaestio orta esset; de qua tamen in hac causa solliciti non sumus. Ad reclamationes itaque Antonii causa deducta est coram S. C. C. sub dubio: An constet de mala relatione examinatorum et irrationabili judicio Ordinarii in casu? Transmissis autem ex mandato s. Congregationis actis concursus reliquisque servatis de more servandis, s. Congregatio commisit duobus judicialibus examinatoribus ut sunm judicium proferrent super dicti concursus actis et requisitis utrisque concurrentis: atque unus ex deputatis examinatoribus conclusit, favore Antonii reformandum esse judicium examinatorum prosynodalium non quoad partem scientiae, sed quoad partem requisitorum. Alter vero deputatus examinator confirmavit judicium tum examinatorum pro-synodalium tum judicium Ordinarii.

Antonius favore sui in secunda causae propositione defensorem in Urbe constituit, qui inter caetera, ampla oratione, in examen revocato judicio examinatorum, qui a s. C. C. deputati sunt, ac simul exponens defectus et errores qui in concursu Laurentii obrepserant, quos gravissimos renunciabat, Laurentium ipsum in peracto discrimine victum omnino fuisse ab Antonio contendebat: namque si ad scientiam respicias, Antonius praecellit ratione elegantiae sermonis, logicae expositionis, theologicae scripturalisque doctrinae et materiarum copia, prout ipsemet defensor ostendere studuit: si vero de requisitis sermo sit, Antonius pariter longe superasse Laurentium ostendere pluribus curabat. Nota enim sunt quae Benedictus XIV. statuit in constitutione *Cum illud* §. *16. n. 4.***) statuit scilicet: »parem, ni forte majorem solertiam examinatores adhibeant in perscrutendis aliis qualitatibus regimini animarum consentaneis; morum honestatem inquirant, gravitatem, prudentiam, praestita hactenus ecclesiae obsequia, acquisitam in aliis muneribus laudem aliaque spectabilium virtutum ornamenta, doctrinae arcto foedere consocianda; hisque omnibus conjunctim expensis inhabiles per sua suffragia rejiciant et idoneos Episcopo renuncient.«

Inter alia plura merita, quibus praeditus erat Antonius, illud recensebatur, nimirum censoris emeriti academiae theologicae in alma Urbe, quae pluribus favoribus a RR. Pontificibus ancta est. Et nominatim idem Benedictus XIII. in suis literis in forma Brevis diei 6. Maji 1726. inter alia statuit: »Nos ipsius Clementis Praedecessoris nostri vestigia sectantes, omnes et singulos quorumcumque beneficiorum collatores similiter requirimus, ut quos diutius in dicta academia cum laude versatos esse constiterit aliis in ejusmodi collatione caeteris paribus praeferantur.

Quare concludebat defensor, cribratis omnibus sive quae ad scientiam sive quae ad alia merita spectant, Antonium adeo praecellere Laurentio, ut hic vix inter adprobatos recenseri posse videretur. At vis integrae defensionis in eo sita erat, ut ostenderet, Antonium digniorem esse quam Laurentius, ut deinde concluderet, Ordinarium non potuisse conferre praebendam theologalem nisi Antonio. Contendebat enim Ordinarios in praebendae theologalis collatione destitutos esse electione, ita ut non illi, qui ipsis Ordinariis videatur magis idoneus inter adprobatos, theologalis praebenda conferri possit, sed illi tantum, qui magis idoneus fuerit legitime renunciatus.

Quod ut ostenderet analysim instituebat circa constitutionem Benedicti XIII. *Pastoralis officii*, qua constitutione statuuntur leges, quibus, sub poena nullitatis, praebenda sive theologalis sive poenitentiaria conferri debent. Ad theologalem vero quod spectat haec statuta fuerunt: »Volumus insuper etc. vd. *p. 334.* §. *2.*

Itaque inter alia animadvertebat defensor Episcopum habere quidem jus eligendi inter adprobatos cum agitur de conferendis paroeciis, ejusmodi tamen jus non habere dum agitur de conferenda praebenda theologali ex vi relatae constitutionis: namque expressis verbis in ea legitur, quod praebenda theologalis

*) Vd. *p. 333.*
**) Vd. *t. I. p. 610.*

conferri semper debeat magis idoneo in formali concursu ab examinatoribus renunciato. Quare designatur subjectum unicum, cui conferri praebenda debeat, nimirum, magis idoneum ab examinatoribus renunciatum. Porro electio haberi non potest nisi inter duos: ergo quaelibet electio excludatur oportet. Maxime cum nunquam in ea constitutione reperiatur eligendi vel electionis verbum. E contra in Tridentino et constitutione Benedicti XIV. *Cum illud* de modo conferendi paroecias ultro sese offerunt verba: *Episcopus eligat: electione* etc. Igitur quod R. Pontifex voluit, expressit; quod noluit, non expressit.

Exclusam autem fuisse quamlibet electionem contendebat insuper defensor ex verbis, quae per modum exceptionis decernunt, ut quoties praebendae collatio ad s. Sedem spectabit ... ipse (rom. Pontifex) vacantem praebendam illi assignare atque conferre possit, quem caeteris digniorem et magis idoneum in Domino judicaverit. Quare si haec uti exceptio habenda sit, qua electio tribuitur, dicendum erit locorum Ordinariis denegatam esse electionem.

Ad removendam autem difficultatem, quae giguunt verba illa »eo plane modo, quo parochiales ecclesiae conferuntur« defensor ostendere curabat, ejusmodi verba esse dumtaxat referenda ad modum faciendi concursum, non vero ad jus eligendi inter adprobatos. Quod satis ostendi putabat ex verbis immediate sequentibus: »hnnc porro in finem per edictum *) publicum vocentur etc.« Maxime cum si aliter verba — eo plane modo — intelligerentur componi non possent cum seutentia autecedenti, qua praebenda praescribitur conferenda illi, qui magis idoneus ab examinatoribus renunciatus sit: nec locus erat repetitioni ejusdem sententiae, postquam indicatus est modus indicendi concursus. Quare Benedictus XIV. dum Bononiensem regeret ecclesiam in *instit. 57. n. 9.* in vacatione theologalis praebendae sic praecepit: »Illud monendum superest: die II. proximi mensis Maji idem exameu habendum esse iu nostris aedibus, cui nos ipsi et examinatores quos nominabimus hora 12. praesentes aderimus. Scriptae quaestiones proponentur; responsiones pariter scripto, latiusque sermone exarari volumus ... Nam exameu pro theologali praebeuda eodem modo ac pro ecclesiis parochialibus obtinendis idem Benedictus XIII. praescripsit.« Quare Archiepiscopus tunc Lambertinius verba »eo plane modo« retulit dumtaxat ad formam coucursus. *)

Ad alterum removendum grave obstaculum, quod est resoltio S. C. C. in *Aversana Canonicatus theologalis*, diei 21. Novb. 1829, qua discusso dubio:

An Episcopus polleat jure eum eligendi ad praebendam theologalem et poenitentiariam, quem ipse inter adprobatos in formali concursu diguiorem judicaverit: seu potius illum eligere teneatur, quem magis idoneum in eodem concursu examinatores reuunciaverint in casu? responsum fuit: Affirmative ad I. partem, negative ad II.: nonnulla orator

*) Vd. *p 254. IX.*

*) Animadverte, Benedictum XIV. non retulisse haec verba »eo plane modo« dumtaxat ad rationem instituendi concursum, sed etiam ad caetera. Quin imo ad rationem instituendi examinis et concursus in dicta constitutione, in eo quod spectat ad electionem examinatorum facultas Episcopis tributa declaratur, quae eisdem competit ex communi jure. De qua re ita scripsit idem Pontifex in opere de *synod. dioeces. lib. 4. c. 7:* »Examen seu concursus ad ecclesias parochiales necessario institui debet coram tribus saltem examinatoribus a synodo adprobatis: secus autem est de examine ab aliis subeundo, qui aut ordines petunt aut ad excipiendas confessiones adprobari cupiunt: in hoc quippe poterit Episcopus examinatoribus uti, quos maluerit, quoniam Tridentinum synodales examinatores exigit tantum in concursibus ad parochiales, cumque agatur de sanctione restringente facultatem alias Episcopo a jure communi concessam, non debet extendi ultra casum expressum: quocirca etsi Benedictus XIII. in sua constitutione *Pastoralis officii* edixerit ut praebenda theologalis et poenitentiaria, in Italia eique adjacentibus insulis, conferantur, praevio examine et concursu, eo plane modo, quo conferuntur ecclesiae parochiales: expresse tamen declaravit, concursus ad illas non necessario institui oportere coram examinatoribus synodalibus, sed coram Episcopo et quatuor examinatoribus etiamsi synodales non sint.«

Non praecipitur itaque observanda in dicta constitutione ea Tridentina et saluberrima lux, quae respicit examinatores synodales, qui a Tridentino ideo speciali lege constituti sunt, ut praecaverentur, quantum fieri possit, fraudes specialesque favores et consuleretur rectitudini judicii ferendi super concurrentium ad paroecias idoneitate. Ex quo satis argui potest, quinam sit sensus dictae constitutionis et qualis sit valor eorum verborum, quibus dicitur praebenda illi esse semper conferenda, qui ab examinatoribus magis idoneus fuerit renunciatus. Semper enim intelligitur Episcopum illi conferre debere praebendam, qui magis idoneus reputetur in examine, suo tamen judicio minime posthabito, ut contingit in collatione paroeciarum.

animadvertebat, quamvis resolutio isthaec in quaestione de qua agimus peremptoria sit dicenda. Asserebat itaque defensor huic resolutioni alteram opponi editam a s. C. C. in *Salernitana Canonicatus theologalis die 1. Sept. 1753.*, cui resolutioni dumtaxat standum esse inquiebat, utpote quae eo tempore emissa et sub iis personis, quae melius noscere poterant sensum constitutionis *Pastoralis officii*.

Quare concludebat orator, cum Antonius et scientia et meritis in concursu vicerit Laurentium, cum digniori in concursu reperto conferenda sit theologalis praebenda, qualibet alia electione submota, judicium Ordinarii in casu tanquam irrationabile esse censeudum; proindeque Antonio dictam praebendam esse conferendam.

E contra Laurentii defensor nec malam examinatorum relationem nec irrationabile Episcopi judicium fuisse sustinebat. Et ad relationem examinatorum quod attinet, ea adprobata fuerat ab Urbis Theologis, qui ex Ordinarii mandato in examen revocarunt acta concursus. Ne defatigemus lectorem relinquimus ea, quae in facto adducebantur pro tuenda peritia Laurentii in concursu ostensa, qui jam theologiam dogmaticam in seminario docebat: maxime cum Laurentii defensio eo praecipue dirigebatur, ut ostenderet, adversarium fateri vel fateri debere, Laurentium saltem inter adprobatos esse recenseudum. Quo concesso non poterat Episcopi judicium ut irrationabile redargui. Firmum siquidem est in jure Concilii Trid. et constitutionis Benedicti XIV. *Cum illud*, quando de conferendis paroeciis agitur, Ordinariis jus inesse eligendi inter adprobatos, quem magis idoneum in domino judicaverint: et ob hanc relationem Episcopi judicium adeo justum et aequum praesumi, ut nonnisi evidentissimis argumentis convelli valeat, ut docet s. Rota in *Calaritana Parochialis 15. Januarii 1759. n. 1. coram Frangipane.* Quin imo doctores docent, Episcopi judicium nunquam de irrationabilitate redargui posse, si ille quem Episcopus eligit inter adprobatos per concursum reperiatur, s. Rota *ibid. n. 5*, *Card. de Lucca adnot. in Conc. Trid. disc. 32. n. 25.* Et merito quidem; si enim Ordinarius ejusmodi potestate eligendi inter adprobatos careret, munus eligendi potius quam Episcopo examinatoribus tributum dicendum esset contra sanctionem Concilii Trid. et Benedicti XIV. constitutionis, in qua §. 11. haec habentur: »absoluto examine ut cuique satis compertum est fit tantummodo potestas examinatoribus renunciandi quotquot . . . . idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electione digniorisc Et in opere *de synodo dioeces. lib. 4. c. 8. n. 6.* idem Pontifex scriptum reliquit: »adeo luculenta sunt verba, quibus Trid. renuntiare digniorem inter adprobatos solius Episcopi judicio committit, ut mirum nobis videatur aliquos reperiri doctores, qui id juris adscripserint examinatoribus.« Quod s. Congregatio Conc. jam docuerat in responso ad Episcopum Pataviuum 1573. *L. 1. Decret. pag. 110.*

Porro quamvis haec omnia quae dicta sunt referantur ad collationem parochiarum, recte tamen protenduntur ad praebendas theologales, quae juxta constitutionem Benedicti XIII. eo plane modo, quo parochiales ecclesiae, conferri debent. Ita censuit s. Rota in *Imolen. Canonicatus theologalis 2. Apr. 1753. n. 14. coram Merlino;* et apertissime declaravit s. C. C. in *Aversana Canonicatus theologalis et poenitentiarii 21. Novb. 1829.* Quare cum deinde in *Urbevetana Concursus die 11. Julii 1846.**) apud s. C. C. quaestio delata esset, quod Episcopus ex tribus per concursum ad theologalem adprobatis illum elegerat, quem secundo gradu in ordine ad scientiam examinatores approbaverant, et tertio gradu in ordine ad caetera merita, reliquis posthabitis, qui digniores sive quoad scientiam sive quoad caetera requisita renunciati erant: proposito dubio:

An et quomodo constet de irrationabili judicio Episcopi circa electionem Canonici Theologi in casu?

S. C. respondit: Negative in omnibus: et amplius.

Neque obstare dicebatur Laureutio privilegium, quod sibi vindicabat Antonius utpote censor accademiae theologicae in Urbe: nam et ipse Laurentius nomen dederat eidem accademiae et laude per plures annos eidem operam navaverat, quamvis ad gradum censoris emeriti pertingere non potuerit, qui in patriam vocatus munus docendi theologiam ab Ordinario suscepit. Quare concludebatur: vel iisdem privilegiis Laurentius gaudet, et tunc privilegiatus contra aeque privilegiatum uti privilegio non potest: vel si aliquo destituitur quo Antonius gaudet,

*) Vd. *p. 347.*

eodem nonnisi caeteris paribus juvari aliquo modo idem Antonius poterat.

His aliisque ample adductis propositum est resolvendum

D u b i u m:

An constet de mala relatione examinatorum et de irrationabili judicio Ordinarii in casu?

S. C. C. die 17. Decb. 1864 respondere censuit: Negative in omnibus.

Novum audientiae beneficium Antonio expostulante proposita causa die 18. Febr. 1865. hac formula:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. post novam dicussionem respondit: In decisis et amplius.

Ex iis colliges:

Constitutionem Benedicti XIII. *Pastoralis officii* pro Italia insulisque adjacentibus primo editam, qua praescribitur praebendam theologalem et poenitentiariam conferendam esse semper illi, qui magis idoneus ab examinatoribus fuerit renunciatus, nullimodo excludere Episcopi judicium, quo illi ex adprobatis praebendam tribuere potest, quem ipse magis idoneum judicaverit.

b) De judicio Episcopi non constat.

Vd. p. 343. a; 288. XXIX.

Urbevetana.

Ob mortem Canonici Dominici Bartoccini die 19. Aug. 1845 vacavit theologalis praebenda in Urbevetana Cathedrali, cui ut ex ss. canonum praescripto provideret Antistes concursum indixit die 22. Aug. publicis de more positis edictis quibus inhiantes allicebantur ut intra 12 dierum spatium nomen et morum scientiaeque opportuna exhiberent testimonia ad periculum subeundum, quem terminum exinde ad diem quartam insequentis Septembris prorogari placuit.*)

Tres stato tempore albo concurrentium apud episcopalem cancellariam sua nomina dedere scilicet sacerdos Dominicus Becheroni Praepositus Collegiatae Vulsinii, Aloys. Ficarelli ac Vincentius Moretti omnesque propriae scientiae specimen statuta die exhibuerunt coram Episcopo et quatuor examinatoribus prosynodalibus.**) Experimento peracto ad scrutinium deveutum est tum quoad scientiam tum quoad candidatorum praerogativas personales, ea adhibita suffragiorum tribuendorum utriuque methodo, quae in Urbe pro concursibus ad parochiales ecclesias servatur. Et quoad scientiam primum obtinuit locum Becherouius qui suffragia tulit 53. Alterum Morettius qui 50 suffragia reportavit: tertium demum Ficarellius 47 tantum suffragiis donatus. Sed quoad requisita majori suffragiorum numero scilicet 60 honoratus fuit Ficarellius: medium locum habuit Becheronius suffragiis 49. Ultimum autem Morettius qui 50 suffragia reportavit: tertium demum Ficarellius 47 tantum suffragiis donatus. Sed quoad requisita majori suffragiorum numero scilicet 60 honoratus fuit Ficarellius: medium locum habuit Becheronius suffragiis 49. Ultimum autem Morettius qui 40 tantum obtinuit. Absoluto scrutinio quo omnes adprobati fuere Episcopus sibi reservavit jus suo tempore eligendi quem inter adprobatos magis idoneum in Domino judicasset.

Haud tamen arrisit hujusmodi judicium examinatorum alteri ex concurrentibus Marettio, quippe qui autumaus minus aequo, saltem quoad scientiam, tributum ipsi fuisse, incunctanter ad acta cancellariae episcopalis convolans protestationem quam dicunt »Nihil transeat« apposuit atque a mala relatione examinatorum ad s. Congregationem appellavit:*) quod ut innotuit aliis duobus concurrentibus, contrariae protestationes pariter ab iisdem emissae sunt declarantes:

1. Nolle valedicere juri jam per examen et DD. examinatorum judicio acquisito;

2. Multoque minus aliquid fieri favore praelaudati Vincentii Moretti, nobis non requisitis et non citatis,« postulantes eapropter ut praebendae collatio vel favore Becheroni vel Ficarelli expleretur. Quae protestatio cum decreto Vicarii generalis rejecta fuerit et pro nihilo reputata, uti injuriosa Ordinario, repetita ab iisdem fuit, atque a praefato praejudiciali decreto appellatum ad s. Sedem.

Sed controversiam hujusmodi inter concurrentes enascentem praecidere admissus est R. P. Biancotti e societate Jesu, Urbevetani collegii rector ac examinator synodalis cujus judicio emittendo super acta concursus, ve-

*) Vd. *p. 326 XXXVIII.*
**) Vd. *p. 280. XXVI.*

*) Vd. *t. I. p. 594. n. 13.*; *supra p. 267. XXII. 270. XXIII.*

luti arbitrameutali, adhaerere spoponderunt ipsi contendentes. Reque vera cum ille examinatorum relatiouem summatim confirmasset ac digniorem Becherouium reuuutiasset, Morettius appellationi interpositae valedixit, atque *nihil transeat* delevit, quemadmodum et Ficarellius acquiescere haud auceps fuit. Sed res quae consopita videbatur acrius exarsit ex quo Episcopus posthabens quae hacteuus gesta fuerant, adhaerensque voto 2 theologorum Urbis, magis inter adprobatos idoneum ad praebendam theologalem Morettium adjudicavit die 18. sequeutis Octobris.

Quo facto, ut expeditis bullis expletisque erga Canonicos urbanitatis officiis, in formalem possessionem theologalis praebeudae Morettius die 21. dicti mensis immissus fuerit, uuiverso fere ipso adstante Capitulo. Verumtamen inde acerrima dimicatio contra Episcopum ac Morettium exorsa est. Siquidem Becherouius illico diem dixit tam eidem Morettio quam promotori fiscali coram s. Congregatione ut decerneretur: »Nullum jus nullamque rationem eidem Moretti competere ad obtinendam investituram canonicam seu retineudam praebendae et canouicatus theologalis . . . . sed totum jus ad illam spectare ad iustantem Dominicum Becheroni, ob scientiam praestantiorem et magis idoneum ab examiuatoribus quatuor renuntiatum ad formam const. Beuedicti XIII.*) . . . firma interim et renovata protestatiove emissa ab iustanti in caucellaria episcopali de nihil innovando etc.« Sed dum contentionem deserere visus est Becherouius, in scenam prodiere nonuulli e Capitulo Cathedralis qui usurpato collectivo nomiue Diguitatum et Canonicorum apud s. Cougregationem supplici iustitueruut libello, quo praerogativas Becheroui ac Ficarelli commendantes, Moretti autem requisita deprimeutes coutra collationem ab Episcopo factam, veluti arbitrariam, injuriosam ac laesivam insurrexerunt; atque ita preces concludebant: »A questo operato arbitrario del Vescovo, molto più che i due sacerdoti Ficarelli, e Becheroni pro bono pacis non fauno ulteriori passi nella lor causa, noi ci crediamo in dovere di farue vimostranza alla Vostra Beatitudine, tanto per vindicare la lesa giustizia, quanto per vendicare l'oltraggio che riputiamo fatto a noi stessi con un possesso informe e nullo in ogui sua parte.«

*) Vd. *p. 333.*

De more rogatus Episcopus ut ad rem praesentem opportuna referret, sollicitus is praeprimis fuit, ut Canonici capitulariter suam probariut iustantiam vel quid secus de ea sentirent pandereut. Sed uec Capitulum colligere arbitrati sunt qui unice dissidium fovebaut. Nihilomiuus omues fere Cauonici ad quorum aures uotitia recursus pervenit, multis congestis rationibus apocryphum illum conclamarunt atque protestati sunt »di uon aver avuto giammai parte nel suu nomiuato ricorso, perchè riputiamo il medesimo in opposizione al diritto Canonico, perchè nou cousentaneo alla verità, e perchè offensivo alla diguità Vescovile.« Quare, quae Capituli uomine enarrabantur, duabus tantum Dignitatibus Archidiacouo nempe et Archipresbytero tribuenda sunt. Excitatus sed iternm Bechoronius certameu contra Episcopum ac Morettium instaurat, constitnto sibi procuratore ac coucinuata dubii formula in calce legeuda.

Votnm promotoris fiscalis quod in sui defensionem praelo commissum exhibet Episcopus EE. VV. contiuet quid partes singulae in scriptis reposueriut, una cum omuibus mouumentis quae praesentem coutroversiam respiciuut.

Relate autem ad examinis acta haec Episcopns iu sna epistola, qua et animi sui seusum aperit, refert: »Non solum in formali concnrsu fuit Moretti inter adprobatos ab examiuatoribus renuutiatus, sed secundum ac primo valde proximum locum ab iisdem obtinuit. Quae examinatorum renuutiatio, justa quidem quoad substantiam . . . . laesiva tamen quoad gradum Moretti fuit, quippe qui ex ipsius concursus examiue primum quoad scieutiam tenere locum evidenter debebat. Quam praeemineutiam in examinis decursu ab ipsis examiuatoribus aguitam iuopiuato in postremo scrutino amisisse contigit; quod circumstautiis singulis mihi notis rite perpensis praeterquam quod in voluntario errore supposito beniguius interpretari nequit. Quapropter hac aliisque de causis mihi reservatis, cum huic muneri magis idoneum Moretti in Domiuo judicarem, jure utens a ss. cauouibus mihi concesso ejusdem favore bullas expedire non dubitavi. . . . Verum nulla ratione concedere in conscientia possum id quod gratis asseritur in instautia, meritis scilicet Ficarelli et Becheroni, multum imo infiuite Moretti merita superari.

Eteuim ego ipse hujus operam in multis gravibus et fortasse difficilioribus uegotiis saepius adhibui nec nuquam ipse pro temporum circumstautiis meae volnntati obsecuudare renuit. Utinam sacerdotes omnes similiter inservireut.

Caeterum in peracta electiove sola mihi conscientia dux fuit. Meus profecto refugit animus memiuisse solum minus rectas causas a quibus me fuisse motum nescio quo jure supponit iustantia. Diguitatem meam nunquam adeo me depressurum confido. Quod unice justum, quod ecclesiae utilius quod ideo iutimo sensu Deo magis arbitrabar acceptum id solum mihi proposui: id solum effeci. Deus in cujus conspectu loquor scit quod uon meutior, et spero, imo libere dicam nec Emiueutias Vestras de hoc dubitaturum pro certo habeo.

Controversiam itaque hodiernis comitiis Amplissimorum Patrum judicio cribaudam favore Becheroui dirimendam esse, ita ut ipsi unice confereuda sit praebenda theologalis vel saltem uovus ad id iudiceudus concursus, mordicus conteudit procurator ab eodem assumptus elaboratam profereus defensionem. In confereudis ita ratiociuatur theologalibus praebendis, totum jus facit coustitutio s. m. Beuedicti XIII. *Pastoralis Officii* cujus patula sanctio ea est, ut officia tribui semper debeant illi qui magis idoneus in formali concursu ab examiuatoribus reuuntiatus fuerit praebenda couferatur.« Nou igitur Episcopo quemlibet inter adprobatos licet ad theologale munus exercendum assumere, sed facultas ejus a pontificia lege coercetur ad illum eligendum quem scieutia ac meritis inter ceteros concurrentes emicuit. Quod etiam ex ipsa naturali ratione patet: si enim a ss. cauonibus coucursus institutus fuit ut melius quam fieri possit vacanti ecclesiae vel officio provideatur, sique ex Trid. ipsa synodo Episcopus premitur ad eligeudum eum qui magis sit idoneus, judicium examinatorum indeclinabile sit oportet, ne ex arbitrio legis praeceptum suas provisus vires amittat.

De cetero ubi contra statutam formam collatio theologalis praebendae perficiatur apertum est ex ipsius constitutiouis §. 3. cousectarium, videlicet: »Illius collatio ac provisio ipso jure nulla et irrita nulliusque prorsus roboris ac momenti sit . . . . ejusque praebendae dispositio statim devolvatur et pertineat ad s. Sedem et romanum Pontificem pro tempore existentem a quo doctori in s. theologia conferetur.«

Nec ad aliter seutiendum utiliter adduceretur ipsius Trid. synodi praescriptio iu *sess. 24. cap. 18. de ref.* quae Episcopo tribuit facultatem eligeudi uuum vel alternm ex coucurrentibus ad parochias inter adprobatos ab examiuatoribus; siquidem licet id inficiandum non sit, non obtinere tameu subsumit, in provisione praebendae theologalis, ubi per citatam constitutionem Benedictinam speciales traditae suut regulae, ita ut dum ex ipsa magis idoneus in formali coucursu ab examiuatoribus renuntiatus praefereudus est, dum pro examiue uon 3 examiuatores sed 4, nou quilibet sed tantum in theologica facultate Licentiati et valde periti adhibendi snut, aliqua ex parte correctum fnisse ipsum Tridentinum putaudum est. In reliquis autem communem esse dispositionem ac procedi posse prout iu concursibus ad paroecias minime oppugnat, quibus imo unice refereuda esse Benedictiuae coustitutiouis verba qnae subsequuntur: »eo plane modo qno parochiales ecclesiae couferuntur.«

Addit quod etsi expeudi vellet dispositio Trid. synodi citati *cap. 18*, non ideo tameu sequeretur, ita intelligendam esse ut possit Episcopus miuus dignum diguiori praeponere; verba euim legis suut sauo modo accipieuda, proinde verba: »ex hisque Episcopus eligat quem ceteris magis idoneum judicaverit« praeceptum absolute praeseferunt, ut magis idoueus eligendus sit. Quo iu jure posito illud in facto profluere coutendit, ut necessario theologalis praebenda Becherouio adjudicanda sit. Quod ut evincat, ob oculos ponit acta coucursus, queis meridiana luce clarius patere putat emiueutiorem locum merito ipsi tributum fuisse, quidquid sit de judicio contrario a Theologis Urbauis aliisque paudito, quod posthabendum esse conteudit, quia eidem obstat judicium arbitramentale R. P. Biancotti cui omniuo adhaerendum esse, quoties coutendentes elegerint, docet text. *in Leg. qualem 19. §. ult. leg. 20. et 21. et L. ex compromisso 2. ff. tit. de receptis, qui arbitr. receper., Voet. ad eumd. tit. 8. lib. 4. n. 23.* Cunctas iusuper praerogativas quibus ille prae caeteris orua-

tus eminet, scilicet Laurea doctorali in facultate theologica jamdin donatum fuisse, quod summopere in calculo habeudum erat, cum Conc. Trid. et Benedictina constitutio expresse caveant, ut similes praebendae in s. theologia Laureatis coucedantur; dum e converso Morettius adhuc in Urbano Archigymnasio lectiones audiat; unde etiam desumit irrationabilitatem judicii Episcopi, qui uon sine ecclesiae et animarum detrimento eum elegit, qui nonnisi post annos officio satisfacere valet, altero posthabito qui statim iu ecclesia s. scripturae lectioues emittere potuisset. Demum uec praeterit recensere geueris uobilitatem, quae omnia, eximiae ipsius doctrinae ab examinatoribus agnitae simul collecta, uullimode efficere debuissent, ut ab illo Episcopi judicium declinaret. Post haec supervacaneum videtur distinere EE. PP. animadversionibus quas nuper Diguitates uonnullis foliis exhibuere, eo vel magis quia, si quae alicujus ponderis apparent, snperius relata allegatione praeoccupantur; reliqua vero impnue praeteriri possunt, cum gratuito enarrent, quae nullo documento inuituntur.

Sed fiscalis promotor voto cni undequaque adhaeret vindex ab Episcopo et Canonico Moretti assumptns istorum jura protuens, singula ex adverso objecta argumentis haud spernaudis iusectatur. Et primo quidem ostendit, quod ut retiueri posset arbitrarinm Episcopi factum statuendum esset electionem magis idouei haud Episcopo, sed potius examinatoribus pertinere: quod e diametro oppouit ss. canouum praescriptioui suadet vel ipsa animadversio, quod nempe in couferendis beneficiis per concursum iidem canones exiguut ut examiuatores iutersint ad emittendum tantnmmodo judicium super idoneitate, tam relate ad scientiam quam ad requisita concurreutium, atque illud Episcopi judicio snbjiciendum; cni unice competit jus confereudi beneficia atque officia, adsnmens ad illa quem iuter adprobatos magis idoueum iu Domino reputaverit, ceu post textnm *Trid. Conc. sess. 24. cap. 18. de ref.* et constit. Beuedicti XIV. *Cum illud* §. *11.**) cujus haec sunt perspicua verba: »Absoluto examiue, ut omnibus compertum est, fit tantummodo potestas examinatoribus renuntiandi quotquot regeudae ecclesiae idoneos judicaverint, reservata uni Episcopo electione dignioris« tenent *Garcias de benef. par. 5. cap. 7. n. 11.*, *Barbos. in Summ. apostol.* verb.: Examinatores synodales *n. 18.*, s. Congreg. in *Monopolitana Concursus 28. Apr. 1759.* et in *Melevitana Parochialis 14. Apr. 1765.* §. *Deo vero.*

*) Vd. *t. I. p. 609.*

Quiu liceat ex verbis ex adverso iuvocatis Benedictinae constitutionis discrimen injicere inter dispositionem quae respicit collationem ecclesiarum parochialinm ac praebendae theologalis, siquidem verba: »conferri semper debeant . . . . magis idoneo iu formali concursu ab examinatoribus renuntiato« haud ita sunt accipienda, ut in provisione praebendae theologalis praeter judicium approbationis liceat examinatoribus decernere etiam comparative super majori adprobatorum idoneitate, quod judicium unice spectare ad Episcopum, quippe qui prae omnibus informatus praesumitur de vita et moribus gregis sibi commissi, tralatitium iu jure canonico est.

Sensus antem dictorum verborum, quae prima fronte id praeseferre videntur, optime attemporatur, si adjiciantur ejusdem periodi verba, quae absque intervallo sequnntur: »eo plane modo quo parochiales ecclesiae couferuntur.«

Ceterum quaelibet exulat oportet ambiguitas circa praefatae bullae Benedicti XIII. intellectum, snbsumit, ex quo penes hunc s. Ordinem in coetu diei 21. Novb. 1829. hujusmodi articulum formiter ac pleue discussum fuit in una Aversana, ubi cnm quaesitum fuerit:

Au Episcopus polleat jure eum digendi ad praebendam theologalem et poenitent. quem ipse inter adprobatos in formali concursu digniorem judicaverit seu potius illum eligere teneatur, quem magis idoneum in eodem concnrsu examinatores renuntiaveriut?

responso edito: Affirmative ad I. partem, negative ad II. saucitum undeqnaque. fuit jus Episcopi eligeudi inter adprobatos qui magis idoneus in Domiuo ad praebendam vel theologalem vel poenitentiariam, uon secus ac in collatione paroeciae agnitus ab ipso fuerit.

Porro id satis superque esse coucludit promotor, ad omnem illegalis arbitrii ideam arcendam in collatione ab Episcopo facta. Etenim cum neque ex adverso inficiatur Morettium inter adprobatos recensitum fuisse,

ex juribus super allatis veluti sua sponte descendit nemini injuriam intulisse Episcopum, qui jure sno nteus, ceteris posthabitis, ipsum ad theologale munus adlegit. Nec ad hoc jus exercendum praepeditum fuisse urget vel judicio edito a R. P. Biancotti vel appellatione a Becherouio apud s. hunc Ordinem interposita; siquidem praeter quam nullimode probatnr Episcopum quoque in judicio ab illo ferendo convenisse, imo a vero alienum videtnr ipsum pacisci volnisse super proprio jure, de quo aliunde nulla quaestio tunc excitabatur, animadverteudum esse occurrit quod judicium illud unice ferebatur snper mala relatione examinatorum, proinde nil commune habet cum altero quod ad Episcopnm spectat super majori vel minori idoneitate. Ita pariter appellationis exceptionem nihili faciendam contendit ex eo, quod licet eamdem diem qua in possessionem immissus fuit Moretti praeseferat, minime tamen constat, num praecesserit vel subsequuta fuerit; etsi autem primum verificaretur tamen snbsumit, suspendere uequivisset possessionem, obstante Epistola encyclica s. hujus Congregationis nuuere tunc secretarii obeunte Benedicto XIV. qua in devolutivo tantum servari appellationem statuitur, confirmata postmodum ejusdem Pontificis constitutione *Cum illud.*

Sed ad ulterius evincendum, nonnisi quam duce justitia collatum ab Episcopo canonicatum theologale fuisse, ad trutinam revocat acta concursns atque fretus attestatione alterius ex examinatoribus Prioris Pensi qui errorem patratnm in suffragiis Moretti tribuendis uitide fatetur; fretus iterum testimonio amplissimo Theologornm Urbis ac finitimarum dioecesum, qui eadem acta mature perpendentes primum gradum quoad scientiam jure ipsi adjudicandum esse sensernut, denique requisita omuia enumerans qneis ille decoratur atque addens causas Episcopo reservatas quae ipsius conscientiam informare utique valuerunt, ceu nou obscure deprehenditur ex ipsins Episcopi epistola, concludit, jure optimo Moretti prae ceteris, Canonicum theologum ex rationabili judicio Episcopi renuntiatnm fuisse. Sed fusius haec perlegent EE. VV. in voto fiscali ac allegatione distribueuda. Meum interim est proponere dirimeudnm

D u b i u m:

An et quomodo constet de irrationabili judicio Episcopi circa electionem Canonici Theologi in casu?

S. C. resp.:

Negative in omnibus, et amplius et ad mentem. Mens est ut acriter moneantur auctores supplicis libelli et veniam petant ab Episcopo.

Die 11. Julii 1846.

Nullius Sublacen.

Per obitnm Petri Canonici Caponi sequuta vacatione praebendae theologalis Collegiatae Sublaci indictus fuit de more concursns die 12. Oct. 1863. idemque habitus coram 4 examinatoribns ad hoc ab Emo Abbate deputatis. Duo tantum adfernnt concurrentes scilicit rev. D. Stephanus Mariani sacerdos ab Arce s. Stephani et rev. D. Antonius Prosperi sacerdos. Die 30. Oct. quaestionibus per 4 examinatores adsignatis ambo concnrreutes rite satisfeceruut; eademque die collectis responsis ac resolntionibus iisdemque unacnm coucurreutium requisitis coram Emo Abbate mature perpensis praedicti examinatores declararunt Marianium puncta 25 cum dimidio, Prosperium vero puncta 24 promeritum fuisse. Quo judicio cum unoquoque ex concurrentibus per cursorem curiae Sublacensis die 31. Oct. oretenus communicato Emus Abbas die 3. Novb. Bullas collationis favore rev. Stephaui expedivit.

Hinc series actorum cum quaerelis ex parte Autonii Prosperi exordium duxit: uam cum ipse se praefato judicio repntaverit gravatum, die 6. Novb. iu cancellaria abbatiali sequeutem oppositiouem vulgo *Nihil transeat* apposuit:

Pro R. D. Antonio Prosperi coutra quoscumque: Nihil transeat iu collatione et possessione praebendae theol. Sublaceu. de qua coucursus ad formam etc. Cum euim supradictus sacerdos Sublaceusis ex duplici laurea ad honorem, quas consecutus est in archigym. romau. videlicet prima laurea ad honorem iu facultate theolog. et prima pariter laurea ad houorem in facultate juris utriusque, jure praelatiouis gaudeat praemisso concursu et caeteris paribus et frui possit juribus et facultatibus omnibus, quibus frui posse datum est iis, qui ad hujusmodi diguitatis gradum evehuntur. Cumque ratione habita sive legitimae reductionis requisitorum ad formam juris consuetudiue in Nostra Abbat. vigente

ab immemorabili religiose observati, sive elevationis requisitorum ad sex ex lege ab ipsis examinat. data in unoquoque ex 4 casibus saltem in pari gradu ipse reperiatur necnon ad formam bull. Benedicti XIII. et conc. Trid. *sess. 5. cap. 1.* et iusuper ex constit. et bullis pro censoribus emer. Ac. Theol. praeferri pariter debeat et aliis ad formam electi pt. suis loco et tempore justificabitur, uisi prius discussa causa et citato D. comparente et non aliis etc.«

Certior factus Emus Abbas de hujusmodi *Nihil transeat* distulit in possessionem praebendae immittere a se electum Marianium. Prosperius vero die 28. Novb. idest post dies 28 a notitia habita de exitu concursus recursum habuit ad s. Sedem a mala examinatorum relatione et irrationabili judicio Episcopi, postulans ut causa et acta concursus ad eamdem s. Sedem avocarentur.

Precibus a SSmo Domino Nostro ad s. Ordinem remissis et a me prout in more positum est ablegatis ad Emum Abbatem pro informatione et voto Emus in suis literis diei 23. Decb. nonnulla primum attulit, ut commentum esse probaret quidquid affirmatum fuit de litibus in s. Rota existentibus ob rejectam ab ipso quamcumque compositionis rationem a Prosperio oblatam. Tuetur II. loco electionem Mariani in theologum, ita animadverteus: Cum ambo fuerint ab examinatoribus approbati, imo majora tulerit suffragia sacerdos Mariani, hunc prae Antonino seligendum in Domino judicavit; nam et ipse studiorum curriculum laudabiliter confecit in sem. rom. et laurea doctorali tum in utroque jure tum in theologica facultate est honestatus et nunc cathedram theologiae dogmaticae in sem. abbatiali in ipsa civitate Sublaci merito moderatur. Quod si sacerdos Prosperi majora etiam retulisset in scrutinio suffragia, conqueri jure non posset de competitoris sui praeelectione, quia usus essem facultatibus mihi a ss. canonibus et a constitutione Benedicti XIII. *Pastoralis officii* *) tributis eligendi nimirum inter approbatos quem magis idoneum in Domino judicassem. Et certe Prosperio non venit in mentem nec venire potest, Marianium esse reprobandum ita ut cerebrosa contentio evidenter appareat. Nunquam autem hactenus audivi aut legi civem in ejusmodi praesertim beneficiis conferendis dioecesano fore anteponendum. *)

Tandem contrariam avocationi actorum sententiam apernit per ea quae sequuntur: Prosperius cognita electione inhibitionem vulgo *Nihil transeat* in actis meae curiae formiter apposuit. Curia igitur prout juris est in prima instantia judicabit salvo jure appellationis. Nam nulla prorsus adest causa quaestionem avocandi cum meae curiae dedecore et cum praejudicio partis collitigantis contra praxim et ordinem judiciorum a jure universo et potissimum canonico constitutum, maxime cum neminem lateat Vicarium generalem, qui judicis partes agit jure ordinario, independenter ab Episcopo suam proferre sententiam. S. hinc Congregatio judicabit in gradu appellationis, si locum habeat appellatio, ut formam juris quiu jura meae curiae laedantur.«

Interim jam a die 13. Nov. sacerdos Mariani per suum procuratorem penes curiam ecclesiasticam in judicium vocaverat Prosperium ad hoc ut oppositio seu *Nihil transeat* ac si attendi nequiret lacerareturr ipsique possessio praebendae theologalis concederetur. Suum etiam procuratorem die 4. Decb. in eadem ecclesiastica curia Prosperius constituit et acta exiude ordinarium ordinem prosequebantur. Posterius vero die nempe 17. Decb. 1863 idem Prosperius in cancellaria ecclesiastica Sublaci appellationem, quam extrajudicialiter a se emissam dixit, formiter confirmare et quatenus opus esset renovare professus est.

Prosperius die 17. Decb. protestabatur se jam a die 31. Oct. voce idest oretenus per cursorem curiae ad s. Sedem appellasse, deinde vero scriptis die 3. Novb., ut ait, sub die 6. tamen obsignatis magis explicite appellationem interposuisse ad s. Sedem apostolicam seu ad s. Congregationem, qua eadem die 3. Nov. suum *Nihil transeat* apposuit.

His Sublaci peractis Romae Prosperius die 20. Jan. novis porrectis precibus hanc s. Congregationem adiit.

Rursus praeterea reputans se gravatum ob malam examinatorum relationem quoad requisita seque ceteris paribus ex adductis privilegiis fuisse praeferendum, iterum roga-

*) Vd. *p. 333.*

*) Vd. *t. II. p. 401. m.*

vit ut causa universa et acta concursus e curia Sublacensi apud H. S. O. avocarentur. Prodiit ergo rescriptum: Servetur appellatio et notificetur Emo Abbati Commendatario qui dignetur transmittere acta concursus.

Ut primum innotuit Emo Abbati editum rescriptum datis literis die 18. Febr. absque mora s. Congregationem instructam voluit non constare in praesenti causa de appellationis interpositione intra legitima a jure statuta tempora emissa, cum in Sublacensi actorum fascienlo non modo formalis actus appellationis exularet sed verbum ipsum appellationis in iisdem actis desideraretur.

Ergo uamque ita prosequebatur Emus Abbas Stephanum Mariani . . . . praeelegi eique die 3. Nov. contuli praebendam theologalem literis collationis de more exhibitis. Intra 10 dies itaque Prosperius debuisset appellationem a die praedictae collationis interponere ceu praescribit adamussim instructio istius s. Congregationis diei 10. Jan. 1721. *) ad tramites juris. Unicus actus a sacerdote Antonino Prosperi in curia abbatiali prolatus est quaedam inhibitio contra quoscumque, quae vulgo dicitur »Nihil transeat« die 6. ejusd. Nov. triduo scilicet post literas collationis exhibitas. Hujusce actus exemplar autheuticum transmitto, ut pateat agi non posse de appellatione, ubi haec nec in curia nec apud judicem superiorem nec in actis nec extra fuit utili tempore interposita ceu contingit in casu. Ille quippe actus *Nihil transeat*, cum non aliud sit quam impedimentum appositum possessioni capiendae nec contineat ut inquit Rota nisi praeceptum citandi partem prohibentem, succedere profectu nequit loco appellationis, quae debet esse clare et formiter interposita cum explicita partis declaratione se velle ad judicem superiorem provocare.

Cum igitur recursus ejusdem Antonini ad s. Congregationem datus sit extra terminum appellationi praefixum,**) sub finem videlicet praefati mensis Nov. et tunc quidem eo tantum sub obtutu advocandi causam, quae jam a partibus contestata in mea curia abbatiali pendebat et pendet adhuc super unico objecto lacerationis seu remotionis impedimenti *Nihil transeat* nuncupati, meum esse putavi rem declarare E. V. ut facile intelligat non esse locum injunctae actorum concursus transmissioni, quum suppositum tantummodo fuerit appellationis fundamentum.

Interim vero antequam hujusmodi Emi Abbatis literae ad s. Congregationem pervenirent, sacerdos Prosperi novo supplici libello nonnullas adduxit depositiones testium per Notarium Alessi oppidi Affile confectas.

Cumque aliam depositionem Prosperius attulisset quorumdam villicorum Joseph Pittueo, Rosati Spila et Venantii Projetto tunc decretum fuit ut Emus Abbas audiretur super novis precibus documentaque in copia ad eumdem transmitterentur.

Emus vero Abbas literis diei 28. Martii in haec verba rescripsit: »nt magis magisque s. Congregatio sibi persuadeat nullum appellationis vestigium adesse in mea curia tempore utili et debito modo interpositae, iterum mandavi Vicario meo generali ut totius historiae ut ita dicam series a cancellario meo conficeretur. Quod cum cancellarius diligentissime et pro veritate perfecisset, heic adjunctum folium (quod in summ. Mariani adest sub n. 12) ejusdem cancellarii E. V. transmitto ut propriis oculis totius rei narrationem introspiciat atque pro sui justitia et prudentia omni abrupta mora ad reiteratas instantias Prosperi . . . respondere velit per consuetam formulam: *Lectum et curia Sublacensis utatur jure suo.* Ut tandem noviter deducta res panderet, quin singula singillatim refelleret, literis diei 2. Apr. transmisit ad H. S. O. fasciculum actorum, quae in curia abbatiali inter Prosperum et Mariauium post concursum locum habnere, ut ex iis liquide pateret ceu vir Emus ajebat ultra notam oppositionem possessioni *Nihil transeat* nullum prorsus alium actum fuisse ab Antonino positum vel exhibitum, qui appellationem saperet, quae quidem erat intra legitima tempora formiter interponenda. Et rejicieudae omuino sunt expositae a Prosperio attestationes, quae nimis equidem probant et pugnant cum reali actorum veritate sed etiam cum ab .... Antonino conscriptis in suo folio praesertim diei 17. Decb. anni superioris actis adnexo, quod scatet contradictionibus. Dum enim tueri studet appellationem interpositam eam vocat *stragiudiziale* et subdit appellationis terminum tunc demum decurrere, cum notitia gravaminis habeatur ac si non antea sibi nota fuisset sui competitoris praeelectio. Cum igitur ap-

*) Vd. *supra p. 303. XXXII.*
**) Vd. *t. I. p. 657. n. 61.*

pellatio formiter interposita intra legitima tempora desideretur, omnino expedire videtur, ut s. Congregatio abruptis induciis et captiunculis . . . . silentium imponat Antonino, ut continuo immitti valeat in possessionem praebendae theologalis Stephanus Mariani, ne ex diuturna vacatione tum praelectus majus ob litem mere vexatoriam reale sentiat detrimentum, tum ipsa ecclesia non leve patiatur praejudicium.«

His ergo acceptis literis decretum est die 9. Apr. h. a. ut causa inscriberetur in folio idque praelaudato Praesuli significaretur eum in finem, ut congruum terminum partibus praefigeret ad deducendum jura sua cor. s. Congregat. et de resultantibus certioraret. Quod adamussim peractum est et ad hanc s. Congregationem Emus Abbas rescribens ad preces ipsius Mariani acta etiam concursus ablegavit.

Prosperius tandem die 11. Maji ann. curr. expostulavit, ut super adjunctis appellationis ab ipso emissae a delegato judice interrogarentur RR. Paulus Can. Ferrari Vincentius Marameo Prim. Sac. Angelus Farnari necnon Bruno Marmignati olim cursor abbat. curiae; ad hujusmodi tamen preces rescriptum est: Habebitur ratio in die propositionis causae.

Vix acta concursus ad s. Congregationem transmissa fuerunt, curavi ut iis perpensis votum suum ederent quoad examinatorum relationem theologus et canonista, quorum primus eam approbandam in omnibus censuit, alter vero reformandam esse arbitratus est non quoad partem scientiae sed ad partem requisitorum, quia graviori calculo ut ait sunt ponderanda illa R. Antonini Prosperi quam illa R. Stephani Mariani. Hujusmodi vota Emis Patribus exhibentur in separato folio, in quo etiam nonnullas Emi Abbatis literas quae ex parte in hoc folio locum obtinent integras exscribendas esse duxi.

Praemonendum est propositioni hujus controversiae concordatis ante autumnales ferias dubiis ex consensu partium destinatam fuisse Congregationem elapsi mensis Nov. At licet Prosperius dilationem ad hodierna comitia expostulaverit et justa de causa, etsi invito Mariano obtinuerit, nil tamen usque ad ultimos hos dies mihi exhibuit, quod Emtiis Vestris in hoc folio prout de more subjicerem ad ipsius jura tuenda, sed ulteriorem forsan dilationem a s. V. Ordine expostulabit. Ex parte Mariani allegatio distribuitur quam paucis heic exponam.

De I. dubio disserens orator contendit Prosperium numquam legitime appellasse. Quod ut demonstret notissimas recolit juris sanctiones, quibus statuitur decendium esse tempus ad appellationem legitime interponendum ad signatum *Novell. 23. c. 1. cap. 32. de elect. et elect.* necnon *cap. 8. de appellat. in 6.* in quo edicitur: »Concertationi antiquae finem inponore praesenti constitutione volentes statuimus, ut ab electionibus, postulationibus, provisionibus et quibuscumque extrajudicialibus actibus (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis gravatum se reputans per appellationis beneficium gravamen illatum desideravit revocare, infra decem dies (postquam sciverit) si velit appellat: post decendium vero eidem aditus non pateat appellandi, *Card. de Luca de judiciis disc. 37. n. 15.*, *Voet. lib. 49. ff. t. 4. n. 2.* et s. Congregatio in causa cui tit.: *Dubia concursuum 7. Sept. 1720.* formiter discusso articulo et praehabito discursu secretarii*) Emi tunc temporis de Lambertinis ad pontificalem postea Dignitatem evecti sub celebratissimo nomine Benedicti XIV. proposito II. dubio: An et quantum tempus praefigendum sit illis, qui intendunt appellationem interponere vel a mala relatione examinatorum vel ab irrationabili judicio Episcopi?

die 1. Oct. rescriptum fuit: Praefigendum esse tempus 10 dierum ad appellandum.

His vero praehabitis ad acta se recipiens exploratum in facto esse clamat die 3. Novb. expeditas fuisse bullas electionis favore Mariani; qua die notissima jam erat Prosperio electio ab Emo Abbate peracta, cum ipse Prosperius in precibus ad hunc s. Ordinem aperte professus sit, se die 31. Oct. notitiam habuisse sibi illati gravaminis, quod erat electio Stephani Mariani in theologum. At appellatio ab ipso interjecta diem habet 17. Decb., ceu perlegenti eumdem actum illico patet et ipsius Antonini procurator palam professus est; ergo constat eam intra legitimum tempus interpositam non fuisse, frustraneam idcirco reputandam esse ad tradita per Bened. XIV. in sua constit. 14. Decb. 1742 *Cum illud* **), in qua expresse cavetur, non admittendam esse appellationem a mala

*) Vd. *t. I. p. 594. n. 13.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*

relatione examinatorum aut ab irrationabili judicio Episcopi, nisi intra 10 dies a die collationis interposita fuerit, *Rota decis. 1. cor. Mancnedo n. 1.*, s. Congregatio in *Hieracen. seu Rheginen. Concursus 24. Julii 1824.*

Asserit quidem Prosperius, se die 3. seu potius 6. Novb. quando apposuit *Nihil transeat* voce et scripto appellase idemque ipsa die 31. Oct. praestitisse viva voce cor. cursore ecclesiasticae curiae Sublacensis: at in *Nihil transeat* ne verbum quidem appellationis invenitur. Quod autem affertur declaratione cor. curiae cursore die 31. Oct. emissa, praeter quam quod controversum adhuc maneat: adductis enim hac super re a Prosperio testibus curiae cancellarii relatio contradicit et acta super laceratione *Nihil transeat* ipsaque procuratoris Autonini confessio adversantur; dato etiam quod verum esset Prosperium ea die respondisse: »Appello a Roma«, nihil id juverat Antoninum in comprobanda legitimae appellationis existentia ad text. *in cap. 1. de appellat. in 6.* quo praescribitur ut si quis in judicio vel extra super interlocutoria vel gravamine aliquo . . . . duxerit appellandum, causam appellationis in scriptis assignare deproperet. Corruunt ergo ut orator concludit assertiones in contrarium adductae eaedemque ex actis curiae refutantur vel saltem frustraneae prorsus et inutiles reputaudae sunt.

A primo dubio super legitima appellationis existentia ad alterum deinde super merito controversiae deveniens orator haud malam fuisse examinatorum relationem affirmat eoque minus irrationabile Episcopi judicium. Quoad examinatorum relationem invocat *cap. 18. sess. 24. de ref.* Concilii Trid. Quo eorumdem officium his verbis assignatur: Peracto examine renuntientur quicumque ab eis idonei judicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia et aliis rebus ad vacantem ecclesiam opportuuis. Quibus praescriptionibus plenissime confirmatis et magis etiam explicatis insuper allata in constitut. Benedicti XIV. apprime satisfactum fuisse per Sublacenses examiuatores contendit, singula eorumdem munera expendendo, quo factum esse ait, ut quoad requisitorum merita pares Prosperius et Marianus renunciarentur. Praemisso deinde quod juxta legem Tridentinam et ad tramites cit. Benedictinae constitutionis requisita concurrentium non numeranda tantummodo sint sed potius expendenda et cribranda, ut omnibus conjunctim expensis inhabiles per sua suffragia examinatores rejiciant et idoneos Episcopo renuncieut, rejicit ipse adversarii querelas inde adamussim ab illo derivatas, quod examinatores tria suffragia eidem tribuerint qui majori requisitorum numero pollebat, et tria pariter Marianio qui minori gaudebat. Additque honestatem, gravitatem, prudentiam aliaque virtutum ornamenta non numerari profecto, quod absurdum, sed aestimari juxta naturalem rationem, contrariam vero consuetudinem*) minime Sublaci vigere, et si vigeret rejiciendam prorsus esse veluti irrationabilem, quippe quae Trid. legi et pontificiis praescriptionibus directe adversaretur, tum longe proinde est, ut Sublacensium examinatorum relatio mala dici debeat, quod contrarium potius de ea affirmaverunt tres Urbis theologus et canonistae, qui eamdem perpensis actis concursus ex mandato Emi Abbatis debito examini subjecerunt.

Quoad Episcopi judicium rectum fuisse in eligendo Mariano tuetur. Enimvero ex §. *Demum* cit. constitut. Benedictinae prono alveo fluere contendit judicium Episcopi unum inter approbatos eligentis (praesertim si ille qui majora retulit suffragia eligatur) adeo justum et aequum praesumi, ut nonnisi evidentissimis argumentis convelli valeat, ceu docet Rota in *Calaritana Parochialis 15. Jan. 1759. n. 1. coram Frangipane;* hujusmodi enim negotium ita Episcopo commissum est ab ipsis Trid. Patribus, ut ex approbatis Episcopus eum eligat quem ceteris magis idoneum judicaverit: ex quo probe doctores deducunt judicium Episcopi nunquam irrationabilitate redargui posse modo inter approbatos electus reperiatur, *Rota ibid. n. 5.*, *Card. de Luca adnot. in Conc. Trid. disc. 32. n. 25.* Et merito quidem, si enim Ordinarius hujusmodi potestate eligendi inter approbatos careret, munus eligendi potius quam Episcopo examinatoribus esset tribuendum contra sanctionem Conc. Trid. et Benedictinae constitutionis in qua § 11. habetur: Absoluto examine ut omnibus compertum est fit tantummodo potestas examinatoribus renunciandi quotquot idoneos judicaverint, servata uni Episcopo electione dignioris.« Adeo enim luculenta sunt verba, quibus Trid. renuntiare

*) Vd. *p. 245. VI.*

digniorem inter approbatos Episcopi judicio committit, ut mirnm nobis videatnr aliquos reperiri doctores, qni id juris adscripserint examinatoribns, Bened. XIV. *de syn. dioec. lib. 4. c. 8. in 6.* et ita communiter doctores quemadmodum *Garzias p. 9. de benef. c. 2. n. 18. et 26., Rota in Firmana Parochialis 16. Junii 1721. n. 5. cor. Molino*, s. Congreg. in *responso ad Episcop. Patavin. edit. 1573.*, in *Ariminen. Concursus 7. Maji 1735.* in *Urbevetana Concursus 11. Julii 1846.* Quae omnia etsi ad collationem Parochialium referantur rectissime tamen hac super re ad praebendas theologales aptantur, quae ut in constitut. Benedicti XIII. *Pastoralis Officii**) eo plane modo qno parochiales ecclesiae conferuntur. Ita vero sensit Rota in *Imolen. Canonicatus theologalis 2. April. 1753. n. 14. cor. Molino*, et apertissime declaravit formiter discusso articulo s. Congregatio in *Aversana Canonicatus theologalis et poenitentiarii 21. Nov. 1820.*, siquidem ad dubium: An Episcopus polleat jure enm eligendi ad praebendam theologalem et poenitentiariam quem ipse inter approbatos in formali concursu digniorem judicaverit seu potius illum eligere teneatur quem magis idoneum in eodem concursu examinatores renunciaverint?

Emi Patres responderunt: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Et ad hujus resolntionis tramites prodiit rescriptura in *Urbevetana 11. Julii 1846.* Cum ergo nec ipse Prosperius inficietur Marianium recensitnm fuisse inter approbatos, ex allatis juribus arguit Mariani defensor omnem illegalis arbitrii notam prorsus exulare ab electione ab Emo viro peracta. Cui nullatenus impedimento esse potuisse contendit privilegia quibus Prosperins se praeferendum exhibet, nam vel iisdem privilegiis Marianius gaudet et privilegiatus contra aeque privilegiatum nti privilegio non potest vel si aliquo destituitur, quo Prosperius gaudet, eidem nonnisi ceteris paribus vim aliquam Mariani orator attribuit.

His perpensis, quid respondendum sit ad postremas Prosperi preces, quibus die 11. Maji curr. anni postulavit nt nonnulli ulterins testes interrogarentur super emissa ab ipso appellatione, vos Emi Patres jndicate; meum est proponere

D u b i a:

I. *An constet de legitima appellatione in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An constet de mala relatione examinatorum et de irrationabili judicio Ordinarii in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Providebitur in II.

Ad II.: Negative in omnibus.

Die 17. Decb. 1864.

c) Nullitas constat propter concurrentem criminosum.

Vd. *Concursus* (non confirmat. p. 244.; nullitas p. 307.)

Oritana.

Ut officium Theologi quo 30 fere abinde annis caruerat Cathedralis restitueret tandem Oritanus Episcopus s. hujus Ordinis mandatis excitatus concursum indixit sub die 2. Martii 1839 publicis de more propositis edictis qnibus inhiantes invitabantur, ut nomen et morum scientiaeque opportuna darent infra decendium testimonia ad examinis aleam snbeundam, qui terminus postea ad alios quinque dies fuit prorogatus.*)

Adsistit inter caeteros stato tempore apud episcopalem cancellariam exhibitisque per procuratorem requisitis adscriptus est candidatorum catalogo sacerdos Vincentius Angelus, qui mox, nt socium in concursus periculo sibi designatum novit Canonicum Dominicum Mazza, quem veneficii criminis in Perrucium quemdam incusatum omnes noverant apud regium criminale forum Hydruntinae provinciae, instet solemniter haud mora in episcopali curia ut hic veluti ad beneficia assequenda inhabilis**) ab examine repelleretur: at inexpectatum sane retulit episcopale decretum sub die 16. Martii quo pertexta narratione de jalappa in Arabica matutina potione a seminarii curatore absente Canonico Mazza per jocum propinata cuidam presbytero Perrucci: et de machinationibus ab ipso Angelo adhibitis, ut Peruccius aliquot post menses moriens jalappam ipsam in venenum converteret, e quo mortem sibi properatam mentiretur: praelibatisque praeterea calumniis in ipsum Antistitem alias ab eodem adstructis,

*) Vd. *p. 333.*

*) Vd. *p. 326.*
**) Vd. *t. II. p. 437. VI.*

quae administrum ab ecclesiasticis negotiis nuncupatum novisse dicebantnr, ut Episcopo praeciperet perpetuam presbyteri Angeli a quovis muuere exclusionem, pronnuciabatur: *che il sacerdote D. Vincenzo Angelis fosse excluso dal concorso aperto per la vacante Teologale, alla quale siano annuessi i suddetti Canonico D. Filippo Domenico Mazza, e D. Pasquale Maggio.*

Haud arrisit presbytero Angelis hujusmodi decretum: quare protestatus primum est adversus idem pro omnibus juris effectibus per procuratorem snum coram episcopali curia, praesentibus tabellione et binis testibus (die 15. Martii) qui suae rejectioni per Vicarium gen. denunciatae etiam adfuerant; moxque ad Tarentinum Metropolitam snpplicem dedit libellum, actum exhibens a praedictis notario et testibus exaratum, quo ipsius exclusio et contestatio continebantur; imploravitque concnrsus suspensionem quousque metropolitana ipsa curia definiisset an ipse admittendus ac repellendus foret Canonicus Mazza; obtinuitque propitium responsum; siquidem re mature discussa mandavit Archiepiscopus die 17. Martii: *La sospensione del concorso della vacante Teologale sotto penadi nullità qualora si osasse trasgredire il disposto col presente... e che siano dulla curia suffraganea trasmessi in questa metropolitana tutti gli atti e carte relative fra il termine gi giorni 20.* Nullaque interposita mora die insequenti inhibitionem istam significavit per apparitores nedum Provicario generali Uriae necnon singulis examinatoribus, sed et Episcopo ipsi, ut a quovis edendo in adversum actu seipsos abstinerent.

Nihilominus examen suspendere nolnit Oritanus Antistes spretoque Archipraesulis jussu et candidatorum experimentum haberi voluit ac rejecto sacerdote Angelis scrutinium fieri, quo dignior Canonicns Mazza renunciatus est.

Confugit quidem iterum ad eumdem Metropolitam sacerdos Angelis, petens *che non solo sia dichiarato nullo l'operato, ma che sia ancora dimesso Mazza dal beneficio, e che si prendano le opportune precanzioni, onde non sia approvato questo illegale concorso;* ast Archiepiscopo placuit pro tutiori definitione rem universam obsequenter ad s. Sedem remittere, eo vel magis, quod literarum Apostolicarum expeditio ab eadem danda erat, quippe de beneficio eidem reservato res esset.

Tnnc s. Ordo epistolis apposite datis audiendum censuit desnper Oritanum Episcopum, qui referret qnomodo pendente recursu coram Metropolita concursum convocarit, necnon de impudatione homicidii adversus Canonicum a Mazza; accepit vero sequens qnod transcribo responsum: Quot attinet ad primum, tantnm abest ut concnrsum convocaverim pendente recursu coram Metropolitano quin 15 ante dies nempe die 2. Martii concursus convocatio per publicum edictum praecesserit recnrsum ad Metropolitanum, qui, ipso fatente Metropolitano, fuit ipsi porrectus die 16. ejusdem mensis et non fuit mihi indictus cum jnssione suspendendi snb nullitatis poena concursum, nisi 18. recurrente die, quando concurrentium perficiebatur periculum. Non ergo pendente recnrsu concursum convocavi, sed certantibns jam in arena candidatis jam dudum per edictales literas advocatis, neque et examinatoribus in eo officio incumbentibns per apparitorem Metropolitanus sub nullitatis poena suspensionem indixit.

Quia vero nec me audiverat Metropolitanus super justitia exclusionis e numero concurrentium praefati Angelis et admissionis Canonici Mazza nec inscriptionem ullam tenoris decreti ea de re a me lati inhibitiorales Metropolitani literae continebant, Clementis Papae VIII. *Ad tollendas ambiguitates circa appellationes* §. *5.* mandatis satisfaciens inhibitiones ipsas nullas jureque infectas esse duxi. Haec in causa fuere cur incoeptum interrumpi periculum, subsequens non fieri scrutinium, caeteraque ad perfectionem concursns requisita non habere, repente et cum impetu episcopalia aggredi jura cum dignitatis dedecore passns non fuerim. De imputatione homicidii Canonici Mazza, de quo secundo loco a me qnerebatur, abnnde quantum opus est dictum in decreto, quod pro ejus admissione ad concursum tuli die 16. mensis Martii. Quare officii mei esse reor illud s. Congregationis judicio submittere.

Quaeritnr in 1. dubio de nullitate concnrsus, trinoque eam argumento snbstinere adlaborabat sacerdotis Angelis Adsertor in allegatione, quam praelo commissam distribuet, scilicet ex quo Cliens a concursu fuerit immerito rejectus; admissus porro perperam Canonicus Mazza: spreta demum appellatio et Archipraesulis inhibitio.

Presbyterum Angelis probum in ecclesiastica disciplina versatum et quaquaversus

commendatum hominem prostare testimonia probant omni exceptione majora, quibus consonat Episcopus ipse Uritanus in dimissorialibus literis eidem datis sub die 30. Oct. 1839. dum Joviam in Barensi dioecesi ille pergeret ad humanas scientias in seminario tradendas: nihil ergo erat quod concursus alea subeunda eum prohiberet et sane ea dumtaxat de causa repulsus est, quod calumniator in Canonicum Mazza et in Episcopum diceretur: ast nullibi criminis probationes, nullibi testimonia, dum interim incusatio adversus Canonicum praefatum vigeret adhuc penes regium tribunal. Inique ergo amotus est ab examine ac concursus acta ex defectu formae preliminaris irrita prorsus renuncianda erunt ad Rotam in *Monopolitana Canonicatus theol. 25. Junii 1756. cor. Stadion.* §. 5., *Pignatel. in consult. canon. consult. t. 1. n. 27.*

Ex adverso Canonicum Mazza voluntarii homicidii imputatum fuisse apud regiam Hydrunti curiam ex ejusdem curiae fide demonstrabatur; et si nulla adhuc in eum lata fuerat definitiva sententia, jussu tamen »*di conservarsi gli atti in archivio*«, atque acta in archivio asseverare vi jurisprudentiae Neapolitanae in codice *di procedura penale art. 613.*, idem est ac processum tenere reservatum viginti annorum spatio, quo tantum elapso actio praescribitur pro crimine vindicando: quare concursus ubi indicebatur manebat Mazza actualiter criminosus; atque hac sane de causa doctorali laurea theologica spoliatus fuerat a Neapolitana studiorum universitate. Infames porro et criminis praesertim homicidii reos a dignitatibus ac beneficiis repellendos, docet aperte text. in *cap. 87. de reg. jur. in 6.*, *Baumgartner in conclus. lib. 5. tit. 41. Ren.* 87., *Garc. de benef. part. 7. cap. 11. n. 6.*

Nullitas denique concursus ex capite contemptae archiepiscopalis jurisdictionis inde eruitur, quod sub hac expressa poena jusserit Metropolita ab actu quolibet supersederi; quin obstet, quae de non servata appellationis et inhibitionis forma disputat in sua relatione Episcopus: ut enim eadem ac ille innixus constitutione arguit praelaudatus defensor, licet judici appellationis inhibitionem praecipere quoties a definita sententia*) quis appellaverit, ut ab ea, quae vim habeat definitivae, vel a gravamine, quod per definitivam sententiam reparari non possit, inserto tamen in ipso inhibitionis chirographo et exscripto tenore sententiae a qua provocatur. Porro actum fuisse in themate animadvertit de ejus naturae decreto, quod executioni demandatum gravissimum sane et non facile reparabile damnum intulisset, siquidem magni est factum infectum reddere, quodque vim definitivae sententiae praeseferebat, quippe quod vel ab ipsa canonicatus obtinendi spe Angelis repellebat. Tenor autem sententiae in ipso inhibitionis actu ideo descriptus non est, quod curia episcopalis illius exemplar tradere recusaverat; quare per aequipollens exhibitum est in illo actu, quem notarii manu et duorum testium fide munitum exhibuit presbyteri Angelis procurator et de quo in suo decreto mentionem injecit expressam Metropolita.

His positis paucis sese expedit quoad alterum dubium: etenim si concursus nullitatis vitio laborat ex defectu formae, canonicatum vel clienti suo dandum esse pugnat a Dataria (cui jure devoluto spectare dicit) ad formam constit. s. m. Benedicti XIII. *Pastoralis officii**), vel etiam si placeat novum concursum indicendum fore, a cujus alea subeunda appellans non reformidat.

Suus at vero nec deest Vindex Oritano Antistiti seu Canonico Maeza: qui in allegatione pariter distribuenda pauca reponit his, quae ad destituendam concursus validitatem cumulatur. De priori enim nullitatis capite nec minimum sollicitus est; quippe non aliam praeceptivam substantialemque formam in concursibus admittit praeter eam, de qua literae s. hujus Congregationis die 10. Jan. 1721.**) locorum Ordinariis transmissae Clementis XI. auctoritate et in Benedicti XIV. constitutione *Cum illud****) postea confirmatae, in quibus profecto nec vola quidem est de alterius ex candidatis neglectu.

De altero, Canonici Mazza innocentiam jam ab initio accusationis satis perspectam fuisse judicibus conclamat; nec alia de causa tribunal praecepisse, ut acta in archivio reponerentur nisi *per non far causa, e per non gravare cosi il fisco di spese inutili* uti in praefato decreto diei 16. Martii declarabat Episcopus. Et sane habita tandem est epistola ab apostolico apud Neapolitanam ditionem legato, quam Emus a secretis status quoad extera negocia s. Ordini significavit sub die 21. Martii labentis anni, qua continetur: *che la R. Corte criminale d'Otranto con decisione diei 30. Novb. ultimo ha dichiarato di non esservi luogo a procedimento penale . . . . a carico del Canonico D. Giuseppe Mazza di Oria, per cui il Presidente della pubblica istruzione ha disposto che . . . posea ritener le carte autorizzanti la laurea in s. theologia.*

*) Vd. *t. I. p. 639. n. 57.*

*) Vd. *p. 333.*
**) Vd. *p. 303. XXXII.*
***) Vd. *t. I. p. 607.*

Plura demum disserit quod tertium multisque de causis autumat potuisse legitime Oritanum Antistitem Metropolitae sui jussa contemnere:

I. nempe, quod falsis hic precibus Angelis ad appellationem concedendam motus fuisset, quibus exponebat sine causa fuisse a concursu rejectum, dum contra plures easque gravissimas indigitaverat decretum episcopale;

II. quod Metropolitana jussio edita fuisset inaudito prorsus Episcopo et sine inscriptione tenoris decreti contra formam praememoratae constitutionis Clementis VIII.;

III. quod inhibitionem Episcopus recepisset re non amplius integra, dum candidati jam in arena certarent, nec sine populi admiratione et querimoniis amoveri potuissent;

IV. quod Archiepiscopis Benedicti XIV. constitutio *Cum illud* permittit tantum jus causam cognoscendi in gradu appellationis, et quidem in devolutivo, non in suspensivo; appellatio vero a mala relatione examinatorum et ab irrationabili judicio Episcopi sit interponenda; quod nonnisi concursu absoluto locum habere posse censet; idque ex eo firmat quia gravamen in utroque supradicto casu ex actibus concursus derivari debeat;

V. demum quod cum de canonicatus collatione agatur apostolicae Sedi reservata non ab Archiepiscopo sed ab apostolica ipsa Sede definiri potuisse existimet quaestiones quaslibet sive super concursus validitate vel super incidentibus quibusvis derivaturis.

Haec partes utrinque, nam vel alteram animadversionem addam pro meo munere, illud praeprimis monens singulas leges pro paroeciarum concursu statutas easdem et in concursu theologalis aptandas fore ex Benedicto XIII., ut *Reclus. de concurs. paroch. p. 2. tit. 4. n. 76.*

Quoad exclusionem alicujus ex iis, qui sui periculum facere exoptant, quamvis dubitetur, utrum ex albo concurrentium omnino ejecti nec prorsus descripti dicere valeant irritum concursum, ut videre est in *Asculana Parochialis 24. Novb. 1781.* §. *Causa*, cum auctoribus ibi allegatis, tamen probatissima hodie sententia est irritari omnino concursum, quoties aliquis ex concurrentibus jam descriptus ad examen non admittatur; habetur enim uti peractus contra formam substantialem Conc. Trid. *sess. 24. cap. 18. de ref.* ubi praecipitur quod omnes *qui descripti fuerint examinentur ab Episcopo atque examinatoribus etc.*; ita magno eruditionis apparatu firmat *Pignat. consul. cit.*, *Ferrar.* verbo: *Concursus art. 1. in addit. ex aliena manu per tot.*, *Garc. de benef. part. 9. cap. 2. n. 341.*, *Reclus. de concurs. paroch. part. 2. tit. 4. n. 85. et 87.*, ubi adnotat praefata vèrba Trid. synod. *sess. 24. cap. 18.* implicite quoque contineri in constitutione Piana 33., in literis encyclicis s. Congregat. Conc. et in Bened. constitutione, Rota in magistrali *Monopolitana Praeb. theolog. superius cit.* ubi reprobatur sententia alias pandita in *Terraconen. Paroch. 10. Novb. 1634. cor. Panzirolo* et s. Cong. Concilii nedum in resolutionibus allegatis apud *Pignatell. loc. cit.* sed praesertim re mature discussa in *Terraconen. Parochialis 12. Maji 1635.* Quare nullam habendam esse rationem an omissus aliunde non esset admittendus, explicat idem *Pignatel. loc. cit. n. 42.* In themate presbyterum Angelis jam descriptum fuisse albo concurrentium dubitari nequit, quando Episcopus ipse Oritanus in decreto diei 16. Martii fatetur cancellarium sibi exhibuisse nomen et requisita candidatorum, quos inter et Angelis enumerat; nec sane rejectus hic fuit, nisi postquam de Canonici Mazza admissione conquestus est.

Pariter nedum exploratum est, quod criminosus, maxime si homicida, ut talis damnatus, arcendus omnino sit ab ecclesiasticis beneficiis, sed vel ipsam homicidii diffamationem, donec ex capite innocentiae diffamatus absolutus non fuerit, ad eum effectum sufficere ad *text. in cap. Inter dilectos 11. de excess. Praelat.* et in *Omnipotens de accusat.*, *Lotter de re benefic. lib. 2. q. 31.*

n. 145. et seq., *Card. de Luca ad Conc. disc. 12. n. 19.* vers.: *Secus autem*, *Pignatell. consult. 16. n. 6.* vers.: *Secus. t. 7.* et s. Congr. *in Novarien. 1. Oct. 1661.* Hauc autem infamiam, quae ex facto oritur, non tolli per clausulam *novis supervenientibus indiciis* quae accusatum ab inquisitione non eximit ejusque innocentiam excludit, censuit s. Cougregatio in *Vigilien diei 23. Sept. 1673.* et in similibus terminis clausulae: *ex hactenus deductis* tradunt *Pignatell. consult. 93. n. 3. t. 6.*, *Monacell. tit. 13. form. 3. n. 37. t. 2.* Et s. Congregatio in *Capuana Concursus 21. Novb. 1739. ad 2. dub.* a concursu repellendum jussit omnino Nicolaum de Bartolomaeo, quamvis simili clausula absolutum.

Quod si ita diffamatus fuerit promotus pendente judicio ad aliquod ecclesiasticum munus vel beneficium et postea innocens repertus sit per sententiam, nihilomiuus promotionem non convalescere tenet Fagnau. *lib. 5. decret. tit. 1. in cap. Omnipotens n. 19. et seq.*

Verumtamen an haec juris dispositio nullitatem concursus importet, quoties criminis reus vel diffamatus concursui intervenerit, haud satis apparet. Enim vero nihil hic omittitur, quod substantialem formam a lege aliqua praescriptam violet; dispositio autem praedicta vetat quidem ne beneficia conferantur indignis et immorigeris, eosque a concursu merito sinit repelli. Ast an eorum inclusio nullos reddat actus non explicat s. Cong. in una *Mediolanen. seu Alexandrina Concursus diei 28. Novb. 1693.* quum a concursu occasione vacantis ecclesiae parochialis oppidi Carentini Moschemii quidam et ante et post concursum instetissent, ut rejiceretur Jacobus Philippus Bugattus tamquam adhaerens antecessori paraecia privata, consocius illius criminis malisque moribus instructus, quumque hic nihilominus in habito concursu renunciatus fuisset magis dignus prae alio concurrente Bartholomaeo Salio, acceptis a Vicario capitulari opportunis notitiis circa Bugatti diffamationem, reque mature discussa, ad dubia proposita:

1. *An constet de diffamatione Bugatti et quatenus affirmative?*

2. *An instituendus Salius vel indicendus novus concursus?*

Respondit

Ad 1.: *Affirmative.*

Ad 2.: *Praeeligendum esse Salium*, confirmavitque eamdem resolutioueni sub die 3. Febr. 1694. respondens: *Praeeligendum esse Salium et parochiam eidem adjudicandam et esse conferendam.*

Nihil fere subdam de despecta appellatione Metropolitae, siquidem plura partes animadverterint et Benedictus XIV. in const. *Ad Militantis ecclesiae* §. *4.**) *Inhaerentes et seq. et* §. *17.* Item appellationem adversus futurum explendumque examen nou admitti satis explicarit; consonatque Rota in cit. *Monopolitana* §. *6.* et s. Congr. *in cit. Asculana* §: *Nec rem.*

Quatenus porro EE. PP. decreverint constare de nullitate concursus ex aliquo capite superius exposito, videant in secundo dubio, qua ratione reapse sit providendum. Concursum quidem reiterandum esse in casu appellationis a mala relatione examinatorum et ab irrationabili judicio Episcopi non dubitatur ex const. s. Pii V., *In conferendis***) et cit. const. Benedict. XIV., at in casu quo servata non fuit forma concursus aliter sancitum reperitur. Etsi enim sapientissime Trid. synodus *sess. 24. cap. 18.* maluerit parochiales ecclesias etiam in mensibus reservatis vacantes per concursum conferri, ut perpendit *Rigantius ad reg. 9. cancell.* §. *2. p. 1. n. 31.*, tamen statutum est, ut si Episcopus, qui debet infra quadrimestre a s. Pio V. firmatum concursum conuocare et literas ad apostolicam Sedem trausmittere, cui bullarum pertinet expeditio favore dignioris ab Episcopo praesentati, id facere neglexerit ejusmodi collatio ad eamdem apostolicam Sedem omniuo devolvatur. Bened. XIV. praef. const. *Cum illud* §. *Demum*, *Fagnan. in cap. Cum te n. 21.*, *cap. Cum sit ars n. 52. de aetat. et qual.*, *Rigant. ad reg. 1. cancell.* §. *10. n. 17.*, *Rota in Compostellana 17. Jan. 1749.* §. *12. cor. Cortado*, *Reclus. loc. cit. part. 2. tit. 4. n. 72.* Idque ipsum obtinere etiam ubi forma omissa fuerit a Trid. synodo *sess. 24. cap. 18.* praescripta auctor est *Reclus. part. 1. tit. 5. n. 117.* usque ad finem, cum aliis ibi, et s. Congreg. *in Policastren. 28. April. 1845.* §. *Altera et* in *laud. Asculana 1781.* §. *Nec rem.* Quare in hoc casu unum superest remedium, beneficii collationem impetrandi jure devoluto

*) Vd. *t. I. p. 583.*
*) Vd. *t. II. p. 425.*

a SS. Pontifice juxta rotalem observationem in praed. *Monopolitana* §. *Quandoquidem*, Reclus. *d. part. 1. tit. 5 n. 117.* et s. Congregatio in *Asculana* §. *Nec rem;* in qua notandum, quod si adversa contigit resolutio (etenim rejecta impetratione novum indicendum fore concursum resolutum est) id inde forsitan factum est, quia paraecia jam devoluta fuerat ad s. Sedem, affecta imo erat ob resignationem factam in manum Pontificis et Episcopus revera Emi Prodatarii jussu et nomine concursum indixerat: atque adeo nec devolutioni nec impetrationi locus fieri potuisset, quae datur tantum ab inferiori ad superiorem, uti adnotabatur in folio sub §. *Verum.*

Atque hic praestabit recolere neminem in themate canonicatum, de quo agitur, impetrasse; quum vero in stylo Datariae positum sit, ut in casibus etiam collationis ex jure devoluto concursum iudicat, abs re non erit ut EE. VV. declarent, quatenus concursus habendus sit, an repelli ab eodem debeat Canonicus Mazza de homicidio diffamatus seu potius an satis sit, ut ille admitti valeat, literae quas Emus a secretis status s. huic Ordiui nuper significavit.

Hisce autem praejactis dirimere dignabuntur

D u b i a:

I. *An constet de nullitate concursus in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu?*

S. C. respondit

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative indicto novo concursu ab Episcopo, qui deinde transmittat acta ad Datariam apostolicam.

Die 7. Aug. 1841.

d) Obligatio quando non est?

Cuidam dynasticae familiae plura minora beneficia in Urbe N. adhaerent et beneficia parochialia; nominatim vero in ecclesia parochiali sub titulo s. Joannis B. inter plures beneficiatos duo numerabuntur, quorum uui officium inerat coadjuvandi parochum, alteri vero ad instar theologi officium erat exponendi populo diebus festibus s. scripturam.

Cum autem in desiderio esset cleri et populi ut tot disparata et disjuncta beneficia colligerentur veluti in unum corpus, ita ut ecclesia s. Joannis populo commodissima evehetur ad Collegiatae honorem, Gregorius XVI. apostolicis literis 1845 his votis cessit.

Ad praebendam theologalem quod attinet in literis apostolicis haec legebantur: »Ex quibus (canonicatibus instituendis) uui s. scripturam, prout antea a beneficiario theologo fiebat, populo explanandi onus insit.« Et rursus: »Uni ex Canonicis erigendae Collegiatae onus iusit s. scripturam populo exponeudi prout antea a beneficiario theologo fiebat.«

Mandatum quoque in iisdem literis est Episcopo ut juspatronatus et praesentandi . . . . ad instituendos . . . . canonicatus et beneficiatos in quibusvis illorum vacationibus nobili et illustri familiae eodem prorsus modo, quo in paroecias et beneficia unienda actu gaudebat . . . . perpetuo quoque deinceps reservaret.

Mortuo primo Canonico theologo, qui ante Collegiatae erectionis fuerat theologus beneficiarius, duo quorum uuus Canonicus, alter beneficiatus, a familia patrona petierunt, ut nominarentur ad theologalem praebendam. Cum autem dynasta beneficiatum nominasset, Canonicus reclamavit et interposito in Curia episcopali impedimento quod audit *Nihil transeat*, a s. C. C. postulavit ut irrita declararetur nominatio tum ex jure tum ex allegatis literis apostolicis derivante tum etiam ex dotibus quos sacri canones exigunt, quibus dictum beneficiatum destitutum esse affirmabat.

Audita informatione et voto Ordinarii auditoque patrono et reliquis quorum id intererat sub dubio quod in calce prostat quaestio proposita est.

Quoniam in habitis relationibus quaedam umbrae interserebantur circa jus optandi necuou circa desiguationem peculiaris praebendae pro theologo, quae non videbatur facta, quamvis praescriptum esset officium; haec aute omnia recolebantur Coucilium Trid. *sess. 5. c. 1. de ref.* sequentia edixisse: »Ne coelestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus s. summa liberalitate homiuibus tradidit, neglectus jaceat, statuit et decrevit synodus, quod in illis ecclesiis, in quibus praebenda aut praestimonium seu

aliud quovis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacrae theologiae deputatum reperitur, Episcopi . . . . eos qui praebendam . . . hujusmodi obtinent ad ipsius s. scripturae expositionem et interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis Episcopis . . . eligendum, etiam per subtractionem fructuum cogant et compellant. De caetero vero praebenda, praestimonium aut stipendium hujusmodi nonuisi personis idoneis, et quae per se ipsos id munus explicare possint, conferantur, et aliter facta provisio nulla sit et invalida. In ecclesiis autem metropolitanis vel populosa ac etiam in Collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido . . . . si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla praebenda aut praestimonium seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, praebenda quomodocunque, praeterquam ex causa resignationis, primo vacatura cui aliud onus incompatibile iujunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta et deputata intelligatur.«

Porro subjungebatur cum in ecclesia s. Joannis jam extiterit beneficium cum officio explicandi s. scripturam cumque illud per literas apostolicas aliis proventibus fuerit auitum, praebendam canonicalem firmatum esse, ita ut in eum Canonicum officium explicandi s. scripturam incumbat, qui eam peculiarem praebendam deinceps obtineat. Unio enim praebendae cum officio Theologi non est accidentalis et personalis sed realis et perpetua, ut eruitur ex allegato Trid. decreto, idque docet *Card. Petra in constit. 2. Innoc. II. n. 26.* Cui etiam in apostolicis literis pro Collegiata erigenda in casu vacationis fuerat satis consultum per verba inibi expressa: Canonicus, Theologo haud excepto, praedecessoris fruitur beneficio.

Circa jus optandi praebendas vacantes, quod in quibusdam capitulis viget, observabatur, jus optandi posse cousistere etiam cum jurepatrouatus; quoties enim Canonicus sua relicta praebenda ad vacantem ascendat ultima quae vacua remanet praebenda nominationi patroni subjecta erit At vero si de praebenda theologali agatur, cum haec theologali officio perpetuo iuita intelligeuda sit, eam optioni subjectam esse non posse: quod quidem pluribus auctoritatibus confirmabatur et nominatim id declaravit s. C. C. in *Bellunen. 14. Dec. 1647.*, quo legitur: »Optio locum non habet in praebenda theologali.« Item in *Massen. 16. Sept. 1656.* Jus autem optandi pinguiorem praebeudam Canouico theologo iuterdum fuisse permissam in capitulis in quibus jus optaudi vigeat, ita tamen ut ad aliquam ex pinguioribus Theologus ascendeus haec perpetuo ad theologale officium firmata intelligeretur, uti rescriptum fuit die 8. Maji 1688 his verbis: Caeterum, ut necessitati qua praebenda poenitentialis et theologalis laborat provide cousulatur, s. Congregatio auctoritate sibi per SSmum specialiter attributa beuigne indulsit, ut poenitentiarius et Theologus Cathedralis Sebenicen. praebendas optare possint, sicut caeteri Canouici, donec ad aliquam ex piuguioribus praebeudis ascendant, quae perpetuo affecta Poenitentiario et Theologo pro tempore esse intelligatur ac sit.

Canonicus quaerimonias movebat contra insignis patroni praesentationem favore beneficiati factam duplici praesertim ex capite, tum quia nou idoneum uominatum beneficiatum reuunciabat ad theologi officium. Namque haec idoneitas quae labore studiorum acquiritur in Theologo exigitur, quamvis praebenda theologalis per concursum in praesenti casu non esset conferenda. Concilium euim Trid. decrevit ut ipsa nounisi personis idoneis et quae per se ipsas id muuus expedire possint conferatur. Et Beuedictus XIII. iu sua const. *Pastoralis officii**) non solum Episcopos excitare curavit ut in suis ecclesiis theologalem praebendam erigereut sed praeterea jussit eaudem diguioribus conferri, eique solum, qui magisterium et lauream in s. theologia vel consecuti jam essent vel iufra aunum consequi posseut.

Recolebatur quaedam responsio, quae data est iu *Amerina die 2. Junii 1860.* per summaria precum exposita; agebatur de erectioue praebeudae theologalis; cum autem Amerinus Episcopus canonicatum Aloisi nuncupatum statuere pro theologali praebenda proposuisset, qui juripatronatus laicorum erat subjectus, coutradiceutibus patronis s. Congregatio respondit: Erigeudam esse praebendam theologalem ex canouicatu Aloisi, ita tamen ut patroni nominare debeant actu idoneum ad munus obeundum. Porro beneficiatus ad theologalem nomiuatus neque laurea doctorali neque licentiatu douatus

*) Vd. *p. 333.*

esse dicebatur: cum e contra Canonicus lauream doctoralem in utroque jure consecutus esset.

Coutendebat secundo deesse in Beneficiato nominato qualitatem requisitam iu apostolicis erectionis literis. Affirmabat enim ex iisdem literis Theologum esse eligendum inter Canonicos et esse debere actu Canonicum, ut uominari possit. (Vd. *p. 326. a.)*

Hic autem nomiuatiouem sui favore factam validam esse conteudebat tum ex parte sui ipsius tum ex parte patroni. Nominationem sustineri ex parte patroni quia laicus patronus lege coucursus ad uominationem non impeditur. Beneficia enim patronatus laicalis concursui uon sunt subjecta,*) maxime autem iu praesenti casu iu quo jus uominaudi ad omnes canonicatus theologali praebeuda uou excepta sartum tectumque servatum sit patrono iu literis Apostolicis.

Sustineri ex parte nominati, quia satis est ut constet de idoneitate uominati ejusdem, quiu alia requirantur.

Neque in literis erectionis exclusos fuisse beneficiatos ad assequendam immediate theologalem praebendam, sed dumtaxat statutum esse, ut theologi officium quod antea beneficiatus obibat modo spectaret ad uuum ex Canouicis, ita ut Theologus praesentatus eo ipso praebendam theologalem quae canonicatus est consequi debeat.

His aliisque animadversis proposita suut resolveuda dubia:

I. An sustineatur electio favore beneficiati ad canonicatum theologalem iu casu?

Et quatenus negative,

II. An et quomodo atteudi debeat propositio facta a Canouico N. N. in casu?

S. Cong. die 1. Dec. 1862 respondere ceusuit

Ad I: Sustiueri praesentationem et iustitutionem dandam esse beneficiato facto experimeuto idoueitatis.

Ad II: Provisum in I.

Ex his colliges:

I. Theologalem praebendam quae ex Trid. jure determiuata esse oportet, ita injungi theologi officio ut ab alio quam a Theologo possideri non possit.

II. Neque eam proinde subjici juri optionis: ei enim praeponeuda est persoua ex jure idonea ad praestitutum officium obeundum.

III. Quamvis ex constitutione Benedicti XIII. theologalis praebenda in Italia insulisque adjacentibus per concursum sit conferenda ad instar parochialium ecclesiarum, *huic tamen legi praebendam jurispatronatus laicalis non esse subjectam.*

IV. Hoc enim in casu satis esse ut Ordinario qui iu praebenda iustituturus sit praesentatum a patrono de simplici ejusdem praesentati idoueitate coustet.

*) Vd. *p. 238. n. 2. 3.*

e) Validus est.

Forolivien.

Suo viduata rectore theologalis praebeuda Foroliviensis Cathedralis diei 31. Augusti 1843 apposita de more sunt edicta*) concursus ab Episcopo Stanislao Tomba ad Camerinensem uuper cathedram trauslato habitumque et concurrentium periculum die 25. Oct. proxime secuti, cui nomen dedere inter ceteros sacerdos Eugenius Zavatti oppidi vulgo Marsigliano parochus necnou Antonius Brunetti et Vincentius Masotti pariter sacerdotes. Porro cum facto vix periculo orta quaestio fuerit, an paroeciae sicut et ipsius civitatis canonicatus solis civibus conferri debereut, sui muneris esse duxit Episcopus, scrutiuium differre ac coucursus acta ab unoquoque coucurreute pro sua parte subsignata ac omnino clausa et sigillo Provicarii geueralis munita eidem Provicario tradere custodienda usque ad exitum controversiae; qua tandem s. hujus Ordinis oraculo defiuita peractum scrutiuium fuit die 30. Sept. anni superioris placuitque hodierno Episcopo ceteris adprobatis praeferre laudatum parochum Zavatti, quem ceteris diguiorem in Domino judicaverat.

Assequendi praebendam spe ita frustrati presbyteri superius memorati Brunetius et Masottius ad s. Ordinem appellare nisi suut, coucursus acta redargueutes duplici ex capite, scilicet quia 2 vel 3 examiuatores doctorali gradu carebant nec forma servata iutegre fuit ab encyclicis literis ex hac s. Congregatione editis 1721.**) et a s. m. Clem. XI. confirmatis praescripta. Etenim examinatores nouuisi scrutinii acta suo nomine

*) Vd. *p. 254. IX.*
**) Vd. *supra p. 303.*

subsignarunt; adeoque postulautes »che dichiarata la uullità del tenuto coucorso e del possesso dato dalla cancelleria Vescovile di Forli al Zavatti (non ostante l'appello), venga Ordinata l'intimazione di uu nuovo concorso.« Et haec controversia est, de qua hodie, habitis de more partium allegationibus et promotoris fiscalis voto, coram EE. VV. disputatur.

Concursus pro theologali praebeuda iisdem subjici legibus quibus subsunt concursus pro paroecialibus ecclesiis mordicus tuentur appellantes, verbis inhaerentes celebratae constitutionis s. m. Benedicti XIII. *Pastoralis officii.*)* Profecto adverbium *plane* quo usus est S. Pontifex dnce Forcelliuio in suo lexicon significat *apertamente, chiaramente, totalmente, affatto:* et ubi lex non distinguit uec nos distinguere debemus. Consonat s. Congregatio in *Alerien. Canonicatus Poenitentiarii 19. Apr. 1777.* §. *Tuetur*, in *Macenaten. Praeb. theolog. 14. Jan. 1804.* §. *Verum*, in *Aversana 29. Novb. 1829.* et nuper in *Urbevet. Praeb. theolog. 11. Julii 1846.* §. *Nec.*

Jam vero de concursu ad paroeciales haec ultimo loco expresse praecipiuutur (iustant appellantes) in encyclica a sac. hoc Ordine edita 1721. ac a s. m. Benedicti XIV. relata in constitutione: *Cum illud**)* ut unumquodque responsum et unusquisque sermo, cnm ab unoquoque concurrentium exhibebitur, non solum ab eo qui scripsit atque a caucellario concursus, verum etiam ab examinatoribus et Ordinario, qui coucursui interfuerint, subscribautur. Neque haec adeo facile contemni posse inde ernnt, quod in eadem eucyclica clausula apposita fuerit: »ut, si quis tamen Ordinariorum aliter ac supra descriptum est coucurrentium examina instituere perrexerit, perget et s. ipsa Congregatio more pristino appellantibus, qui se gravatos dixerint, provocatiouem ad uovum examen, uulla gravaminis praevia probatione, indulgere.« Multoque minus id fieri posse absque nullitatis nota pergunt in collatione theologalis, de qua idem Pontifex, qui ad tramites parochialium conferri voluit, expresse maudavit, nt si aliter gestum fuerit statim collatio ad Sedem apostolicam devolvatur.

*) Vd. *p. 333.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*

Praeterea idipsum eviucere satagnut eorum doctorum auctoritate, qui eam formam examussim servandam edicunt, uti *Giraldus Jus pontif. tit. de Magistris sect. 79., Barbosa de offic. et potest. Episcop. alleg. 60. part. 3. n. 13.* vel qui formam pro concursibus a Tridentino praescriptam substantialem edocent, uti *Garcias, Card. de Luca*, s. C. in *Ferentina Concurs. 17. Sept. 1842.* §. *Hac.* Pro coronide autem hic est alia s. Ordinis resolutio in *Melevitana Parochialis 1764.* in qua licet ex eo etiam capite nullus concursus haberetur, quod coucurreutium responsiones neque ab examinatoribus neque ab Episcopo neque ab ejus cancellario uti fieri oportebat subscriptae essent et cum propositum die 2. Junii fuisset dubium:

An constet de nullitate coucursus ita ut literae apostolicae sint exequendae?

S. Ordo respondit: Affirmative in omnibus et amplius.

Rursus id ipsum confirmant quoad defectum subscriptionis examinatorum, ex ratione ipsa quae subscriptionem hanc s. Ordini suasit scilicet ad evitandam scripturarum, quae in privatas manus inciderent, suppositionem et ad actorum identitatem rite probaudam, adeo ut ea deficiente vel ipsa actorum certitudo nutare videatur. Sane vel ipsa acta publica testamentorum per relationem ad schedam nullimode robur accipiunt, nisi constet de identitate schedae, remota vel ipsa doli potentia, et scripturae privatae regulariter nil probant, praecipue si non sunt recoguitae, ne quidem favore fisci vel causae piae *ex leg. Si Instrumenta cod. de prob.*

Accedit consuetudo ipsius ecclesiae Foroliviensis teste Dataria apostolica, quae de sex concursibus habitis perhibet: »Che ciascun concorreute si è firmato una sola volta, cioè alla fine delle sue soluzioni respettive de casi, e conciuucole, meno alcuuo, che avendo scritto la couciuncola in foglio separato dalla soluzione de casi si è firmato alla fine dell' una e dell' altra, e che gli esaminatori poi si sono firmati tanto in fine dello scrutinio, quanto sotto la soluzione de'rispettivi casi, e conciuncola complessivamente appresso al nome di ciascun concorrente.« Quinimo vel ipsa universalis praxis id ipsum sibi velle asseritur, quandoquidem Datariae Theologi consultores acta remitti affirment ad Episcopos, ut uoviter redigautur, quando desiut hujusmodi subscriptiones.

Demum meuti ac fini praefatae encyclicae iusistentes ac iusimul facti, de quo agitur, circumstantiis animadvertunt, leges hujusmodi si semper et quandocunque multo magis in themate fuisse observandas, ubi scrutinium accessit, transacto triennio, quo temporis spatio multis sane fraudibus aditus patere poterat et cum actorum fasciculi securitas uuius Provicarii sigillo commendaretur, qui penes se acta ipsa retinebat. Porro probatum in jure est ex impressione sigilli, praesertim privati, non deduci identitatem scripturarum ad *Menoch. de arbitr. cas. 113. per tot.*

Quod vero spectat ad defectum doctoralis gradus in quibusdam examinatoribus,*) unam tantummodo allegant praefatae Benedictinae constitutionis dispositionem, qua jubetur examen perfici »coram 4 examinatoribus, etiamsi synodales non sint, ab eodem Episcopo actu eligendis et deputandis in theologali tamen facultate licentiatis et valde peritis.« Sane si deficientibus examinatoribus nullum concludit concursum ad sensum Tridentini, *Pirhus Corrad. in praxi benef. lib. 3. cap. 3. n. 52.*, id ipsum ex paritate rationis valere debere infertur, ubi non adsint licentiati. Ceterum minimi momenti rem esse inferunt, si concursus renovandus vel ad s. Sedem devolutio, uti perpendit Episcopus, decernatur.

Contra vero nihili faciendas esse hujusmodi exceptiones propugnat Zavattius, cui Episcopi relatio et promotoris fiscalis votum suffragantur his ferme rationibus:

Ad primum quod attinet, tunc solummodo ex defectu subscriptionum nullitatem concursus argui posse contendit, ubi vel praeceptiva lex eas sub nullitatis censura praescripsisse reperiatur vel ex eo defectu fraudem aliquorum in ipsis concursus actibus constet fuisse invectam. Atqui utrumque a themate exulare totis viribus protuetur.

Principio quidquid sit de dispositione epistolae eucyclicae s. Ordinis pro paroeciarum concursibus editae, haec sicut et ceterae pro paroeciis dispositiones locum minime sibi vindicant in concursu praebeudae theologalis, tum quod pro paroeciis eas omnes editas justum est ad paroecias dumtaxat arctari, eo vel magis quia de constitutionibus pro paroeciarum collatione exaratis nunquam mentio exciderit in constitutione *Pastoralis Officii**)* pro theologali et poenitentiaria conferendis elucubrata, tum quod si postremae hujus constitutionis mens et litera penitus inspiciantur in uno tantum uterque concursus paroecialis et theologalis aequiparantur, scilicet quoad electionem dignioris, minime quoad formam. Ibi: »conferri debeant doctori . . . . et ceteroquin magis idoneo in formali concursu ab examinatoribus renuntiato, eo plane modo, quo paroeciales ecclesiae conferuntur.« Et sane si ad alia etiam relatio protraheretur, jam contradictorium omnino esset, quod immediate sequitur, ut scilicet examen habeatur »coram 4 examinatoribus« iisque etiam non synodalibus, cum notissimum sit et ex Trid. *sess. 24. cap. 28. de ref.* et ex laudatis apostolicis decretis circa paroecias tres tantum examinatores pro paroeciali concursu sufficere, dummodo tamen fuerint omnino synodales.

Quod ratio dictat, auctoritate firmatur: etenim ita ratiocinatur hac super re *Reclus. de concurs. part. 1. tit. 3. n. 88.* et ceteris omissis rotale Auditorium in Magistrali *Imolen. Canonicatus theologalis 2. Apr. 1754.* §. *13. coram Molino* ipso vivente Benedicto XIII. praefatae constitutionis auctore edita §. 13. Ibi: »Quod omissa fuit evangelii explicatio necnon conciuncula super eo a concurrentibus fieri solita, optime respondebatur, quod haec requiruntur in concursibus Parochialium juxta formam traditam in epistola encyclica s. Congregationis Concilii 1721 edita*) et a SS. Pontifice feliciter regnante confirmata in sua constitutione 68. t. 1.; sed nullo modo applicantur seu conveniunt, ubi agitur de conferenda praebeuda theologali, prout adamussim servari in quamplurimis propiuquis dioecesibus concludebat ex documento ab Archipresbytero Cosci adducto. Haud officiente in landata constitutione Benedicti XIII. peraequatam fuisse formam providendi praebendas theologales cum altera conferendi ecclesias parochiales, ita ut quemadmodum in istarum concursu explicari debet evangelium et exarari conciuncula, ita oporteat idipsum servari in concursu Theologalium. Quoniam peraequatis hujusmodi non fit generaliter et indefinite, sed dumtaxat quoad concurrentium idoneitatem: sicque se tenet ex parte eorum, qui providendi sunt, nec afficit examinatores et formam concursus.«

Quod si paulisper admitteretur hypothesis, leges pro paroeciarum concursu sau-

*) Vd. *p. 260. XVII.*
**) Vd. *p. 333.*

*) Vd. *p. 303.*

citas et in theologali conferenda attendeudas fore, nihilominus appellantinm causa haud melior evaderet. Siquidem cuique legenti s. Congregationis encyclicas literas evidenter patet, nniversa quae circa formam in iis descripta sunt, non per modum praecepti ibidem injuncta fnisse, sed punctim »ex s. Congregationis senteutia, suasione et consilio servanda propounntur«; et non obligantur Ordinarii iis legibus adhaerere, sed solummodo »hortantur«; adeoqne nullimode oblata est libera facnltas, qna antea quilibet fruebatur Ordinarius ac concursus methodo utendi, quae sibi magis placuisset, cen in ipsa encyclica legitur: »Cum autem neque Concilii decreto neque Poutificis Bulla examiuis in concursu peragendi forma sen methodus nlla certa ac peculiaris servanda propouatur, difficile dicta est, quanta examinum aliorum alibi diversitas extiterit etc.«

Quin officiat clansula praefatis S. O. literis adjecta, de appellatione scilicet accipienda, nnlla gravaminis praevia probatione, si aliter ac describitur concursns habitns fnerit. Eteuim ex his nnllitas actorum minime descendit, sed id unum seqnitur, appellationem super mala relatione examinatorum vel irrationabili jndicio Episcopi recipi, uon probato gravamine, dum contra, si designata forma servata fuerit, appellari non posse, nisi probato gravamine, in superiori periodo indulgebatur. Ast in themate hujusmodi dispositio haud quadrat quia nulla vel de examinatorum relatioue vel de Episcopi judicio obmovetur querela, sed tota controversia est circa extrinsecam formam in subscriptione non observatam.

Jnvat hac de re referre s. Ordinis resolutiones, quae methodnm ipsam qna de agitnr in saepius memorata encyclica descriptam haud necessariam volunt, adeo ut iis omissis nullitas concursus minime sequatur: porro ita animadversnm est in dnbiis concursnum sub die 1. Oct. 1720*) (quae eidem epistolae causam dedere) cnm propositae qnaestioni:

»An in concnrsibns qui inposternm fient occasione vacationis ecclesiarnm parochialium praecipiendum sit, ut eadem omnino quaesita omnibns concurrentibns proponantur et qnod unnsquisqne ex concurrentibus intra cougruum tempus assignandnm debeat in scriptis satisfacere quaesitis propositis et an ulterius praecipiendum sit, ut unusquisque ex concurrentibus sermonem scribat super textn Evangelii omnibus concnrreutibns assignando?

responsum fuit: Affirmative per modum instructionis.*) Et in nna *Alerien. Canonicatus Poenitentiarii 19. Apr. 1773.* §: *In Encyclicis*, in qua licet concursus nullus defenderetur quia multa in praefatis literis encyclicis adnotata omissa fuerant, tamen collationem exinde factam in proposito dubio s. Ordo sustinuit ac novo examini locum non esse declaravit. Et ita demum rebus penitius perspectis resolutum est in *Melevitana Parochialis* ex adverso allegata, quae iterum proposita sub die 15. Sept. 1764 revocata priori resolutione fortasse in contumacia partis edita responsum tulit: »Recedendum a decisis.«

His in jure praemissis nemo est qui non videat (urget Zavattius) contemuenda omnino fore qnae de adversa consnetudine**) contra disseruntur. Si nulla adest lex quae controversam methodum praeceptive demandat, jam si alias adhibita est, facultative id factum reputari debet; et ex actibns facultativis nulla unquam oriri potest legitima praescriptio. Praeterea vero nec in facto relata consnetndo snbsistit nec quoad dioecesim nec quoad ceteras ecclesias. Non in dioecesi; enim testimonio tutissimo Archidiaconi Reggiani inter examinatores antiquioris constat eum ab anno 1823. nsque ad hanc diem »dnobns ac viginti experimentis e scripto pro confereudis totidem beneficiis parochialibus interfnisse eaque in re nnnquam nisi post factum scrutinium una cnm collegis concurrentium lucubrationes suo nomine signasse, ut semper hic praedicto temporis spatio mos fuit«; atqne hnic omnino consonant et Cauonicus Sanctes Matteuci olim episcopalis cancellarius et Seraphim Fornasavi hodiernus subcancellarius. Qnibus non contradicit allatum ex adverso Datariae apostolicae testimonium; quod (praeterquam de pancis tantummodo concursibus verba facit) testatur quidem in his subscriptionem examinatornm non deficere etiam post responsionem concurreutinm; at ea in contiuenti apposita fuisse non declarat nec saue declarare potnisset. Accedit in eodem testimonio explicari subscriptiones examinatornm tantum, eaeque concnrrentinm non nisi semel reperiuntnr post universa cujusque concurrentis acta, dum contra ad tramites laudatae encyclicae »uuumqnodque respousum et nnusqnisque sermo cum ab unoqnoque concurrentium exhibebitur non solum ab eo qui scripsit atque a cancellario concursus, verum etiam ab examiuatoribus et ab Ordinario vel ejus Vicario, qui concursui interfueriut, subscribi debet.«

Quare testimonium ipsum, quo adeo appellantes gloriautur, landatae encyclicae observantiam nedum non probat, sed imo evideutissime excludit. De ceteris ecclesiis haud necesse est nulta disserere. Sat est purae assertioni opponere exempla dioecesnm Foroliviensi adjacentinm. Scilicet ex actis cnriae Raveunateusis, Ferrariensis, Caesenatensis ac Faventiuae depromitur, allatis in id opportunis documentis nullibi quoad subscriptionum oppositionem methodum a s. Ordiue desiguatum attendi, sed aliam alibi methodnm adhiberi. De Ravennatensi curia dicitur scrutinium haberi die sequenti post expletum coucursum »e le risoluzioni sono firmate dai soli concorrenti, ne vi si appone la firma di altri: e così osservasi praticato costantemente per oltre 80 anni, e prima di qnell' epoca osservansi alcnni concorsi avanti le firme dell' Arcivescovo degli esaminatori e del cancelliere, altri poi la sola firma de concorrenti.« De Ferrariensi docetur, scripta asservari solo concurrentinm nomine et cancellarii snbsiguata ad diem sequentem, qno scrutinium expletur: »lette poi che siansi, e fatto il predetto scrutiuio si firmano erandio dai singoli esaminatori non che dall' Ordinario.« De Caeseuatensi pariter habetur acta concursus nonnisi post expletum scrutinium ab examinatoribus et ab Ordinario subscribi. Demum de Faventina ostenditur: »esser practica costante e inveterata in quella dioecesi di firmarsi le decisioui dei casi ne' pnblici concorsi da uno degli esaminatori astanti all'atto di loro consegna e non da altri.« Ex quibns omnibus pronnm est inferre, consuetndinem si quae est potius qnam appellantibus proviso potius Zavattio usquequaque snffragari.

Ceterum etsi ex defectu formae nullus demnm concursus judicaretur, adnotare est, nunquam tamen seqni posse, quod appellantes contendant, novo concursui aditum patere, cum potius in Benedictina constitutione *Cum illud* *) expresse sanciatur, qnod si quid aliter gestum fuerit »ejusdem praebendae dispositio statim devolvatnr et pertiueat ad s. Sedem.«

Ad fraudem demnm quod pertinet, quae acta quidem inficere nullitatis vitio potuisset qnoties ab eam allegante satis plene demonstraretur, pancis sese expedit Zavattius, perpendens, nullam in themate probari fraudem, imo ipsam omniuo excludi, nedum ratione personae, scilicet, Provicarii Silvagni in cujus manibus acta deposita sunt, aut ejus successoris actualis Vicarii a quo demnm hodierno Episcopo tradita fuerunt, qui duo etiam qua Ordinarii vices gereutes omni exceptione majores habendi erant, sed etiam ex facto ipsorum appellantium, qui licet aliquid initio obmussitare ausi fuerint de forte sequnta aliqna actorum immutatione, tamen mox accusationem hujnsmodi implicite revocarunt in supplici libello Episcopo oblato, ubi fassi suut: »non intendiamo con ciò di far cadere il menomo sospetto sulla persona che aveva gli atti in custodia, che anzi la conosciamo di coscienza integerrima, e nutriamo per lni tutta la stima e venerazione.«

Post haec de altero defectu doctoralis gradus in aliqnibns examinatoribus disserens Zavattius recolit, particnlam »Et« in constitntione *Cum illud* qnoad personam examinatorum interjectam, ut nempe »theologali facultate licentiati sint et valde periti«, disjunctive prorsus accipiendam fore, duce ratioue, de qua ita s. Rota in citata magistrali *Imolen. Canonicatus theologalis* §. *10. et 11*, ibi: »Quamqnam quoad examinatores extrasynodales*) in constitutione Benedictina dicatnr »in theologali facnltate licentiatis et valde peritis« nihilominns cum passim accidat, nt quis sit valde peritus nec tamen sit licentiatus sive doctorali laurea insignitus, cum scitum unicuique satis sit ad assequendos hos gradus in publicis etiam Academiis, nec multam doctrinam requiri, ut monet Mynsinger etc. Quinimo hujusmodi gradus conferri posse etiam impnberibus demonstrat Rota in celebri *Romana* sen *Firmana*. Hinc valde consonnm est menti et volnntati ss. Pontificis, ut dnm volnit examinatores esse debere licentiatos et valde peritos, dictionem »Et« apposnisse dicatur pro disjnuctiva, vel ita ut snfficiat vel esse licentiatos vel valde peritos; dictio enim praedicta adjecta inter duo, qnorum utrum-

*) Vd. *t. I. p. 594. n. 13.*

*) Vd. *p. 303.*

**) Vd. *p. 245. VI.*

*) Vd. *t. I. p. 607.*

*) Vd. *p. 280. XXVI.*

que producit eumdem effectum, semper resolvitur in disjunctivam, ut post textum etc. proindeque, cum summa facultatis theologalis aliarumque scientiarum peritia in landatis examinatoribus cumulatissime concurreret, jam habeant eam praecipuam qualitatem alternatim cum doctoratu a ss. Pontifice requisitam.« Ex his distinguens hac de re *Reclus. part. 1. tit. 3. n. 14.* infert qualitatem doctoratus vel licentiae ad summum requiri in examinatoribus non synodalibus minime vero in synodalibus. Et consonat *Ferraris in addition. ex aliena manu* verb.: *Canonicatus art. 9. n. 9. ad 11.* Quinimo ipsa praxis universalis nedum omnium dioecesium, ubi pauci vel nulli doctorali gradu decorantur, idque vidente s. Congregatione sedula sane ss. canonum vindice, nec tamen aliquid adnotante in facultate, quam quolibet triennio Ordinarius impertitur eligendi examinatores synodales. Porro singulari doctrina hodiernos Forolivienses examinatores distingui firmiter obtestatur Episcopus nemine contradicente: sunt autem ex iis, quos synodalium loco ipse deputavit Episcopus, praevia s. Ordinis venia, quos in synodo designatis aequipollere nemo unus unquam dubitavit.

His utrinque disputatis erit EE. VV. dirimere

Dubium:

An constet de nullitate concursus, ita ut sit locus novo concursui in casu?

S. C. resp.: Negative et amplius.

Die 5. Sept. 1846.

11) Unus pro plurib. ecclesiis vacantibus.

Vd. p. 326. XXXVI.

Tridentina.

De casu, quo uno eodemque tempore plures contingat vacare paroecias, quoad omnes quidem indicendus est concursus praevia affixione distinctorum edictorum *) pro unaquaque ecclesia, non tamen Episcopus teneatur separata peragere examina sed concursus absolvi possit unico concurrentium examine; actum fuit a s. Rot. in Causa *Majoricen. Parochialis de Menacor.* ut ex decis. proditis die 12. Julii 1708. §. *Utroque et seq. coram b. m. Omanna* et 22. Februarii 1709. §. *Discursus coram b. m. Card. Aldrovando,* quae reassumptae confirmataeque fuerunt coram *Molin.* ut ex *decis. 1183.* quia finis et ratio propter quam Concilium requirit examen est, ut ecclesia a dignis et idoneis parochis gubernetur, quia nulla pontificia constitutione Episcopis vetitum legitur, ne unico examine duplicem concursum pro duabus ecclesiis parochialibus absolvere possint et eodem examine oppositores pro pluribus parochialibus ecclesiis examinare et approbare. Quoties enim Episcopus una cum examinatoribus synodalibus plures examinat oppositores pro pluribus ecclesiis parochialibus vacantibus, tunc licet examen dici possit unum materialiter est tamen duplex formaliter utpote expletum pro duplici ecclesia parochiali ut habetur ex dicta *decis. coram Mol n. decis. 1183. n. 3. et 4.*

Die 6. Maji 1755.

*) Vd. *p. 254 IX.*

12) Validus quando est?

Vd. *Concursus* (modus p. 303., confirmatio p. 239., pro poenitentiaria, pro praebenda theolog.)

13) Pro Vicaria perpetua.

Vd. t. I. p. 515. n. 33.

14) Vicarius gener. ut examinator.

Vd. *Concurs.* (examinatores p. 266. etc.); p. 288: *Montis Alti.*

Tudertina.

Sequuta vacatione parochialis s. Sylvestri civitatis Tuderti Vicarius generalis, qui est unus ex examinatoribus, concursum indixit et edictum subscripsit. Verum constituta die concursus celebratus fuit coram Episcopo et Vicarius intervenit uti examinator unacum Canonico Luchino et fr. Francisco Maria de Vicis aliis examinatoribus; examini autem se subjecerunt infrascripti in quorum singulis subexpressae qualitates repertae sunt.

1. Joannes Casa presbyter et civis Tudertinus, juris utriusque doctor, aetatis annorum 50 et alias archipresbyter curatus in terra Civitellae ejusdem dioecesis et ad praesens vicarius foraneus in dioecesi Viterbien. optime explicavit Concilium et bene moralizavit evangelium et casibus propositis respondit, sed ex trium examinatorum suffragiis duo tantum favorabilia reportavit et unum contrarium.

2. Jacobus Marchinus presbyter Aesinus annorum 41, familiaris Episcopi, optime explicavit Concilium, bene moralizavit, casibus respondit, ab omnibus nemine discrepante approbatus.

3. Fortunatus Stephanuccius presbyter annorum 29 male se gessit in explicando Concilium, mediocriter in moralizando et parum bene super casibus respondit et nihilominus reportavit omnia tria vota favorabilia.

3. Joannes B. Astancollus presbyter annorum 32 male explicavit concilium, mediocriter moralizavit et tamen duo favorabilia reportavit et unum contrarium.

Post haec Episcopus processit ad declarationem magis idonei per sequens decretum: Illmus etc. sedens etc. praesentibus auditis, perpensis et mature consideratis, pro declaratione magis idonei exquisivit votum praedictorum DD. examinatorum, qui omnes concurrentes bene cognoscunt, iisdemque auditis et communiter designantibus D. R. D. Jacobum Marchinis, eundem R. D. Jacobum juxta eorum omnium omnium sententiam declaravit magis idoneum.

Ex his autem omnibus per acta concursus verificatis praetendit Casa resultare nullitatem concursus et irrationabilitatem judicii. Proinde citata parte supplicat declarari:

1. An concursus fuerit nullus ex quo Vicarius qui concursum indixerat et subscripserat assumpsit partes examinatoris?

2. An constet de irrationabilitate judicii?

S. C. rescripsit

Ad 1.: Negative.

Ad 2.: Negative.

Die 20. Febr. 1677.

Confabulantes.

(In choro. Poenae.)

Vd. *Distributiones* Canonici confessiones audientis, decr.: *Placentina; Decreta auth. S. R. C. Edit.* Mühlbauer, t. III. part. II. p. 101. n. 1. etc.

Conferentiae.

a) Obligatio habendi.

Vd. lit. *b. c.*

Concilium romanum 1725. *tit. 15. cap. 9.* enixe praecipit, quod tum in civitate tum in dioecesis oppidis qualibet hebdomada exercitationes casuum moralium et ss. Rituum habeantur methodo servata synodali, quae legitur in appendice. In appendice autem methodo 17. n. 4. de loco sedendi haec habentur: *Finita l'orazione si porrà ciascuno a sedere conordine la meta per parte et in mezzo in faccia al Clero sederà il prefetto.*

b) Obligati qui sunt?

Vd. *Assistentia cleri,* decr.: *Stabien t. I. p. 1137.*

I. Canonici Cathedralis.

Ad dub. 1.: An poena ducatorum 12 imposita per Episcopum adversus Canonicos non intervenientes congregationi casuum moralium et ss. rituum sustineatur sive potius sit moderanda?

2.: An Canonici qui respondere debent casibus moralibus in dicta congregatione proponendis teneantur pati extractionem ut dicitur a sorte sive potius sit servanda consuetudo respondendi?

S. C. C. resp.

Ad 1.: Poenam esse reducendam ad solutionem unius ducati pro qualibet vice.

Ad 2.: Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.

Die 23. Aug. 1727.

Salernitana.

S. Congregatio in *Larinen.**) *Decretorum synodalium* proposita die 30. Aug. proxime praeteriti perpensis variis resolutionibus antehac editis in ea fuit sententia, ut omnes ecclesiastici exceptis tamen clericis qui minoribus tantum ordinibus essent initiati com-

*) Vd. *Conferent. sacerd. saec. p. 371.*

pelli ab Episcopo possint, ut ad collationes de quaestionibus moralibus habendas conveniant. Poena autem pecuniaria contumacibus infligenda fuit etiam pluries approbata, vel major vel minor pro diversitate locorum. Etenim in *Ariminen**) *Conferentiae casuum conscientiae 18. Junii 1699.* aequa visa fuit mulcta juliorum 3. Et in *Acerrarum 23. Aug. 1727.* poena fuit constituta in uno ducato. Et novissime in memorata Larinen. quoad habentes curam animarum et confessarios mulcta decreta fuit in duobus carolenis, quo vero ad reliquos in uno.

Dignabuntur itaque EE. VV. decernere:

1. *An Dignitates et Canonici Cathedralis cogi valeant poena 5 carolenorum pro qualibet vice, ut intersint congregationibus de casibus conscientiae habendis?*

S. C. C. resp.:

Affirmative.

Die 27. Sept. 1732.

II. Regulares an sint obligati?

Aquipendii.

(Conc. Tr. c. 15. s. 23. de ref.)

In relatione status ecclesiae de more ab Episcopo Aquipendii ad hanc s. Congregationem transmissa legitur, ab eodem institutas fuisse in sua dioecesi conferentias sive congregationes pro discutiendis casibus conscientiae, quae singulo quoquo mense coguntur, cuique diligentissime interveniunt omnes parochi et sacerdotes, quibus fidelium sacramentales confessiones commissae sunt et reliquus ecclesiasticorum coetus.

In eadem relatione habetur, quatuor esse conventus regularium in civitate Aquipendii, Augustinianorum videlicet, Minorum Conventualium, Capuccinorum et PP. Minoris observantiae et religiosos in iisdem degentes saepe saepius non esse in numero a sanctionibus apostolicis praescripto.

Rursus in citata legitur relatione, alios quinque esse religiosorum conventus in dioecesi, duos Patrum Minoris observantiae, alterum in terra Lanini, alterum in terra Farnesii, ubi pariter existit conventus Capuccinorum. Quartus conventus est ille servorum b. M. V., qui est in terra Ischiae et postremus est conventus Carmelitarum in oppido Cellularum, qui est episcopali visitationi subjectus. Tandem in relatione aliis praetermissis dubiis quae specialem non merentur discussionem proponit Episcopus: An regularibus qui suorum subditorum confessiones audire cupiunt liberum sibi sit et licitum conditionem in concedendis facultatibus injungere interessendi videlicet menstruis disceptationibus et congregationibus casuum conscientiae?

Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non esse novum; clare etenim Cardinalis de Luca in *annot. ad Concilium* Trid. *discursu 2. n. 12.* dixit, id futurum esse maximopere proficuum, tum ut Episcopus perspectas habeat opiniones omnium suorum coufessariorum, tum ut quantum possibile est uniformis sit confessariorum doctrina in materia morum et signanter contractuum, in qua saepe saepius theologi dissident a theologis et a canonistis, quibus addi posset, collationem hanc omnium confessariorum tam saecularium quam regularium futuram esse non inutilem pro animorum unione juxta ea, quae habeutur in *actis ecclesiae Mediolanensis t. I. parte 4. in instruct. confess. pag. 647.: Ideo Regularium superiores confessores suas saepius moneant et ad hanc animorum unionem in fidelium aedificatione adhortentur curentque inprimis, ut dum in casuum resolutione diversa inter eos et parochos sententia fuerit, prudenter in eos se gerant et ad laicorum notitiam id non veniat sed ad nos pro decisione recurrant.*

Negativae econtra favent opinioni ea, quae sequuntur:

I., quod Episcopus coufessariorum regularium doctrinam perspectam habere potest in examine, quod illorum approbationem praecedit ad terminos *s. Concilii Trid. sess. 23. cap. 15. de ref.*;*)

II., quod in decretis pro reformatione regularium editis a Clemente VIII. praescribitur, quod in singulis monasteriis et conventibus bis in hebdomada habeatur lectio s. scripturae vel casuum conscientiae, ad quam fratres omnes convenire tenentur;

III., quod hic in Urbe in 17 conventibus fiunt congregationes casuum conscientiae illisque interveniunt parochi tantummodo et confessarii ex clero saeculari et regulares, in quorum conventibus praedictae casuum lectiones habentur;

*) Vd. *p. 371.*

*) Vd. *Confessarius regul.; p. 372: Lauretana.*

IV., tandem, quod ab hac s. Congregatione die 12. Maji 1685. prodiit haec resolutio in quadam causa Forosempronien: Accessus ad congregationem casuum conscientiae.

Episcopus exponit in Civitate Forosempronien. duo adesse regularium coenobia, unum scilicet minorum Conventualium s. Francisci, alterum vero Barnabitarum, quae propter exiguum religiosorum numerum inibi degeutium subjecta sunt jurisdictioni Ordinarii ex decreto s. mem. Innocentii XI. incipien. *Ut in parvis* et licet dicti religiosi hujusmodi subjectionem agnoscant atque patiantur, qui tamen ex eis saecularium confessiones eodem Ordinario approbante excipiunt, ad congregationem casuum conscieutiae, quae singulis mensibus habetur, cuique confessarii omnes intersunt, accedere renuunt, quocirca petit declarari; an praedictos confessarios regulares cogere possit ad interessendum praefatae congregationi casuum conscientiae? Sacra etc. respondit: Negative.

His positis onus erit EE. VV. decernere:

An in casu, de quo agitur, permissum esse valeat Episcopo concedenti sacerdotibus regularibus facultatem audiendi confessiones saecularium injungere ut intersint congregationibus casuum conscientiae?

S. C. C. resp.:

Negative et detur decretum in Forosempronien. 12. Maji 1685.

Die 12. Mart. 1718.

(Hoc decr. videri etiam potest in Bull. Beued. XIV. t. IV. App. I. p. XXII. Ed. Romae 1758).

Decretum Sacrae Congregationis

Super Statu Regularium in una Maceraten. 15. Januarii 1682. editum.

Cum couventus suppressi et postea restituti, in quibus non degunt de familia 12 religiosi, sint vigore decreti: *Ut in parvis fel. rec.* Innocentii X. subjecti visitationi, correctioni et omnimodae jurisdictioni Ordinariorum locorum, contigit dubitari:

An religiosi confessores et non parochi in hujusmodi conventibus degentes compelli possint ab eisdem Ordinariis, ut accedant ad conferentiam casuum conscientiae?

Proposito hoc dubio in s. Congregatione super statu regularium die 15. Januarii 1682. eminent. PP. censuerunt: Ordinarios locorum posse quidem hortari, non autem compellere praedictos religiosos confessores non parochos ad accedendum ad confereutiam casuum conscientiae.

(Bull. Bened. XIV. Append. ad t. IV. p. XXI. et XXIII).

III. Sacerdotes saeculares suntne?

Insulana.

Ad dub.: An sacerdos Felix de Soda (exemptus) potuerit cogi ab Episcopo ad interveniendum congregationi casuum conscientiae etiam sub poena?

S. C. resp.: Dentur decreta.

Die 29. Mart. 1710.

Larinen.

S. Congregatio pluries censuit non eodem modo atque indiscriminatim quoscunque ecclesiasticos esse cogendos, ut collationibus pro discussione casuum ad conscientiae forum spectantium intersint; sed eos, qui animarum curae praepositi sunt, itemque omnes presbyteros, qui confessiones excipiunt, compelli ad id posse, ceteros vero esse quidem monendos et adhortandos, non tamen cogendos. Ita aliis antiquioribus decretis praetermissis resolutum fuit in *Civitatis Plebis Conferentiae casuum 15. Martii 1692.* in qua proposito dubio:

An Episcopus possit compellere Canonicos, confessarios ceterosque presbyteros Cathedralis sub poena pecuniaria, ut accedant ad congregationem casuum conscientiae?

Rescriptum fuit:

Posse compellere omnes sacerdotes saeculares confessarios, etiamsi sint Canonici; ceteros vero non posse compellere, sed hortari.

In *Ariminen. Conferentiae casuum* conscientiae agebatur de decreto synodali, per quod jubebantur hujusmodi congregationibus interesse *sacerdotes cujuscumque conditionis, curati, oeconomi, confessarii clerique omnes in Sacris constituti sub poena juliorum 3 locis piis applicanda.* Cum autem reclamantibus Dignitatibus et Canonicis Cathedralis die 18. Junii 1699 examinatum fuisset, an ii cogi possent, s. Congregatio respondit: *Dandum esse Decretum in praedicta Civitatis Plebis.*

Die 26. Jan. 1732.

Larinen.

Ad dub.: An juxta decretum synodi celebratae ab Episcopo Larinen. 1728 indiscriminatim omnes ecclesiastici teneantur interesse congregationi de quaestionibus ad casus conscientiae spectantibus?

Et quatenus affirmative,

2. An contra eos, qui non intersint substineantur poenae in eodem decreto synodali inflictae, idest quod sacerdotes debeant abstinere die sequenti a celebratione missae et quod Clerici non sacerdotes debeant solvere unum carolenum qualibet vice, applicandum seminario?

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative praeterquam quoad Clericos non constitutos in Sacris, qui non sunt cogendi;

Ad 2: Snblata poena suspensionis poenam quoad habentes curam animarum et confessarios esse statuendam in 2 carolenis, quantum ad reliquos in uuo.

Die 30. Aug. 1732.

Ad dub.: An simplices sacerdotes non parochi neque confessores teneantur intervenire Congregationi casuum et lectioni theologiae moralis?

S. C. C. resp.:

Esse hortandos dumtaxat, non autem cogendos.

Die 18. Febr. 1700.

Lauretana.

Ut primum Lauretanam et Recinetensem tenuit ecclesiam modernus Episcopus ingemuit, ut neglectam vidit collationem casuum conscientiae a beneficiatis et clericis beneficiatis Basilicae Lauretanae. Id quod cum significasset in prima relatione status ecclesiae, hoc ex literis s. Congregationis datis die 5. Apr. 1803 habuit responsum: *de beneficiariis et clericis s. Mariae Lauretanae in Sacris constitutis tum de coenobitis, qui hospitia eo in oppido obtinent, sic sentiunt EE. Cardinales, compellendos esse omnes, ut et conventibus intersint, in quibus casus morum discutiuntur et respondeant quaestionibus propositis iis tantum regularibus exceptis in quorum conventibus sessiones habeantur.* Hisce facultatibus auctus edictum publicavit Episcopus *die 29. Novb. 1804*, quo interminavit mulctam *di tre paoli per ciascuno contro gli ecclesiastici secolari* nisi collationi casuum interessent, *e saranno multati doppiamente*, nisi propositis casuum quaestionibus responderent. Perdoluit hoc beneficiatos et exemptionem ab edicto reclamarunt ad s. Congregationem, quae ex rescripto die 13. Dec. 1804 exquisivit votum Episcopi *audito Capitulo et praefixo termino ad deducendum jura sua in s. Congregatione non retardata interim exequutione edicti.*

In sua informatione Episcopus necessarium esse affirmat, ut beneficiarii collationi casuum interveniant. *Ex coetu* inquit *beneficiatorum adsciscendi sunt parochi, qui decem fere hominum millia regimini praesint Laureti. Ex tot beneficiariis neminem invenire nuper mihi licuit neque convertere oportuit ad presbyterum non beneficiarium, qui munus hujusmodi sumeret. Animadvertendum est parochos Lauretanos carere prorsus congrua portione, quam Trid. Patres statuere. Hinc fit, ut nisi id sumat officium unus vel alter beneficiarius, qui redditus aliunde obtinet, carere debeamus parochis. Vos perspicietis inde quanti intersit, ut theologiae moralis regulas calleant beneficiarii nostri. Experientia docet in hujusmodi disciplina valde profici collationes casuum, iisque exercitationibus, quibus oportet navare operam in discussionibus eorumdem. Caeterum dum edictum illud conscripsi, ne unguem quidem abscessi ab iis, quae praescribuntur in Concilio romano, quod vos ipsi mihi proposuistis tanquam regulam viamque sequendam.*

Beneficiati sua jura deducent per impressum memoriale. Episcopus vero folium transmisit, in qua plura affert inferius recensenda. Illi contendunt latum edictum omnino repugnare consuetudini et synodis ecclesiae Lauretanae tnm dispositioni juris, oraculis s. Congregationis. Ex testibus enim probare studeant hanc inveterasse consuetudinem, ut praeter parochos et confessarios caeteri vel clerici numquam coacti sint, ut collationi casunm interessent. Quod si alias Episcopi omnes ecclesiasticos compellere voluerunt, inadimpleta prorsus fuere edicta et hanc exemptionem et observantiam sibi integram servariut caeteri ecclesiastici non parochi nec confessarii. Id quod confirmatur ex postrema synodo Lauretana 1781 ab Episcopo Vecchioni celebrata, in qua parochi tantum et confessarii sub mulcta pecuniaria ad interessendum collationi casuum adiguntur. Praeterea edictum hujusmodi adversari dicunt beneficiati dispositioni juris, unde parochi et confessarii certe quidem cogi, caeteri vero ecclesiastici hortari tantum possunt, ut collationi intersint ad tradita *per Lavar. Resolut. canon. moral. resolut. 411. n. 14., Ferrar. in biblioth.* verb.: *Canonici art. 9. n. 35.* Id quod etiam definitum esse contendunt a s. Congregatione in *Civitatis Plebis 15. Martii 1692, in Vigelien. Synodi 20. Martii 1696.* Nec sibi obesse putant Concilium romanum, cum istud fuerit synodum provincialem, atque idcirco nil sibi vindicat extra romanam provinciam ut tradunt *Schmidius Histor. ecclesiastic. par. 3. secul. 18. pag. 929., Benedict. XIV. de synod. dioeces. lib. 2. cap. 2. n. 6.* Non itaque locum habere potest in Piceno, quod in provincia romana non manet, cum haec non ultra Campaniam et Patrimonium extendatur, ut docet *Valchius in Comment. ad Concil. Lateranense a Benedict. XIII. celebrat. sect. 2. pag. 11.* Neque si Episcopus Lauretanus per procuratorem Concilio romano subscripsit; idcirco etiam in dioecesi Lauretana servandum sit. Nam plures Episcopi extra provinciam romanam, inter quos numeratur Bambergensis in Germania, Concilio adfuere obsequio ducti erga Pontificem, quin ex eorum praesentia et subscriptione in respectivis dioecesibus sibi quidquam vindicet.

Episcopus vero in transmisso folio probat ex vetustis constitutionibus synodalibns omnes de clero cogi ad interessentiam casuum conscientiae. Ita in synodo ab Episcopo Benzonio habita 1592 compellitur *universus clerus Lauretanus.* In altera a Cardinali Galaminio celebrata 1614 sancitus est, *ut si quis ex Dignitatibus, beneficiatis et clericis nostrae Cathedralis lectioni casuum conscientiae non interfuerit distributionem illius diei amittat.* Pari modo in synodo quam vulgavit Episcopus Cardinalis Roma 1725 voluit, ut collationi interessent *omnes parochi et sacerdotes et in s. Ordinibus constituti,* ut punctari jubet, qui lectioni casuum non interfuerint, ac *si horae canonicae praecedenti* non interfuissent. Quod si haec fuit disciplina a synodis praescripta, nil certe eidem detrahit, si in quamdam incidit desuetudinem. Id enim accidit, seu quod Episcopi per duo fere saecula de sua jurisdictione certare debuerunt seu quod ecclesia pastore orbata perdiu fuit. Quare haec desuetudo potius corruptela dicenda est et irrationabilis, cum ecclesiae disciplinam tot constitutionibus synodalibus munitam omnino labefactet, ut tradit *Benedictus XIV. de synod. dioeces. lib. VIII. cap. 3. n. 2.* Quin ex synodo Vecchioni haec infecta desuetndo convalescere possit, cum illud latum fuerit pro dioecesi Recinetensi numquam vero pro Lauretana.

Nullo praeterea canonici juris loco sancitum esse contendit Episcopus, ut a collatione casuum conscientiae eximantur ecclesiastici, qui nec parochi sunt nec confessarii. Immo vero ex recentioribus s. Congregationibus resolutionibus contra fuisse decretum patet caeteris omissis ex *Interamnen. Decretorum 20. Novb. 1802 et 26. Martii 1803,* in qua etiam definitum fuit locum habere Concilium romanum in dioecesi Interamnensi, quae in provincia romana non continetur. Cum vero ipse Lauretanus Episcopus Suffraganens sit Metropolis romanae, hinc deducit, quod uti possit eodem jure, quod in Metropoli obtinet. Caeterum Concilium romanum etiam in dioecesi Lauretana sibi vindicare exploratnm est ex responso a s. Congregatione dato Episcopo, nt pro collatione casuum conscientiae ad normam *Concilii romani tit. 15. cap. 9.* procederet. Quamobrem concludit, quod si edictum consonum est synodalibus constitutionibus, Concilio romano et s. Congregationis oraculis, nil causae est, cur beneficiati et clerici beneficiati illius exequntionem detrectent.

Ad *modum* quod attinet hoc saltem sibi concedendum putant beneficiati et clerici beneficiati ut compelli nequeant ii, qui non sunt in s. ordinibus constituti. Reliqui vero sub poena unius puncti, nnmquam vero inflicta multa pecuniaria: Episcopus vero omnes compellendos esse censet, ut docti fiant ad scientiam ecclesiasticam et compellendos esse sub poena pecuniaria, quae mitior in suo edicto praescribitur quam in synodo 1626 Cardinalis Romae qui poenam absentibus imposuit *dimidii scut.*

Ex his alternatim disputatis deliberandum proponitur:

An et quomodo quoad beneficiatos et clericos beneficiatos Basilicae Lauretanae sit locus exequtioni edicti diei 29. Novb. 1804 pro interventu collationi casuum conscientiae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus ad formam edicti.

Die 30. Mart. 1805.

c) Praeses.

Oppiden.

Decreto synodi dioecesanae Oppidensis habitae die 26. Aug. 1776 statuitur *cap. 3. n. 1. et 5.*: »In hac uostra Cathedrali et in omnibus parochialibus dioecesis ecclesiis collatio casuum conscientiae inviolabiliter habeatur. Cum per 12 annos huic collationi Nos ipsi praefuerimus nosque casuum resolutionem semper dederimus, hoc insuper iuposterum facturos nos fore praemittimus... nobis autem absentibus aut aliquo impedimento detentis Canonici Poenitentiarii id muneris sit. Episcopi omnes hanc synodalem legem confirmarunt eamdemque peculiari studio foverunt, praecipue vero Franciscus Coppola, qui statim ac Episcopus Oppidensis 1821 renunciatus fuit, praecepit, ut coetus casuum conscieutiae saepissime convocaretur et constituto praefecto eorumdem coetuum Canonico Poenitentiario Domiuico Guida Dignitates, Canonicos ceterosque presbyteros in examinaudis theologiae moralis quaestionibus in Cathedrali per plures annos exercuit. Anno vero 1839, e vivis sublato Canonico Poenitentiario, idem Episcopus Coppola in suo episcopali palatio istiusmodi conventus convocari voluit, in quibus, cum raro haberentur, deficiente per 4 circiter annos novo Poeuitentiario, Cauonicus Theologus Joseph Pupa ejusdem Episcopi secretarius ipsius mandato academica quasi ratione casus morales enodandos proponebat. Donec post aliquos annos usque ad anuum 1851 etiam hujusmodi disputationes omnino siluerunt et nonnisi tribus vel quatuor vicibus tantum eodem ipso anno 1851 habitae fuerunt, quibus tamen praefuit Episcopus Caputo, qui Coppolae successerat.

Hodiernus tamen Episcopus legem synodalem ad pristinam revocans observantiam iterum in Cathedrali Dignitates et Canonicos necnon alios presbyteros iudixit convocandos, ut praeside Vincentio Germano Canonico Theologo ad hoc specialiter deputato disceptationes et resolutiones casuum conscientiae resumerentur. Nuper vero, Episcopo s. dioecesis visitationem peragente, Archidiaconus Cathedralis qui simul Provicarii generalis munere in ea dioecesi fuugitur sibi locum praesiendi conferentiis viudicare quaesivit, ex quo tanta exorta fuit controversia iuter ipsos Canonicos, ut Episcopus a s. visitatione rediens Canonicum Germano a muuere eidem commisso removendum judicaverit. Hinc ergo praesens quaestio mota: aegre enim Theologus ferens se a praesidentia remotum H. S. O. preces porrexit, rogans ut ad controversiam resolvendam definiatur, cui jus praesideudi comitiis casuum couscientiae spectare debeat.

Hanc factorum seriem diligenter desumpsi tum ex iis quae Canouicus Theologus exposuit in suo recursu ad H. S. O. tum et praecipue ex literis quibus Episcopus de informatioue et voto rogatus huic s. Cougregationi respoudit. Pleuius equidem ab eodem Episcopo iujuncto sibi mandato satisfactum fuisset, si super expositis a Theologo Germano integrum audivisset Capitulum; consulto tameu rem ad universum Capitulum non detulit, ut refert, ne iterum iuter Capitulares gravissimae dissensioues ex supradicti recursus occasioue suscitarentur, additditque ea omnia, quae in suis literis habet, sibi religiose relata fuisse a quatuor diligentioribus et probatioribus Capituli Canonicis.

Cum Canonicus Theologus synodale decretum de quo superius produxerit in eoque aperte contineatur, jus praesidendi comitiis casuum conscieutiae, absente vel impedito Episcopo, spectare ad Canouicum Poenitentiarium, mirum sane visum est oppidano Praesuli dispositioni synodali refragantem se reperiisse Canouicum Theologum, quem nullateuus latere putaudum est synodalem legem pro unaquaque dioecesi facere jus commune. Ad rem *Pitonius discept. eccl. 93. n. 20.* Lex constitutionis syuodalis facit jus commune in dioecesi. Quae proinde constitutio maxime si per subsequeutes Episcopos confirmata fuerit, uti in praesenti casu occurrit, praesumptioue juris semper dicitur esse iu viridi observantia, nisi contrarium osteudatur, ut idem auctor prosequitur cit. loco.

Ad hujusmodi vero contrariam observantiam frustra Theologus confugisse dicendus esset, si rursus acta iuspicerentur. Asserit equidem in suis precibus jam ab anno 1822 Canouicum Theologum praesidere cepisse conferentiis casuum conscientiae sub Episcopo Coppola et in eodem munere perduravisse usque ad obitum illius Episcopi, quod pariter observatum fuisse dicit sub successore Caputo necuou sub hodierno Episcopo, quem modo ejusdem praesidentiae munus sibi recusantem experitur; minime tamen Theologus

ut adnotat Episcopus silentio praeterire debuisset, easdem coufereutias per multos annos fuisse prorsus interruptas; iisdemque ab anno 1822 usque ad annum 1839 praefuisse nou Canonicum Theologum sed Poenitentiarium Dominicum Guida, quem idem Episcopus Coppola conferentiarum praefectum constituerat. Sed iis etiam observationibus omissis illud semper coucludenter probaudum adhuc superesset, Canonicos nempe Theologos qui per uonnullos annos confereutiis aliquaudo praefueruut in vim constitutae jam consuetudinis eodem praesidendi munere perfuuctos fuisse, nou vero ex peculiari Episcoporum mandato, qua iu probatione adeo Theologum Germano defecisse arguit Episcopus, ut per 16 ultimos menses nonnisi de mandato Episcopi confereutiis ipse praefuerit.

His tamen miuime obstantibus suam paravit defensionem Canonicus Theologus, ut in jure praesidendi memoratis conferentiis manuteneatur seu potius redintegretur. Diligeuti sane cura ipsius defensor ea omnia collegit, quae iu testimonium integrae vitae dicti Theologi quamplurimum conferre videntur quaeque removere forsan valebunt eas discordiarum causas iuter Canouicos, de quibus in suis literis nou parum dolet Episcopus. Quid tamen haec faciant ad praesentem controversiam resolvendam nou apparet.

Ad consuetudinem deinde transiens, qua jus Theologi contra synodalem coustitutionem sustineatur, eamdem jam ab auno 1835 existentem probari, ait testimonio 8 Canonicorum. Postquam ergo nonnullos errores orator animadverterit in iis, quae Episcopo narrata fuere a Canonicis ab ipso super hujusmodi consuetudiue auditis, nihil in jure instar Canonicis ac legis cautum esse dicit de moderatore collationibus casuum conscientiae praeficiendo. Unum certo coustitui posse autumat, delegationem nempe prudenti judicis arbitrio committi solere nisi per diuturnum temporis spatium peculiaris consuetudo iuvaluerit. Quam consuetudinem, Theologo faventem, neminem latet commendatam fuisse a *Benedicto XIV. de synod. dioeces. lib. 13. c. 9. n. 17.* his verbis: Ulterius adnotavimus nounullorum Episcoporum mandato laudabiliter factum esse, ut per Canonicum Theologum ea traderetur theologia, quae est de conscientiis et moribus dirigendis. Cum igitur immutari non permittatur quod peculiari locorum observautia in iis quae legi non adversantur obtiuuit, longa viginti quinque annorum consuetudo tribus probata Episcopis Theologo ita suffragari videtur, ut modo a nutu vel lubitu hodierni Antistitis pendere nou debeat. Innixis propterea nonnullis doctorum auctoritatibus, quibus statuitur, etiam contra legem ecclesiasticam consuetudinem decennio compleri posse, ceu habet *Schmalzgrueber Jus eccles. univ. pag. 1. tit. 4. n. 10.*, et ad obrogandam quamcumque constitutionem ecclesiasticam vi contrariae consuetudinis, rationabilis tameu, sufficere decenium juxta *Reiffenstuel in decret. lib. 1. tit. 4. n. 105.*, hujusmodi saltem 10 annorum consuetudinem satis esse debere Theologo contendit, ne a praefato munere iuposterum exerceudo removeatur.

Frustra propterea objecturum, ait, Episcopum praeficiendi facultatem liberam omnino positam esse arbitrio Praesulum Oppidensis ecclesiae. Maxime cum ipse hodiernus Antistes supramemoratam consuetudinem nova quasi sanctione probaverit et ita servandam decreverit, ut non pro lubitu eandem Theologum conferentiis praefecerit sed giusta il costume di questo luogo. Ex quo prono alveo concludeudum arbitratur, nulla prorsus ratione, Episcopum contendere, induci non potuisse consuetudinem, quam ipse jam iuductum esse fatetur.

Quibus omuibus tum iu facto tum in jure perpeusis ulterius etiam orator theologi prosequitur aequitatis argumenta perstringens, et extra dubitatiouis aleam mauere ajens, Canouicum conferentiarum casuum couscientiae stabili delegatione coustitutum fuisse praefectum. Polleat quidem Episcopus arbitrio, de quo superius: aliud tamen esse autumat, ut vacatioue officii interveniente ob mortem aut renunciatiouem vel alia etiam de causa quae in dedecus non cedat electi, arbitrium Episcopus in personam conferat sibi magis benevisam, et longe aliud ut virum ecclesiasticum jamdiu possideutem imo in posesssione confirmatum sine probabili causa et certo cum dedecore ab officio laudabiliter hucusque adimpleto quasi immerentem dejiciat. Arbitrio sane theologus se subjiceret, quod justae et rationabili causae inniteretur quodque vel aute electiouem vel in ipso electionis actu obtineret, non illud vero arbitrium aequo auimo ferre posset, quod post electionem exerceri contingat. Cum enim magna sit possessionis auctoritas

in aequitate, si haec in excipiendo solutam libertatem concedit, non idem sineret in removendo, ne dedecus inferre videatur.

Sed haec, quae brevi disquisitione in praesenti folio colligenda esse duxi, ut brevitati consulerem, fusius pertractata in theologi defensoris allegatione perlegere non renuent EE. VV. ad facilius enodandum

Dubium:

An jus praesidendi conferentiis casuum conscientiae in absentia Episcopi spectat ad Canonicum theologum in casu?

S. C. resp.:

Negative et jus praesidendi in absentia Episcopi pendere a prudenti ejusdem arbitrio.

Die 29. Mart. 1862.

Continuatio Oppiden.

Novae audientiae beneficium procurator Theologi Germano consueta diligentia a me rogavit et obtinuit, cum vero post anni lapsum nil novi deductum sit et ab Episcopo maxime optetur, ut controversia diutius in suspenso haud maneat, eadem Eminentiis Vestris reproponitur. Reassumpto igitur ex consueta benignitate folio illius diei necnon Allegatione in favorem Theologi tunc temporis distributa Emtiae Vestrae respondere dignabuntur

Dubio:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. resp.:

In decisis et amplius.

Die 18. Apr. 1863.

Confessarius.

1) Absolutio in articulo mortis.

Vd. *Jurisdictio Complex; Absolutio* t. I. p. 136. n. 2.

2) Approbatio.

Vd. *Confessar.* (electio pro absol. criminum etc.); *Jurisdictio; Approb.* t. I. p. 1018.; 136.; 145. e; 193. n. 6. *Confessar. Monial.* (approb.)

a) Ab Episcopo.

Vd. *Confessarius* (electio pro absolut. a criminib. etc.) p. 383.; t. I. p. 1018.

Innocentius XIII. ad Episcopos Hispaniae.

Perpendentes christianae reipublicae inprimis expedire, ut ministerium ac potestas clavium in remittendis retinendisque peccatis recte exerceatur, declaramus sacerdotes, tam saeculares quam regulares, qui ab Episcopis obtinuerint licentiam audiendi confessiones limitatam, vel quoad locum vel quoad genus personarum, vel quoad tempus vel locum vel genus personarum ab ipsis Episcopis praescriptum, quocumque privilegio etiam in vim Bullae *Cruciatae**) *sanctae* competente nullatenus suffragaturos. Cumque idem Innocentius Praedecessor per suas die 19. Apr. 1770 expeditas literas decreverit sacerdotibus saecularibus quam regularibus non licere confessiones eorum, a quibus ex indulto praedictae Bullae *Cruciatae* ad id electi fuerint, audire, absque praecedenti approbatione Ordinarii illius loci, in quo ipsi poenitentes degunt et confessores eligunt, etiamsi ab Ordinariis aliorum locorum antea approbati fuissent, ac etiamsi poenitentes Ordinariis illis, qui confessores electos approbassent, subditi essent necnon confessiones aliter factas ac respective exceptas, nullas fore, irritas et invalidas et confessores ipso jure suspensos esse, Nos eamdem constitutionem approbantes, confirmantes et innovantes declaramus insuper praedictis sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus ad confessiones excipiendas vel ex vi praedictae Bullae Cruciatae vel ex quocumque alio privilegio electis suffragari minime etiam posse, quod approbati alias fuerint ab Episcopo illo, qui aliquando fuerit Ordinarius loci, in qua confessiones audiendae sint, sed talis tunc temporis amplius non existat, vel quia ab humanis excesserit aut episcopatui renunciaverit, vel quia ad aliam ecclesiam auctoritate apostolica translatus reperiatur, sed necessariam

*) Vd. *t. I. p. 146.*

omnino esse illius qui actualiter et pro tempore ordinariam jurisdictionem in ea dioecesi exerceat approbationem. Haec tamen suffragetur etiam tacita eaque adesse censeatur, quousque praecedens licentia sive approbatio duret et revocata ab eo non fuerit; in quo casu nova et expressa impetranda erit, si illa praecedenter obtenta vel per posteriorem revocationem sublata fuisset.

Meminerint quoque regulares se excipere non posse confessiones monialium, tametsi eorum regimini et gubernio subjectae sint, nisi ultra licentiam suorum Praelatorum regularium praecedat examen coram Episcopo dioecesano faciendum ejusque specialis quoad confessiones dictarum monialium approbatio remota quacumque contraria consuetudine etiam immemorabili.*)

Cumque ex eodém Concilio Trid. confessor extraordinarius bis aut ter in anno offerri monialibus debeat, qui omnium confessiones audiat, si inposterum superiores regulares quoad monasteria ipsis subjecta toties praedictum extraordinarium confessorem deputare neglexerint vel si etiam ex proprio eodem ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint sacerdotem aut saecularem aut regularem alterius diversi ordinis professorem, in his casibus Episcopi pro suo arbitrio et conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo aut praetextu a superioribus regularibus valeat impediri.

Dat. Romae 23. Maji 1723.

(Bull. r. t. XIII. p. 63. Ed. Luxbg.)

b) Error circa approbationem.

Vd. *Jurisdictio* (error circa etc.)

c) Exhibitio.

Vd. p. 191. n. 4.

d) Nuntius apostol. approb. potestne?

Comen.

Ad dub. I.: An reverendiss. Nuncius apostolicus apud Helvetios possit concedere facultatem audiendi confessiones personarum saecularium vel etiam regularium, imo et monialium in dioecesi Comen. sine licentia et approbatione Ordinarii loci?

II.: An idem reverend. Nuncius sacerdotibus non approbatis ab Ordinario ad audiendas confessiones concedere possit facultatem absolvendi in foro interno ab haeresi, censuris etc.?

III.: An possit concedere facultatem generalem absolvendi a casibus Ordinario reservatis?

Et quatenus affirmative,

IV.: An expediat adhiberi aliquod moderamen in hujusmodi facultatum communicatione tam circa numerum quam circa qualitates personales eorum, quibus conferuntur?

V.: An possit concedere suis commissariis subditis dioecesis Comen. facultatem eligendi sibi confessarium etiam non approbatum ab Ordinario?

S. C. respondit ad I., II., III.: Negative.

Ad IV.: Satis provisum in superiori.

Ad V.: Negative.

Die 26. Febr. 1707.

e) Revocatio.

Vd. *Confessar. regul.* (approb. regul. exeuntis etc.)

f) A Vicario capitulari.

Casalen.

Exponit Vicarius capitularis comperiisse, plures tam saeculares quam regulares obtinuisse facultatem a defuncto Episcopo audiendi confessiones nullo praevio examine eosque esse ita imperitos, ut complura scandala proveniant. Ideo supplicat pro facultate eos vocandi ad examen et quos idoneos repererit approbandi et econtra inhabiles prohibendi.

His per summarium relatis in proxime habita Congregatione res visa est digna discussioni proindeque mandatum poni in folio.

Quare hodie quaeritur:

1. An Vicarius capitularis hoc possit et quatenus negative,

2. An petita facultas sit concedenda?

S. C. respondit

Ad 1: Affirmative.

Ad 2: Provisum in primo.

Die 5. Febr. 1688.

*) Vd. *t. I. p. 1051. n. 6.*

Baren.

In sede ipsa Archiepiscopi civitatis Barensis ecclesia exstat s. Nicolai, regio juripatronatui subjecta ac regiae Basilicae titulo insignita, cujus Priorem et Capitulum inter et Archiepiscopos ac Metropolitanam perpetuo super jurisdictione atque exemptione dissidia ab immemorabili ad recens usque tempus exarserunt, quae vel s. hujus Congregationis ac s. Rotae definitionibus vel concordiis initis subinde composita ac sospita manserunt. Novissime tamen post recens Archiepiscopi funus altera quaestio excitata est, quae aliis contentionibus originem praebuit.

Scilicet cum sacra infirmorum olea ab ecclesia s. Nicolai essent comparanda, Prior non ex proxima Cathedrali sed a Melphictense Episcopo illa exquisivit. Hinc Vicarius capitularis Metropolitanae jura sedis vacantis laesa exinde existimans ea vindicanda suscepit. Quaestio inprimis acta est coram regio Neapolitanae ditionis senatu de oleis sede vacante Metropolitana seu potius aliunde comparandis.

Dum haec geruntur aliae contentionum capita exarserunt, quod absque facultate Vicarii sive SS. Viaticum ministrarent sive quod concionatorum officium exercerent absque Vicarii delegatione sive quod publicis processionibus interesse recusarent. Quamobrem Vicarius capitularis omnia resumens, etiam quoad oleorum causam coram regio senatu pendentem, judicium s. Congregationis definitivum super omnibus postulavit.

Literae illico datae sunt ut Capitulum Metropolitanae et Prior regiae Basilicae s. Nicolai jura sua deducerent atque promotoris fiscalis et Capituli Metropolitani responsiones pervenerunt; Prior nihilominus jurisdictionem s. Congregationis initio declinare se posse ratus est. At vero tum ex regii senatus sententia tum ex supremi ipsius Principis decreto non modo super controversia de sacris oleis a Cathedrali accipiendis judicium ad apostolicae Sedis jurisdictionem ablegatum est, verum etiam literae datae sunt, quae celerem controversiae definitionem postularent; prudentia suadente ut inter praecipua unius ejusdemque civitatis capitula periculum quotidie urgens quaestionum et scandali removeatur.

Dubia idcirco in Prioris contumacia tum super controversia de sacris oleis tum super aliis concinnata fuere atque ad hodierna Comitia dies propositionis decreta.

Post haec Prior idem nedum defensorem in urbe sibi adlegit qui ei in causae disceptatione coram s. Congregatione adesset (qui tamen dilationem postulat ad defensionem parandam), verum etiam apostolici Nuntii a regii gubernii monitis per Castallanentensem Episcopum ad concordiam excitatus literas juxta exhibitum documentum illi dedit.

Ex quibus patet Priorem et Capitulum s. Nicolai, jurisdictionem ordinariam agnoscentes, 4 ex 5 propositis quaestionum articulis ultro pro Cathedralis juribus accepto habuisse, unica super oleis controversia reposita, quam Prioris declaratio non attigit.

Itaque qui partes agit Vicarii capitularis Barensis in separato memoriali quo prioris defensori dilationem petenti argumenta opponit pro necessitate atque opportunitate definitionis animadvertit causam non modo super oleorum disputatione, sed etiam in reliquis proponi, non quod controversa hodie dici possint jura ex altera parte undique confirmata, sed quod saeculorum experientia doceat concordias saepe violatas fuisse, proindeque s. Congregationis oraculum accedat oportet: vel saltem, ut in judiciis solet, s. Ordo rescribat: provisum per declarationem. Idcirco restrictum facti et juris etiam quoad integram oleorum causam jam exaratum exhibet, cujus haec summa est.

Supervacaneum putat de omnimodo Prioris jurisdictione vel territorio separato disputare, cum nimis, ejus sententia, absit ut ex prioris privilegiis vel observantia hoc aliquo pacto concludi possit. Privilegia quod attinet, unde ecclesia s. Nicolai sub apostolicae Sedis protectione recipitur quandoquidem exemptio et absoluta jurisdictio disertis verbis concessae non fuerint, nullo in pretio haberi debere arguit ex *text. in cap. 10. de privil. in 6.*, *in cap. 18. de privilegiis*, *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 24. n. 91.*, *Chotrier. de jurisd. ordin. in exemptos part. 1. quaest. 9. n. 3. part. 4.*, *Fagnan. in cap. 18. de privil.*, *Benedictus XIV. in syn. dioec. lib. 13. cap. 9. n. 3.* Immo ad territorii separati*) constitutionem haec duo copulative ac literaliter requiri contendit scilicet exclusionem omnimodam jurisdictionis dioecesanae atque concessionem cleri et populi. *Fagnan. in cap.: Significasti de off. ordin. n. 32., 33.,*

*) Vd. *t. I. p. 85. n. 58.*

37., 39., in cap.: Cum dilectus de relig. dom. n. 33., *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 24. n. 112. seq.*, *de Luca de jurisd. disc. 1. n. 10. disc. 25. n. 9.*

Atqui plures enumerat actus, quos Prior et Capitulum s. Nicolai sive ex antiqua s. Ordinis resolutione sive ex decisione rotali sive ex conventionibus expelere nequit: quamquam vel unus sufficeret ut territorium separatum excluderetur, Bened. XIV. in constitutione *Inter multa* atque in casu vel unica praxis, quam Sede plena Priores nunquam inficiati sunt, de oleis a Cathedrali recipiendis, contra omnimodam exceptionem sat esse monet cum *Petra in const. 5. Innoc. IV. t. 3. n. 30.*

Hisce praemissis defensor singulas dubiorum formulas expendit. Exploratum inprimis ait juris communis praeceptum de oleis haud aliunde, quam a proprio Episcopo comparandis ex *can.: Si quis de alio 122. part. 3. de consecr. dist. 4.*, *ex can. 13. loc. cit.*, *ex can. 10. qu. 1. caus. 16.* Id ipsum monent *Card. Petra in Commentar. ad const. s. Innoc. IV. n. 16. seq.*, *Rota in dec. 334. par. 13. Rec. n. 10.* Atque hic inutilem censet quamlibet de exemptione controversiam, quidquid enim hac in parte dici possit, insuper habetur ex jure communi, quod praeceptum porrigit ad exemptos omnes ac Regulares. *Ferraris in biblioth. voc.: Chrisma n. 5.*, *Petra loc. cit. n. 49.* Accedere synodum Barensem anni 1676 ac praesertim peculiare rescriptum s. Congregationis quae Episcoporum negotia moderatur in quaestione cum ecclesia s. Nicolai et conventionem paulo post initam inter Priorem et Archiepiscopum, qua cautum fuit: »Recipiant oleum infirmorum juxta solitum et juxta declarationem s. Congregationis Episc. et Reg. ab ecclesia Metropolitana, non ab alia.« Ac rursus 1628 placuisse memorat, Archiepiscopum facultatem sacrae unctionis ministrandae s. Nicolai presbyteris impertiri ita tamen ut s. oleum ab Archiepiscopo recipiatur.

Perperam vero regiae Basilicae Priorem, subjectionem in genere quoad olea non inficiantem, in casu Sedis vacantis dumtaxat recusare, primo qua de re agatur, quod ad ordinem pertinet, atque idcirco ad Episcopos dumtaxat, deinde ex doctorum placito, tertio ex observantia.

Hisce ita occurrit defensor: Ordinis inquit est chrisma conficere: at illud ministrare ad jurisdictionem pertinet, non ad ordinem. Quod si Vicarius capitularis per se ipsum explere quae ordinis sunt nequeat, rite illa per alium explet, ut monent *Peregrin. in praed. vicar. part. 1. rect. 5. subsect. 2. n. 6.*, *Gagliard. Instit. jur. canon. lib. 1. tit. 27. § 8.*, ac proinde non immerito tradi a doctoribus, illum etiam iis succedere, quae ordinis sunt, quatenus eadem alteri Episcopi committit, *Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 4. n. 1.*, *Reiffenstuel in tract. de consecr. part. 2. lib. 3. tit. 9. ne Sede vacante*, *Barbosa de Canon. cap. 42. n. 113.* Atqui Vicarius capitularis Barensis olea rite confici curaverat atque illa tempestive ministrari poterant in Cathedrali, cum a Canonicis ecclesiae s. Nicolai exquirerentur.

Porro in casu unum disputari defensor monet, scilicet jus olea rite confecta dispensandi: hoc autem jus ad jurisdictionem non ad ordinem referri, cum illius dispensatio nihil habeat quod spiritualem aut sacramentalem virtutem in actu traditionis conferat. Hoc ex eadem generali disciplina deducit, quae olea jubet Sede plena recipi a proprio dumtaxat Episcopo, non ab alio. Atqui si res ab ordine penderet, non a jurisdictione, ab omnibus pariter Episcopis olea peti possent.

Demonstrandum praeterea assumit in jure localem quodammodo jurisdictionem constitutam esse, cum olea recipienda sint dumtaxat in Cathedrali, *Petra in cit. Comm. ad Constit. Innoc. IV. n. 16. seqq.* et ad *constit. 4. Callixti III. rect. 2. n. 87.* Quod etiam in praesenti casu ab observantia confirmat non modo per testimonium synodalis constitutionis, sed etiam per conventionem anni 1610. Recipiant oleum infirmorum juxta solitum et juxta declarationem etc. a Metropolitana, non ab alia. Immo contendit, quatenus subjectio quoad olea a Priore denegaretur, posse Ordinarium illi facultatem recusare sacrae unctionis ministrandae, quae conditioni fuit adnexa in contractu anni 1628 »ita tamen ut sacrum oleum ab Archiepiscopo recipiatur«.

At praeter localem jurisdictionem animadvertit aliam juris diciplinam quae mandat olea in Cathedrali ministrari a Dignitatibus Capituli, *Barbosa in summa Apost. decis.* verb.: *Oleum n. 9.*, *Oberhauser in Van. Espen. t. 1. edit. Bassam. an. 1784 pag. 304.* Unde luculenter evinci contendit actum dis-

pensationis non ordinis esse sed jurisdictionis; nam si ordinis potestatem requireret. non posset profecto a presbyteris episcopali ordine carentibus expleri. Quamobrem, hujusmodi qualitate posita, concludit hunc jurisdictionis actum in archiepiscopali Cathedra etiam Sede vacante absolvendum fuisse, cum Vicarius capitularis succedat in jurisdictione, *Barbosa de Canon. cap. 42. n. 61. Ac Van Espen, in jus eccl. univ. par. 2. tit. 3. c. 3. n. 16.* verba referens Mechliniensis synodi: »Archipresbyteri singulis annis ab Ordinario suo vel Sede vacante a Vicario generali s. chrisma et ss. olea tempestive petant.«

Nec movere censet, quod ad exemplum Cardinalis Petra quidam doctores in genere praecipiant absente Ordinario, sed Sede vacante, posse aliunde olea requiri. Hoc enim non absolute traditum demonstrat, sed necessitate dumtaxat urgente, quatenus vel in absentia Ordinarii vel Sede vacante olea in Cathedrali desint, cum post annum antiquis oleis nemini liceat uti. Quod sive ex aliis conficit auctor locis sive ab exemplo ordinationum, quas idem auctor pari jure cum oleis procedere testatur. In ordinationibus nempe diu absente Ordinario debent in Cathedrali exempti vel regulares ordines recipere, siquidem suffraganeus ibi fuerit ab Ordinario constitutus. Denique cum par utriusque casus ratio sit ac Prior s. Nicolai clericum ad Vicarium miserit, Sede vacante, ut literas dimissorias ad ordines referret, haud constare perpendit, qua de causa etiam ad olea mittere recusaverit.

Observantiam quod attinet, objici quidem a Priore notat ecclesiam s. Nicolai nunquam Sede vacante a Cathedrali s. olea recipisse, sed nullam hactenus fuisse probationem inductam. Atqui neminem latet in consuetudine sive in praescriptione contra jus immemorabilem temporis lapsum requiri, et negativam praesertim observantiam non attendi, nisi probetur quemlibet jure proprio uti volentem ita fuisse impeditum, ut vel judiciali sententia compulsus vel diuturna contradictione defatigatus adquiesceret. *Rota in dec. 329. § 12. cor. Ratto in dec. 20. n. 10., cor. Riminaldo in Terracinen. Furni et molendini 3. Julii 1741 § 8. coram Bussi, in Camerinen. Juris molendini 10. Dec. 1755 § 2. coram Paracciano.* Idcirco, Priore non probante, salebrosam investigationem quoties et quando Sedis vacatio contigerit, num Sede vacante olea quaesita fuerint, posthabendam defensor arbitratur. Exemplum denique proponit anni 1790, cum Sedes vacaret atque sacrista regiae Basilicae scripto profiteretur »d'aver ricevato l'olio santo dal Sagrestano maggiore della Cattedrale di Bari.«

Ita de sacris oleis disputatione absoluta ad alia quaestionum capita gradum facit. De confessionibus inprimis absque legitima facultate a Vicario regiae ecclesiae exceptis demonstrare pergit neminem, vel exemptum ac Regularem posse absque Ordinarii venia confessarii munus exercere, *s. Conc. Trid. cap. 15. sess. 23. de ref.; Ferraris in bibliot. voc.: Confessarius, artic. 1. n. 25*, s. Cong. particularis die 16. April. 1648 ad dub. 10. Quod enim in praesenti causa inter Archiepiscopum ac Priorem antiquitus s. Congregationem definisse monet. Hanc autem adprobandi facultatem ab Ordinariis Sede vacante in Vicarios capitulares traduci notum est, *Barbosa de Canon. cap. 42. n. 62. et n. 100.* Prudentia tamen EE. VV. commendat, ut in dubii definitione bonae confitentium fidei prospiciatur, ac moderamen subjicit a s. Ordine adhibitum in *Patavina apud Bened. XIV. Instit. 80.*, ubi cum illicite et invalide confessiones exceptas fuisse definiretur, cautum fuit: »non esse inquietandos illos qui bona fide confessi sunt.« Attamen si ipsi confessi hoc resciverint vel de invaliditate confessionis dubitaverint, eosdem teneri reiterare confessionem.

Aliam dubii formulam de ss. Viatico absque ordinariae potestatis venia ministrando confici tuitur ex dilucida conventione anni 1648.

Graviter quarto ex capite conqueritur, Capitulum s. Nicolai in processionibus rogationum et ss. Corporis Christi publicas processiones sequi noluisse, quamquam etiam exempti illas omnino sequi teneantur, *s. Con. Trid. cap. 13. sess. 25. de Regular., s. Congregatio in Mediolanen. 3. Aug. 1658, in Neapolitana 3. Aug. 1706* et decretum Cong. particularis apud *Pignatell. t. 1. consult. 122.* Quibus accedit hac eadem in causa decretum a s. Ordine jamdiu adversus Priorem editum: »Prior, Canonici et Capitulum ac clerici ecclesiae praedictae teneantur accedere ad processiones publicas.«

Denique, cum aliquis ex collegio s. Nicolai concionatoris officium sine Vicarii capitularis venia gesserit, postremi dubii definitionem postulat juxta ea quae de necessitate benedictionis ac probationis ordinariae tradunt *Petra in Constit. 4. Callixti III. n. 60., Panimol. in decis. 91. annot. 1. n. 17.*

Nisi itaque censuerint EE. PP. imploratam concedere dilationem definienda erunt

D u b i a:

I. *An olea infirmorum Sede archiepiscopali vacante Prior et Capitulum s. Nicolai a Cathedrali accipere teneantur in casu?*

II. *An Vicario capitulari privative competat facultas approbandi confessarios in casu?*

III. *An Priori, Canonicis cunctisque clericis regiae Basilicae s. Nicolai ss. Viaticum ministrari possit a presbyteris, quos Vicarius capitularis non approbaverit in casu?*

IV. *An Prior, Capitulum et Clerici s. Nicolai teneantur accedere ad publicas processiones secundum locum in ordine servantes etiam Sede archiepiscopali vacante in casu?*

V. *An iisdem liceat verbum Dei praedicare absque venia Vicarii capitularis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative.

Ad III.: Negative.

Ad IV.: Affirmative quoad Capitulum et Clericos.

Ad V.: Negative et moneatur Prior s. Nicolai per Nuntium apostolicum juxta mentem.

Die 25. Sept. 1858.

3) Sine Approb. Episcopi ss. Sacr. Poenitent. administrare abrogatum est.

Vd. *Confessar. Regularium* (approb. Episc., decr. *Hildesimen.* §. *Hinc*); *Confessar. regularis* (an approbatus ab Ordinario invito etc.)

4) Non approbatus.

Vd. *Confessar. regul.* (non approb. decr. *Patavina*); *Cura animar.* (exercita sine approb. etc.); t. I. p. 163; p. 154. n.; supra p. 153. §. *Et I. etc.*; *p. 380. §: Ita.*

Propositio damnata ab Alexd. VII.:

Qui beneficium, curatum habent possunt sibi eligere in confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

Die 24. Septbr. 1665.

(Bull. r. t. VI. Append. p. 1. Ed. Luxb.)

5) Baptizatus qui non est.

Vd. t. I. p. 218. r.

6) Canonicus.

(Emolumenta.)

Vd. t. III. p. 454. VII.; *Chorus* (absentia t. III. p. 975.) *Distribution.* (Canonici confess. audientis).

7) Complex.

Vd. *Complices* p. 95.; *Sollicitatio.*

8) In dioecesi aliena.

Vd. t. I. p. 206. III.; supra p. 376. a.

Poenitentiarius institutus pro audiendis confessionibus unius dioecesis non potest audire in alia, etiam habentium bullam vel licentiam sui parochi, *Barbosa de´offic. et potest Episcop. allegat. 55. n. 21., Garcias part. 5. cap. 8. dub. 4.* ubi dicit sic decisum fuisse a s. Congregatione in casu simili de parocho, scilicet quod in aliena dioecesi sine illius Ordinarii approbatione eligi nequeat in confessarium ab habentibus privilegium vigore jubilaei eligendi confessarium approbatum.

Veneten.

Presbyter capellanus navalis communitus facultate excipiendi sacramentales confessiones intra navigium tantum accidit, ut naufragio jactatus ad quandam insulam ex Orientalibus Americae oris appellere coactus fuerit, ubi deficientibus missionariis nulloque existente Episcopo, qui approbaret, gubernium unius aut plurium quasi parochialium ecclesiarum, uti fuerunt, curam suscepit ac exercuit biennio aut triennio, nedum tempore Paschatis verum etiam reliquis anni temporibus, extra mortis periculum sacramentum poenitentiae administrando: quin et praesentibus missionariis ipsis idem peragere continuavit.

Cum autem presbyter quidam Veneten. dubitans de facultatibus praefati capellani desuper habuerit recursum ad s. Congregationem de Propaganda Fide, unde preces huic s. Congregationi fuerunt remissae, hinc reverenter quaeritur ab EE. VV. declarari:

1. An praefatus capellanus valide administraverit sacramentum poenitentiae absentibus missionariis?

2. An pariter idem sacramentum valide administrare potuerit et in futurum valeat praesentibus missionariis in casu?

S. C. C. rescripsit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Die 21. Maji 1707.

Posnanien.

Saepe usu contingit in illis partibus, ut parochi unius dioecesis soleant parochos aut alios sacerdotes saeculares approbatos in aliena dioecesi ad audiendas confessiones in dioecesi invitare, ubi non sunt approbati eo quod hujusmodi approbatio facile haberi nequeat ob locorum distantiam, et contra urgeat necessitas dictos presbyteros accersendi ratione magni concursus populi.

Hinc Episcopus suffraganeus et administrator ecclesiae Posnanien. humiliter imploravit in praemissis oraculum hujus s. Congregationis. Ideo alias relata causa per summarium demandatum fuit, ut poneretur in folio. Hinc reponuntur sequentia dubia:

I. An curati unius dioecesis vocati a parochis alienae dioecesis possint in ista audire confessiones tam suorum subditorum quam alienorum absque licentia Episcopi loci?

II. An sacerdotes approbati ad confessiones audiendas in una dioecesi vocati a parochis alterius dioecesis possint in ista audire confessiones quorumlibet absque approbatione Episcopi loci?

Et quatenus negative ad utrumque,

III. An et quomodo in casibus praedictis sit consulendum, si agatur de magno concursu populi et magna distantia adenndi pro approbatione Episcopum dioecesanum in casu?

S. C. die 19. Novb. 1707. distulit propositionem; die vero 3. Decb. rescripsit

Ad I.: Affirmative quoad subditos, negative quoad reliquos.

Ad II.: Negative.

Ad III.: Arbitrio et prudentia Ordinarii.

Dubitatur: *An parochus vocatus ab alio parocho ejusdem dioecesis possit in ejus parochia confessiones audire?*

Id affirmant *Bonacina et Croix* cum *communiori*, imo *Palaus et Mazotta communem* sententiam vocant; sed oppositam sententiam tenent *Barbosa in Trid. sess. 23. cap. 15. n. 19.* cum *Homobon. et Piasec* . . . ex declaratione *s. Congregat. Conc.*, quam referunt *Barbosa loc. cit.* et *Piasec* . . . ubi ad quaesitum:

»*An provisus de parochiali ecclesia per concursum censendus sit approbatus idoneus minister ad audiendas confessiones in illa dioecesi, in qua illam parochiam obtinet?*«

S. Congr. respondit: *Censeri ad audiendas confessiones dumtaxat in ea civitate vel oppido, ubi sita sit parochialis, non autem passim per totam dioecesim.*

Et ratio hujus sententiae est, quia parochus non approbatur ab ecclesia pro ecclesia universali sed ab Episcopo juxta Episcopi voluntatem; unde nisi constet aliunde de diversa voluntate Episcopi parochus censetur approbatus tantum pro parochia, ad quam eligitur; potest enim Episcopus aliquem judicare idoneum pro uno loco et non pro alio. Recte vero dicunt *Bonac.*, *Clericat. de poenitent. dec. 37. n. 12.* idque admittit *Benedict. XIV. in notificat. 86. n. 613.*, quod sententia opposita locum habere potest in iis locis, ubi talis adsit consuetudo, quae jurisdictionem bene conferre valet. Imo *Wigandt t. 3. n. 83.* primam opinionem approbat ex praxi ut asserit variarum dioecesum. Ita in terminis *d. de Ligorio theol. moral. de sacram. poenitent. n. 544.*

Parochus potest suorum parochianorum confessiones audire etiam in alieua dioecesi sine approbatione Episcopi illius dioecesis, quia in eos ordinariam habet jurisdictionem, et cum actus audiendi confessiones sit jurisdictionis volnutariae potest etiam in alieno territorio exerceri, *lib. 1. ff. offic. proconsul. Glossa in cap.: Novit, de officio legati, Fagnan. lib. 5. decret in cap.: Ne pro dilatione 16. de poenit. et remiss. n. 10.* cum aliis ibi citatis, *Piasec. prax. Episc. part. 2. c. 1. art. 2. n. 5., Barbos. in Trid. sess. 23. c. 15. n. 20. et de offic. et potest. parochi part. 2. cap. 19. et de offic. et potest. Episcop. part. 2. alleg. 25. n. 18.* cum plurimis ibi citatis et alii contra *Matthaeucc. officialis curiae c. 6. n. 16.* et in *cautela confessarii lib. 1. c. 9. proposit. 13. ab Alex. VII. etc. n. 4.* et alios.

Et pro nostra conclusione facit *s. Cong. Concil. 3. Decb. 1707 in una Posnanien* ut supra.

9) Dubius

Vd. t. I. p. 219. r.; supra *p. 380.* §: *Ita.*

10) Electio.

a) Pro absol. a criminibus aut censuris.

Vd. *Confessar. Monial.* (electio); t. I. p. 136—149.

De Indultis apostolicis eligendi confessarium ab Ordinario approbatum pro absolutione a criminibus aut censuris reservatis etc.

Benedictus PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolica iudulta quamvis prudenti romanorum Pontificum dispeusatione concessa ad christiani populi profectum et promovendam animarum salutem plurimum conferre non dubitemus: si tamen eorum interpretatio ingeniorum liberius opinantium licentiae permittatur, unde in sensu a mente et voluntate concedentium alienos detorqueantur, eadem in ecclesiasticae disciplinae detrimentum et ipsorum fidelium periculum atque perniciem, perverso homiuum abusu traduci posse veremur.

Quapropter pro ea quam Dei nutu suscepimus sanctissimarum ecclesiae legum custodia et flagranti, quo tenemur, studio, de univero Christi grege ad aeterna beatitudiuis metam securius dirigendo, non solum recte constitutas a Patribus agendi regulas in dies magis magisque constabilire satagimus, nullam praetermittentes occasionem intemeratae disciplinae observantiam catholicis omnibus praescribendi et commendandi, verum etiam indultorum ab hac eadem apostolica Sede benigne concessorum certos indicare limites et tutam ipsorum formam usumque praefinire juxta nostram et Praedecessorum nostrorum, quorum auctoritate prodierunt, mentem et voluntatem opportunum in Domino judicamus.

§ 1. Sane hauc providentiam, si quod aliud indultum, illud inprimis postulare videtur, quod Sedes apostolica vel cunctis christifidelibus, per universalis jubilaei literas, vel nounullarum regionum incolis, per bullam, nt appellant *Cruciatae* *) vel certis universitatibus aut sodalium seu confratrum coetibus, per specialia privilegia elargiri quandoque consuevit facultatem eligendi sibi unum quempiam confessarium ex approbatis ab Ordinario ad confessionem audiendas, qui eos a culpis, criminibus et censuris alioquin reservatis absolvere valeat: etenim eo periculosius in usu indultorum hujus generis erratur, quo gravius in iisdem agitur negotium, Sacramenti nimirum Poeniteutiae, lapsis post baptismum ad salutem prorsus necessarii, valida ac legitima administratio ejusdemque respective susceptio.

§ 2. Et quidem fel. record. Praedecessor Noster Innoceutius PP. XII. ex delatis ad se nonnullorum Episcoporum regni Portugaliae tunc temporis existentinm et aliorum timoratae conscieutiae virorum quaerelis, iutelligeus opinioueni quandam revixisse, caeteroquin per apostolicas Pauli V., Urbani VIII. et Clementis X. romanorum Poutificum Praedecessorum suorum coustitutiones necnon per plura Congregationum S. R. E. Cardinalium tam Coucilii Tridentini Iuterpretum quam negotiis et consultationibus Episcoporum et regularium praepositorum decreta, dudum damnatam ac reprobatam, qua opinione freti plerique illarum partium fideles privilegia et iudulta circa praedictam confessarii electionem a s. Sede concessa et elargita in literis apostolicis pro *Cruciata sancta* emanatis, quas Bullam *Cruciatae* vocant, ita intelligenda esse existimabant, nt facultas in bulla hujusmodi christifidelibus attributa, confitendi peccata sua cuilibet confessario per quemcumque Ordinarium ad confessiones audieudas approbato et recipiendi ab eo absolutionem, ut praefertur, a quibusvis peccatis atque censuris in praedicta bulla non exceptis, locum haberet et habere conferetur, etiamsi Ordinarius praefatus non esset Ordinarius illius loci, in quo confessiones praedictas excipi contingeret; hujusmodi opinionem in Congregationibus S. R. E. Cardinalium tam eorum qui tunc temporis Episcoporum et Regularium consultationibus praepositi erant quam aliorum adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum a Sede apostolica specialiter deputatorum, de ipsius mandato ex integro examinatam, iterum censuit proscribendam atque damnandam; sicuti reipsa proscripsit et damnavit per apostolicas in forma Brevis literas iucipien.: *Cum sicut* etc. die 19. Aprilis 1700 decernens et declarans, praedictam Bullam *Cruciatae*, quoad approbationem confessariorum nihil novi juris induxisse nullumque privilegium continere contra formam Concilii Trid. et praedictarum constitutionum apostolicarum, *adeo ut confessarii tam saeculares quam regulares, quicumque illi sint,*

*) Vd. *t. I. p. 146.*

*in vim dictae Bullae Cruciatae a poenitentibus ad audiendas sacramentales eorum confessiones electi nullatenus confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii,**) *et Episcopi dioecesani loci, in quo ipsi poenitentes degunt et confessarios eligunt* vel ad excipiendas confessiones requiruut, nec ad hoc suffragari approbatiouem semel vel pluries ab Ordinariis aliorum locorum et dioecesum obtentam, etiamsi poenitentes illorum Ordinariorum, qui confessarios electos approbassent, subditi forent: *subindeque statuit confessiones aliter inposterum factas et respective auditas nullas, irritas et invalidas fore et sacerdotibus, qui illas audire praesumpserint, suspensionis poenam ipso facto incurrendam indixit:* opiniouem autem quamcumque contrariam tamquam falsam, temerariam, scandalosam et iu praxi perniciosam damnavit et reprobavit eamque potissimum, de qua supra diximus, ullo modo doceri, sustineri aut ad praxim deduci prohibuit, sub poena excommunicatiouis per contrafacientes ipso facto incurrendae; prout latius in supradictis literis coutiuetur.

§ 3. Has literas Iunocentii Praedecessoris praedicti post aliquot aunos sua quoque auctoritate approbavit, coufirmavit et inuovavit recol. pariter mem. Iunocentius PP. XIII.**) quibus plura complexus est ad ecclesiasticam disciplinam in Hispauiarum regnis servaudam pertineutia *ac inter alia declaravit, sacerdotes tam saeculares quam regulares, qui ab Episcopis obtinuerint licentiam audiendi confessiones, limitatam vel quoad genus personarum, non posse Sacramentum poenitentiae administrare extra tempus vel locum vel genus personarum ab ipsis Episcopis praescriptum*, quocumque privilegio, etiam in vim bullae *Cruciatae* competente, nullatenus suffragante: necnou sacerdotibus praedictis tam saecularibus quam regularibus ad coufessiones excipiendas vel ex vi praedictae bullae Cruciatae vel ex quocumque alio privilegio electis minime suffragari, quod approbati alias fuerint ab Episcopo qui aliquando loci, in quo confessiones audiendae sunt, Ordinarius fuerit, sed talis non amplius existat vel quia ab humanis excesserit aut Episcopatui renunciaverit vel quia ad aliam ecclesiam auctoritate apostolica translatus reperiatur, sed necessariam omnino esse illius, qui actualiter et pro tempore ordinariam jurisdictiouem in ea dioecesi exerceat, approbationem; hanc tameu sufficere etiam tacitam eamque tamdiu durare, quamdiu praecedens liceutia sive approbatio expresse revocata non fuerit; in quo casu uova de integro approbatio impetranda erit, sicut etiam quando prior approbatio tempore praefiuito elapso expiraverit.

§ 4. Cumque s. m. Benedictus P. XIII. praefatus Iuuocentii XIII. literas suis aliis apostolicis literis: *In supremo militantis ecclesiae solio* die 23. Sept. 1724. earum tenore de verbo ad verbum inserto pari auctoritate apostolica in omnibus et per omuia perpetuo approbasset, confirmasset atque iunovasset, ipsius quoque auctoritate corroborata inuovataque noscuntur, quae de facultate eligendi confessarium tam ab Iunocentio XII. quam a XIII. decreta decclarataque fuisse commemoravimus.

§ 5. Quia verò iidem Praedecessores Nostri Iuuoceutius XII. et XIII. iu suis respective literis iudultum per Bullam Cruciatae concessum tantummodo nominatim expresserunt et ab Innoceutio XIII. alterius cujuscumque generis privilegia generatim dumtaxat sunt indicata: idcirco Nos animo prospicientes, quod, nisi clarius atque distiuctius declaratum fuerit, quaenam privilegia seu iudulta sub praefatas regulas cadant et cadere debeaut, idem fortasse reprobatarum, ut supra, opinionum offendiculum, ut olim in praedictae bullae Cruciatae, sic etiam in aliorum ejusdem generis indultorum interpretatione et usu subesse facile posset, et vigili cura auimum iu id inteudeutes, ne iuimicus homo hujusmodi zizania in agro Dominico ullatenus valeat superseminare atque ut fidelium conscientiae securius dirigantur, non modo relata superius Praedecessorum uostrorum decreta auctoritate quoque Nostra approbamus, coufirmamus et innovamus, verum etiam eadem auctoritate et simili motu, scieutia et potestatis plenitudine statuimus et declaramus, quod idem omuino jus, quod vigore decretorum hujusmodi circa intelligentiam et usum indulti Bullae Cruciatae obtinet, etiam quoad reliqua ejusdem geueris indulta pariformiter valere debeat et obtinere. Volumus etiam reprobationem dictarum opinionum, quatenus respiciunt intelligeutiam et usum iudulti praedicti Bullae Cruciatae, a praefatis Praedecessoribus proscriptarum locum similiter habere, quatenus easdem opiniones et sententias in medium proferri contiugeret circa similia etiam indulta, sive universis per ecclesiam christifidelibus sive alicui regioni aut loco, universitati aut coetui particulari sodalium seu confratrum quandocumque et ubicumque concessa vel coucedenda.

§ 6. *Insuper decernimus et declaramus, id, quod generaliter de indultis praemissis sentiendum esse jam diximus, generaliter quoque intelligendum esse de omnibus et singulis personis, quae sub eorundem indultorum concessione comprehensae reperiuntur vel quas inposterum comprehendi contingat,* quaeque supradictis indultis uti voluerint: ita videlicet, ut si iu aliquo indulto tam saecularibus quam regularibus tribuatur facultas eligeudi confessarium ab Ordinario loci approbatum, tunc confessarius vigore talis concessionis sive a saeculari sive a regulari poenitente ad audiendas eorum respective confessiones electus *nullatenus hujusmodi confessiones audire valeat, nisi ab Episcopo dioecesano et Ordinario loci, ubi confessio excipienda est, ad confessiones approbatus et deputatus existat; quacumque alia approbatione, tam illius generis, quam uterque Innocentius Praedecessores praedicti declararunt non suffragari, quam ea, si de Regularibus agatur, quae a solo proprio regulari Praelato obtenta foret, minime suffragante.* Aequum est enim et rationi consentaneum, ut quicumque speciali iudulti beneficio gaudere eoque uti voluerit, is conditiones in eodem iudulto praescriptas omnino servet, ueque licitum est cuiquam, conditionem illam approbationis coufessarii per loci Ordinarium facieudae alio modo intelligere, quam eo, quo ipsam intelligendam esse toties Praedecessores Nostri romani Pontifices, ut praemissum est, decreverunt. Quorum Nos quoque vestigiis inhaerentes, praefatam conditionem in eodem plane sensu, quem illi tradiderunt, ab omnibus et singulis hujusmodi iudulto sub ea conditione coucesso utentibus accipieudam et servandam esse statuimus atque mandamus; quicumque illi fuerint, qui iu vim ejusmodi indulti confessarium sibi eligeut, sive saeculares sive regulares cujuslibet ordiuis et iustituti, tam mendicantium quam non mendicantium et ordinum militarium, etiam militiae hospitalis s. Joannis Hierosolymitani necnon societatis Jesu atque alterius cujusvis congregationis vel societatis, tametsi de illis aut illorum vel illarum aliquo seu aliqua specialis et expressa mentio quomodocumque facienda foret. Ideoque confessiones et absolutiones in praemissis casibus aliter inposterum factas et respective auditas seu impertitas irritas fore et invalidas declaramus; et contrariam quamcumque opiuionem, ejusque praxim, deinceps prohibemus ac reprobamus, tamquam explauatae toties ab apostolica Sede verborum intelligentiae ac menti nostrae, quam ad omuem hac super re ambiguitatem tollendam per praesentes clarius exposuimus, penitus adversantem.

§ 7. Postremo illud monendum existimamus, uihil hic a Nobis statui aut pronuntiari super eo, an scilicet in uno aut altero indulto uuum aut alterum personarum genus comprehendi et quaenam indulta specialiter regularibus suffragari vel non suffragari ceusendum sit; hoc enim ex uniuscujusque Indulti tenore ac verbis colligeudum relinquimus; *firmis tamen manentibus et perpetuo mansuris,* quod ad Bullam Cruciatae pertinet, plurium Praedecessorum Nostrorum *declarationibus, eandem scilicet Bullam, quantum ad articulum eligendi confessarium seque a casibus reservatis absolvi faciendi, nequaquam regularibus suffragari.* Quod nos etiam perpetuo teuendum atque sentiendum, eorumdem Praedecessorum Nostrorum exemplo, similiter declaramus et contrariam quamcumque opinionem uti falsam et perniciosam interdicimus et reprobamus.

§ 8. Decernentes praesentes nostras literas etc.

§ 9. Sicque et uon aliter etc.

§ 10. Non obstantibus etc.

Die 5. Aug. 1744.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 358.)

b) Jus eligendi confessarium non approbatum a proprio Ordinario Episcopis etc. post Trident. non inest.

Vd. *Confessarius Regularium* (Approb. Episc. decr. *Hildesimen.* §§.: *Et primo, observat.*)

c) Vi bullae Cruciatae.

Vd. t. I. p. 146. h.; supra lit. *a* p. 383.

11) Excommuuicatus vel suspensus.

(Quoad confessionem in articulo mortis.)

Vd. p. 153. §.: *Et 1. etc.*; p. 158. nota.

*) Vd. *supra v. 376. a; 381. n. 3.*
**) Vd. *p. 376.*

12) Habitus.

Casertana.

Episcopns Casertanns praecepit confessariis suae dioecesis ne inposterum confessiones audiant, nisi cum snperpelliceo et stola et ut hoc decretnm suum sortiatur effectnm, petiit a s. Congregatione anctoritatem adstringendi etiam regulares saltem cum stola. Et s. Congregatio respondit: Posse Episcopnm id facere auctoritate hujus Congregationis.

Die 28. Aug. 1628.

12) Infirmorum.

(Facultas.)

Vd. t. III. p. 907.**)

13) Monialium.

Vd. *Confessio Monialium.*

a) Administratio Sacramentorum.

Vd. t. I. p. 203. k.; p. 202. i.

b) Approbatio Episcopi.

Vd. *Confessar. Monial.* (extraord. etc.; praecipue decr. *Arimin.* n. 2. et 4.); *Confess.* (approb., decr. Innocent. XIII. p. 376.) *Confessarius regul.* (approbatio) —; t. I. p. 208.: *Inscrutabili.*

Quoad regulares andiendis confessionibus monialinm destinatos in constitutione Gregorii XV. ita statuitur: »Confessores vero sive saeculares sive regulares, qnomodocnnque exempti, tam ordinarii quam extraordinarii, ad confessiones monialium, etiam regularibus snbjectarum, audiendas nullatenus depntari valeant, nisi prius ab Episcopo dioecesano idonei judicentnr et approbationem, qnae gratis concedatur, obtineant.«

Idqne etiam edixit Clemens X. in constit. 7., quae incipit: *Superna* § 4.*)

Haec cum satis clara et aperta sint pro eminentissimo Episcopo, dnae tamen objectiones a regularibns proponuntur. Altera depromitnr ab apostolico brevi Urbani VII. qui 1626. jnssit supersederi executione memoratae constitutionis Gregorii XV. in Lusitano regno donec aliter vel a se vel a successoribus provisum fuisset.

At respondet eminent. Episcopns, hujusmodi snspensionem jam cessasse ac de medio ablatam fuisse, cum per decretnm hnjus s. Congregationis editum 1629. snb Urbano VIII. in *Conimbrien.* demandata fuerit executio ejusdem Gregorianae bullae; cumque etiam postea Clemens X. ad removendas constitutiones et controversias circa ipsam Gregarianam constitntionem subortas legem generalem illam tulerit, quam continet citata constitutio 7.

Objiciunt praeterea Cistercienses non consuevisse hactenns Episcopos Pharaonenses sesé interponere iis, de quibus jus sibi competere pntat eminent. Pereyra. Verum ex qno alii praedecessores Antistites usi non fuerint ea potestate, qua uti potuissent, censeri nequit (ut inquit eminent. Pereyra) abrogata facultas, ipsi quoque attributa a pontificiis illis constitutionibus.

Non semel etiam declaravit haec s. Congregatio nullam esse habendam rationem de consuetudine contraria iis, quae in bulla Gregoriana sancita snnt. Siquidem in *Cadurcen. 12. Julii 1658. ad II. dubium* ita rescripsit: Confessarios extraordinarios monialium, etiam regularibus snbjectarum, post constitutionem Gregorii XV. hac de re editam, nullatenus posse earum confessiones audire, nisi prins ab Episcopo dioecesano idonei judicentur et approbentur, non obstante quacnnque contraria consuetndine.«

In Neapolitana *Exactionis rationum 11. Martii 1673.* proposito dubio: An non obstante praetenso non usu licet eminent. Archiepiscopo ad formam constitutionis Gregorii XV. exigere rationes administrationis bonorum monialium regnlaribns subjectarum?

Responsum fuit: Affirmative.

Postremo in Uratislavien. 30. Jan. 1723. definitum fuit: Approbationem confessariorum pro monialibns subjecti Abbati Lubensi ordinis Cisterciensis peteudam ab Ordinario esse, non refragante consuetudine contraria, quam Abbas contendebat immemorabilem. Et recte quidem, quia in praedicta bulla Clementis X. §. 9. expresse derogatum legitur cuicunqne consuetndini, etiam immemorabili. Quare in constitutione s. mem. Innocentii XIII. pro Hispanis regnis edita *Apostolici ministerii* §. 18. sic cantum legitur: »Meminerint qnoqne regulares, se excipere non posse confessiones monialium, tametsi eorum regimini et gubernio subjectae sint, nisi ultra licentiam suorum praelatorum regularium praecedat examen coram Episcopo dioecesano faciendum ejusque specialis qnoad confessiones dictarnm monialium approbatio; remota quacnnqne contraria consuetndine, etiam immemorabili.«

*) Vd. *t. I. p. 1053.*

Dignabuntur EE. VV. decernere:

An Em. Episcopus Ord. possit inhibere regularibus ne sine praevia ejus approbatione excipiant confessiones monialium etiam subjectarum regimini ipsorum regularium non obstante asserto brevi Urbani VIII. atque praetensa consuetudine?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 19. Sept. et 14. Novb. 1733.

Ad dub. 1.: An confessores monialium ante editam constitutionem: *Inscrutabili**) deputati debeant ab Episcopo examinari et approbari?

2. An Superiores regulares similiter ante ipsius constitutionis publicationem electi seu deputati alia indigeant Episcopi approbatione pro confessionibus sanctimonialium sibi subjectarum audiendis?

3. An confessiones, quas audiunt superiores regulares electi seu deputati vel confirmati post publicationem et sententiam tenoris dictae bullae non obtenta Episcopi approbatione sint nullae atque irritae, necne?

4. An regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum saecnlarium audiendas censeantur etiam approbati ad audiendas confessiones monialinm sibi subjectarum?

5. An regularis ad audiendas confessiones monialium alterius monasterii audire possit?

6. An confessores regulares extraordinarii semel ab Episcopo deputati et approbati ad andiendas monialium confessiones pro nna vice infra annum ad praescriptum s. Concilii Trid. possint, virtute dictae approbationis, plnries tamquam confessores extraordinarii earumdem confessiones audire absque nova Episcopi licentia?

7. Cum in eadem constitntione statntum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa superiores regulares admonere, nt amoveant confessores monialium atque administratores**) bonorum ad earumdem monialium monasteria pertinentium, iisque superioribus id facere detrectantibus habeat Episcopus facultatem praedictos confessores et administratores amovendi quoties et quando opns esse judicaverit, an ejusmodi causam Episcopus superioribus regularium significare teneatur?

8) An eadem constitutio qna parte supponit Episcopi jnrisdictioni regulares delinqnentes circa personas degentes intra septa monasteriorum monialium aut circa clansnram vel bonorum administrationem eorumdem monasteriornm habeat locum in omnibus delictis an vero solnm in notoriis et cum scandalo populi?

S. C. resp.

Ad 1.: Confessores quidem extraordinarios monialium nullatenus posse post constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo dioecesano idonei judicentur et approbentur, ordinarios vero confessores ante constitntionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in confessionibus sanctimonialinm andiendis absqne alio examine et approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut illorum facultas a Sede apostolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari et approbari.

Ad 2.: Superiores regulares electos seu deputatos ante ipsius constitutionis publicationem, qnibus alioquin facultas competat audiendi confessiones monialium sibi subjectarum, posse, durante eornm officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantum, quae sponte ac proprio motu id ab eis petierint. At vero eos, qui post constitutionem eligentur aut quoqno modo depntabuntur vel qui in eorum officiis sen dignitatibus, expleto jam tempore a constitutionibus cujusque ordinis vel alias legitime praefinito, ad aliud tempns confirmabuntur, nequaquam posse monialium confessiones audire, nisi prius a dioecesano Episcopo idonei judicati atque approbati fuerint.

Ad 3.: Confessiones hnjusmodi nullas atque irritas esse.

Ad 4.: Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarnm saecularium audiendas nequaqnam censeri approbatos ad andiendas confessiones monialinm sibi subjectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

*) Vd. *t. I. p. 208.*
**) Vd. *t. I. p. 219. n. 2.*

Ad 5.: Regularem ad audiendas confessiones Monialium unius monasterii ab Episcopo approbatum minime posse audire confessiones monialium alterius monasterii.

Ad 6.: Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad monialium confessiones pro una vice audiendas haud posse plures in vim approbationis ejusmodi illarum confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

Ad 7.: Non teneri ejusmodi causam significare Superioribus regularibus sed hoc relinqui arbitrio et prudentiae Episcoporum, quorum conscientiam s. Congregatio serio oneravit, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, ejus rei in districto Dei judicio rationem reddituri.

Ad 8.: Constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum et cum populi scandalo.

Die 5. Febr. 1622.

(Bull. r. t. III. p. 453. Ed. Luxbg.)

Ad dub.: An capellani et confessarii sint a Superiore monasterii deputandi et approbandi ab Episcopo?

S. C. resp.:

Affirmative quoad deputationem; approbationem spectare ad Episcopum.

Anno 1692.

Ad dub.: An Ordinarius Vormatiensis seu ejusdem Vicarius possit inhibere Regularibus abbatiae Eberlacensis Ord. Cisterc., ne sine praevia ejus approbatione excipiant confessiones monial. monasterii Marienmünster ejusdem ordinis?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 9. Julii 1746.

Constantien.

Consulti amplissimi Patres ab Episcopo Constantiensi an confessarii sive saeculares sive regulares monasteriorum etiam exemptorum non obstante approbatione ad alias confessiones audiendas ab Ordinario obtenta speciali adhuc indigeant approbatione ad audiendas confessiones monialium rescripserunt die 13. Junii 1744 ut servarentur decreta alias edita praesertim in *Cadurcen 12. Julii 1658* et in *Pharaonen. Jurisdictionis 14. Novb. 1733*, quibus definitum fuit non licere confessariis sine Episcopi approbatione confessiones audire monialium etiamsi subjectae sint regimini regularium. Episcopus igitur Constantiensis summa ope curavit ne in dioecesi sua audiendis monialium confessionibus ulli praeponerentur, nisi probati ad id essent. At cum plures parere renuerent, fortem prae caeteris se praestitit contradictorem Abbas Emhildensis ordinis b. Benedicti congregationis Helveticae, qui ut jura sui ordinis defenderet, expresse declaravit s. hunc Senatum adire velle: Preces itaque obtulit amplissimis Patribus, quibus postulabat, ut contradicto judicio rationum momenta expenderentur, paratus ostendere nulla opus esse Episcopi Constantiensis approbatione quoad confessarios trium monasteriorum *Vaharo, Augiae et s. Lazari*, quae ipsi subjecta sunt. Auditis igitur ut fieri solet et Episcopo Constantiensi et Nuntio apostolico ad Helvetas controversiam definiri nunc petit Episcopus.

Ait itaque constantem fuisse post cognitissimam Gregorii XV. Pontificis maximi constitutionem: *Inscrutabili**) hujus Senatus sententiam, ut Regulares, qui monialium confessiones excipere debent, ab Episcopo specialiter approbari debeant, licet alias probati sint confessionibus excipiendis aut earumdem monialium confessarii fuerint ut monstrant decreta s. Tribunalis integre edita prae caeteris a *Tamburrin. de Jure Abbatiss. et Monial. disputat. 16. quaest. 3. de dubiis circ. Bull. Gregor. XV.* et plura responsa amplissimorum Patrum praesertim in *Uratislavien.* definita die 30. Jan. 1723 et in causis *Gadurcen. et Pharaonen*, cujus folium non inutile erit evolvere.

Rationes enim, quae a regularibus proponebantur, tum privilegiorum ordinis tum contrariae consuetudinis spretae prorsus et rejectae fuerunt et secundum Episcopos controversiae hae definitae. Pertinet igitur ad eminent. Patres, perpensis iis, quae in libello Episcopi proponuntur, ab Abbate siquidem nihil hactenus habuimus, dubio, quod sequitur, respondere:

An confessarii electi seu deputati a reverend. P. Abbate Emhildensi ad audiendas confessiones monialium monasteriorum Vahara,

*) Vd *t. I. p. 208.*

Augiae et s. Lazari indigeant speciali approbatione Ordinarii Constantiensis ita ut decretum editum die 13. Junii 1744 sit exequendum in casu?

S. C. resp.:

Ad mentem.

Die 18. Junii et 6. Aug. 1746.

Constantien.

Gregorius XV. in notissima constitutione: *Inscrutabili* statuit *confessores sive succulares sive regulares quomodocumque exempti tam ordinarii quam extraordinarii ad confessiones monialium etiam regularibus exemptarum audiendas nullomodo deputuri valeant, nisi prius ab Episcopo dioecesano idonei judicentur et approbationem quae gratis concedatur obtineant.* Idemque ipsum confirmarunt Urbanus VIII. *in const. 92. bull. nov. t. 4.*, Clemens X. in *const. Superna**) *eod. bull. t. 6. n. 7.* et praesertim Innocentius XIII. *in const. Apostolici Ministerii § 18: Meminerint quoque regulares se excipere non posse confessiones monialium, tametsi eorum regimini et gubernio subjectae sint, nisi ultra licentiam suorum Praelatorum regularium praecedat examen coram Episcopo dioecesano faciendum ejusque specialis quoad confessiones dictarum monialium approbatio, remota quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.*

Hinc s. Congregatio in *Carducen. 12. Julii 1658 ad II. dub.* respondit: *Confessarios extraordinarios monialium etiam regularibus subjectarum post constitutionem Gregorii XV. hac de re editam nullatenus posse earum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo dioecesano idonei judicentur et approbentur, non obstante quacumque contraria consuetudine.*

Et in praecisis terminis regularium Ordinis Cisterciensis in *Pharaonen. Jurisdictionis 14. Novb. 1733*, ubi proposito: *An idem Emus Ordinarius possit inhibere regularibus, ne sine praevia ejus approbatione excipiant confessiones monialium, etiam subjectarum regimini ipsorum regularium, non obstante asserto Brevi Urbani VIII. atque praetensa consuetudine?*

respondit: Affirmative.

Idemque responsum datum etiam fuit de omnibus regularibus cujuscumque ordinis dioecesis Constantiensis in *Constantiensi 13. Junii 1744* et in *Olmucen. 7. Junii 1755 ad dub. XI.*, in qua proposito:

An confessarii ab Episcopo approbati ad audiendas confessiones fidelium utriusque sexus possint sine speciali approbatione Episcopi in confessarios monialium exemptarum a superioribus regularibus destinari?

responsum fuit: Negative. Cujus rescripta apostolica constitutione Benedicti XIV. *Ad solium justitiae* plene confirmata fuerunt, spreto quolibet privilegiorum vel contrariae consuetudinis praetextu allato a monachis Praemonstratensibus, Cisterciensibus et Benedictinis.

Edixit Clemens X. *in const. Superna § 4.**)

Quare in dicta *Olmucen. 1755* ad dub. XII.: *An saltem dicti confessarii regulares pro audiendis confessionibus unius monasterii monialium exemptarum vel pro una vice approbati censeri debeant approbati semper et pro omnibus monasteriis monialium?*

responsum fuit: *Negative.*

Diei 31. Mart. 1770.

Ex audientia SSmi sub die 12. Januarii 1838.

Sanctitas Sua attenta relatione Episcopi A. et peculiaribus circumstantiis benigne annuit et propterea mandavit committi eidem Episcopo ut veris etc. et accedente consensu monialium capitulariter et per secreta suffragia praestando petita facultate pro suo arbitrio et conscientia uti possit et valeat deputare ad primum triennium dumtaxat in confessarios monialium sacerdotes regulares pro 4 casibus tantum, dummodo sint probatae vitae, bonis moribus imbuti, aetate maturi et sufficienti scientia praediti. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae etc.

c) Conversatio cum Monialibus.

Vd. *Confessar. Monial.* (extraord. p. 397. §: *Ac.*) *Clausura* t. III. p. 1257. III.

Ad dub.: An Episcopus sub censuris prohibere valeat Superiori regulari monasterii et confessariis ordinario et extraordinario, ne extra propria respective munera cum monialibus alloquantur?

S. C. resp.: Dentur decreta.

Die 31. Mart. et 8. Maji 1751.

*) Vd. *t. I. p. 1053.*

*) Vd. *t. I. p. 1053.*

d) Electio per P. Generalem et Abbatem.*)

Vd. supra lit. *b.* p. 386.; p. 392. §: *Et.*

Ad dub.: An Superior seu commissarius monasterii per P. Generalem ordinis ad triennium eligi solitus potestne per idem tempus in confessarium ordinarium monialium nominari vel saltem P. Generalis valeat alium nominare in confessarium ordinarium?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 31. Mart. et 8. Maji 1751.

e) Extraordinarius pro omnibus et pro singulis monialibus.

Posse Episcopum deputare regulares quibus a suis constitutionibus a regulis vetitum non sit in confessarios extraordinarios. Ut autem religiosos in confessarios ordinarios Episcopus Orator in defectu presbyterorum saecularium qui idonei sunt deputare possint, S. C. ex speciali SSmi D. N. auctoritate facultatem ad triennium dumtaxat tribuit, ita tamen ut religiosi ad hujusmodi officium deputandi sint maturae aetatis, probatae vitae, accedat consensus provincialis et in illius defectu seu absentia superioris localis et religiosi in conventu ordinis pernoctent contrariis etc. Romae 14. Februarii 1851.

(Anal. I. P. IV. Ser. Romae 1860. p. 1293. etc.)

Benedictus PP. XIV.

Pastoralis curae*) Nobis impositae munus hanc inter alias sollicitudinem a Nobis exposcit, ut pusillorum animis in afflictione et angustia constitutis opportuna solatia ac remedia afferre non negligamus, quorum ope interiorem conscientiae tranquilitatem recuperare aut conservare valeant, sine qua impossibile est debitam omnipotenti Dei servitutem alacri et prompta affectione exhibere. Hujusmodi angoribus et afflictionibus confici passim constat religiosas mulieres in claustris degentes, quibus certus et unicus Sacramenti Poenitentiae minister a monasterii Praelato ad tres ut minimum annos designari solet; cui si aliquando, prae pudore vel alia quapiam de causa, non omnes conscientiae suae recessus aperire audeant atque ideo confessionis integritati detrahere incipiant, in barathrum perditionis aeternae se ipsas misere conjiciunt. Quod sane haud raro evenire satis Nobis exploratum atque compertum est, tum ex iis, quae in Apostolicae Poenitentiariae officio tractari vidimus, dum olim in minoribus constituti plurium annorum spatio munus doctoris in decretis in eodem officio sustinuimus, tum etiam ex iis, quae in episcopalis Anconitanae primum deinde in Metropolitanae Bononiensis ecclesiae

*) Notandum hic quod Pontifex quando in suis constitutionibus injungit confessarios monialium debere esse approbatos ab Episcopo seu Ordinario loci non agit de monialibus quae subjacent Praelatis seu Abbatibus jurisdictione quasi episcopali **) gaudentibus in territorio nullius dioecesis. Hujusmodi enim Praelati et Abbates possunt in dioecesi sibi assignata quidquid potest in sua dioecesi Episcopus iis tantummodo exceptis, quae pendent ab ordinis potestate, ut aperte docet *Bened. XIV. lib. 13. de synodo cap. 25. n. 2.* Idem pariter dicendum cum proportione de Abbatissis territorium hujusmodi separatum habentibus.**) Illae enim pro suis monasteriis confessarios designant approbatos a viris doctis, quos ipsae ad hunc effectum destinant, *Mendo in Epitome* verb.: *Abbatissa n. 1.* Neque id novum censendum est ait *Mendo cit.* de ordin. *milit. disp. 7. 9. 4. n. 39.* Plures scilicet Abbatissae monialium

*) Vd. t. *I.* p. 85 n. 58.
**) Vd. t. *I.* p. 108. n. 14.

gaudere jurisdictione ecclesiastica respectu suorum vassalorum, quam per se ipsos nequeunt exercere sed designant personas, ut eum exerceant et illico post designationem absque confirmatione Pontificis et sine licentia alterius praelati eam exercent quia a Pontifice derivatur in eos hoc ipso quod ab Abbatissis designentur, quae designatio fit ex concessione et privilegio Sedis apostolicae. Attamen, subjungit idem Mendo, ego propius loquendo, non assererem, eas Abbatissas gaudere jurisdictione spirituali prout gaudere affirmant, *Emanuel Rodriques in summ. tom. 1. lib. 9. cap. 49. n. 1., Flores de Mena in variis quaest. qu. 16. n. 4., Miranda in Manuali Praelat. t. 2. de Monial. qu. 6. art. 5. concl. 4., P. Reginaldus in summ. t. 1. lib. 9. cap. 7. scit. 2. n. 117.*, sed gaudere privilegio, ut designent viros ecclesiasticos, qua designatione facta illi a Pontifice eam jurisdictionem accipiant. Quare Pontifex apponit ut conditionem designationem personarum ab Abbatissis praestandam, qua designatione apposita ac impleta jurisdictionem eis personis concedit, non exspectato alio requisito nec confirmatione pontificia. Haec Mendo cujus doctrina confirmata in terminis per ea, quae P. *Suarez. in 3. part. D. Thomae disp. 26. de poenit. sect. 1.* habet his verbis: Aliquando vero contingit in ecclesia ut laicis vel foeminis concedatur facultas providendi seu nominandi confessores pro suis familiis vel subditis: illa vero non est commissio jurisdictionis, quae talibus personis fiat: sunt enim jurisdictionis spiritualis incapaces, sed solum est potestas ad eligendam vel designandam talem personam qua designata Pontifex seu Praelatus ecclesiasticus, qui talem facultatem dedit, confert illi jurisdictionem.

regimine frequenti usu cognovimus, tum demum ex his, quae saepius ad Nos in Petri Cathedra Dei miseratione residentes deferri contingit sive ex parte diversarum hujusmodi Monialium, quae animarum suarum angustias paternis oculis Nostris identidem subjicere coguntur, sive ex parte VV. Fratrum Nostrorum ecclesiarum Antistitum, qui Nobis earumdem monialium in suis dioecesibus existentium calamitates ex praeallegata causa ortas aut viva voce aut per literas non semel representarunt ac super ea re apostolicae providentiae opem postularunt. Hinc est, quod Nos earum spiritualibus indigentiis per hanc Nostram perpetuo valituram constitutionem opportune prospicere volentes *non quidem intendimus consultissimam illam et veteris disciplinae auctoritate roboratam legem tollere aut abrogare, qua generaliter statutum esse dignoscitur, ut pro singulis monialium monasteriis unus dumtaxat confessarius deputetur, qui sacramentales confessiones universae earum communitatis accipiat,* neque liceat unicuique moniali peculiarem confessarium pro libito sibi deligere, sed hoc dumtaxat Nobis propositum est constituere, ut si quando generalis hujusmodi legis vigor in peculiaribus casibus, non sine animarum detrimento aut periculo, servari posse videatur, in promptu sint opportunae dispensationis et indulgentiae remedia occurrentibus necessitatibus admovere.

Sane jamdudum s. Thomas Aquinas in *suppl. III. part. quaest. 8. art. 4. ad 6.* sive *in quartum Sententiarum*, ex quo commentario desumptum est hujusmodi supplementum, hoc Superioribus monitum dedit, ut subditis suis quibus certum et unicum confessarium designare solent haud difficulter licentiam concedant confitendi peccata sua alteri sacerdoti; propterea quod multi infirmi et imbecilles animo reperiuntur, qui potius eligerent sine sacramentali expiatione ex hac vita migrare, quam ipsa peccata certo alicui sacerdoti a superiore designato aperire. Jam vero Concilii Trid. Patres hanc legem districte sanxerunt *sess. 25. cap. 10. de Regular.*, ut Episcopi aliique monasteriorum Praelati subjectis sibi monialibus confessarium extraordinarium duabus aut tribus vicibus in singulos annos exhibere debeant, per haec verba: *Praeter ordinarium autem confessorem alius extraordinarius ab Episcopo aut aliis Superioribus bis aut ter in anno offerratur, qui omnium confessiones audire debeat.* Quod quidem non alia de causa praescriptum fuit, quam quia satis constabat nonnullas aliquando moniales esse, quae nulla ratione adduci possunt, ut aliquod peccatum sunm ordinario confessario confiteantur, adeo ut necesse omnino fiat alterius confessarii copiam ipsis suppetere, ut apud hunc de peccatis suis integre, rite atque utiliter confiteri possint. Id ipsum probe animadvertit magnus ecclesiae Dei sacerdos s. Carolus Borromaeus, qui praedicti Concilii Trid. absolutionem ope sua plurimum juvit ejusque executionem et observantiam in sua Mediolanensi civitate et provincia non sine immensis laboribus et curis invexit. Is enim hac de re decrevit: *Praeterea Superiores ex decreto s. Trid. Concilii quotannis idoneum confessorem extraordinarium monialibus sibi subjectis exhibeant, cui curent, ut universae confiteantur, ut, quae hujusmodi indigent medicina propter aliquem occultum animae morbum, neque ipsae eam postulare aut accipere ab usitato confessore unquam auderent, liberius mederi suis malis possint ac diaboli laqueos evadere, unacum reliquis confessario novo sua peccata confitendo;* uti legere est in actis ecclesiae Mediolanen. impress. 1599 pag. 53.

Porro quicumque conciliaris decreti sensus penitius introspexerit, non modo salutarem illius providentiam facile agnoscet, sed et circumspectam ejusdem aequitatem mirari debebit. Superioribus enim tantummodo injungitur, ut duabus tribusve vicibus infra annum Confessarium extraordinarium Monialibus exhibeant: *bis aut ter in anno offeratur.* Hujusmodi autem confessarius jubetur earum omnium confessiones excipere, quotquot eidem confiteri velint: *qui omnium confessiones audire debeat.* Neque tamen omnibus et singulis monialibus praecipitur, ut peccata sua extraordinario sacerdoti confiteantur. Nihil aliud enim requiritur ab omnibus in monasterio degentibus tàm scilicet a Superiorissa caeterisque monialibus professis atque novitiis quam a saecularibus quae vel educationis causa vel alio titulo in eodem monasterio cum debitis facultatibus commorantur, nisi ut extraordinario confessario singulae se sistant sive ad sacramentalem confessionem apud ipsum, si placuerit, peragendam, sive ad salutaria monita etiam extra sacramentalem confessionem ab ipso accipienda. Atque ita prudentissime consultum est, ne, si moniales aliquae extraordinarium confessarium audirent, aliae autem

coram ipso non comparerent, suspiciones atque oblocutiones excitarentur; et illae quidem censerentur necessarias habuisse causas, ob quas ad extraordinarii opem confugere coactae essent; aliae vero ab hujusmodi necessitatibus et causis immunes judicareutur. Quam agendi rationem communi doctorum calculo comprobatam s. m. Praedecessor Noster Clemens PP. XI. edicto suo (quod est XV. in II. parte ipsius bullarii) inviolabiliter servari mandavit eandemque omnium dioecesum consuetudo recepit. Nec aliud Nobis hac in re addendum superest, *nisi ut VV. Fratres Nostros ecclesiarum Antistites enixe hortemur, ut*, quamvis Trid. synodus de solis claustralibus monialibus in praemisso decreto loquatur, *nihilominus eandem disciplinae formam observent tam cum aliis monialibus, quae licet clausura legibus minime adstrictae sint in communitate tamen vivunt, quam cum aliarum quarumcumque mulierum aut puellarum coetibus seu conservatoriis*, quoties tam illae quam istae unicum ordinarium poenitentiae ministrum a Superioribus designatum habeant.

Quaecumque enim circa moniales in rigorosa clausura viventes cavenda sunt, eadem in aliis quibuscumque mulieribus sive regularibus sive saecularibus in communitate aut collegio degentibus locum habere possunt, ideoque pari providentia iisdem remediis arceri aut emendari debent. Et Nos quidem, quum hanc consuetudinem offerendi confessarios extraordinarios bis aut ter in anno singulis tam monialium non claustralium communitatibus quam piis aliarum puellarum et mulierum coetibus et communitatibus, in Nostra civitate et dioecesi Bononiensi induxerimus (qua de re exstat edictum nostrum n. LVI. inter pastorales institutiones italico primum sermone a Nobis vulgatas deindeque in latinum conversas); omnibus testari possumus vel potius debemus, uberem spiritualium utilitatum messem Nos inde evidenter collegisse. Quum vero super relati conciliaris textus intelligentia nonnullae quaestiones alias excitatae eaedemque jam pridem per opportuna Sedis apostolicae decreta definitae fuerint, operae pretium ducimus hujusmodi definitiones ab omnibus, ad quos spectat, omnino tenendas atque servandas his Nostris apostolicis literis complecti et auctoritatis quoque Nostrae robore communitas in praedictorum omnium notitiam deducere.

Et primo quaesitum fuit, ad quem Superiorem pertineat extraordinarium confessorem monialibus deputare atque offerre?

Sed facilis fuit responsio, quam Nos quoque decreto Nostro ratam habemus: *hujusmodi scilicet deputationem ad eum regulariter spectare ad quem pertinet confessarii ordinarii electio et deputatio ideoque Episcopus sive Ordinarius loci* qui monialibus sibi subjectis confessarium ordinarium dare consuevit, idem confessarium extraordinarium bis aut ter in anno ad normam Trideutinae sauctionis eisdem offerre tenetur; *Praelatus vero regularis* ad quem pertinet ordinarium confessarium subditis sibi monialibus servata apostolicarum constitutionum forma designare et constituere, *ipse etiam eisdem extraordinarium confessarium*, in vim praefati decreti et juxta easdem constitutiones, duobus aut tribus per annum temporibus *exhibere potest ac debet.* Quae tamen ideo *regulariter* obtinere diximus; *qui si Episcopus aliquis* (quod Deus avertat) *adeo in hac re negligens esset*, ut monialibus suis bis terve in anno extraordinarii confessarii copiam facere praetermitteret, obtendens, ut moris est, nullam hac de re monialibus ipsis sollicitudinem aut curam esse, *tunc volumus dilectum Filium* Nostrum s. romanae ecclesiae Cardinalem modernum et pro tempore existentem *majorem poenitentiarium* statim ac pro parte monialium hujusmodi requisitus fuerit *Ordinarii Pastoris negligentiam supplere debere eorumque monasterio extraordinarium confessarium* ex eorum tamen numero, qui ad excipiendas monialium confessiones ab ipso Ordinario loci approbati fuerint, *cum omnibus necessariis et opportunis facultatibus concedere et deputare. Quod si Praelatus regularis eandem Concilii legem de confessore extraordinario* bis aut ter in anno monialibus sibi subjectis exhibendo similiter *implere neglexerit*, tunc locus fiet decreto Congregationis s. romanae ecclesiae Cardinalium ad ipsius Concilii interpretationem et exequutionem auctitate apostolica deputatorum, quo scilicet eadem Congregatio ad quaestionem ab Episcopo Vercellensi propositam die 23. Aug. 1631 rescripsit ut infra: Episcopus Vercellen. supplicat sibi responderi:

An deputatio confessarii extraordinarii monialium regularibus subjectarum spectet ad Ordinarium loci?

S. Congregatio censuit:

Ad Episcopum non pertinere, nisi in casu negligentiae eorumdem Regularium. Nec aliter respondit quaestionibus ab Episcopis Belgii exhibitis die 6. Apr. 1647, ut legitur decretor. lib. XVIII. pag. 397. Quae quidem rescripta et decreta Nos etiam praesentium tenore et apostolica auctoritate in omnibus et per omnia approbamus et confirmamus.

Quum autem Trid. synodus de universa quidem monialium communitate ut supra decreverit, sed nihil de singulis monialibus statuerit, ut patet legenti textum citati cap. X., utque etiam jam usque ab anno 1575 judicatum fuit ab ipsa Congregatione Cardinalium Concilii Interpretum per subsequens rescriptum etc. censuit: *Extraordinarium confessorem offerendum non alicui moniali singulariter sed omnibus monialibus universe, ut omnium confessiones audire debeat; in arbitrio tamen cujusque monialis esse, ut confessario extraordinario velit confiteri.* Hinc ortum habuit alterum controversiae seu dubitationis caput: an scilicet, ubi jam universae communitati bis terve infra annum confessarii extraordinarii copia facta est, *et nihilominus aliqua monialis confessarium peculiarem extra ordinem sibi concedi petit*, an, inquam, hujusmodi petitioni sit indulgendum? Id autem primo loco quaesitum fuit, proposito casu monialis graviter aegrotantis, quae in mortis periculo pro spirituali consolatione postulet, alium sacerdotem, qui tunc non sit ordinarius monasterii confessor, suprema sibi ecclesiasticae pietatis officia et poenitentiae Sacramentum ministrare. Huic annuendum facile esse s. Congregatio pluries judicavit ut videre est ipsius decretor. *lib. XVIII. pag. 322. a tergo*, sub die 6. Apr. 1647 et eodem *libro pag. 586.* die 22. Febr. 1649, quae pariter decreta a Nobis praesentium tenore approbantur et confirmantur, *ut scilicet Episcopi subjectis sibi monialibus in gravi infirmitate constitutis et id expetentibus peculiarem confessarium concedere debeant*; iidemque etiam idipsum praestent erga moniales regularibus Praelatis subjectas, quum aliqua ex illis a suo Superiori regulari hujusmodi gratiam impetrare non potuerit. In hoc autem casu nihil statuitur de Cardinali majore Poenitentiario, non ideo, quia nequeat is pro singulis monialibus idem facere, quod supradiximus eundem pro toto monasterio facere posse, sed quia tunc, ob temporis angustias, interclusa praesumitur via recurrendi ad ipsius officium. Quod si nihilominus ipsius adeundi tempus et modus suppetat, ad eum pertiuebit, eadem prorsus ratione peculiaribus supplicantium necessitatibus providere, qua dictum est superius, universae religiosae communitati ab ipso consuleudum esse.

Actum deinde fuit de peculiaribus quibusdam monialibus, quae nec corpore infirmae nec morti proximae ordinario tamen ministro confiteri obfirmate recusant. Istarum quoque animi debilitas commiseranda est et sublevanda, adeoque, ubi earum reluctantia superari nequeat, *confessarius extra ordinem deputandus* est, qui earum confessiones peculiariter accipiat. Id vero circa mouiales Episcopo seu Ordinari loci subjectas ab ipso Ordiuario praestari debet. Quod autem ad illas pertinet, quae Regularium regimini subsunt, ad regularem Praelatum pertiuet, servatis servaudis, peculiarem ipsis destinare confessarium ex approbatis ab Ordinario ad confessiones monialium vel, si sacerdos ille, cui ejusmodi monialis confiteri cupit, pro illis non sit approbatus, cum ipso Ordiuario agendum erit, ut pro excipienda saltem illius monialis confessioue et pro tot vicibus, quot expedire judicabitur, eundem approbet. Sin autem contingat (neque id adeo rarum est) ut regularis Superior ad concedendum hujusmodi confessarium extraordinarium Moniali communem confessarium recusanti nullo pacto adduci possit, jam huic casni provisum est per decretum 1573 a s. Congregatione C. editum et a fel. rec. Gregorio PP. XIII. tunc apostolicum thronum obtinente approbatum et confirmatum, quod nunc iterum confirmationis Nostrae auctoritate roboramus. Decreti verba relata *lib. 1. Decretorum ipsius Congregationis pag. 66. a tergo* haec sunt: *Monialis per aliquod tempus noluit confiteri confessariis regularibus.* Dubitatum fuit: *An Episcopus Regiensis posset dare dictae moniali confessorem alterius ordinis regularem vel saecularem, cui illa semel vel pluries confiteantur peccata sua, et a quo absolvi possit?*

SS. Dominus Noster etiam ex sententia Congregationis C. declaravit: *Dictum caput X. ita esse intelligendum, ut etiam possit Episcopus concedere confessarium alterius ordinis saecularem.* Praeterea nihil obstat, quominus ipsa monialis recursum habeat ad Cardinalem majorem Poenitentiarium, a quo ipsi providendum erit, ut supra dictum est, per deputationem confessarii ex approbatis ad mouiales, apud quem illa confiteatur.

Quaesitum denique fuit de monialibus illis, *quae neque aegrotant neque recusant ordinarium poenitentiae ministrum a monasterii Praelato pro universa communitate deputatum, verum pro majori animi sui quiete atque ulteriori in via Dei progressu* facultatem petuut confitendi aliquoties sacerdoti ad excipiendas monialium confessiones jam approbato. Qua de re non semel Nobis iu minori statu degentibus accidit, ut cum aliquibus Episcopis aut Regularibus monialium Superioribus agere debuerimus. Porro in aliquos ex iis incidimus plus nimio severos, qui aspera quadam verborum brevitate respoudebant, quod quum moniali postulanti libera fuisset facultas confitendi extraordinario sacerdoti, qui uuiversae communitati non semel eo anuo jam datus fuerat, tunc opportebat eam couscientiae suae consuluisse: quod si oblata commoditate uti noluerat, id sibi imputaret, neque pergeret Superiori molestiam afferre, ut peculiarem confessarium extra ordinem ipsi concederet.

Nobis autem objicientibus monialem hujusmodi ad apostolicae Poeniteutiariae officium facile recursum habituram ibique haud aegre impetraturam id, quod ab ipsis Superioribus ei denegatum fuisset, iterum coustanter respondebant, extraordiuarium hujusmodi confessarium post impletam ab ipsis erga universum monasterium Trid. Coucilii legem ab alio quidem concedi posse, sed a se nuuquam coucessum iri.

At vero neque tunc Nobis arridebat neque profecto nunc Nobis placet rigida isthaec agendi ratio. Persuasum euim habebamus adeoque habemus, non solum iutegrae communitati sed singulis etiam monialibus indulgendum esse in iis rebus, quae juste et irratiouabiliter petuntur, maxime quum illae ad earum couscientiae quietem et securitatem couferre diguoscuntur. Neque sane hujusmodi postulatioues aut temere exaudiri aut siue causa rejici debere ceusemus, sed inquirendum iuprimis esse de qualitatibus tum monialis quae confessarium ab ea requiritur, ut utrisque diligenter inspectis deliberari possit, an illius votis annueudum sit an non. Si enim Monialis ex uua parte nullum det adversae suspicioni locum, ex altera vero confessarius non modo legitimam Ordinarii approbatiouem sed etiam commune probitatis testimouium pro se habeat, nullo modo probare possumus tam firmum hujusmodi Praelatorum in reuueudo propositum nec intelligimus, cur post Confessarium extraordinarium iutegrae communitati juxta legem Coucilii Trid. oblatum nulla omnino monialibus singulis spes relinquatur obtinendi peculiarem confessarium cujus cousilio et opera justis fortasse de causis iudigere se arbitreutur. Nou ita sane hac de re sentiebat sapientissimus ille auimarum rector s. Franciscus Salesius, cujus doctrinae summam ex illius operibus tum editis tum manuscriptis collectam, bon. mem. Joannes Petrus le Camus Episcopus Bellecensis justo volumine complexus est, cui titulum fecit: *Spiritus s. Francisci Salesii.* In hujus compeudio quod ex gallico in italicum sermonem couversum Venetiis 1745. pro quarta vice typis editum est parte XVII. cap. 6. aperte legitur, quod, quum b. Episcopus non ita intelligeret praemissum Coucilii Trid. decretum, ut vetitum existimaret, confessarium extraordiuarium, pluribus etiam quam tribus vicibus in auuo religiosae communitati offerre; quae quidem sententia plures habet suffragatores, quos refert *Diana in editione coordinata t. 7. tract. 1. res. 348.*; nou solum solebat snis monialibus visitatiouis b. Mariae V. quater iu auuo, videlicet iu singulis hebdomadis quatuor temporum, confessarium extraordinarium deputare, verum etiam earum respectivis Superioribus commeudatnm reliquit, ut singulis monialibus, quae non ex auimi levitate neque ex iudiscreta affectionis singularitate confessarium extraordiuarium peculiariter petereut, haud se difficiles iu eo concedeudo praeberent. Nec aliter se gerere consuevit ven. mem. Gregorius Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus. Is euim, ut testatur illius quondam Vicarius generalis Joannes Clericatus iu *tractat. de poenitentia decis. 41. n. 7.* et Patrum Tridentiuorum decretum quoad omnia monialium mouasteria in sua civitate et dioecesi existentia quotauuis reipsa exequebatur et nihilominus exorari se patiebatur a monialibus, quae aliquaudo ratiouabilibus de causis peculiarem pro se confessarium expetereut. Hujusmodi regulis et exemplis nostram quoque ageudi ratiouem in spirituali monialium regimiue conformare curavimus maximumque utilitatis et quietis fructum nos iude percepisse coguovimus. Quapropter VV. Fratres ecclesiarum Autistites atque dilectos Filios quarumcumque religiosarum mulierum rectores hortamur in Domino et enixe mouemus, ut eandem viam,

quoad fieri potest, insistere nou recusent et non adeo difficiles se praebeant peculiaribus monialibus extraordinarium confessarium aliquando expetentibus, quiu potius, uisi aut monialis postnlantis aut confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeant, earum justis precibus obsecuudare studeant: illud cogitantes, quod etsi liberum sit cuilibet moniali Cardinalem majorem poenitentiarium adire, cui ea iu re facultas cumulativa cum omuibus locorum Ordinariis a romano Pontifice tribuitur, uihilominus ea est aliquando necessitatis urgentia, ut remedium, quod de longinque petendum est, non satis tempestive adveuiat: Et quamvis etiam quorumlibet negociorum expeditiones, quae in officio Poeuitentiariae apostolicae fiunt, ab omni vel miuima pecuuiae solutione iuviolabiliter sunt immues, nou omnibus tamen monialibus facile est iuvenire, qui earum negocia in Urbe procurare velit et possit. *Jam vero postrema superest quaestio, nimirum de qualitatibus confessarii extraordinarii*, qui vel pro uuiversa monialium commuuitate vel pro aliqua mouiali peculiariter deputari debeat. Porro uullo unquam tempore dubitatum fuit: an in hujusmodi sacerdote aetatis maturitas, morum integritas, prudeutiae lumeu requiratur, quas quidem dotes in eo, qui ad hujusmodi muus adhibetur, necessarias esse omues fateutur. Sicut etiam minime dubitatur, quin idem ab Ordinario loci specialiter pro mouialibus approbatus esse debeat, quum hujusmodi approbatio ex apostolicarum constitutiouum lege omniuo requiratur nou solum iu omnibus tam ordinariis quam extraordinariis confessariis, qui monialibus etiam regularibus subjectis ab earum respective Superioribus deputantur, sed etiam iu iis, qui a Cardinali majori Poenitentiario conceduutur, etiam apostolica Sede vacante, quo uimirum tempore amplioribus is pollet facultatibus, ut videre est iu Nostra constitutioue super illius facultatibus edita, quae est 95. in t. I. Bullarii Nostri, ubi paragrapho 54.*) eidem conceditur *ut vacante sede monialibus confessarios extra ordinem valeat deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro earum libitu inter approbatos ab Ordinario ad audiendas monialium confessiones eligendos.* Quamobrem ad id dumtaxat redacta est controversia: *an scilicet e clero sacculari an vero e regulari eligendus sit hujusmodi confessarius, tum inter regulares: an assumi possit ex quolibet ordine alias permisso, an vero semper deputari debeat ex ipso ordine Praelati regularis, ad quem monasterii regimen spectat. Sane pro monialibus Episcopo immediate subjectis regula est ut ordinarius earum confessor sit sacerdos saecularis, extraordinarium vero ex ordinibus regularibus saepissime assumi apud plerosque Episcopos usu receptum esse constat,* deficiente forsan per singulas dioeceses saecularium presbyterorum ad id muneris idoneorum copia. *Regulares autem Praelati monialibus sibi subjectis confessarium ordinarium designant e suo ipsorum ordine, extraordinarium autem etiam ex alio ordine regulari deputare possunt,* juxta decretum a dicta Congregatione Concilii editum die 26. Sept. 1595 ac relatum in lib. III. decretorum pag. 143. *a tergo*, ubi sic legitur: *Sacra etc. respondit, Superiores regulares teneri offerre confessarium extraordinarium ejusdem ordinis, alterius vero ordinis posse quidem, sed non teneri.* Nunquam tamen, quod meminerimus, ullum sacerdotem saecularem aut diversi ordiuis regularem vidimus a regulari Praelato monialibus sibi subjectis extraordinarium confessorem deputari. Deuique quum aliquando eveuire possit, *ut in casu negligentiae Superioris regularis ad Episcopum*, ut supra dictum est, *pertineat deputatio confessarii extraordinarii etiam pro monialibus regularium regimini subjectis, nulla ipse lege tenetur ad hujusmodi confessarium eligendum ex eo ordine, cujus est monasterii Praelatus, sed tali casu liberum est illi quemlibet idoneum presbyterum saecularem aut alterius ordinis regularem* ad audieudas earum mouialium coufessioues deputare. At quum superioribus auuis apostolicae Sedi expositum fuisset pluribus de causis iisque gravissimis quas hic referre opus nou est nou tam opportuuum quam plane necessarium videri, ut mouialium monasteria regularinm regimini subjecta semel saltem iu anno confessarium extraordiuarium diversi ordinis regularem aut e saeculari clero presbyterum habereut, hujus rei examen jubente fel. record. Praedecessore Nostro Iunocentio PP. XIII. assumptum fuit a peculiari Cougregatione ex 5 tunc existentibus S. R. E. Cardinalibus composita, cui Nos tunc in Minoribus constituti iu secretarii muuere operam praestabamus, quaeque per anuum et ultra singulis hebdomadis cogebatur ad discutienda et definienda quam-

*) Vd. *Poenitentiarius apost.*

plura ecclesiasticarum quaestionum capita, quae deinde inserta sunt in apostolicis literis ab eodem Innocentio Praedecessore editis die 13. Maji 1723, quarum initium est: *Apostolici Ministerii*, quae etiam a san. mem. Praedecessore quoque Nostro Benedicto PP. XIII. in forma specifica confirmatae fuerunt per alias similes literas datas die 23. Sept. 1724.

Cum autem negocia, quae in ea Congregatione tractabantur, nullius privatas rationes attingerent, sed de restituenda potissimum Trid. Concilii observantia in quibusdam catholici orbis regionibus, ut ferebatur, non parum labefactata unice ageretur, necessarium minime judicatum fuit, aliquem velut in judicium vocare, ad deducenda jura, si quae sibi adversus illa, quae decernenda viderentur, competere forsan putaret. Sed Nostra peculiaris cura erat, ad singula proposita capita totidem dissertationes unicuique ex praefatis Cardinalibus exhibendas elucubrare, ad demonstranda videlicet fundamenta illius disciplinae, quae in usum revocanda censebatur. Nec aliter se res habuit, quum in eadem Congregatione, ut praefertur, in deliberationem venit, an decernendum foret, ut regulares monasteriorum Praelati una saltem ex tribus vicibus, quibus extraordinarium confessarium monialibus sibi subjectis in annos singulos exhibere debent, aliquem saecularem aut alterius ordinis regularem presbyterum ad id deputare tenerentur, utque ipsis hac in re deficientibus liberum esset Episcopis locorum Ordinariis eorum defectum supplere et emendare?

Verum quum Regularibus innotuisset a praedicta Congregatione conditum esse decretum eorum intentioni contrarium, utpote qui minime adstringi volebant ad hujusmodi annuam deputationem confessorum extraordinariorum e clero saeculari vel ex aliis ordinibus, nonnullarum religionum procuratores generales petierunt admitti ad deducendas rationes, quas hujusmodi decreto obstare putabant; cumque id facile impetrassent ac suam totiusque coetus Regularium causam per eximios illius temporis in romana Curia advocatos defendi curassent, sed nihilominus praedicta Cardinalium Congregatio in priori sententia permansisset, placuit praefato Praedecessori Innocentio, antequam decretum hujusmodi approbatione sua confirmaret, aliorum Cardinalium sententias audire. Itaque exclusis illis omnibus qui ex ipsius Pontificis deputatione in praecedentibus sessionibus per annum integrum negocia discusserant aliisque advocatis Cardinalibus, quibus exhiberi secreto fecerat conscriptarum allegationum exempla, Nobis etiam adesse jussis, qui rationum momenta a priori Congregatione prae oculis habita, si opus esset, exponere possemus, novam Cardinalium Congregationem ex improviso coram se convocavit, in qua iterum proposita quaestio diligenter ac mature discussa fuit ac demum ipse Pontifex de ipsius Congregationis consilio et assensu super hac re decrevit, ut sequitur: *Cumque ex eodem Concilio Trid. confessor extraordinarius bis aut ter in anno offerri monialibus debeat, qui omnium confessiones audiat, si inposterum Superiores regulares quoad monasteria ipsis subjecta toties praedictum extraordinarium confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint sacerdotem aut saecularem aut regularem alterius diversi ordinis professorem, in his casibus Episcopi pro sui arbitrio et conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo aut praetextu a Superioribus regularibus valeat impediri.*

Perscriptum sane fuit hujusmodi decretum ea occasione, qua agebatur de restituenda in certis quibusdam regionibus ecclesiastica disciplina ad formam Concilii Trid. Verum ipsius decreti vigor ad eas dumtaxat regiones minime restrictus fuit, quum et animarum pericula, quae ex perpetua confessorum ejusdem ordinis deputatione timebantur, in omnibus monasteriis Regularium regimini subjectis locum habere possint; et quaecumque adversus decretum ipsum adducta fuerunt, ex generalibus ordinum statutis et ex constitutionibus monialium Regularibus subjectarum fuerint desumpta. Cumque judicatum fuerit, ea omnia nequamquam obstare, quominus ita decerneretur, sequitur, ut, quamvis eidem decreto causam dederint peculiarium quarundam regionum necessitates apostolicae Sedi eo tempore expositae, *illud tamen generale sit et universos per Orbem regulares Monasteriorum monialium Praelatos afficere debeat.* Cum vero deinde alter laudatus Praedecessor Benedictus XIII. Innocentii literas in forma specifica confirmaret, Nobis constat, illius mentem fuisse, ut hujusmodi decretum universalis et inviolabilis legis vim obtineret. Super quo nihilominus ne ulla apud aliquos supersit dubitatio, *Nos ipsi praesentium literarum vigore ac motu proprio et certa scientia deque apostolicae potestatis plenitudine ipsum relatum Innocentii Praedecessoris decretum, statutum, mandatum atque praeceptum ad omnia per orbem ubique existentia et Regularium regimini subjecta monialium monasteria, quatenus opus sit, expresse extendentes et ampliantes decernimus atque statuimus, ut singulis annis, incipiendo a proximo anno 1749 a Nativitate Domini decurrendo, Regulares monasteriorum Praelati teneantur bis aut ter in anno confessarium extraordinarium universis monialibus in iis degentibus offerre; si vero ipsi forsan hujusmodi confessarii extraordinarii deputationes intra praescripta tempora omiserint vel semper proprii ordinis Regularem sacerdotem ad hunc effectum deputaverint, ita ut praefatae moniales semel saltem in anno confessarium extraordinarium e clero saeculari aut ex alio ordine regulari non habeant, ad Episcopos dioecesanos omni appellatione remota devolvatur jus supplendi eorundem Praelatorum defectum* (si nempe pensatis rerum circumstantiis ita expediens esse judicaverint) *per deputationem confessarii extraordinarii*, quem tam in uno quam in altero casu aut e clero saeculari aut ex alio regulari ordine, pro ipsorum arbitrio, deligere possint et valeant.

Quocirca dilecto Filio Nostro s. romanae ecclesiae Cardinali, moderno Nostro et pro tempore existenti romani Pontificis in Urbe ejusque districtu Vicario in Spiritualibus generali earundem praesentium tenore committimus et mandamus, ut haec nostra decreta atque statuta tam in omnibus ejusdem almae Urbis monasteriis, quae Regularium regimini subsunt, quam in aliis quibusque Regularium aut saecularium mulierum aut puellarum domibus seu collegiis atque conservatoriis, quibus unicus ordinarius confessor a Superioribus deputari solet, in omnibus et per omnia juxta earundem literarum praescriptum exactissime observari et adimpleri faciat, ne forte audiri contingat, quod cum magna animi nostri molestia dictum aliquando esse cognovimus, apostolicas Constitutiones Romae quidem ferri et publicari, sed eas minime in ipsa Urbe ad effectum perduci.

Eandem porro curam et sollicitudinem injungimus et demandamus VV. Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis per omnes universi orbis ecclesias constitutis, quibus, ut satis perspectum putamus voluntatis nostrae studium, tam in eorum rationabilibus querelis justisque petitionibus suscipiendis quam in corruptelis, quas irrepsisse judicaverint, eliminandis; idque non ex ingenio nostro quidquam statuendo nec peregrinas novitates inducendo, sed veteres ut plurimum leges et regulas vigili Praedecessorum nostrorum providentia jampridem constitutas in pristinum debitumque vigorem et usum revocando: ita eosdem meminisse volumus, proprium zeli pastoralis officium non in eo situm esse, ut adversus ea, quae contra leges fiunt, inutiliter deplorando declament, sed ut illa de medio tollere curent, adhibitis opportunis remediis in eum finem jam praestitutis, implorato etiam apostolicae Sedis auxilio, ubi impedimentum aliquod eorum auctoritati et legum executioni afferri contingat, omnesque diligentias et curas, quas corrigendis abusibus ipsi fideliter impenderint, in irritum cedere videant.

Quoniam vero tam in superius allegato Clementis XI. edicto quam in synodalibus plurium Episcoporum constitutionibus statutum esse conspicimus, ut quo tempore extraordinarius confessor alicui communitati deputatus ministerio suo fungitur, *ordinarius confessor nullum ipsi impedimentum afferre audeat multoque minus praesumat per id temporis alicujus monialis sive Superiorissae* sive novitiae sive conversae neque demum alterius cujuscumque personae intra septa monasterii aut piae domus commorantis sacramentalem confessionem audire, Nos id quoque approbatione nostra roborantes et confirmantes statuimus et mandamus, ut Episcopi quidem, si de monasteriis aut domibus eorum regimini subjectis agatur, Regulares autem Superiores, quod ad illas communitates attinet, quibus ipsi praesunt, pro hujusmodi legis implemento advigilent et contravenientes meritis poenis coerceant et afficiant.

Ac demum quibuscumque confessariis extraordinariis, qui vel alicui communitati generaliter vel peculiariter alicui personae in monasterio degenti concessi ac deputati fuerint, *districte inhibemus sub poenis adversus accedentes ad monasteria monialium et cum ipsis conversantes praesertim Regulares a Praedecessoribus Nostris quandocumque statutis* quas etiam praesentium vigore confirmamus et innovamus *ne, postquam suum*

officium impleverint, ad idem monasterium ulterius accedere aut ullius generis commercium intra ipsum quomodocumque continuare et fovere etiam sub spiritualis causae aut necessitatis obtentu et colore audeant aut praesumant.

Decernentes, ipsas praesentes literas atque omnia et singula in eis statuta atque praescripta, etiamsi quicumque in iisdem interesse habentes seu habere praetendentes ad id vocati et auditi non fuerint nec praemissis consenserint aut alterius cujuscumque generis defectus forsan adversus eas objiciatur, semper et perpetuo valida et efficacia esse et fore et ab omnibus, ad quos spectat atque in futurum spectabit, inviolabiliter etiam perpetuo observari etc.

Non obstantibus etc.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 5. Ang. 1748.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa de Curia

J. C. Boschi. J. B. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium. Publicata die 26. Augusti 1748.

Ariminen.

Ad dub. 1. An Canonicis regul. in eorum comitiis et capitulis liceat ultra confessarium ordin. deputare alium viceconfessarium ad annum vel ad alind certum tempus pro administrando poenitentiae Sacramento monialibus sibi subjectis, quoties ob absentiam vel infirmitatem ordinarii Confessarii vel aliam justam causam ita expedire videatur?

2. An hujusmodi viceconfessarius debeat pro qualibet vice intra suae deputationis tempus occurrente approbari ab Episcopo vel potius sufficiat enm semel ab initio approbari?

3. An idem vicecoufessarius possit etiam ab Abbate aut ab eorundem Canonicorum regul. capitulis deputari in Coufessarium extraordinarium Monialium ad formam S. C. Tr. *s. 25. c. 10. de Regul.?*

4. An pro exercendo munere confessarii extraord. sufficiat pariter quempiam idoneum a Superioribus regul. deputari et ab Episcopo approbari semel per annum vel potius requiratur approbatio Episcopi pro qualibet vice infra annum occurrente?

S. C. resp.

Ad 1 et 2: Affirmative cum approbatione Episcopi et certiorato Episcopo in casu impedimenti et cum ejus licentia.

Ad 3: Negative.

Ad 4: Negative ad I. partem et affirmative ad II., et amplius in omnibus.

Die 27. Jan. 1748.

f) Habitaculum.

Vd. t. III. §. 7. p. 1274. *Confessar. monial.* (emolumentum.)

Ad dub.: An liceat confessariis regularibus monialium iisdem subjectarum habitare in mansionibus sitis in atriis monasteriorum muro circumvalatis et quae sunt contigua monasteriis et habeut portam, quae clauditur?

S. C. C. resp.: Negative.

Die 19. Sept. 1722.

Habitatio confessarii licet debeat esse vicina, non tamen sit conjuncta seu contigua monasterio, sed ab eo disjuncta, non solum per parietes, sed etiam per tecta, *s. Congreg. Episcop. in Ariminen. 22. Jan. 1576, 19. Aug. 1578, 2. Jan. 1579* et *22. Jan. 1593*, in *Bononien. 3. Maji 1593*, in *Januen. 14. Nov. 1603*, in *Mantuana 22. Nov. 1604* et saepe alibi et expresse statuit Alexander VII. in d. constitut. *Felici* §. 7.*) sub gravissimis poenis contra Superiores et confessores regulares transgressores: et novissime s. Congr. Conc. in *Ulixbonen. Occidentalis 19. Sept. 1722* ubi decrevit, quod confessarii monialium non possint habitare in atriis monasteriorum muro circumvallatis contiguis monasteriis et habeutibus portam, quae clauditur, apud *Ursayam in Miscellaneo primo sacro et profano lit. C. n. 238.*

Tametsi agatur de monasteriis exemptis et regularibus subjectis ad Episcopum pertinet cognoscere tum approbare, an confessarius regularis debeat pernoctare prope ipsa monasteria ex causa distantiae conventuum, ut statuit Alexander VII. in const. *Felici.*

g) Ingressus in monasterium monialium.

Vd. t. III. p. 1257. III.; 1275. XI.

*) Vd. *t. III. p. 1274.*

h) Ordinarius.

(Tempus.)

Vd. *Confessarius monial.* (extraord. p. 300.); p. 389. §: *Ex.*

Ad dub.: An confessarii ordinarii monialium possint ultra triennium durare et maxime per longum tempus?

S. C. resp.:

Singulis trienniis mutari debere.

Die 20. Sept. 1642.

S. Congregatio ad quam inpraesens SSmus D. N. supplicem hunc novum libellum remisit mature perpensis tam relatione Patris Procuratoris generalis quam omnibus deductis in hujusmodi negotio et decretis super eodem ab ipsamet s. Congregatione editis sub die 27. Sept. 1737 et 16. Maji 1738 censuit praesenti novissimo decreto expediendo per literas apostolicas etiam in forma brevis decernendum, prout ponente Emo Duo Card. Barberini super hujusmodi instantia decrevit: Moniales oratrices pro singulis capitulis provincialibus nominent atque proponant duos religiosos, ex quibus provincialis cum suo definitorio unum sibi magis benevisum in Domino teneatur eligere et in confessarium instituere ad triennium, qui possit continuare per aliud triennium servatis tamen de jure servandis et dictus confessarius exerceat, reportata facultate ab Episcopo ordinario loci, eademque formula observetur etiam tam pro eligendis confessariis extraordinariis quam in casu vacationis officii confessarii ordinarii quacumque de causa.

Confessarius vero electus et destinatus proponat provinciali duos religiosos sacerdotes et totidem laicos, de consensu tamen monialium, ex quibus concedat illi unum sacerdotem et alium laicum etc.

Romae 12. Augusti 1738.

Archiepiscopo Leopolien.

Quae Tuae Amplitudinis animum sicut nuper accepimus ad id impulerunt quod in monialium illius dioecesis spirituale vergeret beneficium, cum ut plurimum ob exiguam confessariorum copiam vel alia de causa si qui essent id praestare renuentes, opus ideo habeant, ut qui in praefato munere actu exercent diutius valeant confirmari etsi jam alias pluries per triennium fuerint confirmati, ea ipsa SSmus Dominus Noster ob illatas rationabiles causas, vera urgentiaque jam novit et consulto itaque in audientia 4 currentis istiusmodi petitionibus annuit, juxta rescripti formam quod seorsim Amplitudo Tua exaratam inspiciet.

Non adeo vero indefinite hanc concessit confirmandi confessarios licentiam ut ii perpetuo videantur suo munere fungi; dissidia namque inter moniales, contentiones et odia proindeque salutis aeternae dispendium non raro ex illorum nimis diuturno munere ultra secundum vel tertium triennium compertum est experiri. Si ergo data occasione de aliis confessariis quam de exercentibus commode poterit Amplitudo Tua monasteria providere eidem hoc onus incumbit et pro suo arbitrio et conscientia id perficere curet. Haec igitur ab EE. PP. ejusdem s. Congregationis erant cum Amplitudine Tua ulterius conferenda etc.

Romae 29. Februarii 1791.

Eminentissimi Patres.

Hieronymus Episcopus Brixien. humiliter exponit in sua dioecesi nonnulla existere monasteria monialium s. Ursulae in regulari clausura sub regula s. Augustini degentium.

Cum neque in earumdem constitutionibus neque in bulla approbationis fel. rec. Panli PP. V. nihil cantum sit circa triennalem immutationem confessarii ordinarii humiliter a s. Congregatione petit:

Num praedictarum monialium confessarius singulis trienniis immutari debeat? Et quatenus affirmative eamdem s. Congregationem enixe rogat, ut facultatem indulgeat ad aliud saltem triennium confirmandi confessarium in monasterio Ursuliuarum loci Caproli, quem eaedem moniales retinere valde exoptant, atque in capitulo coram nobis habito per secreta omnium vota unico excepto confirmarunt.

S. C. respondendum censuit: Affirmative et hac vice conceditur facultas confirmandi confessarium ad secundum triennium de consensu duarum ex tribus partibus monialium.

Die 30. Jan. 1852.

i) Ordinis sui.

Vd. *Confessar. regularium* (ordinis sui); *Confessar. monial. extraord.* p. 390.

Redditis nuper SSmo Domino Nostro literis priorissae et duarum monialium coenobii s. Catharinae Senensis istius civitatis datae

29. Januarii 1764, quibus exponebant in earum monasterio ordinis s. Dominici paucis abhinc annis confessarii munus obire aliquot etiam aliorum ordinum religiosos cum non levi detrimento spiritualis omnium profectus ob contentiones excitatas a diversa singulorum opinione, cum quisque studeat ad proprii instituti normam poenitentes dirigere et ratione servitii in suis ecclesiis praestandi ad confessiones monialium audiendas accedunt horis minus opportunis, dum illae vel choro interesse vel aliis religiosae communitatis occupationibus incumbere tenerentur atque demum in egestate qua praedicti religiosi laborant, ea passim accipiunt a monialibus quae ad victum et vestitum necessaria sunt, quae a propriis monasteriis minime illis submiuistrantur, unde moniales a perfectae vitae communis observantia distrahuntur. His malis paterna sua vigilantia occurrere volens Sanctitas Sua praesentes literas ad Amplitudinem Tuam dandas esse mandavit, ut pro monasterio singulisque aliis providens de uno idoneo confessario qui sit ordinarius totius respective communitatis juxta formam ss. canonum et S. C. Trid., nec omittas extraordinarium pro universa communitate ad praescriptum constitutionis s. m. Bened. XIV. *Pastoralis curae**) sub data nonis Augusti 1748. Sic igitur exequi curabit.

Romae 3. Decembris 1767.

k) Qualitas etc.

Vd. *Confessar. Monial. extraordin.* p. 390.; *Confessar. regular.* (qualitas).

Ex constitut. ffr. Ord. B. M. V. de Monte Carmelo discalc. Cong. Hispaniae.

Pius PP. VI.

1. Quia in monialium regimine apostolica nostra auctoritate commisso, quaecumque quantumvis maxima adhibeatur cura, ut ipsae magis magisque adhaereant et in sancta sua professione in dies sine intermissione proficiant, nunquam superest, et quia ad perfectionem tendi vix potest absque duce probo et sapienti nihilque ei magis obstat quam dux coecus aut imprudens, qui vias Domini nesciat aut decliuet ab iis, admonemus patres provinciales, eorum conscientias onerantes, ut nonnisi personas aetate graves, maturas ac discretas, zelo plenas religiosisque moribus ornatas in monialium confessores praeficiant. Quod ut plenius compleatur operae pretium duximus, sequentes statuere regulas inviolabiliter observandas.

2. Nemo religiosorum in confessarium vel extraordinarium conventuum monialium designetur, qui sive praelatus sive subditus sit aetatem 40 annorum praeter caeteras qualitates et exercitia literaria in prioribus requisitus non habeat.

3. In confessariis ordinariis monialium pro locis ubi non est religiosorum conventus ultra praedictas qualitates requiritur aetas quadraginta quinque annorum.

4. Utque hoc exactius fiat definitorium provinciale catalogum religiosorum, quos ad dictum monasterium aptiores judicet, efformabit, quem p. proviuciali tradet, ut ex eo monialium conventus de confessariis ordinariis provideat et suo arbitrio distribuat.

5. Provincialis singulis monialium conventibus designet ex nostris religiosis duos ad minus confessores ordinarios, qui earum confessiones audiant omuibus diebus aut vesperis commuuionis et quoties a praelato requirantur, et iusuper alios duos ordinis confessarios extraordinarios, qui in tribus paschatibus ad audiendas earum confessiones accedant.

6. Praeter dictos ordinis confessarios et extraxrdiuarios designet provincialis singulis monialium conventibus unum aut plures confessarios extra ordinem de clero saeculari aut regulari, qui semel saltem in anno ad eas alloquendas et earum confessiones audiendas accedaut, quibus omues mouiales se sistere et cum eis alloqui teneantur libereque suas eis conscientias (si veliut) aperiant, per tempus ad id necessarium, in quo confessarii ordinis illuc nou accedent, coeteraque ad literam serventur, quae circa hoc praescribuntur in constitutioue Benedicti XIV. *Pastoralis curae**). Et provinciales omui cura invigilent, ne in hac parte monialium libertas, verbo aut opere directe vel indirecte per sorores aut fratres sive alia quacumque via, vel minime laedatur.

7. Insuper ultra praefatos confessarios ordinarios et extraordinarios religionis et ultra designandos ex extraneis ad iustar constitutionis *Pastoralis curae*, provincialis iu unoquoque oppido ubi monialium est conventus duas ad minus praefiniant personas graves extra ordinem ab Ordinario ad monialium audieudas confessioues approbatas, quarum saltem una (si servatis praedictis qualitatibus opportune fieri potest) sit de clero saeculari cum quibus omnes illius oppidi religiosae, quando et quoties ipsis placuerit, possiut libere suas couscientias siue limitatione tractare et aperire, quiu praelata resistere queat, nec ob id molestiam ullam eis couferre. De quo provinciales in visitationibus specialem inquisitionem facient et transgressiones tam in monialibus quam in fratribus deprehensas omui severitate corripient.

Die 14. Mart. 1786.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 531. Ed. Romae.)

*) Vd. *p. 390.*

*) Vd. *p. 390.*

14) Monialium exemptarum.

(Facult. absolveudi a casibus Ordinario reservatis.)

Ad dub.: An confessarii monialium exemptarum et praelatis regularium subjectarum possint easdem etiam extra mortis periculum absolvere a casibus Episcopis reservatis?

S. C. C. resp.: Affirmative praeterquam quoad casus, quos Episcopus sibi reservaverit in materia claudestina spectante ad jurisdictionem delegatam.

Die 16. Novb. 1720.

Ad dub.: An confessarius regul. monialium exemptarum absolvere possit monialem complicem criminis carnalis externi mortaliter peccamiuosi secum commissi?

(Est casus reserv. in Dioec. Colon.)

S. C. C. resp.: Affirmative quatenus uon sit violata clausura.

Die 16. Novb. 1720.

Ad dub. 1.: An confessarii ab Episcopo approbati ad audiendas confessiones fidelium utriusque sexus possint sine speciali approbatioue Episcopi in confessarios monialium exemptarum a Superioribus regularibus destinari?

Et quatenus negative,

2. An saltem dicti confessarii regulares pro audiendis confessionibus unius mouasterii monialium exemptarum, vel pro una vice approbati, censeri debeant approbati semper et pro omnibus monasteriis monialium?

3. An regulares teneantur pro obtinenda facultate audieudi confessiones sive saecularium sive monialium se personaliter coram Episcopo praesentare sive potius sufficiat a Superioribus de sufficientia et idoneitate testimonium transmitti?

S. C. resp.

Ad 1.: Negative;

Ad 2.: Negative;

Ad 3.: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Die 7. Juuii et 2. Aug. 1755.

15) Monitio Leonis PP. XII.

EPISTOLA ENCYCLICA
LEONIS PAPAE XII.

LEO PAPA XII.

Venerabiles Fratres.

Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Caritate Christi urgente Nos, ut fructus passionis ejus in omnes, quantum divinitus concessa Nobis, licet indignis, potestate possumus, derivandos curemus, insignibus fidei, pietatis omnisque virtutis exemplis tum incolarum hujus Urbis tum advenarum, qui frequentissimi pro conditione temporum huc universalis Jubilaei causa convenerunt, magnam in spem erecti fore, ut ubique studia eadem Fidelium ad utilitatem animarum suarum, ad Dei et ejus Ecclesiae gloriam excitentur; votis item vestris obsecundantes, Venerabiles Fratres, et Principum catholicorum, quibus vera felicitas cordi est gentium sibi subditarum, quemadmodum a fel. rec. Praedecessoribus nostris Benedicto XIV. et Pio VI. factum est, Ecclesiae thesauros, uti Romae elapso anuo sacro, ita in universis orbis terrae regionibus aperiendos in Domino putavimus. Proinde Constitutionem ad universos Christifideles edidimus, qua Jubilaei ejusdem Indulgentiam exteudimus, et quae pia opera, quoque temporis spatio ad eam consequendam praestari debeant, item permissas arbitrio vestro facultates injuncta opera commutandi aut redigendi, eorum commodo qui impediti legitime fuerint indicamus, eamque, ut per Vos cognosci ab omnibus possit, Vobis mittimus. In re autem hujusmodi quam necessaria opera vestra sit, quantaque Vobis contentione sit laborandum,

ut felices consiliis nostris exitus respondeant, nihil necesse est dicere. Tantum enim boni ex solemni hac anni sacri celebratione percepturi sunt populi, quantum diligentiae studiique ad se, uti par est, praeparandos adhibuerint; ut autem plurimum adhibeant, id ex curis pendet, quas in id, pro munere officii vestri pastoralis, impenderitis. Agnoscant igitur per Vos quid et quantum illud sit quod eis tribuitur. Ostendite thesauri pretium quem reseramus et quam facile omnes possint ejus divitiarum esse participes, tum ob amplissimas quas ministris Poenitentiae concedimus facultates peccata remittendi, tum ob ipsam operum naturam, quae imponuntur peccatis expiandis. Scitis quanta fuerit ea in re disciplinae severitas in Ecclesia ante saeculum quartum decimum. Quicumque pro sola devotione, ait fel. rec. Praedecessor noster Urbanus II. in Concilio Claromontano, »non pro honoris vel pecuniae adeptione ad liberandam Ecclesiam Dei Jerusalem profectus fuerit iter illud pro omni poenitentia reputetur.« Neque sane aliter tunc concedi plenariam indulgentiam solitam fuisse novimus, quemadmodum verba illa referens doctissimus ac piissimus Dei servus Beatus Josephus Maria Thomasius Cardinalis animadvertit. »Hanc, inquit, plenariam indulgentiam, in qua opus injunctum gravissimum erat nuptiis, incommodis, laboriosissimis itineribus et imminentibus vitae periculis, ut potius videri possit immutatio poenitentiae, quam hujus absoluta relaxatio ... hanc, inquam, plenariam indulgentiam pro terra sancta alii postea summi Pontifices semper confirmarunt.« Lenitatem piae matris ecclesiae, imbecillitatem miserantis filiorum suorum, quae nunc onera tanto leviora ac faciliora pro bonis pretium omne excedentibus imponit, Fidelium considerationi proponentes, illud certe assequemini, ut nemo tam mollis et negligens reperiatur, quin bona illa velit tam parvo sibi comparare. Cavendum tamen est diligenter, ne inde occasione accepta, ut verbis utamur sanctae Synodi Tridentinae, »peccata ipsa leviora putantes, velut injurii, et contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labantur, thesaurizantes sibi iram in die irae.« Quare Ecclesiae quidem ea in re ostendatur liberalitas, sed nihil omnino diligentiae atque industriae negligatur, quo redigant homines in memoriam quaecumque contra Dei legem commiserunt, eaque dolentes ex animo ac detestantes integre ac sincere confiteantur; atque inde magis ad admirandam amandamque Dei benignitatem excitentur, qui se tam facilem ac placabilem praebeat iis, qui nunquam satis plectenda impietate »semel a peccati et Daemonis servitute per Baptismum liberati, et accepto Spiritus Sancti dono, scienter templum Dei violare et Spiritum Sanctum contristare non formidaverint.«

Eam ob causam exemplum secuti Praedecessorum nostrorum solemni indicto Jubilaeo divinum auxilium ad prosperum tanti operis exitum publice implorari jussimus, sine quo nihil ejusmodi humana potest imbecillitas, et frangi populo panem verbi Domini tum in templis tum in plateis, quo ministrorum ope salutis animarum zelo flagrantium et catholicam de Indulgentiis, ac Jubilaeo doctrinam doceretur diligenter, et de omni christiani instituti admoneretur officio, et ad sinceram poenitentiam gravissima oratione excitaretur.

Sibi igitur unusquisque vestrum, Venerabiles Fratres, hoc potissimum in tempore illud Prophetae dictum putet: »clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum;« et ipsi per Vos, quoad poteritis, et monitu vestro sacri oratores, quos elegeritis verbis ac vita ad movendos animos maxime idoneos, inculcent auribus omnium, quod omnibus comminatus est Christus: »nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.« Doceant, idipsum, nos ut poeniteat, petere supplici prece oportere, quod implorabat verbis illis Propheta: »converte nos Domine ad Te et convertemur:« ostendant, quanta in Deum injuria sit peccatum: incutiant salutarem animis terrorem severitate proposita divini judicii ac suppliciorum acerbitate quae parata sunt morientibus in peccato suo; excitent vero spem in omnibus ab infinita Dei bonitate impetrandae misericordiae, qui se exspectare affirmat, ut misereatur, cujus sunt voces illae dulcissimae: »convertimini et agite poenitentiam ab omnibus inquinamentis vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus praevaricati estis, et facite vobis cor novum et spiritum novum . . . . . Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: revertimini et vivite.« Ex quo illud facile consequetur, ut agnoscatur, quam dignus

amore sit pater adeo bonus ac misericors, indeque subeat consideratio, quam indigna tanta bonitate ratio sit eum offendere; dolor demique intimus oriatur ac detestatio peccatorum certaque ac deliberata voluntas vitam et mores emendandi.

Ita internae ostensa poenitentiae necessitate, ad eamque comparatis Fidelium animis de eadem quatenus sacramentum est diligenter doceantur. Admoneant eos ministri verbi Domini, aeque necessarium esse illud degenerantibus post baptismum, quam baptismum ipsum nondum regeneratis, merito proinde dictum »secundam tabulam post naufragium,« qua una in aeternae salutis portum liceat pervenire: ostendant quo sensu doloris et humilitatis, qua fide, qua integritate confiteri peccata sua debeant; neque illud docere praetermittant, confessionem generalem persaepe utilem esse, certis autem in casibus omnino necessariam: abluta vero per absolutionem culpa aeternaque poena condonata temporalem plerumque superesse; ita omnino divina exigente justitia, ut poenis saltem tempore definitis puniantur ii, quorum sceleribus nec ipsa nullis definita temporis finibus supplicia satis digna fuissent. Sic praeparatis animis Fideles sancti jubilaei fructus adipisci poterunt; sed ut opera qua par est pietate fiduciaque suscipiant, per quae hoc tantum boni sint adepturi, vestrum erit efficere, ut intelligant ac certum et persuasum habeant, relictum esse Ecclesiae a mediatore Dei et hominum Christo Jesu inexhaustum meritorum suorum thesaurum, quibus et merita accedunt beatissimae Virginis Genitricis ejus Sanctorumque omnium vi copiosae apud Dominum redemptionis eo dignitatis evecta, cujus divitias hominibus dividere in ejus esset potestate, quem Christus ipse visibile pro se invisibili in eadem ecclesia caput constituisset; ejus nempe prudenti arbitrio merita illa modo amplius modo arctius applicari vivis ad modum absolutionis, mortuis ad modum suffragii posse, si quidem illi per Sacramentum poenitentiae culpam eluissent aeternaque poena essent absoluti, hi vero si cum Deo caritate conjuncti migrassent e vita; in ea vero meritorum illorum applicatione indulgentiam esse positam, per quam temporales poenae apud divinam justitiam peccatis debitae plus minusve relaxantur, pro modo applicationis a dispensatore thesauri illius romano Pontifice constitutae et quam Fideles ad eam afferant praeparationis: ideoque plenariam esse indulgentiam jubilaei et ab aliis etiam plenariis indulgentiis distinctam, quae in modum jubilaei conceduntur, propterea quod anno solemnis remissionis, qui jubilaeus dicitur, amplior poenitentiae ministris ad hoc ipsum constitutis tribuitur facultas a peccatis absolvendi et vincula atque impedimenta relaxandi, quibus non raro confitentium conscientia implicatur: dum autem universi christiani populi in coelum ascendit deprecatio, certior in omnes ampliorque placati poenitentia Domini descendit miseratio.

Atque haec quidem, Venerabiles Fratres, docendi sunt populi; sed ut, quae docti fuerint, efficere cum fructu possint, quam necessaria sit apta et opportuna Sacerdotum opera, apud quos confiteri peccata sua debeant, probe intelligitis. Quamobrem curandum sedulo vobis est, ut ii, quos ad confessiones audiendas deligetis, ea meminerint ac praestent, quae de ministro Poenitentiae praecipit Praedecessor noster Innocentius III., ut scilicet »discretus et cautus, ut more periti medici similiter infundat vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi debeat consilium praebere et ejusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad sanandum aegrotum;« habeatque prae oculis documenta illa Ritualis romani: »videat diligenter sacerdos, quando et quibus conferenda vel neganda vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces, quales sunt qui nulla dant signa doloris, qui odia et inimicitias deponere aut aliena, si possunt, restituere aut proximam peccandi occasionem deserere ant alio modo peccata derelinquere et vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant et scandalum tollant.« Quae quidem nemo non viderit quam longe ab eorum ratione distent, qui, ut gravius aliquod audiunt peccatum aut aliquem sentiunt multiplici peccatorum genere infectum, statim pronuntiant se non posse absolvere; iis nempe ipsis mederi recusant, quibus maxime curandis ab eo sunt constituti qui ait: *non est opus valentibus medico, sed male habentibus;* aut quibus vix ulla scrutandae conscientiae diligentia aut doloris ac propositi satis videtur significatio, ut absolvere se posse existiment; ac tum demum tutum se cepisse consilium

putant, si homines in aliud tempus absolvendos dimiserint. Si enim ulla in re servanda est mediocritas, in hac potissimum servetur necesse est, ne vel nimia facilitas absolvendi facilitatem afferat peccandi vel nimia difficultas alienet animos a confessione et in desperationem salutis adducat. Sistunt se quidem multi Sacramenti Poenitentiae ministris prorsus imparati, sed per saepe tamen hujusmodi, ut ex imparatis parati fieri possint, si modo Sacerdos viscera indutus misericordiae Christi Jesu, qui *non venit vocare justos sed peccatores*, sciat studiose, patienter et mansuete cum ipsis agere. Quod si praestare praetermittat, profecto non magis ipse dicendus est paratus ad audiendum, quam ceteri ad confitendum accedere. Imparati enim illi tantummodo sunt judicandi, non qui vel gravissima admiserint flagitia vel qui plurimos etiam annos abfuerint a confessione; *misericordiae* enim Domini *non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus;* vel qui rudes conditione aut tardi ingenio non satis in se ipsos inquisierint, nulla fere industria sua id sine sacerdotis ipsius opera assecuturi; sed qui, adhibita ab eo necessaria, non qua praeter modum graventur, in iis interrogandis diligentia omnique in iisdem ad detestationem peccatorum excitandis, non sine fusis ex intimo corde ad Deum precibus, exhausta caritatis industria, sensu tamen doloris ac poenitentiae, quo saltem ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponantur, carere prudenter judicentur. Quocumque autem animo sint qui accedant ad ministrum Poenitentiae, nihil ei magis cavendum est, quam ne sua culpa diffisus quispiam Dei bonitati aut Sacramento reconciliationis infensus discedat. Quare si justa sit causa, cur differenda sit absolutio, verbis, quoad poterit, humanissimis persuadeat confessis necesse est, id et munus officiumque suum et eorum ipsorum salutem omnino postulare, eosque ad redeundum quamprimum blandissime alliciat, ut, iis fideliter peractis, quae salubriter praescripta fuerint, vinculis soluti peccatorum gratiae coelestis dulcedine reficiantur. Aptissimo ejus caritatis exemplo inter ceteros esse potest s. Raymundus de Pennafort, quem insignem Sacramenti Poenitentiae ministrum appellat Ecclesia. »Cognitis peccatis, inquit, adsit (confessarius) benevolus, paratus erigere et secum onus portare; habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate, adjuvet confitentem oraudo, eleemosynas et caetera bona pro eo faciendo, semper eum juvet lenieudo, consolando, spem promittendo et, cum opus fuerit, etiam increpando.«

Hujusmodi vero accepti patientia ac benignitate caritatis peccatores aequiore etiam animo poenae se subjicient, quae sibi satisfactionis nomine irrogabitur. Animadvertant enim necesse est, non eam esse vim ac naturam jubilaei, ut per ejus indulgentiam omni solvautur homines obligatione offensae peccatis Dei justitiae satisfaciendi, quasi vero quae poeuitentibus ejus rei causa a Sacerdotibus Sacramenti ministris per id tempus injunguntur, praestare necesse non sit. Nam ad Sacramenti integritatem pertinet satisfactio illa ueque profecto alia Nobis mens esse potest, dum permissa a Christo potestate de severitate debitae peccatis poenae per indulgentiam remittimus, uisi ut illi dumtaxat tanto fruantur beneficio, qui omnia impleverint, quibus, eodem Ecclesiam suam docente Christo, dicimus velle justitiae suae Deum per infinita ipsius Filii sui Redemptoris nostri merita satisfieri. Revocauda igitur vobis sunt in memoriam Poenitentiae ministris verba illa s. Concilii Tridentini: »debent sacerdotes, quantum prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et poenitium facultate salutares et convenientes satisfactiones injungere;« et quod docet Catechismus ejusdem s. Concilii, in irroganda scilicet satisfactionis poena nihil sibi suo arbitratu statuendum esse, sed omuia justitia, prudentia et pietate dirigenda; qua ut regula peccata metiri videantur et poenitentes suorum scelerum gravitatem aguoscant, operae pretium eis interdum significare quae poenae quibusdam delictis ex veterum canonum praescripto, qui poenitentiales vocantur, constitutae sint, universaeque satisfactionis modum culpae ratione temperandum.

Quam in rem illud etiam hoc praesertim tempore misericordiae et remissionis opportune admonebuntur sacerdotes, quod ait doctor Angelicus: »Melius est quod sacerdos poenitenti indicet quanta poenitentia esset sibi pro peccatis injungenda et injungat nihilominus aliquid, quod poenitens tolerabiliter ferat.« Quod ipsum antea docuerat Chrysostomus: »Si nulla ex parte, inquit, parcere volens debitam adhibuerit sectionem,

fiet saepe, ut animum ille doloris impatientia despondeus atque adeo omnia simul detrectans cum pharmacum tum vinculum, se ipse praecipitem ferat, contrito jugo et confracto laqueo. Equidem complures recensere possim, quos constat in extrema mala adactos non ob aliud, nisi quod digna ab eis poena, et quae peccatis perpetratis par esset, exigeretur.«

Huc vero cum pertineat saluberrima haec quae nobis divinitus facta est potestas merita Dei et Homiuis Christi Domini et Sanctorum ejus dispensandi, ut partibus omnibus impletis Sacramenti Poenitentiae quidquid poenae adhuc sibi luendum supersit peccatorum supplere fideles possint; date operam, ut intelligant, qua ratione, quo ordine, qua pietate, quae ad id iujuncta fuerint, siut exequenda. Discant supplicationes hasce, quae ad certas sacras aedes faciendae praescribuntur, instar esse quoddam statiouum illarum, quae priscis ecclesiae temporibus fieri solebant, cum mos fuit fidelium, ut certis diebus includerent se in sacris aedibus ibique jejuni orantesque et annos suos recogitantes in amaritudine animae suae usque ad vesperam perseverarent.

Quod si nunc temporis Ecclesia tanto minus requirit a filiis suis ad hoc etiam, ut plenariam consequi indulgentiam possint, id non ita sane est interpretandum, quasi uiuorem existimet nunc, quam antea, debere nos Deo compensationem pro peccatis; sed dum laboriosa opera mitigat misericordia, quantum de asperitate remittit exterioris satisfactionis, tantum conari vult homines, ut interioris vi contritionis piique ardore studii exsequendorum, quae imperaverit, operum interiori profectui afferant auimorum.

Atque ad hoc illud refertur, quod iuter injuncta opera Sanctissimae Eucharistiae perceptio numeretur, qua, cum ipse in ea fons coelestium omnium charismatum ac donorum Christus Dominus contineatur, nulla profecto efficacior res est ad ignem excitandum perfectae caritatis: ex quo liquet quantopere in eam curam incumbendum Vobis sit, ut fidelis populus tanti Sacramenti vim et naturam doceatur, et optime affecto ac praeparato animo ad illud accedat.

Habetis, Venerabiles Fratres, quae velimus potissimum, quod ad sacrum pertinet jubilaeum, fideles populos praemoneri. Freti studio vestro salutis commissarum Vobis animarum non modo Vos confidimus operam daturos, ut omnes ea studiose peragendo, quae indicavimus, plenariam, quam omnibus de inaestimabili Ecclesiae thesauro offerrimus, consequantur indulgentiam, sed ita consequantur, ut ejus fructus etiam inposterum permaneat. Eo enim pro sollicitudine nostra omnium Ecclesiarum spectant vota nostra, dum beneficium hujusmodi ad universos orbis Catholicos extendimus, ut omnis, si fieri potest, corruptela a moribus christiani populi in perpetuum removeatur. In vestro quique grege, quae potissimum vitia dominentur, probe nostis. In ea igitur radicitus evelleuda toto animo incumbere nunquam zeli vestri pastoralis desistat industria. Immane illud flagitium contumeliose in Deum loquendi quis credidisset fieri unquam posse, ut audiretur inter Christianos? Atqui tamen uulla jam pene regio est, in qua non temere juretur ac sanctum et terribile nomen Domini usurpetur irrevereuter, atque adeo non desint (horrescimus cogitantes pudetque dicere) qui ei, quem Angeli glorificaut, non vereautur maledicere.*) In hujusmodi impietatem, qua nulla major Divinae Majestati afferri potest injuria, exardescat zelus vester summaque ope invehatur . . . .

Vestrum potissimum est decorem diligere domus Dei: at illud maximae curae Vobis esse debet, ne illa adeuntium cultu habituque minus decente aut quavis irreligiositate violetur, quibus sane nihil eam magis dedecorat; neve unquam excidant fidelibus monita illa Christi Domiui: *Domus mea domus orationis est*, et: *zelus domus tuae comedit me.*

Meminerint admoniti per Vos populi praeceptum, quod ipse Dominus imposuit verbis illis: *memento, ut Sabbata sanctifices*, et horrendam illam in violatores sententiam: *Sabbata mea violaverunt vehementer: dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos et consumerem eos*: in quo tamen tanta est multorum perversitas, ut vel uon dubitent servilia exercere vel quae immunitas ab hujusmodi operibus ad vacandum Deo praecepta est, ea ipsi ad vacandum Diabolo abutantur; ita se diebus festis ad commissationes, ad ebrietatem, ad libidinem, ad omnia Diaboli opera projiciunt. Tollatur in perpetuum, quoad per Vos fieri poterit, scandalum hujusmodi succedatque illi orandi studium audieudique verbi Domini, neque

*) Vd. *Blasphemia, t. II. p. 1061.*

modo pie assistendo augustissimo Missae sacrificio, sed ipso sumendo Christi Corpore, saluberrima sacrificii ipsius participatio.

Quid vero de Ecclesiae praeceptis, quid nominatim de abstinentiae ac jejunii observantia dicemus? Quotus enim jam quisque est qui praeceptum illud praesertim vel, ut par est curet vel etiam non omnino contemnat? In hoc etiam intelligitis, quam necesse sit, Vos animum intendere, ut cognoscant fideles quo praecepta ecclesiae pertineant quantaque tantae parentis auctoritatem veneratione proseqni debeant, de qua sponsus ipse ejus Christus pronuntiavit: »si quis ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.«

Omnis quidem aetas curas vestras sibi vindicat, sed ea potissimum, ex qua futurus pendet ecclesiae status et humanae societatis, quamque ideo conjurata in utriusque perniciem omni ope ad suas partes adducere conatur impietas. Educationis ejus ac disciplinae vel negligentiam vel perversitatem inde magna ex parte repetendam esse probe cognoscitis ac nobiscum deploratis, quod jam homines matrimonii sanctitatis et officiorum cepisse videatur oblivio; adeo crebro contractus, ut vocant, civilis,*) qui tot in regionibus usurpatur, occasione, sanctissime sacramenti illius leges violantur, quod, Paulo Apostolo auctore, *magnum est in Christo et in ecclesia*; adeo invaluit iniquissima illa inter catholicos et haereticos conjuges conventio, ut vel tota proles patris vel mascula patris, femina matris religionem sequatur. Videtes igitur quanta Vobis suscipienda sit sollicitudo, ut fideles catholicam de Sacramento illo teneant doctrinam et ad parendum adducantur ecclesiae legibus, funestaque illa christianae educationis pernicies, quantum eniti hortatu et auctoritate possitis, a christiano populo amoveatur: generatim vero ut catholicis moribus atque institutis imbuantur adolescentes, et eisdem ipsis iustando et parentibus et praeceptoribus, contendite; praesertim vero ut caveant a seductoribus, ut adeo propagatam miserrima temporum conditione opinionum sententiarumque pravitatem, et unde teterrima malorum omnium seges orta est, libros religioni, moribus, quieti publice infestos perhorrescant. Quae ut pestis prohibeatur a fideli populo, eum identidem admoneudum curate, quam juste ac salubriter et a Praedecessoribus nostris et a christianis Principibus cautum sit, ne libri hujusmodi retineantur nullamque ea in re nimiam vigilantiam curamque existimate. Omuis autem aetatis, sexus, conditionis mortalibus consultum fuerit, si salutari pabulo assidue nutriantur verbi Domini, si frequens foveatur usus Sacramentorum, si pii coetus, quibus utrumque sit inprimis propositum, vel provehantur quicumque sint vel novi etiam instituantur.

Sed ad haec efficienda adjutoribus Vobis opus est, quos vocavit Dominus operarios in vineam suam. Quare admouete eos assidue quam non ipsis liceat esse otiosis quamque necesse sit, ut operam suam conferant ad mores populi moderandos. Inquirite sedulo in eorum vitam, sermones, convictus, consuetudines: »manus enim sordida, ut ait s. Gregorius M., aliam non lavat et oculus pleuns pulvere maculam non considerat; ita mundus debet esse qui vult aliena corrigere.« Ad cultus praeterea eorum exterioris gravitatem ac modestiam diligenter attendite. Ut autem docendis fidelibus et ecclesiasticis ministeriis recte riteque obeundis sint idonei, ne sitis experimento contenti, quod dederint anteqnam ordinibus initiarentur; sed curate, ut initiati nunquam desinant in rerum sacrarum studiis impigre se exercere. Quo spectat quod Concilium Romanum habitum a Benedicto XIII. anno Jubilaei 1725 de congregationibus decrevit ecclesiasticorum »semel in unaquaque hebdomada habendis, in quibus alternatim et rituum et conscientiae casus propouantur, discutiantur et practice exerceantur;« quodque proinde Vobis majorem in modum volumus commendatum.

Ceteris vero ecclesiasticis eos aequum est in omnibus excellere, qui excelluut dignitate. Eorum idcirco a Vobis ratio est habeuda diligenter, ut nihil in eis reprehendendum populus animadvertat, quos maxime intuetur; sed ita Vobiscum consilio atque opera conspirent in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi, ut merito cum Concil. Trid. ecclesiae Senatus dici possint. Parochorum praesertim curas et industriam acuite, ut ex praescripto ejusdem sanctae Synodi »plebem per se incessanter instruant et Sacramentis reficiant, quotidianas pro populo ad Deum preces et orationes effundant et landabili vitae et conversatiouis exemplo, virtutibus et morum disciplina omnibus praeluceant viamque salutis praemonstreut,« ceteris de-

*) Vd. *Matrimonium civile.*

nique fungantur officiis, quae ibidem praescripta sunt.

Seminarium custodite ut pupillam oculi, et quicumque in spem ecclesiae adolescunt, Clericorum iustitutio summae Vobis curae sit, acriterque vigilate ne quis, nisi indole, virtute, scientia vere se vocatum praeseverat in sortem Domini, sacris ordinibus initietur. Neque eo minus religiosarum familiarum observantiae prospicite facultatibus intentes, quae Vobis a S. Concilio Tridentino vel tamquam Ordinariis vel tamquam Sedis Apostolicae delegatis tribuuntur. Scholas et collegia adolescentium crebro invisite ad venena prohibenda praesentis aevi corruptelarum omniaque ad normam dirigenda sanctissimae disciplinae. Iustate, ut moniales quae Deo vovernut religiose praestent, »et quas (uti monet Concilium Romanum) educandas ac formandas susceperiut puellas convictrices pie illas et catholice instruant incumbantque, ne ipsarum ornatus et vestes puellis inter sponsas Christi versantibus disconveniant.« Quae de celebratione synodorum, quae de visitatione dioecesium praecipiuntur a Concilio Tridentino partes ducite muneris vestri gravissimas. Ea ut praescriptis ab eo temporibus modoque religiose impleantur Vobis etiam atque etiam commendamus. Inde enim et cognoscetis oves vestras et quibus earum malis medendum sit, quibus commodis consulendum intelligetis. Omnium ordinum cura Vobis commissa est, sed praecipue pauperum, quibus ad evangelizandum se missum a Patre professus est Christus, in quos adeo praeclara singularis praebnit argumenta voluntatis. Probe autem intelligitis quam facile sit, ut, egestate impelleute, omnes praesentis Dei beneficentiae fructum amittant. Bonis igitur ecclesiae ita utimini, ut praeceptum Domini in exemplum impleatis: *quod superest date eleemosynam* eaque fideliter praestetis, quae de bonorum illorum usu Episcopis praescribit ecclesia: aditum habeant ad Vos facilem egeutium gemitus; divitum opem, eleemosynae praecepto quam saepissimae proposito, pro eis implorate; eosque ab omni oppressioue atque injuria pro virili parte defendite. Contra foeneratorum iniquitatem, qui, ut ait Catechis. rom., miseram plebem compilant et trucidant usuris, inter caetera vehementer invehatur zelus vester, quod malum adeo miseris hisce temporibus invaluit . . .*)

*) Idem graviter agatur contra furti scelus quod tot modis totque damnis societatem conturbat.

Inter pauperes autem eos praesertim caritati vestrae commeudamus, quorum egestati vel orbitas vel aegritudo veluti cumulus accedit, ut domus utriusque sexus adolescentibus alendis educandisque, iuvalidis aegrisque recipiendis tum quod ad corpus remque familiarem pertinet, tum quod ad animum, quam diligentissime accurrentur.

Ne multa: pastores Vos estis ac magistri populorum. Vestrum idcirco est, Venerabiles Fratres, non modo vigilare, ne quos crediti Vobis greges *spiritualium bestiarum patiantur incursus*, sed eos coelestis doctrinae pabulo nutrire mouitis quidem legibusque salutaribus, at exemplo potissimum; quo spectant quae et Vobis dicta sunt a Domino: »Vos estis lux mundi . . . sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est;« quod unum maxime valet tum ad moveudos animos tum ad detruendum os loquentium iniqua, secundum illud Apostoli: »In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctriua, in integritate, in gravitate, verbum sanum irreprehensibile, ut is, qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de vobis.« Ita fiet, ut non modo quid agendum sit videant populi, sed ut agant reipsa, ac tamquam Apostoli, sic et Vos sal terrae sitis; hoc est, pudore adempto peccatorum, qua semel imbuti per Vos fuerint homines, vitae morumque integritas dintissime incorrupta servetur. Haec sunt vota nostra, hoc freti virtute studiisque vestris, Deo adjuvante, confidimus consecuturos, ut erroribus vitiisque profligatis, pietate corroborata, induant fideles, ut hortatur Apostolus, »sicut electi Dei sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patieutiam, supportantes invicem et donantes sibimetipsis, sicut et Dominus douavit nobis: super omnia antem caritatem habeant, quod est vinculum perfectionis,« quod scilicet christianas omues simul junctas secum fert et conservat virtutes atque hominem Deo coujungit, in quo tota hominis perfectio est. Hunc fructum sacri jubilaei maximum ex Christi Jesu Dei ac Redemptoris nostri meritis Sanctorumque omnium ut capere Vobis contingat laborum vestrorum; hujus ut Nos voti compotes faciat misericordiarum Pater et Deus totius consolatiouis per eumdem Filium suum Redemptorem nostrum, cujus eadem fuit precatio cum ait: *rogo*, *Pater*, *ut*

unum sint sicut et nos, quanta possumus animi contentione obsecrantes Apostolicam Benedictionem Vobis et commissis curae vestrae gregibus peramanter impertimur.

Datnm Romae apud sanctum Petrum Octavo Kal. Jannarii 1825.

16) Regularis.

a) Approbatio Episcopi.

(Pro confessionibus saecularium.)

Vd. Constitut. *Inscrutabili* et *Admonet* t. I. p. 208 et 210; t. I. p. 1019. n. 5. *Cura animar.* (exercenda a Regul.); *Confessar.* (approb. p. 376.); *Confessar. monial.* (approb. p. 386.); *Confessarius regularis* (qualitas); p. 416. d.

Ad Normam Concilii Trid. reducit omnia Regularium privilegia circa administrationem Sacramentorum et speciatim poenitentiae.

Pius PP. IV.

Ad perpetuam rei memoriam.

In Principis Apostolorum Sede meritis licet imparibus divina dispositione constitnti nihil neque universali ecclesiae curae et sollicitudini nostrae commissae salubrius neque injuncto Nobis apostolicae servitutis officio decentins praestare possumus, quam quod provideutiae nostrae ministerio oecumenicum Concilium Trid., sicut uostris potissimum auspiciis summaque ss. Patrum concordia per Dei misericordiam feliciter absolutum fuit, ita per universos qui christiana pietate censentur ubique suscipiatur et remotis quibuslibet obstacnlis ab omnibus aequaliter observetur.

§ 1. Cum itaque in eodem Concilio quamplnra salubria et ad universalem morum reformationem valde utilia decreta atque statuta maturo praesentium ipsorum examine praecedente sint edita, quibus multa atque diversa privilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conservatoriae, indulta et ut vocant confessionalia et Mare Magnum et aliae gratiae, quae variis tam Cathedralibus etiam Metropolitanis quam Collegiatis, monasteriis, conventibus et aliis religiosis, etiam fratrum meudicantium domibus et ordinibus necuon s. Spiritus in Saxia, s. Joannis Lateranensis ac Incurabilium de urbe, s. Antonii Vieunensis et s. Bernardi Juren. aliisque hospitalibus, militiis eorumque Capitulis et conventibns ac universitatibus etiam studiorum geueralium collegiis tam saecularibus quam ecclesiasticis, confraternitatibus, societatibus et tam Principis Apostolorum de Urbe quam aliis fabricis, s. Cruciatae aliisque piis locis et operibus necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Praepositis et aliis ecclesiasticis tam saecularibns quam diversorum ordiuum et militiarum regularibus ac etiam laicis cujuscumque dignitatis et status ac gradns et excellentiae ac etiam ducali, regia et imperiali dignitate fulgentibus, utriusque sexus personis necnon aliquibus notariis et etiam de latere Legatis atque nuntiis tam perpetuo quam ad tempus per romanos Pontifices Praedecessores nostros ac Nos et Sedem apostolicam ejusque Legatos hacteuns, etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum et aliorum Principum contemplatione et intuitu, etiam de Fratrum consilio diversimode variisque temporibus, in geuere vel specie, ex quavis etiam honesta causa concessa et etiam plnries confirmata et innovata fuerint, in plerisque contrariantur,

§ 2. Nos, quibus iuprimis cordi est tam sancta et ecclesiae Dei saluberrima decreta suos, ut par est, effectus ubique consequi et ab omuibus obedienter observari, privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conservatoriarum, iudultorum, confessionalium Maris Magui et aliarum gratiarum praedictarum ac qnarumcumque apostolicarum et aliarum literarum desuper confectarum processuumque, decretorum et aliorum inde secutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentnr, praesentibus pro sufficienter expressis et plene iusertis habeutes motu proprio et ex certe scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, quod eadem omnia et singula privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conservatoriae, iudulta, confessionalia, Mare Magnum et aliae gratiae in his omnibus et singulis, in quibus illa statntis et decretis Concilii hujusmodi contrariantur, ipso jure revocata, cassata et annullata ac ad ipsius Concilii termiuos atque limites reducta siut et esse censeantur, nec quidquam adversus ipsa decreta et statuta, quominus ubique et apud omnes observeutur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi et reputari debere ac si nunquam emanasseut

auctoritate apostolica tenore praesentinm declaramus ac etiam statuimus et ordinamus.

§ 3. Deceruentes nihilomiuus, omnia et singula, quae vigore privilegiorum, exemptiouum, immunitatum et dispensationnm, facnltatum, couservatoriarum, indultorum, confessionalium et aliarum quarumcumque gratiarum hujusmodi per id tempus quo Concilium obligare coepit, facta et gesta quomodolibet fueruut et inposterum fieut, in iis, in quibus dicti Concilii decretis adversantur, nulla, invalida et irrita esse et ceuseri ac nemini etiam quantumlibet, ut praefertur, qualificato in foro, qnod ajunt fori, quam conscientiae snffragari posse et debere.

§ 4. Et ita per qnoscunque locorum Ordinarios aliosque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate in utroque foro judicari et definiri debere ac quicqnid secus a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, irritum et inane deceruimns.

§ 5. Non obstantibus etc.

Datum Romae apud s. Petrum. 13. Cal. Martii 1564.

(Bull. r. t. X. p. 137. Ed. Luxbg.)

Prohibet Concilii Trid. vestigiis inhaerens Regularibus cujuscunque ordinis saecularium confessiones audire sine praeccdenti Episcopi examine.

Pius PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontifices providentia circnmspecta nonuunquam gesta per eum, ratiouabilibus et honestis snadentibns causis, moderatur et commntat in melius prout in Domino cuspicit salubriter expedire.

§ 1. Nuper siquidem quasdam declarationes et moderationes circa nonnulla Concilii Trid. decreta regulares personas ordinum meudicantium eorumque instituto concerneutia edidimus et promnlgavimus. Et quia uti accepimus illarum vigore sacerdotes regulares praedictorum ordinum quandoque minus idonei et inhabiles confessionibus saecularium audiendis ab eorum Superioribus praepositi, absque aliqua Episcoporum, sed sola magistri ordinis generalis aut Provincialium ministrorum approbatione admittuntur,

§ 2. Nos super his pro debito pastoralis officii, prout tenemur, salubriter providere voleutes tenore praesentium hac nostra constitutione perpetua saucimus, decernimns et declaramns decretum Concilii Trid. de approbatione regularinm audiendis confessionibus saecularium praepositorum ab Episcopis facieuda observari debere etiam in omnibus regularibus, quamvis ordinnm etiam mendicantium, etiam snb regulari disciplina viventibns, etiam si sint lectores ant in theologia etiam de Superiorum suorum licentia graduati vel promoti vel a suis Magistris generalibus vel provincialibns ministris saecularium confessionibns audiendis praepositi. Volumus tamen, eos qni semel ab Episcopo in civitate et dioecesibus suis praevio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum nou examinari. Ab Episcopo tamen snccessore pro majori couscientiae suae quiete examinari de novo potuerunt.

§ 3. Inhibeutes quibuscnnqne regularibns quorumvis ordiuum etiam mendicantium, nt praefertur, ne vigore deputationis et approbationis ab eisdem Magistris et ministris provincialibus, etiam quod illarum occasione ab Ordinariis hncusque tolerati fuerint, absque speciali inposterum licentia et approbatione ab Ordinariis obtinenda, saecularium confessiones andire praesnmant, decernentes irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus etc.

Datum Romae apnd s. Petrum octavo Id. Augusti 1571.

(Bull. r. t. X. p. 155. Ed. Lnxbg.)

Revocatio Privilegiorum concessorum regularibus circa confessiones saecularium excipiendas sine approbatione Ordinarii.

Urbanus PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut accepimus aliquibus religiosis quorundam ordinum seu Congregatiouum a Sede apostolica indultum fuerit, ut sacramentales saecnlarium confessiones audire valeant, etiamsi ab Episcopis dioecesanis ad id examinati et approbati non fuerint: nec desint, qui temere assevereut, hoc ipsum

privilegium caeteris quoque aliorum ordinum regularibus competere, ex amplissimis privilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede apostolica obtinuerunt, et hinc saluberrimum s. Concilii Trid. decretum desuper sancitum penitus evertatur: Nos huic malo opportune providere volentes de VV. Fratrum nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium negotiis regularium praepositorum consilio omnia et singula indulta hujusmodi audiendi saecularium confessiones absque Ordinarii examine et approbatione, quibusvis collegiis, capitulis, religionibus, societatibus etiam societati Jesu, congregationibus et ordinibus tam mendicantium quam non mendicantium necnon monachorum quorumcumque, etiam s. Benedicti, Cisterciensium et Carthusiensium ac etiam quibusvis militiis, etiam Hospitalis s. Joannis Herosolymitani, quibuscunque ecclesiis, etiam Patriarchalibus et Metropolitanis, monasteriis caeterisque locis piis, sive eorum et earum respective Abbatibus, Praepositis, Decanis, Magistris, Ministris, Praelatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, Provincialibus, capellanis, confessariis aut aliis quocunque nominis nuncupatis Superioribus et personis quibuscunque, etiam quomodolibet exemptis ac Sedi apostolicae immediate subjectis, cujuscunque dignitatis, praeeminentiae et conditionis existentibus et quovis privilegio munitis, et tam ad supplicationem partium quam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine hactenus quandocunque et qualitercunque ex quavis, etiam de necessitate exprimenda, causa, et alias quomodolibet concessa, apostolica auctoritate, tenore praesentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus et annullamus viribusque et effectu evacuamus ac revocata, cassa, sublata, abrogata et annullata viribusque et effectu vacua esse et fore nec religionibus, societatibus etiam societati Jesu, congregationibus, ordinibus ac militiis et ecclesiis monasteriisque praedictis eorumque superioribus et personis quibuscunque imposterum ullo modo suffragari, minusque illos et illas, etiamsi de iis specialis, specifica, expressa ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis hujusmodi uti posse. Praesentes vero literas et in eis contenta, quaecumque etiam ex eo quod quicunque in praemissis interesse habentes seu habere praetendentes, ad hoc vocati et auditi fuerint, de subreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostrae vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci aut adversus illas quodcumque juris, gratiae vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere.

Datum Romae apud s. Mariam majorem die 12. Sept. 1631.

M. A. Maraldus.

(Bull. r. t. X. p. 191. Ed. Luxbg.)

Quod in ecclesiis parochialibus quae sunt membra monasteriorum congregationis Cassinensis aut alias ab ipsis dependentes cura animarum exerceri possit etiam per monachos ad nutum suorum Superiorum amovibiles.

Urbanus PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias a VV. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus s. Concilii Trid. Interpretibus super subiuserto supplici libello sibi tunc porrecto emanavit decretum tenoris subsequentis videlicet:

Illustrissime et revereudissime Domine. Monasterium ordinis s. Benedicti congregationis Cassinensis civitatis Patavinae habet nonnullas parochiales ecclesias in eadem diocesi, quae non sunt unitae monasterio sed sunt parochiales dependentes ab illo, in quibus dictus Episcopus Patavinus dicit monasterium fuisse solitum deputare presbyteros saeculares, qui praevio ipsius Episcopi examine et approbatione curam animarum exercuerunt, sed ab aliquot annis cepisse deputari unum monachum, qui sine socio regulari et cum solo famulo habitat in d. parochiali et curam administrat etiam sine Episcopi approbatione. Unde nunc quaeritur, an in dictis parochialibus ab ipsis monasteriis quoquo modo dependentibus non autem unitis debeat cura animarum exerceri per monachum vel per presbyterum secularem ab ipsis monachis nominatum et ab Episcopo approbatum.

S. Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum partibus auditis censuit in parochialibus, quae sunt membra monasteriorum congregationis Cassinensis aut alias ab ipsis dependentes curam animarum exerceri posse etiam per monachos ad suorum Superiorum nutum amovibiles, ita tamen ut iidem prius examinentur et approbentur ab Episcopo ejusque jurisdictioni subjiciantur in his, quae ad ipsam curam et Sacramentorum administrationem pertinent et cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius saltem monachus ejusdem ordinis professus ad praescriptum Concilii Lateranensis sub Alexandro III. cap. 10.

Cum autem sicut dilectus Filius Procurator generalis dictae congregationis Nobis nuper exponi fecit ipsum decretum hujusmodi pro illius firmiori subsistentia apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiri summopere desideret: Nos eundem Procuratorem generalem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati decretum praeinsertum cum omnibus et singulis in eo contentis apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus et approbamus illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus ac omnes et singulos tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Datum Romae apud s. Mariam majorem die 6. Sept. 1638.

(Bull. r. t. V. p. 310. Ed. Luxbg.)

Lusitana.

Ad dub.: An Episcopi possint in sua dioecesi prohibere regularibus ad confessiones audiendas approbatos ab antecessoribus Episcopis vel ab Episcopis alienarum dioeces., ne amplius confessarii munus exerceant sine ipsorum nova approbatione et licentia, non obstante bulla Cruciatae, et contra regulares transgressores valeant procedere ad suspensionem, censuram et alias canonicas poenas?

S. C. E. et R. resp.:

Servandam esse omnino constitutionem Clem. X. *Superna**) non obstante bulla *Cruciatae*, quae in hac materia nihil novi juris induxit neque quoad poenitentes neque quoad confessarios.

Die 9. April 1698.

*) Vd. *t. I. p. 1053.*

Confirmatur Decretum Congreg. Epis. et Reg. in causa Lusitana pro executione constitut. Clem. X. pro Ordinariis contra confessarios regulares ab aliis approbatos.

Innocentius PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione VV. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcop. regul. praeposita in *causa Lusitana* jurisdictionis inter venerabiles Fratres modernos Archiepiscopum Bracharen. et Episcopum Lerien. ex una necnon dilectos filios regulares regni Portugalliae ex altera partibus vertente decretum tenoris qui *est supra in eadem pag.*

§ 1. Cum autem sicut pro parte Archiepiscopi et Episcopi praedictorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi decretum hujusmodi, quo firmius subsistat apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri plurimum desiderent, Nos ipsos Archiepiscopum et Episcopum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati decretum praeinsertum auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 6. Sept. 1698.

(Bull. r. t. XII. p. 305. Ed. Luxbg.)

Concessa facultas Generali nunc et pro tempore existenti ordinis fratrum minorum s. Francisci Capuccinorum nuncupatorum una cum definitorio generali concedendi licentiam fratribus Capucinis presbyteris ad audiendas saecularium confessiones ab Ordinario approbatis in illis locis, ubi conventus sui ordinis existunt et in quibus confessariorum penuria viget.

Clemens PP. XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Dudum emanarunt a rec. me. Clemente PP. VIII. Praedecessore nostro literae in simili forma brevis tenoris, qui sequitur videlicet:

Clemens PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias fe. rec. Gregorius PP. XIV. Praedecessor noster ex causis tunc expressis motu

ejus proprio sua perpetuo valitura constitutione statuit et ordinavit, quod nullus congregationis Capuccinorum ordinis Fratrum minorum nuncupatorum s. Francisci in laicorum utriusque sexus et clericorum saecularium quacumque dignitate, praeeminentia, auctoritate et facultate suffulti essent confessionibus occupari vel confessiones eorum audire, etiamsi ad id faciendum a Superioribus ordinis aut protectore aut etiam ab apostolica Sede quomodolibet et snb quacumque verborum forma licentias eatenus obtinuissent, prout in ejusdem Gregorii Praedecessoris literis in forma brevis sub data die 1. Junii 1591. expeditis plenius continetur. Cum autem diversi utriusque sexus christifideles pro eorum erga dictum ordinem seu congregationem Capucinorum devotione cupiant religiosis ejusdem congregationis confiteri posse, Nos illorum pio desiderio benigne annuentes motu proprio et ex certa nostra scientia deque apostolicae potestatis plenitudine praefatis Gregorii Praedecessoris literas, quarum tenorem praesentibns pro expresso haberi volumus, ita moderamur, ut Minister generalis ejusdem congregationis ut in eodem capitulo tantnm qnibusvis ejusdem congregationis religiosis ad confessionis audiendas approbatis ipsis Ministro generali et diffinitoribus videbitur, licentiam audiendi saecularium utriusque sexus confessiones usque ad novi capituli generalis celebrationem et non ultra et sic de capitulo generali in capitulum generale concedere respective possint et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium facultatem concedimus et impartimur et quascumque licentias audiendi saecularium hujusmodi confessiones quibusvis ejusdem congregationis fratribus ab illius protectore aut qnocumque alio etiam de expresso nostro mandato in perpetuum concessas harum serie revocamus et annullamus decerneutes irritum et inane quidquid secns super his a qnoqnam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praefati Gregorii XIV. Praedecessoris ac quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibnscumque. Volumus autem ut praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis etc.

Datnm Romae apud s. Petrum die 3. Febr. 1603. M. Vestrius Barbianus.

§ 2. Cum antem sicut dilectus filius Bonaventura a Ferraria Minister generalis ordinis Fratrum minorum s. Francisci Capuccinorum nuncupat. Nobis nuper exponi fecit jnxta quoddam decretum nostrum sive per nostras pariter in forma Brevis expeditas literas diffinitorum generale dicti ordinis in hac alma Urbe nostra de praesenti resideat, et bis in hebdomoda plerumque pro discutiendis ac resolvendis rebus ordinis hujusmodi uniatur: dictus vero Bonaventura Minister generalis in dies ab Ordinariis et commnnitatibus et hominibus nonnullorum locorum necnon multis honorabilibus familiis efflagitetur, ut fratres praedicti ordinis christifidelium confessiones excipere possint, ac proinde opportune in praemissis a Nobis provideri summopere desideret, Nos ipsum Bonaventuram Ministrum generalem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati eidem Bonaventurae et pro tempore existenti Ministro generali praedicti ordinis, ut una cum definitorio generali hujusmodi petitiones sibi super praemissis factas expendere, si et quatenus illas congrueutes et necessarias reperit praesertim in illis locis, nbi conventus sui ordinis existunt et in eis ceteroqui confessariorum penuria viget, potestatem fratribus ordinis praedicti in s. presbyteratus ordine constitutis et ad audiendas saecularium confessiones *ab Ordinario loci approbatis* concedere libere et licite possit et valeat quamcumque necessariam et opportunam facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impartimur. Quemadmodum in capitulo generali ejusdem ordinis servari consuevit.

§ 3. Non obstant. praedicta Clementis Praedecessoris aliisque constitutionibus etc.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 14. Maji 1735.

(Bull. r. t. XV. p. 21. Ed. Luxbg.)

b) An Approbatus ab Ordinario invito Superiore valide excipiat confessiones saecularium?

Vd. supra lit. *a*.

Non minus elegans quam utilis est sequens quaestio proposita a Rmo Procuratore generali O. P. qui SSmo exposuit: A legibus ordinis Praedicatorum praescribi ut si Provinciales noverint aliquos religiosos insufficientes et minus idoneos ad confessiones

saecularium audiendas omni seposito humano respectu eos suspendant conscientia in diem judicii onerata si ineptos ministros eo in officio substituerint. Et apud Lucium *Ferraris* verbo: *Approbatio art. 2. n. 20.* haberi: »Generalis Regularium potest subditos suos a se vel suis Praedecessoribus vel aliis quibuscumque superioribus ad audiendas confessiones approbatos eosdem ab eisdem confessionibus audiendis suspendere, etiam ex causa occulta et extrajudicialiter, ut declaravit s. Congregatio Episc. et Reg. die 2. Julii 1617. His positis cum opinio etiam invaluerit, qua censetur, non posse Superiores regulares subditos suos suspendere ab audiendis saecularium confessionibus, eo quod dicatur potestas jurisdictionis non recipi a Superioribus regularibus sed ab Episcopo vel Ordinario, hinc ad repellendas dubietates in re tanti momenti 5 dubia quae in calce habentur accurate laudatus Procurator proponebat.

Antequam quaestio s. C. proponeretur auditus est consultor, qui sequens expressit votum.

Votum Consultoris.

Animadvertebat consultor, rationem difficultatis hujus implexae quaestionis sitam esse in diversa Theologorum et Canonistarum sententia circa jurisdictionis originem et medium per quod sacerdotibus regularibus isthaec jurisdictio devenit. Plerique enim auctores in eo conveniunt jurisdictionem in regulares derivare ab apostolica Sede, quae Superiori ordinis collata in inferiores diffunditur eo fere modo, quo Episcopi approbaut sacerdotes seculares ad confessiones audiendas in propriis dioecesibus. Ita rem exponit *Suaresius in op. de Relig. l. 9. c. 2.* et *in tractatu de Poenit. disp. 28. sect. 3. et 4.*

Itaque, qui ejusmodi doctrinam sequuntur ex ea inferunt, cum ss. Pontifex communicet immediate jnrisdictionem Superiori, quia eam delegat suis subditis, sive immediate sive mediate per Provinciales aut Superiores locales, nullius esse valoris absolutionem, quam isti saecularibus poenitentibus impertiuntur, si eisdem a dictis Superioribus sublata sit delegatio.

Verum contrariam sententiam probabiliorem et communiorem esse animadvertebat consultor, quae tenet non solum approbationem sed etiam jurisdictionem Regularibus ad audiendas saecularium confessiones dari ab Episcopis in suis respectivis dioecesibus. Ex qna doctrina sequitur irritam atque nullam esse absolutionem sacramentalem cuipiam saeculari impertitam a sacerdote regulari cui concessa non fuerit approbatio et facultas ab Ordinario. Ita Benedictus XIV. in opere *de synod. dioeces. l. 8. cap. 16.* § *7. et 8.* innixus auctoritate Concilii Trid. *sess. 23. c. 15. de reform.* necnon variis pontificiis constitutionibus.

Id ipsum confirmat alibi praesertim vero *l. 2. c. 3.* § *2.* ubi refert resolutionem s. Cong. 18. Apr. 1722, qua decisum est, non posse Capuccinos, qui in triremibus pontificiis ministerium exercebant facultate apostolica, excipere confessiones in civitate Centumcellarum absque approbatione Episcopi.

Dato proinde etiam proseqnebatur consultor quod regulares praesertim mendicantes per privilegium ipsis concessum habeant ab apostolica Sede jurisdictionem absolvendi ut docet Suaresius attamen censendi non sunt romani Pontificis voluisse ejnsmodi potestatem eisdem tribuere absque Episcoporum approbatione, in quorum dioecesibus poenitentiae sacramentum ab ipsis administratur. Quare licet superiores regulares quempiam e suis subditis arceant a confessionibus audiendis. ipsisque prohibeant administrationem Sacramenti Poenitentiae non ideo ipsi auferunt facultatem valide absolvendi quam regularis non a Praelato suo sed ab Episcopo accepit ant si placita romano Pontifice sed cum subordinatione ad approbationem Episcopi.

Ex his ergo consequitur subditos reluctantes obedientiam suis superioribus detrectantes, si non abstineant ab hujus sacramenti administratione eisdem interdicta, peccare quidem; attamen si absolvant eorum absolutionem validam esse.

Et haec circa validitatem vel invaliditatem absolutionis datae a sacerdote regulari saecnlaribus contra interdictum suorum Superiorum. Ad alteram autem quaestionem quod attinet num scilicet, qui invalidam impertit absolutionem incurrat irregularitatem observabat consultor similem quaestionem fuisse discussam a *Carolo Ant. in thesauro de poenis ecclesiasticis part. 2. cap. 2.* In hoc capite II. sic inscripto: Si Absolutio sacramentalis data a sacerdote non approbato seu alieno subdito sine licentia competente sibi proponit hic auctor dubium III. his verbis: »Quaeri potest an talis sacerdos scienter ab-

solvens sine approbatione seu licentia competente incurrat irregularitatis poenam: et respondet: Non incurrere irregularitatem illam, quam incurrunt usurpantes actum ordinis sacri, quem non habent, qnia hic non usurpat actum ordinis sacri cnm vere sit sacerdos, sed usurpat actum jurisdictionis quam non habet: cui usurpationi non est imposita irregularitatis poena praedicta.

Ex his indicatis doctrinae capitibus inferebat consultor, quid singulis dubiis respondendum opinaretur.

Adducto Concilii Trid. decreto *sess. 23. cap. 15. de reform.* in quo legitur: Nullum presbyterum etiam regularem posse confessiones saecularium etiam sacerdotum audire nec ad id idoneum reputari, nisi . . . . ab Episcopis . . . approbationem . . . obtineat, privilegiis et consuetndine quacumqne etiam immemorabili non obstantibus: observabatnr ex officio, s. Congregationem Concilii constanter tenuisse necessariam esse Episcopi loci anctoritatem, nt regulares andire valeant saecularium confessiones. Propositum siquidem fuit dubium in causa Jurisd. capellanorum exercitus diei 6. Martii 1694. An capellani exercitus*) sive regulares sive saeculares catholici possint administrare Sacramentum Poenitentiae militibus in praesidiis sine speciali facultate Sedis apostolicae vel licentia et approbatione Ordinarii, in cujus dioecesi extare contigerit?

Responsum prodiit: Negative. Ejusmodi responsio confirmata fuit in *Frisingen. 29. Jan. 1707. lib. 37.* decret. et in citata a consultorè *Viterbien. VV. SS. LL. diei 18. Apr. 1722.* Ac insuper observabatur adductis nonnullis rationibus non tantum in his responsis agi de liceitate sed potius de validitate.

Verum his obstare videbatur resolutio S. C. Ep. et Reg. quae ab auctoribus dicitur edita die 2. Julii 1627.

In hac itaque causa ita preces expositae fuerant, quas ex exemplari italico fere ad verbum traducimus: »Generalis Theatinorum supplicat EE. Vestris PP. ut declarare dignentur an ipse possit suspendere suos subditos adprobatos a Generalibus suis praedecessoribus ad confessiones, pro delictis etiam occultis . . . (unum heic habetnr verbum, quod ex vetustate legis non potuit) etiam extrajudicialibus et sicnt sensit capitulum generale, quod conferat ad rectum gubernium suae religionis?«

S. C. Card. negoc. Regul. proposita censuit: Generalem posse suos subditos ex quacumque causa, ob occultum crimen, quomodolibet etiam extrajudicialiter, a confessionibus audiendis suspendere.

Romae 2. Julii 1627.

Card. S. Sixti.

P. Fagnanus,
Secretarius.

Hac relata resolutione ad ejusdem declarationem adducebatur particula constitutionum ordinis Theatinorum *capit.*: *de administr. Sacram.*, in quo haec praescribuntur: Sacerdotum qui confessionibus saecularium audiendis exponuntur delectus habeatur et quamvis peritus quis fuerit et ad justam aetatem pervenerit, mature satis agatnr, ne ad id munus admittantur, nisi qui idonei sint reperti nec nisi de licentia P. Generalis . . . Anteqnam mittatur quis pro licentia obtinenda ad locorum Ordinarios sive ad recipieudos ordines sive ad confessiones excipiendas, domi prius a Praeposito et patribus ad id delectis diligentissime examinetur. Qui ita ad confessiones audiendas admissi fuerint, ne prius accedant, quam potestas a suo Praeposito facta illis fuerit.

Peregrinus Alexander ejusdem cleric. reg. congregationis presbyter, qui eodem tempore scripsit, quo praefata resolutio emissa est, commentario illustrans hoc constitutionum caput inter alios casus sibi sequentes proponit: Ponamus quod alicui sacerdoti admisso jam ad confessiones audiendas a P. Generali et ab Episcopo loci, a suo Praeposito et ex aliqua justa causa suo judicio extrajudicialiter interdicatur, quominus audita confessione et absolvendo contra dictam prohibitionem, quaeritur an confessiones sint validae?

Respondeo, quod sunt validae et ratio est, quia non est privatio nec suspensio, quae judicialiter fieri solet, sed simplex prohibitio, quae non annullat actum; bene verum est, quod dictus sacerdos peccaret et puniri possit a suo superiore propter inobedientiam,

*) Vd. *t. III. p. 696.*

ita docet Sotus aliique auctores quos adducit . . .

Post haec alterum immediate recenset casum his verbis: dubitari potest utrum P. Generalis possit suos subditos alias approbatos a se vel a suis Praedecessoribus ad confessiones audiendas suspendere, ob occultum crimen etiam extrajudicialiter sibi notum?

Respondeo: quod potest et ita fuit declaratum a s. Congregatione nostro P. Generali. Tenor dictae declarationis est: S. Congregatio Cardinalium negociis Regul. praeposita censuit Generalem posse suos subditos ex quacumque causa etiam ob occultum crimen, qnomodolibet etiam extrajudicialiter a confessionibus audiendis suspendere.

Hisce itaqne ex officio expositis observabatur, quamvis hic auctor in ea sententia videatnr esse, quae docet posse Superiores ordinnm regularium suspendere subditos suos, ab Episcopo approbatos ad excipiendas saecularium confessiones, nihilominus adductam s. Congregationis resolutionem latam non videri pro iis, qni ab Episcopo sunt approbati ad excipiendas dictas saecularium confessiones, cum fiat in ea tantum mentio, de approbatione facta a Generali ordinis Theatinorum, quae dari poterat ad audiendas confessiones Regnlarium. Caeterum in dicta resolutione, si ea referri velit ad confessiones saecularium, non dicitur regularis suspensus a suo Superiore invalide absolvere, sed dumtaxat posse suspendi a P. Generali approbatus a snis praedecessoribus. Porro multa fieri prohibentur qnae si facta fuerint roboris obtinent firmitatem, prout fert notum axioma Innocentii III.

Neque omittebatur indicare alterum argumentnm desumptum ex privilegio directe concesso ordini Praedicatorum a Julio III. 1515 die 17. Jan., de quo idem auctor Peregrinus mentionem facit, quo laudatus Pontifex annullat omnes licentias obtentas et obtinendas in futurum audiendi confessiones sacramentales absque consensu suorum Superiorum. Verum observabatur, qnod si ex privilegio facultas erueretur suspendendi approbatos ab Episcopo ad confessiones andiendas, cum ex allegato Concilii Trid. decreto qnolibet privilegium abrogatum fuerit, consequi videbatur, dictum privilegium cessasse.

His aliisque erudite adductis proposita sunt resolvenda

D u b i a:

I. An religiosus non approbatus juxta leges proprii ordinis a suo Superiore vel ipso invito cum sola facultate Ordinarii valide excipiat confessiones saecularium?

II. An Superiores regulares jurisdictionem*) habentes possint suos subditos suspendere ab audiendis confessionibus saecularium etiam ex informata conscientia? **)

Et quatenns affirmative,

III. An valeat suspensio oretenus et absque scripto enunciata?

IV. An absolutio impertita ab eo qui tali suspensione est innodatus sit valida?

Et qnatenns negative,

V. An qui hujusmodi absolutionem attendat irregularitatem incurrat?

S. C. Episc. et Reg. die 1. Martii 1866 respondere censuit

Ad I: Affirmative.

Ad II: Affirmative, ita tamen, ut religiosus suspensns illicite non vero invalide confessiones excipiat.

Ad III: Affirmative, cum feratur per modum praecepti particularis.

Ad IV: Affirmative.

Ad V: Provisum in praecedentibus.

Ex iis colliges:

I. Post Tridentinam legem *cap. 15. sess. 23.* quemlibet regularem non censeri idoneum ad excipiendas confessiones saecularium, nisi ad eas ab Episcopo loci approbationem accipiat.

II. Per eam approbationem conferri necessariam jurisdictionem ad confessiones valide excipiendas.

III. Quare ejusmodi jurisdictio a Superioribus regularibus auferri suis subditis non potest, qnamvis juste interdici prohiberique iisdem possit, quominus dictas sacramentales confessiones excipiant.

IV. Hinc si regularis inobediens spreta suorum Superiorum inhibitione dictas confessiones exciperet valide poenitentes absolveret qnamvis illicite.

*) Vd. *t. I. p. 44. n. 33. et 34; p. 85. n. 58.*
**) Vd. *t. I. p. 643. n. 59.*

V. Neque in irregularitatem incurreret cum talis inobediens nullam spreverit canonicam censuram.

c) Non approbatus.

Vd. *Cura animar.* (exercita sine approb. etc.); p. 381. n. 4.

Patavina.

Occasione universalis jubilaei nuper indicti pro imploranda divina ope adversus Turcas tres sacerdotes Cappuccini in Patavina dioecesi absque approbatione et licentia eminentiss. Episcopi confessiones plurium saecularium personarum publice exceperunt; et quamvis fuissent moniti a parocho de eorum inhabilitate attamen ab incoeptis desistere noluerunt. Accersiti postea ab ipsomet eminent. Episcopo ad docendum de eorum praetensa facultate absolvendi responderunt, quod in opinione probabili aliquorum auctorum regularium, primus eorum uti guardianus et praelatus regularis, secundus uti approbatus in aliena dioecesi, et tertius uti approbatus ab ipso eminent. Episcopo Patavino in alio loco dioecesis ad annum licet jam elapsum, potuerunt licite et valide tempore jubilaei excipere dictas confessiones absque nova Ordinarii approbatione. Eminent. autem Episcopus animadvertit, huic praetensioni resistere tum constitutiones s. mem. Urbani VIII.*) et Innocentii X. tum constitutiones Alexandri VII. et Clementis X., quae omnes expresse prohibent, ne regulares absque approbatione Ordinarii confessiones audiant, quamvis in alio loco approbati, tum etiam responsa hujus sacrae Congregationis super dubiis ad bullam san. mem. Gregorii XV., tum denique expressam mentem SS. D. N., qui in bulla praefati Jubilaei requisivit confessarios ab Ordinariis locorum esse approbatos, unde plurimum dubitans de viribus hujusmodi confessionum ab oraculo hujus sacrae Congreg. quantocitius responderi petit:

I.: An licite,

II.: *An valide dicti Capuccini saecularium confessiones exceperint?*

S. C. respondit

Ad I.: Illicite.

Ad II.: Invalide, sed non esse inquietandos illos, qui bona fide confessi sunt, attamen si ipsi confessi hoc nesciverint vel de invaliditate confessionis dubitaverint, eosdem teneri reiterare confessionem.

Quo vero ad Cappuccinos eminent. Ordinarius conficiat processum circa administrationem sacramenti poenitentiae ab iisdem exercitam, non obstante contraria dispositione Concilii Trid. et constitutionum apostolicarum, et transmittat.

Die 23. Aug. 1727.

d) Qualitas etc.

(Ex statutis Ord. SS. Trinit. Redempt. Capt. Cong. Hisp.)

Clemens XII.

I. Nulli ex nostris liceat audire confessiones virorum saecularium sine eo, quod habeat tres annos completos sui sacerdotii et sine facultate Ordinarii ac sui provincialis. Qui quidem prius simul a Ministro conventus et alio religioso docto ac virtute praedito ab ipso Provinciali designatur, illum examinent de scientia morali, per secreta suffragia approbent vel reprobent. Si autem Provincialis non potuerit interesse examini, alium pro illo deputet religiosum loco ipsius.

II. Ad audiendas confessiones faeminarum quilibet ex nostris debet habere licentiam sui diffinitarii generalis, petitam a Patre provinciali, consulto Ministro domus ac insuper debet prius audisse confessiones virorum saecularium laudabiliter et per 2 integros annos.

III. Qui sine requisitis et facultatibus expressis in duobus numeris antecedentibus ausus fuerit confessiones audire vel examini Ordinarii sine licentia ordinis se exponere, privatus sit Ministerio excipiendi confessiones neque ad illud ei unquam licentia concedatur, nisi per capitulum generale.

IV. Ad hoc autem, ut confessarii post obtentam facultatem excipiendi confessiones negligentes non sint in studio nec doctrinam moralem pro derelicta habeant, praecipimus in virtute s. obedientiae et sub praecepto formali patribus Ministris, quod inviolabiliter curent et ad id obligent omnes confessarios tam virorum quam faeminarum (exceptis, qui sint vel fuerint Praelati vel ministri vel s. theologiae lectores) ut semel in hebdomada habeant inter se conferentiam moralem*) nullo eorum deficiente, nisi propter infirmitatem:

*) Vd. *p. 409. 410. 422.*

*) Vd. *p. 370. II.*

Dies autem tempusque designabitur a Ministro. Praeterea omnes, qui interesse debent conferentiae, examinentur indispensabiliter in II. visitatione cujuslibet triennii a visitatore et a 2 religiosis designatis n. 1. hujus § qui per secreta suffragia approbent et a reprobato licentiam auferat visitator. Hoc autem examen semper fiat, donec confessarii expleverint viginti annos laudabilis exercitii audiendi confessiones et post viginti annos, non amplius examinentur.

V. In ecclesiis nostris sint confessaria amovibilia ex decente ligno fabricata. Nullus autem confessarius faeminarum audiat confessiones, nisi in aliquo ex praedictis confessionariis, neque earum confessiones excipiat, nisi qui actualiter sit vel aliquando fuerit Praelatus vel qui aetatis annos quinquaginta habeat vel licentiam a suo Praelato pro casu raro et expressam pro qualibet vice. Ad confessiones autem virorum poterunt esse confessionaria in claustri parietibus elaborata, dummodo cum Ecclesia nec parvam communicationem habeant.

VI. In ullo ex dictis confessionariis religiosus aliquis sedeat, qui faeminarum confessarius sit, nisi tunc ecclesia sit clausa. Qui secus fecerit poena culpae gravis puniatur; quod si iteraverit, inhabilis maneat ad obtinendam facultatem audiendi mulierum confessiones, vel alia aequivalenti poena afficiatur, juxta statum suum.

VII. Licentiae excipiendi confessiones virorum sive faeminarum non intelligantur absolute et in perpetuum concessae, sed dependenter a voluntate religionis, quae illas poterit limitare, abolere et tollere sine obligatione reddendi causam. Quod non intelligatur cum illis religiosis qui sunt vel fuerint Praelati vel qui habeant 50 aetatis annos: aliorum autem licentiae tantum judicentur continuari et permanere, quas subscriptas relinquat visitator in sua visitatione vel Superior generalis, quando conventus perambulet, et ita non subscriptae eo ipso cessent.

VIII. In oppidis in quibus sunt conventus nostri non concedatur licentia ad exitum de domo pro audiendis continuo in diebus determinatis confessionibus saecularium, nisi raro et cum licentia in scriptis Superioris generalis.

IX. Nullus religiosus in loco aliquo officium parochi exerceat, etiam pro parte sub poena culpae gravis per tres dies, nisi domui nostrae sit annexa cura animarum, alias nec diffinitorium generale valeat dispensare in constitutione ista. Nec fratres qui faeminarum confessarii non sunt mittant Praelati pro audiendis virorum confessionibus ad oppida illa in quibus non est conventus noster.

Die 2. Aug. 1738.

(Bull. r. t. XV. p. 218. Ed. Luxbg.)

Ex constit. Ord. ffr. B. V. M. de monte Carmelo excalc. Congreg. Portug.

Pius PP. VI.

1. Quia animarum salus a confessariis maxime pendet, prior generalis ad quem confessariorum literas spectat exhibere morum innocentia doctrinaeque integritate ornatos huic muneri praeficiat praecedente conventualis capituli quoad mores triumque examinatorum ab ipso generali deputatorum quoad scientiam approbatione.

2. Qui ita approbati patentes confessariorum literas consequantur in quolibet congregationis nostrae monasterio nostrorum religiosorum possint confessiones excipere, minime vero saecularium sine dioecesani Episcopi aut Archiepiscopi licentia, qua tamen quantumvis generalis sit uti non poterunt quoad mulieres, nisi 33 aetatis annum incoeptum habuerint insimulque facultatem a priore generali acceperint; prioribus exceptis quibus dehinc hujusmodi facultatem impertimur.

3. Ne autem in studiis remisse se gerant statuimus, ut confessarii omnes in secunda cujusque triennii visitatione theologicae moralis examen subeant coram priore generali aut visitatore, simul cum immediato superiore et duobus aliis examinatoribus a visitatore designatis, qui omnes per secreta suffragia de cujusque habilitate et scientia judicium ferant.

4. Qui in hoc examine approbati non fuerint a majori suffragiorum numero patentes literas sibi ante concessas visitatori tradent (qui easdem petere haud negliget), nec deinceps confessiones excipiant; donec alio approbentur examine, et si aliter fecerint severe ad arbitrium ejusdem superioris puniantur. Vetitum enim est ipsis atque propterea illicitum quascumque saecularium vel regularium confessiones excipere, quin prius novam obtineant approbationem etsi ab Ordinariis facultatem habuerint.

5. A praefato examine immnues esse volumns praelatos superiores et lęctores, qui pro tempore fueriut vel antea fuissent, et illos, qui de re morali controversias pro tempore vel per anuos uovem antea id ipsum exercuerint. Priores etiam dum sua exerceant officia, minime vero postea nisi per duplex trienninm illa absolverint. At si qnis ex ipsis adeo parum studio vacaverit, nt credi haud temere possit necessaria destitui scientia poterit generalis prior etiam post trieunia perplura illum ad examen vocare.

6. Qni ex culpabili negligentia vel prava otii cupiditate ad confessarii munus exerceudum inhabilem se reddiderit e conventu ue prodeat donec habilis reddatur officia aliis communia saepins obeat, uec nisi raro et perurgeuti casu facultas invisendi patriam vel alium locnm ei coucedatur.

7. Et nt nullum desideretur medium quoad coufessariorum munus sese habiles reddant praecipimns, ut singulis conventibns praeter eremum theologiae moralisque collegium quadam uninscujusque hebdomadae die prioris arbitrio desiganda vespertino tempore per horam controversiae habeantur morales, quibus iutersint religiosi choristae iis exceptis, qni praelati superiores antea fuissent, lectoribus cum suis collegialibns magistrisqne novitiorum et recens professorum cum snis discipulis.

8. A priore generali eligantur harum controversiarum praesidentes prudentia et doctrina apprime excnlti, qui perspicnitate qua poterunt unins vel plnrium qnaestionnm plus ntilitatis confessariis afferentinm fnndamenta exponant, probabiliores ab improbabilibus secernant ac implectantnr opiniones et demum religiosorum dubiis objectionibusque satisfaciaut. Quo antem religiosi exponendas quaestiones perpendant teneantur praesidentes ipsas in tabella scribere et per aliquot aute disceptatiouem dies publico in loco appendere.

9. Teneantur praeterea couscientiae casus verbo ant scripto sibi propositos resolvere et controversias quibus praesederint scribere easqne visitationis tenores priori generali aut visitatori exhibere, uuacnm exemplaribns notabilium cousultationum, quas scripto vulgarunt. Ideo volnmns hujusmodi praesidentes eodem quo lectores modo a communitatis oneribus sint immunes praeter matutinum primae et secundae classis universalis ecclesiae et ordinis, vesperas omues et completorium, qnod immediate orationem subsequitur vel matutinum, cui iuteresse debeant, praecedit.

10. Nullus religiosus mulierum confessiones excipiat, nisi in confessionali, in quo sint duae laminae aereae exignis foraminibus perforatae vel saltem una cum velo clavis fixo: sintqne quantum fieri poterit ipsa confessionalia undique occlusa et praeter confessiouis tempus sub clave maneant.

11. Nullus etiam monialium uostrarum confessiones excipere poterit, qnin prius, praeter alia ex jure requisita et salvo Episcoporum jure circa approbationem hujusmodi confessariorum juxta canonicas sanctiones, 30. aetatis annum inchoaverit specialemque habeat facultatem a priore generali in scripto exhibitam, quae respectu aliarum mouialium servari praecipimus. Nemini etiam liceat monialibus quibuscumque adhnc extra confessionale loqni, nisi aut mater sit ant soror vel praefatam obtineat licentiam, salvo etiam quoad hoc Episcoporum jnre. Excipimus superiores praelatos pro tempore et inposternm et priorem localem: quippe illi totius congregatiouis mouialibus loqui earumque confessiones audire poterunt; iste vero illins tantum monasterii, cujus sibi cura demandata est.

12. Cujuscumqne dignitatis ant conditiouis sit monialium confessarius clausuram*) ingredi minime poterit nisi in gravi evidentique necessitate, videlicet ut sacramenta ministret iis, qui nullo modo ad confessionale vel communitatis feuestram accedere valent et tunc alio comitatus religioso, a quo unuquam discedet, uisi quantum ne audiatur opus fuerit. Qui secus fecerit poena plectatur suspeusiouis ab officio per sex menses, si praelatus sit, si subditus privatiouis vocis et loci per idem tempus. Poena tamen gravi puniantur, si ambo non recta ad id tendaut, cujus gratia ingrediantur vel ipso peracto coutiuuo non egrediautur, quin moras trahant vel alio divertant, uec etiam ut alterius monialis simili causa nou impeditae coufessiouem excipiant.

13. Sub eadem poeua nemini liceat iutra monialium clausuram pernoctare praetextu etiam aegrotanti quae in mortis articulo videatur constituta adsistendi, nisi vere morti

*) Vd. *Clausura.*

proxima illo egeat pietatis officio, quod erga morientes exerceri solet: ubi autem expiraverit absolutoque solito responsorio statim exeant et aliqna honorabili persona associati domum redeant, quod si commode non possit fieri in sacristia vel alio deceuti loco, usque dum lucescat maneant.

14. Nou prioris generalis sed definitorii erit monialium confessarios sive ordinarios sive extraordinarios deligere; illique valde commendamus, ut ex religiosis qui aetatem expleverint legant literis et virtutibus praestantiores. Si autem definitorium suo pro tempore munere jam functum fuerit ejusque membra ab se segregata et gravis sit causa, ut aliqnis denuo sit eligendus generalis prior per epistolas consulat definitores singulos et de consensu duorum saltem illud ei tribuat munus, qui aptior sibi videbitur donec definitorium iterum congregetur et coram illo rationem reddat, ut quod visum fuerit expedire maturius inposterum definiatur.

15. Confessores ordinarii monialium confessiones illarum audiant, quoties ipsae tenentur confiteri, extraordinarii quater aut quinquies in auno, quorum unus semel saltem extraneus eligatur saecularis aut regularis juxta constitutiouem Benedicti XIV.*)

16. Omnes autem tam saecularium quam monialium coufessarios monemus et per dominum obsecramus, ut sacris profana non immisceant ex spirituali poenitentium directioue occasiouem capientes, ut temporalia eorum pertracteut negotia, ut ipsorum procuratores aut oeconomos se geraut vel ut temporale aliquod inde sibi aliisve lucrum reporteut. Qui secus fecerit si semel et iterum punitus non resipiscat a confessariorum numero arceatur.

Die 17. Mart. 1783.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 31. Ed. Romae.)

Ex constit. Canon. regul. Ord. s. Augustini Congreg. Colimbr.

Iu confessarios Cauouicorum capitularium uominamns ac depntamus omnes Canonicos ejusdem congregatiouis, qui ad audieudas saecularium confessiones fuerint approbati, qnamvis habitatores uon sint illius domus, in qua forte morantur. In confessarios autem illorum qui ad tyrocinii pertiuent scholam prior et consiliarii nominabunt 6 vel 8 ex Capitularibus approbatis, ut inter eos liber possit unusquisque seligere, quem maluerit. Et omnes confessarii tam Capitularium quam fratrum ad tyrocinium spectantium poterunt a criminibus reservatis absolvere absque alia facultate a vigilia Natalis usque ad diem Circnmcisionis a dominica Palmarum usque ad dominicam Paschae, a vigilia Pentecostes usqne ad domiuicam ss. Trinitatis et a vigilia solemnitatis s. patris Augustini usque ad illius octavam.

Ut autem dictae congregationis Canonici saecularinm confessiones audire queant, prius debent theologiae cursnm absolvere vel saltem in aliqno monasteriorum per tres annos theologiam moralem discere: postea ab examinatoribus ordinis strictim examiuari et approbari; deiude a capitnlo generali vel definitorio vel patre generali et collegis facultatem in scriptis assequi: tandemque licentiam ab Ordinario loci juxta formam concilii Trid. obtinere. Si quis autem Canonicorum nou curaverit haec peragere vel ad saecularium confessiones audieudas se expedire a superioribus compellatur, nisi aliqua rationabili causa excusetur.

Hac obtenta facnltate prompte adeant coufessionale temporibus consnetis mnueri suo satisfacturi, quoties ibi fuerint poenitentes id postulautes, dnmmodo in choro adsint snfficientes Canonici ad officia divina rite celebranda. Caveant tamen coufessarii a gnbernandis poenitentium domibus vel temporalibns eorum negotiis tractandis; haec enim plnries animarum detrimento esse consuescuut. Et qnamvis habeant facnltatem audiendi confessiones personarum utriusque sexus, in ecclesia tamen monasterii mnlierum confessiones non audient, quin a priore et conciliario ad id nomineutnr. Quod si ab aliquibus moribundis vel graviter infirmis ejusdem loci quo sita fuerint mouasteria vel valde prope illa quilibet confessarius fuerit vocatus ut illorum confessiones extra monasterium audiat statim praelatus vocatum mittet eiqne socium designabit Canonicum gravem; ambo tamen simul ibunt et redibunt, quin divertant ad aliam domum.

Coufessarii tandem qui praelati aut in sacra theologia magistri non fuerint nec audiendi confessiones exercitinm adhnc habuerint spatio viginti annorum singulis triennis examinabuntur de re morali a 2 exami-

*) Vd. *p. 390. c.*

natoribus, quos generale capitulum vel definitorium vel pater generalis cum collegis suis ad hunc effectum nominabit et quisquis hoc examen non subierit intra idem triennium, eo finito manebit ipso facto suspensus a confessionibus audiendis donec examinetur et approbetur, nisi a visitatoribus fuerit ob aliquam magni ponderis rationem dispensatus de quibus eorum conscientiam oneramus.

Die 17. Julii 1783.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 151. Ed. Romae.)

Ex constit. ffr. Ord. B. V. M. de monte Carmelo discalc. Congreg. Hispaniae.

Pius PP. VI.

1. In eligendis sacramenti poenitentiae ministris utpote in re tam gravi magnus delectus habeatur neque ad id munus admittantur, nisi qui una cum doctrina morum gravitatem vitaeque integritatem conjunxerint. Quae ut rectius serventur, provincialis, simul cum priore conventus et alio ex dignioribus religiosis examinata earum sufficientia eos per secreta suffragia approbent vel reprobent.

2. Omnes confessarii tam religiosorum quam saecularium licentiam habeant in scriptis a suo provinciali. Pro saecularibus vero etiam a locorum Ordinariis facultatem obtineant, et ne obtenta hujusmodi licentia in studiis remissius se gerant singulis tribus annis ab eisdem examinatoribus de eorum sufficientia periculum fiat et per secreta suffragia de eorum idoneitate et sufficientia judicium ferant: nisi alias sint aut fuerint priores aut theologiae, canonum, scripturae vel artium lectores aut conferentiarum praesides aut praedicatores modo supradicto vel praelatorum munere fungantur aut functi sunt. Hoc igitur examen fiat a praelato secunda vice suae visitationis. Quinquagenariis minores sua inscitia vel desidia facultate saecularium confessiones ultra duos menses in proprio domicilio deinceps carentes, communia tabulae officia pluries subibunt voceque in capituli deliberationibus erunt destituti.

3. Nemo ab Ordinariis confitendi licentias aut earum extensionem obtinere aut procurare praesumat absque interventu et consensu praelati et nisi primo pro quacumque vice examinatus et approbatus fuit intra ordinem, quod ut commodius fiat provincialis in prima visitatione tres designabit pro singulis conventibus examinatores, siue quorum praevio examine et approbatione nullus illius conventus religiosus dominis Episcopis praesentare se audeat, ut pro audiendis confessionibus licentias aut earum extensionem ab eis obtineat.

4. Nullus nostrorum fratrum confessiones cujuscumque instituti monialium audire possit, qui quadraginta annis non complevit: neque mulierum saecularium confessiones valeat excipere quamvis sit aut fuerit superior, qui triginta tres annos attigerit, nisi pro aliquo casu particulari et necessario cum aliquo definitorio generali videatur dispensari debere.

5. Habita facultate administrandi poenitentiae sacramentum in una provincia, in omnibus aliis poterit quisque confessiones religiosorum audire, non vero monialium, nisi praeter ea quae de jure requiruntur a proprio earum provinciali peculiarem ad hoc obtineat facultatem. Exponendi vero pro monialium aut aliarum mulierum saecularium confessionibus audiendis, quamvis ad aetatem ad id requisitam pervenerint et alias generali confitendi facultate sine discriminatione gaudeant, specialem tamen pro foeminis et monialibus obtineant, alioquin earum confessiones audire nullatenus valebunt.

6. Innitentes tam juri communi nostrisque statutis atque antiquae consuetudini quam Pontificum privilegiis declaramus sacerdotes simplices nostrae religionis (illos videlicet, qui provincialis vel generalis licentiam et approbationem non habent) nullam habere jurisdictionem ad audiendas confessiones fratrum etiam sacerdotum. Etsi forte ratione consuetudinis esset quoad hoc aliqua tacita licentia, illam praesenti decreto annullamus, decernentes, ut a nullo praelato praeter patrem generalem et provincialem unquam licentia concedatur praevio examine jam dicto, alias sit nullius roboris et momenti. Quod intelligi volumus, sive intra sive extra conventum existant. (Extra conventum tamen, copia confessoris approbati proprii et extranei deficiente, religiosos nostros sacerdoti simplici nostri ordinis confiteri posse indulgemus.) Proindeque nullus religiosus etiam sacerdos alicubi eis aliter confiteri possit sub poena privationis vocis et loci tam confitendi quam confessionem audiendi per unum mensem infligenda. Insuper qui confessionem attendat audire, inhabilis permaneat inposterum ad confessiones audiendas.

7. Nullus frater officium parochi exequatur vel pro eo suppleat aut ejus vicem in aliquo gerat, absque praevia praelatorum et parochorum licentia et consensu sub poena suspensionis ab officio vel privationis vocis et loci per unum mensem.

Die 14. Mart. 1786.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 530. Ed. Romae.)

16) Regularium.

Vd. n. 15.

a) Numerum confitentium declarare possitne?

Viglevanensis Episcopus exponit praelatos regulares, quorum zelum vocat indiscretum, dum casus quoad subditos sibi reservarunt, jubere quos ad confessiones regularium audiendas exponunt ut verbo aut scripto declarent non solum numerum religiosorum sed et nomina eorum, qui regulariter iis confitentur. Hinc resultare quod cum unus confessarius quatuor vel sex poenitentes habeat, si contingat ut petat licentiam absolvendi ab aliquo casu reservato, jam praelatus circiter quatuor vel sex scire debeat quisnam illud commiserit, et cum longa experientia mores singulorum percalleat, possit digito ostendere sine erroris periculo quisnam iste sit, qui absolvi a reservato valeat. Id putans repugnare arctissimo confessionis secreto instat decerni:

An liceat ut confessarii singuli exhibeant superiori nomina eorum, qui ad suos pedes gratia sacramentalis confessionis accedunt? S. C. C. respondit: Non licere.

Die 26. Martii 1678.

b) Quis sit?

Vd. t. I p. 207. o; *Confessar.* (electio vi bullae *Cruciatae p. 383. a.)*

Revocatio peculiaris statuti ordinis fratrum minorum s. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, quo ipsis vetitum erat, ne confessariis extra proprium ordinem unquam confiteri possent.

Benedictus PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quod communi auctoritatis juri innixum in religiosis familiis, etiam per peculiares generalium comitiorum sanctiones, in aliquibus ordinibus praeceptum statutumque est, ut nimirum alumni cujuslibet instituti peccata sua nonnisi ejusdem dumtaxat religionis confessariis, quibus, utpote omnium rerum in ipsa religione servandarum cavendarumve notitia instructis, facilius est pro culpis salutare adhibere remedium, confiteri teneantur, illud, etsi aliquo pacto tanquam necessarium et laudabile ac propterea ab apostolica Sede fortasse alias confirmatum, etiamnum servatur, ea tamen secum afferre incommoda, propter quae non sine aut conscientiae angore aut populorum offensione adimpleri posse, alias nonnulli fratrum praesertim ordinum praedicatorum, minorum sancti Francisci aliorumque superiores serio cogitantes super hujusmodi statutis ordinum suorum dispensationem ab eadem apostolica Sede sibi impertiendam curarunt.

§ 1. Quoniam autem, sicut accepimus, in ordine fratrum minorum s. Francisci Capuccinorum nuncupatorum idem quoque statutum a diffinitorio generali jamdudum editum et in pluribus capitulis generalibus dicti ordinis comprobatum ea, qua decet, observantia viget atque exigitur, ut nemo frater expresse professus ordinis praefati, sive presbyter sive laicus fuerit, sive iter agens sive alicubi quocumque pacto de suorum superiorum tamen licentia commorans, etiamsi ad praedicandum verbum Dei, tam adventus quam quadragesimae temporibus, et ad s. missiones quoque perrexerit, nemini nisi sui ordinis fratris confessario, per suum superiorem ad confessiones audiendas approbato peccata sua confiteri, ab eoque sacramentalem absolutionem obtinere licite et valide possit.

§ 2. Hinc est, quod Nos, qui licet ejusdem ordinis et alumnos, propter severioris disciplinae cultum, summam animi demissionem, arctissimam paupertatem et insignem in pietate, doctrinis disciplinisque laudem plurimi facere pergimus et paternae benignitatis testimoniis complectimur, tamen scientes de mundano pulvere religiosa etiam corda sordescere nec ad susceptum religiosae vitae institutum proficere, quin imo plurimum obesse, ut iidem alumni ac praecipue praedicationi verbi Dei sacrisque missionibus addicti, a suis conventibus, quacumque de legitima causa et longe et diu absentes ob confessarii defectum vel a faciendo Sacro

aut ss. Eucharistiae Sacramento percipiendo non sine populorum quibuscum iuterea temporis conversantur scandalo abstineaut, vel ad sacrosanctum missae Sacrificium celebrandum aut Angelorum panem snmendum, ne scaudalum oboriatur, cum conscientiae augore accedant, hisce malis opportunum apostolicae providentiae nostrae remedium afferre cupientes, motn proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis pleuitudine ac praevia cujuscumque statuti seu decreti, ut praemittitnr a generali definitorio edicti, et per generalia dicta ordinis capitula approbati, etiam ab apostolica Sede praefata confirmati, revocatione tenore praesentium statuimus, decernimus et mandamus, ut qnlibet ex fratribus dicti ordiuis sive iu sacro presbyteratus ordiue constitutus, cujnscnmque status, gradus, dignitatis et conditionis sive laicus sen couversus fuerit, qui de superiorum snorum licentia, quacumqne de legitima causa, titulo et occasione, sive praedicandi verbum Dei qnocumque tempore sive s. missiones peragendi sive iter agendi et alicubi commorandi, ubi nullus conveutus sen hospitium nullusque frater dicti ordinis confessarius reperitnr, libere et licite possit ac valeat qnemlibet presbyterum saecularem ab Ordinario loci vel regularem a suo superiore regulari ad sacrameutales confessiones excipiendas approbatum adire eiqne peccata sna confiteri atqne ab ipso obtinere sacramentalem absolutionem, etiam quoad casus per coustitutiones et statuta regularia dicti ordinis reservatos incnrsasque proinde censuras, recepta salntari poenitentia praestitaque obligatioue se statim, quoad ipsi permissum fuerit, coram suo regulari superiore praesentandi ac de novo super casibus et censuris hujnsmodi absolutionem impetrandi.

§ 3. Decernentes etc.

Die 30. Mart. 1742.

(Bnll. Bened. XIV. t. I. p. 144.)

Religiosi societatis Jesu non possunt uti facultate literarum s. Cruciatae et virtute illarum clausularum eligendi alium et diversum confessarium assignatum a suis Superioribus pro illorum confessionibus.

Urbanus PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex ad ea sollicitudinis snae partes iutendere debet, per quae religiosorum status in pace et quiete tutius conservetur.

§ 1. Sane cum ratio doceat et experientia compertum sit, religionibus valde perniciosum existere, nt eorum religiosis licitum sit confessarium sibi eligere et licet fel. recor. Greg. XIII. ac Clem. VIII. et Greg. XV. romani Pont. Praedecessores nostri per suas in forma brevis literas expresse prohibueriut, ne religiosi societatis Jesu facultatibus *Cruciatae* uti absque Superiorum suorum licentia valereut.

§ 2. Nihilominus quia nonnulli existimant ex clausnlis literarum dictae *Cruciatae* cuicumque ipsius societatis privilegio derogari et propterea ipsis religiosis hujusmodi facultatibus uti licitnm esse speciali ad hoc uostro et apostolicae Sedis opportnno remedio necesse sit,

§ 3. Nos pro nostri pastoralis muneris debito ea quae ipsius societatis quiete et pacifico statui ac debitae Superioribus obedientiae conservandae opportuna esse cognoscimus salubriter providere volentes motu proprio et ex certa scientia meraque deliberatioue nostra ac de apostolicae potestatis plenitndiue hac uostra perpetuo valitura constitutione sancimus, nulli religiosorum ejusdem societatis licere facnltatibus *Cruciatae* hujusmodi in quacumqne mundi parte publicatae vel pnblicandae quoad eligendum confessarium et obtinendam absolntionem praedictam facultatem *Cruciatae* concessionibus, extensionibus, prorogatiouibns et confirmationibus factis et pro tempore quomodolibet faciendis comprehendi.

§ 4. Sicque per quoscumqne Judices ordinarios et delegatos sublata eis et eorum cnilibet quavis aliter judicaudi interpretandi facultate etc.

§ 5. Non obstantibus.

Datnm Romae apnd s. Petrnm die nltima Martii 1629.

(Bull. r. t. V. p. 183. Ed. Luxbg.)

De facultate eligendi confessarium virtute Bullae Cruciatae *ad regulares utriusque sexus et cujuscumque ordinis non extenden. nec extra forum conscientiae.*

Urbanus PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

In specula militantis ecclesiae nullo licet meritorum suffragio divina dispositione constituti et attente considerantes sacros regularium ordines tautas ecclesiae Dei utilitates omni tempore attulisse, ut ad eas conservandas et instaurandas romani Pontifices praedecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint: dignum, quin potius debitum reputamus, ut eorumdem Pontificum vestigiis inhaerentes ad ea pastoralis vigilantiae partes jugiter iuteudamus, ut in eisdem ordinibus disciplinae regularis observantia sarta tecta conservetur, et si quae illi obesse dignoscuutur opportnnae coustitutionis ministerio salnbriter removeautur.

§ 1. Alias siquidem felic. record. Clementi PP. VIII. Praedecessori nostro per procuratorem generalem ordinis fratrum B. Mariae de Monte Carmelo nuucupat. exposito, qnod cum in Bulla *s. Cruciatae* et aliis privilegiis ab apostolica Sede concedi solitis detur facultas eligendi confessarium idoneum ab Ordiuario approbatum, qui possit christifideles absolvere a casibns Ordinario et Sedi apostolicae reservatis religiosi praedicti ordinis, seu eorum nonnulli etiam praedictis facnltatibns nti praesumebant in detrimentum eorum regularis disciplinae, quare idem Clemens Praedecessor sua perpetuo valitura constitutione declaravit, facnltatem et concessionem *s. Cruciatae* et aliornm indnltorum praedictorum qnantum ad praedictum articnlum eligendi confessarium et absolvendi a casibns reservatis non habere locnm cnm fratribus et sororibus monialibus qnorumcumque ordinum et cougregationum cujusvis iustituti, meudicantium et non mendicantinm tam in provincia Hispaniae quam extra eam nbilibet constitntis neque eis suffragari sed ejusdem Clementis Praedecessoris inteutionis fuisse, quod iidem fratres et moniales quantnm ad Sacrameutum Poeniteutiae seu coufessionis admiuistrationem dispositioni suorum Praelatorum subjecti essent, prout in dicti Clementis Praedecessoris iu simili forma Brevis desuper snb die 23. Novb. 1599 expeditis literis.

§ 2. Nihilominus sicnt Nobis non sine animi nostri molestia innotuit nonnnlli ordinis fratrum Praedicatorum professores praetextu Bullae ejusdem *s. Cruciatae* ac dictorum indultorum confessarinm hujusmodi, qui eos ut praefertur absolvat eligere posse praetendaut et forsan eligant, etiam ad praesens postquam literae nostrae snb die 14. Jnnii 1624 super facnltate eisdem regularibus confessarium ad effectum hujusmodi eligendi ad quiuquenuium tunc proximum concessa emanatae pridem ab auuo et ultra expiraverunt, in maximum status et observantiae regularis praejudicium.

§ 3. Nos praemissis quantum Nobis ex alto conceditur obviare ac felici tam eorumdem fratrum Praedicatorum et b. Mariae de Monte Carmelo religiosorum quam omnium et quorumcumque aliorum cujuslibet ordinis, congregationis, societatis et instituti, etiam speciali meutioue et uota digni ntriusque sexus tam mendicantium statui atque directioni et aliorum christifidelium saluti consulere volentes praefataeque Clemeutis Praedecessoris declarationi inhaerentes illamque tenore praeseutium iunovantes ac qnatenns opus sit ampliantes motn proprio et ex certa scieutia ac matura deliberatione nostris deqne apostolicae potestatis plenitudine coucessionem *s. Cruciatae*, quae respectu facultatis hujusmodi, etiam laicis et clericis saecnlaribus cujuscnmque status, gradus, qualitatis et conditionis etiam speciali uota dignae quoad casus reservatos etiam in Bulla *Coenae Domini* (haeresi excepta) contentos nonnisi in foro couscientiae uon autem in foro externo suffragatur, aliorumque iudultorum hujusmodi, qnantum ad praedictum articulum eligendi coufessarium et absolvendi a praedictis casibus reservatis etiam in Bulla *Coenae Domini* couteutis, cum fratribns et monialibus praedictis fratrum Praedicatorum ac aliorum quorumcumque ordinum et congregatiouum societatisque et instituti, praedictorum mendicantinm et uon mendicantium, tam proviuciae Hispaniae quam extra eam ubilibet constitutorum locum minime habuisse neque habere nec in illis ullo modo snffragari potuisse neque posse excepto dumtaxat illo quinquennio, quo literae uostrae hujusmodi ut praefertur duraverunt, si quidem die 14. Juuii 1629 proxime praeteriti jam expiraverunt, sed nostrae intentionis fuisse et esse, quod iidem fratres et moniales quantum ad Sacramenti Poenitentiae seu confessiouis administrationem ordinariae dispositioni suorum Praelatorum et Sedi apostolicae quoad sibi reservata subjecti sint, earumdem tenore praesentium perpetuo declaramus.

Datum Romae apnd s. Mariam Majorem die 19. Junii 1630.

(Bull. r. t. V. p. 198. Ed. Lnxbg.)

Hildesimen.

Usus invaluit in civitate Hildesimen. ut nonnulli regulares ad civitatem ipsam pluribus infra annum vicibus accedentes ibique per aliquot dies commorantes soleant sibi eligere presbyterum saecularem ab Episcopo non approbatum, qui eis sit a confessionibus, quamvis non desint, qui vel ex saecularibus vel ex regularibus propriaque cujusque ordinis familia de Episcopi vel Praelati regularis licentia confessiones excipiant. Id minime ferri posse censet laudatus Episcopus; sed ne in re tam gravi quidquam decernat inconsulta Sede apostolica pro eximia in eam opinione ac reverentia dubia quae in calce exhibentur declaranda proponit.

Et primo quidem non diffitetur complures ex moralis theologiae doctoribus opinionem tueri, quod religiosus iter faciens vel domi permaneus possit de licentiam tantum sui Superioris presbyterum quemlibet sive saecularem sive regularem a nullo Praelato vel Episcopo approbatum sibi in confessarium eligere, ut refert *Bordon. Var. resolut. part. 1. res. 34. n. 2.* Animadvertit tamen alios plures ex theologis tum moralistis tum canonistis contrariam sententiam tamquam magis veram sustinere ea praecipue ratione, quod si de jure communi et de universali ante Concilium Trid. vigente consuetudine nullus religiosus peccata sua confiteri poterat sacerdoti ab Episcopo non approbato, multo minus id permissum censeri debeat, postquam Concilium tam sollicite approbationem requisivit in eo, qui sacramentales confessiones exciperet, *Mirand. in Manual. Praelat. t. 2. quaest. 33. artic. 6., Clericat. decis. Sacram. poen. dec. 39. n. 5. et seqq.*

Observat praeterea, ne ipsis quidem Episcopis post Tridentinam sanctionem id licere, *Diana Cordinat. t. 7. tract. 1. resol. 92., Nicol. Canonic. lucubr. t. 2. lib. 5. tit. 38. n. 10. pag. 236., Cleric. ibid. n. 6.*, imo nec S. R. E. Cardinalibus, *Fagnan. in cap. final. de poenit. et remis., Clericat. loc. citat.*

Addit falsum omnino esse, quod regularibus ante Concilium licuerit simplicem sacerdotem a nemine approbatum eligere. Oppositum quippe evinci contendit ex *glossa in cap. Omnis utriusque sexus in verb.: alieno sacerdoti de poenit. et remiss.*, et *ex Clement. 1. verb.: speciali de privil.*, cui quidem *glossae* plus deferendum affirmat quam doctorum opinioni. Maxime quia innititur antiquorum canonum dispositione praecipientium, nec ullus sive saecularis sive regularis sacramentales excipiat confessiones, nisi a suo Superiore et ab Episcopo fuerit ad id munus approbatus, *cap. Adjicimus* §: *Ecce in hoc* et *cap. Generaliter* §: *Hoc idem 16. quaest. 1.* Huic autem sententiae canonistas fere omnes consentire, ut apud *Fagnan. loc. sup. citat. n. 10. et 53.* et apud *Clericat. loc. citat. n. 11.*, quibus cum agatur de ss. canonum interpretatione potius quam moralistis seu scholasticis est deferendum, *Card. de Luc. ad Concil. Trid. disc. 26. n. 24.* et *de Matr. disc. 3.*

Nec diversimode intelligenda esse privilegia regularibus coucessa ab Innocentio VII. et Sixto IV., cum haec dum iisdem facultatem tribuunt eligendi confessarium si non explicite, implicite saltem designent confessarium ab Episcopo approbatum, quia requirunt religiosum vel presbyterum saecularem *idoneum et discretum*, *Clericat. loc. citat.* Idque confirmari ex Bulla Jubilaei, in qua caveri solet, ut regulares eligere debeaut confessarium *approbatum*, quemadmodum ex mente s. Congregationis testatur *Fagnan. in cap. Omnis utriusque n. 18. de Poenit. et remiss.* Ex quo infert, idem quoque intelligendum esse quotiescumque confessarii electio a regularibus fieri contingat, quia lex corrigens in uno ex correlativis etiam in alio corrigit, *Leg. final.* et ibi *Bartol.* et *D. D. Cod. de indict. Viduit. tollen.*

Animadvertit insuper, quod licet verum esset, quod Superior regularis religiosi eligentis praesumatur tribuere sacerdoti electo jurisdictionem ad absolvendum, nihilominus hoc non sufficeret, quia requiretur ulterius, ut sacerdos ille idoneus fieret ad *exercitium jurisdictionis* per approbationem proprii Ordinarii, qua deficiente impeditus semper remaneret sacerdos ad confessiones excipiendas, ut observat *Clericat. citat. decis. 39. de Sacram. Poenit. n. 12.* Idemque diceudum de Praelatis regularibus itinerantibus, quibus nullo modo fas est sacerdotem saecularem eligere ab Ordinario non approbatum, ut contra Bordouum aliosque tradit *Clericat. loc. citat. n. 13 et 14.*

Multoque magis haec omnia in praesenti casu locum sibi vindicare posse existimat, quia regulares eorumque Praelati ad civitatem Hildesimen accedentes vel hospitantur in monasteriis seu couventibus, ubi confessarii deputati et approbati existunt vel si alibi morantur, eorum copiam facile habere possunt. Plures quippe, asserit, adesse confessarios cum saeculares cum regulares qui vel in ipsamet civitate vel prope illam in conventibus et monasteriis degunt. In his autem circumstantiis affirmat Episcopus, illos etiam doctores qui contrariam sententiam sequuntur non controvertere, quin adigendi sint regulares alicui proprii ordinis religioso peccata sua confiteri, *Bordon. part. 1. resol. 4. n. 6.* et *resol. 34. n. 4.*, *Tamburin. de jur. Abbat. t. 2. disput. 6. quaest. 6. n. 4. et 6.*, *Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 10. n. 20.*, *Ghobat. Theolog. experim. tract. 6. n. 646. et seq.*

Demum observat, nimis irrationabile esse simplicem religiosum, forsan etiam illiteratum et idiotam jus habere judicandi de idoneitate et approbandi in confessarium sacerdotem quemlibet sive saecularem sive regularem, qui quandoque et ipse illiteratus sit et idiota. Id enim mali evenire posse advertit, ut religiosus a proprio conventu in fraudem secedat et benevolum atque illiteratum confessarium eligat; quod esset absurdum atque omnino vetitum.

Haec Episcopus ponderanda proponit in supplici libello ss. Domino Nostro exhibito et ad s. Congregationem remisso.

Absolutio in Sacramento Poenitentiae non est nudum dumtaxat ministerium vel annuntiandi Evangelium vel declarandi, quod sint remissa peccata, ut novatores existimarunt, sed actus est judicialis, quo a sacerdote, velut a judice, sententia pronuntiatur, ut contra dd. novatores definivit Concil. Trid. *sess. 14. de Poenitent. can. 9*: *Quoniam vero* (ut prosequitur s. synodus cap. 7), *natura et ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur, persuasum semper in ecclesia Dei fuit, verissimum esse synodus haec confirmat nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.* Idque prius declaraverat Eugenius IV. et ante ipsum Concil. Lateranense sub Innocent. III. c. 21.

Quamvis autem cum quis inauguratur sacerdos ordinis potestatem accipiat non accipit tamen potestatem jurisdictionis, nisi ant parochiale beneficium habeat aut ad excipiendas confessiones ab Episcopo approbetur. Alterutrum ex his modi acquirendi potestatem jurisdictionis indigitavit synodus Trid. *sess. 23. cap. 15. de ref.* his verbis: *Quamvis presbyteri in sua ordinatione a peccatis absolvendi potestatem accipiant, decernit tamen s. synodus, nullum etiam regularem posse confessiones saecularium etiam sacerdotum audire nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium aut ab Episcopis per examen si illis videbitur esse necessarium aut alias idoneus judicetur et approbationem quae gratis detur obtineat, privilegiis aut consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus.*

Hinc Urbanus VIII. *) in constit. 29. bull. 4. quodlibet privilegium administrandi Sacramentum Poenitentiae abrogavit, nisi Episcopi facultas intercederet. Idemque observandum declaravit Innocentius XI. in decreto *de frequenti commun. die 12. Febr. 1679.*,**) etiam in casu, quo ageretur de absolutione laevium culparum aut laethalium, quae alias per confessionem fuerit expiatae.

Super praedicta autem conciliari dispositione ejusque intelligentia plures quandoque institutae sunt quaestiones. Praecipua vero fuit:

An Episcopus aliique etiam minores Praelati exempti, quibus ex *cap. final.: Ne pro dilatione tit. 38. de poenit. et remiss.* permissum est *ut etiam praeter sui Superioris licentiam providum et discretum sibi possent eligere*, hujus decretalis vigore queant confessarium eligere sibi non subditum, quia a proprio Ordinario approbatus non fuerit ad excipiendas confessiones ad praescriptum Concilii Trid. *citat. cap. 15. sess. 23. de ref.?* s. Congregatio referente Fagnano in *dicto cap. final. n. 62.* declaravit privilegium, quod competit Episcopis in vim hujus decretalis, non esse quidem a Coucilio sublatum, sed tamen non posse Episcopum sacerdotem sibi non subditum eligere nisi aut parochiale beneficium habeat aut fuerit a suo Ordinario approbatus. Idque audita relatione Congregationis Gregorius XIII. confirmavit.

Hujus autem resolutionis fundamenta recenset Fagnanus *loc. citat. a n. 6. ad 14.*, ubi inter caetera observat, quod duo impediunt, quominus sacerdos potestatem absolvendi in ordinatione acceptum valeat exercere. Primum impedimentum provenit ex Concil. Trident. *cap. 15.* et respicit perso-

*) Vd. *supra p. 303.; p. 409....*
**) Vd. *Decreta auth. ss. R. C.* Edit. Mühlbauer *t. I. p. 345. n. 9.*

nam ipsiusmet sacerdotis, quia scilicet non sit approbatus ab Ordinario vel parochiale beneficium non obtineat. Alterum vero respicit personam poenitentis, quia nempe sacerdos in eum jurisdictionem non habeat, *cap. Placuit. dist. 6., cap. Omnis de Poenit. et remiss.* Quamvis autem a decretali superius relata sublatum fuerit impedimentum defectus jurisdictionis circa quod Concilium Trid. nihil innovavit, quia tamen remanet alterum impedimentum ex inhabilitate personae confessarii, ab eodem Concilio inductum, actus proinde absolutionis expediri non potest. De duobus enim impedimentis ad actum, etiamsi unum sublatum fuerit, nihilominus actus exerceri non valet, quoties aliud subsistat, *cap. Ex mecum de usu pallii* et *cap. Pastoralis de privil.* Videnda. *Fagnanus loc. cit.* et *cap. Omnis cod. tit. n. 75.*

Haec autem omnia procedunt tum quoad Episcopos tum etiam quoad S. R. E. Cardinales, ut advertit *Fagnanus in citat. cap. Ne pro dilatione n. 53. et seqq., Tria in additionibus ad Platum n. 55. pag. 410., Andreuccius Episc. Card. Suburbic. cap. 3. n. 68. et seq.* Eadem quoque militant quoad parochos. Hinc Alexander VII. hanc propositionem damnavit: *Qui beneficium parochiales habent, possunt sibi eligere in confessarium sacerdotem non approbatum ab Ordinario.**)

Qua in re illud quoque addere juvat desumptum ex *Fagnan. in relat. cap.*: *Omnis de poenit. et remis. n. 75.*, quod cum in hac s. Congregatione disputatum fuerit: an exempti vigore privilegii resultantis ex cap. final. de poenit. et remis. possent post Concilium sacerdoti sibi non subdito et a suo Ordinario non approbato in aliena dioecesi peccata confiteri? s. Congregatio censuit referendum SSmo qui declaravit posse quidem eligi sacerdotem non subditum, sed qui esset ab Ordinario approbatus.

Gravior tamen est altera quaestio respiciens regulares, qui privilegio potiuntur exigendi sibi in confessarium sacerdotem quemlibet sive regularem sive saecularem. Non desunt plures ex moralistis, qui contendunt, eosdem regulares iter facientes vel extra claustra tempore concionum ut alia causa commorantes nec confessarium proprii ordinis approbatum habentes posse sibi presbyterum saecularem ab Episcopo non approbatum in confessarium constituere, quos moralistas recenset *Fagnan. in citat. cap. Ne pro dilatione de poenit. et remiss. n. 50.* et *Ferraris in bibliothec.* verb.: *Approbatio art. 2. n. 10.* Verum alii, et praesertim canonistae fere omnes, quos refert *Clericat. de Sacram. Poenit. dec. 39. n. 12.*, contrariam sententiam tuentur et Ordinarii approbationem omnino necessariam existimant.

In hoc itaque sententiarum conflictu inquirenda praecipue sunt et accurate perpendenda privilegia a romanis Pontificibus regularibus concessa. *Ludovicus Miranda* ordin. Min. in *Manual. Praelat. t. 2. quaest. 33. art. 6. concl. 6.* duo enumerat specialia privilegia fratribus Praedicatoribus tributa et in monumentis ordinis relata. Unum videlicet Sixti IV., quod ita se habet: *Quod possint concedere fratribus suis, ut dum itineraverint vel fuerunt extra conventus suos dumtaxat valeant confiteri quibuscumque sacerdotibus regularibus sive saecularibus, et quod similiter id facere possint ipsi Praelati.* Alterum Leonis X. in haec verba conceptum: *Quando sunt extra conventum et non possunt habere copiam sacerdotum, quia non habent proprium confessarium, possint confiteri peccata sua alteri religioso alterius ordinis vel presbytero saeculari, dummodo hoc fiat sine fraude et dicant Praelato suo.*

Praeter haec aliae reperiuntur similes concessiones, quarum una est Innocentii VII. pro religiosis pariter ordinis Praedicatorum in constit.: *Provenit 16. Kal. Novb. 1405*, ubi haec leguntur: *Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati fratribus hujusmodi, quos pro tempore ut praefertur itinerare et per eorum Superiores mitti contigerit, ut si aliquem praesbyterum idoneum ex professoribus d. ordinis habere non possint, quemcumque alium idoneum et discretum religiosum vel saecularem in eorum confessores eligere valeant.*

Altera vero est Sixti IV. pro fratribus Minoribus in constit. *Supplicari Nobis 11. Augusti 1479, ibi: Ut fratres, vestra vel aliorum Praelatorum et suorum, qui pro tempore erunt, licentia, solummodo tamen cum itineraverint vel fuerint extra conventus eorum, prout vos concedetis, confiteri possint, et vos quomodocumque sacerdotibus cujuscumque saecularis aut regularis ordinis confiteri valeatis.* Reliquas hac de re pro regularibus editas

*) Vd. *supra p. 381. n. 4.*

constitutiones inane esset recensere, cum similes sint aliis supra relatis omnesque regulares quoad hujusmodi privilegia aequiparentur.

Super his tamen privilegiis duo perpendi possunt.

Primum scilicet an ita intelligenda sint, ut potestas facta regularibus censeatur assumendi in confessarium sacerdotem quemlibet etiam a proprio Ordinario non approbatum. Et quatenus revera hoc modo intelligi deberent, inquirendum ulterius esset an talis facultas revocata fuerit a Concilio Trid. *sess. 23. cap. 15 de ref.*

Pro prima quaestione viriliter ex utraque parte decertant doctores. Dissimulari profecto non debet maximam vim habere *glossam in cap. Omnis utriusque sexus* verb.: *Alieno sacerdoti de poenit. et remission.*, et *Clem. I.* verb.: *Special. de privileg.*, ubi advertitur, quod ii, qui de parochi licentia poterant alieno sacerdoti peccata sua confiteri, tenerentur eligere sacerdotem habentem ordinis exequutionem et a suo Superiore ad confessiones approbatum. Nota quidem sunt, quae contra hanc glossam protulit *Navarrus in cap.*: *Placuit n. 40. dist. 6.*, sed aeque notum est illius rationes solide fuisse rejectas a *Fagnano in cit. cap. final. de poenit. et remiss. n. 53.*, quam canonistae communiter sequuntur.

Ad alteram vero quaestionem quod attinet animadverti debet, tum in *cap. Ne pro dilatione de poenit. et remiss.* tum etiam in privilegio ab Innocentio VII. religiosis ordinis Praedicatorum concesso iisdem fere verbis praescribi, ut confessarius a poenitente eligendus providus sit idoneus et discretus. Jam vero constat ex Concil. Trid. *cit. sess. 23. cap. 15. de ref.* neminem ad confessiones audiendas *idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur et approbationem obtineat.* Quod nullus certe post Concilium idoneus habitus est sacerdos, nisi qui fuerit a suo Ordinario approbatus. Approbatio vero sicuti non aliter quam praescriptis a Concilio modis haberi potest, ita videndum, an quae Concilium praescripsit quoad regulares etiam procedant.

Inquirendum praeterea quid praeseferant clausulae derogatoriae a Concilio adjectae: *Privilegiis et consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus.* Hujusmodi clausulae, cum favorem publicum animaeque utilitatem respiciant, iis etiam aptari posse videntur, qui speciali privilegio ac derogativa donati sint, ut tradit *Fagnan. loc. sup. cit. n. 56.*, apud quem plura hac in re notatu digna occurrunt a n. 6. ad 19.

Perpendenda quoque est constitutio Pii IV.: *In Principis Apostolorum*) Sede 13. Kal. Martii 1565*, in qua habita prius ratione privilegiorum, exemptionum, immunitatum, quae concessa fuerant *variis tam Cathedralibus etiam Metropolitanis quam Collegiatis, monasteriis, conventibus et aliis religiosis, etiam fratrum mendicantium domibus et ordinibus*, sic post ea decernitur: *Motu proprio etc. ut supra § 2. p. 408.* Expendendum itaque, an privilegium eligendi in confessarium sacerdotem quemlibet sive saecularem sive regularem ab Ordinario vel Praelato non approbatum adversetur decretis s. Concilii Trid. itaut per supradictam primam constitutionem revocatum censeri debeat.

In literis Jubilaei dum tribuitur facultas eligendi confessarium adjicitur etiam conditio, *ut sit approbatus ab Ordinario*: Quae quidem conditio adjecta noscitur etiam in Indulto Bullae *Cruciatae, Bened. XIV. constit. Apostolica Indulta § 2.**)* et extenditur ad reliqua ejusdem generis indulta comprehenditque omnes personas etiam regulares, de quibus in indulto habita mentio fuerit. Idemque ss. Pontifex in constit.: *Quod communi***)* revocato peculiari statuto ordinis Fratrum minorum Capuccinorum concessit, ut quilibet ex illius ordinis religiosis, qui de Superiorum licentia, ex quacumque legitima causa sive praedicandi verbum Dei sive s. missiones peragendi, moram traxerit in loco ubi nullus conventus seu hospitium nullusque ex eodem ordine confessarius existat, adire possit quemlibet Presbyterum saecularem *ab Ordinario loci vel regularem a suo Superiori regulari ad Confessiones excipiendas approbatum.*

Illud est etiam hac in re animadversione dignum, quod privilegia regularibus concessa hisce conditionibus ac limitibus coercita sunt, nempe: *dum fuerint extra conventus suos*

*) Vd. *supra p. 408.*
**) Vd. *supra p. 383.*
***) Vd. *p. 421.*

dumtaxat, ut in constit. Sixti IV.: *quando sunt extra conventum et non possunt habere copiam sacerdotum, quia non habent proprium confessarium*, ut in constit. Leonis X.: *si aliquem presbyterum idoneum ex professoribus d. ordinis habere non possint*, ut in constit. Innocentii VII.: *Et solummodo cum fuerint extra conventus eorum*, ut in casu, de quo agitur, hujusmodi circumstantiae concurrant.

Deuique non est praetereundum, quod tutior sit sententia regularibus denegans jus eligendi in confessarium simplicem sacerdotem, *Matthaeus Offic. cur. eccles. cap. 7. n. 19.* et sa. mem. Innocentius XI. damnavit propositionem asserentem, illicitum non esse in materia Sacramentorum sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore nisi id vetet lex aut conventio aut periculum gravis damni.

Omnibus itaque mature ponderatis dignabuntur EE. PP. declarare:

I. *An tales confessiones licitae sint in casu etc.?*

II. *An ignorante Episcopo validae fuerint?*

III. *An Episcopo sciente et contradicente imposterum peragendae validae futurae sint?*

S. C. resp.: Negative in omnibus.

Die 16. Septbr. et 18. Novbr. 1769.

(Ex statutis Ord. SS. Trinit. Redempt. Capt. Congreg. Hisp.)

Clemens XII.

De confessariis religiosorum.

I. Visitatores in qualibet visitatione deputent in scriptis confessarios pro religiosis illorumque facultas durabit usque ad sequentem visitationem, in qua facta designatione cesset praeterita, etiamsi concessa fuerit a Praelato superiori illi, qui tunc visitat. Et nullus sive hospes sive conventualis, nisi antea fuerit Praelatus superior illius domus vel diffinitor generalis vel Minister illius, audeat confessiones religiosorum audire sine praedicta designatione pro illo conventu vel collegio, in quo existit, quamvis ad mnuus istud deputatus sit pro alio conventu vel collegio etiam ejusdem Provinciae.

II. Patres tamen diffiuitores generales actuales ordinis in toto ordiue, familiae iu sua familia et diffinitores provinciales actuales intra suam provinciam poteruut absque limitatione audire confessiones cujuslibet religiosi nostri ordinis et similiter cuicumque sacerdoti idoneo peccata sua confiteri. Eodemmodo Patres Ministri absque limitatione excipere possunt confessiones suorum subditorum, in casibus a regula dispositis, et ipsemet confiteri peccata sua cuilibet subdito suo idoneo.

III. Magister novitiorum confessiones eorum audiat. Semel tameu in quolibet meuse (die a Patre Ministro assignando) permittatur illis confiteri alteri confessario approbato pro religiosis desiguando etiam ab eodem Ministro. Recenter professi semper confiteantur suo Magistro et alteri confessario ex approbatis, deputaudo etiam a Ministro. Idemque iutelligatur de collegis artibus studentibus.

IV. Si in aliquo conventu vel collegio deficiant sacerdotes approbati a Superioribus pro excipiendis confessiouibus religiosorum, Minister deputet idoneos et ad id necessarios douec sit copia approbatorum. Poteritque tam istis quam illis (quando expedire judicaverit) impedire, ne audiant confessiones. Et cuilibet ex sibi subditis poterit dare facultatem confitendi cuicumque sacerdoti idoneo sui conventus, etiam non deputato a Superiori Praelato, tametsi sit copia approbatorum. Id tamen raro fiat.

V. Quando religiosi nostri iter faciunt vel sunt in aliquo oppido ubi monasterium nostrum non est uec habeaut confessarium nostri ordiuis approbatum poterunt confiteri peccata sua sacerdoti simplici idoneo nostrae religionis vel cuilibet confessario approbato religioso vel saeculari.

VI. Decernimus quod Sacerdotes nostri non habentes facultatem audiendi confessiones religiosorum nostrorum concessam vel per constitutiones nostras vel per Superiores, qui illas cònicedere possuut, non valeant accipere confessiones etiam sacerdotum nostrorum.

Die 2. Aug. 1738.
(Bull. r. t. XV. p. 218. Ed. Luxbg.)

c) Saecularis esse potestne?

Vd. lit. *c.* p. 390; p. 421; 424: *Hildesheim.*

Prior conventus N. ordinis Eremitar. s. Augustiui ob exortas nonuullas quaestiones super jurisdictione sequentia dubia S. Congregatioui Ep. et Reg. solvenda proposuit: Quidam Regularis utens facultate obtenta a

Priore sui conventus confitetur sacerdoti saeculari, et quidem approbato:

Quaeritur I: An valide?

Et quatenus affirmative:

II: Utrum Prior possit jure subditis suis hanc facultatem concedere necne?

Priusquam ejusmodi dubia s. C. proponerentur exquisitum est consultoris votum, quo elucubrato auditus etiam fuit Rmus Vicarius generalis ordinis de quo agimus, qui inter alia haec animadvertebat videlicet: in ordinis constitutionibus *part. 1. c. 8. § 1.* legitur: Ad audiendas confessiones quorumque sacerdotum ordinis nostri et fratrum clericorum, fratrum laicorum, conversorum ac novitiorum Patres aetate, doctrina et vita graviores quilibet Prior in conventu suo deligat. Paragrapho autem sequenti subjungitur: »Inhibemus autem ne aliquis frater alicui extraneo sacerdoti sive sit religiosus sive saecularis confiteatur, si copiam sacerdotis nostris ordinis habere potuerit.« Animadvertebat autem vocem illam *inhibemus* non coarctare Prioris facultatem praesertim cum in harum constitutionum prologo statutum legatur: »Super haec autem in conventu suo Prior dispeusandi cum fratribus habeat facultatem, quum sibi aliquaudo videbitur expedire; praeterquam iu his casibus, in quibus dispensari aliqua constitutio expresse prohibet.« Inhibitionem autem de qua loquimur reservatam non esse ajebat Generalis ordinis Vicarius Provinciali aut Generali; quare inferebatur, posse conventus Priores cum suis subditis in hac re dispensare, quum sibi videbitur expedire. Quod si adhuc super hac re dubitaretur, adducebat paragraphum 8. in citato prologo in quo legitur: Si autem aliquando in constitutionibus nostris aliquod dubium oriatur stabitur interpretationi et declarationi Revmi P. Geueralis. Hac posita facultate P. Generalis quaestionem diremptam esse coucludebat, cum constaret ab immemorabili Priores locales ejusmodi facultates concedere, quin unquam ordiuis Generales reclamaverint.

Votum consultoris.

Consultor ad normam communis juris quaestionem pertractans animadvertebat initio, si in qualibet societate ubi uon est Gubernator populus corruet, prov. 11., id maxime verificari in religiosis familiis, quarum alumni voto obedientiae obstringuntur. Superiores autem ordinum regularium esse veros Praelatos quibus competit spiritualis jurisdictio, a ss. Pontificibus concessa eo ipso, quo ab episcopali jurisdictione subducuntur, *Suarez t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 1.* Eamque potestatem a canonistis appellari *ordinariam* et non *delegatam*,*) quia iisdem Superioribus competit virtute legis vel consuetudinis. *Navar. Cons. 2. de regul. n. 63*; eamque esse jurisdictiouem quasi episcopalem juxta ea quae tradunt doctores in *Clement. de rebus eccl. non alienan.* verb.: *Proprii*; et ex *cap. Abbat. de privil. in 6.*, cujus ratio est, quia sicut Praelati regulares non subjiciuntur Episcopis, sed immediate romano Pontifici, ita in jurisdictione loco Episcoporum succedunt. *Suarez loc. cit. c. 2. § 13.*

Tres insuper Praelatorum regularium species**) distinguebat consultor, eorum nempe

*) Hic modus loquendi canonistarum, quo distinguunt ad normam juris potestatem *ordinariam* a potestate *delegata*, non ita intelligendus est ac si potestas ordinaria excludat absolute quamlibet delegationem et potestati delegatae absolute acceptae opponatur. Sic ex. gr. potestas superiorum regularium dicitur ordinaria et non delegata, sed si absolute loquaris est potestas ordinaria delegata. Est ordinaria, quia iisdem competit ex jure, ratione qualitatis personarum seu ratione officii; adeo ut statim ac constituti sint Superiores eam obtineant potestatem. Est autem delegata, quia est quaedam participatio ecclesiasticae potestatis a romanis Pontificibus tandem iisdem commissa.

Canonistae autem non absolute loquuntur, cum nominant potestatem delegatam: sed eam potestatem intelligunt, quae sive extraordinarie sive ordinarie per actum delegantis committitur, ab eoque ratione et extensione pendet. Quare hoc sensu accepta potestas delegata opponitur ordinariae potestati, quae non per actum delegantis committitur, sed ex vi officii a jure tribuitur et non nomine delegantis, sed nomine proprio exercetur, eaque non cessat nisi cessante legitime officio. Neque putetur otiosam esse hujusmodi juridicam distinctionem; namque ex diversa potestatis natura diversi derivant judicii effectus, quos non est heic locus enumerandi. Celebris est quaestio, quae inter auctores viguit, an potestas Vicarii generalis sit potestas ordinaria vel delegata, ex solutione enim hujus quaestionis judicium pendet alterius quaestionis: puta si committatur aliquid peragendum sive a jure sive a s. Sede *locorum Ordinariis*; statim quaeritur: an ex se Vicarius generalis id peragere possit. Si enim eorum potestas ordinaria dicenda sit, poterit id ex se peragere, secus vero si delegata judicanda sit. Caeterum potestas Vicarii generalis videtur esse quaedam anomala potestas; praesefert enim characteres potestatis delegatae sensu juridice acceptae et potestatis ordinariae: inspecta praxi ss. Congregationum sub nomine Ordinariorum Vicarii generales generatim comprehenduntur.

**) Vd. *t. I. p. 85. n. 58.*

qui infimum, qui medium et qui supremum occupant gradum, juxta jurisdictionem quam obtinent. Jurisdictio enim suprema Generali competit, media Provinciali, infima autem Superiori locali seu conventus sive is appelletur Prior sive Guardianus etc. de quorum infima jurisdictione in praesentia sermo est.

Docet *Suarez loc. cit. c. 22* quoad »si generatim potestas conceditur Praelatis vel Praelato dicendum est dari Praelatis conventualibus.« Item *Navar. in cap. Non dicatis, in dub. reg.* verb.: *Praelati potestas in add. n. 2.* et *Portecc. in dub. Reg.* verb.: *Guardianus n. 1.* docet quod sive in regulis sive in constitutionibus ordinum sive in Bullis aut privilegiis ss. Pontificum nominantur indistincte Praelati, etiam illi (Guardiani) intelliguntur: Item *Passerin. de Homin. statibus et off. quaest. 186. art. 8.*

Pluribus autem auctoritatibus*) ostendebat consultor potestatem Superiorum localium super suos subditos esse potestatem ordinariam et quasiepiscopalem. Hoc autem eruebat etiam ex privilegip concesso a s. Pio V. Patribus ordinis s. Dominici, quod refert *Passerin. in lib. privil. fol. 127.* et *Lezzana de oblig. regul. c. 18. n. 31.*, quo privilegio conceditur facultas absolvendi a peccatis reservatis laudatis Patribus sive Priori conventuali sive superioribus Praelatis, ut ipsi per seipsos id omnino possint in fratres et moniales dicti ordinis sibi subditos quod possunt Episcopi in clericos et laicos sibi subditos.

Ex qua ratione potestatis Superiorum localium inferebat consultor posse eosdem Superiores licentiam concedere subditis (si non obstet aliqua specialis regula vel ordinis constitutio) peccata sua confitendi extraneo sacerdoti, *Lezzana loc. citat. n. 25. et 27.*

Quibus adjungebat autoritatem *Bordon.*, qui hunc casum resolvendum sibi proposuit de potestate Praelator. resol. 2. n. 23.: An Superiores locales quandoque hanc facultatem confitendi possint pro suis subditis delegare aliis sacerdotibus extra religionem,**) dando licentiam ipsis subditis, ut extra monasterium eligant confessarium? Et respondet: Possunt: quam responsionem idem auctor rationibus illustrat.

*) *Pignatell.* t. 10. consult. 25. n. 1.; *Rodriguez* t. I. q. 12. art. 4.; *Lauren.* in l. I. decret, q. 90.; *Fagnan.* in cap.: *Ad aures* etc.

**) Vd. *p. 399. i; p. 390. e.*

Item *Diana in tract.* de dubiis regularium resol. 11. sibi quaerit: An Guardiani, Priores Praepositi etc. regularium possint illis praebere licentiam, ut eligant confessarium extra religionem? Affirmative respondeo, seclusa constitutione religionis vel statuto in contrarium: et ratio est, quia qui habent ordinariam potestatem possunt illam alteri delegare, ut habetur in *cap. Quib. de Officio Ordinarii* et notat *Silvius in addict. ad III. part. s. Thomae.*

Quare consultor opinabatur ad propositum dubium posse responderi: Ad utramque affirmative, dummodo non prohibeatur a constitutionibus ordinis.

Observabatur insuper ex officio religiosos teneri confiteri peccata sua religionis confessariis, quemadmodum tradit Benedictus XIV. in constit. *Quod communi**) qua legitur: »Quod communi auctoritatis juri innixum in religiosis familiis, etiam per peculiares generalium comitiorum sanctiones, in aliquibus ordinibus praeceptum statutumque est, ut nimirum alumni cujuslibet instituti peccata sua nonnisi ejusdem dumtaxat religionis confessariis, quibus, utpote omnium rerum in ipsa religione servandarum cavendarum e notitia instructis, facilius est pro culpis salutare adhibere remedium, confiteri teneantur etc.« Qua constitutione idem Pontifex indulsit fratribus Minoribus s. Francisci, ut extra conventus degentes ob justas causas ex Superiorum licentia possint peccata sua confiteri etiam confessario extraneo.

Item Clemens VIII. in const. *Romani Pontificis* diei 13. Novb. 1599 declarans facultatem eligendi confessarium vi bullae *Cruciatae* non suffragari regularibus, statuit: »Quantum ad Sacramentum Poenitentiae seu confessionis administrationem quod dispositioni snorum Praelatorum subjecti sint apostolica anctoritate tenore praesertim perpetuo declaramus. Eisdem tamen Praelatis, ut in usu hujusmodi potestatis se cum subditis benignos et faciles exhibeant, praecipimus et mandamus.«

Ex hac Clementis VIII. constitutione censet *Giraldi Jus pontif. p. 2. sect. 105. §. Vi hujus* nomine Praelatorum venire quidem Generales et Provinciales non vero superiores locales cum his non competat jurisdictio quasiepiscopalis.

*) Vd. *p. 421.*

Caeterum observabatur disputatum aliquando fuisse, quinam intelligi deberet nomine Superioris in Tridentinis verbis *sess. 25. de regul. cap. 19.*, coram quo Regularis se sistere debet cum intra quinquennium agit adversus professionis religiosae validitatem, ibi enim legitur: *Coram superiore suo et Ordinario.* S. Congregatio censuit intelligi Snperiorem localem seu conventus in quo regularis professionem emisit; quam sententiam confirmavit Benedictus XIV. in const. *Si datam.*

Idem contingit cum de dimissoriis pro s. ordinatione concedendis agitur juxta Clementis VIII. constit. die 15. Martii 1596, ex qua fit etiam quaestio quinam intelligatur nomine Superioris regularis; conveniunt nihilominus canonistae, nomine Superioris intelligi Superiorem conventus sive appelletur Prior sive Guardianus etc., nisi cautum fuerit constitutionibus ordinis ejusmodi facultatem pertinere dumtaxat ad Generalem aut Provincialem, quemadmodum decisum fuit a s. C. Ep. et Reg. in causa *Ordinis Minor. conventual. seu Assisien. super jure concedendi dimissorias* die 22. Sept. 1854.

Cum itaque in re tanti momenti Superior localis exercere valeat ejusmodi jurisdictionis actus concludebatur a fortiori posse superiorem localem concedere licentiam in quaestione de qua agimus videlicet si non resistat specialis ordinis constitutio concedere potest licentiam suis subditis confitendi peccata sua confessario regulari alterius ordinis vel etiam sacerdoti saecnlari, dummodo tamen hic a suo Ordinario fuerit approbatus ad excipiendas confessiones, prout definivit s. C. C. adversus quorumdam auctorum sententiam in *Hildesimen die 16. Sept. 1769.**) Proponitur

D u b i u m :

An et quomodo respondendum sit duobus propositis dubiis in casu?

S. C. Episcop. et Reg. die 3. Junii 1861 respondere censuit: In ordine Eremitarum s. Augustini: affirmative ad utrumque, dummodo sacerdos fuerit ex approbatis ab Ordinario loci: pro aliis ordinibus standum eorum constitutionibus et statutis.

*) Vd. *p. 424.*

Ex iis colliges:

I. Facultatem de qua agimus inspecta doctorum doctrina juris communis principiis consentaneam posse concedi a Superioribus localibus subditis suis.

II. Eam tamen doctrinam limitationem accipere a constitutionibus et statutis cujusvis ordinis, utpote peculiarem legem constituentibus.

III. Neminem autem regularinm facultatem concedere posse suis subditis confitendi peccata sua saeculari sacerdoti, qui ab Ordinario loci non sit approbatus, idque si fiat, irritam esse absolntionem.

18) Suspensio etc. non concessa propter rem turpem.

Vd. p. 158. §: *Plerique etc.*; p. 385. n. 11.

Consentina.

Archiepiscopus Consentinus in synodo dioecesana inter caetera infrascripta decreta promulgavit, videlicet: Confessarius quivis nemine excepto qui in confessione vel ante confessionem aut intra triennium post confessionem cum poenitente sive foeminini sive masculini sexus (quod Deus avertet) rem turpem habuerit vel qualemcumque mortiferam culpam ad luxuriam spectantem commiserit, etiamsi poenitentis cum qua vel quo peccavit confessionem semel suscepisset, si saecularis sit excommunicationem latae sententiae, cujus absolutionem nobis reservamus, incurrat, si vero regularis ab audiendis confessionibus sit ipso facto suspensus nec ad eas idoneus habeatur quamvis a nobis admissi ab eo ejusmodi criminis ignaris facultatem iterum obtineat. Adversus praeinserta capita reclamat civitas et clerus. Quid pro, quid contra faciat, partes monitae ad informandum deducent, iisque auditis EE. quod magis in Domino expediet decernere non gravabuntur.

S. C. C. respondit: Decretum aboleatur.

Die 2. Decb. 1679.

Confessio.

1) Aetas confitendi.

Vd. t. I. p. 312. n. 8.

2) Archiepiscopi facultas quoad confess. et absol. subditorum Suffraganeor.

Vd. t. I. p. 151. b.

3) Auricularis et secreta esse debet.

Vd. infra n. 13. p. 437.

S. Leo I. Ep. universis Episcopis per Campaniam, Samnium et Picenum constitutis.

Illam contra apostolicam regulam praesumptionem, quam nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri (de poenitentia videlicet, quae ita a fidelibus postulatur) ne de singulorum peccatorum genere libellis scripta professio publice recitetur: cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea, quae poenitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis consuetudo, ne multi a poenitentiae remediis arceantur; dum aut erubescunt aut metuunt inimicis suis sua facta reserari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quae primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis poenitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad poenitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Dat. die 6. Martii, 459.

(Bull. r. t. I. p. 80. Ed. Aug. Taur. 1857.)

Damnatio et prohibitio libri germanico idiomate editi, cujus titulus latine sonat: Quid continent documenta antiquitatis christianae de auriculari confessione. Vindobonae apud Josephum Nobilem 1784.

Pius P. P. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Mediator Dei et hominum Christus Jesus, quo plenius in nos misericordiae suae divitias effunderet, figmentum nostrum miseratus, ad reparandos eos, qui a baptismi gratia quandocumque excidissent, tradita ecclesiae praepositis potestate remittendi ac retinendi peccata sacramentum poenitentiae instituit, cujus vi et efficacia, qui ad id accederent rite dispositi, ac peccata confessi, per sacerdotis absolutionem peccatorum veniam consequerentur. Constans haec fuit de hoc insigni Christi beneficio et ab Apostolicis usque ducta temporibus perpetua ecclesiae praedicatio: eaque, depulsis pridem ac praesertim per Tridentini concilii decreta novatorum erroribus, fusa per omnes catholici orbis provincias fideliumque omnium animis insita penitus ac defixa, pacatissima consensione, nec sine jugenti animarum fructu pura et integra fide tenebatur. Verum antiquus generis humani hostis, adversarius ille noster, in quo unquam quiescit voluntas nocendi, *omnibus modis instat, quemadmodum dejiciat:* itaque cum in hac fidei ac doctrinae constantia, nil dudum christianae plebi ab apertis hostibus metuendum videretur, prodierunt repente ex nostris, qui nobis bella moverent, *si tamen nostri dicendi sunt, quos ad inimicum transisse rupto foedere sentiamus.*

§ 2. Editum sane recens nec sine acerbo doloris sensu accepimus libellum germanico idiomate, cujus haec est latine reddita inscriptio: *Quid continent documenta antiquitatis christianae de auriculari confessione? Vindobonae apud Josephum Nobilem de Ilurzbek etc. 1784.*

§ 3. Ediderat jam scriptor iste paucis ante annis introductionem in jus ecclesiasticum catholicorum, quem librum decreto sub die 16. Febr. current anni Judicis congregatio maturo adhibito examine censuit inter damnatos libros referendum. At hoc novo libello palam omnibus factum est perspicueque declaratum, qui scriptoris hujus animus semper antea fuerit, quove demum tendant eorum consilia, qui omni scriptionum genere student fidelium animos alienare ab ea Sede, cum qua ecclesias universas et fideles qui undique sunt omnes oportet convenire. Sane infelicem auctorem non puduit palam profiteri, haereticorum scriptis quoad res plurimas solide se fuisse instructum, licet vane testetur, se in hoc argumento ab eorum

quantumvis doctorum lucubrationibus abstinere voluisse: infelix revera, qui dum se solide instructum perperam sibi blanditur non animadvertit, quam periculosum ut eorum se instabilitati committere, qui a soliditate petrae, supra quam Christus ecclesiam suam fundavit, aliquando discesserint. Atque isti quidem ex illis sunt, quos novissimis diebus futuros praedixit Apostolus, quos nimium multos in hac quae quotidie magis magisque increbrescit opinandi licentia, experimur qui corrupti mente ac reprobi circa fidem resistunt veritati; *sed ultra non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus.* Qui, etsi cum innovare et errare sed semper fallacias novas et dogmata corrupta invenient, non diutius tamen fallent neque se cum rapient; quippe licet in principio prospere agat error, ad finem tamen usque non permanebit.

§ 4. Magna certe Nobis fiducia est apud Deum fore numquam, ut filii ecclesiae, filii lucis, obedientes ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi sunt, abduci se sinant variis illis et peregrinis doctrinis, quas spiritus erroris invexit, quarum finis interitus. Hujus notae sunt illae, quas in novatorum libris expositas dudum et patentes non dubitavit libelli auctor fraudulenta calliditate incautis mentibus obtrudere. Propositum ait sibi fuisse exponere, quid contineant antiquitatis christianae monumenta de auriculari confessione, nec tamen abstinet ab illis etiam proferendis, quae pridem fuere a novatoribus congesta, quibus in colligendis more illi suo ita versati sunt, ut ea commentitiis interpretationibus, ut et divinas scripturas in suam aliorumque perniciem depravantes a Sanctorum mente ac scientia longissime aberrarent.

§ 5. Hinc effectum, ut quantumvis a concilio Trid. declaratum sit, modum secrete confitendi soli sacerdoti, quo ecclesia nunc utitur, a sanctissimis et antiquissimis patribus fuisse commendatum, contra *Eybelius* velut imperitos traducat eos doctores, qui poenitentiae et confessionis modernum et posteriorem usum jam in antiquitate se detegere autumant. Hinc ecclesiasticam peccatorum remissionem quam memorat in antiquitate viguisse refert ad remissionem injuriae quae fidelium communitati contra foedus initum a peccantibus irrogabatur, quae remissio, utpote ex natura et pactis cujuslibet societatis prodiens, potestatis etiam esset ecclesiasticae societatis, minime proinde confundenda cum supernaturali absolutione a Dei offensa, quasi in reconciliandis poenitentibus non uterentur ecclesiae praepositi supernaturali judiciali potestate a Christo sibi tradita offensae Dei per sacramentalem absolutionem illis remittendae, qui eam digne susciperent. Huc pertinet quod tradit, non alia intentione debuisse poenitentes ad ecclesiae praesules et sacerdotes accedere, quam ut detectis animae vulneribus receptaque instructione ac pro poenitentia peragenda operum designatione his peractis tum primum sub spe divinae misericordiae et promissione gratiae reconciliationem obtinere posset: cum tamen constans haec sit ecclesiae doctrina, eam esse vim et efficaciam sacramenti poenitentiae, ut per illud poenitentes etiam ante peracta poenitentiae opera consequi reconciliationem queant, nec tantummodo in instruendis poenitentibus operibusve poenitentiae designandis versari sacerdotale ministerium in hujus sacramenti administratione, sed ut clavium potestate utens sacerdos, tamquam judex ac fidelis dispensator et prudens, tum salutares poenas ac satisfactiones confitentibus non designare modo sed et imponere tum vere poenitentes absolvere a culpis valeat. Sic etenim docti sumus a majoribus, *non solum peccatorum remissionem in catholica ecclesia reperiri, sed etiam potestatem peccata remittendi in ea esse; qua si rite et secundum leges a Christo Domino praescriptas sacerdotes utantur vere peccata remitti et condonari credendum est.* Accedit, quod modum secrete confitendi soli sacerdoti eatenus concedit humanum inventum non esse, quatenus lex naturalis divina obligat ad quaerendum animae remedium, quo satis demonstrat, vim mandati Christi eludere potius, quam adstruere voluisse. Atque ex his perspici potest cujusmodi sit ea veneratio, qua prosequi se Trid. Concilium *Eybelius* profitetur; dum et ejus decreta tot modis pervertere nititur, nec insuper insinuare veretur in hodierna poenitendi ratione non obstante Tridentino immutationem fieri posse, qua dissidentium christianorum concordia procuretur: oblitus, quam arcte nobis indictum sit *supercertari semel traditae sanctis fidei;* cumque nulla sit societas luci ad tenebras, nefas esse christianum de veritate cum errore pacisci. Sed ut istud catholico viro prorsus indignum, quod non horruerit, subdole refricare male-

dicta et convicia, quibus haeretici blasphemantes opera Dei iuvehuntur in secretam confessionem, quo eximium istud divinae largitatis beneficium et populis odiosum et saeculi potestatibus suspectum reddunt et invisum. Quae tamen minus mirum videri debet ab homine profecta, qui opusculum suum concluserit tali veluti fidei professione, quam heterodoxus nemo detrectaverit testans videlicet nolle quicquam a se scriptum, quod coram Deo orthodoxum non sit. Quod si nil orthodoxum coram Deo, quod non sit ex veritate, nec possit quicquam ex veritate esse, quod non congruat cum sensu ecclesiae, quae columna est ac firmamentum veritatis, an potuit ille confidere, se ex veritate scripsisse, qui de auriculari confessione ea scripserit, quae plane abhorrent a doctrina, quam a majoribus accepimus, quam oecumenica synodus Trid. sancivit, quae in universa ecclesia praedicatur, qua ubique imbuuntur alumni fidei, quam ille ipse in ecclesia didicit ab infantia? Merito proinde objici illi potest; quod Luthero, quod caeteris novatoribus objectum semper fuit: non sic vos ipsi credidistis ab initio: nova sunt quae affertis, novitas ipsa vos arguit erroris. Hoc inducta principio celebris theologica facultas Parisiensis doctrinam, quae supponeret ecclesiam aliquo tempore legitimi usus poenitentiae cognitione caruisse, velut temerariam notavit, ipsi ecclesiae injuriosam et haereticam. Quin etiam ad uberiorem explicationem sub iisdem notis alias insuper propositiones perstrinxit, in quantum disciplinam et consuetudinem ecclesiasticam ab omnibus catholicae communionis ecclesiis receptam, quantumcumque diuturnam, tamquam abusivam et institutioni Christi ac evangelicae doctrinae contrariam. Hinc et illustre Augustanum vicariatus officium probro sibi fore duxit, videri probatum a se opusculum *Eybelii*, eaque de re impactam calumniam publico decreto repellendam censuit edixitque, ut per verbi divini ministros monerentur fideles a libellis ejusmodi abstinere, qui fidem corrumpunt et mores. Tametsi vero in Domino confidimus, numquam futurum, ut pernicies haec labesque fundat se latius ad eos inficiendos, qui Spiritu Dei aguntur quive non omnem suae salutis curam abjecerint, quia tamen sapientibus et insipientibus debitores sumus, nec desunt in multis, qui infirmi sunt, in fide valde trepidavimus, ne horum fidem a tramite veritatis insinuatio male docentis averteret. Majorem vero in modum commoti sumus ac perculsi tristiamque habuimus, cum ad Nos perlatum est, eousque progressam esse impiorum hominum in religionis contemptu effraenatam audaciam, ut sanctissima haec sacramentalis poenitentiae actio indignis picturis ac dicteriis, per fora et compita exponi ad ludibrium caeperit vel iismet flabellis appicta, quae in mulierum manibus passim geruntur. Nefandum dictu! Sacrilegum jocum fieri de hoc divinae largitatis ac misericordiae ineffabili dono, cujus vel nomine ipso admonemur conscientiae sordes recognoscere, peccata deflere et annos nostros cum salutari animae nostrae amaritudine recogitare. Sic omni machinationum genere adversus fidem religionisque sanctitatem certatur. Hinc disputationum laquei, quibus irretiantur mentes incautorum; isthinc ludicrae artes, quibus deformata per impiam fraudem sacrorum majestas in contemptum adducatur. Neque id satis erat, nisi insuper ad cumulum accessisset facinus perinde audax et improbum, quod cum privati scriptoris probro romani nominis dedecus conjungeret: scilicet Nobis est paucis hisce diebus nuntiatum recens prodiisse adversus auricularem confessionem sub usurpato romani theologi nomine furtivum opusculum velut ex italico in germanicum sermonem conversum et Augustanis typis editum opus tenebrarum dignum illis, quorum cogitationes in malum, quorum labia loquuntur dolum, et illi quidem impudenti usi mendacio, quod scriptor hic vivens mox queat redarguere; at non sine sperato aliquo iniquitatis fructu rati nimirum fore, ut per ementitam inscriptionem moliretur impii dogmatis pravitas leniusque influeret in aures multitudinis, cui persuasum esset illud et Romae suos habere defensores.

§ 6. Quo majore cura Nobis est providendum, ut impendentibus animarum periculis, quam mature fieri possit, subveniamus. »*Etenim*, quod sapienter monebat suis ad Cyrillum literis Coelestinus Praedecessor Noster, *vulnus, quod non unum aliquod membrum tantum laedit, sed universum ecclesiae corpus consauciat primo quoque tempore excindere oportet.*« Hisce de causis statim atque memoratum *Eybelii* de auriculari confessione opusculum a piis doctisque viris ad apostolatus Nostri judicium delatum est, illud ex germanico in latinum sermonem verti, atque ut rei gravitas postulabat complurium

in sacra theologia magistrorum examini et censurae subjici mandavimus ac subinde habitis eorum consultationibus auditisque suffragiis venerabilium fratrum Nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium in tota republica christiana adversus haereticam pravitatem generalium inquisitorum coram Nobis adstantium *implorato divino lumine* motu proprio et ex certa scientia Nostra deque apostolicae potestatis plenitudine antedictum librum, cujus titulus latine redditur: *quid continent documenta antiquitatis christianae de auriculari confessione ab Eybelio?* tamquam continentem doctrinas et propositiones respective falsas, captiosas, temerarias, scandalosas, seditiosas, sanctis patribus contrarias et injuriosas, sapientes haeresim, erroneas, haereticas et a concilio Tridentino uti haereticas damnatas reprobamus, damnamus ac pro reprobato ac damnato in perpetuum haberi volumus atque decernimus.

§ 7. Mandamus insuper, ne quisquam ex christifidelibus cujuscumque gradus et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, librum praedictum jam typis editum sive manu conscriptum vel in suo originali vel in quacumque alia versione legere, retinere vel denuo imprimere seu imprimi facere audeat aut praesumat, sub poena excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, excepto duntaxat mortis articulo, nisi a Nobis seu a romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium valeat obtinere.

§ 8. Praecipimus quoque bibliopolis ac typographis caeterisque omnibus ac singulis cujuscumque gradus et conditionis existant vel quatenus praedictus liber ad eorum manus devenerit aut deveniat, illum, statim atque praesentes literae eis innotuerint, locorum Ordinariis tradere ac consignare sub eadem excommunicationis poena teneantur.

§ 9. Memores porro Nos meritis licet imparibus sub illius nomine ecclesiae praesidere, cujus a Domino Jesu Christo glorificata est confessio et cujus fides omnes haereses destruit, vos, qui undique estis, venerabiles fratres, quibus sua cuique gregis portio attributa est, in visceribus Christi, cum omni instantia hortamur et obsecramus, ut pro diligenti cura quam geritis ecclesiarum, quibus praesidetis collaborare Nobiscum ne desinatis Nostrisque studiis ac vigiliis studia vestra vigiliasque adjungere, ut divina opitulante gratia commissum Nobis gregem servare a venenatis pascuis immunem eumque supremo pastori et Episcopo animarum, qui Nobis pascendum illum tradidit, purum et incolumen repraesentare ac reddere valeamus. In id incumbite omnique ope satagite, ut suis constabilita regulis ecclesia et justae pronuntiationis firmata decreto, talibus paterne non possit, qui perversis verborum argutiis, sub imagine catholicae fidei disputantes velut pestiferum exhalantes virus, quo recte sentientium corda corrumpant totam veri dogmatis quaerunt evertere disciplinam.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 11. Novb. 1784.

(Bull. r. Contin. t. VII. p. 339. Ed. Romae.)

4) Capaces qui non sunt?

Vd. *Absolut. a peccatis* (qui non sunt capaces t. I. p. 154. d.) *Doctrina christiana* (Methodus etc. Constit. Bened. XIV. § 12.)

5) Damnatio articulorum Petri de Osma.

Vd. Bull. r. t. V. p. 263. Ed. Aug. Taur. 1860.

6) Deposita cor. Confessario non approb.

Vd. t. I. p. 163. m; 218. q; *Confessarius* (dubius, non approbatus.)

7) Deposita coram sacerdote non baptizato.

Vd. dub. III. decr.: *Fesulana* t. II. p. 221; t. I. 218.

8) Deposita coram pluribus sacerdotibus.

Vd. t. I. p. 164. o.

9) Dispensatio ab ea.

Indultum SS. Domini Nostri pro fidelibus regni Galliarum ut possint hoc persecutionis tempore in Gallia indulgentias lucrari.

Sanctitas Sua de consilio selectae Cardinalium congregationis benigne indulget fidelibus regni Galliarum ad annum, si tamdiu horum temporum calamitas perduraverit, ut deficientibus sacerdotibus, qui confessiones excipere valeant praefixo tempore, fideles utriusque sexus ejusdem regni indulgentias consequi possint tum ab eadem Sanctitate

Sua tum a romanis Pontificibus Praedecessoribus concessas, sacramentali confessione non praemissa, modo actum contritionis eliciant, cum proposito confitendi quamprimum fieri poterit.

Item eadem Sanctitas Sua benigne indulget, ut iidem fideles propter deficientiam ecclesiarum indulgentias consequi valeant preces a Sanctitate Sua aut Praedecessoribus suis praescriptas recitantes privatis in domibus ad instar oratoriorum decenter redactis in quibus catholici coguntur Sacra facere.

Ex aedibus Vaticanis die 1. Aprilis 1794.

F. H. Card. De Zelada.

(Bull. r. Cont. t. IX. p. 316. Ed. Romae.)

10) Haereticorum in sinum ecclesiae redeuntium.

Vd. t. II. p. 61. n. 27.

11) Pro indulgentiis lucrandis.

Vd. t. IV. p. 31. n. 4.

Per decretum s. Congreg. I. diei 12. Junii 1822 conceditur confessionem sacramentalem peractam infra hebdomadam ante festivitatem suffragari posse ad indulgentiam lucrandam.

Dub. I. Quaeritur 1.: An verba: »infra hebdomadam« significent octo dies tantum, quae festivitatem immediate praecedunt, an vero hebdomadam illam totam integram, quae ante festum decurrit, ita ut ex. gr. confessio facta die dominica suffragetur ad lucrandam indulgentiam die sabb. hebdomadae sequentis, in quam dies festus incideret, tametsi tunc tredecim dies inter confessionem et festivitatem intercessissent?

Quaeritur 2: An confessio octavo die ante festivitatem peracto vi hujus indulti suffragetur tantum ad unam indulgentiam lucrandam an vero per hanc confessionem aliae etiam indulgentiae, quae infra praedictum tempus occurrent et ad quas lucrandas sacra confessio caeteroquin requireretur?

Dub. II.: Quaeritur, utrum, cum in Brevi, quo conceditur indulgentia, confessio tanquam conditio sine qua non praescribitur, necesse sit, ut sacrament. absolutio Poenitentibus detur ad indulg. lucrandam?

S. C. resp.

Ad dub. I. quaest. I.: Affirmat. quoad I. partem, negative quoad II.

Ad quaest. 2.: Negative quoad I. partem, affirmative quoad II.

Ad dub. II.: Negative.

Die 15. Decb. 1841.

Veronen.

Episcopus Veronensis cum s. Congregationi Indulgentiarum dubia ut infra enodanda proposuisset, nempe:

1. Utrum privilegium Clementis XIII. quod qui assolet confiteri saltem semel in hebdomada possint lucrari indulgentias plenarias infra hebdomadam occurrentes cum sola communione, quamvis in Brevi apostolico confessio praescripta sit, valeat et extendatur etiam pro lucranda indulgentia vulgo de Portiuncula die 2. Augusti?

2. Utrum praefatum privilegium suffragetur etiam illis, qui non assolent confiteri semel saltem in hebdomada, sed rarius: attamen confessi sunt intra hebdomadam ante festivitatem, cui est adnexa indulgentia?

3. Utrum confessio hebdomadalis valeat etiam pro lucranda indulgentia in forma jubilaei et extendatur decretum Clementis PP. XIII. Veronae, idest qui saepius assolent confiteri possint lucrari indulgentiam etiamsi confessio non sit hebdomadalis?

Eminent. Patres in generalibus comitiis 5. Martii 1856 habitis praecedentibus s. Congregationis decretis rite perpensis respondendum esse censuerunt

Ad I: *Affirmative.*

Ad II: *Negative.*

Ad III: *Negative ad I. partem, non expedire ad II.*

(Anal. I. P. II. Ser. pag. 2839. Romae 1857.)

12) Licentia audiendi a parocho petenda.

Reatinen.

Confessarii adire coguntur rectores ecclesiarum, in quibus Sacramentum Poenitentiae administrare cupiunt. Benedictus XIV. *Instit. eccles. 86. n. 14., Clericat. de poenit. decis. 37. § 12.*

Die 11. Junii 1825.

Ad dub.: An PP. Carmelitae Aquen. audientes confessiones infirmorum teneantur ante vel post eam Parocho notificare?

S. C. resp.: Affirmative.

Die 9. Junii 1708. ad 9.

Episcopi declarare non possunt, quod Regulares ad confessiones saecularium excipiendas approbati hos in Paschate audire non valeant sine parochorum licentia, quia Regulares possunt audire confessiones quorumcumque ad eos confluentium.

S. C. C. 24. Mart. 1597; 8. Jun. 1599; 26. Mart. 1671.

13) Per literas vel nuntium non licita.

Vd. t. I. p. 161. k; supra n. 3. p. 432.

Declaratio, quod non liceat per literas seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere. Et prohibitio hanc propositionem docendi, defendendi etc.

SS. D. N. D. Clemens PP. VIII. etc. Patrum Theologorum et re cum illustriss. et reverendiss. Dominis Card. contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus mature ac diligenter considerata

§ 1. Hanc propositionem scilicet licere per literas seu internuntium confessario absente absolutionem obtinere ad minus uti falsam, temerariam et scandalosam damnavit ac prohibuit

§ 2. Praecepitque, ne deinceps ista propositio publicis privatisque lectionibus, concionibus et congressibus doceatur neve umquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur aut ad praxim quovis modo deducatur, quod si quis illam ducuerit, imprimi fecerit aut de ea etiam disputative tractaverit (nisi forsan impugnando) vel ad praxim directe seu indirecte deduxerit, praeter excommunicationem latae sententiae, quam ipso facto incurrat, et a qua non possit (praeterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. majori Poenitentiario, nisi a pro tempore existente romano Pontifice absolvi, aliis etiam poenis arbitrio infligendis subjaceat.

In generali Congregatione s. romanae et universalis inquisitionis habita in palatio apostol. in Monte Quirinali die 20. Julii 1602.

Quintilianus Adrianus Not.

(Bull. r. t. III. p. 150. Ed. Luxbg.)

14) Locus audiendi.

Vd. infra n. 17; p. 417. V; 418. X.

In Congregatione generali s. romanae et universalis Inquisitionis coram Emis et Rmis DD. S. R. E. Cardinalibus contra haereticam pravitatem Inquisitoribus generalibus relatis infrascriptis dubiis ab R. P. D. Episcopo Nolano propositis scilicet:

1. An loca, in quibus excipi solent confessiones monialium, habenda sint ut loca destinata ad audiendas confessiones vel ut vera confessionalia?

2. An idem dicendum sit de locis constructis ad formam eorum, in quibus excipi solent confessiones monialium claustralium, in quibus excipiuntur confessiones mulierum degentium in locis, quae vulgo dicuntur *Conservatorii, Ritiri?*

3. Quatenus habenda sint ut vera Confessionalia, utrum talia censenda sint solum quoad moniales et alias degentes in praedictis locis, an vel etiam quoad alias mulieres extraneas?

Iidem Emi Patres respondendum censuerunt: Ad tria dubia prout exponuntur: *Affirmative.*

Pro Dom. J. *Pelami* s. Rnae et Unlis Inquisit. Not.

Die 25. Novb. 1874.

Jacobus Vagaggini Substitutus.

15) Ante Matrimonium contrahendum.

Moguntina.

Exposuit officialis curiae episcopalis Moguntinae, quod in eadem dioecesi circa matrimoniorum benedictiones extat statutum ab Antiste Josepho Ludovico Colmar 1812 conditum et publicatum, cujus hic tenor est: »Matrimonii Sacramentum inter illa pertinet quae recipi debent in statu gratiae. Hinc in omnibus ritualibus ubi de matrimoniorum benedictione est sermo praescribitur, ut tam sponsus quam sponsa ante benedictionem peccata sua confiteantur. Quod si igitur parochus sacrilegio, quod forte sponsi per neglectum hujus obligationis committerent, par-

ticipare reformidet omni opera niti debet, ut sponsos ad eamdem implendam moveat, cui quidem rei eo magis hodiedum insistere poterit, quo illi tantnm quorum religio nondum penitus extincta est sacerdotem matrimonii benedictionem petant, alii vero solo actu civili sint contenti. Nihilominus in extremo casu et bene notetur quod diximus in extremo quando nempe sponsi pertinaciter insisterent recipere matrimonialem benedictionem non praemissa confessione parochus strictae interpretationi verborum Concilii Trid. *sess. XXIV. cap. 1. de ref. matrim.* ubi tantum dicitur *hortamur* inhaereendo matrimonium benedicere poterit, quin conscientiam gravet.«

Haec quidem per se in praxi satis tuta videri idem officialis censet tam ob relata Tridentini verba quam ob gravem sane sententiam *Emi Gousset Archipraesulis Rhemensis* in notissimo libro cui titulis: »*Theologie morale al'usage des curès et des confesseurs tom. II. art. 745. et 755.*, qui et aliarum Galliae dioecesium statuta pro eadem observantia affert. Verum quum dioeceses *Treviren. et Spiren.*, quae Moguntinae adjacent finitimae, praxim plane oppositam teneant, ita ut sponsi ad confessionem et communionem non revera solum adhortatione excitentur, sed rigorosa etiam lege adstringantur, quae ne exceptionem quidem patiatur, dum una tantum parte reluctante, pro altera grave perversionis et matrimonii civiliter ineundi periculum immineat vel adsit; hinc metuendum esse praelaudatus officialis monet, ne ex diversa Moguntinae dioecesis observantia scandalo et gravamini ansa praebeatur. Quibus ductus sequens dubium, an nimirum instructionem supra expositam a Rmo Episcopo Moguntino Joseph Lugdovico Colmar clero civitatis Moguntinae communicatam in praxi tuto sequi liceat, s. Congregationi resolvendum supplex proponit.

Quum matrimonium inter fideles ut *Benedicti XIV. in synod. dioeces. lib. 8. cap. 14. n. 5.* effato utar unum sit ex 7 novae legis Sacramentis a Christo Domino institutis atque e numero eorum, quae *vivorum* dicuntur, nemo sine gravi sacrilegio illud celebrare potest in statu peccati mortalis, quod optime perpendit *Didacus Covarruvias super 4. decret. part. 2. de matrim. cap. 6. in princ.*, inquiens: Existens in mortali crimine non potest absque novo peccato matrimonium contrahere; tractat enim indecenter Sacramentum hoc maximum. At vero Patres Trid. hisce, licet sane verissima sint, permoti non fuere, ut confessionem multoque vel minus communionem ante matrimonium a sponsis peragendam tamquam Sacramenti recipiendi conditionem positiva lege in foro externo praescriberent, sed »s. synodus inquiunt *loc. cit.* conjuges *hortatur*, ut antequam contrahant vel saltem triduo ante matrimonii consumationem sua peccata diligenter confiteantur et ad sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pie accedant.« Hinc cum theologis canonistae concludunt, conjuges matrimonium ineuntes absque praevia confessione minime peccare *quatenus* Concilii Trid. decretum violare videantur, »quia consilium et non praeceptum quoad hoc continet« illud decretum, »ut tradunt *Franc. Leo in thesaur. fori eccles. part. 2. cap. 9. n. 49.*, Basil. Pont. *de impedien. matrim. cap. 16. § 2.*, quos sequitur *Barbosa Collect. doct. in Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. n. 166.*, *Pax Jordan. Elucubrat. lib. 5. tit. 7. n. 114.*, *Giraldi de paroch. part. 2. cap. 21. n. 8.* Recto proinde tramite consequitur, illa Tridentini verba, cum non praecipiant sed hortentur, liberam solummodo voluntatem excitare, non vero obligare, juxta analogiam *cap. final. in fin. 4. distinct.*, *gloss.* verbo: *Statuta in cap. 1. de constit. ubi Abb. n. 9.*, *Felin. n. 20.*

Jamque hujus rei ratio per se sapientissima patet. Enim si status gratiae ex praevia peccatorum confessione pro iis tantum pendet, qui lethali culpa operti fuerint, in ceteris autem Sacramenti obex non reperiatur, illi soli divina jam lege ad confitendum adstringuntur, cum reliquis non quidem consultius, liberum tamen eadem lege sit, absque confessione ad Sacramentum matrimonii accedere. Durior inde fuisset generatim pro omnibus in foro externo lata; durior, inquam, non solum, verum etiam insolita quoad ipsos lethali macula aspersos, siquidem interdictum matrimonii utique poenam externam et publicam redolet, ecclesia autem mere interna; inter quae status gratiae recensetur, in foro externa censuris non perstringit, *Benedictus XIV. de synod. dioec. lib. 9. cap. 4. num. 4.* et quoad cetera etiam vivorum Sacramenta cordis conscientiaeque dispositionem ad ipsos fideles remittere solet.

Quibus positis, si Episcopi id quod ab ecclesia consulto liberum relinquitur, in materia potissimum Sacramentorum, definire et praescribere nimio rigore non debent juxta egregie monita a *Benedicto XIV. in synod. dioec. lib. 7. cap. 1. init. et saepius*, hoc vel magis cavendum erit, ubi agitur de permissione celebrandi matrimonii; matrimonia namque omnimodam libertatem requirunt, *cap. Gemma. de sponsal.* et *Fagnan. in cap. Insinuante. Qui Cler. n. 3.* et *cap. Cum dilectus de consuet. n. 40.* Immo licet Episcopis aliqua competat matrimonium interdicendi potestas, ea nihilominus inter favorabilia et late patentia vix recenseri videtur, siquidem ad tria rationum capita eamdem cohibent canonistae, nimirum 1. ad sponsalia prius cum alio vel alia inita; 2. ad suspicionem latentis impedimenti; 3. ad timorem rationabilem gravium discordiarum et scandalorum e matrimonio futurorum. *Giraldi Expos. jur. pont. part. 1. tit. 16. de matrim. contr. not. 2. ad cap.: Literae, Schmalzgrueb. part. 3. tit. 16. § 1. de matrim. contr. n. 1.* Inter quae si confessio vel communio non peracta ne in casu quidem particulari venit, quanto itaque aberit, ut tanquam generale matrimonium inhibendi axioma a DD. enumeretur. Nimirum ejus generis edictum dummodo universale sit quandam novi impedimenti differentis naturam praesefert, cum tamen teste *Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 15. n. 9.* Episcopi non sit impedimenta statuere, quae ab ecclesia saucita non fuerint.

Reque vera nemo facile inficias ibit, quin sponsi dummodo ad ecclesiae gremium pertineant atque, remotis canonicis impedimentis, caetera quae ex positiva ecclesiae lege requiruntur rite praestiterint, jus quoddam in foro saltem externo ad matrimonium celebrandum habeant. Hinc videndum non est, quonam pacto Episcopus ob defectum alicujus rei ab ecclesia non stricte praescriptae, sed ad singulorum potius conscientias in foro interno remissae, jus illud impedire in exteriori queat. Quae res clarior etiam evadit, si quis observare voluerit juxta communiorem magisque receptam sententiam contrahentes non modo recipere, verum etiam sibi ipsos administrare Sacramentum matrimonii, *Bened. XIV. dioec. syn. lib. 7. cap. 29.* ita ut parochus tanquam merus testis assistat, *s. Alphonsus theol. moral. lib. 6. de matrim. n. 895.* Id quod alium omnino aspectum praebet, quam si ipse parochus Sacramenti minister esset. Ita enim severa sponsorum admonitio de evitando sacrilegio, quod per peccati reatum proprio facto incurrunt, facilius ex parte parochi sufficere intelligitur, cum etiam tanquam publicus minister assistentiam praestet eamque difficilius recusare valeat, prout affirmant cum La Croix *Layman. lib. 5. tom. 20. p. 2. cap. 4. n. 8.*, *de Lugo dist. 8. sect. 73. n. 205.* quos refert s. Alphonsus *lib. 6. tract. 1. de sacram. in gen. n. 54.*

Quod si denique auctoritas civilis, prout revera in dioecesi Moguntina, non attenta ecclesiae benedictione, validitatem matrimonii ex solo contractu coram magistratibus ineundo desumit, consultius undique videtur, omnia in forma mitiori et magis privatim juxta cujusque casus et personarum indolem disponere et minime generali quadam lege parochi assistentiam novis conditionibus ultra ecclesiae intentionem obruere. Verum etiam majoris discriminis plena res apparet, ubi pariter cum catholicis haeretici permixtim degunt et insuper gubernia pro viribus insudant, ut spreta ecclesia fideles haereticorum ministellos adeant. Huic inquam ratioui gravius inerit pondus ex eo, quod ecclesia pro ejusmodi regionibus legis vel antiquissimae rigorem quoad gradus prohibitos remittere per dispensationes facilius solet: longe proin abesse rationabiliter creditur, ut simplices adhortationes ibidem in rigorosa praecepta abiri sinat.

Praefata satis utique suadere videntur, adhibitam a Patribus Trid. formam adhortativam hac in re rectius cautiusque retinendam esse et consequenter instructionem illam Moguntinam in praxi servari tuto saltem valere tanquam Concilii verbis consentaneam multisque prudentiae rationibus innixam. Ex ea enim parochi »*omni opera niti debent* atque *insistere* ut sponsos ad confessionem« moveant in »*extremo tantum casu*« non obstante sponsorum pertinacia *parochus matrimonium benedicere poterit, quin conscientiam suam gravet.*

Verum hic notanda quaedam occurrunt. Necessitas confessionis divina lege ante matrimonium praemittendae pendet, ut dixi, ex statu peccati mortalis. Atqui difficultas in eo est, quod ejusmodi status, in quantum res mere interna, in foro externo dijudicari et paucis adstringi nequeat. At vero res omnino aliter se habet ubi reatus lethalis ex actu quodam publico atque externo concludi non solum potest, sed et debet. Hic nimi-

rum a theologis quoad Sacramenta vivorum unanimi consensu axioma ponitur, *peccare graviter, qui ministret Sacramentum publico peccatori vel aliter publice indigno, s. Alphons. lib. 6. tr. 1. cap. 2. de sacram. dub. 2. num. 42.* ex Bonacc., Suar. et aliis et *Giraldi de paroch. p. 2. cap. 20. n. 20.* quoad s. Eucharistiam docet citatis melioris notae auctoribus.

Unde Benedictus XIV., cum nonnulli auctores, ut *Sanchez lib. 3. de matr. disp. 15. n. 19.* cum Barbosa, Vega et aliis, cuidam s. Congregationis Episc. et Reg. assertae declarationi innixi docerent, non posse viros et faeminas a matrimoniis contrahendis hoc nomine prohiberi, quod doctrinam christianam ignorent, ejusmodi assertionem tanquam a sensu et praxi universalis ecclesiae discordantem esse emendandam acriter insistit *lib. 8. syn. dioec. cap. 14. n. 16.* Posito eteuim fundamento matrimouium ut Sacramentum vivorum a nemine sine gravi sacrilegio celebrari posse in statu peccati mortalis ita prosequitur: »Nec parochus licite eidem matrimonio assistit: quamvis enim juxta communiorem magisque receptam senteutiam non sit Sacramenti minister, nihilominus in multis comparatur ministro, nec licite sua praesentia firmare posset contractum, quem scit a contrahentibus sacrilege iniri... Qui autem fidei rudimenta ignorat, quae ex gravi praecepto scire tenetur, quamdiu illa non addiscit cum potest, versatur in statu peccati mortalis ac propterea jure merito a matrimonio contrahendo arcetur. Et ita edicere demonstrat innumeros auctores et synodos necuon Innocentium XI., Clementem XIV. in epist. encyc. ad universos Episcopos, *Bullar. t. 1. encycl. 42. § 2.*

Huic tam gravi innixus auctoritati *s. Alphonsus* ad dubium:

An parochus possit assistere matrimonio eorum, qui sunt publici peccatores?

respondet loc. cit. n. 54.: *Parochum non teneri nec posse assistere tali matrimonio*; ejusque sententiae ratio est, tum quia parochus tenetur ex justitia incumbere saluti spirituali suarum ovium, eas avertendo a peccatis, tum potissimum quia de jure naturali nemo potest cooperari peccato proximi. Pariter *Giraldi* ex Barbosa *de parocho p. 2. cap. 21. n. 7.* transcribit, parochum ne ad denuntiationem quidem pervenire debere, ni constet, sponsos praecepto paschali satisfecisse. Quibus assentiri videtur *Pax Jordanus Elucubr. lib. 3. tit. 7. n. 112.* docens: *Ad Episcopi pariter officium spectat curare, ut matrimonia, dum contrahentes in mortali existunt, minime celebrentur.* Accedit denique, quod si confessio in contemptum ecclesiae vel cum gravi fidelium scandalo omitteretur, eadem utique ratio militaret pro non praestanda parochi assistentia. Ita Barbosa innumeris saue auctoribus fretus *in alleg. 32. de offic. et pot. Episcopi n. 179.* ad verba Trideutiui quibus *hortatur*, ut conjuges ante benedictiouem sacerdotalem in eadem domo non cohabiteut, rem esse consilii, non praecepti, notat, dummodo non adsit *contemptus vel scandalum.*

Monet tamen *s. Alphonsus in dicto n. 54. in fin.* iuter alia, excusari parochum, si assistat ad evitanda graviora mala communitatis vel ipsorum contraheutium puta ne ipsi perseverent in peccato. Ita etiam Emus Gousset in libro praelaudato n. 755. haec habet: Si vero una pars ad poeniteutiae tribunal accessit, dari potest nuptiis benedictio, etiamsi altera pars confessiouem non peregerit, dummodo locus sit metui, ne haec pars matrimouium potius civiliter ineat, quem confessioni se submittat. Datur euim benedictio in favorem illius, qui officio suo satisfecit. In hisce tamen casibus, sicut in eo, ubi nec altera pars confessionem subire voluerit, parochus sequatur instructiones Episcopi sui, qui absque dubio ipsi facultatem potest concedere dandi beuedictiouem nuptialem vel ob praecavendum vel ob terminandum scandalum matrimonii mere civilis.« Licet vero nonnulli canouistae doceant, parochum per se spousis iuterdicere nou posse matrimonium, *Schmalzgrueber* tamen cum senteutia fere communi tenet, illud justis de causis posse et debere donec causa ab Ordinario decidatur, *part. 3. tit. 16. cit. n. 5.*

Remissis itaque quaestionibus, quaenam peccati notorietas sufficiat ad denegandam benedictionem et quando nihilominus ex urgenti causa eadem concedi valeat, ad cujusque casus indolem et circumstantias, ad dubium in themate propositum etiam si respondendum forsan esset instructionem prout jacet sèrvari tuto posse, perpendenda tamen restrictio ab EE. PP. foret ut absque praevia sponsorum confessione parochi, si utraque pars vel altera ex eis notorii peccatores sint vel in ecclesiae contemptum publice

renuant vel grave scandalum ex matrimonii ejusmodi benedictione oboriatur, assistentiam non praestent, nisi prius Episcopus ad cujus judicium ejus generis casus vel maxime spectant ob urgentem causae necessitatem una praesertim parte nou renuente licentiam expresse concesserit.

Sed cum haec EE. PP. sapientiae relinquo, meum est exscribere

Dubium:

An ordinatio Episcopi Moguntini anno 1812 emissa sit servanda seu reformanda in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad I. partem, exclusis tamen casibus a jure praevisis; negative ad II.

Die 28. Aug. 1852.

16) Monialium.

Vd. *Confessarius Monial.* (extraord.); *Administr. Sacrament.* (Monialibus etc. t. I. p. 193. f; 203. k.)

17) Mulierum non domi audienda.

Vd. supra n. 14.; infra n. 18.

S. Apostolica Congregatio de mandato SSmi D. N. Urbani PP. VIII. vivae vocis oraculo ei facto justis de causis praecipit omnibus et singulis confessariis tam saecularibus quam cujusvis ordinis, congregationis, instituti et societatis etiam de necessitate exprimendae regularibus, quocumque nomine nuncupatis, cujusvis gradus et dignitatis in suo ordine, ne imposterum tam virorum quam mulierum, cujuslibet qualitatis vel conditionis existant, praeterquam si gravi infirmitate detenti vel detentae sint, confessiones in illorum seu illarum vel etiam alienis aedibus audiant, nisi de licentia illustrissimi Cardinalis Urbis Vicarii seu reverendiss. D. ejus Vicesgerentis in scriptis concedenda (exceptis tamen Illustriss. et Revereudiss. DD. Cardinalium et Principum virorum saecularium videlicet Oratorum, Regum et magnorum principum necnon et Ducum ac rom. Pont. qui fuerunt vel pro tempore erunt nepotum) hoc etiam addito, ut iidem confessarii in mulierem hujusmodi sacramentalibus confessionibus audiendis cubiculi januam apertam ac velum levatum semper habeant, ita ut couspici non autem audiri possint: sacramentumque confessionis hujusmodi confessarii saeculares cum superpelliceo et stola, Regulares vero cum stola ministrent in ecclesia, nisi ex rationabili causa audire aliquos in sacrario seu alio decente loco quandoque occurrat. Contrafacientes non solum suspensiones a confessionibus audiendis verum etiam alias poenas arbitrio ejusdem s. Congregationis eo ipso incurrant. Insuper confessariis hujusmodi sub eisdem poenis injungitur, ut si eos vigore facultatum eis concessarum confessiones infirmorum hujusmodi in privatis domibus audire contigerit parochum dictorum infirmorum ante vel saltem eadem die qua confessionem audieriut absolutionemque infirmis impartiti fuerint certiorem reddere debeaut. In quorum etc.

Datum Romae in loco solitae Congregationis die 10. Julii 1625.

O. Episc. *Cobellionen. S. Visit.* Sec.

Odoardus Tibaldescus Not.

18) In nocte Nativ. Dom.

Procurator Curiae archiep. Seneu. instat declarari, ut mandata ab omnibus pariter serventur et quaerit: Au possit dicta nocte excipi in ecclesia coufessioues maxime mulierum durante tempore nocturno sive expectaudum, ut illucescat aurora pro confessionibus mulierum excipieudis?

S. R. C. resp.:

Utatur jure suo.

Die 23. Mart. 1686.

19) Obligatio audiendi quando non est?

Vd. t. III. p. 434. 1.

Casalen.

(C. Trid. s. 22. c. 4. s. 24. c. 12. de ref.)

Extat in ecclesia parochiali et collegiata s. Eusebii oppidi Blanzatae dioecesis Casalen. beneficium canonicatus titulo ac dignitate decoratum quod anuo 1621 fundavit erigique ordinaria auctoritate curavit pius sacerdos Dominicus Gorretti. Jus nominandi et praesentandi post obitum sui et Michaelis ejus nepotis reliquit nobili Jo. Domiuico Gorretto filio quondam Eusebii et post ejus obitum filiis suis ac desceudentibus masculis: »His non extantibus . . . . . Luciae filiae quondam Antonii Gorretti et filiabus dicti Nob. Jo. Dominici, quae nuuc suut et erunt in futurum aequaliter eorumque descendentibus masculis et foeminis per stirpes et in

capita, ita tamen, quod existentibus masculis foeminae nominare et praesentare non possint nec valeant.« Defectis etiam his patronos desiguavit praepositum dictae ecclesiae cum duarum vocum praerogativa aliosque Canonicos et capitulum.

De qualitatibus personae eligendae primum jussit, ut nomiuatus et praesentatus »sit et esse debeat sacerdos vel saltem, quod a die adeptae possessionis dicti canonicatus ad ordinem presbyteratus infra annum promoveri possit et qui sit de dicto oppido Blauzati et de familia Gorretta, quateuus extet et de linea masculina, sin minus foeminina.«*)

Varia per Canonicum adimplenda onera injunxit nimirum, quod celebrare teueretur sen celebrari facere unum qualibet hebdomada Sacrum ad altare majus ecclesiae praelandatae; itemque unum mensibus singulis seu dnodecim in anno in perpetuum et hoc in ecclesia campestri snb vocabulo s. Jacobi Ap. quod pariter nuoquoque anno unicum faceret anniversarium cum missa in cantu celebrauda sen conventuali in emortuali die vel saltem sequenti et demum ultra servitium Collegiatae ad instar aliorum Canonicorum praestandum jussit: »quod teneatur et obligatus sit coadjuvare M. B. Praepositum dictae Collegiatae, qui erit pro tempore in functionibus curae animarum, assistentia infirmorum et precibus, quae pro tempestatibus imminentibus fiunt accedente tamen consensu ejusdem D. Praepositi et dummodo idoneus et sufficieus ad praemissa vel aliquod praemissorum exercendum a praedicto illust. et reverend. D. Episcopo et aliis reverend. successoribus, ut supra reperiatur.« Noluit tamen ad personalem residentiam teneri, nisi caeteri Canouici ad consimilem adstricti reperirentur et ita in futurum declarari contiugeret.

Haec quum ita esseut 1742 J. Fulcherius beneficii possessor s. Congregationi preces obtulit, ut attenta notabili redditnum diminutione supradescripta onera reducere dignaretur. Requisitus Ordiuarius duxit posse oratoris precibus benigne indulgeri »praecipue quum ejus petitio reducitur ad simplex onus assistentiae praestandae parocho in cura animarum praesertim quum beneficium parochiale aptum sit ad ferendam impensam pro manutentione viceparochi.«

*) Vd. *t. II. p. 401. m; 404. n.*

Instantiam anno sequenti renovavit orator; parochus antem licet sese opposuisset postmodum tamen una cum patrouis cuidam declaratioui subscripsit, qua hujus Tribunalis judicio sese remittebat et in eadem sententia permanente Episcopo die 30. Jan. 1745 rescriptum prodiit: »Attenta relatione Episcopi Casalen... benigne commisit eidem, ut veris existentibus narratis oratorem ab onere dumtaxat coadjuvandi parochum in exercitio curae animarum pro suo arbitrio et conscieutia gratis eximat.«

Antequam vero rescriptum hoc exequutioni mandaretur parochus patronique insurrexere contendentes, eam declarationem ab ipsis fraudulenter fuisse extortam rescriptumque subreptionis et obreptionis vitio laborare. Super hoc contestata lis extitit in episcopali curia Casaleu. quae 1748 sententiam edidit declarantem: »Constare de cansis reductionis ideoque exequendum esse decretum a s. C. C. die 30. Jan. 1745 emanatum ac propterea exonerandum esse, prout exoneramus praefatum Canonicum Fulcherium ab onere dumtaxat coadjuvandi parochum in exercitio curae animarum videlicet a praestauda assistentia infirmis et a precibus juxta solitum faciendis in imminentibus tempestatibus excepta tamen illa in audiendis confessionibus, quam praestare debebit in diebus festivis de praecepto in ecclesia parochiali; firmis uihilominus remanentibus aliis oneribus positis in fundatioue, quae adamussim adimplere tenebitur et signanter Anniversarii celebrationem quolibet anno juxta mentem fundatoris.« Sic lite absoluta beneficiatus, quod sciatur, sententiae parere non detrectavit.

1765 per obitum Canonici Fulcherii praesentatus per patrouos extitit sacerdos J. Dominicus Stiglio loci Blanzatae. Haec praesentatio admissa fuit cum *solita clausula:* »Si et prout de jure etc. et dummodo dictus sacerdos Stiglio reperiatur habilis et idoneus ad canonicatum regendum et guberuandum juxta fundationem et hactenus solitum.« Verum contra eam iusurrexit alter ejusdem loci presbyter J. Panante asserens se qualificatum et pro praesentato habendum, eo quod et ipse sit ex passive vocatis necnon habilis et idoneus ad onera beneficii sustiuenda et signanter ad poeuitentiae Sacramentum administrandum, cui muneri sit impar sacerdos Stiglio. Quum antem ageretur de negotio alias a s. Congregatione cognito et definito, ejus notio ad supremum

hunc consessum delata est. Auditis autem parocho, patrouis, sacerdotibus itidem Stiglio ac Panante cum praefixione termini duorum mensium ad jura sua deducendum supposuit parochus obtinenti canonicatum adscriptam fuisse duodecimam partem omnium emolumentorum parochialium exceptis illis baptismatum ac matrimoniorum, ideoque ait, seposito onere audiendi confessiones nullum aliud ex sententia anni 1748 superesse onus beneficiato, cujus causa correspectivum assequi debeat adsiguamentum et quamvis professus sit nolle se in quaestionibus coram s. Congregatione habeudis immiscere exposuit tamen confessariorum necessitatem tum ob modicum eorum numerum tum etiam ob loci exigentiam ac laudibus ornans sacerdotem Panante ei se favere manifeste demonstravit.

Patroni contra protestationem emiserunt declarantes nominationem ac praesentationem presbyteri Stiglio esse validas et legitimas ac parati ad tueuda tum propria tum praesentati jura profiteutur, se illius tantum favore assensum cuicumque onerum reductioni praestare. Sacerdos autem Panante utcumque jura sua deducere apud s. Congregationem obtulerit coram Ordinario, ipso tamen absente oportuit ut subscriberentur dubia in calce trauscripta.

Ad I. itaque sacerdos Stiglio a patrouis praesentatus iuquit, se ad formam fundationis esse qualificatum; beneficium sacerdotale*) esse habitu solummodo: proindeque qualitatem confessarii in praesentato non requiri ante institutionem. Alias enim esse ait qualitates, quae institutionis tempore siut oportet, alias, quae post adeptum canonicatum ex fundatioue accedere debent. Hujus secuudi generis existimat esse admiuistrationem Sacramenti poenitentiae, proindeque sufficere, ut in praesentato concurrat habitu et poteutia ex firmatis per *Fagnan. in cap.: Ut Abbates primo de aetate et qual. et ord. praef.* et *Rota decis. 76. n. 16. coram Eminent. Crescentio.* Ipsi autem inesse confessarii qualitatem habitu et potentia uegari non posse, semel ac sacerdos est.

Ad examen vero literae fundationis descendens tuetur duplicem conditionem in fundatioue adjectam, cui alligatum est adjumentum parocho praestaudum videlicet ipsius parochi consensum et beneficiati idoneitatem reddere confessarii praerogativam mere accidentalem et coercere oneris adimplementum ad solum casum idoneitatis et habilitatis. Insuperque ex verbis illius »dummodo idoneus et sufficiens ad praemissa vel aliquod praemissorum exercendum etc. reperiatur« colligit, non esse beneficiatum cogendum ad confessiones excipiendas, quum non omnes, sed una vel altera ex functionibus curae animarum ibi praecipiatur, neque actuale ministerium Sacramenti poenitentiae pernecesse requiratur.

Frustra antem peti argumentum ex sententia edita ab Ordinario Casalen. 1748. Misso enim quod personam tum temporis Canonici particulariter tangat sustinet in radice nullam esse ex defectu jurisdictionis, utpote limites rescripti s. Congregationis praetergredientem ac tanquam inductivam novi oneris in fundatioue nou expressi nullius esse momenti, quum in arbitrio Ordinarii non sit legem fundationis alterare novaque onera beneficiatis adjicere ex collectis per *Piton. de controv. patr. alleg. 33. n. 37., Rota decis. 224. n. 16. coram Buratt.*)

Ad II. vero putat dispensationi locum esse, quatenus EE. VV. affirmativum responsum I. dubio dandum esse ceuserent. Varia disputat, ut redditnum beneficii comprobet diminutionem tum ex sententia anni 1749 tum ex eo, quod post dictum tempus graviorem passi sint jacturam, itant oneribus ferendis nou siut amplius pares. Hinc concludit, quod si s. Congregatio ea de causa non haesitavit beneficiatum ab onere coadjuvandi parochum eximere multo fortius nunc ab audiendis confessionibus debere exonerare eo vel maxime, quod se promptum ad alia munia, quae ex fundatione profluunt adimpleuda exhibeat; nec petita exemptio ullum inferat praejudicium aut fundatoris voluntati aut jnribus parochorum.

Subditque attendeudum uon esse, quod parochus contra decessorem Canouicum objiciebat, ex defectu nempe confessariorum ipsum uon posse tali muneri supplere, quum ex relatione Ordiuarii anni 1742 habeatur, beneficium parochiale aptum esse ad viceparochum maunteneudum, nec constare, quod immediato autecessore excepto reliqui beneficiati in functionibus curae animarum minusque in confessionibus excipiendis sese immiscuerit. Rationem proinde non pati, ut beneficii possessor, cujus redditus tenues

*) Vd. *t. II. p. 867. n. 95.*

*) Vd. *t. II. p. 358. n. 4.*

sunt, onus subeat controversum, parochus vero emolumenta huic correspectiva et plus quam sufficientia percipiat.

Demum addit expostulatam dispensationem praesumptae fundatoris voluntati esse conformem nec sapere derogationem, immo potius voluntatis interpretationem ad tradita per *Fagnan. in cap.: Significatum n. 3. et 4. de praeb.*, vel adeo minimam commutationem praeseferre, ut in nullo pretio habenda sit.

Adeo conjunctum in ministerio poenitentiae est sacerdotium, ut sine isto Sacramentum administrari non valeat, quemadmodum universa tenuit Patrum auctoritas et semper docuit ecclesia novissime vero s. Trid. synodus *sess. 14. cap. 6. et can. 10.* Hinc extranea videtur inspectio, utrum instituendus ad beneficium de quo praesens est disputatio teneatur ex lege fundatoris gaudere confessarii praerogativa tempore collationis, an vero sufficiat, ut aptus ad eam obtinendam reperiatur intra terminum a jure praestitutum; etenim expresse in fundatione cautum fuit, ut praesentatus vel sacerdos esset vel saltem a die adeptae possessionis infra annum ad presbyteratus ordinem promoveri valeret. Fatendum idcirco erit fundatorem eam qualitatem in potentia et habitu solummodo exquisiisse in eo, cui beneficium adjudicari contigisset.*)

Qui plane intellectus quam maxime consonus est tum dispositioni juris canonici in *cap.: Ut Abbates de aetat. et qualit. et Ord. Praef.* ubi late *Fagnan. n. 9.* et in *Clement.: Ut si, eod. tit.*, tum etiam s. Concilii Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.* et *sess. 24. cap. 12.* §: *Neminem, de refor.* In cunctis enim his locis statuitur, ad obtinendam cujusvis generis beneficium cui ordo sacer sit adnexus necesse haud esse, nisi aliter in fundatione cautum sit, ut quis eo praeditus sit in actu collationis, sed sufficere, ut intra tempus a jure praefinitum ad illum evehi possit. Quam sententiam perpetuo sequuta est etiam haec s. Congregatio de hac re saepius consulta juxta resolutiones, quas loco citato refert Fagnanus.

Illud in praesenti casu ponderandum occurrit, an in canonicatus assequutione sit praeferendus sacerdos Panante, qui asserens se unice qualificatum provocavit presbyterum Stiglio a patronis nominatum, ut de ejus habilitate ad confessiones excipiendas doceret. In hac tamen inspectione expendere inprimis oportet testatorem non absolute praecepisse, sed sub certis conditionibus onus coadjuvandi parochum beneficiato injunxisse. Deinde ex facto animadvertendum, sacerdotem Panante affirmasse quidem, sed non probasse, se renunciatum ad confessiones excipiendas idoneum. S. proinde Congregationi de hujus rei veritate non constare nec innotescere, an id evenerit intra tempus patronis ad praesentandum concessum, quod multum referret esse compertum.

Insuper quum presbyter Stiglio fundatori proximior asseratur praestat etiam circumspicere, an ipse praeferendus sit tanquam a testatore praedilectus, qui voluit ut ad beneficium eligendus dumuodo inveniretur esset de familia Gorretta et de linea masculina sin minus foeminina.

Quoad secundum dubium, quum dicatur canonicatus redditus diminutionem passos fuisse perpendendum erit, num ratio aliqua habenda sit de illa emolumentorum assignatione, quam parochus ex emolumentis curae beneficiato factam supposuit.

Quare EE. VV. prudentiae proponitur:

I. *An sacerdos Dominicus Stiglio pro obtinendo beneficio de quo agitur teneatur ad audiendas confessiones in ecclesia s. Eusebii loci Blanzati in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit locus dispensationi super dicto onere in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Provisum in primo.

Die 12. Decb. 1767 et 16. Jan. 1768.

20) Paschalis.

(In qua ecclesia?)

Vd. t. III. p. 697: *Ferrarien.*

21) Peccatorum omissorum.

(Propositio damnata ab Alexdr. VII.)

Peccata in confessione omissa seu oblita ob instans periculum vitae aut ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere.

Die 24. Septbr. 1664.

(Bull. r. t. VI. Append. p. 1. Ed. Luxbg.)

*) Vd. *t. III. p. 410. b.*

22) Praeceptum.

(Propositio damnata ab Alexd. VII.)

Qui facit confessionem voluntarie nullam satisfacit praecepto ecclesiae.

Die 24. Septbr. 1665.

(Bull. r. t. VI. Append. p. 1. Ed. Luxbg.)

23) Prima Puerorum.

Vd. *Doctrina christ.* (Methodus etc Constit. Bened. XIV. § 9.)

24) Publica vetitur.

Vd. *Confessio* (auricul. p. 432. n. 3. per literas etc. p. 437. n. 13)

25) A Regularibus audienda.

Cf. *Conferent.* (Regul., decr. *Aquipendien.* p. 370); *Confessarius regularis.*

26) Sacerdotis ante celebrat. missae.

(Propositio damnata ab Alexdro. VII.)

Mandatum Tridentini factum sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum est consilium non praeceptum.

Illa particula *quamprimum* intelligitur, cum sacerdos suo tempore confitebitur.

Die 18. Mart. 1666.

(Bull. r. t. VI. Append. p. 2. Ed. Luxbg.)

27) Testimonium.

Confessarius si audierit poenitentem et non absolverit et requiratur de attestatione confessionis in scriptis debet illam concedere non tamen unquam affirmare debet, se illum absolvisse nec tunc pariter cum illum absolverit, nam alias si de aliquo hoc attestatus fuisset et de aliquo non revelationis, confessionis periculum subiret.

Bened. XIV. Institut. eccles. *45.* § *10.*

Confessores regulares cogendi non sunt habere libros, in quibus scribantur nomina poenitentium, quod parochorum proprium est, sed sufficit, quod poenitentibus in scriptis consignant attestationis schedulam, ubi est praeceptum vel consuetudo, ut eam parocho exhibeant tempore paschali.

S. C. C. 18. Mart. 1586.

Confessionalia.

Vd. p. 437. n. 14; 441. n. 17.

1) Monialium.

Vd. *Confessar. monial.* (qualitas)

Ad dub.: An confessionalia monialium possint esse in sacristiis vel domibus quas inhabitant confessarii?

S. C. resp.:

Non posse sed extare debere in ecclesiis

Die 20. Sept. 1642.

2) Publicatio ad quaestum.

Prohibitio ad quaestum publicandi indulgentias et confessionalia.

Pius PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quam plenum sit periculi noxia populis ingerere nimium his temporibus afflicta religio testatur, quod malum cum in caeteris ministris tum praecipue in eccleiarum praelatis animadvertendum est quod ab his temere profecta longe maxima ecclesiae Dei conferant detrimenta. Rem sane indignam audivimus, quod non solum quondam Gometius Tello Giron temporarius administrator ecclesiae Toletanae, sed etiam quidam Hispaniae ecclesiarum praesules officii paterni praetextu facultates sibi a sacris canonibus concessas excedentes literas suas in ipsorum civitatibus ac dioecesibus ausi sunt publicare, quibus inter caetera periculosa deprehenditur quod cuicumque illas accipienti certa soluta pecunia licitum sit quem voluerit sibi sumere sacerdotem, qui, confessione audjta, ipsum absolvere valeat, non in eis tantum casibus in quibus simplex sacerdos absolvere potest, sed etiam in iis quae solis Episcopis reservata reperiuntur aliquo praeterea casu admixto, veluti simoniae reatu, qui ad examen hujus s. Sedis esset re-

ferendus. Non animadvertentes ipsi praesules et administratores quam periculosum sit ea passim incertis personis committere, quod ad Episcoporum judicium arbitriumque idcirco deferuntur, ut qui melius lepram a lepra discernere norint causis et circumstantiis subtili indagine exploratis salutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad haec ipsi in dispensandis coelestis gratiae donis nimium prodigi, iis sic literas praedictas accipientibus indulgentias et poenitentiarum injunctarum remissiones, nulla cum re temporali conferendas profusius et indiscrete largiuntur, quibus et aliis licentiis praedictis non pauci fluctuantes et infirmi veniae facilitate inducti, ad peccandum procliviores fiunt, quando tot et tantorum delictorum remissionem certo et vilissimo pretio acquirere posse confidant. Indicem praeterea casuum et indulgentiarum aedibus sacris appendi jusserunt, quo palam significatur solventibus suprascripta concedi et inter alia absolvendi facultatem ab esu prohibitorum tribui, itemque indulgeri missae sacrificium et sepulturam tempore interdicti assumptionem duorum pluriumve compatrum ad sacrum baptisma, praeter eos qui synodalibus ut dicunt constitutionibus asciscuntur reparationem ecclesiarum, erectionem confraternitatum et alias pias causas praetexendo.

§ 1. Cum igitur inter caetera scandala etiam simoniae pravitas redoleat et praedictis sacris Tridentini Concilii decretis et aliis sanctionibus canonicis nostrae praeterea constitutioni de indulgentiis ad quaestum non emittendis adversetur clavium auctoritas evilescat et poenitentialis satisfactio enervetur, Nos his malis celeri remedio occurrendum eademque opera futuris praecavendum fore censentes, de apostolicae potestatis plenitudine supradicta omnia quae in ipsa Toletana et quibuscumque aliis civitatibus, dioecesibus et locis tam Hispaniae quam aliarum quarumcumque provinciarum et regionum quocumque praetextu hucusque emanarunt perpetuo abolemus ac nulla et indices necnon scripturas et monumenta quaecumque, publica et privata per ipsos locorum Ordinarios et alios ecclesiarum rectores ubicumque reperiuntur dilacerari penitusque deleri. Et ne talia de caetero a quoquam fiant publicentur vel concedantur districtius prohibemus.

§ 2. Quicumque secus egerint seu attentaverint Antistites etiamsi cardinalatus honore praefulgeant ab ingressu et perceptione fructuum suarum ecclesiarum tamdiu suspensi jaceant donec, satisfactione praevia, illis per Sedem praedictam suspensio relaxetur, inferiores vero ab Episcopis sententiam excommunicationis incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam Romano Pontifice absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes etiam irritum et inane quicquid secus per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 3. Volumus autem ut praesentium exempla etc.

§ 4. Nulli ergo etc.

Datum Romae apud s. Petrum die 2. Jan. 1570.

(Bull. r. t. VII. p. 800. Ed. Aug. Taur.)

3) Qualia?

Vd. *Confessar. regularis* (qualitas etc. n. 10.)

Confidentia.

(In beneficiis.)

Vd. *t. II. p. 450.* constit. Pii IV.: *Romanum Pontificem; p. 445.* const. Pii V.: *Intolerabilis.*

Confirmatio.

1) Aetas Confirmandorum.

Vd. *Confirmatio* (A Presbytero etc., Constit. Bened. XIV. diei 19. Junii 1750.)

Benedictus PP. XIV.

Cum fideles Cophti catholicam profitentes religionem a baptismo ritu ecclesiae latinae collato hoc potissimum nomine abhorreant, quod baptizatis una simul non conferatur sacramentum confirmationis, quaeritur: *an in casu, quo sacerdos ritus Cophti commode adiri nequeat permittendum sit PP. missionariis illico post baptismum confirmationem conferre?*

Resp.:

Quoad attinet ad hoc dubium plane compertum Nobis est veteri more et disciplina invaluisse apud Cophtos, ut abluti sacro regenerationis lavacro illico ab eodem sacerdote post absolutas baptismatis caeremonias sacro chrismate liniantur, ut prae aliis testatur *Thomas a Jesu in suo tractatu de conversione gentium lib. 7. cap. 7.* De simultanea tamen utrinsque sacramenti administratione non una eademque fuit agendi ratio cum Graecis apud orientales ecclesias residentibus et illis, qui commorantur in Italia et insulis eidem adjacentibus. Quemadmodum enim Graecis incolis Italiae expresse vetita est administratio utriusque sacramenti ab eodem ministro contemporanee facienda; ita patientia quadam et facilitate Sedis apostolicae factum est, ut unum et alterum sacramentum ab eodem sacerdote in Oriente Graecis conferretur; nec defuere idcirco theologi, qui hujusmodi tolerantiae vestem et imaginem tacitae dispensationis obducerent.

Quo opportune praemisso apte distinguenda sunt diversoque jure censenda duo, quae exinde profluunt extrema: aliud enim est, quod Cophti ex indulgentia apostolicae Sedis licitam sibi adstruant collationem utrinsque sacramenti servato orientalis ecclesiae ritu, ab eadem apostolica Sede non expresse vetito, sed tolerato; longe vero diversum, quod tolerantiam in pejorem partem detorquentes, abhorreant a baptismo ritu latino collato, hoc potissimum nomine, quod seorsim a confirmatione administretur. Idcirco sicuti lenitati et patientiae Sedis apostolicaae consonum videri potest, quod Cophti in suo jamdin recepto et ab eadem sede tolerato usu perseverent, ita ferendum non est, quod baptismum ritu latino et seorsim a confirmatione collatum acerbo alienoque animo perhorrescant.

Praeterea licet apud occidentales etiam ecclesias in more posita quandoque fuerit baptismatis et confirmationis simultanea collatio et haec consuetudo in aliquibus dioecesibus anteacto tempore inoleverit, juxta exempla relata a Vicecomite in Tract. de confirmat. cap. 14. et a Martene de antiq. eccles. rit. lib. 1. cap. 2. art. 1., nihilominus abrogato prorsus a Romana ecclesia aliarum matre et magistra hujusmodi more consultissimis summorum Pontificum decretis provide cautum est, ut renatis fonte baptismatis conferretur sacramentum confirmationis in ea solum aetate, in qua fideles, evacuatis quae erant parvuli, intelligerent tantum inter se differre baptismum et confirmationem, quantum in naturali vita distat generatio ab incremento seque per baptismum fuisse quidem ad militiam receptos, per confirmationem vero ad pugnam roboratos et ad perferendos agones per gratiam instructos. Ex quo fit, ut rigide animadverti in eos oporteat, si qui forte sanctioris hujusce disciplinae instituta refugerent aut contemnerent, omnemque curam adhibendam esse, ut ab errore et caecitate ecclesiae latinae adeo injuriosa retrahantur.

Verum attributa juxta propositum thema sacerdotibus Latinis facultate conferendi statim post baptismum confirmationem tantum abest, ut Orientales captivari possint in obsequium veritatis, ut immo animo semper obfirmatiore suae adhaererent sententiae, erga quam facilem se ac pronam apostolica Sedes exhiberet. *Praeterea haeretici et schismatici*, qui improbo pravoque ut plurimum ingenio Catholicorum facta interpretantur vel inconstantiae notam inurerent Latinis, a suscepta semel probataque disciplina deflectentibus, vel suo exemplo eos commovisse et in suas traxisse partes superbe dictitarent ipsa temere vertentes officia pietatis in elationis argumentum.

Si itaque ea sit nationis Cophtae conditio, *ut fideli populo confirmatio administrari nequeat ab Episcopis, quibus hujus sacramenti administrandi ordinaria potestas commissa est, minime nos latet, eandem administrandae confirmationis potestatem ex indulto apostolico ad sacerdotem vel missionarium pro modo necessitatis quandoque deferri posse.* Hujusmodi delegatio nec nova nec inusitata videri debet, cum s. Gregorii Magni aliorumque romanorum Pontificum nostrorum praedecessorum sanctissimis innitatur exemplis. Cum enim saepe contigerit, christifideles pastoris solatio esse destitutos et Episcopis ob distantiam locorum impossibile vel difficile admodum fuerit populorum necessitatibus praesentes fieri, in hanc partem episcopalis ministerii vocati sunt sacerdotes, dummodo uterentur chrismate ab Episcopo rite benedicto et consecrato, ne alias contingeret, fideles rem sanctitatis plenam cunctando negligere vel decedere sine hoc sacramento divinis muneribus cumulato et ad nostram sanctificationem instituto.

Apostolici igitur missionarii non suae auctoritatis incremento, sed lucro tantum animarum inhiantes, qua par est sedulitate et diligentia inquirant, an catholico gregi super quo vigilias custodiunt desit praesentia pastoris; an difficilis vel impossibilis sit frequens illius accessus; an fidelis populus in casu necessitatis versetur et an demum circumstantiae in unum collectae praemissis consonent exemplis ac parem exposcant providentiam. Integra porro sinceraque fide ea omnia quamprimum renuncient s. Sedi, ut re tota sedulo cognita intimeque perspecta deliberare possit, an et cui potissimum presbytero tanquam ministro extraordinario tribuenda sit haec auctoritas confirmandi et episcopale hoc munus obeundi.

Ipsi interim missionarii, quibus datum est exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere, *satagant, ut fidelis populus ab errore ad veritatem, ab odio ad obsequium erga baptismum ecclesiae latinae reducatur, utque gens illa tandem agnoscat, pia sanctaque ordinatione fuisse depositum, ut seorsim a baptismate conferretur sacramentum confirmationis iis, qui in provectiori essent aetate et ad percipiendam virtutem sacramenti accomodata.*

Die 4. Maji 1745.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 512 et 513.)

Segobrien.

In relatione status suae ecclesiae Episcopus Segobriensis dubium s. Congregationi proposuit, quod his praecise verbis expressit: *An Confirmationis Sacramentum solum adultis aut usu rationis praedictis ministrare debeam, an etiam pueris nulla habita aetatis ratione ad illius Sacramenti susceptionem vi consuetudinis hic vigentis admitti licite possint, in nostris praecipue tam amplis Hispaniae dioecesibus, in quibus dum eorum visitatio fit vix ac ne vix quidem convocari queunt adulti per montes et agros dispersi, inducique, ut priusquam tantum Sacramentum suscipiant sacramentali confessione disponantur, nisi visitatio in plures quam commode fieri potest dies protrahatur. Quae impedimenta meo judicio in causa fuere, cur Episcopi hujus regni confirmationis Sacramentum et pueris et adultis communi beneficio etiamnum conferre consueverit.*

Super hoc igitur sapientissimum EE. VV. judicium exquiritur, nec inopportune erit nonnulla animadvertere, quae ad rem conferre posse videntur.

Nullam olim aetatem ad suscipiendum Confirmationis Sacramentum praefinitam fuisse, sed aetatem quamlibet sicut baptismo ita et Confirmationi idoneam habitam fuisse luculentissime patet ex antiquissimo more qui in ecclesia viguit et ad saeculum usque XIII. perseveravit conferendi Confirmationem statim post baptismum, de quo plura apud *Martene de antiquis ecclesiae ritibus lib. 1. cap. 2. art. 1. § 2. et seq.* Constat praeterea diu multumque in ecclesia permansisse usum confirmandi pueros.

Siquidem Innocentius PP. I. *in epistola ad Decentium Eugubinum Episcopum § 6.* meminit Confirmationis *infantium* his verbis: *De consignandis vero infantibus manifestum est non ab alio quam ab Episcopo fieri licere.* Meminit etiam s. Augustinus *tract. 6. in 1. Johannis Epistolam n. 10.* dicens: *quando imposuimus manus istis infantibus attendit unusquisque vestrum etc.* Meminit denique Gennadius *in lib. de eccles. dogmat.* necnon Ordo romanus aliique libri rituales saeculi VIII., IX., X., XI., ubi ritus describuntur, quibus parvuli consignari debent.

Morem hunc saeculo etiam XII. et XIII. passim obtinuisse plures ostendunt synodales dioecesum constitutiones. Odo quippe

Parisiensis Episcopus qui Mauritio successit 1196 vel 1197 in sua synodo statuit:

I. *Ut sacerdotes frequenter moneant populum ad Confirmationem puerorum.*

II. *Quod post baptismum debet suscipi Sacramentum Confirmationis.*

III. *Ut saepe dicatur laicis, ne expectent diu ad confirmandum pueros adventum Episcopi, sed ducant eos ad eum, si adesse audierint prope.*

Synodus incerti loci edita ab Edmundo *Martene t. 4. Anecdot. cap. 39.* inquit: *Publice proponatur in ecclesia quod nisi infra annum puer fuerit confirmatus tam pater quam mater ab ingressu ecclesiae suspendetur.*

Richardus Poore Episcopus Sarumensis in Anglia *in suis constitut. cap. 24.* inter cetera edixit: *Si ultra quinque annos ac plus puer fuerit per negligentiam ac incuriam parentum non confirmatus tam pater quam mater ab egressu ecclesiae tamdiu suspendatur, quousque confirmetur. Simili poenae subjacebit sacerdos, qui circa hoc negligens fuerit.* Synodus Oxoniensis 1787 cap. 3. haec habet: *Ne ob parentum negligentiam parvulos contingat absque Confirmatione diutius remanere statuimus, ut parvuli infra triennium a tempore ortus sui Confirmationis recipiant Sacramentum . . . Alioquin parentes ex tunc qualibet 6. feria in pane et aqua jejunent, donec pueri confirmentur.*

Hujusmodi tamen disciplina saeculo XIII. desinente et XIV. ineunte coepit immutari in Germania, Gallis et Italia, synodus enim Coloniensis 1280 cap. 5. celebrata permisit, ut 7. aetatis annus ad Confirmationem recipiendam expectaretur. Ea verba: *Presbyteri moneant parentes, ut pueros nondum confirmatos ad Episcopum qui solus potest confirmare ducant septennos vel majoris aetatis;* idemque habetur in synodo Lingonensi 1404 atque hujusmodi aetas ita placuit omnibus, qui interfuerunt conciliis saeculo XVI. celebratis, ut eam praeverti passi non fuerint.

Hinc Concilium provinziale Mediolanen. *I. tit. de his quae pertinent ad s. Confirm. administrationem in act. eccles. Mediol. part. 1.* sic jussit: *Minori septennio Confirmationis Sacramentum nemini praebeatur.* Idque decreverunt synodus Turonensis 1583 cap. 7, Synodus Bituricensis 1584 *tit. 32. cap. 4.*, synodus Aquensis 1585 cap.: *de Confirmationis Sacramento*, synodus Tolesana 1590 cap. 15., quorum decreta leguntur apud *Evitasse de Sacramento Confirmat. quaest. 4. art. 2.* et apud *Benedictum XIV. de synod. dioeces. lib. 7. cap. 40. n. 3.* Atque haec hodierna est disciplina ecclesiae, quam catechismus ex decreto Concilii Trid. editus: *De Confirmat. Sacram. tit. qua aetate christiani ad hoc Sacramentum admittendi* his verbis expressit: *Observandum est omnibus quidem post baptismum Confirmationis Sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint. Quare si 12. annus expectandus non videatur, usque ad 7. certe hoc Sacramentum differre maxime convenit.*

Hodiernae consuetudinis plures afferunt Theologi rationes:

I. scilicet, ut evitetur periculum iterationis hujus Sacramenti.

II. Quia cum hoc Sacramentum sit quasi ultima consummatio Sacramenti baptismi ut ait s. Thomas et veluti secunda fidei professio conveniens idcirco esse dicunt, ut qui primam fecerunt per alios secundam per se faciant.

III. Quia cum necessitas non urget, quaerenda est major reverentia Sacramenti, quae servatur, quando propria devotione suscipitur et fide.

IV. Quia Confirmatio *non ad salutis necessitatem instituta est sed ut ejus virtute optime instructi et parati inveniremur, cum nobis pro Christi fide pugnandum esset: ad quod sane pugnae genus pueros, qui adhuc usu rationis carent, nemo aptos esse judicavit,* ut legitur in catechismo *loco sup. citat.* Verum hanc disciplinae mutationem, justis de causis in latinam ecclesiam invectam, nunquam amplexa est ecclesia orientalis. Retinet enim etiam nunc morem vetustissimum ministrandi statim post baptismum Confirmationis Sacramentum, sicuti testantur inter caeteros Leo Allatius *de perpet. consens. eccles. occid. et orien. lib. 3. cap. 18.*, *Thomas a Jesu de conversion. Gentium lib. 7. cap. 7.*, ac *Joseph Vicecomes in observat. ecclesiast. de antiquis baptismi ritibus lib. 5. cap. 32.*, atque de Maronitis et Syris refert id ipsum *Naironus in Expolia Fidei catholicae part. 2. cap. 3.* De consuetudine hujusmodi et suis idoneis causis atque rationibus quibus innititur

et de disciplina hodierna ecclesiae latinae sic ait: *Habent suae consuetudinis idoneas causas Graeci, habent et suae Latini.*

Illi subjecti magis quam Sacramenti respectum habentes voluerunt, Confirmationem statim post baptismum conferri, ut nimirum quidquid gratiae poterant promptius neophytis procurarent. Isti decori magis ac dignitati Sacramenti quam exigentiae fidelium consulentes eousque differendum statuerunt donec instructionis capaces essent et possent divini beneficii pretium pro meritis aestimare.

Causas hujusmodi quibus orientalis et occidentalis ecclesia universa disciplina fulcitur prae oculis habens Benedictus PP. XIV. relinquendos duxit Cophtos in sua antiqua consuetudine recipiendi Confirmationis Sacramentum statim post baptismum, sed simul summopere reprehendos, quod abhorrerent a baptismo ritu latino collato ex hoc potissimum, quod seorsim a Confirmatione administretur, prout videre est in ejusdem Pontificis Constitutione incipien. *Eo quamvis tempore la 129. t. 1. Bullar.* § *5. et 6.*

Caeterum quamvis consultissime cautum sit in latina ecclesia, ut renatis fonte baptismatis conferatur Sacramentum Coufirmationis in ea solum aetate, in qua instructionis capaces sunt et possunt divini beneficii pretium pro meritis aestimare, vetitum tamen absolute non est, ne ullo unquam casu septennio minoribus conferri queat. Quinimmo ex iisdem Synodorum decretis, quibus hodierna firmatur ecclesiae latinae disciplina, liquido apparet pueris ante septimum annum licite posse administrari. Re quidem vera in Concilio Mediolanensi provinciali V. 1579 habito *part. 1. actor. eccles. Mediolanens. pag. 187. noviss. edit. Patavinae tit.: Quae ad Sacr. Confirmationis pertinent* haec statuta leguntur:

Alio decreto, quod in Concilio provinciali I. sancivimus, cautum est, ne Confirmationis Sacramentum iis praeberetur, qui annis 7 minoris natu sunt: si tamen Episcopus ob aliquam causam justam atque adeo necessariam parvulo et infanti, qui non modo eam aetatem expleat, sed ne attingat quidem, ministrandum aliquando censuerit, ne sit vetitum. Synodus Turonensis anno 1583 de Confirmatione loquens prohibuit solum, ne id *facile* fieret. Aquensis synodus 1585 vetuit, ne id fieret, *nisi justa de causa;* Tolosana 1590 di fieri non permisit *nisi summa esset necessitas.* Atque ad id referri debent, quae habentur in Pontificali romano Clementis VIII. primum, deinde Urbani VIII. auctoritate recognito, ubi *tit.: De Confirmandis* pro certo supponitur Sacramentum Confirmationis etiam infantibus ab Episcopo administrari. Sic enim ibidem legitur: *Pontifex infantes pueros vel adultos s. baptismatis unda perfusos confirmare volens paratus .... accedit.* Et iterum: *Infantes per patrinos ante Pontificem confirmare volentem teneantur in brachiis dexteris.* Atque hac ratione conciliari facile potest cathechismus Concilii Trid. cum Pontificali romano, itaut nulla sit contrarietas nullaque antilogia, quemadmodum animadvertit Bened. XIV. *de synod. dioeces. loc. sup. cit. n. 8.* dum ait: *Catechismus prohibet, ne regulariter Sacramentum Confirmationis conferatur pueris ante septennium: Pontificale supponit, quod in aliquo extraordinario casu justaque urgente causa possit idem conferri. Quae traduntur in catechismo instituunt regulam: quae adduntur in Pontificali constituunt limitationem regulae.*

Si quis autem querat, quaenam esse possit justa et urgens causa ministrandi Confirmationem infantibus ac pueris, primo loco respondetur, quod habenda ratio est discriminis eorum vitae.

Et sane, quod Confirmatio non sit deneganda pueris ante septennium, si tali morbo laborent, ut decessuri praevideantur, patet ex s. *Thoma* qui *3. p. 9. 72. artic. 8. ad 4.* sic rem conficit: *Anima ad quam pertinet spiritualis aetas immortalis est. Et ideo etiam morituris hoc Sacramentum dandum est, ut in surrectione perfecti appareant secundum illud Ephes. 4. 13.:* Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram aetatis pleuitudinis Christi. Et ideo *Hugo de s. Victore lib. 2. de Sacrament. part. 7. cap. 3.* ait, omnino periculosum esse, si quis ab hac vita sine Confirmatione migrare contingeret: *non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur. Unde etiam pueri confirmati descendentes majorem gloriam consequuntur, sicuti et hi majorem obtinent gratiam.* Et antea Angelicus Doctor dixerat: *Aetas corporalis non praejudicat animae, unde etiam in puerili aetate homo potest consequi perfectionem spiritualis de qua dicitur Sap. 4. 6.* Senectus venerabilis est, non diuturna neque numero annorum computata.

Et inde est, quod multi in puerili aetate propter robur Spiritus s. perceptum usque ad sanguinem fortiter certaverunt pro Christo. Et quamvis non desint, qui asserant angelicum Doctorem hic non loqui de infantibus, cum dicat, *multos eorum fortiter certasse pro Christo*, attamen *in 4. disc. 7. quaest. 3. art. 2. quaest. 2.* eamdem doctrinam ad infantes quoque extendit, dum ait: *Quia infantilis aetas non patitur fictionem, qua effectus Sacramenti impediatur.* En integrum s. Doctoris testimonium: *Confirmatio potest puero tradi et convenienter traditur, quia infantilis aetas non patitur fictionem, qua effectus Sacramenti in traditione impediatur, et ideo quamvis ei tunc non competit confiteri vel pugnare, certum tamen est quoad effectum Sacramenti plene recipit, per quem erit idoneus ad pugnam et confessionem ad perfectam aetatem veniens, nisi gratiam acceptam per peccatum amittat.*

Jure igitur meritoque pueris morituris Sacramentum Confirmationis confertur, quemadmodum pluribus prosequitur *Catalanus t. 3. in Pontificale romanum pag. 227. n. 22.* Licet enim (ut observat *Benedictus XIV. loc. cit. n. 6.)* Confirmatio non sit ante usum rationis necessaria tamen ad pugnandum pro fide Christi non est inutilis, tum quia auget illis gratiam, tum quia eis tribuit jus ad recipienda gratiae auxilia, quibus suo tempore roborentur ad sustinendam pugnam in casu, quo ex morbo convalescant. Quam ob rem *Du-Hamal t. 5. Theolog. tract. de Sacrament. dissert. 3. cap. 1.*, postquam docuit expedire ut Sacramentum Confirmationis conferatur habentibus usum rationis excipit infantes constitutos in mortis articulo, quibus laudabiliter conferri affirmat.

Praeter vitae discrimen aliae insuper non desunt justae causae, ob quas Confirmatio pueris ante usum rationis sancte et licite administrari valeat etiam juxta praesentem ecclesiae disciplinam, uti animadvertunt *Sylvius in 3. p. s. Thomae q. 72. art. 25., Laymann Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 5. num. 2., Diana p. 3. tract. 4. resolut. 19., Cotonius lib. 1. de Sacram. controvers. 3. cap. 3., Juven. de Sacram. dissert. 3. q. 8. cap. 1., Silvester Maurus t. 3. Theol. lib. 11. q. 119. n. 4., Roncaglia de Sacram. tract. 3. cap. 3. n. 5., Card. Gotti t. 13. Theol. pag. 336. n. 6.* aliisque plurimi, de quorum sententia possunt etiam modo inungi pueri ante septennium, si praevideatur futura diutina absentia Episcopi aut non facilis inposterum futurus ipsius Episcopi accessus ad pueros vel ob ingravescentem ejusdem aetatem vel propter puerorum distantiam a civitate vel propter itineris difficultatem aliamve justam causam.

Nec demum omittenda sententia s. m. Benedicti XIV. exposita *in tract. de synodo dioeces. lib. 7. cap. 10.* Refert imprimis, non multis antea annis dubitatum et disceptatum fuisse, an sustinenda esset quaedam synodalis constitutio, in qua Episcopus paratum se declaraverat ad Sacramentum Confirmationis administrandum pueris mox decessuris, ne privarentur incremento gratiae et gloriae, quod certo forent ab eo Sacramento consecuturi. Pluribus hinc in medium adductis, quae ad rem de qua agitur sunt valde accommodata, sic demum concludit:

Quibus positis, si Episcopus in suis constitutionibus diceret paratum se esse ad conferendum Sacramentum Confirmationis pueris et infantibus baptizatis, sed constitutis in mortis periculo, aut juberet, ut sibi Sacramentum Confirmationis ministraturo in hoc aut illo loco suae dioecesis exhibeantur pueri et infantes, cum facilis ad eos imposterum sibi non sit futurus accessus, vel propter sui ingravescentem aetatem vel propter eorum distantiam a civitate aut propter itineris difficultatem nihil profecto in hujusmodi constitutionibus synodalibus videretur reprehendendum, cum in praefatis circumstantiis non sit locus regulae traditae in catechismo, sed potius limitationis ejusdem regulae de qua in Pontificali. His ergo relatis inquirendum est, an quae in praemisso postulato afferuntur motiva et causae ungendi etiam pueros ante septennium, uti fieri consuevit in dioecesi Legobiensi, satis aptae sint atque idoneae ut recedatur a generali regula atque idcirco sequi oporteat ejusdem regulae limitationem, cui locus est, ubi justa aliqua causa concurrat. Quaeritur:

An attentis peculiaribus circumstantiis Sacramentum Confirmationis administrari possit etiam pueris vel infantibus nulla habita aetatis ratione in casu?

Continuatio.

Cum dubitatum a nonnullis fuerit, an Sacramentum Confirmationis administrari posset pueris et infantibus, quorum interitus

praevidetur et morti proximi aestimantur atque inter pugnantes hac de re opiniones saepius Episcopi consultationes habuerint certamque semitam, quam sine offensione aut periculo sequi deberent, sibi aperiri postulaverint, idcirco occasione propositionis istius causae, quae judicium EE. VV. expectat, praeter dubium, quod cohaereat, circumstantiis ab Episcopo Segobien. propositis, non incongruum videtur alterum dubium addere quoad pueros morti proximos, cujus definitio rem totam conficiat. Ultra ea, quae in praeterito istius causae folio perpensa jam sunt §: *Si quis autem* et §: *Jure igitur*, animadvertere praestat, quod licet ecclesia latina decori ac venerationi Sacramenti prospiciens priscam consuetudinem confirmandi pueros statim post baptismum immutandam decreverit, nihilominus non absolute atque expresse prohibuit, quominus pueri ante rationis usum confirmarentur, quando ex necessitate et propter vitae discrimen id expedire visum fuerit.

Ita plane sentiunt *Sylvius in 3. part. s. Thomae quaest. 72. n. 8.*, *Diana part. 3. tract. 4. resolut. 19.*, *Juvenin. de Sacram. dissert. 3. quaest. 8. cap. 1.* aliique relati a sa. mem. Benedicto XIV. *de synod. dioeces. lit. 7. cap. 19. n. 5.*

Hinc auctor de re Sacramentaria *lib. 3. quaest. 8. cap. 1. quaestiunc. 2.* inquit: »*Nec putandum amorem hunc aegrotantes confirmandi ab ecclesia abrogatum: quamquam enim ubique paene desierit, idem tamen etiamnum legum antiquarum est vigor, ecclesiae eadem voluntas, quae superoptavit, ut filiis suis omni ratione succurreretur, nec ulla omnino Sacramenta subtraherentur, quae Christus Dominus ad salutem hominum procurandam eorumque gratiam ac gloriam amplificandam instituit.* Et Edmundus *Martene lib. 1. de antiq. ecclesiae ritibus cap. 2. art. 1. n. 6.* ait: *Alioquin omni aetati conferendum est Confirmationis Sacramentum et praevalere debet illud s. Thomae ...: Morituris hoc Sacramentum dandum est.* Atque in hanc sententiam descendit *Catalanus ad Pontifical. roman. tit. 21. § 7. num. 20. et seqq.*

Nec defuerunt illustris memoriae Episcopi, qui licet ad avertendum periculum reiterationis aetatem infantili majorem pro Confirmatione requisierint periculum tamen mortis exceperunt.

Prae omnibus attendere sufficiat laudatum Pontificem Benedictum XIV., qui dum Bononiensem ecclesiam regeret morem hunc confirmandi pueros morituros servavit, quamvis quoad alios praescripserit neminem confirmâturum, qui septennium non excessisset. Sic enim statuit *Instit. 6. n. 12.*: *Illud palam monemus, neminem a nobis confirmandum, qui septimum annum non excesserit* et statim addidit: *Mandamus insuper parochis, ut aegrotos nobis denuntient, qui in lethali periculo versantur, ne sine Confirmatione vitam absolvant, sicuti etiam praecepit s. Carolus.* Aegrotos praeterea nondum confirmatos designabit eosque Archiepiscopo denuntiabit, ut ne ingravescente morbo sine hoc Sacramento decedant: *Idem de pueris periculoso morbo laborantibus intelligendum est, cum s. Thomae doctrina et auctoritate certi simus*, quod etiam pueri confirmati decedentes majorem gloriam consequentur, sicut et hinc majorem obtinent gratiam. *Nos autem nullo impedimento retardabimur, ne infirmos domi invisamus ipsosque in eo discrimine Sacramenti hujus virtute confirmemus.* Et ante ipsum praescriptum id quoque fuerat in Concilio provinciali Beneventano VI. sub Ugone II. a Guidario Archiepiscopo habitum 1374. Nam *tit. 5. cap. 3.* habetur: *Si vero casus necessitatis, mortis vel alius immineat, tunc licet cujuscumque aetatis parvuli fuerint confirmentur.*

Et re vera morituris semper subvenire curavit ecclesia, ita quidem, ut si quis infidelis infirmitate languens baptizari et Chrismate iniungi optaverit, illico sit accurrendum prout decernitur in antiquissimo *can. 39.* Eliberiano: *Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi* et fieri christianos; et Concilium Pariense *can. 33. t. 4. collect. Harduin. col. 1318.* a lege decernente, ut baptismus et Confirmatio conferentur dumtaxat tempore paschali et Pentecostes excepit infirmos et periclitantes, de quibus ait: *Sicut baptismatis gratia succurrendum, ita incunctanter donum spiritus s. est tradendum.* Praecisius vero s. Carolus Borromeus, dum salutaribus adhortationibus ac praeceptis debitam tanto Sacramento venerationem sanctamque ad illud suscipiendum dispositionem insinuavit, de aegrotis sermonem habuit, quos absque Confirmatione concedere non permisit prout constat ex verbis supra relatis in *Instit. 6. s. m. Benedicti XIV.* Atque in Concilio provinciali V. 1579 *tit. de Sacram. Confirmationis* monuit, *quod si quis periculose aegrotans se chrismatis Sacramento confirmatum non esse meminerit ac propterea id sibi ministrari petat, tunc Episcopus si eo loci est, ubi ille aegrotat, ut ne sine hoc Sacramento discedat cum charitate paterna invisat et rite confirmet.* Rationem autem affert angelicus Doctor *part. 3. quaest. 72. art. 8. ad 4.* dum ait: *etiam morituris hoc sacramentum dandum est, ut in resurrectione perfecti appareant .... unde etiam pueri confirmati decedentes majorem gloriam consequantur, sicut et hic majorem obtinent gratiam.*

Exemplum vero desumit a temporali vita: Nam sicuti de intentione naturae esse dicit, ut omnis, qui corporaliter nascitur ad perfectam aetatem perveniat licet quandoque impediatur propter corruptibilitatem corporis quod morte praevenitur, ita multo magis de intentione Dei esse, omnia ad perfectionem perducere, ex cujus imitatione id natura participat, cum *Deuter. 32. vers. 4.* habeatur: *Dei perfecta sunt opera.* Anima proinde ad quam pertinet spiritualis nativitas et spiritualis aetatis perfectio immortalis est et quia tempore senectutis spiritualem nativitatem consequi potest, ita etiam tempore juventutis et pueritiae aetatis perfectionem assequi valet. Caeterum hoc argumento non intelligit s. Doctor necessitatem Sacramenti Confirmationis suadere ad aeternam salutem, prout disserte loquitur in *respons. ad 4.*, sed tantum congruentiae rationem assignare; atque etiam addi potest, quod virtute istius Sacramenti infunditur in Anima alius effectus, scilicet augumentum gratiae, cui gloriae augumentum respondet.

Et ideo ss. Patres et Theologi illius excellentiam pluribus commendarunt, quia uberiorem gratiam animae conferre agnoverunt. S. Cyprianus *in epist. 73. ad Jubajanum* ait: Fideles per Confirmationem Spiritum Sanctum recipere et signaculo dominico consumari. S. Ambrosius *lib. 2. de Sacram. cap. 2.* Sacramentum Confirmationis vocat perfectionem.

S. Dionysius de *ecclesiastic. Hycrarch.* inquit per hoc Sacramentum s. Spiritus gratiam conferri. S. Isidorus Hispalensis *lib. 2. de eccles. offic. cap. 26*, s. Thomas *loc. sup. cit.*; *Rabanus Maurus lib. 3. de instit. Cleric. cap. 30.* et Innocentius III. in *cap. unic. de Sac. Unctionis* dicit, quod *per frontis chrismationem manus impositio designatur, quae alio nomine dicitur Confirmatio, quia per eum Spiritus s. ad augmentum datur et robur* scilicet per hoc Sacramentum gratia cumulatior perficitur et fidei acceptae in baptismo robur praestatur, ut explicat *Gonzal. in comment. ad cap. De consuet. n. 4.*

Denique non est praetereundum quod jam supra cum s. Thoma innuimus immo et pro certo habendum sacramentum Confirmationis non esse necessarium ad aeternam salutem, idque clarius ab Angelico Doctore explicatum *in part. 3. quaest. 72. art. 11. ad 13.*

Postquam enim tradidit aliqua Sacramenta requiri, ut salvi esse possimus, alia vero ita esse necessaria, ut etiam sine ipsis ad gloriam pervenire valeamus, de Confirmatione ait, ut quisque *sine ea possit esse salvus.* Et s. Bonaventura *in 4. sent. dict. 8. art. 3. quaest. 2.* scripsit: *Dicendum, quod est necessitas simpliciter et necessitas conditionata: simpliciter non est gratia Confirmationis necessaria sed necessaria ex conditione scilicet pugnanti et vincere volenti.*

Atque idcirco s. m. Benedictus XIV. in opere *de synod. dioeces. lib. 7. cap. 10.* dum loquitur de puerorum Confirmatione, quam non denegandam censet ex justa causa et quando adest periculum mortis, prout *n. 6. et 7.* monet Episcopum, ut caveat, *ne in sua constitutione quidquam dicat, quo insinuare videatur necessitatem seu praeceptum suscipiendi Confirmationem in ea aetate et statu*, quemadmodum habetur *n. 9. ubi etiam advertit, ut Episcopus Sacramentum administret ea dignitate, cui consulere voluit ecclesia cum illud denegavit infantibus ante adeptum usum rationis;* ac tandem cavendum, *ne postquam* Episcopus *paratum se dixit ad Confirmationem conferendam omnibus pueris positis in vitae discrimine libenter accurrat ad nobiliores et sibi benevisos et ire detrectet ad pauperes aliosve de infima plebe.*

Caetera, ad rem, de qua agitur, magis opportuna atque accommodata suppleat sapientia eminentissim. PP. et si quae in praesenti aut in praeterito folio corrigenda occurrent auctoritate vestra deleantur. Sufficit enim aliqua tantummodo delibasse, ut juxta propositum ab Episcopo Segobiensi postulatum et juxta ea, quae saepius Episcoporum animos ex aliquorum diversa opinione an-

cipites reddit, certa habeatur responsio ad dubia, quae proponuntur:

I. *An attentis peculiaribus circumstantiis Sacramentum Confirmationis administrari possit etiam pueris et infantibus nulla habita aetatis ratione in casu?*

II. *An etiam administrari possit pueris et infantibus in mortis periculo constitutis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative, nonnisi in gravibus et urgentibus circumstantiis, super quibus conscientia Episcopi oneretur.

Ad II.: Affirmative.

Die 12. Mart. et 23. Apr. 1774.

2) Antiquitas.

Vd. *Cognatio spiritual.* (Votum VI. §: *Quod etiam* p. 15.).

3) In eccles. regul. conferenda.

Vd. t. I. p. 1034. n. 6.

4) Intentio confirmantis.

Fesulana.

Praesupposita veritate infallibili, quod ad validam sacramentorum collationem requiratur intentio ministrantis, ut post Concilium Florentinum definitum legitur in Tridentino *sess. 7. de Sacram. in genere can. 11.*, proposito dubio: An dioecesani Florentini fuerint confirmati?

negative respondendum videtur prout humillime supplicamus. Quod enim Rmus Episcopus Fesulanus non habuerit intentionem illos confirmandi multipliciter constat.

1. Ex antecedenti et per unum ex suis sacerdotibus saepius repetita protestatione, quod non intendebat confirmare dioecesanos Florentinos, qui licentiam in scriptis Ordinarii sui non exhibuissent.

2. Ex negativa responsione ab eodem Episcopo data parocho interroganti an habuisset intentionem confirmandi dioecesanos Florentines, quos erronee obsignaverat.

3. Ex ipso facto remotionis vittae et abstersionis frontis eorumdem dioecesanorum Florentinorum tamquam ex defectu intentionis Episcopi non confirmatorum.

4. Ex responso dato s. Congregationi, qualiter neque ante neque in actu unctionis habuerit intentionem illos confirmandi.

Ex quibus patet responsio ad ea, quae subtiliter et in abstracto dici possunt, quod scilicet Episcopus ministrans post emissam protestationem non intentionis possit in actu obsignandi elicere actum intentionis conferendi sacramentum, quodque haec posterior intentio praesumatur dum ex duabus intentionibus contrariis praevalere debet illa, quae est magis appretiativa, qualis in concursu intentionis non confirmandi alienum subditum reputatur intentio valide conferendi sacramentum.

Omisso enim quod mutatio intentionis non praesumitur, *Rota decis. 194. n. 15. coram Merlino*, quodque in casu nostro intentio magis appretiativa sine dubio fuit illa non confirmandi dioecesanos Florentinos absque licentia eorum Ordinarii ad evitandam non solum culpam lethalem, sed etiam offensionem Emo Archiepiscopo, cui praesertim a Rmo Episcopo Fesulano summum obsequium debetur ad tradita per clar. mem. Card. *Pallavicinum de sacram. lib. 6. de Sacram. in genere cap. 9.*, *P. Esparza* simili tractatu *quaest. 17.*, difficultas omnis cessat ex iteratis declarationibus factis a Rmo Episcopo, quibus stantibus non est ulterius quaerendum quae et qualis fuerit ejus intentio, ut praecise traduut *Suarez de Sacram. qu. 64. art. 10. disp. 13. sect. 3.* §. *Sed quaeres* circa medium, *Discatill. eodem tract. p. disp. 3. n. 187.*, *Anton. a Spirit. s. in direct. confess. tract. 1. disp. 3. sect. 5. n. 62. in fine.*

Non enim agitur in praesenti vel de casu in abstracto vel de interpretanda mente et intentione hominis mortui, quo casu necessario recurrendum est ad conjecturas et praesumptiones, sed de casu in concreto in quo Episcopus qui actum gessit appertissime declaravit se neque ante neque in actu habuisse nec in ejus mentem venisse intentionem ullam confirmandi dioecesanos Florentinos licentiam Ordinarii sui non exhibentes, cui declarationi non intentionis omnino standum est rejectis praesumptionibus et conjecturis, quae alias pro inducenda intentione addnci possent. *Rot. d. d. 194. n. 15. et 28. cor. Merlin.*

Si quis antem ex EE. PP. ultra terminos dubii praepositi in quo stricte quaeritur, an dioecesani Florentini fuerint confirmati, fortasse dubitaret an Rmus Episcopus rite et recte se gesserit supplicamus super hoc particulariter audiri. Etenim ostendemus eumdem D. Episcopum voluisse se conformare monito s. Caroli in concilio provinciali Mediolanensi impressi penes acta illius *ecclesiae part. 1. lib. 2. tit. 2. de his quae pertinent ad Sacram. Confirm. n. 17. s. 90.*, ibi: Caveat porro ne cum hujus ministrationis munus obit alienae dioecesis hominibus de jure non exemptis conferat, qui in sua dioecesi domicilium non habent, sine Episcopi consensu aut assensu scripto, quo igitur tempore ministrat, populum ea ipsa de re per parochos praemoneri jubeat, et instructioni impressae per Pacem Jordanum Episcopum Tragurien. *Elucubr. eccles. t. 1. lib. 3. tit. de Sacr. Confirm. n. 82. versic. 5.*, ne committeret peccatum mortale confirmando dioecesanos Florentinos absque licentia Emi Archiepiscopi.

Si enim ubicumque concurrit sola et simplex praesumptio confirmationem futuram esse gratam proprio Episcopo confirmandorum, alter Episcopus debet se ab illorum confirmatione abstinere, ut monuit idem Episcopus Tragurien. loco citato n. 49. ubi post relatas opiniones, an Episcopus hoc casu peccat mortaliter addit: »In facti tamen contingentia nunquam volui obsignare alienum subditum absque licentia, quia in conflictu opinionum satius est tutiorem partem amplecti et abstinendo a labore evadere animae scrupulos et scopulos.

Et magis abstinere debuit Rmus Fesulanus, qui non solum poterat dubitare, quinimo certo sciebat Emo Archiepiscopo non fore gratum quod ipse dioecesanos Florentinos confirmaret, ut cum opus fuerit ostendemus, quo casu nemo controvertit Episcopum confirmantem si non suspensionem a Pontificalibus, saltem peccatum mortale incurrere.

Quare etc. — Scipio Zanellus Agens.

Votum negativum est quia Episcopus Fesulanus explicite propalavit animum suum quod nolebat confirmare Florentinos Ordinarii licentiam non exhibentes, immo post ministratum s. Confirmationis sacramentum interrogatus respondit non habuisse intentionem, eaque negata per conditionem negativam sacramentum chrismatis quoad Florentinos non fuit confectum, ut ad terminos s. Concilii Trid. *sess. 7. de Sacrament. in genere can. 11.* notat *Bonaccina oper. moral. t. 1. disp. 1. qu. 3. funct. 2.* § *3. n. 18. pag. 19.*; *Hurtado de Sacram. disp. 4. diff. 6.* §: *Sed quamvis et diff. 7.* § *1. p. 36.*

Quatenus vero Episcopus exposuit sacramentum periculo nullitatis, ut eveuit, non esset excusandus a peccato mortali, ut notant allegati auctores cum nulla esset causa excludendi Florentinos sufficiente licentia tacita sen praesumpta Ordinarii Florentini ex soluto, ut advertit, *Barbos. in collect. ad Concil. sess. 7. de confirm. n. 5.*

Continuatio.

Episcopus Fesulanus in ecclesia rurali suae dioecesis confirmationis sacramentum administraturus praemisit protestationem ab uno ex ejus presbyteris alta voce saepius repetitam, qualiter nolebat neque intendebat confirmare dioecesanos Florentinos, qui legitimam eorum praesulis licentiam non exhibuissent. Hanc protestationem ignorantes nonnulli ex dicta dioecesi Florentina fecerunt se sacro chrismate inungi ab Episcopo qui tunc illos quales erant non novit. At unctione secuta parochus quidam dioecesis Florentinae, qui cum illis tanquam parochianis suis venerat ad ecclesiam in qua confirmatio ministrabatur habita notitia praefatae protestationis emissae ab Episcopo comparuit coram isto, interrogans enm, an intentionem habuisset confirmandi dioecesanos illos Florentinos quos unctos fuisse judicavit. Ad haec respondit Episcopus intentionem non habuisse et proinde mandavit, ut remotis vittis lineis dictorum dioecesanorum Florentinorum uti non confirmatorum frontes abstergerentur, prout secutum fuit et ab hac s. Congregatione informare jussus retulit sibi in actu illos ungendi in mentem non venisse intentionem actualem eos confirmandi, ex quo certo credidit neminem ex dioecesanis Florentinis post emissam ab eo non intentionis suae protestationem fore accessurum.

Unde quaeritur:

An praefati dioecesani Florentini fuerint confirmati?

S. C. resp.:

Negative.

Die 8. Aug. 1682.

5) Ordinibus conferendis praecedere debet.

Vd. *Ordines minor.* (confer. suntne non confirmatis? decr.: *Ord. S. Basilii M.*)

6) Patrinus.

(*Origo. Nominatio. Quot.*)

Vd. *Cognatio spiritual.* (votum VI. p. 11.)

Fesulana.

Invalnit usus in dioecesi Fesulana Hetruscae ditionis, ut in administratione Sacramenti Confirmationis *unus dumtaxat pro omnibus masculis* a parocho vel ab Episcopo deputetur patrinus *et una mulier quoad omnes foeminas* matrinae munere fungatur. Inde vero fit, ut qui Confirmationem acceperunt suos uti plurimum ignorent patrinos, patrini Confirmatos. Quare plures illius dioecesis incolae hanc s. Congregationem exorant, ut de hujusmodi usu quid sentiendum sit pro sua sapientia deceruat.

Requisitus Episcopus, ut referret praesertim de legitimitate assertae consuetudinis quomodo provisum sit pro cognatione spirituali, et ut patrini spiritualium filiorum curam agant, ita rogatis etiam nonnullis aliis Hetruriae Episcopis distincte respondit:

Consuetudo in Confirmationis administratione unum patrinum atque unam matrinam eligendi usque a saeculi transacti initio repetenda videtur. Cum 1781 in templo maximo Florentino ego hoc sacramento sum auctus, illo administrante primo anno pontificatus sui et fortasse prima vice Antonio Martinis, viro non minus doctrina quam veteris disciplinae studio clarissimo, eam consuetudinem nactus sum ut unus e sacricolis, qui illi aderant, quae consuetudo etiam nunc viget in patrini munere. Cum vero omnes de hac re silentium fecerint, plane colligitur, hunc servasse morem et Antecessorem suum Cajetanum Incontrium, cujus mors tunc temporis cen viri sancti habita est et funus quo elatus lacrymae omnium sunt prosecutae.

Testatus est quoque, idem ab hominum memoria servari in Aretina dioecesi et addit: certior quoque factus sum, ita Antistitem Pisanum, Pictoriensem aliosque complures se gerere.

Quod vero hanc dioecesim attinet Fesulanam, video Franciscum Mariam Ginorium, Praesulem tot nominibus clarum, et qui dignus habitus est, ut honori ejus cederetur numisma hoc titulo veteris disciplinae assertori, in epistola pastorali data 8. Kal. Aprilis 1751 inter alia haec habet: »Quelli, che si vorranno cresimare devono avere nu compare, o una comare, e questi devono essere cresimati, e maggiori di anni 14, e per più convenienza gli nomini terranno i maschi, e le donne le femine. Anzi affinchè non nascano inconvenienti, saranno da noi deputate persone per l'ufficio di compare, o comare.«

Occasionem vero antedictae consuetudini opinatur Praesul Fesulanus dedisse locorum alpestrium asperitatem in longe lateque patente dioecesi, quae cum certo tantum intervallo temporis lustrari queat; dum Episcopus Confirmationis Sacramentum administrat, sacrae Aedes omnibus in locis celebrantur magna mortalium multitudine . . . Ecclesias Confirmandi magna comitante eos caterva adeunt; singuli habent comites parentes eorum. Si vero unacum his singulorum patrini et matrinae excipiendi essent in ecclesiis plerumque angustissimis, clamor tumultusque oriretur . . . Et quod etiam magis interest, haud facile esset, omnium nomina accurate in tabulis describere.

Sed quoniam pacto inter spirituali cognatione devinctos, ne matrimonium contrahatur, cavetur? Non ansim dicere, hanc consuetudinem fuisse receptam, ut huic occurratur periculo; nam cum spiritualis cognatio in duobus solis hominibus sit, hoc periculum facilius vitatur numero spirituali coguatione vinctorum panciore. Plerumque provectionis aetatis homines atque in viduitate, si adsint, eliguntur: antequam hoc Sacramentum peragere incipiamus, Pontificalis romani monita de hac re lingua veruacula vulgautur et maxime quae numero quarto leguntur nempe: »che in questo Sacramento si contrae dal patrino et matrina la cognazione spirituale, che oltra id dirimere il contratto matrimonio impedisce ancora il coutrarlo.« Parochi praeter confirmati nomen illud etiam patrini et matrinae in tabulis describere jubeutur, adeo ut parochus statim et manifeste, cum nuptiae illi deuunciandae sint, utrum iuter conjuges futuros spiritualis cognationis impedimentum extet cognoscere possit. Et si, ut periculo ne quis matrimonium ineat cum muliere, quae ei spirituali coguatione viucta sit, occurratur, parochus incertis familiae vocibus stare non

debet, sed ipsi tabulae consulendae; idem erit ut mihi videtur id cognoscere unum Patrinum in his legens aut centum. Quod si tot adhibitis curis bis mihi evenit ut parentes suos natos teuerent et quod duo soli patrini statuti essent id facilius patuit, ut opportuno remedio uti possemus, quae mala accidere possent in tanta patrinorum copia, magna ex parte Episcopo et fortasse etiam Parocho haud nota?

Fatebor autem, ut ego quoque quid sentiam dicam, me hanc consuetudinem, dummodo, quae dixi superius, praecaveantur, anteponere. Nam septem abhinc annis, ex quo pro meis viribus hanc Fesulanam rego ecclesiam et Deo opitulante plusquam decem millibus hominum hoc contuli Sacramentum, semel aut iterum id aliqua perturbatione actum est, quamvis tercenti aut quadringenti pueri in unum convenerint. Sed contra nunquam accidit, quin turba fuerit, dum bis hoc Sacramentum in ecclesia s. Mariae, quae sita est in pago, cui nomen inditum Panzano, administravi. Hac in ecclesia plurimos patrinos ac matrinas passus sum, dissensionis declinandae causa, atque ut Parocho illi morem gererem . . . Ipse unus consuetudini, tot ab hinc annis ab omnibus hujus dioecesis parochis acceptae, adversatur.

Primis ecclesiae temporibus baptizati mox accepto baptismo confirmabantur, ut hoc Sacramento fortes redderentur ad fidem, quam in baptismo professi erant, generose ac libere verbo et opere profitendam. Testatur hoc *canon. 48. Laodicenus*, *canon. 33. Concilii 6. Parisiensis*, *Tertullianus de baptismo cap. 7.* et *Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium s. Gregorii Magni* plura veterum et receutiorum colligit testimonia hanc disciplinam comprobantia, de qua meminit etiam *Bened. XIV. in sua notif. 6. n. 2.* et quam in graeca ecclesia hodie quoque servari patet ex illius rituali et monet in ejusdem notis Jacobus Soar. Cum autem in ecclesia latina receptum fuerit, ut infantes baptizareutur, satius visum est Confirmationis Sacramentum differre in eam aetatem in qua baptizati rationis usu polleutes majori cum fructu illud accipere possent; praesertim vero quia parvulis rationis usum non habentibus noudum cum hoste pugnandum est; neque si morte praeveniantur salutis dispendium incurruut, cum jam per baptismum regenerati a peccato originali siut liberati.

Itaque nil mirum si per plura saecula apud antiquos scriptores nulla patrinorum fit mentio in ministratione Sacramenti Confirmationis, nam admodum verisimile est, disciplinam adhibendi speciales patrinos seu spousores vel susceptores Confirmationis incaepisse postquam Confirmatio desiit unacum baptismo ministrari. Dum enim conjunctim conferebantur Confirmatio et baptismus non immerito censebantur iidem Patrini sive sponsores pro utroque intervenire; hinc facta separatione etiam separatim adhiberi coepernnt patrini Confirmationis eorumque mentio occurrit in *libris Sacramentar. s. Gregorii in Ordine romano* et plures canones affert *Gratianus Distinct. 4. de consecr.*, quibus conciuit *cap. ult. de Cognatione spirituali**) *in 6.* et *Concil. Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. Matrimonii* et rationem reddit *Angelicus 3. p. quaest. 72. art. 10.* hisce verbis: Hoc Sacramentum exhibetur homini ad robur pugnae spiritualis. Sicut autem aliquis de novo natus indiget instructore in his, quae pertinent ad conservationem vitae, ita illi qui sumuntur ad pugnam iudigent conditoribus, a quibus instruantur de his, quae pertinent ad modum certaminis. Denique sub culpa desiderari patrinum in Confirmatione, colligitur tum ex *cap. ult. de cogn. spirit. in 6.* et ex *can. 101. Non plures dist. de consecr.* tum ex communi doctorum, uti tradit *Navarrus in Manuali c. 22.* et denique ex consuetudine romanae ecclesiae, de qua testatur *Barbosa de off. et potest. Episcopi part. 1. alleg. 30. n. 51.*

Quamvis autem *Trid. synodus sess. 24. cap. 2. de ref. Matrimonii* haec habeat, ut unus tantum sive vir sive mulier ut patet ex laudato *canone: Non plures*, cujus correctio facta a Trideutino in baptismi Sacramento, non debet extendi ad Confirmationem uti communiter docent DD. et probat ecclesiae praxis. Patrini vero in Jure sponsores et fidejussores dicuntur eorum, quorum causa munus hoc suscipiunt, ut ex *canone: Vos ante 105. distin. 4. de consecr.* et confirmant superius enunciata Angelici verba consentitque *Synodus Audomarensis 1583 tit. 4. cap. 5.*, quae mandavit ad id munus non quoslibet absque discrimine adsumi, sed ejusmodi omuino, qui, ut spiritnales parentes et possint et velint eorum, quos ad confirmationem obtulerint, pateruam curam gerere eosque

*) Vd. *p. 6. n. II.*

instruere quomodo adversus visibiles et invisibiles salutis hostes sit dimicandum certandumque viriliter. Habeatur itaque delectus et ratio talis, qualem Patrinorum in baptismo habendam esse praescripsimus.

Profecto si una eademque die vir unus patrini munere fungatur erga omnes masculos confirmandos postquam fuerit a Parocho vel ab Episcopo deputatus, quin agnoscat eos, quorum causa muuus illud suscipit agnoscaturque ab eis, quonam pacto quaeso pro confirmatis dici poterit sponsor vel fidejussor? Quomodo paternam eorum curam gerere, quomodo eos instruere adversus visibiles et invisibiles salutis hostes; quomodo eos decliuantes ad semitam errorum ad rectum callem revocare curabit, si et eorum nomina ignorat et quamvis nosset, numero obrueretur? Idem dicendum de unica muliere, quae omnium foeminarum matrina fuerit electa. Verendum proinde, ne hac methodo penitus evertatur ecclesiae mens et finis, quem sibi in dandis patrinis proposuit; eoque certius quia Pontificale romanum praecipit, ne eodem die alicui fas sit patrini fungi officio ultra duos; et cohaeret consuetudo romanae Orbis universi matris et magistrae et probat edictum Emi Urbis Vicarii, quod evulgatur quolibet anno et quo mandatur, che nessuno tenghi a cresima se non uno, o due, senza espressa nostra liceuza.

Verum Fesulanae dioecesi favet longaeva et fortasse centenaria consuetudo, quae iu aliis quoque Hetruriae dioecesibus obtinet ac praesertim Florentina, Aretina, Pistoriensi, in quibus omnibus ad suscipiendos confirmandos pro masculis vir unus et una mulier pro foeminis a parocho vel ab Episcopo designatur. Quemobrem non sine difficultate res in pristinum restitui posse videtur: quomodo vero consultum sit cognationi spirituali accurate tradidit Praesul Fesulanus. Quando autem facile nequeunt plures haberi patrini receptissima est sententia, unum eadem die erga plures hoc fungi muuere posse, uti cum caeteris monent *Barbosa part. 2. de off. et potest. Episcopi alleg. 30. n. 52., La Croix part. 1. lib. 6. n. 396.*

Quo vero ad paternam curam gerendam Confirmatorum quam in tanto eorum numero negligi uecesse est animadverti poterit, suppleri hanc per patrinos baptismi, quibus primario hujusmodi onus imponitur, et qui primi in defectum pareutum vocautur ad christiane educandos pueros e sacro fonte susceptos. Reque vera admodum raro contingit, ut patriui Confirmationis negligentiam et ignaviam parentum ac baptismi patrinorum supplere cogantur.

Proponitur dubium:

An et quomodo probandus sit usus Fesulanae dioecesis in casu?

S. C. resp.:

Non esse probandum sed tolerandum in casu necessitatis ab Episcopo judicandae ad formam Pontificalis romani.

Die 14. Junii et 12. Julii 1823.

7) Probatio per testes et juramentum.

Vd. *Irregul.* (num propter baptismum etc. decr. *Civitatis Castellanae*)

8) Procurationes confirmationis causa Episcopus exigere non potest.

Vd. *Procurationes.*

9) In visitatione administranda.

Ad dub.: An Archiepiscopus teneatur saltem occasione visitationis administrare sacramentum confirmationis in locis suae dioecesis, quos visitat?

S. C. C. rescripsit: Affirmative.

Die 18. Julii 1699.

Confraternitas.

1) Administratio Bonorum.

Vd. t. I. p. 185.

2) Administratorum electio etc.

Vd. *Confraternit.* (official. electio etc.); t. I. p. 223. n. 4.

3) Aggregatio.

a) Concedenda.

Neapolitana.

(Conc. Trid. c. 8. sess. 24. de ref.)

Adversus aggregationis privilegium, quod 1706 sodalitas s. Mariae a Vertice Coeli obtiuuit ab archiconfraternitate suffragii, insurrexerunt confratres alterius confraternitatis s. Marci vulgo *de Lanzieri* contendeutes minime exsequi posse, eo sub obtentu, quod ab anno 1615 jam ipsi similem aggregationem impetraverint. Hinc iu Cougregatione diei 7. Decb. 1709 proposito dubio:

An aggregatio ven. confraternitatis s. Marci de Lanzieri *ven. archiconfraternitati ss. Suffragii Urbis sustineatur in casu etc?*

Placuit EE. PP. rescribere: *Dilata et exhibeatur authentica aggregatio.*

Post diu exspectatum ejusce aggregationis documentum ad enixas preces primodictae sodalitatis s. Mariae iterum propositum fuit moxdictum dubium atque parte altera non iuformante sub die 30. Augusti 1710 prodiit resolutio: *Non constare de aggregatione.* Sub his prodierunt coufratres sodalitatis praedictae s. Marci d. Lauzieri exhibitisque nonnullis documentis, in quibus ejus praetensa aggregatio enunciabatur, in congregatione diei 9. Aprilis 1712 minus propitium oraculum reportarunt: *In decisis et amplius.* Nuper vero audiri iterum ab EE. PP. obtinuerunt autumantes, diu obliteratum documentum in lucem tandem venisse, in quo sane Archiconfraternitati ss. Suffragii aggregatur sodalitas B. Mariae Visitationis, quae alias reperiebatur suscitata in atrio s. Nicolai civitatis Neapolis et tum esse asserebatur confraternitas sub titulo s. Mariae suffragii erecta intus ecclesiam s. Marci Lanzeriorum, quemadmodum latius in summario recensetur. Hinc coufratres ipsi favorabile responsum tandem sperant sub consueto dubio:

An sit standum vel recedendum a decisis sub diebus 30. Augusti 1710 et 9. Aprilis 1712 in casu etc.?

S. C. C. resp.:

Praevio recessu a decisis constare de aggregatione Confraternitatis B. V. M. et suffragii in ecclesia de Marci Lanzeriorum.

Die 19. Aug. 1713.

b) Non concedenda.

Papien.

(Conc. Tr. c. 3. sess. 25. de Regul.)

Vertente controversia in hac S. C. inter confrateruitatem s. Mariae de Laureto civitatis Papiae petente aggregari seu reaggregari archiconfraternitati Confalonis Urbis ex una et confraternitatem s. Innocentii ejusdem civitatis ex altera partibus, juxta facti thema descriptum in folio diei 10. Julii 1706 hodie benigniter reassumendo haec eadem S. C. proposito eadem die dubio:

An sit concedenda dispensatio confraternitati s. Mariae de Laureto pro obtinenda aggregatione seu reaggregatione archiconfraternitati Confalonis Urbis?

resolvit: *Negative.* Atque sub die 21. Augusti stetit *in decisis et amplius.* Quinimo die 18. Decb. tum subsequentis partibus auditis per Summarium demandavit: *aboleri Insignia a quocumque loco et dominationem Confalonis per societatem B. Mariae Lauretanae et amplius.* Sed habito recursu ad SS. D. N. per eandem confraternitatem Lauretanam Sanctitas Sua sub die 26. Maji 1708 rescripsit: Ut denuo proponatur causa iu hac S. C. Hinc hodie partibus monitis ea reproponitur sub dubio consueto ab EE. PP. ex deducendis sapienter decidendo:

An sit standum vel recedendum a decisis sub die 10. Julii, 21. Augusti et 18. Decb. 1706 in casu etc.?

S. C. resp.: In decisis.

Die 13. Apr. 1709.

c) Effectus.

Speciatim decreto s. Congregationis Episcop. et Regul. constitum refert Monacellus,

confraternitates aggregatas archiconfraternitatibus Urbis non gaudere privilegiis earumdem sed solummodo illarum indulgentiis et gratiis spiritualibus fieri participes. *Brugnasen. 23. Nov. 1691.* Iu quem finem Episcopi iis literis, quibus ex Clementiuae constitutionis *) praescripto sodalitatem aggregandam commeudant, indulgentiarum dumtaxat et gratiarum spiritualinm aliorumque thesaurorum coelestium participem eam fieri deposcunt, nti idem Monacellus auimadvertit *tom. 1. tit. 4. form. 17.* Idque pluribus docet Bassus Anagninorum Episcopus opere, quod de sodalitatibus edidit maxime commendatum. Notandum, inquit, quod confraternitatis aggregatio restringitur ad privilegia indulgentiarum et gratiarum spiritualium fori interni, non autem ad alia privilegia aggregatiouis, neque operatur exemptiouem ab Episcopo nec tribuit aliquod jus praecedendi antiquioribus confraternitatibus, *Bassus de sodalit. qu. 2. n. 4., Ursaya tom. 1. discept. eccl. par. 2. discept. 21. n. 8., Antonell. de jure Cler. in append. dec. 43. n. 8.*, S. C. C. *Mutin. 20. Nov. 1762.*

Ceterum pensauda hic maximopere sunt gravissima Cardinalis Colloredi verba, qui in suo de hoc argumeuto suffragio in s. C. Rituum pro notissimis illis generalibus decretis ferendis luculenter mouuit, sodalitates iu Urbe ea privilegia consequuta fuisse, quae in aliis locis permitti nullo modo possunt. Etenim Romae dignitas et primatus cleri adeo splendet, ut nullis facile tenebris obscurari queat neque ex aliorum privilegiis diminui. Iusuper Cardinalium diguitas qni praeseutes et tamquam patroni archiconfraternitatibus praepositi snut postulare videtur, ut aliqua ratio habeatur earumdem Societatum ipsaeque minus parochis subjiciantur, nempe ob eamdem causam, qua Trid. synodus adducta fuit, ut privilegiis ac discrimine digna putaret monasteria, ubi Geuerales ordiuum regularium moderatores immorantur, *priv. 25. cap. 10. de Regularibus.* Equidem si omuia privilegia quae Romae conceduutur sodalitatibus et juribus parochorum officiuut, caeteris etiam tribuerentur ubique terrarum constitutis, ubi quandoque solus parochus superioris ecclesiastici persouam gerit, absouum sane et alienum id foret eodem modo ac si privatis monasteriis traderetur idem privilegium, quod Trid. synodus impertit illis solum monasteriis quae Praefecti generales regularium sibi ut sedem elegerunt. Qua ex causa, uti scite animadvertit *Monacellus*, Clemens VIII. ne privilegia confraternitatum Urbis traherentur in exemplum ad evitanda inconveuientia quae inde oriebantur vetuit § 5. const. Quaecumque earum statuta aggregatis sodalitatibus impertiri, nisi ea prius ab Episcopo dioecesano examiuata et pro ratione loci fuerint approbata. (Monacell. tit. 13. n. 56.)

*) Vd. *Mühlbauer Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. I. p. 753.*

4) Bouorum Applicatio in commodum cougrnae.

Vd t. I. p. 420. n. 1; p. 185. n. 1.

Ravennaten.

Iu ecclesia parochiali extra Portam Adrianam civitatis Ravennae erectum erat olim sodalitium ss. Sacramenti, quod iu tumultu republicano 1798 suppressum fuit. Archipresbyter Dominicus Autonius Bezzi, qui ecclesiam illam parochialem regebat, a laica potestate, quae tunc temporis dominabatur, impetravit, ut attenta diminutione congruae parochialis usufrueretur bonis suppressi sodalitii, iu quorum possessionem Bezzius immissns est, videndo qnidem et sciente Archiepiscopo, qni tamen nunquam auctoritatem suam cauonice iuterposuit. Defuncto Bezzio ejus successor sacerdos Joannes Bartoletti probante Episcopo die 14. Julii 1806 immissus fuit iu possessionem tum bonorum, quae ad ecclesiam parochialem primitus pertinebant, tum aliorum, quae spectabant ad snppressum sodalitium. Statim ac pontificinm imperium ea in civitate revixit parochus Bartoletti preces huic s. Cougregationi obtulit, ut attenta tenuitate congruae eidem paroeciae applicaretur praedium nuncupatum *il Canalazzo tornaturarum 16* quod ad sodalitium praefatum spectabat, restitutis favore ejusdem sodalitii caeteris bonis.

Rogata fuit sententia Archiepiscopi auditis confratribus per secreta snffragia. Res per annum siluit, ita postulante parocho Bartoletti, donec iu exitu praeteriti anni coacta sunt sodalitii comitia *in un misero avanzo di confratelli, che sono come Presidente della medesima il M. R. Sig. Arciprete D. Gio. Bartoletti, Francesco Antonio Fontana, e Sebastiano Gualtieri*, quibus adaucti fuere *i principali più divoti, ed onesti abitanti della Parrocchia*, iisque jus suffragii

ferendi collatum est. His ita congregatis obtulit Archipresbyter bona omuia sodalitii restituere excepto fundo (uon jam illo tornaturarum 16, cujus unionem favore suae paroeciae in oblatis precibus postulabat) sed altero *tornaturarum 10* sito iu eadem regione di Canalazzo, salva semper apostolica authoritate pro approbatione cauonicae unionis. Confratres vero ratam habuerunt propositam ab Archipresbytero restitutionem, excepto praedicto praedio et adjecta conditioue: *d'invitare il Sig. Arciprete a prestarsi gratuitamente alle sagre funzioni da farsi da detta Compagnia, alla politura, ed imbiancatura delle supellectili sagre della chiesa, all' auttorizazione ai confrattelli di riedificare la sagrestia della loro compagnia nel luogo, ove prima esisteva, e cosi dell' ingresso alla medesima per la casa parrochiale. Alle quali aggiunte proposizioni ha di buon animo adcrito per se, e successori nella di lui chiesa il medesimo Signor Arciprete.*

Quod attinet ad redditus paroeciae s. Blasii, constat ex inventario exhibito in s. visitatione 1786 auuuam attigisse summam scut. 304. 50. Verum nunc dimiuuti snut. Ex statu siqnidem activo et passivo annui fructns suut scut. 278. 05., ouera vero constituuntur in summa scutorum 237. 21. de quibus inferins redibit sermo. Collatis itaque ratiouibus libera pro congrua supersuut annua scuta 40. 81. Fruitur praeterea Archipresbyter s. Blasii altero prediolo et geminis domunculis quae locata sunt pro annuis scutis 20. Sed haec proprie ad congruam non spectant, sed ad legatum quoddam, pro quo celebrare debet festum diem Nativitatis B. M. V. e fare un orazione del giro. Ex his Archiepiscopus coucludit *illud pro certo habendum esse inter paroecias, quae in hac archidioecesi dote exigua praeditae sunt, recensendam esse s. Blasii paroeciam cum incerta seu jura stolae a pauperrimis parochianis exigi possint difficillime nec facilis sit integra perceptio omnium sextariorum tritici, quae paroeciae s. Blasii titulo primitiarum singulis annis debentur.*

Cum vero s. Congregatio postulasset ab Archiepiscopo, ut referret de cauouica unione bonorum, an sodalitium ad sua jura et bona redintegratum esset et an dempto praedio sufficiens ei redditus superesset, ita ille satis omnibus facit in sua informatione: *Non inficiar, me non obstitisse usufructui, quem ex bonis sodalitii Archipresbyter Bezzi atque ejus successor Bartoletti perceperunt, propterea quod facilius esse existimavi, ut eadem bona Archipresbyter s. Blasii sodalitio restitueret tempore habili, quam ex manibus habentis causam a demanio eadem bona extorquere. Verum meam auctoritatem scripto non interposui quoad concessionem ac perceptionem ejusdem usufructus, quod satis est ad probandam unionem bonorum sodalitii bonis paraeciae s. Blasii canonicam non posse appellari. Nondum mihi constat sodalitium, de quo agitur, fuisse a ss. Pontifice ad sua bona et primaeva jura redintegratum; sodalitio superest dempto praedio ab Archipresbytero retinendo redditus annuus scut. 98. 79. Hujusmodi redditus videtur sufficiens oneribus, quae adimpleri et functionibus ecclesiasticis quae celebrari deberent sumptibus sodalitii. Nam amissio redditus annui scut. 40 quae fuit ex decem tornaturarum memorati praedii alienatione compensatur ex eo, quod sodalitium inposterum nec capellano honorarium solvere nec expensas facere pro suppellectilium conservatione teneretur.* Quare, ita concludit: *juxta meam opinionem nihil obstat, quominus ss. Pontifex annuens precibus Archipresbyteri s. Blasii retentionem seu potius acquisitionem canonicam memoratae partis praedii confirmet, servatis omnibus conditionibus, quae in memoratae congregatione confratrum adjectae fuerunt eidem acquisitioni, donec dicta paroecia de congrua dote provideatur.*

Ex his omnibus duo inquirenda sunt, an scilicet probanda sit unio praedicti praedii de quo quaeritur in I. dubio et an Archipresbyter Bartoletti indigeat absolutione et sauatione pro fructibus bouorum sodalitii nulla legitima intervenieute auctoritate hucusque perceptis, de quo agendum erit in II. dubio.

Confratres sodalitii sive parochiani, qui ad suffragium fereudum vocati suut, petitae unioni assentiuntur eamque probat Archiepiscopus; inquirendum igitur est, an legitima et ratiouabilis concurrat uniouis causa, *) qua deficiente juxta Tridentiuum *sess. 27. cap. 6. de ref.* unioues fieri nou debeant. Petitur unio ad augendam congruam Archipresbyteri s. Blasii attenta ejns tenuitate; utrum causa hujusmodi in facto subsistat et in jure valeat statuendum erit. Quamquam enim Archi-

*) Vd. *t. II. p. 926. g.*

presbyter ex transmisso statu activo et passivo demonstret sibi libera snperesse annua scuta 40. 84., attamen in statu passivo nonnullae sunt partitae, quae moderari posse videntur.

Videant EE. PP. num partitae hujnsmodi, quae conflant summam scutorum 183. 20. resecandae sint. Hoc in casu ex annno redditn scut. 278. 05. detractis caeteris oneribus scut. 41. 41. superessent pro rectore annua sc. 236. 64. At certe necessaria videtur expensa pro vicario curato, cum agatur de paroecia, in qna numerantur 3400 capita. Nec praetereundum est, Archiepiscopum affirmare exiguam esse dotem paroeciae s. Blasii. Porro exigua ea dicitur congrna, quae tantum non praebet rectori, quantum necessariam est, ut pro tempore et conditione se alere possit; *Rota dec. 374. n. 2. part. 18. Recen., decis. 342. n. 1. coram Emerix.* et s. Congregatio in *Sabinen. Congruae 27. Junii 1807.*

Quatenus EE. VV. comperta sit congruae tennitas, videndum in jure est, num idonea sit causa ad concedendam unionem praedii, quod ad sodalitinm pertinet. Tridentinum *sess. 24. cap. 13. de ref.* parochialibus ecclesiis,*) quibus exigui sunt frnctus, succurrendum esse statuit per beneficiorum unionem ant primitiarum et decimarum assignationem aut per parochianorum symbolam, nec quidqnam meminit de bonis sodalitatum. Ea vero, quae largitione fidelium ad certum usum sunt destinata, in alium converti nequeunt, nt *ex Clementina Quia contigit de relig. domib., Tondut. quaest. benefic. par. 3. cap. 22. n. 23.* Attamen Tridentinnm loco citato permittit Episcopi arbitrio ut *qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur quod pro rectoris et paroeciae necessitate decenter sufficiat.* Archiepiscopus vero probat hanc unionem, cui confratres assentiuntur, nt ex concesso fnndo ntilitatem capiant, quia ex oneribns ab Archipresbytero assumptis liberantur ab expensis tam pro stipendio capellani quam pro linteaminibus mundandis.

Ad modum quod attinet perficiendae unionis concors omnium sententia est, ut non perpetua sed temporanea fiat unio, nimirum donec dicta paroecia de congrua dote provideatur.

*) Vd. *t. II. p. 965. I.*

II. dubium respicit praeteritam perceptionem fructuum bonorum sodalitatis facta ab Archipresbytero Bartoletti nulla legitima interveniente auctoritate, cum id obtinuerit a laica potestate proptereaque fructus suos facere non poterat ad tradita per *Ricc. in Prax. confrat. resolut. 123. n. 3.* Attamen per dissolutionem sodalitii bona devolvebantur ad parochialem, in qua erectum erat, velnti ad principalem ecclesiam juxta sententiam *Bartholi il L. fin. n. 22. ff. de colleg. illicit.* quem sequuntur *Frances. de eccles. cathed. cap. 15. n. 185.*, Donat. in *Prax. regul. t. 3. tract. 8. quaest. 41.* et s. Congregatio in *Pharaonen. Unionis. 16. Julii 1791.* Tribuendum porro temporibus videtur, si bona hujusmodi Archipresbyter usufruenda obtinuit a laica potestate, atque Archiepiscopus affirmat, se id tacito corde non improbasse, si bona haec ab Archipresbytero retinerentur, ut facilius opportuniori tempore confraternitati restitui possent, quam si demaninm in laicos alienasset. Ex his statuent EE. PP. num a Sanctissimo impetranda sit absolutio et sanatio qnoad praeteritum.

Proponuntur dubia:

I. *An et quomodo sit locus unioni in casu?*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione et sanatione quoad praeteritum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative juxta votum Archiepiscopi.

Ad II.: Affirmative erogata aliqna summa arbitrio Archiepiscopi praefinienda favore sacrarii sodalitii.

Die 1. Mart. 1817.

Forosembronien.

In Villa s. Martini de Murri Forosemproniensis dioecesis extat sodalitium ss. Conceptionis nuncupatum, ex cujus redditibus amovibili capellano curato, qui in eadem Villa paroeciam exercet, nomine congruae dantur annua scnta 52. 30. partim in pecunia numerata partim in tritico et muncto. Administrationi bonorum praesunt confratres sed parum bona fide, immo non sine dolo redditus in propriam utilitatem convertunt.

Ad refrenandum abusum perpetuumque rectorem praeficiendum curae animarum duo Priores sodalitii Lazarus Doni et Bernardinus Luzi deprecati sunt a s. Congregatione, ut

bona sodalitatis uniantur paroeciae et parochus impletis omnibus oneribus nomine congruae superextantes redditus percipiat.

Episcopus multa refert quoad redditus societatis, infidelem confratrum administrationem et imploratam unionem. Singula cognoscent EE. VV. ex sua informatione, quae integra oculis subjicitur. Etenim quod spectat ad redditus sit: Praefatam societatem unum tantum praedium possidere in vocabulo Carenzotto cum variis aliis terrae fructulis sejunctis exigni valoris, quin adinveniatur instrumentum ullum aut testamentum, ex qno innotescat, unde bona hujnsmodi possideat laudata societas. Ex tabula autem in sacrario appensa erultur tantummodo, supradicto praedio aduexa esse varia onera missarum pro nonnullis particularibus defunctis quae quotannis sunt 108 comprehensis decantatis. Alia adsnnt insuper singulis annis tria officia missarum, nnacum solemni cantu in festo ss. Conceptionis ad libitum confratrum. Annuus vero redditus ex praefatis bonis stabilibus proveniens est scut. 155. 41. Exitus antem comprehensis annuis oneribns (etiam congruae capellani curati) non excedit scut. 106. 76., proindeque in favorem societatis remanent annuatim scuta 49. 95.

Ad confratrum administrationem quod attinet haec habet: Ast quia confratres omnes pergravantur aere alieno cum ipsa societate, exceptis 4 dumtaxat, ideo assensum denegarunt ad incorporationem et perpetuitatem paroeciae, alias cogerentur nednm solvere quod debent verum etiam ipsis clanderetur via amplius de redditibus impune lucrari, sicuti hucnsque fecerunt authnmantes in ministrorum variatione ita inter se convenire ut si adversus ipsos judicium constituatur, actus convocant, inducias solutioni paciscuntur, quin umquam suum sortiatnr effectum. Quapropter cum societas non habeat, unde solvat onera missarum, dolose a praedecessore reductionem impetrarunt pro tertia parte praedictorum onerum missarum, cum possent in integrum satisfieri non solum, verum quoque superessent fere scuta 50. Praeterea ex imperitia confratrum majores oriuntur confusiones, cum nullus ex ipsis adinveniatur cui adsit animus referre in acta redditus exitusque nomina; ex quo provenit vel malitiosa occultatio proventus vel expensarum augumentum, quae omnia perturbationem talem ingerunt adeo, ut nullus arithmeticus peritus verum a falso secernere valeat. Hac de causa societas ipsa nonnnllos amisit census activos, quorum adhibitis omnibus diligentiis ne indicatio quidem adinveniri potest.

Ex qnibus suum aperiens votum concludit verum esse id omne quod dictae confraternitatis Priores Cazzarus Doni et Bernardinus Enzi exposuerunt in supplici libello necnon evidenter apparet necessitas amovendi talia inconvenientia et ut redditus salvi fiant et incolumis servetur confratrum conscientia, quod certe eveniret, si clementia Sanctitatis Suae dignaretnr cum ecclesia parochiali s. Martini in unum corpus redigere bona stabilia redditusque ipsius societatis etiamsi confratres assensum superatis suffragiis non dederint plenum, quia assensus non jnste negatus a jure suppletur, atque magis magisque incorporationem suadet doctrina synodus Tridentinae, quando parochialium ecclesiarum fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeat oneribns satis fieri, nec honeste parochus sustentari valeat, nti de facto evenit in casu praesenti, cui indigent procul dubio suppeditatur per dictam bonorum et redditnum perpetnam nnionem traducendo in parochum ipsum onera omnia praedictae societatis.

Unioni repugnare videtur eorum voluntas qui sodalitium fundarunt, ut pietatis ac religionis opera in eo exercentur, ad qnem effectum inducta sunt christianorum collegia ad *text. in leg. I. §: Sed religionis ff. de colleg. illicit., Durant. de rit. eccles. cap. 26.* Et quamquam in proposito casu non dissolveretur sodalitinm, sed tantum nnio bonorum decernenda esset favore parochi cum lege implendi omnia ejns onera, attamen grave videtur, nt ab administratione depellantur confratres, qui hactenus eam exercnerunt.

Nihilominus inquirendum erit ntrum necessaria et ntilis causa suadeat nnionem et consensus adsit quorum interest. His enim concnrrentibus s. Congregatio uniones probat passim ut in *Spoletana 27. Junii 1789.*

Necessitatem unionis repetit Episcopus a summa inopia paroeciae cum longe minus conciliari congrua parochus exigat a confratribus, scilicet scuta 52 nec habeat incerta emolnmenta. Ad succurrendam inopiam paroeciarum *Trid. synodus sess. 24. cap. 13. de reform.* jubet suppressionem et unionem beneficiorum. Multo ergo magis permittenda

videtur unio bouorum sodalitii. Utilitas vero ex eo deducitur, quod confratres dolose in administratione versentur et fructus bonorum in propriam couvertant utilitatem, quin eorum fraudibus occurri possit. Quare si bona uniantur paroeciae, ejus rector boua ex fide administrabit et impletis oneribus, quae supersunt scuta circiter 50 cum aliis scutis 52 ab ipso nunc perceptis implebunt taxam couciliarem; unde cura animarum rejecto amovibili et mercenario de perpetuo rectore provideri poterit et confratribus omnino preclusa erit via dilapidationis. Hinc nil faciendus est dissensus multorum confratrum. Idcirco euim repugnant, ne illorum fraudes apertae sint neque iujusto careaut lucro et ad restitutionem perceptorum adigantur. Irrationabilem autem dissensum quandoque despexit s. Congregatio suaque authoritate has uniones probavit in *Fulginaten 30. Jan. 1725.* Quandoquidem petita unio ab EE. VV. probetur, sane probandus videtur modus, quo Episcopus uniouem faciendam proponit, scilicet impletis omnibus oneribus societatis. Haec enim conditio semper interpoui solet in unionibus concedendis, ut trad. *Daniel. instit. civil. et canon. t. 1. tit. 12. n. 6., Rigant. ad reg. 13. cancellar. n. 136.*

Decernendum itaque:

An et quomodo sit locus unioni in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Episcopi traditis Confraternitati a parocho scutis 10 iu singulos anuos erogandis et in pia opera et ad D. Secretarium cum SSmo.

Die 20. Novb. 1802.

Distributio bonorum olim spectantium ad nonnulas extinctas confraternitates dioecesis Carferonianae in territorio Mutinensi in solamen paroeciarum ejusdem dioecesis.

Venerabili fratri Archiepiscopo Lucano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus istius archiepiscopalis curiae fiscalis, quod cum in illa tuae dioecesis parte, quae Carferouiaua dicitur, dilectissimo in Christo filio Nostro duci Mutiuensi in temporalibus subjecta 43 ibi existentes parochi ob praebendarum parochialium tenuitatem tanta laborant inopia, ut vix aut ne vix quidem subsistere valeant, nulla melior suppetit ratio ad eorum indigentiis consulendum, quam aequa distributio inter ipsos et perpetua adsiguatio stabilium bonorum ad extinctas confraternitates illius territorii spectantium et ex superioribus notissimis procellis et inundationibus adhuc remaneutium in summa nongeutorum trium circiter scutorum romanae monetae pro uniuscujusque paroeciae ubicatione, exitu, introitu, redditnum deficientia et respectivis statibus activo et passivo juxta tabulam a te, ut asseritur, adprobatam Nobisque exhibitam facienda. Ne autem eadem regio spirituali confraternitatum auxilio etiam in futurum destituta remaneat, residuos bonorum confraternitalium fructus ad anuum usque 1816 decursos minime vero perceptos pro dote et in dotem confraternitatis in uuaquaque parochiali ecclesia ibidem restituendae quae dos (si hujusmodi fructus integre percipientur) summam pro siugulis quadraginta tribus confraternitatibus 211 scutorum ejusdem monetae distribui aequaliter et in perpetuum couverti posse, ac tandem perpetua missarum onera extinctis confraterniitatibus injuncta in abbatiali ecclesia Castriuovi illius territorio primaria et a majore christifidelium numero frequentata expleri et celebrari pariter posse plurimum desiderat, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut dictis ecclesiis in praemissis opportune providere et ut iufra iudulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 2. Nos igitur dictos parochos specialibus gratiis et favoribus prosequi voleutes et supplicationibus hujusmodi inclinati referente dilecto filio magistro Joanue Francisco Falzaecappa congregationis VV. fratrum Nostrorum s. romanae ecclesiae Cardiualium Concilii Trid. interpretum secretario attentisque desuper accuratis relationibus tuis et peculiaribus circumstantiis, fraternitati tuae per praeseutes committimus et mandamus, ut veris existeutibus narratis, memoratam bonorum assignationem et repartitionem in tabula expressa cum aliqua etiam immutatione, quae tibi in distribuendo opportuna magis in Domino videbitur, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio et conscientia gratis adprobes, confirmes et in perpetuum respective applices juxta petita etiam in reliquis.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem, die 20. Maji 1819.

(Bull. r. Contin. t. XV. p. 212. Ed. Romae.)

5) Bonorum applicatio in usum Seminarii.*)

Suppressio trium laicalium confraternitatum et adjudicatio bonorum ab illis possessarum pro erectione seminarii in civitate Massae.

Venerabili fratri Episcopo Massauo.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod tu adolescentium tuae dioecesis et illorum praesertim, qui Altissimo in altaris ministerio famulari deliberant, christianae educationi et opportunae eruditioni providere desideraus, cum ad praesens quam plurimum urgeat necessitas, seminarium, quod triginta abhinc annis in ista deficit dioecesi, denuo aperire seu erigere necessarium omnino ducis. Cum autem ad illius constitueudam dotem seu redditus minime taxatioues quas super beneficiorum fructibus imponere cogitas sufficere valeant, cumque in dicta dioecesi tres extent laicales confraternitates, quae parum spiritualis afferunt utilitatis, prima iu paroecia loci di Rio in insula Ilvae sub titulo ss. Fabiani et Sebastiani seu ss. Sacramenti, secunda sub titulo s. Barbarae et tertia ss. Rosarii, ambae in paroecia di Luugone in insula praedicta erectae, quas confraternitates supprimere earumque bona unacum quadam viuea oratorio seu ecclesiae b. Mariae virginis di Lacona nuncupata spectante illique contigua, quae hucusque in utilitatem cessit custodis laici ejusdem ecclesiae quaeque necessaria nou est pro satisfactione ouerum, cum alia bona dicta ecclesia possideat, ex quibus satis superque proveniunt fructus oneribus sustiuendis louge majores, in dotem dicti seminarii a te erigendi constituere et assignare intendis, si Nostra et hujus s. Sedis tibi super hoc licentia suffragetur et facultas, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut iu praemissis opportuue providere et ut iufra iudulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 4. Nos igitur piis tuis votis annuere ac singulares personas quibus Nostrae literae favent specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes et supplicatiouibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae, quatenus id iu Domino expedire censueris, tres confraternitates praedictas auctoritate Nostra apostolica supprimendi illarumque bona unacum respectivis juribus, pertinentiis et oneribus eisdem aduexis seminario a te erigendo dicta auctoritate applicandi ac vineam praedictam oratorio seu ecclesiae beatae Mariae virginis di Lacona nuncupato spectantem atque contiguam in dotem pariter ejusdem seminarii dicta auctoritate constitueudi et assignandi, proviso tamen per te, ut in paroeciis praedictis pro confraternitatibus suppressis alio tibi beneviso modo alia pia opera in spiritualem fidelium utilitatem subrogentur, facultates uecessarias et opportunas dicta auctoritate tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Datum Romae apud s. Mariam majorem die 19. Sept. 1820.

(Bull. r. Contin. t. XV. p. 330. Ed. Romae.)

*) Cf. *t. II. p. 901. i.*

6) Bona cui competunt Confraternitate dissoluta?

Vd. *Confratern.* (administr. bonor.; t. I. p. 185.)

Pharaonen.

Nullum siuguli Confratres habent jus ad boua dissolutae societatis, *Rebuff. tit. de confratriis n. 11., Gutlier cap. 35. n. 11.* Ponderandum insuper, num per ejus dissolutionem devoluta censeri debeant bona ad parochialem, in quo erecta erat, veluti ad principalem ecclesiam, juxta sententiam *Bartoli in leg. fin. n, 22.* vers.: *Quaedam sunt collegia ff. de colleg. illicit., Frances. de eccles. cathedr. cap. 15. n. 185., Ricc. in prax. confrat. resol. 127. n. 3., Donat. in prax. regul. t. 3. tract. 8. quaest. 41. in fin.*

Die 25. Junii 1791.

Ravenuateu.

Per dissolutionem sodalitii bona devolvebautur ad parochialem, in qua erectum erat, veluti ad principalem ecclesiam juxta sententiam *Bartholi il L. fin. n. 22. ff. de colleg. illicit.*, quam sequuntur *Frances. de eccles. cathed. cap. 15. n. 185., Donat. l. c.* et s. C. *in Pharaonen. Unionis 25. Junii 1791.*

Die 1. Mart. 1817.

7) Capellanus.

Vd. *Capellanus Confrat.* t. III. p. 683. n. 11.

8) Congregationes ordinarias et extraord. peragendi modus et facultas.

Asculana.

(Conc. Tr. c. 89. s. 22. de ref.)

Ad dub. I.: An liceat confratribus confraternitatis ss. Suffragii terrae Offidae convocare congregatioues tam geuerales quam particulares ac devenire ad electiouem officialium aliaque negotia confraternitatis proponere ac determiuare absque licentia et assistentia reverend. Episcopi seu Vicarii foranei aut alterius personae per reverend. Episcopum deputandae?

Et quatenus affirmative,

II. An saltem reverend. Episcopus in aliquo casu per se vel per alium ab ipso deputandum possit intervenire dictis congregationibus generalibus?

Et quatenus affirmative,

III. An Episcopus seu persoua per eum deputanda possit suffragium ferre?

IV. An liceat reverend. Episcopo removere officiales et ministros a confratribus electos, quatenus non sint idonei et graves exceptiones patiantur?

V. An officiales teneantur reddere rationem eorum admiuistrationis Ordinario sive in actu visitationis sive alio tempore et in quo loco?

VI. An officiales sive confratres possint acceptare legata et pecunias relictas a testatoribus investire vel in usus a testatoribus destinatos sive in alios erogare absque licentia Ordinarii?

S. C. C. resp.

Ad I. II. et IV.: Affirmative.

Ad III.: Negative.

Ad V.: Affirmative tam in actu visitatiouis quam extra et in loco ab Episcopo designando, in terra tamen Offidae.

Ad VI.: Negative et quoad legata pure lucrativa et erogationem in usus a testatoribus designatos affirmative, sed cum participatioue Episcopi.

Die 24. Mart. 1725.

Bononien.

Ad dub. 1. An parochus invitari debeat, ut praesideat congregationibus faciendis tam iu imbussulationibus et extractioue priorum et officialium quam in redditione rationum?

2. An parochus invitari debeat, ut praesideat congregationibus faciendis pro dispensatione dotis relictae ab Angelo Michaele de Vabottis seu etc. et cujuscumque imposterum relinquendae, uecuon in his, quae concernant temporalia ac rerum oeconomiam?

3. An parochus invitari debeat quibuscunque congregationibus versantibus circa spiritualia et ritum?

4. An parochus interesse possit si velit in praemissis congregationibus, in quibus decisum erit, invitandum non esse?

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Negative.

Ad III.: Recurrant in casibus particularibus.

Ad IV.: Provisum in superiori.

Die 15. Maji 1728.

Assisien.

Noverat in s. visitatioue Assisii Episcopus abusus uonuullos in rebus piorum sodalitiorum ministraudis aliisque actibus tum in civitate tum in dioecesi adversus rectam agendi ratiouem iuductos fuisse. Ut illos ergo comprimeret ordiuemque restitueret edictum publicum, typis impressum, proposuit die 24. Apr. 1784, in quo sex comprehenso capitulis plurima ex ordine servanda decrevit.

Quaerelas detulerunt suas ad s. Cougregationem sodalitia et illa nominatim ss. Jacobi, Antonii et Catharinae, tertii ordiuis saecularis s. Francisci ac ss. Stygmatum. Interrogatus Episcopus diffuse rescripsit, rationes, causas et circumstantias exponeus singularum legum, quas in edicto praescripserat, et quarum infra redibit sermo opportunus.

Adsunt itaque soli praefatarum societatum sodales, sua tantum propria jura non aliarum societatum proferentes; neque in omnia insurgere, quae in edicto mandata sunt, coram me professi suut, sed in ea dumtaxat, quae sub dubiis infrascriptis perstringuntur.

Ad I. Cum in edicto praescribatur, vicarios foraneos in dioecesi esse mouendos et iu civitate Ordinarium de habendis congregationibus, ne siue praeside illae fiant, de

his quaestio proponitur. Episcopus, cur ita mandaverit, exponens sic habet: *Et hic praemittendum, qua de causa ita decernendum existimaverim confraternitates omnes congregantur in hac civitate ad differentiam Foranearum, absque eo quod sit, qui eisdem praesideat, quare liberum est congregatis pro ingenio quod magis lubet decernere, etiam adversus Principem, ss. congregationes, religionem et in spretum ejusdem Episcopi, uti in praedecessorem meum et in me pariter non absque dignitatis et characteris objectione patrarunt.*

Ad haec sodales inficiantur in primis eorumdem congregationibus quidquam ullo unquam tempore dictum, actum gestumque fuisse, in quo peccaverint et redarguendi siut. Nec in re tam gravi turpique flagitio satis Episcopo dixisse est, nisi veluti decet probarit. Neque ex facto manere, sine praeside congregari. Profecto quinam eorumdem Priores et rectores suut, nisi totidem praesides, quos Episcopus ipse ad sodalitii et sodalium laudat et approbat moderameu?

Verum iuciviliter inquiunt eo pergit Episcopus, ut sub certiorationis specie nativam sese congregandi libertatem sodalibus imminuat. Siquidem eo ipso, quod confratrum collegium legitime erectum fuit, consequens statim sit ex ipsa collegii uatura, congregari libere posse nec Ordiuarii facultate indigere; in quibus conveniunt *Frances. de eccles. cathedr. cap. 25. n. 330., Barbos. Apost. decis. collect. 207. n. 12., Ricciul. Lucubr. eccles. lib. 4. cap. 5. n. 5., Monacell. formul. t. 1. tit. 6. n. 17. et seqq., Ferrar. bibliothec.* verbo: *Confraternitas art. 3. n. 30. et seqq., Bassi de sodalit. quaest. 14. n. 17.*; et secus tantum procedere in iis persouarum caetibus, qui collegium non constituunt, docuit *Rota in dec. 2174. n. 1. et 8. cor. Coccino.*

Ad II. Conceduut sodales in extraordinariis congregationibus intimationes omnibus esse mittendas, negant iu ordiuariis. Ratio est antiquiore sodalitiorum consuetudine constat omnibus, congregationes fieri post processiones, cum ad proprias redeunt ecclesias. Quoties hiuc certa est dies praestituta, toties nulla amplius mouitio seu interpellatio requiritur ad *textum in Leg. Magnam cod. de contrahen. stipulat., Altograd. cons. 31. n. 6. Rot. dec. 769. n. 2. coram Dunozett. jun. dec. 423. n. 7. coram Peutinger, decis. 1243. n. 12. coram Molin.* Quid autem diuturna consuetudo praefert nisi legem non scriptam, quam docet omnino servari? Quemadmodum jubet *textus in leg. 33. ff. de leg.* et in *leg. 37. ff. eodem ac Imperator. in §: Sine scripto instit. de jur. natur. gent. et civil.* Eamque consuetudiuem, cum beue novisset Episcopus Sermattei, firmam immotamque voluit manere in sua dioecesana synodo tit. 21. § 7.

Sed ideo initimationes jussisse, refert Episcopus, quod observarit omnes fieri congregationes deliberationesque, cum sodales redeuut a *templo b. Mariae Angelorum, quo se conferunt processionaliter facto itinere duorum millia passuum circiter per acclivem viam.* Et hinc prosequitur sit *ut nemo ex sacerdotibus, nobilibus et politioribus civibus dd. supplicationibus intersit prae nimio itineris labore sed tantummodo rustici et pauperes omnis culturae et literaturae prorsus expertes congregantur, et quidquid negociosis perpetuis rectoribus aliisque eorumdem officialibus in mentem venit ignari caeteri confratres circumducti decernunt juxta supradictorum utilitatem et seniores probique viri, qui pro se praesumptionem habent ex eorum conditione, facultatibus et ingenio, inscii raro aut nunquam intersunt.*

Reponunt autem sodales infrequentes admodum esse ad s. Mariam Angelorum supplicationes, sed frequentiores intra civitatem, quibus nimius itineris labor equidem abest. Deinde qui vetat sacerdotibus nobilibus senioribus probisque viris in confratrum redditu saccum induere et comitiis adesse? Desunt ergo volentes non ignari, cum apprime calleant, quod in sodalitiorum more positum est.

Ad III. et IV.: Nisi pluralitas suffragiorum in comitiis accedat, edictali lege sodales vetantur *di fare alcuna spesa* et quoties impeusa summam scut. 3 excedat, toties veniam ab Ordinario compelluntur exposcere. Difficilis sane sodalibus prima lex est et ferme impossibilis, ut ad praxim redigi possit. Quem etenim latet in facultatibus esse administratorum ordinarios facere sumptus minusculos atque etiam extraordinarios, qui urgeut? Si de obolis comitia evocanda forent, jam nulla sodalibus requies quotidieque exerceri adeo deberent, quod rebus incumbere nemo posset suis. Omnibus idcirco administratoribus arbitrium in iis donatur, quo si abuti coutingat in redditione cor-

rectionem debent expectare, sive etiam emendationis pensum subire.

Difficilem quoque legem inquiunt esse de tot petendis veuiis quot summam scut. 3 sumptus vix excedunt. Libera etenim sodalibus esse debet admiuistratio ad tradita per *Monacell. formul. t. 1. tit. 6. form. 11. n. 6.*, *Bass. de sodalit. quaest. 7. n. 7. et quaest. 15. n. 13.*, *Pignatell. consult. 71. n. 4. t. 6.* et *Ferrar. biblioth.* verbo: *Confraternitas art. 3. n. 23.*, haud facessente dioecesaua synodo decessoris Episcopi. Nam etsi sumptus in ea vetiti fuerint ultra scuta tria, ordinarii tamen et necessarii fuerunt excepti.

Ad V.: Societas ss. stygmatum nihil quod objiciat habet. Duae reliquae, prout conveniuut de pecuniarum deposito, quae a censunm extiuctione aliisque capitalibus procedunt, ita in legem obnituntur, a qua deponere cum vinculo investiendi praevia ordinarii approbati ne jubeutur. Si namque maneat oportet libera sodalibus ministratio. Sique unnm reservatur Episcopis a Trid. synodo jus rationum exigendarum, jam a nova lege libertas delebitur omnis et sodalibus miuisteriali servitute relicta rerum dispositio nuiversa in Episcopum transferetur. Longaeva temporis acti consuetudo secus probavit rebus elegautissime gestis, quas et in rationum computationibus ipsemet Episcopus saepe laudavit.

Ad VI.: Non abnuunt eaedem binae societates jussa dotium deposita conficere et laudant posse puellas dotalia legata, quam citissime licet, excipere. Negant tamen fieri deposita contiueuter posse, cum dotium fiuut distributiones. Sicuti enim ab urbanorum rusticorumque praediorum redditibus et ab nsuris censuum, non a locis moutium, valor dotium retrahendus est, ita nec parata ut plurimnm pecunia mauet in arca, prout uec parati semper debitores sunt nec fructus terrae ita solliciti, nt dies dotationibus statas praeveniant. Itaque ex suppositi et substantiae defectu haud exequibilis lex est. Sin vero sodalium aliquem esse debendo Episcopus noverit, decet ad solvendum compelli juris remediis. Caeterum, quidquid de aliis sit, cum ipse ratioues duarum societatum ad totum annum 1783 expungeudas Ratiocinatori mandaverit, beue actas intellexit administrationes et sua scripta approbatione munivit.

Ad VII.: Binos jubet edictum codices habendos esse alium scilicet resolutionum et alium administrationis, in quo facultates etiam ab Episcopo pro sumptibus et investimentis datae aduoteutur. De priori codice nou conqueruntur. Dolent secundo. Nam sodalium quilibet librum suum scribit admiuistrationis, cui praeponitur; neque ratiocinator rationibus, ut supra delegatus, quidquam inveuit non beue sive negligenter iu illis conscriptum. Sed Episcopus, inconcinnos fuisse repertos refert nonuullos liberculos et ad intelligendum difficiles. Quo possint medio haec conciliari, nou satis intelligere sodales profiteutur.

Ad VIII.: Admittuut societates ss. Jacobi, Antonii et Catharinae ac tertii ordinis s. Francisci utendum esse secretis suffragiis, nou viva voce in officialium electionibus. Negant sodales ss. stygmatum. Singulae vero conjunctis viribus insurgunt, ne probetur duas ex tribus partibus accedere electioni opportere. Cur equidem ait societas ss. stygmatum erunt reprobaudae officialium electioues viva voce confectae? Nou enim res est de Episcopo ecclesiae dando viduatae, de cujus electioue secretis committenda suffragiis disponitur *in cap.: Quia propter de elect.* Neque res est de aliorum praelatorum electionibus, ad quas *glossa in d. cap.* ampliat cauouicam dispositionem; sed de impropria electione exercemur, iu qua cousensus naturalis, sive scriptis sive factis explicitus, satis est, veluti distinxit *Rota decis. 558. n. 2. coram Caprara.*

Eo minus sodales conjunctim prosequuntur, legem esse admitteudam de electionibus non aliter confirmandis, nisi duae ex tribus suffragiorum partibus conveniant. Si namque suffragiorum pluralitas in Episcopi et Praelati electione satis est, veluti in *d. cap.: Quia propter*, cur in officialium impropriis electionibus duas tertias partes esse necessarias decernetur? Sed hanc in actis temporibus servatam semper fuisse a sodalitiis consuetudinem eligendi Episcopus refert, sodales ex opposito inficiantur.

Ad IX.: In sua informatione rationem addit Episcopus, cur in edicto mandaverit, coram ipso officialium buxulos confici: Quod uimirum *magis idonei, divites et probi excluduntur, ita ut iidem sint, qui proprio marte vicissim se proponentes semper dominentur.* At sodales reponunt, nonue ipse concedit schedulas hujusmodi seu buxulos

ad se deferri, ut si placeat probet? Cur ergo iu hanc diem non delevit conscriptorum uomina subrogatis idoneis et divitibus, sibi magis beuevisis? Quoties propterea illi est subrogandi lata facultas, toties de buxulis conficiendis minuscula libertas nou videtur sodalibus invidenda.

Ad X.: Hujus disputatio dubii ad unam ss. stygmatum societatem pertinet. Factum ita se habet: Pendente adversus edictum in hac s. Congregatione recursu praefata societas die 28. Decb. anni superioris ad rectoris electiouem pristiuo more devenit. Sed Episcopus re ad s. Congregat. delata a suo promotore fiscali, cum iu mandatis habuisset, quod provideret et juberet prout in precibus promotoris, electiouem circumscripsit novoque indicto sodalium conveutu die 6. Febr. hujus anni alius fuit rector electus. Prout igitur sodales existimant canonicam fuisse primam rectoris electionem, ita Episcopum ad illius circumscriptionem cum omnibus inde secutis uulliter processisse defendunt.

Sodalium haec jura sunt. Dignum observatione inprimis est, quod etsi *Ferrar. in biblioth.* verbo: *Confraternitas art. 3. n. 33.* plures congreget DD., quibus sodalitia in libellis suis ntantur negautes posse Episcopum vetare, ne sodalitia absque sua liceutia congregationes habeant, admittit tamen, in illius arbitrio reponi, si vellit cougregationibus per se ipsum sive delegatum suum interveniendi, *ibidem n. 16. et 17.* Quocirca cousequens esse videtur, jubere posse, quod de habendis congregationibus certior ipse fiat. Saepe namque frustranea evaderet accedendi voluntas, nisi opportune moneretur. Hinc distinctione conciliari senteutiae forte possent, ut scilicet sodales petere veniam compellendi non sint, compelli tamen posse ad Episcopum certiorandum.

Caeterum, etsi *Bass. de sodalit. quaest. 14. n. 7.* contra Episcopum teneat, deinde sententiam mutavit *in sua Miscellaneo post quaest. 20. n. 12.* et iterum *n. 14.* ubi refert, ita quoque decrevisse *synodum Taurinensem Episcopi Bejuni, synodum Farfensem Card. Barberini* et *synodum Lucanam Card. Spinolae* et iu eamdem sententiam post *Amostas.*, *Bordon. et Pignatell.* regressus fuit *Monacell. part. 1. tit. 6. in adnot. ad formul. 11. n. 21.* redditque rationem idem *Bass. loco citato*, quod nempe vicarii interessentia conservat sodalium libertatem, non laedit. Et late convenit *Pignatell.* in egregia *consult. 928. per tot. t. 9.*

Ad querelam de investimentis, nisi cum Ordinarii assensu, conficiendis decet observare, posse contiugere, nec fortasse in aliis societatibus uou saepe coutigit, quod iuvestimenta cum persouis male tutis gratiose fiaut. Quid his iu circumstantiis proderit sodalitiis posterior Episcopi animadversio? Saepissime nihil. Difficilis namque adversus officiales semper erit latae culpae dolique probatio. Hinc consulte magis agere videtur Episcopus, si praenoscat periculoque provideat, veluti dixit expertissimus *Pignatell.* in laudata *consult. 128.* iu qua cousuetnm objectum etiam solvit de computorum reservato Episcopis examiue a synodo Trid.

De snmptibus ultra certam summam absque Ordinarii veuia non conficiendis lex nova nou est. *In synodo Firmana cl. me. Card. Paracciani lib. 5. cap. 3.* § 7. sic decernitur: *At ei* (oeconomo) *liberum non sit pro arbitrio illos expendere et ubi non ordinaria occurrat sumptus faciendi causa, si quinque nummorum summam excedat, sodalium assensus et nostra insuper authoritas intercedat necesse est. Qui secus fecerit, aere proprio tantumdem societati pendere teneatur*; sic pariter *in synodo Tusculana celsissimi et eminent. Cardinalis Ducis Eboracensis cap. 7.* § *12. Si ad id major quam 20 juliorum summa requiratur, officialium omnium consilium et consensus requiratur omnino. Si vero plusquam 10 romana scuta sint expendenda, praeter officialium omnium consensum vicarii nostri licentia in scriptis tradenda requiratur*; ibique ad rem allegantur aliae synodi scilicet *Tusculana 1703, Albanen. 1687* et *Sublacensis 1674.*

Num redditns ad jussa dotium deposita possint esse parati res facti est ex sodalium parte non satis illustrata. Forte praesumptio favet Episcopo ejusque legi contrariis deficientibus probationibus. Iu laudata *synodo Tusculana loco citato* § *13.* decernitur: *Quoad subsidia dotalia, quae solvi ab aliqua sodalitate quotannis debent, ut nubere puellae possint, piu testatorum voluntas suum omnino sortialur effectum, quare aliis omnibus quamquam necessariis posthabitis sumptibus, antequam puellae dotem accepturae seligentur, subsidia dotalia in s. aede quam pietatis montem dicunt omnino deponantur. Iniquum enim est etc.*

Nnm justa vel secus lex sit de retinendo administrationis codice observandum videtur, quod idipsnm praecipitur in citatis synodis Firmana et Tusculana, imo alii tres jubentur codices diligentissime conscribi ut in prima lib. 4. cap. 3. § 8. et in alia cap. 17. § 14.

Qnoad legem de buxnlis coram Ordinario conficiendis decet advertere, qnod etsi Episcopus possit illos delere, attamen certum est, sodalibus quamdam ex deletione injuriam irrogari, quia turpius quis ejicitur quam non admittitur. Detineri ergo ea de causa Episcopus qnandoqne debet. Idcirco hujnsmodi lex non oscitanter sed oculate conscripta videri posset.

Dubia snnt:

I. *An sustineatur Episcopi edictum in ea parte in qua confraternitatum officiales jubentur certiorem facere Episcopum in civitate et vicarios foraneos in dioecesi de congregationibus habendis, ne conveniant sine ipsius seu vicariorum interessentia?*

II. *An sustineatur edictum in ea parte in qua mandatur intimari omnes et singulos sodales in propriis domibus, ut intersint congregationibus, tam ordinariis quam extraordinariis?*

III. *An sustineatur edictum in ea parte in qua vetitum fuit administratoribus confraternitatum facere expensas cujuscumque generis usque ad sc. 3 sine collegiali consensu in pluralitate suffragiorum praestito?*

IV. *An substineatur edictum in ea parte in qua sancitum fuit, quod si expensae cujuscumque generis excedant sc. 3, praeter approbationem majoris partis confratrum impetrari debeat Episcopi licentia?*

V. *An substineatur edictum in ea parte in qua jubentur confraternitates seu illarum officiales deponere in aede sacra Asisii sortes censuum aliorumque creditorum in casu restitutionis cum vinculo investimenti; itemque vetantur ad investimenta procedere absque Ordinarii approbatione?*

VI. *An substineatur edictum in ea parte in qua mandatur fieri depositum in s. aede subsidiorum dotalium, statim ac facta fuerit extractio seu nominatio puellarum ad eadem subsidia?*

VII. *An substineatur edictum in ea parte in qua jubetur confraternitatibus, ut praeter retentionem libri resolutionum, quae in congregationibus capiuntur, conficiatur alius codex administrationis oeconomicae cum adnotatione facultatum ab Ordinario pro faciendis sumptibus et investimentis datarum?*

VIII. *An substineatur edictum in ea parte in qua decernitur electionem officialium faciendam esse per secreta suffragia, non viva voce ac insuper conclusam non censeri, nisi concurrant duae ex tribus partibus suffragiorum?*

IX. *An substineatur edictum in ea parte in qua mandatur, buxulos officialium fieri coram Ordinario vel persona ab eodem deleganda et extractiones fieri praesentibus omnibus sodalibus?*

X. *An sit locus circumscriptioni congregationis habitae die 6. Febr. 1785 in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative quoad certiorationem pro extraordinariis tantum, in reliquis negative.

Ad II. et III.: Affirmative quoad extraordinarias tantum.

Ad IV.: Affirmative ad formam synodi Episcopi Sermattei.

Ad V.: Affirmative in omnibus.

Ad VI.: Affirmative.

Ad VII.: Affirmative in omnibus.

Ad VIII.: Affirmative ad I. partem, negative ad II. et suffragia majoris partis sufficere.

Ad IX.: Negative ad primam partem, et qnoad secundam servari solitum salva approbatione Episcopi.

Ad X.: Negative et amplius.

Die 10. Septbr. 1785 et 21. Jan. 1786.

9) Ad ecclesiae reparationem contribuere debent.

Vd. *Eccles. paroch.* (reaedif., decr.: *Nullius seu Nonantulana* §: *Novum etc.)*

10) Erectio non concessa.

(Conc. Tr. s. 21. c. 9. de ref.)

Uratislavien.

PP. Carmelitae oppidi Bidgostiensis Uratislavien. dioecesis obtinuerunt sub die 17. Julii 1727 a s. Sede Breve indulgentiarum pro confraternitate snb titulo divinae Providentiae erigenda illudque admitti et approbari meruerunt sub die 19. Apr. 1728 a Vicario foraneo dicti oppidi, qui certos dies destinavit, in quibus confratres describendi indulgentias lucrari deberent ac insuper facultatem concessit d. Breve publicandi in aliquo die dominico vel festo coram populo ad divina audienda congregato.

Consimile Breve pro erectione confraternitatis sub eodem nomine divinae Providentiae obtinnerunt PP. Jesuitae ejusdem oppidi sub die 17. Maji ejusdem anni admissionem et approbationem Brevis reportarunt a praedicto Vicario foraneo, qui etiam diem festnm ss. Trinitatis qnae cadebat snb die 23. ejusdem mensis Maji destinavit pro introductione confraternitatis.

PP. Jesnitae quamvis Breve ejusdemqne approbationem nltimi reportarunt illnd tamen primi publicaverunt, scilicet die sequenti 18. Maji qnae erat feria III. Pentecostes et sub die 23. ejusdem mensis in festo ss. Trinitatis solemnem introductionem invitatoriis ad ecclesiarum valvas affixis intimarunt. PP. vero Carmelitae eorum Breve publicarunt die 19. ejusdem mensis Maji, quae erat ferialis et in seqnenti die, qnae pariter ferialis erat, cum ea possibili pompa et solemnitate, quae fieri poterat in die feriata, introductionem fecerunt, non obstante inhibitione ipsis facta a Vicario foraneo.

Cum autem ex notissima constitutione san. mem. Clementis VIII. prohibeatur in eodem loco erectio confraternitatis snb eadem invocatione*), sub qua prius alia reperiretur erecta, PP. Carmelitae recursnm habnerunt ad auditorem Sanctissimi pro circumscriptione Brevis per PP. Jesnitas posterins obtenti, sed remissa cansa huic s. Congregationi cum inhibitione ntriqne parti, ne adscribendi seu aggregandi essent novi confratres usqne ad exitum litis, auditus fuit Episcopus, qui supradicta in facto exposita confirmans subjungit omnia successisse sine ejus scientia, nentram ex partibus realem erectionem confraternitatis adhnc obtinnisse, sed dumtaxat introdnctionem, eo forsan motus, quia deficiunt literae testimoniales Ordinarii, quibus confraternitatis erigendae pietas et christianae charitatis officia quae exerceri deberent commendatae essent, ac pro forma validae erectionis requiritur in d. constit. san. mem. Clementis VIII. § 2. et notant *Novar. in summ. bullar. comment. 49. n. 1. par. 2.* et *Monacell. formul. 1. tit. 13. n. 48. t. 2.* Insinnat praeterea, ut pro decore sui officialis et juxta desiderium civitatis et Magistratns potius promovenda sit erectio confraternitatis in ecclesia PP. Jesnitarum quae nullam aliam confraternitatem habet et in publico foro et facili omnium aditn constructa reperitur, quam in ecclesia PP. Carmelitarum, qnae jam aliam habet confraternitatem et est extra locum sita. Ast postea per haec verba concludit: *Caeterum ad avertenda scandala non esset incongruum si tam extra civitatem PP. Carmelitae quam in civitate PP. societatis gauderent hac confraternitate, praevia tamen ad me vel officialem meum generalem remissione pro facienda et determinanda dispositione devotionis praedictae, ne una alteram impediat.*

*) Vd. Mühlbauer, *Decreta authent. S. R. C. t. I. p. 371. n. 4.; suppl. t. I. p. 793. n. 13.; p. 753. n. 3. I.*

Qnoad ultimum pnnctum insinuatnm in relatione Episcopi, alias haec s. Congregatio, prout aliae Episcoporum et Rituum, indulserant et tolerarnnt erectionem seu existentiam duarum confraternitatum sub eodem nomine et invocatione in nno eodemqne loco attenta locorum qnalitate, nnmerositate populi, more regionis, distantia unius ab alia aliisque facti circumstantiis, totum remittendo arbitrio Ordinarii cnm ea tamen lege nt solemnitas et s. functiones diversis diebus celebrari deberent, idqne non solum in magnis civitatibus sed etiam in aliis inferioris notae, nt in civitate Barii s. Congregatio Episcop. et in civitate Adrien haec s. Congregatio pront referunt *Card. de Luca de praemin. disc. 10. n. 12., in Miscellan. disc. 32. fere per tot.* et *Ursaya discept. ecclesiast. 4. n. 33. 42. et 60. t. 6. par. 2.*

In summario PP. Carmelitarnm datur depositio testium asserentinm ecclesiam Jesuitarum distare ab ecclesia Carmelitarum 125 passibus geometricis et oppidnm Bidogostiense adeo parvum esse per hostiles incursiones continne demolitum, nt vix inibi nnacnm snburbiis biscentnm domns inhabitentur et incolae parum supra quingentum.

Dignabuntnr itaque EE. VV. in conflictu partinm jura sua deducentinm decernere:

An et quae confraternitatis erectio sustineatur in casu?

S. C. C. resp.: Nentram sustineri et Episcopus utatur jure suo et amplins.

Die 3. Decbr. 1829.

Feretrana.

In pago Petrellae Guidonis, qui constat incolis, duae extant ecclesiae medio circiter lapide inter se dissitae, altera sub auspiciis s. Michaelis Archangeli, in qua certa erecta est paroecia, altera s. Apolliuari dicata cujus patronatus pertinet ad illius pagi communitatem. In templo s. Apollinaris duo iustituta sunt sodalitia, ss. nimirum Sacramenti ac ss. Rosarii, quin tamen confratres ullum ecclesiae parochiali exhibere soleant obsequium. Cumque ecclesia s. Michaelis nulla praedita sit confraternitate hodiernus parochus Sebast. Flenghi erectionem postulat novi sodalitii ss. Sacramenti in propria ecclesia, ut ejus confratres ss. Sacramentum, dum in processione vel ad infirmos defertur comitentur aliaque perferant onera, quae ejusmodi sodalitii sunt propria. Ad aliquam vero dotem huic sodalitati constituendam, EE. VV. deprecatur, ut eidem legatum seu capellaniam in ecclesia s. Apollinaris a Julio Boschi 1712 fundatam unire dignentur, cujus redditus quolibet anno ad summam scutatorum 4 cum onere missarum 46 pertingentes in illius sodalitatis usum convertantur.

Rogavi Episcopum, ut accersitis quorum interesse poterat s. Congregationem instructam redderet animique sui sententiam panderet. Mandatis paruit Antistes responsumque dedit: Pro ss. Sacramenti sodalitio ad parochi populique commoditatem parochialis ecclesiae locus videtur congruentior. Ast illius quod in s. Apollinaris ecclesia existit confratres translationi repugnant ac solum pro nova erectione in parochiali templo assensum praestant unacum communitatis syndico. Eosdem confratres sciscitatus sum, an et quale servitium praesteut parocho et ecclesiae parochiali, qui nullum hucusque uti tales servitium praestasse uuo ore responderunt; quod revera ita esse ex testibus fide dignis certior quoque sum factus.

Parochus congrua caret (lucratur enim quotannis scutata 50 circiter). Quare ad necessariam sodalitii dotationem modo instituendam nulla alia patet via praeter legati Boschi applicationem, cujus patronus est parochus ipse. Hujus legati redditus minimi sunt; augeri tamen possent per missarum reductionem, et si adhuc ad confraternitatis onera sustinenda minime sufficiant, parochi populique religio supplebit.

Parochi preces comiter excipiendae videntur, cum eo spectent, ut fideles majori veneratioue erga ss. Corporis Christi Sacramentum inflammentur illudque, cum ab ecclesia ad privatas aegrotorum domos defertur, honorificentius comitentur ac revereantur. Hanc sane ob causam erectionem sodalitatis ss. Sacramenti primus in Urbe probavit sa. me. Paulus III., eam ut in qualibet paroecia iustitueretur*) plurimum commendavit, Iuuocentius XII. et confratres spiritualibus donis munifice ditaruut pluries ss. Pontifices teste *Card. Petra ad constit. VI. Eugenii V. n. 3. et seq. t. 4.* Et licet ex constitutione Clementis VIII. *Quaecumque* **) erectio 2 confraternitatum ejusdem iustituti vetita est, attamen ab hujusmodi prohibitioue immunes sunt sodalitates ss. Sacramenti, quae erigi possuut *in ogni chiesa parrochiale, non ostante che ci si trovi eretta prima qualsivoglia altra confraternita*, uti edisserit decretum jussum Pauli V. die 27. Sept. 1607 editum et relatum a *Ferrar. biblioth.* verbo: *Confraternitas art. 1. n. 33.*, quinimo si qua ejusmodi sodalitas erecta fuisset in ecclesia parochiali, nequit ab ea discedere et in aliam se transferre, ut respondit haec s. Cougr. iu *Terrae Lauri* ***) *seu Firmana Discessus confraternitatis 27. Aprilis 1720* et in *Civitatis Plebis 26. Januarii 1760* §: *De viribus.*

Itaque si EE. VV. erectionem sodalitatis ss. Sacramenti iu parochiali ecclesia s. Michaelis probandam putaveriut, decernere quoque dignabuntur, au sit concedenda applicatio legati Roschi et Missarum reductio. Etenim praeter eleemosynas quas colligere datum erit confratribus certa assignauda est dos in instituendo sodalitio, ut necessarios sumptus facere valeat; nam etiamsi jure cautum non sit, quaenam onera perferre oporteat confraternitatem ss. Sacramenti et alia sodalitia, cum id pendeat a legibus fundationis, a consuetudine vel a decretis ss. visitatiouum, uti eruitur ex responso s. Cougr. *in cit. Terrae Lauri seu Firmana Discessus Confraternitatis* et in *Ferrarien. Confraternitatis 14. Sept. 1782 ad I. et V. dub.*, nihilomiuus aliquo iudiget ceusu pro expleudis sacris functionibus sui instituti. Et revera hic s. Ordo in *cit. Ferrarien. ad III. dub.*

*) Vd. Mühlbauer *opere cit. suppl. t. I. p. 917. n. 53.*
**) Vd. Mühlbauer *opere cit. suppl. t. I. p. 753.*
***) Vd. Mühlbauer *c. loc. suppl. t. I. p. 945. c.*

respondit: *Expensas*) necessarias pro cultu ssmi Sacramenti faciendas esse primum ex quaestibus sive a parocho sive a confraternitate ss. Sacramenti in hanc causam faciendis deinde ex redditibus bonorum intuitu ss. Sacramenti a confraternitate acquisitorum et in subsidium tandem ex redditibus parochi.* In themate parochus sua caret congrua, eleemosynae colligendae valde tenues et incertae forent et erigenda Confraternitas omni destituta esset dotatione, si petita applicatio legati ac reductio missarum denegaretur. Justa autem intercedente causa commutari posse supremas decedentium voluntates docet Trid. synodus *sess. 22. ca 6. re reform.*, cui coucinit haec s. Congr *in Januen. Absolutionis, suspensionis et reductionis 1. Martii 1818* §: *Quo* et in *Perusina Capellaniarum 22. Novb. 1828* §: *Videant.*

Verum animadvertere praestat confraternitatem ss. Sacramenti in ecclesia s. Apollinaris erectam existere intra limites paroeciae s. Michaelis, ideoque si Emi Patres anuuerent precibus parochi Flenghi duae in eadem parochia habereutur sodalitia sub titulo ss. Corporis Christi. Ne igitur ejusdem generis et instituti sodalitates inutiliter multiplicentur confraternitas ss. Sacramenti aut transferenda est ab ecclesia s. Appollinaris ad ecclesiam s. Michaelis aut cogenda ad ea ecclesiae parochiali exhibenda obsequia, quae similium confraternitatum sunt propria. Enimvero ea est vis ac ratio erectionis sodalitatum ss. Sacramenti, ut confratres in ecclesiis parochialibus veuerationem praestent ss. Eucharistiae Sacramento illudque, dum in processionibus vel ad aegrotos defertur, sacco induti, facibus praediti et venerabundi comitentur. Eam profecto ob rem ss. Pontifices earumdem sodalitatum erectionem commendaruut ac spiritualia doua sodalibus indulserunt eamdemque ob causam fideles bona sua tradiderunt ac in dies ejusmodi confratribus eleemosynas largiuntur. Sodalitas igitur ss. Sacramenti in ecclesia s. Apolliuaris erecta a suo iustituto hactenus descivisse videtur ac certis iudiget legibus, ut debita ecclesiae parochiali praestet obsequia suaque perferat onera.

Erit nihilomiuus sapientiae eminent. Patrum deceruere:

I. *An sit probanda erectio sodalitatis ssmi Sacramenti in ecclesia parochiali s. Michaelis in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit concedenda applicatio legati Boschi et reductio missarum in casu?*

Et quatenus negative ad I. dubium,

III. *An sodalitium ss. Sacramenti sit transferendum ab ecclesia s. Apollinaris ad ecclesiam s. Michaelis seu potius an et quae obsequia praestare teneatur ecclesiae parochiali in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Negative.

Ad III.: Negative ad I. partem, affirmative ad II. juxta ordinationes ab Episcopo edendas.

Die 12. Decbr. 1829.

11) Officiales.

a) Electio et Confirmatio Episcopi.

Vd. *Confratern.* (administr. bonor.; Congregatio.)

Ad dub. 1.: An Commendator religionis Hierosolymitanae valeat se ingerere in electione officialium confraternitatis ss. Annunciatae Trojanae dioecesis?

2. An ea debeat fieri cum assistentia personae ab Episcopo destinatae vel sine ea?

S. C. resp.

Ad 1: Negative.

Ad 2: Affirmative quoad I. partem, negative quoad II.

Die 3. et 24. Aug. 1709.

Ad dub.: An oeconomi et administratores aliique officiales electi a confraternitate ss. Rosarii Ripanae sint confirmandi ab Episcopo?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 16. et 30. Mart. 1715.

Ad dub.: An liceat confratribus disciplinatorum devenire ad electionem officialium absque assistentia Vicarii foranei vel potius teneantur formam servare a synodo dioec. praescriptam?

S. C. C. resp.:

Negative quoad I. partem, affirmative quoad II.

Die 7. Decb. 1715.

*) *L. c. p. 946.*

Ad dub. 1.: An jus eligendi officiales ven. confraternitatis olim s. Mariae Pietatis nunc vero s. Crucifixi Belvederii privative spectet ad dictam confraternitatem in casu?

2.: An jus fuerit devolutum ad Episcopum?

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Praefigatur ab Episcopo terminus confratribus ad eligendum et quatenus non concordent in termino scrutinio deveniat ad electionem officialium, qui durent ad 4 menses.

Die 13. Apr. 1726.

Forosembronien.

Monacell. formular. leg. t. 1. tit. 6. for. 11. n. 24. cum aliis ab eo allegatis sustinet, quod officialium electio pertinet ad confratres, confirmatio vero ad Episcopum, immo et electio ad eumdem Episcopum spectat, si confratres in sufficienti numero per triplex scrutinium non convenerint. S. Congregatio in *Senogalien. Juris suffragandi et deputandi capellanos* proposito dubio:

An temporalis deputatio capellanorum in discordia confratrum spectet ad Episcopum vel potius ad Gubernatorem et officiales dictae confraternitatis in casu etc.?

die 4. Junii 1701 decrevit: *Spectare ad Episcopum post tertium scrutinium.*

Die 21. Aug. 1784.

Ad dub. I.: An valide coadunari possint confratres societatis absque interventu parochi deputati ab Episcopo et respective eligere officiales itaut sit locus etiam in hac parte moderationi edicti seu praecepti in casu?

Et quatenus negative ad I. partem,

II.: An libere possint confratres praedicti juxta eorum statutum confirmare veteres officiales aeu de novo eos eligere, qui recenter fuerunt in officio, absque licentia Ordinarii itaut sit locus moderationi edicti etiam in hac parte in casu?

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative juxta modum, idest praevia certioratione Episcopi vel ejus Deputati.

Ad II.: Negative et amplius.

Die 22. Mart. 1760.

Ad statutorum tramites sodales confraternitatis B. M. V. a charitate dioecesis M ... die 16. Julii anni 1876 ut novorum officialium electionem peragerent, more solito, convenerunt Quatuor vero ex congregatis voce activa atque passiva pro illa vice a Gubernatore privati fuerunt, eo quod non interfuissent processioni in die festivitatis B. M. V. titularis sodalitii ferentibus statutis ab Episcopo confirmatis die 9. Julii 1789 ut sodales a dicta supplicatione sine justa causa abstinentes per unius anni spatium voce activa atque passiva priventur. In tali rerum statu facta electione majora numero suffragia retulit Franciscus B... ac gubernator renunciatus fuit. Insuper quatuor sodalitii curatores electi fuerunt.

Id aegre ferentes quatuor confratres, qui utraque voce fuerant orbati, quibus et alter sodalis sese adjunxit, ad curiam episcopalem confugerunt ac Praesuli nonnullos abusus in dicto sodalitio inductos apperuerunt medelam iisdem expostulantes tum admittendo novos confratres sine scrutinio, tum infirmando factam officialium electionem novosque sufficiendo.

His adductus Episcopus Gubernatori sodalitii epistolium conscripsit, ut auditis confratribus referret super expositis ac statuta transmitteret. Ex responsione plura detegisse scribebat Episcopus quae haud leve dedecus illis afferrebant, qui de iisdem accusabantur ac proinde sui esse muneris duxit, destitutis nuper electis novum Gubernatorem, novos officiales deputare novosque confratres sine scrutinio admittere, quod revera perfecit decreto diei 25. Septembris 1876 sequentis tenoris: »Attentis querelis et praeteutionibus hinc inde deductis, quarum nonnullae altiore indigent consideratione et serio examine, ne ulterius careat Congregatio officialibus pro fungendo munere Gubernatoris, Secretarii ac Procuratorum sibi inhaereutium, attentis circumstantiis omnibus in casu occurrentibus absque ullo praejudicio partium eligimus et nominamus hos interim cum omnibus juribus et emolumentis cumque omnibus facultatibus opportunis et necessariis N. N. ac si fuissent ordinario modo recepti ac conscripti.«

Officiales electi die 16. Julii hoc decreto perculsi ad s. Congregationem Concilii nomine confraternitatis recursum habuerunt expostulantes ut relatum Episcopi decretum irritum faceret.

Rogatus Episcopus super narratis retulit confraternitatem gravi fidelium cum scandalo more veluti haereditario regi et gubernari a parentibus et consanguineis Francisci B..... qui secreto administrationem gerebant. Plura insuper narrabat, ex quibus apparebat familiam electi Gubernatoris a multis jam annis de confraternitatis bouis ita disponere, ut haud parva compendia sibi suisque consanguineis compararet vel in locatione fundorum vel in erogandis pecuniae summis ac in pluribus aliis exercendis negotiis, quae facile administratores pravae conscientiae in suam utilitatem cum gravi causae piae detrimento convertere possunt. Concludebat Episcopus praefatum decretum adeo acceptum cessisse in sua civitate, ut gratulationes ab omni ordine civium sibi factae fuerint, quapropter rejiciendam esse oratorum instantiam, eo vel magis quod Episcopus approbando statuta confraternitatis sibi suisque successoribus jus reservavit eadem moderandi, augendi, minuendi vel etiam abrogandi. Tandem observabat recurrentes mandatum appellandi ad s. Sedem ab Episcopi decreto non habuisse. Hisce habitis quaestio dirimenda remissa plenariis s. Congregationis comitiis atque hinc inde electis defensoribus disputata fuit sub dubii formula in fine hujus compendii proposita.

Qui confraternitatis nomine agebat trifatiam suam allegationem divisit. In prima vindicare conabatur legitimitatem electionis diei 16. Julii 1876. Observabat orator in dubii juris esse electionem officialium libere ad confratres spectare, *Durand. decis. 291. n. 35, Monacell. form. legal. pract. tit. 6. n. 24. tom. 1.* ac ut electio omnino libera et legitima dici possit requiritur 1: Ut intimatio praecedat: 2: Ut consodales de more coadunati electionem peragant per secreta suffragia, *de Luca Miscel. 4. n. 25.*, 3: Ut majoritas suffragiorum in electis concurrat, habito respectu tantum ad interessentes: major enim pars universitatis, collegii seu capituli constituitur per praesentes, nulla habita ratione absentium, *Monacell. op. cit. p. 1. tit. 6. in adnot. ad form. 11. n. 22.*, *Rota cor. Buratto decis. 573. n. 22.*, nam tota potestas manet in iis qui venerunt, *Antonelli de Toco legal. lib. 2. cap. 5. et 6.* Cum autem haec omnia adamussim servata fuerint in electione diei 16. Julii, de ejus legitimitate minime posse dubitari concludebat.

Factam electionem insuper majorem vim acquirere subdebat ex eo quod statutis et praxi confraternitatis maxime consona fuerit. Statuta enim praescribunt, ut pro electione gubernatoris officiales in privato conventu coadūnati tres eligant confratres atque dein omnibus proponant, ut unus ex his tribus gubernator seligatur. Hanc formam, anno 1788 inductam ac continuo adhibitam, etiam in electione 16. Julii servatam fuisse evincebat tum ex libris consultationum confraternitatis tum ex testimonio deputati ecclesiastici, qui jurejurando testatus est: »*electionem officialium ..... legitime factam fuisse atque ad tramites regularum et statutorum confraternitatis.*«

Hinc ad secundam suae defensionis partem transvolans orator contendebat decretum Episcopi diei 25. Septembris 1876 nullum fuisse. Scilicet advertebat Tridentinum Concilium *cap. 8. et 9. sess. 22. de rēf.* Episcopis nullam aliam tribuere facultatem in confraternitates, quam easdem visitandi exigendique singulis annis redditionem rationis de administratione bonorum; atque ideo Episcopum non posse neque sese ingerere in administrationem juxta resolutionem, S. C. EE. et RR. in *Castellaneten. 11. Novembris 1604*, neque impedire confraternitates quominus extraordinarias faciant expensas summam scutatorum viginti excedentes sine sua licentia, S. C. C. *Urbinaten. 16. Martii 1663*, neque prohibere vel restringere earum exercitia, S. C. EE. et RR. *Ferrarien. 12. Januarii 1582*, aut prohibere ne congregentur ubi et quoties eis magis placuerit, S. C. EE. et RR. *Nullius Putiniani 21. Augusti 1584.* Cum igitur ex Concilio Tridentino et ex declarationibus sacrarum Congregationum aperte dignoscatur, Episcopos super confraternitates nihil aliud posse quam illas visitare atque redditionem rationis de bonorum administratione exigere deducebat facultatem ipsis non esse removendi electos atque novos destinandi rectores, proindeque decretum diei 25. Septembris nullum esse.

Neque obstare quod Episcopus addebat defensor possit vel per se vel per suos delegatos assistere sodalitii congregationibus ac officialium electioni, nam non potest tamen contra statuta vel consuetudines vel praxim novitates inducere, S. C. EE. et RR. in *Ragusina 1. Aprilis 1596* et in *Cosentina 14. Julii 1600*; electos autem rectores abrogare, alios creare consodales absque confra-

trum suffragio inscribere, idem est ac novitates inducere coutra statuta et laudabiles confraterniitatis consuetudines. Etsi semper multo magis in casu ab his Episcopus abstinere debebat quia sodalitium per Breve summi Pontificis Clementis VIII. confirmatum a Paulo V. erectum fuit.

Observabat insuper ex *cap. Concertationis de appell. in VI.* decem dierum spatinm concedi a momeuto habitae notitiae ad appellatiouem iuterpouendam, quibns inutiliter elapsis aditus appellandi minime pateat. Jamvero in casu quinque cousodalinm recursus iuterpositus fuit elapsis jam viginti diebus; unde ab Episcopo attendi nequibat. Imo etiam ex parte Episcopi in modo procedendi peccatum est, cum nullis praemissis mouitiouibus officiales electos deleverit ac inconsulta congregatione confrateruitatis uovos adjnuxerit. Ex quibus clariorem luce meridiana scatere asserebat nullitatem decreti episcopalis prout a S. C. Coucilii resolutum fuit iu una *Balneoregien. Elect. alum. 16. Sept. 1709* in qua proposito secundo dubio: *An sint reintegrandi confratres ultimo loco deleti ab Episcopo et respective delendi novi confratres ab Episcopo electi?* responsum fuit: *Affirmative.*

Ulterius progrediens propugnabat Defensor officiales sodalitii siue gravi causa ab Episcopo removeri nou posse, teste Mouacellio *(formul. legal. tom. 1. tit. 11. for. 14. n. 9.)* ob grave damnum in famam et honorem destituti obveniens; in casu vero absque ulla causa decretum episcopale latum fuisse.

Et revera justa causa esse non potuit, quod aliqui voce activa et passiva privati sint nam haec poena decreta reperitnr a sodalitii statutis ab Episcopo solemniter confirmatis.

Neque opponi posse nullitatem electionis tum quia nonuulli inter sodales affines essent gubernatoris, tum quia asserebatur enmdem tricas iustituisse, ut in gubernatorem iterum eligeretur; nam quoad primum explorati juris esse, fratres etiam germauos posse suffragium ferre, *Monacell. op. cit. p. 2. tit. 14. ad form. 8. n. 3. et seq.* imo et filium pro patre et hnnc pro filio, in iis enim quae juris publici sunt, non atteuditur neque patria neque sanguinis conjunctio cum praesumatur, quemque moveri potius bono universitatis quam sanguinis affectione *Barbosa de potest. Episc. alleg. 72. n. 93, Rota in Firmana Capellaniae 1. Julii 1668*; quibus consona sodalitii statuta dicebat *omnibus consodalibus professis in congregationibus activam vocem concedentia.*

Quoad tricas vero exercitas per gubernatorem eas omino falsas esse sustiuebat tnm ex testimonio deputati ecclesiastici, qui asserebat electionem peractam fuisse servatis regulis et statutis confraternitatis tum ex ephemeridibns catholicis qnae una voce accusationes in guberuatorem latas refellebant tum demnm ex testimonio honestissimorum virorum ex laico et ecclesiastico coetu, qui de religione et spectata probitate officialium publicam fidem facere minime dubitarunt.

Ex quibns omnibus cum apertum esset, Episcopum potestatem minime habere removendi electos officiales, atque in casu pateret nullas causas hujus remotionis existere, concludebat decretum diei 25. Septembris 1876 nulla posse stabilitate subsistere.

Post haec ad tertium suae oratiouis capnt gradum faciebat orator omnique vi adnitebatur refellere tamquam calumnias quae electo praesertim gubernatori malefacta tribuebautur.

Scilicet testimoniis undique collatis falsam esse evincebat accusatiouem eam, qua iusimulabatur aliquod objectnm sibi addixisse ex domo cujusdam legati. Falsum pariter esse quasdam terras et officinas favore conductorum tanti minoris locavisse: si enim a novis procuratoribus pluris locatae fuerant, hoc ideo evenerat quia ouus mannteuendi muros et officinas hodie spectat ad sodalitium, dnm autea conductoribus impositum erat unacum obligatione plura melioramenta perficiendi: praeterea novi portus coustructione, qui prope officinae extat, earum pretium auctum fuisse dicebat.

Insuper nonuulla alia minoris momenti rejicere conabatnr simulque coutendebat gubernatoris defensor, illos quinque sodales odio atque vindictae desiderio ductos suas querelas Episcopo detulisse, praesertim ob iuimicitias cum fratribus gubernatoris Francisci B.....

Ex disputatis satis superque apparere dicebat legitimitatem et libertatem electionis defectum potestatis in Episcopo, ac defectum causarum destituendi electos officiales; de

quorum honestate dubitare haud licebat; hinc et sustinendam electionem et decretum Episcopi infirmandum esse concludebat.

Defensor cousodalium recurrentium praemittebat, decretum Episcopi a quo appellatum est esse *interloquutorium* scilicet ortum ex duabus instantiis actu peudentibns coram curia episcopali, uua propria, altera adversariorum. Cum enim Franciscus B..... cum aliis electis petiisset confirmationem electionis sodalis exclusi a voto activo et passivo obstiterunt apposito libello, urgeutes 1: Admissionem novorum cousodalium absque scrutinio. 2: Nullitatem electionis diei 16. Julii. 3: Deputationem novorum officialium pro integro biennio 1877—1878, ut ita et malae sodalitii admiuistrationi remedium afferretur et vitia praefatae electionis detegerentur. Atque Episcopus delata curiae cognitione rei suo decreto novum deputavit gubernatorem novosque officiales, qui provisorie confraternitatis curam gererent.

Hisce accedere, subdebat orator, Episcopum unnquam confirmasse electiouem diei 16. Julii: ideoque electos dici non potuisse veros officiales confraternitatis ex jnre commuui atque statutis neque ipsos queri posse de ullo jure sibi adempto. Minus autem dedecoris esse provisorie excludi quam post adeptam possessionem causa cognita omnino destitui. Neque ullam infamiae notam dimissis irrogari, quia Episcopus declaravit iu suo decreto, sese hauc deliberatiouem secutum fuisse *attentis querelis et praetensionibus hinc inde deductis, quarum nonnullae altiore indigent consideratione.* Ideoque Episcopus appellantes minime deposuit, quasi reos alicujus criminis, sed aliquot officiales creavit, ne pendeute rei cognitione admiuistratio capite et directione deficeret. Quod usque ad evidentiam patere ajebat ex tenore decreti, in quo asserebatur novos officiales deputari *interim et pro modo ne ulterius Congregatio officialibus careret, attentis circumstantiis omnibus, absque ullo praejudicio partium.*

Justitiam vero appellati decreti crescere si spectentur principia juris communis, ex quo ut aliquid *definitivum* dici possit ferre debet vel absolutiouem vel condemuationem super quaestione a litigantibus proposita *l. 1. ff. de re jud.* ideoque decretum, de quo fit quaestio, omnino *interlocutorium* diceudum, cum latum fuerit snper duabus instantiis adhuc indecisis, circa confirmationem electiouis et restaurationem confraternitatis, remotis interim officialibus electis; ideoque ab eo minime appellari potuisse, quia *interlocutorium* jure Tridentini *sess. 24. cap. 20. de ref.* appellari nequit, nisi habeat vim senteutiae definitivae, vel gravamen inferat, quod per appellationem a definitiva reparari nou possit.

Jamvero praefatnm decretum vim non habere sententiae definitivae sustiuebat defeusor, ex eo quod iuterposita appellatione ab iucidenti in curia episcopali snspensum fuerat judicium quoad meritum quaestionis; a quo judicio, quando prolatum erit, nemo prohibet cousodales electos appellare.

Multoque miuus decretum illud inferre gravamen in definitiva senteutia non reparabile, nam jam supra demoustratum esse dicebat uomiuatioueu officialium ex parte Episcopi, eodem tempore quo utilitati prospicit sodalitiis, nullum praejudicium dimissis officialibus afferre.

Ceterum cum nullo modo possit dubitari decretum esse uedum *interlocutorium*, sed in specie *provisionale*, ceu a tenore ejusdem apertissime patet; cumque ab interlocutoriis et provisionalibus appellatio minime detur *de Luca de judiciis dis. 37. n. 6.*, concipi mente non posse subdebat, quomodo illius revocatio expetita fuerit, quae locum tantum habet quoties seuteutia primi gradus ad trutiuam iterum revocetur. Hinc instantiae appellautium forsitan respondendum esse concludebat *non esse locum appellationi*, quae quaudo uon competit appellatio decerni oportet a tribuuali ex officio, quin senteutia primi gradus confirmetur; sed in s. Congregatioue, quae est tribunal Principis, indifferens est forma pronunciationis, dummodo intimae justitiae respoudeat.

Hic orator confirmationem decreti suadere conabatur eo quod Episcopi ex dispositione *cap. 7. de off. Ord. in VI.* gaudeaut jurisdictioue super omnibus locis piis dioeceseos et iu electione officialium, quos habent jus approbandi, quique siue Episcopi approbatione exercitium admiuistrationis suscipere miuime valent, ceu ipsa Synodus illius dioecesis decernit. *Nec electi ullum exercitium suscipiant, nisi nostra confirmatione prius obtenta (sess. III. cap. 6. de confraternitatibus).* Qui vero confirmare, inquirere etiam debet ut recte confirmet, nam coufirmatio non est actus necessarius, sed depen-

dens a validitate comitiorum et ab elegibilitate personarum; et si Episcopus inter hanc inquisitionem, nulli tempori alligatam, administrationem retardari videat vel aliquo modo corrumpi, aliqua cautione uti poterit atque debebit, etiam in personis rectorum atque officialium, quae cautio uti pars necessaria tutelae sibi in confirmatione commissae est censenda. *Auctoritas confirmandi electionem, ait Pitonius disc. eccl. 155. n. 65., involvit etiam auctoritatem alia adnexa faciendi, ut: de judicandis dubiis exortis in dicta electione etc.*

Insuper in casu statuta hanc auctoritatem specialiter concedere Episcopo, hic enim anno 1716 probando statuta confraternitatis sibi suisque successoribus reservavit facultatem eadem *moderandi, corrigendi, minuendi, augendi atque in totum abrogandi*, quae omnia multo majorem important auctoritatem ea qua Episcopus usus est removendo provisorie officiales electos die 16. Julii 1876.

Quibus disputatis plura singillatim recensebat orator ut ostenderet electionem destitutam extrinsecis illis solemnitatibus, quae ut valida et legitima habeatur sunt necessariae. Asserebat enim plurimos dolos et tractatus contra libertatem electionis habitos fuisse: quatuor sodales injuste exclusos voce activa et passiva sub fuco cujusdam decreti Ordinarii 9. Julii 1789 a pluribus annis obsoleti et confratribus ignoti: unde qui die festo B. M. V. charitatis processioni non assisteret, absque causa a gubernatore recognita, vocem amittebat. Recensebat insuper abusus, arbitria, negligentiam, perditam administrationem electorum officialium jam praecedenti biennio expertam, quaeque promptum remedium ab Episcopo expostulabat.

Quae omnia ut cognoscerentur a curia episcopali congruum tempus fuisse necessarium ideoque ad recursum seu protestationes confratrum, quae ut ait Pitonius si fiant *ante electionem operantur ut electio maneat in pendulo* (discep. 155. n. 56.), latum fuit provisorium decretum a qua appellari minime poterat. Hinc manere adhuc integrum causae meritum super instauratione confraternitatis et definitiva subrogatione novorum officialium penes curiam. Judices enim appellationis in incidenti pronuntiare vetantur super principe causae merito, nisi etiam ab hoc appellatum sit et causa in merito decidi possit absque aliis probationibus.

Quod si per hypothesim concedi vellet s. Congregationem super causa in merito unacum incidenti posse judicare, illud tamen certum esse dicebat, decretum revocare non posse, quia natura sua erat inappellabile, causam vero non esse in statu expeditionis cum multis probationibus adhuc deficeret.

Tribunal vero appellationis non cogi, sed posse dijudicare meritum; qua facultate judices appellationis fere numquam utuntur et s. Congregationem in casu uti non posse, quia semper pendet apud curiam altera pars antiquae petitionis super reformationem confraternitatis ad s. Ordinem nunquam delata.

Haec est summa eorum quae disputata fuerunt a defensoribus super quaestione, de communi consensu his verbis concepta: »*An constet de legitima electione rectorum confraternitatis in coetu diei 16. Julii 1876, ita ut sit confirmandum vel infirmandum decretum episcopale 25. Septembris 1876 in casu?* ast s. Ordo hujusmodi formulam reformandam putavit et sequens proposuit

D u b i u m:

An decretum episcopale diei 25. Septembris 1876 sit confirmandum vel infirmandum in casu?

S. Congregatio Concilii die 15. Junii 1878 respondit: *Decretum episcopale infirmandum esse in ea tantum parte, qua novi confratres perpetuo constituuntur.*

EX QUIBUS COLLIGI POTEST:

I. In confraternitatibus electionem officialium ad confratres pertinere.

II. Electionem ut libera et legitima dici possit requirere:

1. Ut intimatio confratribus rite facta sit;

2. Ut confratres electionem per secreta suffragia perficiant;

3. Ut is renuncietur electus qui majorem partem suffragiorum confratrum praesentium retulit.

III. Hoc secundum jus commune: posse tamen vel ex statutis vel ex consuetudine hanc electionis formam modificari vel etiam novam formam induci, dummodo libertas electionis sarta tectaque maneat.

IV. Episcopo facultatem concedi visitandi pia sodalitia, vigilandi super bonorum administratione, ne causa pia aliquid detrimenti capiat, assistendi per se vel per suum delegatum conventibus, quibus electio fit officialium; non tamen posse sese ingerere in administratione aut novitates intentare, quae praesertim jura confratrum vel minuant vel tollant.

V. Hinc in casu potuisse per provisionale decretum suspendere electos officiales vel potius eos ab administratione removere, non potuisse tamen novos confratres in perpetuo constituere.

VI. A decreto interlocutorio vel provisionali ordinarie appellationem non admitti, nisi vel habeat vim sententiae definitivae vel gravamen inferat quod in definitiva reparari non possit.

VII. In casu vero s. Congregationem appellationem excepisse, in parte enim episcopale decretum ut validum recognovit; in parte, qua nempe perpetuo confratres constituuntur, infirmavit.

VIII. Ex quo haud inepte concludi potest, ipsam reputasse decretum provisorium, quatenus electos officiales ab administratione confraternitatis prohiberet; definitivum, quatenus novos consodales sine ceterorum suffragio admitteret. Ideoque.

IX. Gravibus ex causis Episcopum posse electos officiales provisorie suspendere novosque sufficere ne causa pia detrimentum capiat, non posse tamen novos confratres aut officiales definitive constituere, licet jus habeat rite electos officiales confirmandi, antequam administrationem suscipiant.

b) Remotio ab Episcopo.

Vd. t. I. p. 219. 1; p. 234. f.

Cervien.

Episcopus Gerviensis suam prae caeteris potestatem removendi ex justa causa in actu praesertim visitationis officiales societatum ex jure tuetur et facto. *Ex jure*, quia sarctam tectamque in similibus circumstantiis eam servavit s. Congregatio in *Asculana 24. Martii 1725 ad IV. dub.*; *ex facto*, quia removit Episcopus *antiquos officiales Luccoli, Fabri, Vecchiatini ejusque filium, jam ob finitam litem suo munere functos*, rejecitque Dominicum Vecchiatini ob confirmatam electionem ejus consanguinei, ut scilicet *decretum a Nobis hac in re latum inciperet exequutioni mandari.*

Die 17. Apr. 1790.

Ferrarien.

Tuentur *Barbosa de officio et potest. Episcop. part. 13. allegat. 78. n. 24., Loterius de re benefic. lib. 2. quaest. 10. n. 52.*, quod Episcopus facultatem habet adigendi sodales non solum, ut in eorum numero aliquem recipiant, sed etiam ut ex eorum coetu aliquem expellant. S. Congregatio definivit liberum esse Episcopo removere officiales et administratores a confratribus electos, quoties minus idoneos compererit. In *Asculana* ad IV. dub. sic conceptum:

An liceat Reverend. Episcopo removere officiales et ministros a confratribus electos, quatenus non sint idonei et graves exceptiones patiantur?

die 24. Martii 1725 respondit: Affirmative.

Videndum hinc est, an quae de remotione officialium statuta sunt locum habeant, quoad expulsionem sodalium.

Die 14. Septbr. 1782.

c) Munera et officia.

Vd. supra n. 8. p. 466.

12) Privilegia cur varia?

Vd. p. 459. c.

13) Suppressio et unio concessa cum seminariis et piis locis.

Vd. supra n. 5. p. 465.

Suppressio confraternitatis ss. Rosarii civitatis Caesenaten. et applicatio ejus mobilium ac ornamentorum unacum oratorio ecclesiae Conventus Ordinis Praedicatorum ejusdem civitatis.

Benedictus PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum Nos nuper inter alia confraternitatis ss. Rosarii civitatis nostrae Caesenaten. omnes annuos fructus, redditus et proventus cujuscumque quantitatis, speciei et valoris existereut seminario ecclesiastico ejusdem civitatis sub certis modo et forma tunc expressis applicaverimus et assignaverimus prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 30. Maji proxime praeteriti expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expresso ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur,

nunc autem Nos rationabilibus causis Nobis notis adducti, motu proprio et ex certa scientia et matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis plenitudine dictam confraternitatem ss. Rosarii in ecclesia conventus ordinis ss. Praedicatorum dictae civitatis canonice ut asseritur erectam necnon quamcumque praeeminentiam et jus quae confratribus memoratae confraternitatis in ejusmodi ecclesia quomodolibet competere potuerint, unacum titulo, essentia et denominatione tenore praesentium perpetuo extinguimus, supprimimus et abolemus. Ac universa praefatae confraternitatis mobilia et ornamenta sacra ecclesiae et capellae ss. Rosarii hujusmodi, unacum oratorio, quod est de directo dominio praedicti conventus, et cui annuus canon in concessione fundi jamdudum a fratribus praedicti conventus facta cum pactis expressis in illa appositis reservatus fuit, harum serie perpetuo applicamus et incorporamus, decernentes easdem praesentes literas, etiam ex eo, quod praefatae confraternitatis officiales et confratres et caeteri quicumque in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati et auditi neque causae, propter quas praesentes emanarunt, adductae, verificatae aut justificatae ullatenus fuerint, ullo umquam tempore de subreptionis vel obreptiouis, nullitatis aut invaliditatis vitio seu intentionis nostrae aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno inexcogitato et substantiali, sive etiam ex eo quod in eisdem praemissis solemnitates et quaevis alia servanda et adimplenda servata et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure vel facto aut statuto vel consuetudiue aliqua resultante, etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimae et totalis laesiouis et quovis alio praetextu occasione vel causa, etiam quantumvis justa rationabili et privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret notari et impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari vel ad termiuos juris reduci vel adversus illas restitntionis in integrum aperitionis oris vel aliud quodcumque juris facti vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concesso aut impetrato quempiam in judicio vel extra illud uti seu se juvare posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere ac illis ad quos spectat et quomodolibet spectabit in futurum plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari. Quocirca venerabili Fratri moderno et pro tempore existenti Episcopo Caesenatensi per praesentes motu pari committimus et mandamus, quatenus ipse per se vel alium seu alios praesentes literas et in eis contenta quaecumque ubi et quando opus fuerit solemniter publicans dictisque fratribus iu eisdem praemissis efficacis defensionis praesidio assistens faciat auctoritate nostra fratres couventus praefati praesentium literarum, et in eis contentorum hujusmodi commodo et effectu pacifice frui et gaudere non permittens illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari vel inquietari contradictores quoslibet et rebelles per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna juris et facti remedia appellatione postposita compescendo legitimisque super his habendis processibus, sententias, censuras et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. Non obstantibus.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 15. Sept. 1725.

(Bull. r. t. X. p. 257. Ed. Luxbg.)

Facultas Episcopo Assisiensi supprimendi 5 vel 6 confraternitates dictae civitatis et applicandi eorum bona seminario ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Seminariorum couservatioui et incremento pro diviuitus Nobis commissi pastoralis officii muuere provideri cupientes iu id apostolicae auctoritatis partes interponere non praetermittimus, prout omnibus mature perpensis in Domino salubriter conspicimus expedire.

§ 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod seminarium civitatis Nostrae Assisieusis in eo reperiatur statu, ut ex illius redditibus vix 10 adolescentes ali possint nec propter ejus egestatem praeceptores idonei ac ministri diligentes facile iuveniuntur; illius propterea domus admodum angusta non solum reparationem sed ampliationem quoque

expostulat. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat propter exiguum beneficiorum simplicium in dicta civitate ejusque dioecesi existentium uumerum eorum bonorum applicatio seminario praedicto haud facile modo prout exigit necessitas fieri valeat, 11 vero numerentur societates seu confraternitates laicorum in dicta civitate, hiuc facultatem nonnullas ex dictis confraternitatibus supprimeudi illarumque bona eidem seminario assignandi per Nos tibi concedi plurimum desideres, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur piis tuis votis, quautum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes et supplicationibus inclinati auditis super praemissis opportunis informationibus, ut de laicalibus omnibus coufraternitatibus praedictis in memorata civitate existentibus aliquas usque ad numerum 5 aut 6 pro tuo arbitrio et prudentia omuino supprimere et abolere libere ac licite possis et valeas cum auctoritate visitatoris apostolici facultatem omnem necessariam et opportuuam auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

§ 4. Volumus autem ut supprimendarum et aboleudarum confraternitatum hujusmodi redditus et proventus unacum suis sortibus seu capitalibus uuo eodemque actu applicentur et addicantur ipsius civitatis seminario praedicto; earumdem vero confraternitatum ecclesiae, si quae sunt, conserventur et exerceantur aut in favorem alterius loci pii permutationis seu alienationis sive alio quocumque titulo transferrentur et assignentur. Missas insuper, quae in ecclesiis hujusmodi celebrandae sint, utique inposterum celebrandas esse partim in ipsis ecclesiis in die festo sancti earum titularis aliisque soleunibus diebus et pro capellaniis iuibi erectis, unacum anniversariis vel sacris officiis seu officiaturis inibi institutis et addictis partim vero juxta aequam justamque repartitionem a te peragendam in ejusdem semiuarii oratorio auctoritate et tenore praedictis statuimus atque saucimus.

§ 5. Quoad alia autem onera earumdem ecclesiarum seu confraternitatum piasque earum consuetudiues veluti orationes, visitationes seu processiones, facultatem eas convertendi et commutandi iu unam seu plures missas pro tuo arbitrio et pietate vel in ecclesiis ipsarum confraternitatum vel in oratorio dicti seminarii ut praefertur celebrandas auctoritate et tenore similibus tibi pariter coucedimus et indulgemus.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 11. Aprilis 1772.

(Bull. r. Contin. t. IV. p. 416. Ed. Romae.)

Confirmatio suppressionis confraternitatis s. Catharinae Castri s. Petri Bononiensis dioecesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Nuper pro parte dilecti filii Nostri Vincentii s. romanae ecclesiae presbyteri Cardinalis Malvetii nuncupati metropolitanae ecclesiae Bononiensis ex concessione et dispensatione apostolica praesulis expositum Nobis fuit, quod dudum in Castro s. Petri Bononiensis dioecesis jam erecta reperiebatur coufraternitas sub titulo seu invocatione s. Catharinae, cujus confratres Deo inservientes plura pietatis et charitatis opera antiquitus exercebant dotalia subsidia usque ad quantitatem librarum circiter 50 pauperibus puellis distribuendo ac copiosas eleemosynas dando ac praeter medicamenta quae aegrotis indigentibus ipsi suppeditabant spem auxiliumque hospitali peregriuorum praebere solebant.

§ 2. Progressu tamen temporis diversimode se res habuit, non solum euim bona dictae confraternitatis haud recte administrata fuerant ac in eo statu reperiuntur ut pro illis reparandis restaurandisque necessaria sit quantitas librarum circiter 4000, sed etiam minime rectus fuit usus reddituum ejusdem confraternitatis, quippe quia illius confratres quantitatem subsidiorum dotalium tenuissimam sane reddiderunt eam praeterea iuter consorores tantum confraternitatis hujusmodi distribuendo suspensisque eleemosynis aliisque pietatis operibus, redditus ipsius confraternitatis ipsi vel inter se diviserunt vel consumpseruut in lites, ex quibus odia intestiua atque civiles dissentiones inter loci hujus familias exorta fuerunt.

§ 3. Ut igitur his malis omnibus remedium aliquod adhiberetur idem Vincentius Cardinalis et Archiepiscopus eximia qua pollet vigilantia ac praecipuo pacis et tranquillitatis studio, non semel sed bis hac de causa

ejus Vicarium generalem illud expedire curavit, deinde occasione pastoralis visitationis ad dictum Castrum s. Petri se contulit et postea quam certe agnovit et inspexit, quod mala et inordinationes, in quibus confraternitas ipsa versabatur, nequaquam reparari poterant, re prius serio ac mature discussa et enucleata de suorum convisitatorum consilio ac bonis omnibus plaudentibus, die deinde 9. Februarii 1772 decretum edidit, quo confraternitatem praedictam suppressit atque extinxit ejusque bona jura et actiones transtulit et applicavit hospitali infirmorum nuncupato s. Francisci de charitate ejusdem Castri s. Petri unacum eorum honoribus et oneribus ac alias prout in dicto decreto, cujus tenor est qui sequitur nempe:

In Dei nomine. Amen.

Die 9. Februarii 1772.

§ 4. Eminent. et reverend. Dominus Cardinalis Bononiae Archiepiscopus occasione suae personalis pastoralis novae visitationis habitae de ecclesia archipresbyterali Castri s. Petri et de locis piis sub illa paroecia existentibus relate ad confraternitatem s. Cathariuae V. et martyris in dicto Castro et sub illa paroecia existente sequens fecit decretum videlicet:

1° Ex justis causis moventibus animum Eminentiae suae reverendissimae eadem Eminentia sua reverend. decrevit omnimodam suppressionem istius confraternitatis, ita ut ab hodierna die sit et reputari debeat omnino extincta, ad quem effectum mandat Domino Archipresbytero Castri s. Petri, ut tamquam executor istius decreti et cum ordinibus eidem per Dominum ejus Vicarium generalem de mandato Eminentiae suae reverend. expediendis, transportare faciat omnes libros, scripturas et documenta quovis modo ad dictam modo suppressam confraternitatem pertinentia, ad acta notarii sacrae visitationis in iisdem actis asservanda, utensilia vero, sacra mobilia et alia suppellectilia ac quae commodo asportari poterunt ad civitatem Bononiae voluit per dictum Dominum Archipresbyterum quocitius fieri possit transferri facere et per ipsum consiguari Domino cancellario dictae sacrae visitationis ad effectum, ut ea vendantur summaque retrahenda erogetur ad commodum infrascripti hospitalis etc. Quod vero ad usum ecclesiae dictae confraternitatis modo suppressae, oratorium eidem adnexum aliaque si quae sint adjacentia Emiuentia sua reverend. reservavit sibi omuimodam facultatem de illis disponendi juxta ejus mentem et placitum.

§ 5. 2° Alia vero bona stabilia cujuscumque generis vel quae stabilibus aequiparantur, itemque alii effectus fortasse non comprehensi in superiori decreto juraque, actiones tam activas quam passivas eadem Eminentia sua transtulit et applicavit hospitali iufirmorum nuncupato s. Francisci de charitate ejusdem Castri s. Petri, cum omnibus oneribus suisque dispositionibus, legatis etc. quibus fortasse subjecta erant bona praedicta ex quavis dispositione juris vel homiuis reservatique sibi Eminentiae suae reverend. facultatem praescribendi et demandandi methodum quoad oeconomiam dictorum bonorum, quoad personas et numerum praesidentium eidem hospitali et alia omnia, quae concernere possint tum plenariam executionem istorum decretorum cum alias quascumque ordinationes, quas in futuram quoad hoc Eminentia sua reverend. opportunas arbitrabitur.

De mandato Eminentiae suae reverend. *Joannes Baptista Palmieri* s. pastoralis visitationis cancellarius etc.

§ 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius decretum hujusmodi subsistat et servetur exactius, unaque simul inter ipsius Castri cives pax et tranquillitas perpetuo maneat et augeatur ac praeterea necessitatibus dicti hospitalis infirmorum jugiter sit consultum, idem Vincentius Cardinalis et Archiepiscopus praedictum decretum editum ut praefertur occasione s. visitationis apostolicae confirmatiouis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret,

§ 7. Nos piis ac laudabilibus memorati Vincentii Cardinalis et Archiepiscopi votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes ejusque pastoralem sollicitudinem in praemissis plurimum collaudantes, auditis desuper opportuuis informationibus necnon serio perpensis juribus nomine dictae confraternitatis ejusque confratrum in illorum supplicibus libellis deductis praeinsertum decretum ab eodem Cardinali et Archiepiscopo die 9. Febr. 1772 editum unacum omnibus et singulis in eo contentis et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus illisque apostolicae inviolabilis ac perpetuae firmitatis robur adjicimus perpetuumque silentium desuper imponimus ac decretum hujusmodi semper observandum et exequendum esse volumus et mandamus.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 8. Maji 1773.

(Bull. r. Contin. t. IV. p. 566. Ed. Romae.)

Suppressio duarum confraternitatum et applicatio reddituum conservatorio puellarum civitatis Aesinae.

Pius PP. VI.

Venerabili fratri Episcopo filio.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Apostolicae providentiae ratio postulat ut eorum qui in partem sollicitudiuis Nostrae vocati sunt Nobis oblata vota quam libenter excipieutes illis obsecundare curemus, quam praecipue ad pudicitiam tuendam et virgines bonis moribus imbuendas atque artium culturam noscuntur ordinata. Nuper quidem pro parte tua intelliximus, quod deficiente in civitate Aesina aliqua pia domo in qua puellae temporalibus subsidiis destitutae et mundi illecebris expositae nedum ali et ab honestatis discrimine praeservari, verum etiam ad muliebrium artium exercitium institni possent. Tu ea qua polles vigilantia pastorali et publici boni zelo aedificium ad usum conservatorii in ea civitate jamdiu excogitatum et concupitum, quod ad centum usque puellas excipiendas satis amplum censetur, opere per sexennium assidue continuato ingentique tuo sumptu tandem ad complementum perduci curasti, quod sane opus ab omni personarum ordine coucelebratur, quare exoptares modo sub expertarum matronarum regimine vel 20 vel saltem 15 puellas ad illud admittere. Verum cum ad ejusdem conservatorii dotatiouem ea prorsus desint auxilia, quae necessaria forent, atque ut ad novum hoc onus, praeter alia, quae subiisti et dietim ferre teneris, suscipiendum imparem te fatearis et quatenus aliquid suppeditandum, ubi datum esset, id vel exiguum foret vel in aevum miuime perduraret.

§ 2. Ne diutius pium hoc opus remoretur, eadem tua expositio prosequebatur, quod cum in ipsa Aesina civitate quaedam sit dudum instituta laicorum confraternitas sub invocatione s. Rochi, cujus annui proventus ad 650 scuta vel circiter ascendunt, et quibus quamvis subministrandi peregrinorum hospitali aunis singulis scuta 8 et propriae ecclesiae indigeutiis occurrendi ac missarum celebrationis puellarum dotatiouis et collectarum solutionis ac forsan aliis oneribus obnoxiis, nihilomiuus 250 circiter scuta superesse solent, quae nulli sunt devincta usui, illiusque moderatores aequo animo consensum praestiteriut, ut reddituum hujusmodi pars quae deductis oneribus abunde superest in ejusmodi conservatorii subsidium annuatim cederet itidemque alterius confraternitatis sub invocatione ss. Sacramenti in castro Mosciani Aesinae dioecesis priores cum approbatione rectoris parochialis ecclesiae illius castri et singulorum presbyterorum sub spe, quod duae puellae ab eo ortum duceutes in conservatorium reciperentur, applicationi superextantium illius confraternitatis reddituum, qui ad 137 vel saltem ad 77 similia scuta annuatim ascendere solent, in favorem ejusdem conservatorii asssecuti fueriut; ideo Nobis quam enixe supplicari fecisti, ut ope bonorum et proventuum unius et alterius confraternitatum, quarum primam penitus tollere magis opportunum arbitrabaris novo conservatorio dotationis primordia tribuere dignaremur.

§ 3. Nos autem audito prius dilecto filio Nostro Bernardiuo s. romanae ecclesiae presbytero Cardinali Honorati nuncupato, tunc Congregationi VV. fratrum Nostrorum ejusdem s. romanae ecclesiae Cardinalium negotiis et consultationibus Episcop. et Regul. praepositorum et a secretis, cui negotium hoc mature expendendum iujunxeramus juxta decretum in audientia Nostra sub die 23. proxime elapsi mensis Maji emanatum votis suis annuendum censuimus.

§ 4. Munus igitur dispensatoris fidelis et prudeutis bouorum temporalium ad ecclesias et loca pia pertinentium prout constituit Nos Dominus super familiam suam exequi volentes atque quam plures ex ejusdem conservatorii iustitutione eidem civitati et dioecesi obventuras perspectas habeutes utilitates fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut supra enunciatam confraternitatem s. Rochi in ipsa civitate ut praefertur erectam illiusque statutum, essentiam et denomiuationem ac omnia et singula illius officia et ministeria necnon statuta, consuetudines et decreta etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia

roborata pariterque privilegia et indulta generalia et specialia, si quae sint eidem confraternitati s. Rochi illiusque confratribus tam in spiritualibus quam in temporalibus etiam oneroso aut alias ex quovis titulo forsan necessarie exprimendo apostolica vel alia quavis auctoritate concessa, quorum omnium tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, ipsarum praesentium vigore apostolica auctoritate perpetuo dissolvas, supprimas, extinguas ac casses et aboleas.

§ 5. Porro eadem confraternitate sic dissoluta et extincta omnia et singula bona mobilia, stabilia et semoventia in eadem civitate et ubique existentia in quibusvis rebus consistentia et undecumque provenientia et ad suppressam confraternitatem spectantia, jura etiam tam activa quam passiva ac actiones quascumque reales, personales et mixtas eidem suppressae confraternitati nunc et inposterum quomodolibet forsan competentes, quaeque competere possent etiam ad effectum succedendi in eodem gradu in quibuscumque substitutionibus quovis modo forsan ordinatis, jus quoque assignandi et distribuendi dotalia subsidia puellis eidem suppressae confraternitati hactenus competens, eidem conservatorio et pro eo illius deputatis et a te deputandis etiam pro tempore existentibus auctoritate Nostra perpetuo pariter concedas et applices, appropries ac respective unias, annectes et incorpores idemque conservatorium suppressae confraternitati in praemissis omnibus plenarie subroges et substituas, ita quod liceat ejusdem conservatorii administratoribus praedictis veram realem et actualem possessionem omnium et singulorum bonorum, rerum et proprietatum aliorumque praedictorum ubicumque sitorum et quocumque vocabulo nuncupatorum et in quacumque re consistentium per se vel alium seu alios ejusdem conservatorii nomine libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta quaecumque exigere, percipere, levare, arrendare, locare, dislocare, administrare et supportatis singulis legatis piis et obligationibus ac oneribus etiam distributionibus dotalium subsidiorum quod reliquum erit in ipsius conservatorii usum et utilitatem convertere debeant et teneantur.

§ 6. Praeterea cum sequuta praemissorum extinctae confraternitatis bonorum applicatione nimis exiguum illi obventurum sit subsidium, ideo eidem fraternitati tuae per praesentes itidem committimus et mandamus, ut eidem conservatorio id totum, quod ex omnibus et singulis bonis annuisque proventibus alterius confraternitatis sub invocatione ss. Sacramenti in dicta terra annis singulis deductis tamen omnibus oneribus et necessariis expensis supererit in ejusdem conservatorii usum et puellarum inibi degentium alimoniam controvertendum auctoritate pariter Nostra etiam perpetuo reserves et assignes atque ad effectum hujusmodi omnes fraternitati tuae tuisque successoribus Aesinam ecclesiam pro tempore moderantibus facultates impertimur, eamdem confraternitatem ss. Sacramenti ad redditionem rationis ejus proventuum annis singulis adigendi ad hoc, ut superextantis summae vel saltem supradictorum annuorum scutorum 77 ejusdem monetae beneficio idem conservatorium valeat gaudere.

§ 7. Verum ipsam fraternitatem tuam ac successores praedictos hortamur, ut si puellae aliquae ex eodem castro optimae indolis bonisque moribus instructae atque ad muliebres artes addiscendas idoneae in illud recipi et optaturae sint, eas voti compotes efficias et efficiant.

§ 8. Praesentes autem literas omniaque et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod utraque confraternitas, illarum officiales et quicumque alii in praemissis seu eorum aliquo interesse habentes seu habere praetendentes praemissis non consenserint, atque ad ea vocati et auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis seu nullitatis aut invaliditatis vitio seu intentionis Nostrae vel alio quovis etiam enormis laesionis defectu notari etc.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 11. Julii 1777.

(Bull. r. Contin. t. V. p. 342. Ed. Romae.)

Commissio Episcopo Balneoregiensi super suppressione et taxatione quarumdam confraternitatum et applicatione bonorum favore seminarii clericorum civitatis Balneoregiensis.

Venerabili fratri Episcopo Balneoregiensi.

Pius PP. IV.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Clericorum seminaria ad formandos bonis moribus et ecclesiastica disciplina adolescentes in sortem Domini vocatos instituta a s. Concilio Trid. tantopere commendata et postmodum in omnibus fere catholici orbis dioecesibus recepta et propagata non ultimam pastoralis officii Nostri exigunt sollicitudinem, ut apostolica auctoritate omnia firmemus, quae ad illa solidius stabilienda conferunt et amplificanda; unde seduli in agrum Domini operarii facile deducantur et fructus subinde proveniant uberiores.

§ 2. Cum itaque sicut dilecti filii moderni deputati nuncupati seminarii istius civitatis Balneoregiensis Nobis nuper exponi fecerunt in ipsa Balneoregiensi dioecesi satis ampla magnus optimae indolis juvenum numerus existat, qui ecclesiasticae viae cursum ingressi illum prosequi nequeunt, eo quia in dicto seminario recipi ibique in disciplinam tradi non possunt ob exiguos ejusdem pii loci redditus, qui annuam summam biscentum scutorum monetae romanae non excedunt, tu vero sedulam dederis operam, ut hujusmodi redditus copiosiores efficeres, obtento praesertim a felicis recordationis Clemente PP. XIV. Praedecessore Nostro apostolico indulto applicandi ad ejusdem loci utilitatem et incrementum universa quae ejus civitatis et dioecesis confraternitatibus debebantur nomina ex quibus tamen ob debitorum et praecipue earumdem confraternitatum administratorum inopiam trium annorum spatio vix 200 scuta paris monetae coacta sunt. Ipsi exponentes parvum ex hujusmodi applicatione dicto seminario considerantes accepisse levamen, nullam aliam arbitrati sunt huic malo occurrendi rationem existere, nisi illa eadem, quam praedictus Clemens Praedecessor pro seminario Assisiensi*) inivit, supprimendo scilicet plures ejusdem dioecesis confraternitates earumque redditus ipsi seminario applicando. Quare iidem exponentes in magnum istius Balneoregiensis seminarii commodum et utilitatem fore arbitrati, si nonnullarum confraternitatum istius dioecesis suppressio per Nos fieret earumque redditus ipsi seminario applicarentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes eorumque supplicationibus inclinati auditis tuis informatione et voto fraternitati tuae omnes facultates necessarias et opportunas ad effectum supprimendi atque abolendi confraternitatem tantum s. Rochi erectam in terra Polymarsii, caeteras vero duas confraternitates, illam nimirum s. Joannis B. seu ut ajunt *della Misericordia* in eadem terra Polymarsii fundatam et alteram B. M. V. Lauretanae seu ss. Corporis Christi erectam in civitate Balneoregii ad effectum taxandi in scutis 20 pro unaquaque confraternitate persolvendis in singulos annos ex redditibus superextantibus earumdem confraternitatum omnesque redditus et proventus praememoratae confraternitatis supprimendae, unacum suis sortibus et capitalibus atque aliarum confraternitatum taxas addicendi et applicandi seminario ipsius civitatis Balneoregiensis, una tamen cum iisdem missarum et legatorum aliisque oneribus indeclinabilibus, quibus praedicta confraternitas supprimenda et abolenda reperitur obnoxia et obligata, auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus et impertimur.

Datum Romae apud sanctum Petrum die 7. Aprilis 1781.

(Bull. r. Contin. t. VI. p. 322. Ed. Romae.)

Supprimuntur confraternitates in civitate Britinoriensi existentes earumque bona applicantur seminario ecclesiastico dictae civitatis.

Pius PP. VI.

Venerabili fratri Francisco Mariae.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Apostolicae auctoritatis et providentiae partes in utilitatem et incrementum collegiorum et seminariorum in quibus adolescentes ad pietatem et sacrarum doctrinarum studia efformantur bonisque moribus imbuuntur salubriter collocatas esse intelligentes non sine ingenti animi Nostri laetitia cum a Nobis petitur libenter interponere et conferre festinamus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, eorumdem seminariorum incrementum et animarum salutem in Domino expedire arbitrantur.

§ 2. Sane pro ea pastorali sollicitudine ac charitate qua tuae curae commissum gregem jugiter prosequeris eoque studio, pro quo iis omnibus, quae ad illius bonum ac etiam temporale commodum spectare intelligis, enixe conaris cum quotidianus cultus

*) Vd. *supra p. 480.*

hujus tni seminarii tum pro mercede praeceptoribus et ministris solvenda tum pro alenda juventute, cum demnm pro aliis necessariis snmptibns quolibet anno adeo major sit suo satis tenui censn, uti nisi aliquod opportunnm ac firmum remedium adhibeatur, quominus illnd cum gravi tnae dioecesis et praesertim adolescentium, qni in sortem Domini snnt vocati, detrimento brevi clandatur, impediri nentiquam poterit, Nobis hinc nnper exponi fecisti, quod 6 confraternitates laicales in hac Nostra civitate Britinoriensi erectae existnnt, quae cum plures sint quam spiritnalis fidelinm utilitas exigat, fit interdum, ut aliquae inter ipsas pnblicis supplicationibus ac precibus aliisque sibi injnnctis oneribus pro nimis exiguo confratrum numero, pront decet, interesse ac respective satisfacere minime valeant. Quocirca et ad divini cultus augumentnm et ad ecclesiasticae disciplinae progressum apud eos, qui cnm sint vocati adesse lnmen mnndi, homines qui in mnndo snnt, conversatione, sermone ac scientia illnminare tenentur, pertineret, quatenns praevia trium ex dictis confraternitatibus suppressione ac extinctione illarum bona, jura et actiones seminario praedicto unirentur et incorporarentur, prout uniri et incoporari summopere desideras: Nobis propterea hnmiliter supplicari fecisti, nt in praemissis opportnne providere et ut infra indnlgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 3. Nos igitnr ex injuncto Nobis snpremi pastoratus officio paternis illorum cnris ac sollicitudinibus, qni in Nostros cooperatores in vinea Sabaoth sunt delecti, qnantnm cum Domino possnmus adesse cupientes tuisque votis annuere volentes fraternitati tuae, de cujns fide, integritate, doctrina ac in rebus gerendis dexteritate plnrimum in Domino confidimus per praesentes committimus et mandamns, nt tnm confraternitatem laicalem sub invocatione seu titulo conceptionis B. M. V. in ecclesia fratrum ordinis s. Francisci minorum Conventnalinm nnncupatorum alias ut asseritnr canonice erectam tnm etiam alias dnas confraternitates pariter laicales, qnarum altera est sub titnlo seu invocatione ss. nominis Jesn, altera vero sub titulo de Rosario in ecclesia fratrum ordinis s. Dominici praedicatorum nuncupatorum aeqne ut asseritur canonice erectas auctoritate Nostra apostolica snpprimas ac extinguas ac snppressas et extinctas esse decernes atque declares.

§ 4. Bona vero mobilia et immobilia, jura et actiones qnomodolibet ad easdem tres confraternitates spectantia et pertinentia episcopali tuo seminario auctoritate praedicta unias, incorpores et adnectas. Cnm autem bona hujusmodi variis missarum oneribus sint gravata, hinc, ut quoad onera bonis alias ad confraternitatem snb invocatione seu titulo Conceptionis B. M. V. spectantibns adnexa, ea inposterum per dicti episcopalis seminarii administratores adimpleantur eaque adimpleri cures et studeas, harum serie edicimus ac mandamur, quoad onera vero bonis ad alias duas confraternitates snb invocatione nempe ss. nominis Jesu et sub titnlo de Rosario alias spectantibus pariter adnexa, cum in ecclesia fratrum ordinis s. Dominici ut praefertnr eaedem confraternitates erectae existant, hinc ut praevia tot bonorum reditnum ac proventnum separatione ex eorumdem bonorum massa, qnot pro dictorum missarum aliornmque onerum satisfactione sat esse repntabitnr ea dilectis filiis fratribus ordiuis praedicti in hanc causam cum expressa tamen mentione, quod redditus ac proventus hujusmodi in dictorum onernm ac missarum solntionem cedant anctoritate praedicta applices atqne concedas, harnm serie constituimns itidem ac declaramus, qnamvis porro ex snppressionibus et respective applicationibus ac incorporationibus hujusmodi aliqno modo consnltnm esse videatur necessariae snstentationi ejusdem seminarii, ne pro debitis qnotidianis snmptibus aes alienum contrahere cogatur, nihilominus cum Trid. Concilinm ob id praecipne seminariorum erectionem Episcopis commendet ac mandet, ut in eis filii panperum alantnr, quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros, qnod quidem assequi nequit, nisi hujusmodi collegia sint congruenter dotata.

§ 5. Hinc sicut accepimus quidem Joan. Sassi dnabns confraternitatibns, quarnm altera est sub titnlo sen invocatione B. M. V. de monte Carmelo, insimnl unitis in ecclesia parochiali s. Petri Incontro hujns Britinoriensis dioecesis canonice ut asseritur erectis bona anuni fructus scntorum circiter 87 legaverit; hi vero redditns seu proventns cum adjecta onera excedant in snmptiosiori plus aequo dierum festorum celebratione ac commessationibus a confratribus impendi soleant, quorum etiam snmptus in sua novissime peracta pastorali visitatione compescere curasti,

Nos memoratam dispositionem bo. me. J. Sassi praesentibus pro plene et sufficienter expressa ac specificata habentes eidem fraternitati tuae injungimns, nt praevia separatione tot bonorum a dicto legato Sassi qnae annuorum scutorum 40 fructum ferant separatione, divisione ac dismembratione eadem bona dicto tuo seminario ea lege, nt deinceps in eo nullo snmptn alatur puer vel in civitate vel dioecesi natus alternative eligendns et dum erit assumendus a dioecesi, si aliqnis erit puer, qui stndium praeseverat Deo et ecclesiae inserviendi de parochia s. Petri Incontro, is prae caeteris admitti debeat, auctoritate praedicta unias, incorpores et respective mandes, ntque residualis bonorum praedictornm quantitatis administrationem eisdem confraternitatibus ad hoc ut scuta 29 in satisfactionem onerum missarum ac scuta 18 in celebrationem dierum festorum ss. Corporis Christi et b. Mariae V. de monte Carmelo ac in cultum et ornatum suorum respective altarium insumant, concedas et indulgeas. Verum cnm missarum onus a dicto testatore legatum tempus 100 annorum non praetergrediatur, quibus elapsis ab hoc onere dicti confratres prorsus soluti ac exempti sunt, tibi pariter mandamus, nt aliam eorumdem bonorum quantitatem annui redditus scutorum 20 nunc pro tunc cnm praeterlapsus erit dictus terminus auctoritate praedicta designes et secernas, nt eo elapso illico eidem tuo seminario applicata et incorporata sint, nt nunc pro tunc auctoritate apostolica tenore praesentium applicamus et incorporamus.

§ 6. Volentés tamen ut cnm primum hujusmodi applicationis ac incorporationis seu nnionis casus evenerit duo pueri, alter quidem Britinorii*), alter vero in hac dioecesi nati cum eadem praelatione parochianorum dictae ecclesiae parochialis s. Petri Incontro quoad dioecesanos omnino alantur. Haec omnia satis profecto essent ad tui episcopalis seminarii incrementum ita nt, quod inposterum benedicente Domino optimi agri Dominici cooperatores tibi tuisqne successoribns esse snppeditaturum omnino sperari posset, quoties ob anteactas angustias aere alieno in conspicua snmma non premetur. Ut igitur providentia Nostra in hac parte deficere non videatur, ut aes alienum quo sive sub usnris sive annnis fructibus sive alias quomodolibet dictum tuum seminarium gravatum existit solvi et dimitti possit, omnium et singularum confraternitatnm ac sodalitiorum in hac tna dioecesi existentium inexacta credita tibi harum serie concedimus et donamus tibiqne propterea omnes necessarias et opportunas facultates quoslibet dictarnm confraternitatum et sodalitiorum administratores ad exhibitionem librornm et status redditunm cogendi, ut inde quaenam sint credita inexacta statuatur, auctoritate praedicta tribnimus et impertimur. Tandem tibi ut portio ex singulis beneficiis juxta Trid. Concilii disposita detrahenda in totum vel pro parte prout res ipsa exegerit remitti a te possit concedimus et indulgemus.

Datum Romae apnd s. Petrnm die 26. Febr. 1782.

(Ibid. p. 472.)

Supprimuntur 8 confraternitates laicales in civitate Pisaurensi earumque bona applicantur conservatorio in eadem civitate erigendo.

Venerabili fratri Rocho Mariae Episcopo Pisaurensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Romanum decet Pontificem tamquam fidelem servnm ac prudentem qnem constituit Dominus super familiam non modo spiritualinm providentiam catholicae ecclesiae quantum divina bonitas largitnr jugiter vigilantia exhibere sed et temporalium circumspectione suorum et apostolicae Sedis etiam qnoad temporalia subditornm commodis indesinenter consulere, eaqne de causa ea omnia sollicitis studiis curare, quae commnnis utilitatis rationi et reipnblicae saluti consentaneum esse in Domino arbitratur.

§ 2. Hoc sane consilio, cum nil magis et religioni et reipublicae proficuum sit, quam homines a primis annis et dum adhnc passiones in eornm animis non invaluere recte institnere in variis ditionis ecclesiasticae civitatibus, oppidis ac locis brephotrophia, conservatoria, seminaria ac etiam nbi opus fuit reibnsoria, tam ut juventus ad pietatem ac religionem informaretur, tam sic exigente necessitate nt effraenis arrogantium vita cohiberetur, vel ampliori censu auximus vel

*) Vd. *t. II. p. 401. m; 412. r.*

etiam de novo instituimus. Cum itaque pro ea pastorali sollicitudine ac charitate, qua tuae curae commissum gregem prosequeris, eoque studio, quo pro iis omuibus quae ad illius bonum ac etiam temporale commodum spectare intelligis enixe conaris aliquod conservatorium in hac Nostra civitate Pisanrensi, in qno nedum puellae orphanae ab undique instantibus periculis teneantur, sed etiam ubi illae pnellae quae ex emergentibus causis e suorum pareutium domibus aufugiunt secure et honeste vivere vel etiam mulieres, quae ob suorum virorum saevitias, jurgia ac probra seorsim ab eis moram trahere coguntur coufugere possint, per Nos erigi summopere desideras,

§ 3. Nobis hinc nuper exponi fecisti, quod 14 coufraternitates laicales in hac Nostra civitate Pisanrensi erectae existunt, qnae ut plurimum tum ob confratrum arrogantiam ac statutorum tuorumque monitorum detrectationem ac demum praecipue ob pravam bonorum ac redditnum suorum admiuistratiouem adeo ut nuper etiam a cougregatione VV. fratrum Nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium Episcop. et regul. negotiis et consultationibns praepositorum confraternitati sub invocatione s. Joseph per suum decretum die 12. Aprilis 1774 et confrateruitati ss. Rochi et Sebastiani per aliud decretum die 1. Martii 1781 suorum bouorum administratio fuit iuterdicta ac appositus oeconomus, qui aes alienum ob inutiles sumptus ab eis respective contractum exolveret, Episcopis Pisaurensibus pro tempore existeutibns continuas ferme anxietates et molestias attullere et adhuc afferre non desistunt, quocirca cum etiam confraternitatum hujusmodi numerus major sit quam spiritualis fidelium utilitas postulet et ad divini cultus augnmentum reipublicaeque bonum pertineret, quatenus praevia nonnullarum ex iis suppressioue, abolitione et extinctione novo in civitate praedicta erigendo ac iustituendo conservatorio unirentur et incorporarentur prout uniri ac iucorporari summopere desideres.

§ 4. Nos igitur tuis votis benigne annuere volentes, supplicatiouibus hujusmodi iuclinati, fraternitati tuae per praeseutes committimus et mandamus, ut 8 confraternitates laicales auctoritate Nostra apostolica supprimas et extinguas et suppressas ac extinctas esse decernas atque declares, pront auctoritate praedicta perpetuo supprimimus atque extinguimus. Ne porro in ecclesiis, quas memoratae confraternitates ut praefertur suppressae et extinctae possident, debitus Dei cultus exinde imminnatur piorumque testatorum dispositiones congruam frustrentur executionem statuimns ac ordinamus ut iu actu suppressionis praedictae ex bonis, redditibus ac proventibus ad illas quomodolibet respective spectantibus, ea quantitas separetur, quae pro missarum legatorumque piorum aliornmqne ouernm cuilibet ecclesiae annexorum satisfactione ac capellanorum decenti assignamento necessaria reputabitnr illamque assiguata eisdem ecclesiis certa portione sacrae suppellectilis eisdem respective ecclesiis auctoritate praedicta applices et uuias. Verum cum alias mense nempe Oct. auni 1781 dilectus filins modernus parochus ecclesiae s. Archangeli hujus civitatis Pisanrensis fatiscente prae vetustate ecclesia hujusmodi congregationi venerabilium fratrum Nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium Trid. Coucilii interpretnm ad obtinendam ecclesiam confraternitatis s. Joseph, quae est altera ex ut praefertur suppressis, unacnm adnexa domo snpplices preces obtulerit, tibi propterea iujungimus ut eidem parocho ecclesiam praedictam s. Joseph et adnexam domum concedas ac tamen lege nt juxta factam ab eo in manibns tnis ecclesiae s. Archangeli cum parochiali domo et hortn adnexo dimissionem, haec favore conservatorii ut infra erigendi cedant et quoniam ex dispositioue bonae memoriae Umberti Aloysii Radicali dnm vixit Episcopi Pisaureusis constat censnm passivum scutorum 500 qnem presbyteri saeculares congregationis s. Philippi Nerii 1757 vendiderunt ex pia donantis voluntate unacum sno multiplico ad summam scutorum 900 circiter ascendenti in novae parochialis ecclesiae s. Archangeli construction em fuisse erogandum, cum ex ecclesiae s. Joseph et adnexae domus donatione dicto parocho ut praefertur facienda dispositio hujusmodi inutilis sit, Nos memoratum legatum sen donatiouem praesentibns pro plene ac sufficienter expresso habentes uedum summam dicti census sed etiam illins multiplicum ab anno 1757 usque in praesens factum, detracta prius ea quantitate, quae ad effodienda sepulcra in ecclesia s. Joseph et ad pingeudam tabulam s. Archangeli, cum campanae suae ecclesiae eidem parocho tradi possint, erit requisita, conservatorio ut infra

erigendo pro sumptibus ad sui erectionem necessariis auctoritate praedicta concedas et applices, in domo autem parochiali ac ecclesia s. Archangeli suisque adnexis ut praefertur retrocedendis conservatorium, ad hoc ut in eo recipi et per quinqueunium morari valeant puellae orphanae istius tuae dioecesis ut interim ipsae ad muliebres artes instituantur et ut in eo admittantur etiam puellae, quae ex emergentibus cansis e parentum domibus aufugiunt ibique permaneant usque dum res compositae sint, ac tandem, ut in eo praesto sit refugium mulieribus quae ob suorum virorum saevitias ac probra seorsim ab eis vivere coguntur ibique degere possint sub justo stipendio a maritis suis persolvendo donec hi conjuges in pristinam concordiam siut redacti, sub iis legibus ac statutis, quae magis ad illius statum ac progressum conducere in Domino arbitrabis auctoritate praedicta erigas ac instituntas, pront eadem anctoritate tenore praesentium erigimus ac instituimus. Hortamnr tamen in Domino fraternitatem tuam vehementissime, ut omni cnra ac diligeutia puellas a mulieribus praedictis licet in eodem conservatorio separatas et prorsus divisas vivere stndeas, ne quae in earumdem puellarum tutamen facta sunt in lapidem offensiouis ullo unquam tempore convertantur. Conservatorio itaque sic erecto et instituto pro illius ac puellarum in eo retineudarum necuon superiorissae quae conservatorium regat atque gubernet necnon peritarum in mulieribus artibns magistrarum aliorumque loci ministrorum substentatioue omnia et singula bona, res, proprietates et actiones ad 8 suppressas confraternitates respective autea quomodolibet spectantia, illorum omuium et singulorum fructus, redditus ac proventus auctoritate praedicta perpetuo applicamus et appropriamus. Vernm cum sicut accepimus annni redditus ac proventus bonorum hujusmodi 700 scutorum monetae romanae valorem annuum attingant detracta ea portione bouorum, quae pro capellanorum sustentatione ac missarum aliorumque onerum satisfactione ut praefertur est assignauda, pro ejusdem conservatorii vero cultu satis siut annua scuta 500.

§ 5. Ut hujus tuae Cathedralis decori consulatur tibi mandamus, ut de bonis ut praefertur conservatorio hujnsmodi applicatis et unitis eam portionem detrahi cures, qnae annuum redditum scutorum 100 ferat vel etiam super bonis praedictis annuam pensionem ejusdem summae imponas, quae in stipendium 2 capellanornm ab Episcopo Pisaurensi pro tempore existenti eligendorum in augumentum cleri Cathedralis praedictae cedat. Si autem detractis oneribus omnibus aliqua etiam summa remaneat et in subsidium dotale pro pnellis orphanis praedictis et in emolumentnm cantorum dictae ecclesiae Cathedralis juxta prudentiam tuam erit eroganda.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 10. Sept. 1782.

(Ibid. p. 541.)

14) Suppressio et unio non concessa.

Spoletana.

In medio oppidi Castri Ritaldorum Spoletanae dioecesis adest ecclesia s. Marinae dicata cum coenobio annexo olim a religiosis familiae s. Augnstini inhabitato, quae 1803 apostolica intercedente auctoritate nnacum redditibus suppressa alteri Augustinianensium familiae s. Mariae Lanretanae civitatis Spoleti nuita fnit, hac tamen lege ut »suis sumptibus . . . ibidem saecularem presbyterum cum capellani titulo, stipendio et onere missae cunctis diebus festis celebrandae constituerent.« Quod onus cum dictis fratribus uimis grave esset, quia ob sacerdotum inopiam perdifficile erat reperire aliquem qui statutis diebus sese illuc conferret, in id cousilii venere ut ecclesiam, coenobium nonnullaque praedia plebano s. Gregorii ejusdem loci cederent, quod amica intercedente transactione legitima potestate roborata solemni instrumento peractum fuit 1816.

Res ita sese habuit usque ad annum 1829 quo tempore factum est ut Archiepiscopus Spoletanus J. Maria Mastai, quem nunc ad summi pontificatus apicem evectum nomine Pii IX. Deus O. M. sospitem incolumemque diu servet, cerneus in actu pastoralis suae visitationis dictam ecclesiam s. Marinae magis accommodatam spiritualibus necessitatibus incolarum Castri Ritaldorum prae ecclesia plebali s. Gregorii quae extra castrum posita est, decretum consultissimum tulit snb die 16. Jan. ejusdem anui quoddam evehens ad paroeciae gradum atque aeque principaliter uniens paroeciae s. Gregorii, ibidem perpetuam residentiam parochi ecclesiarnm cum titulo plebanatus s. Gregorii et s. Mariuae

perpetuo transtulit, absque ullo tamen detrimento jurispatronatus quod Spoletano Archiepiscopo pro tempore jam pertinebat super ecclesia plebania s. Gregorii. Singula ibidem onera ac officia a parocho in nova paroecia s. Mariuae adimplenda recensnit, inter quae animadversione dignum est illud quod praeseuti controversiae hisce verbis refertur: »ibique (loquens de ecclesia s. Marinae) volumus parochum . . . missam praesentiae et parochialem festis diebus celebrare.«

Nec ecclesia s. Gregorii fraudata suis obseqniis fuit, siquidem eodem decreto praeter praerogativas ac aequalitates jura quae integra servata ipsi fuere firmum immotumque voluit onus quod jamdiu plebauo incumbebat praeficiendi scilicet capellanum curatum ad animarum curam idoneum, qui residentiam contiuuo apud dictam ecclesiam peragere deberet, missam singulis diebus festis celebraret ceteraque parochialia munia in plebani auxilium, cum ipsius tamen dependentia absolveret, congrua stipe eidem pensitanda in scutis menstruis 2 et obul. $91^1/_2$ ex redditibus trium beneficiorum simplicium, quae eidem plebaniae ab anno 1809 unita fnerant.

Principio cuncta pacifice processerunt pactis conventis ad unguem servatis. Sed mutata per vacationem parochi persona jurgiis ac simultatibus locus patefactus est. Hodiernus euim plebanus Joseph Maria Lazzari nonnullis abhinc annis missam praesentiae ut vocant diebus festis praeter parochialem in ecclesia s. Marinae haud celebrandam curavit, de quo licet mnnicipes in antecessum minime questi fnerint, tamen, quia forte parochus obmussitabat ipsos teneri ad manutentionem ecclesiae ac coenobii, exasperati, querimonias de utroque onere parocho adjudicando foverunt, preces eapropter huic s. Ordini porrigentes, ut eorumdem implementum curaretnr. Plebanus e contra suo libello asserens fore ut ob parochialium redditnm tenuitatem ferre posset manuteutionis opus postulabat ut »venga deciso se spetti alla commune la manutenzione della fabrica per aver ottennto un maggior commodo per la distanza dall' antica parrochiale, o venga soppressa per detta manutenzione la confraternita di s. Nicola, come aveva saggiamente stabilito l'eminentissimo Cardinal Cadolini« quod postmodnm ampliatum fuit ad exemptionem etiam ab onere alterius missae praesentiae diebus festis celebrandae in vim transactionis anni 1816 superius memoratae, quod pariter ob eamdem inopiae causam ferri ab ipso nullo modo posse exponebatur.

Sed majori annorum aestu utrimque conclamatum circa ecclesiae manuteutionem ex quo factum est ut ipsius atrium prorsus corruerit ejusque urgentem reparationem adsumere coacta fuerit communitas de mandato Praesulis apostolici ejusdem provinciae solemni tamen emissa declaratione ac protestatione agendi ad iudemnitatem contra quem de jnre. Nec interim in leviore sunt discrimine parietes ac tectum ipsius ecclesiae et coenobii. Subinde altero libello urgent municipes »per sentir decretare non essere il Comune di Castel Ritardi obligato alla riparazione della chiesa parochiale di s. Marina, ma incombere questo peso o al parroco attnale D. Giuseppe Maria Lazzari, o a chi crederanno l' EE. VV. RR. potere appartenere di diritto, iuereuda alli ss. canoni, ed alle ecclesiastiche disposizioni, esculso sempre nel caso concreto il comiune di Castel Ritaldi.«

Circa utrasque preces de sua senteutia rogatus est Archiepiscopus deque trausmissione omnium documentorum quae ad causae cognitionem opportuna videbantur. Ille vero muneri satisfaciens nullatenus tamen animi sui votum paudidit, sed rem sapientissimo Eminentiarum Vestrarum judicio hodie mane emittendo subjecit. Praestat vero ad expeditiorem controversiae solutionem nonnullas facti notiones praemittere, tum quoad parochi ac capellani congruam tum circa honorum valorem quae ex conventione cum Augustinianensibus eidem parocho obvenere.

Ex inventario anni 1690 in archiepiscopali cancellaria asservato eruitur: »parochiam redditus habere in summa scutorum 100 circiter monetae romanae.« Redditus autem 3 beneficiorum unde capellani curati stipendium pensidatur, pront desumitur ex Bulla apostolica unionis anni 1809, non deductis oneribus sunt quoad primum s. Nicolai ducator. 8 auri et juliorum 5 monetae romanae cum dimidio. Quoad secundum s. Caroli ducatorum 6 auri et juliorum 8 monetae romanae. Quoad tertium s. Angeli 7 ducatorum de Camera. Quinam vero sint redditus bonorum quae in conventione anni 1816 cessa sunt certo determinare datum non est quia documentum authenticum haud exhibetur.

Archiepiscopus in sua relatione sese limitat in exponendo, plebano fuisse adjudicatum »praedium satis amplum cum aliis duobus«, constat tamen in praedio nuncupato »Meluccio« censum scutorum 600 fuisse impositum, pro quo evictio a cedentibus fratribus promissa fuit; unde conjici posset majorem esse ejusdem valorem.

At plebanus relationem fundorum a viro perito exaratam ac notulam sua manu conscriptam exhibet quas universis redditibus simul collectis expunctisque ab iis oneribns ostendit sibi tantum scuta 32, pro congrua superesse, quod etiam confirmat 4 illius loci testium subscriptione. Et causas ejusmodi tennitatis expendit scilicet alienationem praediorum valoris scntorum 80, factam ad occurrendum expensis Bullae unionis 3 beneficiorum, quae tamen eorumdem redditibus redintegranda erant, alteram insuper praediorum alienationem in scut. 84 necnon appropriationem scutorum 55 census cujusdam capnt constituentium a decessore suo temere factam, praeter scuta 100 a qnodam Canonico Mancinellio relicta ecclesiae parochiali quae ipse pariter impune deglutivit. Ad exiguitatem autem redditnum s. Mariuae evincendam asserit omnia ea bona in emphiteusim a suo praedecessore fnisse concessa »coll' annua corrisposta di some otto mosto, e otto coppe e mezzo di grano, che sarebbero poco più di due rubbia, del valore in tutto circa scudi 22.« Exhibet insuper peritiam tum reparationum urgentium templi ac coenobii summam scutorum 200. 86. attingentium tum ordinariae annuae manutentionis, quae scuta 31. 25. absorbet. Denique ut adstruat communitatem alias incubuisse ecclesiae manutentioni testimonium fabri murarii ac exactoris municipalis nuper protulit unde ernitur anno 1842 aere publico reparatam fuisse turrim campanariam ictu fulminis perculsam necnon indictionem ipsi plebauo factam a secretario, ut ad municipalem coetum conveniret.

Hisce in facto praemonitis ut primum de onere missae sermo instituatur ad illud teneri parochum s. Marinae et Gregorii mordicus contendunt municipes. Praesto est namque solemnis conventio anni 1816 qua patet onus missae incumbens religiosis Spoletanae familiae s. Augustini ob nnionem ab anno 1809 peractam, pacto convento in plebanum suosque successores correspectiva jurium cessione transfusum fuisse ceu disertis verbis in superius relata specie legere est. Vetat igitur tum civilis tum canonica lex quominus ab eo quod semel placuit solemnique stipulatione fuit sancitum temere resiliatur: pacta enim religiose servanda esse cum nihil magis hoc congruum naturae et aequitati sit, in terminis docet *text. in leg. fin. cod. de jure Emphit., Menoc. consil. 1188. n. 13.*

Maxime quum exequutioni jamdin demandata fuerit, subsequenti solemni actu confirmata et cessionarins bonorum ac jurium cessorum pacifica in possessione versetur. Quae omnia themati aptari patet ex eo quod ab anno 1816 a plebano ejus temporis sedulo huic oneri satisfactum fuit, cujus vestigia hodiernus quoque rector in sui plebanatus exordio sequutus est. Patet quoqne in decreto unionis ac transactionis paroeciae anni 1829 diserte illud commemoratum atque inter parochi ouera recensitum fuisse. Patet demum ipsum in bonorum qnae hoc onere devincta sunt adhuc possessione versari, quo in casu naturalis ipsa ratio suadet incivile prorsus esse, velle onus respuere contra juris notissimum axioma quo saucitur, ut qui commodum sentit sentire debeat et incommodum. Idque magis quia ad satisfacieudum oneri missae pro sola praesentia haud ingenti summa opus est, dum e contra bonorum cessorum redditus exnberantes esse retinendum videtnr vel ex eo quod Archiepiscopus »praedinm satis amplum cum aliis duobus« in cessione venisse testetur, vel ex eo quod Augustinianenses ac decessor plebanus de hujusmodi onere utpote gravoso querimonias nnnquam admoverunt.

Perperam hinc adduceretur unionis paroeciae decretnm, perinde ac si eo onus hujusmodi, specie quadam novationis, in missa parochiali ibique continuo celebranda transfusum fuerit: novatio namque ex praesumptionibus haud elicitur sed ex concludenti voluntate probandam statuit *Rot. in Perusina 27. Junii 1834* § *3. cor. Bofondi*, vel ad minus ex talibus rerum adjunctis deprehendam, ut necessario illam fieri voluisse dicendum sit, vel saltem ut novus qui inducitur titulus cum veteri sit omnino incompatibilis, *Rot. in Romana Beneficii 5. Julii 1841* § *3. coram Bonini* et in *Pecuniaria 25. Januarii ejusdem anni* § *4. coram De Avellà.* Jam vero hoc obtiuente jure novationem vel ob-

mussitare vetant expressa decreti verba scilicet ut plebanus ibidem deberet »missam praesentiae et parochialem festis diebus celebrare«, quae eo ipso quod utrumque onus satis aperte discriminant eorumdem compatibilitatem ex pluralitate legali in homine inspicienda memoriae abunde revocant.

Post haec animadvertant EE. VV. ad ea quae plebanus congerit, ut praefatum onus excutiat. In id vires intendit ut redditus adsignatos minime idoneos esse ad illud perferendum. Eteuim dum atteuta difficultate loci occurrereut pro sacerdotis stipendio scuta aunua 60, in facto est boua ab Augustiuianis cessa jamdiu in emphiteusim tradita nouuisi quam annuam respousionem scutor. 22 suppeditare, quia subtrahenda quoque est pensio scutorum 15 quae ex coeuobii locatione retrahebantur antequam illud domui parochiali subrogaretur. Depauperatioues insuper perpassae plurium bonorum parochialium de quibus meutio superius facta est necnon supplementum quod aliqua iu parte addere de proprio tenetur stipeudio capellani curati, cum beneficia parochiae uuita illum redditum nou praebeaut, quem cancellariae documenta praeseferunt, adeo parochialem cougruam coangustant, ut praeter miseram ipsius sustentatiouem aliud onus ferre impossibile prorsus sit; ad impossibile autem nemiuem teuere pervulgatum adagium est.

Nec praetermitteudum agi de paroecia admodum laboriosa, milleuos euim fere iucolas enumerat qui iu familiis maxime iuter se dissitis coagmeutautur, ad easque iutra 14 milliaria dispositas viae difficillimae et hiemali tempore imperviae ducunt, sic ut tanto labori praemium impar nimis sit. Iujuria iusuper querelas a municipibus admoveri evincitur ex eo quod ex altera missa omitteuda nullum spirituale damuum iucolis obveniat. Praeter euim parochum et capellauum sunt iu oppido Ludimagister et monialium confessarius qui ad Sacrum litandum solent accedere. Reque vera praesto sunt attestationes quoruudam iucolarum qui per auuos quatuordecim iutermissam hujus missae celebratiouem fuisse depouunt, quiu unquam populus lamentationes effunderet. Huc re perducta alterum pariter super manuteutioue seu reparatione ecclesiae exscriptum iu calce dubium pro se dirimendum fore couteudit parochus, neque ex pacto neque ex lege ad illa ferenda onera teneri osteudeus. Et quoad primum revolvens cessionis instrumentum nullam de ecclesiae s. Marinae manutentione seu reparatione mentionem deprehendit; exinde subsumit nullam obvenire ipsi posse obligationem. Quin scrupulum injiciant verba quae ibi post missae legem statutam adjiciuntur: »come pure tutti gli altri pesi addossati al couvento di Loreto nel succenuato breve«, siquidem cum in laciuia ejusdem Brevis exhibita nulla mentio de illis occurrat, putandum est verba illa ad onera toto coelo diversa sese referri. In deteriori autem hypothesi cum sint ea obscura ac ambigua pro exclusioue oneris staudum est, quippe quia in odiosis versamur, quo in casu benigniorem semper interpretatioueм sumendam esse docet *Rota in Cingulana 17. Febr. 1834* § *3. coram Muzzarelli* et in *Viterbien. Pecuniaria 1. Jan. 1834* § *5. coram Zacchia.* Caeterum hujusmodi argumentationi vim etiam addit tum decretum unionis ecclesiarum ubi altum silentium de manutentione servatum est, unde ex axiomate »quod voluit expressit« illius exclusio eruitur tum subsequens deliberatio ab Archiepiscopis Spoletanis inita, supprimendi nempe s. Nicolai sodalitium ut pro fabrica dictae ecclesiae dos constitueretur, quod exuberat ad eviuceudum ipsos suasos fuisse ad parochum reparatiouem haud pertinere. Quoad alterum quamvis ex Trid. sanctione atque Benedicti XIV. doctrina haud iuficietur iuter obligatos tertio loco parochum veuire, tameu ipsum in themate eximi ad tramites ejusdem Benedictiuae dispositiouis contendit patula haec verba referens: »Si neque statutum neque ulla cousuetudo iuterveniat tunc parochus ipse faciendis expensis subjicitur, qui tamen haud fructus ex patrimonio suo desumere, sed illos qui sibi ex beneficio supersunt omniuo debet.« Atque huc reddit calculus, quem superius efformavit ad exiguitatem congruae demonstrandam, quae cum limites iu coustitutioue s. m. Pii V. *Ad exequendum* nec a longe pertingat, nulla ratione reparatione ecclesiae onerari posse concludit, ac in similibus definitum est ab H. S. O. ut in *Ferentina Reaedificationis ecclesiae 21. Maji 1805* *) et in *Portuen. Reparationis ecclesiae 26. Martii 1808* et in *Spoletana Restaurationis ecclesiae et domus parochialis 20. Martii 1824.* Subinde eo magis imparem repa-

*) *Ecclesia paroch.* (reparatio); *Domus paroch.* (reparatio).

rationibus subeundis iu praesenti casu asserendum, quo illae ad ingentem summam assurgunt veluti peritia pandit; siquidem ipsae uedum si quid ex congrua superextaret sed ipsamet cougruam et quidem plurium annorum penitus absorberet. Exiude satis videri ut onus a se excussum vel iu patronum qui iu themate est Archiepiscopus vel in communitatem prout ordo a lege statutus expostulat retorqueatur. Sed de hac altera perpendendum monet, spatio annorum 14 non semel reparationibus iucubuisse ex monumentis in facto relatis, proinde legitimam iuductam cousuetudiuem ambigeudam uon esse, quippe decem etiam anni introducere eam valent, *Galeott. in aur. marg. cap. 42. n. 2.*, *Ferrar.* verbo: *Consuetudo n. 21. et 22.*, atque 2 vel 3 actus uniformes sufficiunt, quod maxime in materia reparationum tenendum est, utpote quae nonnisi varo contingere possunt.

Sed non ita argumentautur municipes; ipsi namque ajunt hujusmodi obligationem Augustiniauensibus autea inhaerentem exinde per cessiouem in plebauum translatam vel explicite fuisse veluti importat dictio illa »come pure tutti di altri pesi«, quae non est patieus alicujus distinctionis ac restrictiouis, cum verbum »omni« »tutti« sit universale ac nihil excludat ad *leg. 1. ff. de legib. Rot. dec. 15. n. 19. et 20.* et *decis. 179. par. 6. recent. vel legis ministerio;* ea uamque natura cessionis est ut per eam omuia cedentis jura et ouera iu cessionarium transeant, Rota in *Romana seu Mutinen. Vocat. ad causam 26. Febr. 1834 coram Spada;* atque exceptiones, quae cedenti obstaut, obstent pariter cessiouario, uti post *de Luca de except. disc. 23. n. 5.* et *de credito discurs. 30. n. 8.* tenet *Olea de cess. jur. tit. 6. quaest. 11. n. 2.*, *Rota decis. 319. n. 4. coram Marco.* Subinde quemadmodum cedentibus coenobitis onus illud excipi potuisset, ita pariter plebauo, qui iu eorumdem loco ac bouorum possessioue versatur objici posse comperti juris est. Ubi autem haec minus consisterent ad Tridentinae sanctionis *cap. 7. sess. 21. de reform.* et Benedict. XIV. iustit. 100. n, 9. recursum habent, quibus propugnat populum in ultimo gradu ad ecclesiae opus positum esse, scilicet nonnisi quam in aliorum omnium defectu et quatenus redditus ecclesiae non sufficiant. Jam vero in themate cum peculiares redditus ecclesiae sint, antea has excutiendas monet *cap. Quicumque de eccles. aedificand. vel repar.* et *cap. De his eodem tit.* et s. Congregat. in *Spiren. Reaedificationis eccles. 31. Martii 1770.*

Ulteriori loco parochus ex suis redditibus oneri reparatiouum subjicieudus. Quin negotium faciant ea quae ad congruae valorem extenuandum ille congessit; velle namque ex eis certam de redditibus depromere probationem, maxime eum in finem ut onera quae ipsi vel ecclesiae directae inhaerent in alium rejiciantur, idem prorsus esset ac ex alieno arbitrio potius quam ex lege et veritate pendere aliorum jura, ceu in terminis tradidit Rota in *Romana Reddition is 27. Novb. 1744 coram Caprara.* Proinde in hujusmodi probationum defectu pergunt ad redditiuum parochialium sufficientiam ostendendam. Utuntur scilicet litera testimoniali Archiepiscopi ubi congrua desumpta ex inventario auni 1690 statuitur in scutis fere 106, absque eo quod ex adnotata summa deduceuda iterum sint onera; cougruae namque nomine uon venit nisi id quod superest ex supputatis oueribus. Haud hinc facile intelligitur, undenam tanta redditiuum depressio evenerit etenim »a communiter contingentibus fructus potius aucti praesumuntur quam dimiuuti«, docet *Lotterius de re benef. lib. 1. quaest. 14. n. 24.* et confirmat auctorit. *Seraphin. decis. 1593. n. 3.*

Quod si ex parte illae tribui vellent superius memoratis alienationibus advertunt quod praeterquam gratis illae asseruntur, dubitaudum etiam esset num ob id potius redargueudus ipse parochus sit, qui dum posset socors adeo fuit in vindicanda eorumdem illegitimam alienationem coutra quoscumque detentores. Ceterum ubi ex autheutico testimouio evehatur congruae summa, non ideo tameu meusurae a constitut. s. Pii V. *Ad exequendum* statutae stricte adhaereudum est, sed potius loci circumstantiae, ceu in themate ubi victualia minimi penduntur prae oculis habeudae sunt, quam regulam tenendam in congrua statuenda traduut *Ferrar.* verbo: Congrua *art. 2.*, *Reiffenst. lib. 3. decr. tit. 37. n. 23.*

In hypothesi auteu qua parochus absolveudus sit superest ut in Archiepiscopum qua patronum ouus illud retorqueatur. Hic tamen monitos eminent. Patres voluuus uon omues patrouos, sed eos tautum qui aliquos ex ecclesia fructus percipiunt ad reparationes teneri post *text. in Conc. Trid. loc. cit.* tradit

Pirringh. lib. 3. decr. tit 48. §. n. 20. Certum autem est in themate Archipraesulem nil ex redditibus ecclesiae s. Marinae conseqni.

Flocci demum faciendam exceptionem reparationum alias peractarum sumptibns municipii suadent epistolio a Praesnle provinciae ea super re Priori transmisso, ubi haec leguntur: »In quanto alla pretesa del parroco snll' esempio di avere altre volte la communità a proprie spese eguiti simili lavori e restauro, non sussiste, giacchè nelli decreti del consuntivo 1844 questa delegazione condannò l'esattore a rimborsare del proprio la cassa communale della spesa, dichiarando espressamenie che dovova essere a cura del parroco« propterea actnm temere gestum nihil ponere in esse conclndunt.

Videat nunc EE. PP. sapientia num ex superius euarratis ea subsistat extremae necessitatis ratio, qnae verificetur oportet quoties de suppressione ac unione locorum piorum, ad quem postremum dubium respicit, agendum est. Haud fugit extraordinario etiam modo eousnevisse saepe s. Congreg. ecclesiae parochialis instauratione occurrere, per onerum scilicet imminutionem et missarum suspensionem uti probant exempla in *Veliterna Suspensionis missarum 18. Sept. 1790 ad 1. dub.*, in *Placentina Suspensionis onerum 22. Novb. 1794*, in *Tiburtina Suspensionis capellaniae 13. Jan. 1816.* Ubi hinc luberet etiam in themate idem temperamentum amplecti esset suspendum onus secundae missae dierum festorum, de qua nullam adesse necessitatem jam supra testatur parochus: disponi insuper posset de redditibus cujusdam legati pii quod congrnae inhaeret onus praeferentis missarum 63. Sed aptius EE. VV. definient quid in themate expediat sequentia dirimentes

D u b i a:

I. *An plebano ss. Marinae et Gregorii spectet onus celebrationis II. missae diebus festis in casu?*

II. *An et ad quem spectet onus manutentionis vel reparationis ecclesiae ac coenobii s. Marinae in casu?*

III. *An sit locus suppressioni et respectivae unioni sodalitii s. Nicolai seu potius aliter providendum sit in casu?*

S. C. resp.:

Dilata et scribatur Episcopo juxta mentem.

Die 8. Aug. 1846.

Continuatio.

Cum valde difficile (ita ille) redderetur per hodiernum plebanum Castri Ritaldorum veram suorum proventnum notitiam assumere rem perquisivi in inventario, quod idem plebanus parochus mihi exhibuit occassione s. visitationis anni 1839. In inventario apparet parochiam possidere 5 praedia, ex quibus redditus proveniunt scutorum 42 sed habito respectu ad decennium redditus pertingunt saltem summam 50 scutorum. Praeter praediorum redditus obveniunt parocho annuatim fructus censuum in summa scutorum 15 et obnlor. 7 cum dimidio. Insuper viciniores paroeciae solvunt parocho Castri Ritaldorum decimas, quae ut ipse asserit in dicto inventario consistunt in 7 cum dimidio rubra frumenti, quamvis ex inserto documento appareant rubra 17 cum dimidio.«

Huc profert testimonium cujusdam Domini Scarponi deponentis decimas ab ipso collectas anno 1832 conscendisse »a circa settantacinque coppe.« »Quae rubra important non scutata 25 cum dimidio, ut ait parochus, sed scutata 89 ac obol. 37 cum dimidio, detracto canone favore mensae archiepiscopalis et ecclesiae cathedralis. Ex quibus colligitur parochiam habere annuos redditus scutat. 54 supra 100 et obul. 45. Hinc demptis oneribus dictae paroeciae verisimile ostenditur ex actis curiae parochum frui congrua conciliari scutat. 100 non comprehensis redditibus 3 beneficiorum et ecclesiae s. Marinae neque stolae incertis, quae parochus non determinat. Ex testimonio autem cancellarii hujus curiae constat redditus 3 beneficiorum summam attingere scutatorum 37, quae summa est sufficiens stipendium pro capellano, quem tenetur parochus retinere in ecclesia s. Gregorii, cui ad praesens scutata solvit 35, qui quidem redditus parum differunt ab illis in inventario notatis.«

Porro parochus recensendo eorumdem beneficiorum redditus cohibet ad scuta 6 supra 20 et obul. 12 cum dimidio.

»Quo vero ad redditus ecclesiae s. Marinae haec 13 fundos possidet, quorum valor in tabulis censuariis assignatnr in scut. 1260 obul. 44 $^1/_2$ quo valore triplicato juxta consuetudinem hujus provinciae perspicuum est redditus annuatim obvenire scut. 100 ad minus. Addatur hinc locatio portionis conventus (olim eremitarum s. Augustini) quam

parochus magno fabricae detrimento penitus dereliquit et facile eruitur proventus ecclesiae s. Marinae excedere snmmam scut. 20 supra 100. Tandem nec omnino praeterit, qnomodo, cujus causa vel quo auctorante redditus ecclesiae parochialis s. Marinae imminnti sint; vulgo tamen fertnr id provenisse ob non omnino rectam administrandi rationem, cum Patres ordinis s. Augustini degentes in conventu hujus civitatis asseruerint fundos et bona ecclesiae s. Marinae conventus Castri Ritaldorum plusquam pares esse, ut prospiceretur ejusdem ecclesiae ac aedium nunc parochialium manutentioni.«

»Parochi tamen erit ostendere qua de causa fuerit omissum Sacrum de praesentia quolibet festo celebraudnm in eadem ecclesia, quod nunquam hodiernum parochum celebrare fecisse testatur communitas, de qua omissione plebs conqueritur.«

Post haec in medium profert relationem a viro perito exaratam, qua reparationes urgentes ejusdem ecclesiae parochialis ad magnam summam sc. 114. 42. conscendere facit, exhibet insuper folium moderatorum sodalitii s. Nicolai, ex quo colligitur praecipuum ejusdem institutum in eo esse, ut animabus purgatorii missarum Sacrificiis aliisque piis operibus refrigerium afferatur. Pertenuis ejusdem proventus in annuis scutis 8 et obul. 69 consistens satis ab oneribus eidem incumbentibus absorbetur. Demum de eodem sodalitio loquens in postrema cera relati epistolii animadvertit quod si ejusdem suppressio decerneretur, non abesset periculum scandali et dissidiorum, quod facili negotio deprehendere valuit ex explicitis verbis, quibus sodales unanimiter epistolam hac super re Priori municipali transmissam concludebant: »Il perché i ricorrenti si rivolgo no alle SS. LL. onde pregarle di far conoscere a Sua Eccellenza Revma Monsignor Arcivescovo l'animo loro non solo ma dell' unanime popolazione di Castel Ritaldi (del qual sentimento sono certi i trovare le SS. VV.) i quali vedranno di mal in cuore tal soppressione, e non permetteranno mai, per quanto è in loro, che i non retti divisamenti del parroco vengano nessi in esecuzione.«

Superest ut Emi Patres hisce ex Archiepiscopi testimonio acceptis iisque perpensis, quae in folio die 8. Augusti utrinque adnotata sunt, dirimant quae rursum proponuntur suprascripta dubia.

S. C. resp.

Ad I: Affirmative.

Ad II: Affirmative parocho salvo jure repetendi si, prout et quatenus de jure.

Ad III: Negative in omnibus.

Die 5. Decb. 1846.

Continuatio.

Utriusque Congregationis folia quam plurimum intererit ut EE. VV. prae manibus habeant tum ad repetendam factorum historiam tum ad rationes expendendas, quibus utrinque juvabantur contradictores. Qnae vero tnm a parocho tum nomine communitatis fuerunt noviter allata ad haec referuntur.

Et Parochus praeprimis ut ab onere celebrationis alterius missae solius praesentiae praeter parochialem in ecclesia s. Marinae esse ostendat immunem haec profert rationum momenta. Monet primum ex unione trium beneficiorum paroeciae Castel Ritaldorum, ut de capellano curato in parochi adjumentnm provideretur, nentiquam ipsi capellano celebrationis missarum diebus festis fuisse onus adjectum, sed integrum capellani ipsins officium ex unionis literis quam patenter erumpere »qui (capellanus) plebano pro tempore dictae parochialis ecclesiae Castri Ritaldorum in ecclesiasticorum Sacramentorum administratione aliisque parochialibus muneribus coadjuvare debeat.« Ex quo infert se per nnum capellanum duplici obligationi satisfacere, illi nimirum, quae ex literis nnionis descendit, ac alteri qnae ex cessione PP. Eremitarum s. Augustini proficiscitur.

Neque mirum si missa, quae in ecclesia s. Mariuae debuerat vi cessionis celebrari, post paroeciae translationem in altera s. Gregorii per capellanum celebretur: siquidem in precibus Archiepiscopo Spoletano illius temporis a Castri Ritaldorum gente porrectis non modo paroecialis ecclesiae sed missae quoque translatio expetebatur.

Quin valeant facti veritatem immutare verba bullae translationis: »Missam praesentiae et parochialem festis diebns celebrare;« haec enim vel ex notarii qui bullam exaravit imperitia et literali formularum transcriptione evenisse arbitratur vel ad summnm nihil amplius importare, quam ut parochus juxta apostolicas constitutiones praesentia sua,

idest per ipsum, missam pro populo diebus festis celebraret, eaque unica missa utrique oneri satisfacere*) posset et applicationis niuirum pro populo et praesentiae aliunde praescriptae, quod profecto a ss. canonum sanctionibus non abhorret. Qui enim legatum seu capellaniam possidet, qua ad missam certis diebus in aliqua ecclesia celebrandam tenetur exclusa expressis verbis applicatione non ambigitur qnin iisdem diebus eademque in ecclesia celebrando valeat pro eadem missa eleemosynam recipere fructnmque Sacrificii ei, a quo stipem accepit, applicare. Quo posito etiamsi aliud Archiepiscopus voluisset, hoc tamen juris deficiente ratione miuime potuisse propugnat.

Ast longe diversum fuisse Archipraesuli animum abnnde declaravit subsecuta observantia, cujus auctoritati iu dnbio omnino adhaerendum est. Certnm est enim post peractam translatiouem nunquam fuisse alteram praesentiae missam in ecclesia s. Marinae celebratam: quod profecto haud aequo animo pertulisset Archiepiscopus cnjus interfuisset nt ouus a se receus impositum executioni demandaretur, tum eo minus Castri Ritaldorum incolae, quorum beneficio missa de qua quaeritur fuisset coustituta. Neque autem hujusmodi observantiae ut vim suam exereret longo opus fuisset anuorum spatio, cnm non praescriptivam sed interpretativam esse oportebat qnam vel brevissimus temporis lapsus valet operari. Omnemque tandem dubitationem submoveri plebauus existimat ea animi declaratione, quam sibi pandidit ipsemet illius temporis Archiepiscopus qni nunc ad snmmi pontificatns apicem evectus et virtutum splendore et animi magnitndine sibi totins orbis admiratiouem et beuevolentiam conciliavit.

Quodsi parum perfingi etiam velit plebanum ad alteram missam praeseutiae in ecclesia s. Marinae teueri, frustra tamen id a communitate exigi concludit. Haud enim minori opus esset summa qnam 60 circiter scntatorum ad sacerdotem e civitate Spoleti hanc in rem advocandum atteuta praesertim locornm distantia viarnmque hiberno potissimum tempore difficultate: redditns antem qui ex bonis ad hoc cessis percipiuntur scutata 22 cum dimidio haud excedere demonstrat; cum ea omnia in emphytheusim cuidam Luchetti tradita sint, a quo annuus rependitur canon.; ex coenobii vero locatione se nihil amplius percipere ait, ex quo domus effecta fuit parochialis ac proinde aequum esse defendit, ut, quamvis illud ouus aliter subire teueretur, ab eodem tamen inspecta etiam redditnum tenuitate liberari debeat.

Haec qnoad I. dubium. Quoad alterum vero totis viribus contendit plebanus nt a se ouus reparatiouis avertat illudque potius rejiciat in communitatem. Hoc ut assequatur monet primum adeo tenues esse paroeciae redditus ut 1828, indicto pro ejns collatione concursu, nemo comparuerit; requidem vero subductis oueribus vix 3 supra 30 sibi ut ostendit supersunt scutata, quae longe admodum esse a congrna paroeciali constituenda facile quisque videt. Admittit quidem statum activum ab Episcopo iu snis literis relatum, quae in folio diei 5. Dec. extant, sed non quod ad eam decimarum quantitatem, quam uuius testimouio affirmatam unoque tantum anno perceptam quotaunis percipi reputat Archiepiscopus. Omuis eniu decimarum quantitas ea reapse videtur esse, quae nonuisi 11 frumenti rubra conficiat, idque probat idem parochus tum testimonio alterius cnjusdam tum coufessioue ipsius Scarponi, qnem memorat in citatis literis Archiepiscopus: affert etiam in eandem rem trium parochorum fiuitimorum testificationes, unde constat et inter ipsos ob familias in eorum paroeciis inopia laborantes qnem tertiam, quem quartam et quem etiam dimidiam decimarum partem haudquaquam exigere posse. At passivum statum quem sibi fingit Archiepiscopus probandum esse clamat doceus e contrario nou minns quam scut. 97 et obul. 35 singulis anuis in sumptus abire.

Qnod autem spectat ad 3 beneficiorum proventus hos arctari ostendit ad scutata 3 circiter supra 30, ex bonis autem a Patribus s. Augustini paroeciae cessis licet ex fuudorum fructibus scutata 37 posseut obveuire nonuisi tamen emphytheuticum canonem hodie attendendum esse probat eumque haud scutata 22 cum dimidio ut supra inuuimus excedere in siugulos annos. At erogatis scut. 35 pro capellani curati emolumeuto aliisque 13 cum dimidio pro legatis impleudis et vectigalium solutione nounisi scutata 6 cum dimidio sui favore snperesse commoustrat. Negat vero se auunam peusiouem 28 scutatorum percipere pro domo commnnitati locata

*) Vd. *t. I. p. 872. II.; 946. XXV.*

in ludimagistri habitatiouem, uti objicitur ex adverso, cum nunquam se domum ludimagistro locasse asseveret. Ex quibus infert pro parocho sustentando vix 40 redundare quotannis scutata (praesertim quia ex incertis stolae emolumentis nihil vel fere nihil sibi ut comprobat obveniunt ob eandem indigentium paroecianorum rationem), quae congruam a s. Pio V. taxatam non attingunt, ac proinde cum de redditnum tenuitate uon sit ambigendum nec ambigi posse ait de nulla ipsius obligatioue ad ecclesiae reparationes peragendas.

Onus autem hujusmodi communitati incumbere pluribus demonstrare conatur. Observat primum paroeciae translatiouem, nt ex literis depromitur, solius populi commodo et ad illius petitionem fuisse patratam ac proinde cum populus voluerit commodum et incommodum voluisse ex correspectivorum lege censendum esse. Neque tantum hujusmodi obligationem praesumi sed apertissime constare urget ex apocha quam ipsam communitatem pro annua scut. 15 assignatioue ad ecclesiae manutentionem subscripisse et in cancellaria archiepiscopali asservari asserit ipse plebanus, quod tamen instrumentum licet pluries requisitum ab Archiepiscopo constanter recusatum fuisse conqueritur. Ob eandem hinc obligationem peractas inquit fuisse pluries a communitate reparationes.

Commemorat insuper municipium Castri Ritaldorum 30 obnlorum taxationem sopra il suono delle campane imposuisse iu cujuslibet iufantis baptismo percipiendam, quam sub anui finem haud tennem snmmam ait efficere ob iugentem ipsius paroeciae supra mille animarum numernm. Hanc autem exactionem alio titulo ab municipio exerceri nequivisse quam ob ecclesiae reparationem et conservationem perspectum esse defendit.

Quibus inspectis tuto confidit plebanus fore ut EE. VV. ex noviter allatis factorum monnmentis praevio recessn a decisis ipsum tum ab alterius missae di presenza tum a reparationum onere levetis.

Hisce autem acriter municipes contradicunt. Et quoad parochi obligationem celebrandi missam praesentiae praeter parochialem ea recolunt rationum momenta, quae in folio diei 8. Aug. fuse referuntur. Iusistunt evin asservare cessiouem fundorum in correspectivitatem oneris missae celebraudae fuisse peractam ac proinde hujusmodi esse onus praefatum, ut nunquam valeat detrectari, usquedum fundorum vestigia supersint, ferendum enim nou est juxta *l. 1. § 4. cod. de cad.* ut is qui lucrum percipit onus autem contemnat. Ex quo inferunt nec in Archiepiscopi potestate fuisse, si voluisset, obligationem delere, quandoquidem Sedis apostolicae auctoritate fuerat imposita; nec cansam extinctionis snbire, eo quod parocho nullum novum onus accessit, sed permagnum ex translatione commodum obvenit et e contra tum causa contractus tum redditus ipsi iidem ac antea perstiterunt; Archiepiscopum vero, potius quam illnm delere voluerit, expressis imo verbis in translationis decreto confirmasse, adeo ut ea dubitare nou sinant de duplici parochi onere et de missae nimirum parochialis et alterius praesentiae celebratione. Eam enim esse vim particulae et nt ampliet semper, nunquam vero restringat, argunnt ex *l. 45. ff. de leg. 3.* et s. Rotae auctoritate confirmant *dec. 49. n. 6. et segu. cor. Caprara, dec. 685. n. 8. cor. Ubaldo* et *dec. 1369. n. 4. cor. Seraphino:* et ubi nulla est ambiguitas a verborum significatione haud recensendum esse docemur *l. 25. et l. 69. et de leg. 3.*

Praeterea nunquam fieri posse repetunt nt parochus unica missa duplici valeat oneri satisfacere,*) cum onera hujusmodi ex duplici fonte et distincta et prorsus diversa causa promanent: missam siquidem parochialem ex jure divino, missam vero praesentiae ex contractu correspectivo descendere commemorat. Hinc naturalis prohibet ratio uti addunt qnominus diversa onera per unicum actum impleantur, sicuti absonum censetur ut ex uuius nominis dimissioue duplex debitum dimittatur: ac proinde ea quae parochus disserebat de compatibilitate duplicis stipendii pro praesentia nimirum et pro applicatione themati haud aptari posse arbitrantur.

Perperam vero parochum conteudere ajunt, dum hoc ouus per missam a capellano curato s. Gregorii in sua ecclesia celebrandam implere posse asservat. Nam licet ex decreto unionis beneficiorum obligatio celebraudi dicto capellano nou fuerit injuncta eam tamen post paroeciae translationem eidem fuisse praescriptam propugnat indepeudentes ab altera parochi obligatione tum quia ex hoc novo ouere nihil additum fuit emolumenti praefato capellano et consequeuter

*) Vd *t. I. p. 872. II; 876. III; 946—953.*

nec minimus teruucius fuit parocho detractns, tnm etiam quia, etsi novnm fnerit capellano celebrandi onus impositum, expresse tamen de ouere missae di presenza a paroco celebrandae in translationis decreto cautum fuit. Qnare vel nnnqnam extitisse dicendnm est assertam paroecianornm petitionem quoad missae translationem ex ecclesia nimirum s Marinae ad ecclesiam s. Gregorii vel eam utpote aequitati repugnantem ab Archiepiscopo fuisse rejectam.

Quod autem alterum respicit dnbium onus videlicet reparationnm, nnum parochum hoc praegravare contendunt, sive qua parochus ipse inspiciatur qnum nonnisi parochus ex ss. canonum et Coucilii Trid. praescripto ecclesiam parochialem reparare teneatur, sive qna cessionarins ipse spectetnr coenobitarum s. Angustini, qnia ratione contractns bona illins coenobii expressa quidem conditione parocho tradita snnt ut onus missae subiret »come pure tutti gli altri pesi« in qnibus dnbio procul illud recenseri plauum est, quod ecclesiae respicit manutentionem, qnia iusuper translato in parochnm dominio rei, hoc est ecclesiae et coenobii cum caeteris bouis, ipsi etiam nti domino incumbere cepit rem ex domini natura conservare *ex l. 15. et 16. ff. de impens. in rem dotal. factis*, quia tandem alias finis missae, qui est accessorins et ecclesiae decus divinumqne cultum intendit, deficiente principali hoc est ecclesia et ipse deficeret.

Neqne in pretio habendam conclamant jactatam a parocho redditnum tennitatem, hanc enim sataguut refutare, exhibito schemate redditionis rationum, quam tradidit curiae archiepiscopali 18:8 administrator paroeciae Castriritaldorum deputatus Fortunatus Bastianelli. Ex eo autem scatet paroeciales illius anni redditus ad scutata 181 pervenisse, ex 3 beneficiorum fnndis scntata 38 fuisse percepta et ob. '79, bona vero ecclesiae s. Marinae scutata 37 reddidisse, non comprehensis scut. 15, quae ex coenobii locatione obveuerunt: ex quibus omnibus hand parvam coufici summam sc. 272 circiter addunt municipes non computatis incertis stolae emolumentis, quae ad 20 saltem scntata pertingere uon dubitant ac proinde plusquam satis esse ad pinguem parocho congruam suppeditandam et ad sumptnosas etiam reparationes perficiendas.

Et quamvis ex paroecialibus redditibus non ea existeret congrua, quae dici debeat sufficiens, hand tameu melior fieret parochi conditio, ut ipsi ratiociuantur. Nam bona ex cessione profecta uon in congrnae augmentum tradita fuisse, sed ad ecclesiae s. Marinae onera sustinenda compertnm esse ajnnt. Jam vero prosequuntur, quantumvis attenuare velint illorum redditns, ii tamen qni per 18 annos a parocho percepti sunt, quin ullum onus nec missae nec reparationis subierit, quam longe summam excederent scnt. 114, quae pro hodiernis reparationibus aestimata sunt. Quod si hisce non obstantibus onus subire parochus detrectat, quod tenues esse redditus arbitretur, cedat bona cum coenobio et fructus ex illis hucusque perceptos restituat ac municipes tum missae tum reparationnm obligationem libeuter se snscepturos esse profitentur.

Assertam autem municipii obligationem, de qua plebanus mentionem facit, purum illius commentnm esse reputandum et ideo prorsus despiciendum ajunt. Parochnm namque, si ea extaret, ad solutionem municipes profecto fnisse coacturnm nec Archipraesules Spoletanos unionem et suppressionem sodalitii s. Nicolai ad fundum pro ecclesiae mnntentione constituendum fuisse meditatos observant. Esto etiam nt ipsi ajnnt quod ab hac reparationum obligatione deberet parochus eximi haud tamen continuo eadem municipinm sed potius Archiepiscopum qni patronatu gaudet obstringi dicendum est. Anteqnam enim in similibus casibns adigantur paroeciani pulsandum esse patronum jnra praescribnnt, qnin aliquo in pretio haberi possit objectum qnod de patronatu nullum percipiat Archiepiscopus emolumentum cum in praeseutandi jure exigendique honorificentias consistat, nt post Conc. Trid. *sess. 21. c. 7. de ref.* tradunt uno ore *Barbos. in Concil. Trid. loc. cit. n. 8., Piton. de controv. patron. alleg. 29. n. 19.* et *Bellet. disp. Clerical. part. 1. de cler. debit. § 14. n. 20.*

Videant tamen EE. PP. num hujusmodi dispositio habere possit locum in themate, ubi agitur de patronatu ecclesiastico, qui et concursus legibus subjacet et reservationibns apostolicis est obnoxius; ac proinde vere dici potest Archiepiscopum qui ordinaria polleret independenter a jurepatronatus potestate collationis nullum vel fere nullum ex eo percipere emolumentum.

Num vero expediat suppressio sodalitii

s. Nicolai quam parochns rursus proponere videtur, dijudicent EE. VV. tum ex iis quae hacteuus disserimns tum ex relata in folio diei 5. Dec. sodalinm sententia.

Praestat nnnc ut pauca pro meo munere addam quoad discrepantiam status activi quem exhibet parochns ab illo qni profertur a municipio. Hic enim fundatur in redditione rationis unius anni 1828 et minus forsan exactus posset reputari, cum non ex uno anno sed ex decennio, pront est etiam de stylo s. Congregationis, verns cujuslibet fundi redditus soleat plernmqne deduci: ille ex adverso jnxta legale regionis pretium in redditibus aestimandis est efformatus, qnod cum tenue sit valde etiam redditis attenuat: uterque proinde videtur rejiciendns et potius alius pro regula retinendus, quem ab eodem parocho in visitatione 1839 traditnm in literis superius recensitis exhibuit Archiepiscopns, quemque tum parochus si decimarum quantitas excipiatnr tum municipes ipsi probare videntur, quoad redditus praesertim paroeciae ac 3 beneficiorum. Quoad redditum enim bonorum s. Marinae certum est hodie non praetergredi annuas coppe otto e mezzo di graro quae duobus rubris cum octava parte respondent, et »some otto di mosto« ex emphytheusi provenientes, cum coenobium nemini sit locatum.

Statnm vero passivnm a parocho exhibitum nuis redditibus paroecialibns respondentem, cum nemo se illi opposnerit et plures se contra in eo particulae aunotentur, quae haud omnino certae videri possent, prae oculis EE. VV. snbjicere dignentur.

Hisce positis propouuntur

D u b i a:.

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in I. dubio in casu?*

II. *An sit standum vel recedendum a decisis in II. dubio in casu?*

III. *An sit standum vel recedendum a decisis in III. dubio in casu?*

S. C. nihil respondit.

Die 24. Apr. 1847.

Contiuuatio.

Instante autem parocho Castri Ritaldorum causa iterum proposita fuit die 24. Apr. 1847. Ast novis hinc inde rationum momentis deductis rite perpensis responsum prodiit:

Ad I., II. et III.: In decisis et amplius.

Hisce non obstantibns resolutionibns, quibus executorium A. C. decretum diei 26. Junii 1847 accessit, plebanus nec II. missam festis diebus celebrandam curavit nec ecclesiae aut coenobii aedibus reparandis manus admovit. Quapropter municipes e re sua duxerunt Vicarium generalem adire, qui decreto diei 28. Aug. 1848 parochum ad praedictae II. missae celebrationem curandam condemnavit simulque praefixo 15 dierum termino ut tum coenobii tum ecclesiae reparationibus operam daret injunxit, hac conditione adjecta, ut si diutius obligationibus praedictis satisfacere plebanus negligeret, ex officio municipium sumptibus ipsius ea implenda curaret. Inaniter autem dilationis termino elapso municipium juxta Vicarii generalis decretum sacerdotem pro II. missae celebratione adscivit et urgentissimas quasdam ecclesiae reparationes fieri jussit. Parochus tandem harum expensis solutis missae tameu onus ferre constanter recusavit. Quinimo ss. Principem suppliciter adiit, cujus beniguitate novae audientiae beneficio recreatns fuit.

Municipes interea potius quam novi judicii aleam ingredi rem cum plebano amice componere exoptantes transactionem eidem proposuerunt, quae, cum inter se partes convenissent, ad H. S. O. pro opportuna sanctione delata fnit. Dum tamen omnia parata erant pro cansae propositione super convenientia transactionis novnm accepi libellum ex parte procuratoris municipalium Castri Ritaldornm, in quo, relata epistola Vicarii generalis curiae Spoletanae ad municipinm directa sub die 3. Julii 1853 Municipalium mandato inhaerens instat pro causae repropositione super merito, postbabita transactione. Attento superiori documento huic instantiae morem gerere dnxi. Procurator municipii se limitat ad reassumendum ea qnae in praecedentibus judiciis disputata fuerunt. Plebanus nihil exhibuit. Ne igitur actum agam EE. PP. rogo ut, ad rem facientia, quae in foliis comitiorum 8. Aug. 1846 et 24. Aprilis 1847 diserte exposita sunt repetere dignentur, ut respondeant ad

D u b i a:

I. *An sit standum vel recedendum etc. ut supra?*

S. C. resp.:
Dilata ad primam post proximam.
Die 20. Maji 1854.

Continuatio.

Ad I. quod attinet dubium, nihil magis a jure absonum, inquit defensor, quam post diuturnam observantiam parochum velle novo onere gravatum, alterius scilicet missae celebrationis, eumque adstringere ut duos retineat capellanos, unum nempe pro onere missae praesentiae, alterum pro sui auxilio in paroeciae muneribus; cum per unum eumdemque capellanum utique oneri aptissime possit satisfieri et de facto semper parochus satisfecerit. Exploratissimi enim juris est, cum agitur de officiis tantum ecclesiasticis aut de simplici ac temporaria capellania nullum praeseferente titulum canonicum posse ab uno eodemque plura officia retineri nisi incompatibilitas*) sit in ipso exercitio, *Lotter de re benef. lib. 2. quaest. 29. n. 19.* et pluries definivit s. H. Congregatio praesertim in *Bitecten. 6. Decb. 1721 ad 5. dub.*, *in Firmana Capellaniae 15. Sept. 1770* §: *Verum.* Porro in themate sermo est solummodo de 2 onerum satisfactione, quae sunt inter se compatibilia. Nihil enim impedit, quominus idem sacerdos, qui capellani titulo missam celebrare tenetur in vim unius obligationis parochum coadjuvare in parochialibus ministeriis.

Ceterum si capellanus missam illam praesentiae amplius non celebret in ecclesia s. Marinae sed in ecclesia s. Gregorii, id factum fuisse memorat ex eo quod auctorante Pontifice Maximo paroecia ad ecclesiam ipsam s. Marinae fuerit translata, missa vero capellani ad ecclesiam s. Gregorii. Archiepiscopus autem has preces excipiens translationem indulsit jussitque, ut relicto capellano parochi in ecclesia s. Gregorii, paroecia ad ecclesiam s. Marinae transferetur »lasciando un capellano in s. Gregorio,« sunt verba decreti, ubi illud lasciando interpretari omnino debet pro transferendo. Capellanus enim nequaquam extabat penes parochum sed in conventu Augustinianorum apud s. Mariuam.

Illud praeterea pro oculis habendum, quod nisi praesentiae missam ab ecclesia s. Marinae ad ecclesiam s. Gregorii juxta incolarum preces Archiepiscopus transtulisset jam novum onus et quidem gravissimum alterius scilicet missae et capellani ad gravamen ecclesiae parochialis absque ullo emolumentorum incremento adjecisset, contra tritissimam juris dispositionem, qua cavetur ne nova onera praeter ea quae sunt constituta beneficiis imponantur;*) *s. Rota dec. 9. cor. Lancetta n. 6.* et s. Congregatio in *Narnien. diei 13. Septb. 1835* §. *Quoad.* Hinc cum in jure sit constitutum neminem teneri missarum oneribus satisfacere nisi eisdem esse obnoxium solidis rationibus et authenticis documentis demonstretur, atque adversarii ludant tantum in ambiguis, rejecta omni juris regula ac interpretativa decem et septem annorum observantia, necnon ipsis eorum precibus posthabitis, quibus non alteram missam, non alterum capellanum, sed jam existentis missae et capellani translationem expostulabant, arguit inde quam injusta sit eorum haec nova praetensio.

Post haec expendens Bullae translationis verba: »ibique (idest in ecclesia s. Marinae) volumus parochum eumdem plebem suam instruere, Sacramentis reficere, missam praesentiae et parochialem celebrare,« animadvertit ejusmodi verba ad parochum tantum referri ad hoc ut missam celebraret in ecclesia s. Marinae cum potuisset secus illam celebrare etiam in ecclesia s. Gregorii, quae adhuc parochialis manebat. Itaque praescripsit verbis certe non ambiguis ut missa parochialis personaliter celebraretur in ecclesia s. Marinae, adjuncto verbo hoc specialiter significante missam praesentiae idest ut ibi semper praesens esset plebanus diebus festis ibique personaliter missam pro populo celebraret. Alioquin si quo novo onere parochum gravare voluisset non illis usus esset verbis, sed aliis inducentibus clare suam intentionem gravandi plebanum novo onere, ut nimirum curaret suis sumptibus celebrationem alterius missae singulis diebus festis.

Denique rem conficit a subsecuta 17 annorum pacifica observantia de qua deponunt 7 testes, qui referunt ab anno 1829 usque ad annum 1846 quo ortum duxit haec controversia nunquam fuisse alteram praesentiae missam praeter parochialem in ecclesia s. Marinae celebratam; atqui nulla est declaratio luculentior quam quae sumitur ex subse-

*) Vd. *t. II. p. 590. n. 56.*

*) Vd. *t. II. p. 353. n. 1—6.*

quutis, *leg.: Minime* et *leg.: Si de interpretatione ff. de legibus.*

Alterum controversiae caput de quo in altero dubio facilius expediri putat defensor. Quamvis enim haud inficietur parochum in conventione inita cum PP. Augustinianis onus in se suscepisse della celebrazione della messa nella suddetta chiesa di s. Maria in tutti i giorni festivi, come tutti gli altri pesi; contendit tamen ea verba generalia *tutti gli altri pesi* referri nec debere nec posse nisi ad manutentionem ss. suppellectilium, ad expensas pro vino, cera, hostiis et clerico missam inserviente aliisque hujusmodi quae inhaerent assumptae obligationi, verba enim *alia onera* post mentionem onerum spiritualium adhibita non respiciunt onera temporalia, sed intelligi debent de oneribus mere spiritualibus juxta ea quae tradit *Rota dec. 950. cor. Lancetta n. 8., dec. 327. n. 7. part. 1. Recent. et cor. Burat. dec. 272. n. 9. et 10.*

Quin eum vel minime commoveat natura cessionis quam obtrudunt adversarii, quae talis est ut per eam omnia cedentis jura ac onera in cessionarium transeant, quapropter uti olim Augustinianis ita nunc et parocho qui in eorum locum successit onus illud incumbat. Perpendit enim cessionem fuisse partialem, non generalem: reservarunt enim sibi PP. Augustiniani frugiferum in Scortachiaro olivetum. Quare si jura omnia in cessione non fuerunt comprehensa, certa nec onera reliqua exceptis illis de quibus mentio facta fuerit potuerunt plebano imponi atque ab eo accepto haberi: atqui nullum de manutentione monasterii constat verbum excidisse.

Verum omnem quaestionem super manutentione dilui arbitratur ex eo quod ecclesia s. Marinae et coenobium non sint sub exclusiva parochi proprietate sed ex Pontificis voluntate in parochialem ecclesia fuerit erecta, uti conventus in domum parochialem conversus. Hinc manutentionem et reparationem coenobii et ecclesiae s. Marinae moderari oportere regulis canonicis de domibus ecclesiisque parochialibus quae vel liberae sint collationis vel juripatronatus subsunt. Porro Concilium Trid. *sess. 21. cap. 5. de reform.* ordinem praescribens eorum qui ecclesiam parochialem reparare tenentur, statuit primo loco teneri eos, qui fructus ejusdem ecclesiae percipiunt, deinde patronos, tandem parochianos. Jam vero cum ecclesia s. Marinae nullos habeat fructus neque adsint patroni nisi Spoletanus pro tempore Archiepiscopus manifesto consequi manutentionem et urgentes reparationes fieri debere aut per patronum saltem in parte (habet enim ab ecclesia parochiali Castri Ritaldorum annuum canonem a parocho praestandum) aut in totum vel in parte per parochianos omnes seu quod in idem recidit per municipium Castri Ritaldorum.

Eo vel magis quod obligatio ejusmodi ab ipso municipio a pluribus hinc annis fuerit jam conveuta et executioni demandata pro annuis scut. 15. Cujus conventionis instrumentum quamvis parochus nequeat proferre, quia a municipibus asservatur, attamen hujusmodi conventionis existentiam satis evinci censet tum a testimonio Canonici Fortunati tum ex facto, cum constet reparationes a municipio semper fuisse peractas, ac tandem ex eo quod municipium nullo alio praeter hanc conventionem titulo statuere et exigere potuisset taxam obolorum 30 sopra il suono delle campane in cujuslibet infantis baptismate solvendam.

Demum in hypothesi quod parochiani onus hoc non suscepissent nihilominus ipsis aeque incumbere deficientibus aliis mediis a ss. canonibus statutis, ut definivit s. Congregatio in *Ferentina Reaedificationis ecclesiae 25. Maji 1805*, in *Pontis Curvi Reaedificationis ecclesiae 3. Decb. 1831* et in *Spoletana Restaurationis ecclesiae 21. Febr. 1824.*

Addit ultimo loco defensor relationem nunc primum redactam per peritos agronomos urbis Spoleti ex qua colligit parocho quotannis obvenire tenuem summam scut. 47 et 15 obolorum, quae nec congruam paroecialem constituit. Quamobrem urget nedum ab onere reparationis ecclesiae et domus parochialis sed etiam ab alio onere alterius missae et capellani de quo in prima parte actum est parochum vacuum ac solutum declarandum esse, cum impossibile sit tam parvo redditu onera tam gravia sustineri. Ceterum obsecrat EE. PP. ut videant utrum expediat in hoc rerum statu remediis extraordinariis ut in themate nimirum suppressione sodalitii s. Nicolai juxta votum ab Archiepiscopo Cadolini expressum.

Redeunt itaque

D u b i a:

I. *An sit standum etc. ut supra?*

S. C. resp.

Ad I. II. et III.: In decisis et amplius.

Die 29. Julii 1854.

15) Tituli ejusdem duae in uno loco esse non possunt.

Vd. *Confraternit.* (supra decr.: *Uratislavien* p. 470.); *Mühlbauer.* Decreta auth. S. R. C. t. I. p. 371. n. 4; suppl. t. I. p. 793. n. 18.

16) Unio et translatio concessa.

Facultas uniendi duas societates ac transferendi beneficia alias in castro Serviliani nunc diruto fundata ad novum castrum hujusmodi constructum.

Dilecto filio Nostro Urbano s. romanae ecclesiae presbytero Cardinali Paracciani nuncupato metropolitanae ecclesiae Firmanae ex concessione et dispensatione apostolica praesuli.

Pius PP. VI.

Dilecte fili noster.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Nuper Nobis exposuisti, quod cum propter ruinam antiqui Castri Serviliani istius dioecesis Firmanae a congregatione VV. fratrum Nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium bono regimini communitatum et universitatum, civitatum, terrarum et locorum status Nostri ecclesiastici praepositorum demandata tibi fuerit novi Castri aedificatio ad illius populi commoditatem in alio tamen loco vulgo la Madonna del Piano nuncupato, assumptum opus illic modo perventum reperiatur, ut spes sit, illud absolvendi intra annum proxime futurum, quoties gravi admodum non dignoscerentur expensa, quae omnino requiritur, tam in prosecutione quam in absolutione fabricae novae parochialis ecclesiae, quae ex iis in demandato munere ad id assignatis perfecta reddi minime potest. Quoniam vero animadvertere non omisisti, antiquam parochialem ecclesiam ejusdem diruti castri de jurepatronatus existere confraternitatis sub invocatione seu titulo ss. Sacramenti, quae simul cum propriis omnia bona possidet ad eamdem ecclesiam pertinentia annui redditus scutorum 330 circiter, cum onere conservandi fabricam praedictae ecclesiae ejusque suppellectilia atque suppeditandi annua scuta 40 illius parocho satisfactisque aliis obligationibus; quod reliquum est eadem confraternitas ex redditu hujusmodi in celebrationem missarum atque vesperarum et officiorum cum cantu juxta officialium arbitrium ac presbyterorum commoditatem convertere et erogare assuevit; praeterea compertum tibi fuit, in diruto castro hujusmodi duas alias adesse confraternitates sub titulo seu invocatione unam nempe ss. Rosarii annuum obtinentem redditum scutorum 30 et alteram s. Monicae annui redditus scutorum 15 circiter atque insuper in antiqua ecclesia parochiali 12 beneficia ecclesiastica erecta ac fundata reperiri, quorum redditus simul sumpti deductis omnibus oneribus annuam summam scutorum 340 et obulorum 95 attingunt, quemadmodum pariter in alia ecclesia praedicti castri diruti sub titulo seu invocatione suffragii relictum reperiri unum legatum missarum a quondam Dominico Antonelli constitutum.

§ 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ad celerem dictae novae parochialis absolutionem apprime opportuna dignoscatur unio duarum confraternitatum ss. Rosarii et s. Monicae alteri confraternitati ss. Sacramenti hujusmodi, quae teneatur suppeditare pro tempore existenti parocho annua scuta 60, quae simul juncta cum aliis scutis 30 ex redditibus duorum beneficiorum eidem parochiae unitorum congrnam scutorum 100 constituerent, ita ut parochus hoc modo provisum onus manutentionis novae ecclesiae subire valeat deductaque dicta quantitate satis factisque oneribus praefatae confraternitati injunctis super annuis scutis 138, quae adhuc remanent, facultatem cogendi eos, ad quos pertinet, ut censum imponant scutorum termille erogandorum in fabricam dictae parochialis atque cum reliqua summa praedicta solvendi annuos illius fructus ac quotannis aliquam quantitatem pro extinctione capitalis, necnon itidem facultatem quoque obligandi possessores eorumdem 12 beneficiorum ad construendas, ornandas ac etium conservandas capellas, quae unicuique beneficio in nova parochiali assignabuntur, ac transferendi ad dictam ecclesiam legatum missarum a dicto Dominico relictum in alia ecclesia suffragii tibi per Nos concedi plurimum desideres,

§ 3. Nos igitur audita super praemissis relatione dilecti filii magistri Francisci Carrara congregationis VV. fratrum Nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium Concilii Trid.

interpretum secretarii, ad prospiciendum animarum saluti et consulendum decori domus Dei atque ex aliis peculiaribus causis Nostram mentem digne moventibus circumspectioni tuae omnes et singulas facultates ut devenire possis ad extinctivam unionem confraternitatum seu societatum ss. Rosarii et alterius s. Monicae favore confraternitatis seu societatis ss. Sacramenti cum omnibus bonis, juribus et pertinentiis auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus, ita quidem, ut confratres praedictarum societatum unitarum censeantur admissi et habeantur ac si eidem societati ss. Sacramenti essent adscripti et opera pietatis, quae vel ex mera devotione vel ex proprio instituto peragebantur a praedictis duabus societatibus sic extinctis penitus omittantur, sed e contra fratres dictarum societatum teneantur ea omnia pietatis et devotionis opera implere, quae peraguntur per confratres societatis ss. Sacramenti sic unitae.

§ 4. Volumus autem, quod onera provenientia ex legatis piis aut ex particularibus dispositionibus quae infixa sunt bonis possessis per praedictas duas sic extinctas societates postquam ipsarum bona unita fuerint dictae societati ss. Sacramenti ab ea diligenter et fideliter adimpleri debeant ac praeterea mandamus, ut inposterum una tantum sit societas et bona unius cujusque ex iis ab eadem detineantur et administrentur, ad quem effectum referantur et describantur praedicta onera in codicibus societatis ss. Sacramenti; ad haec injungimus ut ex redditibus praedictae societatis ss. Sacramenti sic unitae tamquam patronae ecclesiae parochialis assignes pro tempore existenti parocho in causam congruae praeter emolumenta stolae annua scuta 100 computatis tamen fructibus 2 beneficiorum per antecessores Archiepiscopos parochiae unitorum addita lege, quod parochus perpetuus sit nec amovibilis, eidemque correspective incumbat onus praestandi sacra uteusilia et subministrandi omnia necessaria pro sacrificiis et pro perageudis sacris functionibus et pro praestatione ac manutentione paramentorum et utensilium ecclesiae, hoc quoque addito, ut praedictus parochus per deceuuium proximum praestare teneatur integrum stipendium 2 sacerdotibus, qui singulis diebus dominicis et festis de praecepto uecuou tempore paschali in parochiali ecclesia praedicta poenitentiae sacramentum administrent; atque insuper praecipimus ut societati ss. Sacramenti praeserventur tot redditus quot necessarii sunt pro adimplendis oneribus non solum praedictarum societatum eidem unitarum, sed etiam pro omnibus aliis ad quae vel ex piorum testatorum dispositionibus et praesertim capellaniae Mancini nuncupatae, quae omnino integre et sine ulla dimiuutione adimpleri mandamus, aut ex proprio instituto societas ss. Sacramenti tenetur secundum eam quantitatem, quam necessariam et congruam ac decentem praesertim pro associatione ss. Viatici censuris suspensa interim ad decennium, praestatione scutorum 38, quae solvebantur sacerdotibus confessariis.

§ 5. His autem sic constitutis et detractis oneribus volumus ut procedas ad liquitationem residualium redditnum omnium supradictae societatis ss. Sacramenti sic unitae et ad unam tantum redactae comprehensis etiam fructibus bonorum proveuieutibus ex praeveutiva unione praedictarum 2 societatum, qui sane redditus iu 2 portiones dividantur, quarum una assignetur solutioni fructuum census seu censum imponendi seu imponendorum, in quorum creatioue cures apponi pactum, quod iu ratis extingui possint, qui ceusus imponeudi erunt pro summa necessaria tantum pro prosecutione et complemeuto fabricae ecclesiae et cum hoc, quod in praedictam causam pecunia erogari tantummodo debeat, atque ad hunc peculiarem effectum tibi per praesentes concedimus et impertimur omnes et singulas facultates pro impositione praedictorum ceusuum atque obligatioue bonorum praedictae societatis, dummodo tamen census seu censum sortes sint infra eam quantitatem, pro quorum interusuris solveudis satis sit pars fructuum ad hunc effectum reservata et designata. Altera autem pars supradictorum redditnum quam iu annuis scutis 70 omnino praeservatam volumus eroganda erit pro rata uempe scutorum 10 in manuteutiouem et meliorationem bouorum ipsius societatis, reliqua vero scuta 60 singulis annis deponenda sint pro extinctioue ratarum census vel censuum, pro quorum praecisa executione officiales dictae societatis, etiam cum interventu ipsius parochi, singulis ratiouem reddere et de adimpleudo eorum te docere teneantur. Post lapsum tamen deceunii et extincta parte census vel censuum eadem societas ss. Sacramenti sic unita arbitrio tuo aliquam summam in levamen et dimin panem stipendii confessariis praestandi autio-

rocho contribuere teneatnr, quod successivo temporis decursu pro rata servari debebit quousque parochus a praedicto onere in totum liberetur. Necnon tibi anctoritate et tenore praedictis tribuimus et elargimnr facultates pariter necessarias et opportunas omnia beneficia quae erecta et fundata reperiebantnr in veteri ecclesia parochiali sen ad illam ab aliis ecclesiis dirutis praecedenter translata ad novam ecclesiam parochialem transferendi, assignando praedictis beneficiis respectiva altaria, in qnibns apponantur tabulae pictae et icones praeseferentes imagines Sanctorum, snb quorum titulo et invocatione fuerunt erecta et fundata cum hoc etiam, quod in praedictis altaribus quibns beneficia adjicientur celebrari et satisfieri inposterum debeant missae et alia quaecumque onera, ad quae vigore respectivarum fundationum rectores beneficiorum tenentnr, quos quidem rectores beneficiornm hnjnsmodi pro rata fructuum, qnos detractis oneribns ex respectivis beneficiis percipiunt, compellas indistincte ad sumptus pro dictis altaribns conficiendis secnndnm taxam a te praescribendam; et successivis temporibns iidem rectores beneficiorum teneantur ad manutentionem respectivorum altarium, suppellectilinm et ornamentornm eorumdem, qnibus respective beneficia a te adscribentur, necnon teneantur contribnere sacrario debitam summam pro sacris ntensilibns secnndum regionis morem a te pariter statuendam.

§ 6. Facultatemqne insuper tibi quoqne concedimus et indulgemns transferendi ad novam ecclesiam parochialem legatum missarum relictum a dicto Dominico, qnibus peractis devenias ad novam confectionem inventarii, in quo omnia capitalia ad praedictam societatem et ad beneficia translata pertinentia et respective onera describantur ad formam postremi concilii Lateranensis celebrati tempore fel. rec. Benedicti PP. XIII. Praedecessoris Nostri cap. XII. et pro praeciso omnium praemissorum onernm adimplemento ea referantur jam in novos libros societatis ss. Sacramenti sic nnitae, qnam in libros ecclesiae parochialis necnon in tabellas ex integro conficiendas ad formam decretorum generalium rec. mem. Urbani PP. VIII. et Innocentii PP. XII. Praedecessorum Nostrornm.

§ 7. Pro qnorum omninm executione juxta tamen modum, formam et conditiones in praesentibns Nostris literis appositas et contentas te in visitatorem apostolicum anctoritate et tenore praedictis constituimus et deputamns, salva semper in praemissis anctoritate memoratae Congregationis eorumdem Cardinalium.

§ 8. Decernentes etc.

§ 9. Non obstantibus.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 26. Augnsti 1776.

(Bull. r. Contin. t. V. p. 281. Ed. Romae.)

Confirmatio unionis confraternitatis B. M. V. de angustiis erectae in ecclesia fratrum minorum s. Francisci civitatis Lisbonensis cum altera confraternitate Resurrectionis D. N. J. C. in eadem ecclesia erecta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nnper fecerunt dilecti filii moderni officiales et confratres confraternitatis snb titulo seu invocatione b. Mariae V. de angustiis vulgo nuncupatae et ut asseritur canonice erectae in ecclesia conventus regii pariter nuncupati ordinis fratrum minornm s. Francisci civitatis Lisbonensis, qnod cum in dicta ecclesia alia quoque confraternitas sub titnlo sen invocatione Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi canonice erecta reperiretnr, unanimiter conventnm statntumque fuit, ut eorumdem exponentium primodicta confraternitas alteri confraternitati Resnrrectionis Domini Nostri Jesu Christi nnienda et aggreganda esset ita ut inposterum ex 2 confraternitatibus hujusmodi nnica tantum effecta haec Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi et b. Mariae V. de augustiis simul nnncupari deberet, quam qnidem nnionem V. frater patriarcha Lisbonensis decreto edito die 19. Junii 1776 confirmavit et approbavit ac alias pront in dicto decreto, cnjus tenorem praesentibus pro plene et sufficienter expressos ac de verbo ad verbnm inserto haberi volnmns, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, qno firmius nnio praedictarum confraternitatnm subsistat, eam per Nos confirmari et approbari atque insuper indnlgentias primodictae confraternitati alias concessas ad omnes confratres confraternitatis sicnt ut praemittitur nnitae extendi et ampliari plurimum desiderent Nobis propterea humiliter

snpplicari fecerunt, nt in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes et supplicationibus inclinati praedictam unionem earumdem 2 confraternitatum in unam tantum confraternitatem Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi et s. Mariae V. de angustiis nnncupandam ut praefertur expletam auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus et approbamus illique perpetuae ac inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus ac praeterea omnibus et quibuscumqne confratribus utriusque confraternitatis nnitae, qui vere poenitentes et confessi ac s. commnnione refecti in festo principali confraternitatis b. Mariae V. de angnstiis ecclesiam dicti conventus visitaverint et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione ac s. romanae ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, in aliis vero 4 diebus cujuslibet jampridem confratribus praedictae confraternitatis b. Mariae V. assignatis 7 annos et totidem quadragenas de injunctis eis seu alias qnomodolibet debitis poenitentiis in forma ecclesiae consueta misericorditer in Domino concedimus.

§ 3. Decernentes etc.

Datnm Romae apud s. Petrum die 19. Novb. 1776.

(Ibid. p. 290.)

Confirmatio unionis 2 confraternitatum ss. Sacramenti et B. M. V. de Gratia civitatis Lisbonensis.

Venerabili fratri Patriarchae Lisbonensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Nnper exponi fecerunt Nobis dilecti filii officiales atqne sodales confraternitatum ss. Sacramenti et Nostrae dominae de Gratia, qnod confraternitates hujnsmodi, qnae canonice sicnt asserunt erectae existebant prins in patriarchali ecclesia s. Bartholomaei civitatis Lisbonensis, post terrae motum anni 1755 translatae unacum parochiali ipsa ecclesia fuerunt in locnm quae isthic vocant b. Antonii nbi manent ad praesens. Sed qnum locus iste esset snbnrbium distans a frequentia popnli, necesse fuit ob defectum sodalium duas istas confraternitates simul uniri, in qua quidem unione, quae rite, ut inquiunt, facta est ex licentiis debitis, illud praesertim conventum invicem fuit, ut quae onera inerant confraternitati de Gratia omnia et singula adimplerentur inposterum per eam de ss. Sacramento. Nunc autem quo isthaec unio solidiori stabilitate firmetur nec nlla unquam dissentiendi aut jurgandi adversus eam oriatur occasio, approbari per Nos et confirmari, quae ambas inter confraternitates gesta et statuta sunt, tum etiam decerni, nt quemadmodnm confraternitas Sacramenti onera fert confraternitatis Gratiae, ita et gaudeat bonis, quae confrateruitati huic sunt propria, plurimum exponentes desiderant Nobisque propterea humiliter supplicari fecerunt, nt in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes ac supplicationibus hujusmodi inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, nt constito tibi prius de narratis et quatenus majori praedictarum confraterniitatum bono id fore cessurum in Domino judicaveris auctoritate Nostra apostolica pro tua conscientia gratis earumdem unionem approbas conventionemque super recensitis oneribns initam confirmes atque his sic approbatis et confirmatis perpetuae firmitatis robur adjicias omnesqne ac siugulos si qui desuper intercidere sive facti sive juris defectus sanes et snppleas necnon auditis interesse habentibus, iisqne post deliberationem per consneta suffragia capiendam plene consentientibus, cuncta et singula bona, jura et actiones ad confraternitatem Nostrae dominae de Gratia hucusque spectantia confraternitati ss. Sacramenti applices atque adjudices eaque deinde in perpetuum ad hanc eamdem confraternitatem spectare debere eadem auctoritate decernas atque declares.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 9. Sept. 1806.

(Bull. r. Contin. t. XIII. p. 57. Ed. Romae.)

16) Unio non concessa.

(Causae, Episcopi facultas etc.)

Firmana.

Ex 2 piis sodalitiis, altero sub invocatione ss. Sacramenti, altero s. Mariae suffragii, quae

inter caetera in oppido s. Elpidii ad Mare Firmanae dioeceseos enumerantur, unicum componere perutile Archiepiscopo visum est. Sicuti primum institutionis antiquitate et utilitate, ita alterum divitiis praestabat. Quare die 10. Aug. 1780 unionis Bullam exaravit, qua edixit ut sodalitium s. Mariae suffragii subjective, uti ajunt, perpetuo unitum alteri ss. Sacramenti haberetur et esset. Executioni vix Bulla demandata reclamare coeperunt suffragii confratres. Preces quas Pontifici pro eorum societatis redintegratione obtulerunt huic s. Congregationi ablegatae fuerunt. Super iisdem requisitus Archiepiscopus respondit justam rationabilemque causam non defuisse necnon utilitatem caeteraque omnia, quibus unio illa sustineatur.

Societas inquit ss. Sacramenti adeo redditnum inopia laborabat, ut functionibus ab ejus instituto praescriptis et quidem necessariis impar esset. Paupertatem hanc ex eo praesertim manasse quod justis de causis facultas quaeritandi a colonis frumentum aliasque segetes adempta fuerit. Ne debitus proinde deesset honor ss. Sacramento, quod ex speciali instituto colere, venerari et comitari ejus sodalitii confratres debebant, ne amplius indecorae haberentur supplicationes, ne misera et indecenti pompa ad infirmos Sacramentum deferretur, ne caetera tandem pietatis opera ita infeliciter absolverentur, ut multum dignitati et decori ss. Eucharistiae detractum videretur, de unione illa peragenda et perficienda excogitasse iisdem fere verbis testatur. Quod autem oculos in suffragii potius societatem converterit, divitiae non tantum in causa fuere, quam prudens animadversio ne quid pietas cultusque divinus detrimenti caperet. Noverat enim societatem illam a proprio instituto jam plurimum descivisse, generalibus supplicationibus in festo s. Marci et rogationum non adesse et si fortasse aliis supplicationibus aderant ab episcatis confratribus et non ab illis vere adscriptis societatem componi nullumque demum pium opus communiter exercere. Hisce autem omnibus pondus aliquod accessit ex eo quod societas suffragii in ejus ortu ob propriae ecclesiae defectum in illa ss. Sacramenti diu mauserit atque perstiterit.

Ejusdem tandem societatis suffragii consensum non defuisse prosequitur colligitque ex eo quod in actu adeptae possessionis per societatem ss. Sacramenti hujus ministri ab illis alterius societatis fuerunt absque ulla contradictione admissi atque recepti.

Suffragii vero confratres econtra pluribus inprimis conantur ostendere assertam illam paupertatem minime existere. Idque praesertim eorum comprobant testimonio, qui ejusdem societatis ss. Sacramenti officialium munus exercuerunt. Tum activum tum passivum illius sodalitii statum in medium adducunt, calculo facto ostendunt redditus expensas superare. Quod sane argumento inter caetera satis invicto ulterius demonstrari confidunt: Quod scilicet idem Archiepiscopus cum veluti apost. Delegatus loca pia illius oppidi visitasset, ut ex superextantibus tantum redditibus projectorum hospitale Firmanae civitatis ditare posset, sodalitium s. Mariae suffragii in sc. 300 utique taxaverit, at sodalitium quoque ss. Sacramenti summam scutorum centum contribnere jusserit.

Quod de recessu a primo instituto confratres illos Archiepiscopus redarguit, non probari, imo verum non esse ajunt et etiamsi verum probatumque esset justam aequamque subjectivae unionis causam nullatenus praebere potuisse. Hoc enim, inquiunt, in casu praecedere debebat admonitio, et quod ea suo caruisset effectu; at haec nullo prorsus pacto praecessit.

Nec deliquisse in eo quod publicis supplicationibus s. Marci et rogationum non interfuerint, cum ex ejusdem s. Congregationis decreto in una *Schalensi 16. Maji 1593* definitum sit, sodalitia ad id allici quidem, at cogi minime posse. Caeterum illis quae in die Corporis Domini et s. Elpidii publice celebrantur semper interfuisse.

Pernegant vero se ulla prorsus ratione consensum praestitisse. Si enim ulla absque contradictione ministros ss. Sacramenti admisernnt et exceperunt, id fecerunt metu et subitae rei incertitudine deprehensi. Vicarius siquidem foraneus ipsis diem sub poenali praecepto indixit uihilque aliud quam interventum ad eorum ecclesiam commisit.

Plures tandem in medium testes adducunt, ut totius fere oppidi contradictionem maeroremque evincant, oppidi decuriones inter caeteros id ipsum aperte confirmant.

Haec omnia s. Congregatio Emo Albano commisit, ut rem in claro ponere votumque suum aperire dignaretur. Ipse autem sententiam aperiens suam ait: *Cum injunctum vero mihi fuerit ut animi mei sententiam hac de re dicerem dicam quod si nova non scateant monumenta, quae in dies modo ab una modo ab alia parte scatere videntur, potiora censerem jura sodalium suffragii, qui redintegrationem expostulant, quia causae expletae unionis ex iis quae superiori loco allata sunt non satis probatae videntur; at causae hac in re undique certae et perspicuae desiderantur potissimum in specie in qua non de aeque principali, sed de subjectiva agitur unione, quae parum a suppressione differre existimatur . . . . . Libenter redintegrationi accederem, quia Sacrorum numerum in sacello dicti sodalitii post expletam unionem longe imminutum esse compertum est, imminutam quoque stipem, quam affluenter oppidani vigente sodalitio dare solebant, a qua, sequuta unione, se retraxerunt.*

Monet tandem idem Emus sodales suffragii ultra sese offerre ad sublevandam, si qua sit, inopiam sodalitii Sacramenti ac tantumdem quotannis subministrandum quod eidem deesse comperietur pro implemento piorum operum, quae ex illius instituto implenda sunt. Hac autem oblatione inopiae causam omni ex parte sublatam arbitratur adeoque unionis fundamentum.

Juxta veteres ecclesiae canones statutum est: *Sicuti unire Episcopatus atque potestati subjicere alienae ad ss. Pontificem pertinere dignoscitur, ita Episcopi est ecclesiarum suae dioecesis unio atque subjectio.* Ita prorsus rescriptum legimus *a Caelestino III. in cap. sicut unire 8. de exces. praelat.*

Quidquid porro sit an haec indefinita Episcoporum facultas a Trid. synodo circumscripta fuerit certisque definita limitibus, quos Episcopo praetergredi non liceat, nempe si de Cathedralibus et Collegiatis agatur, si de parochiis, si de seminario et an haec circumscriptio non solum beneficia, sed pia quoque sodalitia comprehendat, qua in re consuli possunt post *Trid. sess. 24. cap. 15. Barbosa collect. doct. in Conc. Trid. ad d. cap., Garzia de benef. part 12. cap. 2. n. 190., Piton. discept. eccles. 99. n. 32., Rota coram Celso decis. 175. n. 6.* et *dec. 260. n. 2*, illud extra omnem dubitationis aleam positum est, quod in qualibet unione perficienda justae rationabilesque causae concurrant oportet. Quare unio*) justitiam magis quam gratiam respicere videtur. Hinc passim occurrunt rescissarum unionum exempla, ea potissimum de causa quia necessitas et utilitas praesupposita quidem fuit, revera tamen non adfuit, *Barbos. de potest. Episc. part. 3. allegat. 66., Piton., Garzia citatis supra locis, Rebuff. in praxi tit. de union. benef.* et *regul. 12. cancell.* aliique non pauci et in specie refert Ferraris *in sua Bibliotheca* verbo: *Confraternitas art. 3. n. 26. et 27.* in una *Narnien. 13. Novb. 1612.* s. Congregationem Episcoporum et Regularium prohibuisse Episcopo ne ad unionem confraternitates compelleret et s. Congregationem Rituum in *Narnien. Capitonis 24. Januarii 1615* rescidisse unionem duarum confraternitatum sine legitima causa factam.

Porro ex praedictis et secundum ea quae hactenus propouuntur a sola confraternitate s. Mariae suffragii non satis probatae videntur legitimae unionis causae, quin immo ejusdem confraternitatis oblatio supplendi alterius sodalitii necessitate quatenus revera adesse probetur easdem causas facit adhuc deteriores. Nec omittendum quod sodalitiorum bona ut plurimum a fidelium largitionibus sive per actus inter vivos sive per ultimam voluntatem certum ac determinatum sodalitium respicientibus proficiscuntur. Adeoque haec bonorum unius sodalitii ad alterum unio sine laesione et mutatione hujusmodi voluntatis fieri non potest. Pias autem fidelium voluntates immutare sola potest suprema Sedes*) ad *text. in Clem. Quia contigit tit. de religiosis domibus* ubi glossa verbo *Sedis Apostolicae* haec habet: *Nota per hanc literam solum Papam alterare posse usum illorum quae per fideles donata sunt vel relicta.*

Expectant itaque sapientissimum EE. VV. judicium infrascripta dubia:

I. *An unio substineatur in casu etc.?*

II. *An et quomodo sit locus redintegrationi in casu?*

III. *An et a quo tempore et in qua summa sint restituendi fructus in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative et amplius.

Ad II: Affirmative facta tamen prius per sodales confraternitatis suffragii oblatione in

*) Vd. *t. II. p. 962. g.*

*) Vd. *p. 34. n. 2.*

forma juris valida de subministrando quotannis societati ss. Sacramenti aliquo subsidio ab Emo Albani protectore taxando et amplius.

Ad III: Ad D. Secretarium cum Sanctissimo pro condonatione.

Die 26. Novbr. et 10. Decbr. 1785.

17) Visitatio.

Vd. *Mühlbauer*, Decreta auth. S. R. C. t. III. part. II. p. 883. n. 19; p. 987. n. 75.

Perusina.

Ex pluribus queis decoratur Perusina civitas piis sodalitatibus 4 Episcopis pastoralem visitationem ineuntibus exemptionem ab omnimoda eorum jurisdictione identidem objecisse compertum est. Renovatum est exemplum in novissima pastorali s. visitatione quam hodiernus Emus Episcopus indixit 1852. Cum enim per epistolas ut moris est monuisset respectivos dictarum 4 sodalitatum moderatores de die qua ad eas accederet pastoralis officii partes expleturus ad tramites Trid. canonum in iis quae divinum cultum temporaliaque negotia respiciunt, solemniter iidem moderatores protestati sunt, quasi per hujusmodi actum asserta exemptionis privilegia pessumdarentur. Nullateuus hisce motus Emus Praesul in suo perstitit proposito; verumtamen cupiens ut omnia pacifice procederent, ea qua praestat prudentia curavit ut pluries antea exquisita jura ac monumenta quibus suam tueri intentionem sodalitates possent, hac arrepta occasione in medium tandem aliquando proferrentur. Quod quum factum fuisset, cuncta maturo examine expensa sunt eaque inepta reperta ad praetensam exemptionem evincendam: et Emus Episcopus ratus omnem ita juri suo obicem sublatum visitationem in duabus ex dictis sodalitatibus nempe B. M. perdolentis et s. Petri m. explevit, decreta opportuna edidit eorumque observantiam atque exequutionem demandavit. Quo vero ad sodalitates justistitiae et Gonfalonis rem distulit; sed declaravit pariter quoad ipsas, prolatas exemptionis causas nullimode admitti posse, sibique reservavit etiam s. Sedis agendi auctoritate.

Accuratam de his omnibus habet rationem Emus Episcopus in 4 libellis jurium ac documentorum, quae a sodalitiis exhibita fuere, mole congestis totidemque postulatis quae eo consilio relationi status suae dioecesis subtextuit, ut quid de singulis quibusque casibus sentiendum sit et quomodo cum iis sodalitatibus sese imposterum absque jurgiorum ac simultatum formidine gerere debeat suprema s. hujus Ordinis auctoritate constituatur. Ut hinc amplissimi Praesulis vota impleantur quae de singulis sodalitatibus obtinent jura, seorsim atque ex ordine veniunt expendenda.

Sit primum sermo *de sodalitate a B. M. V. perdolente* nuncupata, quae recenter 1811 in ecclesia primum s. Florentii Servorum B. M. V. fuit erecta ac posthac 1832 ad ecclesiam propriam translata. Rationes omnes quibus pia haec societas sese ab episcopali visitatione immunem esse contendit huc revocantur:

1, quia patronum habet ss. Pontificem;

2, quia aggregata est romanae sodalitati amantium Jesu et Maria ejusque fruitur privilegiis;

3, quia decessor Episcopus hanc visitationem omisit;

4, quia sodalitium ad dignitatem primarum sodalitatum erectum est per literas apostolicas s. Pii PP. IX. 1847 in quibus illarum jura omnia et singula conferuntur.

Verum nihil haec commune habere cum immunitate a visitatione, quae unice probanda esset, perpendit Emus Episcopus, cum ex recensitis documentis exemptio ab Ordinarii jurisdictione directe vel indirecte nullatenus derivet. Econtra subjectionem ordinariae Episcopi auctoritati satis superque evinci ex ipsa sodalitatis origine, ex veteribus ac nuperis ejus constitutionibus ac ex initis identidem contractibus, quae singula Ordinarii recognitioni, approbationi ac confirmationi absque ulla contradictione obnoxia facta sunt. Immediatam vero ss. Pontificis protectionem romanae archiconfraternitati *Amantium Jesu et Maria*, non vero sodalitati, de qua quaestio est, fuisse concessam, nec per aggregationem communicari privilegium exemptionis ceu late infra patebit. Caeterum quidquid sit de ejusmodi protectione, perperam alterius illam invocari observat, vix dum de voto et consensu Perusini Antistitis sodalitas ad archiconfraternitatis gradum 1847 evecta a quacumque desiit communione cum sodalitio Urbis: neque nova archiconfraternitatis dignitas quidquam detraxit Episcopi auctoritati, ceu

paudunt ipsae apostolicae literae in quibus de exemptione nec vola nec verbum occurrit.

Duo exhibent testimonia sodales *Justitiae* quibus suum de exemptione privilegium constabilire nituntur. Alterum est synographa emphyteusis eos inter et PP. Franciscales iuitae 1537 cujus ope sodalitium translatum fuit ad ecclesiam Conventualium ac sodalibus tributus usus est, commoditas ejusdem ecclesiae seu capellae s. Bernardini unacum nonnullis sacellis ac locis eidem capellae adjacentibus. Alterum fides Secretarii qua testatur nullam in eorum libris reperiri memoriam quod ea sodalitas ab Episcopis visitata fuerit.

Reponit Emus Episcopus, ex primo capite nullam nedum probationem, sed ne conjecturam quidem fieri posse ad praedictam immunitatem inducendam, certi juris cum sit, saltem post Concilium Trid. Episcopum etiam confraternitates in ipsis ecclesiis regularium vel regularibus subjectis certis legibus servatis uti delegatum s. Sedis posse visitare. Ex praefato autem instrumento nihil de subjectione sodalitii erga regulares, sed tantum de loci actum fuisse traditione, ubi confratres propriis officiis vacarent et proprium erigerent oratorium suamque sedem sejunctim ab iisdem Patribus statuerent.

Alterum aeque corruere caput ex eo quod secretarii fides actis mere privatis neque consulto confectis innitatur: praesertim cum ex authenticis ss. visitationum tabulis rite conscriptis atque servatis ea aperte refellatur; ex iis reapse apparet sodalitium pluries ab Episcopis post Concilii Trid. evulgationem fuisse visitationi suppositum nedum quoad spiritualia, disciplinam et legata pia, sed quandoque etiam quoad temporalia negotia; idest a R. P. D. de Rovere die 5. Dec. 1571, ab Emo Gallo 18. Augusti 1587, ab R. P. D. Comitoli 19. Oct. 1594, a R. P. D. Monaldi 26. Jan. 1646, semel iterumque a R. P. D. Oddi 25. Maji 1662 et 28. Aug. 1067, ab R. P. D. Patrizi 17. Novb. 1674, ab R. P. D. Marsilii 16. Julii 1703, a R. P. D. de Bobus 11. Novb. 1712. Quae sane documenta ejusmodi esse censet, ut quamcumque de sodalitii subjectione episcopali jurisdictioni dubitationem tum in jure tum in facto submoveant.

Etiam sodalitas quae vulgo appellatur *del Gonfalone di s. Francesco* sese episcopali visitationi non esse obnoxiam probare nititur tum quia ejus s. aedicula in ecclesia regularium scilicet PP. Min. conventualium sita est tum quia a regularibus moderatoribus aliquando visitata tum demum quia episcopalis hujus jurisdictionis nulla apud eos memoria extat libris commendata.

Sed prima illa duo Episcoporum juri nihil detrahere ostendit Emus Episcopus auctoritate nixus *Benedicti XIV. instit. CV. n. 87. et seqq.* Tertium vero falsitatis insimulat ex documentis in episcopali tabulario asservatis; ex quibus constat sodalitium hocce ad postremos usque anteacti saeculi annos a Perusinis Episcopis fuisse visitatum, decies scilicet ab anno 1587 usque ad 1771; hisque in visitationibus de rebus ad oratorii cultum, ad confraternitatis disciplinam ac temporalia negotia pertinentibus actum fuisse, quamvis semel anno 1662 altaris visitationi PP. conventuales fuerint adversati; imo aliquando de controversiis etiam inter dictos PP. ac sodales pertractatum. Nihil autem officere episcopalibus juribus quidquid privatim inscia episcopali curia de rebus inter alios et extra visitationis tempus actis dictum utrimque vel affirmatum fuit in deliberationibus quandoque habitis, quarum particulae a sodalitii secretario exhibitae sunt: imo exinde unam tantum haberi a superioribus regularibus factam oratorii visitationem 1618, dum Perusinos Episcopos longe pluries visitasse compertum habetur.

Ultima quae Ordinarii visitationi restiterit recensetur sodalitas *s. Petri m.* Nam quamvis ea minime refragante et ab ipsis sodalibus urbane exceptus de more Perusinus Antistes visitaverit, hi tamen administrationis codices exhibere renuerunt eo innixi titulo, quod in eorum libris rationis hujus Episcopo redditae nullibi mentio fiat.

Quantopere haec tum re tum jure et veritati ipsi et ecclesiasticis legibus repugnent satis luculenter demonstrat Emus Episcopus. Admisso enim visitandi jure nil est quod illud circumscribi ac coerceri possit quoad nonnulla negotia, nisi de peculiari privilegio doceatur. Insuper a rei etiam veritate alienum esse, Episcopos visitasse hanc confraternitatem quoad cetera, non vero quoad temporalia: etenim ex authenticis visitationum monumentis liquido apparet ab anno 1571 ad 1832 sub decessore Antistite confraternitatem fuisse visitatam ac persaepe circa temporalia negotia decreta prolata; imo

sub Emo Monaldi adesse quoque censoris fidem qui confraternitatis administrationem unacum aliis tanquam convisitator deputatus expendit et aliquando in ipso visitationis processu extare bonorum ac reddituum rationes redditas.

Partium momentis hinc inde praelibatis superest ut notissima jura circa Episcopi facultatem visitandi pia loca summarie expendantur, ex *text. in cap. 7. de offic ordinar. in 6.* Episcopis attribuitur jurisdictio super omnibus ecclesiis intra suae dioecesis fines existentibus atque etiam super sodalitiis in iisdem ecclesiis erectis, quemadmodum cavetur in constit. sa. me. Clementis VIII. edita 1604. *Quaecumque**) et Concilium Trid. *sess. 22. cap. 8. de ref.* dat Episcopis etiam tamquam s. Sedis delegatis jus visitandi quaecumque loca pia ac *confraternitates laicorum* etiamsi earundem cura ad laicos pertineat (exceptis iis quae sub immediata Regum protectione sunt, quae absque eorum licentia visitari nequeunt), et etiamsi siut exempta, non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemorabili, privilegio aut statuto. Habent itaque Episcopi fundatam ut ajunt intentionem in jure pro exercitio suae ordinariae jurisdictionis super ecclesiis, oratoriis et sodalitiis neque ab ea exturbari possunt nisi ex privilegio ab hac jurisdictione exempta probentur ecclesia et sodalitium, et ita exempta ut aperta sit alterius jurisdictio, quae vincat ordinariam et a jure profluentem. Secus enim si incertum, si ambiguum sit privilegium, semper pro ordinaria Episcopi jurisdictione standum erit, ut ad *text. in cap.: 8. de privil.* tradit Rota *in Recent. decis. 354. n. 1. par. 19; decis. 809. n. 32. et 870. n. 1. cor. Ansaldo* et s. Congregatio *in Terracinen et Setina Jurisdictionis 17. Decb. 1808 §: Episcopus.*

Exemptionis fundamenta quatuor hae sodalitates mutuantur tum ex juribus per communicationem quaesitis ope aggregationis sodalitati urbis, tum ex eo quod eorum s. aedicula in regularium ecclesia sita sit, tum demum ex observantia. Porro scitum est per aggregationem privilegia utique communicari:**) ast ex ss. Pontificum constitutionibus, ex doctorum sententia, ex rerum demum judicatarum s. hujus Ordinis auctoritate ad id unum hujusmodi privilegiorum participationem coerceri patet, ut confraternitas aggregata frui tantum possit indulgentiis ac spiritualibus gratiis confraternitati aggreganti competentibus, minime autem operatur exemptionem ab Episcopi jurisdictione. Sic Clemens VIII. in cit. constit. § 4. statuit »*ut ea tantum privilegia, indulgentiae, facultates aliaeque spirituales gratiae quae Archiconfraternitati aggreganti nominatim et in specie, non autem quae per extensionem vel communicationem ipsi concessa sunt et illa quidem non sub generali forma verborum vel ad instar, sed expresse et in specie communicentur.*«

Idipsum tradit *Bassus* Anagninorum Episcopus in suo opere de *sodalitib.* ubi ad *quaest. 2. n. 4.* habet: »Notandum quod confraternitatis aggregatio restringitur ad privilegia indulgentiarum et gratiarum spiritualium fori interni non autem ad alia privilegia aggregationis: neque operatur exemptionem ab Episcopo neque tribuit aliquod jus praecedeudi confraternitatibus.« Consonat *Ursaya disc. eccl. par. 2. disc. 11. n. 8, Antonel. de jur. cler. in append. decis. 43. n. 8.* et *Pax Jordan. lucubr. t. 2. lib. 7. n. 7. et 8.*

S. autem Congregatio hujusmodi praebet ad rem exempla. Inprimis memoratu dignum habetur illud quod refert etiam *Benedictus XIV. instit. 105. § 2. n. 89.* ubi plura expendit in causa *Potentina 29. Maji 1863* in qua cum tertio quaereretur:

An dictae confraternitates aggregatae subsint Ordinariis, itaut earum officiales) administrationis rationem Ordinario reddere teneantur?*

responsum fuit: *Affirmative.* Idipsum in *Spoletana Functionum 12. Martii 1796* ad 2. dub.:

An confraternitas misericordiae seu mortis Castri s. Angeli aggregata archiconfraternitati mortis urbis possit sine licentia Episcopi exponere in propria ecclesia ss. Eucharistiam infra annum et praecipue in forma 40 horarum in casu?

responsum est: *Negative.* Demum in *Lunen. Sarzanen. Confraternitatis die 2. Martii 1833***) dubitatum I. loco fuit:

An et quomodo sodalitati s. Rocchi in vim aggregationis privilegium competat peragendi enunciatas functiones sine dependentia ab Episcopo in casu? datumque responsum: *Negative in omnibus.*

Quoad sodalitates existentes in Regularium ecclesiis vide *Card. de Luca de regul. disc. 1. n. 7, Matheuc. de off. curiae cap. 11. n. 5. et 6., Benedictus IV. de synod. dioec. lib. 13. cap. ult. n. 6.*, potissimum vero *in institut. 105. § 2. n. 87. et. seq.* ubi longa manu refert s. Ordinis decreta, quorum primum in *Nucerina Paganorum die 23. Junii 1629*, ubi statutum: »Confraternitates laicorum in ecclesiis regularium exemptorum institutas subesse jurisdictioni et visitationi Episcopi illasque ab eo visitari posse necnon illorum capellas in iisdem ecclesiis regularium existentes, in iis tam quae confraternitatum administrationem respiciunt, et si confraternitati incumbit onus manuteneudi altare et illius cultum, Episcopum posse visitare circa ea, quae respiciunt ipsam manutentionem, cultum et ornamenta altaris seu capellae, onera missarum atque divinorum officiorum ibidem celebrandorum et circa omnia quae ad obligationem eorumdem confratrum relationem habent.«

Quam resolutionem etsi latam pro casu particulari attamen tamquam regulam generalem in similibus habitam a s. Congregatione fuisse refert laudatus Pontifex. Reque vera in *Ravennaten. 10. Martii 1621 ad dub.:*

An capella et altare s. Antonii sita in ecclesia PP. MM. de observantia Ravennae subsint visitationi Rmi Archiepiscopi?

responsum fuit: *Affirmative ad formam Nucerinae.* Conferendae etiam quamplurimae resolutiones relatae *in Cusentina Visitationis et censurar. 17. Sept. 1722 §: Die.*

Contra argumentum ex asserta observantia desumptum facit *text. in cap: Cum ex off. Ordin.* et Couc. Trid. *sess. 22. cap. 8. et 9. de reform.*, unde cum *Barbosa de off. et potest. Episcopor. 3. alleg. 129. n. 1.* adstruitur visitationem praescribi non posse. Et quoad recusatam a sodalitio s. Petri M. exhibitionem librorum administrationis rem conficit dispositio Tridentini *cit. cap. 9. et seq.*: ait, Concilium amplioremm facultatem tribuisse Episcopis in rationibus exigendis quam in visitatione piorum locorum; quandoquidem quoad reddendas rationes, ne loca quidem pia ac confraternitates, quae sub immediata protectione Regum sunt, eximuntur ut etiam notat et tenet *Barbosa in collect. Apost. decis. 13.* verbo: *Administrator n. 2.* et *Luc. Ferrar.* verbo: *Confraternitas art. 3. n. 9. et seqq.*

Quibus praejactis rogantur Emi Patres dirimere

D u b i a:

I. *An constet de bono jure Emi Episcopi visitandi archiconfraternitatem B. Mariae dolorum in casu?*

II. *An idipsum constet quoad confraternitatem Justitiae in casu?*

III. *An idipsum constet quoad confraternitatem Gonfalonis s. Francisc. in casu?*

IV. *An idipsum constet quoad confraternitatem s. Petri m. in casu?*

S. C. resp.

Ad. I., II., III. et IV.: Affirmative et amplius.

Die 26. Aug. 1854.

---

*) *Vd. Mühlbauer, l. c. suppl. t. I. p. 753.*
**) Vd. *p. 459. c.*

*) Vd. *p. 466. n. 8.*
**) Vd. *Mühlbauer l. c. p. 832.*

C o n g r e g a t i o.

1) Casuum conscientiae.

Vd. *Conferentiae p. 369.*

2) Clericor. regul. minist. infirmis.

(Reformatio regulae)

Vd. *Constit. Clem. VIII.* diei 29. Decb. 1600 in Bull. r. t. III. p. 119. Ed. Luxbg.)

3) Olivetana.

(Professio et vota.)

D e c r e t u m.

S. Congregatio Episcop. et Regul. referente Emmo Dom. Cardinali Valenti Ponente attenta relatione P. Procuratoris generalis visis videndis ac re matura perpensa censuit re-

scribendum, prout rescripsit: Professionem et vota commissorum Congregationis Olivetanae esse solemnia, et ad mentem. Mens s. Congregationis est, ut inposterum annus probationis sen novitiatus*) et professio solemnis fiat in monasteriis pro novitiatn destinatis ad formam constitutionis s. m. Clementis VIII. *Regularis disciplinae*, fiat 8. anno oblationis ita ut juxta praescriptum s. Concilii Trid. *sess. 23. cap. 16. de Regul.* finito tempore novitiatus puperiores novitatos quos habiles invenerint ad professionem admittant aut e monasterio eos ejiciant. Formula vero professionis versa in lingnam italicam proferatur ab ipso profitente, confecto insuper per notarium instrumento juxta solitum; et ad D. Secretarium cnm SSmo pro sanatione in radice quoad professiones hactenus factas non servata forma praescripta in praefata constitutione Clementis VIII., dummodo ab aliquo nullitas nondum deducta fnerit in judicium. Expnlsio vero commissorum post professionem ratione incorrigibilitatis fieri inposterum neqneat, nisi servata forma constitutionnm apostolicarum, pro quarum opportuna dispensatione snpplicent in casibus particularibus etc. Et facta S. D. N. sub die 12. Julii 1793 relatione Sanctitas Sna resolntionem S. C. benigne approbavit.

Decretum.

Congregatio Episcop. et Regul. attenta assertione oratoris dudnm Oblati in Congregatione Olivetana de sna opinione emittendi vota simplicia in sua professione ut plerique opinabantur de Oblatis ante superventam declaratiouem s. Sedis diebus 5. et 12. Julii 1793 de solemnitate voti et professionis Oblatorum sen commissorum dictae congregationis Olivetanae, adeo nt dnbinm remaneat oratorem professionis solemnis obligationem contraxisse, benigne commisit Episcopo Engubino, ut in casu de quo agitur, praestito per oratorem juramento de veritate assertae suae opinionis, praevia monitione de rei gravitate et conseqnentiis, cnm eodem snper enunciato voto et snper impedimento, quod fortasse e religiosa professione proveniet, in ntroque foro anctoritate apostolica misericorditer dispenset, ad hoc ut cnm ennnciata Theresia ducta in uxorem, praevia privata absolutione a quibusvis ecclesiasticis censuris, si quibus qnoque modo innodati existant, imposita poenitentia salntari et renovato secreto consensu coram parocho et duobus testibus confidentibus in matrimonio perseverare et conjugale debitum exigere et reddere licite valeat, prolem snsceptam vel suscipiendam legitimam decernendo quibusque in contrarium non obstantibus, sine praejudicio validitatis matrimonii si illicite valide tamen prius fuerit contractum. Ita tamen ut si orator dictae mulieri supervixerit, aliud matrimonium contrahere nequeat, et si interim contra legitimum matrimonium quod absit deliqnerit, sciat sese contra votum castitatis facturum.

Die 11. Sept. 1801.

Ex audientia extraordinaria 28. Februarii 1803. Sanctitas Sna, attentis peculiaribus facti circumstantiis expositis in supplici libello Placidi Panfili, alias SSmo porrecto ac andita relatione totius negotii in scriptis exarata ab infra Do. Secret. s. Congregationis Episcop. et Regul. perpensa lucnleuta et distincta informatione P. Petri Roncalli Exgeneralis et nunc procnratoris generalis Congregationis Montis Oliveti habito etiam respectn ad defectum promnlgationis resolutionis s. Congregationis diei 12. Jnlii 1793 et subsecntae sanationis in radice nullitatis professionnm factarum non servata forma praescripta a constitutione Clem. XIII. *Regularis Disciplinae*, obtentae a fel. mem. Pii VI. et ignoratae ab Oblatis de quorum interesse praecipui agebatnr, censuit non constare dictum Placitum oratorem solemnem professionis obligationem in congregatione Olivetana contraxisse eique propterea ad matrimoninm cnm aliqua muliere contrahendnm nou obstare impedimentum praetensae perpetuae castitatis sed ut cum majori securitate valeat idem orator conscientiae suae in Domino providere, et nt omne qnodcumqne dnbinm removeatnr eidem facultatem hanc contrahendi matrimonium in faciem ecclesiae auctoritate apostolica etiam per dispensationem, si opns fuerit, benigne et misericorditer indnlget.

4) Presbyterorum s. Joseph.

Vd. *Clericus* (vita communis t. III. p. 1370.)

Decretum.

Jam ab anno 1877 curam operamque suam praestante C. G. Van Combrugghe Canonico cantore majori in Cathedrali Gandavensi ortum habuit in oppido Gerardimonte Gandavensis dioecesis pia virorum

*) Vd. *Novitiatus.*

congregatio a s. Joseph nuncupata socii post novitiatum tria consueta simplicia vota paupertatis, obedientiae et castitatis emittunt, superioris generalis directioni subduntur ac praeterquam quod propriae student sanctificationi ad pueros adolescentulosque intelligentiae ac pietatis spiritu informandos incumbunt. Proposito sibi fini tam alacriter utiliterque operam navarunt, ut quamplurimi primorum sociorum exemplo permoti nomen suum dederint Congregationi, quae inpraesentiarum diversas diversis in dioecesibus domos habet. At praefato Canonico Van Crombrugghe jam in aetate 80 annorum constituto et hodierno superiori generali multum pio instituto deesse visum est, nisi illud ab apostolica Sede confirmaretur ac propterea a ss. Dno Nostro Pio PP. IX. humillimis precibus confirmationem expostularunt et constitutione approbandas exhibuerunt accedentibus ad eumdem effectum etiam R. P. D. Episcopi Gandavensis commendationibus. Sanctitas Sua in audientia habita ab infrascripto Dno Prosecretario s. Congregationis Episcop. et Regul. sub die 18. Sept. 1863 oratorum preces benigne excipiens attentis literis commendatitiis praememorati Antistitis Gandavensis praefatum pium institutum a s. Joseph nuncupatum uti congregationem votorum simplicium sub directione superioris generalis salva Ordinariorum jurisdictione ad praescriptum ss. canonum et apostolicarum constitutionum amplissimis verbis laudavit, prout praesentis decreti tenore laudat atque commendat.

Pergant igitur interim praedictae piae congregationis socii Ordinariorum ductu in propriam aliorumque sanctificationem procurandam incumbere et praesertim omni industria, contentione et labore adolescentibus docere timorem Domini eosque bonis sanctisque moribus imbuere, ut Pontificis Maximi votis respondeant.

Insuper Sanctitas Sua attentis peculiaribus circumstantiis tribuit superiori generali enunciati instituti facultatem ad decennium duraturam permittendi de consensu suorum assistentium et quoties ipsis necessarium vel saltem utile videatur alienationem bonorum ad institutum spectantium quorum tamen valor summam francorum 10000 non excedat necnon imponendi debita etiam cum hypotheca in eadem summa francorum 10000 in singulis casibus super praefatis bonis, cum obligatione pretium ex alienationibus retrahendum in tuto et fructifero investimento collocandi et debita intra quinquennium extinguendi annuis ratis ab eodem superiore generali cum adsistentibus determinandis, facta in unoquoque casu tam alienationis bonorum quam impositionis debitorum hujus apostolicae facultatis mentione.

Contrariis etc.

Datum ex secretaria s. Congregationis Episcop. et Regul. die 26. Sept. 1863.

5) Presbyterorum saecularium.

(Privilegia.)

Vd. *Clericus* (*Vita communis* t. III. p. 1370.); p. 517. n. 6.

Congregationis presbyterorum saecularium N. N.

Super privilegiis.

Moderator generalis cujusdam congregationis presbyterorum quorum alumni vota simplicia perpetua profitentur supplices preces S. C. EE. et RR. porrexerat ut declararet

1. Professos in dicta congregatione esse ab episcopali jurisdictione exemptos iis exceptis quae ad curam animarum, sacramentorum administrationem pertinent, tum etiam exceptis casibus, in quibus Ordinariis jure delegato competit jurisdictio juxta formam ss. canonum, Concilii Trid. et apostolicarum constitutionum.

2. Eosdem professos esse vere ac proprie dictos religiosos, ita ut ea congregatio in statu vere religioso constituta habeatur ejusque professi sint de clero regulari, quamvis vota solemnia non emittant; aut (quemadmodum Gregorius XIII. in bulla *Ascendente Domino* pro alumnis societatis Jesu qui vota tantum simplicia emittunt declaravit) Sanctitas Vestra edicere dignetur alumnos nostrae congregationis esse vere religiosos.

Ad primam petitionis partem quod attinet moderator generalis in medium proferebat privilegia, quae suae congregationi Pius PP. VI. et Pius PP. VII. concesserant. Porro Pius PP. VI. per literas apostolicas in forma brevis diei 21. Augusti 1789: *Sacrosanctum Apostolatus officium*, in quibus non solum confirmat rescriptum hujus s. C. diei 20. Oct. 1781 quoad dictam congregationem sub iisdem modo et forma ac aeque principaliter extendebantur et communicabantur omnia

et singula privilegia et indulta tribus congregationibus (nempe Doctrinae christianae, piorum operariorum et clericorum discalceatorum Crucis et Passionis D. N. Jesu Christi) ab apostolica Sede usque tunc concessa et quae inposterum concederentur, quamvis speciali mentione digna, sed etiam quatenus opus sit, privilegia, exemptiones, indulta aliasque spiritnales gratias dictae congregationi . . . . . tam generaliter quam specialiter ac per viam communicationis cum supradictis tribus congregationibus . . . . . etiam motu proprio et ex certa scientia ac alias per Nos seu quoscumque alios romanos Pontifices Praedecessores Nostros concessa et inposterum pari modo concedenda qnaeque specialem requirerent mentionem . . . . . perinde ac si specialiter et expresse ac pariformiter et aeque principaliter ei concessa fuissent, concedebat. Et Pius PP. VII. per literas apostolicas in forma Brevis diei 9. Jan. 1807. *Qui sicut boni* ad removendas conscientiarum anxietates confirmat et sanat concessionem a Pio PP. VI. factam et praeterea declarat in dicta concessione comprehensas esse gratias a Clemente PP. XIV. congregationi Crucis et Passionis D. N. I. C. communicatas necnon comprehendenda esse omnia et singula privilegia, indulta . . . . . exemptiones et gratias spirituales etiam specialem mentionem requirentes, quibus praedictae aliaeque similes clericorum seu regularium sen saecularium congregationes et quatenus opus sit eidem congregationi illa omnia et singula tamquam de verbo ad verbum hic expressa et inserta fuissent concedimus.

Rescriptum hujus s. C. diei 21. Sept. 1771 est: SS. D. Noster in uberiorem elucidationem constitutionum clericorum excalceatorum Passionis D. N. J. C. primum a s. m. Bened. XIV. per suas literas diei 18. Apr. 1746, postmodum a Sanctitate Sna per literas apostolicas diei 16. Novb. 17 ·9 confirmatas et praesertim §§ VI. et XV. declaraverat quoad eas dumtaxat domns, in quibns permaneut 12 ex dictis clericis de familia et in quibus regularis retinetur observantia, tam ecclesias quam domus ac regulares ipsos degentes exemptos esse et immunes esse a jurisdictione, visitatione et correctione quorumcumque Episcoporum et Ordinariorum, in quorum respectivis civitatibus ac dioecesibus dictae domus reperiuntur, gandeantque iisdem privilegiis et exemptionibus, quibus ex apostolicae Sedis beneficentia . . . . . aliae congregationes regularium donatae sunt, exceptis iis, quae ad curam animarum et sacramentorum administrationem pertinent tum casibns in quibus Episcopis atque Ordinariis jure delegato competit jurisdictio ad formam ss. canonnm, Concilii Trid. et constitutionum apostolicarum; atque ita Sanctitas Sua in perpetunm servari atque exequi mandavit.

F. M. Card. de Rubeis, Praefectus.

F. M. Archiep. Petren Secretar.

Hnic privilegiorum communicationi moderator generalis iunitebatur, quae cum clausulis et verbis praegnantibus, nti ajunt, suffulta sit, directae, specificae concessioni aequiparari debet, ita nt concessio facta congregationi ss. Passionis D. N. J. C. eodem prorsus modo congregationi, de qua agitnr, impertita intelligatur, ac propterea eadem exemptione frui ac gaudere tuto dicendum sit.

Quibus positis, qnid in jure cautnm sit exponebatur. Distinguebatur enim privilegia, quae a jure commnni dimanant, ab iis quae a peculiari concessione repetenda sunt. Priora ad ordines regulares in qnibus vota solemnia emittuntur spectant, alia ad instituta votorum simplicium: ista namque instituta nullam ex se et a jure privilegium habent cum ab apostolica Sede approbata sint, nullo eis concesso privilegio exempta tantum sunt in iis, quae statutis et constitutionibus a s. Sede approbatis continentur, scilicet subjicinntur jurisdictioni Episcoporum salvo eorum instituto et constitutionibus nt supra approbatis. Ut igitnr alia privilegia habeant oportet ut ea a s. Sede obtineant.

Porro duplici modo privilegia consequuntur, nempe directe cum privilegium alicui insitnto speciatim et expresse tribuitur et per commnnicationem privilegiorum, qnibus aliae congregationes legitime fruuntur. In concessione privilegiorum per communicationem prae oculis habendnm est *Monacelli formul. leg. tit. 16. form. 2. suppl. ad n. 11.* scilicet: Cave ab ita nniversali et eronea propositione, nam privilegia tam Jesuitarum quam aliornm ordinum mendicantinm, quae involvunt praejndicinm tertii vel snnt aliis onerosa ant speciali nota digna vel qnae raro conceduntur vel demum jurisdictioni ordinariae Episcoporum snnt laesiva, non conferentur pro solam communicationem sed indigent speciali et expressa concessione non obstante quod communicatio habeat clausulam. Quae quidem majorem vim habere videntur quando agitur de exemptione a jurisdictione Episcoporum; agitur enim de jure quaesito tollendo, unde s. Sedes non solet hoc exemptionis privilegium obiter et perfunctorie impertiri sed verbis claris et directis: *Eximimus et immediate s. Sedi subjicimus.* Quinimo docet *Barbosa de offic. et potest. Episcop. alleg. 74. n. 6.* exemptionem a visitatione non comprehendi sub generali concessione exemptionum.

In disceptatione tamen hujus quaestionis notabantur verba non solum praeguantia, vernm etiam specialia et extraordinaria, quibus Pius PP. VI. et Pius PP. VII. communicationem indulserant, nempe perinde ac si specialiter et expresse ac pariformiter et aeque priucipaliter ei concessa fuissent, tamquam de verbo ad verbum expresso et inserta fuissent et specialem mentionem requirerent. Ideoque concludebatur in casu communicationem privilegiorum vim directae et expressae concessionis habere.

Ad secundum postulatum quod attinet, moderator generalis autumabat alumnos suae congregationis esse vere religiosos; nam ad constituendum statum religiosum non requiritur jure divino sed ex sola ecclesiae institutione solemnitas votorum, prout Gregorius PP. XIII. in dicta Bulla declaravit, eo vel magis quod ejus congregatio a ss. Pontificibus licet per incidens, tanquam religiosa familia enunciata sit, tam Leo XII. in literis apostolicis in forma Brevis die 11. Martii 1828 habet: Inter religiosas familias . . . . . non infimnm tenet locum congregatio; et Pius VIII. in decreto lato die 31. Jnlii 1830, qno Calendarium proprium congregationi de qua agitur concessit, edicebat: *caeteris regularibus ordinibus accessit congregatio.* Quod si de hac qualitate certo non constaret summopere expedire existimabat idem moderator generalis, ut per speciale indultum qualitas ipsa concederetur ita ut ipsa congregatio non tantum ecclesiastica sed regularis sit; nam efficacior esset capitulorum celebratio et sacra superiorum visitatio et frequentiores in eam postulantium ingressus, eo quod postulantibus grave sit congregationem ipsam esse ecclesiasticorum saecularem, non vero regularem et per consequens ejus alumnos non vere religiosos. Addebat etiam in ea professionem solemniter fieri et a superioribus acceptari.

Sed ex officio sequentes animadversiones opponebantur. Verum quidem est quod solemnitas votorum non sit jure divino essentialis statui religioso; requiritur tamen ad illum statum constituendum de jure ecclesiastico: quare non est religiosus juxta ecclesiae disciplinam, qui solemnia vota non emittit sed dumtaxat vota simplicia profitetur, nisi speciale et expressum s. Sedis indultum accedat, quo ecclesiae disciplinae derogetur. Porro apostolica Sedes numquam hoc privilegium concessit, si excipias societatem Jesu, in qua professis votorum simplicium, quae post biennium probationis emittuntur, a Gregorio XIII. veri religiosi declarati sunt. Notandum tamen est id ex specialibus causis factum fuisse et vota simplicia habenda esse in casu nti viam et praeparationem ad solemnium votorum professionem, ad quam ex eorum institutione teudunt et taliter professos votorum simplicium esse de corpore societatis vere regularis voto solemnia profitentis; quod locum non habet in congregationibus, in quibus professio sistit dumtaxat in votis simplicibus.

Proferebantur in exemplum presbyteri doctrinae christianae, qui erant ab initio clerici saeculares, quia profitebantur vota simplicia sed deinde Sumaschae congregationi uniti, ideoque solemnia vota emitterent, ad gradum clericorum regularium provecti sunt. Postea vero dicta unione revocata ab Innocentio X. per literas apostolicas *Commissi* anni 1647 exorta est quaestio an ipsi clerici regulares remanserint; et laudatus Pontifex const. *Pastoralis Officii diei 30. Aug. 1662* declaravit esse et fore uti ab iuitio clericos saeculares. Econtra clerici Matris Dei, qui ex const. Clementis VIII. de clero saeculari erant, quia vota simplicia emittebant, postea ad gradum clericorum regularium evecti fuerunt, cum Gregorius XV. eis professionem votorum solemnium permiserit. Neque aliquid facessere arbitrabatur, quod Congregatio, de qua agitur, in superius allatis documentis religiosis familiis et ordinibus regularibus aliquo modo aequiparetur, nam haec appellatio non in parte dispositiva sed in enunciativa tantum memorati Brevis et decreti legitur, neque ullo modo in eis de qualitate congregationis agitur sed de privilegio admittendi alumnos ad ordinationem titulo men-

sae communis et proprium Calendarium habendi; etiam ex *cap.: Si ss. Pontifex, de sentent. excomm.* et ex constitut. Gregorii XVI. *Sollicitudo* Nonis Aug. 1831 ex appellatione et titulo qui alicui in euuuciativa tribuitur aliqua dignitas vel jus quo antea legitime non fruebatur ei revera per dictam euunciationem et appellationem minime concessum intelligi debet.

Nec solemnitas professionis aliquid suffragatur; etenim non solemnitas seu pompa externa constituit statum religiosum nec acceptatio votorum ex parte superioris sed solemnitas votorum, quae nomine ecclesiae acceptantur. Quapropter hujusmodi congregationes impropriae appellantur ordines, religiosae familiae et earum alumni religiosi, non vero proprie et stricto sensu, ita ut in statu vere religioso constituantur.

In hujus quaestionis disceptatione universa rei ratio diligeuter perpensa fuit et proposita fuerunt sequentia dubia in generali conventu.

1. Se, e come convenga dichiarare che la congregazione de preti secolari NN. goda la qualifica di vera Regolare, o almeuo le si debba accordare per grazia nel caso?

2. Se, e qual' esenzione adessa spetti giurisdizione vescovile nel caso?

Quibus Emi Patres referente Emo Quaglia Praefecto rescripserunt

Ad 1: Ad I. partem: non esse regularem; ad II. partem: non expedire.

Ad 2: Attento speciali privilegio praedictae congregationi a s. Sede concesso affirmative ad formam et modum rescripti diei 21. Sept. 1771 favore clericorum excalceatorum ss. Crucis et Passionis D. N. J. C.

Die 16. Sept. 1864.

6) SS. Redemptoris.

(Privilegia.)

Vd. *Mühlbauer*, Decreta auth. S. R. C. t. I. p. 200; t. III. part. I. p. 12.

Ex s. Congregatione Episcoporum et regularium.

Cum in quadam recenti erudita tractatione de congregationibus clericorum presbyterorum saecularium*) agente investigeretur an hujusmodi congregationes essent omnino exemptae ab episcopali jurisdictione cumque instituntum clericorum ss. Redemptoris vota simplicia emittentium in eo tractatu recenseretur veluti institutum regularium privilegiis, praesertim hoc privilegio exemptionis ab episcopali jurisdictione Superiores supradictae congregationis ad declinandum quolibet praejudicium forte ex eo tractatu sibi eventurum postularunt a s. Sede ut specialiter declararetur congregationem ss. Redemptoris esse omnino exemptam ab episcopali jurisdictione exceptis casibus jure excipiendis.

Quare audito consultoris voto circa hanc quaestionem s. Congregationi propositum fuit dubium in calce positum.

Plura ex officio erudite congerebantur contra eam exemptionem de qua est sermo, quae sic de more perstringimus. Variis indicatis vocis exemptionis significationibus considerabatur exemptio in ordine ad religiosas familias prae locorum Ordinariis et distinguebatur exemptio quae prodit ex communi jure nempe ex ss. canonibus, Concilio Trid., constitutionibus RR Pontificum et declarationibus ss. Congregationum, ab ea quae vim suam haurit ex speciali R. Pontificis privilegio. Prima competit ordinibus qui regulares in jure appellantur, ejusmodi sunt illi ordines in quibus vota solemnia emittuntur. Circa quos ordines observabatur quoque eos exemptos censeri ab episcopali jurisdictione statim ac admittuntur ad nuncupanda vota solemnia. Acquirunt enim hoc facto privilegia regularium, praesertim privilegium quo eximuntur a canonica Episcopi visitatione, correctione et gemeratim jurisdictione, ad normam communis juris.

Altera vero exemptio, quae repetitur ex speciali R. Pontificis privilegio ea est quae competit religiosis familiis vota simplicia emittentibus, quae hodiernis diebus non sine speciali divina providentia jugiter multiplicantur. Et circa ejusmodi instituta votorum simplicium observabatur, s. Sedem in examen revocare per quosdam gradus instituti scopum, media ad scopum attingendum, constitutiones etc.; et post maturum examen modo solere ejusmodi instituta approbare eorumdemque constitutiones sua auctoritate sancire. Ex quibus inferebatur haec instituta eximi quidem ab episcopali jurisdictione sed tantum circa ea de quibus loquuntur constitutiones sic approbatae, in reliquis autem subesse locorum Ordinariis. Ad quam consecutionem confirmandam adducebatur resolutio in particulari congregatione emissa in quadam causa *Limana*, circa institutum a s. Philippo Nerio, de quo instituto inter alia dubia hoc proponebatur:

*) Vd. *supra p. 513. n. 5.*

An congregatio PP. Oratorii sit omuimodo subjecta Archiepiscopo in modo, forma et assumptis materiis?

Et responsum prodiit:

Affirmative excepto ejus instituto sive iis de quibus loquuntur constitutiones. Quae resolutio confirmata deinde fuit a Benedicto XIV. die 21. Jan. 1758 in const. *Emanavit.* Item in altera causa *Massanen.* patres oratorii quoque respiciente mense Decb. 1826 eadem doctrina confirmata fuit et approbata in const. *Cum sint* Leonis XII. die 30. Jan. 1827.

Quare concludebatur congregatiouem ss. Redemptoris praeter exemptionem de qua constitutiones a s. Sede approbatae loquuntur non posse aliam ampliorem sibi vindicare, cujusmodi esset praesertim exemptio a canonica Episcopi visitatione.

Neque videbantur obstare argumenta quae in contrarium afferebantur. Allegabantur euim in contrarium literae apostolicae in quibus conceditur instituto ss. Redemptoris commuuicatio cum privilegiis aliarum congregationum, quae gaudent speciali exemptione et in quibus literis etiam exemptiones nominantur. Nam quoad communicatiouem cum privilegiis harum congregationum respondebatur cum *Monacell. form. lep. tit. 16. form. 2. suppl. n. 11.* quod Privilegia .... quae involvunt praejudicium tertii vel sunt aliis onerosa aut speciali nota digna vel quae raro conceduntur vel demum jurisdictioni ordinariae Episcoporum sunt laesiva non conferuntur per solam communicatiouem sed indigent speciali et expressa coucessione non obstante quod communicatio habeat clausulas praegnantes, ut late probat *Pignatellus consult. 1. n. 38. et 34. tit. 10.* Item *Petra const. 5. Innoc. IV. n. 45. t. 3., Rota decis. 201. n. 14. et 15. recen. par. 19.* et idem *Monacell. tit. 13. form. 4. suppl. n. 33. et seq.* Quam doctrinam idem auctor confirmat opportunis resolutionibus ss. Congregationum. Item *Benedictus XIV. in instit. 23. n. 4.* et in *const. Impositi nobis etc. dici 27. Febr. 1747.*

Nec aliter esse posse videbatur. Admissa euim plena privilegiorum communicatione, cum Congregatio ss. Redemptoris commuuicet privilegiis PP. excalceatorum ss. Crucis et Passionis, hi vero communicent privilegiis societatis Jesu, quae ulterius privilegiis commuuicat ordiuum Mendicantium et aliorum, per hosce inestricabiles anfractus penitus evanescere dicebatur illud discrimen inter iustituta regularia et ea quae saecularia appellari solent, quod discrimen sartum tectumque esse jubet s. Congregatio.

Neque obstat subjungebatur quod in allegatis ex adverso literis in forma Brevium reperiatur expressum: omnia privilegia et exemptiones: verbum euim exemptionis utpote juris tertii laesivum strictissimae est interpretationis et ceteroquin ea est s. Sedis praxis, ut cum hanc exemptionem de qua est sermo concedit nou obiter et perfunctorie eam exprimat, sed utitur solemuibus et imperativis formulis ex. gr.: *Eximimus et immediate s. Sedi subjicimus* etc. adjectis etiam formulis derogatoriis, praesertim regulae cancellariae de jure quaesito non tollendo.*)

Hisce aliisque observatis videbatur esse concludendum solummodo pro exemptioue quae competere solet novis institutis religiosis quae modo a s. Sede approbantur.

Favore praelaudati expouebantur literae apostolicae in forma Brevis videlicet Breve: *Sacrosanctum* Pii VI. fel. m. diei 21. Aug. 1789 et Breve *Qui sicut* Pii VII. f. m. diei 9. Jan. 1807.

Porro Breve *Sacrosanctum* praeter confirmationem omnium privilegiorum, quae jam autea congregationi ss. Redemptoris coucessa fueraut, speciatim communicationem confirmavit cum tribus congregationibus scilicet Doctrinae christianae, piorum operariorum et clericorum discalceatorum ss. Crucis et Passionis. Et animadvertebatur, hasce literas apostolicas datas fuisse non in forma communi sed in forma omnino extraordinaria, continentes clausulas efficacissimas. Ibidem vero expressit nominari exemptiones easdemque coucedi simul cum caeteris privilegiis concessis et concedendis praefatis institutis; et quidem nou obiter et perfunctorie sed ex motu proprio et ex certa scientia; ibi euim legitur: privilegia, exemptiones .... etiam motu proprio et ex certa scientia ac alias

*) Vd. *t. II. p. 822. XVIII.*

per Nos seu quoscumque romanos Pontifices Praedecessores nostros concessa et inposterum pari modo concedenda. Quare hisce verbis dicebatur comprehendi omnia et singula privilegia (exceptis incommunicabilibus) etiam ea quae rarioris et difficilioris sunt concessionis. Praesertim cum in eodem Brevi clausula habeatur: »proinde ac si specialiter et expresse ac pariformiter et aeque specialiter ei concessa fuissent, auctoritate et tenore praesentium concedimus«: quibus verbis subjungebatur communicationem vim acquirere concessionis directae. Neque desunt aliae clausulae efficacissimae, quibus expresse derogatur constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis aliisve quibuscumque quae obstarent communicationi horum privilegiorum et exemptionum.

Ex tenore igitur harum literarum concludebatur ss Pontificis intentionem firmamque voluntatem fuisse, concedendi congregationi ss. Redemptoris omnia privilegia tam praejudicialia quae concessa fuerant congregationibus clericorum discalceatorum ss. Crucis, piorum operariorum et Doctrinae christianae,*) perinde ac si eidem congregationi ss. Redemptoris specialiter et expresse ac pariformiter et aeque principaliter concessa fuissent, ac proinde minime obstare regulam cancellariae de jure tertii non tollendo; etenim secundum auctorum doctrinam cum agitur de gratia ex sui natura praejudiciali sicut est ex. gr. exemptio a decimis, exemptio a jurisdictione, immutatio voluntatis etc. non requiritur quod in concessione fiat expressa mentio de praejudicio tertio irrogando.

Ad literas Apostolicas *Qui sicut* quod attinet ostendebatur Pius VII. f. m. per ipsas non solum confirmasse literas apostolicas *Sacrosanctum* supra allegatas, de quibus ait: quarum (literarum) tenorem praesentibus pro expresso et inserto haberi volumus, sed ab ipso expressam fuisse voluntatem *(statuimus, edicimus et declaramus)* concedendi congregationi ss. Redemptoris omnia et singula privilegia, indulta, indulgentias et peccatorum remissiones, facultates, exemptiones et gratias spirituales etiam specialem mentionem requirentes, quibus praedictae (congregationes ss. Crucis et Passionis, Doctrinae christianae et piorum operariorum) aliaeque similes clericorum seu regularium seu saecularium congregationes .... ex concessione apostolica seu ex qualibet VV. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur et gaudent ac uti, frui et gaudere poterunt in futurum. Et quo magis demonstraretur, praedicta privilegia et exemptiones concessa ac confirmata fuisse non modo per viam amplissimae communicationis, sed per veram et directam concessionem praeter alias clausulas et derogationes insistebatur praesertim in verbis quibus laudatus Pontifex Pius VII. expresse edixit: »ac etiam quatenus opus sit eidem congregationi ss. Redemptoris .... illaque omnia et singula tumquam de verbo ad verbum hic expressa et inserta fuissent .... eadem auctoritate denuo concedimus.«

Porro subjungebatur hujusmodi congregationes quarum privilegiis institutum ss. Redemptoris ex speciali s. Sedis gratia fruitur gaudere exceptione omnimoda ab episcopali jurisdictione, visitatione et correctione et praecipue ad hoc demonstrandum adducebatur rescriptum concessum B. Paulo a Cruce 1771.

Adnotabatur insuper in facto, quod nunquam Episcopi visitaverant institutum ss. Redemptoris neque spectatis apostolicis literis supra relatis hoc facere potuissent ex quibus (ut dictum est) non solum constare omnino contendebatur nominatim privilegium exemptionis eidem instituto concessum fuisse indirecte per amplissimam communicationem sed etiam directe tamquam si de verbo ad verbum aliorum privilegia fuissent in hisce literis expressa et denuo concessa. His aliisque animadversis circa haec rationum momenta discussum fuit

D u b i u m:

An et quae exemptio ab episcopali jurisdictione ad congregationem ss. Redemptoris spectet in casu?

S. C. die 16. Sept. 1864 censuit respondere:

Attento speciali privilegio praedictae congregationi concesso affirmative juxta formam et modum rescripti diei 21. Sept. 1771 editi favore clericorum excalceatorum s. Crucis et Passionis D. N. I. C.

Indicatum vero a s. C. rescriptum est p. 514.

*) Vd. *Doctrina christiana.*

Ex iis colliges:

I. Ordines regulares gaudere plena exemptione ab episcopali jurisdictione ad normam juris et pontificiarum constitutionum dum econtra instituta religiosa cum votis simplicibus eam tantum exemptionem sibi vindicare possunt quam sibi specialiter concessam demonstrent.

II. Non sufficere ad hanc plenam exemptionem demonstrandam allegare genericam communicationem cum privilegiis alicujus ordinis sic exempti concessam sed demonstrari quoque debere romanum Pontificem intendisse hanc extendere communicationem etiam ad odiosum hoc exemptionis privilegium.

III. Inter varia instituta religiosa cum votis simplicibus quae ex speciali s. Sedis gratia gaudent omnimoda exemptione ab episcopali jurisdictione, visitatione et correctione exceptis casibus jure excipiendis, speciatim recenseri congregationem PP. Excalceatorum ss. Crucis et Passionis D. N. I. C. necnon congregationem ss. Redemptoris a s. Alphonso Maria de Lignori fundatam.*)

*) Non recte quis argumentaretur contra exemptionem de qua actum est in causa hoc pacto: Superiores alicujus religiosi instituti non habent jurisdictionem canonice visitandi et infligendi censuras in subditos quia (forsan) non habent aliquod documentum quo haec jurisdictio positive dicatur suo instituto concessa: ergo non est ab episcopali jurisdictione institutum exemptum. Fallacia hujus argumenti in eo praecipue consisteret, quod supponitur, eodem rigore probandam esse jurisdictionem concessam ac probanda sit exemptio: quod est falsum. Etenim exemptio utpote laesiva jurium episcopalium dicitur odiosa, ideoque clarissimis argumentis est demonstranda. At demonstrata hac exemptione non est odiosa jurisdictio de qua agimus. Etenim cuilibet bene ordinatae societati suppetere debent opportuna media quibus societas regatur. Ergo eo ipso quo aliqua societas ecclesiastica subtrahitur ab episcopali jurisdictione censetur eidem jurisdictio concessa, qua, independenter ab Episcopis, regi possit. Quod si ad hanc regendam requiratur etiam potestas infligendi censuras, non potest concludi talem societatem non esse exemptam, sed imo concludi legitime deberet, eam hac jurisdictionis potestate, infligendi scilicet censuras, gaudere debere.

Caeterum neque desunt in hac re peculiares authenticae declarationes vel concessiones circa peculiaria religiosa Instituta de quibus agimus. Sic Benedictus XIII. literis apostolicis diei 16. Junii 1727 Congregationi doctrinae christianae ut *firmius subsisteret* haec indulsit: »*Ut praepositus generalis ejusdem Congregationis et quisque provincialis. de suorum consiliariorum, atque rector de praepositi Provincialis ejusque consilii consensu adversus sibi subditos inobedientes aut contumaces seu disculos ad poenam suspensionis a Divinis procedere ac resipiscentes ab illa absolvere libere et valide possint respective et valeant.*« Privilegiis hujus Congregationis eo modo quo in causa dictum est communicat Congregatio ss. Redemptoris, ergo huic Congregationi eadem potestas denegari non posse videtur.

Item generatim circa jurisdictionem et nominatim *canonicam* visitationem faciendam, quod ad Institutum ss. Redemptoris attinet, haec tantum referimus. Cum Gregorius XVI. f. r. in sex provincias hoc institutum diviserit, decreto 2. Julii 1841, eodem tempore jussit definiendas esse facultates Provincialium in proximo generali capitulo; quod deinde habitum fuit Romae anno 1855. In rigidum examen acta hujus capituli fuerunt a S. C. EE. et RR. revocata et inter alia, quae approbata fuerunt a regnante rom. Pontifice, reperiuntur duo articuli in quibus provincialium hujus instituti potestas hisce verbis ample definitur: *Exercendi* jurisdictionem *in rectores, superiores et singulos subjectos, transferendi singulos subjectos ex una domo in alteram, peragendi et dirigendi missiones... XI.: Instituendi quotannis* visitationem canonicam *omnium collegiorum et hospitiorum etc.*

IV. Illa denique instituta quae hujusmodi exemptionem ab episcopali jurisdictione sibi vindicare nequeunt exemptiones tamen sibi vindicare quoad institutum et quoad ea de quibus constitutiones respectivae loquuntur eo ipso quod apostolica auctoritate sint peculiariter sancitae.

7) Sororum scholae tertii ord. s. Francisci.

Vd. *Moniales* (scholas frequent.); t. III. p. 1239. h.

Ad Episcopum N. N.

Quae amplitudo tua exposuit in literis diei 16. Jan. proxime elapsi quoad sorores pii instituti tertii ordinis s. Francisci vulgo sorores scholae nuncupatas a Dno Prosecretario hujus s. Congregationis sub die 9. Martii relata fuerunt SSmo Dno nostro Pio PP. IX. Sanctitas Sua audita praedicta relatione has quae sequuntur facultates Amplitudini tuae tribui mandavit pront praesentium tenore tribuuntur videlicet:

1. Sanandi ea omnia, quae ab anno 1858 ad annum 1865 gesta fuerunt a religiosis s. Francisci qui praedictorum sororum directionem seu gubernium sine apostolicae Sedis approbatione tenuerunt.

2. Statuendi ut sorores post professionem votorum simplicium ad triennium duraturam emittere possint vota *simplicia perpetua*, quae nonnisi ab apostolica Sede dispensari possint.

3. Eligendi unam diem intra annum in qua sorores sacramentaliter confessae ac s. synaxi roboratae in perpetuum lucrari possint plenariam indulgentiam recitata pro ecclesiae pace et ss. Pontificis conservatione aliqua prece ab Amplitudine tua praefinienda.

Insuper Sanctitas Sua significari voluit Amplitudini tuae:

1. Regulares*) sine speciali apostolicae Sedis indulto haud excipere posse sacramentales confessiones piarum mulierum seu sororum in communitate degentium nec ullam earum directionem exercere posse.

2. Non solere permitti ab apostolica Sede ut officium B. Mariae V. vernacula lingua a sororibus alicujus pii instituti recitetur.

3. Haud necessariam esse apostolicam facultatem ut Amplitudo tua memorati pii instituti sororibus plenariam absolutionem a transgressionibus in constitutiones concedat eamque ab Episcopis ordinaria facultate dari posse.

4. Quoad votum paupertatis statneudum esse, ut sorores pii instituti de quo agitur ante perpetuam votorum simplicium professionem de bonis ad ipsas spectantibus disponere debeant.**) Relate vero ad bona, quae post emissam dictam professionem ad easdem sorores sive ex testamento sive ab intestato obventura erunt, statuendum pariter esse, ut de ipsis disponere debeant de consilio Episcopi, cui liberum erit permittere enunciatis sororibus, ut dominium radicale praefatorum bonorum retineant ita tamen ut disponere hoc in casu omnino teneantur de eorumdem bonorum usufructu sive favore suorum parentum sive favore proprii instituti prout magis placuerit et juxta Episcopi consilium.

5. Nullam ex sororibus a pio instituto sponte discedere posse nec ab eo posse dimitti nisi obtenta prius ab apostolica Sede dispensatione super votis sive perpetuis sive temporaneis si horum obligatio nondum cessaverit. Interim etc.

Datum Romae die 21. Martii 1866.

8) Sororum charitatis Jesus et Mariae.

SSmus Dominus Noster Pius divina providentia PP. VII. Dei gloriae, ecclesiae catholicae decori, animarum saluti, egentium et infirmorum subsidio procuraudis maximopere intentus supplicem libellum sibi nomine sacerdotis Petri Joseph Griest Canonici honorarii Cathedralis Gandaven. et superioris generalis congregationis nuncupatae Sororum Charitatis Jesus et Mariae in dicta civitate pluribus abhinc annis institutae humiliter porrectum, quo approbationem statutorum seu regularum modo dictae congregationis postulabat, s. Congregationi S. R. E. Cardinalium super consultatione et causis Episcop. et Regul. deputatorum juxta consuetum morem remisit. S. autem Congregatio sub die 23. Augusti ad relationem unius ex Cardinalibus tamquam hujus causae ut dicitur Ponentis censuit sacri ejusdem Consessus mentem si ita SSmo placuerit Dominationi Tuae Illmae ac Rmae esse aperiendam quod praesenti hac epistola exequi constituo. Visae sunt porro huic s. Congregationi generatim plane commendandae regulae seu ordinationes quas pius instituntor proposuit pro regimine dictarum sororum et laudabili fini seu scopo quem ipsae sibi praestituunt plurimum accommodatae atque ad hoc judicium ferendum s. hunc Consessum permovit D. T. tamquam Ordinarii dioecesani perhonorifica tum instituti tum regularum approbatio nonnullis abhinc annis facta pro domibus in civitatie ac dioecesi tua existentibus quo fit ut si tam pium ac salubre institutum pauperibus Christi, infirmis in necessitatibus suis corporalibus et spiritualibus adjuvandis, puellis orphanis in dictae societatis domibus colligendis, aleudis educandisque aliisque egentibus itidem puellis in iisdem domibus ad labores sexui conveuientes instruendis et ad christianos mores informandis destinatum in aliis quoque Belgii dioecesibus annuentibus respectivis Ordinariis propagetur multis periculis obviam iri multaque ad salutem animae et corporis commoda Christifidelibus iis in dioecesibus parari sperandum merito sit.

At vero quod exoptat praefatus superior geueralis ut societatis a se institutae sorores substantialia religionis vota solemniter profiteri ex concessione Sedis Apostolicae valeant, id s. Congregationi visum est nec earum instituto congruere nec vivendi modo ac regulis, quibus eaedem uti intendunt; neque enim s. Sedes a tempore praesertim Concilii Trid. permittit aut indulget quod in societatibus seu communitatibus mulierum solemnia vota emittantur, nisi eae sub inviolata

*) *Confessarius Monialium p. 386 n. 13; p. 391. §: Porro etc.*

**) Vd. *t. II p. 1122. n. 7.*

clausura*) degant vivantque perpetuo: aliunde autem sorores huic societati addictae debent juxta formam vivendi in earum regulis contentam de una ad alteram domum pro superiorum arbitrio migrare atque ad nosocomia aliaque loca pro aegrotantium servitio sese conferre. Compertum vero est sorores seu puellas Charitatis a s. Vincentio a Paulo institutas vota dumtaxat simplicia nuncupare quorum obligatio non ultra annum protenditur, ita ut si velint in congregatione permanere debeant singulis annis recurrente capituli tempore eadem vota renovare; quae quidem praxis dum singulis libertatem aperit congregationem deserendi superioribus etiam libertatem relinquit sorores mala exempla praebentes et indociles dimittendi, quo fit ut facilius singulae in officio contiuuantur.

Quod vero ad regulas attinet una inter illas occurrit, quae uimium rigorem praeseferre videtur; ea autem est quae § 14 perpetuum silentium sororibus iudicit easque nunquam inter se colloqui permittit; sapienter omnino a Dominatione tua observatum est, moderandam esse hujusmodi regulam, ut videlicet sororibus permissa sit aliquando tempore post prandium ac coenam inter se colloqui ac modeste confabulari; quae saue prudeus ac prope necessaria severioris statuti moderatio nec potuit a s. C. non approbari.

Haec porro sunt, quae Congregatio super hujusmodi negocio cousideranda ac proponenda judicavit quaeque sapientissimo Bmi Patris subjecta judicio benignam Sanctitatis Suae approbationem retulerunt. Ex his autem quae Dominationi Tuae communicata sunt eadem ipsa perspiciet quam agendi rationem sequi debet. Ex his etiam intelligat eximius Canonicus, qui ex speciali quodam charitatis favore tam pium opus in subsidium pauperum aegrotantium et egentium puellarum promovere studuit ac studet quanta benignitate SS. Pontifex Institutorem complectatur. In cujus rei testimonium apostolicam Benedictionem tam ipsi quam universis sororibus ad praefatam congregationem pertinentibus peramanter impertitur. Haec dum Dominationi Tuae pro muneris meo officio refero, fausta omnia a D. O. M. eidem adprecor.

Romae 24. Sept. 1816.

*) Vd. *t. III. p. 1239. h.*

SS. Congregationes romanae.

1) S. C. Concilii.

a) Facultates.

Vd. infra lit. *b. c. d.*

b) Institutio.

Vd. t. I. *Praefatio* in initio; infra lit. *c.*

Institutio congregationis S. R. E. Cardinalium super executione et observantia sacri Concilii Trid. et aliarum reformationum hujus Pontificis.

Pius PP. IV.

Alias Nos nonnullas constitutiones et ordinationes, reformationem majoris poenitentiarii ac s. Poeniteutiariae nostrae ac Vicarii nostri ac ejus officii uecnon camerarii et Camerae apostolicae ac illius causarum auditoris necnon Palatii apostolici causarum auditorum ac gubernatoris et Capitolinae curiarum et contradictarum aliorumque almae Urbis nostrae ac romanae curiae tribunalium et officiorum concerneutes edidimus, quae tamen, (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum et tribunalium praefectis ac officialibus minus diligenter observantur.

Cum autem enixae uostrae volnntatis sit illa ut et pariter decreta s. Concilii Trid. in his, quae ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino observentur, Nos propterea considerantes parum esse jura condere nisi sint qui ea executioni demandari faciant, et in praemissis, prout ex debito pastoralis officii Nobis, meritis licet imparibus, injuncti obligamur salubriter et utiliter providere praefatasque constitutiones et ordinationes ac decreta concilii, quas et quae hic haberi volumus pro expressis, inviolabiliter observari volentes venerabili fratri nostro Joanni Episcopo Tusculaneusi Morono, Joanni Michaeli s. Auastasiae Saraceno ac Joanni B. s. Cle-

mentis Cicaoae necuon Michaeli s. Sabinae Alexandrino, Clementi s. Mariae in Aracoeli, Ludovico s. Cyriaci in Thermis Simonetae ac Carolo s. Martini iu Montibus Barromaeo presbyteris necnon Vitellotio s. Mariae in Porticu Vitellio nuucupatis titulorum, diacono, Cardiualibus committimus et maudamus quatenas ipsi seu eorum major pars, coujunctim vel divisim, eorum arbitrio etiam tamquam executores dictarum literarum, constitutiouum et decretorum praedictorum, constitutiones et ordinatioues ac decreta praefata, juxta tenores eorum ac literarum desuper coufectarum, per quoscumque Poeuitentiariae, Vicariae et Camerae ac Rotae curiarum ac tribunalium praedictorum judices et officiales sub excommuuicationis latae sententiae ac privatiouis officiorum et aliis eisdem Cardiualibus beuevisis, etiam pecuniarum eo ipso incurrendis poenis, firmiter observari faciant, et cum effectu, nisi, tam in executioue dictorum decretorum coucilii quam dictarum literarum nostrarum, aliqua dubietas aut difficultas emerserit (quo casu ad Nos referant), iuvocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Ac eos qui literis et decretis praedictis et eorumdem Cardinalium mandatis non paruerint, ex nunc, prout ex eadem die et e contra, illorum officiis privatos necnou ad illa et alia romanae Curiae officia inposterum obtinenda inhabiles ac ipsis ab eisdem officiis sic privatis, illa tamquam per privationem vacautia datario nostro vendi et a quibusvis personis idoneis pro pretio convenienti emi libere et licite posse, auctoritate uostra curent, nuncient, deceruant ac declarent, prout Nos harum serie nunciamus, decernimus et declaramus.

Non obstautibus quibusvis constitutionibus et ordiuationibus apostolicis ac Poeuitentiariae et curiarum necuon tribunalium praedictorum statutis etc., etiam juramento etc. roboratis, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis illis ac dictis officialibus et tribunalibus, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu simili et alias quomodocumque concessis etc. Quibus omnibus etc., illorum tenores etc. hac vice latissime derogamus eaque adversus praemissa nullatenus suffragari volumus ceterisque contrariis quibuscumque.

Placet, motu proprio I.

Datum Romae apud s. Marcum, die 2. Augusti 1564.

(Bull. r. t. VII. p. 300. Ed. Aug. Taur. 1862.)

Sixtus PP. V.

Deo Patri misericordiarum gratias agentes, qui in oecumenico coucilio Trid. Spiritus s. lumine diffuso catholicam veritatem omnibus patefecit, haereses nostrorum temporum confutavit, mores et disciplinam restituit ejusdemque concilii decreta omnibus observari voleutes, cum ad singularem romaui Pontificis auctoritatem tantummodo spectet generalia coucilia indicere, coufirmare, interpretari et ut ubique locorum serventur curare ac praecipere.

§ 1. Eorum quidem decretorum, quae ad fidei dogmata pertinent, iuterpretatiouem Nobis ipsis reservamus, Cardinalibus vero praefectis iuterpretatioui et executioni Concilii Trid., si quando iu his, quae de morum reformatioue, disciplina ac moderatione et ecclesiasticis judiciis aliisque hujusmodi statuta suut, dubietas aut difficultas emerserint, interpretaudi facultatem, Nobis tameu consultis, impartimur. Et quouiam eodem Coucilio Trid. decretum est syuodos proviuciales tertio quoque auuo, dioecesanas singulis annis celebrari debere, id in executiouis usum ab iis, quorum iuterest, induci eadem congregatio providebit, Provincialium vero ubivis terrarum illae celebrentur decreta ad se mitti praecipiet, eaque singula expeudet et recognoscet, Patriarcharum praeterea, Primatum, Archiepiscoporum et Episcoporum (quibus bb. Apostolorum limina certo constituto tempore visitare alia nostra sauctione jussum est), postulata audiat et quae cougregatio ipsa per se poterit ex caritatis et justitiae norma expediat, majora ad nos referat, qui fratribus uostris Episcopis, quantum cum Domino licet, gratificari cupimus. Item ab iisdem praesulibus ecclesiarum exposcat, quae in ecclesiis eorum curae ac fidei commissis cleri populique morum disciplina sit; quae Concilii Trid. decretorum, cum in omnibus tum praesertim in residentiae munere executio; quae item piae consuetudines et qui omnium denique in via Domini sint progressus, ipsisque det literas ex formula praescripta in testimonium obitae per eos visitationis liminum sauctorum eorumdem Apostolorum. Habeat itidem congregatio auctoritatem promovendi reformationem cleri et populi, nedum in

Urbe et statu ecclesiastico temporali, sed etiam iu universo christiano orbe, in iis quae pertinent ad divinum cultum propagandum, devotionem excitandam et mores christiani populi ad praescriptum ejusdem concilii componendos, utque ad rationes difficillimis his perturbatisque temporibus necessarias couformaudos, quo uberius divinae misericordiae vim in nobis sentiamus justamque iram atque animadversiouem effugiamus.

Die 11. Maji 1587.

(Bull. r. t. VIII. p. 991. Ed. Aug. Taur. 1863.)

c) Modus agendi per eam et coram ea.

De sacra Congregatione Concilii: de modo agendi quo ipsa utitur deque modo progredendi coram ea.

Causas quae coram s. Concilii Cougregatione propouuntur exponeutes saepe eas referre debuimus facti circumstautias quae ad modum ageudi s. Congregatiouis vel ad modum coram ea procedeudi stricte referuntur. Quandoque enim in exponeudis quarumdam causarum actibus uarratum est: s. Cougregationem primis oblatis precibus rescripsisse: *lectum* vel: *non expedire* et postea causam: *ponatur in folio* vel: *per summaria precum* tractari mandasse. Quandoque de *dubiorum concordatione* aut *reformatione*, saepius de *Ordinarii informatione et voto* sermo habitus est, quin pateret quid sibi vellent dictiones hujusmodi vel quodnam actum secumferreut. Itaque rem nounullis saltem e lectoribus nostris utilem nos facturos arbitramur, cum *de modo agendi* hujus s. Congregationis necnon *de modo procedendi* coram ea quaedam breviter explicaverimus.

Scimus canonicarum discipliuarum peritis nihil nos dicturos quod jam non noveriut: sed in votis esse censemus eorum, quibus graviora ecclesiae negotia hujusmodi studiis vacare non sinunt, quae sit rescriptorum vis et a quibus edita pro casuum varietate intimius cognoscere.

Hunc ad finem consequendum pauca praecedaut oportet de historia s. Congregationis Coucilii quae subjectam materiam stricte respiciunt.

Ejus origo repetenda est ex ipsa Tridentina synodo, quae iu decreto de recipiendis et observandis decretis Concilii *(sess. 25. continuatio)* haec statuit: »Quod si in his recipiendis (decretis) aliqua difficultas oriatur aut aliqua iuciderint quae declarationem, quod uon credit, aut defiuitionem postulaut, praeter alia remedia in hoc Concilio instituta confidit s. Synodus Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis ex illis praesertim provinciis unde difficultas orta fuerit iis quos eidem negotio tractando viderit expedire vel etiam Coucilii geueralis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quacumque ratioue ei visum fuerit, provinciarum uecessitatibus pro Dei gloria et ecclesiae commoditate consulatur.«

Hujus decreti executioni primus consuluit Summus Pontifex Pius IV.*) Ipse in literis motu proprio datis, quae incipiunt: »*Alias nonnullas*« die 2. Augusti 1564 deputavit octo Cardinales qui Concilio interfuerant, ut firmiter observari curareut nou solum ea, quae ipse paulo ante de reformandis tribunalibus Urbis statuerat, sed et decreta Coucilii Trideutini. Excepit vero Pius IV. casus in quibus quoad executiouem decretorum Coucilii aliqua dubietas aut difficultas oriretur eosque ad se referri maudavit. Verum hujusmodi exceptionem non dubia facti, sed dubia juris resperisse certum est, ideoque patet potestatem eo tempore Congregationi datam non interpretandi, sed administrandi tantum juris fuisse. Immo ex libris literarum et decretorum qui in Secretaria Congregationis asservantur eruitur: eumdem Pium IV. necnon Summos Pontifices Pium V. et Gregorium XIII. Cougregationem saepe in consilium adhibuisse. Coustat etiam Pium V. indulsisse, ut posset Congregatio absque alia delegatione quaestiones dirimere quas claras videret. Quos vero casus tamquam dubios existimaret referendos Sanctitati Suae referret, *quod in eam usque diem fecerat.* Idem egit Gregorius XIII. Et notatu quidem dignum est, ob crescentem negotiorum molem, quae ex omnibus terrae partibus ad eam coufluebant, jam ab initio anni 1565 quatuor Cardinales additos fuisse illis octo qui Congregationem a Pio IV. iustitutam conficiebant et constitutum fuisse, ut pro faciliori uegotiorum expeditione Cardinales quatuor ex corpore generali Congregationis frequentius convenirent, sub uomine Congregationis particularis. Hanc Congregationem particu-

*) Vd. *p. 521. b.*

larem Gregorius XIII. die 8. Maji 1576 declaravit potuisse et posse casns expedire alias decisos a Congregatione generali eosque etiam qni clari ex omnium sententia viderentur. Si enim vel unus Cardinalis dissentiret, Congregatio haec particularis rem debebat ad Congregationem generalem deferre eique votnm snum proponere.

Congregationis auctoritatem confirmavit Sixtus V. in constitutione »*Immensa aeterni*« in qua de Congregatione pro executione et interpretatione Concilii Tridentini appellata haec edixit: »Deo antem Patri misericordiarum gratias agentes, qui in oecnmenico Concilio Tridentino Spiritus Sancti lumine diffuso catholicam veritatem omnibus patefecit, haereses nostrorum temporum confutavit, mores et disciplinam restituit ejusdemque Concilii decreta ab omnibus observari volentes, cum ad singularem Romani Pontificis anctoritatem tantummodo spectet generalia Concilia indicere, confirmare, interpretari et ut ubique locorum serventur curare ac praecipere.

§ 1. Eorum quidem decretorum quae ad fidei dogmata pertinent interpretationem Nobis ipsis reservamus. Cardinalibus vero praefectis interpretationi et executioni Concilii Tridentini, si qnando in his, quae de morum reformatione, disciplina ac moderatione et ecclesiasticis judiciis aliisque hujusmodi statuta sunt, dubietas aut difficultas emerserint, interpretandi facultatem Nobis tamen consultis impertimur. Et quoniam eodem Concilio Tridentino decretum est, synodos provinciales tertio quoque anno, dioecesanas singulis annis celebrari debere id iu executionis usum ab iis, quorum interest, induci eadem Congregatio providebit. Provincialium vero, ubivis terrarum illa celebrentur, decreta ad se mitti praecipiet eaque singula expendet et recognoscet. Patriarcharum praeterea, Primatum, Archiepiscoporum et Episcoporum (qnibus beatorum Apostolorum limina certo constituto tempore visitare alia nostra sanctione jussum est) postulata audiat et quae Congregatio ipsa per se poterit, ex charitatis et justitiae norma expediat; majora ad Nos referat, qui fratribus nostris Episcopis quantum cum Domino licet gratificari cupimus. Item ab iisdem praesulibus ecclesiarum exposcat, quae in ecclesiis eorum cnrae ac fidei commissis cleri popnlique morum disciplina sit, quae Concilii Tridentini decretorum, cnm in omnibus tum praesertim in residentiae munere executio, quae item piae consuetudines et qui omnium denique in via Domini sint progressus: ipsisque det literas ex formula praescripta in testimonium obitae per eos visitationis liminnm sanctorum eorumdem Apostolorum. Habeat itidem Congregatio auctoritatem promovendi reformationem Cleri et popnli, nedum in Urbe et statu ecclesiastico temporali, sed etiam in universo christiano orbe, in iis quae pertinent ad divinum cultum propagandum, devotionem excitandam et mores christiani populi ad praescriptum ejusdem Concilii componendos atque ad rationes difficillimis his perturbatisque temporibus necessarias confirmandos, quo uberius divinae misericordiae vim in nobis sentiamus justamque iram ac animadversionem effugiamus.«

Processu temporis Congregationis Concilii auctoritas melius fuit explicata.

Officium *a Secretis* gravissimum factum est, ad quod illi vocabantur, qui juris utriusque scientia et in negotiis tractandis prudentia excellerent. Hos inter honoris causa nominamus Prosperum Fagnanum, Prosperum de Lambertinis qui ad Petri Cathedram evectus Benedicti XIV. nomen assumpsit et Cardinalem de Petra.

Crescente Secretarii auctoritate jam particularis qnatnor Cardinalium Congregatio desuescere ac pro difficilioribus negotiis vel a Pontifice particularis Congregatio deputari vel theologi et canonistae adhiberi coeperunt, qui votum suum panderent. Deinde res minoris momenti ab aliis gravioribus separatae sunt et causae quidem majores *in folio* manu scripto Patribus breviter expositae. Partibus licebat allegationes snas prodere et Secretarius nonnnnquam solebat quaedam adnotare de jure et praesertim de praxi s. Congregationis. Causae typis mandari coeperunt anno 1695, sed nonnisi anno 1718 cum Prosper de Lambertinis Secretarii munns suscepit *folia* Patribus tradenda ita reformata sunt, ut praecipua rationum momenta continerent exhiberentque Congregationis resolutiones in similibus casibus adhibitas necnon theologorum et canonistarum vota.

Ipse authenticam illam resolutionum collectionem fieri curavit quae venit sub nomine: »*Thesaurus resolutionum*« quaeque passim in exemplum affertur atque plurimum

differt a libris decretorum qui in Secretaria s. Congregationis asservantur.

Haec de praecedentibus sufficiant. Modo cognoscere praestat quae sint in praesenti s. Congregationis membra et officiales.

Membra sunt Cardinales qnos Pontifex eligit. A Pio IV. qui, uti diximus, octo deputavit Patres Eminentissimos hodie sunt numero 36 quos inter nonnulli recensentur qui extra romanam curiam resident. Ex his unus a Pontifice Praefectus renuntiatur. Omnes votum habent quod vocant *decisivum*. Adest Cardinali Praefecto Episcopus vel Archiepiscopus, cui officium a *Secretis* a Pontifice concreditur. Ejus est negotia pro unaquaque Congregatione proponere et Papae referre decretaque s. Congregationis conscribere quae sine ejus et Praefecti subscriptione omni validitate destituuntur.

Secretarium adjuvant Subsecretarius et auditor. Primus ille omnia negotia inspicit et quomodo tractanda sint consulit. Alter in causis coram s. Congregatione proponendis operam impendit earumque relationem in folio, quod *ex officio* dicitur, conscribit. Hanc ipse vel ex defensionibus advocatorum haurit vel super documentis quae partes exhibuerunt conscribit augetque regulis juris et ejusdem s. Congregationis et quandoque etiam s. Rotae romanae decisionibus ad rem facientibus. Praeterea auditor est caput studii, in quo admittuntur presbyteri vel clerici qui exactis juris utriusque studiis ibi conveniunt ut in rerum canonicarum praxi exerceantur. Ex his patet quam grave sit auditoris munus. Ad hoc idcirco presbyter eligitur qni nedum juris ecclesiastici et civilis scientia praestet, sed advocati titulo sit insignis et utriusque fori praxis peritissimus.

Haec jam respiciunt modum agendi s. Congregationis ad qnem accedimus.

Cum enim preces vel aliud scriptum quodcumque ad Congregationem defertur, illud in tabulario statim accurate notatur et Subsecretario traditnr. Hic inter rerum canonicarum peritissimos electus rem expendit videtque num s. Congregationis competentiam excedat et, si s. Congregatio potest in ea manum apponere, quomodo tractanda sit decernit. Si quae petuntur jam sint (uti ajunt) *de stylo* Congregationis*), ea Praefecto et Secretario cum quibus *congressum* habet proponit aut in plena Congregatione exponit breviter et statim responsio datur, eaque inseritur in corpore literarum quas ad relationem remittit. Pro hisce rebus multas habet facultates Secretarius. Si preces gratiam contineant, quoniam apposita rescripta cum solemni cautionum et clausularum forma in id expedire debent, tunc separatim pront fit de aliis negotiis ordinariis expenduntur juxtaque s. Ordinis disciplinam separata rescripta emittuntur.

Quae Pontifici referri solent, ei refert Secretarius, et exhibent in rescripto formulam »*ex audientia Sanctissimi.*«

Pro postulatis quae majorem rei inquisitionem disceptationemque requirunt, quandoquidem ea ipsa methodo agi solet ac in caeteris negotiis ordinariis. Etenim Ordinario dioecesis cui postulans subjicitur literae conscribuntur, quibus ab eo requiri solent quae necessaria scitu sunt sive quae ad rem faciunt: *auditis* si expedire videatur *interesse habentibus*.

Elementis omnibus collectis ad facti speciem necessariis et opportuuis res in *congressu* proponitur.

Jam quid *congressus* nomine veniat dicendum est. Hunc institnit Eminentissimns Cardinalis Praefectus Prosper Caterini, vir praeclarissimus et omni laude dignus, qui hodie etiam s. Congregationi praeest. Penes ipsum conveniunt quolibet sabbato mane Secretarius et Subsecretarius et *congregantur*. Inter eos agitur de singulis precibus in hebdomada s. Congregationi oblatis deque aliis rebus omnibus quas dirimere necesse est: et quid de unaquaque re consilii capiendum sit expenditur. Si vel elementa deficiant quibus aut in *folio* aut per *summaria precum* res proponi mereatnr vel res talis sit quam silentio praeterire prudentius videatur ut partes acquiescant, rescribi solet vel *lectum*, vel *reponatur:* vel *non expedire*. Quae formulae subjectam habent conditionem: *in praesenti rerum statu*. Etenim non raro accidit ut rerum status mutetur aut preces iterum instaurentur et precibus documenta atque Ordinarii informatio accedant: omniaque talia sint, ut rei propositionem resolutionemque necessariam evincant.

*) Dicuntur *de stylo* s. Congregationis Concilii quae normam assuetam habent unde proponantur et de plano resolvuntur quin ulla disquisitio vel contentio locum habeat.

Itaque si talia sint postulata quae *in congressu dirimi* illico valeant dirimuntur. Si gravius sit negotium quod paulo altiorem exquirat indaginem, sed itidem de re non admodum gravi agatur, ad plenam Congregationem remittitur *per summaria precum*. Si res haud levis momenti sit, decretum fit »*ponatur in folio*« et Episcopo scribitur *ut partibus terminum praefigat ad ulteriora sua jura deducenda coram s. Congregatione.*

Precum summaria nihil aliud sunt quam brevis precum relatio, quae a Secretario in plenis comitiis fieri solet, omnibus juris et facti momentis sedulo, sed strictissime expositis. Jam enim ab initio Congregationis observatum est, causarum alias pleniorem informationem requirere, alias quae faciliori modo expediri poterant et plerumque a Congregatione quatuor Cardinalium absolvebantur. Processu temporis in prioribus tantum allegationes dari et a Secretario plenior expositio fieri solebat. Major differentia haec evasit, cum majores causae *in folio* exponi coeperunt: etenim illae omnes quae *in folio* non describebantur sed a Secretario in comitiis statim definiendae proponebantur *per summaria precum propositae* dictae sunt: cum non solum summario modo expedirentur, sed plerumque res gratiosas continerent. Verum et inter eas quaedam erant nonnumquam pro quibus aliqua saltem facti et juris cognitio necessaria erat.

Hujusmodi precum summaria anno 1847 typis mandari coeperunt, sed earum resolutiones in thesauro non referuntur.

Caeterum pro causis *per summaria precum* expendendis regula fixa et certa non adest. Res a prudenti *congressus* arbitrio pendet. Causae illae omnes plerumque in folio proponuntur in quibus hucusque nulla similis prostat resolutio: scilicet in quibus directe agitur vel de Concilii Tridentini vel de alicujus pontificiae constitutionis interpretatione, aut in quibus partes inter se contendunt: per summaria precum referuntur vel res minores vel eae quaestiones in quibus ex pluribus s. Congregationis resolutionibus legis sensus patet vel cum in mora periculum est vel denique cum judicii rumorem vitandum esse et secretum tenendum prudentia suadet.

Hucusque *de modo agendi s. Congregationis.* Superest ut dicamus: De modo procedendi coram eadem s. Congregatione.

Statim ac decretum Secretarius edidit vel per summaria precum rem esse definiendam vel in folio ponendam, statim documenta omnia negotium respicientia in auditoris potestatem veniunt.

Quoad causas quae per summaria precum tractantur notandum superest nullum in his dubium proponi et raro admodum patronos adhiberi. Si tamen partes velint, possunt allegationes patribus distribuere et »ad informandum« admittuntur, prout in causis juris ordine servato tractandis, de quibus mox loquemur.

Causae in quibus decretum prodiit *ponatur in folio* vel *oeconomice* vel *juris ordine servato* pertractantur. Anno 1836 circiter invectum est, ut causae de vinculo matrimonii si partes expensas judicii solemnis ferre non possint definiantur votis a theologo et canonista unacum vinculi defensore ex officio emissis. Hodie tali modo*) proponuntur causae illae omnes, in quibus ad litis expensas vitandas partes ad monitum Episcopi suarum rationum momenta deduxerunt earumque jura diligentius supplenda et explananda *ex officio* suscipit Secretarius sive (quod idem est) ejus auditor. *Haec forma oeconomica.*

Causarum tractatio *juris ordine servato* tunc locum habet, cum utraque pars aut una tantum advocatum aliquem cum procuratore vel sine delegat, qui *juris et facti restrictum* (defensionem) unacum summario documentorum conscribat ac typis editum Emis Patribus distribuendum curet. Hoc in casu Secretarius *in folio* synopsim conficit, restrictus ejusdem eaque omnia ex officio superaddit quae necessaria censeat. Hujusmodi tractatio legibus subjicitur quae promulgatae fuerunt die 27. Septembris anni 1847 cum Cardinalis Ostini et Hieronymus D'Andrea eo tempore Archiepiscopus Meliten. et postea S. R. E. Cardinalis, ille Praefecti, hic Secretarii munera obirent. Has leges per extensum ex italico sermone in latinum versas tradimus.

*) Intellige hodie oeconomice proponi causas illas omnes in quibus partes non habent unde advocati operam remunerentur. Ob temporum nostrorum iniquitatem id frequenter fieri solet, praesertim in causis quae ad Italicum clerum spectant. Attamen exceptis causis *nullitatis matrimonii vel nullitatis Ordinis* vota theologi et canonistae non requiruntur.

Regula

Observanda in causis quae coram s. Congregatione Concilii Juris ordine servato proponuntur.

Quoniam praeter causas mere gratiosas et oeconomicas etiam contentiosae coram Sacra Congregatione Concilii solent proponi in his ab initio procedendi modus invectus est, qui et aequitatis sacrae Congregationis et rigiditatis civilium Tribunalium aliquid in se haberet. Verum agendi forma a Praedecessoribus nostris constituta mutamentum quoddam subiit per traditionem ab aliquo retentum nec accurate relatum a forensibus auctoribus illis qui de praxi sacrarum Congregationum scripserunt. Ita paullatim mutari atque omnino etiam pro derelicto haberi coepit ab agentibus et procuratoribus; non sine litigantium damno et Ordinis rectae justitiae administrationi apprime necessarii detrimento. Itaque ut hujusmodi perturbationi provideatur, praecedentibus servatis legibus quae cum regulis vigentibus convenireut, nos ex auctoritate s. Congregationis in conventu diei 7. Augusti currentis anni nobis ultro concessa et praevia suprema Sanctitatis Suae sanctione quae accessit in audientia diei 9. Augusti anni ejusdem, nos quae sequuntur deliberavimus disponere et disponimus:

1. Causae proponendae coram sacra Congregatione sive directe sive in gradu appellationis juxta ejus praxim *juris ordine servato* tractabuntur, quoties e contendentibus unus, cujus interest, legitimo Procuratore coustituto apposuerit: »*Nihil transeat*« penes acta s. Congregationis.*)

2. Hoc in casu illi tantum ad agendum admittuntur Procuratores qui legitimam standi coram caeteris Urbis Tribunalibus personam habent.

3. Nullum coram plena Congregatione postulatum proponere licebit, nisi auditus jam fuerit Ordinarius eaque omnia parata sint quae Rmus Secretarius necessaria duxerit: prouti sapieuter statutum est in alia regula s. hujus Congregationis diei 6. Sept. 1751.

4. Documenta ad causam spectantia rejicientur quae curiae respectivae non ediderint vel alio modo authentica reddita non fuerint vel authentiae signum nullum praeseferant. Cum vero ea in Secretaria exhiberi contigerit, notula erit facienda et in tabulario inserenda.

5. Documentorum communicationem in exemplaribus a Secretariae officialibus faciendam partibus concedet Rmus Secretarius per rescriptum.

6. Cum Secretarius decretum ediderit: »*Ponatur in folio citata parte*« ad dubii concordationem et Congregationis destinationem procedi poterit per citationem ex diligentiori parte*); in cujus calce, priusquam ad aliam partem transmittatur, Secretarius vel ejus auditor diem praefigeut et horam audientiae qua legi poterit.

7. Audientia habebitur diebus Veneris et Martis cujusvis hebdomadae feriis exceptis juxta notulam in Secretaria affixam.

8. Cum dubium (vel dubia) inter partes concordatum fuerit, a Secretario vel ejus auditore subscribetur: cum vero subscriptum fuerit, illud mutare nefas erit nisi novo praemisso libello, dubii reformationem respiciente, in contradictorio inter partes discutiendo.**)

9. Partibus non concordantibus dubium *ex officio* concinnabitur; reservato per congruum decretum partibus jure disputandi coram plena Congregatione etiam de dubii reformatione per memoriale separatum, eadem die qua causa principalis proponetur.

*) Appositio *nihil transeat* fiebat a Procuratore ad hoc constituto, cum partes vellent omnem procedendi formam ad unguem observari. In Secretaria S. Congregationis est liber qui *nihil transeat* appelatur in quo Procurator partis judicialem formam strictae volentis scribit: *Nihil transeat in causa N. N. nisi citato pro X, infrascripto procuratore Z.*

*) Olim per apparitores ut in judiciis civilibus citationes mitti solebant. A die vero *20. Septembris 1870* ne civilium Italici Gubernii tribunalium apparitores in rebus ecclesiasticis se immiscecant vel ad acta adhibetur qui apparitoris officium retinuit penes Tribunal eminentissimi Urbis Vicarii vel (quod frequentius accidit) Secretarii reverendus auditor per literas manu sua conscriptas partes vocat ad comparendum coram se pro dubiorum concordatione vel monet de die in quo causa erit proponenda.

**) Non raro evenit ut partes formulam (vel formulas), quae totam quaestionem brevi verborum conceptione complectitur, (id enim dubii nomine venit) quaestioni non respondere vel mancam videant. Tunc remedium adhibere licet quod § 7. innuit

10. Si ex partibus aliqua non compareat ea contumace dubium concordabitur; cum autem concordatum fuerit, ad legis normam unacum destinatione Congregationis notificabitur.

11. Allegationes et Summaria quibus partes uti voluerint in causae propositione Rmo Secretario vel auditori ejus in scriptis tradentur, infra terminum dierum triginta ante causae propositionem (cujus nuncium dabit decem dies ante auditor.*) Id autem fiet tum ad condendam rationum summam *in folio* imprimendam tum ut facultate eas imprimendi Advocatus sive Procurator muniantur.

12. Allegationes latino sermone conscribentur juxta vigentem praxim; neque accepto haberi poterunt, nisi eas subscripserit aliquis ex romanae curiae advocatis vel Procuratoribus.

13. Quotquot sint dubia, allegationes praeter folia quinque et responsiones praeter folia duo protrahi non poterunt, nisi de licentia Rmi Secretarii, qui pro causae necessitate et gravitate eam ultro concedet vel negabit. Si quis hanc legem violaverit mulctae condemnabitur quam similibus in casibus s. Rota infligere solet in beneficium sacrae Congregationis rependendae.

14. Juxta dispositum in § 4 decernitur: ut si omnibus praeparationis actibus praemissis aliqua ex partibus contendentibus nihilominus contumax permanserit, nulla dabitur dilatio sed Rmo Secretario referente etiam *sub unica***) causae resolutio locum habebit.

15. Pars contumax illa habebitur, quae rite in jus vocata nunquam comparuit nec intra praefixum terminum allegationem ullam exhibuit aut petitam dilationem non obtinuit.

16. Rmus Secretarius facultatem habet causae propositionem differendi ex officio vel ad postulationem partium, etiamsi eam destinasset cum clausula *ommino et infallanter*. Si vero hujusmodi destinationem s. Congregatio statuerit, novam dilationem coram s. Congregatione *per memoriale* petere opus erit.

17. Decem dies ante Congregationem destinatam duplex allegationum *(restrictus facti et juris)* exemplar Patribus eminentissimis distribuendum erit: pro quantitate autem praestituta exemplaria diribebuntur Rmo Secretario ejusque studio necnon Subsecretario. Hic terminus servandus erit etiam pro permutatione allegationum inter partes*) necnon pro documentorum novorum productione.

18. Responsiones diribendae erunt ad totam diem Mercurii Congregationem praecedentis**): eaeque nisi eo modo ac allegationes fuerint subsignatae nullo in pretio habebuntur.

19. Documenta ac observationes, *inscia parte* adversa post responsiones edita, perinde erunt ac non sint.

20. Penes Emos Patres informatio locum***) habebit intra dies Jovis et Veneris Congregationem praecedentes.

21. Causae resolutione sequuta nova audientia infra terminum dierum decem per instantiam penes Rmum Secretarium erit petenda.

22. Si sacrae Congregationis resolutioni clausula *et amplius* accesserit, novum causae experimentum ab Emo Praefecto postulandum erit, qui si illud concedi a se nequire putaverit, instantiam ad plenam Congregationem remittet cum decreto »*per memoriale citata parte*.« In utroque casu si preces admittantur, causa non ante tres menses proponi iterum poterit, eodem servato primae propositionis ordine: et si instans succumbat, ad expensas hujus postremae propositionis favore partis victricis reficiendas tenebitur.

23. Cum resolutio in rem judicatam abiverit, victori resolutionis ejusdem exemplar dabitur, qui judici literarum apostolicarum et decretorum s. Congregationis executori illud tradet, ut executoriale decretum obtineat.

24. In casibus de quibus sermo est a § 14 ad 22 et in aliis in quibus juxta s. Congregationis decreta expensarum refectio locum habet, (idest in causis matrimonii, alimentorum, attentatorum et spolii) pars victrix Rmo Secretario notulam exhibebit ut eam approbet et moderet atque ad legum vigentium normam opportuno mandato muniat.

Data ex Secretaria s. Congr. Concilii die 27. Septembris 1847.

P. Card. *Ostini* Praefectus.

H. Archiep. *Meliten.* Secret.

*) Intellige si Allegationes et Summaria triginta dies ante causae propositionem Auditori tradendae sunt, Auditor nuncium dare debebit decem dies antequam mensis ille utilis fluere incipiat, nimirum quadraginta dies antequam causa proponatur.

**) *Sub unica* dicitur, cum in prima causae propositione clausula *et amplius* resolutioni accedat. Quae clausula interdictum secumfert *amplius* causam proponendi.

*) Cum juris ordine servato proceditur, allegatio cum Summario unius partis alteri non traditur, nisi vicissim eodem actu secunda primae suam tradat. Idque jure fit ac merito. Recta enim ratio et aequitas postulaut ut una ex partibus contendentibus meliori in conditione ac altera versari nequeat. Hujusmodi operatio *permutationis* nomine venit.

**) Exinde vides septem dies circiter utiles superesse ad responsionem condendam, typis imprimendam, diribendam. Congregationes habentur semper die Sabbati.

***) In informatione orali si quae supersunt Patribus Cardinalibus juris difficultates diluuntur: facta explicantur: idcirco perutilis evadit. Rmus Secretarius constanter die Jovis congregationem praecedente ad informandum admittit et die Veneris cum *Auditore* de unaquaque causa proponeuda discutit, studii votum colligit.

Hoc jure vivimus quoad *modum procedendi* coram s. Congregatione Concilii: et licet ob temporum calamitates quaedam juris solemnitates quas *in adnotationibus* innuimus ab infausta execrataque die 20. Septembris 1870 obsolverint, juris tamen praescriptio eadem manet. Ita lectoribus nostris satis apertam fieri ducimus decretorum de quibus frequenter loqui contingit originem ac vim necnon plurium formularum explicationem.

In quavis Congregatione causae numero decem proponuntur: quarum septem graviores in folio positae, (hoc est cum dubio et in thesauro referendae) tres autem minores *per summaria precum*.

In ipsa Congregatione Patrum Emorum deliberationem praecedit Secretarii relatio, qui studii votum et suum pandit in unaquaque causa. Ipse tantum consultivam (quam vocant) vocem habet.

Quandoque non omnes causae proprie dictae sunt quae in folio ponuntur. Accidit enim non raro ut Episcopi vel peculiaria pro sua dioecesi vel generalia dubia sacrae Congregationi proponant solvenda. Cum hoc adveniat, Secretarius in folio factum, si quod est, narrat: si non, quaestiones excelso illi Senatui delatas exponit et pro unaquaque quaestione rationes ex jure haustas, quae vel negativam vel affirmativam responsionem suadeant, oculis subjicit. Dein dubia circa ipsas quaestiones apte concinnata proponit solvenda.

S. Congregationis responsa ad quaestiones hoc modo propositas, licet in formula dubii adjectum sit metnm illud *in casu*, pro *generali lege* habenda sunt, saltem quousque eaedem illae circumstantiae maneant et in ecclesiae universalis disciplina aliquid innovari contigerit.

d) Vis resolutionum.

Quoad facultates, quibus pollet s. Congregatio concilii, et quoad vim obligandi quam ejusdem Congregationis resolutiones habent.

Vd. *Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. II. p. 3 b. Edit. Mühlbauer.*

Ut ea reverentia illoque obsequio, quibus conveuit, *resolutiones* s. Congregationis Concilii a fidelibus in orbe catholico excipiantur, duo esse nobis disserenda proposuimus.

1. Quaenam sint facultates, quibus romani Pontifices eandem Congregationem ditaverint.

2. An ejusdem Congregationis resolutiones super exhibitis quaestionibus vim legis generalis habeant, ita ut quis posthabere eas nequeat quin gravi innodetur culpa.

Primamque partem aggrediendo haud absonum praemonere visum est, quod alias forte innuimus, praeclaram hujusmodi Congregationem, etsi non prouti nunc est, originem primaevam habuisse immediate post Trident. Synodi celebrationem. Neque praetereundum quod Pius IV. eadem Constitutione qua Trideutinum confirmaverat prohibuerit ne ad commentaria hujus novi Ecclesiae Universalis Codicis quis manus apponeret; prouti olim Justinianus egerat quoad civilem Codicem ejus opera coucinnatum. Idque sagaciter egisse R. Pontificem nemo dubitat, ad vitandam perversionem et confusionem quae oriri possent, quatenus unicuique liceret in decreta C. Tridentiui commentaria et interpretationes privatas edere. Atque difficultates et controversias quae ex his decretis exorirentur, sibi et Sedi Apostolicae declaraudas et resolvendas reservavit R. Pontifex ille.

Verumtamen paulo post idem Pontifex octo Cardinalibus qui Tridentino interfuerant quique illius sensum probe noverant commisit (et sic initium habuit S. C. Congregatio) ut decreta ejusdem Synodi, per officiales servanda, curarent; et si quod dubinm aut difficultas in executione occurrerent, ad R. Pontificem referrent. Ideoque patet quod s. Congregatio ab initio praeposita fuit non *interpretandis*, sed dumtaxat *exequendis* Concilii Tridentini decretis.

Cursu temporis accidit quod, ob hanc prohibitionem a Pio IV. datam, aliquando dubitaretur an octo Cardinalium Congregatio facultatem haberet pro responsis in multis consultationibus datis super rebus dubiis, ad intelligentiam tamen Tridentinae synodi pertinentibus. Quapropter indulsit primum eidem Congregationi S. Pius V. ut casus resolvere posset quos censeret claros, dubiis ad R. Pontificem remissis. Dein Pontifex idem Congregationi eidem concessit facultatem decidendi causas et controversias, interpretationem Concilii Tridentini respicientes.

Postea Sixtus V. in Bulla, cujus initium »*Immensa aeterni Dei*« reservavit sibi apostolicaeque Sedi facultatem interpretandi ea decreta quae ad fidei dogmata pertinent: deditque Cardinalibus executioni et interpretationi Tridentini praepositis facultatem interpretandi, summo Pontifice consulto, si dubietas aut difficultas emerserit *) in his, quae de morum reformatione, disciplina ac moderatione et ecclesiasticis judiciis aliisque hujusmodi statuta sunt. Eidem Congregationi tribuit etiam facultatem in usum inducendi provinciales et dioecesanas synodos; item provincialia Concilia expediendi et recognoscendi; praelatorum limina visitantium postulata audiendi et ex his postulatis expediendi ea quae per se posset, relatis ad Pontificem rebus gravioribus. Tandem, ut alias praeteream facultates, Gregorius XIV. per litteras in forma Brevis eidem Congregationi impertitus est auctoritatem scribendi nomine Papae.

*) *Cardinalibus vero praefectis interpretationi et executioni Concilii Tridentini, si quando in his, quae de morum reformatione, disciplina ac moderatione et ecclesiasticis judiciis aliisque hujusmodi statuta sunt, dubietas aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem Nobis tamen consultis impertimur.* »Sunt verba citatae Bullae.«

Ex quibus documentis extra controversiam nobis positum esse videtur quod auctoritate Apostolica s. Congregatio Concilii constituta fuerit ad exequenda et interpretanda synodi Tridentinae decreta et quod eidem competat, ex nomine et auctoritate R. Pontificis facultas hujusmodi faciendi interpretationes seu declarationes.

Ad secundam partem transeuntes diximus nobis esse quaerendum, an declarationes seu decisiones Congregationis Concilii vim et auctoritatem legis universalis habeant, ita ut totam obligent ecclesiam, seu potius sint doctrinales tantum et ad summum obligent in casu particulari atque eas personas pro quibus eduntur.

Praemittendum est, ut ordo servetur, inter declarationes s. Concilii Congregationis nonnullas esse decreto pontificio confirmatas et promulgatas, alias autem illa destitui pontificia promulgatione. Quoad priores nullum adest dubium, neque inter canonistas lis est: cuique enim compertum est Apostolica illa decreta vim legis universalis habere veluti caeterae pontificiae Constitutiones. Et ideo quaestio tantum versatur circa ordinarias illas s. Congregationis declarationes, quae occasione casuum particularium definiunt Tridentinarum legum sensum et remanent absque promulgatione.

Neque omittendum quod S. C. Concilii per suas declarationes non judicat de veritate facti in casu expositi, sed tantum de jure: veritas facti relinquitur ordinariis judicibus discutienda. Congregatio autem supposito, prout narratur, facto determinat quid sit de jure ex decretis Tridentinae Synodi: et sic declarat quo sensu haec decreta sint intelligenda. Unde occasione facti et postulationis particularis, et licet non respondeat nisi propter casum illum particularem, in re tamen Congregatio determinat quisnam sit in se sensus Decreti Tridentini, seu quodnam sit jus pro quolibet simili casu.

Praecipua ergo hujus controversiae difficultas in hoc posita esse videtur, quod ex recepta communiter doctrina leges humanae promulgande sint ut obligare incipiant; ideoque ante promulgationem ne eos quidem qui illas noverint obligent. Aliunde legis dubiae interpretatio seu declaratio principis auctoritate facta novae legi prorsus aequivalere videtur, ita ut et ipsa ad obligandum promulgatione indigere censenda sit.

Hoc animadverso non desunt auctores, nedum gallicani aliique ex variis erroribus suspecti, sed etiam graves et probati Doctores, qui s. Congregationis Concilii declarationibus omnem negant legis universalis vim. Isti enim autumant easdem declarationes esse mere *doctrinales* obligandi vi destitutas nisi pontificia auctoritate promulgentur, vel saltem eas esse obligatorias tantum in casu particulari proposito, et quoad personas, quae casum proposuerunt. Bonacina qui inter ultimos recensetur ait in suo tractatu de legibus *Disp. 1. quaest. 1. puncto 8. n. 4.*: »Dubium est quam vim habeant declarationes illustrissimorum Cardinalium: utrum videlicet vim legis habeant et obligent tamquam leges an potius censeantur tantummodo interpretationes et probent solum tamquam opiniones sapientissimorum patrum et doctorum. Respondent aliqui doctores declarationes illustrissimorum Cardinalium vim legis habere. ... Ego vero ... censeo vim legis non habere, antequam sufficienter proponantur et publicentur.«

Etiam s. Ligorius, nunc ecclesiae doctor, ait *lib. 1. n. 106:* An declarationes s. Congregationis Cardinalium vim legis habeant. Nulli dubium, quod pro casibus particularibus, pro quibus fiunt, obligant ut leges.... Dubium est an obligent pro casibus similibus? Duplex est sententia utraque probabilis, ut recte dicunt Salmaticenses .... prima sententia asserit quod tales declarationes si sint munitae sigillo et subscriptione Emi. Cardinalis praefecti robur habent obligandi omnes. .... Nec obstat non esse promulgatas. ... Secunda vero sententia dicit, quod licet tales declarationes magni sint ponderis non obligant tamen universe, nisi non solum Papa consulto et mandante editae, sed etiam ejus mandato speciali solemniter promulgatae pro tota ecclesia, ita praecipiat Pontifex ab omnibus illas observari.*)

Ad evincendam improbabilem opinionem illam quae vim legis universalis denegat declarationibus S. C. C. promulgatione carentibus duplici uti possumus argumento.

1. Demonstrando nempe promulgationem ad legis essentiam non pertinere.

2. Legum dubiarum declarationes improprie dici novas leges, quae ut obligent promulgationis minime indigent.

Et relate ad primam demonstrationem etsi adsint auctores, ut Suarez *de legibus lib. 1. cap. n. 1. et 3*, qui autumant ad legis essentiam pertinere promulgationem, non desunt alii qui contrarium retinent. Ast si promulgatio ad essentiam legis stricte pertineret, res non esset inter auctores controversa. Nam quidquid ad essentiam alicujus rei pertinet semper est necessarium ad hoc, ut res illa existat; Fagnanus *ad caput quoniam de constitutionibus n. 51.* quoad legis publicationem ait ibi: Nova constitutio quamvis ante publicationem non liget ignorantes, saltem respectu poenae, valet tamen et ligat eos qui illius habent notitiam: ut videtur textus in *capite 1. de concessione praebendae, libro 6.* Et videtur *communis traditio*, ut patet ex allegatis per Felinum... Quandoquidem secundum Federicum de Senis .., ne nova quidem lex seu constitutio requirit ad *sui essentiam* publicationem, sed tantum ad effectum ut liget ignorantes; et sequitur Abbas, Concilio 5, in principio libri 2.

Sedes apostolica hanc opinionem aperte suam facit. Idque evenit quoad illas pontificias constitutiones, quae *regulae cancellariae* *) vocantur; quas edit, aliquid immutando vel addendo, nunusquisque Pontifex, proximo die post assumptum summum pontificatum, ad suum usque obitum duraturas. Vehementer ab antiquis canonistis disputatum fuit, an ante promulgationem et a quo tempore obligare incipiant. Alii dixerunt a die publicationis; *(Riganl. ad proemium n. 37 et 38)* alii a die earum editionis seu compositionis; alii vero a die assumptionis ad pontificatum ... hodie vero ... *certum est*, quod regulae statim usque a crastino assumptionis ad pontificatus apicem ligare incipiunt, *licet non sint adhuc promulgatae.* Quae voces *licet nondum publicatae* additae fuerunt primum ab Urbano VIII. ad praedictam tollendam controversiam. Regulae cancellariae aequiparantur veris legibus; nam, excepta circumstantia, quod cessent per mortem Pontificis,

*) Sanctus Ligorius adhuc recensendus foret inter scriptores qui utramque sententiam habent tamquam probabilem, nisi in elencho quaestionum reformatorum serie secunda sic scripta: *adduntur aliae recentes retractationes opinionum, quae in praecedente editione recensentur*; sanctus doctor sic se correxisset: *Addendum tamen est quod hujusmodi declarationes, quae jam in ecclesia universaliter divulgatae et facto sic promulgatae fuerint usu plurium vel relatione auctorum communiter ipsas referentium, hae satis omnes fideles adstringunt.*

*) Vd. *t. II. p. 817.*

in reliquis eamdem habeut efficaciam ac caeterae leges, fatentibus omuibus cum Riganti ad *procmium n. 26* quod »*hujusmodi constitutiones et regulae vim legis habent*« et in particulari certum est eas esse *universaliter obligatorias*. Quapropter si promulgatio esset necessaria et de esseutia, ut leges obligeut, necessaria quoque foret ut regulae cancellariae obligarent.

Relate ad secuudam demoustratiouem dicimus concedi non posse quod declaratio legis dubiae, stricte loquendo, nova sit lex. Eteuim lex nil aliud esse deprehenditur quam actus praecipiendi seu actus voluntatis quo superior vult ut subditi sui taliter agere teneautur sub culpa vel saltem sub poeua. Sed qui legem declarat dubiam, sit idem ipse legislator vel alius, nullimode actum praecipieudi elicit. Nam legislator qui suam declarat legem dubiam, emittit testimonium de sensu in quo ipse verba legis intellexit: quod testimonium omnio praeceptum dici nequit. Quando autem alius quilibet dubiam declarat legem, elicit merum actum intellectus, quo judicat talem esse verum verborum sensum, quae in aliqua lege dubia reperiuntur.

His non obstantibus coucedi potest legis dubiae declarationes appellari novas leges in sensu lato tameu et improprio, idest in eo sensu quod declarationes istae ignorantiam tollant, qua excusabantur subditi a legis dubiae observatione. Quippe lex utpote dubia non obligat sub culpa, quia iguorabatur an revera in tali sensu existeret. Ideoque declaratio dicitur vim legis habere, uon quateuus sit uova lex, sed quia facit ut lex dubia, cujus efficacia ex parte suspendebatur, jam totam suam exerat efficaciam. Ergo legis dubiae declarationes proprio seusu uovae leges dici nequeuut.

Quod autem declaratioues hujusmodi obligent absque promulgatioue, facile evincitur. Exigit enim bouum commuue et recta communitatis gubernatio ut legislator legum dubiarum sensum declarare possit, quia, ait Suarez, *interpretatio haec saepe est necessaria ad bonum commune;* et ejusmodi declaratioues illico reddere obligatorias. Quod dubiae leges declarari debeant innuit Suarez *de legibus lib. 6. cap. 1. n. 5.* ibi: uam haec est humana couditio ut vix possit homo tam perspicuis verbis seusum suum explicare quin ambiguitates et dubia nascautur; praesertim quia lex humaua loquitur breviter et iu generali; et in applicatioue ad varios casus in particulari oriuutur frequeuter dubia. Sed lex dubia ueque ad poenam ueque ad culpam obligat; ideoque coutiuuo controverteretur au actus gesti contra eamdem legem validi vel irriti fuerint: ex quo etiam perpetuae lites recurrereut.

Quod autem legislator habeat a Deo et a jure naturali potestatem reddendi obligatorias hujusmodi declarationes, absque promulgatione, colligi potest ex detrimeutis et iucommodis, quae communitati obvenirent contrarium admittendo. Ex dictis enim lex dubia declarari debet; ast si legislator ejusmodi declarationes reddere uuiversaliter obligatorias nequiret, nisi per promulgatiouem, obstringeretur tot coustitutiones solemniter promulgare ad dilueuda illa dubia, quot essent leges iuterpretatione indigeutes. Et ouus importabile fieret, si romaui Pontifices debereut omnes legum dubiarum interpretationes per totitem pontificias Bullas solemuiter publicare. Perpendatur tantummodo quot interveneriut declaratioues quoad Tridentiua decreta recte iutelligenda; et ingentem difficultatem quivis videbit iu regimiue ecclesiae orituram.

Verumtamen admissa hypothesi quod legislator legum dubiarum declarationes reddere valeat obligatorias, absque promulgatioue, omuibus incommodis facile occurritur. Etiam autiqui Imperatores coetum juris peritorum constitueruut, ceu R. Poutifices coetum Cardiualium S. C. Cougregatiouem coustituentium deputaveruut. Et *responsa prudentum* seu jurisconsultorum, quos ad declaraudum legum seusum constitueraut, vim legis universalis habebaut, quoniam judicibus ab eisdem recedere vetitum erat; et tamen uon promulgabautur sed eorum uotitia paulatim acquirebatur; quae divulgatio sufficiens erat ad tolleudas lites et determinaudum legum seusum.

Huuc effectum obtiueut hodie S. C. Cougregationis resolutioues, quamvis nou promulgatae: has enim paulatim cognoscunt cauouistae et theologi et in suis libris referunt. Et jam innumerae sunt dubitationes et lites quae jamdudum moveri desieruut, eo quod a S. C. C. decisae fueruut; et ejusmodi decisiones per scripta et citationes doctorum fide dignorum fueruut ita divulgatae, ut de earum autheuticitate rationabiliter dubitari nequeat. Et sic Summus Pontifex inteutum

finem sufficienter attingit, removeudi uempe dubia et lites circa ecclesiasticarum legum seusum.

Refutata ergo contraria seuteutia uobis, candide fatemur, semper arrisit opinio illa, quae tuetur sacrae Congregationis Concilii declaratiouibus, etsi non promulgatis, iuesse vim legis uuiversalis, dummodo constet eas esse autheuticas*). Et re quidem vera relatum jam est quod s. Pius V. Sedi Apostolicae reservaverit facultatem iuterpretandi Coucilium Tridentiuum; quam deinde facultatem Sixtum V. eidem Cougregatioui impertitam fuisse constat. Ex qua re fit quod Congregatio haec uou sua, sed pontificia utatur auctoritate in his decretis iuterpretaudis.

In *l. 1. cod. de veter. jur. enucl.* formalis prostat textus, qui ad rem uobis facere videtur nostramque firmare seutentiam ex comparatioue legis ecclesiae cum civili lege. In ea Justiniauus prohibet ne ad suum codicem edantur commentaria ceu Pius IV. ea facere prohibuit ad Trideutini decreta. Imperator autem dicit prudentibus jurisperitis interpretandarum legum auctoritatem sacratissimos principes tribuisse; quemadmodum illam auctoritatem tradidit S. C. Congregatioui Sixtus V. Demum declarat imperator prudeutum **) iuterpretationes habere legis auctoritatem, tamquam si eorum studia ex priucipalibus constitutionibus profecta et a nostro diviuo fuerint ore perfusa: quia merito *omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur.* Pariter cum Poutifex sit origo et causa auctoritatis s. Congregationis, quae ejus nomiue agit, debet etiam esse causa iuterpretatiouum ab ea editarum.

Neque obliviscendum praeterea Sixtum V. Congregationi Concilii facultatem concedere Tridentinum interpretandi, adjectis verbis: *nobis tamen consultis.* Quae verba uon recurrunt cum magistri aut judices interpretautur cauoues. Ergo dicendum manet: ideo R. Pontificem voluisse prius se consuli a Cougregatioue ut illius declarationes majorem acciperent firmitatem ex pontificia consultatione et jus constituerent quod omnes obligaret.

Ex ipsa pluries citata constitutione aliud colligitur argumentum favore opinionis, quam sequimur. Namque in eadem loquitur Pontifex primo de auctoritate interpretandi dubia quoad fidei dogmata, quam sibi reservat; agit deiude de auctoritate interpretandi dubia, quae respiciunt morum reformationem, discipliuam et ecclesiastica judicia. Et hauc auctoritatem s. Cougregatioui concessit; ast auctoritas quam in primo casu Pontifex sibi reservavit est apostolica et jus constituit quoad omues. Ergo etiam auctoritas iuterpretaudi quam in secundo casu Papa tribuit s. Cougregationi est apostolica et jus constituere debet quod omues obstriugat. Idque magis roboratur animadverteudo quod exceptio apostolicae auctoritatis iuterpretandi dubia ad reformationem spectautia, quam tribuit Cougregationi, esse similiter intelligendam de auctoritate apostolica. Nam ad uaturam exceptionis pertiuet ut eximat se a geuere et declaret praedicta geueris esse debere ejusdem qualitatis cum exceptione; alias exceptio non esset de regula et esset illusoria. Observandum quoque venit quod tum in coustitutioue Sixti V. tum iu aliis apostolicis literis S. C. Congregatio dicitur praeposita decretis Trideutini interpretaudis et exequeudis. Ast auctoritas exequeudi coucipi uequit absque necessitate pareudi quoad omnes; quod colligitur etiam ex coustitntione Pii IV. a qua tribuitur Cougregatioui, pro Concilii executioue, amplissima auctoritas procedeudi poenis et ceusuris ecclesiasticis etiam usque ad officiorum privationem. Ergo etiam auctoritas iuterpretaudi iuducere debet quoad om-

*) Ad probandam authenticitatem declarationum quaerunt nonnulli easdem produci deberi cum subscriptione secretarii et consueto sigillo; sed sufficere videtur, ex opinione plurium, pro certioranda ejusmodi authenticitate, si auctores plures et omnino fide digni testentur se eas excripsisse ex regesto authentico, nec ullae adsint circumstantiae quae illas suspectas reddant. Quapropter Fagnanus ad *cap. quoniam de constitutionibus n. 59* ait: *quinimo, ut inquit Salas... recte facit judex, qui declarationes s. Congregationis, quas invenerit apud aliquem probatum auctorem, ut veras habuerit et sequatur, etiamsi nec a parte allegentur nec producantur, adjiciens in foro conscientiae teneri unumquemque eas sequi si de illis sufficientem notitiam habuerit...*

**) *Responsa prudentum sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum erat de jure respondere. Nam antiquitus constitutum erat ut essent qui jura publice interpretarentur, quibus a Caesare jus respondendi datum est, qui juris consulti appellabantur; quorum omnium sententiae et opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere a responsis eorum non liceret, ut est constitutum. Institutionum l. 1. tit. 2. § 8.*

nes necessitatem parendi; quia utrumque jus tum interpretandi tum exequendi ab eodem fonte apostolicae potestatis manavit et quia quae procedunt a pari potentia et virtute sunt unius effectus.

Insuper quod Cardinalium auctoritas censeri debeat apostolica in dubiis et causis decidendis, deduci potest tum ex veteri tum novo testamento ut ait Innocentius in *cap. Per venerabilem*, exponens verba illa Deuteronomii: »*Si difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et lepram et judicium intra portas tuas videris verba variari, venies et sacerdotes Levitici generis et ad judicem, qui fuerit illo tempore qui judicabunt tibi judicii veritatem et facies quaecumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus . . . sequerisque eorum sententiam:* sic ait: Sunt autem sacerdotes Levitici generis fratres nostri, qui nobis jure Levitico in executione sacerdotalis officii coadjutores existunt. Quae verba intelligenda esse de Cardinalium minime vero de Episcoporum auctoritate praeter canonistas quamplures, erui quoque ex epistola decretali Eugenii IV. ad Archiepiscopum Cantuariensem.

Tunc enim verificantur simultanea illa verba Deuteronomii: Ipsi, idest Summus Pontifex et ejus fratres Cardinales seu Cardinales ab ipso auctoritatem habentes, judicabunt tibi judicii veritatem. Eorum autem decisioni necessario parendum esse aperte demonstrant verba sequentia: et facies quaecumque dixerint sequerisque eorum sententiam etc. Ideoque Congregationes Cardinalium, quas Summi Pontifices et praesertim Sixtus V. instituerunt ad causarum difficultates ipsius Pontificis auctoritate cognoscendas et definiendas, sunt tamquam filiae consistorii ab eo veluti fonte promanantes.*)

Animadversione quoque dignum videtur quod declaratio legis ab eo facta, qui a principe seu legis conditore jus habet legem interpretandi, essentialiter non differt a lege declarata. Ergo eandem auctoritatem et obligandi vim habet quam ipsa lex. Nam qui declarat novum jus non inducit, sed tantum detegit, quod prius latebat.*)

Ex literis citatis Gregorii XIV. s. Congr. Concilii auctoritatem habet scribendi nomine Pontificis; ergo dubitari nequit quod ejus rescripta censeantur papalia et apostolica. Et confirmat constans praxis assertum: nam teste Garcia *de beneficiis tomo 1. in praefatione* S. C. Congregatio sic rescripsit cuidam Abbatissae Messanensi: *eadem ratio habenda est in his quae scribuntur a Cardinalibus S. C. Concilii Tridentini, nomine ipsius Congregationis, ac si a Papa scripta essent.*

Argumentis adductis consonat, quod s. Congregationis rescripta appellari consueverunt declarationes, decisiones.

Declarare autem nihil aliud est, quam aperire seu manifestare super aliqua lege seu constitutione intellectum sive sensum, quem habuit Princeps tempore editionis legis, quando scilicet lex est obscura vel erratur in ejus intellectu.

Similiter resolvere nihil aliud est quam ambiguitatem explicare seu enodare; unde legis obscuritas appellatur nodosa, idest involuta.

Idem decidere cum proprie idem sit ac abscindere seu succidere per translationem significat rem dubiam dirimere; nam cum lex declaratur quasi certum a dubio secernitur et obscurum subjicitur.

Eruitur ergo ex relatis rescribendi formulis declarationes s. Congregationis Concilii auctoritate apostolica editas nil aliud esse essentialiter, quam decreta ipsa Tridentini ex se obscura ac dubia, male ab aliquibus intellecta, explicatione dilucidata et clarificata; hinc necessario sequitur ut obligandi vim habeant decreta ipsa declarata.

Advertunt tamen auctores nonnulli quod ut constitutio obliget sub mortali debeat praecipere aut prohibere; verum s. Congregationis C. declarationes nil praecipiunt aut prohibent, sed tantum significant quod agere oporteat. Cui animadversioni respondetur:

*) Et sicuti sol non solum ipse lucet verum etiam stellis impertitur lumen, quo et coelum ornant et illuminant universum orbem, sic Summum Pontificem non suis decretis tantummodo ecclesiam per seipsum docere et moderari; verum etiam ita Cardinales sua tum auctoritate fulcire tum potestate augere, ut sociatis laboribus facile omnes difficultatum nodos dissolvant.

*) Similitudo, qua Jurisconsulti utuntur ad exprimendam declarationis naturam, rem confirmat nostram. Ejusmodi similitudinem deducunt a *nucleo*, qui in nuce clauditur, eaque confracta enucleatur. Enucleare ergo est quasi nucleum alicujus rei erucre: et quia alex cum explicatur ejus perplexitas et dubietas instar nucis frangitur, enucleari dicitur.

satis est ut praecipiant aut vetent decreta ipsa Tridentini, cui declarationes eaedem insunt; nam qualitates omnes legis declaratae censentur inesse illius declarationi; etenim obligatio ad culpam et poenam oritur ex lege declarata, non ex declarante ut innuit Vitalin. *in Clem. unica n. 7. de immun. ecclesiae.*

Adversus ejusmodi doctrinam aliquis objicit: absurdum esse assensum praebere declarationibus S. C. Concilii, quae saepe contradictoriae sunt. Ad hoc respondetur nos non egisse de decisionibus factum aliquod respicientibus, quas s. Congregatio saepe edit quasque mutat et retractat ex novis documentis et informationibus, sed egisse de decisionibus, quibus Tridentinorum sensus declaratur. Et quoad istas ait Fagnanus ad *caput Quoniam de constitutionibus n. 56*: »falsam et commentitiam esse hanc multiplicem declarationum repugnantiam: quandoquidem spatio quindecim fere annorum quo fuimus s. Congregationibus a secretis, nunquam contigit ut Congregatio ex deliberatione retractaverit ullam resolutionem prius editam. Nec anteactis temporibus in scripturis et libris publicis usquam reperi eam ex proposito recessisse a decisis, nisi in duobus casibus.« Quod si in his declarationibus nonnullae adesse contradictoriae videantur, advertendum est saepe deprehendi, eas non esse tales si factorum diversitas et circumstantiae sedulo expendantur. Sin autem conciliari ullimode possint, posteriores derogant prioribus et subditi successive tenentur utrique obedire resolutioni contradictoriae; quoniam exigit bonum commune ut legitima auctoritas possit decidere et quidem obligatoria decisione, quomodo in praxi subditi se gerere debeant. Etiam leges multae sibi contrariae reperiuntur, nec tamen inferri potest eas virtute obligandi carere, cum debeant invicem conciliari si congrue id fieri possit; alioquin posterior priori derogat.

Quapropter ad conclusionem properantes nobis colligere posse videtur tum ex refutatione contrariae sententiae tum ex adductis favore testimoniis et argumentis firmam manere thesim nostram quae sic concipi potest: *Universaliter obligant declarationes s. Congregationis Concilii etsi non promulgatae, dummodo de ipsis certo constet ita ut sine gravi culpa post haberi nequeant.* Quam doctrinam evidens est defendi ab auctoribus magni nominis non tamquam meram et liberam opinionem, sed tanquam obligatoriam et omnino in praxi sequendam ita ut opinio contraria neque probabilis sit; quod a Prospero Lambertini (dein Benedict. XIV.) *instit. 10. n. 6.* confirmatur: »Neque illae excusationis causae admittuntur . . . nempe s. Congregationis Decretis legem minime iuduci et sine culpa violari, cum promulgari non consueverint. Nam cum lex aliqua jam palam innotuit, necesse non est ut eodem pacto reliquae sanctiones publice dirigentur, quibus eadem lex magis declaratur. Cum vero illam legem indicant, qui non modo auctoritate praediti sunt, sed etiam soli possunt Tridentinum Concilium explicare, ideo utrumque forum jure complectitur. Item supervacaneum est ad eam rationem confugere, hujusmodi decreta ad illos solum pertinere, pro quibus constituta sunt.«

Neque auctoritas Monacelli in themate omittenda est: quem diu versatum fuisse in romana curia ait Lambertinius. Ipse in suo *formulario legali part. 2. tit. 16.* formula 2. n. 18. de s. Congregatione Concilii sic loquitur: »Ad quam privative pertinet jus Concilium interpretandi et obligandi subditos ecclesiae ad observantiam suarum declarationum in utroque foro: quia cum fiant auctoritate a Papa Cardinalibus tradita interpretandi Concilium . . . . eorum decreta non differunt a lege declarata . . . . et ideo non sunt novae leges, sed ipsae leges Concilii, prius obscurae et dubiae aut male intellectae.

Confirmatur id etiam auctoritate s. Rotae: »*Rota Romana*, inquit Zamboni *supplemento praefationis pag. 97*, s. Congregationis Concilii declarationes absque ulla oppositione vel ambiguitate reverenter recipit atque omnimode observat; et etiam ipsas suas decisiones rejicit, quando in contrarium absunt declarationes s. Congregationis.«

Ultimi instar argumenti adducimus auctoritatem summi Pontificis ipsius. Tridentinum *sess. 23. cap. 7.*, Episcopo sacras ordinationes facturo injungit ut »*Ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam et fidem diligenter investiget et examinet*«; orta hinc controversia an ex obligatione examinandi ordinandorum genus sequeretur posse aut debere Episcopum ordinandis, a judaica vel a haeretica stirpe oriundis, ordinationem denegare. Declaravit S. C. Concilii ceu refert Clemens VIII. in

sua *constit.*: *Cum ex injuncto »Quod Episcopus . . . eos qui originem a Judaeis ducunt quique ab haereticis descendunt, per paternam lineam, nimirum ultra secundum, et per maternam ultra primum gradum, ab ordinatione excludere minime deberet.«* Non obstante illa s. Cougregatiouis decisioue Pacensis Episcopus eos, qui a Jndaeis vel haereticis originem trahebant, ordinare renuebat. Eum s. Cougregationis nomine literis commonuit Cardinalis Matheius de praefata declaratione, et ut eidem declaratioui suam agendi rationem accommodaret. Eum renuentem severe redarguit Clemens VIII. dicta *constit.*: *Cum ex injun.* in qua sic se habet: *»Tu nihilominus literis et Ordinationi Congregationis hujusmodi, quod quidem moleste tulimus, adhuc minime paruisti. Proinde nos . . . fraternitati tuae, per praesentes in virtute sanctae obedientiae ac sub indignationis nostrae aliisque arbitrii nostri poenis districte praecipimus et mandamus, ut juxta dictae Congregationis sententiam . . . supradictas personas quascumque ab haereticis per paternam lineam ultra secundum et per maternam ultra primum gradum vel a judaeis originem trahentes . . . a sacris ordinibus inposterum minime excludas.«*

Sane si declarationes fuisseut dumtaxat doctrinales et vim obligandi non habuissent Episcopus iste neque corrigi neque puniri poterat. Nam in hypothesi quod eum declaratio non ligaret, neque a Tridentiuo decreto ligabatur utpote dubio et controverso. Attamen s. Congregatio eum commouuit et snmmus Pontifex eum acriter corripuit poenas minatus nisi obediret: ergo tamquam omuino certum habitum est obligatoriam fuisse declarationem etsi more legum non promulgatam.

2) Episcopor. et Regul.

(Modus habendi.)

Vd. p. 538. n. 9.

In generali Congreg. habita Nonis Sept. 1834 eminent. et reverend. Patres decreverunt, ut vetus et propria s. Congregationis methodus seu ratio tractandi negotia, de quibus contentio est inter partes, accurate inposterum servaretur. Est autem hujusmodi:

I. Quotiescumque in negotiis quae apud s. Cougregationem Episcop. et Reg. aguntur tum ex relationibus Ordinariorum tum ex partium deductionibus videatur expedire, ut res ad viam juris reducatur, rescribitur: *»Partes deducant sua jura coram eminentissimo N. qui videat et referat, citata parte et concordato dubio.«*

II. Coram eminent. relatore vel ejus auditore adhibito ss. Congregatiouum Notario singuli actus qui ad judicandum viam sternunt conficiuntur.

III. Propterea pars diligentior coram eodem auditore partem adversam in jus vocat *»ad concordandum de dubio, alias videndum subscribi et disputari infrascriptum*, quod nempe in calce citationis transcribitur.

IV. Emineut. relator vel ejus auditor vel propositum vel aliud dubium concordat de consensu partium: siu miuus mandat partes suis juribus uti per memoriale in s. Congregatioue.

V. Si pars citata iutra termiuum praefinitum non compareat citatur pro secunda vice *»ad concordandum de dubio necnon destinari Congregationem.*

VI. Si pars in sua contumacia perstiterit emiueut. relator vel ejus auditor concordat dubium et Congregationem pro causae propositione destiuat, ita tamen ut spatium saltem trigiuta dierum intercedat et decretum adversae parti per cursorem intimatur.

VII. Jura authographa, quibus utraque pars utitur, quindecim diebus ante diem propositiouis causae apud D. Secretarium deponnntur transmissa utriuque intimatione.

VIII. Allegationes utriusque partis 10 diebus ante Cougregationem tum ad eminent. Cardinales tum ad D. Secretarium et ad secretariam s. Cougregatiouis deferuntur.

IX. Muta inter partes allegatiouum et summariorum traditio fit eadem ipsa die in domo auditoris emiuent. relatoris.

X. Responsiones triduo ante propositionem causae distribuuntur et communicantur, ut iu articulo praecedeuti.

XI. Resolutionem s. Cougregatiouis eminent. relator scriptis tradit et suo nomine obsiguat eamque D. Secretario tradit partibus significandam.

XII. Si iutra decem dies pars victa iterum audiri postulet emineut. relator novae audientiae beneficium tribuere potest.

XIII. Qnoties cuuctis suffragiis res dijudicata fuerit cum clausula *»et amplius«* vel

uuo tantum suffragio discrepaute cum clausula *»et non concedatur«* tunc venia redeundi uon tribuitur, nisi a plena Congregatione.

XIV. Causa denuo proponitur servato modo et terminis primae propositionis.

XV. Dijudicata causa authenticum resolutionis exemplar ei traditur qui causam obtinuit.

XVI. Victor instat coram A. C., qui ut merus executor resolutionem s. Congregationis exequeudam decernit.

Carolus Card. *Odescalchi* Praef.

Jo. Archiep. *Ephesinus* Secret.

Decretum pro causis criminalibus.

A s. Congregatione uegociis et consultatiouibus Episcoporum et Regul. praeposita uonnullae regulae praescriptae fuerunt pro recta et expedita definitione causarum criminalium, quae a curiis Episcoporum vel Ordinariorum ad eamdem s. Cougregationem in gradu appellatiouis deferuntur. Quas quidem praescriptiones, quouiam impedimenta sublata sunt, quae aliqua ex parte earum exequtioni interposita fuerant, visum est eminent. Patribus in conventu habito XV. Cal. Januarii 1835 uberius explicare et cum assensu et approbatioue ss. D. N. Gregorii iterum promulgare, ut ad quos pertiuent accuratissime serventur. Sunt autem quae sequuntur:

I. Reis a curiis episcopalibus criminali judicio damnatis spatium dierum 10 conceditur, quo ad s. Congregationem Episcop. et Regul. appellare possint. *)

II. Decem dies numerari incipient non a die quo sententia lata est sed a die, quo reo vel ejus defensori per cursorem denunciata fuit.

III. Eo tempore elapso, quin reus vel ejus defensor appellaverit, latam a se sententiam Episcopus exequetur.

IV. Interposita inter 10 dies appellatione curia episcopalis acta autographa totius causae ad s. Cougregatiouem continuo transmittat, nempe:

1. Processum ipsum iu curia confectum.

2. Ejus restrictum seu compendiariam expositionem eorum quae eodem ex processu emerguut.

3. Defensiones pro reo exhibitas.

4. Denique sententiam latam.

V. Ipsa curia reo ejusque defensori denunciabit, appellationem coram eadem s. Congregatione prosequendam esse.

VI. Si nemo compareat aut si appellatiouis acta negligenter vel malitiose protrahantur congruens tempus a s. Congregatione praefiuietur, quo inutiliter elapso causa deserta censeatur et sententia curiae episcopalis executioni mandetur.

VII. Reo aut illi qui ejus defensionem suscepit tradendus est *restrictus* processus, qui a judice relatore conficitur.

VIII. Allegationes seu defensiones eminent. Patribus distribuendas typis non commitantur, nisi judex relator imprimendi veniam dederit. (Vd. p. 539. §: *Hinc.)*

IX. Causa definietur statuta die ab emiuent. Patribus in pleno auditorio congregatis.

X. Eidem Cougregationi Procurator generalis fisci et judex relator intererunt.

XI. Judex relator de toto statu causae ad emineut. Patres referet et Procurator generalis fisci stabit pro curia episcopali suasque conclusiones explanabit.

XII. Post haec eminent. Patres judicium proferent, sententiam curiae episcopalis aut confirmando aut infirmando aut etiam reformando.

XIII. Prolata sententia unacum omnibus actis causae ad eamdem curiam episcopalem remittitur, ut eam exequatur.

XIV. Revisio seu recognitio rei judicatae uon conceditur nisi ejus tribuendae potestas a Sanctitate Sua facta fuerit et subsint gravissimae causae, super quibus cognitio et judicium ad plenam Congregationem pertinet.

XVI. Sciant denique curiae episcopales per novissimas leges, quae ad investiganda et coercenda crimina pro Tribunalibus laicis promulgatae sunt, nihil detractum esse de formis et regulis canonicis, quas proinde sequi omuino debeut, non modo in conficiendo processu, ad quem spectant haec verba edicti diei 5. Novb. 1831: »Nihil innovetur, quantum ad judicia ecclesiastica pertinet«, verum etiam in poenis decernendis, quemadmodum in appendice ejusdem edicti ita cautum est: »Tribunalia jurisdictionis mixtae clericos et personas ecclesisticas iis poenis mulctabunt,

*) Vd. *t. I. p. 657. n. 61; p. 616. n. 22.*

quas secundum canones et constitutiones apostolicas Tribunal ecclesiasticum iisdem irrogaret.«

J. A. Card. Sala Praefectus.

J. Patriarcha Constantinopolitanus Secr.

3) Indicis librorum prohibitorum.

Vd. *Index librorum prohib.* (approb., examen etc.)

4) SS. Indulgent. et Reliquiarum.

(Erectio.)

Vd. Constitutionem Clementis PP. IX.: *In ipsis* diei 6. Julii 1669 in bullario rom. t. VI. p. 283 Ed. Luxbg.

5) Inquisitionis.

Vd. *Inquisitio.*

6) Negotia ss. Congregat. ab ipso Pontifice peracta considerantur.

Vd. infra p. 540. n. II.; p. 529. d.

Quando aliqua ex ss. Congregationibus preces suscipit alicujus, Pontifex ipse recepisse dicendus sit atque ad illud negocium manus apposuisse. S. Congr. *in Camerinen Capellan. 20. Decb. 1834.*

7) Particularis.

Vd. p. 523. §: *Hujus* in fine; p. 524. §: *Crescente*; p. 510. §. i; p. 540. § 1.

8) Plures de eodem negotio non simul adeundae sunt.

Firmana.

... Notissimum est decretum Innocentii XII. per Clementem XIII. confirmatum de *pluribus circa id negotium non adeundis Congregationibus.*

Die 21. Julii 1791.

9) Praxis.

Vd. p. 536. n. 2; p. 523. c.

Etiam inter sanctos viros contentiones identidem intercedunt, Duo ordinum mendicantium conventus A. et B. quaestionem inter se exortam super jure quaestuandi detulerunt definiendam s. Congregationi Episc. et Reg. prout moris est. Conventus A. favorabile obtinuit rescriptum praesertim ob preces municipii in quo ipse conventus A. jus quaestuandi sibi esse praetendebat. Cum liberum cuique sit eleemosynas dare cui vult huic principio inniti s. Congregatio visa est ac respondit die 1. Sept. 1865: Annuendum precibus municipii N.

Idem autem conventus A., qui quadam animi anxietate quaestionem agens forenses patrocinatores adhibuit eo obtento rescripto institit pro ejus exsecutione coram ecclesiastico Tribunali, a quo petiit ut conventus alter B. qui in causa succubuerat cogeretur ad omnes reficiendas expensas litis etiam extrajudiciales.

Tribunal ecclesiasticum juxta morem visis videndis et consideratis considerandis sententiam emisit quae in favoren cecidit ejusdem conventus A. contra conventum B.

Pro exsecutione autem hujus sententiae in eo quod ad refectionem omnium expensarum attinebat sequestro fuit coercita quaedam annua praestatio conventui B. solvenda a quadam nobili familia.

Conventus B. qui rescripto s. Congregationis contra se lato acquieverat, aegre tulit sententiam ecclesiastici Tribunalis ac statim per viam recursus ad s. C. confugit contendens ex more ss. Congregationum locum non dari expensarum refectioni ac postulabat ut amoveretur sequestrum quod conventus A. praestationi annuae sibi debitae apposuerat.

Rationes quae adducebantur ex parte conventus A. qui vicerat erant tum gravis difficultas satisfaciendi expensis litis ex paupertate qua detinebatur tum altera juridica quam titulum legitimum constituere existimabat exigendi dictas expensas a conventu B. qui in causa succubuit.

Dicebatur enim causa fuisse agitata non quidem oeconomice*) uti solet sed juris ordine servato neque aliter tractari potuisse quaestio, quae a multis annis frustra conciliari inter partes curatum fuerat. Proindeque cum ope legalium patrocinatorum quaestio indiguerit expensas in gravamen ejus cedere debere qui in causa succubuit.

At contra ex parte conventus B. hoc non esse in more ss. Congregationum affirmabatur neque exempla hujus rei posse afferri.

Quoniam tota quaestio pendebat a notitia praxis quae penes ss. CC. viget haec animadversa sunt.

Quamvis ille qui causam damno dat damni teneatur, et »Eum quem temere adversarium suum in judicium advocasse constiterit viatica litisque sumptus adversario reddere oporteat« ut sancitum est in *Lege 79 ff. de judiciis et ubi etc.* et *Leg. final. cod. de Ordin. cognit*: ejusmodi tamen disciplina quae in tribunalibus est communis non potest applicari

*) Vd. *p. 540.* §: *Contra*; *p. 526.* §: *Causae.*

ss. Congregationibus, quae quamvis tribunalium speciem gerant, sunt tamen administratrices et tutrices rerum et personarum nomine Papae, nominatim in eo quod spectat ad s. Congregationem Epis. et Regul. ex dispositione Sixti V., ipsa summarie et in forma extrajudiciali audit subditorum recursus et querelas etc. ut exponit *Card. de Luca in relat. curiae rom. de s. Congr. Ep. et Reg.* § 7. Maxime autem si agatur de causis inter Regulares in quibus paullo majori libertate agit, ut tradit idem Cardinalis *de Luca loc. citat. n. 17.* his verbis: »Quoniam causas Regularium non solum publicas super regimine religionis in universum sive inter unam religionem et alteram sed etiam privatas inter ipsos religiosos, super electionibus . . . . . caeterisque occurrentiis generaliter haec s. Congregatio cognoscit, determinat summarie et de plano sola facti veritate inspecta quandoque cum extrajudicialibus probationibus vel cum sufficientibus justificationibus, per scripturas, nullo tamen adhibito formali processu, cum Notario et cum tela judiciaria, quoniam Secretarius vel Cardinalis Ponens conservat scripturas et recipit informationes, ita quodammodo faciendo etiam partes Notarii.«

Hinc contingit ut necessarium non sit forenses patrocinatores assumere ac typis tradere processus*), allegationes ac caetera hujusmodi quae fiunt in caeteris tribunalibus. Quare si partes in rem hanc sumptus impendant cum sponte id faciant non possunt refectionem expensarum a parte quae in causa succumbit jure exigere.

Ex hoc repetenda est praxis quae penes ss. Congregationes universim viget, juxta quam controversiarum sumptus generatim non sunt a succumbente reficicendi.

Id autem viget etiamsi causae instituuntur juris ordine servato**); unde in eo quod spectat ad praxim S. C. Ep. et Reg. si causae fuerint institutae juxta decretum emissum 1834, in articulo 16. dumtaxat circa hanc rem statuitur:***) Victor instat coram A. C., qui ut merus executor resolutionem s. C. exsequendam decernit. De re autem, de qua in praesenti erat quaestio, ne juris quidem ordine servato actum fuerat, sed tumtaxat oeconomice, quamvis conventus A. allegationem typis traditam per patrocinatores confectum,

*) Vd. *p. 537. VIII.*
**) Vd. *p. 540.* §: *Inter*; *p. 526.*
***) Vd. *p. 537.*

cui titulus *Votum pro veritate*, s. Congregationi exhibuerit.

Confirmabatur hujus generis praxis speciali exemplo, quod contigit in causa *Civitatis Castellanae Expensarum diei 14. Decb. 1855* agitata penes S. C. Episc. et Reg., cujus quaedam synopsis haec est:

Mulier quaedam vidua suam dotem aliaque bona ab haereditate defuncti viri repetebat. Cum autem ad causam piam suus vir testatus esset et curia ipsa ecclesiastica causam hanc piam repraesentaret, ejus tribunal mulier declinavit ac directe confugit ad S. C. Episc. et Reg. S. Congregatio causam suscepit ut juris ordine servato definiretur. Bis causa proposita fuit adductis utrinque causidicorum allegationibus. Intervenerunt etiam quaedam judicialia acta quae definita sunt per judicem ordinarium.

Mulier post victoriam obtentam sese vertit ad judicem ecclesiasticum pro sententiae exsecutione et redintegratione expensarum litis. Judex ecclesiasticus, quamvis nosceret penes ss. CC. locum non habere hanc expensarum refectionem, tamen ob peculiares circumstantias quae in ea causa intervenerant a judicio ferendo super hac re abstinuit.

Rediit mulier ad s. Congregationem: et quidem non denegabat vigentem s. C. praxim, sed in eo praesertim insistebat, quod ipsa coacta fuerat declinare judicium suae curiae, quae in causa ut pars interveniebat et interim se debuit subjicere expensis quas ea lis secumferebat. Adjungebat dictas expensas exhaurire omne id propter quod disputaverat.

S. autem Congregatio re in examen revocata ad dubium:

An sit locus expensarum refectioni in casu? censuit respondere: Attentis peculiaribus circumstantiis esse locum refectioni expensarum pro medietate.

Quae aequa exceptio et quidem pro medietate regulam firmat.

Neque alia est praxis s. C. Concilii, si quaedam dumtaxat causae excipiantur: et ad rem quoddam exemplum desumebatur ex causa penes eandem agitata *Romana Legati pii super expensis diei 16. Junii 1827.*

His animadversis propositum est resolvendum

Dubium:

An et quomodo sint attendendae querimoniae Rmi P. conventus B. adversus sententiam . . . . et subsequens appositum sequestrum?

Resolutio. — S. Episc. et Reg. die 24. Augusti 1866 rescripsit: Affirmative in omnibus revocato sequestro et amplius.

Ex his colliges:

I. SS. Congregationes quamvis tribunalinm speciem praeferant, non tamen sequi eamdem judicialem praxim quam sequuntur ac sequi debent caetera tribunalia.

II. Ipsae enim tamquam administratrices et tutrices rerum et personarum agunt nomine SS. Pontificis speciali modo juxta speciales facultates eisdem a RR. Pontificibus tributas.*)

III. Controversias quae apud eas diriguntur alias dici juris ordine servato ventilari alias oeconomice pertractari.**)

IV. Quaecumque procedendi ratione controversiae definiantur penes ss. Congregationes universim uno vel altero causarum genere dumtaxat excepto partem succumbentem ad refectionem expensarum litis alterius partis qnae vicit non teneri.

) Ex qno fit, nt ss Congregationes rationem non reddant suarum resolntionnm quam articulatim reddere debent caetera tribunalia atqne ostendere motiva ex praestituto processu deprompta quae judicialis sententiae veluti formam constituunt. Namque ss. Congregationes sive decernant super juris observantia sive jus interpretentur, id nomine romani Pontificis) qui supra canones est faciunt: ideoqne in causis jndicandis et quaestionibus dirimendis quamvis ad trutinam easdem revocent per causae cognitionem et discussionem quae saepe brevis non est easdem tamen non decet et saepe neque esset opportnnum ad pertinaciam litigantinm coërcendam vel ad molestas petitiones reprimendas articulatam reddere rationem, quemadmodum reddere debent quae nt mera tribunalia judicant.

**) Inter controversias quae ss. Congregationibus dirimendae deferuntur quaedam vel ex causae indole seu potius ex partium litigantium contentione majori procedendi rigore et forensi strepitu ventilantur, qnando scilicet partes litigantes curiales procuratores statuunt qui tamquam domini litis agunt et per electos causidicos causa disceptatur. Tum praemittitur formalis citatio procuratorum ad dubium vel dubia concinnanda super quibus deinde dispntari debeat. Non raro antem contingit nt in ipsis statuendis dubiorum formulis procnratores inter se disputent et non conveniant; tum hujusmodi formulae ex officio componuntur, habita hujus dissensus ratione in propositione causae coram qualibet s. C. Post haec determinatur tempus quo causa disceptanda coram s. C. proponatur. Interim statuti causidici allegationes suas cum summariis quae documenta vel acta processus continent, parant ac typis tradunt; ac plura alia observantur, qnae longissimam exigerent expositionem, si omnia heic articulatim referri deberent.

*) Vd. *supra* n. 6. p. 538.

10) Super promovendis ad Archi- et Episcopatum.

Vd. *Episcopus* (processus etc.)

Benedictus PP. XIV.

Ad apostolicae servitutis onus nullis licet nostris opitulantibus meritis clementissimo divinae mentis consilio nuper provecti statim cogitare coepimus, quam vere meritoque Tridentini concilii patres edixerint, nihil magis ecclesiae Dei esse necessarium, quam ut romanus Pontifex sollicitudinem ex sui muneris officio universae ecclesiae debitam potissimum in id impendat, ut bonos maxime atque idoneos pastores singulis ecclesiis praeficiat neqne erretur in electione eorum, qui tanquam lucernae super candelabrum positae lucere debent omnibus, qui in domo Dei snnt, ne alioquin totius familiae Domini statnm et ordinem luctuose nutare contingat, si, quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Urgebat Nos quoque angebatque plurimum ejusdem sacri generalis concilii gravissima romano Pontifici proposita consideratio, videlicet, Dominum nostrum Jesum Christum de ejus manibus requisiturum sanguinem ovium suarum, quae ex malo negligentium et officii sui immemorum pastorum regimine perierint.

§ 1. Cupientes itaque tanto huic negotio quod ad Episcoporum creationem spectat quantum fieri possit, tutius salubriusque consulere, praeter ea, quae jam circa id, tum per memorati concilii decreta tum per Praedecessorum nostrorum constitutiones sapienter statuta sunt, congregationem particularem tenore praesentium erigimus, instituimus et

Contra causae quae sine hoc ordinis rigore ventilantur dicuntur pertractari oeconomice, non quatenus ordo non servetur, namque unaquaeque s. Congregatio proprium procedendi ordinem habet, qnem fidelissime servat, sed qnia sine judiciali strepitu, sine partium expensis causa procedit, omnibus ex officio peractis. Quibus in casibus ss. Congregationes rogant Ordinarios, nt processum conficiant, si de re agatur, quae formali processu indigeat, vel nt referant et certiores faciant ipsas ss. CC. super iis, quae partes exponunt: votum eorumdem Ordinariorum aliorumve Superiorum exquirunt et alia hujusmodi, nt ad sufficientem rei cognitionem possint devenire: ac deinde, si opus sit, vota etiam suorum consultorum audiunt; secus ex officio in facto exponendo observationes facti et juris breviter exponuntur. Deinde s. Congregationes rei veritate inspecta causaqne disceptata judicant vel secundum justitiae et aequitatis rationem pro rei de qua agitur natura disponunt, prout juxta ejus institutionem frequentius usuvenit in s. C. Episc. et Reg. (Vd. p. *526.*)

specialiter deputamus, cujus consilio hac in re et Nos uti volumus et romanos Pontifices Successores nostros nsuros itidem esse in Domino confidimus. Huic autem congregationi quinqne (neque enim panciores aut plures censuimus expedire) ex VV. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus pietate, doctrina, prudentia rerumque usu praestantes, nuper a Nobis nominatos adscribimus ejusdemque congregationis Secretarium dilectum filinm auditorem nostrum deputamus.

§ 2. *Porro hujus Congregationis partes erunt*, omni studio atque opera adhibita et qnovis humano respectu posthabito, Nobis assistere, ut, juxta enixum desiderium nostrum, ad patriarchales, primatiales, archiepiscopales et cathedrales ecclesias regendas assumantur viri, morum integritate, sacra doctrina, rerum ecclesiasticarum peritia, zelo domus Dei et vero salutis animarum studio praediti, quique non ad propria commoda, sed ad labores et sollicitndines pro Dei gloria sese vocari intelligentes, nec, quae sua sunt, sed quae Jesu Christi quaerentes ministerium snnm juxta venerabiles bb. patrum et ss. canonum sanctiones laudabiliter sint impleturi, ita ut pro vacantium ecclesiarum qualitate et conditione omnino digniores et ad eas fructuose gubernandas eligantur aptiores, quales semper, adjuvante Domino, a Nobis electum iri intendimus et speramns. Quocirca cum eadem Congregatione communicaturi sumus de quibus viris ad episcopatum promovendis mentem nostram subierit cogitatio, necnon de documentis ad eorum qualitates et merita spectantibus.

§ 3. Et ne diutius pastoribus careant ecclesiae, si post earum vacationem quaerantur, qui ad eas promoveri merito possint, volumus et mandamus, ut statim quidem post editam hanc nostram constitutionem ac deinde unoquoque biennio, per Cardinalem praefatae Congregationis praefectum scribatur diversorum locorum Episcopis juxta a Nobis traditam designationem, praecipiendo eis nomine nostro ut sub secreti lege et eorum conscientias districte onerando fideliter referant diligenti investigatione praemissa, an et qui sive saeculares sive regulares sacerdotes in eorum dioecesi vel in propinquis locis existant, quos episcopali muneri idoneos secundum Deum existiment, explicando singulorum originem, natalia, aetatem, anteactae vitae institutionem, ecclesiasticarum functionum exercitium, gradus, quos obtinuerint, officia, quae obierint, doctrinam, pietatem, prudentiam caeterasque animi dotes, quibus quisque valeat. Epistolae vero, quas hac de re Episcopi rescripserint, secreto asservabuntur, ut quotiescunque alicui ecclesiae de novo pastore providendum fuerit, absque mora resumi valeant, indeque facile et expeditum sit recognoscere, quinam viri digniores ac vacanti ecclesiae congruentiores judicari possint a Nobis. Et quoniam ii, qui in aliqua regulari familia vitam ducunt, cognosci penitus possunt et solent ab eorum Superioribus, tam generalibus quam provincialibus, ipsos quoque sub eodem secreti vinculo interrogari ad praemissum effectum volumus.

§ 4. Praeterea cum primum alicujus ecclesiae vacatio innotuerit, Auditor Noster certiores de ea faciet memoratos 5 Cardinales, ut et ipsi de viris tali ecclesiae utilius praeficiendis nobisque suggerendis cogitare specialiter possint pecuniaremque investigationem pro eorum prudentia adhibere: quod quidem praecipne et a Nobis ipsis fiet. Deinde vero, quanto citius fieri poterit, habenda erit Congregatio, cui antedicti quinque Cardinales uno cum Auditore nostro intererunt ibique perpensis omnibus qualitatibus et meritis virorum, quorum notitia vel a Nobis ipsis vel per antedictas Episcoporum epistolas vel per investigationem a dictis Cardinalibus factam accepta fuerit deliberandum erit, quid consilii dandum Nobis sit, ut Auditor noster referre deinde ad Nos possit quicquid praedicti Cardinales in eum finem Nobis duxerint significandum. Quod si alicujus viri conditiones nondum satis exploratae visae fuerint in una Congregatione, differenda in alteram erit consultatio, ut interea per opportuna media accuratior indagatio fieri valeat.

§ 5. *In hac etiam Congregatione a Nobis deputata agendum deinceps esse decernimus de Episcopis ab una ad alteram ecclesiam auctoritate nostra transferendis;* debita nimirum maturitate examinando, num graves, legitimae et ss. canonibus probatae interveniant causae quae hujusmodi translationem suadeant inspecta dumtaxat ecclesiarum necessitate vel utilitate ad quam profecto causae omnes illae reducuntur, ne alioquin, ob inconsultam facilitatem cupiditas et ambitio eorum qui forsan ad ampliores ecclesias aspirent aut ditiores foveretur simulque via aperiretur spiritualibus incommodis quae gregibus obvenire ex crebra pastorum mutatione

consueverunt. Ejusdem vere Congregationis consilium postea itidem ad Nos per euudem Nostrum Auditorem erit referendum, ut determinari a Nobis possit quicquid magis expedire judicabimus.

§ 6. Utque haec omnia in antedicta congregatione liberius perfectiusque adimpleantur secretum ad instar illius quod pro negotiis ad s. Inquisitionem pertinentibus servatur singulis praedictis Cardinalibus necnon Auditori nostro injungimus cum facultate tamen communicandi de rebus ad ipsam Congregationem spectantibus, sub simili secreti lege, cum uno cujusque ipsorum Auditore sive studiorum adjutore et nuo Amanuensi necnon cum iis, quos iisdem de rebus interrogandos vel consulendos ceusuerint, ad assequeudas notitias in eum scopum conducentes quosque eidem pariter secreto obuoxios esse debere statuimus.

§ 7. Confidimus vero etiam omnes eos, qui ad promotionem praeficiendorum quodcunque jus quacuque ratione a Sede apostolica habent ant alioquin operam suam praestaut, (nihil in iis pro praesenti temporum ratione innovaudo) ob oculos assidue habituros in eorumque animo semper haesnram (prout et hactenus factum, pro ipsorum pietate ac religione, putamus) commonitionem illam adeo ponderosam, quam praedictum Concilium Tridentiuum censuit inculcandam, videlicet, nihil se ad Dei gloriam et populorum salutem utilius posse facere quam si bonos pastores et ecclesiae gubernandae idoneos promoveri studeant; eosque, alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos dignores et ecclesiae magis utiles ipsi judicaverint non quidem precibus vel humano affectu aut ambieutium suggestionibus sed eorum exigeutibus meritis praefici diligenter curaverint.

§ 8. Nulli ergo omuino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis, constitutionis, decreti, statuti, hortationis et mouitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atteutare praesumpserit, indignationem omuipotentis Dei ac bb. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit iucursurum.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 17. Oct. 1740.

P. Card. *Prod.* D. Card. *Passioneus.*

Visa de Curia.

N. Antonellus. *I. B. Eugenius.*

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 12. Ed. Romae 1747.)

Congrua.

1) Augmentum.

Vd. p. 552 n. 9.

2) Beneficii.

Vd. t. II. p. 554. k.

Vd. *Titulus* (Coadjutoriae Canonicatus, decr. *Elboren.*); *Beneficium* (sufficiens quod est, t. II. p. 887 n. 101.)

3) Capellani curati.

Vd. t. III. p. 688. b. infra n. 4; *Cura animar.* (exerc. a Cathedral); *Congrua* (Vicarii.)

Carpentoracteu.

Simplicibus curatis ad uutum amovibilibus et canonica institutione carentibus non congrua debetur sed simplex salarium seu stipendium quod operae laborique respondeat, ad firmata per *Barbos. de Jur. eccles. univers. lib. 3. cap. 6. n. 58., Rot. decis. 466. n. 19. part. 19. t. 2. recent.* et in *Tarraconen. Vicariatus super juribus et emolumentis Vicariorum 4. Julii 1759 § 3. cor. Illmo Herreros.*

Die 15. Septbr. 1781.

Brugnateu.

In oppido Segestae Tigulliorum Dioecesis Brugnatensis extat parochialis ecclesia sub invocatione s. Mariae de Nazareth quam Benedictus XIV. rogante Episcopo Nicolao Lomellino in Collegiatam erexit anno 1744, attributo Canonicorum collegio ac tribus Dignitatibus, Archidiacono scilicet, Archipresbytero et Primicerio aditoque Canonico

Paenitentiario atque iusuper credita actuali cura animarum tribus Dignitatibus cum Paenitentiario. Quum ab anno 1825 vacaverit tam Diguitas Primicerii quam praebenda Canonici Paenitentiarii quumque nemo illas depoposcerit, licet saepius indicto concursu: hinc Archidiaconus et Archipresbyter, in quos integrum curae exercitium coaluerat s. Congregationem adierunt exponentes, ideo illas praebendas adhuc rectore vacare, quia nimium tenuis est ipsarum redditus, quia plus aequo gravia sunt onera parochalia et quia quatuor parochi in una eademque ecclesia consentire inter se nequeunt in pastorali officio obeundo: quapropter supplices postularunt ut curae animarum exercitium sibi ipsis Archidiacouo scilicet et Archipresbytero tantum daretur perpetuo.

Episcopus ut moris est rogatus*) refert capitulum rite coactum die 27. Junii 1732 instantiae aperte disseutire: idque tribus ex causis mox in ipsa contentioue exponendis. Addit redditus Archidiaconi, Primicerii et Poeniteutiarii in solidum ad scut. 25 quotannis pertingere, Archipresbyteri vero unius ad scut. 30; universas praeterea has praebendas ditatas esse annuis scut. 50 circiter ex bonis olim ecclesiasticis regia distributione, accedente apostolico beneplacito, iis assignatis atque iusuper 2 scutatis super 30 ex choralibus distributionibus: denique scut. 104 et forsau quid amplius ex parochialibus adventitiis sive stolae incertis. De oneribus praebendarum verba faciens dicit: Ultra parochialem curam esse quotidianum chorale servitium et obligatioueм celebraudi missas conventuales per turnum: Dignitatem seu personatum**) Primicerii necuou officium Paenitentiarii abhinc annis vacare. Utilitatem autem nedum evidentem sed neque proximam praeseferre exercitium curae parochialis, a solis Archidiacouo et Archipresbytero absolvendum; quod enim modo agit curatus a duobus hisce Canonicis coustitutus eo magis et melius perficient Primicerius et Paeniteutiarius: alinnde non videt quomodo 4 minus oneris perferreut quam 2. Ex quibus suam oratorum precibus contrariam pandit sententiam atque in capituli vota concedit.

Novae tunc preces ab oratoribus porrectae in quibus rationes omnes a capitulo oppositas refellere conati suut. Rogatus itaque iterum Episcopus super noviter deductis, ut referret audito capitulo de annno redditu et oneribus cujuslibet praebendae canonicalis, comprehensis distributionibus, quomodo exercitium curae animarum divisum sit inter tres Dignitates et Canonicum Poeuitentiarium, unum revera quolibet mense per turnum ab unoquoque ex ipsis expleatur, transmissis particulis bullae erectionis ad rem facieutibus, cur non magis expediat, ut ab oratoribus dumtaxat cum auxilio capellani curati exerceatur, ac de animarum numero paraeciae subjectarum.

Moram faciente Episcopo eamque aegre fereutibns oratoribus alias ad enm literas dare necesse fuit die 1. Febr. 1833 addita clausula, ne quid interim innovaretur. Mandatis obsecutus est Episcopus responso ad s. Congregatioуem misso die 19. ejusdem mensis. In isto quoad ea de quibus primum rogatus fuerat eamdem repetit quae in superioribus literis explicaverat, quoad cetera vero dicit: Animarum numerum paraeciae subjectarum ad 2600 pertingere: Canouicos supranumerarios nulla praebendae gaudere ac massae dumtaxat distributionum scut. 104 annualiter inter omnes Canonicos divideudae communicare. Habere quid amplius octo praebendatis Canonicis, duobus enim ex his de jurepatronatu laicalis annua ciriter scut. 9. 50. cnique obtingunt loco praebendae; sex alii autem scut. 60 sibi ad aequalitatem singulis annis partiuntur.

Quoad modum exerceudi curam animarum erectionis particulam exscripsit in qua postquam Pontifex Benedictus XIV. Dignitates Archidiacouum uempe, Archipresbyterum et Primicerium necnon Poeniteutiariae officium ex ordine numeravit haec habet: Tam illi (Poenitentiario scilicet) quam Archidiacouo et Archipresbytero necnon Primicerio praedictis omnimode parochiauorum dictae parochialis ecclesiae in saecularem et insignem Collegiatam quae etiam parochialis ut antea existat ecclesia ut iufra erigeuda cura actualis immineat. Addit post haec Episcopus: Si autem per turnum qnolibet mense ab uno quoqne ex comparochis eadem cura parochialis expletur, hoc nonnisi ad eorum majus commodum invectum esse arbitror. Qua propter autem ipse non censeat magis expedire, ut a tribus dumtaxat cum auxilio capellani curati hoc exerceatur, ait esse in cansa, quia hujusmodi restrictio curae idem esset ac suppressio mansionariae: snblatis

*) Vd. *p. 537. n. 3.*
**) Vd. *p. t. II. p. 522.*

enim parochialibus emolumentis unmquam habebitur Canonicus Poenitentiarius ob ejus tenuitatem praebeudae.

Demum excusatiouem petit ab EE. PP. si mandatum de nihil inuovando executioni ab ipso traditum non fuit. Hoc euim die 1. Febr. 1833 obsignatum fuerat, dum ipse die 4. Decb. 1832, praevio examine, Canouicum Poeniteutiarium designaverat et literas apostolicas a Dataria quaesiverit. Suae itaque culpae ne id adscribatur implorat. Tnnc porro de tota re certior factus fuit Emus Prodatarius exoratusque ut collatiouem praebendae differre dignaretur donec negotium a S. Congregatione absolveretur. Collatio snspensa reapse fuit ac nunc etiam in suspenso manet.

Jam vero nonnulla sunt quae oratorum Archidiaconi et Archipresbyteri precibus refragentur. Concilium Trid. *sess. 25. cap. 26. de reform.* sancivit, ne beneficia saecularia quae curam auimarum ex primaeva eorum institutione retinent deinde in simplex beneficium convertantur, quamvis Vicario perpetuo congrua portio assignetur. In casu onus vacaudi curae animarum adnexum fuit tribus Dignitatibus ac Poenitentiario a Bnlla erectionis capituli: nequit ergo hoc onus a Primicerio et Poenitentiario tolli, nisi una simnl Trid. sanctio et ipsa Bulla pessumdetur.

Refragatur etiam praxis s. Congregatiouis. Haec enim in *Tiburtina 25. Martii 1757* aperte abnnit, nt pro 2 parochis unns tantum statneretur in parochiali ecclesia cum spirituali fidelium detrimento sed jussit, ut ambo in solidum et aequali jure uni eidemque ecclesiae praeficerentur et inservirent snblata alternativa, utque fieret massa communis ex redditibus incertis ac emolumentis in aequas partes dividendis. Quod saue potiori jure obtinere videtur in casu, in qno res confirmatur diuturna 80 et amplius annorum cousnetudine, Antistitum placitis et quod caput est ss. Pontificis sanctione per literas apostolicas.

His rationibus, quae generales dici possunt, peculiares aliquod addit capitulum ut oratorum petitionem exturbet:

1. scilicet incolas Segestae Tigulliorum aegre admodum laturos hauc praebendarnm imminutionem, quae in spirituale ipsorum detrimentum vergit: prout aperte declaravit dum alias hoc idem perteutatum fuisse cognovit.

2. Capitulo novnm onus impositum iri, quod servata Bulla erectionis nullimode ferre debuisset. Si euim duo tantnm statuereutur parochi atque ex his alter abesset alter adversa valetudine conflictaretnr, non posset vicariam ipsorum operam non gerere capitulum: hnic euim habitualis auimarum cura iucumbit ac providere debet ne quid detrimenti fideles patiantur. Hoc sane incommodum a se avertere jure postulat capitulum. Neque ipsi opportunum remedium dari posse antumat Episcopus, si capellauus ad nutum amovibilis eligatnr, qui in cura auimarum praesto sit Archidiacono et Archipresbytero, nam praeterquam quod sacerdos hic mercenarius numquam oves non suas pastoris caritate complecteretur, planum est id a canonum prudentia improbari et contra — dicere bullae erectionis.

3) Demum capitulum conteudit vacationem adeo diuturnam Poenitentiariae et primiceriatus non ex eo repetendam quia nimium tenues sunt praebendarum redditus nt supplici libello asseruere oratores, sed qnia sacerdotes ad hoc muuns idouei omuino desunt.

His tamen minime obstantibus haud adversnm precibus snis exitum sibi pollicentur oratores. Absonum siquidem iuprimis a jure esse dicunt plures aeque principales parochos nui eidemque ecclesiae praefici, *cap. sicut una 22. qu. 2, Barbosa de officio parochi part. 1. cap. 1. n. 42., Card. de Luca lib. 14. part. 3. adnot. ad Conc. Trid. disc. 9. ad sess. 7. cap. 7.* Hinc Concilium Trid. *sess. 24. cap. 4. de ref.* jubet unicuique populo suum perpetnum peculiaremque parochum ab Episcopo assignari, ut facilius suas oves Pastor et vicissim oves pastorem noscere possint. Ac ejus vestigiis insistens s. Congregatio in s. Aedisti 11. Jnuii 1614, de cujus Collegiatae Canonicis sanciverat Clemens VIII. ut Archipresbyter piucipaliter et Canouici tamquam ejus coadjutores curam animarum haberent, decrevit ipsos debere eam animarum curam exercere, quamdiu Archipresbyter justa ex causa absit vel legitimo teneatur impedimento vel plures parochiani eodem tempore egeant opera pastoris et nbi his similes casus concurraut. Ita et in *Bosanen. 19. Sept. 1789.*

Nihili habeudas dicnut rationes a capitulo expositas: non primam: uam pro certo statuunt nou modo populum nou laturum gravitate hunc novum rerum statum sed immo laetis auribus illum excepturum.

Quamvis enim ii parochi nunc veri pastores videantur, quum tamen ab ipsorum singulis cura animarum ita exerceatur, nt unus alteri post determiuatum tempus eam tradat eaque fiat per turnum, nt dicitur, mercenariis possunt merito assimilari. Quid enim alterius ipsorum intererit totis viribus conuiti in procurando eorum bono qnibus propediem extraneus evadet, et quorum bonum tauto studio a se procuratum alter pessumdabit laboresque ejus omni exitu frustratos relinquet.

Quoad alteram dicunt, nimis inposterum prospicientes esse Canonicos eisque incommodis remedium parare velle quae nunquam fortasse erunt obventura. In caeteris enim capitulis profecto quamplurimis unus tautum animarum curam actu exercet neque ea sequnntur mala, quorum timore se urgeri dicit capitulum: ideoque nt omnis malorum metus etiam remotissimus avertatur, petiisse oratores ut capellanus curatus ad nutum amovibilis constituatur: tunc vero timere jure deberent ne ipsis objiciatur vetus illa objurgatio »nolo nimium diligentem.« Quoad tertiam demum redditnum exiguitatem dicunt constare ex ipsis Episcopi literis atque hanc veram esse causam quapropter tanto tempore vaceut praebendae: alias enim non deessent qui extra illud oppidum commorantes hunc sibi honorem deposcerent; quamvis addant nimis incivile esse asserere universo clero Segestae Tigulliorum, nullos inveniri qui hoc mnnere digni judicentur.

Post haec omnia animadverteudum videtur capitulum, quamvis petitionis oratorum adversetur; consentire tameu ut in uno tantum Archipresbytero animarum cura (post mortem videlicet hodierni Archidiaconi) coalescat. Qua sane in re praestat exscribere doctrinam *Card. de Luca in adnot. ad s. Concil. Trid. disc. 9. ad sess. 7. cap. 7. n. 3. et seqq.*, haec enim lucem aliquam rei de qua agitur afferre poterit. Loquens enim de Vicariis curatis capitulorum, pront in themate, haec habet: Super Vicariorum autem unicitate vel pluralitate nihil statutum est (a Concilio Trid.) et merito, cum id ex facti qualitate pendeat, an scilicet uuus tantum supplere possit vel potius duo vel plures requirantur. Quamvis enim rectorum seu parochorum pluralitas a jure prohibita sit ob inconveniens, ne nua mulier duos vel plures habeat Viros, attamen id procedit in eo, qui sit verus rector ac sponsus ecclesiae, non autem in cujusmodi Vicariis, qui potius famulorum ac operariorum jure censeudi sunt, cum id dictae unicitati non adversetur, eodem modo quo eidem uon adversatur ut ipsamet cura habitualis sit penes aliquod capitulum et colleginm constitutum ex pluribus personis; qnoniam uuicus censetur parochus repraesentatus ab ipso corpore mystico seu politico constituente unam personam formalem seu intellectualem, singuli autem uou sunt parochi.

Sive autem oratorum preces sive postremam hanc capituli senteutiam sequi placeat EE. VV., duo necessario praecavenda videntur incommoda, quorum alterum obveuturum veretur capitulum, alterum Episcopus. Timet capitulum, ne si ex parochis iufirmus alter fuerit, alter absens, cura animarum a Canonicis omnibus, peues quos habitualiter residet, exerceuda sit etiam actu. Videant EE. VV. utrum capellanus aliquis curatus ad nutum amovibilis ab Episcopo tamen approbandus juxta praxim s. Congregationis constituendus sit, qui vicém suppleat Archipresbyteri in sententia capituli vel oratorum ac in officio successorum juxta eorum hypothesim. Neque enim id a cauonum dispositione absonum intelligere est ex *Trid. cap. 4. sess. 21. de ref.* ubi ait quod si unus rector seu parochus non possit sufficere Sacramentis ministrandis et cultui Domino peragendo tot sacerdotes sibi ad hoc muuus adjuugat, quot sufficiaut. Accedit praxis romanae ecclesiae, in qua perpetuo hujusmodi capellani cum ouere curae animarum, dependenter a parocho, exercendae habiti suut quique sotto-curati vulgo appellantur. Isti vero sive unus sit sive plures (prout EE. VV. expedire magis placuerit) ex oratorum eorumque successorum redditibus praebeudam aliquam consequi debent, aequitas enim suadet, eum sequi debere incommoda, quem sequuntur et commoda.

Alterum quod nou leviter metuendum dicit Episcopus est ne poenitentialis praebenda, quae exiguis adeo redditibus ditata est, perpetuo vacatura sit, quoties incerti stolae proventus ipsi abrogentur. Quare videndum ab EE. VV., an expediat ex uuius vel duorum parochorum redditibus aliquid excerpi, ut poenitentiali praebendae adjudicetur.

Porro redditus qui servato eo rerum ordine qui nunc obtinet 4 comparochis essent obventuri, pertingunt, ut superius innuimus, ad scut. 76. 50. pro solo Archipresbytero pro unoquoque ex reliquis ex comparochis ad scut. 54. 83. At si universi redditus in unum evalescant Archipresbyterum, jam conflatus summa scut. 241. Quod si inter duos juxta preces oratorum dividendus, unicuique scut. 120. 50. tribuenda esse supputatis rationibus compertum est. Ex his (libera tamen congrua conciliari statuenda parocho vel parochis) quid pro praebenda poenitentiali, quid pro capellano vel capellanis, deducendum sit, erit sapientiae Vestrae judicare. Hinc dirimere dignabuntur

Dubia:

I. *An et quomodo annuendum sit precibus Archidiaconi Mari et Archipresbyteri Nicotini in casu etc.?*

II. *An potius et cum qua congrua et quibus incertis curae exercitium sit demandandum dumtaxat Archipresbytero in casu?*

III. *An et quomodo sit providendum congruae Canonici Poenitentiarii in casu?*

IV. *An, quot et cum qua congrua sint assumendi capellani curati in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative in omnibus.

Ad II., III. et IV.: Provisum in primo et Episcopus curet quam primum provideri praebendas vacantes tam Primicerii quam Poenitentiarii.

Die 31. Jan. 1835.

4) Coadjutorum parochi infirmi.

(A Parochianis solvenda.)

Vd. *Congrua parochi semi.*

Anconitana.

Compertum est in jure, parochis congruam deberi, *cap. 12. et cap. 30. de praebend.*, quae juxta Concilium Trid. *sess. 24. cap. 13. de ref.* ad annua scuta 100 pertingere deberet, per notissimam autem s. Pii V. constitutionem *Ad exequendum**) neque major 100 neque minor 50 scutis est assignanda: una ex praxi hujus s. Congregationis curandum est, ut 100 sint pro rectore, quod statutum fuit in *Civitatis Castellanae 24. Novb. 1821 ad II. dub., in Tudertina 27. Apr. 1822* §. *Ut.* Insuper *infirmis* parochis, qui per se curam animarum exercere non valeant, coadjutores dandos esse, qui ipsorum vices gerant, eruitur ex jure in *tit. de cleric. aegrot. per tot.* et tradit *Fagnan. in cap. Caeterum de rescriptis, n. 75.* atque ipsis competens portio assignari debet ex fructibus ad paroeciam quomodocumque pertinentibus, quibus si careat ecclesia, ad portionem subministrandam parochiani compelli poterunt ab Episcopo, *arg. cap. 4. sess. 21. de reform. Concil. Trid.* et docet *Maschat. Inst. canon. lib. 3. t. 6. n. 4.*

Die 11. Junii 1825.

5) Destinanda juxta votum Episcopi.

In archidioecesi N. adest paroecia A., quae amplum possidet territorium, quamvis non multos parochianos. Antiquitus enim tercentos circiter parochianos numerabat, modo vero ultra quadringentos. Cum autem ab hac paroecia A quatuordecim passuum millibus distaret pauperior paroecia B Leo X. anno 1517 ob paroeciae paupertatem has duas paroecias univit et uni eidemque Parocho regendas tradidit. Quamvis ex deperdito documento leges hujus unionis ignorentur, tamen in facto constabat, in facultate Parochi fuisse positum, in una vel in altera paroecia residere. Verum decursu temporis consuetudo invaluit, ut Parochus suam residentiam constituerit in paroecia A., prospiciens paroeciae B. per capellanum curatum, adsignatis canonice redditibus pro honesta ejusdem sustentatione.

Cum autem modo sufficientes redditus suppeterent Paroeciae B., quibus Parochi sustentationi prospici posset, populus hujus paroeciae ab Archiepiscopo petiit ut sibi, paroecia disjuncta, proprius daretur Parochus; et res eo tandem devenit ut vacante paroecia B. populus recipere noluerit novum Capellanum.

Devenientibus precibus ad S. C. Ep. et Reg. S. Congregatio de more remisit preces ad Archiepiscopum *pro informatione et voto, auditis interesse habentibus*, qui rescripsit se audivisse Parochum earum paroeciarum et Patronos, (namque paroeciae subjectae erant juripatronatus cujusdam nobilis familiae). Parochus autem et Patroni, quamvis refragarentur paroeciae dismembrationi, conveniebant tamen in constitutione Vicarii perpetui,

*) Vd. *infra.*

a parocho nominandi, assignatis iisdem redditibus quos percipiebat capellanus, ita tamen ut quaedam horum reddituum pars statueretur pro manutentione ecclesiae, et nonnulla honoris jura reservarentur favore parochi ecclesiae B. super nova Vicaria.

Archiepiscopus autem mentem suam aperiens existimabat 1. ratione distantiae et pro bono pacis opportunam esse spiritualem paroeciarum divisionem. 2. Paroeciam B., cum semper fuerit parochialis, novum parochum habere debere titulum et praerogativas parochi. 3. Reservandum esse juspatronatus favore parochi paroeciae A. super ecclesia paroeciae B., caeteris exclusis honoris juribus, ut dissidia inposterum evitarentur. 4. Nihil esse innovandum super redditibus, quos Archiepiscopus putabat sufficientes, tum pro ecclesiae B. manutentione tum pro parochialis praebendae erectione.

Proposita itaque fuerunt S. C. Ep. et Reg. sequentia

Dubia:

I. An et quomodo annuendum sit precibus sive pro absoluta dismembratione sive pro constitutione Vicarii perpetui in casu?

Et quatenus affirmative sive ad primam vel secundam partem,

II. Quinam redditus statui debeant pro congrua novi rectoris, pro ecclesiae manutentione aliisque expensis in casu?

S. Congregatio causa cognita die 18. Decemb. 1863 votum Archiepiscopi confirmavit, ita tamen ut non fieret absoluta dismembratio, sed Vicarius perpetuus statueretur, respondendo:

Ad I. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam juxta votum Archiepiscopi.*

Ad II. *Affirmative in omnibus juxta votum Archiepiscopi.*

Populus paroeciae B. sese gravatum existimans per ejusmodi resolutionem iterum novam audientiam postulavit, enarrans paroeciam B. nunquam fuisse Vicariam, sed veram parochiam: hanc Vicariam causam esse dissidiorum ob peculiares quas indicabat circumstantias. Postulabat praeterea aequalem reddituum divisionem inter utramque paroeciam, et ita ut Congrua in bonis stabilibus*) constitueretur nonnullis rationum momentis adjectis.

Parochus autem paroeciae A. in suis literis ad S. C. inter alia exponebat ad se suosque successores pertinere debere Vicarii nominationem quo jure privandus non erat: congruam Vicario adsignatam, si sufficiens non reperiatur, eam populum supplere debere, praesertim cum sufficeret pro congrua Vicarii summa scut. 50 monetae romanae juxta Const. S. Pii V. *Ad exequendum* et Const. Innocentii XIII. *Apostolici ministerii diei 23. Maii 1723. Giraldi jus pont. p. 2. sect. 2.*

Itaque iterum proposita causa est S. C. sub consuetis dubitandi formulis: I. An et quomodo recedendum sit a resolutione capta in primo dubio in casu? II. An et quomodo recedendum sit a resolutione capta in secundo dubio in casu? Quibus die 3. Junii S. Congregatio respondit ad I. et II.: *Dilata et audiatur Archiepiscopus super noviter deductis, et ad mentem**).

Quare auditus fuit Archiepiscopus, qui etiam suam sententiam patefecit. Cum autem per Vicariam perpetuam prospectum esset tum unioni paroeciarum, quae a Leone X. facta erat, tum etiam Vicarii independentiae, excepta enim nominatione nullum aliud jus vindicare sibi poterat Parochus A., neque querelae adductae a populo super Vicarii congrua rationabiles videbantur, S. Congregatio die 5. Julii 1865 respondere censuit ad I. et II.: *In decisis.*

Ex *iis colliges*:

I. Non esse deveniendum ad paroeciarum divisionem, nisi, cognita legitima causa, omnes interesse habentes fuerint auditi.

II. Eorumdem tamen querelas posthabendas esse, si minus rationabiles repertae fuerint.

In praefinienda congrua perpendendas esse circumstantias loci, beneficii, onerum et personae rectoris, *Navar. de reddit. eccles. quaest. 5. monit. 36. n. 4., Ugolin. de offic. Episcop. cap. 14.* § *1. sub n. 2.* ac praesertim

*) Vd. *t. II. p. 1089. XI.*

*) Mens S. Congregationis fuit ut Archiepiscopus referret nominatim super difficultatibus exortis circa nominationem et Congruam suumque votum adjungeret.

habeudam esse rationem pretii alimentorum, *Rebuff.* de congr. portiou. uum. 76.
Die 30. Maji 1772.

6) Exigua quae est?

Ravennaten.

Exigua dicitur congrua, quae tantum uon praebet rectori, quantum necessarium est, ut pro temporum conditione se alere possit; *Rota dec. 374. n. 2. part. 18. Recen. decis 342. n. 1. coram Emerix* et s. Congregatio in *Sabinen. Congruae 27. Junii 1807.* Die 1. Mart. 1817.

7) Missae adventitiae non sunt in congruam computandae.

Vd. *Congrua* (quae non sunt etc.)

Episcopus B. anno 1871 exeuute Sacratissimo principi, quem Deus diu sospitet, exposuit, in sua dioecesi eos, qnibus imminet animarum cura, iu duplicem classem dispertiri: ad primam illos pertinere, qui licet parochi curati et capellani vocantur, parochiali tameu jurisdictione praediti sunt; ad alteram spectare eos, qui expositorum et beneficiatorum nomine veuientes ex propriae praebendae fundatione uonnullas parochiales functiones obire teneutur, quin tamen ordinaria potiantur jurisdictione. Addidit iusuper, hisce temporibus praebendarum redditus in ea dioecesi adeo imminutos esse, ut isti animarum curatores et careant quo honeste vivant et insuper alieno aere gravati persaepe decedant. Detulit tandem, istorum nounullos nedum missa pro populo, sed tot aliis missis beneficio adnexis gravari, quot celebraudis integer anuus minime sufficiat.

Has ob cansas opus fuit ut cogitaretur de summa quadam pecuniae constituenda, qnae congrua esset ad vitam sustentandam; quam nou minorem assiguandam esse quingentorum Florenorum putabat Antistes atque ut hunc finem facilius consequi valeret expostulabat facultatem reduceudi praefata missarum onera usque ad snmmam scutatorum biscentum.

Huic Episcopi petitioni Pontifex Maximus per s. Concilii Congr. rescribendum maudavit »pro facultate reduceudi missas usquedum animarum curatoribus aliisque in precibus uominatis adsiguata maneant scntata centum et octoginta monetae romanae, ita tamen ut reductio non excedat medietatem numeri in fnudatione praestituti, arbitrio et conscientia Episcopi ad qninquennium, et dummodo concessiones faciendae quinquennii terminum nou excedant.«

Jamvero, ut retulit Vicarius generalis praefatae dioecesis literis die 24. Aprilis labentis anni datis, ex hujusmodi rescripto dubitatio suborta est *an in hac summa scutatorum 180 statuenda debeant etiam includi eleemosynae missarum adventitiarum et praestationes stolae aliaeve oblationes gratuitae pro certis precationibus, pro defunctis publice in ecclesia faciendis vel non.* Acceptis precibus illico editum fuit a secretaria s. Congregationis rescriptum: *Ponatur in folio,**) et causa proposita fuit sub dubitandi formula in calce exscripta.

Neminem latet et saepissime penes S. O. declaratum fuit, summam scntatorum centum parochis a jure statntam pro congrua vitae sustentatione nou *taxative* sed *demonstrative* tantum accipiendam esse, ita ut ipsius taxatio prudeuti judicis arbitrio committi debeat, ut eam in tanta quantitate constituat, quae sit snfficiens ad commodam et honestam personae sustentationem, habita ratione loci, ouerum, qualitatis personae, consuetudinis regionis et similium. S. Congr. *Firmana Pensionis 16. Martii 1827 §. postulat: Portuen. Congruae parochialis 27. Augusti 1853 §. neminem; Rota part. 4. tom. 1. decis. 595. num. 1. part. 6. decis. 220. num. 11. part. 19. tom. 1. decis. 1. num. 4.* et alibi passim. Hinc parochialis praebeudae tenuitate, ubi aliter suppetiae ferri nequeant, consulere oportet aut perpetua unione beneficiorum**), *Conc. Trid. sess. 21. cap. 5. sess. 24. cap. 13. de refor.* ant applicatione piorum legatorum vel etiam missarum reductione, *s. Congr. in Spoletana 18. Decembris 1790, in Novarien. Reductionis Missarum 23. Novembris 1793 et in Asculana Paroeciae 15. Decembris 1804.* At vero utrum in parochorum congrua praefinienda ratio haberi debeat etiam emolnmentorum, quae incerta dicuntur, quaestio est inter juris interpretes, qni hanc agitant quaestionem, quando de congrua vicariis perpetuis adsiguanda edisserunt ex dispositione Const. s. Pii V. cnjus initium *Ad exequendum*, in qua perlegitur: »ita se (Episcopum) coutinere et arbitrari debere, ut non major centum nec minor quinquaginta scutatorum annuorum summa, computatis etiam omnibus incertis emolumentis et aliis obventionibus

*) Vd. *p. 527. n. 6.*
**) Vd. *t. II. p. 965. I.*

communiter percipi solitis, eis (vicariis perpetnis) adsiguentur.« Quaenam vero sint ista incerta emolumeuta et obventiones communiter percipi solitae, iuquirunt DD. et in diversam abeunt sententiam. Nonnulli enim incerta distinguunt inter mere eventnalia, quae scilicet pendent ex mera populi devotione, et inter iucerta aliqualiter certa, quae ex administratione sacramentorum et a funeribus derivant, atque haec in congruam imputanda esse censent, miuime vero illa. Ita Cardinalis de Luca *disc. 18. num. 12. de paroec., Gonzalez ad Reg. Cancellariae in prooem. § 7. num. 185, Guttierez consil. 8. a num. 3, Valenz. Consil. 54. num. 18, Pitonius disc. eccles. 46. num. 10. 11, Reiffenstuel lib. III. decret. tit. XXXVII. de capellis Monac. num. 15.* qui sententiam hanc si non probabiliorem, saltem aeque probabilem dicit ad tradita per *Reclusium de re paroch. tit. 4. num. 10., Giraldi jus pont. part. 11. sect. 23. sub fin.* aliique. Jnverit pro rei claritate referre, quae ex auctoritate de Luca habet Pitonius *loc. cit.*: »Distingueudum est inter incerta, alia esse, quae sunt mere eventualia et voluutaria quae pendeut e sola populi devotione, quorum rationem habendam non esse pro congrua firmat de Luca *disc. 18. num. 12. de Paroec.*, et alia incerta solvi occasioue sacramentorum vel sepulturae, quae sunt aliqualiter certa, qnorum ratio haberi debet, cum proinde populus non possit non mori, uon nasci, non baptizari, ut subjungit idem Cardinalis, ubi etiam notat, quod in plerisque parochiis uullum alium redditum habentibus ista solita emolumenta ob populi nnmerositatem adeo magnum redditum constituunt, quod sufficiat etiam ad sustentationem collegii, cujus beneficia adeo pinguia reputantnr, ut etiam pensiouibns graventur.

Aliam rationem addit Reiffenstuel *loc. cit. num. 20.* inquiens: »Qnamvis enim tales obventiones (quae nempe ex sacramentorum administratione, purificatione muliernm etc. exoriuntur) incertae siut respectu certi et determinati temporis aut quantitatis, tamen ad aliqnam saltem certitudinem, computatis tribus aut qnatuor retro annis, reduci ita possunt, ut Vicarius de honesta sua sustentatione moraliter certus esse qneat.

Alii vero e contrario evincere contendunt congruam solis redditibus et fructibus certis constare debere, non vero emolnmentis et proventibus incertis. Iuter emolumenta autem et proventns incertos repouunt fructus stolae idest obventiones, quae ex administratione Baptismi, Viatici, Extremae Unctionis, Benedictione nuptiarum, purificatioue mulierum, fnueralibus etc. percipiuntur easque in congruam imputandas non esse autumant. Ita Barbosa *lib. 3. juris eccl. univ. cap. 6 num. 44. citans Franc. Leo in thesauro Fori eccl. p. 1. cap. 31. sub num. 6. Van-Epsen in jus eccl. univ. q. 2. tit. 35. de portione congrua cap. 6, Pignatell. Tom. 3. Cons. 81. et consult. 107. num. 8. in fin., Pirching. de praeb. sect. 1. num. 44.* et alii plures. Istorum rationes a Reiffenstuel capitulatim afferuntur *loc. cit. num. 13. 14.* Emolumenta superius descripta in Vicarii congruam imputari nequeunt »tum quia Vicario debetur congrua portio certa sen certa sufficiens ... tum quia de jure cap. 12 de praeb. debetur portio de proventibus Ecclesiae, atqni stolae non sunt proventns Ecclesiae sed fructns officii et laboris ipsius Vicarii. Confirmant hujusmodi doctrinam ingentibus, quae contraria secum trahit sententia, absurdis, praesertim quod Vicarii hujusmodi quasi necessitate adigantnr ad tnrpiter exigendas, quaereudas, directe vel indirecte sollicitandas oblationes ac mercedem in casu administratiouis sacramentorum et aliorum munerum pastoralium, cum alias uecessaria sustentatioue carerent. Ex quo uon raro nota avaritiae, injustitiae aut etiam simoniae inuritur Vicario, copiosae cousurgunt plebis murmurationes, irreverentia et vilipensio Sacrorum, dum ea quasi veudi vel emi vident, neglectus vel tardior usus sacramentorum, praesertim viatici, et ex timore, quod Pastori merces, quae saepe nonnisi difficulter haberi potest, dari debeat, pront amplius discurrit Van-Espen l. cit. ubi etiam plures synodos adducit, in quibus statutum habetur ut certa congrua portio in tantum assignetur, ne in administrandis sacramentis quidpiam exigeudo oneri siut Parochianis; sunt verba Patrum in Concilio Coloniensi 1536. Accedit quod in hujusmodi Parochiis ubi incerti fructus stolae in congruam portiouem imputantur, debite qualificati et litterati Pastores haberi nequeant ntpote qui fugiunt Ecclesiam, ubi nonnisi continna sollicitudine et turpi quasi quaestu et exactiouibus suam sustentationem habere quennt, id quod etiam notatur c. Extirpandae, *30 de Praeb. et cap. 1. eod. in 6°.*« Hauc autem sententiam etiam contrarii DD. communiorem

vocant, uti *Reiffenstuel l. c. n. 13.*, *Pitonius disc. eccl. 46. n. 12.*

Praeter Canonistas vero Rotae tribuual saepe quoad hanc materiam jndicium protulit, et praemissa distinctione inter incerta quae habent aliquam certitudinem, ut sunt decimae frumenti, vini, olei aliique fructus, qui incerti sunt tantummodo ratione summae et quantitatis, atque iuter emolumenta quae omnino incerta sunt, ut redditus funeralium, oblationum, nuptiarum, eleemosynarum altaris et similium, prima in congruam imputanda esse decrevit, non vero secunda. *Ita part. 6. recent. decis. 230. num. 3. part. 13. decis. 347. num. 8. part. 19. tom. 1. decis. 1. num. 9. cum sequenti* et alibi saepissime. Praestat prae ceteris *decisionem 230 num. 3. part. 6.* referre ubi recitatis S. Pii V. verbis: *computatis etiam omnibus incertis emolumentis et aliis obventionibus communiter percipi solitis* subdit: »quod est intelligendum de incertis quae habent quamdam certitudinem ut suut decimae frumenti et vini aliique fructus, emolumenta et obventiones quae penes Vicarium sunt incertae quantum ex illis percipere possit, non autem hoc est intelligendum de omnino incertis, ut sunt eleemosynae altaris, funeralium et similium quia ista non computantur iu congruam. Rebuff. de congrua num. 83. et 86., Mantic. decis. 269. num. 6., Rota decis. 5. num. 3. p. 2. divers. et d. decisione 449. n. 6. et d. decis. 420. sub num. 2., ubi redditur ratio, quia venter non debet pendere ab incerto, cum venter non patiatur dilationem.« Unum tantummodo casum excipit Rota quando scilicet de consnetudine loci aliter introdnctum doceatur. Ita *decis. 1. num. 10. part. 19. tom. 1.* ubi ait: »non obstat quod Parochi habeant plures redditus consisteutes in funeralibus, oblationibus, nuptialibus, eleemosynis aliisque similibus, quia cum ista sint mere incerta nisi de consuetudine loci aliter introductum deceatur, non veninnt impntanda in congruam, Rebuff. de congr. port. num. 31 et 87, Gratian. discept. 399. n. 10. et seqq., Tondut. quaest. benef. 58. num. 4 et 5 et pluries firmavit Rota . . . . in quibus concordantes et contraria tantum procedunt in incertis, quae habent aliquam certitudinem, ut sunt decimae frumenti, vini, olei etc.

Hujusmodi Rotae distinctio et sententia, cni pleuissime adhaeret Ferraris *verbo: Congrua art. 11. num. 11, 12* necnou Scarfantonius *lib. III. tit. III. num. 60.* in superiorem canonistarum opinionem recidit. Siquidem licet Rota cum distiuctioue procedat, attamen emolumenta stolae haud iu congruam impntari posse statnit, quod pariter ab iisdem coutenditur.

Quid autem in hac judiciorum varietate s. Concilii Congregatio senserit, fortasse deduci potest ab *Isernien. Vicariae 20. Aprilis 1697 lib. 47. decr. pag. 151. et 547.* ubi tertio loco proposito dubio: »An eidem Vicario perpetuo assignanda esset congrua et quid in ea imputandum? — responsum fuit: — assignandam esse congruam, arbitrio Episcopi, dummodo non excedat summam ducatorum sexaginta computatis in ea fructibus praebendae et aliis ad formam Bullae beati Pii V.« Jamvero pro executione praedictae resolutionis lata fuit ab Episcopo sententia infrascripti tenoris: »Declaramus supradicto Vicario perpetuo assignandam esse congruam in summa ducatorum sexaginta . . . computatis tamen in eadem congrua fructibus praebendae omnibus, etiam incertis emolumentis et aliis obveutionibus communiter percipi solitis. Declarantes etiam in congrua praedicta non esse computandas distributiones quotidianas, quae dantur ratioue servitii personalis praestiti ob iuteresseutiam choro caeterisque functionibus, oblationes, candelas, eleemosynas aliaque emolumenta parochialia solita dari pro funeribus, pro beuedictione cadaverum in suis domibus, pro officio absolutioui super defunctis . . . pro benedictionibus domorum in diebus Paschatis, pro spousalitiis, pro baptismis et similibus tamquam non comprehensa in Bulla beati Pii V.«

Appellatione a capitulo iuterjecta quia se gravatum putabat praesertim ex non facta computatione distributionum dubium ita concinnatnm fuit: »An in congruam Canonici curati imputari debeant distributiones quotidianae, quae dantur ratione servitii personalis et interesseutiae choro, necnon caetera emolumenta parochialia expressa in sententia Episcopi? — respousum prodiit: = Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.

Hisce praehabitis ad propositam controversiam propius accedimus, in qua, secundum ea quae Vicarius generalis exposuit, duplex incertorum genus distinguendum esse putabatur, unum illorum, quae mere eventualia sunt et nulla gaudent certitudine uti missae

adventitiae, quae ne accensentur quidem iuter emolumenta parochialia, necnon oblationes, quae a fidelibus sponte exhibentur pro aliquibus precationibus publice in ecclesia ad fidelium animas suffragaudas peragendis, alterum illorum, quae emolumenta stolae respiciunt. Jamvero primum genus incertorum in congruam imputari non posse communissima doctorum sententia teuet cum Reiffenstuel *l. cit. num. 19.* Controversia igitur ad secundum genus tantummodo arctanda est juxta ea, quae superius exposita reperiuntur et circa quam varium ferri potest judicinm prout unam vel alteram juris interpretum doctrinam amplecti libeat.

Caeterum animadversum fuit in themate, cum de missarum reductione obtineuda ageretur prudenti EE. PP. arbitrio relinquendum utrum opportunius foret in parochorum congruam stolae fructus imputare. Etenim per rescriptum Pontificis missae reducuntur usquedum animarum curatoribus dioecesis salva maneant scutata centum et octoginta mouetae romanae; ideoque si ab ista pecuniae quantitate emolumenta stolae deducantur, manifestum erit majorem missarum numerum remittendum esse. Revera qui scutata centum et octoginta computatis istis emolumentis pro congrua haberet, jam missarum reductione non indigeret. At si emolumenta ista a congrua subtrahantur, summa illa jam amplius non superesset ideoque ad reductionem necessario deveniendum esset. Quare pronum est inferre a compntandis vel non computandis stolae incertis majori missarum reducendarum numero locum fieri; cum autem reductio utpote in jure odiosa strictiorem interpretationem iuducat, hinc ratio habenda videretur et stolae incertorum iu congruae computatione. Verum ex alia parte animadverti potest sententiam, quae ista emolumenta a congrua deducit, communiorem esse et temporum necessitati melius respondere. Etenim cum vitae sustentatio difficilior evaserit ob annonae caritatem, ea potius sententia seligenda est, quae parochis favet, quam quae ipsis adversatur. Hinc ea, quae laudatus Reiffenstuel *l. 3. decret. loc. cit. n. 23.* profert quoad congruae taxationem, etiam praesenti quaestioni aptari posse viderentur, *ibi:* Observaudum nihilominus et attendendum omnino videtur, quod tempore, qno edita fuit haec Bulla (Pii V.) videlicet 1567 omnia saltem in suis partibus fuerint in longe viliori pretio, adeo, nt his temporibus respectu praecedentis illius temporis necessaria vitae vix duplici pretio acquirantur, consequenter ubi tempore illo quinquaginta vel centum scutata pro honesta sustentatione sufficiebant, hodie centum vel ducenta necessaria sint, adeoque etiam temporis ratio merito habenda sit juxta illud vulgare = concorda tempora et concordabis jura. =

Hisce expositis propositum fuit resolvendum

D u b i u m:

An et quae emolumenta imputanda sint in congruam in casu?

S. Congregatio Concilii re mature perpensa die 22. Augusti 1874 respondere censuit: = In casu de quo agitur emolumenta in congruam non esse imputanda. =

Exinde colliges:

I. Pro congrua parochi sustentatione juxta Concilii Tridentini dispositiones nuione beneficiorum vel decimarum aut primitiarum assignatione aut symbolis et collectis parochianorum et commodiori alio modo provideri debere.

II. S. Sedem tenuitati parochialis praebendae succurrere solere missarum reductione, nbi aliis mediis a jure statutis provideri nequeat.

III. Congruam pro Vicariis curatis a jure statutam in summa scutatorum centum non *taxative* sed *demonstrative* accipiendam esse.

IV. Ideoqne, quando sermo sit de congruae tenuitate, hanc a judice praefinieudam esse perpensis circumstantiis loci, beneficii onerum, animarum numeri, personae rectoris necnon alimentorum pretii.

V. Eleemosynas missarum quae adventitiae dicuntur iu congruam non esse computandas.

VI. Quamvis distributiones quotidianae in Canonici parochi congruam sint computandae necnon incerta, quae dicuntur certa, tamen generatim loquendo incerta stolae computari non posse, nisi aliter arbitrio judicis declaratum fuerit.

8) Mutatio.

Vd. *Congrua* (augmentum p. 552; vicariorum perpetuorum et substitutorum, parochi.)

9) Parochi.

a) Augmenti causae.

Vd. supra p. 548. n. 7.

Sabinen.

Negat Abbas se congruam augere debere sive quod jam constituta fuerit ab Ordiuario, ut propterea idonea ceuseri debeat ad aleudum parochum, ut post *text. in cap. fin. de decim.* definivit Rota *decis. 22. cor. Rezzonico n. 4.* et *s. Congregatio in Albinganen Reductionis missarum 15. Decb. 1792* sive quod per tempus immemorabile observata et ab ipso Archipresbytero acceptata fuit sive tandem quia sufficiens est ut ex ea vivere possit.

Si mutatus sit rerum status minime obstante centenaria observantia potest parochus petere augumentum congruae, ut tradit *Lotter de benefic.* et *Rota in Leodien. Congruae 27. Januarii 1761* § *2. cor. Cerro* et in *Thelesina Congruae 18. Junii 1731.* Acceptatio vero nil impedimento est, quominus augumentum congruae obtineat, quatenus tenuis comperiatur, *Rota decis. 420. n. 4. part. 1.* et *decis. 393. n. 14. part. 13. Recen.* Haec porro obtinere contendit, licet de Vicario curato agatur, se tamen esse verum parochum affirmat, cui habitualis et actualis cura inest. Nam constitutionem Pii V. *Ad exequendum* ita in posteriori encyclica moderatus est Benedictus XIV.,*) ut si *congrua minime sufficiens reputetur propter temporum circumstantias* arbitrio Episcoporum permisit, ut ad normam in Tridentino praescriptam augere possent.

Die 27. Junii 1807.

b) Augmenti modus concessus.

Vd. *t. II. p. 370. n. 15. a; p. 394.*

I. Per beneficii suppressionem et unionem.

Vd. t. II. p. 897; 965. I.

II. Ex bonis sodalitii suppressi.

Vd. p. 460. n. 4.

III. Per contributionem plurium concessum.

Vd. p. 559. V.

Portuen.

Extat prope locum vulgo Prima Porta 8 circiter milliaribus dissitum a Porta Flaminia paroecia quam s. m. Urbanus VIII. apostolicis literis 1629 ut spirituali agricolarum aliorumque in eo territorio vel Casalibus commorantium utilitati consuleret erigi curavit. Hujus erectionis expensas ab Emo Cardinali Urbis Vicario sub cujus ditione eo temporis erat illud territorium necnon a singulis territorii ejusdem condominis, habita ratione majoris vel minoris dominii, sustineudas esse mandavit; pro congrua vero parochi et ecclesiae dote summam designavit scut. 100 ab iisdem personis annuatim in eadem mensura persolvendam, quae progressu temporis eorumdem contribuentium consensu, ut ex authenticis monumentis patet, aucta fuit ad scut. 25 ac 1825 ad scut. usque observata 150 evecta. Eruitur etiam ex jugi observantia contribuentes, praeter congruam parocho penuitatam, propriis sumptibus providisse ecclesiae ac domui parochiali administrante Capitulo Vaticano per annos 84 vi decreti editi a Cardinali Urbis Vicario.

Anno 1781 ex permutatione inita inter eumdem Cardinalem Urbis Vicarium et Episcopum Pertuensem paroecia transivit in jurisdictionem Episcopi Portuensis. Quota a Cardiuali Urbis Vicario ad tramites Bullae institutionis contribuenda a R. C. A. persolvebatur, quod usque perfecit ad anuum 1827 quo prima vice solutionem hanc recusavit; cumque a Vaticauae Basilicae Capitulo, quod tamquam admiuistrator pro aliis etiam contribuentibus agebat, in jus vocata fuisset, victrix evasit non solum iu prima sede judicii sed etiam in gradu appellationis coram Congregatione a revisione nuncupata, quae sub die 13. Aug. 1838 confirmavit »la sentenza di primo grado come assolutoria della Camera dall' osservauza del giudizio, salvo il diritto del Rmo Capitolo Vaticano se. come. e contro che di ragione avanti il Tribunale competente. Portuensis Episcopus a die praepraefatae permutationis ad tempus usque decreti de quo infra nihil unquam parocho Primae Portae rependit.

Hodie huic parochiae contribuunt Capitula Basilicae Vaticanae, s. Laurentii in Damaso, s. Mariae in Via Lata, coenobium s. Augustiui Barcenni, Principes Borghese, Altieri, Lancellotti, Marchio Serlupi et Casimirus Marziale.

Quamvis paroecialis congrua ad scut. 150 evecta fuerit uti dixi nihilominus quo tempore Emus Cardinalis Macchi episcopalem sedem Portuensem tenebat scutatis tantum 112. 77. donatam reperiit, quae imminutio

*) Vd. *infra.*

adscribenda praesertim videtur cessationi quotae quae a R. C. A. persolvebatur. Congruae exiguitas, insalubritas aeris, laboris improbitas gregem huc illuc dispersum pascendi in causa fuerunt, cur diu ecclesia suo pastore viduata remanserit. Quod aegro animo ferens Emus Episcopus et in irritum cessisse videns officia omnia eum in finem adhibita ut contribuentes amicabiliter induceret ad aliquod augmenti in parochialem congruam conferendum s. visitatione indicta super eadem parochia die 1. Sept. 1843 decretum edidit quo parochi congruam designavit in scut. 16. 50. mensilibus seu annua summa scut. 198 imposita eidem obligatione propriis sumptibus idoneum sacerdotem ab Ordinario adprobandum substituendi, quoties vel infirmitate vel alia quacumque causa impeditus nequiret per se parochiali muueri vacare; cui oueri alia insuper adjecit. Quod si administrationis modus omnibus condominis haud arrississet, tunc optionem dedit intra terminum 2 mensium a data decreti vel fundum designandi ab Ordinario recognoscendum congruae et expensis sustinendis sufficieutem vel administratorem extraneum responsalem eligendi sumptibus omnium contribuentium et ab Ordinario pariter adprobandum. Elapso termino in dicto decreto praefixo absque quod contribuentes aliquid circa modum administrationis deliberassent, fiscalem curiae in administratorem et exactorem deputavit adsignata ipsi annua mercede 50 scutorum a contribuentibus persolvenda. Semetipsum quoque Em. Episcopus contributioni fecit obnoxium pro mensili quota 4 scutorum, protestando tamen »di convenire spontaneamente alla detta spesa per sola valontaria largizione e di non valere pregiudicare in verun modo ai diritti suoi e de suoi successori per questo titolo.

Decretum istud Capitulo s. Mariae in via Lata gravante e lesivo in tutte le sue parti visum est quare ad huuc s. Ordinem pro ejus deletione provocavit.

Emum Episcopum super oblato libello de sua informatione et voto rogavi anditis in scriptis ceteris possessoribus bonorum firmo interim remanente eodem s. Visitationis decreto.

Literas accepi ab ejusdem Vicario generali, quibus justitiam lati ab Emo Macchi decreti undique vindicare studet quasque inferius referam una cum omnium contribuentium observationibus scripto traditis: quae sequentes sunt, nempe: Capitulum s. Laureutii in Damaso pro accepto habuit augmentum congruae; putat autem Episcopum perpetuo contributionis onere gravandum et emolumeutum admiuistratori adsiguatum minuendum esse; Casimirus Marziale idem sentit; Prior coenobii s. Augustini Barcennii promptum se exhibet ad id quod alii contribuentes. Princeps Lancelloti se subjectum declarat s. Congregationis resolutioni, Princeps Borghese optaret, ut decretum esset conforme constitutioni Benedicti XVI. *Cum semper oblatas**); tandem Marchio Serlupi, Princeps Altieri et Capitulum Basilicae Vaticanae amplectuntur absolute integrum decretum.

Dum jam omnia parata eraut propositioni causae coram s. O. notissimi qui supervenerunt infausti rerum eventus impedimento fuerunt quominus proponeretur.

Interim novae ad H. S. O. preces pervenerunt ex parte parochi illius loci quibus exponit »actualem Episcopum Portuensem Emiuent. Cardiualem Lambruschini haud consensisse in persolutione quotae, quam in se sponte susceperat Eminent. ejus Antecessor, ex cujus defectu factum, ut mensila tantummodo scutata 12 habuerit, quae insufficientia esse asserit ad necessariam sibi sustentationem procurandam et omnia ouera sustinenda quae ex repetito decreto ipsi imposita fuerunt.

Animadvertit insuper quod praeter expeusas quae ad tramites decreti parocho incumbunt, aliae plures in ejusdem parochi et ecclesiae servitium occurrunt, quae a contribuentibus videntur debere sustineri juxta ea decreti verba. Hinc efflagitat ut ab H. S. Ordine decernatur ad quem spectet quotam persolvere quam recusat Eminent. Episcopus, ut de hac redintegrari possit; tum etiam, ut contribuentes obligentur eum resarcire de expensis ut supra factis, quae ad decreti tramites ab ipsis sustineri debuissent.

Instat demum ut provideatur pro necessariis restaurationibus in parochialibus aedibus et s. supellectilis comparatione juxta ea quae fuerant in praecitato decreto constituate quae nondum tamen executionem obtinuerunt.

Eminent. Episcopus ad quem de more pro informatione et voto**) parochi preces ab-

*) Vd. *t. I. p. 695.*
**) Vd. *p. 527. n. 3.*

legavi reposuit ut infra. Quoad supplementum congruae, quod sibi vindicat parochus, nullatenus admitti debere affirmat, quum adhuc pendeat indecisa appellatio interposita a Capitulo s. Mariae in Via lata, quae decreti vim suspendit ad tradita per *Card. de Luca in adnot. ad s. C. T. discurs. 5. n. 5.* quaeque caeteris etiam litis consortibus prodest, ceu tradit *Ferraris ad* verb.: *Appellatio art. 2. n. 20.*, tum ex censura vigentis codicis judiciarii in § 987. Ex quo sequitur, non aliam congruam sibi interim vindicare posse quam eam, qua usque ad diem memorati decreti ejusdem fruebatur antecessor, eo vel maxime quod praetensa congrua non leviter superaret conciliarem taxam, eamque etiam praefinitam a s. Pio V. notissima ejus const.: *Ad exequendum.*

Quatenus ipsum Eminent. Episcopum spectat animadvertit nullum parocho jus esse congruae augmentum vel ab ipso vel a successoribus suis repetendi neque ex jure neque ex lege ipsa decreti praecitati. Non ex jure, explorati enim juris est non ad Episcopum sed ad parochianos qui sacramenta percipiunt, prout parochi congruae, sic etiam illius augmenti solutionem pertinere onusque proinde hujusmodi ad solos latifundorum possessores in themate spectare in quorum ambitu paroecia manet et in quorum commodo atque utilitatem ea fuit ab initio erecta prout tradit *Pignatell. consult. 127. n. 3. t. 4.* cui consonat *Rota apud Farinac. p. 1. decis. 420. n. 8.* et s. C. Episcop. et Reg. in *Interamn. 27. Martii 1600, 18. Junii 1602* et *18. Martii* ac *7. Sept. 1603*: non vi memorati decreti, nam praeterquam quod licet voluisset haud potuisset ejus antecessor onus imponere successoribus suis quod ex juris dispositione iis minime incumbit, neque tamen id reapse voluit, uti patet ex verbis superius allatis.

Quo vero ad parochialium aedium restaurationes ac necessarias pro Dei cultu suppellectiles, de quibus agit pars altera precum, haec habet: Opportuna jamdiu jussa dedimus, ut decreta desuper re in actu visitationis ab Antecessore nostro edita et ad hanc usque diem perpetuo neglecta ab iis quibus hujusmodi onus incumbit executioni religiose committantur.

Itaque Capitulum s. Mariae in via Lata s. Visitationis decretum ut onerosum sibi ac laesivum revocandum esse contendit.

Multis econtra Vicarius generalis decreti ab Eminent. Episcopo lati justitiam vindicare studet. Quae quidem ex integro heic referenda existimo, ut EE. Patres illorum vim perpendere valeant.

Ad primum quod attinet legitimitatem scilicet decreti, si res in jure inspicienda sit, Episcopus legitime potuit augere congruam non obstante Bulla Pii V., non obstantibus literis Urbani VIII., quarum norma hanc paroeciam ipse erigi voluit.

Neminem latet congruam a s. Pio V. inter scutata 50 et 100 designatam non taxative quidem fuisse sed demonstrative tantum seu s. Pium V. exposuisse congruam sufficientem suis temporibus, quibus valde minori pretio victualia comparabantur, quum vero sufficientiam perpetuam animo haberet, imo non habere nequiret, eam necessario variandam voluit juxta varias temporum circumstantias. *Reiffenst. t. III. in lib. 3. decret. tit. 37§. de capel. Monach.* et *Reclusius de re paroch. t. 1. p. 1. tract. 4. n. 9*, ibi: »Haec autem Piana constitutio cum intra limites purae et precisae sustentationis sit cohibenda non efficit, quominus attentis aliis circumstantiis valeat alterari et congrua assiguari etiam major summa scut. 100 annuorum in quo concordat *Rot. in Constantien. Instit. Parochi 21. Januarii 1755. cor. Vicecom.* et pluries S. O. nuper autem in una *Reatina Unionis diei 4. Junii 1842.*

Id etiam absolute statutum a s. m. Benedicto XIV. in sua constit. *Cum semper oblatas § 10.**)

Quod de Bulla s. Pii V. hoc ipsum in themate dicendum de dispositione s. m. Urbani VIII. qui erigens parochiam Primae Portae se retulit ad jus commune illius temporis.

Itaque Episcopus legitime potuit augere congruam hujus parochiae non obstantibus relatis Bullis, si in hac parochia aderat necessitas augmenti, hanc vero necessitatem apprime demonstrant.

Satis experta miseria et petitiones et querelae continuae praesertim ultimi parochi, qui tandem obiit in V. nosocomio s. Spiritus in Saxia:**)

1. Difficultas facto saepe probata alium parochum inveniendi eo defuncto.

*) Vd. *t. I. p. 698.*
**) Vd. *t. II. p. 8. n. 8.*

2. Pergravia incommoda parochiae conditioni adhaerentia tum ab aerem semper sed aestivo praesertim tempore permolestum tum ob dissitas qua late patet territorium parochianorum domos.

3. Tandem vel ipsa contribuentium confessio pluries repetita cum congruae augmenta identidem polliciti sint ac tribuerint. Si autem quaeratur utrum augmentum tale sit, ut non excedat hodiernam illius paroeciae necessitatem, facile est inferre, congruam in hoc decreto demandatam non solum non prodire extra modum, sed nedum aequare summam annuam scutatorum 100, imo ita exiguam esse, ut quam primum necessitas aliud exigat incrementum. Revera si a scutis 198 detrahatur summa, quae applicanda est oneribus parocho impositis et honestae ejusdem sustentationi prorsus extraneis uti superius relatum scutata vix 90 eidem integra superesse constabit pro victu aliisque vitae necessariis. Hinc decretum s. visitationis ita temperata fuit, ut quamvis notum esset contribuentes ipsos sponte congruam parochi iterato augmento detulisse quasi ad annuam summam scutor. 150 tamen ne 100 quidem attigerit.

Ad administrationis methodum quod spectat sat est paullisper recolere de qua gestione res sit, ut quisque ictu oculi intelligat, quam juste, quam temperanter fuerit designata.

Absoluta necessitas administratoris deputationem exigebat, alias si expensae singulae etiam tenuissimae fieri debuissent sine administratore proindeque expectato prius assensu contribuentium vel admodum sero vel etiam aliquando nunquam facta fuissent cum assiduo et gravissimo parochiae detrimento: haec necessitas satis superque confirmatur observantia legitima 161 annorum, quibus jubente Eminent. Urbis Vicario administravit Capitulum Basilicae Vaticanae. Eadem ipsa necessitate urgente administrator pro expensis etiam congruae parochi exactor erat instituendus, ni parti placuisset, parochum ut summam pro suo victu assignatam exigeret a 10 contribuentibus quolibet mense fere per integras hebdomodas a parochia abesse quod grave et assiduum plebis illius spirituale damnum quanta efficacia removendum foret, nemo est qui videat clarius quam iste s. Ordo qui parochialis residentiae legibus invigilat, praesertim pro iis ecclesiis ubi nec unus superest sacerdos parocho absenti substituendus.

Porro si administrator et exactor hujusmodi erat necessarius, nescio an mitius agi cum territorii condominis potuisset circa modum; etenim universa media ad id opportuna proposita primum sunt eorumque electio condominis servata; proposita nempe est fundi idonei assignatio si placuisset, propositum ut tria capitula alternatim gestioni vacarent, propositum ut ipsi contribuentes sibi eligerent idoneum administratorem quemcumque, idest sive aliquem ex contribuentibus ipsis sive etiam extraneum, datus est mensis ad arbitrandum, quid vero elapso mense agendum fuisset his omnibus remediis in irritum cessit?

Mulctis sane aut gravatoriis procedere contra renuentes lex permisisset, at justa dignitati contribuentium habita reverentia Episcopo medium placuit amplecti ac praescribere quod dum mitius esset eorum loco aliquatenus esse posset administratorem scilicet ac exactorem ex officio deputavit cum emolumento scutatorum 50. Quod emolumentum ne forte nimium primo intuitu videatur, perpendere est administratoris officium non ad nudam exactionem arctari, quae tamen a 10 contribuentibus salebrosa satis et perincommoda existit, sed procurationem praeterea ecclesiae domusque parochialis amplecti, ex quo necessitas administratori derivat ipsam ecclesiam domumque saepe intra annum invisendi, de suppellectilibus respondendi, opportunas in utraque instaurationes curandi, quas expertum Vaticanae Basilicae Capitulum omne tandem gestionis genus omnino abjecit.

Ceteroquin si grave administrationis honorarium alicui ex contribuentibus videatur, Episcopus istud evadendi viam adhuc apertam vult contribuentibus; eligant vel unum ex remediis in decreto designatis et hujusmodi parcent expensae. Promotor fiscalis caeptam gestionem dimittere paratus est illico et immediate, imo desiderat, uti videre est in ejus responsione.

Haec de decreti justitia ac temperantia, nunc de nulla jactura in condominos, de utilitatibus quibusdam in eos derivatis pauca subjungam. Quisquis facile percipit

1. rebus ad formam decreti praestitutis quamlibet amoveri jurgiorum causam, quae non raro excitata sunt inter ipsos contributioni obnoxios.

2. Decori ecclesiae aliquo modo consultum, quod tanto magis in honorem cedit

tot contribuentibus sive generis dignitate praeclaris ac sane divitibus, quanto magis decebat eos paroeciam fere derelictam habere.

3. Accedit talia in parochum rejecta fuisse onera vi hujus decreti, ut ambigi merito possit an majorem hodie potinsquam praeteritis annis expensam condomini sustineant.

Post hoc, ut propius quid dicam de nonnullis aliis argumentis ex adverso allatis in supplici libello perpendam, frustra objici omnia onera ecclesiae et domns parochialis imposita fuisse parocho a sa. me. Urbano VIII.,

1. quia id etiam plene datnm deletum fuit opposita observantia perpetna ipsorum contribuentinm, qui et congruam solverunt et suis expensis ecclesiae et domni parochiali providerunt administrante capitulo Basilicae Vaticanae,

2. quia seclusa etiam hac observantia sufficeret hodie verificari, snmmam ab Urbano VIII. designatam non amplius congruam et mnlto minus alias expensas posse sustinere.

Quod autem dispositum est a sa. me. Leone XII. qni panperes paroecias voluit pro sua pietate redditibus auctas nsqne ad scutata 50 nihil in themate adversatur episcopali decreto; id unnm sane hujusmodi dispositio importat, ss. Principem voluisse favore paroeciarum earum quae nec scutata 50 habeant redditus largiri, qui summam istam complerent atque ita saltem integra foret singulis paroeciis haec minima congrua.

Quare hoc facto reprobavit tantum congruam minorem scntatis 50, ne verbo autem praescriptis, imo nec animo habuit congruam esse non posse vel debere majorem scutatis 50 et etiam 100 ubi id necessitas exigat.

Decretum in visitatione editnm maximi faciendum esse dicit *Rota in decis. 90. n. 16. coram Emer. decis. 106. n. 1.* Ubi autem contra solitum factum sit non valet, s. Congregatio in *Sorana 22. Junii 1754*, quod tamen tunc obtinet, quoties aliter non suadet necessitatis vel utilitatis ratio, quae ultrum in themate existat, dijudicabunt EE. PP. ex iis quae disserit in sua informatione Vicarius eminent. Episcopi. Quatenns vero sustineatur decretnm hnjusmodi, definiendum insuper erit, ntrum in omnibus sit confirmandnm, an potius cnm aliqua modificatione. In hac re illud praesertim prae oculis habendum qnod constituent EE. PP. circa compensationem congruae a parocho reclamatam, de qna in 2. dnbio. Ubi enim huic locum non esse censnerint, etiam onera, quae ad decreti formam parocho imponnntnr, aequum esset imminuere; et praesertim illud qnod sub n. 9. continetnr quodqne grave nimis, etiam in summa in qua fuit congrua per decretum constituta videtur.

Ad 2. dnbium qnod attinet in ea parte quae respicit compensationem partis quotae, cujus persolvendae onus in se susceperat Emint. Episcopns, quum haec mera fnerit ejusdem largitio donec sub sua ditione praedictam paroeciam teneret, nec ab ejus snccessore nec ab alio quoquam videtur parocho jus esse eam repetendi. Quoad expensas vero a parocho factas, qnasque ex decreti et consuetndinis vi contribuentes sustinere debnissent, qunm decreti efficacia firma interim ex s. Ordinis judicio servata fnerit, jus eas ab illis vindicandi denegandum ipsi non erit.

Hisce perpensis haec dirimenda proponuntur

D u b i a:

I. *An et quomodo servandum sit decretum s. Visitationis in casu?*

II. An et ad quem spectet compensare Parochum de congruae quota et expensis in casu?

S. C. resp.

Ad I: Affirmative in omnibus.

Ad II: Quoad congruae quotam pro rata ad contribnentes, salvo iisdem jnre agendi contra qnem et coram quo de jure; quo vero ad expensas recurrat ad Emmnm Episcopum.

Die 27. Aug. et 26. Novb. 1853.

IV. A Patrono ecclesiae.

Civitatis Castelli.

Monasterinm s. Sylvestri in capite de Urbe in Hortana dioecesi latifundium possidet castrum Balneolum nuncupatum, cui aedes Deo in honorem s. Mariae Lauretanae dicata conjungitur.

Vetusta documenta testantur ibidem illam capellam ruralem extitisse, in qua capellanns a monialibus nominatus nonnnllis anni festis diebus ab Ordinario loci statntis missam celebrans colonorum commodis consulebat.

Ast quum 1674 praedictum praedium Comes Laurentius Rosci in emphythensim retineret ac palatinm, ecclesia eidem B. V. M. sacra humilesque domns fuerint ad colonorum

ntilitatem constrnctae, factum est Episcopi anctoritate nt haec ecclesia fuerit in paroeciam erecta, quae extat adhuc inpraesens, quo soluta est emphyteusis; ac jus nominandi parochum primum Comiti Roscio reservatum ac deinde consolidato utili dominio ad monasterium transierit atque ad praesens usque ad exercitum fuerit.

Paroeciam istam procurat hodie Demetrius Severini; is 1835 die 13. Mart. exposuit Decessorem sunm nactum congruam, eidem assignatam exiguam esse nec 50 scuta pertingere, quam voluerat etiam s. m. Leo XII., pluries apud thesaurarinm generalem instetisse pro congruae supplemento et remissum fuisse responso: »*che si rivolgesse per l'aumento di congrua al patrono della chiesa, che è il ven. monastero di s. Sylvestro.* Monasterium at vero remisse parochi precibus obseqni, hinc s. Ordinem exoravit: *a volersi degnare di ordinare, che il monastero assegni alla parrocchia soggetta al di lui giuspatronato scudi 29. 78. quanto manca per giungere ai scudi 50. . . . e siccome la cura non si è lasciata deserta nella lusinga promessa del detto aumento, per ottenere ancora l'arretrato.*

Anditos volui super precibns tum Episcopum Hortanum et Civitatis Castellanae tum Emum Urbis Vicarium, nt partibus interesse habentibus consultis traderent opportuna ad causae definitionem. Episcopus Hortanus oratoris exposita appositis etiam docnmentis firmavit; transmisit statnm activum et passivum paroeciae, ex quo constat exactnm, comprehensis incertis stolae, ad scnt. assurgere 28, impensnm ad scutata 6. 70., adeoqne redigi redditum pnrum ad scnt. 21. 30., ac parochi preces dignas, qnae exaudiantur, existimavit.

Emus Urbis Vicarius primum quoad activnm statum paroeciae non convenit; omissum enim animadvertit redditnm ceusus in sorte scut. 17. 50., adeoqne paroeciae ad congruam deficere monuit argenteos tantum 22. 40. De jure autem oratoris haec habuit: »Quid vero juris habeat hac super re orator sane non video. Etenim Balneoli paroeciam titnlo dumtaxat, non vero realiter extare explorata res est. Quid? Nnm paroecia reapse illa erit habenda, in qna parochus nunquam resident? S. missae Sacrificium ne omnibus quidem diebus festis offertur, ss. Eucharistiae Sacramentum minime asservatur; in qua denique duo vel tres tantum homines commorantur, qui ad sacramentorum usum Hortanam ecclesiam adire tenentur? Atqui haec de celebri oratoris paroecia agnovi; haec ita se habere monasterii deputati testantur, haec Emus Vir a me hisce de rebus rogatus Princeps Maffejus Sciarra Barberini qni ob suorum adjacentium fundorum negocia eo saepe se confert religiose graviterque confirmat.«

Propterea orator a bono jure prorsus aberrat, quod profecto tunc bonum dicendum foret, si realis paroecia Balneoli extaret: ac si juxta ss. canonum praescriptiones in ea parochus snis mnneribus fungeretur.«

Hisce perspectis oratoris preces rejiciendae videntur; Castrum vero Balneorum curae rurali ss. Joseph et Marci, ad quam jam pertinebat, iterum subjiciendnm existimo, capellano tamen ab eo castro haud remoto, iisdem stantibus honoribus, iisdemque emolumentis a monasterio juxta primaevam fundationem persolvendis.« Porro hanc ipsam monialinm et monasterii deputatorum esse sententiam ostendit.

Revera paulo post supplex habitus est libellns monialium nomine.

Obstat vehementer his precibus Episcopns Hortanus dnmqne instat ipse pro congruae supplemento, haec notatu digna perpendit: Multis de causis paroecialis ecclesia fuit erecta in praedicto castro:

I.: quidem eo quia Balneolnm distat a civitate Hortae sex milliariis, via ejus admodum difficilis et inacessa est: petentibus enim illuc occnrrunt nndique nemora, dumeta rivulique et hyemali tempore difficultatibns periculisqne referta; qua de re illius castri incolae quomodo se conferre possunt huc ad Sacrum audiendum, ad ss. conciones, ad Sacramenta recipienda? Forsan non periclitarentur diem claudere extremum Sacramentis destituti, quae etiam sunt de necessitate medii? et si fons baptismalis de medio tolleretur non pauci perirent neonati;

II.: ob loci distantiam paroecia Balneoli nullo modo suppressioni potest esse obnoxia nec copulari ecclesiae ss. Joseph et Marci, cnjus circuitus est 20 mille passum, avius prorsus ac saxosus;

III.: nt praesentia pastoris cohibeat popnlanos, qnorum nnmerus est 30 et 40 et aliquando longe major.

Anno Domini 1763 Hortanus tunc Episcopus in s. visitatione, his praevisis, ante-

dictam paroeciam ecclesiae ss. Marci et Joseph ad tempus et non firmiter, ut ipse declaravit, subjecit, non ob causam non residentiae rectoris, sed eo qnia pene 4 incolae paroeciam constitnebant, uti vero numerus adauctus fuit animarum, antedictus Praesul decrevit parochi Balneolani institntionem, quod provide executioni mandatum fuit 1781 frustra insnrgentibns et repugnantibus monialibus s. Silvestri, ut videre est in actis extantibus in hac cancellaria episcopali rebusqnae judicatis, quae perpetuum imponunt silentium victis.

Venia semper fuit concessa non residendi parocho a superioribus tam ob aeris insalubritatem qnam ob insufficientiam stipendiorum et aedium parochialium, sed rector ad suam se confert residentiam non tantum diebus festis sed semper et quandocumque necessitas imminet; et hic juvat adnotare, quod populani Balneoli cum sint plerumque vere pauperes, cum non valeant in aegritudine se ipsos succurrere et alere, transferri se facinnt ad hospitale civitatis, ubi aut sanitatem recuperant ant morte sunt devicti; ss. Eucharistia non servatur in loco, eo quia incolae laboribus continuo addicti non inveniretur, qui debito cultn hoc Sacramentum coleret. Addendum denique censui parochum ss. Marci et Joseph etiam ad praesens attenta distantia ac incommoditate adjutorem jam constituisse in partibus, vulgo nuncnpatis Baucche, qui cnm eodem diebus festis portet pondus diei et aestus. Hisce omnibus perpensis sentirem esse rejiciendam monialinm instantiam.

Agit primum dubium de congruae angmento. Exploratum in jure est parochum (ubi paupertas parochianos excuset) necessaria vitae consequi debere a Dominis fendorum iisqne, quibus in temporalibus snbest, ut scite *Fagnan. in cap. ad Audientiam 13. de eccl. aedificand. n. 5., ex cap.: Sanctorum vers.: Si quae tamen capellae 70. Dist. ad cap.: Extirpandae* §. *Cum igitur de presb., Pyringh. in hoc cap. n. 11.* et *Reiffenst. in Jus canon. lib. 3. tit. 48. n. 16.* Hinc etiam congruam augeri posse ab Episcopo quoties impar comperiatur, etiam per subductionem decimae patrono debitae, traditum per *Rotam cor. Mantica decis. 269. n. 1. ad 4. cor. Commit. dec. 101. num. primo* et in *Recent. decis. 120. n. 26. part. 17.* et s. Congr. Concilii in *Sarsinaten Onerum 30. Julii 1774* §. *Quoad I.* Congrua vero ab ipsa constitutione s. Pii V. *Ad exequendum* constituta est non minor scutatis quiuquaginta, adeo ut ad hanc usque summam voluerit auctas pauperes paroecias s. m. Leo XII. snbsidio ad id apposite snbministrato.

Jure igitur meritoque postulationes admovere viderentur parochus et Episcopus pro congruae augmento in themate, minime obstantibus monialium querelis de erectioue paroeciae sine interventu monasterii sequuta quae jam coercita suut etiam resolutione s. Congreg. sub die 29. Julii 1775, qua ad stipendii solntionem damnatae snnt, nti jnvabit recolere. Nisi quod eorum jnra destruere conantur moniales patronae, paroeciae larvam dumtaxat Balneoli superesse affirmantes, ubi nec parochus amplius resident nec sacramenta ministrantur nec popnlus ferme adest, qui paroeciae subjiciatnr: proponuntque potius paroeciae suppressionem ac cnm viciniori aliqua nnionem.

De hoc quaeritur in secundo dubio: utrum expediat: qnod sane inficiatur Episcopus. Enim vero si paroeciarum suppressio natura sua canonico juri adversatur, quippe tendat ad divini cultus decrementnm et nonnisi ex justa et necessaria causa permittitur, *Ricci. in praxi rer. quotid. for. eccles. part. 4. resol. 523. n. 1., Lotter de re benef. lib. 1. cap. 28. n. 78., Turricel. de Union. cap. 7. n. 6. et seq.*, eo minus concedenda erit in themate, ubi teste Antistite viarum asperitas, castri ab aliis paroeciis non levis distantia ac colonorum spirituale bonnm erigeudam suaserunt paroeciam, suadent servandam, etsi nnmero forsan minutam; etenim ad erigendam quoqne paroeciam satis snnt vel 10 animae, docente *Fagnano de eccles. aedific. cap. Ad Audientiam n. 28.* quia decem faciunt plebem ad *gloss. ad cap. Unic. 10. qu. 3. in* vers.: *Municipia.*

Moniales vero propugnant paroeciam aut perpetuo inutilem extitisse aut saltem talem inpraesens evasisse. Hinc praemittunt serio veram erigendae paroeciae rationem in mente fuisse Comitis Rosci, qui animum sibi induxerat oppidum lapsu temporis in tenimento emphyteutico excitare; minime autem erectam fuisse, approbante monasterio, propter distantiam, quam asserit Episcopus, latifundii ab Hortana civitate; siquidem aliquando Balneolum rurali paroeciae ss. Joseph et Marci Hortanae dioecesis snbjiciebatur.

Addunt alterum momentum ab Antistite allatum de nimia Balneolis a paroecia ss. Joseph et Marci distantia causam esse posse ne veteri illi ecclesiae Balneolana parochia iterum uniatur; ast hujus suppressionem prohibere nou posse unionemqne alteri proximiori, uti esset illa *di Bassenello* qnae milliarium lapidem unum cnm dimidio vix dividitur a tenimento Balneoli, tutamque praebet iter atque percommodnm.

Negant denique detrimentum populanis ex parochi absentia obventurum;

I. enim pluribus abhinc annis parochus Balneoli non resident, sed in Hortana civitate petitque tantnm Balneolum diebus festis: at si necessaria ibidem foret parochi praesentia, qua auctoritate indultum a tot Episcopis fuisset, ut gregem suum Pastor desereret contra canonicas sanctiones?

II, parochiani prorsus desiderantur Balneoli. Tres testes locorum optime gnari, quippe ipsius latifundii conductores affirmant: *che le anime esistenti nella tenuta di Bagnolo, ed ivi domiciliate sono due, o tre* ac ut conductorum agens deponit: *in questa tenuta non esiste che una sola famiglia perennemente stabile, qual' è quella del ministro dell' affittuario, e quantunque vari individui alcune volte vi si stazionino, questi essendo addetti a pascolare la greggia, e ad ruralia exercenda non vi prendono affatto domicilio; mentre a norma delle faccende di campagna ora vi si trattengono, ora partono, e ciò ancora secondo l'arbitrio dell' affittuario.*

Atqui unica familia non sufficit ad constituendam plebem, cum saltem decem ad hunc effectum familiae requirantur, *ex cap. Unio 10. quaest 3, Reiffenst. in Jus canon. lib. 3. tit. 28. n. 6.*, immo potiusquam servare in aliquo loco parochialitatem propter 3 aut 4 familias inibi commorantes locum esse unioni et tenuit *Rota in decis. 277. n. 21. cor. Oriopo.* et refert s. Congr. *in Constantien Jur. paroch. et Exemp. 18. Decb. 1872* §: *Aeque censet*; multo minus vero quis parochianus efficitur ejus loci, ubi recreationis gratia vel ad ruralia exercenda ant ex alia brevi causa confestim reversurus ad propriam parochiam inhabitet. S. Congr. *in Urbinaten. Nullit. Matrim. 1. Decbr. 1640. lib. 16. decret. pag. 156.*

Hisce utrinque animadversis doceat EE. VV. sapientia, quid potius expediat; in unionibus enim, dismembrationibus paroeciarum aliisque id genus controversiis s. Ordinem pro facti qualitate remedia jubere consuevisse recolit scite *Card. de Luca in adnotat. ad Conc. Trid. disc. 16. n. 2.* Sed qnatenus suppressionem decernere placuerit, declarent num in omnibus approbanda sit juxta modum ab Emo Vicario et monialium precibus expositum. Quatenus ex adverso parochia servetur, perpendant num toleranda sit absentia parochi a castro Balneoli contra juris rigorem, quo Parochus nec propter intemperiem aeris nec propter senectutem aut infirmitatem nec propter pestis causam a sua paroecia abesse potest ut ait s. Cong. in una *Pisauren 1766.* §: *Propterea*: imo s. Congr. consulta an Parochus teneatur residere, etiamsi essent in illa parochia tres tantum vel quatuor animae respondit teneri, *teste Fagnano in lib. 3, decret tit. de praeb. cap. Extirpandae* §: *Qui vero n. 11.*, et ne sacramentum inibi asservetur, sicuti pluribus abhinc annis factum est.

D u b i a:

I. *An et quomodo sit locus congruae supplemento in casu?*

seu potius

II. *An et quomodo sit locus suppressioni paroeciae in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative usque ad scutata 50; et adimpletis oneribus manutentionis ecclesiae et lampadis coram ss. Sacramento, et ad mentem. Mens est nt reparata prius per monasterium domo parochiali Episcopus cogat parochum ad residentiam.

Ad II: Provisum in I.

Die 14. Mart. 1840.

V. Per singulas familias.

Vd. p. 552. III.

Camerinen.

Ad hujus controversiae originem dignoscendam recolere ea oportet, quae in syllabo die 2. Decb. 1843 necnon in altero diei 15. Martii 1845 exposita fuerunt circa dismembrationem pagorum s. Stephani, Cicogna, Pietrani, Mascioni et Ciarroni a plebania Castri s. Angeli Cameriensis archidioecesis et circa erectionem novae paroeciae in ecclesia dicti s. Stephani. Proposito dubio: *An et quomodo sit locus dismembrationi paroeciae in casu?*

Responsum accessit: Dilata et scribatur iterum Archiepiscopo, qui accuratius referat de distantia et difficultate viarum, de redditibus parocciae s. Angeli et de mediis providendi tuitioni novae parocciae quatenus dismembratio concedatur necnon congruae novi parochi et manutentioni lampadis. Postea vero diremptum fuit: Affirmative servatis tamen quoad modum conditionibus ab Archiepiscopo propositis.

Inter hasce conditiones quas in citato folio diei 15. Martii perlegere est perpendebat Antistes in assignanda novo parocho congrua praeter fructus scutatorum 1485 decimas et stolas emolnmenta comptanda esse scntata 31 quae juxta quamdam conventionem sub die 3. Januarii 1801 4 familiae e pago s. Stephani idest Gabrieli, Sopranzetti, Foltrani et Lucarelli nomine etiam totius populi quotannis solvere tenebantur capellano, qui inibi diebus festis Sacrum peragaret.

Haud tamen arrisit praefatis familiis annua praestatio scutorum 31 novo parocho solvenda quum potius existimarint ab ecclesia matrice s. Angeli quae plurima bona possidet iutra territorium s. Stephani integram congruam novae parocciae assignandam esse. Qua de re die 22. Decb. 1845 iterum ad hunc s. Ordinem recursnm habnerunt ac conjunctis oppidanorum votis petierunt ab EE. PP: Onde si deguino esonerarli del tutto dall' ingiuntogli onere di pagare come sopra li scudi 31 in ogni anno al nuovo paroco di s. Stephano, permettendosi die fare rispettosamente conoscere che l'obbligazione sudetta non sembra debba avere più vigore.

Circa preces desnper relatas informationem et votum de more exquisivi ab Archiepiscopo Camerinensi, qui audito parocho ecclesiae matricis et patefacta legitima causa petitae concessionis s. Congregationem instructam reddere utrum satis provisum esset congruae parochiali quidque actum fuerit in deliberatione diei 15. Martii. Antistes in suarum literarum quas remisit exordio exposuit omnia fuisse exequutioni mandata quae s. Ordo decrevit quoad novam parocciam s. Stephani videlicet summam scutatorum 1485 provenientem ex plebania s. Angeli pro illius favore fuisse utili permutatione in stabilibus*) occupatam ac statutos parocciarum fines. Addidit deinde: Quoad cetera injuncta (ita ille) solnmmodo in re interesse habere rectorem matricis ecclesiae et 5 pagorum populum et in illius locum oeconomnm audire curavi suumque hic pandidit sensum modis folio quod exemplatur expressis. Gens vero Villarum deductiones quamplurimas edidit, quae in inserto altero prostant. His petitionem cohibent ad obtinendam lignaminis infructiferi ut asserunt positi bonis ecclesiae s. Angeli quantitatem pro passis (localis est mensura) 250, quae damno quovis remoto ex his cedere poterit pretio obtinendo utili collocato investimento et cuncto populo insuper onere quoad lampadis manutentionem transfuso, cui aliter rector recentis paroeciae juxta rescriptum diei 16. Martii adstringebatur.

Ad hujusce tramites novus rector scutata 133., 25. certe non exigunm obtinebit redditum, antiquae s. Angeli plebanus juxta enarrata computa congruam sc. 230 circiter. Post haec refert onus plebano s. Angeli perpetuo impositum ad stipendium solvendum capellano, qni omnibus diebus festis in ejus ecclesia ad populi commoditatem missae Sacrificium absolvat. In extrema demam epistolae cera ita animi sui sententiam exprimit: Hisce omnibus quoad facti seriem ac notitiam praehabitis hodierna thesis in hoc adstat an scilicet obligatio per nonnullas s. Stephani familias assumpta pro annua retributione scutatorum 31 recensito cum veneratissimo hujus s. Ordinis rescripto novae paroeciae tributa et modo efficax ac suo permaneat robore seu potius saltem aliqua pro parte beniguiter excipi possit. Quoad primum jam satis meos per Praedecessores eorumdem cum relatioubus EE. VV. exhibitis, et qnibus me refero, dictum, quoad alterum specialis gratiae favor erit. Ad justitiam itaqne aut aequitatem praestantissimi Concessus omnibus perpensis spectabit de re decernere aut providere.

Explicita factorum serie quid sentiant partes in eorum allegationibus scripto transmissis quoad jus in duplici controversiae capite, an scilicet in suo adhuc robore permaneat obligatio 1801 seu potius aliter providendum sit congruae paroeciali s. Stephani, breviter exponam.

Et quoad primum ita ratiocinantur incolae dismembratae paroeciae. Res est in jure notissima, qnod obligationes sunt actus stricti juris ideoque non extendendae neque late interpretandae contra obligatum, *Cyriac. controv. 378. n. 13. et seqq.*, *Rota decis. 190. n. 1. et 2. cor. Cocc.* et in *Velitern. Immissionis 13. Junii 1678* §. *fin. coram Federico Vicecomite.* Insuper si obligationi conditio resolntiva adjecta fuit cessante conditione et ipsa obligatio cesset oportet, *Menoch. consult. 278. n. 6. et 39. lib. 3.*, *Rota decis. 1. n. 9. in fin. part. 2.* et *decis. 95. n. 6. par. 17. Recent.* Atqui obligatio in themate quibusdam limitationibus perstricta fuit et pluribus conditionibus alligata nti ejus verba clare innuunt. Et re qnidem vera plebanus Lestilj pro se tantum concordiam iniit cum incolis s. Stephani ideoque ad ejus snccessores de quibus in instrumento mentio facta non fuit conventiones extendi nequeunt.

Praeterea qualitas personae in cujus favorem solutio scutatorum 31 facienda erat, idest capellani s. Stephani, cujus electio absolvenda a 4 obligatis familiis, onus quo plebanus s. Angeli adigebatur ad petendam transactionis adprobationem, nil aliud demonstrant, quam obligationem fuisse conditionatam. Quare qunm non amplins agatur de capellano sed de parocho s. Stephani, qunm locus amplius non sit ad illius electionem et parochns Sestilj nuuquam praefatam aprobationem a Camerinensi Ordinario retulerit, dicendum erit, unacum conditionibus etiam obligationem evanuisse.

Quinimo ex eo quod ecclesiastica auctoritas nuuquam iutercessit in stipulatione, de qua agitur, obligatio quae in ea coutinebatur vel nunquam exercere potuit suas vires vel ad snmmnm coerceuda erit ad plebani Lestilj vitam; transactio enim circa res ecclesiasticas prohibetur, *Reiffenstuel Jus can. univers. lib. 1. tit. 41. n. 46.*, et facta a rectore ecclesiae sine consensu superioris uou obligat snccessorem sed solum transigeutem‹ uti monet laudatus *Reiffenstuel dic. loc. n. 63.* Animadvertendum hic pariter est, solutionem scntatorum 31 per lapsum anuorum 24 suo effectu caruisse, quum eo tempore capellanus defecerit in Villa s. Stephani et ipsum plebannm Lestily noluisse ex sua parte scntata 5 juxta stipulationem persolvere sacerdoti Gabrieli, qui per tres annos capellani officinm in dicto loco exercuit. Jam vero transactio robur sumit ab observantia cen in *cap.*: *Cum contingit de transact.* et praecisse observantia circa modum solutionis debet atteudi, *Constantin. vol. 216. n. 7. t. 2.*

Neque dici valet s. Congregationem praecedenti sua resolutione nullo habito respectu ad veterem obligatiouem, novos incolas s. Stephani voluisse praegravari, cum ex syllabo temporis illius patet s. Congr. innixam Ordinarii Cameriuensis relatioui pntavisse, obligationem 1801 adhuc in suo robore manere et assertio hujusmodi repugnaret juris priucipiis, quae dictant, ex rescriptis nuuquam iutelligi aliquid concessnm cum praejudicio tertii aut novum impositum onus, nisi expresse declaretur, *arg. cap. Licet. 12. de Offic. Ordin. et leg. Nec avus 4 C. de emancip. liber.*

Statuta nullitate obligationis qnam 1801 iuiveruut praefecti incolae gradum faciuut ad modum, qno paroeciali congruae s. Stephani sit providendnm totumque ouus rejicinut in matricem ecclesiam s. Angeli. Ut id demonstrent afferuut verba Concilii Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.*, ubi sancitur: »Illis autem sacerdotibus qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendi competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibns ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibns.‹ Parochiani antem tnuc solummodo compelleudi suut ad subministraudam dotem paroeciae noviter erectae, qnum bona ecclesiae ex qua dismembrata fuit haud valeant suum rectorem honeste ac competenter susteutare, *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 28. n. 49.*, *Mandos. cons. 31. n. 9.* et *Rota decis. 458. n. 2. part. 2. Recent.*

Si vero perpendantur redditus paroeciae s. Angeli inter discrepantia Ordiuariorum Camertium et populi computa, saltem praefigendi erunt in scntatis 352. 92. ex quibus si deducatur summa scntatorum 102 jam assignata parocho s. Stephani supersunt scntata 257. 92. et si ex his desnmantur etiam scutata 31 nti jura exiguut remauent scutata 220. 92. ad honestam snstentationem plebani s. Angeli. Hoc autem consonnm erit non solum menti Concilii Trid. sed etiam rationi et aequitati, quum praedictus plebanus per dismembratiouem plura cnrae animarum vitaverit incommoda et multa boua possideat inter limites novae paroeciae, cnjus iucolae propter utilitatem successorum suorum plebaniam s. Angeli reliquerunt.

Subjiciam hic qnod nltimo loco populus s. Stephani reponebat ad controversiam componendam: Nè fondi (ita ipse), che rimangono liberi alla plebale di s. Angelo sussiste considerabile quantità di soprasuoli del tutto,

*) Vd. *t. II. p. 1089. XI.*

o quasi del tutto infruttiferi, inutili al certo e la cui remozione non diminuisce uffatto la rendita di essi fondi... Si progetterebbe, che la cura di s. Angelo cedesse a quella di s. Stefano a giudizio di abile persona perita quella quantità di alberi infruttiferi da poterne avere a misura locale circa passa 250 per rinvestirne il prodotto o in foudi, o in credito fruttifero, e quello, che maucasse all' assegnata rendita di scudi 133. 25. venisse supplito dai parocchiani col caricarsi del mantenimento della lampada, che rimane a carico del paroco.

Contra animadvertendum occurrit, obligationem 1801 initam a quatuor familiis inhabitantibus villam s. Stephani haudquam evanuisse ante resolutiouem a s. Congr. emissam relatam die 15. Martii. Dici enim nequit ei obfuisse non petitam veniam a plebauo Lestili penes Cameriuensem Episcopum, quia agitur de solemnitate extrinseca, quae non excepto ipso apostolico Beneplacito praesumitur post lapsum 30 annorum, *Felin. in cap. Albericus n. 4. de test., Rolan. cons. 99. n. 33. lib. 2., Rota decis. 470. n. 4. coram Cocc.* et *decis. 91. n. 6. coram Duran.*

Neque officit solutionem uon fuisse observatam per annos 24, dummodo constet aliquando exequutioni mandatam fuisse; nam in materia observantiae ad obligatiouem demonstrandam pluris valet unicus actus *) affirmativus quam 100 negativi, *Rota coram Crispo decis. 49. n. 12.* et in *Avenionen. Collegii 29. Aprilis 1702* §. *Agnoscente, coram Priolo.* Accedit, ipsos contrahentes validam agnovisse concordiam cum plebauo Lestilj conventam, ex eo quod in jus vocaveriut hunc renuentem solvere juxta placitum scutata 5 favore capellani Gabrielli, ut ipsimet fatentur.

Falso pariter asseritur limitatam fuisse obligationem in persona sacerdotis Lestilj, imo eam in perpetuum assumere voluisse adversarios patet ex fiualibus iustrumenti verbis, quibus ne a couventis deficerent semet personaliter non solum, verum etiam bona actualia et futura haeredesque suos devinciebant.

Demonstrata obligationis validitate ejusque perpetuitate nonnisi per injuriam laesos se proclamarent incolae s. Stephani a resolutione s. Congregationis, quae, ut eorum spirituali utilitati ac votis annueret, dismembrationem declaravit, neque aliud ultra ipsis imposuit, quam id ad quod jam obligabantur. Quod si per concessam dismembrationem conditiones instrumento aduexae suo destitutae fuerunt effectu, quamvis nonnullae pleuiorem assequutae fuerunt, id repetendum est ab eorumdem petitione, qui dismembratiouem poposcerunt et per quam proprio facto suis juribus renunciarunt, quod cuique patet ex notissimis juris principiis. Quare dicendum erit s. Cougregatiouem robur obligationis 1801 probe dignoscens solutionem scutatorum 31 ab incolis s. Stephani quotannis faciendam congruae illius paroeciae assiguavisse.

Ast etiam dato, quod EE. PP. Senatus nullo habito respectu ad instrumentum 1801 imposuerit populo s. Stephani onus solvendi scutata 31 computanda in congruam novi parochi, diceudum erit, ita sancivisse ad normam canonici juris. Iunotuerant enim s. Ordini vires praebeudae s. Angeli ex qua nouuullis detractis bonis et novae paroeciae addictis veteri plebano reliquit quantum ejus honesta sustentatio requirebat, atque ad integram congruam parocho s. Stephani assignandam obligavit pro parte populum, cujus favore et commodo nova parochia erecta fuit juxta sanctionem Concilii Trid. quod *cap. 21. sess. 21.* dicit: »Et, si necesse fuerit, compellere possit (Episcopus) populum ea submiuistrare, quae sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum (uovorum parochorum) sustentandum.« Consonat *Lambertin. de jurep. lib. 1. part. 1. quaest. 5. art. 12. in fine* vers. *Advertendum, Guttier lib. 1. quaest. 17. n. 16., Ventrigl. in praxi part. 2. annot. 17.* § *1. 2.* et resolvit s. Congr. in *Derthonen. Dismembrationis 14. et 24. Jan. 1736.*

Rejicienda proinde erit subnectit hodiernus plebanus s. Angeli Carolus Zavolini compositio, quam in themate exquirunt incolae s. Stephani, ut nempe ille cedat in favorem novi parochi arbores infructiferas; nam harum lucrum auferri ab illo non possit sine magna ejus congruae laesione, quae nuuc vix pertingit ad scutata 124. 53. et praegravatur onere manutenendi duas alias ecclesias filiales et retribuendi capellauo qui ei suppetias in sacris peragendis functionibus ferat.

Tandem annotat praefatus plebanus nullimode audiendam esse petitionem adversariorum, quia a judicio s. Ordinis quod prodiit die 15. Martii 1845 provocarunt post lapsum legitimi temporis, idest die 22. Dec. ejusdem anni.

*) Vd. *t. I. p. 176.*

Haec vero quid pouderis habeaut erit EE. VV. defiuire quibus proponuutur

D u b i a:

I. *An homines villae s. Stephani teneantur ad solutionem scutatorum 31 in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An et quomodo providendum sit congruae paroeciali s. Stephani in casu etc.?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Provisum in I.

Die 6. et 27. Mart. 1847.

VI. Ex superfluis redditibus Capellaniarum.

Aesina.

Alias die scilicet 20. Martii 1824. Parocho s. Petri in Aesina civitate Joseph Baldelli beniguitatem EE. VV. expertus est, dum congruae augmentum obtinuit, reductis oneribus quorumdam legatorum tributisque illi superextantibus redditibus. Proposito enim dubio: *An et quomodo sit providendum tenuitati congruae plebani s. Petri in casu etc.?*

responsum prodiit: Affirmative, computato iu augmentum congruae quidquid superest ex redditibus legatorum missarum ultra eleemosyuam manualem.

Hujus rescripti executio Emo Episcopo Aesino credita fuit; ea tamen perfici non potuit nisi decurrente Februario anni 1833. Tunc porro praeter omuem expectationem compertum fuit, ex superextantibus hisce redditibus parocho concessis haberi praeter obolos 61 ut ipse Joseph dicit seu scutatum unum ut asserit Provicarius generalis.

Tuuc omui spe frustratus parochus Baldelli iterum ad EE. VV. se convertit aliumque augendae cougruae modum proposuit. Pientissima foemina Anna Moriconi mandaverat 1749 ut ex suis bonis duae capellaniae fundarentur in parochiali ecclesia s. Petri, ut capellani singulis diebus Sacrum facerent, ut a parocho pro tempore nominarentur, ut ipse parochus bonorum administrationem susciperet atque omue quod superest expletis oneribus cederet in commodum ejusdem ecclesiae. Assignatum dein fuit eidem parocho ab Episcopo pro laboris praemio annuum stipendium in argenteis nummis 42, quod fere integrum absumi dicit Baldellius iu expensas ratiocinatoris et villici qui agrorum culturae iucumbit. Quapropter quum ex bonis Moriconiae adimpletis omnibus oueribus supersint annua scutata 98 et oboli 96 petit idem Baldellius ut aliqua hujus summae pars ipsi tribuatur stipendiumque a scutatis 42 evehatur ad annua scutata 70, idque a die tertia Augusti 1833, qua supplices obtulit preces s. Congregationi: etenim hac una ratione obtineri posse augmentum congruae, quod ceteroquin ipsi deberi jam ab EE. VV. fuerat prouuuciatum. Supplex his libellus absente Emo Episcopo ablegatus fuit ad Provicarium geueralem, qui retulit annuum paroeciae redditum soluto omni ouere constare scutatis 36 ac obolis 69 comprehenso eo scutato, quod parochus percipit ex reductione legatorum ipsi impertita a s. Congregatione, rescripto diei 20. Martii 1824. Dixit insuper e fundis Annae Moriconi satis factis oneribus superextare annua scutata 98 et obolos 69, atque ex his reservari quotannis scutata 50 pro impensis jacturisque quae praevideri non possunt. Addidit capellanos a se auditos non detrectasse quomiuus Baldellius petitum compendium assequatur »dummodo sua ipsorum jura unacum testatricis voluntate sarta tecta serveutur«, at sibi videri satis esse ut parochus pro administrandis Moriconiae bonis mercedem percipiat scutatorum 42. Post haec Provicarius generalis parochum Baldelli commendat, cumque dicit impensissime vacare officiis suae ecclesiae ac in ea Dei cultum quammaxime fovere, quumque non colligat a redditibus paroeciae nisi scutata 36, dignum sibi videri cui augmentum congruae coucedatur.

Excitatus dein a s. Congregatione fuit idem Vicarius generalis, ut capellanos rursum audiret referretque de summa quae parocho oratori ejusque successoribus assignari posset ex legato Annae Moriconi et cur satis provisum non sit summa quam iu perpetuum percipit ab eadem haereditate in annuis scut. 42.

Mandatis obsequens Provicarius generalis transmittit iuprimis epistolium sibi datum a capellanis Moriconi, qui aperte profitentur imminui decus ecclesiae parochialis si ex

redditibus hujus pii legati annuum stipendium parocho augeretur, idque contradicere voluntati testatricis. Addunt Mercedem annuam scut. 42. satis aequam sibi videri pro laboribus quos ferre debet parochus, praesertim qnia haec merces ab initio in scut. 30 fuit constituta. Tenuitati congruae quae certe minor est scutatis 100 alias provisum esse, assignata parocho ab Episcopo aliqua ex his capellaniis. Si eas Baldellius tribuit hodiernis capellanis, nuuquam ex eorum animo tanti beneficii memoria excidet et quoniam ipse a zelo animarum et diligentia in suo mnnere obeundo prae ceteris jure merito commendatus, lubenter excipient, si stipendium ex redditibus Moriconi eidem augeatur ab EE. VV. dummodo tamen haec benignitas ipsius Baldelli vitam non excedat.

Post haec Provicarius generalis repetit: annnos fructus pii legati Moriconi adeo pingues esse ut snpersint fere scntata 100 ex quibus aliquid parocho tribui posse censet. Dein subdit: Deflectitur a testatricis mente sed parum; disposnit ipsa: il fruttato di più voglio resti in tutto e per tutto a beneficio della subdetta chiesa; quapropter orator benignitatem apostolicam pulset pro gratia sine capellanorum et cultus ecclesiae praejudicio. Nonne capellanis aucta stipeudia ex haereditate Moriconi volventibus annis?

Satis qnidem est parocho merces scutatorum annualium 42 pro congruae augmento, quae inpraesens toto coelo distat a statutis centum pro rectore. Capellania quam praefatus obtinet nnmquam compntata est in congruae censn et merito, cum respectivis oneribns subsit et contingenter parocho pro tempore couferatnr. Cum ergo favore parochi sanxerint 20. Martii 1824 sapientissimi s. Concilii Interpretes locum esse auctioni congruae, ad rem nostram neqne hucusqne provisum sit, ad clementiam Eminentiae Vestrae Rmae spectat snppetias ex haereditate haurire. Quoniam capellani ne verbum quidem ad hoc sit, submisso judicio reor concedi ex bonis Moriconi posse 30 scutata dummodo Dominationi Vestrae Emae ac Rmae gratia arrideat.

Tria porro in themate snnt perpendenda:

I. num parocho Baldelli augenda sit congrua?

II. qua ratione?

III. a quo tempore id peragendum?

Quoad I.: Oratoris petitioni obstare videtur facti circumstantia sane non sperneuda ipsum a paroeciae redditibus percipere annua scutata 36 ac obolos 69. His addenda sunt scntata 16 ac oboli 40 ex missis pro popolo, quae a statu passivo sunt expungendae. Ad has enim parochus pro suo munere teuetur, eodem prorsus modo quo auimarum curae incumbere debet neqne ullum pro iis emolumentum exigere potest. Ita post constitntionem Benedicti XIV. *Cum semper oblatas* *) s. Congregatio sancivit in *Senogallien. 20. Martii 1790* et in *Massanen. Reductionis onerum 14. Decb. 1822.* Habet ergo parochus annua scnt. 53. 09. qnae sane summa ex constitutione s. Pii V. *Ad exequendum* satis esse dici potest, quare congrua augeri non debeat. Idque praesertim quia parochus alinnde habet scnt. 42 ex administratione pii legati Moricoui et fructus praeterea percipit ex quadam capellania seu beneficio sub invocatione s. Thomae ipsi assignato in sua ecclesia parochiali.

Quoad rationem augendae congruae, quum ea perfici velit tribuendo parocho partem redditnum pii legati Moriconi, immutari deberet voluntas testatricis, quae ceteroquin servanda est ex can. *ultima voluntas, caus. 13. quaest. 2.* et ex pluribus s. Vestri Ordinis responsis.

Animadverteudum nihilominus videtur, s. Congregationem causa omni plane explicata jam a die 20. Martii 1824 judicasse congruam oratoris esse nimis tenuem, atque ideo augendam ex redditibus legatorum quorum onera fuerunt immiuuta. Quamvis enim s. Pius constit.: *Ad exequendum* statuerit congruam non minorem esse scut. 50 nec majorem scut. 100 tamen hujus s. Congregationis constans est praxis ut scutata 100 quantum fieri possit parocho assigneutur ad tradita etc., sunt verba exscripta in folio diei 21. Febr. 1824 dum haec ipsa causa s. Ordini proposita fuit. Atqui demonstratum est ex iis redditibus legatorum nou aliud quam uuum scutatum parocho obvenire. Ne igitur vestrum responsum ludificetur ac ne constans s. Ordinis praxis pessumdetur alia iueuuda est via qua statutum augmentum obtineatur. At nulla commodior et aptior praesto est quam ea quae ab oratore proponitur et a Vicario generali probatur. Enim-

*) Vd. *t. I. p. 695.*

vero licet Anna Moriconi superextante sui legati redditus nou tribuerit parocho tamen si ei ex parte dentur, hoc non longe alienum ab ejus voluntate existimari debet. Jussit enim ut ipsi cederent in beneficio della suddetta chiesa. Huic ecclesiae parochus Baldelli inservit ac ita inservit ut ejus virtutes ac zelus pro animarum bono et pro sublevandis egenorum iudigentiis (quorum ea paroecia redundat) ab omnibns praedicentur. Hi redditus superextantes censentur in annuis scntatis 100: ex quibus si demas scntata 50 servanda in expensas, quae praeter opinionem adesse possunt, aliquid semper remanet quo parochi inopiae succnrratur, quin cultus ecclesiae imminuatur vel fraus fiat voluntati testatricis.

Neque rem immutare videtur parocho assignata fuisse scut. 42 ex bonis Moriconi. Nam omisso, hoc illi tributnm fuisse velut praemium laboris qnem impendere debet pro iis administrandis ac non levem pecuniae vim ab eo insumi pro mercede ratiocinatoris ac villici, planum est, id a parochiali congrua esse omnino diversum ac in eam imputari non posse. Hoc idem dicas de capellania seu beneficio s. Thomae, quod per accidens seu contingentes, ut ait Provicarius generalis, parocho confertur quodque sua pecnliaria habet onera a rectore snstinenda ideoque ad illius congruam non pertiuet.

Accedit oratorem esse patronum capellaniarum ab Anna Moriconi institntarum. Ipsa enim in testamentariis tabulis ita praescripsit: »lasciando il jus di nominare i capellani al parocho pro tempore della chiesa di s. Pietro.« At patronorum inopiam s. Congregatio levare saepissime consuevit vel suspensa beneficii nominatione *) vel eo in administrationem illi tradito vel alia opportniori ratione, in *Asculana Dispensationis 23. Maji 1786*, in *Montis Regalis capellaniarum* 17. Decb. 1825 et alibi. Parochus Baldelli gravem rei familiaris jacturam passus est, ejus fideles ferme omnes in egestate versantur, quam aliqua ratione levare debet: prout plures Aesini sacerdotes, testes sane instructissimi comprobant. Hiuc sperat fore ut EE. VV. aliquam opem illi ferant ex pio legato Moriconi.

Quod si eam concedendam autumeut EE. VV. illud etiam videant necesse est, num perpetuo, num ad tempus, nnm ad vitam potius hodierni parochi Baldelli sit tribuenda, ut opinantur capellani Moriconi. Qnum fieri possit ut in paroeciae redditus angeantur velut ab anno 1824 ad hanc diem evenisse comperimus tunc enim constabant annui sc. 6. 95: nunc autem scut. 35. 69, utrumque calculnm probante statu activo et passivo ad s. Congregationem misso qnumque s. hic Ordo a perpetuis hujusmodi voluntatum commutatiouibus abhorreat nisi evidens utilitas vel necessitas intercedat, indulgentia isthaec ad tempus videtur coercenda.

Petit postremo Baldellius, nt si ejus preces benigne excipere dignentur EE. VV. decretum retrahant ad diem instantiae nempe ad diem 3. Augusti 1833. Quamvis gratia nonnisi a die concessionis initium sumere consueverit, tamen ex pecnliari causa aliqnoties id immutatum statutumque ut effectus sortiri inciperet a die qno primnm preces exhibitae fnerunt uti factum ab hoc s. Ordine in *Isernien. 20. Aprilis 1697* dum ad tertium respondit: Debetur congrua in quantitate prout juris est a die motae litis sive petitionis; et a s. Congregatione Episcoporum et Regularium negotiis praeposita in *Civitatis Plebis 17. Sept. 1695.*

Hinc dirimendum proponitur

D u b i u m:

An, quomodo et a qua die providendum sit congruae parochi s. Petri Aesinae civitatis in casu?

S, C. resp.:

Affirmative et esse providendum augmento congruae in annno summa scutatorum 30 ex redditibus superexstantibus haereditatis Moriconi a die petitionis.

Die 31. Jan. 1835.

VII. Per suspensionem missarum.

Praenestina.

Recens est in oppido Palneani fundatio paroeciae s. Annae, quippe quae erecta fuit 1791 ex unione 2 capellaniarum, quarum una instituta fuit in ecclesia collegiata s. Andreae ejusdem oppidi, altera ad altare s. Caterinae (quo tempore incertum est, siquidem latet fundatio) altera ad altare s. Mariae Carmeli ex codicillis a Jo. Dominico de Francisci 1688 scriptis. Utriusque itaque capellaniae bona quae in fundis rusticis at-

*) *t. II. p. 717. β; p. 898. g; p. 917. II.*

que in censibus consistunt unita pariter novae paroeciae s. Annae applicata fuere in congrua parochi cum onere adimplendi capellaniarum onera. Moderuus parochus sacerdos Archangelus Rossi conqueritur diminutos fuisse redditus atque idcirco supplicat, ut per reductionem ouerum deficienti suae congruae consulatur. Emus Episcopus cujus sententia rogata est remittit statum activum et passivum capellaniarum atque paroeciae ab ipso parocho non ex calculo decennali sed ab inventario desumptum scilicet: capellania s. Catharinae olim dabat annua scuta 23. 48. quae percipiebantur ex repsonsionibus frumenti, musti et olei. Ex iisdem responsionibus percipiebat quotannis capellania s. Mariae Carmeli scuta 65 et praeterea scuta 12. 75. ex fructibus censuum ita ut ex utraque capellania constituebantur annui redditus in scutis 101. 23. Nunc vero accreverunt ad scuta 111. 90. atque hoc augmentum provenit ex aucto pretio frumenti et musti. Observandum tamen est quod fructus censuum qui olim percipiebantur in annis scutis 12. 75. decreverunt nunc ad annua scuta 5. 50., atque idcirco decreverunt, quia ut affirmat Emus Episcopus *census extincti fuerunt in moneta papiracea demonetationi jam proxima, quin antea eam investire datum sit. Nulla equidem utilis experiundae actionis ratio affulgere mihi videtur, alterius vero census, qua antiquissimi, ne fundus quidem reperitur.*

Hos capellaniarum fructus iu annuis scutis 111. 90. percipit parochus s. Aunae atque etiam exigit ex pensione annua scuta 45 atque ex incertis scuta 12 ut in totum habeat pro congrua annua scuta 938. 90. Onera vero attollit ad annua scuta 113. 30. nt ei libera supersiut scuta 25. 60. Verum tamen inter onera adscribit partitas hujusmodi, quae observandae suut, scilicet: *Messe numero cinque la settimana* (quae pro capellaniis unitis celebrandae sunt) *ed una pro populo in tutte le feste, scudi 34. 40. Al seminario scudo 1. 10. Per messa cantata bajocchi 30.. Per una libra di cera alla sagrestia della Collegiata bajocchi 50.* Quae onera ex fundatione capellaniarum implenda snnt. Onera vero pro exercitio cnrae sunt: *Al sotto curato scudi 14. Al sagrestano scudi 6. Per oglio, cera, ostie, suppellectili scudi 30.* Tandem *per dativa e prestito scudi 20.* Ex his coalescit integra summa onerum in scntis 113. 30.

Porro addit Emus Episcopus: *Audito Excellentissimo hic aliud mihi non respondit nisi quod in fundatione congrua nova paroecia ditata fuit, sique ex actuali temporis acerbitate in deterius redditus obierunt, communis haec dici calamitas potest. Caeterum meo se judicio refert, num in casu quo de agitur proponere EE. VV. credam aliqualem reductionem numeri missarum pro populo. Ego autem cum inpraesentiarum videam congruam sc. 23. 60. imparem omnino esse muniis parochialibus obeundis, nec ex oneribus in dicto statu activo et passivo descriptis aliquoad inveniam reductioni obnoxium nec beneficia simplicia actu saltem vacantia adsint nec per parochianorum symbolum aut collectas utpote paupertate laborantium subvenire parocho posse praevideam, in sensu essem, ut tres ex quinque missis hebdomadalibus suspenderentur firmis remanentibus missis per populo. Caeterum de integra celebratione missarum quoad praeteritum EE. VV. certas rationes reddere possum.*

Comparatione iustituta inter redditus paroeciae qui attingunt scuta 138 et obolos 90 atque onera quae praeseferunt summam scntorum 113. 30. certe quidem libera superessent parocho annua scuta 23. 60. ex quibus certe sibi alimenta parare non potest. Nam congrua tanta esse debet, quanta sufficiat pro rectoris sustentatione ceu docuit s. Congregatio in *Spoletana Congruae 12. Febr. 1803.* Quamquam vero ex mente Concilii Trid. *sess. 24. cap. 13. de ref.* taxata sit congrua in scutis 100 pro rectore ab oueribus immunibus attamen ex iustitutione minor esse potest, dummodo tanta sit unde rector se alere possit, ut censuit s. Congregatio in *Derthonen. Dismembrationis 28. Januarii 1736* ad tramites constitut. s. m. Pii V. *Ad exequendum.* Quare haec duo inquirenda erunt quantum scilicet parochus s. Annae libere percipiat ex sua congrua, deinde num illud quod percipit satis ei sit ad sustentationem.

Parum revera fidendum videtur calculo a parocho exhibito, quod ex inventariis derivat. Verum cum major pars reddituum hujus paroeciae in responsiouibus frumenti, musti et olei cousistat, quae pro varietate tempestatuum et pretii majora minorave suut, profecto necesse esset determinare veram reddituum quantitatem ex calculo decennali, cui in hisce liquidationibus plurimum semper tribuit s. Congregatio et praecipue

in Anagnina Augumenti congruae 17. Maji 1731. Neque etiam recte se habet calculus a parocho exhibitus quoad onera, quae iu eo receuseutur. Nam inter onera aduotatur eleemosyna pro 5 missis hebdomadalibus, quae ex fundationibus capellaniarum sunt celebrandae, atque praeterea stipeudio pro missis pro populo, quorum neuter congruam minuit. Nam missas pro populo parochus ratione pastoralis officii celebrare easque etiam sine stipeudio applicare debet, ut *ex Constit. Benedict XIV. Cum semper oblatas**) docuit s. Congregatio in *Neocastren.***) *Missae pro populo 26. Januarii 1771* et in *Casanen. Missae conventualis et pro populo 22. Novb. 1794.*

Pro missis vero ex capellauiarum fundatiouibus celebrandis parochus nullam impeusam facit, sed ipse eas celebrat et redditus omues capellauiarum percipit, qui multum eleemosynas necessarias excedunt et ideo uuitae fuerunt paroeciae capellaniae, ut absque praejudicio fundationis per parochos pro tempore adimplereutur onera et ex uberantibus fructibus aliquod ipsi levamen perciperent. Quare si haec una partita pro eleemosyna missarum in scntis 34. 40. delatur ex statu passivo, jam hac unita summa scutorum 25. 60. quae ei libera restant ex oueribus perciperet anuua scuta 60 pro congrua. Quod si haec summa teunis videatur pro conditione temporum duo ponderanda sunt. Primum quod parochus ab iustitutione paroeciae hanc congruam acceptavit nec ab anno 1791 reclamavit tenuitatem congruae, ut propterea supplementum illius petere nou posse videatur, nisi probet diminutos fuisse redditus pro congrua assignatos ut post *text. in can.: Nemo de conserat. distin. 1.* tradit *Rebuff. de congrua* et *s. Congregatio in Ferentina Unionis 20. Febr. 1802.* Alterum est quod licet nounulli ceusus depertiti siut nihilominus redditus acreverunt aucto pretio frumeuti ita ut nuuc fructus certi paroeciae ascendant ad scuta 111. 90., qui auteactis temporibus scuta 101. 25. attingebant.

Si haec, quae pro meo munere adnotanda ceusui, EE. VV. nou arrideant, tum sane nullo alio modo consuli potest augumento congrae quam per reductionem 3 missarum hebdomadalium, quemadmodum Eminentissimus Episcopus proponit. Nam alia deficinnt media nec adsunt beneficia simplicia, quae paroeciae nuiri possiut nec populus, qni paupertate laborat, parochi necessitatibus per symbolum subvenire potest. Non iusolens vero est, ut ad succurrendam paroeciarum indigeutiam missarum ouera reducantur *ut in Nucerina Paganorum Reductionis 3. Sept. 1778.* Videaut tamen EE. PP. num potius suspendenda sit celebratio missarum ad certum tempus, cum interea sperandum sit futurum, ut vectigalia diminuantur.

Dubium propouitur:

An et quomodo sit providendum augumento congruae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Emi Episcopi ad bieunium.

Die 18. Maji 1809.

*) Vd. *t. I. p. 695.*
**) Vd. *t. I. p. 950.*

c) Augmenti modus non concessus.

I. Ex bonis confraternitatis.

Arimineu.

Animarum cura Podii Hibernorum exercetur in oratorio societatum ss. Sacramenti et Rosarii, ex quorum redditibus multae expensae ad ecclesiae manntentiouem conficiuntur. Cum vero paroecia hujusmodi late pateret in agro et regio de Camerano eidem olim subjecta dissita abesset ita ut incolis hiberno tempore fieret ad ecclesiam impervius accessus ob redundantem amnem qui interfluit, hinc ne spiritualia subsidia eis deficerent sa. mem. Pius PP. VI. 1792 instanti populo et probante Episcopo jussit ut capita 300 a paroecia Podii Hibernorum dismembrarentur et nova ruralis cura in ecclesia s. Mariae de Cammerano constitueretur. Rector hnjus paroeciae factus est sacerdos J. Ant. Maggioli, cui pro congrua assiguatum fuit (ultra decimas percipieudas in auuuis scut. 56. 20.) simplex beneficium consequendum post obitum Praesulis Zollii tunc in Bavaria apostolici Nuncii, qui tum illud obtinebat et ex quo scuta 85 quotannis redibaut. Eo vero defuncto quamquam parochus Maggioli tam ex decimis quam ex fructibus beneficii percepisset annua scuta 141, attamen cum onera attingereut scuta 91 ei libera 50 tantum supererant.

Hanc deficientiam justae congruae modo pertexens parochus Maggioli deprecatur a s. Congregatione supplementum aliquod ex bonis sodalitiorum in ecclesia parochiali Podii Hibernorum existentium. Haec instantia relata est ad informationem Episcopi Ariminensis auditis confratribus.

Hic vero in suo voto ait: Petitio adeo justa et rationi consona visa fuit ipsis confratribus utriusque sodalitii et propter sufficientes redditus scuta 100 adequantes vel superantes, ut ex libris rationum constat et propter jus quod ipsi parochiani s. Mariae de Camerano ad illos habent, cum aliqui eorum dictarum societatum sint confratres, ut dicto parocho (dum adhuc erat capellanus curatus praefatae ecclesiae) sponte cesserint 3 scuta annua pro expensis cultus necessario faciendis. Sed cum haec parum conferant ad finem, ideo dictus parochus tam suo quam parochianorum nomine EE. VV. precatur ut ecclesiae suae assignare dignentur aliquam rationabilem summam quam ad scuta 15 in singulos annos extendi posse arbitror pro expensis maxime pro lampade ss. Sacramenti, quod nullo detrimento ecclesiae parochialis Podii Hibernorum et maxime alterius novae paroeciae levamine fieri potest ex redditibus dictarum sodalitatum. Hoc etiam magnam affert pacem.

Cum parocho Cameroni tum ex redditibus beneficii tum ex decimis libera supersint annuatim scuta 50 justa sane videtur ejus instantia pro supplemento congruae, quae ex mente Concilii Trid. *sess. 24. cap. 13. de reform.* ad scuta 100 praestituta videntur. Inquirendum igitur superest num supplementum hujusmodi praestandum sit ex bonis sodalitii ss. Sacramenti et Rosarii. Episcopus dum probat instantiam parochi tria affert rationes, cur sodalitia ad supplementum teneantur:

I. quia sodalitiis sunt sufficientes redditus, qui excedunt annua scuta 100,

II. quia multi ex parochianis s. Mariae in Camerano sunt confrates utriusque sodalitii et aliquod jus habent ad supplementum,

III. quia jam sodalitia sponte solvunt parocho scuta 3 annua pro supplemento. Quibus addi posset, quod ad succurrendam inopiam paroeciarum s. Congregatio etiam unionem bonorum sodalitiorum concessit ut novissime in *Forrosempronien. Unionis 20. Novb.* nuper elapsi.

Nihilominus confratres acriter repugnant. Nam hoc primum statuunt quod neque in *cap. de Monachis 12.* et *cap. Extirpandae 30. de praeben.* neque in allegato decreto Concilii Trid. aliqua certa praescribatur summa, in qua congrua consistere debeat, sed hoc unum decernitur ut tantum redigatur, quod pro rectoris aut paroeciae necessitate decenter sufficiat, juxta verba ipsius Concilii Trid. *sess. 24. cap. 13. de reform.* Hinc deducunt quod cum congrua fuerit constituta in fundatione a s. Pontifice Pio VI. in summa superius enunciata nec parochus tunc reclamavit, sed onera postea implerit, non sit locus supplemento nisi probatur redditus pro congrua assignatos omnino decrevisse ut post *text. in cap. Nemo de consecrat. disting. I.* tradit *Rebuff. de Congrua n. 92.*, *Rota cor. Gregor. decis. 410. n. 2.* et s. Congregatio in *Derthonen. 28. Januarii 1736* et in *Feretrana Unionis 20. Febr. 1802.*

Hac autem non probata reddituum imminutione negant parochum posse congruae supplementum petere eoque minus ex redditibus utriusque sodalitii. Nam exhibent decenalem calculum reddituum ex quo constat quod impletis omnibus oneribus vix scuta 35 in toto decennio superfuerunt, unde impossibile videtur, quod ex redditibus utriusque sodalitii subministrentur annua scuta 15 in subsidium congruae. Neque si sodalitia dederunt scuta 3, cum adhuc sacerdos Maggioli esset capellanus curatus, idcirco nunc tenentur ad congruae supplementum.

Nam haec data fuerunt quo tempore vivente adhuc Praezelo Zollio nondum unitum erat beneficium, quod in partem congruae assignatum fuit. Cum vero nunc parochus percipiat redditus hujus beneficii et detractis omnibus oneribus etiam pro oleo, cera et manutentione ss. suppellectilium ei supersint libera scuta 50 profecto videtur congruae provisus, ut nullum supplementum petere possit.

Dubium proponitur:

An et quomodo sit locus supplemento congruae in casu?

S. C. resp.:

Negative.

Die 18. Decb. 1802 et 15. Jan. 1803.

II. Per unionem parochiarum.

Cf. t. II. p. 965. I; 1011. IV.

Archipresbyter N. Parochus cujusdam matricis ecclesiae s. Mathaeo Apostolo dicatae supplici libello exposuit, penes suam paroeciam alteram esse nuncupatam *s. Mariae* cujus libera collatio praevio concursu juxta Tridentinam formam spectat ad Episcopum. Haec vero paroecia s. Mariae ex causa Terraemotus disjuncta fuit ab ecclesia matrice s. Matthaei, quae separata manet in disrupto monte et extra communem oppidanorum habitationem. A die 9. Septembris 1861 paroecia s. Mariae vacans reperitur et licet Episcopus consueto indicto concursu curaverit ut novus eligeretur parochus, optatum tamen effectum consecutus non est, cum duo qui pro experimento se exhibuerunt inhabiles ad parochi munus suscipiendum declarati fuerint. Caeterum nec probabilitas adest, ut aliquis de clero ad vacantem paroeciam eligi cupiat, eo quod quatuor existentibus eo in oppido collegiatis ecclesiis omnes ecclesiastici canonicatu gaudent, cujus redditus majores illis sunt, quos paroecia s. Mariae deductis oneribus redderet. Cum ergo ecclesia s. Matthaei in summitate ardui montis extra oppidum sita sit et ecclesia s. Mariae in medio maneat, in hac celebrantur solemniores functiones etc.

Hisce expositis praefatus Archipresbyter rogabat ut saltem sua vita durante ejusmodi paroeciae unirentur servatis utriusque honoribus et oneribus.

Ejusmodi preces remissae fuerunt ad Episcopum ut moris est pro informatione et voto et ut referret de annuo redditu oneribus ac numero animarum utriusque paroeciae comprehensis incertis utriusque stolae et de vera necessitate seu evidenti utilitate propropositae unionis.

Episcopus his suis literis satisfaciens preces Archipresbyteri veritati consonas esse praemonebat eumdemque oratorem maxime commendabat ac pauperrimos proventus earumdem paroeciarum describens necessitatem et utilitatem petitae unionis indicavit. Maxime cum integer populus, qui constabat decem millibus parochianis, accedere potuisset ad audiendum Dei verbum in ecclesia s. Mariae quae in medio oppidi posita erat.

Animadvertebatur *ex officio* in praesenti casu agi de unione eo modo facienda qui dici solet *aeque principaliter*, quique nihil aliud operatur, quam ut Rector unius sit Rector alterius, utroque interim beneficio in suo statu et honore permanente, Barbosa *de offic. et pot. Epis. p. 3. alleg. 66. n. 46.* Verum paroeciarum uniones veluti odiosae in jure habentur: Concil. Trid. *sess. 24. cap. 13.*, maxime autem si sint temporaneae et ad vitam postulantium, cum in hoc secundo casu in utilitatem magis beneficiatorum quam ecclesiae cedere videantur. Quare non facile s. Congregatio ejusmodi uniones faciendas esse tradit in *Florentina Unionis 18. Martii 1820* et in *Lancianen Unionis 11. Junii 1865:* »quia jure optimo distinctae fuerunt dioeceses et paroeciae et unicuique gregi attributi pastores ... qui suarum quisque ovium curam habeant, ut ordo ecclesiasticus non confundatur.« Conc. Trid. *sess. 14. c. 9.*

E contra observabatur parochialium ecclesiarum unionem justa interveniente causa fieri posse juxta textum in *cap.: Exposuisti 33. de praeben. cap. Dudum 1. de reb. eccles. non alien. in 6.* necnon Concilium Trid. *sess. 21. c. 5. de ref.*, Barbosa *collect. Doct. in Conc. Trid. sess. 7. cap. 6. de reform. n. 11.* et alii communiter.

Causa autem justa est utilitas et necessitas ecclesiae *cap.: Exposuisti 33. de praebendis.* Observabatur tamen in casu necessitatem ex clericorum defectu non haberi, cum non pauci essent clerici, qui eo in oppido ecclesiis collegiatis deserviebant, ex quibus oeconomus saltem pro vacante paroecia eligi ab Ordinario potuisset. At vero de necessitate quae ex proventuum tenuitate derivabat dubitari non posse videbatur, cum ea de causa paroecia s. Mariae suo rectore carebat, quin spes affulgeret eadem de causa inveniendi idoneum presbyterum, qui animarum curam suscipere in ea paroecia vellet.

Sacra Congregatio Concilii die 18. Aprilis 1863 respondendum censuit: *Negative et Episcopus curet aliis remediis augmentum congruae parochialis s. Mariae.*

Ex iis colliges:

I. In praesenti casu non concurrisse legitimam causam uniendi paroecias; quinimo videbatur forsan causa adesse paroecias easdem dividendi, si unitae fuissent, attenta itineris arduitate.

II. Neque locum habuisse temporaneam unionem, quae in eo sita erat, ut duo beneficia darentur parocho postulanti.

III. Etenim aliis omissis attenta populi multitudine augendi erant potius clerici, qui populo deservirent.

IV. His in adjunctis officium esse Episcopi reddituum augmentum curare ordinariis juris remediis.

d) Ecclesiae dismembratae.

Vd. *Dismembr. eccles. parochialis.*

Urgente dismembrationis necessitate notat *Fagn. ad cap.: Ad audientiam n. 16.*, quod antequam novae parochiae erectio decernatur de parochi congrua sit inquirendum.

Hortana.

Ex rescripto s. Congregationis diei 1. Aug. 1781 data facultas est Episcopo Hortanae partem paroeciae s. Joseph et Marci (quae est in ipsa Civitate Hortana) dismembrare novamque parochialem ecclesiam erigere cum assignatione territorii et incolarum locorum Rosani, Balnei, Tucciani et Lucignani et cum assignatione novo parocho 30 scutorum annualium ex redditibus parochiae s. Petri ac rubrorum 4 frumenti decimalis ex iis quae praestantur parocho ss. Joseph et Marci etc. E consono autem decreto exequtoriali Episcopi constat huic novo parocho ecclesiae s. Michaelis in qua nova ruralis paroecia constituta est assignata fuisse scuta 30 ex universis redditibus paroeciae s. Petri hujus civitatis pro nunc salva nobis in futurum facultate applicandi favore ejusdem de novo erectae paroeciae tot bona dictae paroeciae s. Petri annui redditus scutorum 30 similium.

Nunc rector ecclesiae ss. Josephi et Marci contendit ita solvenda esse parocho s. Michaelis scuta 30, ut ipse retineat decimam partem, quam pro rata commodi retinere promisit motus proprius diei 19. Martii 1801 possessoribus fundatorum, qui censibus, canonibus fructibusque recompensativis sunt obnoxii. Contra parochus s. Michaelis J. Orlandi repugnat liberamque ab omni onere sibi deberi assignationem scutorum 30 contendit et ab hac s. Congregatione supplicat Episcopus rogatus de sua sententia remisit quae in scriptis utrinque deducuntur opinaturque hanc assignationem scutorum 30 minime venire sub motu proprio quae detractionem ratae commodi possessoribus concedit.

Prior ss. Joseph et Marci se percipere ait redditus partim ex fundis partim vero ex fructibus censuum. Hujusmodi redditus obnoxii sunt novo vectigali seu dativae quam ipse nunc solvit ad aes et liberam in annuis sc. 8. 14. Hinc deducit, quod si scuta 30 parocho s. Michaelis assignata fuerunt ex decreto exequtoriali super universis redditibus paroeciae et ipse pro rata fructuum, quae ex redditibus percipit, subjaceat oportet vectigalibus, quemadmodum ex motu proprio obnoxii sunt creditores canonum, censuum fructuumque compensativorum. Maxime cum dismembratio ita facta sit, ut pars onerum a novo parocho s. Michaelis ferenda esset, scilicet 60 ex missis quae a parocho ss. Joseph et Marci erant celebranda, ac propterea hoc onus vectigalium ab ipso quoque ferendum sit.

Contra vero haec scuta 30 non in bonis assignata sunt ita ut parochus s. Michaelis super fundis paroeciae ss. Joseph et Marci nullum habeat dominium aut jus in re. Siquidem facta ea est ex universis redditibus ita ut sola pensio sive praestatio pecuniaria imposita sit super fundis. Id quod apertum ex eo fit, quod Episcopus sibi reservavit facultatem applicandi tot bona quae darent annuum fructum scutorum 30 ac propterea haec assignatio non ex bonis sed ex redditibus facta est. Cum vero loco congruae succedat libera esse debet ab omnibus oneribus, ut de pensione imposita in causam congruae tradit *Reclusio de re parochial. part. 1. cap. 9. n. 6.*

Hinc re nostra locum habere non posse videtur Motus proprius diei 19. Martii 1801, in cujus § 25 ita cavetur: Avendo considerato, che i censi, canoni e frutti compensativi costituiscono a favore dei creditori di essi una certa proprietà, e diritto nei fondi censiti, livellati, e soggetti alla prestazione de' frutti compensativi sudetti, quindi nell' atto, che oblighiamo i possessori dei fondi rustici al pagamento della tassa di paoli sei per ogni libra, ci è sembrato anche giusto di ordinare come in fatti ordiniamo la loro proporzionata reindennizazione per mezzo della ritenzione da farsi da essi di una parte dei frutti, che pagano ai loro creditori, la quale però vogliamo, che s'eseguisca pro rata commodi, e non in altera proporzione. Jam vero si inspiciatur litera hujus edictalis legis ea respicit tantum creditores dei censi, canoni, e frutti compensativi,« ac propterea minime pertinet ad creditores pensionum sive annuae praestationis. Si vero ratio legis investigetur ea est, quia i censi, canoni, e frutti compensativi costituiscono a favore dei creditori una certa proprietà adeoque si vectigal impositum erat super proprietate bonorum, aequum erat, ut illud ferrent qui etiam ex parte proprietate fruuntur. Cum vero creditores pensionum et praestationum nullum fundorum retineant dominium aut jus in re, profecto non concurrit ratio legis unde ad ratam commodi teneantur.

Ex his itaque deliberandum erit:

An parochus s. Michaëlis tenetur ad ratam commodi pro praestatione scutorum 30, quae percipit a parocho ss. Joseph et Marci in casu?

S. C. resp.: Negative.

Die 28. Febr. et 11. Apr. 1807.

Reatina.

Sess. 21. cap. 4. de reform. ita jubetur: *Illis autem sacerdotibus qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendi competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus et si necesse fuerit compellere possit populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum substendandam*; quod fieri praecipitur *etiam invitis rectoribus* et s. Rota *in recen. p. 1. dec. 420. n. 8.* et *dec. 449. n. 4. par. 2.* ita definivit: *Congrua debetur a parochianis, quibus Sacramenta administrantur.*

Die 2. Junii 1821.

Aquinaten seu Sorana.

Intra limites vetustae dioecesis Aquinatensis jurisdictioni Episcopi Sorani nunc subjectae duo compreheunduntur oppida quorum primum vulgo *Colle s. Magno* nuncupatum constat animabus 1835 et ecclesiam habet receptitiam ex 5 participationibus, alterum appellatur *Palazzolo*, in quo 1700 capita enumerantur, ac par extat ecclesia cum paribus participationibus. Ambo ab uno eodemque reguntur parocho titulo Archipresbyteri di *Castrocelo*, qui pro dimidia anni parte modo in uno modo in alio commoratur, relicto interim Viceparocho in eo a quo ipse abest. Distant praefata oppida inter se milliario cum dimidio et monte aspero ac praecipitis torrentis aquis dividuntur.

Ex frequenti pastoris mutatione factum est, ut multa in utroque oppido obvenerint animarum damna, immunera propemodum irrepserint scandala. Ad haec de medio tollenda omnem adhibuit curam Soranus Antistes, saepe illuc ecclesiasticos mittens viros qui Dei verbo malos ad bonam frugem reducerent. Verum haud optatum finem adeptus est Episcopus; quamobrem consilium iniit paroeciam *dismembrandi* ac unicuique ecclesiae rectorem tribuendi. De hoc suo consilio certiorem reddidit Nuncium apostolicum Neapolis commorantem atque ab eo utpote Praeside Commissionis Episcoporum opportunas petiit facultates. Ast quoniam insimul agebatur de supprimendis duabus portionibus vacantibus in ecclesia *di Colle s. Magno*, pro assignanda congrua novo rectori, ideo Nuntius apostolicus rescripsit: *Che non è della attribuzioni della commissione in durre mutazione alcuna sull' attuale natura de' beni, poichè trattandosi de' beni di Recettizia, questi sono di loro natura civivi patrimoniali, e quindi se sopra gli stessi bramasi formare un titolo nuovo parochiale non stabilito in fundatione, i beni verrebero a mutar natura, e s'invertirebbe in parte l'intenzione dei fedeli nel lasciar le rendite alla Chiesa in parola, e quindi conviene fornirsi delle debite facolta della s. Sede.*

Statim ad hunc s. O. confugit Soranus Episcopus ac supplex postulavit: *Di stabilire in Colle s. Magno un nuovo parroco, che assista continuamente alla cura di quell' anime, lasciando l'altro, che già esiste fissamente in Palazzolo. Per provedere poi all appanaggio di quello, rassegna, che nell'enunciata Commune di Colle s. Magno evvi una chiesa rezettizia, in cui vi sono parrechie partesiparzioni, delle quali le maggiori non soperano i ducati cinquanta di annua rendita, e di queste ne vacano due: opina perciò il Vescovo oratore di sopprimere queste, e di assegnarne la rendita alla cura dell' anime.*

Ast prius quam praefatae preces EE. PP. Senatui proponerentur requirebatur de jure consensus parochi di Castrozelo, cleri ad Prozerum *di Colle s. Magno*. Quocirca redditis ad Episcopum precibus eoque una simul rogato, ut opus quod foret in causa quamprimum Romam transmitteret, mox ab eodem in scriptis accepimus illorum omnium consensum circa petitam dismembrationem.

Dein uterque clerus *di Colle s. Magno et di Pallazolo*, postquam itineris difficultatem populorum amplitudinem necnon omnia spiritualia damna supra relata enarravit, taudem pandit: *il voto unanime de' due cleri che pretendono il parroco in tutto l'anno nelle respettivo residenze.*

Nec aliter colligitur ex sessione a proceribus *di Colle s. Magno* hac super re habita.

Hisce in facto praemissis disqnirendum in jure venit, utrum in themate expediat dismembratio paroeciae ita nt relicto Archipresbytero *di Castroselo* in receptitia ecclesia *di Pallazzolo* novus eligatnr parochus isque perpetuus pro ecclesia *di Colle s. Magno*. Praeterea perpendi debet quomodo providendum sit pro hujus congrua et locum ne habere possiut conditiones appositae ab Archipresbytero *di Castrocelo*, quas supra exposuimus. Omuia breviter praestabimus tribus in calce subscriptis relativis dnbiorum formulis. A beneficiorum dismembratione *) semper abhorruerunt ss. canoues, ntpote quae alienationem sapiat, Abbas *ad cap. 3. Ad audientiam de eccles. aedific.*, *Reiffenst. in libr. 3. Decretal. tit. 48. § 2.*, *Concil. Trid. cap. 4. sess. 24.* et eo vel magis reprobatur dismembratio, si sermo sit de ecclesiis parochialibus, quia hujusmodi divisioues earum statnm alterant, ad tradita per *Loterium de re benefic. lib. 1. quaest. 28. n. 1.* Hiuc parochiarum dismembratio semper habita tamquam remedium subsidiarinm et extraordinarium quemadmodum respondit Rota *decis. 24. n. 10. coram Falconerio in Miscellan.* et adeo nt eadem dismembratio denegetur, quoties parochianorum necessitatibus subveniri potest per coadjutorem seu vicarium juxta tradita per *Rot. in decis. 178. part. 19. recent.* et in *Laodien. Dismembrationis 1. Febr. 1712* §: *Nec in totum cor. Falconerio, confirmata 3. Julii 1713* §: *Medio itaque cor. Crispo* et *22. Junii 1714* §: *Praesens itaque* et *25. Januarii 1715* §: *Ita pariter cor. Lancetta.* Imo quoties incolarum spirituali indigentiae consultum jam fuerit per delegationem vicarii, qui nomine parochi eis sacramenta administret dismembrationem paroeciae haud admisit s. H. O., uti accidit *in Sedunen. Dismembrationis 11. Junii 1718* in qua propositum dubium:

An sit locus dismembrationi et erectioni novae parochialis in casu?

*) Vd. *t. II. p. 517. n. 38.*

dimissum fuit responso: *Negative ad utrumque.* Porro adest plurimis abhinc annis vicarius ceu coadjutor vel in pago *di Palozolo* vel in altero *d. Colle s. Magno*, pro eo tempore, quo Archipresbyter *di Castrozelo* modo hiuc modo illic abest, juxta veterem consuetudinem. Frustra igitur in themate exposci videtur, ut antiqua paroecia dismembretur ac nova erigatur. Neque suadere dismembratiouem valet maguus animarum numerus. Siquidem, ubi difficultas in administratione sacramentorum et in exercitio divini cultus oritur tantum ex numerositate populi, tunc potius adigendus est parochus ad tot sacerdotes sibi in adjutores adsciscendos, quot necessarii existimantur, uti scribit s. Congr. in *Vintimilien. Dismembrationis 8. Aug. 1818* §: *At incolarum.*

Contra auimadvertendum est, quod s. haec Congregatio justis concurreutibus causis distantiae videlicet et incommoditatis percipiendi sacramenta censuit esse locum erectioni novae paroeciae licet parochus retinere teneatur coadjutorem et vicecuratum eosque revera retineat eum in finem, ut, ubi nequit per se ipsum, per alios populo suo praesto esse non desinat, quemadmodum colligitur *ex Puteolana Erectionis parochiae, quae proposita die 18. Junii 1701 et resoluta die 3. Sept. ejusdem anni, ex Lunen. Sarsanen. Erectionis parochialis diei 16. Julii 1712, ex Frequentina seu Abellien. Erectionis parochialis 27. Maji 1713.**) Hujus doctrinae fundameutum extat *in cap. prim. Ad audientiam de eccles. aedific.* Quocum coucordat Concilium Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref. ita praescribens: In iis vero ecclesiis in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias etiam invitis rectoribus, juxta formam constitutionis Alexandri III. Ad Audientiam Episcopi tamquam Sedis Apostolicae Delegati constituere possint.*

Atqui, etiamsi in themate magna non sit distautia iuter oppidum *di Palozolo et di Colle s. Magno*, adeo tamen difficilis via est, ut haec percurri non possit sine vitae periculo, uti jam supra exposuimus relatumque accipimus a clero et decurionibus *del Colle*. Iusuper ex defectu proprii pastoris non assidue in utroque oppido residentis haud commode incolae suscipere possunt sacramenta et audire divina officia nec Dei cultus populique mores parum recipiunt detrimenti.

*) Vd. *Parochia* (erectio).

Nec satis consultum spiritualibus duplicis populi necessitatibus videtur per vicarium. Ubi euim res est uon de aucto tantum incolarum numero sed et de distantia ac praesertim difficili viarum transitu, necessaria censetur materialis dismembratio paroeciae, ut ita novus constituendus parochus vere pastor, nou mercenarius, suas agnoscat oves et frequenter inviset earumque necessitatibus paterno occurat amore ac reformandis moribus curam impeudat.

Hanc teuent seutentiam *Van-Espen. Jur. eccles. univers. part. 2. tit. 6. cap. 2. § 24.*, *Ursaya t. 1. part. 1. discept 14. n. 95.*, *Leuren. jur. eccles. lib. 3. tit. 8. quaest. 994. n. 2.*, *Fagnan. in cap. Ad audientiam de ecclesiis aedific. n. 18.*, *Reiffenstuel Jur. can. lib. 3. tit. 4. n. 13.*, *s. Congregatio in Comen. 5. Decb. 1750.*

Quoties vero EE. VV. dismembrationem paroeciae novaeque erectiouem in casu, de quo agitur, declarare placuerit, disserendum superest de congrua uovo rectori assignanda. Soranus Antistes putat supprimendas esse duas vacantes participatioues ecclesiae *di Colle s. Magno*. Ast hoc modo diminutionem acciperet ecclesiae servitium et veluti animadvertebat apostolicus Nuntius immutaretur indoles illorum bonorum, contra fuudatorum voluntatem, quam sartam tectamque servandam esse omnia jura clamant ad tradita per *Piton. de controvers. patron. alleg. 50. n. 2.* Praeterea perpendendum est, quod quoties agatur de nova erigenda paroecia, veteri dismembrata, congrua pro novo rectore desumenda est ex redditibus antiquae paroeciae, uti docuit s. Cougreg. *in Asculana Dismembr. 11. Aprilis 1739.*

Quod si haec redditibus non abundet, ita ut parochus absque proveutibus novo rectori assignandis haud valeat honeste ac convenieuter sustentari, et uovam paroeciam erigendi necessitas urgeat, erit Episcopi obligare paroecianos, quorum favore et commodo nova paroecia erigitur, ad assignationem congruae dotis parocho, juxta notata a *Lambert. de jurep. lib. 1. part. 1., quaest. 5. art. 12. in fin.* vers.: *Advertendum*, *Gutier. pract. quaest. lib. 1. quaest. 17. n. 15.*, *Ventrigl. in praxi part. 2. annot. 17. § 1. n. 18.*; quod et s. Cougregatio expresse resolvit in *Derthonen. Dismembrationis 14. et 24. Jan. 1736.*

Praestat ultimo loco, ut aliqua dicamus de conditionibus illis, quarum sub obtutu Archipresbyter di Castrozelo dismembratioui asseutitus est. Si agatur de iis, quae praeeminentiam et honorificentiam super ecclesia *del Colle* et parochum constitueudum hujusque erga illum obsequium respiciunt, haud Canones refragautur, quamvis dotatio novae paroeciae nou desumeretur ex redditibus praebendae archipresbyteralis.

Cum Episcopus antiquam parochiam dismembrat (ait Reclus. de erect. parochiarum part. 1. tit. 3. n. 127.) novamque independenter erigit, etsi ex redditibus antiquae ecclesiae nova ecclesia non aedificetur vel dotetur, cavere debet ne illam ita exuat, ut nullum saltem honoris et distinctionis praeeminentialis vestigium et signum illi reservetur: quandoquidem si parochus reclamaverit audiri omnino debet.

Quae quidem Reclusii doctrina multo magis valere debet favore Archipresbyteri di Castrozelo, qui novo parocho haud cedere detrectaret ducata 24, quae quotannis uunc persolvit viceparocho.

Neutiquam tamen amplectenda foret conditio, qua sibi Archipresbyter reservavit jus adimplendi in ecclesia *di Palazolo* anniversaria aliaque pia opera, quae juxta fundatorum ac benefactorum voluntatem adimpleri debent in ecclesia *di Colle s. Magno*. In iis enim observaudam esse fuudatorum ac benefactorum legem, nemo est qui nesciat. Neque obest, quod, denegata hujusmodi conditione, Archipresbyter praefatus haud assentiatur paroeciae suae dismembrationi; nam hujusmodi dissensus esset irrationabilis ideoque minime attendeudus ad tradita per *Barbosam de offic. et potest Episcop. part. 13. alleg. 67. n. 20.*, *Garcias de benefic. part. 12. cap. 41. n. 9.*, *Rota part. 17. decis. 204. n. 2 recent.*

Ceterum in casu, de quo agitur, eam in sententiam ire licebit EE. VV. quam pro sua sapientia ac prudentia capere existimabunt, dum enodare non renuent

D u b i a:

I. *An sit locus dismembrationi et erectioni novae parochialis in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit providendum congruae novi parochi in ecclesia di Colle s. Magno in casu?*

III. *An et quomodo admittendae sint conditiones Archipresbyteri di Castroselo in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad III.: Affirmative quoad jura honorifica tantum.

Die 29. Jan. 1848.

Urbinaten.

Binae paroeciales ecclesiae extantes in archidioecesi Urbinatensi, altera sub invocatione s. Michaelis Archangeli in Ajota, altera sub titulo s. Gregorii in monte Astrualdo, jam ab aevo unitae, uni eidemque subsunt rectori Archipresbytero, qui residentiam agens in prima curam alterius exercet per capellanum curatum amovibilem. Pervetustae hujus unionis intuitu obligationi applicandi missam pro populo quoad utramque ecclesiam*) satisfieri suevit per idem missae sacrificium, quod diebus festis litare solet Archipresbyter paroeciae s. Michaelis, relicto dumtaxat onere capellano s. Gregorii missam in festo celebrandi, quin ad eam pro populo applicandam teneatur.

Mox vero hodierunus Archipresbyter supplicem ad H. S. O. porrexit libellum, quo utriusque paroeciae unionis dissolutionem seu dismembrationem efflagitat ad hoc ut perpetuus ecclesiae s. Gregorii parochus deputetur. Longaeva namque experieutia duce conqueritur haud facili uegotio reperiri capellanos qui id mueris obire velint vel si quos inveniri datum est eos statim officium deserere spe pinguioris assequeudi beneficii atque eo tempore, quo ibi immorantur, mercenariorum potius quam pastorum vices perfungi. Interim de congrua constitueuda pro novo parocho sollicitus adsignationem proponit quorumdam bonorum ad paroeciam s. Michaelis pertinentium, quorum annuus redditus ad scut. 57. 20. subductis oneribus conscendit necnon cessionem bonorum ad sodalitatem ss. Rosarii spectantium, quam pii sodales novam paroeciam incolentes lubentissime exhibent; unde alia libera sc. 11 novo parocho quotannis obveniunt. Verum ut haec ad decentem ipsius tuitionem suppetere valeant, euixe postulat, ut ille dispensetur de onere applicandi missam pro populo, ita ut per solam missam ab Archipresbytero s. Michaelis applicandam quemadmodum hactenus factum fuit utrique paroeciae obligatio adimpleatur. Exoptat deinde novam paroeciam conferri per concursum ea tamen adjecta lege, ut literae collationis nonnisi in archiepiscopali Urbini curia expediantur vel si Romae id fieri contigerit, a solutione mediae annatae aut cujuscumque hujus generis taxae eximatur.

Archiepiscopum de more audivi qui refert inprimis se omnium patrum familias paroeciae s. Michaelis sententias exquisisse easque omnino consouas invenisse peragendae dismembrationi. Atque ad calculum deductis matricis ecclesiae bonis tam apud eam remansuris, quam adsignandis novo parocho necnon aliis cedendis a pia societate ss. Rosarii, ex eis congruam fatetur resultare pro utriusque parochi sustentationem, pro Archipresbytero videlicet matricis scutator. 106. 38., pro altero s. Gregorii scutator. 67. 20. Ad causas dismembrationis et erectionis quod attinet eas esse inquit evidentem spiritualem paroecianorum s. Gregorii utilitatem, cum ex amovibilium capellanorum systemate saepissime factum fuerit, ut plerique ex paroecianis ex hac vita emigreut omni prorsus religionis auxilio destituti; ac deinde alterum esse ait, remotionem discordiarum in emolumentis capellano assignandis, ex quibus prolixa saepissime scandala et obtrectationes sunt obortae. Quas ob causas porrectis precibus undique assensum praebet per haec verba: In votis haberem ut ecclesia s. Gregorii ad paroeciae titulum evehatur ut in precibus eique bona quae proponuntur tum ecclesiae s. Michaelis tum societatis ss. Rosarii pro congrua dote assigneutur, reservato tamen pro honoris siguo favore matricis baptisterio, decimis et fructibus, id est fructibus quoad majorem, decimis quoad maximam partem matrici reservandis, addens non aliud honoris signum matricibus in ea dioecesi existentibus reservatum invenisse.

Quoad conditiones vero quas orator in erectione uovae paroeciae apponendas exoptat haec habet: Illud etiam fieri posse arbitror, quod parochus s. Michaelis missam

*) Vd. *t. I. p. 958. XXVIII.*

diebus festis pro utriusque ecclesiae populo applicet, tum quia hucusque ita est factum tum quia parochus s. Gregorii ob tenuitatem redditnum per manualem eleemosynam etiam diebus festis sibi cousulere poterit, tum quia parochus s. Michaelis maximam decimarum partem etiam a paroecianis s. Gregorii colliget.

Quod denique nova paroecia s. Gregorii per concursus legem couferatur, id sacris maxime congruit canonibus et quod Bullae collationis semper in hac archiepiscopali curia expediantur, vel saltem ut mediae annatae taxa non exigatur vel detrahatur ab ea jam existente in s. Dataria pro ecclesia matrici s. Michaelis Archangeli in Ajola, ne una et eadem taxa duplicetur, paroeciarum paupertas et aequitas postulare videntur.

Jam illud inprimis perpeudendum veuit odii plenam rem esse paroeciae dismembrationem aut divisionem quippe quae speciem praesefert alienationis a ss. canonibus improbatae. Quapropter ut ea locum habere valeat praeter solemuitates a jure praescriptas, quae in consensu rectoris ac populi consistunt, justa etiam causa copulative interveniat oportet, quae tunc adesse intelligitur cum alias animarum curae et sacramentorum administratioui consultum esse nequeat, *Card. de Luca Miscell. eccl. disc. 1. n. 116.* Hiuc inter obstacula quibus animarum cura praepeditur haec passim recenseri assoleri, ardua nimirum et aspera via, difficultas itineris, nives et glacies necnon distantia a veteri parochiali, quae subiude justae atque idoneae causae existimantur ad uovae ecclesiae erectionem cum veteris dismembratioue decernendam, s. Congregatio in *Lunen. Dism. Par. 8. Martii 1732* §: Porro et seq.

Nullum at vero ex hisce adjunctis profertur in casu, quorum vi dismembratio cum petita novae paroeciae erectione fieri valeat. Imo cum Archipresbyter orator curam alterius ecclesiae s. Gregorii gerere soleat per capellanum curatum amovibilem haud quaquam excipienda videtur ipsius petitio. Non euim permittitur dismembratio quoties parochianis distantibus consultum est per coadjutorem qui possit eis Sacramenta ministrare, *Ferr. Biblioth. sub rubrica:* Dismembratio *n. 15.* Nec dum coadjutor in aliqua ecclesia filiali retinetur sacramenta ministraturus novae paroeciae erectioni fit locus, cum erectio medium sit subsidiarium, S. C. in *Aquen. Dism. 13. Julii 1720* §: *Porro.* Quin et illud sufficiat, aliquando paroecianos decessisse sine sacramentis, dummodo tamen eis provideri possit aliunde, *Rota part. 1. dec. 484. n. 5.* et *part. 2. dec. 288. n. 2. recent.* Cessante siquidem necessitate cessat dispositio capituli *ad Audientiam* et Concilii Trid. ita ut ad paroecialis ecclesiae dismembrationem minime sit deveniendum. *Monacell. formular. legal. t. 2. dec. 9. n. 1.*

Haud nihilominus praetereundum quod quidquid sit de animarum cura per capellanorum deputationem providenda diuturna tamen experientia comprobari videtur in themate illam per praefatos capellanos amovibiles haud leve subiisse detrimentum. Non enim raro contigit, ut paroeciani s. Gregorii obierint absque extremis religionis auxiliis, quod quidem rationem praebet arguendi minime auimarum curae consultum esse per capellani reteutionem. Paroeciae autem dismembratio conceditur etiam, quando possibilis est decessus paroecianorum absque sacramentis, S. C. in *Meliten. Dismembr. 29. Januarii 1835,* in *Segobricen. Dismembr. 30. Januarii 1740 ad 1. dub.* in *Lunen. 5. Decb. 1756.* Nec minoris ponderis habenda remotio discordiarum, quae crebro exarserunt Archipresbyterum inter et capellanos ob emolumentorum assignationem non sine gravibus obtrectationibus et animarum scandalis, quas ad sedendas frustra omnino archiepiscopalis curiae officium intervenit. Ut autem scandalis vel inconvenientibus occurratur, maxime providere oportet et congruit per paroeciae dismembrationem, *Card. de Luca Miscel. eccl. cit. disc. 1. n. 16.*

Praeterea cum ex una parte ecclesia s. Gregorii maxima laboret inopia, qua fit ut non possit commode satisfieri paroecianis in sacramentorum administratione, ex alia vero paroecia s. Michaelis Archangeli haud levibus comperiatur potiri redditibus, facilius exinde precibus defereudum videtur pro indulgenda dismembratione; communiter enim docent doctores justam plerumque dismembraudi causam esse abundantiam unius beneficii et indigentiam alterius, *Engel. lib. 3. decr. tit. 11. n. 5., Garc. de benef. part. 12. cap. 2. et 3., Barbos. de offic. et pot. Ep. alleg. 67. n. 16., Loter. de re benef. lib. 1. qu. 28. n. 25., Reiff. lib. 3. decr. tit. 11. n. 22.*

Nec desunt exempla in quibus justis de causis s. Congregatio decrevit paroeciarum dismembrationem quamvis auimarum curae

per capellanos consuli potuisset. Ita in *Comen. 5. Decb. 1750* deveniendum esse censuit ad dismembrationem paroeciae, tametsi rector in aliqua capella retinere vellet capellanum, qui occurrere valeret spiritualibus indigentiis parochianorum justa de causa illam postulantium. Nec secus in *Nolana 3. Febr. 1753 et 1755* ubi quamquam ad evitandam dismembrationem oblata fuisset non unius sed duorum capellanorum retentio petitioni minime adhaesit s. Congregatio sed post exceptas opportunas informationes dismembrationem indulsit ac novae paroeciae erectionem. Nec silentio praetereundum, quod quamvis persaepe in foro invaluerit opinio non deveniendi ad dismembrationem paroeciae, ubi prospici posset per capellani retentionem, *Ferr. Biblioth. in addit. ad rubricam:* Dismembratio, contrariam tamen sententiam, quae superioribus exemplis comprobata fuit, amplexam fuisse s. Congregationem uti conformem *cap. ad Audientiam 3. de aedif. eccl.* et Concilio Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.* inter alios tenuerunt *Van. Espen. jur. eccl. univ. part. 2. tit. 6. cap. 2.* § *24.*, *Zypaeus resp. unic. n. 2. de aedif. eccl.*, *Ursaja ecclesiastic. discept. t. 1. part. 1. discept. 14. n. 95. et 108.*, *Constantin. vot. decisiv. 343. n. 18. t. 2.*

Hinc si etiam invitis rectoribus decernenda est paroeciarum dismembratio cum justae causae concurrunt, eo fortius concedenda videtur in praesenti specie ubi ipsemet rector ecclesiae s. Michaelis dismembrationem adurget, ei omnino suffragantibus tam Archiepiscopo quam cunctis patribus familias ejusdem loci, ut adeo nec ipsae solemnitates deficiant, quas ss. canones ad eam perficiendam exquirunt.

Superest de justitia auditionum inquirendum sub quibus orator dismembrationem suae paroeciae fieri postulat. Ad primam igitur quod attinet, ut nempe novus parochus ab onere applicandi missam pro populo dispensetur opprime repugnare palam est Tridentinae sanctioni necnon s. Congregationis declarationibus, quibus cunctis animarum curatoribus obligationem hanc incumbere decretum fuit teste *Reiff. lib. 3. decret. tit. 44. n. 21.* Prostant s. Congregationis resolutiones innumerae quibus constat neque pauperiem excusare *) a missa pro populo applicanda uti in *Ferr. 4. Martii 1719* §: *Adversus*, eo quod parochus non eam applicare tenetur ratione redditus sed officii, in *Cassanen. Miss. conv. et pro populo 20. Sept. 1794* §: *Ardua*, atque eam applicari debet sine ulla distinctione, cum verus sit parochus sive originarie sive ob secutam divisionem in *Montis Alti Appl. missae 30. Julii 1463* §: *Auditus.* De reliquo utrum ab ea dispensari valeat ob rationes superius ab Ordinario adductas, id prudentissimo EE. VV. judicio decernendum relinquitur.

*) Vd. *t. I. p. 983. XXXV.*

Aequa vero censenda est altera auditio qua legi concursus obnoxia redditur paroeciae collatio, nam ea conformis omnimode reperitur Tridentinis dispositionibus ac s. Congregationis, praescriptis ceu patet ex *Ariminen. Eccl. par. 24. Nov. 1792* §: *Notandum.* Pro literis vero collationis in archiepiscopali curia expediendis aut saltem pro mediae annatae conditione animadvertit orator quod »pagandosi da ogni novello Arciprete di s. Michele Arcangelo le Bolle secondo lo stato esistente nella Dataria apostolica, nella quale sono compresse anche le rendite che si cederebbero a s. Gregorio, perciò sembrando giusto di non duplicare un aggravio si desiderebbe che il parroco pro tempore a s. Gregorio venisse sempre stabilito con Bolla della curia arcivescovile di Urbino in qualunque Mese in qualunque modo accada la vacanza, avero quante volte si voglia soggetta ancor questa parochia alle regole di cancellaria la di lei provista debba essere esente dall'annata.«

Post haec nonnihil adnotandum circa congruae constitutionem pro novo parocho. Ad eam quippe constituendam nonnulla bona propounntur ecclesiae matricis necnon alia piae sodalitatis ss. Rosarii, ex quibus habetur annua obventio scutator. 67. 20. Jam vero sive respiciatur constitutionis modus sive congruae valor, nihil ex hisce alienum a norma ss. canonum deprehenditur. Pervulgati enim juris est adsignationem pro nova parochia oportere prius fieri ex fructibus ad ecclesiam matricem pertinentibus, *Gallemart. ad Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref.* Constat etiam quandoque s. Congregationem unionem bonorum sodalitatum concessisse ad paroeciarum inopiam succurendam, in *Arimin. Suppl. congr. 18. Decb. 1802* §: *Cum.* Verum nec minus justa habenda erit praedicta congrua quoad valorem.

Quamvis enim constans s. Ordinis praxis invaluerit, ut scutata 100 quantum fieri possit parocho assignentur, attamen congruam etiam existimari, ut sancivit s. Pius V. in constitutione *Ad exequendam*, si non minor sit scutator. 50 nec major scutator. 100, S. C. in *Conversana Reduct. miss. 5. Sept. 1835* §: *Verumtamen.* Unde ex fundatione et institutione ipsius paroeciae minor etiam, quam communis praxis exigit assignari potest, s. C. in *Albanen. Red. miss. 25. Novb. 1792* § *3* et in *Bononien. 12. Maji 1792* § *2.* In ea attamen praefluienda perpendendae sunt circumstantiae temporum, loci, beneficii, onerum ac personae rectoris, ita ut congrua tenuis sufficiat si parochus perpauca habeat onera et exiguos sumptus ac patrimonialibus bonis ditatus sit, s. C. in *Nepesina Rest. eccl. 31. Augusti 1771* § *9.* In themate tamen nulla habetur ratio neque de ecclesiae fabrica neque de ss. suppellectilibus. Hinc probe pendendum num impar animis census evadat sustinendis oneribus, ita ut difficile nimium sit invenire qui parochi munus assumere velit.

Demum quoad honorem ecclesiae matrici *) reservandum non unum idemque praescribitur a doctoribus signum. Juxta enim nonnullos in eo consistit, quod vel nova paroecia debeat antiquae dare aliquem censum arbitrio Episcopi moderandum vel quod debeat nova antiquam adire pro baptismo. Imo si ex redditibus antiquae ecclesiae aedificata aut dotata est nova, requiritur ut rectori antiquae relinquatur jus praesentandi ad novam, *Reiff. lib. 3. decret. tit. 48. n. 17. et 18.* Quandoque etiam designari solet celebratio missae solemnis cantandae in ecclesia noviter erecta a rectore matricis in die s. Titularis aut in aliqua ex solemnioribus anni festivitatibus vel quod curati pro tempore unacum parochianis novae paroeciae semel in anno accedant processionaliter ad ecclesiam matricem et cereum offerant; sic declaravit s. C. in *Anglonen. 20. Dec. 1704.*

In subjecta autem specie honoris signum quod Archiepiscopus matrici ecclesiae s. Michaelis archangeli reservandum putat praeter baptismum pro quo inposterum paroeciani s. Gregorii praefatam ecclesiam adire debeant enumeratur etiam major pars fructuum necnon maxima decimarum collectio.

*) Vd. *Matricitas.*

Re enim vera nullum aliud in ea dioecesi honoris signum matricibus reservatum apparet. Praeter quam quod parochum ecclesiae matricis jure posse sibi reservare baptismi administrationem patet ex doctrina superius allata circa species reservationis a jure praescriptas. De decimis quoque ambigi nequit; nam licet personales seu sacramentales transeant ipso jure in parochialem recens erectam, etiam ante ullam Episcopi assignationem, *Ferr. cit. loc. n. 29.*, tamen praediales nisi in dismembratione novi curati non censentur in eum transferri neque pro rata sed remanent integraliter rectori matricis, quod late probat *Fagn. in cap. Cum contingat de decimis a n. 31. usque ad 57.* Hisce ita se habentibus rogantur EE. PP. sequentia diluere

Dubia:

I. *An permittenda sit dismembratio paroeciae s. Michaelis in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit probanda proposita congruae constitutio pro nova paroecia in casu?*

III. *An et quomodo sit annuendum precibus quoad dispensationem missae pro populo in casu?*

IV. *An sit annuendum precibus quoad expeditionem literarum et solutionem annatae in casu?*

V. *An probandae sint ceterae conditiones in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative juxta modum, nempe ut praeter sc. 67 et obol. 20 jus sit parocho s. Gregorii fontis baptismalis et decimandi in propria paroecia, imposito tamen eidem parocho onere offerendi quotannis cereum duarum librarum ecclesiae s. Michaelis die festo titularis in signum honoris.

Ad III.: Negative in omnibus.

Ad IV.: Negative in omnibus.

Ad V.: Provisum in II.

Die 26. Novb. 1852.

Contin. Urbinaten.

Archiepiscopus hanc resolutionem haud mora decreto suo exequutoriali munivit: ast

parochus s. Michaelis haud sibi acquiesceudum esse duxit in eo quod respicit assignationem juris decimandi novo parocho s. Gregorii in propria paroecia, eo quod per hujusmodi assignationem conquereretur concessum fuisse novo parocho supra id de quo ipse assensum praebnerat. Quapropter ad hujusmodi damnum avertendum necnon ad jurgia quae exinde exoriri possent eliminanda, eidem Archiepiscopo suasit, ut s. Ordiuem super hujusmodi negocio iterum percontaretur protestationem adjiciens, ut si forte fuerit s. Ordini mens integrum decimandi jus novo parocho adjudicandi in territorio paroeciae erigendae, suum intendat revocare consensum, malleus rem iu pristino statu manere. Haec cum per suas literas s. Congregationi deduxisset Archiepiscopus, eidem rescribendum censui ut referret de annuo redditu resultante ex decimis colligendis in respectiva paroecia et utrum antiquo parocho s. Gregorii jus esset decimandi intra propriae paroeciae fines et quaenam bona pertinerent ad eamdem ecclesiam de tempore unionis Et accepi quae seqnuntur: »Decimae quae intra fines paroeciae s. Angeli in Ajola colliguntur ad scut. circiter 46 pertiugunt, quae vero in paroecia s. Gregorii ad scut. circiter 84. Ex his nempe decimis s. Gregorii quae omues modo a parocho s. Angeli jure colliguntur pars quaedam novo parocho s. Gregorii cederetur ad summam usque circiter scut. 20 et altera pars scut. circiter 64 parocho s. Angeli reservaretur. Utrum autem antiquo parocho s. Gregorii jus esset decimandi intra propriae paroeciae limites et quaenam bona pertinerent ad ecclesiam s. Gregorii de tempore unionis, penitus ignoratur; nulla enim extat memoria de modo imo nec de tempore qno nnio praedicta fuerit exequnta et tantnm in cnria adnotatnm reperitur, qnod etiam 1567 jam erant unitae.«

A schemate exhibito in qno recensentur redditus tum bonorum stabilium tnm decimarum eruitur, quod decimae magna ex parte colliguntur super praediis sitis in ambitu paroeciae s. Gregorii, quae nimirum suppntantur in staja 16 cnm dimidio frumenti et cados 31 musti, quae dant annuam summam scnt. 82. 55. Resultat etiam, quod in capitulis confectis pro dismembratione parochus s. Michaelis partem tantum decimarum frumenti et musti novo parocho assignaverit super designatis 9 praediis colligendarum, nimirum 4 mensuras frumenti et 7 cados musti, quae unacum redditu ex bonis novae paroeciae cedendis constituerent congruam scut. 67. 20. Ex hac profecto redditnum distributione illud consequebatur ut parocho matricis integra manerent pro congrua scutorum 107. 38. quae sibi pro dismembrationis conditione reservata voluit. Quamobrem parochus arbitratur, nulla ratione ita late intelligi posse jus decimandi novo parocho tributum, ut ad omnia praedia intra fines novae paroeciae extantia protendatur. Hoc enim in casu illud abnorme contiugeret, ut filialis paroecia ditior matrice evaderet. Nam demptis decimis colligendis super territorio novae paroeciae, quae uti supra notatum constituunt summam scut. 82. 95. parochi s. Angeli congrua loco scut. 106. 38. ad scutor. 23. 33. coercetur; quod quidem nedum expresso parochi consensui atque additis conditionibus repugnat, sed adversatur etiam naturae dismembrationis, in qua receptum, ita redditus pro nova paroecia constituenda detrahendos esse a matrice, ut tamen haec in deteriori non sit conditione respectu filialis mnltoque minus conciliari congrua careat.

Quibus ita se habentibus postulat parochus, ut declaretur, decimandi jus, quod novo parocho tribuitur, ad ea tantum praedia cohiberi, quae in dismembrationis libello proponebat. Unde apparet huic titulo decimarum obvenire scut. 19. 60.

Nulla super aliis dubiis quaestio. Quanti vero facieudae novae hnjusmodi animadversiones quas parochus super II. dubio proponit viderint EE. VV. Quibus grave non sit reassumere folium primae propositionis, ut respondeant ad

D u b i u m:

An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis in II. dubio in casu?

S. C. resp.:

In decisis juxta modum: nempe nt parocho s. Michaelis jns sit decimandi etiam in paroecia s. Gregorii, solutis tamen quotannis parocho pro tempore s. Gregorii scutis 10 in augmentum congruae eidem assignatae in scut. 67. et obolis 20.

Die 26. Novb. 1853.

e) Facultas apostolica Episcopi.

Vd. *Congrua parochi* (*parochiani* p. 580.)

Concessio facultatum Ordinariis in ditionibus Avenionensi et comitatu Venaysino existentibus pro augmento congruae et stipendii parochorum et vicariorum usque ad certam summam cum nonnullis ordinationibus etc.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Ad universi Domini gregis curam nullis Nostris suffragantibus meritis sed omnipotentis Dei dispositione evocati satis cumulate demandatum Nobis munus implevisse minime videremur nisi stipeudia Sacrorum ministris debita assereremus et praecipue animarum pastorum qui excubare et custodire debent vigilias noctis congruae substentationi ac alias eorum quieti et tranquillitati consuleremus.

§ 2. Nuper siquidem accepimus in ditionibus Nostris tum Avenionensi tnm comitatus Venaysini curam auimarum nt plurimnm capitulis et Canonicis ecclesiarum vel rectoribus prioratuum illic institutorum aut locis piis incumbentem a parochis seu Vicariis quorum nonnulli ad nutum eorum a quibus deputationem reportarunt amovibiles sunt exerceri solere. Verum illis e redditibus ecclesiae congruam portionem minime esse constitutam atqne ad Ordinarios locorum super annuae assignationis defectu instantias etiam judiciales fuisse delatas. Item quemdam inolevisse usum Vicarios qui in titulum perpetuum minime sunt provisi nulla spectata causa a vicaria amovendi, cumque valde inconveniens sit nec ferendum, quod ii, qui populum illis attributum spiritualibus adjumentis assidue regere debent necessariis caveant vitae subsidiis aut ad illa assequenda judicis auctoritatem implorare cogantur, minusque deceat, quod quis e loco sibi credito ita submoveatur, nt nota aliqua illi injusta censeri queat, ob quae ut etiam accepimus saepe contingat, qnae magis idoneae esseut, personas ad animarum curam exercendam minime adspirare.

§ 3. Ad hisce sane malis quae fidelibus spirituale inferunt detrimentnm et ecclesiasticnm ordinem vilescunt provide occurreudum animum Nostrum adjecimns atqne dilecti filii Nostri Lazari Opitii titnli ss. Nerei et Achillei s. Romanae ecclesiae Presbyteri Cardinalis Pallavicini nuncupati Nostri statns a secretis et congregationis vv. fratrum Nostrorum ejusdem s. romanae ecclesiae Cardinalium super Aveuionensi ditione praefecti consilium merito adhibuimus: ipse etenim ea eximia prudentia et rectitudine quibus eas regiones nomiue Nostro moderatur de hisce omnibus diligenti praemissa inquisitioue plene Nos reddit iustructos.

§ 4. Motu igitur proprio et ex certa scientia deque apostolicae potestatis pleuitudiue inprimis qnascumque lites, causas seu instantias et controversias et recnrsus ad Ordinarios locorum in Nostris statu Avenionensi et comitatu Venaysino super defectibus aut supplementis congruae assignationis et stipendii a parochis et Vicariis hactenus motas et pendentes in statu et termiuis in quibus de praesenti reperiuutur ad Nos avocantes illas penitus et omuiuo extinguimus ac partibus silentium imponimus perpetuum.

§ 5. Porro ex concilii Trid. mente ac perspecta super hoc provida dispositione s. Pii Praedecessoris Nostri in constitutione *Ad exequendum* et auimo reputantes parochos et Vicarios ipsos terrenis rebus satis instructos eo intentius et diligentius in spiritualia et sacra incumbituros juxta etiam ipsius Lazarii Opitii Cardiualis votum praesentinm literarum Nostrarum vigore praescribimus et statuimus ac mandamus, qnod in Nostris statu Avenionensi et Venaysino comitatn illis parochis qnibus annua assignatio redditnum et proveutuum inferior summae 500 librarum Turnonensium hactenus obtigit usque ad annuam summam eorumdem 500 librarum nulla habita ratione emolumentorum quae stolae denominantur*) quaeque iu praemissa summa miuime compreheudi volumus augeatur.

§ 6. Quovero ad Vicarios sive perpetuos sive amovibiles animarum curam exercentes aunuum stipendinm in snmma saltem 250 librarnm similium etiam uiinime comprehensis stolae incertis proventibus constitutum esse debeat eaedemque assignationes et stipeudia hujusmodi effective ex rata parte fructnnm ecclesiarum vel fundo certo ac tuto vel in numerata pecunia absque contradictione aliqua tam parochis quam Vicariis ipsis aunuatim obvenire debeant. Ad assignationum autem et stipendiorum hujusmodi augmeutum usqne ad praemissas summas eisdem parochis et Vicariis respective explendum perpetnis futuris temporibus teneantur capitula et Ca-

*) Vd. *p. 548. n. 7; 585. g.*

nonici ecclesiarum et priores, loca pia ac personae, quae principales decimas percipiunt, et quorum nomine parochi et Vicarii animarum curam gerere et exercere debent; neque per id quod in eodem Trid. Concilio expresse cautum est gravamen aliquod eis illatum arbitrentur. Si vero meusarum capitularium et prioratuum et piorum locorum redditus adeo exigui essent, ut ad ferendum majus assignationis et stipendii vel minimum augmentum prorsus impares censereutur, tunc servata ss. canonum methodo parochiaui ipsi ad complementum earumdem summarum cogi poterunt.

§ 7. Quocirca VV. fratribus Nostris Archiepiscopo Avenionensi et Episcopis qui in eodem statu Avenioneusi et Venaysino comitatu episcopalem ordiuariam exercent jurisdictionem per praesentes specifice et expresse committimus et mandamus eisque facultatem omuem impertimur, ut ipsi siuguli videlicet in propria dioecesi simpliciter ac de plano sola facti veritate inspecta et absque aliqua figura judicii parochialium ecclesiarum et vicariarum hujusmodi statuum atque assignationum et stipendiorum illas hactenus obtineutium et exercentium summas serio perpendentes si compererint assiguationes et stipendia hujusmodi quoad parochiales ecclesias nulla habita ratione emolumentorum stolae ad enunciatam summam 500 librarum, quo vero ad vicarias etiam sepositis ipsis stolae proventibus ad aliam summam 250 librarum similium minime excedisse. Tuuc peculiari Nostro decreto auctoritate Nostra edendo cuilibet ex parochis et vicariis personalem assignationem ex redditibus meusarum capitularium vel prioratuum aut locorum piorum a Calendis Januarii anni proxime futuri decurrere incipendo constituunt assignationem ad complementum assignationum hujusmodi, ita quod ab eisdem Caleudis Januarii parochi quiugentas, vicarii vero 250 libras Turoneuses nulla habita ratione emolumeutorum stolae annuatim integre siut percepturi.

§ 8. Nec ab ipsorum Archiepiscopi et Episcoporum decretis liceat cuilibet appellationem aut recursum interponere vel dilationem exquirere sed illa statim ab euunciatis Calendis exequi debeant. E converso vero eisdem parochis qui assignationis complementum susceperunt eorum indemnitati consulendum peusionem auuuam aut onus aliquod ipsis imponi et auctoritate etiam Nostra ac apostolicae Sedis reservari iuterdicimus et inhibemus. Si autem, quod vix opinari licet, redditus mensarum capitularium, prioratuum et locorum piorum impares prorsus esseut ad supplendas assignatioues et stipeudia, ut praefertur, praescripta, tunc ipsi Archiepiscopus et Episcopi parochianos singularum ecclesiarum juris et facti rememediis ad complementum earumdem assignatioueu et stipendiorum adigaut et obstriugant.

§ 9. Demum ob praemissas magui momeuti causas coustituimus et ordinamus, ut quemadmodum parochi et vicarii quantumvis ad nutum eorum a quibus deputationem reportarunt amovibiles siut, nihilominus uonnisi praevio examine et speciali cum Ordinariorum approbatione ad animarum curae exercitium admitti possuut. Ita iu eisdem statu Avenioneusi et Venaysiuo comitatu parochi et vicarii, qui amovibiles sunt, nounisi ex spectata causa et annuente Episcopo Ordiuario amoveri nequeaut.

§ 10. Praesentes autem Nostras et in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes aut habere praeteudentes necnon capitula et Canonici earumdem ecclesiarum aut supradicti priores aut locorum piorum illarum partium superiores et personae aut superenunciati parochiani ad hoc vocati et auditi non fueriut, aut ex quibusvis aliis causis vel praetextibus de subreptionis vel obreptiouis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae vel quovis alio defectu notari vel impugnari aut alias quomodolibet suspendi, limitari vel eis iu aliquo derogari nullatenus uuquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspeusiouibus, limitationibus, derogationibus vel declaratiouibus generalibus vel specialibus quibusvis de causis apostolica auctoritate pro tempore factis minime compreheudi, sed semper ab illis exceptas et perpetuo validas et efficaces esse et fore.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 2. Octbr. 1778.

(Bull. r. t. VI. p. 39. Ed. Romae.)

f) Parochiani compellendi sunt ad subministrandum.

Vd. p. 579. § 6. 7; p. 552. b.

Tudertina.

Trideutini Patres *sess. 21. cap. 4. de ref.* constituunt posse Ordinarium si alia media praesto non siut compellere parochianos omnibus remediis opportunis ad submiuistranda ea quae sunt necessaria ad vitam ipsius parochi sustentandam.

Diei 27. Apr. 1822.

Aesina.

Antiquitus plebanus decimae a parochiauis solvebantur, Trideutina vero synodus Episcopo facultatem tribuit, ut *si necesse fuerit compellere possit populum ea subministrare, quae sufficiunt ad vitam dictorum sacerdotum substentandam. Sess. 21. cap. 4. de ref.* Quod fieri praecipitur *etiam invitis rectoribus*; et consouat judicium saepe a s. Rota ac praesertiu in *Recent. pavt. 1. decis. 420. n. 8.* et *part. 2. decis. 449. n. 4.*, ubi definitum fuit, quod *Congrua debetur a parochianis, quibus Sacramenta administrantur.*

Die 21. Febr. 1824.

Balneoregien.

Populus Cryptarum s. Stephaui Balneoregieu. dioecesis qui e 400 capitibus usque ad mille excreverat 1699 Episcopo Nardi supplicationes porrexit, ut illa ecclesia cui rector Episcopi nutu amovibilis praeerat in parochiam erigeretur ipsiusque rector parochus perpetuus nuncuparetur. Hisce precibus iudulsit Episcopus. Praevia tamen consultatione circa congruam parocho assignaudam Episcopum inter et populum populus universus publico instrumento pollicitus fuit parocho actuali ejusque successoribus daturum »*Salmas sex grani boni et recipientis in quolibet anno et quousque dictus presbyter Vincentius (parochus) officiabit et pro rectore supradictae ecclesiae stabit ad curam animarum omnium et singulorum parochianorum dictae ecclesiae, necnon fructus terrarum spectantium et pertinentium ad dictam ecclesiam, unum duarum salmarum terrarum ad grani sementam in totum: alterum positum in terra Montis Calvelli .... cum hac conditione quod dictus Vincentius teneatur et debeat contribuere pro medietate omnibus et singulis expensis faciendis in emendo, reaptando et debite executioni demandando decreta et ordinata per dictum Dnum Episcopum circa ea, quae fuerunt ordinata fieri intus ecclesiam supradictam etc.*

His autem praehabitis decretum episcopale editum est 1703, quo dum perpetua paroecia declarabatur de illius rectore ejusque congrua haec affirmabantur: *Unicus presbyter curam exercet animarum ad nutum Episcopi amovibilis et pro ejusdem substentatione assignatae reperiuntur decimae, quae solvuntur a populo dictae Villae, ascendentes ad rubra sex pro quolibet ânno.* Atque haec fere eadem repetita sunt in Bulla favore Angeli Golini qui primus extitit parochus perpetuus expedita; legitur enim: *Hujusmodi universitatem representantes exposuerunt illarum animarum numerum ultra mille excrevisse ac pro ejusdem rectoris substentatione certam decimam aliorumque redditum annuam congruam destinasse, ac propterea enixe supplicaverunt eorum parochialem ecclesiam praedictam ejusque amovibilem rectorem perpetuitatis munere decorari.*

Jam vero ita posthac res processisse narrat hodiernus parochus, ut curiones pro tempore, praeter rubra plus minus quinque aut sex, quae ratione decimarum ipsi sibi exigebant, a parochianis perceperint constanter et quotannis rubra sex frumenti loco congruae per Sancteses e muuicipio deputaudos colligenda. At haec altera exactio sensim languescere coepit, praesertim 1845, adeout inpraeseus collectio haec penitus negligatur ueque amplius eligantur Sancteses ad eam deputati acriterque iucolae Cryptarum se opponunt hujusmodi solutioni. Iuterea ait Episcopus parochum congrua sibi debita orbari, fraudari alimeutis, templi molem ruinam minari, ss. supellectilia insordescere, episcopalia jura pessumdari.

Episcopus quidem recursum habuit ad Emum a Secretis pro interuis negociiis status propositumque fuit collatis cousiliis ut frumentariae exactiones iu pecuniarias convertereutur per publicum exactorem colligendae. Sed Cryptana gens a concordia abhorreus jura sua in formali judicio experiri velle contestata est, a quo cum discedere voluisset Episcopus, controversiam ad s. hunc Ordiuem oeconomice*) proponendam ablegavit ac ab EE. VV. justitia expostulat ut Cryptarum populus ad solveuda rubra sex frumeuti loco congruae prout antea suevit adigatur.

Preces, prout de more, fuerunt eidem Episcopo ablegatae, qui, auditis parocho, Procuratore fiscali necnon publicis representantibus loci Cryptarum s. Stephaui, transmitteret documenta ad rem facientia. Multa

*) Vd. *p. 540.* §: *Contra*; *p. 526.* §: *Causae.*

et per literas et per fiscalem disceptat Episcopus, dum altera pars penitus obmutescit, frustra praefixo per Antistitem congruo termino et frustra a me concessis, quas exoptabant, induciis.

Quoad parochum extra omnem dubitationis aleam est a populo non posse sex recensita frumenti rubra denegari, cum eadem sint loco congruae. Si enim e redditibus parocho assignatis haec rubra frumenti detraherentur vix scut. 36 annua eidem superessent. Jam vero communi jure statutum est, quod si redditus pro parochi congrua deficiant possit Episcopus compellere populum ad eos suppeditandos. *Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 3.* statuit: In parochialibus etiam ecclesiis, quarum fructus saepe adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, id fieri non posset, ut primitiarum aut decimarum assignatione ac per parochianorum symbola et collectas aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod pro rectoris aut parochiae necessitate dumtaxat sufficiat. Accedit Monacelli *Form. leg. p. 1. pag. 42. n. 2.: Parochiani cogendi sunt ad contributionem congruae in subsidium at eo tamen casu in quo parocho aliunde provideri non possit.*

Hanc vero obligationem qua tenentur jure communi ad congruam parocho praestandam magis magisque arctam reddiderunt cum publico confecto instrumento solemni stipulatione ad illam Sancteses et alii populum Representantes accesserunt. In praedicto instrumento (ut videre fuit) ita legitur: Dicti Sancteses et homines desuper nominati, vice et nomine totius populi, eorum haeredum et Successorum promiserunt dicto presbytero Vinceutio praesenti et acceptanti pro se ejusque in officio successoribus etc. dare et cum effectu consignare salmas sex grani boni et recipientis in quolibet anno donec et quousque dictus reverendus presbyter officiabit et pro rectore dictae ecclesiae stabit ad curam animarum omnium et singulorum parochianorum dictae ecclesiae.

Ex hac solemni stipulatione contractus emersit ultro citroque obligatorius, a quo haudquaquam est recedendum, altera iuvita parte, non sine gravi injuria et parochiae laesione. Obligatio contraria conventione seu utriusque partis consensu tollitur; nec unius enim voluntas ad dissolvendam Obligationem sufficeret juxta illam vulgatam juris regulam: Ab Obligatione semel suscepta nemo altero invito recedere potest.

Supradictae rationes atque argumenta magnum robur accipient, si respiciatur immemorabilis consuetudo duorum saeculorum, ex qua constat per Sancteses quolibet anno dicti frumenti quantitatem parocho persolutam semper fuisse, ut videre est ex ipsis Sanctesium libellis. Nunc porro nullo jure ab hac obligatione, tot annorum confirmata consuetudine, resilire posse non est ambigendum.

Tandem congrua semel assignata parocho amplius minui non potest. At vero si illa sex frumenti rubra adimantur, minueretur congrua et ne ad summam quidem ascenderet praefinitam a s. Pio V. in Bulla *Ad exequendum;* sed vix ex scut. 36 (ut Episcopus et parochus affirmant) conflaretur, dum s. Pontifex expresse praecepit: »In Assignatione portionis vicariis perpetuis ita se continere et arbitrari, ut non major centum nec minor quinquaginta scutatorum annuorum summa . . . . eis assignetur.«

Quoniam vero praesentit Episcopus, illud praecipue pro sui defensione a populo afferri, quod nempe decimae illae, de quibus in decreto erectionis perpetuae paroeciae mentio fit et quae unice parocho assignatae sunt, eaedem sint ac sacramentales, quas ipse parochus sibi exigere suevit et adhuc exigit, adeo ut ad ulteriorem simbolam non teneatur; multa producit facti monumenta, ut evincat perpetuo populum duplicem eamque distinctam frumenti quotam persolvisse, aliam loco decimae sacramentalis, aliam loco congruae, ex quibus factis vel assumpta duplex obligatio, si dubia foret, optime declaratur vel saltem centenaria exurgit praescriptio pro duplici ea quota ex meliori titulo a parocho exigenda.

Porro hujusmodi facta sunt in vetusto quodam monumento, quod referri dicitur ad initium saeculi XVII., parochum Quiuti Vicarium foraneum Cryptarum duplicem, de qua agitur, quotam distincto titulo recensuisse inter paroeciae redditus per haec verba: »*Decima, e salario che gli paga il popolo Rubbia dieci di grano con peso al curato della cera, incenso, Candelora scudi 6.*« In iuventariis 1712. 1722. 1727. et 1730. cancellariae exhibitis a parocho Golini ejusque

successore utramque symbolam distincte resenseri: »*Il parroco per sua mercede ha dai Santesi rubbia sei di grano, che a scudi 5 il rubbio, prezzo corrente, sono scudi 30. Esige la decima sacramentale da suoi parrochiani all' incirca ogn' anno Rubbia cinque, scudi 25.*« In causa quae acta est 1775 inter parochum Placidi et populum Cryptarum super alterata, ut dicebatur, mensura decimae sacramentalis, populum ipsum documentum produxisse, scilicet inventarium a parocho Golini 1827 exaratum, ubi similia mox relatis verba continentur.

Tandem in regestris administrationis habitae a Sanctesibus per bina fere saecula: »*Trovarsi registrato il numero fisso delle sei rubbia date al parroco concordi coll' istramento, col decreto, colla bolla di Monsignor Nardi sotto di titoli ora di Salario, ora di congrua, ora di mercede, ora di decima, e decima prediale.*«

Verum ex adverso observari posset quod obligatio illa, qua se obstrinxerant Sancteses et populus solvere parocho certam frumenti quantitatem, respiciat solummodo decimas sacramentales, quas parochus etiam nunc percipit, data mensura ab unaquaque ipsius loci familia. Etenim, tum ex decreto tum ex Bulla perpetuae paroeciae erectionis, dum sermo habetur de substentatione parocho assignata, semper nominantur decimae et haud unquam occurrit alterius frumenti quantitatis mentio. Si Sancteses et populus in allegata stipulatione, praeter sex decimarum rubra frumenti, parocho expromittere quid aliud intendisset, certo certius id expressissent; porro de iis nulla mentio: ergo obligatio quae in instrumento inspicitur ad decimarum frumenti quantitatem tantum spectare debet.

Nec obstare videtur per plures annos has praestationes frumentarias persolutas fuisse ac proinde ortam esse consuetudinariam obligationem ad id inposterum faciendum: nam si id praestitum fuit voluntarie atque sponte factum fuit absque ullo obligationis vinculo, reservata sibi a populo facultate recedendi, prout ipsi voluerint: quae enim a naturali libertate dimanant nulli subsunt praescriptioni seu ut loquuntur Pragmatici »*facultativis non currit praescriptio.*«

Praeterea ex actibus s. visitationis ab Episcopo Blasti peractae dignoscitur quod animadvertens idem Episcopus exactores negligentes esse in exactione obtinuerit a s. m. Clementis XIV. ut illi redditus inposterum favore seminarii erogarentur. Hinc vero satis constat illis redditibus haud confectam esse parochialem congruam, secus enim ab ea minime distrahi potuissent, cum congrua semel assignata minui nequeat. Redit ergo quod innuimus scilicet illa sex frumenti rubra, ad quae persolvenda obligatione tenentur Sancteses et populus, respicere dumtaxat decimas sacramentales, ex quibus congrua conflatur.

Neque tandem dicendum congruam haud salvam esse parocho absque hujus frumenti quantitate. Etenim ex fructibus fundorum ad ecclesiam spectantium percipit parochus municipio asserente, scut. 25 et obulos 25 ex decimis sacrameutalibus frumenti rubra octo, quae ratione scut. 6 pro quolibet rubro dant summam scut. 48. Insuper computandi sunt omnes fructus stolae utriusque, incerta emolumenta, obventiones, quas ratione sui officii parochus communiter percipere solet. Sic Pius enim in citata Bulla statuit, quod portionis congruae summa, computatis omnibus, etiam incertis, emolumentis et aliis obventionibus per Episcopos assignari debet. Quae omnia in unum collecta certo certius congruam a jure communi statutam constituunt, quin opus sit ut populus adigatur ad illius complementum.

Quibus hinc inde praelibatis erit EE. VV. dirimere sequens

D u b i u m:

An et quomodo cogendus sit populus Cryptarum ad solutionem rubrorum sex frumenti, de quibus in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 27. Julii 1844 et 19. Apr. 1845.

Continuat. Balneoregien.

Nunc novae audientiae usi beneficio eo fortasse magis de praesenti propositione solliciti extiterunt populi decuriones, quod EE. VV. in superioribus comitiis veluti necessariae subministrationis loco provisum parocho voluerunt rescripto: »Attentis peculiaribus circumstantiis esse subministrauda scuta 50 liquidanda post exitum causae.

Parochus in aliis deductis rationum momentis et in EE. VV. justitia omnimodo

confisus nil novi exhibuit. Cryptarum populi defensoris est, adductas a parocho rationes destruere, sin minus in dubium revocare, ut ex nou jure actoris populus a praesumpta obligatione absolvatur.

Hiuc primo ad instrumentum quod attinet anui 1603, quod veluti originarius obligationis titulus in medium affertur, contendit, praestationem inibi depactam fuisse precariam et temporis atque officii limitatione obsignatam. Enim vero praestatio rectori adpromissa est, »donec et quousque officiabat et pro rectore supradictae ecclesiae stabit ad curam animarum.«

Quid per hanc limitationem, quam certo certius hujusmodi clausulae important ad *Rotam in Recent. decis. 324. part. 19. n. 11.* et *coram Molines decis. 989.* §. 7., sibi voluerint contrahentes, explicat ex ipsis circumstantiis, quae contractui locum dederunt, scilicet quod tunc ecclesia (ipso fatente adversario) nou a viro nomiuis parocho regebatur, sed a capellano amovibili, qui de jure decimas exigere uequivisset, adeo ut eam frumenti quotam assignatam voluerint Cryptani veluti loco decimarum, quousque ratione officii parochialis eas jure suo exigere potuisset. Praeterea et sub altera conditione praestatio data est, nempe sub onere asservationis ecclesiae, per ea verba: »Praeterea dictus Vincentius teneatur durante hac rectoria de suo proprio facere et adimplere in totum ea, quae necessaria erunt in dicta ecclesia, quae per dictum Episcopum venient pro tempore ordinata in dicta ecclesia praeter tecta et moenia, uisi in modicis reparationibus.«

Atqui (prosequitur) utraque conditio purificata est. Eteuim cum ab anno 1699 illius ecclesiae rector haud amplius ad nutum amovibilis esset sed uti parochus perpetuus in eadem ecclesia electus fuit, ita ut ex eo tempore decimas sacramentales jure proprio exigens commodam exinde alimoniam assequi potuerit, cum insuper ex uno eodemque tempore parochus perpetuus sacramentales decimas libere exigens a quovis onere correspectivo manuteneudi ecclesiam fuerit exemptus, necessario consequitur, antiquam illam praestationem rectori pro tempore sub una atque altera conditione assignatam pro jure evanuisse.

Lumen his addere, pergit, supplicem libellum ab incolis Cryptarum usque ab anno 1699 Episcopo porrectum quo dum amovibilem rectorem perpetuum fieri postularunt exponebant: »nuicus presbyter curam exercet animarum ad nutum Episcopi amovibilis et pro ejusdem substentatione assignatae reperiuntur decimae, quae solvuntur a populo dictae villae ascendentes ad rubra sex frumenti pro quolibet anno«; sic profecto oratores incolae decimam cum praemissa praestatione confundebant seu praestationem ipsam tamquam decimam improprio nomine appellabant. Porro vel ipse Episcopus iucolarum preces excipiens eadem fere verba repetiit.

Ad observantiam quod pertiuet adeo ex adverso relatam, perperam, sustinet, eam deduci ex libris a vetusto parocho conscriptis, ut iude diversa decimae et controversiae praestationis obligatio deducatur. Primo enim solutiones illas his in libris conscriptas nouuisi ab anuo 1712 usque ad 1730 fuisse peractas in facto perpendit adeoque brevi 18 annorum spatio perdurasse, imo nou sine iutermissione; siquidem ut in conciliaribus comitiis collatis die 6. Sept. 1843 electus hac de re orator obtestabatur, quinimo in ipso per parochum exhibitio schemate ex his libris deprompto nonuullae interuoscuntur per aliquot anuos interruptiones. In jure autem adnotat vel ipsam centenariam vim quidem exercere suam pro melioris tituli praesumptione, quando de originario titulo miuime constat, minime vero ubi ut in themate adest instrumentum an. 1603 originarius titulus sit in promptu, tunc euim uon amplius novum titulum ex centenaria deductum praesumere licet, sed antiqua possessio ex uno eodemque titulo contiuuata praesumitur, *Card. de Luca de feudis disc. 7. n. 19.* et *Rota in Romana Pecuniaria dici 12. Junii 1731 cor. Rezzonio* § 8. Caeterum quaenam ratio fuerit duplicis hujus per aliquod temporis praestationis, edocet vulgaris ipsius oppidi traditio, scilicet alteram hanc fuisse parocho suadente solutam »provisoriamente, e spontaneamente pei bisogni della chiesa parrochiale, giacchè essendo in allora nascente la parrochia avea bisoguo dell' ajuto del popolo.« Quare praestatio haec spontanea et libera ad adversum omnino finem directa confundi nequit cum controversia, quae pro parochi petitur substentatione.

De decretis a Balueoregensis Ordinario editis 1775 et de actis judicialibus 1777

expletis contra populum reluctantem decimam solvere sacramentalem, parum sollicitus est; siquidem haec diversam prorsus a praesenti praestationem respiciunt, nimirum decimam, de qua uon ambigitur.

Ceterum de Sanctesis solutione perpendit, illam perpetuo exactam fuisse adhibitis precibus et ad diversum omnino finem, nempe ecclesiae manuteutionem, uti longo incolarum manus uno ore testatur; quare extitisse semper facultativam. Imo si quando ut accidit nuperrimis temporibus judiciali strepitu populum reuitentem placuit ad id compellere, tantum constat testimonio plurium pariter parochianorum, ex quo contradictio exurgit cum secuta acquiesceuza, unde nedum adserta solutiouis observantia excluditur sed contraria omniuo probatur.

Ad dimiuuendum congruae parochialis defectum, quem adeo amplificat curio s. Stephani, pro coronide addit, congruam, qua hodie fruitur ille, ad conspicuam summam ascendere scut. 171. 55. et ab oneribus puram sc. 138. 72; qua in re ipsius periti agronomi per curionem inducti palinodiam allegat.

His praelibatis erit EE. VV. dirimere

D u b i u m:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. resp.:

In decisis et amplius.

Die 12. Julii 1845.

g) Quae in congruam imputari debeant?
Vd. p. 548. n. 7.

Perusiua.

Ex calculo ab ipso parocho exhibito redditus certi paroeciae ascendunt ad scuta 49 et longe superant scuta 50, si computentur incerta, quae occasione sacramentorum semper reapse percepit parochus, quaeque in congruam imputari debent, *Card. de Luc. de parochiis disc. 18. n. 12.*, *Piton. discept. ecclesiastic. 46. n. 10.*

Die 16. Febr. 1505.

Sabiuen.

Licet augeantur in statu activo incerta stolae et incerta quoque ad taxandam congruam calculanda siut ex coustitutione s. Pii V., attamen *in certae obventiones quae ad formam dictae constitutionis sunt in congruam imputandae eae quidem sunt, quae licet quoad quantitatem incertae dici possunt, aliquam tamen habent certitudinem ratione substantiae, ut sunt decimae frumenti etc., minime vero emolumenta provenientia ex administratione Sacramentorum, quae semper incerta sunt sive ratione substantiae sive ratione quantitatis uti dependentia a voluntate offerentium*, ceu tradit Rota *in Asculana Augumenti congruae 28. Aprilis 1755* § 8. *cor. Elefantutio.*

Die 27. Junii 1807.

Eugubineu.

In coustituenda quantitate congruae ea solum emolumenta calculari debent quae licet siut incerta habent tamen quamdam certitudiuem, ut sunt decimae frumenti, viui, olei aliorumque fructuum et aliarum obventionum, quae respectu Vicarii suut incertae ratione summae, non tamen emolumenta omniuo iucerta, ut suut emolumenta altaris, funerum et similium, sicuti definivit s. Congregatio in *Isernien Vicariae*, in qua agebatur de assignatione congruae facta Canonico curato Cathedralis et Episcopus declaraverat constituendam esse congruam ducatorum 60, computatis tameu in eadem congrua fructibus praebendae, omuibus etiam incertis emolumentis et aliis obventiouibus communiter percipi solitis, *exceptis tamen distributionibus quotidianis*, *quae lucrantur ratione servitii personalis ob interessentiam choro*, caeterisque oblationibus et eleemosynis, quae dantur pro *funeribus*, *sponsalitiis et similibus*, cumque ab hac seutentia Capitulum reclamasset, disputato dubio:

An in congruam Canonici curati imputari debeant distributiones quotidianae, quae dantur ratione servitii spiritualis et interessentiae choro, necnon caetera emolumenta parochialia expressa in sententia Episcopi die 20. Aprilis 1697?

responsum prodiit: Affirmative quoad I. partem, negative quoad II.

Die 17. Aug. 1783.

Brictinorieu.

De parochorum seu vicariorum congrua sollicitus fuit s. Pius V., qui in constitutione *Ad exequendam* sublato Episcopis arbitrio

quoad taxationem congruae Vicariorum mandavit, ut portio iisdem vicariis assignanda *non major centum nec minor 50 scutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis et aliis obventionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur, nisi vicariis solitum fuisset plus assignari.* Advertit *Barbosa Juris eccles. lib. 3. cap. 6. n. 43. et 44.* cum aliis doctoribus ibi allegatis, quod in praefinienda congrua vicariis curatis computari solum debeant illae obventiones, quae licet incertae dicantur, certae nihilominus sunt, non autem illa emolumenta, quae semper incerta sunt et dependent a labore personali, uti sunt eleemosynae altaris, funerum et similium.

Emolumenta Funerum et altaris, cum haec eventualia et incerta sint, nec debeant in partem congruae computari, *Lott. de re benefic. lib. 1. quaest. 2. n. 1.*

Die 14. Decbr. 1782.

Papien.

Non aestimanda videntur incerta emolumenta, de quibus s. Pius V. rationem habendam esse censuit. Loquitur enim s. ille Pontifex in sua constitutione de emolumentis decimarum frumenti, vini, olei et similium, *non de illis baptismatum, funerum, matrimoniorum, quae merces sunt et praemium laboris ac uti talia in congruam referri non possunt*, ad tradita per *Panimoll. Annot. 2. ad decis. 15. n. 5., Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 3. n. 60.* et *Rot. in Montis Alti super Solutione Mercedis 14. Martii 1755 § 8. coram clar. mem. Card. Molino.*

Die 3. Mart. 1787.

h) Quantitas.

Vd. p. 552. b.

Sarsinaten.

Rectori ecclesiae, cui animarum cura incumbit, congruam omnino deberi, *cap. Extirpandae §. Qui vero* ubi *gloss. et DD. de praebendis.* Hanc vero congruam augeri ab Episcopo*) oportere, quoties impar comperiatur, etiam per subductionem decimae patrono assignatae et praesertim per onerum imminutionem, *Rot. coram Mantica decis. 269. n. 1. ad 4. coram Comit. decis. 101. n. primo* et in *Recent. decis. 120. n. 26. part. 17.* Sustinet, sufficientem congruam censeri, quae ad summam ducatorum 100 pertingit, *Concil. Trid. sess. 24. cap. 13. de ref., Rot. decis. 311. n. 13. coram Crescenc.*, vel saltem minor non sit ducatis 50, ut statuit s. Pius V. in constitut.: *Ad exequendam*, atque idcirco in dioecesi Faventina, in Sarsinaten. atque in aliis provinciae Romandiolae constitutam fuisse in summa non minori scutorum 60. Observat insuper, congruam deberi parocho in remunerationem laborum, *Innocent. in cap. Episcopus n. 2.*, proindeque privilegiatam esse et pro illius assecutione praeferri parochum iis omnibus, quorum favore fructus sunt reservati, *Rot. coram Mattheo in Adrien. Congruae 10. Maji 1672 relat. in dec. 289. n. 14. et seq. part. 18. tom. I. Recent.* . . . .

Decretum Concilii Trid. *sess. 24. cap. 10. de ref.* prohibere quidem, ne pensionibus graventur parochiales ecclesiae, cujus redditus summam ducatorum 100 non attingant, sed nullam certam praefinitam fuisse regulam quoad quantitatem congruae parocho assignandae, *cap. Extirpandae*, et ibi *gloss.* in verb.: *Sufficiens de praebend., Rebuff. de congr. portion. n. 6. et seq.* proindeque in hujusmodi controversia totum pendere ab arbitrio judicis, *Rebuff. ibidem n. 8., Rot. coram Ubald. decis. 85. n. 6.*, ab eoque taxari debere congruam juxta circumstantias, etiam in majori summa et praesertim juxta consuetudinem, *Rot. coram Ubald. dec. 84. n. 1. et seq. et dec. 420. n. 3. part. 1. Recen.* . . . . Affirmant, omnibus fere parochiis dioecesis Sarsinaten. deesse congruam in quantitate ducatorum 100 atque idcirco verificari consuetudinem inferioris congruae, quae parochum etiam Liniari afficiat, *Rot. decis. 58. n. 13. part. 13. Recen.* Maxime quia hujusmodi congrua per 100 et ultra annos non solum a parochis praedecessoribus sed etiam ab hodierno parocho fuit acceptata. Hinc quoties congrua fuit semel a judice seu Superiore assignata, inferunt nefas esse illius incrementum efflagitare, *Rebuff. de congr. sub n. 92. Rot. coram Gregor. decis. 429. n. 2.*, saltem nisi parochus doceat, parochiae redditus fuisse imminutos, *cap. Nemo de consecr. dist. 1., Abbas in cap. Unusquisque de rit. et honest. cleric.* et in dubio auctos potius quam imminutos praesumi, *Felin. in cap. Constitutus de rescript., Rot. coram Gregor. dec. 483. n. 4.* . . . . Duo in Concilio Trid. *sess. 24. c. 13. de ref.* exposita sunt.

*) Vd. *p. 546. n. 5.*

decreta quae ad rem de qua agitur conferre posse videntur. Primum his verbis conceptum: *In parochialibus etiam ecclesiis, quarum fructus aeque adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem non tamen regularium id fieri possit, ut primitiarum vel decimarum assignatione aut per parochianorum symbola ac collectas aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod pro rectoribus ac parochiae necessitate decenter sufficiat.* Alterum vero disponit ut *parochiales ecclesiae, quae summam ducatorum 100 secundum verum annuum valorem non excedunt, nullis pensionibus aut reservationibus fructuum graventur.* Quamvis autem ex his de certa parochialis congruae quantitate non constet exploratum tamen est, eam fuisse Concilii mentem, ut decenti parochi sustentationi consultum remaneret et redditus subeundis oneribus pares haberentur. Patet id ex altero Concilii decreto *sess. 7. cap. 7. de ref.*, ubi agitur de beneficiis curatis, cathedralibus, collegiatis seu aliis ecclesiis et monasteriis unitis. Nam Episcopis injungitur, *ut per idoneos vicarios etiam perpetuos nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab iis cum tertiae partis fructuum aut majori vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur.*

De hac parochorum seu etiam vicariorum sufficienti congrua solliciti quam maxime fuerunt romani Pontifices, quo inter s. Pius V. qui constitutione: *Ad exequendam* sublato Episcopis arbitrio quoad taxationem congruae vicariorum decrevit, ut portio iisdem vicariis assignanda *non major 100 nec minor 50 scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis et alias obvenientibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi vicariis solitum fuisset plus assignari.*

Et quamvis san. mem. Innocentius XIII. in constitutione *Apostolici Ministerii* declaraverit, constitutionem s. Pii V. *pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum ecclesiarum parochialium, quae aliis ecclesiis, monasteriis, collegiis, beneficiis aut locis piis unitae sunt*, nihilominus sa. me. Benedictus XIV. in constitutione *Cum semper**) omnes Vicarios etiam temporaneos in dicta Piana constitutione comprehensos declaravit.

Die 30. Julii 1774.

Perusina.

Etsi in Tridentino haud praefiniatur summa, ad quam parochialis *congrua efferri debet, eam tamen non obscure colligi animadvertit a sequentibus verbis: Parochiales ecclesiae quae summam ducatorum 100 secundum verum annuum valorem non excedunt nullis pensionibus aut reservationibus fructuum graventur*, atque ab iis, quae favore vicariorum perpetuorum statuit sa. mem. *Pius V. in const. Ad exequendum*, et a DD. plena manu relatis per *Barbos. in jus eccl. univers. lib. 3. cap. 6. n. 43. et 44.*, qui et illud animadvertunt nempe quod emolumenta incerta et a personali labore dependentia uti sunt eleemosynae Altaris, funerum et similia in parochialem congruam non imputantur.

Die 17. Junii 1785.

i) A quo tempore solvenda?

Ferrarien.

Quamquam factorum series quae huic controversiae causam dedere jam ex parte relata habeatur in foliis pro Comitiis 22. Augusti 1840 et 29. Julii 1848 exaratis, quum de aliis hac desuper re controversiis actum est attamen ne EE. PP. in illis iterum evolvendis taedio officiantur, eam per summa capita heic repetere opportunum duco.

Intra Coniaclensis dioecesis limites a vetustissima aetate extabat insignis Abbatia Nullius seu Praepositura a s. Maria vulgo »in Pomposa« nuncupata, quae jurepatronatus potiebatur cujusdam simplicis beneficii seu prioratus erecti in ecclesia parochiali Ferrariae sita et s. Agneti dicata.

Licet ob monumentorum defectum prioratus originem ac primaevae fundationis leges plane nosse datum non sit, constat tamen ex antiquis non minus quam recentioribus actis s. visitationis ea in parochiali ecclesia peractis, Priori pro tempore onus incubuisse vicario dictae ecclesiae congruam persolvendi et ecclesiae utensilia seu suppellectiles suppeditandi, ad formam tamen, prout testatur in sua informatione Emus Episcopus, relationis moderni beneficii prioratus administratoris, de qua inferius dicam. Praeter congruam constat insuper, jus fuisse parocho s.

*) Vd. *t. I. p. 695.*

Agnetis non modo incolendi domum parochialem, sed fruendi etiam altera domo eidem in emphyteusim perpetuam a Priore concessam cum annno canone sc. 20 ea lege nt singulis quindennis investiri deberet, solutis singulis vicibus titulo laudemii sc. 3.

Porro Gallis italianam regionem occupantibus factum est, ut bona omnia ac jura abbatiae Pomposianae ad Thomam Zagatti Ferrariensem per solemne emptiouis venditionis instrumentum migraverint, qui per obitum Prioris secutum anno 1802 ratus jus sibi qnaesitum fuisse veluti patrono alinm beneficiatum in ejns locum sufficere filium suum Antonium qnatriennem *) reapse nomiuavit, qui legitimam institutionem nactus est ope dispensationis super aetatis defectu ab Apostolica Sede obteutae.

Conventio interea inita est 1803 inter tnnc temporis vicarinm s. Agnetis sacerdotem Antonium Soldati et Thomam Zagatti administratorio nomine filii sui Antonii supradicti, vi cujus annua congrua 60 scut. adsignata est Sacerdoti Soldati et alia insuper scut. 48 adsignata sunt pro missa festiva, pro celebratione festi s. Agnetis et aliis expensis omnibus sive cerae sive supellectilium cujuscumque generis. Additum tamen in ea est, quod »la presente convenzione durerà soltanto vita natural durante dei contraenti senza obbligo ai rispettivi successori di adempirla«. Parochiarum numero volvente anno 1805, ut in aliis italici regni civitatibus, ita etiam Ferrariae imminuto parochialis s. Agnetis suppressa fuit ipsiusque jura omnia et onera translata sunt in parochialem ecclesiam s. Gregorii ejusque pro tempore rectores per decretum die 13. Apr. 1806 a Vicario generali illius temporis editum. Verum Thomas Zagatti contendere coepit hand amplius teneri quotum pro supellectilibus ecclesiae rependere Antonio Soldati, qui ad jurgia vitanda novam cum eo transactionem adstipnlatus est, qua exigendi annuam pensionem scutorum 60 facultas confirmabatur.

Progressu temporis a s. Sede Antonius Zagatti veniam obtinuit prioratum possidendi tametsi in laicali statu **) degeret; quum subinde inter ipsum et Ferrariensem curiam contestationes exortae essent, quae sententiam caducitatis a prioratu in eum indixerat, re ad H. S. O. delata, triplici conformi resolutione decisum fuit: »Attentis peculiaribus circumstantiis consulendum SSmo pro sanatione praecedentium indultorum favore Antonii Zagatti ac pro continuatione et quatenus opus est concessione jurispatronatus laicalis activi et passivi favore ejusdem familiae Zagatti super prioratu, firmis oneribus hucnsque supportatis, »quae a s. m. Gregorio XVI. confirmationem retulere.

Favoribus vero quibus ita fuerat cumulatus male reposuit Zagatius, sive detractando exhibitionem inventarii honorum ad prioratum spectantium, pront in executionem memorati H. S. C. rescripti ipsi ab Ordinario Ferrariensi iujunctum fuerat, sive negligendo implere onera beneficio aduexa, sive demum bona ipsa dissipando et obliguriendo, quo factnm ut die 29. Julii 1848 occasione appellationis a decreto executoriali curiae Ferrariensis a Zagattio coram Senatu Vestro interpositae promotor fiscalis institerit, ut vel caduci poena in Zagattium decerueretur vel praevia confirmatione decreti executorialis a curia editi huic venia daretnr avocandi ad se beneficium, ut contra illegitimos bonorum beneficii *) deteutores agere posset prout de jure, cui posteriori senteutiae favebat Archiepiscopus indulgentiorem se erga Zagattium exhibens. Actnm etiam in eisdem Comitiis fuit de precibus H. S. O. porrectis a sacerdote Lugdovico Collevati, qui anno 1846 in Rectoratum praedictae parochialis ecclesiae s. Gregorii defuncto sacerdoti Soldati suffectus fuerat, necnou ab Augustino Viola qua cessionario ejusdem Antonii Soldati defuncti, qui ambo instabant pro deputatione administratoris prioratus, ut facilius et expeditius consequi possent solutionem congruae, cnjus oneris satisfactionem a pluribus annis detrectaverat Zagattius. Viola creditum suum evehebat ad scut. 407. 50., Collevatius ad scut. 102. 50. Haec tria dubia in dictis comitiis proponebantur:

I. An decretum executoriale diei 27. Sept. 1845 sit infirmandum seu reformandum in casu?

II. An et quomodo providendum sit quoad alienationes bonorum beneficii s. Aguetis a Zagatti peractas in casu?

III. An et quomodo annuendum sit precibus parochi Collevati et Augustini Viola in casu?

*) Vd. *t. II. p. 133. n. 2; p. 236. n. 31.*
**) Vd. *t. II. p. 529. d; t III. p. 570. c.*

*) Vd *t. II p. 564. g.*

Quibus responsum fuit die 9. Septembris 1848

Ad I: Negative in omnibus.

Ad II: Consulendum SSmo pro absolutione a censuris ac pro continuatione jurispatronatus; in reliquis juxta votum Emi Archiepiscopi.

Ad III: Partes utantur juribus suis.

Et quoad II. dubium s. C. resolutionem SSmus approbavit et confirmavit die 11. ejusdem mensis et anni.

Nihil interea Zagattius de iis quae per decretum curiae episcopalis ab H. S. O. confirmatum ut ex superiori resolutioni patet sub poena caducitatis a prioratu ipsi injuncta fuerunt perfecit; dum antem opportuna instruebantur acta in Ferrariensi curia, ut in caducam poeuam Zagattinm iucursum formaliter declararetur, iste sub die 26. Febr. 1851 clericum Orlandini episcopalis Comaclensis seminarii alumnum in Priorem nominavit; et paullo post die nempe 28. Aprilis 1851 iugenti aere alieno gravatus ex hac vita migravit. Nominationem praedictam favore clerici Orlandini a Zagattio factam Ferrariensis Ordinarius decreto diei 7. Martii 1851 rejecit, eam ss. canonum dispositionibns adversari retinens prout in sua informatione diei 3. Martii 1852 refert. Interim parochus Collevati H. S. O. preces dedit quibus instabat irritam supradictam nominationem declarari et administrationem beneficio prioratus deputari facnltate munitum ipsi solvendi summam scut. 596. 81. jam sibi a die 29. Septembris 1851 debitam, in qua comprehendi exponebat scut. 176. 81., quae in judicialibus controversiis quas cum Zagattio sustiuere coactus fnit insumpsit. Hisce precibus per rescriptum SSmi diei 22. Martii 1852 repositum fuit: »Quoad nominationem et praesentationem clerici Orlandini provisum per decretum curiae archiepiscopalis praeteriti anni 1851, quoad reliqua scribatur Emo Archiepiscopo ad effectum, nt suspensa interim prioratns nominatioue deputet ecclesiasticum administratorem qui impletis oneribus curet bonorum transcriptionem et qnatenus opus sit vindicationem necnon debitii solntionem erga oratores, quibus omnibus expletis moneat patronos, ut procedere valeant ad nominationem prioratus ad formam ss. canonum et notificetur miuistris Datariae apostolicae. In administrationem ab Emo Archiepiscopo electus fuit Canonicus Paulus Malago subcollector, qui officio sibi demandato alacriter suscepto cum sacerdote Collevati agere coepit, ut ejusdem rationes liquido explicatae purgarentur. Verum quum inter se dissiderent sacerdos Collevati H. S. O. denuo adiit proponens dirimenda dubia ad folii calcem excripta.

Nuper autem supplicem libellum accepi ex parte supradicti clerici Orlandini, in quo praemissa suae nominationis ad prioratum expositione et ejusdem inefficacia ob regularitatis *) defectum ex parte Antonii Zagatti nominantis, ut ipse ait, ad ipsius aures pervenisse refert, quemdam Zagatti recens clericali habitu indutum, pro assecutione prioratus Sanctissimum rogatum adiisse; hinc et ipse postulat fructuum beneficii participem fieri ad hoc ut valeat inceptum ecclesiasticum curriculum continuare et perficere, quod ob rei familiaris angustias, quibus laborat, nimis sibi ardnum fore affirmat. Attento superiori rescripto 22. Martii 1852 hujusce recnrsus rationem inpraesens haberi haud posse censui.

Eminent. Archiepiscopus, cui parochi Collevatii preces prout de more ablegavi, praedicti admiuistratoris observationes una cum voto cnriae suae promotoris transmisit. Sapientissimum deinde animi sni sensum aperiens quoad primum dnbium animadvertit: »annnam summam, de qua in praefata conventione, solutam dumtaxat fuisse eidem Soldate vita ejns natnrali durante, nimirum ad annum 1844 iuclnsive tantum; porro, adjungit, hisce positis, quandoquidem administrator cum oratore consentit, deductis tamen prius rationibus nt par est, (canone nimirum annuo scut. 20, quem uumquam orator solvit) super bono ejns jure in primo dubio expresso, nihil est, ut circa ipsum mnlta profnndantur verba; maxime cum et idem orator canonem per se debitum jure merito detrahendum esse coucedat.« Quoad secuudum et tertinm haec habet: Omnibus cousideratis administratoris sententiam stricto jure circa dubinm II. loco expositum amplectendum crederem; sed tamen ex gratia aliquid oratori quoqne tribnendum. Quod vero ad postremam quaestionem attinet optarem ut EE. PP. praefinirent summam titnlo congruae parochialis persolvendam oratori ejusque successoribus, ita tamen ut ipse et successores conservationi et decori supradictae ecclesiae s. Agnetis saltem annnis scut. 15 consulere deberent.

*) Vd. *t. II. p. 803. b.*

Promotor fiscalis curiae Ferrariensis ad duo capita contrahit praesentem contentionem inter administratorem prioratus et parochum Collevati:

I. scilicet utrum parocho Collevati solvenda sit congrua sc. 60 exempta onere suppeditandi supellectiles ecclesiae s. Agnetis;

II. utrum jus sit parocho Collevati repetendi ab administratore prioratus compensationem expensarum quas sustinuit, ut beneficii jura contra Zagattii praetensionem et usurpationes sarta tectaque servaret.

Utraque haec dubia favore parochi Collevati resolvit.

Quoad I. animadvertit, ex libello qui civilis aulae Ferrariensis sententiam praecedit diei 11. Maji 1811 constare, congruam quae a Priore rependebatur vicario s. Agnetis pro tempore fuisse semper 60 scut. non computatis expensis ecclesiae nitori necessariis.

Hoc confirmari per conventionem supradictam initam inter Thomam Zagatti et parochum Soldati in qua praeter congruam 60 scut. etiam scut. 48 pro ecclesiae manutentione annuatim solvendi in se onus suscepit tunc temporis Prior. Quum in vim legis 1805 gallici gubernii parochialis s. Agnetis suppressa et clausa ecclesia fuerit et detrectaret Zagattius scut. 48 rependere pro utensilibus ecclesiae ut supra ad jurgium vitandum, novam cum eo transactionem adstipulatus est vicarius, qua solutio annuae pensionis scut. 60 constituebatur. Detrectavit tamen Thomas inposterum promissioni respondere et opus fuit eum rapere in judicium, et a civili Ferrariensi aula supradicta uxor ejus, quae ipso elato administrationem bonorum filii et pupilli Antonii susceperat, ad solvenda scut. 180, quae retroacti triennii pensioni respondebant, damnata fuit. Major factus Antonius parentum exemplum imitatus est, ad quem excutendum necesse fuit ut sacerdos Soldati viam inducialem repeteret. Vadato igitur Zagattio 1839 coram Vicario generali Ferrariensi instantia Soldati continuo excepta fuit. Qua in rem judicatam transacta coram supremo signaturae justitiae Tribunali 1840 restitutionem in integrum ursit Zagattius. Incassum tamen; iterata enim decisione repulsam passus est.

Post tot sententias vim rei judicatae nactas haud dubitari posse, inquit, de bono jure parochi Collevati, qui in omnia jura successit vicariatus s. Agnetis repetendi nimirum ab administratore prioratus congruam scut. 60 absque onere supellectiles praedictae ecclesiae suppeditandi, quemadmodum nullum inerat praedecessori suo parocho Soldati. Ad alteram partem quod attinet, animadvertit, explorati juris esse, quod successor in beneficio tenetur debita solvere a praedecessore contracta in utilitatem beneficii, *cap. 1. decret. de solutionibus*, sicuti filius debita patri solvere tenetur, ita Praelatus sui praedecessoris pro ecclesiae necessitate contracta.

Atque in hoc conveniunt *Abbas Panormit. ad dict. cap.*, *Reiffenst. ad jus can. lib. 3. tit. 23. pag. 1. n. 16. et seq.*, *Ferraris bibl. juris can.* verbo: *Solut. n. 11. et seqq.* Regula isthaec canonum cum altera juris civilis consonat, qua negotiorum gestorum actio solventi de proprio tribuitur contra eum in cujus utilitatem solvit, *L. 1. § 1. L. 15. L. 27. ff. neg. gest.* Ita utriusque juris principia ut applicationem in casu sortiantur, nihil aliud probandum venit, quam sumptus, de quibus adversus beneficii administrationem parochus Collevati restitutionem reclamat, in utilitatem revera ipsius beneficii prioratus cessisse. Hoc in dubium haud referri posse affirmat, ubi adversatur, expensas in casu sustinuisse parochum Collevati, ut donum utilis dominii beneficii s. Agnetis adversus Zagattium, qui ob delectum recognitionis in dominum eam sibi devolutam contendebat, conservaret. Rector Collevati, qui vigore decreti episcopalis curiae Ferrariensis diei 2. Jan. 1845 in possessionem bonorum immobilium beneficii immissus fuerat, Zagatii praetensionibus se opposuit tam in prima instantia quam in gradu appellationis donec rem judicatam obtinuit per sententiam diei 16. Augusti 1847 damnato Zagattio in judicii expensas.

Constare ex hoc, inquit, per litem quam parochus Collevati adversus Zagattium sistinuit sartam tectamque beneficii substantiam servatam fuisse quod ex parte Zagatti in spolii discrimine versabatur. Consequitur propterea ad beneficii administrationem actionem utilem negotiorum gestorum competere ad consequendam expensarum, ut supra, refectionem, salvo administrationi beneficii jure ab haeredibus Zagetti restitutionem vindicandi.

Ad expensarum quotam quod attinet, hanc manifestam esse affirmat ex duabus expensarum notulis a Collevatio exaequatis, quarum summa est scut. 181. 72. (Collevatius tamen creditum suum ex hoc titulo ad ultra scut. 300 evehit). Ceterum ubi admittatur in parocho Collevati jus expensas a beneficii administratione repetendi, consentit ut accuratius ejus rationes expungantur.

Proponuntur

D u b i a:

I. *An et quomodo a beneficii prioratus administratore solvenda sit parocho Collevati congrua a die obitus praedecessoris sui sacerdotis Soldati usque inpraesens in casu?*

II. *An et quomodo ex beneficii prioratus fructibus compensandus sit parochus Collevati de sumptibus litium, quas adversus Zagatius sustinuit in casu?*

III. *An et quomodo congruae parocho pro tempore solvendae inhaereat onus supellectiles suppeditandi ecclesiae s. Agnetis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative in summa scut. 60 imputatis canone et laudemio.

Ad II.: Negative in omnibus.

Ad III.: Negative in omnibus et onus spectare ad Priorem.

Die 18. Febr. 1854.

10) Parochi Canonici.

I. E canonicatibus vacantibus.

Sorana.

Urbs Sorana ad citra 4 millia hominum assurgit, quorum magna pars licet intra moenia pleraque tamen undique diffusa per finitimos agros aetatem agit. Constat vero post hominum memoriam consuevisse Soranos Praesules animarum curam Primicerio demandare quem pro lubitu e Cathedralis Canonicis ad eorum nutum amovibilem eligebant, adjectis binis presbyteris, qui eidem in curae exercitio suppetias ferrent. Erat autem hujuscemodi non re sed nomine tenus primiceriatus; quandoquidem, etsi praeeminentiam inter Canonicos secumferret, non idcirco beneficium, non dignitatem sed merum officium audiebat; quale examussim temporales Vicarii dicuntur.

Fertur etiam ex veteri traditione hujus paroeciae redditus olim episcopali mensae unitos fuisse; verumtamen nonnulla sub idem tempus parochialia munia ope Canonici hebdomadarii Capitulum vicissim exercebat, quae inter recensentur baptismalis fontis tam in majori quam in Pentecostes hebdomada benedictio, domorum solemnis in pervigilio Pascatis lustratio ac caetera hujusmodi, quae assolent in ecclesiis parochialibus fieri. Atque haec quidem non sine emolumento contingebant, quippe Capitulum sacramentales decimas ac oblationes servato duplo pro Episcopo necnon stolae nigrae jura ac proventus percipiebat.

Ceterum usque ab anno 1806 intermissa Primicerii nominatione nonnisi per oeconomos inter capitulares electos curae animarum consultum fuit. Haud hinc levia spirituali animarum bono damna permanasse compertum est. Etenim de praedicta paroecia verba faciens Ordinarius referebat: »Che era la più trascurata, ed in alcune contra de specialmente i conladini erano ceri ignoranti anche delle cose necessarie di necessità di mezzo, che facesano pietà, conseguenza necessaria della mancanza abituale del proprio pastore.« Ut tandem ipse Episcopus tot ingruentibus malis obviam iret, datis ad H. s. Ordinem jam a die 16. Novb. 1840 precibus, postquam exposuerit se a duarum dioecesium onere nempe Aquini et Pontis-Curvi impeditum iri, quominus crebram Sorano populo navet operam, ita suam ac Capituli pro perpetui parochi institutione sententiam reservabat.

Re ad EE. VV. judicium per summaria precum*) deducta sub die 6. Augusti 1842 rescriptum prodiit: »Dilata et scribatur Episcopo, qui doceat de consensu Capituli, tam super conditione praebendae parochialis quam super onere coadjuvandi parochum futuris beneficiatis imponendo.

Quin hisce jussis Episcopus faceret satis potius ad novam Primicerii nominationem in persona sacerdotis Francisci Xaverii Lanna devenit. Ast id aegre ferens Capitulum eo quia Primicerius haud inter Canonicos presbyteralis ordinis esset electus sed inter eos qui subdiaconalis ordinis sunt gradus rem detulit ad s. Congregationem coram qua proposito die 3. Junii 1843 dubio:

An sustineatur nominatio sacerdotis Lanna ex ordine subdiaconorum ad primiceriatum in casu?

responsum fuit: Affirmative. Sed et istud incassum cessisse probavit eventus. Nam cum

*) Vd. *p. 526.*

Capitulum amica intercedente concordia nuncium liti mittere statuisset id etiam in conditione positum fuisse videtur ut sacerdos Lanna Primiceriatum abdicaret ceu revera annuente Episcopo factum est.

Animum tunc rursum Episcopus retulit ad ceptum erigendae perpetuae vicariae consilium, pro qua novis datis 1846 precibus alias demum superaddidit die 20. Febr. 1850 in quibus tamen valde conqueritur, Capitulares illum quem ultro sese offerentes polliciti sunt consensum revoluto dein pallio denegasse.

Urget quapropter, ut posthabito irrationabili Capituli dissensu definiatur ab amplissimo EE. PP. Ordine num paroeciae conditioni consulendum sit necne per parochi perpetui constitutionem et quanam ratione congrua eidem sit assignanda quatenus benigne petitio excipiatur.

Qua super re praestat praeprimis Capituli momenta expendere quibus suum satagit dissensum protueri. Non agi in themate (ait Capitulum) de nova erigenda paroecia; quo in casu utique inquirere fas esset utrum una prae alia amovibilitatis nempe vel perpetuitatis forma magis minusque sit juri consona sed rem esse de invertenda paroeciae jam existentis indole, contra ea quae immemoriali consuetudine apostolicoque privilegio sancita sunt.

Ait ubi de forma sit etiam disserendum illud imprimis inquirendum esse monet cum *Garz. de benef. par. 2. cap. 2. n. 4.* super expedientia atque utilitate ecclesiae obventura ab inamovibilitatis conditione prae amovibilitate. Nullam at vero in casu rationem suppetere cur ad alteram inducendam formam deveniatur, probat ex finis identitate utroque in casu amovibilitatis ac perpetuitatis concurrente. Cum nimirum perpetuae vicariae scopus non alius esse possit nisi ut praeter animarum salutem oves certum habeant pastorem quem agnoscere debeant et e converso certa sit persona, quae sciat illud onus sibi incumbere et a qua Episcopus in visitatione seu alias rationum redditionem de sibi commissis ovibus petere valeat, *Card. de Luca disc. 9. annot. ad Trid. n. 2.*, jam eumdem obtineri finem per Primicerium atque oeconomos, quos sicut absque gravi causa amovere absonum foret, ita nullum non modo detrimentum sed illud etiam utilitatis haberetur, ut Primicerius oeconomique eo diligentiores existerent, quatenus propriae oscitationis causa remotioni sese obnoxios esse scirent. Huic profecto accedere, quod cum Primiceriatus cui inest animarum cura uni ex decem Cathedralis Canonicis conferatur, certum revera esse saltem per Capitulum cui cura particulariter incumbit, quo in casu non prohiberi quominus cura animarum possit per vicarium amovibilem exerceri, *Gallemart. ad sess. 7. Trid. cap. 7. de reform.* verb.: *per Vicarios etc.*

Addunt juri incongruum haud esse Vicarii hujusmodi amovibilitatem. Siquidem miuime a Trid. synodo *sess. 7. cap. 7.* excludi posse etiam per vicarium amovibilem animarum curam exerceri sed tantum Ordinariis facultatem attribni juxta circumstantiarum adjuncta et ecclesiarum utilitatem vel perpetuos vel amovibiles parochos assumere, s. C. in *Narnien. Curae animarum 9. Sept. 1848* §: *Quod.*

Nec id insuper adversari s. Congregationis praxi probatur auctoritate *Garsiae de benef. part. II. cap. 2. n. 2.*, qui refert ita declaratum reperiri: De parochialibus unitis Capitulis Cathedralium . . . . sic censendum est, si cura animarum *) incumbit certae personae per illam exercenda est, si imminet toti capitulo ut per singulos per vices exerceatur, ipsi cogendi sunt ad illam exercendam. Idque erui etiam ex *Tiburtina Parochialis 9. Junii 1757* ubi cum parochi munus inter duos in eadem ecclesia **) alteruis hebdomadis exercendum Episcopus reddere perpetuum atque per unum geri vellet suae petitioni adversa resolutio prodiit ea lege ut Episcopus incumberet exerceri dietim cnram animarum per utrumque sublata alternativa etc. Quod aeque confirmatur aliis in eadem causa resolutionibus nempe 26. Julii 1822 et 22. Dec. 1838 ad I. dubium.

Insuper tralatitii juris esse certis in casibus vigore Tridentini *cit. cap. 7. sess. 7. de reform.* non posse Episcopum deputare vicarium perpetuum praesertim vero quando a tempore immemoriali unio facta est et ex tunc constat vicarios fuisse ad nutum amovibiles scientibus et consentientibus Ordinariis et nunquam vicarium perpetuum fuisse constitutum, *Barbos. de jur. eccl. lib. 3. cap. 6. n. 6.* Haec autem extrema rei qua de agitur apprime congruere quisque novit, dum

*) Vd. *Cura animarum.*
**) *Cura anim.; t. I. p. 948. XXVI.; Parochus* (duo etc.)

hujus paroeciae institutio inter antiqnitatis latebras delitescit nec unquam Primiceriatus amovibilitas aliqnam subiit mutationem haud ipsis invitis Episcopis, qui unanimi consensu semper eidem suffragari visi sunt.

Sed e converso perpetuae paroeciae erectionem periculi plenam rem esse eamque in manifestam quandoque vergere animarum perniciem ob id potissimum quia ut inquit *Pignatell. t. 4. consult. 209. n. 1.* vicarius perpetuus sicut absque magna causa privari et amoveri non potest, *cap. Ad hoc de offic. Vicar., Gonzal. de gloss. 5. § 4. n. 32.*, ita potest ad suum libitum eamdem curam negligere. Qnod accidere nullo modo potest si per vicarium amovibilem cnra animarum exerceatur, cum Episcopi sit negligentem eum ab officio removere idoneumque statim alium sufficere. Nec praetereundum esse hand levibus inter constitutum parochum et Capitulares discutionibus locnm fieri, ceu innumerae docent H. s. Congregationis resolutiones atque ipsa experientia rerum omnium magistra, quod profecto non sine gravi animarum scandalo obveniret ac aeternae earumdem salutis discrimine.

Inde maximum quoque sibi praejudicium multiplici ex capite imminere adurget. Parochialia siqnidem jura ab eo hactenus exercita, quae sarcta tecta Sacramenti religione posteris reliuquenda adpromisit, certo certius evadere per eam institutionem mutationi obnoxia. Sublata namque nua ex 13 canonicalibus praebendis, qnibus praeter 4 beneficiatos Capitulum constat, Canonicorum quoque imminutnm iri nnmerum non absque gravi ceterorum ouere inter quos nou desunt iufirmi, jubilati atque alio legitimo impedimento irretiti, nec sine choralis servitii detrimento cum parochus ei incumbere nequeat.

Quin obsit eamdem exceptionem dari in hodierno Primiceriatu nam qui hujus officio praeest jure valet sibi dnos oeconomos adsciscere, per quos non solum in tuto ponitur animarum cura, sed etiam Primicerius per se poterit chori munus explere. *) Tres interim addit extare secnndae **) erectionis Canouicos qui ob tenues suae praebendae redditus atque onus quod aeque ferunt cum reliquis 10 Canonicis qui dicuntur massae communis, jus quoddam habent optionis ex veteri consuetudine comprobatum; quod quidem extraheretur, uno imminnto ex illis 10 liberae collationis per paroeciae erectionem beneficiis. Demnm aliud suboriri inconveniens arbitratur ex eo quod cum hodie duo tantnm legibus concursus subsint canonicatus, videlicet Theologalis ac Poenitentiarius, alter quoque hac lege insuper devinceretur, qui nempe esset in perpetuam paroeciam erigendus. Quae cum ita se habeant cantum communi jnre esse monet, ut Episcopus indigeat Capituli consensu in illis quae possnnt cedere in ejus praejndicium, *Reiffenst. in lib. 1. decret. de constit. § 4. n. 73.*, S. C. *in Amerinen. Fructus censuum 5. Apr. 1851* §: *Licet.*

*) Vd. *t. III. p. 981. f.*
**) Vd. *t. III. p. 385. n. 18.*

Idqne vel magis obtinere palam est, cnm grave intervenire solet ecclesiae negotium. Constat enim ex juris sanctione Praelatos in ardnis pleraque sine ejus consensu expedire non posse, inter quae recensentur et ea quae status ecclesiae mutationem important, *Vallen. in lib. 3. decret. tit. 10. de iis quae a Praelat. etc.* Compertum esse autem haud levem in ecclesia mntationem obtingere nbi perpetnus foret rector renunciandus qnippe Primiceriatus, cui ab immemorabili adhaeret curae animarum exercitium, illico evaderet: spogliato della sna essenziale attribnzione, non avendo fuori di essa, che alcnni disimpegni ai quali sono egualmeute chiamati tntti gli altri signori Canonici in ordine di anzianità tra i presenti.

Quibus postremo addendum, jura etiam episcopalia in perpetnando parochi muuere quodammodo laesa iri, ob libertatem, quae adimitur Ordiuario inposterum sno arbitratn eligendi atque amoveudi Vicarios.

In aliam tamen partem concedit Episcopus adstruens praeprimis perpetui parochi institutionem nou jnri modo sed etiam s. Congregationis praxi ac rerum adjunctis consentaneam esse. Ad illud autem quod spectat dissertissimam in medium profert Concilii Trid. dispositionem, qua localis Ordinarii judicio relinquitur, ut parochus aut saltem Vicarius perpetuus cnrae animarum praeficiatur, *sess. 7. cap. 7.* Hujnsmodi vero conciliaris dispositionis senteutiam eo vel maxime spectare, ut perpetui semper parochi deputatio fiat, declaratum refert *Card. de Luca disc. 9. annot. ad s. Concl. Trid.*, ibi: Concilii sensus clarius a Pii V. constitutionibus comprobatus est, ut perpetnus esse debeat, quatenus ille particularis extra gremium Capituli seu col-

legii deputari soleat; ubi vero de ipso Capitulo vel collegio, tunc destinetur canonicatus, cui fixa sit ista vicaria, ut praesertim super hujusmodi perpetuitatè per constitutionem Pii V. provisum est in capitulis ecclesiarum Urbis, quibus cura incumbit. Id quoque contrariorum ratione firmari nemo ibi inficias, qui paulisper animadvertat, electionem vicarii curati temporalis, cujus nomeu in ecclesia est exosum et munus merceuarium, dum potius propriam quam ecclesiae utilitatem exoptat ecclesiasticae disciplinae adversari, S. C. in *Andrien. 29. Aug. 1767* §: *Magisque.*

De praxi autem H. s. Congregationis testatur *Pignatell. t. 4. consult. 209. n. 1. et 2.*, ubi plures contigerit resolutiones, quas recenset *Aretin. Curae animar. die 8. Febr. 1659* ubi declaratur posse Episcopum curam animarum Capitulo Cathedralis incumbeutem alicui canonicali praebendae perpetuo unire vel vicariam perpetuam erigere. Et *Sarsanen. Visitationis die 24. Martii*, in qua jussit dari declarationem, et *Pisauren.*, in qua censuit quoad curam animarum Cathedralis non per amovibilem vicarium sed per certum rectorem regendam et administrandam esse vel perpetua vicaria erecta vel injuncto alicui canonicatui onere ipsius curae. Quibus etiam nuperrimae consonaut resolutiones potissimum ea lata in *Novarien. 5. Junii 1847* quin referat in aliquibus casibus etiam contrarium statutum fuisse; nam in illis haud occurrebant tot verum adjuncta, quot praesens ecclesiae Soranae status praeseferre videtur.

Re quidem vera posteaquam idem Episcopus numquam satis deplorandam lamentatus fuerit illius parocciae animarum ignorantiam in iis omnibus quae sunt necessaria necessitate medii ad salntem ostendit, nullam aliam patere sibi viam ad ea praepedienda mala, quam perpetuum rectorem constitnere, qui verus et non mercenarius existat suarum ovium pastor. Trium profecto dioecesium onere quo premitur ipsi vel impedimento esse, quominus per se civitati Soranae opem ferre valeat; nec aliunde per alios contraire tot tantisque posse se malis commemorat.

Hac itaque necessitate inspecta inficiandum haud esse se uti posse facultate a s. Trid. synodo sibi tributa, quae arbitrio Episcopi remittit reductionem vicariae temporalis in perpetuam, *s. Rota dec. 305. n. 15. part. 2. Recent.*, quacum profecto e diametro pugnare monet id omne quod ex adverso regeritur ad extolleudum amovibilitatis systema. Quin officiat contraria pacifica possessio vel quodcumque alind privilegium vel casus, iu quo non liceat perpetuare parochi officium, nam ut advertit *Barbosa de jur. eccl. lib. 3. cap. 6. n. 12. et sequ.*, in praedictis casibus, in quibus non est integrum Episcopo vicarium perpetuum in eo beneficio constituere, teneri curare, ut bene deserviatur beneficio, alias poterit eum vicarium perpetuum instituere quia privilegium ob ejus abusum amittitur.

Quam potestatem magis magisque vim suam exserere addit in casu ob unionem redditnum parocciae olim episcopali mensae factam, cum indubium sit beneficiis curatis unitis etiam quoad temporalia Ordinarium facere posse deserviri per vicarium perpetuum, *Garz. de benef. part. 11. cap. 2. n. 4.*

Nihili propterea faciendum esse Capituli dissensum, quippe qui in his animarum angustiis ubi fixo ac vero pastore opus est irrationabilis evadit omnino; neque esse attendendum utpote omni fundamento destitutum monet s. Congregatio in *Ariminen. Fruct. cens. 5. Apr. 1757* §: *Licet.* Idque eo vel magis, cum non multis abhinc annis eadem cognita necessitate ipsum Capitulum assensum ultro praebuerit. Imo etiam Capitulum consentire renuens unioni faciendae non modo compelli posse ad assensum justa et probata causa praestandum, *Ventrigl. prax. eccl. t. 2. annot. 8. § 2. n. 12.*, sed ipsum Episcopum illum supplere posse decisum fuit a s. C. in *Melevitana Erect. can. et cant. 11. Aug. 1753* §: *Contra.*

Potissimum in themate id obtinere posse submittit, ubi partialis tantum dissensus habetur.

Nullum at vero exinde inferri Capitulo praejudicium, cum certum sit, jus eidem nullum competere ad Primiceriatum obtinendum, quem semper ad sui nutum conferre consuevere Sorani Praesules; quin sibi imo omniuo liberum esse neminem ad hujusmodi munus nominare atque animarum curam per oeconomos extra Capitulum electos exercere ut ex *bulla Innoc. VII. 1413* patet et apud Canonicos in confesso est, addita etiam 50 anuorum consuetudine. Quod si parochialia qnaedam jura aut emolumenta Capitulum cedere deberet, id non sine gravi aequitatis

ac justitiae causa contiugeret; siquidem cum animarum salutis onus ab eo in novum parochum transferretur in hnuc etiam transire deberent jura ac emolumeuta; nam onus incumbit ei, qui percipit emolumenta parochialia, *Card. de Luca disc. 9. de parochis n. 59.*

Falsum vero esse monet spem adimi Canouicis secundae erectiouis fore ut assequi possint jure optionis canonicatus primae massae, imo ad canonicatnm etiam curatum eos transire posse indubinm est si idoneis qualitatibus polleant, quemadmodnm iusulsum esse dicit atque inopportunum jactatum Capituli studium, integra asservandi successoribus jura episcopalis sedis, cum nulla huic injuria coustitutione perpetui parochi inferatur, quin potius relevatur onus, quod Urbis Soranae Episcopis grave nimis accideret.

Deuique negat chori servitio aliquid detrimenti accedere quod nnus ex Canonicis maucipatus foret curae animarum tum quia eadem obtinet difficultas in retenta Primicerii qualitate, qui utpote vicarius amovibilis regulariter alium vicarium deputare nequit, *de Luca disc. 9. n. 16. annot. ad Concil. Trid.*, et quoad hoc falsum uarrare inquit Capitulares asserentes Primicerium ita posse conciliare l'exerzizio del choro col l'esercizio della cura, tum ex testimonio potissimum Canouici Lndovici Niger jam a die 8. Aprilis 1574 appareat, quod »Per essere la parrochia grande ed il popolo nnmeroso, il Primicerio, che è pro tempore . . . . non può atteudere ad altro che a questo, tum quia coustitutus verus parochus cogi etiam posset ad sibi adjungendos sacerdotes quot sunt necessarii ad curam animarum exerceudam, s. C. in *Tusculana 8. Junii 1765* §: *Clarissima*, quo casu dubio procul esse, quiu valeat cum animarum cura etiam chori servitium aliquatenus conciliare.

Ex hactenus disceptatis EE. VV. deprehendent, quid inde de statuendo vicario perpetuo seutiendum sit. Si affirmativo censuerint responso dimitteudam Episcopi petitionem, inquirendum superest de modo quo aptius opportuniusque id perfici valeat.

Recoleudum est etiam quod primum manifestaverat consilium in literis diei 10. Nov. 1841 id est unum aeque canonicatum constituendi in titulum paroeciae ea tamen lege: che a beneficiati di questa Cathedrale istessa, i quali hanno molta reudita coll'obbligo di leggere servizio, come avveuisse la vacanza, s'imponesse l'obbligazione di coadjuvare il parroco.

In hypothesi igitur, qua unus e canonicatibus addicendus sit perpetuae paroeciae, non erit abs re quaerere, num decimaudi jura ac caetera parochialia muuia qnae Capitulum gerere snevit iutegra necue inposterum retinere ipsum valeat. Ad decimas quod attinet, quamvis de jure communi iu iis habeat fundatam inteutionem rector vel is cui est beneficium unitum: in eisdem tamen pro sua tantum congrua portione assignata habet quoque vicarius perpetuus de jnre commuui fuudatam inteutionem, *Barbosa de jure eccl. lib. 3. cap. 6. n. 34.* Verum hoc non procedit, ubi per congruam dotatiouem satis fuerit parocho provisum, *Rota dec. 351. n. 4. part. 17. Recent.* De reliquo dubitari nequit quin decimae surgentes iu parochia alicujus Capituli, eidem Capitulo debeantur, etiamsi ex post facto aliquid alteri solvat, *dec. 652. n. 1. et 2. part. 3. recent.*, nam quasipossessio eas percipiendi sufficit ad iuducendam pro possessore juris assistentiam, *decis. 16. n. 17. part. 12. recent.*, benedictiones antem fontis baptismalis, ovorum et caetera hujusmodi, quamvis fieri debeant a parochis, uon esse tamen de juribus mere parochialibus decisum a s. Rit. Congr. decreto *Urbis et Orbis die 10. Sept. 1703* *) refert *Girald. in aposit. jur. pontif. p. 455. et 456. ad 6. dub.*, proinde miuime implicare videtur, si per capitulum ut antea absolvantur. Ceteroquin si ob curae ouus quod transfertur iu verum parochum aequum ceuseatur ut etiam supradicta jura ac emolumenta iu illum trausire debeaut, utpote quae dautur personae quae ipsam curam auimarum exercet, s. C. C. in *Urbevetana 10. Maji 1766* §: *Inquit.*, id sapientissimo EE. VV. judicio dijudicandum relinquitur.

Hic antem haud omittendum, quod jam in eadem causa per summaria precum **) 1842 iunuebatur, nempe ut cura auimarum uniri posset vacanti praebendae canouicali, quae 200 ducata reddit cuique stolae incerta accederent, qua re perspecta facilius datum erit diguoscere, utrum hujusmodi cougrua pro novo parocho justa censeri possit: alias providendum erit cum beneficiorum unione, decimarum ant primitiarum assignatione et

*) Vd. *Mühlbauer, Decreta auth. S. R. C. suppl. t. I. p. 818.*
**) Vd. *p. 526.*

commodiori alio quocunque modo ut s. C. in *Perusina Union. 17. Jun. 1786* §: *Parochus.*

Hisce positis nil est reliqui nisi ut EE. VV. ea qua pollent sapientia diluere dignentur

D u b i a:

I. *An sit servanda in curae animarum exercitio amovibilitas seu potius sit locus erectioni parochi perpetui in casu?*

Et quatenus negative ad I. partem, affirmative ad II.,

II. *An et quomodo congrua parochialis sit constituenda in casu?*

III. *An et quae jura ac emolumenta sint Capitulo servanda in casu?*

IV. *An futuris beneficiatis Cathedralis imponendum sit onus coadjuvandi parochum seu potius providendum sit per oeconomum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Ad II.: Affirmative assignata una ex praebendis canonicalibus vacantibus.

Ad III.: Affirmative in omnibus ad formam consuetudinis.

Ad IV.: Negative ad I. partem, affirmative ad II. assignata congrua oeconomis dari huensque solita.

Die 3. Julii 1852.

II. Quae?

Burgi.

Ecclesia quae martyri Laureutio sacra in Castro cui nomen Monticelli d'Orgiua olim Cremonensis uunc Burgi s. Domiui dioecesis ope et munificentia Caroli Pallavicini Episcopi Laudeusis ac ejusdem Castri Comitis extructa atque dotata fuit ad collegialem honorem fuit evecta a fel. rec. Paulo II. editis apostolicis literis die 6. Febr. 1470. Harum vigore una Dignitas Praepositura nuncupata, 4 Canonicatus ac 2 beneficia inibi iustituta fueruut, eidem Episcopo ac ejus in Castri temporali dominio successoribus reservato jurepatronatus; unicuique autem peculiaris praebenda assignata fuit necnon communis distributiouum massa constituta. Iusuper uonuullis paroeciis extiuctis eamdem ecclesiam Poutifex parochialem qnoque declaravit voluitque, ut earum bona huic perpetuo unirentur ac animarum cura Praepositurae immineret per Praepositum ipsum exercenda.

Subinde cum capitulares constitutiones couditae fnissent, illud pro diligeutiori ecclesiae servitio statuere opportuuum visum fuit, ut praebeudarum distiuctione sublata ex redditibus omnibus commuuis conficeretur massa distribueuda inter Praepositum et Canonicos servieutes eidem ecclesiae et divinis officiis, missae conventuali et horis canonicis interessentes, eo tamen, quod Praepositus (ita in illis prosequitur) sicut praerogativa gaudet dignitatis ita et stipendio decoretur dnplicato, et qui in omnibus distributionibus horarum omnium praedictarum et divinorum officiorum cum eis interfuerit duplicatam habeat portionem, sicut et duplicem habere volnmus vocem, item et dnplicata dictae ecclesiae onera subire teneatur. uecnon et illud cautum, ut distributiones, praesertim quoad redditnum partitiouem, ipsomet Episcopo fundatore supplicaute approbatae fuerunt a san. mem. Sixto IV. datis apostolicis literis 1481, in quibus illud quoque concessum fuit, ut beneficiatorum praebendae in canonicales converterentur.

Tandem aliae accesserunt bullares literae ab imm. mem. Pio VI. die 23. Januarii 1780 signatae, quibus Pontifex Episcopi ac Ferdiuandi Hispauiarum Regis Infantis ad quem patronatus tunc pertiuebat annuens votis Praepositurae ac canonicatnum pingues redditus dismembravit aliosque 4 canouicatus ac 2 beneficia erexit, ut ita decentiori chorali servitio consultum foret: et quamvis Pontifex ille sartam tectam voluerit antiquam proventuum partitionem, Antistiti tamen praecepit, ut pro Praepositura, canonicatibus ac beneficiis anuuum fructum certum et a distribntiouibus aliisque emolumeutis discretum constitueret: quod reapse episcopali decreto exequtioni commissum fuit, adsignatis Praepositurae ac cuilibet canonicatui scutatis 20 ac 10 beneficiatis; at constat, hujusmodi separatam solutionem a Capitulo nuuquam ad praxim deductam esse.

Jam vero cum paucis abhinc annis Antistes (modo vita functus) illo in oppido sacram obiret visitatiouem, incongruum ei visum est, Praeposito, cui etiam paroeciale miuisterium incumbit, nullos certos redditus assignatos esse, sed integram ejus praebendam quotidiauis distributionibus efformari; cum enim nounisi ratione praestiti choralis servitii has Praepositus luerari queat, illud seqni animadvertit, ipsum, ubi e choro abesse contiugat, etiam paroecialia munera expleudi causa,*) omui prorsus emolumento destitutum iri; necuou et aliud seqni, nulla media suppetere, quibus stipendium persolvi valeat oecouomo animarum curam exercenti, dum Praepositura suo rectore videatur. Ad haec itaque incommoda avertenda idem Antistes, habito consensu a serenissima Parmensi Archiducissa, quae Collegiatae patronatu impraeseutiarum gaudet, ss. Principem adprecatus est.

Precibus ad hunc s. Ordiuem a ss. Principe remissis cum facultatibns necessariis et opportunis etiam super aperitione oris arbitrio quoad snperius memoratas apostolicas literas, de more requisitus fuit Antistes, ut de annuo redditu, tum canonicatnum tum Praepositurae, de qualitate choralis servitii et quomodo provisum fuerit quoad praeteritum cnrae animarum in casu vacationis Praepositurae, s. Cougregatiouem instructam redderet. Haec ille notatu digna in supplici libello jam expositis addidit:

»Iupraesens uniuscujusque Canonici annua rata fixa et depnrata, non comprehensis qnorumdam generum emolumentis ex locatione fuudorum titulo appendicum cuilibet obvenientibus et ad valorem 26 scut. rom. 18 obulorum taxatis, est scutat. rom. 181. obulor. 82; Praepositi autem in duplum elevata 363 scutat. et 64 obulor., uou computato supra memorato appendicum emolnmento, quod ipse pariter in duplo percipit. Indicatae vero ratae tnm Canonicorum tum Praepositi (excluso appendicum emolumento) pro conditione cujuslibet praesentiae vel absentiae crescnnt aut decrescunt. Onera, cujnscnmque natnrae sint, impensis massae communis expediuntur.«

»Praepositus praeter obligationem choro missaeque conventuali quotidie assistendi ac illam diebus snae hebdomadae more reliquorum Canouicorum decantandi, pro qualitate parochi tenetur confessiones fidelium audire, diebus festis missam pro populo applicare, concionem habere, doctrinam christianam explanare caeteraque munia parochialia obire, dnobus capellanis cnratis eumdem adjuvantibus, qniu tamen Praeposito titulo stolae etc. quidpiam obveniat, cujus emolumenta ab immemorabili ad capellanos curatos devolnta sunt.«

*) *t. III. p. 975. e; 981 f; 1025. p.*

»Integrum servitinm chorale*) consistit in quotidiana missae conventualis decantatione, horarum matutinarum et vespertinarum officiique defunctorum, officii parvi B. M. V. necuon psalmorum gradualium et poeuitentialium statis temporibus recitatione.«

»Prout ad praesens ita etiam quoad praeteritum cura animarum in casu vacationis Praepositurae exercebatur per oeconomnm absque ullo emolumento, eo cum discrimine, quod autea existente copia sacerdotum brevissimo intervallo Praepositnram vacavisse constet, quatenus videlicet plurimi ad illam consequendam certatim concurrerint facileque fuerit Episcopo, ipsum statim magis idoneo sacerdote providere; nunc vero summa hic regionis ad insigniores parochias aptorum sacerdotum dominante penuria non solnm nemo concurrere velit, sed etiam ii pauci, quibus Episcopns, cognita ipsorum capacitate, hanc offert dignitatem, eamdem acceptare detrecteut. »Haec habuit praedecessor Antistes: suas in id preces etiam hodiernus Episcopus instaurat.

Quod parochis congruum pro eorum substentatione emolumentum adsignandnm sit, passim in jure canonico praecipitur, ceu patet ex *cap. de Monachis 12., cap. Cum secundum 16., cap. Extirpandae* §: *Qui vero de praebend.*, et maxime ex *Concil. Trid. sess. 7. cap. 5. et 7.* et *sess. 21. cap. 4. de ref.* et ex *constit. s. Pii V. Ad exequendum*, ne alias ipsi ad quaereudum sibi victum occupati animarum curam negligant vel ob nimiam egestatem indecentia committant et parochiauis ludibrio siut, uti ponderat *Lotter de re benef. lib. 2. quaest. 12. n. 20.* et *Rota dec. 480. n. 1. part. 1. rec.*; illudque in re certa constitnendum esse ad Concilium Trid. *sess. 7. cap. 7.* docet *Giraldi in append. 11. ad Barbos. de offic. et potest. paroch. cap. 115. n. 32.* Quamobrem legitima videtur Autistitis petitio. Nullus enim Praeposito proventus pro paroecialis miuisterii exercitio constitutns est, sed integra, qnam possidet, praebenda pro chorali servitio explendo adsignata est, ceu eruitur ex superius exscriptis constitutionum verbis.

Neqne hi redditus paroecialis congruae vices supplere posse videntur. Cum enim eos Praepositus ratione choralis servitii percipiat, ita ut amittat, si divinis officiis uon intersit, ii potius tamquam merces et pre-

*) Vd. *t. III. p. 379. c.*

tium laboris debiti censendi sunt: at hujus generis redditus in parochi congruam imputandos non esse firmavit *Rota in dec. 347. n. 7. et 8.* et *dec. 392. n. 9. part. 13. rec.*, quamvis in citata Piana constitutione statutum sit, computanda etiam incerta emolumenta; quia explicant DD., Pontificem de illis tantum intellexisse quae incerta sunt quoad quantitatem, uti sunt decimae, non autem quae incerta sunt etiam quoad perceptionem.

Petitioni quoque suffragari possent quae in suis literis subdebat Antistes: Nisi parochiae Monticellorum in perpetuum istiusmodi accedat provisio et non obstante, quod ego omnem curam atque sollicitudinem in reperiendo digniori sacerdote, qui istam acceptet dignitatem, impendam (et sane nonnullos eam jam repudiasse superius enarraverat), ipsam non solum longo tempore, non absque gravi parochianorum praejndicio, vacaturam praevideo; sed firmiter etiam teneo, inposterum occasione ejusmodi vacationis duplicis ordinis oborituras esse incongruentias unam circa successorem, ardua enim et difficilis res est, talem semper invenire virum ecclesiasticum, qui triplex onus, Praepositi, parochi et Vicarii foranei absque ullo liberi redditus emolumento in se assumat; alteram circa oeconomum in spiritualibus: non minoris enim erit difficultatis et laboris quemquam reperire, qui absque mercede vices parochi suppleat substineatque, ut Capitulum ad meam insinuationem hodierno oeconomo tenue quoddam retribuat honorarium.

Verumtamen ex adverso nullam subesse causam, cur pro statuenda favore Praepositi paroeciali congrua ad expetitum ab Antistite remedium recurrendum sit, suadere possunt, quae sequuntur. Primo quidem ex Episcopi relatione eruitur, Praeposito, praeter redditus distributionibus deputatos, obvenire quoddam emolumentum, titulo appendicum nuncupatum, quod absque ullo respectu ad choro interessentiam a Capitularibus percipitnr, quodque duplex a Praeposito perceptnm summam scut. 52. 36. conficit. Hinc est, quod idemmet Praepositus ratione sui beneficii certum consequitur proventum, et quidem in ea quantitate, quae legitimam congruam constituere valet ad tramites Pianae constitutionis, quae eam non minorem scutatorum 50 definivit. Quod magis asserendnm, si alia scutata 20 adderentur, quae ipse annuatim recipere deberet vi superius relatae dispositionis literarum apostolicarum s. m. Pii VI., cujus exequutio hactenus neglecta utrum omnino praecipienda sit, videant EE. VV.

Insuper nec illi redditus, qui distributionibus choralibus addicti snnt, ullam pati queunt imminutionem, etsi Praepositus a choro abesse paroeciale miuisterium adimplendi causa necesse habeat. Etsi enim Trid. synodus nonnisi vere praesentibus in choro distributiones quotidianas tribnendas statuerit, nihilominus s. Congregatio ejus canonum interpres saepius definiit, eum, qui curam animarum alicui ecclesiae vel Dignitati aut canonicatui imminentem exercet, tempore quo munia exequitur parochialia, etiamsi divinis officiis non intersit, distributiones lucrari quotidianas, ea potissimum ex ratione, ne illarum intuitu, si absens privaretur, oves sibi creditas contemneret, ceu patet ex multis resolutionibus, qnas refert Benedictus XIV. in Inst. 107. et ex nuperrima *Augustana Distributionum 14. Dec. 1744.* Quapropter differentes DD. utrum distributiones in congruam imputandae sint vigore citatae Pianae constitutionis, quae eam taxandam esse jnbet: Computatis omnibus etiam incertis emolumentis et aliis obventionibus communiter percipi solitis — hanc adhibent distinctionem, nimirum aut participatio distribntionum oritur ratione choralis servitii absque alio onere celebrationis missarum privatarum pro anniversariis ac aliis piis legatis, et tunc imputandae sunt, quia servitinm parochiae succedit loco servitii in choro ita ut praesentia et interessentia ficta sufficiat ad eas lucrandas, aut vero participatio distribntionnm oritur etiam ex adjuncto onere missarum privatarum et tunc computandae non sunt, quia in istis requiritur praesentia vera et actuale servitium nec suffragatur fictnm adimplementum, sicut sat est pro interessentia in choro, *Card. de Luca de paroch. dis. 10. n. 7. et 8.*, *Piton. discept. eccles. dis. 46. n. 9.*, *Rota dec. 392. n. 10. et seqq. part. 13. rec.* Et haec eadem s. Congregatio distributiones quotidianas in congruam imputari*) resolvit in una *Acernen. 14. Nov. 1690* et in *Isernen. 20. Apr. 1697.* Porro distribntiones, quae in Monticellorum Collegiata constitutae snnt, ejus generis esse, ut ab eis qui legitime a choro absunt percipi queant, patet ex notatis in facti narratione; hinc mirum videtur, eas Praeposito paroeciali officio incumbenti adimi; num vero hujusmodi usus s. Ordinis resolutionibus adversus et qui caeteroquin in animarum curae detrimentum cedere potest, laudabilis sit, EE. VV. sapientia dijudicet.

*) Vd. *p. 548. n. 7.*

Tandem jam 4 fere saecula effluxere a Collegiatae erectione, quin Praepositi quoad constat conquesti fuerint de congrua haud sufficienti sibi ab initio assignata. Hoc enim in casu locum non habere augmentum congruae,*) tradit *Ferraris in Bibl. can.* verbo: *Congrua art. 2. n. 26.* et firmavit *s. Rota dec. 48. n. 11. et seqq. part. 13., dec. 218. n. 10. part. 18. tom. 1., dec. 329. n. 1. p. 2. rec.*

Quoad stipendinm vero oeconomo persolvendum tempore qno vacat Praepositura perpendendum occurrit, ipsum praestari posse e redditibus, quos invariabiles Praeposito obvenire snperius adnotatum est; insuper qavis in hypothesi a Canonicis suppeditandum esse, tum quia ipsi tunc consequuntur distributiones quas Praepositus lucraret cum aequum sit, ut qui commodum sentit et onus subeat, tum quia mensae capitulari unita fuere bona, quae ad extinctas paroecias pertinebant, tum quia demum fortasse apnd ipsum Capitulum habitualis cura existit; quandoqnidem ex juris dispositione, cum Collegiata est etiam parochialis, animarum cura inesse dicitnr penes Capitulum seu collegium, actu vero in persona, quae illius exercitio praeficitur, ceu post *cap.: Archipresbyter* et *cap.: Officium* et ibi *glos. de offic. Archiep.*, *Pignatell. consul. 150. n. 2. t. 9.*, *Rota dec. 461. n. 2. cor. Molines* tradit *Reclusius de re part. q. 1. tit. 5. n. 26. et seqq.*

Proponitur

D u b i u m:

I. *An et quomodo annuendum sit precibus Episcopi oratoris in casu?*

S. C. resp.:

Negative et ad mentem. Mens est, ut Episcopus curet exequtionem literarum apostolicarum s. m. Pii VI. diei 23. Januarii 1780 ac subsequuti decreti exsequutorialis Episcopi qnoad assignationem certae praebendae singulis Capitnlaribus necnon servari resolutiones s. Congregationis quoad distributiones lucrandas a Praeposito dum vacat a chori servitio pro exercitio curae animarum et tandem in casu vacationis praepositurae oeconomo stipendium persolvi e redditibus certis ejusdem Praepositurae et si quid defecerit suppleri ex massa capitulari.

Die 24. Jan. et 14. Febr. 1846.

*) Vd. *p. 552. n. 9.*

11) Parochi Praepositi Collegiatae.

(Conc. Trid. c. 13. sess. 24.; c. 1. sess. 23.; c. 3. sess. 21. de reform.)

Ad dub. 1: An ex redditibus et proventibus Collegiatae Matricis ecclesiae s. Georgii oppidi Modicae imprimis et ante omnia extrahenda sit et consignanda Praeposito Congrua ratione curae animarum et in qua summa?

2. An ultra congruam ratione curae animarum eidem Praeposito spectent et veniant consignandi fructus praebendae ratione praepositurae et in qua quota seu quantitate?

S. C. C. resp.

Ad 1: *Negative.*

Ad 2: *Negative.*

Die 2. Julii 1707.

Non acquiescente Praeposito sed protrahente causae propositionem ex parte Canonicorum iterum proponitur dubium:

An et in quibus sit standum vel recedendum a decisis sub die 2. Julii 1707?

S. C. C. resp.:

In Decisis.

Die 14. Jan. 1708.

12) Parochi senilis.

Ferentina.

Vd. p. 546. n. 4.

Parochus in aetate annorum 70 constitntus ac podagrae doloribus vexatus ea indiget vitae exhibitione, quae communem excedit vitae alimoniam ad tradita per *Rot. decis. 374. n. 2. part. 18. Recent. decis. 342. n. 1. cor. Emerix* et *s. Congregatio in Sabinen. Congruae 27. Junii 1807.*

Die 17. Junii 1826.

13) In re certa constituenda.

Vd. p. 597. § *Quod.*

Decentis et honestae congruae necessitatem parocho bene perpendentes Tridentini Patres septies ut monet *Barbosa lib. 7. juris eccl. cap. 6. num. 4.* hnjnsce congruae mentionem fecerunt et ut certius et securius de

honesta sustentatione provideretur mandarunt *sess. 7. cap. 7. de ref.*, ut, si fieri posset, in *re certa portio**) *congrua parochis assignaretur*, cujus taxatio, cum olim tota penderet ab Episcopi arbitrio,**) qui, personae conditione, loci, situs, ecclesiae redditibus, regionis consuetudine consideratis eam taxabat. Postea vero constitutione s. Pontificis Pii V. *Ad exequendam* Episcopi potestas limitata est et portio assignanda non debet esse major 100 nec 50 minor. Imo constans hujus s. Congregationis praxis est, ut quantum fieri possit 100 sint pro rectore, quod statutum fuit in Civitatis Castellanae 24. Nov. elapsi anni ad II. dubium.

Die 27. Apr. 1822.

14) Vicarii.

Vd. *Congrua Paroch.* (quantitas p. 586.)

a) Augmentum non concess.

Vd. p. 567. c.

Romana.

Parochialis ecclesia s. Salvatoris in Campo quae in Urbe est pertinebat olim ad monasterium s. Salvatoris Majoris, quo suppresso nunc ad abbatiam Farfensem pertinet. Regitur actualis cura animarum a vicario perpetuo cujus congrua constituta fuit in scutis 60 a s. m. Urbano VIII. per Breve *diei 12. Sept. 1629: Singulari diligentia.* Nam ibi § 1. ita legitur: »*A monasteriis ss. Salvatoris necnon singulis prioratibus tot eorum bona stabilia, ex quibus redditus et proventus annuus 60 scutorum monetae pro unoquoque vicario commode percipi possit, perpetuo dismembramus ac separamus eaque sic dismembrata et separata cuilibet eorum dote, ac illa pro congrua et competenti cuilibet eorum dote, ac illa pro tempore obtinentium substentatione etiam ultra incerta emolumenta e curae animarum exercitio provenientia perpetuo applicamus et appropriamus.* Praeterea jussit: »*Certam alioquin sufficientem portionem a commendatario pro tempore taxari et pro cultu uniuscujusque ecclesiae et fabricae conservatione et pro adimplendis oneribus cuilibet dictarum ecclesiarum incumbentibus taxari et manutentione sacerdotum etc. applicari mandamus.*

Nulla tamen bona in hac causa applicata fuere paroeciae ss. Salvatoris in Campo. Nam modernus ejus vicarius sacerdos Angelus Fiordeponti, qui a quadriennio paroeciam hanc tenet, ab Abbate percipit nomine congruae scut. 8 et obolos 30 in singulos menses sive scuta 99. 60. quotannis et praeterea ei suppeditat Abbas scuta annua 18 pro capellano et scuta 20 pro expensis *expositionis ss. Sacramenti per 40* horas. Nihilominus vicarius Fiordeponti se adeo gravatum affirmat expensis pro manutentione ecclesiae, utensilium atque pro peragendis s. functionibus, ut propterea postulet augmentum congruae a tempore, quo ipse paroeciam nactus est. Emus Urbis vicarius, qui fuit de sua sententia rogatus audito Ordinario Farfensi et parocho oratore, quorum jura in scriptis deducta remisit, haec ait: Ex Brevi Urbani VIII. *erui mihi videtur non congruam scutorum 100 sed scutorum tantum 60 parocho oratori deberi verumtamen illam una cum incertis emolumentis non alio spectare quam ad alimenta parochi, atque ad onera eidem qua parocho incumbentia, caetera vero ad Abbatem pertinere. Non difiteor Abbatem multa largitum fuisse ac largitus est ultro, quae imposterum, si nulla obligatio eidem incumbere dicatur, pro libito negare poterit. Videtur itaque pro s. Congregationis arbitrio statuendum esse, quae Abbas ultra congruam scut. 60 praestare debeat. At punctim, quia congrua large inferior est illa, quae jure statuitur, emolumenta vero, quae incerta et eventualia dicuntur, (cum fons baptismatis desit, populus autem miserae conditionis sit) vix annua reddant scuta 75, ut populus affirmat et verosimile videtur, censerem equidem non alia onera eidem reservanda esse quam missarum pro populo ac Sacramentorum administrationem. In eo tamen dubius haererem utrum stipendio coadjutoris parochi, vulgo Sottocurato, quo pro animarum numero uti cogitur, aere proprio satisfacere debeat. Est enim quidem onus, quod ad curam animarum pertinet, est tamen ejusmodi, ut si parochus aere proprio eidem satisfacere debeat, vix reliquum erit, quod ejus alimentis sufficiat. Nec vero praetereundum est, quod affirmante parocho Abbas annuatim scuta 18 persolverit pro coadjutoris parochi stipendio, quae caeteroquin satis non sunt.*

His acceptis rescriptum fuit die 27. Junii 1807: »*Doceat orator de annuis incertis per notulam juratam perceptis a die captae possessionis ad annum currentem.* Cum parochus Fiordeponti nullam retinuerit notulam

*) Cf. *t. II. p. 1089. XI.*

**) Vd. *p. 546. n. 5.*

incertorum, quae ipse revera percepit, tum exhibet fidem trium parochorum Urbis.

Abbas commendatarius in suis scriptis negat ullum fieri debere augmentum congruae. Nam ex Brevi Urbani VIII constituta est in annuis scutis 60 una cum incertis et abhinc semper parochi hanc congruam perceperunt, et ipse parochus Fiordeponti paraeciam cum hac congrua acceptavit. Maxime cum parochus habeat unde ex hac congrua vivat. Nam percipit ab Abbate annua scuta 99 60 in causam congruae: scuta 20 pro expensis *expositionis ss. Sacramenti ad 40 horas: scuta 70 ex incertis.* Quare habet annua scuta 207 unde et suae sustentationi et expensis pro ecclesia consulere potest. Incerta vero in congruam imputanda*) esse contendit Abbas Commendatarius, cum Urbanus VIII. annua scuta 60 in causam congruae applicavit *ultra incerta emolumenta ex curae et animarum exercitio provenientia.* Quoad expensas vero ait se teneri ad eas quae ad reparationem et conservationem ecclesiae, non vero ad alias, quae fieri debent pro administratione Sacramentorum, pro conservandis et expoliendis s. utensilibus. Eas vero se fecisse probat ex notula exhibita, ex qua constat impendisse scuta 366. 96. non in reparationem tantum ecclesiae, sed etiam in conficienda s. utensilia. Tandem negat se teneri ad solvendum stipendium coadjutoris. Neque enim in Brevi Urbani VIII. neque in relatione abbatiae Farfensis facta a cl. me. Cardinali Barberini ullus assignatur coadjutor paraeciae ss. Salvatoris in Campo, neque parochi antecessores umquam coadjutorem retinuerunt. Quare si ipse, quamquam non obligatus scuta annua 18 in hanc causam tribuit, non potest quidem cogi ad stipendium in majori summa rependendum.

Parochus vero Fiordeponte in impresso memoriali EE. distribuendo putat, quominus congruae augmentum consequatur, nihil sibi obesse vel Breve Urbani VIII. vel subsequutum silentium parochorum vel sua acceptatio. Etenim si congrua talis nunc sit ut ex ea vivere non possit profecto angenda erit, licet in minori summa constituta sit in primaeva fundatione. Si conferantur tempora negat nunc satis esse, quae duobus abhinc saeculis ad sustentationem sufficiebant. Hinc silentium antecessorum parochorum, quia eis sufficiens erat congrua scut. 60 et habebant unde supplerent caeteris expensis. Nam intra hujus paraeciae ambitum extat Mons pietatis, qui alias et sacra supellectilia parocho donabat et caeream pro deferendo viatico et alias etiam largitiones, a quibus cessavit post superventas calamitates. Tandem ipse acceptavit paraeciam cum pntasset posse onera supportare, proptereaque ea acceptatio non infert conditionem, ut non possit augmentum petere, si res in eum statum adducta sit, quo ipse vivere non possit. Quare ejus acceptatio vitiatur, quemadmodum omnes conditiones quae a jure improbantur *ex text. in leg. Non dubitamus ff. ad Legem Falcidiam.*

Porro demonstrare satagit se ex praesenti congrua vivere non posse. Quamquam enim *in Brevi Urbani VIII.* imputentur in congruam incerta emolumenta, attamen hoc interpretandum videtur ad juris praescriptum, scilicet, ut imputentur, quae certa sunt ratione, ut ajunt *substantiae*, non *quantitatis*, quemadmodum sunt decimae, quae certe exiguntur, licet incerta sit quantitas. Secus vero, quae incerta sunt etiam ratione substantiae, cum oblationes pro funeribus et matrimoniis ab eventu pendent, ut tradunt *Pignatell. Consult. 167. n. 8. t. 6., Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 2., Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 3. tit. 3. n. 6., Rota in Asculana Augmenti Congruae 28. Aprilis 1755 § 7. et 9. cor. clar. me. Cardinali Elephantutio* et s. Congregatio incerta hujusmodi non esse imputanda in Congruam definivit *in Isernien.* diei 20. Aprilis 1697.

Caeterum imputatis etiam incertis negat parochus se habere unde vivere possit. Nam expensae, quas facere debet, ita congruam minuunt, ut ei non restat quantum necesse est ad parce vivendum. Siquidem exhibet notulam expensarum, quas annuatim facere debet in scutis 181, a qua tamen demenda est partita scutorum 13 pro missis pro populo, quae congruam non minuunt, cum ratione muneris a parocho sint celebrandae. Hanc notulam ad sc. 168 reductam plures Urbis seniores parochi aliique qui sacrariis ecclesiarum praesunt, plene probant atque moderatam sua experientia in qualibet parte statuunt. Demptis igitur scutis 168 ex scutis 207 60, quae juxta calculum Abbatis ipse percipit, ei pro victu residua essent scuta 39 60. Hinc concludit, quod aut expensae hujusmodi faciendae sint ab Abbate ex Brevi Urbani VIII., in quo adscribuntur Abbati expensae *pro cultu unius cujusque*

*) Vd. *p. 585. g.*

ecclesiae et fabricae conservatione et pro adimplendis oneribus cuilibet dictarum ecclesiarum incumbentibus; aut si a parocho faciendae sunt, cum congruam minuant, eidem augmentum congruae denegari non possit. Cum vero a quadriennio, quo paraeciam retinet, has fecerit expensas, quas Abbas subire tenebatur, proinde, cum eas actione utili negociorum gestorum repetere posset, postulat, ut augumentum congruae debitum esse decernatur a die,*) quo paraeciam consequutus est.

Dubium proponitur:

An et a quo tempore sit locus augmento congruae in casu?

S. C. resp.:

Negative firma remanente solutione scutor. 99 60 et incertorum perceptione favore parochi, quo vero ad expensas teneri Abbatem Commendatarium juxta notulam liquidandam ab Urbis Vicario ad formam Brevis Urbani VIII.

Die 19. Decbr. 1807.

b) Cathedralis.

(Augmentum non concessum.)

Vd. *Cur. animar.* (exercenda a Cathedral.); p. 604. d; 591. n. 10.

Perusina.

Capitulum Cathedralis Perusinae olim constabat ex 24 Canonicis regularibus ordiuis s. Augustini quorum 12 qui intrinseci appellabantur, ut intra ipsam ecclesiam munia exercebant, 12 reliqui dicti extriuseci urbanas ad rurales paroecias curabant. Suppressi postmodum fuere ex constitutione Julii II. *In eminenti* diei 23. Aprilis 1512., in eorumque locum suffecti 16 Canonici saeculares cum Archipresbytero, quibus injunctum fuit onus regendi *parochiales per Canonicos extrinsecos teneri solitas ac illarum onera per vicarios amovibiles supportandi.* Inter has paraecias unitas Capitulo illa fuit *s. Martini in Campo*, quae est in agro Perusino, quaeque administrata fuit semper a capitulo per vicarium amovibilem. Hoc munus in dicta paroecia exercet ab anno 1749 sacerdos Felix Vignoli a Capitulo probante Episcopo deputatus qui titulo patrimonii ss. ordiues suscepit. Quamquam vero idem Vignoli obtinuisset 1750. per concursum alteram plebaniam *s. Bartholomaei Rigonis*, cujus redditus pertingebat ad annua ducata 60 aurei de camera, maluit tamen retinere illam s. Martini resignavitque in manibus Episcopi alteram s. Bartholomaei, eam iu resignatione intersecens causam, *cum habeam aliunde, unde vivere possim et commode substentari.* Dum hanc curam retinebat 1762. provisus est autoritate apostolica de tribus beneficiis, qui in totum reddunt ducata 32. Sed in s. visitationibus factis 1771. et 1772. ab Episcopo Amadei et 1800. et 1802. a moderno vigilautissimo Antistite exploratum fuit Vignolum licet monitum applicationem missae pro populo omisisse sub obtentu deficientiae congruae.

Qua ex re sacerdos Vignoli preces s. Congregationi misit ut adversus Capitulum Cathedralis obtineret augmentum suae congruae. Quae preces remissa fuere Episcopo ex rescripto diei 17. Decb. 1803 *pro informatione et voto, audito Capitulo eidemque praefixo termino ad deducendum jura sua in s. Congregatione et firma interim remanente applicatione per oratorem missae pro populo, referat an ad Capitulum spectet habitualis cura animarum, de legitima bonorum paraeciae unione favore Capituli et de congrua necessaria.* Ex remissa informatione constat quod plebanus *nullam habet impensam pro manutentione ecclesiae et domus parochialis, annui redditus paraeciae in decimis et quarteriis consistentes eruuntur ex 4 libris visitationum ab anno 1764 ad haec usque tempora peractarum ab Episcopo Antecessore meo et a me et ascendunt ad annua scuta 46 ultra bina terrae petiola, quae obsignata in Castrato nomine Cathedralis libere fruuntur a vicario ipsius paraeciae. Quamquam orator Vignoli de anno 1762., dum actu vicarius s. Martini in Campo quatuor praenarrata beneficia obtinuit, asseruit in Dataria apostolica, quod annui redditus suae parociae unacum incertis 60 ducatorum aurei de camera valorem annuum non excederent.*

His acceptis injunctum fuit oratori per rescriptum diei 14. Aprilis 1804: *Exhibeatur in forma authentica status activus et passivus comprehensis incertis.* Folium exhibitum hinc est, in quo describitur status activus in annuis scutis 49 10 et passivus in scutis 177 cujus partitae omnes respiciunt id quod plebanus pro alimentis impendit. Proponitur nunc causa in conflictu cum Capitulo et utrinque impressae distribuuntur allegationes. Sponsio facta est sub infrascripta dubii formula, quae praesefert 4 controversias.

*) Vd. *p. 587. i.*

Praecipua quaestio est, utrum congrua plebani augenda sit a Capitulo, cujus massae bona paraeciae unita fuere. Affirmat Presbyter Vignoli, quia congrua talis esse debet qualis sufficiat parocho pro substentatione, ut tradit *Rota decis. 1. part. 19. recen. n. 4. et 5.* Nam Tridentinum *sess. 7. cap. 7. de ref.* et constitutio Benedicti XIV. *Cum semper**) permittit arbitrio Episcoporum,**) ut pro obvenientibus circumstantiis congruam augeant. Sibi autem suppetere uegat quantum necesse foret. Ex decimis et quarteriis congruam habet, quae certe ob difficultatem exactionis non pertingit ad annua scuta 100 ut testimouio vicinorum parochorum probare studet.

Capitulum vero hoc primum statuit, quod agatur de congrua jam constituta, quae minor scutis 100 esse potest si satis sit ut parochus ex ea vivat, ut tradit *Rota in Burgen. Supplementi congruae 18. Aprilis 1755.* § *4. cor. Figueroa* et s. Congregatio *in Monopolitana Congruae 28. Sept. 1736., in Baren. Congruae et expensarum 9. Febr. 1740., in Montis Alti Congruae 1756.* Profecto ipsum parochum declarasse contendit, quod congrua satis sit, ut vivere possit. Nam resignavit alteram paraeciam s. Bartholomaei, quae uberiores dabat fructus; numquam ipse a 50 annis, quibus curam exercet, reclamavit nec ejus antecessores. Praeterea ex calculo ab ipso exhibito redditus certi paraeciae ascendunt ad scuta 49 et longe superant scuta 50 si computentur incerta, quae occasione sacramentorum semper reapse percepit parochus quaeque iu congruam imputari debent, *Card. de Luc. de parochiis disc. 18. n. 12., Piton. discept. ecclesiastic. 46. n. 10.* Haec vero congrua scutorum 50 idonea habetur ex constitutione Benedictina *Cum pervenit* quae locum tantum habet, vel si omnino non vel si non integra assignata sit congrua vel si insufficiens postea reputetur. Quae omnia procul abesse Capitulum contendit.

Quandoquidem EE. PP. congruam augendam ceuseaut tum tres aliae succedunt quaestiones, scilicet *in qua summa, quomodo et a quo tempore.* Nam Vignolus contendit sibi necessaria esse scuta annua 177, eaque in bouis vel pecunia a Capitulo praestanda pro toto tempore, quo curam exercuit. Contra Capitulum contendit, quod congrua solum necessaria sit parocho pro suis alimentis, cum caeteras expensas pro ecclesiae aediumque parochialium manutentione faciat Capitulum. Gravis autem haec impensa scutorum 177 pro victu parochi videtur. Nam alii parochi minori summa scutorum 50 vivunt et ipse hactenus vixit, ut proinde immerito repeteret summam pro tempore praeterito ultra motam litem.

Dubium sequitur:

An et in qua summa et quomodo et a quo tempore sit locus augmento congruae in casu?

S. C. resp.: Negative iu omnibus.

Die 16. Febr. 1805.

c) Ecclesiae cum Monasteriis Monial. unitae.

Vd. *Vicar. perpet. et tempor.; Eccles. paroch.* (unio cum monaster.)

(Reductio.)

Conimbricen.

Exponentes abbatissa et moniales monasterii s. Clarae extra moenia civitatis Conimbricensis unitas jampridem fuisse eidem monasterio binas parochiales ecclesias una cum omnibus earum fructibus et juribus, alteram scilicet s. Petri de Govvea a ss. Pontifice Joanne XXII. et alteram s. Mariae de Pena Cova a Bouifacio IX., ut ejus inopiae ac paupertati ex redditibus, qui, praestita congrua vicariis ad dd. parochiales deputandis, superesseut, aliqua ratione consuleretur, redditus vero earumdem parochialium ita uuitarum, post constitutam singulis earum vicariis congruam in tertia parte fructuum ex uuaquaque parochia percipiendorum, successu temporis adeo excrevisse, ut vicarius parochialis ecclesiae s. Petri de Govvea annua scuta 600 et alter ecclesiae s. Mariae de Pena Cova scuta circiter octingenta nomine congruae percipiant, supplicarunt, unamquamque ex euuuciatis vicariorum congruis veluti nimiam et monasterii in summa rerum angustia coustituti enormissime laesivam, secuto eorumdem vicariorum obitu, ad scuta 50 juxta constit. 47. s. Pii V. reduci.

Jussus Ordinarius super ejusmodi monialium precibus sac. Congregationem instructam reddere, auditis rectoribus sive vicariis dictarum parochialium ecclesiarum, suamque sententiam aperire, retulit, utrosque monialium petitioni contradicere potissimum ex his momentis:

I. quod suae ecclesiae debeant in eodem statu, in quo a tribus ferme saeculis constitutae reperiuutur, conservari;

*) Vd. *t. I. p. 695.*
**) Vd. *p. 546. n. 5.*

II. quod memorati earum redditus fuerint labore ac industria vicariorum paulatim adaucti;

III. quod iidem redditus tum in pauperum ibi degentium sustentationem tum in sacras ecclesiarum suppellectiles erogentur;

IV., quod ex petita congruae reductione sibi adimatur facultas renunciandi parochias reservata pensione; et quinto demum, quod ipsi teneantur nedum episcopalia jura annuatim persolvere aliaque onera suis ecclesiis adnexa subire, verum etiam debeant s. suppellectili providere plures ecclesias, quas vocant suffraganeas dictarum duarum parochialium atque illarum parochis seu rectoribus annuas congruas praestare, adeo ut nihil detractis mox enunciatis oneribus ac sumptibus ultra congruam ipsorum sustentationem supersit, quod valeat in beneficium praelaudati monasterii sine evidenti vicariorum, pauperum ac ipsarum ecclesiarum detrimento erogari.

Idem vero Ordinarius, quod attinet ad sensum suum, postquam praemisit, satis ex legitimis documentis compertum esse, oratrices redditus sufficientes non habere ad congruam sustentationem octoginta monialium (quia tot sunt, ut dictum est) propter ancillas monasterio ordinis praecisas, ad ornandamque decorose ecclesiam suam et ad sumptus oneraque monasterii, quod est vere oppignoratum, qua de causa sunt adstrictae ad foenerandas pecunias dotesque novitiarum intrantium consumendas, cum potius eas faenerare deberent, — illum in haec verba explicuit: »Quibus attentis et ponderatis pro meo arbitrio sensuque animi mei exponerem justum et consentaneum esse, ut oratricibus concedatur gratia, quam ab EE. VV. implorant, itant post mortem cujuscunque parochi remaneat unita et applicata monasterio ea pars fructuum, redditumm et proventuum, quam quilibet eorum percipit, assignando singulis singularum ecclesiarum solitas congruas annuas et tributum (vulgo Coleheita) ceteraque jura pontificalia de more solvenda. Etiamque cum non minus praecipuum sit et necesse pro pauperibus attendere, justum arbitror, ut ex toto acervo fructuum, redditum ac proventuum modo noviter oratricum monasterio applicatorum extrahantur certae mensurae frumenti illis distribuendae, utpote 120 modii frumenti illis (vulgo Alqueires) ex fructibus de Govvea, scilicet centum pauperibus ecclesiae principalis et decem singularum duarum ecclesiarum pauperibus applicati, qui constituunt praedictam quantitatem centum et viginti modiorum. Et ex acervo fructuum de Pena Cova ceutum et triginta modii (vulgo Alqueires) frumenti: videlicet centum pauperibus ecclesiae principalis decemque pauperibus singularum trium ecclesiarum suffragenearum appositi, qui constituunt numerum 130 modiorum frumenti. Denique non minus fabricis singularum tam principalium quam suffraganearum ecclesiarum consulendo aequissimum mihi videtur, oratrices ex praedicto utriusque ecclesiae acervo persolvere singulis annis fabricis ecclesiarum tam principalium quam suffraganearum videlicet fabricae utriusque principalis ecclesiae 4 ducatos auri de camera cum 10 juliis ex fabricis singularum suffraganearum 2 ducatos auri de camera cum 5 juliis, ut ita occurratur eventibus et pennriis fructuum temporum et ut par est ecclesiae decorose sint tractandae.«

Deliberandum itaque ab Eminent. PP. erit:

An et quomodo sit locus reductioni congruae in casu?

S. C. C. resp.:

Esse locum reductioni juxta votum Ordinarii.

Die 6. Decb. 1738.

d) Perpetui.

Vd. *Vicarius perpetuus*; p. 602. b.

Calaritana.

Scire praestat, quod in insula Sardiniae*) multa oriebantur mala ex unione paroeciarum, quae vel facta erat inter plures paroecias vel ecclesiis metropolitanis, episcopalibus, capitulis, Dignitatibus, abbatiis, collegiis, ut hisce occurreret s. m. Clemens XIV. in encyclica data die 21. Sept. 1769: *Inter Multiplices* Praesulibus Sardinensibus irritas declaravit uniones plurium paroeciarum vel inter se vel uni eidemque canonicatui, abbatiae, beneficio vel officio. Voluit tamen ut servaretur unio paroeciae facta meusis archiepiscopalibus, episcopalibus vel capitulis, collegiis, universitatibus, locis piis vel etiam canonicatibus jussitque ut in his paroeciis statim deputaretur Vicarius perpetuus, qui cnram exerceret. Hisce autem Vicariis *»ultra emolumenta* (sic jussit laudatus Pontifex

*) *Ecclesia paroch.* (non concessa I.)

in §. *Cum autem* dictae encyclicae) *adventitia, quae stolae et alturis proventus solent vulgo appellari, quarta pars fructuum et redditnum parochialis ecclesiae, cui praeficiuntur, pro congrua constituatur, dummodo praedicta quarta pars fructuum et redditnum subductis omnibus oneribus, neque computatis missarum eleemosynis**) *aut piis fidelium oblationibus, praesertim quae offeruntur in administratione Sacramentorum aut aliis quibusvis, minor non sit scutatis quinquaginta illius monetae. Quod si hanc ad summam ea non pertingat, tunc parochi habituales, quod deest, de reliquis portionibus ejusdem ecclesiae parochialis omnino supplebunt.*

Diei 29. Mart. 1806.

Arimineu.

Suppressis paroeciis s. Agatae et s. Michaelis, in quas oppidum s. Archangeli Ariminensis dioecesis partiebatur, s. m. Benedictus XIV. 1741 ecclesiam tunc confraternitati ss. Rosarii in saecularem et insiguem Collegiatam erexit — quae etiam parochialis et nnica in dicta terra existere debeat, et in ea unns prioratns qui inibi Dignitas principalis et 8 canonicatus totidemque praebendae pro 8 clericis seu presbyteris futuris etiam inibi Canonicis et 4 mansionariatns ad pro tempore existentiam capitnli et Canonicorum praedictorum autem semper et quandocumque amovibiles etiam erigerentnr et instituerentur . . . ac unam pro nuo et alteram vicarias perpetuas pro altero presbyteris futuris vicariis perpetuis, quibus cura animarum parochiauorum . . ., immineat: necnon dnas vicarias pro duobus aliis presbyteris vicariis nuncupandis ad nutum pro tempore existentinm Prioris ac Capituli . . . amovibilibns cnm congrna mercedis assignatione, qni nnum et alterum vicarios perpetuos praedictos in exercitio curae animarum hujusmodi coadjnvare debeant et teneantnr etc.

Statuit praeterea idem Pontifex, ex fructibns bonorum ad utramque paroeciam et 4 praedicti oppidi coufraternitates antea pertinentium annua scuta 60 Priori esse solvenda, item scuta 40 uuicuique Canonico, scuta 25 uni et scuta 30 alteri ex vicariis perpetuis praedictis, denique scuta 20 cuilibet ex mansionariis, necnon pro ecclesiae fabrica scuta 100 annuatim esse impendenda. Progressu vero temporis cum valde aucti essent communis massae redditus, Canonici vicariis perpetnis stipendium adeo ampliarunt, ut unusqnisque eorum annua scnta 50 perciperet praeter paroeciae emolnmenta, ex quibus cerea tantum ad ecclesiam pertinebant. Sed Collegiatam extinctam declararunt et fisco (demauinm dicebant) ejus bona addixerunt, qui summam rerum tenuere; dum regnum stetit quod italicnm nnncnparunt in memorata ecclesia ss. Rosarii unus constitutus fuit parochus, a quo cum duobus capellanis animarum totius oppidi cura esset exercenda; eique parocho et capellanis italicae libellae bis millae pensionis nomine fuere assignatae, quotanis a gubernio pendeudae.

Verum pontificio regimine faustissime restituto presbyter Sanctes a s. m. Pio VII. vicariam perpetuam s. Michaelis imploravit et die 7. Sept. 1814 Pontifex rescripsit: »Scribatnr Episcopo Arimineusi jnxta mentem: mens est, ut Episcopns ipse . . . vota Capitularinm exquirat Collegiatae ss. Rosarii pro praesentatione idonei sacerdotis instituendi in vicaria perpetua ejusdem oppidi s. Michaelis ad formam Bullae erectionis Collegiatae editae a s. m. Benedicto XIV. et repertum idoneum ad curam animarum cum suis testimouialibus idoneitatis ad Datariam apostolicam remittat pro expeditioue provisionis, separatis redditibus pro congrua ejusdem Vicarii substentatione ad formam ejusdem Bullae.« Omnibus autem, quae praescripta fuerant, rite absolutis vicariam presbyter Docci a Dataria apostolica obtinuit, cum illi forsan annexis ac omnibus juribus et pertinentiis suis, vicaria quoque s. Agathae 1819 ab eadem Dataria presbytero Michaeli Succi inandito Capitulo fuit deinde collata.

Eodem anno jussu R. P. D. thesaurarii generalis Administrator bonorum ecclesiasticorum et cameralium, loco superins iudicatae pensionis, rectoribus parochiarum unitarum s. Archangeli praedium tradidit ac praeterea quosdam census; hi autem census olim spectabant ad Collegiatam. Paulo post conventus debiti publici recognitioni praepositus Collegiatam oppidi s. Archangeli esse restituendam eique bona quae supererant tradenda decrevit: quamobrem Canonici aliud praedium aliosque census acceperunt ac insuper vicariis perpetuis mandatum fuit, ut ea quoque bona quae ipsis jam fuerant assignata in Capitulum transferrent. Obtem-

*) Vd. *p. 548. n. 7.*

perare detrectantibus vicariis perpetuis Canonici pluries R. P. D. thesaurarium generalem adierunt, qui eorum instantiam Ariminensi Vicario apostolico remisit; cum autem se nihil proficere senserint iidem Canonici, preces hnic s. Congregationi obtulerunt, orantes, ut vicarii perpetui paroeciarum unitarum ad pristinum statnm ac dependentiam a Collegiata redire ac bona ipsis assignata Collegiatae tradere adigantur.

Ariminensem Vicarium apostolicum ac deinde novum illins dioecesis Episcopum requisivi, qui auditis in scriptis tnm perpetuis vicariis Docci et Succi tum Capitulo ac transmissa copia Bullae fundationis Collegiatae decreti ejusdem restitutiouis ac dotationis necnon literarum apostolicarum, quas iidem Docci et Succi obtinuerunt, ita sententiam suam aperuit: »Vicarii, qui sustinent poudus diei et aestus quique Bullam pontificiam habent nec diviti censn potiuntur, aegre feruut a Capitnlo propriis redditibus expoliari ac totis viribus ejus voluntati obsistnnt. Plura iu scriptis et Capitulum et vicarii exponunt sed pauca, quae ad rem faciant. Perspicuum est parochiam s. Agathae et s. Michaelis numerum animarum ingentem habere nec tam facile earum curae provideri posse, nisi qui depntantur saltem habeant unde vivaut; massa capitularis eis saltem quod a Bulla Benedicti XIV. praescribitur snbmiuistrare deberet. Sed hisce temporibns non tam facile invenirentur sacerdotes regimini animarum apti, qui stipeudio tam modico conteuti essent. Capitulum hinc nec suo nec populi commodo consuleret, quia lucrum divideudum inter multos esset parvi ponderis et ad mendicitatem Vicarios reduceret. Itaque censerem, preces Capituli saltem viventibus vicariis qui nunc curam animarum gerunt, non esse exaudiendas et alio modo illorum inopiam levaudam.« Canonici vero foliis ab Episcopo transmissis adduut Collegiatae statum activum et passivum, ex qno apparet illius redditus tempore suppressionis ad annua scuta 2110 ascendisse, ex quibns scuta 436 quotanuis supererant, quae vel frugifero investimento collocabantur vel in majorem ecclesiae oruatum et sacrae supellectilis augmentum erogabantur, nunc autem redditus vix ad scuta 61896 pertingere.

Nituntur Canonici probare, ad ipsos curam habitualem vere spectare, quum Vicarios eligant, qnos sibi snbjectos habeut, cum solemniores functiones etiam parochiales peragant, nempe missas solemnioribus diebus canant, in mortnorum fuere, interveniente Capitulo, stolam hebdomadarius deferat, missam de requiem celebret sacraque demum utensilia omnia pro parochiali ministerio necessaria capitulnm subministret. Praeterea subdunt, Collegiatam s. Archangeli cum omnibus ac singulis juribus per Bullam s. m. Benedicti XIV. obtentis, qnibus tempore suppressiouis fruebatur, denuo esse restitutam idque patere ajunt ex rescripto, quo s. m. Pius VII. 1814 vota Capitularium pro erectione vicarii perpetui Docci exquisivit, ex Bulla, qua 1815 tres contulit canonicatus in eadem Collegiata vacantes: ac tandem ex decreto, quo in conventu debiti publici recognitioni praeposito Collegiatae restitutio demaudata fuit.

Asseruut quoque Canonici literas a R. P. D. thesaurario ad Arimineusem Vicarium datas, in quibus legitnr per mezzo dell' amministratore de' beni Ecclesiastici feci seutire ai due vicarii curati, che stante il risorgimento della Collegiata, effeudosi risolute le rispettive dotazioni, dovevano essi immettere nella massa capitolara i beni, come sopra loro asseguati, e che si per essere i ridetti vicarii membri del Capitolo, si per essere stata la Collegiata reintegra nei suoi diritti rispetto alle surriferite dne parrochie, non dovevano surrogarsi altri fondi per la dotazione delle medesime. — Coucludunt proinde Canonici, vere et proprie curam ad Capitulum habitualiter pertinere et actualiter tantnm a vicariis perpetuis exerceri, qui ad pristinnm statum ac dependeutiam ab eodem Capitulo redire debent, cnm voluerit s. m. Pius VII. Collegiatam s. Archangeli iu pristiuum restitui, prout a Benedicto XIV. fundata fuerat.

Verum opponunt vicarii perpetui Docci et Succi, uullam penes Capitulum nnnc esse animarum curam, »perche privo di competeute autorità di parroco, la quale tutta risiede nei due vicarii perpetni, messi iu possesso della parochia con Bolla di Roma,« ac addunt nunquam Canonicos post restitutam Collegiatam se immiscuisse animarum curae, Sacramentorum administrationi ac missae pro populo celebrationi.

Vicarios antem perpetuos veros esse parochos ex eo apparet, quod eis concessae fuere vicariae, postquam examen subieruut,

sicnti iu *sess. 24. cap. 18. de reform.* Trid. synodus quoad veros parochos praescribit: vicarias in titulum perpetuum retiuent: Sacramenta administrant curamque animarnm independenter a Capitulo hactenus gesserunt ac gerunt, *Clerical. Discord. for. disc. 20. per tot.* et § *Ad haec.* Parochi vero, cum fructibus paroeciae privari neqneant, nisi ex legitima causa ad *text. in cap. Sicut* et in *cap. Si autem de cohabit. Cler.*, *Rota cor. Penia decis. 58. n. 2.* ac s. Congreg. in *Perusina 20. Augusti 1803*, vicarios perpetnos Docci et Succi spoliare noluisse censendus est R. P. D. thesanrarius generalis, qnoniam id fieri nequiret absque laesione juris tertii, quae nunquam praesumitur, *Amostas. de caus. piis lib. 1. cap. 14. n. 8.*, *Pignatell. consult. canon. 149. n. 5.*, s. Congreg. in *Romana seu Savonen. 26. Augusti 1788.* ac in *Piscien. 21. Maji 1873.* § *Cecchius.*

Quod si EE. PP. definiant vicarias perpetuas oppidi s. Archangeli ad pristinum statum ac primaevam a Collegiata dependentiam redire teneri et bona vicariis Doci et Succi tradita in eamdem Collegiatam esse transferenda, statuere quoque dignentur, quomodo iidem Vicarii de congrua siut provideudi. Pontifex enim Benedictus XIV. in Bulla erectionis Collegiatae alteri ex ipsis scuta 25, alteri vero scuta 30 assignavit: hae vero quantitates non modo a summa scut. 100, quam parochiarum rectoribus tribuendum sancivit Concilium Trid. *sess. 21. cap. 4.* et *sess. 24. cap. 23. de ref.*, sed etiam a summa saltem scut. 50 quam vicariis perpetuis adscribendam statuit s. Pius V. nimium distant. Reque vera tenuitatem indicatae annuae praestationis agnoverant etiam Canonici, qui annua scuta 50 unicuique vicario perpetuo persolvenda decreverant. Quamobrem definienda proponuntur

D u b i a:

I. *An Vicarii perpetui ad pristinum statum et primaevam dependentiam a Collegiata ss. Rosarii redire teneantur in casu?*

II. *An et quomodo Vicarii perpetui Docci et Succi teneantur cedere Capitulo bona ipsis assignata in casu?*

Et quatenus affirmative,

III. *An et quomodo et in qua summa vicarii perpetui providendi sint de congrua in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative refectis a Capitulo vicariis expensis meliorationis.

Ad III.: Dilata et ad mentem: mens est, ut scribatnr Episcopo, qni transmittat distinctum statum activum et passivum omninm bonorum restitutorum favore Collegiatae comprehenso fundo a parochis nt in II. dubio cedendo.

Die 26. Febr. et 16. Apr. 1825.

Contin. Ariminen.

Requisitns Ariminensis Episcopns statum remisit a Canonicis ipsis acceptum et animadversionibns anctum a peritissimo nt ait viro exaratis. Ex hoc apparet, annuum Collegiatae redditnm adjectis scnt. 268 quae a vicariis praecipiebantur esse scut. 950 94, exitum vero compreheusis scut. 100 pro vicariis perpetnis ac scut. 90 pro amovibilibus ad summam scut. 514 pertingere: ideoqne singuli ex novem Canonicis quolibet anno scut. 49 circiter lucrantur.

Vir ab Episcopo summam scut. 100 pro fabrica ecclesiae a Canonicis assignatam ita contrahit, ut absolutis restanratiouibus non sine magna pecniae vi perficiendis annua scnt. 20 satis esse existimet, alias etiam cerae et ntensilium expeusas moderatur statumqne passivum cohibet ad scnta 386.

Laboriosas difficilesque regere paroecias vicarii exponunt ac praesertim s. Agathae vicarius, cui imminet cura animarum 1500 magna ex parte agros incolentium. Vicarius autem Docci subdit ab anno 1814 bona fide paroeciae potitnm, quae congruam sustentationem exhibebat pensione ab italico regimine constituta ac propterea quaesito jure minimè posse expoliari; summam vero scut. 50, quae vicariis solvebatur ob sacerdotum deficientiam, animarum copiam, pauperum nnmerum et onera ferenda, teste Episcopo imparem evasisse.

At Capitnlum suis juribus jam restitutum annum redditum scnt. 2110 olim percepisse, hodie vero scut. 950 tantum sine ulla spe incrementi percipere commemorat: vicariis perpetuis, quamvis ex fundatione scut. 25 et 30 solvenda forent, jam scnt. 50 annuatim ait tradidisse et inposterum traditnrum spondet: ac tandem animadvertit vicarium Docci 1814 Vicariam obtinuisse ad formam Bullae erectionis Collegiatae editae a s. m. Benedicto XIV., uti colligitur ex folio diei

26. Febr. superioris anni, quod iterum consulere precor, ut EE. VV. dirimere possint

Dubium:

An, quomodo et in qua summa vicarii perpetui providendi sint de congrua in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in septis 70 pro unoquoque attentis peculiaribus circumstantiis praeter emolumenta stolae ad formam antiquae consuetudinis.

Die 18. Mart. et 22. Apr. 1826.

Conjuges.

(Religionem ingredi et professionem quando emittere possunt.)

Vd. *Professio mulieris.*

Coniventia.

(Quoad consuetudinem.)

Vd. *Consuetudo* (introductio).

Consanguinei.

(Collatio beneficiorum in eos.)

Vd. t. II. p. 397. d; 413. I.; t. III. p. 416. b; p. 64. a.

Consanquinitas.

1) Dispensatio.

a) Causae et modus.

Vd. t. II. p. 833.: *Regul. 49.*
Vd. Constitut. Bened. XIV. incip: *Ad apostolicae servitutis t. I. p. 351. n. 23.*

b) A dupliolbus tertio et quarto Consang. gradibus, e duplici latere provenientibus.

Lisbonen.

A Violante Josepha Henriquez de Almada nobili puella libellus oblatus fuit ss. Principi nostro, quo postulabat nullum atque irritum declarari matrimonium fraude dolove malo contractum cum Ludovico Francisco Sanchez de Baena. Data fuit causae hujus cognitio Amplissimis Patribus, a quibus rogatus fuit ut animi sui sententiam aperiret Eminent. Patriarcha et auditi fuerunt Archiepiscopus Compostellanus et Episcopus Zamorensis. Factum causae hujus legent Eminent. Patres in libello jurium dato a Violante; cum enim a Ludovico Francisco nihil hactenus nobis datum fuerit, rem integram plene scire non possumus et nolumus narratione rerum gestarum verecundiam alicujus plurare, artes fraudesque in lucem hominum emittentes, quibus hae nuptiae contractae dicuntur. Juris

rationes, quae a Violante proponuntur, duae praecipuae sunt, defectus consensus et defectus veri propriique parochi. Amplissimi Patres, omnibus, ut solent, expensis, judicium ferent.

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. C. resp.: Dilata.

Die 23. Sept. 1747.

Continuatio causae Lisbonensis.

Postquam de validitate vel nullitate matrimonii Zamorrae contracti inter Violantem Josepham Henriquez de Almada et Ludovicum Franciscum Sanchez de Baena vario marte decertatum fuerat in hoc s. Tribunali cum nullum illud declarassent Eminent. Patres in Congregatione habita die 14. Decbr. 1748, contra vero in Congregatione habita die 24. Januar. 1750 rescripsissent: Praevio recessu a decisis non constare de nullitate matrimonii, tandem melior visa est Ludovici causa, cum in Congregatione habita die 5. Junii 1750 dubio, quod erat:

An sit standum in I. vel II. loco decisis in casu etc.?

responsum fuerit: In II. loco decisis et amplius. Ut hanc definitionem firmiorem redderet Ludovicus curavit ut a ss. Domino Nostro confirmaretur Brevi dato die 8. Julii eodem anno et munito clausula *sublata* decretoque *irritanti*. At perveuto Lisbonam nuncio recessus s. hujus Tribunalis a primo responso dato die 14. Decbr. 1748 coepit Violantes acta perquirere ut posset probationes Ludovici refellere, atque hac occasione vidit dispensationem apostolicam contrahendi inter ipsos matrimonium, non obstante impedimento tertii et quarti gradus *simplicis* consanguinitatis datam a s. m. Clemente XII. 1739 et cum ab avunculo patruoque certior facta fuisset, non ex uno tantum, sed ex utroque latere paterno scilicet et materno conjunctam esse Ludovico in III. et IV. consanguinitatis gradu, consulere coepit theologos, jurisperitos et negotiorum gestores, an fuisset necessaria ad validitatem dispensationis expressio duplicis consanguinitatis auditoque unanimi omnium responso necessariam eam esse jussit ut ea qua posset majori cautione perquirerentur probationes duplicis consanguinitatis proponendae in hoc s. Tribunali, ut ad primam sententiam rediret. Sed dum Violantes acta quaerit, theologos jurisconsultosque consulit curatque, ut educantur e libris publicis probationes duplicis consanguinitatis, tempus labitur et causa tertio proposita die 5. Junii responsum ut diximus accepit: *In II. loco decisis.*

Cautio Violantis in perquirendis probationibus duplicis consanguinitatis tanta esse non potuit, ut rumor ad aures consanguineorum Ludovici non perveniret, a quibus, ut narrat Violantes, ipse certior factus adiit ss. Dominum Nostrum narratoque defectu expressionis duplicis impedimenti postulavit, ut cum Violantes ignoraret hoc impedimentum eumdem sanaret defectum, obtinuitque literas apostolicas datas in forma »periude valere«, die 12. Sept. 1750., quibus ss. Pontifex non obstante duplici impedimento III. et IV. gradus consanguinitatis dispensavit, ut remanere possent in matrimonio contracto »absque eo, quod Violantes Josepha de alio impedimento hujusmodi moneatur nec novus ejusdem Violantis Josephae consensus, etiamsi aliud impedimentum praefatum ad illius notitiam pervenire contingat, requiratur.« Perventis post haec ad Urbem probationibus omnibus missis a Violante, cum obstaret clausula *Sublata* et decretum *irritans* in literis apostolicis apposita, postulavit Violantes a ss. Principe Nostro oris aperitionem, quam obtinuit ea lege, ut silentio servato de praeteritis aliis nullitatibus matrimonii jam propositis in hoc s. Tribunali de una hac ageretur nullitate matrimonii contracti cum dispensatione ab impedimento simplicis consanguinitatis in tertio et quarto gradu et an illud revalidatum fuerit literis apostolicis datis in forma »perinde valere.« Causa itaque in hoc statu proponitur et disputat Violantes nullum atque irritum fuisse matrimonium inter eam et Ludovicum initum, obstante duplici impedimento consanguinitatis, quod sublatum non fuit dispensatione apostolica, quae impetrata fuerat pro simplici consanguinitate, sive ex uno latere tantum; collecto siquidem theologorum et canonistarum agmine probat necessariam fuisse ad validitatem matrimonii expressionem et dispensationem ab utroque impedimento consanguinitatis in III. et IV. gradu ex utroque latere, paterno scilicet et materno.

Pergit autem idem nullum matrimonium revalidari et convalescere non potuisse literis apostolicis datis in forma »perinde valere« die 12. Sept. 1750 tum quia subreptitiae et obreptitiae sunt, cum ss. Pontifici suggestum

fuerit Violantem ignorasse illud impedimentum, quando plenam illins scientiam habuerat a mense Martio ejusdem anni et sic sex mensibus ante datas literas, tum quia Violantes revocaverat mandatum procurae, quo matrimonium Zamorrae contractum fuit, ideoque revocato consensu non possit retrotrahi validatio, obstante defectu extremi, in quo fundetur. Causam igitur in una cognitione positam esse, an Violantes ante datas literas apostolicas impedimentum illud duplicis vinculi sciret vel ignoraret. Scientiam suam probat Violantes solemni sua declaratione, qua rem omnem narrat sub jurisjurandi religione, testificationibus nobilium virorum patrui et avunculi, qui acta et probationes perquisiverunt et consulerunt theologos et jureconsultos negociorum in regno Portugalliae gestorum, qui et ipsi consulti fuerunt, celeberrimi advocati, qui responsum seu consultationem scripsit, theologorum tum inclytae Dominicanae familiae tum inclytae societatis Jesu doctrina, probitate et muneribus ac dignitate praestantium, qui vel consulti fuerunt hac de re a Violante vel acta et probationes perquisiverunt et in Urbem transmiserunt vel acceperunt in Urbe Notariorum, qui acta tradiderunt, parochorum denique, qui fides baptismatum e libris exscriberunt. Haec summa est libelli dati a Violante. A Ludovico nihil adhuc habuimus. Dubium unum est, quod expediri debet:

An literae apostolicae in forma »perinde valere« expeditae die 12. Sept. 1750 sint servandae itaut sit standum in I. vel in II. et III. loco decisis in casu?

S. C. resp.:

Dilata ad primam mensis Augusti etiam unica. *)

Die 7. Junii 1755.

Rogamus igitur eosdem Eminent. Patres, ut repetita lectione folii ejusdem Congregationis dubium ejus expediant, quod est:

An literae apostolicae in forma »perinde valere« expeditae die 12. Sept. 1750. sint servandae itaut sit standum in I. vel in II. et III. loco decisis in casu?

S. C. resp.:

Dilata et ad mentem: et mens est, quod coram Nuncio apostolico examinentur testes formiter et consulentur jura juxta instructionem.

Die 2. Aug. 1755.

*) Vd. p. 528.

Cum vero post hoc decretum nobis jussum fuerit, ut causa reproponeretur, eam hic damus, ut Eminent. Patres repetita lectione folii Congregationis habitae die 7. superioris mensis Junii, in quo primum eam dedimus, dubium ejus expediant:

An literae apostolicae in forma »perinde valere« expeditae die 12. Sept. 1750 sint servandae itaut sit standum in I. vel in II. et III. loco decisis in casu?

S. C. resp.:

Negative, et standum in I. loco decisis.

Die 13. Sept. 1755.

Decretum

SS. DOMINI NOSTRI

Benedicti PP. XIV.

In causa

Lisbonen. Nullitatis Matrimonii.

Quae fuit resoluta in hac s. Congr. Cardinalium Concil. Trid. Interpretum die 13. Sept. 1755.

Cum super matrimonio praevia dispensatione super impedimento IV. gradus consanguinitatis a fel. rec. Clemente PP. XII. concessa in civitate Zamorensi contracto inter Violantem Josepham Enriquez de Almada et Aloysium Franciscum Assis Sanchez de Raena et nunquam carnali copula consummato contentio exorta fuerit tum quia Violantes asserebat illud non fuisse contractum coram proprio contrahentinm parocho tum quia comprobare nitebatur a se re integra fuisse revocatum mandatum, quod procuratori dederat, ut matrimonium contraheret, controversiae definitio a Nobis commissa fuit Congregationi Cardinalium Concilii Trid. Interpretum: et cum ipsi post nonnulla responsa, aperiendae veritati maximopere conducentia, binas tandem ediderint resolutiones matrimonii validitati faventes, petente praedicto Aloysio Franzisco, juxta morem fuerunt eaedem confirmatae per nostras literas apostolicas in forma Brevis expeditas die 8. Julii 1750. Judicium favorabile validitati matrimonii bis latum et uti supradictum est a Nobis confirmatum; completum et terminatum dici poterat ad tramites constitutionis a Nobis editae super ordine et forma causarum matrimonialium, quae incipit: *Dei*

miseratione, *) et quae est 33. in nostro Bullario tom. I. Sed aliter res se habuit, instaurata videlicet controversia contra validitatem matrimonii, non ex quo contractum fuisset coram parocho illegitimo aut post revocatum procurae mandatum, sed ex alio disparato capite, uti mox exponetur. Violantes et Aloysius Franciscus non erant conjuncti tantum III. et IV. consanguinitatis gradibus a duplici latere provenientibus, dispensatio autem concessa a Nostro Praedecessore Clemente PP. XII. quartum tantummodo et ad summum tertium gradum comprehendebat, nec se extendebat ad duplicem III. et IV. gradum.

Cumque, instante Aloysio Franciscо, fuerint a Nobis expeditae literae apostolicae in forma Brevis die 12. Sept. 1750 quarum ope duplicitatis gradus impedimentum sublatum dici poterat, sed sanatoriae gratiae concessio eo sub obtentu facta sit, quod Violantes tunc esset ignara novi impedimenti duplicitatis gradus inter ipsam et Aloysium intercedentis et Violantes provinciam assumpserit comprobandi, quod tempore concessionis gratiae et expeditionis Brevis sanatorii ipsa erat conscia novi impedimenti, jusque suum perfecte cognoverat, ex his instaurata est controversia contra validitatem matrimonii, non ex quo contractum fuisset coram parocho non proprio contrahentinm vel ex quo initum fuisset post revocatum procurae mandatum, uti supradictum est, sed ex alio disparato capite seu fundamento, quod videlicet contractum fuisset vigente impedimento dirimente, per apostolicas literas nullatenus sublato. Delata ad Nos novae praetensionis notitiae, ejus definitio eidem memoratae Congregationi Cardinalium Concilii Trid. Interpretum fuit a Nobis commissa, ea tamen adjecta conditione, ut de validitate aut nullitate matrimonii cognoscerent, habita tantum ratione sufficientiae aut insufficientiae derogationis obtentae super impedimento gradus, nec ulla habita consideratione aliarum rationum, ob quas praecedenter et in praeteritis causae propositionibus promota fuerat instantia pro nullitate matrimonii. Ad tramites impositae legis examen assumptum est, adhibitisque opportunis diligentiis communibus tandem suffragiis edita est resolutio contra validitatem et pro nullitate matrimonii ad tramites Nostrae constitutionis constituto, suo munere, de more egregie tum voce tum scriqtis functo, exhibito tantum in postrema causae propositione ab Aloysio Francisco supplici libello in quo se et jura sui matrimonii judicio Congregationis submittere professus est. Unica resolutio favens nullitati matrimonii jnxta memoratam Nostram constitutionem non sufficit, ut judicium absolutum dici possit, cum altera resolutio praecedenti conformis accedere debeat. Pro totius ergo negotii finali absolutione necessarium fuisset, ut causa iterum in Congregatione proponeretur et alia ederetur resolutio praecedenti conformis: sed, cum id fieri nullatenus posset absque novis expensis et longioris temporis mora maximopere inopportuna in causa matrimoniali a longo tempore introducta, non obstante gravi aetate, in qua sumus constituti, neque pariter obstantibus molestis negotiis, quibus quotidie vexamur et opprimimur, inhaerentes etiam insinuationi praedictorum Cardinalium, qui in Congregatione uniformibus suffragiis censuerant matrimonium fuisse nullum, quique expediens futurum esse dixerunt, ut posthabita nova propositione in Congregatione Nos ipsi rem totam perpenderemns, laborem assumpsimus scripturas Congregationi exhibitas perlegendi et omnia et singula, quae a scribentibus fuerant deducta, ponderandi, ut, quatenus judicium Nostrum conforme fuisset resolutioni Congregatiouis, superabundanter dici possent adimpleta, quae a Nobis in constitntione Nostra statuta sunt, et quatenus difforme fuisset, nulla amplius superesset de validitate matrimouii dubitatio. Tria sunt de quibus actum est in causae discussione:

Primum est, an pro validitate matrimonii necessaria dispensatio a Nobis concessa, permittens, ut non obstante impedimento duplicis gradus matrimonium contrahi posset vel potius sufficiens fuisset praecedens dispensatio a Nostro Praedecessore concessa, quae impedimentum sustulit III. et IV. gradus.

Secundum, an dispensatio a Nobis concessa ea sub praesupposito facta sit, quod tempore concessionis Violantes ignoraret impedimentorum duplicitatis gradus.

Tertium, an tempore expeditionis novi Brevis Violantes ignoraret seu potius conscia esset impedimenti duplicitatis gradus. Ex horum quippe dubiorum resolutione, pront nuo vel altero modo fieri contingat, judicium pendet validitatis aut invaliditatis matri-

*) *Matrimonium.*

monii contracti. Ducto autem initio a primi examinis punctis, cum in Tribunalibus et communiori calculo a scribentibus ea opinio recepta sit, quae pro validitate dispensationis et consequenter matrimonii, quod dependenter ab ea contrahitur, requirit, ut conjunctio proveniens ex duplicitate gradus exponatur et quod eidem derogetur, seu quod, ea minime obstante, permittatur, ut conjuncti duplici consanguinitatis gradu matrimonium inter se contrahere possint, suo marte sequitur, pro validitate matrimonii fuisse necessariam novi Brevis expeditionem, per quam impedimentum duplicis consanguinitatis gradus de medio tolleretur, nec sufficere potuisse primum Breve derogans impedimento quarti seu tertii et quarti gradus.

Hoc quippe Breve sufficiens fuisset, si Violantes et Aloysius Franciscus fuissent conjuncti simplici III. et IV. gradu, juxta constitutionem s. Pii V. la 23. Bullarii tom. 2., ubi, excepto casu, quod vir et mulier primum sanguinitatis seu affinitatis gradum attingerent, in quo protestatus est se nolle dispensare, quoad reliquos gradus decrevit pro validitate dispensationis satis esse expressionem remotioris gradus, obtentis postea super propinquiore literis declaratoriis. Juxta quoque communem doctorum sententiam in Tribunalibus receptam illicitum tantum est, sed non invalidum matrimonium, quod contrahitur ope dispensationis obtentae super quarto gradu, nulla tertii gradus facta mentione, et antequam literae declaratoriae praescriptae a s. Pio V. fuerint obtentae: prout, dum in minoribus secretarii Concilii munere fungeremur, fuse a Nobis comprobatum est et a Congregatione admissum in discussione causae *Lucaeorien.* *) *Nullitatis Matrimonii*, quae fuit proposita et resoluta die 28. Martii 1722 uti videri potest tom. 2. Thesauri resolutionum praedictae congregationis, ubi noster discursus una cum resolutione typis editus est. Sed, cum praedicta omnia sibi vindicent locum in simplici impedimento tertii et quarti gradus, et non in impedimento duplicis consanguinitatis gradus, nemo est, qui non videat, pro validitate matrimonii, de quo nunc agitur, nullatenus fuisse sufficientem dispensationem a Nostro Praedecessore concessam, quae III. et IV. gradus impedimentorum sustulit, sed aliam pro dicta validitate fuisse necessariam, cujus ope duplex ex duplicitate gradus impedimentum derivans de medio tolleretur. Admissa necessitate expeditionis novi Brevis et admissa primi insufficientia pro validitate matrimonii sequitur, ut videatur, an secundi Brevis facta fuerit concessio eo sub praesupposito, quod tunc Violantes ignoraret impedimentum duplicitatis gradus. At, si Aloysius Franciscus exorans pro concessione novi Brevis ut remanere posset in matrimonio, non obstante impedimento duplicitatis gradus, exposuit, se timere, ne scandala orirentur, si hujus novi impedimenti notitia ad Violantem deveniret, si cohaereuter ad haec facta fuit concessio Brevis, exclusa necessitate novi consensus a Violante praestandi, vel quod ipsa de novo impedimento certior fieret, ut ex lectura brevis plane dignoscitur; ex his evidenter desumitur, novae gratiae concessionem emanasse eo sub praesupposito, quod Violantes tempore concessionis ignoraret impedimentum descendens ex duplicitate gradus, et eo fortius, cum in eodem Brevi legatur, gratiam debere in suo robore permanere, si post ejus concessionem notitia impedimenti ad Violantem devenisset, quae circumstantia evidenter evincit comprobatque, gratiam fuisse eo sub praesupposito concessam.

Porro gratia concessa importat dispensationem in radice matrimonii, qua a romanis Pontificibus concedi consuevit urgente magna causa et quando agitur de impedimento matrimonii, ortum habente non a jure divino aut naturali, sed a jure ecclesiastico, et per eam non fit, ut matrimonium nulliter contractum non ita fuerit contractum, sed effectus de medio tolluntur, qui ob hujusmodi matrimonii nullitatem ante indultam dispensationem atque etiam in ipso matrimonii contrahendi actu producti fuerunt: de quibus omnibus a Nobis fuse actum est, dum in minoribus secretarii Congregationis Concilii munere fungeremur in causa *Pragen. Matrimonii*, quae fuit proposita die 13. Junii 1720, 16. Januarii 1723, 28. Augusti ejusdem anni et tandem resoluta die 18. sequentis Sept. uti videri potest tom. 1. et 2. thesauri resolutionum *) dictae Congregationis, ubi typis edita inveniuntur ea omnia, quae tunc a Nobis deducta fuerunt. Cumque solus romani Pontificis sit, non solum dispensationes in radice matrimonii judicare, sed etiam conditiones statuere pro validitate gratiae

*) Vd. *p. 630.*

*) Has resolutiones vd. sub art.: *Matrimonium.*

adimplendas, in ea, de qua nunc agitur, ea quodammodo statuta dici potest conditio, quod tempore concessionis Violantes novum impedimentum ignoraret, ne ipsa contradicente et obnitente, prout contigisset, si impedimentum scivisset, concessa dispensatio diceretur: in hoc quippe rerum themate factum est atque concessum quidquid fieri aut concedi poterat, ut matrimonium, cujus validitas fuerit approbata, persisteret; nec mulieri sublata est facultas impugnandi ex novo capite validitatem, si novi impedimenti notitiam tempore concessionis gratiae novaeque dispensationis habuisset, nulla habita consideratione notitiae supervenientis post concessionem Brevis: ea quippe superveniens post sublatum ope novae dispensationis duplicitatis gradus impedimentum. Post haec nihil aliud remanet, quam ut videatur, an tempore concessionis gratiae Violantes haberet notitiam novi impedimenti. Cumque ex documentis et testibus quacumque exceptione majoribus demonstratum sit, quod Violantes impedimenti notitiam ante concessionem et tempore concessionis gratiae habuerat et habebat, et omnia parabat necessaria pro instauranda controversia super nullitate matrimonii in vim novi impedimenti, cui in primo Brevi non fuerat derogatum: nedum approbamus Congregationis Concilii judicium ultimo loco prolatum pro nullitate matrimonii, sed hoc Nostro decreto inter acta Congregationis Concilii asservando et per literas apostolicas in forma Brevis etiam corroborando dicimus et pronunciamus, matrimonium contractum inter Violantem Josepham Henriquez de Almada et Aloysium Franciscum Sanchez de Baena nullitatis vitio laborare et quatenus aliud canonicum non obstet impedimentum posse utrumque ad alia vota transire.

Datum apud s. Mariam Majorem die 27. Sept. 1755.

Benedictus PP. XIV.

Praesentem copiam decreti SS. Domini Nostri mann Sanctitatis Suae signati collatione facta cum originali existen. in secretaria s. Congregationis Concilii concordare testor et affirmo.

In fidem etc. Datum Romae hac die 10. Novb. 1755.

Loco † Sigilli.

J. A. Furiettus Secret.

Breve.

Sanctissimi Domini Nostri *Benedicti PP. XIV.*

Confirmatorium supradicti Decreti.

Etsi matrimonialis causa jam dudum inter dilectam in Christo filiam Violantem Josepham Henriquez de Almada puellam Nobilem Lisbonensem ac dilectum filium Ludovicum Franciscum de Assis. Sanches de Baena Ordinis Jesu Christi commendatarium super validitate vel nullitate matrimonii invicem ut asserebatur contracti vertens non semel, sed iterum atque iterum in Congregatione VV. Fratrum nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium Concilii Trid. Interpretum proposita ac secundum allata et probata rationum momenta pro validitate fuerat resolnta atque per apostolicas Nostras in simili forma Brevis literas confirmatat tamen in eadem Congr. Cardinalium die 13. Sept. 1755 maturiori examine ob nova adducta documenta iterum expensa et discussa ita decisa fuit, quod nimirum matrimoninm hujusmodi irritum ac nullum esset ac foret atque adeo dissolvendum ea praesertim ratione, quod super impedimento duplicis quarti gradus consanguinitatis inter unam et alterum intercedente haud satis atque idonee derogatum fuisset in dispensatione impertita per apostolicas in forma Brevis literas diei 12. Sept. 1750 datas. Quoniam autem hujusmodi resolutio a memorata Congregatione Cardinalium super nullitate dicti matrimonii prolata haud satis et sufficiens est, ut contrahentes omnimoda libertate gaudeant transeuntes scilicet, ut dicitur, ad secunda vota, cum juxta constitutionem Nostram tamquam regulam et normam in causis matrimonialibus rite sancteque expediendis decidendisque praescriptam atque alias editam et propositam resolutio antedicta per aliam uniformem resolutionem confirmata atque iterum in laudata Congregatione Cardinalium necessario saepedicta causa reproponi debeat; hinc est, quod Nos serio considerantes non minus nova partium dispendia, quam temporis jacturam in hac matrimoniali causa a tot annis agitata satis superque inopportunam ac perniciosam, de consilio etiam ejusdem Congregationis, postquam libellos scripturasque pro utraque parte allatas necnon acta omnia hoc in gravissimo negotio confecta accurate expendimus et examinavimus, tandem die 27. Sept.

decretum hac super re edidimus, per quod sententiae laudatae Congregatiouis Concilii consentientes declaravimus ac statuimus matrimonium antedictum inter Violantem Josepham et Ludovicum Franciscum Nobiles Lisbonenses contractum esse ac fore irritum et nullum necuon unam et alterum in ea quidem omnimoda libertate esse ac fore ad alia vota, quoties vero aliud uon obstet canouicum impedimeutum, libere et licite transeundi. Quod saue decretum dilecto filio Magistro Josepho Alexandro Furietto ejusdem Congregationis Concilii secretario tradendum mandavimus, ut inter acta saepedictae Congregationis repouatur ac servetur. Antedictum itaque decretum nostrum, quo firmius subsistat et servetur exactius, apostolica etiam auctoritate tenore praesentium confirmamus illudque iuviolabili apostòlicae firmitatis robore communimus, decernentes decretum praefatum et praesentes nostras literas semper firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et iutegros effectus sortiri et obtinere dictisque Violanti Josephae et Ludovico Francisco in omnibus et per omnia plenissime suffragari debere sicque, et non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios etc.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 30. Sept. 1755.

Loco † Anuuli Piscatoris.

Cajetanus Amatus.

c) Elargienda a Poenitent. Apost.

Vd. *Poenitentiaria apost.* (Facult., Constit. Bened. XIV.: *Pastor bonus* etc. § 39—45); infra lit. *d.*

d) Episcopi facultas.

Vd. supra: *Lisbonen* p. 608.; infra: *Consanguinitas* (matrimon. contractum inter conjuges III. et IV. etc. p. 630. g.)

DUBIA

CIRCA FACULTATES DISPENSANDI AB IMPEDIMENTIS MATRIMONIALIBUS.

SSmus Dominus Noster, suppressa Siciliae legatione, Monarchiae judice, ut ajunt, ejusque Tribunali per literas apostolicas *Suprema* V. Kal. Febr. 1864, publicatas die 10. Octobris 1867, alias simul dedit apostolicas literas *Multis gravissimis*, quibus, cum vellet Siculorum utilitati et commodo prospicere, quasdam dedit Episcopis facultates, quas inter hae numerantur § 14: »*Siculorum utilitati et commodo prospicere vehementer cupientes omnibus et singulis Archiepiscopis, Episcopis aliisque locorum nullius dioecesis in Sicilia existentibus Ordinariis ac etiam Vicariis capitularibus canonice electis specialem facultatem tribuimus concedendi matrimoniales dispensationes in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradu sive simplici sive duplici ac etiam mixto, dummodo primum non attingat et dummodo canonica adsit causa et dispensatio gratis omnino concedatur, nullo prorsus vel minimo recepto emolumento et in eorum tantum favorem, qui vere pauperes sunt. Volumus tamen atque praecipimus, ut in singulis dispensationibus concedendis semper expressa mentio fiat hujusce specialis Apostolicae facultatis. Atque etiam volumus, hujusmodi de praedictis matrimonialibus dispensationibus concedendis facultatem a Nobis tributam ita omnino ab omnibus esse intelligendam, ut nemo unquam eam interpretari queat veluti impedimentum, quominus Siculi fideles, si ipsis placuerit, possint supplices hanc Apostolicam Sedem directo adire ad easdem assequendas dispensationes.*«

Dubia nonnulla inde exorta sunt ex parte Siculorum Antistitum, quae s. Poenitentiaria apostolica remisit resolvenda s. Congregationi Concilii aliud adjiciens dubium quod facultates ipsius s. Poenitentiariae respicit.

Dubia antem quae facultates Ordinariorum in Sicilia respiciunt ita se habent:

1. An Siciliae Episcopi dispensare valeant in tertio vel quarto consangninitatis aut affinitatis gradu *triplici*, idest ex triplici stipite proficisceute?

2. An iidem Ordinarii dispensare valeant quaudo consanguinitas vel affinitas reperiatur in tertio vel quarto gradu *duplici* idest proveniente ex duplici stipite et simul concurrat alius gradus mixtus, puta ex tertio et quarto, a *tertio* alio stipite proveniens?

3. An *valide* ab iisdem dispensari possint ii, qui pauperes nou sunt?

4. An validae sint dispensationes iis factae, qui falso paupertatem allegaruut?

Hac autem occasione s. Poeniteutiaria haec adjecit: cum ipsa habeat facultates dispensandi iu casibus: »*in quibus concurrat vera Oratorum paupertas per authenticam Ordinariorum attestationem comprobanda*« quaesivit: »An validae essent dispensationes coucessae

a s. Poenitentiaria, attestatione praemissa paupertatis Oratorum ab Ordinariis data, quaudo ipsa paupertas falso exponatur?

Generatim ex officio memoriae recolebatur, primis ecclesiae saeculis nullam ab impedimeutis matrimonialibus dispensatiouem concedi consuevisse. »Nulla (ait Christiauus Lupus) etiam regia vel augusta, licet in sexto aut septimo affinitatis gradu vel ignorauter contracta, longe miuus contrahenda, matrimonia dipeusabantur; sed cuncta dirimebantur juxta vigorem canonum. Nonnulli volunt, Innocentium III. saeculo XII. primum cum rege Othone IV. in quinto consanguinitatis gradu ad quem tuuc extendebatur cognatio dispensasse; idque magna et maxima impellente causa et *ea lege ut duo amplissima monasteria fundaret, omne imperium largis eleemosynis et ferventibus orationibus istud ecclesiasticae disciplinae vulnus compensaret*«, Christianus Lupus *ad can. 2. Conc. Rem. p. 3.* Animadversum tamen est non deesse alios auctores, qui longe ante illam aetatem exempla dispensatiounm reperiant atque adducant s. Gregorium Magnum, qui saeculo IV. exeunte, petente s. Augustino Angliae Apostolo, indulsit Anglis recens ad fidem conversis, ut permanerent in coujugiis, quae ante susceptam fidem contraxerant in tertio consanguinitatis gradu, *epist. 64. lib. 11.*

Processu quidem temporis majore beniguitate ecclesiam uti consuevisse, sed tamen Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 5. de ref. matrim.* edixisse: »*in contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio vel raro.*« Quisquis itaque hanc ecclesiae mentem prae oculis haberet, haud ita facile laxaturus esset habenas in matrimonialibus dispensationibus coucedendis.

Propius autem ad rem accedendo est animadversum iu hac dispensationum materia doctores generatim loquentes (Sauchez *de matr. l. 8. disp. 2.*; de Justis *de Dispens. matr. l. 1. c. 2. n. 1. segg.*, Pyrrhus Corradus in *Praxi dispens. apost. l. 1. c. 1.* aliique communiter) maximum discrimen facere inter *potestatem* alicni concessam ad dispensandum et ipsam *dispensationem*. Illam enim tamquam favorabilem late esse iuterpretaudam et ad illos etiam casus extendendam, qui casibus in concessione expressis quoquomodo etiam separabiliter accomodari possint, licet tantum accessoria siut, ut conceptis verbis docet de Justis *loc. cit.*: hanc vero stricte esse interpretandam. Rationem autem propter quam facultas dispensandi a dispensatione differat, inde auctores repetere, quod facultas dispensandi illi soli, qui eam concedit, praejudicium inferat, et ideo cum sit beneficium Priucipis praeter jus concessum nullique tertio praejudicio ingerens, late sit interpretanda in iis quae vergunt in ipsius coucedentis praejudicium: cum in hujusmodi generali potestatis concessione praecipuum Principis motivum non sit ipsa dispensatio nec respectus ad personas dispensandas, sed favor, quo per communicationem suae potestatis dispensaturos honorat et ob id directe non intendat jus commune laedere nec alicni tertio praejudicium seu damnum inferre. At ipsam dispensatiouem, cum exorbitet a jure commnni illndque laedat et vulneret, odiosam dici, sterilem, infecundam atque ob id restringeudam stricteque interpretandam. Ita de dispensandi facultate per se considerata auctores loquuntur.

Ex qua doctrina consequi »sicut *in dubio* au *dispensatio* extendatur ad aliquem casum interpretandum est, eam non extendi: ita e couverso *in dubio*, an *potestas dispensandi* exteudatur, ut virtute illius possit dispensari iu aliquo casu, iuterpretaudnm esse extendi.« Sanchez *loc. cit. n. 9.*, de Justis *loc. cit. c. 2. n. 3.*

Hanc doctrinam applicantes ad res matrimouiales inferunt (quamquam nou omnes) eum cui facultas facta sit dispensandi in aliquo determiuato gradu ex. gr. in secundo vel tertio consanguinitatis vel affinitatis posse dispensare in illo quamvis duplicatus sit, quia semper facultas dispensandi versatur in genere secundi aut tertii gradus, nec secundnm aut tertium egreditur, Sanchez *loc. cit. disp. 24. num. 9. et 10.*, de Justis *loc. cit. n. 8.*

Quare cum Ordinariis Siculis facta sit facultas dispensandi iu tertio et quarto gradu consanguinitatis et affinitatis sive simplici sive duplici nou videri denegatam eis esse facultatem dispensandi ab iisdem impedimentis iisdemque gradibus, quando ex triplici capite oriantur. Semper enim verum manere eos dispensare iu tertio et quarto gradu consanguinitatis et affinitatis. Secus dicendum esset strictissime facultatem dispensandi esse intelligendam contra allegatos ss. canonum Iuterpretes.

Omisso exposito principio animadversum est, in hujusmodi concessiouibus iuterpretan-

dis optimam illam esse regulam, ut mens concedentis inspiciatur. Jamvero Summum Pontificem in ea potestate concedenda non favorem Ordinariorum, sed Siculorum fidelium prae oculis habuisse ceu literae apostolicae declarant: »*Cum autem praecipua prorsus charitate fideles Siciliae populos merito prosequamur, qui avita religione ac pietate spectati, immobili fide et observantia Nobis et huic Apostolicae Sedi constantissime adhaerere vehementer gloriantur, haud omittimus aliis nostris Apostolicis literis eorundem fidelium incommodis ac dispendiis occurrere, concedendo opportunas facultates Venerabilibus fratribus Sacrorum in Sicilia Antistitibus, quos iidem fideles facilius adire poterunt:*« ita in literis *Suprema* §. *Ceterum*. Quod praestitit Pontifex in allegatis literis *Multis gravissimis* per verba quae retuli: »*Siculorum utilitati et commodo prospicere vehementer cupientes omnibus et singulis Archiepiscopis etc.*

Quare cum, ex perspicua Summi Pontificis mente, in favorem Siculorum fidelium hujusmodi facultates concessae fueriut, intimam rationem, ob quam allegata regula de facultatibus late interpretandis communiter traditur, deficere in themate dicendam esse. Eam enim regulam rationi iuniti, quod Princeps in concedenda dispeusandi facultate non respectum habeat ad personas dispensandas, sed favorem inteudere et honorem personae dispensaturae. Ideoque eam regulam huic nostrae controversiae aptari non posse.

Aliam vero regulam ad rem facere, quam tradit Claudius La Croix *tom. 2. l. 6. p. 3. n. 863. theol. mor.* ubi loquens de simili facultate dispensandi ab impedimentis matrimonialibus Germaniae Episcopis singulis quinquenniis concedi consuetis statuit: »Cum haec facultas non sit data per jus commune, neque per antiquas constitutiones, sed sit specialis, quae apud Episcopos singulis quinquenniis indiget renovari, non potest censeri major neque alia quam prout est mens s. Sedis hic et nunc concedentis, cujus etiam est interpretari suam mentem si dubium occurrat.«

Porro hanc regulam adamussim convenire controversiae de qua agimus; cum in themate agatur de speciali facultate non concessa per jus commune neque per antiquas constitutiones, *specialem facultatem tribuimus* ait Pontifex; neque sit perpetua sed ad decennium circumscripta: ergo extendendam non esse.

Sed praeterea interpretationi non esse indulgendum, quando verba concessionis clara siut; Pontificem autem claris verbis mentem suam aperuisse: »*Specialem*, inquit, *facultatem tribuimus concedendi matrimoniales dispensationes in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradu sive simplici sive duplici ac etiam mixto, dummodo primum non attingat.*« Objecto circa quod versari debeat facultas sic praecise determinato et circumscripto, dubium moveri haud posse videri: e converso tum moveri dubium posset, si Pontifex Siculis Ordinariis facultatem fecisset dispensandi in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradu *in genere*, nou explicando utrum isti gradus simplices vel duplices vel etiam triplices esse deberent. Tunc enim in geuerica illa concessione omnia impedimenta, quae intra tertium et quartum consanguinitatis vel affinitatis gradum continentur, comprehendi dici posset, in subsidium fortasse utiliter advocata regula de facultatibus late interpretandis. Cum itaque Pontifex specifice declaraverit, se facultatem concedere dispeusandi ab iisdem gradibus, sive simplices illi siut sive duplices, duplices iucludendo triplices exclusisse diceudum esse. Inclusionem enim unius exclusionem esse alterius.

Eo magis quod agatur de facultate dispensandi in matrimouii impedimentis; cum ejusmodi facultatis concessiones nisi fuerint expressis verbis factae non siut facile praesumendae. Id enim, quod difficiliorem reddit Pontificem ad dispeusandum, difficiliorem etiam reddere ad facultatem concedendam dispensandi; per facultatem enim dispensandi agit ipse Pontifex per alios. Sed quando plura adsunt impedimenta, sive diversi generis ea sint sive etiam ejusdem, quae tamen ex diverso stipe manent, difficilius Pontificem dispensare solere, cum plura impedimenta simul sumpta majorem quandam indecentiam ac repugnantiam cum matrimouio contrahendo exhibeant, quam si singula tantum esseut dispensanda, ut beue animadvertit de Justis *de dispens. matr. c. 4. n. 78. seq.* Ergo difficilius dispeusandi facultatem concedere a multiplici hoc impedimeutorum genere dicendum: neque proiude ejusmodi facultatem praesumendam.

Hisce autem animadversis, videri in themate idem dicendum de facultate dispensandi, quod de ipsa dispensatione dicatur. Sed

certum esse dispensationem super aliquo determinato impedimento concessam non posse suffragari alteri impedimento neque ejus extensionem dari, ceu tradit de Luca *de jurepatron. disc. 38. n. 11.*, etiamsi agatur de eodem impedimenti genere v. g. de consanguinitate. Nam si haec oriatur non ex uno sed ex multiplici capite, dispensetur vero in uno tantum; matrimonium erit nullum, uti ernitur ex Apostolicis literis Benedicti XIV. *Elsi matrimonialis* die 30. Septembris 1755 per quas declaratum est nullum matrimonium, quod contractum fuerat ex dispensatione a tertio et quarto consanguinitatis gradu simplici, ex eo quod postea detectum fuerit, contrahentes non simplici sed duplici hujusmodi impedimento ligatos esse. Ergo neque facultatem dispensandi concessam super aliquo impedimento praecise determinato posse ad aliud, etiamsi ejusdem speciei, protendi.

Quoad tertium et quartum dubium pro affirmativa seutentia est animadversum, s. Sedem, quum facultate dispensandi in favorem pauperum Siculos Episcopos cumulaverit, eorum arbitrio et conscieutiae judicandum reliquisse, quiuam vere pauperes sint, ac proinde eos posse per errorem pauperes putare, qui tales reapse non esseut. Quo quidem in casu Gobat penes La Croix *lib. 6. p. 3. n. 843.* ait, posse hujusmodi dispeusationem valere, eo quod Episcopus ita opinans prudenter utitur facultate, qua praeditus est.

Sed praeterea distincta causa *impulsiva* a causa *finali* est animadversum satis esse ad validitatem dispensationum, ut precum veritas circa causam finalem versetur, ut dispensatio inde concessa valida existat; porro paupertatem nou videri esse causam finalem, sed tantum impulsivam: namque Pontificem motum ad facultatem concedendam Episcopis Siculis ut dispensarent cum panperibus, adjecisse, *dummodo canonica adsit causa*. Quoties igitur ejusmodi causa adfuerit, etiamsi desit paupertas, non videri nullam factam dispensationem.

Sed contra est animadversum, non esse concessam talem facultatem sub ea conditione, *si prudenter judicent oratores esse pauperes*, sed sub conditione *si vere pauperes sint*, ut recte animadvertit La Croix *loc. cit.*

In themate autem agi de potestate delegata, quae ultra expressos limites protendi non potest. Reiffenstuel in *Append. de disp. super imped.* § *3. n. 25.*, loqueutem de facultate Germanis Episcopis facta dispensandi in tertio et quarto simplici et mixto consanguinitatis et affinitatis gradu tantum cum pauperibus, haec scribere: »has dispensationes pro solis pauperibus dari posse, quia privilegia tantum valent, quantum sonant, argnmento *cap. Recessimus, de privileg.*«

Huc facere doctrinam Corradi *loc. cit. l. 13. c. 5. n. 6.*, qui cum aliis tradit iu literis Apostolicis nullas clausulas seu dictiones esse debere frustratorias et ne verbum quidem sine virtute: dictionis autem *tantum* eam esse vim, ut limitet, restringat et excludat, *l. Et non tantum, ff. de petit. haered.* Sed Pontificem concedendo Siculis Episcopis memoratam facultatem, clausulam apposuisse, ut ea cum vere pauperibus uterentur ac verbum *tantum* adjecisse: ait enim *in eorum tantum favorem qui vere pauperes sunt:* ergo ceteros alios exclusisse. Idem dicendum de dictione *vere* pauperes.

Post haec disceptatum est super quinto dubio a s. Poenitentiaria proposito; sed cum s. Congregatio resolutionem ejus distulerit, de eo referam, postquam fuerit resolutum.

D u b i a:

I. »An Siciliae Episcopi dispeusare valeant in tertio vel quarto consanguiuitatis aut affinitatis gradu triplici, idest ex triplici stipite proficiscente in casu?

II. An iidem Ordinarii dispensare valeant, quando consanguinitas vel affinitas reperiatur in tertio vel quarto gradu duplici et simul concurrat alius gradus mixtus ex tertio et quarto, idest a tertio alio stipite proveveniens in casu?

III. An valide ab iisdem dipeusari possint ii, qui pauperes non sint in casu?

IV. An valide dispenseutur ii, qui falso paupertatem allegarunt iu casu?

S. Congregatio Concilii, causa cognita in comitiis habitis die 26. Aprilis 1873, respondere censuit ad I., II., III. et IV.: *Negative.*

Ex quibus colliges:

I. Facultatem dispensandi a lege in legislatore consideratam nou esse odiosam; eodem enim jnre eam habet, quo jure legem

facit*): neque proinde eam facultatem, alteri a legislatore commissam, per se esse odiosam cum per delegationem non mutet naturam.

*) S. Thomas *1. 2. q. 96. art 6.* haec ait: »*Quia legislator non potest omnes singulares casus intueri, proponit legem secundum ea quae in pluribus accidunt, ferens intentionem suam ad communem utilitatem.*« Et *ibid. ad 3.* pergit: »*Nullius hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus exogitare; et ideo non potest sufficienter per verba sua exprimere ea quae conveniunt ad finem intentum. Etsi posset legislator omnes casus considerare, non oporteret ut omnes exprimeret propter confusionem vitandam; sed legem ferre deberet secundum ea quae in pluribus accidunt.*« Et *ibid. q. 97. art. 4. ad 1.* adjungit: »*Contingit autem quandoque quod aliquod praeceptum quod est ad commodum multitudinis ut in pluribus, non est conveniens huic personae vel in hoc casu; quia vel per hoc impediretur aliquod melius bonum vel etiam induceretur aliquod malum. Periculosum autem esset ut hoc judicio cujuslibet committeretur, nisi forte propter evidens et subitum periculum. Et ideo ille qui habet regere multitudinem habet potestatem dispensandi in lege humana quae suae auctoritati innititur, ut scilicet in personis vel in casibus in quibus lex deficit licentiam tribuat ut praeceptum legis non servetur. Si autem absque hac ratione pro sola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in dispensatione aut erit imprudens; infidelis quidem, si non habet intentionem ad bonum commune; imprudens autem, si rationem dispensandi ignoret.*« Et ibid. ad 1: »*Quando cum aliquo dispensatur ut legem communem non servet non debet fieri in praejudicium boni communis, sed ex intentione ut ad bonum commune proficiat.*«

Ex quibus apparet, qnemadmodum legislator tenetur legem ferre in bonum commune, ita teneri ex conceptu hnmanae legis dispensare juxta rerum et personarum convenientiam ratione ejusdem communis boni. Ejusmodi ergo dispensandi facultas per se considerata non solum non est odiosa, sed est legislatori necessaria et eodem jnre habet, quo habet jus faciendi legem. Cnm autem per commissionem alteri factam non mntet naturam, non erit ideo odiosa; immo nec odiosa est ipsa facultatis dispensandi commissio, cum legislator non possit per se in omnibus occurrentibus casibus dispensare. Sed ipse legislator tamen potest facere magis vel minus odiosam facnltatem dispensandi alteri commissam, eam mnltipliciter limitando aliisve modis qnos supra dixi, ex qnibus oritur magis vel minns stricta facultatis concessae interpretatio: et hoc etiam propter commune bonnm, qnia ut ait angelicus Doctor *periculosum esset ut hoc* (idest facultas dispensandi) *judicio cujuslibet committeretur, nisi forte propter evidens et subitum periculum.* Ideoque pro personarum ratione vel idoneitate vel pro ratione causae seu rei majoris ant minoris momenti, facultates quas committit R. Pontifex magis minusve limitat: et juxta R. Pontificis mentem, qnomodolibet ex jnre ant anthenticis declarationibus resultantem, facienda est interpretatio.

Ex quibus etiam consequitur, exercitium facultatis commissae intra praescriptos limites, non esse odiosum, quando justae causae dispensandi militent:

II. Odiosam tamen plus minusve esse posse dispensandi facultatem a legislatore

quando enim ejusmodi causae militent, dispensatio nonnisi *materialiter* dici potest legis vulnus; cum legislator neque legem fecisset, si dictae justae causae ut in pluribus militarent, cujusmodi sunt causae quae recidunt in bonum publicum vel etiam in bonnm privatnm animarum, cnm animarum bonum in publicum tandem recidat; namque publicum ecclesiae bonum unice dirigitur in animarum singularum bonnm. Immo adeo esse potest justa dispensandi causa, ut dispensatio sit debita, nt in casibns in quibns cesset adaequata ratio legis aut aliqnid evidenter inhonestum aut nocivum in aliqno casu ex observantia legis sequeretnr. Tunc autem *formale* esset legis vulnus, si non justae aut non sufficientes dispensationis causae, arbitrio boni viri vel communi aestimatione, haberentnr: ideoqne odiosum tunc existimandnm facultatis exercitium aut etiam inferioribus legislatore facile illicitum: atqne inde dispensatio concessa strictae esset vel etiam strictissimae interpretationis.

Dixi *inferioribus legislatore facile illicitum:* non qnod etiam legislator non possit illicite dispensare, cum ut ait s. Thomas, *si pro sola voluntate licentiam tribuat non erit fidelis in dispensatione aut erit imprudens:* sed quia legislator qnosdam altiores et universaliores respectus habere potest ad commune bonum, qnos habere non potest inferior dispensator.

Haec qnidem de facultate in genere considerata dispensandi in ecclesiasticis legibus et de dispensatione.

Sed dantur quaedam leges ecclesiasticae ad tnendum directe et immediate naturale jns, ut ex. gr. sunt leges de impedimentis matrimonialibus consanguinitatis et affinitatis, quae constitntae ab ecclesia snnt ad circumvallandam publicam naturalem nnptiarum honestatem. Ejusmodi leges ex communi hominum aestimatione firmitatem qnodammodo mutuantur etiam ab ipso jnre naturali qnod immediate tuentur. Idcoque antiquitus, qnando nuptiarum honestas, commnni aestimatione, majori honore in societate erat, fere nnnquam in impedimentis, etiam longe inferioribns, dispensatio locum habebat. Ut ejusmodi leges firmissime persisterent, constitntum quoque est (ad imitationem stricti jnris natnrae qnod locum habet in nonnullis matrimonii impedimentis), ut qui contrairet nihil ageret: idest matrimonium esset non solum illicitnm, sed etiam nullum. Postea vero, cum honestas nuptiarum non eo maximo honore in societate nt olim habita sit, immininntis qnoque canonicis impedimentis, majori facilitate dispensatio locnm habnit et habet. Nihilominus firmum mansit, ut nihil censeretur dispensatum, nisi qnod fuerit in dispensatione expressum; ita nt qnamvis justissimae adsint dispensationis causae, quae protendi majori ratione possint ad impedimentum minoris momenti, quam illnd super quo fnerit expresse dispensatum, hoc dispensatum non censeretur et matrimoninm maneret nullum. Quod etiam maxime confert ad publicnm bonnm ad confnsionem vitandam, ut certum sit quodnam matrimonium per dispensationem sit validum, quodnam irritum.

Cum antem ejusmodi leges firmitatem quoque accipiant a jure naturali quod immediate et directe tuentur, dici debet non solum odiosa dispensatio, sed etiam odiosum dispensandi facultatis exercitium cum maxime interesse debeat legislatori, ut firmissimis legibus publica nuptiarum honestas, quoad fieri possit, circumvallata persistat.

Et reapse adeo odiosum hujusmodi facultatis exercitium olim fuit habitum, ut si ob gravissimas causas cum divitibus dispensari contigeret, gravissima imponerentur onera ad compensandum vulnus legi inflictum et ut caeteri ab ejusmodi dispensationibus petendis deterrerentur. Unde origo *Componendarum* penes Datariam Apostolicam seu gravium taxarum. Inde etiam, ut succurreretur, temporis lapsu, pauperibus, indncta est dispensatio pecnliaris, quae dicta est in *forma pauperum*, quae locum tantum habebat ob causam infamantem.

Hic videtur esse generalis conceptus juridicus de legibus et dispensationibus matrimonialibus, quamquam praxis jamdiu vigens ob societatis conditiones non amplius cum hoc conceptu plene consonet; et non desint impedimenta matrimonialia, quae, cum facile et passim dispensentur, in nova de rebus matrimonialibus lege fortasse abrogare expediat.

commissam, quando constet, mentem esse legislatoris, ut verbis, quibus facultas expressa est, coerceatur neque praescriptos limites egrediatur.

III. Id constare multipliciter posse *a) intrinsece*, per explicita legislatoris verba in concessione facultatis expressa vel ex modo quo facultatem legislator concesserit eam accurate limitando vel ex fiue aut motivo concessae facultatis, vel ex rei de qua agitur gravitate aliisque adjunctis: *b) extrinsece* per ss. canones vel ecclesiae praxim quae sensum facultatis concessae sive explicite sive implicite determiuaverit.

IV. In themate habita ratione modi, quo Romanus Pontifex limitavit facultatem Siculis Episcopis concessam, habita ratione finis ob quem concessa est, necnon praxis jamdiu in ecclesia invalescentis in interpretandis similibus facultatibus Episcopis concessis pro dispeusationibus matrimonialibus, constare, eam esse Summi Pontificis mentem, ut verbis, quibus facultas expressa est, coercita maneret neque praescriptos limites egrederetur.

V. Colliges demum dispensationem concessam pro uno impedimento nou juvare pro altero quamvis sit ejusdem speciei.

Beatissime Pater!

Vic. Gen. Sti. Ludovici ante pedes S. V. provolutus solutionem sequentium dubiorum petit:

1. An in multiplici consanguinitate seu cum consanguineis, qui ex multiplici stipite invicem conjuncti sunt, Ordinarius dispensare possit juxta facultates a Sancta Sede impetratas tenoris seqnentis: Dispensandi in 3. et 4. cousanguinitatis et affinitatis gradu simplici et mixto tantum et in 2., 3. et 4. mixtis non tantum in 2. solo quoad futura matrimonia, atque: Dispeusaudi in utroque foro cum catholicis ejus jurisdictioni subjectis iu matrimoniis sive contractis sive contrahendis super impediuento secundi gradus consanguinitatis vel affinitatis in linea transversali aequali, in centum casibus?

2. An in multiplici affiuitate dispensare possit?

3. An dispensatio super impedimentis matrimonialibus ab Ordinario hujus regionis juxta consuetas facultates Apostolicas concessa, quamvis graviter illicita, tamen valida sit, quando data sit informis, propterea quod tenor facultatis a S. Sede delegatae vel tempus ad quod expressa non siut vel quia telegraphice paucis verbis vel oretenus tantum concessa sit?

Dubium hoc oritur ex omissione clausulae: alias nullae sunt, iu facultatibus Ordinariis Americae nunc concessis; quae clausula olim iu hujusmodi facultatibus expresse apposita fuerat.

Decisum.

Feria III. loco IV. die 15. Junii 1875.

In congregatione gemerali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita coram Emm. ac Revm. DD. S. R. E. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus propositis supradictis dubiis et prachabito Voto DD. Consultorum. Iidem Emm. Revdm. DD. responderunt:

Ad primum et secundum: Affirmative scilicet declararunt: — Episcopos, qui facultate gaudent quinquennali dispensandi in 3. et 4. consanguinitatis et affinitatis gradu simplici et mixto tantum et in 2. 3. et 4, non tamen in secundo solo, quoad futura matrimonia posse dispensare in 3. et 3. in 4. et 4. in 3. mixto cum 4; necnon in 3. et 4. cum 2. mixtis, sive gradus oriatur ex uno sive ex multiplici stipite, facto verbo cum Sanctissimo.

Ad tertium: Affirmative; dummodo reapse mulier rupta non fuerit vel si rapta

in potestate raptoris non existat. Clausulas vero servandas adamussim esse; quantum tamen rerum, temporum locorumque adjuncta ferre possunt.

Eadem die ac feria.

Sanctissimus D. N. D. Pius divina providentia PP. in audientia R. D. Adsessori s. Officii impertita, audita relatione ut supra, declarationem ab Emm. ac Revm. DD. Cardinalibus factam confirmarit.

G. Pelami, S. Rom. et Univers.

(L. S.) Inquisit. Notar.

e) Gradus primi.

I. Adest.

Aesina.

Ne in ecclesia proclamaretur matrimonium inter Rinaldum Fiorani et Mariam Rosam Andreoni jam conciliatum, obstiterunt parochus Cathedralis Aesinae Sanctis Chiodi et plebanus Carolus Marcellini. Nam Maria Rosa orta erat in castro Planii ex incertis parentibus ut ex codice parochiali constat sub die 15. Januarii 1785. Hinc rumor vulgi increbuerat, quod Maria Rosa filia esset naturalis Vincenti Fiorani, idem qui pater legitimus fuit Rinaldi, qui Mariam Rosam jungere sibi cupiebat. Cum haec a parochis accepisset Vicarius generalis vetuit, ne publicationes, quas vocant, ullo modo fierent, nisi primum liqueret, num sponsi tenerentur necne impedimento in *I. gradu consanguinitatis*. Quare Rinaldus et Maria Rosa nonnullis allatis testibus, ut impedimentum excluderent, postularunt a s. Congregatione veniam contrahendi matrimonii. Quorum praeces remissae fuere Episcopo *pro informatione auditis sub formali examine parochis aliisque testibus et referat de puellae filiatione perquisitis quoque libris parueciae et hospitalis spuriorum.*

Quid parochi, qui testes quaestionibus subjecti declaraverint patet ex processu, quem Episcopus remisit.

Sacerdos Augelus Fiorani frater alter Vincentii se quidem ab aliis personis audisse affirmat spuriam Mariam Rosam fuisse filiam naturalem Vincentii Fratris sui; *ma che dal medesimo non l'avea mai inteso dire, nè gli era stata mai fatta tal confidenzia, che civè la sudetta spuria fosse sua figlia.*

Gernardus Fiorani frater et ipse defuncti Vincenti depouit hujus uxorem Theresiam *andiede a trovare si il testimonio, che gli altri Fratelli D. Angelo, e D. Nicola per pregarli, che si fossero portati da Monsignor Calistri allora Vicario generale, onde impedire tali proclamazioni, mentre il di lei marito tante volte gli aveva detto, e confidato, che la suadetta spuria era di lui figlia naturale. Risplosegli allora il deponente, che nè esso, ne li fratelli volovano fare tal parte ad Superiore; quantunque molte volte il testimonio si fosse trovato presente, quando il di lui fratello Vincenzo sfogava con la commune madre, lagnandosi di non aver modo di allocare tale spuria come sua figlia naturale nata da una tal Anna Anconitani, quale stava in allora in serrizio in di lui casa, e della qualle successo per mezzo suo la gravidanza nel tempo del puerperio della di lui Moglie Teresa sudetta per la nascita de riferito Rinaldo, e circa l'anno appresso naque la sudetta spuria.*

Hisce Episcopus in sua informatione addit: *Quo vero attinet ad investigationem librorum paroeciae et hospitalis spuriorum hoc unum confirmare possum Mariam Rosam natam esse in oppido Castri Planii ibique esse certos ejus parentes veluti liquet ex testimonio parochi. Nec aliter quam testimonium parochi Castri Planii Maria Rosa descripta reperitur in libris spuriorum, qui apud hunc Aesinum Magistratum asservantur. Quae cum ita sint mihi videtur dubitari non posse, quin Maria Rosa sit filia naturalis Vincentii Fiorani, ideoque censerem Rinaldum cum eadem Maria Rosa cqucupitas nuptias contrahere non posse.*

Agitur sane de matrimonio contrahendo, ut levis quoque probatio impedimenti sufficiat, ne matrimonium permittatur secundum distinctionem, quae descendit ex *tex. in cap. Super eo 22. de testib. et in cap. 3. de eo qui cognov.* quaeque recepta est passim a Congregatione et novissime *in Senogaglien. Impedimenti 17. Augusti 1805.* Hinc ad impediendum matrimonium unicus etiam testis sufficit, qui de certa scientia notum sibi esse affirmat impedimentum, *ex cap. Praeterea 12. de sponsal., Reinfestuel. in decretal. lib. 12. tit. 20. n. 37., Sanchez de Matrim. lib. 1. disput. 71. n. 11.* Certum est quidem Mariam Rosam Andreoni esse spuriam, cum id constet ex codice parochiali, in quo nata ex

incertis parentibus adnotatur. Utrum quaerendum erit, num ex testibus constet, quod prognata illegitime fuerit ex defuncto Vincentio Fiorani, pater qui fuit Rinaldi, cum quo jungenda est Maria Rosa.

Testes quidem omnes de auditu deponunt, sed pugnant inter se. Nam Theresia Rigucci, quidquid alias deposuerit, ut nuptias hujusmodi sibi invisas impediret, hoc nunc affirmat virum suum Vincentium Fiorani fassum quidem fuisse, se filiam spuriam habnisse, sed non esse Mariam Rosam Andreoni. Id quod etiam alia occasione confirmavit duobus mulierculis *Felici Giorgi et Maria Cresci*, quae hoc ab eo curiose percontarunt. Quare si Vincentius fateri non erubuit se moechasse, quod quidem gravius erat et jurgium cum conjuge secum ferre poterat, multo magis ei credeudum videtur, dum denegavit Mariam Rosam illam esse, quae ex illicito complexu habuit.

Contra vero Sacerdos Nicolaus et Gernardus Fiorani Fratres defuncti Vincentii affirmant non semel, sed saepius a Vincentio audivisse Mariam Rosam filiam suam esse ex quadam Anna Anconitani, tum cum hanc propria domo in famulatu haberet. Narrant quoque Vincentium anxium sollicitumque fuisse, dum audivit Rinaldum hujus spuriae amore captum fuisse. Horum dicta confirmantur ex eo, quod deponit Joachim Anconitani frater Annae. Nam ait Vincentium domum suam frequentasse cum ipse id aequo animo non ferret, et saepe matrem suam, ne id permitteret, monuisse. Addit paulo post Annam enixam fuisse et quamquam non dicat a quo, nec recordetur num natus infans (quem ipse detulit ad hospitale expositorum) mas fuerit vel faemina; attamen confirmat quae testes a Vincentio audivisse ajunt. Accedunt duo alii testes *Canonicus Philippus et Dominicus Irondini* qui declarant Vincentium nil intentatum reliquisse, ut nuptias inter filium suum Rinaldum et Mariam Rosam impediret. Adstipulatur tandem rumor vulgi, de quo deponunt parochi et sacerdos Angelus Fiorani frater Vincentii, qui affirmant audivisse ab aliis Rosam fuisse filiam Vincenti Fiorani.

Ex his quae in utramque partem disceptari possent EE. PP. deliberare dignabantur:

An constet de impedimento consanguinitatis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad effectum, de quo agitur.

Die 23. Novbr. 1805.

II. Non dispensatur.

Leodien.

Joannes Joseph Tasset, qui secundum baptismalem codicem naturalis est filius Mariae Tasset et Petri Brune dispensationem postulat nubendi Deodatae Brune legitimae ejusdem Petri filiae, cum qua binos genuit filios. Quae in id coram Ordinario acta sunt, Leodiensis refert Vicarius generalis in haec verba: Quum pluribus abhinc annis parochus praefatorum ad matrimoniorum aspirantium Nobis exposuisset, eosdem juxta tenorem libri baptizatorum suae parochiae famamque in tota parochia et locis vicinis publicae vulgatam pro fratre et sorore haberi: quumque ex adverso varia allegata fuissent, quibus oratores inscriptionem libri baptizatorum famamque publicam, quas denegare non poterant, saltem falsas et erroneas esse ostenderent, inspecta prius et verificata a Nobis praefata inscriptione libri baptismalis in aula synodali a parocho depositi, omnia et siugula ab oratoribus allegata sedulo perpensa et mature examinata fuerunt et a vero prorsus aliena et conficta inventa sunt. Dein quum iidem oratores plures produxissent declarationes coram notariis et testibus successive a Maria Tasset matre dicti oratoris praetensive factas, et quae ferebant, nullum unquam inter dictam Mariam Tasset et Petrum Brune patrem dictae Deodatae habitum fuisse carnale commercium, rite examinatis in plena synodo notariis illis, fidei aliunde parum probatae, et testibus, qui istas declarationes receperant, satis superque intelleximus, subornatas fuisse mulierculas quasdam, quae ignotae notariis nomen et personam fatae Mariae Tasset emeutitae dictas declarationes dederunt; et hanc fraudem unus ex testibus praedictis in eadem synodo verbis rotundis palam confessus est.

Sed ne minimus dubitandi locus superesse posset, praedicta Maria Tasset mater oratoris unacum filio suo ad comparendum coram Nobis in aula et congregatione synodali citata et de facto comparens et circa assertas et reproductas declarationes debite interrogata penitus denegavit in praesentia dicti filii sui, se unquam similem dedisse

declarationem; et e contra constantissime asseveravit, se praedictum Joannem Josephum Tasset ex facto dicti Petri Brune tunc libero et solnto enixam fuisse atque ab illo dicto Brune, qui postmodnm aliam ducere volebat, nt impedimento ad onus dicti Petri Brune apposito resiliret, summam pecuniae recepisse; haecque tot et talibus vestiebat circumstantiis, ut nullum circa veritatem assertorum remaneret dubium. His tamen non obstantibus, qunm a proposito minime desisterent oratores, nullum non movebant lapidem, ut voti fierent compotes: quare exornatis in hac patria circa finem anni 1788 primae revolutionis turbis usque eo recruduerunt eorum machinationes, ut nonnullos ex antesignanis dictae revolutionis sic devinxerint partibus suis, ut hi aulam et congregationem synodalem ingressi oratorum postulata vel super asserta consanguinitate dispensationem minacibus verbis potius imperare, quam solicitare viderentur, et a quibus synodus non aliter quam oratores Romam remittendo potuit sese liberare.

Ex accurata ista Leodiensis synodi inquisitione nec leviter dubitandum videtur de consanguinitate Joannis Josephi Tasset et Deodatae Brune in primo laterali gradu. Quaerendnm itaque de dispensatione. In primo sane rectae lineae gradu permittere nequit ss. Pontifex matrimonium, qunm inter patrem et filiam, matrem et filium prohibitae sint nuptiae de jure naturali, de qno *Paulus Apost. ad Romanos 1. et 2.* At controversia est, num eadem obstet naturalis lex quo ad conjunctos in primo laterali, fratres nempe et sorores. Affirmant *Sot. in 4. distinct. 40. quaest. unic. art. 2., Sanches de matrim. lib 7. disput. 52. n. 11., de Just. de dispensat. matrim. lib. 2. cap. 3. n. 67., Sibil. de grad. consanguin. part. 1. cap. 1. § 1. disput. 1. pag. 26.* Negant *d. Thomas 2. 2. quaest. 154. art. 9. ad 3.* et in *distinct. 40. quaest. unic. art. 3., Pont. de matrim. lib. 7. cap. 32. n. 3., Clericat. eod. tract. decis. 22. n. 28. et seqq.* Affirmativam vero sententiam tenuisse videntur ss. Pontifices, dum nunqnam hactenus dispensarunt super primo consanguinitatis gradu in linea laterali. Hujusmodi immo dispensationem denegavit Clemens VII. inter Ducem de Richemont naturalem filium et Mariam legitimam filiam Henrici VIII. Anglorum Regis, teste *Varillas Istor. dell' Eresia t. 4. lib. 9.* Culpatur quidem ab haereticis Martinus V. permissi inter fratrem germanamque sororem matrimonii; sed enm ab hac vindicat impositura *Natal. Alex. Histor. eccles. saecul. 15. et 16. part. 1. cap. 1. art. 3. n. 6. pag. 34. et seq.*, qni ibid. *art. 7. pag. 68.* falsam etiam demonstrat dispensationem Calisti III., ex qua Comes Armaniacus post expressam illius Pontificis repulsam germanae nupsit sorori.

Gravis contra notanda est in nostro themate circumstantia duplicis filii per Josephum Tasset ex Theodora Brune suscepti. Valde siquidem dubitandum, quin incestuosam contnnet nefariamque consuetudinem cum aeterna animae suae et sororis perditione. Adeo enim fervet utriusque concupiscentia, ut ad palliandum saltem incestum turpissima etiam tentaverint sponsandi media. Ponderandum tamen, num justa haec sit causa iudncendi novum dispensationis exemplum, sequendo scilicet sententiam s. Thomae de non resistente jure naturae.

Quaeritur igitur:

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione super primo consanguinitatis gradu in linea laterali in casu?

S. C. resp.:

Negative.

Die 14. Decbr. 1793.

f) Gradus quarti.

I. Matrimonium validum.

Venusina.

(Duo Episcopi jus in 4^to^ gradu consang. dispensandi praetendentes)

Vd. p. 608.

Georgius Giura et Clara Musacchio oppidi Maschiti cum essent in IV. consanguinitatis gradu conjuncti, nt validum matrimonium contraherent dispensationem a ss. Pontifice directam Ordinario Melfien uti viciniori cum vacaret sedes Venusina impetrarunt obtentoque decreto pro executione dispensationis matrimonium coram parocho et testibus praeviis etiam denunciationibus a die usque 20. Aug. 1714 contraxerunt; Vicarius capitularis Vennsinus praetendens matrimonium nullum, tum quia absque ejus licentia fuerit contractum tum quia exequutio dispensationis spectaret ad Episcopum Lavellen. viciniorem, inhibuit sponsis ne sub poena excommunicationis cohabitarent, atque emanato ad ejus instantiam ab hac s. Congregat. die 22. Sept. 1714 rescripto: »Vicarius Vennsinus conficiat

processum contra contrahentes ac parochum ac injungat sponsis ne insimul conversent; et probata per testes contraventione enunciato praecepto d. Georgium Giura et Claram Musacchio excommunicavit, qui praevia paritione plures et reiteratas obtinnerunt absolutiones cum reincidentia. In controversia vero, an Episcopus Lavallen. seu Melphien. sit vicinior, plures a promotore fiscali Vennsino examinati fuerunt testes deponentes viciniorem esse Lavallen. Episcopum et producta fuit etiam alia dispensatio a Vicario generali Lavallen., uti viciniori exequuta die 17. Jan. 1714, Episcopus antem Melphien. in sua informatione praetendit, se esse viciniorem et uti talis die 21. Jun. ejusdem anni 1714 ejus Vicarius generalis decrevit exequutionem alterius consimilis dispensationis matrimonialis; hinc summae EE. VV. sapientiae sequentia dubia proponuntur:

I. *An matrimonium sit validum?*

II. *An oratores absolvendi sint a censuris?*

S. C. C. resp. ad 1 et 2: Affirmative et amplius.

Die 3. Oct. 1716.

II. Matrimonium nullum.

Stagnen.

(Conc. Tr. c. 1. s. 24. de ref.)

Matrimonium contraxit Christophorus Longhus 1739 cum Catharina Rachliza, ignorantibus conjugibus impedimentum dirimens consanguinitatis in IV. gradu. Re judicialiter comperta sese separarunt et licet nulla a parocho omissa fuerit diligentia, quo matrimonium novo consensu convalidarent recusarunt illi semper, ut defunctus Stagnensis Episcopus ejusque Vicarius generalis declaraverint nullum fuisse matrimonium et contrahentes liberos esse. Ancilla erat domi Simeonis Simonetti fratris Antonii Simonetti parochi Tarpani Francisca Panscina; compressit hanc virginem Christophorus, din res latuit, sed ubi venter intumuit, consanguinei mulieris quaerelam proposuerunt, ut cogeretur Christophorus ad injuriam illatam reparandam uxorum eam ducere; hinc parochus Limonetti curavit, ut frater domo servitioque illam dimitteret, inde mollire animum coepit consanguineorum, ut different, donec sententiam nullitatis matrimonii inter Christophorum et Catharinam curia ecclesiastica ferret. Urgebant illi, parochus contra moras injiciebat, quo denunciationes fieri possent, quas Tridentinum requirit. Tandem consanguinei morae et verborum pertaesi in eam venerunt furoris audaciam, ut die 14. Sept. 1744 armati ad parochum accederent eique indixerunt, ut nisi continno Christophorum et Franciscam conjungeret, ambos morti dare statuerent.

Blandis verbis eos retinere tentavit parochus, sed illi verba amplius sibi dare velle negantes discedebant occisuri faeminam et virum. Parochus in his angustiis consilii expers, ut duo homicidia vitaret, eos revocavit promisitque illico Tarpanum adire, quod octavo lapide distabat et Christophorum ac Franciscam in matrimonium conjungere. Ita factum fuit vetnitque conjugibus parochus, ne simul habitarent, atque illi paruerunt. Vicarius Capitularis ab epistola parochi de omni hac re certior factus processum judicialem contra eum institnit eoque pluries audito, non vero, nt facere debnisset, consanguineis Franciscae sententiam tandem tulit, qua parochum ab officio per triennium suspensum voluit et per dnos menses carceribus esse mancipandum. Appellavit parochus ab hac sententia; Vicarius vero appellationem in devolutivo*) tantum admisit et vetuit ne Sacrum faceret. Parochus adito ss. Principe nostro obtinuit Breve appellationis suspensivae, qua mandabitur jurisdictio Episcopo Mercanensi, ut re perspecta causam auctoritate apostolica definiret. Episcopus judex decretum tulit, quo jubebat parochum *interim in officio parochiali reintegrandum esse donec et quousque in ea causa terminatum et decisum fuerit.* Sed promotor fiscalis curiae Stagnensis suspectum declaravit Episcopum Mercanensem obtinnitque alind Breve appellationis suspensivae, qua jurisdictio mandata fuit Archiepiscopo Ragusae, quem judicem parochus non recusans postulavit ab eo, ut rem definiret, sed frustra, nam judex ille nullum nnquam decretum ferre volnit.

Iterum igitur adiit parochus ss. Pontificem, a quo jurisdictio mandata fuit s. huic Tribunali et duo nunc dubia proponnntur. Pendet autem omnis hujusce rei definitio ab una cognitione, an in hac specie, in qua versamur, locus sit dispositioni cap. *Cum Inhibitio de cland. desp.* quod negat parochus rationibus et autoritatibus, contendens vel in iis, in quibus erat angustiis, ita faciendum

*) Vd. *t. I. p. 619. a.*

fuisse ad evitanda gravissima mala vel factum excusandum esse, cum prudentissimi etiam in re subita et ancipiti, quid consilii capiant, ignoreut, ideoque, cum injuste damnatus fuerit a Vicario capitulari, sarcienda illi esse damua omuia et impensas, et declaraudum esse in sententia Vicarii suspensionem a Diviuis non contineri. A promotore fiscalis curiae Stagnensis nihil hactenus uobis datum fuit:

D u b i a:

I. *An sustineatur sententia lata a Vicario capitulari curiae Stagnen. seu potius sit locus ejus moderationi et refectioni respective expensarum et damnorum passorum a parocho Antonio Simonetti in casu?*

II. *An in dicta sententia contineatur suspensio a Divinis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Sacerdotem Simouetti esse absolvendum, ex quo satis et reintegrandum ad curam animarum.

Ad II.: Negative.

Die 19. Novb. 1746.

Montis Falisci.

Post contractum 1743 servata forma Tridentini matrimouium inter Joaunem Nicolaum Magliozzi et Magdalenam filiam Francisci quondam Caesaris et Domiuicae Calisti Terrae Celleui et post proguatos ex hoc matrimonio duos filios, quorum alter obiit, alter superstes est, delatum fuit ad episcopalem curiam conjuges hos IV. consanguiuitatis gradu esse coujunctos, ideoque ab eadem curia decretum fuit, ut separarentur. Joannes Nicolaus siue scientia et consensu Magdalenae postulavit obtinuitque a ss. Principe nostro dispensationem adjecta literis, ut fieri solet, lege, ut exquisito viri et mulieris consensu eoque praestito coram parocho et testibus conjungerentur, servata forma decreti couciliaris. At ubi requisita fuit de hoc consensu a parocho renuit Magdalena et Joannes Nicolaus, ut par pari referret, vale dixit matrimonio declaravitque uolle illud contrahere atque ita irritum cessit apostolica dispensatio. Ut igitur Magdalena alteri viro nubere posset preces obtulit s. huic Tribunali, quibus postulabat declarari nullum matrimouium, quod cum Joanne Nicolao contraxerat. Precibus rescripserunt amplissimi Patres die 17. Junii 1747: *Utatur jure suo coram Ordinario* ideoque cum Joannes Nicolaus ob crimina quae admiserat patria extorris esset, deputato matrimonii defensore juxta legem ss. Principis nostri, lata tandem fuit ab audientia episcopali sententia, qua matrimonium contractum inter Jo. Nicolaum et Magdalenam nullum atque irritum declaratum fuit et facta fuit potestas Magdalenae alias nuptias contraheudi.

Appellavit defensor matrimonii delataque ad hoc s. Tribunal cognitione. Causa nunc proponitur urgente Magdalena cognitissimum esse impedimentum consanguiuitatis, quod ab Alexandro III. et Innocentio III. ad IV. graduu restrictum fuit, ut in *cap. 1. et cap. 8. de consang. et affinit.*, non solum praepedire, ne matrimouium contrahatur sed contractum dirimere itaut qui illud bona fide et impedimentum ignorantes contraxerunt soluti sint et poenis iudictis et nuptiis valeantque uti jure suo et ad alias justas nuptias venire. Neque dubitandum esse Magdalenam et Joaunem Nicolaum IV. consanguinitatis gradu conjunctos esse, cum id per gradus distinctos probetur testibus, baptismatis, confirmationibus et iustrumentis. Hinc excipiendum non esse Magdalenam post indictam ab episcopali curia separationem rei uxoriae operam dedisse cum Joanne Nicolao, ut fassa est in precibus s. huic Tribunali oblatis 1747.

Id enim factum fuisse procuratoris qui preces illas scripsit nomine absentis et literarum expertis Magdalenae, qua jurisjurandi religioue negat et pernegat virum cognovisse: quod si adhuc contrarium verius esset, non ideo tameu ex concubitu ratihabitum dici posset matrimonium, quod nullum fuit, ut aliis collectis disserunt *Corrad. in prax. dispens. lib. 8. cap. 3. n. 36.* et *Piton. discept. eccles. 52. n. 31. et seqq.* et *discept. 58. n. 5.* Nullo quoque numero habeudum esse, quod Joanues Nicolaus dispensationem apostolicam postulaverit et obtinuerit, cum enim ageretur de impedimento occulto et secreto a conjugibus delato ad s. Poenitentiariam quo casu confessario mandatur, adjecta conditione, dummodo impedimentum occultum sit, ut dispenset certioribus redditis conjugibus de nullitate renovatoque secreto inter eos consensu, ut tradit *Corrad. in prax. dispens. dicto lib. 8. cap. 3. n. 42. et seqq.* et *cap. 4. n. 34. et cap. 8. n. 9.* et pluribus adductis folium s. hujus Congregationis in *Reatina 11. Julii 1725.*

Sed res esset de impedimento pluribus

cognito et delato ad curiam episcopalem, a qua injuncta fuit conjugum separatio, et inde ad Datariam apostolicam, a qua data fuit Bulla dispensationis, quae nihil aliud est, quam mandatum dispensandi seu facultas conjugibus iterum contraheudi, non vero approbatio matrimonii, quod illicite et iuvalide contractum fuit, ut beue tradunt *Rosa de exequut. lit. apost. cap. 4. n. 21,7. et sequent.* late *Piton. discept. eccles. 52. n. 32.* Sequitur, ut disputatio in irritum cedat et effectu vacua remaneat uisi coujuges servata forma decreti conciliaris consensum renovent coram parocho et testibus, siue quo matrimonium nullum convalescere non potest, licet impetrata fuerit apostolica dispensatio, cum possit alteruter ex conjugibus sive ante sive post impetratam dispeusationem poenitere et liber evadat, si praestare uolit consensum, ut tradunt *Guttier. Canon. quaest. lib. 1. quaest. 22. sub n. 18.*, *Barbos. de paroch. cap. 2. sub n. 84.*, *Corrad. in prax. dispens. lib. 8. dicto cap. 3. n. 35. et seqq.* et *cap. 4. n. 62. et 63.*, late *Ursaya discept. eccles. 17. n. 7. et 8. t. I.* et *discept. 19. n. 5. et 6. t. 4. par. 2.*, *Piton. dicta discept: 58. n. 5.* et de praxi Datariae apostolicae *Corrad. dicto cap. 3. n. 35. et seqq.* et *cap. 4. n. 62. et 63.* Haec Magdalena: a defensore matrimonii nihil habuimus.

Dubium est:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. C. resp.: Affirmative.

Die 28. Aug. 1751.

Triventina.

Vix inito die 13. Junii 1819. in faciem ecclesiae et juxta ss. Trid. Concilii praescriptum matrimonio inter Nicolaum Sanctum Mastronardum et Angelam Mariam Orlaudo Civitatis Angloni Triventinae dioeceseos detectum est dirimens inter conjuges impedimentum ob IV. consanguinitatis gradum. Prudeuti consilio Episcopus nihil iutentatum reliquit, ut obteuta apostolica dispensatione conjuges ad renovandum consensum induceret. Inutili tamen conatu, obnitente semper in contrarium muliere, a qua actum judicialiter est in episcopali curia, cujus sententia matrimonii nullitas fuit declarata.

Juxta Benedictiuae constitutionis censuram interposita a matrimouii defensore appellatione causae agnitio delata est ad supremi hujus Ordinis judicium, iustante muliere, de cujus precibus rogavi Episcopum, ut referret, praevia confectione processus, super asserto impedimento, et perquisitis libris parochialibus et actis cancellariae episcopalis necnon auditis testibus ex officio super consanguiuitate juxta computatationem canonicam, praefixo interim termino Nicolao Mastronardo ad deducendum jura sua in s. Congregatione.

Omuia accurate adimplevisse respondit Episcopus in sua informatione his verbis: »Nos igitur adamussim omnia adimplentes, quae ab EE. PP. fuerunt praescripta, monitis quibus interest citatisque ex officio quatuor testibus fide dignis eos examinavimus, qui unanimiter cum juramento deposuerunt, ex causa scientiae, extare et extitisse inter praedictos sponsos vinculum consanguinitatis in IV. gradu et ex certa scientia efformarunt schema juxta computationem canonicam. Deinde rogatis ex officio tribus ex 7 parochis hujus civitatis, e quorum libris parochialibus cognosci poterat consanguinitas praedicta, ipsisque convenientibus in aula episcopalis palatii coram meo Vicario generali ad haec specialiter a me delegato praesente et adsistente ecclesiastico matrimonii defensore fuit evidenter probata dicta quarti gradus aequalis consanguinitatis tam ex libris baptismatis quam ex registris matrimoniorum inter ascendentes initorum atque etiam ex statibus animarum annuatim confectis, itaut luce clarius et evidenter desumpta ab omnibus fuit praedicta consanguinitas nec remanet ambigendi locus. De caetero matrimonium inter praedictos in faciem ecclesiae et ad formam concilii Trid. realiter fuit celebratum sub die 13. Junii 1819, neque postmodum fuit consummatum neque fuit implorata dispensatio, stante dictae Angelae Mariae reluctantia.«

Silente viro redditi jam super nullitate judicii confirmationem postulat mulier, distributa allegatione, contra quam matrimonii defensor suas exhibet animadversiones.

Matrimonium in IV. consanguinitatis grada vetari et si coutractum fuerit dirimi statutum est ab Innocentio III. in *cap. Non debet de consang. et affinit.* Paucis hinc mulieris defensor propositam tuetur nullitatis quaerelam. Ait enim ex quatuor testibus fide dignis ac sub formali examine, adstante matrimonii defensore, requisitis constare, inter sponsum et sponsam intercedere vinculum quarti gradus consanguinitatis. Id-

ipsum confirmant parochi post expletam diligenter librorum parochialium inquisitionem. Non potest ergo nulliter initum matrimonium consistere, sed tanquam contra ss. canonum censuram attentatum est dirimendum.

Neque huic nullitati remedium afferri posse contendit ex quo facile possit contra hujusmodi impedimentum ab apostolica Sede dispensatio obtineri. Ad eam enim valide assequendam necessarius omnino esset utriusque conjugis consensus, qui cum deficiat ex parte mulieris, nec impedimentum tolli nec matrimonium convalidari potest. Siquidem mulier non solum officiis ac suasionibus flecti nescia consensum negavit, sed imo tum judiciali instantiae coram Episcopo tum praesenti causae prosecutione solemniter suum declaravit dissensum, suoque velle uti jure pro matrimonii nullitate.

Defensor matrimonii dum concedit cognationem in quarto gradu dirimere matrimonium, negat vero adeo graves et numeris omnibus absolutas probationes afferi, quae certo evincant hoc dirimens impedimentum. Si enim testium qualitates eorumque depositiones ad trutinam revocentur juxta conditiones praescriptas in *cap. Licet de testib.* plurimum earum fidem nutare contendit. Si vero ex parochorum testimonio mutuari valeat probatio, eam etiam incertam dicit, quia non fuerunt extractae particulae ex libris baptismi et matrimoniorum, unde parochorum depositio tamquam referens sine relato nullo in pretio habenda sit.

Haec fusius noscent Emi Patres ex ipsis animadversionibus ut dirimere possint

D u b i u m:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 22. Junii 1822.

Anno 1855 inter Titium qui vix decimum quartum aetatis annum expleverat et Cajam novemdecim annos natam, utrumque ruricolam et rudem, denunciationibus praemissis, matrimonium celebratum est. Expleta conjugii celebratione coram parocho sponsa de more viri domum addncta est, vir ad pascendas oves rediit. Post septem menses ab inito matrimonio ob soceri molestias Caja maternos lares repetiit insalutato viro, quem ait a nuptiarum celebratione se numquam amplius vidisse.

Tandem solutionem a vinculo matrimonii quaerens apud Summum Pontificem institit, exponens »se male suasam a parentibus (a matre vidua et a fratre) matrimonium contraxisse cum Titio in quarto consanguinitatis gradu sibi conjuncto, qui, initii matrimonii tempore, quatuordecim vix annos expleverat: sed consummationem numquam locum habuisse: et tantum odium inter se et virum exarsisse, nt nulla prorsus conciliatio possibilis evaserit: hisque de causis matrimonii solutionem implorare.«

Hujusmodi preces a Pontifice benigne exceptae ad episcopalem Curiam fuerunt remissae, ut, processu confecto juxta constit. *Dei miseratione* editaque sententia in prima instantia, causa denique deferretur ad S. C. C.

Vicarius generalis, processu rite absoluto, definitiva sententia declaravit: »Cajam et Titium in quarto gradu in linea aequali consanguineos esse et fuisse: ideoque matrimonium ab ipsis absque Apostolica dispensatione celebratum nullum fore et esse atque fuisse.«

Ab hac sententia ad ejusdem Benedictinae normam provocavit vinculi defensor ad S. C. C. habitaque ratione conjugum paupertatis causa oeconomice*) pertractata est sub dubio in calce relato cum voto scilicet canonistae et theologali atque animadversionibus Defensoris ex officio.

Factis expositis canonista ex duplici capite nullum matrimoninm contendebat, 1° ex defectu consensus, 2° ex consauguinitatis impedimento. Quoad *primum* praemittebat, omnibus in contractibus et in matrimoniis prae aliis consensum ita esse praecipuum contractus fundamentum, ut nullo modo suppleri valeat, Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 25. n. 1. et 5.*, et hoc principium juris constitutivum tum canonicas tum civiles leges prae oculis habere, *l. 30. ff. de reg. juris:* »*Nuptias non concubitus sed consensus facit.*« Jus canon. *in caus. 27. q. 2. c. 2.*, ubi legitur: *sufficiat secundum leges solus eorum consensus de quorum quarumque consensu et conjunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptiis solus forte defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.*

Porro non qualemcumque consensum sufficere in matrimoniis, sed eum, qui a quavis

*) Vd. *p. 526.*

violentiae metusve specie sit immunis, *cap. 14. de sponsal.:* »*Cum locum non habeat consensus ubi metus vel coactio intercedit, necesse est ut, ubi assensus requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur et, ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat, sibi placere quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire.*«

His positis juris principiis matrimonium in casu ex defectu consensus nullum esse contendebat, quia consensus ex metu vitiatus esset. Ex ore enim testium, qui omnes in unum conveniebant, et ipsius parochi, qui tunc temporis matrimonio benedixit, erui: hoc matrimonium locum habuisse propter curas et sollicitationes patris Titii, qui et ipse artes unacum Cajae matre ad conjugii conciliationem adhibitas confessus esset. Sollicitationes vero, artes et preces a persona procedentes, cui revereutia debeatur, etsi minis destitutas, metum incutere et vim coactionis habere, Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 7. n. 7:* »Cum ex una parte importunitas, cujuscumque sit, valde urgeat, ne dicam vexet et opprimat, et ex altera parte reverentia personae peteuti debita, pusillanimem ac timidum nec audentem contradicere rogatum reddat, merito ac jure optimo utraque metuendi causa conjuncta, prudentem ac constantem coget ipsiusque consensum extorquebit.« Sollicitationes autem et suasiones a parentibus erga filios adhibitas ad consensum in matrimoniis extorquendum consensum ipsum vitiare, Rota *in Nicien. matr. 6. Martii 1857 coram Seraphino:* S. C. C. in *Lunen. Sarzanen. Matrimonii* 22. Junii 1833.

In themate autem, quamvis non appareret excruciationes usque ad importunitatem, attamen eo usque sollicitationes processisse inquiebat, ut coactionem revera constituerent. Ait enim Titii pater: »una simul cum Cajae matre *operam dedimus*, ut hoc matrimonium locum haberet.« Ait parochus: »quamvis ego contrariam huic matrimonio opinionem pandidissem, tamen Titii pater pluries ad illud conciliandum institit: ex quibus ejus sollicitationibus fui in suspicionem inductus: ajunt una voce parentes: »hujusmodi matrimonium fuisse celebratum, quin ullus eorum rei notitiam habuisset.« Ex hisce omnibus Titium libere in matrimonium non consensisse deprehendi, et ejus patrem quid mali fuisse molitum. Ad haec concludenda inducere etiam silentium matrimonii erga parentes adhibitum, quum consanguineorum remotio violentam metus praesumptionem pariat, Alciat. *cons. 33. num. 22. lib. 2,* Serret *cons. 296. tom. 11. post Menoch. praesumpt. 4. sub num. 14.*

Praesumptionibus allatis culmen imponere ipsorum conjugum confessionem juxta Sanchez *de matr. lib. 2. disput. 45. num. 15.* Jamvero Cajam deposuisse: »se ad insinuationem patris Titi et matris suae matrimonium contraxisse seque et Ritinm numquam consensum praestitisse et coram parocho ivisse, ut genitoribus obedirent, eidemque responsa dedisse juxta jam habitas ab illis instructiones.« Titium autem addidisse: »tamquam somnium meminisse se olim in ecclesiam parochialem fuisse adductum, ut missam audiret, sed non bene recordari de inventa ibi Caja, quam postea audivit se in uxorem duxisse.«

Huic patulae conjugum confessioni novum robur ex eo venire, quod omnes aeque testes deponerent: »Titium semper ruri commoratum fuisse, in casa obdormiisse, numquam cum uxore cubasse.« Conjugum autem non unionem, protestationes matrimonii celebrationem immediate sequentes, abstentionem a matrimonii consummatione indicia esse conjugii sine consensu initi, Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 45. n. 6.* apud *Mantic., Rot. decis. 24. n. 12. cum alleg. per Sperell. decis. 5. num. 59. et 60., apud* Baratt. *decis. 861.* Deficientiam consensus in matrimoniis ex factis praecedentibus, concomitantibus et subsequentibus desumi, Rota *coram Ludovisio decis. 326.* et alibi passim. Indicia demum et vehementes juris praesumptiones ad matrimonii nullitatem ex hoc capite sufficere, *decis. cit. coram Ludovisio.*

In capite secundo voti agebat canonista de nullitate ex consauguinitate in quarto gradu in linea collaterali, quo Titius et Caja simul jungerentur; doctrina posita *capitis 8. de consanguinit. et affinit.* ubi statutum legitur: »*Cum ergo usque ad quartum gradum* (consanguinitatis vel affinitatis) *prohibitio conjugalis copulae sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam non obstantibus constitutionibus sub hoc dudum editis vel ab aliis vel a nobis, ut si quis contra prohibitionem hujusmodi praesumpserit copulari, nulla lon-*

ginquitate defendatur annorum, cum diuturnitas temporis non minuit peccatum sed auget: tantoque sunt graviora crimina, quanto diuturnius infelicem animam detinent alligatam.« Item in *cap. 1. eod. tit.:* »*Inquisita vero diligentius veritate, si per testes circumspectos omni exceptione majores inveneris, quod primus vir superstitem quarto gradu consanguinitatis attingit, non differas divortii sententiam promulgare: aeque enim (ut canones dicunt) abstinendum est a consanguineis uxoris et a propriis.* Concinit *Clement. unic. dict. tit.* Conc. Trid. *sess. 24. cap. 5. de ref.*

In facto autem satis ostendebat canonista, ex arbore genealogica, unum fuisse Cajae et Titii abavum et eorum proavos, Angelum et Xixtum fratres fuisse; ex illoque Cajam genitam, ex hoc Titium. Hoc erui ex libris parochialibus, quorum magna in hujusmodi casibus auctoritas fidemque instrumenti publici obtineat, Reiff. *lib. 2. tit. 22. n. 127.:* »libri parochiales de quorundam baptismo, matrimonio vel morte attestantes et contenta in ipsis ad parochi officium pertinentia plane probant. Ratio est quia liber parochialis licet non sit publicus, idest manu notarii cum debitis solemnitatibus conscriptus, nihilominus auctoritate Sac. Concil. Tridentini industria et fides parochi est electa ad conscribendum talem librum; ergo indubitanter tali fides est adhibenda. Alioquin frustra a generali Concilio fuisset parocho impositum onus registrandi talia in suo libro, nisi fidem apud omnes publice faceret et plene probaret.« Item *Devoti instit. canon. tom. 3. tit. de probat.* § 20. et alii.

Hoc argumentum ex libris parochialibus erumpens confirmari demonstravit ex propinquorum et viciniae fide magni ponderis in hujusmodi controversiis, ut eruitur ex *caus. 35. q. 6. c. 1.:* »Consanguineos extraneorum nullus accuset vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet, idest pater, mater, soror et frater, patruus, avunculus, amita, martertera et eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, Episcopus canonice requirat, et si inventa fuerit propinquitas, separentur.« Cui concinit textus in *cap. 3. Qui matr. accusare poss.* ubi legitur: »*Videtur nobis . . . quod parentes, fratres et cognati utriusque sexus in testificatione suorum ad matrimonium conjungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine quam legibus adprobatur. Maxime parentes, et si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque cum testibus et chartis tum etiam ex recitatione majorum scire laborat.*« In themate parentes et propinquos ex loci antiquioribus testari, Angelum, Cajae proavum, Titii proavo fratrem fuisse: atque ita omne dubium super consanguinitate, quo conjuges jungerentur, removeri.

Neque oggeri posse, adductos testes cadere sub censura *cap. 6. qui matr. accusare pos.* quo capite illorum testimonium suspectum habetur, qui denunciationis tempore tacuerunt: namque in facto quodlibet collusionis indicium deesse et, usque ad diem celebrationis, Titii patrem silentium altissimum servasse atque satis constare testes denunciationum notitiam non habuisse: hisque in rerum circumstantiis eorum depositionem valere ex eodem *cap. 6. qui matr. accus. poss.* ubi legitur: »*Quod si tempore denuntiationis praemissae is, qui jam conjunctos impetit, extra dioecesim existebat vel alias denuntiatio non potuit ad ejus notitiam pervenire . . . , seu alia causa legitima fuerit impeditus, ejus accusatio debet audiri.*«

Concinebat plenissime cum voto canonistae theologi votum, in quo etiam ex duplici capite matrimonium nullum ostendere curavit: idest ex defectu consensus et ex impedimento consanguinitatis.

Negabat primo loco defensor, defectum consensus posse in medium proferri: adserebat immo, ex ejusdem Cajae confessione liquido constare, eam matrimonium contraxisse, matre ejus ad id consilii inducente: eam, post matrimonium, septem mensium spatium soceri domi commoratam fuisse: atque ita tum quae matrimonium praecesserant tum quae concomitata fuerant et subsequuta ostendere Cajam libere ac sponte matrimonium cum Titio contraxisse.

Multo minus in Titio dissensum verificari: ex ejus namque depositione erui, nulli Titium metui subjectum fuisse matrimonii initi tempore: ejusque studium ut matrimonii celebrationem somnium fuisse suaderet, consensum firmare: et impossibile esse, juvenem, qui decimumquartum jam annum expleverat, quando matrimonium contraxit, ejus celebrationis memoriam penitus amisisse. Mendacium ergo manifestum Titii depositionem

vitiare et ejus consensum e converso revera intercessisse ostendere.

Absurdum esse in themate contrarium retinere, tum quod parochus et pater Titium de matrimonio contrahendo cum Caja certe monuerint, tum etiam quod rei naturae repugnaret, per septem menses, quibus labentibus Caja Titii domum habitavit, numquam matrimonii consummationi operam dedisse. E contrario ex corporis Cajae inspectione per obstetrices de ejus defloratione constitisse; explicationes, quas de hac re Caja dedit, contradictiones apertissimas continere et inter fabellas esse relegandas.

Posita consensus existentia consanguinitatis impedimentum exulare, quod meridiana luce clarius probari deberet. Impedimenti hujus demonstrationem claudicare; retinendum namque esse parochum, qui matrimonii celebrationi obstitit, libros parochiales diligenter inspexisse quando de matrimonio celebrando ageretur et impedimentum hujusmodi, si quod extitisset, silentio non praeteriisse. Id confirmari a parentum propinquorumque consensu, qui depositionibus agnitis impedimentum nullum protulerunt.

Recentioris parochi testimonium non esse attendendum, quod pugnaret cum illo alterius parochi, qui matrimonium celebravit: Curiamque episcopalem errasse in sententia edenda, eo quod debuisset peritos deputare, qui libros parochiales inspicerent deque eorum statu deponerent. Rationem nullam suadere, recentioris parochi dictum illi antiquioris esse praeferendum: tanti enim hujus valere adsertionem, quanti illius valeret negatio.

D u b i u m:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. Congregatio Concilii die 13. Augusti 1870 respondere censuit: *Affirmative.*

Ex quibus colliges:

I. Matrimonialis contractus substantiam in libero contrahentium consensu consistere.

II. Quare gravi interveniente vi et metu vel coactione reverentiali, quae reluctantes ad actum contractus omnimode cogat, matrimonium invalide celebrari.

III. Contrahentes in quarto consanguinitatis gradu constitutos, qui per apostolicam dispensationem a lege irritante non fuerint exempti, nullum matrimonium contrahere.

IV. Nec tale matrimonium convalescere per temporis spatium neque causa ignorati impedimenti validum censeri: leges enim irritantes actum, ex quibus impedimenta quae dirimentia appellantur derivant, in eo statu contrahentes constituunt, in quo inhabiles sunt ad matrimonium inter se contrahendum.*)

*) Adsunt auctores, praesertim theologiae moralis, qui ab impedimentis dirimentibus excipiunt impedimentum criminis, contendentes hoc criminis impedimentum non contrahi ab illis, qui impedimentum ignorent. Hanc sententiam tradunt saltem tamquam probabilem: non diffitentur tamen contrariam sententiam esse communem.

Ita hi auctores solent arguere: impedimentum criminis habet rationem poenae: poenas autem ignorantes non incurrunt. Sic ex. gr. qui peccat in legem prohibentem, quae simul sit puniens, puta per censuras, si ejusmodi punitionem ignoret, in censuras a lege inflictas non incurrit.

Sed videtur, hoc principium (quod verum est, quando agitur de hisce legibus prohibentibus et de hoc poenarum genere, in foro interno; in foro enim externo ignorantia legum excusare non solet) non posse saltem indiscriminatim applicari quando agitur de *lege irritante actum*, quamvis legislator moveatur ad irritandum actum, ut crimen vindicet. Hisce enim in casibus militat regula juris 64. in 6: *Quae contra jus fiunt debent utique pro infectis haberi.* Praesertim vero quando vindicta criminis non sit ratio unica, quae legislatorem moveat ad actum irritandum, sed et aliae possint haberi, ut in nostro themate de impedimento criminis, puta, ut mentes avertantur ab ejusmodi criminibus patrandis quum finem, quem sibi delinquentes proponunt in patrando crimine, consequi certo non possint; vel ob honestatem publicam, quae non patitur, ut aliquis emolumentum consequatur ex propria iniquitate et ob alia id genus.

Ex legibus irritantibus matrimonium orta est ea generalis ratio concipiendi contrahentes tamquam inhabiles ad contrahendum, quae verissima est. Objectiva enim impossibilitas contractus ex lege irritante bene exprimitur per subjectivam carentiam facultatis ad contrahendum. Ideoque quando auctores, qui communem sequuntur sententiam, eam probant hoc argumento: impedimentum criminis non est poena sed inhabilitas, aut si poena dici debeat, simul tamen et praecipue est inhabilitas ad contrahendum; non aliud dicunt, quam impedimentum hoc irritare matrimonium, quae irritatio possit in se continere vel contineat quoque rationem poenae: quum autem sit irritatio actus, ignorantiam hujus irritationis non posse reddere actum validum.

Fallax autem esset ratio, qua aliquis responderet hoc modo ad eludendum illud argumentum: inhabilitas ipsa jure constituta est in poenam criminis; atque ideo quod requiritur ad incurrendam poenam requiritur etiam ad inhabilitatem incurrendam: et quod eximit a poena, ab ea quoque inhabilitate eximet.

Haec verba enim convertuntur in haec alia: irritatio ipsa contractus jure constituta est in poenam criminis: atque ideo cognitio poenae, quae requiritur ad incurrendam poenam, requiritur etiam

V. Colliges praeterea libros parochiales ex praescripto Tridentini Concilii a parocho scribendos in jndicio plenam facere fidem de Baptismo et matrimoniis, si nihil in contrarium obstet.

VI. In themate, quamqnam non satis constaret de matrimonii nullitate ex defectu consensus, plenissime tamen constitisse de impedimento consanguinitatis in quarto gradu.*)

g) Gradus quartus et tertius.

(Matrimonium contractum inter conjunctos tertio et quarto consang. gradibus, praevia apostolica dispensatione super 4., non obtentis literis declaratoriis super 3, juxta Bullam s. Pii V. Bull. tom. 2.: An sit nullum vel validum etc.)

Vd. supra *Consanguinitas* (Episcopi facultas p. 614. d.); 608. b.

Lucaeorien.

(Conc. Trid. c. 5. s. 24. de ref. matrimon.)

Contractnm fuit matrimonium inter Joannem Sapicam et Constantiam Radziwiliam praevia pontificia dispensatione super IV. gradu consanguinitatis, licet inter se essent conjuncti III. et IV. ut ex arbore.

Bis actum fuit de hac causa Lucaeorien. in hac s. Congregatione die videlicet 7. Sept. 1700 et die 28. Febr. 1722 et licet in utraqne praedicta propositione causae tam scribentes pro Joanne quam pro Constantia nullitatem admittereut matrimonii et puuctum controversiae reducerent ad poenas, quibus Joaunes praetendebatur esse subjectus, ex qno matrimonium contraxit, sciendo conjunctionem cum Constantia in III. et IV. gradn s. nihilominus Congregatio voluit, ut de validitate vel invaliditate matrimonii stricte videretur; et quia tota lis pro nullitate constituebatur in stylo Datariae, hinc est, quod prima vice respondit, qnod Datariae regesta perquirerentur, et secunda vice, instantibus officialibus Datariae pro dilatione, quod causa proponeretur hac die 28. Martii. Egregii Datariae officiales pervolutis Regestis a tempore s. Pii V. usque ad praesens discursum una cnm summario justificativo exararunt et simul et semel comprobare conati snnt nulla semper et invalida habita fuisse matrimonia contracta inter conjunctos III. et IV. gradu, praevia dispensatione super IV. et non obtentis literis declaratoriis super III. juxta praescripta in Bulla 13. s. Pii V. t. 2., de qua in folio Congregationis diei 28. Febr. proximi praeteriti, benigne reassumendo.

Qua vero, sicuti ad egregios Datariae officiales pertinet Datariae opiniones et jura tueri, sic ad meam exiguitatem spectat hujus s. Congregationis, cnjus sum a secretis, sententias propugnare: hinc est, quod inventa in regestis punctuali resolutione super validitate matrimonii in hisce terminis contracti, operae pretium esse censui ad calcem folii praesentis, ut alias etiam praestiti, edere discursum, ut visis hinc inde videndis tutum ab EE. VV. jndicinm proferri valeat et simnl et semel sequentibus dubiis responderi:

I. *An constet de nullitate matrimonii?*

Et quatenus affirmative.

II. *An Princeps Joannes Sapica factus sit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum aliis mulieribus in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative et Episcopus mandet quod coujuges continuarent in separatione, donec obtinnerint literas declaratorias.

Ad II.: Provisum in primo et amplius.

Die 28. Mart. 1722.

Discursus Secretarii de praecedenti causa.

1. Nounulla sunt, qnae urgent pro nullitate matrimonii.

Primum est, quod illud in tantum validum existimari posset, in quantum dispensatio obtentu super gradu remotiori suffragari posset conjunctis in illo gradn et in gradu etiam proximiori. Cum autem id de jure non snbsistat, *juxta textum in cap. Quod dilectio de consang. et affinit.*, sequitur de matrimouii nullitate non esse dubitaudum.

2. Secundum est, quod quidquid esset juxta antiquiores constitutiones Gregorii XI. et Clementis VI., Pius certe PP. IV. sic decrevit *de singulis obstaculis plene certiorari volens, quod in quibuscumque dispensationibus, quas pro matrimonio scienter vel ignoranter contracto vel contrahendo in quibusvis prohibitis consanguinitatis aut affinitatis seu mixtis gradibus etc. a s. Sede impetrari etc., non solum de remotiori sed etiam de proximiori aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerunt, eorumque distantia, specialis et expressa mentio fieri debeat; alioquin dispensationes etc. nullius sint roboris et momenti et pro infectis habeantur.*

Verba haec leguntur in constitntione 37. praedicti Pii PP. IV. in autiqniori Bullario romano edito 1586, quod existit in bibliotheca Casanateusi. Quibus attentis, sicuti certa est nullitas dispensationis inter conjunctos III. et IV., facta tantum mentione quarti gradus, sic a nullitate dispensationis valet illatio ad matrimonii nullitatem.

3. Tertium est, quod licet s. Pius V. in sua constit. 13. Bull. t. 2. derogaverit mox allegatae constitntioni Pii PP. IV. et voluerit, quod valeret dispensatio obtenta super IV. nulla facta mentione tertii gradus, addidit nihilominus sequentia verba: *Obtentis tamen postea super propinquiori literis declaratoriis*, hoc est literis, in quibus declaratur, non obstare reticentiam gradus propinquioris; cumque recensita verba conditionem importent jnxta punctuales et in his terminis auctoritates infra allegandas, hinc sit censendnm esse nullum matrimonium illnd, qnod fuit contractum inter conjnnctos tertio et quarto, obtenta dispensatione super qnarto et non obtentis literis declaratoriis super tertio.

4. Quartum est, qnod si validum haberetur matrimonium, non obtentis literis declaratoriis super gradu propinquiori, frustratoriae qnodammodo dictae literae dici possent. Cum autem hoc non sit dicendnm nec etiam dici poterit validum esse matrimonium inter conjnnctos III. et IV., praevia dispensatione super IV. et non obtentis literis declaratoriis super III.

5. Quintum est quod habito recursu ad ss. Pontifices Urbanum VIII. et Innocentium X. a Conjungibus, qui reticito propinquiori dispensationem expediverant super remotiori gradu nec literas declaratorias obtiuuerant super propinguiori fuit literis apostolicis dictorum Pontificum impressis apud *Anaclet. in 4. lib. Decretal. in append. de dispensat. super impedimentis* § 4. responsum, qnod Ordiuarii qui dispensationem executioni dederant nulliter et de facto dispensaverant, quod copula interim habita fuerat incestuosa, qnod filii nati erant illegitimi et quod erat iterum contrahendum matrimoninm in facie ecclesiae. Signa antem haec snnt evidentissima, quod non obstante citata Bulla s. Pii V. subsequentes romani Pontifices nulla esse judicarunt matrimonia contracta inter conjunctos, accedente dispensatione apostolica super gradn remotiori et non obtentis literis declaratoriis super propinquiori, idque adeo verum esse dignoscitur, ut *Barbosa, qui Voto 3. lib. 1. per totum* senserat pro validitate, viso Brevi Urbani VIII. in fine suffragii a dicta opinione recesserit et consimili modo se etiam gesserit Bonacina, qni licet validum de jure matrimonium existimasset, attento nihilominus stylo Sedis apostolicae sententiam amplexus est stantem pro nullitate, uti videri potest *t. 2. disput. 1. quaest. 2. punct. 5. n. 17.* et *quaest. 3. puncto 7.* § *1. n. 7.*

6. Sextum est, quod qnidquid dixerint auctores scholastici, qui pro validitate sensisse videntur, auctores certe practici, ponderatis verbis Bullae s. Pii V.: *Obtentis tamen postea super propinquiori literis declaratoriis*, et ponderatis Brevibus Urbani VIII. et Innocentii X. supra indicatis constanter asserunt matrimoninm esse nullum, *Clericat. decis. 22. de Sacramento matrimonii n. 11., Rosa de executoribus liter. apostolicarum cap. 11. n. 33., Anaclet. in 4. lib. Decret. in appendice de dispensat. super impedimentis* § *4. pag. 252. a n. 170. usque ad n. 183., de Justis de dispensat. matrim. lib. 2. cap. 3. n. 40. et duob. seqq., Corrad. in praxi dispensat. lib. 7. pag. 289. et 290.*; cumqne in re, de qua nunc agitur, magis sit practicis qnam speculativis auctoribus deferendum, sequitnr, retinendam esse opinionem, quae validitati matrimonii adversatur.

7. Ultimnm est, quod quidquid agit Dataria Apostolica dicitur gestum ab ipso Papa*)

*) Vd. *p. 538. n. 6.*

*) Uterque Consultor, tum canonista tum theologus, in prima parte voti disceptabant quidem de matrimonii nullitate ex defectu consensus: attamen uterque confugiebat ad secundam partem voti, in quo de impedimento consanguinitatis agebant, ut dubium quodvis removerent.

ut contractus sit irritus; et ignorantia quae eximit a poena faciet quoque ut contractus sit validus. Cui autem haec suaderi poterunt? Principium enim *subjective excusans* ab incurrenda poena ob ignorantiam convertitur in principium *objective efficax* ad vincendas quoque eas leges, quae ideo actum irritare solent, ut nullus habeatur obtentus, quo peccans in legem excusari valeat.

Ceterum praetermissis ejusmodi intellectus argutiis in hoc themate agitur de universali lege irritante, quae stabilem ordinem figit in matrimoniali disciplina: quaeque praeterea communi sententia, quae sensum legum determinat, ita intellecta est. Satis mihi esset legere titulum decretalium *de eo qui duxit in matr.* ut mihi suadeam quanti facienda sit hujus impedimenti ignorantia: in casibus enim quos Summi Pontifices ibi solvunt non habent prae oculis nisi casus propositos et praeexistentem legem irritantem. et quamquam casus propositi, varii et implexi, supponere saepe faciant, criminum auctores impedimenti legem ignorasse: attamen neque apex neque vola reperitur ex parte solventis de ignorantia, quae contra eam legem irritantem validum redderet matrimonium.

teste Garzia de benef. par. 4. cap 2. n. 18; cumque ab egregiis Datariae officialibus in discursu impresso afferantur 24 exempla, ex quibus ostenditur nullitas matrimonii, sive ignoranter sive scienter contracti, quando propinquior gradus reticitus fuit et inter haec duo adsint, quae referuntur ad tempus s. Pii V., nil clarius afferri posse videtur ad rem, de qua nunc agitur; quomodo etenim in literis perinde valere, in terminis matrimonii, bona fide et cum ignorantia gradus propinquioris contracti, praevia dispensatione super solo gradu remotiori, potuisset s. Pii V., potuissent et alii Pontifices mandare, quod Ordinarii publice indicerent nullitatem prioris matrimonii et quod conjuges de novo contraherent, si praecedens matrimonium pro valido habitum fuisset Et rursus, quomodo in aliis literis perinde valere in terminis matrimonii contracti et consummati cum scientia gradus propinquioris, praevia dispensatione super remotiore, potuissent iidem romani Pontifices declarare, quod Ordinarii de facto dispensaverant, quod servata forma Concilii Matrimonium de novo contraheretur, quod contrahentes absolverentur ab incestu et ab excommunicatione lata *in Clementina unica de consanguinitate*, quod proles declararetur legitima et quod propter incaestum commissum altera ex Conjugibus alteri supervivens perpetuo absque spe conjugii remaneret, si matrimonium contractum cum dispensatione super remotiori de jure validum fuisset?

8. Haec sunt, quae pugnant pro nullitate matrimonii; nunc autem transitum faciendo ad ea, quae fovent validitati, operae pretium est, nonnullas summatim exponere romanorum Pontificum, Gregorii videlicet IX., Gregorii XI., Clementis VI., Pii IV. et s. Pii V. constitutiones.

9. Gregorius itaque PP. IX. *in capit. finali de Consang. et affin.* decrevit, quod vir, qui a stipite quarto gradu, et mulier, quae ex alio latere distat quinto, possunt licite matrimonialiter copulari, quia computatio sit a remotiori, ita ut vir et mulier distent in quinto, in quo gradu nulla est prohibitio *juxta textum in cap. Non debet de Consang. et affinit.*

10. Constitutionis Gregorii XI. mentio fit a *Guttier. quaest. canonic. lib. 2. cap. 15. n. 127. et 128.* et de constitutione Clementis VI. verba faciunt *Calderin. consil. primo de consang. et affinit., Fagnan. in cap. final. n. 15. eodem titulo, Covar. in epitom. lib. 4. Decretal. II. parte cap. 6. sub n. 12.*, et utraque constitutio Gregorii XI. et Clementis VI. reassumitur a s. Pio V. in sua constit. 13.: *Mox referenda.* Omissaque constitutione Gregorii XI., quam reperire non potui, sed quae absque dubio concordare dicenda est cum alia Clementis VI., ut ex citata Bulla s. Pii V. desumitur in eo quod attinet ad hanc Clementis VI. constitutionem sciendum est, quod Clemens PP. V. dispensationem concesserat, ut vir et mulier non obstante IV. gradu consanguinitatis possent ad invicem matrimonialiter copulari. Matrimonium contractum fuit et vir et mulier in eodem perstiterunt spatio annorum 30, exortaque subinde controversia: an dispensatio valida fuisset, ex quo deprehensum fuit, virum III. et mulierem IV. gradibus a communi stipite distare, Papa sic dubium resolvit: *Declaramus praedictam et quaslibet alias dispensationes similes obtentas a Sede apostolica et inposterum obtinendas, omissione mentionis de distantia III. gradus praedicti a stipite non facta, in illis et quarumvis litium dependentia occasione hujusmodi super eis nequaquam obstantibus, sufficientes et validas existere ac robur obtinere plenariae firmitatis, reprobantes quorumcumque opiniones contrarias, ac eas et quoslibet processus in contrarium coram quibusvis judicibus delegatis vel Ordinariis habitos inanes et irritos decernentes.*

11. Supervenit post haec constitutio Pii PP. IV. superioribus allegata, in qua non obstantibus constitutionibus Gregorii XI. et Clementis VI. voluit, quod in dispensationibus specialis et expressa mentio fieret non solum de remotiori sed etiam de proximiore gradu et de eorum distantia, declarando, quod in casu mentionis non factae dispensationes nullius essent roboris et momenti et pro infectis haberentur; at s. Pius V. in sua constit. 13. Bull. t. 2. praevia derogatione Bullae Pii PP. IV. necnon facta renovatione constitutionum Gregorii XI. et Clementis VI. et expresse protestando, *quod favere intendebat Sacramento et libertati matrimonii*, statuit et ordinavit, quod excepto casu, quo vir et mulier primum consanguinitatis vel affinitatis gradum attingerent, *in quo Sanctitas Sua nunquam dispensare intendebat*, in caeteris aliis consanguinitatis et affinitatis gradibus *remotior attenderetur et*

secum traheret propinquiorem et ob id sufficeret remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratoriis, juxta Gregorii et Clementis constitutiones, concludendo dispensationes propter proximioris gradus hujusmodi non expressionem, de subreptionis vel obreptionis vitio seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus et per omnia suffragari, perinde ac si in literis seu commissionibus hujusmodi de proximiore seu utroque gradu specialis et expressa mentio facta fuisset.

12. Adeoque, si s. Pius V. derogavit constitutioni Pii PP. IV., si protestatus est se favere velle libertati matrimonii, si excepto primo gradu validas et subsistentes declaravit dispensationes, in quibus facta esset sola mentio gradus remotioris, nil clarius afferri posse videtur ad suadendum tam validitatem dispensatiouum quam validitatem matrimoniorum dependenter ab illis factorum: nullatenus urgentibus verbis in eadem constitutione appositis: *obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratoriis*, in his etenim literis iterum admittitur validitas praecedentis dispensatiouis, *ipsasque literas valere dicta auctoritate decernente*, uti habetur ex earum formula impressa apud *Novar. in summa Bullarum comment. 60.* In his iisdem literis dicitur distantiam propinquioris gradus non obstare et perinde se habere, ac si ejus mentio in prima dispensatione facta fuisset, itaut harum literarum introductio non alium finem habuisse dicenda sit, quam avertendi scandali, quod aliqui juris ignari sumere potuissent, videndo, quod conjuncti in III. et IV. matrimonium inter se contraxisseut, praevia tantum dispensatione super IV., et alias discurrendo sequeretur absurdum, quia sequeretur quod s. Pius V. nou derogasset Bullae Pii IV., sed tantum voluisset, quod pro validitate dispensationis et matrimonii fieri deberet in una pagina mentio gradus remotioris et in alia gradus propinquioris, quando Pius PP. IV. decreverat, quod in una eademque pagina, hoc est in uua et eadem dispensatione pro ejus et matrimonii validitate utriusque gradus, propinquioris videlicet et remotioris, expressa mentio haberetur.

13. Discursus hic clarus videtur et efficax, uti dicitur ab iutrinseco, sed idem magnum ab intrinseco robur assumit a classicorum videlicet et magni nominis doctorum communi auctoritate, qui ponderata Bulla s. Pii V. validam esse censuerunt dispensationem, in qua facta fuit mentio solius gradus remotioris, etiamsi executor notitiam propinquioris habuerit et hoc minime obstante eam executioui mandaverit, cum ejus malitia validitati dispensationis obstare non valeat, validum etiam conseqnenter existimarunt matrimouium, quamvis illud fuerit contractum, non obtentis literis declaratoriis quarum defectus illud ad summum illicitum sed non invalidum reddere potest. *Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 24. n. 29., Perez de matrim. disp. 46. sect. 5. n. 7., Pontius de matrim. lib. 8. cap. 17. § 5. n. 26. et 27., Petrus de Ledesma de Sacram. matrim. in addit. ad III. partem quaest. 54. art. 2. pag.: Mihi 419., Enriquez. in summa lib. 12. de impedim. matrim. lib. 2. cap. 3. n. 6. in notis pag.: Mihi 709.*, et rursus *cap. 9. in notis lit. Z. pag.: Mihi 729., Salmaticenses in Theolog. moral. t. 1. de matrim. tract. 9. cap. 14. puncto 4. § 45. et 46. pag.: Mihi 260., Hurtad. in tract. de Sacramen. disp. 26. difficul. 7. per totam, Aegidius de Coninch. de Sacram. disput. 33. dub. 6. n. 72., Tamburin. de Sacram. lib. 8. tract. 2. de dispens. cap. 9. § 7. per totum, Dicastillo de Sacramentis t. 3. tract. 10. de matrim. disput. 8. dubit. 9. per totam, Aversa de Sacram. matrim. quaest. 19. sect. 5. § 7. pag.: Mihi 622., Basseus in foro theolog. pract. t. 2.* in verbo: *Matrim. 9. sub n. 5. pag.: Mihi 344., Rosignol. de Sacram. matrim. t. 2. contract. 15. praenot. 23. n. 5., Rebell. de obligat. just. 2. parte lib. 3. quaest. 5. sect. 4. n. 23. pag.: Mihi 333., Leander oper. moral. par. 2. tract. 9. de Sacram. t. 1. tract. 10. de matrim. dub. 8. n. 49. et seqq., Antonius a Spiritu s. in director. confessar. tract. 11. de matrim. disput. 8. sect. 7. per tot., Gobat. theolog. experimental. tract. 9. cap. 22. in append. pag.: Mihi 1003. n. 620. et seqq., Vanespen. Juris ecclesiastici universi t. 1. par. 2. tract. 14. cap. 3. n. 17., Cherubin. in notis ad constit. 13. s. Pii V. t. 1. pag.: Mihi 38., Novar. in sum. Bull. comment. 60. n. 2.*, solaque inter scribentes discrepantia est, quod nonnulli censent valere dispensationem et validum esse matrimonium cum expressione solius gradus remotioris, dummodo foemina non sit illa, quae sit propinquior stipiti, sed vir sit propinquior stipiti et mulier stipidem attingat in gradu remotiori; in ea eteuim facti specie, cum foemina

sit quoad stipitem major viro et vir per matrimonium evadere debeat caput mulieris, aliquorum opinio fuit, quod propter relatam inordinationem, pro validitate dispensationis et matrimonii, necessaria sit utriusque gradus expressio. *Sotus in 4. dist. 40. quaest. unica art. 3. colum. 8. vers.: Quarto demum et art. 4. colum. penultima vers.: Et tertio, Molina de just. et jure t. I. tract. 2. disput. 161. n. 5., Bonacin. oper. moral. t. 2. disput. I. quaest. 2. puncto 5. n. 16.* §: *Secundo est*, quando alii econtra censent vel id ad summum procedere, si mulier esset amita vel matertera, secus autem, si in tertio gradu esset constituta, *Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 24. n. 12.* et alii communius, ponderantes Bullam s. Pii V. indistincte loqui asserunt, validam esse dispensationem et validum matrimonium contractum non obtentis literis declaratoriis et praevia dispensatione super remotiori, sive vir sive foemina sit stipiti propinquior, *Pontius et Perez., Rosignoll., Giribald., Aversa* locis supra citatis.

14. Quodque notabilius est, licet ad tramites Bullae s. Pii V. s. haec Congregatio censuerit pro validitate dispensationis primum gradum esse exprimendum, uti habetur in *dubio affinitatis proposito 19. Sept. 1682 lib. 32. Decret. pag. mihi 455.*; disputato siquidem sequenti dubio: *An inter ipsos adsit impedimentum dumtaxat tertii affinitatis gradus vel etiam primi, itaut super tertio tantum vel potius super tertio et primo petenda esset dispensatio?* responsum fuit: *petendam esse dispensationem facta mentione I. gradus*; in hypothesi tamen matrimonii contracti inter conjunctos extra I. gradum, praevia dispensatione super remotiori et non obtentis literis declaratoriis super propinquiori, haec eadem s. Congregatio censuit, validum fuisse matrimonium et satis esse postea obtinere declarationem super gradu propinquiori nec opus esse post declarationem denuo contrahere, uti habetur ex sequenti resolutione edita *die prima Maji 1607 lib. 11. Decret. pag. prima a tergo*, ibi: *Hujusmodi matrimonium, nisi aliud obstiterit, esse validum satisque fuisse obtinere postea declarationem super gradu propinquiori juxta constit. san. mem. Pii V. hac de re editam, neque opus fuisse post declarationem hujusmodi repetere formam Concilii vel denuo contrahere.*

15. Hisque positis non obstant ea, quae in contrarium fuerunt ponderata; non obstat etenim primum, quod dispensatio obtenta super gradu remotiori non suffragetur conjunctis in illo gradu et in gradu proximiori, juxta allegatum textum in cap.: *Quod dilectio de Consang. et affin.*, textus etenim hic procedit attenta consuetudine loci, ibi: *Consultius duximus multitudini et observatae consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem et scandalum populi statuendum, quadam adhibita novitate;* quocirca textus praedictus non facit ad rem, de qua nunc agitur, nec obstat dispositioni juris communis, juxta quam gradus remotior trahit ad se propinquiorem, uti adnotarunt in *citato capite: Quod dilectio Innocentius in fine, Hostiensis n. 4., Joannes Andreas n. 8., Abbas n. 7., Concal. n. 4., Fagnan. in capit.: Vir qui n. 14. de consang. et affin., Covar. in 4. Decret. par. 2. cap. 6.* § *16. n. 12., Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 1. n. 33.* prope finen.

16. Minus facit Bulla Pii IV., de qua in secunda oppositione, cum ei fuerit derogatum a posteriori Bulla s. Pii V. majoris roboris non est, quod in Bulla s. Pii V. habentur haec verba: *Obtentis tamen postea super propinquiori literis declaratoriis*, uti tertio loco dicebatur; punctus enim est: an literae declaratoriae fuerint requisitae pro validitate dispensationis et an fuerint requisitae, ut matrimonium esset validum, cumque ex supra probatis s. Pius V. validam decreverit dispensationem, facta tantum mentione remotioris gradus, et literae declaratoriae sint necessariae, ut Matrimonium sit licitum, non autum, ut sit validum, hinc est nullum momentum constitui posse in verbis praedictae constitutionis Pianae.

17. Consimilis generis est, quod IV. loco opponebatur, frustratorias videlicet evadere in rerum statu literas declaratorias. Id quippe nullo modo subsistit; vel etenim expedita dispensatione super remotiori ante ejus executionem innotescit Ordinario, quod vir et mulier sunt conjuncti propinguiori gradu et Ordinarius debet abstinere ab executione, usquequo literae declaratoriae afferantur, uti bene ponderant *Bonacina oper. moral. t. 2. disput. prima quaest. 2. puncto 5. n. 17. et quaest. 2. puncto 7., Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 24. n. 29.*, vel ante Bullae executionem propinquitas non innotuit Ordinario, et sic sine literis declaratoriis matrimonium contractum fuit et tunc

statim ac notitia defertur ad Ordinarium, debet ille conjuges separare, usquequo literae afferantur, uti bene ponderat *Sanchez loco citato.* Uno verbo semper est obediendum constitutioni Pianae et semper expediendae sunt literae declaratoriae super propinguiori sive Ordinarius ignoraverit sive sciverit conjunctionem gradus proximioris et sive matrimonium fuerit contractum sive non, et Ordinarius, qui, non obstante notitia gradus propinquioris, non allatis literis declaratoriis dispensationem exequeretur peccaret, *Tamburin. de Sacram. lib. 8. tract. 2. cap. 9.* § *7. n. 6., Clericat. Theor. eccles. cap. 137. n. 13.*, quod satis est, ne literae declaratoriae tanquam frustratoriae habeantur.

18. Caetera alia, quae in contrarium ponderabantur, stylum respiciunt Datariae et a dicto stylo nonnulli practici auctores inducti fuerunt ad sustinendam nullitatem matrimonii contracti praevia dispensatione super remotiori non obtentis literis declaratoriis super propinquiori. Porro de hoc stylo loquendo mirum est, quae et qualia dicta sint ab aliis auctoribus, qui sentiunt pro validate matrimonii. *Tamburinus de Sacram. lib. 8. tract. 2. de dispensat. cap. 9.* § *7. sub n. 9.* facta sibi oppositione Brevis Urbani VIII. a *Barbosa loco citato* relati inquit: *Cum non sit credibile Urbanum VIII. per literas privatas voluisse abrogare dictum generale decretum Pii V., mihi videtur esse putandum in memoratis privatis literis aliquem irrepsisse errorem a ministris commissum.* Alii per aliam viam procedunt; *Gobatus quippe in theolog. experimentali tract. 9. cap. 22. in append. pag.: Mihi 1003. n. 620. et seq.* ait, expressiones quae leguntur in Brevibus de quibus agitur non affirmative sed relative fuisse expositas, quod est idem ac dicere expressiones non ad Pontificem, sed ad supplicantes esse referendas, *et Pater Syrus Placantinus et Poenitentiarius apostolicus in s. Basilica Lateranensi in suis adnotationibus manuscriptis ad constitutionem Innocentii PP. XI. super facultatibus majoris Poenitentiarii pag.: Mihi 737. n. 38.* inquit: *Ad stylum autem curiae respondetur, ipsum quidem facere jus, sed non quando est contra ipsum jus. Stylus autem in subjecta materia, quod matrimonium sit nullum, nisi in dispensatione exprimatur gradus proximior, nec facit jus nec observari potest, eo quod adversaretur eidem motui proprio Pii V. relato. Consequenter neque non obtentis literis declaratoriis super eodem gradu inferri debet, nullum esse matrimonium, si fuerit contractum vigore dispensationis obtentae, cum tales literae solum dentur ad evitanda dubia et scandala, quae oriri possent in populo.*

19. At quidquid sit de hisce responsionibus et praevia protestatione debiti obsequii erga stylum Datariae, sustineri posse videtur primo, quod nonnulla, quae pro eodem adstruendo deducuntur, non faciunt ad rem, secundo, quod aliqua pugnare videntur pro validitate matrimonii, ultimo, quod nihil in contrarium adducitur, quod directe percutiat controversiam, de qua nunc agitur.

20. Quod autem nonnulla, quae afferuntur, non faciant ad rem, patet, quia ex suffragio in contrarium allegato clar. mem. Cardinalis de Carpineo non aliud infertur, nisi quod Episcopi habentes a Sede apostolica facultatem dispensandi in III. vel IV. non possunt dispensare in II. vel III. non obstante Bulla s. Pii V., Bulla quippe exigit literas declaratorias et literae declaratoriae a Sede apostolica sunt impetrandae, quod utique nec impugnatur nec impugnari potest.

21. Quod item aliqua concordent cum his, quae in superioribus dicta sunt, facile demonstratur et talia sunt omnia documenta, ex quibus eruitur, quod exhibita Ordinario dispensatione super remotiori et constito coram eodem de conjunctione etiam in gradu propinquiori, Pontifices dixerunt dispensationem non fuisse subreptitiam et sic oratores esse dispensandos, ut matrimonium contrahere possent servata forma Concilii praevia tamen declaratione, eisdem non obstare conjunctionem in gradu propinquiori, quid enim quaeso ex hisce documentis argui valet, nisi quod, constito ante matrimonium de conjunctione in gradu propinquiori, expediendae sunt literae declaratoriae, si non fuerunt una cum dispensatione expeditae, quod utique admittitur et est admittendum.

22. Rursus, quod aliqua pugneut pro validitate matrimonii, ponitur in claris; plura etenim et plura tam antiqua quam moderna a Dataria allata sunt exempla, in quibus, post contractum matrimonium praevia dispensatione super remotiori, reticito propinquiori, non fuit oratoribus demandatum, ut matrimonium inter se publice servata forma Concilii de novo contraherent vel saltem, quod consensum renovarent, sed tantum, *quod in matrimonio sic contracto libere et*

licite remanere possent; probant eteuim haec documenta matrimonium fuisse habitum pro illicito sed non pro invalido; si eteuim invalidum fuisset, novus consensus fuisset necessarius et fuisset praescriptus, sive ambo contrahentes ignorassent conjunctionem in propinquiori gradu sive alter iguorasset et alter scivisset, nti late probat *Claudius La Croix in theolog. moral. t. 2. lib. 6. par. 3. n. 812. et seqq. pag.: Mihi 442. 25.* Absque eo quod quidquam referat respousio ingeniose de more in discursu pro Dataria exicata, quod renovatio conseusus nou requiritur in dispensationibus, quae sunt in radice matrimonii, scio quippe ss. Pontificem posse dispensare in radice matrimonii et revocare impedimentum dirimens matrimonium, et simul et semel abrogare legem ecclesiasticam, quae dictum statuit impedimentum, faciendo, ut dispeusatio retrotrahatur ad initium matrimonii et sic, quod proles quoad omnes effectus legitima sit et habeatur, juxta late deducta in *decis. 1121. coram Seraphino in decis. 19., coram Ludovisio in decis. 174. post secundum volumen consiliorum. Tarinac.: Scio quoque controversum esse inter doctores: an in hac dispensatione super radice matrimonii novus requiratur consensus,* nti videri potest apud *Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 8. n. 25.*, et *veriorem esse opinionem, quod nulla consensus renovatio in hisce circumstantiis sit necessaria*, nti late probat *Rota decis. 455. n. 11. par. prima recent.* At punctus est: An iu relatis exemplis dici queat ss. Pontificem dispensasse in radice matrimonii? dispensatio haec quippe prodest filiis natis qnoad omues effectus spirituales et quoad omues effectus civiles directe in terris temporali jurisdictioni romani Pontificis subjectis et indirecte in reliquo terrarum orbe, *juxta celebre responsum Innocentii III. in cap.: Per Venerabilem, qui filii sint legitimi*, cumque certum sit dispensationes has nonnisi urgeutibus gravissimis causis et quidem raro concedi consuevisse a ss. Pontificibus, *Barbosa vot. decis. 27. n. 31. lib. 2., Diana in edit. Coord. t. 3. tract. I. resolut 87. n. 6.*, sicuti imperceptibile est, quod in tot exemplis relatis, in quibus non fuit praescripta renovatio consensus *nec adhibitae fuerunt formulae, quae adhibentur in dispensationibus in radice matrimonii*, voluerint in dicta radice Pontifices dispensare, sic clarum est, ipsos uihil alind facere voluisse, quam dispensare in matrimonio contracto praevia dispensatioue super remotiori et non obtentis literis declaratoriis super propiuquiori, exclusaque reuovatione consensus indicare voluisse matrimonium fuisse illicite sed uon invalide contractum.

23. Deuique, quod nihil in contrarium adduccatur directe percutieus coutroversiam, de qua nnnc agitur, clarissime dignoscitur; in omnibus quippe exemplis, iu quibus ss. Pontifices absolverunt a poenis incestus, prolem legitimam declararuut et praescripseruut consensus renovationem, servata forma Concilii, oratores supplicabaut pro dispensatioue et sic se promptos osteudebant ad permanendum in matrimouio, itaut mirum nou sit, si supplicautibus iisdem pro absolutione a censuris, pro legitimatioue prolis, Summi Pontifices petitis ad abundantiam iudulgeudo et absolverint a censuris et prolem legitimam declaraverint et renovationem consensus praescripserint; at ab his argumeutum deduci non potest ad declarationem nullitatis matrimonii, ad hunc etenim effectum ostendendum esset, quod contrahentibus a matrimonio recedere volentibus et libertatem transeundi ad alia vota postulantibus Sedes apostolica facultatem concessisset. Cumque tale documentum non afferatur, sequitur non doceri de documeuto, quod faciat ad rem et directe percutiat controversiam de qua nuuc agitur

24. Exemplum esse potest in dispeusationibus, quae peteutibus indulgentur ad cauthelam vel super irregularitatibus vel super censuris; quemadmodum enim ab hisce dispensatiouibus non valet argumentum ad incnrsnm in irregularitatem vel in censuram etiam in casu consimili et vallato omnibus circumstautiis, quae adfuerunt iu casibus, in quibus dictae dispensationes concessae sunt, *quando formiter est disputandum: An fuerit incursa irregularitas vel censura*, sic a verbis ss. Poutificum uullitatem matrimonii supponeutibus in hypothesi, iu qua oratores supplicabant et prompti erant ad permauendum in matrimonio, nou vallet illatio ad positivam matrimonii nullitatem, *quando formaliter super eadem quaestio instituitur.*

Atque haec dicta sint sub censura etc. salvo semper etc.

Die 28. Mart. 1722.

Leo VII. PP. Episcopis Galliae, Germaniae, Bavariae etc.

Perquisitum est: si vir et mulier III. vel IV. gradu consauguinitatis conjuncti et inscii coujugio copulantur, postea Dei respectu conjuncti ostendunt se sacerdoti secrete confitentes peccata sua, utrum valeant eleemosynarum largitione ac bouorum operum exhibitioue purgari? De talibus enim personis in veteri et novo testamento multa reperiuntur exempla, maxime iu couciliis Gregorii et Zachariae; iu quibus haec continentur, ut consobrinam, novercam, neptem, fratris uxorem, uurum vel etiam de propria cognatione aut quam cognatus habuit, nullus conjugio praesumat sibi copulare. Si quis vero hoc nefario conjugio convenerit et in eo permanserit, sciat se authoritate apostolica anathematis viuculo iuuodatum et nullus sacerdos ei tribuat commuuionem: et si inclinatus divisusque fuerit ab illicita copula, poeuiteutiae submittatur, nt sacerdos loci consideraverit.

Anno 938.

(Bull. r. t. I. p. 394. Ed. Aug. Taur. 1857.)

h) Gradus quartus, qui est anceps.

(Dispensatur.)

Traneu.

(Conc. Trid. c. 1. 5. s. 24. de ref. Matr.)

Cum Christoforus Taricoue et Joauna Bove ex oppido Corrati matrimonium contrahere velleut, dubium exortum est: An siut consauguinei in IV. gradu et au saltem rumor et fama hujusmodi consauguinitatis ipsis obstet *ad text. in cap. Cum in tua de spons.* et *gloss. in cap. Super eo*, verb.: *Fama de consanguin. et affinit?* Oratores in IV. gradu citra coutroversiam esseut cousanguiuei, si Nicola mater Joauuae filia esset Touuae Novellae. Tres puellae expositae 1658 fere contemporauee cum eodem nomiue Nicolae Cataldae baptizatae fueruut, uua die 5. Jan., altera die 6. sequeuti, tertia die 18. Martii ejusdem auui et quoad omues in libris baptismatis aduotatum fuit, ortas esse ex iucertis parentibus. Una ex dictis tribus puellis, quae cognomen successive Colollae assumpsit, mater est Joannae oratricis et septem mulieres examinatae depouuut ex fama a 60 anuis et de auditu Nicolam Cataldam seu Colellam filiam esse Touuae Novellae, quamvis omues concludant, rem aliter se habere posse et famam forsan vauam et insubsisteutem esse, ut plenius EE. PP. ex earum depositionibus in summario exhibeudis dignoscent. Vicarius capitnlaris praemissa omnia confirmat et ab EE. VV. exquiritur:

An oratores indigeant dispensatione ad effectum contrahendi matrimonium in casu?

S. C. C. resp.:

Affirmative ad cantelam.

Die 2. Oct. 1717.

i) Gradus secundus.

I. Non dispensatur.

Constantinien.

Jacobus Gerspacher dioecesis Constantinien. post initum 1765 apostolica dispeusatione conjugium cum Maria Wcherin iu II. gradu consanguinea brevi fato cessit. Continuatio contubernii et familiaritatis Mariae cum Joanne Michaele defuncti viri fratre id mali secum tulit, nt iidem iusano amore invicem succensi ex illicitis amplexibus prolem susceperint. Ad depelleudas itaque et futuram infamiam et sceleris poeuas, prolis illegititatem atque etiam consuleudi causa propriae conscientiae, nunc ambo humiliter supplicant, ut circa preces Sanctissimo oblatas pro gratia dispeusationis tam II. gradus Consanguiuitatis quam publicae houestatis ortae ex primo conjugio Mariae, quod ratum tantum et non cousumatum affirmaut, s. haec Congregatio a Sauctissimo consulta mentem aperiat eorum votis faventem.

Ambigi non posse, inquiuut, de ss. Pontificis potestate omne tollendi impedimentum positivo cauouum jure coustitutum, *cap. 8. de consang. et affin., cap. 24. de sent. excommun. in 6.* et *Piton. discept. eccles. 144. n. 5.* Rem hic esse de matrimonio ineundo in regionibus haeresi finitimis ad arcendum scandalum, dedecus et infamiam, ad adverteudas poenas, ad consuleudum conscientiae et decori, ad prolem legitimandam: justas ideo concurrere causas, ex quibus ss. Pontifex prudenter arbitrium suum et suppremam interponat potestatem atque oblatae preces exandiantur, *Conrad. in prax. disp. lib. 8. cap. 2. n. 1., Anaclet. in jus can. t. 4. in append. de dispens. super impedim. § 3. n. 49., Just. de dispens. lib. 3. cap. 6. n. 22.*

Nec quoad viuculum cousanguinitatis ob-

esse Coucilii Trid. sanctiouem in *sess. 24. de reform. matrim. quod in II. gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes et ob publicam causam.* Advertunt enim assuete Pontificum aequitate passim ab hoc juris rigore recessum esse, si praesertim actus illicitus intercesserit, si impendant scandalum, infamia prolisque praejudicium, si alia hujuscemodi sic efflagitent, *Corrad. in prax. dispensat. lib. 8. cap. 2. n. 1.*; Clarissimum haberi de hoc exemplum ex dispensatioue, qua primum coujugium fuit a Maria contractum cum defuncto Jacobo, licet non ideo urgeutes essent causae, quae hoc in casu coucurrunt.

Publicae vero honestatis impedimeutum ortum ex matrimonio tantum rato inter impedimenta minime recensensi levioribnsque ex causis facilius dissolvi, *Anaclet. in d. append. 135.*, *Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 18. n. 4.* Nec haesitari posse quin primum Mariae coujugium cum defuncto Jacobo fuerit tantum ratum, non consumatum, quum in praesenti judicio id satis evincetur ex declarationibus Mariae tempore non suspecto emissis, ex nunc repetita ejnsdem jurata affirmatione, ex testibus, ex habituali demum defuncti viri mala valetudiue, *can. Extraordinaria caus. 5. quaest. 3., cap. Laudabilem de frig. et malef., Ursay. discept. 21. n. 130. part. 2.*

Et praeterea advertunt, quaestionem hiuc uon esse de declaranda matrimonii nullitate, per quam alteri tollatur jus quaesitum, sed de mera gratia indulgenda ad periculum avertendnm spiritualis salutis, ex qua nemini prorsus impendet damnum, hiuc in qualibet affinitatis dubietate ad cautelam saltem facilius concedi debere dispeusationem, *Piton. discept. eccles. 44. n. 24. t. 4.* Quum praesertim accedat proclive Emi Constantiniensis Episcopi judicium et procul sit scaudalum atque periculum, quod indulgenda gratia transitura sit in exemplum.

Eminentissimus Episcopus Constantiniensis haec habet: »Equidem agnosco ipsemet, quanti propter reverentiam sanguinis, ut dispensationes in gradibus usque adeo propinquis non multiplicentur; in hoc tameu obversante casu ob causas urgentissimas panperibus hisce de s. ecclesiae beniguitate succurrendum esse arbitror ob speciales circumstantias in his partibus raro admodum occurreutes, propter quas timendum nou erit, ne exemplum trahatur iu praejudicium.«

Advertendum tamen est, qnod licet conjugium iuter Jacobum et Mariam ad aliqnot meuses viguerit iidemque conjuges conjugales actus experiri teutaverint, ipsa tamen Maria constanter juramento affirmavit, vere a Jacobo viro cognitam non fuisse, quum ob naturalem ejus imbecillitatem par non esset ad conjugale muus implendum. Parochus autem et cum eo tres testes juramento testantur de boua fama et pietate Mariae, affirmantes eidem fidem praestandam esse saepiusque ab eadem audivisse defuncti viri impotentiam ac iutactnm sui corporis pudorem.

Inter caetera impedimenta matrimonium dirimentia locum habent *consanguinitas, affinitas et publica honestas.* Ad cousanguiuitatem quod attinet, praetermissis, quae sub Hygini, Fabiani et Julii romanorum Pontificum nominibus a Gratiano referuntur, decretis, *can.: Si qua mulier caus. 35. qu. 1., can.: de propinquis ibid. qu. 3.* et *can.: Nullum ibid. qu. 2.*, comperta res est, variam fuisse per duodecim priora saecula ecclesiae disciplinam circa consanguiuitatis impedimentum et hoc ad septimum usque gradum juxta canonicam computationem fuisse aliquaudo productum, *cap.: Quod dilectio 3. de consanguin. et affin.*

Innocentius vero III. in Lateranen. Concilio 1216 *cap.: Non debet 8. de consang. et affin.* probe animadvertens, quae et quanta ex hac impedimenti extensione usque ad septimum gradum sequerentur incommoda, decrevit »nt prohibitio copulae conjugalis quartum cousanguinitatis et affinitatis gradum nou excedat, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari.« Hoc ipsum confirmavit Trid. synodus *sess. 24. cap. 5. de refor. matrim.* Hunc autem quartum gradum juxta canonicam computatiouem sumendum esse liquet ex Gregor. IX. *cap. fin. de consanguin.*

Quidquid vero sit de matrimonio in primo cousanguinitatis gradu lineae collateralis, utrum scilicet naturali etiam jure, nedum positivo illicitum sit, de quo disputant doctores: dubitandum sane non est, ut ulteriori gradu liueae collateralis matrimouinm *solo jure ecclesiastico* esse vetitum, arg. *cap. Gaudemus 8. de divortiis, s. Thomas 1. 2. q. 105. art. 4., Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 52. n. 6.*

De impedimeuto etiam affiuitatis, quae vulgo dicitur proximitas persouarum ex carnali copula proveniens, omni careus parentela, varia olim fuit disciplina. Quum enim triplex distingueretnr affiuitatis genus et ad septimum usque exteuderetur gradum, Innocentius III. *loc. cit.* ad unum tantum genus reduxit illudque ultra quartum gradum protrahendum non esse declaravit synodus Trid. *sess. 24. cap. 4. ref. matrimon.* licet quoad affinitatem ex copula licita seu conjugali nihil iuuovaverit, affiuitatis tamen impedimentum ex fornicatione contractae et matrimonium postea factum dirimentis »ad eos tantum, qui in I. et II. gradu coujuuguutur, restrinxit. In ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.« Idque latius declaravit s. Pius V. in constit.: *Ad romanum Pontificem* die 18. Novb. 1566.*)

Quo vero jure, an positivo tautum vel uaturali etiam vetita siut matrimonia iu primo affinitatis gradu lineae rectae aut transversalis pluries a doctoribus disputatum est. Sed tauquam verior recepta est eorum seutentia, qui pro. jure tantum positivo pugnarunt, juxta illud *Deuteron. 23. vers. 5.*: Quando habitaverint fratres simul et unus ex iis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubat alteri, sed accipiet eam frater ejus et suscitabit semen fratris sui.« Hiuc Innocentius III. *cap. fin. de divortiis* propter infirmitatem eorum, qui recenter conversi erant ab iufidelitate ad fidem, dispeusavit, ut matrimoniis cum relictis fratrum coutractis uterentur; Martinus V. 1418 ut Comes Tuxensis matrimonium iniret cum fratris vidua filia Ducis Bavariae; Alexauder VI. ut Emanuel Rex Portugalliae duas sorores acciperet; Julius II., ut Henricus VIII. Rex Auglorum duceret Catharinam fratris sui Arcturi viduam. Quam Julii dispensationem Clementis VII. viris doctissimis et omnibus fere studiorum academiis consultis legitime factam fuisse declaravit in decreto, quod refert *Alphonsus de Castro lib. 1. de lege poenali cap. 12.*

Publica demum honestas est propinquitas jure ecclesiastico oriens ex sponsalibus, ut ex matrimonio rato. Hujusmodi impedimentum ad eosdem olim gradus exteudebatur, ad quos impedimeuta cousanguinitatis et affiuitatis, *can. 11. 12. et 13. caus. 27. qu. 1., cap. Duo pueri de desponsat. impub.*, locumque habebat, etiamsi sponsalia, quavis de causa, non tamen ex defectu consensus, fuisseut iuvalida. At Concilium Trid. *sess. 24. cap. 3. de ref. matrim.* rem huuc in modum immutavit: »Justitiae publicae honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, s. synodus prorsns tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant.« Hujusmodi autem decretum s. Pius V. iu cit. coustit. *Ad romanum Pontificem* declaravit »omnino intelligeudum esse et procedere iu sponsalibus de futuro dumtaxat, non antem in matrimonio coutracto, sed iu eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus et gradibus, quibus de jure veteri ante praedictum decretum Concilii introductum erat.«

Haec autem impedimeuta quum vel a ss. Pontificibus constituta fuerint, necessario sequitur, ut nonuisi ex ejusdem Summi Pontificis dispensatione tolli vel abrogari, *can.: Inferior dist. 21.* et *can.: Cum inferior 16. de Major. et obed.*, et *Clem.: Ne Romani §: de elect.* Hinc s. Congregatio in uua Syracusana Dispensationis instante Episcopo Syracusano pro resolutione dubii:

An Episcopus in casu urgentissimae necessitatis possit ante contractum matrimonium in impedimento publico dispensare? Die 13. Martii 1660 respoudit: Negative.

Et successive s. Congregatio ss. Inquisitionis ad eliminandam erroneam qnorumdam opinionem autumantium, posse Episcopum in aliquibus casibus dispensare, salubriter ita edixit: »Propositio asserens, Episcopum posse dispensare in publico impedimento matrimouii dirimeute consanguinitatis pro matrimonio contrahendo, sive iu articulo mortis sive in alia urgeutissima necessitate in qua coutrahentes non possunt expectare dispensatiouem Sedis apostolicae, est falsa, temeraria, scaudalosa, perniciosa et seditiosa.« Vid. sa. me. *Bened. XIV. de synod. dioeces. lib. 9. cap. 2. . . .*, *Rigant. t. 11. commentar. in reg. cancell. in notis ad reg. 19. n. 1. et 2.*

Consentanee ad hoc decretum s. Congregatio Concilii iu una *Aegitanien. Dispensationum*, in qua Episcopus parum fidens invectae in aliqua regui Portugalliae parte contrariae opiuioui, qunm ea proposuisset dubia:

*) Vd. *t. I. p. 358.*

I. An dispensationes in gradu consanguinitatis cum copula per consanguineos contrahentes obtentae et effectum suum sortitae non peracta prius poenitentia in Bulla dispensationis praescripta fuerint valide executae, itaut nulla nova revalidatione egeant?

II. An et quae iuposterum obtinentur sint exequendae priusquam fuerit peracta dicta poenitentia?

III. An Episcopus dispensare possit in foro conscientiae tantum in impedimentis dirimentibus matrimonium et post ejus publicationem et confirmationem detectis?

Et quatenrs affirmative,

IV. An possit, quando ignorantia impedimenti concurrit in uno tantum contrahentium?

V. An possit, quando ob moram habendae dispensationis propter distantiam locorum magnum daretur periculnm incontinentiae et scandali?

VI. An possit, quando impedimentum provenit ex parte foeminae passurae jacturam vitae, famae et scandali si illud detegeret?

S. Congregatio die 19. Apr. 1692

Ad I. distulit resolntionem ac per theologos et canonistas scribendum censuit.

Ad II.: Negative.

Ad III. et IV.: Non posse secluso scandalo, de quo in V. dubio; posse autem, quatenus impedimentum non sit publice detectum.

Ad V. et VI.: Affirmative quoad forum conscientiae tantum.

Nihil cordi magis fuit romanis Poutificibus per 11 priora saecula, quam praedicta ss. canonum statuta sedulo tueri atque a dispositionibus concedendi super gradibus vetitis consanguinitatis aut affinitatis et publicae honestatis sese omnino abstinere; »Canones ecclesiasticos solvere non possumus, egregie scripsit Martinus I. epist. 9. qui defensores et custodes canonum sumus, non transgressores.« Et *Zacharias epist. 1. cap. 5.* inquit: »Nec enim ab apostolica Sede illa diriguntur, quae contraria esse Patrum sive canonum institutis reperiuntur.« Hinc 1045 denegavit Sedes apostolica Roberto Galliarum Regi, quam petebat, dispensationem uxorem habendi Bertam commatrem suam ut habetur apud *Thomasinum lib. 1. cap. 6. n. 8., Natal. Alexand. saec. IX. et X. pag. 834.*

Post haec tempora nonnihil remitti caepit de hujusmodi disciplinae ac juris rigore. Alexander enim III. electus 1159 veniam fecit Joanni filio Heurici II. Angliae Regis, ut filiam Comitis Clocestrae sanguine conjunctam duceret uxorem. Innocentius III. electus 1298 cum Othone IV. Imperatore et filia Philippi ejus aemuli IV. consanguinitatis gradu coujunctis dispensavit. Ex quibus factum est, ut quae singularibus ex causis concessae fuerant dispensationes in exemplum adductae plures moverint ad similes dispensationes postulandas, summos vero Pontifices ad eas largiendas.

Quamobrem synodus Trid. ad instaurandam veterem universae ecclesiae disciplinam *sess. 24. cap. 5. de ref.* matrim. sic statuit: »In contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio vel raro, idque ex causa et gratis concedatur. In II. gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes et ob publicam causam.« Quae posteriora decreti verba »non comprehendere impedimentum publicae honestatis, quod oritur ex matrimonio rato, non consumato,« declaravit s. Congregatio in una *Cajetana* lib. 12. decretorum pag. 1.

His non obstantibus ss. Pontifices etiam post Concilium Trid. pluries dispensarunt, praesertim in I. gradu affinitatis in linea transversali; nam Paulus V. hanc ipsam concessit dispensationem; Urbanus VIII. tresdecim, Innocentius X. duas; Alexander VII. octo; Clem. IX. unam; Clemens X. octo; Innocentius XII. duas et Clemens XI. quam plurimas, *Rigant. ad reg. cancell. reg. 49. et 34.*

Operae pretium fuit, haec omnia praemisisse, ut quae ad dubii resolutionem maxime conferunt uno veluti intuitu EE. PP. aspicerent. Illud praesertim ponderandum est, an causae, quae ad impetrandam dispensationem proferuntur, tales sint, ut praeponi debeant indecentiae hujusmodi conjugiorum, ex qua factum est, ut tot decretis severissime prohibereutur. S. porro Congregatio super his dispensationibus consulta pro allatarum causarum varietate aliquando pro dispensatione sententiam dixit: aliquando vero preces censuit rejicieudas.

In una *Hispalen. Dispensationis*, in qua Aloysius Fernandez facultatem petierat nubendi Magdalenae, quae filia erat sororis praedefunctae uxoris, licet vir testaretur de nunquam habito coujugali actu cum praedefuncta uxore et dictus Aloysius ex ipsa Magdalena prolem suscepisset; proposito tamen dubio:

»An et quae dispensatio sit concedenda Aloysio Fernandez ad effectum contrahendi matrimoninm cum Magdalena?

responsum fuit die 18. Junii 1701: *Negative.* Data postmodum facultate ut idem dubium iterum proponeretur rescriptum fuit die 18. Febr. 1702: Instet coram Ordinario pro declaratione nullitatis matrimonii et postea supplicet pro dispeusatione.

In una *Leodien. Dispensationis*, in qua Catharina Cloes post obitum Arnoldi viri sui compressa a Joanne ejusdem praedefuncti viri germano fratre, utero gravis reddita fuerat, quum ad vitandam infamiam et sobolem legitimandam, facultatem petiisset ineundi coujugii cum dicto Joanne, quamvis Catharina coram parocho et testibus jusjurandum praestitisset de iuertia viri defuncti asseretque ratum dumtaxat fuisse prius matrimonium non vero consummatum; proposito tamen dubio:

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione?

S. Congregatio die 10. Maji 1755 respondit: *Negative.*

In una *Pennen. Dispensationis.* Floridaurus Rosa coujuge sua quam ob vim morbi cognoscere nequiverat aliquot post dies defuncta captus fuit amore Dorotheae sororis Rosae; eamque ob causam universus fere populus sermones de his amoribus agitare coeperat, non sine puellae nota.

Spousalia contraxerunt; precibus Sanctissimo oblatis pro dispeusatione ab impedimento publicae honestatis, quod matrimonium cum Rosa initum ratum dumtaxat fuerit non consummatum. Sed EE. PP. die II. Augusti 1755 rescripserunt: Coadjuvarent probationes super cohabitatione nunquam habita in mariti domo. Hinc aliis adductis testibus praesertim Provicario generali cohabitationem illam negantibus ad dubium rursus propositum: An sit locus dispensationi apostolicae in casu?

Respousum fuit die 8. Maji 1756: *Negative.*

In una *Leodien. Dispensationis.* Joannes Henricus post Barbarae uxoris obitum rem habuerat cum Maria Anna defunctae uxoris sorore, quae concepit. Quare ad infamiam evitandam prolemque legitimandam dispensationem petiit a publicae honestatis impedimento orto ex priori conjugio rato et non consummato, prout jurejurando ipse affirmabat, testantibus praeterea duobus medicis dictam Barbaram primam uxorem hectico morbo laborasse. Quaesitum itaque fuit:

An sit consuleudum Sanctissimo pro dispensatione?

prodiit responsum die 22. Maji 1762: *Negative.*

Demum in una *Gadicen. Dispensationis.* Petrus Darot matrimonium contraxerat cum Joanna Lenorniam, quae mox carcinomate et phtisi absumpta aliquot post menses diem obiit. Ut novas iniret nuptias cum Clara defunctae uxoris sorore supplicem libellum obtulit, in quo inter caetera jurejuraudo affirmabat, prima initi conjugii nocte matrimonium nisum fuisse consumare, mulieris claustrum penetrasse, sed foedi tumoris contactu in illius pectore et vehementi illius thussi commotum recessisse re nondum absoluta nec amplius copulam cum illa tentasse. Quibus aliisque ad examen vocatis EE. PP. responsum dederunt die 12. Junii 1762: Atteutis peculiaribus circumstantiis consulendum esse Sanctissimo pro dispensatione super impedimento publicae honestatis et etiam affinitatis. Quumque ss. Dominus Noster perspecta maxima suffragiorum scissura rem iterum examinari jussisset, die 25. Sept. ejusdem anni ad dubium:

An sit standum vel recedendum a decisis?

prodiit responsum: *In decisis et amplius.*

Assueta itaque justitia et aequitate EE. PP. dijudicabunt, quid attentis peculiaribus circumstantiis nunc concurreutibus respondeudum sit dubio:

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione in casu?

S. C. resp.:

Negative.

Die 23. Apr. 1768.

k) Gradus secundus et tertius.

(Matrimonium in 2do et 3tio gradu consanguinit. sine dispensat. contractum nullum est.)

(Conc. Tr. c. 1. 5. sess. 24. de ref. matr.)

Salernitana.

Nullis praeviis denunciationibus nullaque expetita licentia curiae archiepiscopalis Alexander Muscatus et Hieronyma Maurella loci Canalis hujus dioecesis in II. et III. consanguinitatis gradu sibi conjuncti volentes iuvicem matrimonio copulari die 26. Sept. 1697 summo maue coram parocho ejusdem loci et testibus, inopinato verbis mutuum consensum praeseferentibus, matrimonium contraxerunt.

Delata hujus rei notitia ad curiam archiepiscopalem expedita fuit citatio contra eosdem spousos ad dicendam causam quare non deberent declarari excommuuicati, hinc ambo medio jurameuto examinati sub die 19. Oct. affirmaverunt matrimonium jam contractum, fatentes illud sine denunciationibus iniisse, propter metum consanguineorum Alexaudri aegre ferentium hujusmodi conjugii effectuationem. Exindeque exhibuerunt in actis curiae apostolicum Breve dispeusationis in forma pauperum ad ntriusque spousi instantiam elargitum a s. m. Innocentio XII. sub datum Idus Januarii 1697 Vicario generali Saleruitauo directum, iu quo sub assertiva, quod ipsi alias scientes se in secnudo et tertio a commnui stipite proveuientibus consanguinitatis vel affiuitatis gradibus invicem esse conjunctos matrimonium inter se per verba de praesenti clandestiue ac de facto contraxerint carnalique copula cousummaveriut, Poutifex facultatem fecit eidem Vicario absolveudi oratores ab hujusmodi incestu, ac cum eisdem verificatis paupertate, remotioue scaudali et aliis in precibus assertis, dispensandi, ut matrimonium inter se publice servata forma Concilii Trid. coutrahere illudque in faciem ecclesiae solemnizare possent.

Mox vero praefatus Alexander sub die 21. Febr. 1698 praevia assertiva obtentae dispensationis super praelibato impedimeuto institit in curia archiepiscopali pro matrimonii confirmatioue ejusque descriptione iu libris parochialibus, hiuc eadem die ad iustantiam ntriusque sponsi binis testibus examinatis super verificatioue expositorum in Brevi Vicarius generalis decrevit, sponsos ab invicem separandos eisdemque imposita poenitentia juxta tenorem literarum dispensationis demandavit eoruudem priucipalium examen super interrogatorio: an copula inter eos praehabita fuerit sub spe facilitaudi dictam dispensationem, quos quidem actus a se gestos coutrovertit Alexauder.

In hoc statu Alexander ipse ex improviso patria cessit et Neapolim se coutulit iudeque per procuratorem impugnare coepit matrimouii prosequutionem et apostolici Brevis dispensationem; subindeque pluribus actis hinc inde factis die 1. Julii 1698 Vicarius generalis diffinitivam sententiam protulit pro iuvaliditate matrimonii, salva tamen provisione facienda super validitate vel invaliditate sponsalium, a qua tamen uterque sponsus appellationem interposuit. Post haec procurantibus, ut supponitur, Hierouymae consanguineis die 21. Augusti Alexauder conjectus fuit iu carceres magnae curiae Vicariae Neapolis, in quibus detentus sub die 28. Januarii 1700 rogitu publici notarii protestationem emisit, ut quicumque actus ab ipso facieudus in ordiue ad contraheudum matrimouium cum Hieronyma Maurella haberetur pro nullo et eademmet die maudatum procurae fecit ad matrimonium suo nomiue ineuudum cum saepedicta Hierouyma, aliudque simile mandatum repetiit sub die 11. Mart. subsequentis anni et ulterius sub die 19. Apr. ejusdem anni coram Josepho Magno capellano carcerum exploraute ejus voluntatem declaravit se velle iu uxorem praefatam Hieronymam ac pariter die 25. Martii d. anni coram eodem jurameuto asseruit, copulam habitam cum Hierouyma non fuisse ad fiuem facilitaudi dispeusationem aliosque actus confecit praeindicautes voluntatem effectuaudi dictum matrimonium, qui in summar. dautur etsi nounullos ex eisdem actibus, contendat ipse Alexander evertere cum quibusdam attestatiouibus extrajudicialibus tamen, sed juratis insertis iu processu et in summar. exhibeudis. Sed ex iisdem carceribus fortuito elapsus recurrit idem Alexauder ad hauc s. Cougregatiouem, de cujus maudato Archiepiscopus transmitteudo copiam authenticam processus, unde supradicta facti series eruta fuit ac eaudem recensendo in ejus relatione, quae similiter in summ. exhibebitur, existimat: *Quod si matrimonium non sequatur irreparabiliter praevideantur scandala et mortis inter utriusque partis conjunctos, nam cum Hieronyma sit nobilium natalium, difficiliter sustinebunt tanto cum dedecore et infamia vivere.* Quocirca partibus utrinque informantibus reliquum est, ut EE. VV. pro sua justitia et prudentia resolvant iufrascripta dubia concordata:

I. *An constet de nullitate matrimonii?*

Et quatenus affirmative,

II. *An constet de sponsalibus in casu etc.?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Negative.

Die 3. Mart. 1708.

Proposito eadem de causa dubio:

I. *An sit standum vel recedendum a decisis sub die 3. Mart. 1708?*

Et quatenus affirmative,

II. *An Alexander factus fuerit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum aliis in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I.: In Decisis.

Ad II.: Affirmative in casu, de quo agitur.

Die 22. Sept. et 17. Nov. 1708.

Ad petitionem Alexandri pro gratia dispensationis ab hac inhabilitate ob motivum incontiueutiae s. C. resp.: *Negative.*

Die 11. Jan. 1710.

l) De impedimen. Consang. et Affinit. non constat.

Vd. t. I. p. 360. decr.: *Bobien.*

Consensus.

1) Quoad baptismum.

Vd. t. II. p. 35. n. 11. e etc.; p. 8. g.

2) Matrimonialis.

Vd. *Matrimonium.*

I. Anceps.

(Matrimonium constat.)

Romana.

(Conc. Tr. c. 1. sess. 24. de ref. matr.)

Ubi primum rumor iuvaluit, quod sub primam noctis vigiliam diei 21. Febr. ultimo effluxi Maria Angela Dolla et Felix Pavesius nullis praeviis denunciatiouibus coram proprio mulieris parocho et testibus iuopinato assertum matrimonium iniissent, protinus curia ecclesiastica ex officio ejusdem inquisitiouem instituit traductaque ad conservatorium, quod Clementiae dicitur, jam dicta spousa atque carceribus mancipatis praelibato sponso cum matre puellae, tandem post variam actorum seriem iisdem ad libertatem restitutis compilatus et respective publicatus fuit processus desuper coustructus. Quoniam vero pro ejusdem sponsi parte impugnari subiude coepit asserti matrimonii subsistentia, autumantis, verba mutuum consensum praeseferentia coram parocho et testibus se nequaquam protulisse, transmisso ad id speciali mandato in civitate Venetiarum exarato, nbi moratur, ut sane super gravi negotio, quale vertitur in Sacramenti matrimouialis substantia, ea, qua par est, maturitate procedatur, SS. D. N. jussit, quod ejusmodi causa iu hac s. Cougregatione definiatur. Profecto iu processu quater constitutus Pavesius Spousus, qnamvis plerumque in caeteris sibi constaus nou fuit, tamen jurejuraudo toties asseveravit, coram parocho nec verbum quidem fecisse. Caeterum Maria Augela Spousa pariter jurata nou dubie assernit, mox sponsum iteratis verbis mutuum consensum prolocutum fuisse. Parochus quidem facti eventum in suo constituto enarrando sacerdotali fide deposuit, spousam tantummodo conjugii verba loquentem audivisse. Mater tamen puellae dissertis verbis juramento affirmavit, tunc mutuum consensum ab utrisque sponsis fuisse explicitum. Hujusmodi quoque testimonium perhibent plures counubiales testes, videlicet tam spousum quam spousam matrimonium explicatis verbis celebrasse eorumque praetensorum Jugalium voces percipi a parocho

potuisse deponunt; super qua sane parochi et testium varia assertione partes ipsae acriter conflictantur et quidem Sponsus ejusdem parochi testimonio innixus pluribus testes nedargit tam in dictis quam in personis, e converso autem Sponsa adversus parochum proclamat. Quocirca benigne perpensis tam antecedentibus quam concomitantibus et subsequentibus aliisque hucusque praetensi matrimonii circumstantiis, quae luculenter in juribus circumferendis adducuntur, dignabuntur EE. PP. pro sua Justitia et Prudentia decernere:

An constet de validitate matrimonii inter Felicem Pavesium et Mariam Angelam Dollam in casu etc.?

S. C. resp.:

Affirmative et amplius et ad D. Praefectum cum SSmo.

Die 6. Aug. 1712.

Taurinen.

Mutua de ineundo conjugio data invicem acceptaque fide Joseph Secundus Vigna Aetae Pompejae natus ac studiorum causa Taurini degens necnon Angela Duffourn matrimonium clandestinum contrahere statuerunt. Hinc adita die 30. Martii 1760 metropolitana ecclesia, quae illorum parochialis erat, accitisque duobus testibus steterunt coram viceparocho, qui vicarius nuncupatur, dum funebre Sacrum super cadavere defuncti ad altare s. Michaelis Archangeli perageret, vir quidem genibus provolutus super gradu altaris, foemina vero ad ostium capellae. Expleto Sacro vir exhibito annulo institit, ut eos matrimonio jugeret; sed monitus a vicario, ut expectaret, acquievit expectavitque donec exequiae peractae fuissent, quibus absolutis annulum denuo ostendens ac mulierem indigans dixit: »Jo son contento di sposar Lei, e lei è contenta di sposar me e così risposi:« Fertur puellam respondisse: *Di si.*. Vicarius tamen statim tergavertit ingressusque Sacrarium eos sedulo monuit, ne cohabitarent; sed illi tum propria ducti opinione de matrimonii validitate tum confessarii consilio a consummatione non abstinnerunt.

Re delata ad curiam archiepiscopalem ambo fuerunt criminali actione impediti confectoque processu ac servatis de jure servandis sententia prodiit die 6. Maji 1769, qua declaratum fuit: »Minime constare, quod iidem Vigna et Duffourn matrimonium coram praefato Vicario parochiali jure ac valide contraxerint, proindeque illud nullum ac irritum fuisse et esse . . . . . satis vero superque constare de dictis sponsalibus inter dictos Vigna et Duffourn initis et sic condemnandum fore et esse ipsum Vigna ad contrahendum matrimonium cum dicta Duffourn.« Ab hac tamen sententia tum collitigantes tum matrimonii defensor appellarunt; proindeque dubium in calce transcriptum ab EE. PP. erit definiendum.

Joseph Secundus Vigna, qui matrimonii nullitatem sustinet, duo juris principia praemittit, nimirum ad illius validitatem omnino requiri, uti uterque contrahens suum consensum coram parocho expresserit, Concil. Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.*, et ut parochus utriusque contrahentis consensum plane intellexerit et de illo testari valeat, *Layman. Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 4. n. 6., Giribald. Oper. moral. t. 3. tract. 10. cap. 7. dub. 12. n. 90.*, cum alias parochus nullo modo esse possit testis illius actus, quem non intellexit, *Pont. de matrim. l. V. c. 21. n. 12.; Boss. de matrim. cap. 3. n. 235.* §: *Verum.* Utrumque autem in praesenti casu deesse contendit, cum vir fassus fuerit, non intellexisse mutuum contrahentium consensum, idemque testati quoque fuerint duo sacerdotes totidemque clerici, qui praesentes aderant.

Neque officere depositionem aliorum testium affirmantium audivisse puellae consensientis verba, tum quia semper eadem recurrit difficultas, quod vicarius non intellexerit et hoc satis esse, dicit, ad matrimonii nullitatem probandam, *Ursaya t. 9. part. 1. disceptat. 44. n. 14.*, tum etiam quia duo isti testes posthabendi sunt e conspectu contrariae depositionis vicarii et quatuor aliorum testium, qui nullum a puella proferri verbum audiverunt, quamvis illi proximi adessent et attente quemlibet actum inspexerint. Hinc plures congerit adversus praedictos testes exceptiones, quas desumit vel ex eorum conditione vel ex mendaciis et contradictionibus, quibus de causis eorum testimonio minime deferendum putat.

Advertit praeterea non solum defuisse verba, quae mutuum consensum exprimerent, sed etiam signa, ex quibus aliquo modo erui posset, cum vicarius aliique quatuor testes

uno ore deponant: »non ha mai fatto alcun cenno denotante di voler contrarre matrimonio, ne fece cenno alcuno di acconsentire.« Nec quidquam inferri posse ex eo, quod vir super gradu altaris puella vero super ostio capellae genuflexerint qua iste actus fuit vere praeparatorius et probare ad summum posset animum et voluntatem puellae ineundi conjugium, sed inefficax est ad exprimendum actualem consensum in matrimonium, *Versaya t. 1. part. 2. discept. 31. § 2, n. 5., Marcant. de trib. Sacr. post. t. 3. cas. 3.* Idque confirmari ex ipsa instantia Josephi pro ineundo futuro conjugio, quae trahi non potest ad actum matrimonii, *Sanchez de matrim. lib. 1. disceptat. 18. n. 25., Rot. dec. 121. n. 10. part. 1. divers.*; et ex precibus ab ipsismet sponsis vicario oblatis: »di raccomandarli a Monsig. Arcivescovo per venire legittimamente spediti,« quibus indigitarunt, nullum antea praestitisse consensum matrimonio, quod actu contraxerint.

Ex opposito defensor matrimonii contendit inprimis aures praebendas non esse contrariae petitioni, quae non a filio, sed a patre proponitur, ut colligitur ex quadam epistola ipsius filii puellae data. Hac autem in re sustinet patrem illegitimum esse contradictorem ejusque voluntatem non attendi ex dispositione Concil. Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim*

Pergit deinde ad probandum utriusque contrahentis consensum, quem etiam a puella verbis expressum fuisse ait, cum de illo deponant duo testes matrimonio adhibiti; et ipsamet puella in constituto fassa fuerit. Nec obesse contrariam vicarii depositionem cum iste loquutus fuerit de primo tantum accessu ante exequias, nulla facta mentione de secundo post exequias, quo tempore puella respondit: Di si. Arguit proinde nullam habendam esse rationem relationis parochi, utpote non integrae et defectuosae in substantialibus, maxime quia de errore convincitur, dum ait se a sponsis contrahendi matrimonii licentiam requisivisse »nell' atto, che mi disponevo per far l'esequie a detto Cadavere,« quod falsum esse ex reliquis testibus deprehenditur.

Addit, minimi quoque faciendas esse aliorum quatuor testium depositiones, ob graves, quas patiuntur exceptiones, vel saltem eos posthabendos esse, quia vehementiora in oppositum urgent momenta et praesertim, quod isti sint negativi, caeteri vero affirmativi, *Bart. in leg. Diem proferre* §: *Si plures ff. de recept. arbitr., Pacion. de probat. lib. 1. cap. 37., Rot. dec. 138. n. 15. cor. Bich.* Maxime quia duo testes affirmativi rogati et adhibiti praecise fuerunt, ut matrimonio adessent, ideoque praesumitur magis quam alios attendisse actum, qui gerebatur. Plura autem deducit, ut refellat exceptiones adversus hos testes prolatas, animadvertens, quod etiam affines familiares, consanguinei, domestici, immo etiam infames et excommunicati idonei esse possunt matrimonii testes, *Ferrar. in bibliotec.* verbo: Impedimenta *matrim. art. 2. n. 99., Constantin. vot. dec. 526. n. 152., Rot. dec. 2. n. 9. part. 8. et dec. 370. n. 3. part. 18. t. 1. Recent.* Negat demum familiaritatem unius ex dictis testibus cum Angela; negat, eos vilem artem exercere cum unus architecturae incumbat, alter sit Caligarum textor. Negat etiam assertam eorum contradictionem, quia coherere asserit cum constituto et praedictae Angelae confessione.

Contendit insuper nihil revelare, quod parochus nullum ab Angela proferri verbum audierit. Sustinet enim consensum pro matrimonio non tantum verbis sed nutibus etiam et signis extrinsecis expressum sufficere, *Leuren. in jus canon. lib. 4. tit. 1. quaest. 86. n. 3., Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 31. n. 5., Guttier. eod. tract. cap. 46. n. 8. et 10.* Signa autem hujusmodi non desiderari in hoc de quo agitur matrimonio, cum ambo contrahentes bis steterint coram vicario et vir elata voce aperte dixerit, se matrimonium cum Angela contrahere velle; cumque Angela non contradixerit, plusquam manifeste patefecisse suum in contractu consensum, qui ex silentio rite infertur, *cap.: Cum virum de Regular., Fagnan. in cap: Tuae fraternitati de sponsal. et matrim. n. 12., divus Thomas in 4. sentent. distinct. 27. quaest. 1. artic. 2. ad 3.* Eo magis quia verba necessaria non fuerant, quoties sponsalia et tractatus de ineundo matrimonio praecesserant, *Fagnan. loc. cit. n. 21.*

Ex pluribus autem circumstantiis non tantum signa et indicia dispositiva, sed actualem consensum desumi affirmat, nempe, quia sponsi ad ecclesiam accesserunt positivo, absoluto ac determinato animo contrahendi matrimonium propriumque consensum parocho et testibus ad id praecise vocatis pan-

diderunt. Deinde quia cum sponsi, ob resistentiam patris viri, licentiam contrahendi matrimonium obtinere nequiverint, illud contrahere curarunt eo modo, quo poterant. Praeterea quia post matrimonium a vicario admoniti ne simul cohabitarent uno ore responderunt, illud valide fuisse contractum. Ac tandem, quia eadem die matrimonium consummare tentarunt.

Haec a defensore matrimonii ex officio hac in causa animadvertuntur. Archiepiscopus pro informatione requisitus ait, editam fuisse sententiam super matrimonii nullitate a vicario generali capitulari, dum archiepiscopalis sedes vacaret; iterum requisivisse omnes interesse habentes nihilque andivisse praeter ea, quae in dictis causae jam proposuerant. Deinque ita concludit: »Momenta autem rationum, quae ex actis depromi possunt quaeque me etiam movent ad idem sentiendum, duo potissimum esse videntur, nempe, quod non satis constet oratricem Angelam Duffourn verbis aut signis consensum praestitisse: et insuper, quod parochus nec verbum vel signum hujusmodi audierit aut viderit, ac ne videret aut audiret affectaverit. Plenius EE. VV. id colligere poterunt ex actis omnibusque rei totius adjunctis.«

Ex decreto Concilii Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.* matrimonium celebrari debet coram proprio parocho aut alio sacerdote, de ejusdem parochi vel Episcopi licentia et duobus saltem testibus, parochi autem praesentia non debet esse tantum materialis, itaut si ipse non viderit nec audiverit, quae acta sunt, matrimonium non valere respondit s. Congregatio 1581 Episcopo Giennensi, ut ex lib. 3. decret. pag. 59. et seq. Verum si parochus affectasset non intelligere, propterea quod vel aures sibi obstruxerit vel faciem averterit aut vel avertit, ne audiret et aspiceret, tunc matrimonium validum erit, cum in arbitrio parochi non sit, matrimonii libertatem impedire, quemadmodum notat *Fagnan. in cap. Quoniam n. 25. de constitution.*, *Bened. XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. 23. n. 10.* et declaravit s. Congregatio loc. sup. citat. et in *Ulissiponen. 28. Aprilis 1593.*

Id ipsum dicendum de testibus, qui una cum parocho ad matrimonii validitatem ex decreto Concilii requiruntur, cum omnes percipere debeant mutuum contrahentium consensum. Perpendendum tamen est, an hujusmodi consensus verbis exprimi debeat vel sufficiat illum eruere ex signis, nutibus, actibus aliisque circumstantiis, quae matrimonium antecesserunt, comitatae aut subsequutae sunt, itaut hoc modo parochi et testes adeo certi esse possint de contrahentium voluntate, ut de inito matrimonio testimonium prohibere valeant, quemadmodum advertit *Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 39. n. 2.*, *Boss. eod. tract. cap. 1. § 23. n. 58. et cap. 3. n. 23.*, *Guttier. ibid. cap. 69. num. 9.*

Quamvis autem non desiut, qui consensum requirant verbis expressum in iis, qui loqui possunt, nihilominus istius opinionis asseclae non diffitentur, nonnullas adjicieudas esse limitationes et praecipue, quod id non procedat in matrimonio a parentibus filiorum nomine contracto, quo casu admittunt sufficere filiorum tacitnruitatem, *Fagnan. in Cap. Tuae Fraternitati de sponsal. et matrim.* Rationem autem affert d. Thomas *in 4. senten. distinct. 27. quaest. 1. art. 2. ad 3.*, dum dicit, quod verba parentis reputantur filii, qui si non contradicat praebet signum consensus. Alii tamen, quos recenset Fagnanus *loco citat. n. 21.* hac ntuntur distinctione, quod scilicet aut praecessit tractatus matrimonii et tunc verba necessaria non sunt, quia ex tractatibus praecedentibus et sequentibus signis ecclesiae de matrimonio satis constat: an vero nullus praecessit tractatus et in isto casu, quia ardua nimis et plena periculi res est, ex solis indiciis et conjecturis de matrimonio judicare, idcirco ecclesia per verba a contrahentibus prolata certior de illo fieri debeat.

Certum est in praesenti casu parochum vidisse tum virum tum puellam, illum quidem genibus ad gradum altaris provolutum, hanc vero ad ostium capellae: insuperque audivisse virum dicentem: »che lui era contento di sposare la detta Duffoura, e che questa era pur contenta di prenderlo.« Nihil autem a puella proferri audivisse, quemadmodum nihil audierunt, qui aderant, Ministri. Videndum itaque quid importent verba a viro prolata et quid judicandum de silentio puellae. Utrumque defuient Emi PP., dum respondebunt dubio:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. C. resp.: Negative.

Die 26. Jan. 1771.

Brictinorien.

Praesens controversia suam auspicatur originem a matrimonio, quo desuper jam 1832 prostat ad s. hujus Congregationis acta processus, juxta Bullam *Dei miserationis* s. m. Benedicti XIV. in curia Brictinoriensi elaboratus. Resumentes igitur tantum juratae fidei monumentum, ad ejus tramites hanc controversi matrimonii retexendam suscipimus historiam.

Aloysius Zaccaroni eousque familiaritatis cum sua amasia Angela Muzzi progressus erat ut eos in lecto deprehenderint Petrus et Lugdovica conjuges Forani, quorum Angela famulatui Brictiuori mancipabatur. Qua turpitudine inconsiderantia primum Petri famaque dein ipsa in populum elata Zaccaronius nuptias (quas jam antea spoponderat peramatae ancillae ad eam praeter etiam amoris venias in omnibus facilem habeudam), rursus eidem necnon ipsius heris et matri Angelae adpromisit. Cum vero in hac sua praestanda fide novas ille in diem necteret inducias, difficultatem obtendens, quod rem suis admodum genitoribus exosam perpetrare vereretur Foranii, conjuges, qui hujusmodi nuptiarum fautores erant, haud restiterunt, ipsi viam suppeditare ad eas citra omnem alicujus notitiam perficiendas. Sane die 30. Augusti 1831 Petrus haec habebat cum ambigente juveue sollicitantia verba, adstantibus etiam Angela, Lugdovica et Angelae sorore Joanna.

Prout ergo duo amantes edocti fuerant, nocte illius diei vix supergressa Petrum ipsum cum jam accito Laurentio Amadnoci in testes pertentandi matrimonii clandestini assumpserunt; iisque comitantibus necnon Lugdovica et Joanna ad parochum mulieris devenerunt, qui Prior erat ecclesiae ss. Trinitatis. Cum foras esset parochus, omnes in aula paroeciali resedentes paulisper illum praestolati sunt. Quid cum ipso mox redeunte actum fuerit, praestat ab eodem audire, qui facti relationem jam Episcopo delatam ita coram generali Vicario et defensore matrimonii pro testimonio sedulo repetiit.

Et requisitus, an alio signo potuisset percipere vel conjectare, virum expressisse consensum reposuit.

Quamquam plane testes reposuerint: Abbiamo sentito, ad accuratiorem tamen gravissimae rei notitiam considerare oportet, nec ipsos verborum viri sinceram attigisse significationem, non secus ac ancipitem in ea assignanda parochum videbamus.

Proxime tamen Angelam in attiguo cubiculo unacum testibus substiterant duae mulieres Joanna Muzzi et Lugdovica Rontani, quarum aures tum Angelae tum Zaccaronii consensus haudquaquam praeterivit.

Hujusce interim matrimonii validitatem nemini inprimis Brictinori, haud secluso Vicario generali, in dubium revocari posse videbatur. Idipsum vero adeo sibi persuasum esse sponsi significarunt, ut in continenti cum reliquo comitatu ad matrem Angelae pervolantes istam de insequuto inter eos matrimonio certioraverint. Quin imo, cum Agatha mater, nuncio vix fidem habens, nollet filiam recedere cum Zaccaronio, hic ad Angelam, non secus ac ad suam ipsius sponsam statim proclamavit, id regerens Agathae: »Come non siete ancora contenta adesso, che già l'hosposata?« quod post Joannam ipsamet Agatha in sua dispositione contestatur. Obtentur praeterea exinde veniam libere secum sponsam Angelam abducendi domum Foraniorum cum ipsa reversus est, ubi ea nocte insimul dormierunt.

At brevi Zaccaronius, sive adverso parentum genio indulgens sive alia de causa, adeo animum ab Amante Angela alienaverat, ut nedum apud eam nunquam inposterum diversatus fuerit, sed coepit etiam jurato impugnare nusquam cum eo fovisse amores, nusquam cum ea condormisse, vel ante vel post matrimoninm, quod totum a Foraniis, absque vel minima ejus scientia, machinatum fuisse obtestatur.

Hinc excitata in curia Brictinori quaestione de praesumpti matrimonii validitate aut nullitate eam duxit Episcopus, difficilimis temporibus, ad s. hanc Congregationem penitus ablegare. S. autem Congregatio, postquam vadaverat partes ad sua per procuratores huc jura deducenda, aguovit, tum eas quum ipsam curiam et procuratorem ab uno Zaccaronio constitutum rem alto jugique sigique silentio compressisse; ideoque in illam facile descendens opinionem, quod secus fuisset in themate provisum, jure meritoque definitivo causae examini hactenus supersedit.

Hasce tamen inter moras Zaccaronius domicilium Brictinori cum altero Caesenae et hoc novissime cum Arimiuensis commu-

tavit: ubi cum sui status libertatem, se vagum faciens, juramento suppletorio docuisset ad novas nuptias 1843 cum quadam Columba Germani loqnido fuit admissus. Qnod cnm resciret curia Brictinoriensis, protinus hnic s. Congregationi renuntiavit, instans vehementer, ut causa diu pendens in ea de primo Zaccaronii connubio qnam citius s. Inqnisitionis Congregationi dijndicanda admandaretur. Iteratas vero preces ad urgendam ejns causae definitionem hand absistebat EE. VV. porrigere Zaccarouius ex sqnallido carceris horrore, ubi post quartum secundi matrimonii mensem, lacrymante ejns altera uxore Columba et suscepta postmodum filiola, ceu praesumptus polygamus detinetur. SSmus agnita illins paupertate benigne annuit, ut in hac ipsa EE. VV. s. Congregatione praefata causa propouetnr »oeconomice*) cum votis theologi et canonistae et cnm animadversionibus defensoris matrimonii scripto tantum exarandis«.

Obsecnndantes itaqne sacratissimae voluntati exhibemus in calce, quae jam ab adlectis auctoritatibus accepimns, sednla vota et animadversiones; quin aliqnid interea juris superaddere necessarium sit. Cum enim in hujusmodi scriptis non solnm amplissimo ecclesiasticae doctrinae apparatu validitas matrimonii recta propugnetur, sed etiam ad retundendos theologos Brictinorienses, qui in diversam abierunt sententiam, horum vota et argumenta in medium proferantur: jam habent in ipsis EE. VV. qnid pro, qnid contra universa desnper quaestione perpendendum sit, ut ea qua pollent sapientia, valeant dirimere

D u b i u m:

An constet de validitate matrimonii in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Continuatio ejusdem causae.

Votum Theologi.

Emi ac Rmi Patres. Aloysius Zaccaroni et Angela Muzzi coram parocho ex improviso in suo cubiculo deprehenso et 2 testibus ad id vocatis, qui proxime post sponsos in adjacenti cubiculo aderant, matrimonium attentarunt. Sed sponsns negat modo se consensum exhibuisse. Parochus vero de consensu mulieris testatur, non vero de consensu viri, quia ira percitus vel non intellexit vel non meminit verborum ejus; arbitratnr tamen, *plusquam probabilissimum esse*, virnm ipsum consensum praestitisse. In dubium etiam vocant testes consensum viri, quia submissa voce loqnntus est; qnamvis nnns ex hisce testibus dicat, verbum iri audivisse exprimendum *sposo o sposa*. Proxime aderant duae foeminae, qnae testantur, se utriusque contrahentis consensnm expressis verbis exhibitum audivisse.

Quaeritur num tale matrimonium validum vel nullum pronntiandum sit?

Praecipna difficultas circa quaestionem hanc matrimonialem in eo posita esse videtur, quod parochus Brictinorien., qui priori matrimonio ab Aloysio Zaccaroni et Angela Mnzzi attentato interfuit, verborum consensns a viro prolatorum sensum vel nou intellexerit vel non meminerit, qnamvis parochns ipse probabilissimum jndicaverit, imo, ut asserit, *essere più che probabilissimo* verba consensum exprimentia virum ipsnm protnlisse. Caeterum parochus adfnit et praeter vocatos testes alii duo testes interfuerunt, qui omnino interposita Sacramenti religione non solum mnlierem, sed etiam virnm expressis verbis consensnm exhibnisse testantur.

Antequam ad facti hujus accuratam investigationem descendam, operae pretium existimavi in medium proferre doctrinam Benedicti XIV. quam ipse tradit *lib. XIII. de synodo dioec. cap. 23.* de hujusmodi matrimoniis, quae clandestina passim vocantur, et in qua continentur fere omnia anteriora decreta et decisiones hujus s. Congregationis, earumqne sensus exponitur et declaratur.

Primo qnidem Lambertinus postulata exposuit Episcopi Gienuensis, qnorum quartum erat: Si sacerdos adfnerit, nihil tamen eorum, quae agebatur vidit neque audivit, utrum tale matrimonium valide contrahatur vel potius tamquam sine sacerdote nullius sit ponderis vel momenti? Huic postulato a s. Congregatione responsum fuit: non valere, si sacerdos non intellexerit: nisi tamen affectasset non intelligere. Postea vero de hoc decreto disserens haec habet: In suprarelato decreto matrimonium illud effectu carere statuitur, cui parochus ita sit praesens, ut neque videat contrahentes neque auribus eorum verba percipiat: eo enim casu praesentia parochi tamquam mere phisica considerari debet, quae ad matrimonii validitatem

*) Vd. p. 526.

non sufficit, juxta id, quod in eadem Congregatione definitum fuit in causa *Romana super dubiis matrimoniorum die 7. Martii 1700*, in qua cum ea res Innocentii XII. Pontificis jussn diligenti examine discussa fuisset, eorum improbata fuit opinio, qui contendebant ad validitatem matrimonii praesentiam parochi mere physicam satis esse. Parochus enim interest matrimonio tamquam testis anctorizabilis pro ecclesia, qnae cum in aliis duobus aut tribus testibus ad matrimonium rite contrahendum necessariis non eas qualitates requirat, qnae illos omni exceptione majores constituant, uti fuse demonstrat Sylv., idcirco parochi praesentiam voluit, ut in illins probitate maximum veritatis fundamentum statueret: uti colligitur ex historia dicti Concilii scripta a Cardinali Pallavicino *lib. 22. cap. 4. n. 3. et 12.* Parochus autem non potest testem agere tantae in ecclesia anctoritatis, nisi et videat contrahentes et vel eornm audiat verba et intelligat, qnae mutuum significent utriusque partis consensum, juxta textnm in cit. *c. Coram ff. de verb. signif.* cujus verba snnt haec: *Coram Titio aliquid facere jussus. non videtur praesente eo fecisse, nisi intelligat. Itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat non videtur coram fecisse.* Cui conformis est *can. Testis 3. quaes. 9. ubi glossa* in verb. *Praesentia*, inquit: *Dum tamen intelligant; nam aliter non dicuntur praesentes:* et *can. In primis 2. q. 2.* ubi *eadem glossa* verb.: *Praesente* subdit: *Et intelligente, alias non diceretur praesens*, praeter multo plura, quae videri possunt apud Fermosiuum . . . et apnd Card. de Laur.

Postquam vero idem sapientissimns Lambertinns exposnit varias doctorum sententias circa seusum illorum verborum, *nisi tamen affectasset non intelligere*, ita prosequitur et concludit u. XI.: Ex hacteuus dictis recte colligitur, praedicta verba *nisi affectasset non intelligere*, de eo casu accipieuda esse, qno parochus invitus ad matrimonii contractum adhibitus ideo nec videt nec percipit, quia data opera neqne videre volnit neque percipere: cum tamen et videre et percipere naturaliter potnisset eadem ratione, qna testes ad eum ipsum actum adhibiti vidisse se et percepisse fatentnr. Celebris fnit 1755 causa Carthagin. matrimonii in Concilii Congregatione agitata et judicata, in qna agebatur de quodam matrimonio contracto coram parocho domi snae inopinate deprehenso, qui virum quidem aspexerat ejusqne verba perceperat, foeminam nec viderat nec audiverat. Porro cum iis, qui controversiae judices sedebant, totidem vero ex alia pro illius uullitate opinati fuerint, opportunum nobis visnm est, congregatiouem ipsam coram nobis indicere, jnssis prius Theologis aliquot aliisque juris cauonici professoribus sententias suas de hac re scriptis expouere, qui sane maxima diligentia et labore collatis inter se tum theologorum et cauouistarum placitis tum decretis ejusdem Congregatiouis et actis similium causarum, quae alias coram ipsa agitatae fuernut et ab ea definitae, in hoc facile convenernut, ut ad matrimonii validitatem necessarium omuiuo esset, contrahentes a parocho videri eornmque verba mutuum consensum exprimentia ab eodem audiri; eo scilicet principio prae oculis habito, quod si parochus matrimonio interest tamquam testis ecclesiae auctorizabilis nullo modo poterit de matrimonio contracto fidem facere, ubi nec utrumque viderit conjugem nec utriusque couseusnm audierit. Sed cum factum ipsum, de quo agebatur, accurate perpensum fuerit ejusque circumstantiae omnes diligenter excussae, manifesto compertnm est, quod si parochus mulierem nou vidit ejusque verba nou intellexit, hoc ideo eveuit, quia ipse obfirmato animo eamdem videre et audire noluit, cnm eam facile videre et audire potuisset, quemadmodum bene viderant atque audierant testes ad eum actum adhibiti. Itaque pronnuciatum fuit nobisque annuentibus sententia prodiit pro matrimonii validitate.

Doctrinam hanc sapientissimi Pontificis, praetermissis aliorum theologorum sententiis, per extensum in medium proferre operae praetium existimavi, quia in ipsa veluti in compendio aliorum doctorum placita continentur et quod magis quia tanti Pontificis doctrina et auctoritas in re nostra, uti peremptoria, in hac s. Congregatione jure meritoque habetur. Restat igitur, ut ea facti speciei, quae in controversiam adducitur, applicentur.

Ac primo quidem prae oculis habenda est relatio, quam parochus Augelus Ugolini post decem dies ab attentato matrimouio exhibuit Rmo Episcopo.

In hac relatione parochus affirmat »essere più che probabilissimo« et addit: non ricordandomi di presente per motivo di poca riflessione o dello sdegno etc.

In dispositione vero facta 28. Mart. 1832 omittit posteriora verba; dicit tantum: essere probabilissimo; sed addit: conforme io dissi nel mio rapporto al Vescovo. Hujus relationis fidei rem omnem mandat parochus in I. dispositione facta 14. Sept. 1831.

Jam vero, si attente considereutur circumstantiae omues quae in hac facti expositione exhibentur luce clarius ut mihi videtur apparet parochum non solum interfuisse sed ita interfuisse ut contrahentes viderit, causam praesentiae agnoverit, verba mulieris consensum exprimentia audiverit, etsi non recte iutellexit verba viri, aliquid saltem vidit vel iutellexit, quae ejus voluntatem significabant, unde judicare potuit *esser più che probabilissimo* ipsum dixisse »*questa è mia sposa.*« Locum itaque habet in casu nostro doctrina superallata Benedicti XIV. juxta quam parochus ut testis sit *auctorizabilis* uecesse est, *ut videat contrahentes et vel eorum verba audiat, vel ea non percipiens signa saltem videat et intelligat, quae mutuum utriusque partis consensum significent.*

Addendum etiam, quod si parochus non recte percepit verba viri, ipse in causa fuit, ut non perciperet, nam ira correptus clamavit objurgavitque; unde de eo dici potest quod supra audivimus ab eodem Benedicto XIV. de parocho, qui *affectavit non audire* (de quibus postea dicam). Observandum etiam hic est Parochum nostrum uon affirmare, se non audivisse, *sed non meminisse verborum viri: non ricordandomi di presente per motivo di poca riflessione o dello sdegno.* Intellexit tamen virum ipsum ad matrimonium contrahendum iu sua praesentia adesse. Itaque facti hujus speciei consideratis circumstantiis omnibus applicari posse resolutionem hujus sacrae Cougregationis habitae coram Benedicto XIV. et ab eo confirmatae, de qua supra, arbitror.*)

*) In *Patavina Matrim. 11. Maji 1669* responsum fuit a s. Congregatione pro validitate matrimonii clandestini contracti coram parocho, qui consensum sponsae non audivit; duo tamen testes deponebant de verbis sponsae exprimentibus suum consensum.

Nam postquam Franciscus innuens parocho Mariam pronunciavit haec verba: »Vedete questa è mia moglie;« quo audito parochus coepit indignatus eos increpare et terga vertens non auscultavit (ut asserit) eamdem Mariam, quae suum consensum expressit his terminis »questo è mio marito.«

Verum non coustat testes vocatos audivisse verba viri, imo ipsi affirmant non percepisse verba ipsius viri. Sed praetermissa discussioue depositionis factae ab hisce testibus, quorum bona fides in suspicionem non immerito adducitur, respondeo testes alios etsi expresse ad id nou vocatos et audivisse et percepisse verba nou solum mulieris, sed etiam viri, unde locum habet applicatio doctrinae Benedicti XIV. et resolutionis; ac proiude dicendum est in hac facti specie ea omnia convenire, quae ad matrimonii valorem ex Trid. Concilii decreto uecessaria sunt.

In coufesso siquidem est apud omues sive theologos sive cauonistas, necessarium non esse ad matrimonii validitatem, ut testes ad id vocati siut, sed sufficere testes etiam fortuito praesentes, dummodo simultanee adsint atque ita adsint, ut audire et intelligere possiut ea quae fiunt; neque excludi mulieres et consanguiueos, imo neque ipsos impuberes, dummodo rationis compotes sint, neque hereticos, iufideles et infames aliosque, qui jure positivo a testimonio ferendo excluduntur, uti pluries ab hac ipsa s. Cougregatione decisum fuit.*)

Porro ex processu confecto ex praecepto hujus s. Cougregationis manifeste coustat, Joannam Muzzi sororem mulieris contrahentis et Lugdovicam Routani conjugem alterius testis Petri Forani adfuisse matrimonio contracto, conjuges vidisse eorumque verba consensum exprimentia hisce verbis »questa è mia sposa, e mio sposo« audivisse.

Brevitatis causa praetermitto caetera adjuncta et circumstantias, quae praecesserunt et consequuta sunt matrimonium, de quo agitur; quaeque ut beue advertit matrimonii defensor conjugum voluntatem exhibent eorumque consensum adfuisse omnino demoustrant. Tanta vero argumentorum copia idem matrimonii defensor causam prosequutus est talique indagine et accurata circumstantiarum omnium investigatione facti speciem exposuit, ut superfluum mihi videatur iu ea amplius immorari.

Si quid igitur addendum in re praesenti illud est, quod respicit sententias 2 theologorum, qui ab Episcopo consulti contra matrimonii validitatem pronunciarunt.

*) *Pallav. hist. Concilii Trid. s. 22. c. 4. n. 184.* narrat a proposito decreto de testibus matrimonii expuncta fuisse illa verba *fide digni* ne multorum conjugiorum efficacia redderetur ambigua juxta sententiam Antonii Conconi Episcopi Almer.

Primus qui fusiori calamo rem prosequutus est postquam exposuit triplicem sensum quo a theologis *clandestinitas**) accipitur statuit matrimonium contra ecclesiae ordinationes contractum nullam habere praesumptionem validitatis; ideoque locum non habere regulam, quae passim a theologis traditur *in dubio standum esse pro matrimonio*, imo in dubio judicem contra ipsum judicare debere. Ut vero principium hoc confirmet auctoritatem Barbosae, Tamburini et Cardinalis de Lugo (cujus verba absque ulla loci citatione recitat) in medium profert.

His praemissis parochi ac testium praesentiam juxta Trid. Concilii decretum necessariam esse statuit atque talem esse declarat, ut ecclesiae, testificari possint de veritate contracti matrimonii; subdit vero talem uon fuisse parochi ac testium praesentiam, atque inde concludit »che in via di diritto, e di fatto nou regge, e non sussiste il preteso matrimonio dei giovani indicati.«

Alter vero ex theologis deputatis paucis se expedit dicens »doversi ritenere per invalido tale matrimonio, che giusta l'iucarto processuale manca del mutuo censeusu, non risultando in atti che quello della douna Sí potrebbe anche ritenere mancante della presenza dei due o trè testimouj voluti dal s. Concilio di Trento, giacchè non essendosi trovati i Siguori Forani ed Amaducci nella medesima stanza, nou si può dire rigorosamente che fossero i pretesi conjugi coram parocho vel tribus testibus praesentibus.«

Adnotandum tamen est theologos istos sententiam suam protulisse juxta exposita in priori processu informi et invalido, ex quo constat praeter conjuges et parochum duos *tantum* testes eosque suspectos examinatos fuisse.

Ut vero de argumentis a theologis in confirmationem sententiae suae adductis aliquid dicam, haec observanda censeo. Ac primo quidem de praemissa auctoritate doctorum ac praecipue Cardiualis de Lugo, qui in dubio matrimonii claudestine contracti validitati illi favendum non esse asserit, quia *contra jura contractum*,**) dico, in casu nostro (quidquid sit de sensu quo quidem principium intelligendum est) agi de dubio omni excludeudo, de rei veritate inquireuda et de certo judicio prouunciando juxta constitutionem Benedicti XIV. *Dei miseratione*,

*) Vd. *Matrimonium clandestinum.*

**) De Lugo *de contr. in gen. disp. 22. fact. 3. n. 23. et seqq.* statuit, verba in contractibus debere *practice* significare obligationem *atque etiam in matrimonio.* Hinc exemplum ponit matrimonii clandestini, in quo conjux coram parocho et testibus *enunciativa* tantum protulit verba, quae consensum praestandum vel praestitum exprimebant; et hoc matrimonium ipse invalidum dixit. Subdit vero: »Addidi autem etiamsi verba relinquerent hanc rem dubiam et ideo in dubiis videretur esse interpretanda in favorem matrimonii, cujus causa favorabilis est: in hoc tamen casu non debere habere locum favorem matrimonii: quia licet causa matrimonii secundum se favorabilis sit, sed tamen matrimonium clandestinum, quale erat illud sine denuntiationibus praemissis et parocho invito praesenti, non est favorabile, sed odiosum, ut notant DD. quibus consentit *Sanchez l. 3. de matrim. disp. 45. n. 1.*« Jamvero verba Cardinalis de Lugo praeterquam quod respiciunt casum particularem et omnino diversum a nostro, intelligenda, ut mihi videtur, sunt de favore non praestando matrimonio clandestino, quatenus respicit contrahentes, quibus favendum certe non est, cum contra ecclesiae legem matrimonium attentaverint. Et revera Sanchez quem ipse citat haec habet *cit. 1.*: »Triplex alia poena est matrimonii clandestini. Matrimonium hoc odiosum est quoad restitutionem. Quia mulier spoliata a viro quasi possessione maritali, ante omnia est restituenda, *cap. Ex conquestione, et literas de rest. spoliat. et explic. in l. 2. disp. 4 n. 50.* At si matrimonium fuit clandestinum non restituitur ante omnia, ut docet *glossa c. ex transmiss.* verb. *Legitimam de rest. spoliat.* per illum textum a contrario sensu, petit enim ille textus ad hanc restitutionem in facie ecclesiae contractum esse matrimonium. Et ratio est, quia matrimonia clandestina sunt odiosa, eo quod contra ecclesiae interdictum ineuntur, unde pro eis imponenda est poenitentia, *cap. 1. et 2. de matr. contracto contra interdictum ecclesiae.* Et ita non mirum si non eo favore fruantur antequam de illis constet, quo gaudet matrimonium in facie ecclesiae contractum. Jus enim praesumit contra illum, qui adversus jura nititur. Unde non praesumitur hoc matrimonium antequam *probetur.*

Quod attinet ad Barbosam in *l. cit.* a Monacello, quem sequitur theologus noster, ne verbum quidem habetur de matrimonio clandestino, sed solum dicit *matrimonium metu celebratum non esse favore dignum.* Quinimo in collect. *doct. in 2. Decretalium tit. XXVII. in cap. ultimo: Duobus* firmans *semper favore matrimonii esse judicandum* refert placita DD. ab hac regula recedentium in sequentibus casibus:

1) quando non datur paritas inter contrahentes,

2) quando agitur de matrimonio probando non autem dissolvendo;

3) quando fuerit per metum contractum Ipse vero admittit exceptionem ultimo tantum casu et rejicit in prioribus.

qua praecipue iudissolùbilitati matrimouii consulitur. Ratio vero, ob quam a theologis dicitur in dubio faveudum matrimonio, est quia agitur de Sacramento, cujus vinculum semper durat adeoque excludit quodcumque subsequens matrimonium etiam bona fide contractum. Exprimit vero admirabilem illam uuionem Christi cum ecclesia, quae uunquam dissolvitur, unde ab Apostolo dicitur *Sacramentum hoc magnum in Christo et in ecclesia.* Itaque ad rem nostram potius fuit regula juris a defensore matrimonii proposita: *Multa facta tenent, quae fieri prohibentur.*

Verum quidem est quod statuit theologus parochi scilicet praesentiam ac testium talem esse debere, ut fidem facere possint de contracto matrimouio; uude sufficiens non est praseutia tantum materialis et physica. Hoc principium jam supra vidimus a Benedicto XIV. statutum ac declaratum. Sed theologus nihil omuino dicit de casu, in quo parochus affectat, se non audire, vel ipse est in causa, cur non audiat verba aut uon videat signa conseusum exprimentia.

Ad testes vero quod attiuet quaestio magna est in casu nostro, num fides adhibenda sit depositionibus postea factis, quae magnam saltem iugerunt suspicioueм falsitatis.

Tandem in actis, quae prae oculis habuerunt theologi nihil omnino dicitur de aliis duobus testibus, qui aperte declararunt et juramento confirmarunt, se utriusque coujugis conseusum expresse significatam audivisse. Itaque fundamento caret resolutio theologi, qui uti certum supponit neque parochum neque testes consensum a viro expressum audivisse.

Ad id autem quod addit alter theologus, tamquam praseutes haberi non posse testes, eo quod non in eodem, sed in altero adjacenti cubiculo starent, repouo, Tridentini decretum exigeret, ut contrahentes consensum exprimant coram parocho et testibus, quod verum est, etiamsi parochus in uno, testes in altero cubiculo commorentur, dummodo videant et aguoscant id, quod a contrahentibus fit. Praesentes vero in commuui hominum acceptione certe habentur ii, qui vident et audiunt et negotium de quo agitur per seipsos cognoscunt. Ex actis vero patet contrahentes in limine cubiculi in quo erat parochus, testes vero prope ipsos in altero proxime adjaceuti cubiculo adfuisse.

Ex testificatiouibus foeminarum contrahentibus proxime adstantium nou solum probata manet praesentia testium sed confirmantur ea, quae supra dicta sunt, nempe parochum clamasse, objurgasse; contrahentes vero aperte consensum per verba »*questo é mio sposo, questa è mia sposa*« exhibuisse.

Nihil hactenus dixi de Aloysio Zacaroni, qui post coutractum matrimonium facti poeniteus negavit, se consensum praestitisse. Tanta siquidem ex actis apparet ejus proteriva et mala fides, talis tautaque coutradictio dictorum cum depositiouibus a caeteris factis et improbabilitas assertionum, ut nullam prorsus fidem mereatur.

Tandem iu confirmationem omnium, quae hacteuus dicta sunt, non abs re erit iu medium proferre literas Episcopi Brictinorien. ad hanc s. Cougregationem. In literis datis die 8. Novb. 1831 postquam exposuit supplicem libellum exhibuisse ad hoc ut definitivum judicium hujus causae ab hac s. Cougregatione instituеretur, addit: *a sgravio di sua coscenza.*

1: Che prima che s'istituisse il processo *tutti, compreso anche il Vicario,* dietro l'informazione avutaue crederono valido il matrimonio. Porro animadversio haec in lucem ponit id, quod obscurum videtur in actis. Ex his enim constat parochum et duos testes ad vicarium statim accessisse post attentatum matrimouium, sed uihil expresse dicitur de facti expositioue et de judicio hic et nunc ab ipso Vicario efformato. Itaque ex hac Episcopi relatioue conjicere possumus, rem ita a parocho et testibus expositam fuisse, ut nullum excitatum fuerit dubium de matrimonii validitate. Subdit vero Episcopus:

2: Che staute la coguizione da me acquisita, ma privatamente, dopo che hò spedito la supplica, non sò come mettere in dubbio, che li due giovani nella sera medesima dell' attentato matrimonio abbiano dormito assieme.« Id autem ex processu postea instituto manifeste patet, unde praesumptio eaque validissima stat pro matrimouii consumatione. Tandem addit: »Che io souo persuasissimo, che si il giovaue che i testimonj souo stati sovvertiti.« Hiuc die 29. Jan. 1832 inter caetera scribebat idem Episcopus:

Sò bene che vi è un grande impegno per farlo comparire uullo, sebbene grau parte in Bertinoro lo creda validissimo, informata già degl'imbrogli, che souo studiatameute operati per velare la verità.« Omitto caetera, quae in aliis literis Episcopi habentur, et solum adnotabo 1844 die 13. Jan. ipsum scripsisse: »Che i genitori del Caccaroui cominciarono ad iuveire contro il figlio, e tanto dissero e fecero, che egli dopo alcuni giorui si fece ad impuguare il matrimonio.«

Porro hujusmodi attestationes et relationes gravissimi viri, nempe Episcopi, qui ex officio scribit et factum expouit, quamvis extrajudiciales sint, tanti, ut arbitror, faciendae sunt, ut conjunctae cum depositionibus judicialibus et caeteris adjunctis aliisque circumstantiis praecedeutibus, concomitantibus et subsequentibus matrimouium ipsum, eam pariant certitudinem et evidentiam, qua nulla major iu re praesenti desiderari potest.

Unde concludeudum censeo tuto reponi posse propositae quaestioni:

Constare de validitate matrimonii inter Aloysium Zaccaroni et Angelam Muzzi.

Haec tamen dicta sint salvo meliori judicio et sub censura s. Cougregatiouis.

Pius C. Bighi Theol. deput.

Animadversiones

Defensoris Matrimonii.

1. Quaeritur an matrimouium quod Brictiuori in Aemilia coram parocho ss. Trinitatis die 30. Augusti 1831 Aloisius Zaccaroni contraxit cum Angela Muzzi sit validum seu potius sit nullum. Vir ait fuisse uullum, mulier fuisse validum. Die sequenti Episcopus ordinavit conjugum separatiouem quoad thorum, quae adhuc firma perseverat. Duo processus de hac causa ab Episcopo seu ab ejus vicario generali confecti fuerunt: primus die 15. Sept. 1831, sed maucus et nullus. *Mancus*, nam ex 4 matrimonii testibus duo tantum fuerunt examinati, *nullus*, quia absente, inscio, incousulto defeusore matrimonii confectus. Ideo de mandato s. Cougregationis Concilii, quam Episcopus iuterea temporis enixe rogaverat, ut de hac causa judicaret, alter die 17. Martii 1832 ordinatus fuit processus, quem praesente defensore matrimouii Episcopus coufecit; et ultra duos contrahentes examinavit parochum et quatuor testes: quo expleto vir et mulier die 10. Octb. ejusdem anni citati fuerunt ad deducendum, intra 30 dies, jura sua coram s. Congregatione. At quominus id facerent, uterque responderunt a paupertate se ésse impeditos. In suspenso deinde causa haesit. Causas suspensiouis narrare hic ego praetermitto sive brevitatis causa sive quia eae exponentur a R. P. D. Secretario. Post 12 suspensionis annos cessatis ejus causis de mandato *SSmi D. N.* per organum R. P. D. Secretarii die 11. Martii 1844 ordinatum est *ut causa oeconomice proponatur in s. Congregatione Concilii, cum voto theologi et Canonistae necnon cum animadversionibus defensoris matrimonii.* Si duobus illis doctoribus opinio fuisset, matrimonium fuisse et esse nullum, tnnc sane opus ex officio mihi esset, in eorum opiuionem animadvertere et quid de ea seutiendum esset proponere. Sed cum per vota quae una cum processu causae transmissa sunt ad me die 27. Julii 1845 illi posueriut in propatulo validitatem matrimonii uihil aliud mihi nunc restaret, quam eorum votis me subscribere. Nihilomiuus et ego aliquid addam, sive ne videar recusare laborem sive ut paream mandatis, sive ne quid desit officio meo.

2. Vir duo ait: *primo* consensum numquam a se fuisse praestitum matrimonio, *tum* eumdem consensum etsi aliquando praestitum ita tamen in actu celebratiouis coram parocho et testibus a se fuisse occultatum, ut hi illum non intellexerint; et idcirco matrimonium esse nullum sive in radice ex defectu consensus sive ex vitio strictae clandestinitatis. At utrumque falsum esse constat ex processu. Viro vera sincera fuit voluntas duceudi mulierem in uxorem. Idque patet ex cunctis rei adjunctis antecedentibus, concomitantibus, subsequentibus.

Primo: Antecedentibus vir confessus est consuetudinem sibi fuisse adeuudi domum Petri Forani. Illuc tameu se conferre consuevisse dixit, uon amore tractum erga mulierem, eo quod cum muliere numquam usum se fuisse ajebat familiaritate, sed amicitia illecta erga dominum domus, h. e. erga Petrum: *Jo non ho mai avuto una particolare amicizia, ne confidenza alcuna con Angela Muzzi. E se andavo in casa Forani, vi andavo per relazioni, che avevo collo*

stesso Sig. Pietro Forani, con cui ero amico anche prima, che piendesse al suo servizio la detta Angiola. Jo replico ed è pura verità che iò andavo col Signor Pietro: nè mai ho amoreggiato con Angiola. At contrarium deposuerunt Petrus ejusque uxor: Ille sic: *Mi ero accorto benissimo delle confidenze fra Luigi ed Angela, perché varie volte li aveva veduti parlare fra loro ora sulla porta della mia casa, ora per le scale: ed una mattina io li sorpresi a giavere nel medesimo letto.* Haec ita: *Angela in tempo che trovavasi al mio servizio amorregiava con Luigi, e tale amoreggiamente s'inoltró tanto, che, ritornata io, e mio marito Pietro Forani da Cesana a casa, una mattina, che non sò precisare, sorprendemo i due giovani a giacere assieme in letto.*

Tum concomitantibus: Laurentius Amalducci narravit, se vocatum ab uxore Petri ut accederet in domum Petri, morem illi gessisse illuc accedendo, ibi iuveuisse virum et mulierem, qui erant in procinctu, ut una simul adirent parochum causa contraheudi matrimonii, et comitem se illis dedisse ad hoc, ut tamquam rogatus testis praesens adesset eorum matrimonio. Succedit depositio alterius testis, h. e. Petri Forani. Et quamquam hujus dicta nounihil discrepare viderentur a testimouio Laurentii uam Petrus, forte ne particeps esse videretur criminis clandestinitatis, deposuit iutentionem viri et mulieris de atteudeudo matrimonio claudestino antea sibi fuisse iucoguitam et tunc primum a viro fuisse sibi patefactam, cum iter facerent ad parochum, tamen in hoc uterque testis scilicet Laurentius et Petrus sunt coucordes, videlicet in deponendo, quod vir die 30. Augusti de sero convenit in domum Petri, tum ipse et mulier e domo Petri una simul comitantibus semper Petro, Laureutio, uxore Petri et Joauna Sorore Augelae petierunt aedes parochiales; in aedibus illis moram per dimidium circiter horae fuerunt, eo expectantes, quousque reditum faceret parochus, qui tunc abseus erat; *insuper* coram parocho ubi rediit levantes sese una simul steterunt in limine cubiculi, quo ille sese receperat. Et in his cunctis singillatim narrandis concordes sunt quatuor illi qui contrahentibus et testes et comites fuerunt. Haec autem omnia quid aliud praeseferuut, nisi veram et sinceram viri voluntatem ducendi mulierem uxorem?

Haec autem voluntas aeque et forte plus constat *ex subsequentibus*. Nam celebrato matrimouio una simul vir et mulier discedunt ex aedibus parochialibus; una simul redeunt in domum Petri; una simul e domo Petri se trausferunt in domum Agathae, quae mater erat novellae spousae; et post narrationem ibi factam de matrimonio mox coutracto, post degustatioues vini hilariter sumpti a quatuor testibus et comitibus una simul reditum faciunt iu Petri domum. Atque hic finem operi imposueraut seu ultimam et maximam vir dedit seu voluntatis seu ratihabitionis significatioueм, mulierem fere et siucere a se ductam fuisse iu uxorem: scilicet confessus est illa uocte, haudquaquam reditum fecisse in pateruam domum, sed remausisse in aedibus Petri: Et in hoc ejus confessio couformis est depositioni mulieris, Petri et uxoris Petri. Discrepat vero iu hoc, quod ille se jacuisse dixit iu lecto et cubiculo separato: hi vero unanimiter retulerunt et horum relationem quisque videt praeferendum esse illius dictis, eum jacuisse in uno eodem lecto cum uovella coujuge. Ita Petrus: »*Ambe due andarono a casa della Madre della Muzzi la sera stessa dopo il tentato matrimonio, e posso supporre, che vi andassero per informare la madre stessa di quanto avevano fatto, giacchè mi trovai presente quando si licenziarono dalla Madre, la quale disse a tutti due »vogliatevi dunque bene«, ed ambeduc ritornarono in mia casa: e la mattina sussequente sentii, che avevano dormito tutti due in casa mia nel medesimo letto, senza mia saputa.*« Ita uxor Petri: *Dopo aver bevuto tutti* (videlicet coujuges, Petrus et uxor Petri, Joanna soror Augelae et Laurentius Amaducci, testis rogatus, qui et ipsum quoque deposuit) *partimmo dalla casa di Agata, madre di Angela, ritornando noi alle respettivi nostre case: E siccome Luigi fece conoscere che non poteva subito condurre a casa sua la sposa, cosi questa si trattene in casa mia unitamente a Luigi, e dormirono ussieme, persuasi, che il matrimonio fosse valido: il giorno sussequente, Angela fù congedata dal mio servizio.*

3. A prima contentionis parte progredi nunc oportet ad secundam, per quam vir ait, adeo certum esse consensum a se nunquam fuisse praestitum, ut neque duo testes rogati ad matrimouium audiveriut verba couseusus neque parochus; et idcirco matrimonium fuisse stricte et proprie clandestinum: Cui ego respoudeo, uon 2 sed 4 fuisse testes, qui adstiterunt matrimonio: et ex his 4 testibus duo explicite se audivisse retuleruut verba conseusus.

Neque quidquam obest vel quod Joanna esset soror mulieris contrahentis vel quod tam ipsa quam uxor Petri Forannon rogatae esseut, sed curiositate magis, uti Joanna dixit, vel etiam uti ego opinor desiderio conciliandi matrimonii illuc accederet; nam etiam familiares et domestici, etiam consanguinei et affines, etiam miuores et foeminae etiam vi detenti aut casu transeuntes aut dolo ad aliud vocati admittuntur in testes matrimonii, dummodo polleant rationis usu et actui siut moraliter praesentes: doctrina est juris omuibus uotissima, eamque late expouit *Sanchez de matrim. lib. III. disp. 21.* Multo autem miuus hos testes repellendos esse decrevit *s. Rota in Recen. decis. 779. n. 9. part. 18. t. 2.*, quando clam et iu secreto sit matrimonium: et iu specie de sorore mulieris contrahentis idem Tribunal statuit *in recen. decis. 370. n. 3. part. 18. tom. 1.*, fas uon esse repellere ejus testimonium, si, prout in hoc casu coutigit, conforme sit cum depositiouibus aliorum testium. Duobus prioribus testibus uou rogatis acceduut alii duo testes rogati Laureutius et Petrus. Et hi duo audierunt nou solum verba conseusus mulieris, de qua nulla quaestio, sed virum quoque audieruut loquentem.

At hi testes (ita ex adverso objicitur) virum quidem loquentem audiveruut, quid vero praecise diceret, non intellixeruut. Sed ego respoudeo, id testes non declarasse neque coram Vicario geuerali, quando recens erat factum et quaudo declarandi erat uecessitas. Nam parocho irato egredieuti e cubiculo et interroganti duos testes uum audivissent: *avete sentito?* illi responderuut, se audivisse non obscure, nou in coufuso, sed pure et simpliciter »*quelli risposero«: si.* Et hoc purum ac simplex responsum *si* in ipso actu redditum sine ulla praeventione ab ipsa veritate dictatum et quasi expressum praeferri sane oportet alteri responso ab iisdem testibus multo posterius dato, quando viri seu ejus genitorum irrepserat coutentio de matrimonii uullitate. Atque eo magis oportet praeferri, quia iidem testes in ipso actu comites sese dederuut parocho et cum eo conferebant sese ad Vicarium generalem; ideo pro certo tenendum est, ibi eos testatos fuisse consensum conjugum ita clare et distincte a se fuisse acceptum, ut uullum superesset dubium. Dico »pro certo,« uam una cito fuit omuium sententia, matrimonium fuisse validum: *Tutti compresa anche il Vicario:* ita Episcopus referebat in literis ad s. Cougregatioуem datis die 8. Novb. 1832: *dietro l'informazione avutane, crederono valido il matrimonio.* Imo ipsae querelae per parochum, per testes ad Vicarium geueralem delatae suppouebant ipso conscio esse sibi de matrimonio a viro et muliere contracto: uam ideo eas deferebant, quia illud contraxeraut sed uon praemissis denuuciatioуibus et siue debitis licentiis: *atque ita matrimonium* apposite ad hanc rem scribit *Navarrus lib. 4. de clandest. despons. cons. 11. in fine est magis publicum, quam si parochus sponte et prudens adiisset locum, ubi contrahendum erat; quoniam parochus conquerendo de contrahentibus, quod eum decepissent, magis illud publicat quam alias publicasset.*

Fingamus autem verum esse, quod parochus et testes dixeruut, scilicet verba consensualia viri fuisse subobscura seu prolata fuisse voce adeo submissa, ut quid per ea seutiret vir ipsi uon iutelligereut. In hoc casu nihil tameu praejudicii iu matrimonii validitatem redundaret, primo quia defectus hac in re eorum intelligeutiae abuude suppleretnr et a numero et a pleua iutelligentia aliorum 2 testium, a quibus uitide et perspicue accepta fuerunt viri verba diceutis: *questa e mia sposa:* quae quidem testimouia plenam sibi vindicant fidem, quia etsi in miuutis quibusdam circumstantiis discrepent inter se, tameu quoad substantiam depositiones parochi et quatuor testium sunt inter se omniuo conformes. Tum consensus in matrimonium praestari potest non solum verbis, sed etiam signis: et hujusmodi signa parochus et testes viderunt et intellexerunt adeo luculeuter per virum fuisse data, ut nemiui dubium esse posset, quin quod submissa voce per virum dicebatur per id intelligeretur, voluntatem ei esse mulierem illam ducendi in uxorem. Id patet ex cunctis adjunctis supra euumeratis: quibus positis, si quis diceret virum, quando uuacum muliere accessit ad cubiculum parochi et coram eo et cum ea se sistitit et verba protulit submissa voce, si quis diceret, eum sub his submissis verbis aliud et longe diversum sentiisse ac cuncta adjuncta eum sentire demonstrabant, nescio, quisnam meute magis

captus esset, an vir qui ita sentiise supponeretur, seu potius is, quid id diceret. Accedit, quod verba consensns, si vir ea protulisset voce adeo snbmissa, ut iutelligi a circumstantibus non possent, id sibi suaeque culpae tribuere deberet, non autem retorquere in damnnm seu alterius partis boua fide coutrahentis sen matrimonii, quia poterat loqui clariori voce: et *contra eum qui legem dicere poterat apertius*, ait regula 37. juris, *est interpretatio facienda*. Praeterea de consensu non praescribitur a jure certa verborum formula. Et consensum quemadmodum praestari fas est nutu atque signis, tum multo magis verbis submissa voce prolatis, dummodo testes intelligant, viri voluntatem ferri in actum consensualem matrimonii. Et saepe modestae puellae verecundia prohibentur loqui in illo actn et nihilominus nemo, uti observant *Sanchez et Ponti de matrim.*, ille *lib. 2. disput. 31.*, hic *lib. 2. cap. 7.*, dubitavit unquam de validitate earum consensus. Dici vero potest verba voce fuisse prolata non subobscura sed aperta et iutelligibili, quia duo testes ea se explicite audivisse retulerunt et tertius testis audivit explicite verba: *sposo*, *sposa*. Et qnamquam a nemiue fuissent explicite et distiucte audita, id non tam tribuendum esset culpae viri, quam clamoribus parochi, qni ira percitns ob crimen clandestinitatis, quod patrari coram se videbat, continere sese non potuit ab iucrepando, objurgando, torrendo ita ut ejus vox vocem viri superaret et opprimeret. At quando id contiugit, ratio naturalis demonstrat, neque iu praejudicinm contrahentium cedere posse, qnia contrahentibus verum et sincerum fuisse animum sese iu matrimonio coujungeudi, cuncta rei adjuncta probabant, neque in detrimentum matrimonii, pro cujus validitate, praesupposito illo contraheutium auimo, semper pronuntiari oportet, quia est in possessione validitatis: *Neque enim debet aliquis*, ait *regula 22. juris*, *alterius odio praegravari*. His adde, qnod verba viri non fnerunt dubia: nam parochus dixit ita ab eo fuisse prolata, ita ab ea fuisse prolata, ita a se audita, ut ex iis probabilitas et qnidem maxima prodierit, sen quae propius certitndinem attingeret virum in matrimoninm consensisse.

Et qnamquam supponeretur verba fuisse dnbia seu rem in ancipiti a viro ita fuisse relictam, nt aeque in hanc ac in illam partem vergeret, aeque dici posset, eum consensisse ac nou consensisse; nihilominus etiam in hac, caeteroquin falsa, hypothesi pro firmo habeudum esset, eum vere ac proprie consensisse, sive ex *regula 45. juris: inspicimus in obscuris quod est verosimilius*: et verosimilius ex cunctis adjunctis erat, viro siuceram voluntatem esse ad nuptias: sive ex communi sententia doctorum et Tribunalinm, de qua testatur *Ponti de matrim. lib. 2. cap. 8.*, qnando verba sunt dubia, iuterpretari opportere pro validitate matrimouii, si prolata fuerint in ipso matrimouiali apparatu, et si coucurraut validitatis adminicula. Et hae dnae conditiones apprime coucurrunt in hoc casu. Nam quae verba a viro dicto parochus distincte nou intellexit, ea vir dixit in ipso apparatu, quando mulier vicissim clara et elata voce dicebat et repetebat: *questo è mio sposo*. Tum cuncta rei adjuncta validitati favebant. Nam ad quid contraheutes, ad quid eorum comites et testes conveuerunt in uunm domi Petri? ad quid ex hujus domo petierunt aedes parochiales expectantes, praestolantes ibi, per mediam partem horae, parochum donec rerediret; et hoc venieute snbierunt ejus cubiculnm et coram eo steterunt? Quod autem haec omnia clam patrareutur, nocturno tempore, clandestino, id magis anget et confirmat, veram iudecliuabilem viro aeque ac mulieri fuisse voluntatem ad nuptias, scilicet ideo haec secretiora media adhibeant, quia inteusior iis erat animus attingeudi, per ea media, fiuem seu celebratiouem matrimouii. Imo dici posset voluntatem viri fuisse mutatam, quando iutermedio tempore aliqnod ei obortum fuisset impedimentum; quod, cum de voluntate ageretur, aliud esse non poterat nisi vel vis vel metus. Nullum profecto ex his. Mnlto miuus in tanta brevitate temporis: Non vis, quia nullum vestigium. Et quod dictitatum ex adverso nonnihil est, metum viro fuisse reverentialem erga geuitores suos, ne matrimonium hoc eis displiceret; qnod quidem ex post facto coufirmatum est seu ex ipsa geuitorum contradictione: id insipienter dictitatnm est. Nam metus revereutialis satis nou esset, qnia non minnit voluntarium. Tnm metum exclndebant indoles et mores viri. Ad hoc: genitores ejus latebat omnino hoc matrimouinm, qnare non tam metus quam snspicio viro vel erat vel esse poterat, quod parentibus displiceret. Insuper quo acrius ei erat studinm eludendi vim legum, scilicet

patrandi matrimonii per clandestinitatem, eo vividiorem, sequitur, fuisse ei securitatem eludendi cujuscumque metus. Nullus fuit ei metus in utendo illa ipsa nocte juribus maritalibns, scilicet in cubando cum coujuge sua. Et metn eum arbitrabimur fuisse perculsum in contrahendo matrimonio?

4. Quae hucusque dicta sunt pro validitate matrimonii, ea quasi ad abundantiam dicta sunt, quasi ad nberiorem validitatis demonstrationem. Nam, pro hac et ad excludendam vel ipsam clandestinitatis umbram, duo satis sunt: quod constet de praesentia morali parochi et duorum testium. Et quod saltem vel parochus vel duo testes et de hac praesentia deponant et de consensu praestito a contrahentibus. Haec duo satis esse, id patet ex concilio Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matrimon.: Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos s. synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos faciat et annullat.* Porro utrumque concurrit in casu. Parochus et testes et hi non duo vel tres sed quatuor una simul fueruut eodem tempore, eodem in loco, eodem actu. Neque ideutitas loci miuuebatur ex eo quod parochns in nuo, testes in altero cubiculo adessent. Nam si fingeretur casus, quo coutrahentes essent retro aliquem parietem ita ut parochus et testes minime illos videreut, nihilominus doctores relati *a Gratiano discept. 849. n. 849. n. 22.*, tum *Specul. de testib. §. primo n. 53. ad hoc*, *s. Rota dec. 637. coram Buratto* docent, qnod in hoc casn neque tolleretur identitas loci neque invalidum haberetur matrimonium, si parochus et testes notam sibi haberent vocem contrahentium et sibi perspectam personarum identitatem. Multo ergo minus eadem ideutitas loci minuebatur in nostro casu, in quo duo parva cubicula erant unum alteri contiguum; et janua intermedia erat aperta; et consistentes in janua vel proxime ad januam erant contrahentes ita nt aeqne a parocho viderentur, audirentur ac a quatuor testibus, qui uno ore erant simul intenti ad contrahentes. Ergo eorum aderat praesentia; neque solum *physica et materialis*, quae sane non snfficeret, quia commnnis esset cum brutis et lapidibus, sed etiam *humana et formalis seu moralis* ita, ut adverterent et intelligerent, quid a coutrahentibus ageretur; quae saue praesentia moralis erat necessaria *sive* ex decreto mox relato *Conc. Trid. sive ex lege coram Titio de V. S.*, ubi non ceusetur praesens, qui nou adest modo humauo iutelligeus et advertens; *sive* ex causis, ob quas necessitas a jure praescribitur ejusdem praesentiae. Et hae causae sunt duae:

Prima ut habeatur solemnitas substantialis et conditio sine qua non, requisita a Trideutino ad valorem talis contractus: et ea requiritur *non ex natura*, uti observat *Suarez de Sacram. disput. 17. sect. 1.*, *vel ministerio Sacramenti sed quae est conditio ex jure positivo necessaria ad valorem contractus.*

Secunda, ut constet ecclesiae de matrimouio contracto, ac de eo testificari possit etiam parochus: *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 39.* Et ob has duas causas praesentia parochi et testium, quae ante Tridentiuum fuerat *de praeccpto* seu sub decreto mere praecipiente, deiude per Coucilium facta fuit *de forma* seu sub decreto irritante. Caeterum, praeter hanc necessitatem, quae sola per Concilium fuit mutata, idem et post Coucilinm mansit modus praestaudae praesentiae, scilicet modo humauo et morali, ita nt parochus et testes adverterent, quid a contrahentibus ageretur et iu hoc casu id sane adverternnt et adverteutes beue intellexerunt. Videbant enim uno eodemque tempore, loco, modo et actu contrahentes, quos sibi notos et perspectos habebant, neqne eos uti immobiles lapides stare videbant, sed ita sese movere, ita agere, ut actu, gestu, incessu ab eis clare et distincte significaretur, se velle id, ob cujus finem illuc convenerant, se velle contrahere matrimoninm. Atque id satis erat ad praseutiam moralem, *sive*, *quia* parochus et testes per id bene intellexerunt contrahentium consensum seu duarum voluntatum iu unnm idemque placitum unionem, *sive quia* per illam praesentiam satisfactum fuit duabus causis, ob quas eadem praesentia requirebatur. *Satisfactum primae*, videlicet matrimonium solemniter coutrahebatur, hoc est in praesentia parochi et quatnor testium: *satisfactum secundae*, quia per parochi et testium praesentiam constabat ecclesiae, matrimoninm fuisse contractum. Idcirco omnes doctores de hac re tractantes uuanimiter docuerunt, ex. gr. *Lessius. in auctar. V.: matrimonium cas. 15.: Satis est, ut actus fieri dicatur coram parocho et testibus, si ita sta*

coram ipsis, ut ipsi percipiant, quid agatur. Gobatius tract. 9. cas. 18.: »*Arbitror nullam aliam formalem adhibitionem parochi exigi, quam ut contrahatur coram eo sufficienter cognoscente quid agatur.*

5. At parochus et testes (ita objicitur ex adverso) non audierunt virum loquentem in actu praestandi consensus. Respondeo: id necesse non erat, quia matrimonium contrahi potest etiam signis et nutu; ad id satis esset visio cum advertentia mentis. Accedit quod advertentia et intelligentia ejus, quod agitur, in quo cousistere, dixi, praesentiam moralem, plus habet gradus, seu, uti ajunt, *suscipit magis et minus.* Potest qui magis advertere et intelligere id quod agitur cognoscendo omues circumstantias: potest alius minus iutelligere et cognoscere non omnes advertendo circumstantias, sed nonnullas et quidem plures vel pauciores, uti fert casus. Ut tamen quis humano modo intellexisse dicatur, necessarium non est, quod advertit omnes circumstantias. Alioquin saepissime accideret, quod qui referret facta, quae ipsemet vidit et quibus praesentem se fuisse asserit, compararetur furiosis, infantibus seu iis qui praesentes sunt modo physico, non morali, ex eo quod non omnes novit circumstantias. Quare validum esset matrimonium, quamquam parochus qui ei praesens fuerat vel surdus esset vel caecus, dummodo contrahentium certo cognovisset consensum, caecus ex verbis per contrahentes sibi notos prolatis; surdus ex signis extrinsecis per eosdem expressis. Atque haec est doctrina communis. *Bossius de matrim. cap. 3. § 13. n. 23.: Circa eamdem praesentiam moralem, valori matrimonii necessariam, an non solum requiratur praesentia et intelligentia, sed etiam visus, idest nedum intelligant, quod agitur, sed etiam videant? Respondeo et magis communis est sufficere, si parochus intelligat mutuum consensum aliquo sensu, ut si audiat verba, videat signa mutui consensus, si non videat verba.* Et n. 35.: »*Longe probabilior videtur prior theologorum sententia communis, quia s. Congregatio Concilii ad praesentiam moralem solum requirit, ut parochus intelligat quod agitur. Rosignol. de matrim. t. 1. contract. 15. praenot. 32. n. 7.: An ad validitatem matrimonii requiratur quod parochus et testes videant et audiant, an vero sufficiat, quod aliquo sensu percipiant et intelligant, tenendum est ad validitatem matrimonii sufficere quod intelligant aliquo sensu ea quae sequuntur, quia sufficit quod quoquo modo consensus contrahentium sit sensibilis et percipiatur vel per verba vel per nutus, ut consentiunt omnes scribentes. Leuren. lib. 4. tit. 3. de clandest. despons. qu. 153. n. 2.: Sufficit autem ut aliquo sensu advertat quid fiat sive visu seu auditu. Piringh. lib. 4. tit. 3. § 3. n. 32.: Sufficit tamen, ut aliquo sensu sive visu sive auditu intelligant.* Tum dico falsum esse, quod parochus et testes non audiverint virum loquentem in actu praestandi consensus, nam ex eorum depositionibus supra relatis constat, eos audivisse. At (iterum ex adverso objicitur) quae verba vir pronunciavit, ea, parochus et testes dixerunt, a se non fuisse distincte audita et intellecta. Et ego iterum respondeo: id non officere matrimonio, quia distincte et enucleate prouunciata audiverunt alii duo testes. At reponitur ex adverso: parochus est testis authorizabilis et idcirco opus erat, ut ab ipso potissimum distinctim et enucleate audirentur verba viri consentientis in matrimonium: aliter cui bono ejus authoritas? Sed ego respondeo, hoc sapere puram putidamque fallaciam. Nam Concilium neque voluntatem parochi requisivit neque auctoritatem, sed praesentiam seu ut per praesentiam parochi et testium satisfieret duabus causis, quas supra memoravi, scilicet ut et matrimonium coram aliis seu solemniter celebraretur et de eo contracto ecclesiae deinde constaret. Parochus dicitur quidem testis qualificatus, seu, uti ajunt, authorizabilis, sed id ob dnas rationes a casu praesenti extraneas, scilicet quia pernecesse habere debet qualitatem proprii parochi et quia regestrum conservat matrimoniorum. Ex hoc autem non seqnitur, quod solus parochus debeat plene ac perfecte de veritate matrimonii et de singulis ejus circumstantiis deponere. Praeter enim parochum Concilium voluit duos vel tres testes, qui quandoque parocho sunt adeo praestantiores, ut nisi brevitas animadversionum prohiberet multas hic afferrem s. Rotae decisiones, quarum nonnulla allegantur a *Graziano discept. 849.* vel pro validitate vel pro nullitate matrimonii, non obstante quod in contrarium staret depositio parochi. Quando ergo ex depositionibus parochi et testium non singillatim sumptis, sed una simul consideratis, tanta de contracto matrimonio habetur probatio et innotescit ecclesiae, quanta humano modo haberi potest in aliis contractibus, tunc adimpletus habetur

finis Concilii, cui mentem fuisse late deinde tradidit *Pallavicinius* in illius *historia lib. 22. cap. 8.* ut parochus testis quoque gereret personam. In specie autem dico, quod quae vir pronunciavit, ea verba parochus satis, quantum res poscebat, vel audivit vel debuit andire. Id constat ex omnibus circumstantiis et factis ejus supra enumeratis; potissimum vero ex eo quod iratus exiens e cubiculo hanc primo et testibus proposuit interrogationem, num audivissent contrahentes et quod, affirmativo eorum accepto responso, cito unacum eis convolaret ad Vicarinm generalem, uarraus ei contractum fuisse matrimonium. Quod si ea verba se non posse referre deinde dixit in examine formali sive primo expleto duodecim dies post matrimonium sive secnndo expleto post septem menses, id ex eo vel mane repeti oportet, quod non bene recordaretur: et sane usus est verbi: *non mi ricordo,* et similibus, quae memoriae praesentis magis defectum important: quam intelligentiae in actu matrimonii autea habitae.

Quare etc.

Aloysius Joanni Adv. Matrimonii Deputat.

Aquinaten.

Vd. p. 627. §: *Anno.*

(Conc. Tr. c. g. s. 24. de ref. matr.)

Vincentius Ruzzanus loci Pontis Curvi ab Apollonia et ab Angela ejus matre fuit 1696 in curia ecclesiastica de crimine stupri cum Apollonia commissi accusatus et in carceres ejusdem cnriae coujectus.

Deventum fuit ad constructionem processus et in eo geminae obstetrices a judice deputatae ad recognoscendam Apolloniam attentatum sed non perfectum et consummatum stuprum retulerunt.

Inter testes examinatos alii de amore quo Vincentius Apolloniam prosequebatur, alii de bona Apolloniae fama, alii de rumore commissi stupri, alii de consensu Vincentii in matrimonium cum Apollonia ineundum deposuerunt et ipsa Apollonia in suo examine dixit, se stupro consensisse, quia Vincentius sibi in matrimonii fidem annulum tradiderat, dictumque Apolloniae fuit a teste confirmatum, qui prope ejusdem domum immediate habitabat quique, per parietem ligneum, annulli oblationem dixit se intellexisse.

Vincentius examini suppositus post aliquas interrogationes conatum ad stuprum confessus est et sese promptum exhibuit ad Apolloniam in uxorem ducendam, quod matrimonium ut perficeretur, Archipresbyterum accersiri rogavit et attentis, tum confessioue tum oblatione Viucentii judex, dimissis Birnariis, jussit eum in libertate poni et convocari mandavit Archipresbyterum ipsamque Apolloniam et post signatam signo Crucis suam a Vincentio depositionem, coram 2 testibus, scribere enim uesciebat, celebratum fuit in cancellaria matrimonium coram Archipresbytero et testibus.

Celebrato hoc modo matrimonio Vincentius carceres evasit; dicti matrimonii nullitatem post plurium annorum iutervallum probaturus attulit:

primo loco Apolloniae attestatiouem exaratam 1705, in qua ait uec se ab illo fuisse stupratam nec ab eo annnllum recepisse;

secundo loco depositionem Abbatis Gerardi, qui retulit se audivisse a Canonico Joanne Baptista Parisio matrimonii teste jam defuncto, quod scrupulis angebatur, ex quo in processu scripta uon fuerant verba Vincentii, qui in actn matrimouii coram vicario dixerat, se illud contrahere, ob vim et timorem carceris atque triremium;

tertio loco Joannis Antonii, qui matrimouio interfuit, testimonium, quo testatus est Vincentium prima vice assensum noluisse praestare et tandem praestitisse sub ea conditione, ue secum Appollonia cohabitaret, quae conditio, uti subdit testis, assensum praesefert uon voluntarinm sed coactum;

quarto loco cujusdam Thomae attestatiouem, in qua inquit, se ab Apollonia et ab ejus consobrina deprehendisse, quod annllus nunquam fuerat a Vincentio datus Apolloniae;

et ultimo tandem loco Biruariorum dicta ex quibus colligitur, Vincentium in ipso matrimonii actu protestatum fuisse se matrimonium contrahere non volentem, sed invitum atque coactum, nec se unquam Apolloniae annullum tradidisse.

Propositum fuit die 27. Martii 1706 in s. Congregatione dubium:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

Cumque nulla capta resolutione responsum fuerit: *Quod coadjuvarentur probationes*

juxta instructionem, demandatum est Episcopo, ut fidem matrimonii quod inter Vincentium atque Apolloniam celebratum dicebatur in authentica forma transmitteret et rescriberet, cur tamdiu causa nullitatis ejusdem matrimonii siluisset; transmissaque subinde dicta matrimonii fide, in qua illud celebratum asserebatur die 6. Julii 1696, una cum relatione, quod nullitatis causa usque ad eam diem fuerat protracta, ex quo conjuges extrema paupertate pressi necessarios litis sumptus ministrare non voluerunt, fuit iterum propositum praeinsertum dubium die 5. Junii 1706 et illi fuit responsum: *Negative.*

Cumque Vincentius eamdem nullitatis instantiam nunc prosequi intendat et praeter relata documenta recentes attestationes exhibeat Archipresbyteri et Canonicorum Collegiatae s. Bartholomaei civitatis Pontis Curvi et parochi suae parochiae, in quibus dicitur, eum ab Apollonia vivere separatum et ultra citationes personales, adversus Apolloniam repetitas, epistolam Ordinarii adducat anno praeterito scriptam, in qua dicit, se a pluribus informatis testibus audivisse, quod nunquam cum Apollonia cohabitavit et quod haec eadem mulier a Vicario examinata hoc ipsum confirmavit fatendo, quod matrimonium nunquam fuit consummatum, quodque causa ulteriorem non habuit progressum propter miserabilem viri statum, idemque Vincentius praeterea se offerat promptum atque paratum ad subjiciendum formali examini testes olim pro nullitate matrimonii inductos, qui ad perpetuam, uti dicitur, fuerant examinati, dignabuntur EE. VV. decernere:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. C. resp.:

In decisis et amplius.

Die 29. Jan. et 12. Febr. 1708.

Aprutina.

(Vis et metus et defectus consensus.)

Nullum dicit Elisabeth Vincentii e Terra Notarisci matrimonium quod contraxit cum Caesare Presbytero e Terra Lauretti aut si matrimonium validum sit, negat cogi posse ad cohabitandum cum viro. Nullitatis causae duae sunt: prima: vis et metus saltem reverentiae, quibus a patruo, in cujus tutela curaque erat, adacta fuit ad contrahendum matrimonium cum homine ignoto, et quem numquam vidit; altera: defectus formae, quia non constet de consensu Caesaris. Rem ita narrat: 1750 sacerdotem Titium patruum eam insciam despondisse Caesari Presbytero, certiorem inde fecisse puellam, quae aegre tulit, sed patruo renuere non audens curavit tantum, ut matrimonium in longum protraheretur, temporis aucupando beneficium, sed patruus ita rem ursit, ut constituta fuerit ad matrimonium contrahendum dies 25. Martii eodem anno, tanta vero festinatione matrimonium actum fuisse, ut nulla licet impellente causa unica praemissa denunciatione die 22. ejusdem mensis quae erat dominica Palmarum biduo ante ipsam constitutam diem contractum fuerit die nempe 23. ejusdem mensis Martii. Testes habet Elisabeth de contraria voluntate sua hisce nuptiis tractamque ad matrimonium fuisse, sed cum his testibus non conveniunt, qui in contestes vocantur. Haec primum nullitatis caput, quod est de vi metuque illato, respiciunt: ex facto, quod narrare pergimus, oritur alterum, quod est de formae defectu. Die igitur illa 23. Martii convenerunt in domum puellae parochus, testes et quidam Cirus Amorotti, qui sese Caesaris absentis procuratorem asserebat. Adventa sive ut ipsa dicit tracta puella postulante parocho a Ciro procuratore mandatum Caesaris, Cirus parocho chartam tradidit complicatam. Chartam hanc neque testes neque alius ullus ex iis qui aderant aperuit aut legit aut nemo conscius esse potuerit de veritate et validitate mandati, de persona procuratoris, de voluntate et consensu Caesaris, atque ita matrimonium contractum fuit.

Tanta inde negligentia parochus ille usus ut vel per errorem vel quia re ipsa ignoraret, quisnam fuisset sponsus quisve procurator, in libris parochialibus scripserit matrimonium contractum fuisse a Ciro, non a Caesare, itaut Caesar, qui sponsus erat descriptus fuerit procurator Ciri et Cirus qui procurator fuit descriptus fuerit sponsus Elisabeth. Atque hic error irrepsit etiam in libris ecclesiae matris, in quibus describuntur matrimonia, licet in aliis ecclesiis parochialibus contracta: neque hic finis est negligentiae parochi. Mandatum procurae, quod parocho traditum fuit, omnibus licet adhibitis diligentiis repertum non fuit neque autographum ipsum alligatum fuit, ut opus erat, libro matrimonium, neque exemplatum in libro, itaut etiam nunc ignoretur, an vere Cirus fuerit procurator constitutus, an Caesar consensum praestiterit, idque an pure, an conditione aliqua adjecta. Hisce nuptiis contractis neque puella ad viri patriam 15 mille passibus dissitam traducta fuit neque vir ad eam accessit, itaut matrimonium consumatum non fuerit. Interim vero parabantur vestes, gemmae, mundus muliebris, omnia haec ad Elisabeth mittebantur, conscriptae etiam fuerunt inter eam et Caesarem socerumque epistolae: sed repente exorta est diffamatio quaedam domus Presbyteri in terra Notarisci, quae in causa fuit, ut gravissimae inter utramque familiam orirerentur inimicitiae et ad arma deventum fuisset, nisi provido serenissimo Regis jussu coacti fuissent utriusque partis consanguinei et affines ad IV. usque gradum cautionem praestare *de non offendendo*. Constans igitur Elisabeth in voluntate sua non cohabitandi cum inviso viro preces obtulit mense Decb. 1751 ss. Domino Nostro, quibus petebat *dispensationem matrimonii rati et non consumati*; rescriptum fuit: *Utatur jure suo.* De causa tamen cognoscere noluit Episcopus Aprutinus, quod certo non constet, an terra Notarisci sit de dioecesi.

Iterum igitur adiit Elisabeth ss. Dominum Nostrum, a quo die 3. Martii 1752 rescriptum est: *Recurrat ad s. Congregationem Concilii quoad praetensam nullitatem tantum.*

Datae igitur fuerunt literae ad Episcopum Aprutinum ut moris est; sed magis magisque excreverunt inimicitae, ut pars utraque mutuo consensu non sine injuribus et contumeliis per publica instrumenta restituerit, quod ab altera acceperat, et consensum praestiterit dissolutioni matrimonii et dispensationi impetrandae. Processum fecit Episcopus, coram quo Caesar, qui in alia dioecesi Pinensi est, non venit, et ad hoc s. Tribunal misit: plura refert in epistola, quae licet fortasse seorsim sumpta nullitatem matrimonii probare nequeant, *conjuncta et coacervata gravissimae tamen sint ponderationis*, etsi etiam satis non sint censet *Sanctitatem Domini Nostri solita ejus clementia huic matrimoniali contractui posse dispensare.* Causa nunc proponitur et datis libellis pugnant hinc inde Elisabeth et Caesar: Elisabeth nullitatem substinet matrimonii, Caesar validitatem. Addit Elisabeth ut si forte Eminent. Patres censeant matrimonium illud validum fuisse consulant saltem Sanctissimo pro dispensatione satis esse debeant causae quae ad probandam nullitatem proponuntur. A defensore matrimonii nihil habuimus.

D u b i a:

I. *An constet de nullitate matrimonii?*

Et quatenus negative,

II. *An juris remediis ac etiam per censuras cogenda sit Elisabetha de Vincentiis praestare obsequia matrimonialia Caesari de Presbyteris in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Affirmative et amplius.

Die 19. Jan. et 9. Febr. 1754.

Veronen. et Vicentina.

Quod in faciem ecclesiae celebratum fuerat matrimonium die 21. Maji 1843 puellam Mariam Bellati Vicentinam inter et Franciscum Bonsi Veronenses paucos post menses irritum a muliere dictum fuit et ob consensus interni defectum et ob metum reverentialem injuste sibi a parentibus incussum vel saltem dissolvendum esse ait ob nunquam expletam conjugalem copulam. Re ad episcopalem audientiam delata conjugum nonnullorumque testium extra judicium depositiones acceptae sunt (vetant enim imperiales leges formale processum confici hisce in causis penes forum ecclesiasticum) atque vero ac muliere instantibus ab Veronen. Episcopo ad s. Congregationem transmissae enixis precibus, ut vel matrimonii nullitas vei ad minus dispensatio decerneretur. Prout negotium maximi momenti postulabat ut consulto ipso procederetur, datae sunt eidem Veronensi Antistiti literae a s. C. quibus ipsi demandabatur, ut servata in substantialibus forma constit. s. m. Benedicti XIV. *Dei miseratione* meliori quo fieri posset modo processum conficeret, adstante viro ecclesiastico qui Sacramenti vindicias assumeret.

Quid inde hac in re gestum fuerit refert accurate Episcopus suo epistolio, quod actis processualibus subnectit, videlicet: Adstante

viro ecclesiastico matrimonii defensoris officium gerente tum Mariam Bellati tum Franciscum Boari tum demum testes de re instructos satis diligenti examini subjeci ad cognoscendum, num ipsa verum matrimonio consensum praestiterit necne, atque ad ejusdem matrimonii consummationem prorsus excludendam. Quod ex viri inspectione cognosci poterat, id ex actis peritorum testimonialibus literis facile comprobatur, mulieris vero inspectione (quae ipsius pudore et verecundia renitentibus obtineri nequivit) omissa utriusque tamen septimae manus*) propinquorum et vicinorum bonae famae juramento suppletum est.« Deinde concludit: Si validum extare matrimonium in Domino judicaverit, SSmi Dni Nostri Pont. Max. Clementiam enixe cum oratoribus obtestor atque oro ut plenitudine potestatis suae, quum solum ratum sit, irritum reddat atque dirimat, ut gravia jam imminentia mala avertantur et pax quae a duabus familiis quarum infortunia me commovent jamdiu exulare cogitur restituatur.

Haec pro nostri instituti ratione innuisse satis est. Ceterum plenam accuratamque factorum jurisque rationem accipient EE. PP. ex voto theologi ac canonistae necnon ex animadversionibus defensoris matrimonii queis hinc inde cribratam ss. Pontifex causam proponi mandavit, ut judicii strepitus evitaretur, paupertati oratorum consulatur, facta potestate s. Congregationi alterum dispntandi dubium super dispensatione a matrimonio rato et non consumato. Duo igitur EE. VV. judicio dirimenda proponuntur

D u b i a:

I. *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Dilata et fiat inspectio corporis mulieris juxta instructiones a defensore matrimonii ex officio dandas.

Die 7. Aug. 1847.

*) Vd. *Impotentia.*

Votum Theologi.

Emi ac Rmi Patres.

Maria Bellati 21. Maji 1843 nupsit Francisco Boari, non multo tamen postea quam idem matrimonium contraxerit nullum esse contendit asserens in epistola ad proprium parochum missa se verum et interuum consensum non praestitisse ob metum reverentialem injuste incussum. Affirmavit quoque in extrajudiciali examine coram Episcopo se fortiter restitisse viro debitum conjugale petenti et a matrimonio consumando se abstinuisse. Haec omnia causa fuere gravissimorum malorum et praesertim diuturni morbi quo semet atque iterum puella affecta est. Hinc penes honestam familiam collata est et Tribunal provinziale separationem thori cohabitationis quoad effectus civiles concessit quod tacite Episcopus approbavit. Interim idem Episcopus Mariam Bellati audivit et quoddam informe examen instituit super celebratione hujus matrimonii. Cum vero eadem Maria Bellati Sedem apostolicam exoraverit pro declaranda nullitate sui matrimonii vel saltem pro dispensatione obtinenda quoad vinculum matrimonii rati et non consumati, jussu s. Congregationis processus super hac re confectus est ut eadem s. Congregatio judicare valeret an matrimonium declarandum sit nullum vel locus adesse possit dispensationi; de quibus cum opinionem meam aperire debeam haec adnotanda duxi.

Duplici ex capite Maria Bellati matrimonium nullum esse arbitratur, ex defectu nempe consensus et ex metu reverentiali respective gravi injuste incusso ad extorquendum consensum.

Quoad primum igitur Maria constanter negat interposita Sacramenti religione verum consensum emisisse.

Examini quoque revocemus oportet sive ea quae praecesserunt matrimonium sive quae evenerunt in ipsa celebratione matrimonii sive quae eandem consecuta sunt, ut appareat utrum internus adfuerit consensus vel non in Maria Bellati. Jam vero haec praecipue ex processu eruuntur. Relate ad tempus antecedens ita testatur Antonia Vezzoi Boari mater sponsi »non diede mai segno di affetto ne prima ne dopo il matrimonio anzi lo suggiva, piangeva ed abborriva« et licet Maria Bellati nonnullas epistolas et aliqua munera ad sponsum miserit, quod tamen fecisse affirmat tantum ex praecepto patris

et sub ejus directione et hoc idem fatetur pater ipse in processu dicens »la spingeva a rispondere a Boari mostrando il desiderio che crivesse favorevolmente e ritengo anche di averle lette tutte, o in mala copia e in netto« quamvis negaverit in extrajudiciali examine affirmans »io non so il contenuto delle lettere della ragazza«. Verum posset explicari id, quod urbanitatis gratia fecerit. Etenim ejusdem soror Elisabeth Bellati refert »io so che Maria Bellati prima di contrare il matrimonio ha mostrato segni di affetto verso il Boari scrivendo talvolta, ma con difficoltà e dando e ricevendo scambievolmente qualche regalo« ideoque sinceri amoris effectus esse non poterat quod non sine difficultate ab ea gerebatur.

Quod vero spectat ad ipsam celebrationem affirmat Maria Bellati: »esternai il mio consenso tremante senza vedere nè l'altare nè il Crocefisso nè le persone circostanti da desperata e dichiaro dinanzi a dio che non fu accompagnato dall' interno assenso del cuore«.

Quae tandem magis attentionem merentur ex iis quae evenerunt post matrimonium praecipue sunt quae refert parochus: »doppo detta celebrazione trasferitisi in ufficio per la erezione dell'atto civile si mise la Bellati a piangere dirottamente . . . . sorpreso il sottoscritto (parochus) formio testo guidizio che la detta sposa fosse già pentita del di lei matrimonio«, necnon quae affirmat eadem Bellati: »la mattina sussequente (etenim celebratio matrimonii de sero peracta fuit) udita la messe tnttavia continuamente piangendo fui condotta a Verona in casa del Boari accompagnatà dal mio Padre e sorella avendo sostenuto nella strada due volte un deliquio prodotto dall' interno affanno del curre« quod pariter omues testes inducti confirmant.

Jam vero haec omnia suntne ejus generis ut tuto judicari possit in matrimonio a Maria Bellati coram facie ecclesiae celebrato defuisse ejusdem Mariae verum et internum consensum? Certe si respiciamus ea quae passim traduntur a theologis videntur adductae probationes satis esse ad excludendum verum et proprie dictum consensum, etenim inter alios scribit *Sanchez de matr. lib. 2. disc. 45.:* Si puella neget verum consensum se praestitisse verisimilibus conjecturis metum patris comprobans estque honestae vitae et alii nubit sufficientem esse conjecturam ut possit vir aliam ducere«. Sic *Sotus 4. d. 27. quaest. 1. art. 3. prop. 1. vers.* Quo ego gradatim Bartholomaeus a Ledesma *dub. 19. de matrim. concl. 3.:* »Et intelligo non de metu cadente in virum constantem quia tunc frustra aliae conjecturae exigerentur cum matrimonium esset irritum quamvis foemina vere consensisset. Rogabis autem utrum concurrentibus dictis circumstantiis ficti consensus licitum sit absque judicis auctoritate matrimonio priori spreto ad aliud transire? Sic hodie vix contingere casnm ut id liceat quia quum debeant coram parocho et testibns matrimonia celebrari . . . . tamen poterunt etiam hodie praedictae conjecturae deservire ut ex eis judex ecclesiasticus coram quo lis agitanda est deprehendat fictum fuisse consensum.

Ex laudatis igitur doctoribus judex tunc poterit deprehendere fictum fuisse consensum quando puella est honestae vitae insuper negat se praestitisse consensum, tandem metum patris etiam tenuem comprobare potest verisimilibus conjecturis. Sed in re nostra de honestate Mariae Bellati dubitari nequit, etiam Episcopus dicit: de negatione praestiti consensns evidenter ex pluribus iisque juratis assertionibus ejusdem constat. Verisimiles autem conjectnras adesse ad probandum metum parentum eruitur ex relatis testium depositionibus; igitnr judex poterit deprehendere fictum fuisse consensum.

Praeter haec etiam alia principia inservire poterunt ad judicandum de defectu consensns juxta doctrinam a Sanchez propositam; *lib. 3. de matrim. disp. 45. n. 5.* scribit itaque hic auctor: »Credetur discuti se non convenisse quando testibus probat verosimilia signa ficti consensus ut bene docet *Polud. 4. d. 27. q. 4. a. 2.«*; hinc infert: »Esse sufficientem conjectnram si protulit quae verba consensus incontinenti revocat«. Sic *Riccardus 4. d. 29. Adrianus 4. q. 2. de matrim., Turrecremata ead. alleg., Veracrux 3. p. spec. a. 13. concl. 2.* et addit: vel factis ostendit se non consensisse statim fugiendo . . . . vel aliae conjecturae concurrant quae fictum consensum probent.

Jam vero Maria Bellati statim post celebrationem matrimonii flevit et plura alia gessit quae ex processu constant ex quibus deprehendi potest fictum fuisse consensum juxta sententias gravissimorum doctorum

quas superius retuli. Multo magis quod ipsi Bellati absconditi fueriut graves morbi quibus Franciscus Boari affectabatur.

Verum cum hic agatur de re difficilis probationis cum suspicari possimus Mariam dixisse se uon habuisse animum contrahendi quod tantummodo de affectu intelligendum sit ob ejus repugnautiam et explicari ejus verba quemadmodum explicat Episcopus in relatione et parochus refert: »trauquillamente furono uniti iu matrimouio« et cum fieri potuerit ut occasionibus illecta saltem pro aliquo instauti censuerit proindeque firmatum matrimouium fuerit sicuti scribit s. *Alphonsus de Ligorio de matrim. lib. 6. cap. 2. dub. 1.*: »Si quis coram parocho nou vere consenserit satisfacit cousentieudo postea: uou auderem declarare nullum praedictum matrimonium ex defectu consensus«.

Videamus igitur an constet de nullitate *ratione metus* injuste incussi a causa extrinseca ad extorqueudum couseusum. Certe metum reverentialem cum timore gravis mali puta odii, diuturnae indignatiouis irritum reddere matrimouium sententia communis est et recepta ut scribit *Ligorius de matrim. cap. 3. dub. 2. n. 1056.* Mastrius etiam affirmat *disp. 7. n. 12. 3.* metum reverentialem sufficere ad irritandum matrimouium si timeatur gravis et diu duratura indignatio patris et doctissimi Salmaticeuses scribunt de *matrim. cap. 9. n. 24.*: Hujusmodi metus reverentialis et timor talis indignatiouis diuturnae sufficit ad irritaudum matrimouium.

In matrimonio autem de quo agimus metum reverentialem fuisse manifesta res est, utrum autem etiam adfuerit timor iudignatiouis et odii facile colligi potest ex fiue quem sibi proposuerant pareutes nempe obtineudi ex hoc matrimonio media subveniendi propriae familiae quae bouis fortunae carebat et in magna egestate versabatur, quemadmodum autem pareutes habebant matrimonium filiae ut remedium gravissimi hujus mali, ita prudenter timeri poterat a filia aegre laturos suam repugnantiam et fortiter sibi indignaturos si renuisset, neque necesse erat ut actu experiretur hauc indignationem sed quod timeret probabiliter adfuturam, ut enim advertit *Barbosa in lib. 4. decret. de spons. et matrim. tit. 1.*: »Quando tractatur de nullitate matrimonii celebrati per metum non requiritur probatio actualis compulsionis sed sufficit ut juste timeret ne compelleretur«. Verum quidem est puellam in extrajudiciali examine interrogatam: »Se il padre e la madre fossero persoue capaci di mettere iu esecuzione e passa anco ai gastighi« respoudisse: »uou souo di tal carattere« quod tamen affirmat in processu; sed aliud est timere de executioue minarum aliud de diuturna indignatioue oritura ex malo quod hic et nuuc agnoscitur ex negatione productum, ut enim scribit *Clericatus de matrim. decis. 27.* metus reverentialis irritum reddit matrimouium quando filius vel filia obtemperans voluntati patris timet ratiouabiliter reddere illum sibi infensum, superciliosum torve aspicientem uec placide loquentem.

Neque solum timor gravis mali unacum metu reverentiali irritat ex communi sententia matrimouium sed etiam importuuae preces et persuasiones id faciunt maxime ex iis proveuientes quibus aliqua reverentia debetur. Ita *Barbosa in lib. 4. Decret. de spons. et matrimon. tit. 1. n. 2.*: »Nec etiam ex solo metu cadente in constantem virum aunullatur matrimonium sed etiam ex importunis persuasiouibus quae justum metum et compulsiouem iuducunt . . . . et ita importunae persuasiones euudem operantur effectum quem metus operatur ad anuullandum matrimouium«; et paulo post: »importunas persuasiones satis esse sine minis et verberibus maxime quaudo persuasiones veniunt ex persona cui debetur aliqna reverentia«, et *Sanchez lib. 4. discept. 7. n. 7.* probabiliorem seuteutiam vocat quae teuet »preces importunas conjunctas metui revereutiali, ut si sit persoua cui debetur reverentia, iucutere metum cadeutem iu constantem virum.« Cum euim ex una parte importunitas cujuscumque sit valde urgeat ne dicam vexet et opprimat et ex altera parte revereutia persouae peteutis debita pusillanimem ac timidum nec audeutem contradicere rogatum reddat, merito ac jure optimo utraque metueudi causa conjuncta prudeutem ac constautem coget ipsiusque conseusum extorquebit. Monuerim tamen non quascumque preces assiduas importunas dici sed quae sunt iustautissimae ac saepius repetitae et inculcatae.

Dubitari nequit in matrimonio de quo agimus preces importunas a parentibus adhibitas fuisse. Refert enim Maria Bellati in extrajudiciali examiue: »il padre m'interrogo se fosse contenta di sposarlo ed io

stetti sulle negative e per molte volte anche interrogata dalla madre e da altre persone«.

Joseph autem Pigozzi qui uuus fuit ex testibus matrimouio adstautibus refert de Maria Bellati relate ad sponsum Boari: »lo fuggiva se guardava uel paslargli il che fece pure la sera procedente al matrimouio e la sera del matrimouio stesso uella qual ultima sera sentii il padre a ripeterle prima ch' ella esprimesse il suo consenso i suoi cousorti: sentii dirle dal medesimo dici di si e vidi la grovaue abbaudouata ad una eccessiva tristezza e maliu conia e piaugere nella via e dirottamente poi uella sacristia subito dopo amesso il cousenso«. Hae certe dici possunt importuuae et instantissimae preces. Possumus etiam deprehendere ob importunas preces Mariam contraxisse matrimonium ex iis quae refert parochus. Quiuimo nou solum per seipsos conatos fuisse parentes inducere precibus importunis filiam suam ad nubendum Francisco Boari sed etiam per alios constat, etenim adest testimonium cujusdam Josephi Staider qui ita refert: »so che Maria Bellati fu sollecitata da padre e dalla madre a maritarsi con Fraucesco Boari . . . ed io stesso fui interessato dal padre a parlarle.«

Hac autem re adnotandum est admitti probationes etiam imperfectas et quae per se uon sufficiunt tameu simul sumptae faciunt plenam probatiouem, ut scribit *Barbosa lib. 4. dec. de spons. et matrim. tit. 1.*, atque etiam minorem metum magis excusare foemiuam quam virum et respectu foeminae ex subjecti qualitate metum ex genere levem dici interdum gravem respective reddereque irritum matrimonium, idque nou solum habere locum iu metu quem coactivum appellant sed etiam iu revereutiali prout pluribus citatis doctoribus notat idem Barbosa, cui subscribit *Vincentius de Justis Applic. Dispens. lib. 2. c. 12.* qui dum tradit totum remitteudum arbitrio judicis pro foro externo advertit pro timoris gravitate metienda atteudeudam esse aetatem, sexum uaturalem et singularem generositatem vel imbecillitatem persouae cui metus iucutitur et diversimode judicari debere metum gravem vel levem. His animadversis colligi poterit respective gravem fuisse metum a Maria passum si cousideremus praesertim quod refert Episcopus: »l'oratrice contrasse uu matrimonio aborrito per non aver avuto cuore di resistere alle istigazioni altrui, le quali benchè fosse uon tali in se stesse da incutere grave timore eo furono rispetto a lei per indole timidissima e per educazion rispettosa«.

Nihilo tameu minus cum locus fuerit cohabitatioui et condormitioni suspicio in judices oriri debet utrum carnalis copula adfuerit, ac proinde juxta plures doctores declarari uequeat nullitas matrimonii usquedum non excludatur matrimonii consummatio; etenim ut scribit *Reiffenstuel lib. 4. Decret. tit. 1. § 9.*: »Si post matrimonium metu injusto extortum sequitur copula sponte affectuque maritali (idest auimo conjugaliter vivendi) omuino validatur matrimonium. *Sanchez lib. 4. disc. 18. n. 2.*, *Bosco loc. cit. concl. 10.*, *Abbas in c. Consultationi h. t. n. 7.* et ibi *Glossa communiter recepta arg. c. Ad id*: et *cit. c. Consultationi 17. h. t.* ubi dicitur quod si mulier ante copulam admissam objicit metum audienda sit: ergo post illam admissam audienda non est. Et clarius *c. Insuper 4.*: *Qui matrimonium accusare*: ubi summarium sic habet: In vita despousata postea sponte cognita contra matrimonium uon auditur. Ratio est quia per talem copulam sufficienter exprimitur cousensus, *arg. cit. c. Insuper*, ibi: Consensit ex ratihabitione« *et Ligorius lib. 6. de matrim. cap: 3.* communiorem et veriorem sententiam vocat quae tenet: »sufficere consensum partis metum passae vel ficte consentientis expressam per copulam conjugalem vel per cohabitationem unacum consensu alterius prius dato ad faciendum validum matrimonium.« Atque hic sermo est de impedimento quod si habita fuisset copula primis a celebratione matrimonii diebus tunc existimari poterat occultum. At constatue hic et nunc uon esse cousummatum matrimonium? Afferuntur quidem juratae depositiones tum utriusque coujugis tum ex utroque parte septimae propiuguorum mauus necnou plures adsunt coujecturae praesertim ob mulieris alienationem; attamen deest mulieris ipsius corporis inspectio quae juxta praxim s. Congregationis fieri debet nisi tales circumstantiae concurraut, quae omnino excludant cousummatiouem; at in re nostra desiderantur, licet euim mulier plurimum abhorruerit a viro praesertim post celebrationem matrimonii, attameu cum eo per plures dies habitavit et duabus uoctibus dormivit, ideoque putarem ex adductis nou satis constare de uullitate matrimonii.

Hic mihi esset demorandum et nihil de causis dicendum quae matrimonii dispensationem facile possunt inferre. Verum cum in supplici libello etiam dispensatio imploretur posito quod certo non constaret matrimonii nullitas ex hoc ipso liceat mihi adjungere et plures easque gravissimas esse ita ut mihi videatur de hac re ambigere potuisse, ut ex processu constat.

Adest enim animarum alienatio tam gravis ut vir affirmaverit: »non vi verrebbe altro che un miracolo che voltasse di pensiero la Bellati ed un altro miracolo che volgesse me a riceverla poi chè l'orribile avversione di lei in me par la produsse«, et Episcopus de muliere retulerit: »dal complesso di tali deposizioni e dalle verbale iuterrogazioni risulta l'avversione che sembra insuperabile attesso che per quante iusinuazioui io le abbia fatte non la potei iudurre ad adempiere i suoi doveri col marito, avversioue che perseverò avanti all' atto e dopo l'unioн conjngale.« Adest etiam mutuus conjugum consensus ut patet ex supplici libello ad Episcopum misso, de quo licet Sauchez asserat multos doctores arbitrari non esse sufficientem causam, addit tamen tunc sufficere quando inter se essent ita discordes coujuges ut iufelices exitus absque remedii spe timeautur, quod habere locum in nostro matrimonio praeter alia possuuius eruere ex relatione viri.

Si ergo inposterum satis constiterit de non consumatione matrimonii, licet s. Congregatio ad majorem cautelam a declarauda nullitate se abstinere judicaverit, tuto, ut arbitror, supplicari poterit SSmo pro dispensatione.

Quae omuia sapieutiori s. Congregationis judicio relinquo.

Philippus Cossa Theol. Deput.

Votum Cauonistae.

Infausto quidem omine Maria Bellati nuptias Viceutiae contraxit cum Francisco Boari die 22. Maji 1843.

Opus tamen est in autecessum animadvertere familiam Bellati iuopiam laborasse (ut in actis curiae episcopalis) et vivendi media et subsidia fere omnia a familia Boari fuisse consecutum, quacum Bellati aes alienum quoque contraxerat. Haec iuter Geuitor Francisci Boari petit a parentibus Mariae ut haec in conjugem suo filio Francisco detur, praesertim illectus a Mariae virtutibus, in qua morum suavitas, religiouis studium ac mentis maturitas existebant: quae saue dotes animi paupertatem puellae et inopiam abuude supplere potuisse sibi videbantur. Mariae Genitores prae oculis inprimis habentes propositi matrimonii commoda sibique faciliorem magisque aptum vivendi modum spondentes petitioui ultro libenterque anuuerunt. Tunc ad filiam Mariam se verterunt eamque sunt aggressi ut suum consensum petito matrimonio praeberet: haec tamen non anuuebat.

Porro tum genitor tum genitrix filiam urgebant eique instabant: ac puella tempus terebat et quaerebat moras, ne respousum dare cogeretur. Hiuc genitoris querimoniae, illinc geuitricis auxietates: ille filiae declarabat suam repugnantiam toti familiae magnum allaturam iufortuium, quippe quae Boarii voluutati adversa, qui nou amplius inposterum idcirco media et subsidia ad vivendum praebuisset: illa praeter haec omuia addebat insuper atque minabatur se in consilium esse venturam filiam a schola amovendi, ne ullum instructionis genus amplius acciperet et famulatui alieno addicendi, quo sibi ad vescendum panem acquireret.

Tot tantisque aggressionibus puella diu multumque renuit douec defatigata, taedio pressa ac minis victa annuere quodammodo visa est. Omnia parentur iu nuptias, sed puella semper maesta, imo illacrymans ac suo sponso omuino aliena apparuit, ita ut et ante celebrationem et in ipso celebrationis actu et post ipsam matrimonii celebrationem extiterint planctus, querimoniae et signa evidentia puellae, cujus animus sponsum Boarii sibi invisum aversaretur atque refugeret. Sponsi praeterea prima a matrimonio nocte dormiunt simul, sed puella rejicit sponsi iterata postulata de consummando matrimonio, et vix primam novi diei lucem aspexit e lecto dilabitur ad patrem suum, qui conscius animi suae filiae Mariae a Boario abhorrentis et verens ne quid iufausti eveniret in proximo cubiculo dormierat convolavit et multis cum lacrimis eam amplexa obsecrare coepit: dein profitebatur se nolle cum suo spouso morari et potius paratam esse mortem subire, quam ad ipsum averti. Pater uullum non movet lapidem, ut puellam placitam efficiat, euixisque precibus hortatur, ut ad virum suum redeat. Quod efflagitaverat tandem a sua filia consequitur pater ea tamen lege ac conditioue, ut sponsus uihil dicat nec ullo modo matrimouii consummationem urgeat. Spousus promissis stat. Sed tanta erat puellae aversio, ut somnum capere nequieus totam noctem iuter questus transierit, douec dolore victa die iusequeuti letalem iu morbum inciderit neque mirum: sponso iusignia erant corporis vitia: uam lumiue est laesus, ut vix res prope positas distiuguere valeat: est claudus, deformis pleuusque strumis vulgo spina ventosa. Hujusmodi corporis vitiorum maximam partem ignorabat puella.

Ex hucusque narratis quae ex actis curiae episcopalis Romam transmissis sunt hausta quaerere possumus: utrum matrimouium sit nullum aut ratione erroris qualitatum personae aut ratione timoris revereutialis coujuncti cum genitorum precibus inportunis et minis.

Hoc matrimonium nullum dici non potest ratioue erroris qualitatum personae. Eteuim ex actis curiae episcopalis coustat puellam uon errasse neque circa aliquam ejus qualitatem, quae redundaret iu substantiam ejusdem personae, solum vero dici potest puellam errasse circa nonuullas qualitates accidentiales, quas imminuere vel occultare omui studio vir coactus est, ne puella a se omuino abhorreret. Quo posito cum solus error personae vel error qui redundet iu substantiam ejusdem personae nullum faciat matrimonium veluti testantur omnes canonistae de impedimento erroris loquentes evidenter patet ex hoc capite validum fuisse matrimonium. Fateor tamen ex occultatione corporalium defectuum a quibus summopere solent abhorrere puellae Mariam Bellati turpiter fuisse deceptam.

Videamus nunc

1° utrum intercessit timor reverentialis conjunctus cum genitorum precibus importunis et minis,

2° utrum ipse timor in hisce rerum adjunctis dirimat matrimonium.

Nullo modo potest dubitari in hisce nuptiis interfuisse timorem reverentialem conjunctum cum precibus importunis et minis genitorum, veluti clarissime apparebit perlegeuti acta curiae episcopalis. Et sane Genitores Boari tempore baccanalium 1843 petiere a Bellati, ut ejus filiam Mariam quae tunc adstabat, matrimouio cum suo filio Francisco conjuugeret: puella autem audita hujusmodi petitioue oculos in terram conjecit, silens stetit: deinde seorsim a genitore iuterrogata apertis verbis illico abnuit et repetitis patris instantiis semper restitit assensum suum deuegavit, maestam se esse ostendit, lacrymas saepe fudit ac sponsi aspectum devitare studuit.

Quinimmo ante ejus adventum jam epistolam inscripserat Boario puella, qua oblatas nuptias rejiciebat. Verum epistola ex Genitoris imperio fuit in aliam commutata: haec autem solum generalia verba habebat nullamque certam futuri matrimouii promissiouem continebat. Post baccanalia sponsus discessit et puella neque ave ei dixit consulto declinaus ejus aspectum. Hinc geuitoris querelae qui filiae osteudebat hauc repugnantiam fore causam plurium malorum: affirmabat se cum Boari aes alienum contraxisse, ab eodem accepisse et modo accipere quoque media pro labore et subsidias pro vitae conservatione, atque ex propositis nuptiis pro se suaque familia maxima commoda se consecuturum: adeoque puellam ad matrimonium ineundum cum Boari urgebat et renuentem reprehendit acriter tamquam causam et principium privationis alimoniae, exitii pluriumque damnorum propriae familiae ingruentium.

Nec satis haec sunt. In auxilium genitoris quoque mater veniebat; idque vehementius et gravius et Mariam increpabat minaturque etiam se in eo esse, ut familiam e domo paterna expelleret, susceptum ab ea instructionis curriculum interrumperet et alienae familiae tauquam servam addiceret. Hae autem reprehensiones atque hae minae tum genitoris tum genitricis non semel ac iterum sed saepissime sunt habitae, et quo magis suum denegabat assensum puella eo magis parentes urgebant atque adigebant filiam. Puella timidae iudolis semper fuit et a prima pueritia bouis praedita moribus; atque moderatricibus domus s. Dominici, in qua fuit educata et magistris scholarum publicarum quas inposterum adibat, obsequentem animum indesinenter praebuit.

Atque puella ingenua, timida, inobedientiae assueta genitorum suorum suasionibus de matrimonio ineundo constanter abnuit, repetitas efflagitationes rejicit, reprehensionibus et minis invita et magno cum animi

dolore resistit et constanter suum assensum recusat praebere lacrimis et quaerimoniis suam repugnantiam testantibus. Taudem suasionibus, impulsibus, reprehensionibus et minis veluti obruta assensum promittit, at oretenus et nunquam ex animi sententia, potius genitorum querelas decliuandi causa, quam desiderio ineundi matrimonii. Et re quidem vera matrimonii celebrationem praecesserunt quaerimoniae, animi anxietas, dolor et lacrimae: comites fuerunt maestitia, questus et fletus et absoluta renuentia interna in actu eodem, quo exterius pandebat assensum suum coram parocho; subsequuta sunt signa clarissima animi, qui abominatur, aversatur nescio quid turpe ac foedum: ita ut puella prima nocte firmiter atque obstinate sponsum a se rejecerit, insomnis nocturnas horas transegerit et melancholia capta e fenestra praecipitem se dandi ideam conceperit. Cum tameu facto mane ad genitorem convolaverit enixis precibus obtestans, ut statim e domo spousi abire sibi liceret. Nocte altera ferme eadem eveneruut, douec victa dolore in lethalem morbum incidit die secundo ab inito matrimouio ad finem vergente.

Coustat ergo adfuisse in puella ingenua timorem reverentialem et parentes usos fuisse precibus importunis, reprehensionibus et minis. Quod si haec omnia adfuere, ut patet ex actis curiae episcopalis, dubitari non potest matrimonium coutractum nullum fuisse ex hoc capite, veluti docent auctores probatissimi, quod erat secundo loco probandum, *lib. IV. tit. 1. de sponsalibus et matrimoniis n. 393.* Invalidum esse matrimonium ..... contractum a Virgine cum juvene, quem illa adversabatur, ex mera reverentia in parentes cum indignatiouis, exprobatiouum, durae transactionis et similium incommodorum verisimili aestimatioue conjuucta, *Reiffenstuel lib. I. tit. 16. n. 95.* Etsi sola reverentia erga parentes aliosque majores seu metus reverentialis se solo non sufficiat ad irritaudum v. g. matrimonium a filiis celebratum, ... secus tamen est dicendum, quando simul accesseruut saevitia vel graves minae parentum aut majorum respectu filiorum seu subditorum nisi obtemperaverint vel saltem preces importuuae et iustantissimae; *Sanchez lib. IV. disp. VII.* affert sententias plurium doctorum *n. 5.* qui in propriis terminis matrimonia et professiones docent annullari per preces importunas unacum metu reverentiali sicut annulläntur per minas cum eodem metu«; et *n. 7. seq.* approbat et rationibus confirmat allatam sententiam. Ab aliis testimoniis afferendis me facile abstineo, cum omnium sit fere una eademque sententia .... Cum itaque ex sententia doctorum constet matrimonium initum per preces importunas et instantissimas cum metu revereutiali esse nullum cumque pariter certum sit puellam Mariam iuiisse nuptias cum Francisco Boari coactam per preces importunas et instantissimas cum metu revereutiali, concludendum erit nuptias Mariae Bellati cum Francisco Boari fuisse nullas.

Animadverto tamen Mariam interrogatam in curia episcopali Vinceutiae sub die 10. Martii 1814: an vere existimasset, quod genitrix minas illatas exequutura fuisset? respondit: Negative. Sub die vero 16. Maji 1845 interrogata Maria in curia episcopali Veronae: Utrum crederet genitricem ad executionem minarum illatarum fuisse venturam? respondit: Affirmative. Quae testimouia sunt plane contradictoria.

Etiam genitor sub die 18. Dec. 1843 se nescire ea quae scribebat sua filia sponso Boari in curia Vicentina professus est, sed in curia Veronensi sub die 16. Maji 1845 professus est: »ritengo anche di averle lette tutte o in mala copia, o in netto.« Pariter haec testimonia contradictoria sunt.

Haec autem contradictio iudicat voluisse partes favere matrimonii nullitati. Nam prima testimouia, quae potius genuina credenda sunt, favent magis vinculi matrimonialis firmitati, secunda vero testimonia, quae accomodata putari possent, magis favent ejusdem matrimouii solubilitati.

Tamen hae contradictiones nullo modo ostendunt non fuisse metum reverentialem coujunctum cum precibus maxime importunis et minis quas tulit puella non semel ac iterum sed contiuue. Hiuc ut ab illis se liberaret, a quibus indesinenter urgebatur et vexabatur, coacta assensum suum aegro animo praebuit. Quibus omuibus animadversis possumus concludere: »Non constare de matrimonii validitate.«

Nunc observandum est utrum matrimonium a contrahentibus fuerit consummatum. Circa hoc paucis me expedio ad probandum nullo modo contrahentes matrimonium consummasse.

Acta enim perlegenti etiam apparebit nullam intercessisse inter contrahentes benevolentiam, nullum extitisse signum amoris, sed solum maestitiam, luctum et animi aversantis plurimas significationes antecedentes, concomitantes et subsequentes ipsum contractum matrimonialem. Testantur ipsae partes matrimonium non fuisse consummatum et indubia afferunt argumenta pro rei veritate: testantur et septimae manus consanguineorum et amicorum. Quae quidem omnia certam fidem moralem faciunt de matrimonio non consummato; hoc credit parochus, hoc defensor matrimonii, hoc Episcopus. Econtra nullum argumentum pro consummatioue potest desumi ex actibus, hinc prouum erit concludere revera ipsum matrimonium uullo modo fuisse consummatum.

Neque contra facit, quod puella uoluerit se submittere iuspectioni peritorum, tum quia casta puella neque ita erat simplex, ut ipso celebrati matrimonii die tantum sciverit, quid esset opus conjugale, quam maxime abhorrebat ab hac inspectione, tum quia ejus defectui suppletum est testimonio septimae manus, tum tandem quia ex recentiorum peritorum experientia et judicio clarissime probatur, quod per inspectionem corporalem nihil possit certo definire. Nam hymeu muliebre potest evanescere, quin fuerit opus conjugale ob plurimas alias causas et interdum integrum repertum est etiam post habitam copulam et filii generationem. Hasce ob causas s. Congregatio solet dispensare ab ipsa corporali inspectione.

Hoc vero factum matrimonii non consummati novum praebet validum argumentum ad probandum, puellam Boari sola coactione assensum praebuisse animumque habuisse alienissimum, adeoque vere non constare de matrimonii validitate prout ratiocinantur canonistae.

Quibus omnibus addo haec: Ex toto narrationis contextu parochi Piacenti videtur matrimonium Mariae simul cum Francisco non tantum celebratum fuisse, sed potius deploratum lacrymis et gemitibus defensor matrimonii curiae Veronensis adfert auctoritatem s. Alphonsi de Ligorio et cl. Rosmini, ut insinuet ejusdem matrimonii nullitatem: ac tandem concludit: »nel caso di pronunciata validità degsini clementissimamente di scioglierlo, se ne ritiene sufficiente i motivi.« Episcopus tandem Emineutissimo Card. Praefecto s. Coug. Coucilii sub die 8. Julii 1845 sic scribebat: Quae (Cougregatio) si validum matrimonium in Domiuo extare judicaverit, SS. D. N. Pont. Max. clemeutiam enixe cum oratoribes obtestor ac oro, ut plenitudine potestatis suae quum solum ratum sit, irritum reddat atque dirimat.

Hisce itaque omnibus positis, uisi velint EE. VV. declarare non constare de validitate matrimouii Mariam Bellati inter et Franciscum Boari ob existentiam metus reverentialis simul cum precibus frequentibus maxime importunis et minis conjuncti, saltem consulendum esset Sanctissimo pro dispensatione super matrimonium ratum et uon consummatum prout petuut parochus, defensor matrimonii et Episcopus Veronensis. Quorum seutentiae et precibus solet haec Sedes apostolica saepe pro sua benignitate anuuere, cum praesertim in hoc rerum themate reperiantur illae causae justae, quas euumerat et approbat *Sanchez lib. 20. Disput. XVI.* ut Pontifex dispenset a matrimonio rato et non consummato,*) a quibus offerendis ne longior sim me abstineo. Tameu praeterire non possum sententiam celeberrimi *Card. de Luca part. II. de matrimonio lib. XIV. dis. II. n. 23.*, quae apprime praesenti causae quadrat et confirmat hucusque dictum, consulendum scilicet esse Sanctissimo pro dispensatione super matrimonium ratum et non consummatum. In hac vero materia matrimouii meticulosi pro ejus nullitate scripsi quoque in *una Romana* pro Angela cum Lucio coram vicegerente, in qua ex parte mulieris opponebatur de metu reverentiali, juncto cum importunitatibus pareutum adoptivorum, unacum minis eam expellendi e domo ac privandi eorum successionem quam ab ipsis prole carentibus ipsa tanquam pauper puella adoptata de facto seu ut dicitur filia animae verisimiliter sperabat, cum aliis facti circumstantiis, a quibus dicebam totum pendere, cum istae non dicantur quaestiones juris sed facti ideoque ut supra certam ac geueralem decisioнem non recipiunt, sed pro judicis prudenti arbitrio, juxta singulorum casuum qualitatem decidendae sunt; ad istud arbitrium regulandum pro nullitate satis ponderabam eam circumstantiam, quod matrimonium esset solum ratum, adhuc non consummatum ex triplici ratione,

*) Vd. *Matrimonium ratum et non consummatum.*

I. nempe quia in tenera puella virgine atqne virorum conservationis ignara facilior est timor sen concnssio, *Gregor. dec. 316. n. 25.* tum aliis per *Barbos. dicto voto 17. n. 195.*;

II. quia facilius dissolvitur matrimonium adhuc ratum, in quo non intret praeceptum divinum ut *quos Deus conjunxit homo non separet*, ex dednctis infra in *Januen. disc. 9*;

III. quia abstentio a copula et matrimonii consummatione est magnum indicium non liberae voluntatis, ut apud *Mantic. dec. 24. n. 12.* cum aliis allegatis per *Sperell. dicta dec. n. 59. et 63.* et apud *Buratt. dicta dec. 861.*

Haec esset mea sententia, quam scripsi, ut hnjus s. Congregationis mandato obsequerer, qnamqne vestro sapientissimo judicio EE. PP. libenter ultroque snbjicio.

Nicolaus Bedini Juris canonici professor in seminario romano.

Animadversiones Defensoris Matrimonii.

Demonstratione non indiget eo quod res evidens esse videtur non subsistere primum impedimentum, hoc est impedimentnm erroris, cujus causa Maria Bellati e Vicentia in Gallia Transpadana contendit nullum et invalidum fuisse et esse matrimoninm die 21. Maji 1843 Vicentiae a se contractum cum Francisco Boari e Verona. Multis hic vir afficitur in corpore vitiis, in specie adeo miopem esse constat, ut vel ipsum quoque literas legere sit et difficile, tnm breve habere brachium sinistrum, ad hoc detortum habere pedem.

At haec vitia scilicet miopia, brevitas brachii, torsio pedis erant visibilia vitia; et diuturnnm fuit mulieri tempus, quo ea commode videret et cognosceret: anteqnam enim matrimonium contraheret.

Et post tractatum de matrimonio quando vir ejusque genitores Majo 1843 iterum redierunt Vicentiam ad illum exequendum, alterum quoque commodum intercessit temporis spatium, quo mulier virum videret, cum eo conversaretur, ut in conversando ejns corporalia deprehenderet vitia: eorum ergo scientiam habuit, idcirco erroris nunc opponere non possit impedimentum.

Et quamqnam ea antea non novisset, id quod verum esse ego arbitror et de cicatricibus per ejns corpus sparsis et de spinis ventosis in ejus corpore serpentibus; nam has et illas non antea deprehendere potuit, quam post matrimonium contractnm, prima concubitus nocte; quamquam erroris idcirco objicere posset impedimentnm, tamen error hic nihil ei valeret ad dirimendnm matrimonium. Error exclndit consensnm, docet *Magister sententiarum lib. 4. dist. 30.*; non omnis autem error consensum impedit: est enim error alins personae, alius fortunae, alins conditionis, alius qnalitatis. Error personae, qnando hic putatur esse homo ille et est alins. Error fortunae, quando putatur esse dives et est pauper vel e converso: error conditionis, quando pntatur esse liber, qui servus est: error qualitatis, qnando putatur esse bonus qui malus est. Error fortunae et qualitatis consensum non excludit. Error conditionis et personae consensum conjugalem evacnat. Forte dici posset mulieri errorem potius in fortuna fnisse quam in qualitate, scilicet virum cui nubebat divitem fore sperabat eo quod pater ei promiserat: che gli sarebbe un patrimonio: al che poi mancò: sicuti testatur pater mulieris. Sed quid hoc ad rem? Neqne fortunae neque qualitatis error consensum conjugalem evacnat.

Alternm succedit impedimentnm, ex qno mulier constare ait de nullitate matrimonii, impedimentum scilicet metus, ex quo consensum a se retortum fuisse dicit. Sed quilibet metus excluditur ab iis, per quae constat in facto eam liberrime consensisse. Si attenderentur ea quae matrimonio subsecuta sunt re profecto certa explorata esset mulierem a viro nnnc abhorrere tanquam a facie colubri et omnia potius mala paratam esse perferre quam ei vel minimum adhaerere. Undenam id provenerit an a cicatribus in corpore viri deprehensis an a promissione patrimonii viro per patrem ejus facta et deinde non impleta seu potius ab alia occulta causa et in tenebris latente, id resciri non potuit. Sed hnic malo hoc est mutuis conjugum aversionibus jam provisum est et consultius quoque providebitur inposterum. Provisum per separationem thori et habitationis a judicibus ordinatam die sexta Martii 1844 et inter conjuges jam secutam: consultius providebitur inposterum, quia hae conjngum aversiones in juvenili ardore ebulliente tempore et deflexu annorum tepescere solent, et ita sensim sine sensu extingui, ut

conjugalis pax et societas velnti spoute sua procedente tempore redintegretur.

Qnidqnid vero sit de hoc, quidquid sit de factis matrimonio subsequentibus, id nihil pertinet ad rem scilicet an mulier in matrimonium libere consenserit: nam id non aliunde dijudicari potest quam ex factis antecedentibus et ex ipso actu matrimonii.

Et qnando contrahentes deinde processernnt ad ipsum matrimonii actum, parochus ex officio testatur: che fnrono tranquillamente nniti in sancto matrimonio, et datus hinc inde mntnus consensns. Rursus ubi celebrato matrimonio transitus deinde factus fuit ad confectionem actus civilis, idem parochus testatnr, quod mulier vi posse snbito la sna firma. Neque solum parochus sed et pater qnoqne mulieris, interrogata, ait, mia figlia dal parroco, se fosse contenta, sposare il Boari, risposo: che si. Post haec omnia nihil juvat mulieri dicere: sebbene internamente sentisse nu assoluta renitenza, pure disse di si: ma da quel momento sentii dentro di me una ripugnanza, e pendetti la pace e l'allegria.

Principio haec adserta mulieris repugnantia conciliari non potest, imo excluditur a significationibns amoris per mulierem datis ante matrimoninm, ab epistolis hinc inde transmissis, a munuscnlis hinc inde datis et acceptis. Tum eadem repugnantia intrinsecus latebat in corde, ita ipsa mulier confessa est, exterius vero expressus et absolutus ab ea dabatur in matrimoninm consensus: huic ergo stare oportet et non illi, quia ecclesia non jndicat de internis. Ad hoc etiam parocho sententia venit in mentem, cum post praestitum matrimonio consensum mulierem flentem videret eam poenitere de eodem praestito consensu.

Sed poenitentiae locus non datnr in actibus, qni sunt per se irretractabiles, qualis est matrimonium: imo matrimonium etiam ex institutione divina est irretractabile ceu indissolubile.

Praeterea, etiam vir, nbi, post celebratum matrimonium, agi coepit de conficiendo actu civili, etiam vir in fletus, in lacrymas se diffundere visus fuit.

Communis ergo erat fletus, commune lacrymarum profluvium: quemadmodum vero e lacrymis viri concludere nefas esset: ergo vir non consentiebat, quia non ab animo, sed a convulsione corporis excitabantur lacrymae, ita eandem conclusionem nefas esset deducere quoad mulierem, quia haec aeque ac ille iisdem verbis, eodem modo, eadem tranquillitate spiritus consentiebat nuptiis: tranquillamente nniti in santo matrimonio. Demum valeat hic necesse est, quod pro omnibus hisce casibus docent canones cunctique juris interpretes: Matrimonium, ita ex. gr. tradit *de Justis de dispensat. matrim. lib. 2. c. 12. n. 90*, praesumitur validum, cum de consensu exterius praestito ecclesiae constet: at de dissensu constare non potest, cum occnltum sit: proinde eos conjuges qui vere consenserunt ecclesia coget insimul manere nec credet simplici assertioni conjugis dicentis se non censensisse in matrimonium, quia ecclesia non judicat de internis, et si legitime constet, non praesumitur, nt conjux ore dixerit, quod in corde non haberet. Videre ergo oportet, an legitime constet id, quod mulier ait scilicet se metu fuisse coactam ad consentiendum.

Ait nemo pro se testimonium dicere potest: quare, quae vix et mulier deposuerunt de voluntate coacta, de metu, ea nihil valere possunt. Tum in eorum depositionibus quaedam deprehenditnr graduatio, et haec nonnihil suspecta reddere debet eorum dicta, scilicet quo acrior progressn litis crescebat in eis dissociatio animorum. Vir semel et iterum examinatus ab Episcopo, primo per inquisitionem die 11. Martii 1844: secundo ex delegatione S. C. die 20. Maji 1845. Prima dispositio fuerat simplex et brevis; vitia sui corporis, tnm nnllum se habuisse cum muliere carnale commercium et ideo consilium sibi sese di lasciarla in liberta, e di potere accompagnarmi con altra giovane. Quando vero examinatus fuit altera vice, in prolixam esse effudit discordiarum narrationem: id qnod nihil faciebat ad causam: de metu vero, id quod erat thema judicii, de coacta mulieris voluntate ne verbum quidem: cuncta de aversis, de dissociatis animis dicebantur ita nt vir concluderet: non vi vorrebbe altro che nn miracolo, che voltasse di piensiere la Bellati; ed nn altro miracolo, che ora volgesse me a ricceverta, perchè l'orribile avversione di lei in me pure la produsse.

Simili modo mulier gradatim procedere visa est, quando examinata fuit vice prima, brevem, simplicem, ingenuam narrationem ex-

posuit. In hac brevi expositione facti mulier aperte significasse videtur, quemlibet adfuisse metum, quia metus est instantis aut futuri periculi causa mentis trepidatio: et mulier nunquam trepidavit: nam aliud est trepidare; aliud non avere più cuore di dare una negativa.

Quod autem dicat ore quidem consensisse, corde autem a consensu abhorruisse, id sacri canones, post consensum aperte panditum, indignum nunc esse dicunt. Nimis indignum nunc esse dicunt. Nimis indignum est ita in *cap. Per suas: de probation.* juxta legitimas sanctiones ut quod quisque sua voce dilude protestatus est valeat proprio testimonio infirmare. Quando vero mulier secundo examinata est, quia tunc creverat discordiarum seges, idcirco longam fecit rei narrationem et adeo prolixam, ut brevitas hujus scripti prohibeat, quominus hic referatur, et conclusit se metu fuisse coactam.

Sed, quod metus longe abfuerit, ultra primam supradictam rationem, quod nemo pro se testimonium dicere potest, accedit altera ratio et quidem gravissima scilicet contraria concurrunt testimonia, ante et in actu ipso matrimonialis consensus, mulier dixit, se prorupisse in fletus et lacrymas. Ex opposito ejus pater insuper parochus deposuerunt lacrymas non erupisse ante, sed post praestitum consensum.

Ultra duos contrahentes examinati sunt pater mulieris et mater viri (patre hic jam erat orbatus). Sed horum testimonia obesse potius videntur intentioni actorum quam prodesse. Nam mater viri nihil de metu deposuit, quanquam metus esset thema judicii, nihil vel de minis vel de malis mulieri propositis, si in matrimonium non consentiret. Sed ingenue dixit, matrimonium conciliatum fuisse per fine d'interesse, molto premendo a genitori della donna, per fine d'interesse, di combinare tal matrimonio, ed a noi per vedere finalmente collocato il figlio con una buona ed ottima figlia, benchè provera. Et haec ante matrimonium et postquam mulier traducta fuerat in domum, 10 (hoc est mater viri) sentii tante volte da lei (hoc est a muliere) che fu tradita da tutti, e mi sembra, che abbia anche detto che non eo voleva, ed essere stata tradita e per la occultata cecità, e per le lettere scritte da altro mano. Et ex hoc testimonio patet, nihil de metu mulierem dixisse, de metu ne verbum quidem fecisse; sed ejus quaerimonias de hoc uno fuisse, quod comperisset, adeo inopem esse virum, ut quas epistolas ante matrimonium ab eo acceperat eas ne habilem quidem fuisse virum scribere per se, sed opus ei fuisse aliena scribere manu. Sed quid hoc ad rem? quid ad matrimonii validitatem? Multo autem magis depositio patris mulieris obest potius, quam prodest jus intentioni: nam ubi se rogatum esse senserat, a parentibus viri ut huic filiam suam in matrimonio traderet, eis se respondisse, deposuit: sum contentus, si filia contenta sit: id quod in plena libertate rem positam fuisse demonstrat. Ejus depositionem, necessitas causae postulat, literaliter hic transcribi, quia ex ejus lectione resultat, vel abfuisse metum vel tantam fuisse ejus levitatem, ut ne minimum quidem diminutus in substantia fuerit consensus.

Depositionibus patris mulieris et matris viri succedunt 14 alii testes, 7 producti ex parte viri, ad instar septimae manus propinquorum, 7 ex parte mulieris. Verum hic est expendere ea quae testati sunt decem ex iis: sunt enim testes de mera credulitate, credere se, simpliciter dicentes, vera esse quae vir et mulier deposuerant. Tum credulitas in nonnullis ex iis est valde infirma, quia plerique eorum neque propinqui sunt neque amici et ideo vel nullam credulitatis dederunt rationem, ita Antonia Sponghini, Alexander Lucchetti, Theresia Iseppi; et simpliciter dixerunt: »credo, chè l'uomo, credo, che la donna dicaro la verità«, vel se tantummodo vicinos esse dixerunt; ita sacerdos Joannes Maria Casati: »conosco l'uomo per vicinanza di abitazione:« ita Joannes Baptista Prosdaimi: »conosco la donna da più di un anno, cioè da quando tornò da Verona dopo contratto il matrimonio:« ita Antonius Olivieri, ita Theresia Vanzo: »la donna mi fù vicina due anne, e per quanto mi è dato di conoscere, ritengo che ella cioè Maria Bellati dica la verità.« Itaque praetermissis ob has legitimas rationes testibus de credulitate restat expendere reliquos quatuor testes, videlicet matrem et sororem mulieris; tum Joseph Haider ejus amicum et Joseph Pigozzi patrinum viri et conciliatorem nuptiarum. Hi quatuor testes haudquaquam cohibuerunt sese intra solius credulitatis limites, prout sese gesserant primi decem testes, sed etiam rem et causam ipsam attigerunt: examinare ergo oportet eorum dicta, quia

demonstrata hucusque inexistentia aliarum probationum si haec quoque reliqua quatuor testimonia nihil valerent ad probandum metum, nihil mulieri restaret et opus omnino foret rejicere ejus de nullitate actionem, quia auctore non probante reus hoc est in hac causa matrimonium absolvitur: et multo magis matrimonium absolvere seu illud in statu validitatis relinquere oporteret, quia pro eadem validitate, ubi semel coram ecclesia libere et pacifice seu »tranquillamente« ut ait parochus, procul ab ullo impedimento externo contractum fuisse constat, pro ipsius inquam validitate cunctae militant juris et facti praesumptiones.

Sit primum testimonium matris mulieris et hoc inprimis oportet expendere, quia a matre provenisse mulier ait minas, quas in se queritur fuisse incussas. Porro mater negavit minas, negavit metum, negavit instigationes, sola dixit, a se data fuisse excitamenta. Per haec autem excitamenta addidit nihil quidquam commotum fuisse filiae animum, sed eundem ac antea mansisse frigidum erga virum, cui leves tantum dedit ante matrimonium significationes amoris.

Sed quae contigerunt post matrimonium inutile est hic examinare; quia quaeritur hic metus intercesserit necne, id quod ex antecedentibus constare debet et ex concomitantibus, non ex subsequentibus. Et ob hanc rationem vanum et inutile est testimonium quod secundo loco hic succedit, scilicet, quod edidit soror mulieris; quia soror aeque ac mater mulieris dixit, significationes amoris datas fuisse ante matrimonium et hoc ad metum excludendum satis est, negatas vero post matrimonium et id ad metum probandum nihil valet. Verba sororis supra relata sunt. Tertio loco venit Joseph Staider, amicus mulieris et testis a muliere inductus. Hic mulieris animum fuisse frigidum dixit parentum exhortationibus sed non quaerimus hic frigiditatem: repugnantia, contradictio ea sola valerent ad probandum animum fuisse invitum. Restat ultimo loco Joseph Pigozzi, cujus testimonium favere, primo extrinseco adspectu, videtur ad probandum metum: sed re intrinsecus introspecta nihili habendum esse constat.

Primo in iis quae dicit est testis unicus; tum est intrinsecus amicus viri, imo ejus patrinus et eundem ac vir fovet desiderii ardorem, dissolutas videre has nuptias et aliud cum alia muliere conciliatum iri hymenaeum. Praeterea quae dicit adversantur omnino iis, quae dixerunt caeteri testes: nam hi etiam qui mulieri sunt proximiores unanimiter dixerunt ante matrimonium quidem intercessisse significationes amoris: quas ex opposito hic unicus testis exclusit et deposuit contraria. At ea quae narrat inverosimilia omnino sunt; scilicet narrat, mulierem quando quatuor menses ante matrimonium Veronam petiit et hospes ibi mansit domi viri, refugisse a viro et ab eo semper abhorruisse: sed hoc verosimile inquam non est, quia pugnat contra jura communia hospitii, tum refellitur et a pacifica ibi cohabitatione per octo vel novem dies et a conciliatione matrimonii tum ibi conclusa.

Loca ex testimoniis excepta et pertinentia ad hanc causam ea eo relata sunt hic ad literam quia proxime extinguunt factum et causa haec est de puro facto, metus necne fuerit incussus, quia ratio ut ajunt oeconomice *) tractandi praesentem causam non permittat typis edi et judicibus exhiberi processum causae; huic defectui quantum fieri poterat suppletum est, saltem hic transcribendo particolas testimoniorum. Hoc autem loco veniunt unus et alter doctor ex adverso dicentes, quando de metu quaestio est id decidere relinqui arbitrio judicis: arbitrium autem judicis bene intrare, in hoc casu, ad decidendum mulieris consensum metu fuisse extortum, quia circumstantiae facti, si non singulae singillatim sumptae certe quidem omnes cumulatim unitae id persuadent. Atque id confirmare nituntur auctoritate *Sanchez de matrimonio.* Sed multa hic occurrunt respondenda: Sanchez duobus in locis ex professo agit de metu scilicet *lib. 2. disp. 44. 45. et lib. 4. per totum.* Ibi quoad forum internum, quando conjux possit esse moraliter certus matrimonium ex metu a se contractum esse nullum et idcirco non teneri ad debitum conjugale et ad alia matrimonialia officia praestanda, sed potius jus sibi esse petendi a judice, illud declarari nullum. Hic quoad forum externum, quando judici tanta de consensus extorsione per metum certitudo sit, ut possit pro tribunali sedens matrimonium declarari nullum. Fateor equidem non aliud in primo casu requiri, quam viri prudentis arbitrium, quia sola ibi bona conscientia sufficit in eo, qui

*) Vd. *p. 526.*

et accusator simul est et testis et judex. At in casu secundo, cum de re gravissima agatur scilicet de dissolvendo matrimonio in faciem ecclesiae jam contracto, tanta probationum opus est severitate, quantam exigit rei gravitas, cui nulla pars est in foro externo. Tum, quando de metu (ita de qualibet alia re) quaeritur, duplex quaestio est, an sit, qualis sit. Sunt quidem nonnulli doctores, quibus *Sanchez cit. lib. 4. disp. 5.* se adhaerere dicit, contra alios doctores contrarium docentes, qui ajunt, quando quaeritur qualis sit metus in specie an gravis seu potius levis an reverentialis, an impressivus, an concussivus etc. id judicis reliuqui arbitrio. Et ratio est, quia ultra mala expressa in jure, mortis, mutilationis, cruciatus corporis gravinmque verberum, captivitatis, exilii, carceris et stupri sunt multa alia mala in mundo, quorum metus utrum extorquere valeat consensum, id cum in jure expressum non sit, eo quod pendet a metuentis aestimatione et opinione, idcirco judicis oportet relinquere arbitrio. At neque fuit neque esse poterat, qui doceret quando quaeritur, an sit judicis remitti posse arbitrio, quia hoc attingit factum et quae sunt facti, factis hoc est per positiva documenta probanda sunt.

Cum autem ex supra demonstratis palam sit, metum non esse probatum seu quae afferuntur testimonia ad probandum metum, ea nihil valere; idcirco causa absoluta esse videtur et exclusa mulieris actio; quia actore non probante reus absolvitur.

Et quanquam supponeretur intervenisse metum, atque ita prima quaestio, an sit, resolveretur per responsum affirmativum: tamen ubi procederetur ad alteram quaestionem, qualis fuerit metus, facilis sese afferret resolutio, metum fuisse levem et inanem et idcirco nihil ex eo detrimenti matrimonium capere posse. Nam nullum mulier verebatur ex iis malis, quae cum gravia sint cadere in jure dicuntur in virum constantem, scilicet mortis, mutilationis et alia mala mox exposita. Tum neque impressum mulier passa est metum, neque coucussivum: non illum, qui per verbera infertur et per alia mala in actu; atque id est in facto certum non hunc, qui per malorum minas infertur inferendorum in futuro, quia nihil mali quisquam in eam minatus est. Mala quae mulier metuisse dicit non alia erant quam amissio lucrorum: communis autem est sententia doctorum, quod metus amittendi lucra, ad quae quis non habet jus, non importat malum cadens in virum constantem et idcirco non irritat actum. Ex jure id probatur ait *Ponti de matrim. lib. 4. c. 4. n. 10.* quia quamvis poena repellatur a sponsalibus ea tamen amittendi lucri e. g. amittendae pendentis haereditatis non improbat sponsalia. Et optima ratio est, quia id non tam est metu deterreri vel obligari, quam invitari spe lucri: spes autem et concupiscentia ut inquit d. *Thomas § 1. qu. 6. art. 7.* non minuit sed anget voluntarium: unde et professio facta ob spem lucri aut quod idem est metu amittendi lucrum valet. Et quod revera mulier a spe potius, a concupiscentia acquirendi lucra moveretur ad matrimonium, quam a metu eadem amittendi id ipsa mulier confessa est.

Accedit ratio agendi mulieris, quae in agendo haud se conformavit regulae, per Honorium III. traditae in *cap. Consultationi de sponsalib. et matrim.* ad dignoscendum, an consensus metu fuerit extortus et ita metum a se procul fuisse comprobavit. Regula ita se habet: »Sane illis (sponsis), qui, benedictione accepta, mox a sponsis aufugiunt, ante carnis copulam subsecutam, adserentes se nunquam in illos veraciter consensisse, sed metu illato compulsas verba protulisse consensus, licet animo dissentirent, non statim est audientia deneganda, sed de illato metu est cum diligentia inquirendum et si talis metus inveniatur illatus, qui potuit cadere in constantem virum, erunt non immerito audiendi.« Nullam mulier praestitit ex conditionibus in hoc canone ordinatis: neque cito neque sollicite fugam arripuit, sed ex opposito e Vicentia post celebratum matrimonium Veronam cum viro accessit. Veronae adventa primam cum viro connubii noctem in eodem lecto transegit et mane facto reclamasse ad se, pater mulieris ait, sed de spinis ventosis reclamasse, de cicatricibus in corpore viri repertis, de metu autem, quem nunc mulier ait se fuisse passam, ne verbum quidem fecit; neque tum fecit neque quando post unum aut alterum mensem Vicentiam remeavit convalescendi causa, neque ubi valetudine recuperata iterum Veronam repetiit in domum et consuetudinem vitae maritalis. Et quando post haec omnia, post sex ab initio matrimonio menses, primum ad Episcopum reclamavit, dicens non tam proprio marte in matrimonium consensisse quam ut parentum obsequeretur voluntati, hoc obsequium se praestitisse declaravit, ne in ea mala incurreret, quae supra descripta sunt, quibus tamen malis nomen dari non potest, cum importent potius omissionem lucrorum et quanquam appellarentur mala, tamen ejusmodi non essent, quae cadere possent in virum constantem, cum sint mala levissimi momenti, prout res ipsa probavit, nam etsi, erupta lite et separatione thori per judices ordinata inter utrumque conjugem, discordia invaserit utramque familiam viri et mulieris, et ita contra hanc illa sit valde indignata, tamen ex incursa indignatione, ex lucris amissis, ex deperditis emolumentis nihil diminutum sibi esse sentiit familia mulieris vel saltem de hac amissione lucrorum nihil quidquam ea lamentata est.

Et quando levia sunt mala quae timentur, eorum metus ne minimum quidem nocere potest validitati matrimonii. Communis est haec doctrina, e. g. *Reiffenst. lib. 4. decretal. tit. 1. n. 330.*: »matrimonium metu levi etsi injuste et ad extorquendum illud incusso contractum valet: est communis; argumento est *cap. 28. tit. 1. lib. 4. decretal.*, ubi requiritur, quod metus sit talis, qui cadere possit in virum constantem, gravis nempe: ergo, a sensu contrario, ubi metus talis non est, sed levis tantum, matrimonium valebit: ratio est, quia metus levis non est metus, *leg. 184. ff. de regulis juris.* Tum quia alias plurima matrimonia vel essent nulla vel dubia et non paucis anxietatibus subjecta, cum plurima ex metu levi fiant. Confirmatur a simili in professione religiosa, quae quoad indissolubilitatem matrimonio similis est et quae metu levi non irritatur. Indoles autem, ingenium parentum certo argumento est, nihil quidquam ab eis mulierem ne leviter quidem metuere potuisse. Excluditur autem sive a miti et humili earum agendi ratione, quae clare apparet in eorum juratis depositionibus, sive ab eo, quod neque quisquam ex inductis testibus, neque soror ipsius mulieris, cui aeque ac illi perspectum esse debet parentum ingenium, ausi sunt quidquam detrahere ex praedicta miti et humili agendi ratione. Mater autem negavit, minas et proinde metum fuisse illatum. Et neminem mulier aut invenire aut inducere potuit in testem de minis matris. Et quanquam metum ab ea incussum sibi fuisse probaret et concludenter probaret, tamen ejusmodi metus a matre illatus nihil detrimenti pareret matrimonio, quia omnes doctores ubi de metu agatur, qui dirimere valeat matrimoniorum jam contractum, quantum exquirunt aut graves minas a patre inflictas esse vel ab altero, qui loci patris sit, aut periculum gravis ac diuturnae offensionis patris vel ejus personae, a qua vita fortunaque hominis plurimum pendet; tantum de minis maternis seu de metu a matre inflicto, nihil meminere, nam si minor metus excusat foeminas, minori quoque illae praestant audacia. De matre scriptum legimus in *leg. Quisquis cod. ad leg. jul. majest. cas. pro infirmitate* sexus minas ausuras esse confidimus. Quare metus proveniens a matre ita respondit s. *Rota in nuperr. dec. 153. tom. 5. par. 2. n. 5.* tantus non est, ut matrimonium a filio contractum infringere valeat; atque haec reddita ratio in alia *decis. 315. nuperrim. 10. 6. n. 10.*: foeminae quia minus timentur cum sint minus audaces et imbecilliores, non incutiunt tantum timorem cadentem in constantem virum, ut illius libertatem invertere possit.

Restat ergo videre, an metus incussus fuerit a patre. Sed haec a patre incussio a multis excluditur. Praeterea, ingenium patris, uti supra probatum est, esse mite et pacificum: id quod in hisce de metu causis potissimum intendi oportet: nam et persona spectanda est, ait lex . . . . . *ff. ad legem juliam majestatis*, an potuerit facere et an ante quid fecerit, et melius altera lex . . . . *Cod. de his, quae vi metuve fiunt* metum non jactationibus tantum vel contestationibus sed atrocitate facti probari convenit. Praeterea neminem a muliere in testem fuisse adductum qui praesens fuerit minis, quas in se ab eo illatas fuisse queritur. At hoc nullatenus probari, patrem solitum fuisse (et id quoque requiritur de jure ad probandum metum) minas facere et deinde eos exequi: Insuper non tam metuisse filiam quam metum occupasse animum patris, ne, si matrimonium non exequeretur, privaretur iis subsidiis, quae a familia Boari sibi subministrabantur. Hisce omnibus praeteritis dico, quod metus excluditur ab ipsa patris depositione, qui a quibusvis minis se abhorruisse deposuit. Imo dixit filiam in plena libertate a se fuisse relictam. Porro taciturnitas, etiamsi alia non concurrerent argumenta libertatis, haec sola taciturnitas praesumere faceret liberum ejus consensum, quia agitur de matrimonio, quod est de favorabilibus, in qui-

bus taciturnitas de jure valet pro consensu ad differentiam rerum odiosarum, in quibus eadem taciturnitas valet pro dissensu, jnxta regulam juris: qui tacet consentire videtur; et sicut de hac specie late demonstrat *Sanchez loc. cit. disp. 7.*

Sed hic ex adverso objicinntur suasiones, instantiae, preces patris ad filiam, tum filiae reverentia ad patrem. Objiciuntur vero incassnm, qnia quantopere pater abhorruerit a coarctanda voluntate filiae, ipse palam uti mox dictum est declaravit dicens, post indigentias familiae ei expositas rem in ejus reliquisse plena libertate. Et quamquam suasiones intercessissent, instantiae, preces, tamen nihil inninntus ex iis esset liber consensns quia non probatnr eas importunas fuisse inculcatas continuo ingestas. Exemplo sit casus relatus in causa *Bosnanien. Matrimonii*, ubi puella matrimonium, in aetate 10 annorum et 5 mensinm a se contractum contendebat esse nullum ex metn in se incusso per insinuationes aviae, nisi nuberet detruderetur in monasterium ab ejus patruo simul et tutore, quia ita frueretur ejus bonis. At s. Rota *die 2. Maji 1759 coram Bussio* respondit matrimonium esse validum, quia suasiones et insinnationes hujusmodi quantumvis legitimae probatae tanti non sunt, ut ex eis dici possit facta vis voluntati et ille metus incnssus, qui consensnm ab actn removeat matrimoniumque nullum efficiat. Reverebatur quidem filia patrem et matrem et ob reverentiam, quam eis praestabat, forte in matrimonium consensit. Sed non idcirco minus liber fuit ejns consensus: aliud enim est apposite hic observat *Ponti loc. cit. lib. IV. cap. V. n. 3.* reverentia debita superiori, alind reverentialis metus. Et recte potest aliquis operari ex reverentia debita superiori et non ex metu reverentiae et similiter potest operari non ex Superioris praecepto et obedientia, sed ex metu. Haec enim non sunt idem Si enim filius amet obedire parenti ut complaceat in obediendo illi nullum est involnntarium et tamen operatur ex reverentia: metus autem efficit involuntarium.

Et quanquam consensisse diceretur ex metu reverentiali, tameu liber mausisset ejus cousensus, quia deerant duae illae circumstantiae quarum ubi adsit defectus, idem *Ponti loc. cit.* et omnes doctores communiter tradunt, nemo ex metu reverentiali agere dicitur: Prima: pater eo ingenio erat, ut non offenderetur ex eo, quod ipsi non praestaretur obedientia aut leviter offenderetur: et sane cunctanti filiae assentiri in nuptias non aliam ei fecit objurgationem, quam hanc; quare mulieri non poterat esse cogitatio impendentis mali, quod vitare valet, dum eligeret nubere, sicuti pater desiderabat. Altera, quia non erant adjunctae aut minae ant verbera objnrgatoria, quibus non adjunctis et unitis metus reverentialis actui nihil obest. His omuibus accedit indoles et ingenium acerrimum in resistendo! et qui eam tanquam pavidam columbam ex adverso describunt, ignoratur hic quomodo hanc pateticam descriptionem conciliare possunt cum ejus ea agendi ratione, pendente matrimoniali cohabitatione, quam vir late describit.

Innumera possent hic proferri exempla cansarum: casus erant hoc longe longeqne acerbiores et nihilominus semper pro validitate pronunciatnm est: nuum vel alterum exemplum mnneris ratio postulat ut hic referatur. In *Augustana Nullitatis matrimonii* *) nupsit Maria Goyrelmayn 16 annorum puella Antonio Ritterin seni; et post tres menses a viro divertit, divortium probante judice. Post quinqnenninm litem contra virum instruxit in consistorio Augustano de nullitate matrimouii defectu consensus et vi metuque a matre illatis contracti. Sed victa fuit. Appellavit ad s. Tribunal et causa nunc proponitur. Disputat Maria non esse ambigendum matrimonium, quod vi metuque contrahitur, nullum esse defectu consensus: credendum esse mulieri, si proba sit, quae dicit, consensum non praestitisse ex animi sui sententia; praesumi non posse, puellam seni nnbere velle ita ut his constitutis non opus sit rigidissima illa metus probatione, qua opus est in aliorum casuum circumstantiis. Vim et metum illatum a Matre natura feroci et moribus incondita probat Maria testibus, qui sunt in processu Augustano, et aliis duobus, qui nnuc Romae suut. Et quanquam una pro se peroraret actrix, ita advertebatur in folio 20. Jan. 1759. Neque ab Antonio viro neque a Defensore Matrimonii quidquam habuimus, quamquam victoriam idcirco mulier consecutura esse videretur, silente et, defensore matrimonii, praesertim cum per unum trimestre tantum cum viro suo cohabitasset et hoc sane, cum quo vix praesnmi poterat conjunctio maritalis,

*) Vd. *Matrimon.* (nullitas non constat.)

tamen dubio: An sit locus nullitati matrimonii? s. Congregatio praedicta die respondit: Negative. Nuperrime hoc anno proposita est causa *Angren. Matrimonii.* Vir et mulier matrimonium contraxerant cum vix decimumquartum complevisset aetatis annum: (ita in folio) a genitoribus ipsis contrahentium qui impuberem agebant aetatem preces ac minas adhibitas fuisse in themate profitentur examini subjecti testes, jurejurando confirmat parochus, testantnr ipsi constrahentes necnon eorum matres, quae religionis sanctitate permotae id denium fassae sunt. Matrimonium vero non fuisse consumatum vir et mulier solemni interposito juramento affirmant; accedit, quod ad omnem dubitationem tollendam praestito juramento conjugum parentes, qni matrimonii fnerant auctores post enarratas artes a se adhibitas pro illius executione, confirmarunt matrimonium inter eos nunquam fuisse consummatum. Hisce addeudi sunt 4 parochi uecnon 15 et ultra perspicui testes. In tanta probationum copia confideuter conjnges praestolabantur sibi matrimonium declarari nullum: sin minus ab eo dispensari. At s. Congreg. rei ecclesiasticae custos die 6. Februarii 1742 utramque negavit.

Episcopus quoque ipse, etsi vividum ei desiderium dissolvendi hnjus matrimonii, ne conjuges videat eorumque familias inter se dissidentes et ob id fervidas preces misit ad ss. Pontificem, tamen metuens difficile fore quod id obtineret per viam nullitatis ex metu, in iisdem precibus exoravit, ut saltem id concederetur ex gratia dispensationis ex eo, quod matrimonium esset simpliciter ratum et non consumatum. Quando hujus causae processus nuper transmissus est ad me, uno cum voto Theologi et Canonistae ad hoc, nt iis desuper conficerem animadversiones, tunc pontificia deerat commissio cognoscendi, locus necne esset dispensationi. Nam rescriptum diei 2. Oct. 1845 remissivum causae ad s. C. hisce conceptum est verbis: SSmus mandavit ut causa proponatur oeconomice *) in s. C. Concilii, exquisito prius voto tam Theologi quam canouistae et cum animadversionibus defensoris matrimonii.

In Benedictina vero constitntione *Dei Misceratione* ordinatur speciali ss. Pontificis commissione opus esse ad cognosceudum de dispensatione. Certiorem hac de re feci R. P. D. Secretarium ad hoc ut, si Episcopi votis favere vellet, a SSmo D. N. commissionem impetrare dignaretnr: relatione facta commissio benigne concessa est per rescriptum diei 12. Julii 1847. Pro hac vero dispeusatione seu ad hoc, ut ss. Pontifex extraordinarinm actum exerceat supremae snae potestatis, non satis esset primum extremum scilicet nt concurrerent causae graves vehementes, urgentes et eas sane concurrere Episcopus testatur. Sed insuper opus esset et quidem potissime, altero extremo scilicet certitudine matrimoninm non fuisse consumatum. Si enim haec certitudo non haberetur, locus esse non posset dispensationi, quia (sunt verba s. C. e. g. in *Valentina Matrimonii* 24. Martii) horum de dispensatione judiciorum fundamentnm et basis universa est, nt primo et manifesto constet de matrimonio non consummato: aliter in quocumque dubio tanquam de re interdicta et supra humanam potestatem posita canones non loqunntur. Ad certitudinem hanc assequendam requireretur de jure exploratio virginitatis per matronas providas et honestas bonae opinionis fide dignas et expertas in opere nuptiali, quae perhibeant testimonium mulierem postea iuspectam esse adhuc virginem. Sed pudorem et verecundiam puellae, Episcopns ait, impedimento esse, quominus exploratio fiat. Una tantum affertur probatio, scilicet confessio conjugum, se non consumasse: et hanc confessionem per se solam valere laudatus Episcopus ait, quia eam coadjnvat septima manus propinquorum, insuper coadjuvaut cunctae rei circumstantiae.

Sed mihi ex officio incumbit necessitas nounulla animadverteudi ex adverso. Principio utriusque conjugis notare oportet unionem et disunionem, concordiam et discordiam: discordes in matrimonio servando, et adeo discordes, ut jam facta per judicum seutentiam separatione quoad thorum, non vi vorrebbe meno che un miracolo vir dicat, per riunirci: concordes autem in hac fovenda causa pro dissolutione matrimonii: porro s. m. Benedictus XIV. in exordio constitutionis *Dei miseratione* monet judices cavere et valde cavere, quando ambo conjuges in unum conspirant contra matrimonium. Tum ambo cohabitarunt et per plures noctes simul condormierunt in eodem lecto, sive in prima vice post contractum matrimonium sive in altera, quando mulier, valetudine recuperata

*) Vd. *p. 526.*

redditum fecit in domum viri. Ad hoc praesumtio consummationis quae de jure oritur ex hac condormitione valde increscit et vehementissima fit ex morbo viri, discrasia scrofolosa, quae uti notum est in medicina acrem parit sagacitatem et idcirco duo Medici Veronenses, qui virum de illo morbo curaverunt, testati sunt: che siccome scrofoloso, ha somo bisogno di moglie. Insuper augetur eadem praesumptio ex eo, quod cohabitatio et condormitio quae post 3 aut 4 noctes a contracto matrimonio suspensa fuerat, ob mulieris infirmitatem, quae idcirco Vicentiam remeaverat ad patrios lares, deinde post tres circiter menses redintegrata fuit et mulier e Vicentia iterum licet invita Veronam petiit ad maritale consortium. Accedit silentium et serotina reclamatio: a can.: *I. tit. XV. lib. IV. Decretal.* tunc audiri mulierem permittitur querentem et clamantem, se cum viro coire non potuisse, quando statim, in ipsa novitate post meusem aut duos ad Episcopum aut ejus missum proclamavit, et hic mulier per sex circiter menses tacuit.

Et ita pro meo officio et salvo etc.

Aloysius Adv. Cannoni Matrim. Deputat.

Contin. Veronen. et Vicentina.

Quum Episcopus Veronensis hujusmodi instructiones unacum s. Ordinis resolutione a nobis accepisset, mox egit ut mulier ad illarum tramites inspectioni subjiceretur, quo in experimento virgo et integra ea reperta fuit, uti patet ex unanimi et jurata obstetricum relatione, quam simul cum processus supplemento transmisit laudatus Episcopus, preces enixas ingeminando ad exoptatam saltem dispensationem obtinendam.

Haec omuia cum fuerint ad matrimonii defensorem de more delata, iis desuper ille animadversiones exaravit, quae proxime sequuntur quaeque plura continent, ad plenam rei notitiam ingerendam, necessaria et opportuna. Attenta interim definitiva primi dubii solutione reliquum est ut EE. VV. perpensis tum iis quae in citato folio diei 7. Augusti iterum perlegendo late tradita sunt, tum iis quae uoviter deducuntur, ex inspectione resultantibus alterum resolvant

D u b i u m:

An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 29. Januar. 1848.

Continuatio.

Animadversiones defensoris matrimonii.

Quaestio erat coram s. Congregatione Concilii, an constaret de nullitate matrimonii quod die 21. Maji 1843 secum in faciem ecclesiae contraxerant Franciscus Boari e Verona et Maria Bellati.

Et posito quod non constaret, an consulendum esset SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consumati, s. Congregatio die 7. Augusti 1847 respondit

ad I.: Non constare de nullitate.

Ad II.: Dilata *et fiat inspectio corporis mulieris per instructionem a defensore matrimonii ex officio dandam.* In executionem mandatorum instructio data fuit ab infrascripto defensore matrimonii et data fuit ad formam ordinariae methodi, quam tenere solet s. Congregatio, prout constat ex duabus ultimis exemplis, quae resumpta sunt ex Cancellaria, seu potius data fuit ad formam canonum *VI. et VII. lib. IV. decretal.*, ubi ordinatur inspectionem faciendam esse *a matronis bonae opinionis fide dignis ac expertis in opere nuptiali.* Eaque transmissa fuit a s. Congregatione ad Rmum P. D. Episcopum qui mulieris inspectionem fieri curavit; eaque peracta die 13. Dec. 1847 biduo post eam misit ad s. Congregat. unacum suis literis, quae ita se habent:

Mandatis s. Congregationis ea qua par erat reverentia obsecutus ad normam instructionis mihi per literas 7. Augusti p. e. transmissae et in omnibus et per omnia adamussim servatae inspectionem corporis Mariae Bellati gratis fieri mandavi et praesentibus personis a me specialiter ad hunc finem et prout in instructione praedicta deputatis necnon defensore matrimonii alias electo, die 13. Dec., ut ex instituto processu, quem hisce literis sapientiae Eminent. Patrum subjicio, res feliciter Deo juvante confecta est. Reliquum est ut nunc Emos Patres orem euixius et obsecrem, ut humillimis precibus alias oblatis obsecundare et SSmo Dno Nostro Pontifici Maximo supplicare digneutur pro dispensatione matrimonii rati et non consumati. Haec omuia ex s. Congregatione nunc transmissa sunt ad me cum rescripto:

Audiatur defensor matrimonii et deinde reproponatur in folio.

Neque in facto neque in jure quidquam mihi restat exponendum. *Non in facto,* nam quidquid erat facti, totum enucleatum fuit a me in prima propositione hujus causae, cujus folium resumi oportet, quia late ibi patent unita argumenta quae evincunt matrimonium fuisse et esse validum et simul fuisse consumatum; *non in jure*, quia quidquid erat juris ibi pariter fuit notatum Tum processus de inspectione mulieris, qui nunc primum producitur, nihil matrimonio obesse videtur, quia etsi confectus fuerit ad formam traditae instructionis scilicet per tres obstetrices, cum adsistentia matronae, tamen fallax per se solum est virginitatis experimentum. Et rationem afferunt ipsi canones, qui ordinant inspectionem, quia scilicet, uti dicitur in *can.: Nec aliqua 24. caus. 27. quaest. 1.: nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi, quod et inspici et probari possit, an virgo sit; cum et manus obstetricum et oculi saepe fallantur.* Et in *cap.: Causam matrimonii 14. de probation.: saepe manus fallitur et oculi obstetricum.* Et ingens est copia causarum, in quibus iuspectio virginitatis habita est uti fallax, hujus argumentum *ex. gr. Rot. in dec. 30. dec. 14. post Zachiam. s. Congregatio in Asten. Matrimonii 2. Martii 1776.* Sed hic forte aliquis dicet, si fallax est inspectio, eccur ergo eam canones ordinant? Cui responsio in promptu est, quia cum inspectio sit simplex adminiculum, sit simplex veritatis vestigium si non juvat per se sola ad veritatem in re tam abstrusa et recondita, qualis est investigatio virginitatis, inveniendam juvat unita aliis probationibus et sane in dictis locis ubi ea ordinabatur aliae copiosae concurrebant legitimae probationes. At in hoc casu vel aliae probationes legitimae desunt, vel si quae sint eas vel nihili vel parvi haberi oportere demonstratum est in animadversionibus primae propositionis. Caeterum officium meum pro validitate matrimonii nunc in tuto, quia cum semper pro validitate standum est valliditas habet adsistentiam juris pro se, tum potissimum quando prout contingit in hac secunda propositione causae nemo contradictor sive Theologus sit sive Canonista, uti in prima accidit, qui pro viribus pugnent contra matrimonium. Et quamquam ex adverso essent, qui clare apperteque demonstrarent matrimonium non fuisse consummatum et ita verificari primum pro dispensatione extremum, alterum tamen judicibus restaret extremum, profunda meditatione ponderandum, scilicet an circumstantiae rerum, locorum, temporum, personarum permittant separationem conjugum tantummodo quoad thorum, hoc est separationem temporalem, quam quidem ipsi jam obtinuerunt a judicibus laicis, seu potius exigant perpetuam separationem quoad vinculum, quod est jure ordinario indissolubile; ad quam quidem concedendam ss. Pontifex non aliter sese determinat et ita extraordinariissimum actum exercet supremae potestatis, quam ubi graves uti doctores tradunt et s. Congregatio docet urgentes vehementes causae concurrant.

Atque ita ex officio etc. salvo etc.

Aloysius Adr. Jannoni,
Matrim. Deput.

Ab anno 1860 mutuo ardebant amore Livius et Caja; dein futuri matrimonii fidem ad invicem satis spopondisse videntur, neque turpia commercia postea defuerunt, ita ut Caja prolem conceperit, quamvis id initio occultum remanserit.

Caja denique in domo cum degeret materterae, in crimine cum Livio est deprehensa. Namque matertera, quae ejusmodi commercia apprime suspicata fuerat, quadam die Cajae ait, se e domo abscedere, redituram postridie. Aderat quidem eadem in domo vir materterae, sed lecto decumbebat pede laborans. Hac absentiae occasione arrepta Caja et Livius nocte intercedente condormire conveneruut, prout reapse factum est.

Verum accidit, ut matertera nocte diei ejusdem quo abscesserat rediret unacum fratre suo Antonio. Antonius primus fuit qui sponsos in lecto decumbentes inopinato reperiit, quo clamores excitante statim adfuit ejus soror et dein hujus vir licet pede impeditus et proprio baculo substentatus. Livius, ut clamores reprehensiouesque sedaret, silentio indicto, ait, si malum patraverit se luere poenam esse paratum.

Iuter strepitus, minas et imprecationes vir materterae quamdam supellectilem suo baculo iratus percutiens, manum suae uxoris inconsulto laesit.

Consilium interea propositum fuit accersendi parochum ut matrimonio assisteret et hac ratione Livius invitus poenam lueret.

Quamvis hoc Consilium Livio non multum arriserit, tamen ipse postea consentiens ait, se non posse ea ipsa nocte domum suam ducere Cajam ne familiam perturbaret: monuit autem, re silentio interea obtecta, paucos post dies Cajam familiae suae domum esse ducturum.

Itaque licet hora esset undecima noctis matertera ad vocandum parochum exiit eumque rogavit dicens: quendam aegrotum domi se habere, qui extrema sacri olei unctione indigeret: accurrit parochus comitante matertera alioque viro. Quibus domum ingressis matertera tum Livium tum Cajam indigitans, *hic est aegrotus*, ait, *haec est aegrota*: cui parochus, *quid hoc? hoc est*, subjunxit illa, *te matrimonio nunc ineundo benedicere debere.*

Id reprobavit parochus; sed audita rerum enarratione, insistente matertera ut sponsi genuflecterent eaque quodammodo suggerente quid facere sponsi deberent, sponsus accepta manu sponsae verba contractus protulit et mulier vicissim.

Parochus quamvis rem non recte gestam haud laudarit, tamen gestam esse edixit.

Post haec, quadam animorum non sine poculis facta recreatione, Caja domi mansit et in eadem post duos vel tres dies iterum a Livio tanquam uxor cognita fuit; sed postea neque Cajam in suam familiam duxit neque in uxorem habere voluit. Conquerebatur enim de hactenus descripta agendi ratione; et quod magis est, dubitatio mota est, an verba contractus prolata a sponsis fuerint necne praesentis vel futuri matrimonii.

Livius et alter vir qui parochum est concomitatus haec deposuerunt. Prior fassus est se non quidem genuflexum (non enim sponsi matertera insistente genuflexi sunt, sed prope consederunt), sed sedentem dixisse: *igitur erit mea uxor:* et Cajam subjunxisse: *hic erit meus maritus.* Alter autem dictus vir testatus est: »se non vidisse an sponsi manum ad invicem dederint, quod ipsos non aspiceret: tantum se proferre audivisse Antonium dicentem: *igitur haec erit mea uxor:* et Cajam subjungentem: *hic erit meus maritus.* Bene se intellexisse ait verba a sponsis prolata, quamvis nullum signum dederit quo se intellexisse deprehenderetur: se de matrimonii validitate dubitasse ex unica ratione quod parochus nulla verba protulerit prout contingit in matrimonio rite ineundo.«

His tamen depositionibus adversabatur confessio Cajae et testimonium trium aliorum qui praesentes aderant: hi enim omnes unanimiter testati sunt, Livium dixisse: *haec est mea uxor:* et Cajam: *hic est meus maritus.* Omnes praeterea matrimonium tamquam perfectum existimasse, non excluso Livio, qui deinde suis amicis fateri non dubitavit, se aliis illudere existimasse et tamen illusum mansisse in rete detentum.

Parochus autem testatus est, se eo temporis momento rem ut confectam sine dubio habuisse et sequentibus diebus in eadem mente permansisse, prout ipse aliis enarraverat; »tamen *se nunc ancipitem esse, in asserendo, an Livius dixerit: haec est mea uxor* vel potius: *haec erit mea uxor:* certum se esse in eo momento putasse Livium dixisse: *haec est mea uxor;* Cajam autem absque dubio subjunxisse: *hic est meus maritus.*« Ejusmodi autem dubitatio in parochi mentem subiit, postquam locutus est cum Livio alteroque dicto viro. Vir tamen hic tamquam mendax publice habebatur.

Haec omnia ex actis in Curia episcopali rite confectis juxta Benedictinam Const. *Dei miseratione.*

Cum autem Curia episcopalis a sententia ferenda super hac causa ob politicas vicissitudines abstinuerit, Caja, quae pro matrimonii validitate agebat, a SSmo D. N. obtinuit ut causa in prima instantia et oeconomice*) definiretur in s. Congregatione Concilii.

Post hanc simplicem factorum enarrationem disceptatio, quamvis synoptica fastidium Lectori crearet, a qua proinde referenda abstinemus.

D u b i u m:

An constet de validitate matrimonii in casu?

Sacra Congregatio Concilii die 25. Maji 1867 respondere censuit: *Affirmative.*

Ex quibus colliges:

I. Ex duplici capite potuisse hujus matrimonii valorem impugnari ex passa coactione et ex explicito defectu consensus.

II. Neque primum neque alterum verificari: namque coactioni justae quamvis injusto modo illatae ultro Livium sese accommodasse constabat: consensum sufficientem

*) Vd. *p. 526.*

emisisse per verba, quae praesentem matrimonii contractum conficerent.

III. Quare in praesenti casu locum principium illud habere: *multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint, roboris obtinent firmitatem.*

II. Defectus.

(Matrimonium non constat.)

Vd. p. 694. III.; p. 703. VII.

Lauretana.

(Defectus consensus et testis, paroch. alienus)

(Conc. Tr. c. 7. s. 24. de ref. Matr.)

Antonius Maria Biglieni 6 aut 7 abhinc annis matrimonium contraxit coram parocho Montis Luponi cum quadam muliere theutonica, quae appellatur Anna Margarita Ufrenin, eademque adhuc vivente aliud matrimonium die 19. Febr. 1724 contraxit hic in urbe cum Catharina Galli Praenestina coram parocho s. Laurentii in Lucina, cumque praedicta Anna Margarita non solum tempore contracti secundi matrimonii sed etiam de praesenti sit in humanis, disputandum in praesenti proponitur dubium: *An matrimonium cum ea contractum fuerit nullum?* A Tribunali etenim, in quo pendet causa super praetensa Poligamia remissa fuit cognitio articuli super validitate primi matrimonii ad hanc s. Congregationem, juxta praxim alias habitam in consimili *Causa Bovinen. Matrim. 7. Sept.* et 18. ejusdem mensis 1697.

Contendit autem Antonius Maria Biglienus praedictum matrimonium fuisse nullum, tum quia Anna Margarita coram parocho proprio non expressit consensum, et quod caput est, nec ipse coram eodem parocho potuit verba proferre perfecte indicantia, se praedictam mulierem ducere in uxorem, ex quo statim ac loqui incoepit, parochus aufugit, uti desumitur ex ipsius Antonii Mariae judiciali depositione.

Accedit, quod Nicolaus Scaramuccia alter ex testibus matrimonii mansit extra ecclesiam Montis Luponi, in qua illud contractum fuit, itaut in sua depositione judiciali asseruit, se nescivisse cur praedicti vir et mulier ecclesiam ingressi fuerint et quaenam verba coram parocho protulerint.

Et demum pro conjectura invaliditatis matrimonii affert, *quod illud non fuit adnotatum a parocho in libro matrimoniorum, quod utique facere non omisisset, si illud pro valido habuisset.*

Ecóntra Anna Margarita inquit non esse dubitandum de validitate matrimonii, tum quia tam ipsa quam Antonius mutuum de praesenti expresserunt consensum coram parocho et testibus, ut ipsa deponit in sua attestatione judiciali, tum quia Nicolaus Gattafonus alter ex testibus matrimonialibus formiter examinatus deponit, se fuisse matrimonio praesentem et audivisse verba mutuum consensum exprimentia et dicere videtur huic actui fuisse etiam praesentem Nicolaum Scaramucciam alterum testem, qui, uti vidimus, inquit, se mansisse extra ecclesiam et verba contrahentium non audivisse.

Additur, quod post contractum hoc matrimonium vir et mulier, qui statim a Terra Montis Luponi reversi sunt ad terram Montis Cassarii, a qua discesserant, plurium annorum spatio se tanquam conjuges tractaverunt et uti tales habiti fuerunt ab omnibus uti colligitur ex testibus examinatis, quorum nonnulli ulterius dicunt, se audivisse a parocho Montis Luponi, qui tempore examinis mortuus erat, quod ipse eosdem matrimonialiter conjunxerat; cumque Antonius post nonnullorum annorum intervallum accesserit ad urbem, ut in ea suo more artem exerceret, exhibentur a muliere epistolae sibi scriptae, quibus eam agnoscere videtur in suam uxorem.

Haec sunt, quae ab utraque parte proponuntur, sed alea incerta, itaut major profecto controversia constituenda videatur in hoc, quod Antonius, qui est civis Lauretanus, quique captus amore Annae Margaritae modo ad urbem Maceratensem, modo ad Montem sanctum perrexerat et paucis diebus in illis versatus fuerat, spatio tandem dnorum mensium unacum dicta Anna Margarita habitavit in loco Montis Casarii, a quo post parochi admonitiones de contrahendo cum Margarita matrimonio et praevisas difficultates de probando statu libero ejusdem, cum ex improviso discesserit et unacum memoratis duobus testibus accesserit ad terram Montis Luponi et coram parocho hujus loci, doctrinam christianam pueros edocente, matrimonium ex improviso pariter contraxerit et statim reversus fuerit ad terram Montis Casarii, in qua plurium annorum spatio cum dicta Margarita cohabitavit, ex his inferri posse videtur ad nullitatem matrimonii, cum pro validitate matrimonii necesse sit, ut illud contrahatur coram proprio parocho sive Viri sive mulieris juxta *cap. 1. sess. 24. de ref.*

matrim. et proprius alterntrius ex contrahentibus dici non potuerit parochus Montis Euponi, juxta celebrem resolutiouem hujus s. Cougregationis in *Romana 22. Febr. 1631*, ibi: *Sacra etc. censuit dandam esse declarationem in abstracto in forma sequenti. Vir et mulier a loco suae habitationis absque animo illam relinquendi discedentes et ad locum alterius parochiae solo animo illic matrimonium celebrandi, non autem domicilium contrahendi, se transferentes, ubi coram parocho illius loci matrimonium inter se contraxerunt*, supplicatur per sacram Congregatiouem declarari: *an hujusmodi matrimonium sit nullum vel validum?* Die 22. Febr. 1631 sacra etc. secundum ea, quae proponuntur, censuit: Esse nullum. Et concordant aliae resolntiones a me collectae et impressae post folium Congregationis habitae die 22. Febr. 1723 occasione famigeratae causae Caesenaten. seu Forolivien. matrimonii contracti in civitate Forolivieusi a viro et muliere Caesenateusibns, qui ad effectum illud contrahendi Caesena discesserant et Forolivium petierant, in quantnm mulier ante matrimonium solemniter declaravit, se domicilinm eligere in civitate Forolivieusi, qnod etiam fieri posse ab ipsa existimatum fuit, cum avia materna esset dictae mnlieris tutrix et curatrix et haec in civitate Forolivieusi habitaret.

Conclusio admittitur a scribente pro Joanna Margarita, sed dicitur eam non esse hypothesi applicabilem, ex quo vir et mnlier erant vagi et absolnte et simpliciter vagi*) contrahere possunt matrimouinm coram parocho illins loci, in quo actn versautur, nti late probant *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 25. n. 11.*, *Barbos. de offic. et potest. parochi part. 2. cap. 21. n. 89.*, *Cabbasut. in theor. et prax. juris canon. lib. 3. cap. 26. n. 4.*, *Pirhingh. ad lib. 4. decretal. tit. de clandestina desponsatione n. 19.*, *Schmalzgrueber ad eundem titulum n. 162. et pluribus seqq.*, quod procedit etiamsi alter tantum ex contrahentibus sit vagus, uti bene ponderat *Sanchez loco cit. n. 14. et 15.* et sequitur *Barbos. in collectaneis ad Concil. Trid. sess. 24. de ref. matrimon. cap. 7.* Non urgente, qnod idem Coucilium hoc eodem cap. 7. praescribat, qnod parochi matrimoniis vagorum nou assistent, nisi praemissa diligenti inquisitione et re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtiuerint, cum etenim Concilium in hoc cap. 7. uon ntatur decreto irritante, sicuti usum fuerat in cap. 1., in quo praesentiam parochi et 2 testium in nuoqnoqne matrimonio praescripserat, hinc est, validum habendum esse semper matrimonium vagorum, etiamsi nou fuerint observata ea, quae statuta fuernnt a Concilio in citato cap. 7., uti *textus in cap. ex literis il. 2. in fine de matrim. contracto contra Interdictum ecclesiae* et lato prosequuntur *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 25. n. 8.*, *Anaclet. ad tit. decretal. de clandestina desponsatione n. 95.*

Puncto ergo redacto ad examen: utrum ambo contrahentes vel alter saltem ex eis inter vagos haberi debuerint scribeus pro Anna Margarita inquit Antonium fuisse vagum, quia, licet natus esset in civitate Laureti, modo tamen unum locum modo alium petebat, ut sutoriam in eo artem exerceret et quatenus Antonius pro vago haberi non posset, subdit Annam Margaritam semper pro vaga haberi debuisse, cnm mulier haec theutonica ad Aedem b. V. M. Lauretanae devenerit devotionis gratia nuacum quadam sua consanguinea, quae Laureti mortua est ipsaque aliquando in civitate Lauretana aliquando et quidem plurium anuorum spatio permauserit in civitate Forosemproniensi, aliqnando in civitate Maceratensi in famulatu unius aut alterius nobilis matronae, stuprumque passa ab Antonio aliquando moram traxerit in Monte sancto, aliquando in Monte Casario, qnod satis esse dicitur, ut ipsa pro vaga haberi debeat.

Scribens e contra pro Antonio inquit, nec ipsum nec Annam Margaritam vagos fuisse, cum duobus mensibus ante matrimoninm contractum habitaverint tamquam vir et nxor in loco Montis Casarii et post matrimonium contractum in terra Montis Luponi statim reversi fuerint ad eumdem locum Montis Casari, in quo plurium anuorum spatio tamquam vir et uxor permanserunt et vagns et sine domicilio sit ille, qui proprio domicilio relicto iter facit, quaereus, ubi se sistat, juxta *textum in leg. ejus* §. *Celsus ff. ad Municipalem*, ibi: *Puto autem et hoc procedere posse, si quis domicilio**) *relicto naviget vel iter faciens quaerat quo se conferat atque ubi consistat; nam hunc puto sine domicilio esse vel ad summum illum qui nullibi certam et constantem sedem et domicilium vel quasi domicilium habet*, uti ponderant *Reginal. in praxi Fori eccles. lib. 1. n. 64.*, *Lessius de just. et jur. lib. 2. cap. 40. de voto disputat. 18. n. 121.*, *Pignatell. consult. 79. n. 34. t. 5.*

Uuo verbo, duo pro constituendo vago requiruntur, primum, nt domicilium deseruerit, secundum, qnod aliud non acquisiverit, qua de causa peregrini nou dicuntur vagi, quia nou deserunt domicilium, cum animum habeaut ad illnd redeundi, nti late ostendit *Rossignol. de matrim. par. 1. t. 6. contract. 15. pracnot. 22. n. 4.*, cumque vir et mulier, de quibus nuuc agitur, domicilium vel quasi domicilium haberent in terra Montis Casarii hinc sequitur, neutrum ex illis vagum dici potnisse.

Haec sunt in causa; cumque jura circumferantur onus erit EE. VV. decernere:

An matrimonium sit nullum in casu?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 13. Julii 1725.

Camerinen.

Invaluerat in civitate Fabriani rumor de matrimouio quod die 4. Febr. 1760 inter Comitem Lndovicum de Vecchis et Franciscam Urbani ejus matris cubiculariam ferebatur contractum. Ratum illud fuisse parochus testabatur, irritum vero contendebat dictns Comes Ludovicus tum ex defectu consensus, cum per jocum nonnulla familiaria verba coram parocho protulisse contenderet, tum ex defectu formae, cum duo testes, qui aderant, nihil certi intellexerint,*) qnemadmodum in extrajudiciali depositione asseruerant. Hinc die 27. Junii 1761 3 dubia s. Congregatiouis proposita fuerunt:

I. *An constet de matrimonio?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit locus coactioni?*

III. *An sit locus subministrationi alimentorum et sumptuum litis in casu?*

Rescriptum fuit

Ad I.: Dilata et examinentur testes formiter.

Ad II.: Dilata.

Ad III.: Affirmative et ad D. Secretarium pro taxatione.

Peracto formali testium examine, cum eorum dicta contradictiones continerent nec satis clare explicarent substantialia facta et circumstantias hinc iu examine repetito die 11. Sept. 1762 necesse fuit, ut respondetur: Dilata et denuo examinentur testes formiter iu Urbe juxta instructionem et ad mentem.

Iuterea pertractata concordia Francisca consilium iniit claustralem vitam eligendi; Comes vero Ludovicus spopondit ei subministrare sumptns omnes ad hoc propositum exequendum, praeter annua scuta 3 qnoad viveret. Sed, renuente Episcopo eamdem Frauciscam ad habitum religiosum admittere, nisi s. Congregationis judicium accederet, oportuit idcirco die 28. Sept. 1765 alind dubium disputare:

*An liceat Franciscae professionem emittere in casu?**) Dubitatum autem tunc fuit, ntrnm matrimonium quatenus valide contractum foret dici posset consumatum, et EE. PP., ut omuia accuratius illustrarentur, nihil hac super re statuendum censnernnt, nisi expleto prius formali testium examine, quare rescripserunt: Dilata et in decretis snb die 11. Sept. 1726.

Traductis itaque ad urbem duobus testibus examiuati hi fuerunt coram Eminent. Pirellio s. hujus Congregationis tunc emeritissimo secretario, adstaute etiam matrimonii defensore. Nunc propterea instauratur disputatio eorumdem dubiorum, quae hactenus indecisa remauserunt.

Ad I. animadvertit Comes Ludovicus, Concilium Trid. *sess. 24. cap. 1. de reform.* non alia de causa 2 vel 3 testium praesentiam in matrimoniis celebrandis praescripsisse, quam ut de matrimonio certo constaret, idque a testibus posset affirmari. Hinc infert ex theologorum et canonistarum opinione testes matrimonii nou tantum materialiter et physice praesentes esse debere, sed etiam moraliter et humane, ita nimirum, ut mutuum contrahentium consensum percipiant atque intelligant.

His praemissis coustare dicit ex apertissimis testium depositionibus juramento firmatis, ipsos minima audivisse verba a contrahentibus prolata, quamvis eodem in cubiculo manerent. Testium autem juramento deferendum omnino esse, cum agatur de re quae ab animo pendet et aliis nequit innotescere, *Cyriac. Controv. 245. n. 30.*, *Rot.*

*) Vd. *Matrimon., domicilium vagorum.*

*) Vd. *Domicilium.*

*) Vd. *p. 644: Taurinen.*

*) Vd. *Professio mulieris.*

coram Buratt. dec. 279. n. 12. et *dec. 876. n. 13. cor. Ansaldo*, maxime quia juramentum ab iis emittitur, quorum nihil interest, matrimonium vel firmum vel nullum declarari, *Zypaeus lib. 4. de spons. et matrim. consultat. canon. 3. n. I., Ursaya discept. eccles. t. 8. pag. 1., discept. 14. n. 60. et 62.*

Inverosimile autem non esse testes licet in eodem cubiculo existentes contrahentium verba non audivisse. Advertit enim, eos minime fuisse rogatos, ut matrimonio adesent, atque idcirco intentos haud esse debuisse verbis ab aliis prolatis; parochum vero seorsim accitum fuisse ad nonnullorum passuum distantiam: contrahentes demum versos in parochum istique proximos fuisse loquutos.

Negat praeterea, testes affectare, se non audivisse et non intellexisse verba contrahentium. Affectationem quippe tunc solum admitti, quando ipsi in causa fuissent, ne verba audirent, ut intelligerent, obstrnendo anres, aufugiendo vel alind qnid simile peragendo, ut notat *Benedict. XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. 23. § 10.* Horum autem nihil a testibus actum fuisse et quatenus etiam aliquid ejusmodi egissent, nihilominus non censeri probatum contractum matrimonii, nam ea, qnae de parocho affectante non intelligere disponit Concil. Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref.*, trahi non possint etiam ad testes, *Constantin. adnotat. ad vot. 525. n. 162. et seq. t. 3. edit. Venet. 1759.*

Nec obesse, quod testes vix prolatis a parocho verbis illis »in faciem ecclesiae« intellexerint, mutuum intervenisse consensum contrahentium. Respondet enim consensum deprehendi non posse nisi ex ipsorum contrahentium verbis aut signis, *Leuren. For. canon. lib. 4. tit. 3. quaest. 153. n. 2., Giribal. oper. moral. t. 3. tract. 10. cap. 7. dub. 12. n. 92., Clericat. de matrim. dec. 35. n. 21.*, non ex illatione a verbis alterius edncta.

Eo vel magis, quia testium praesentia non ad solam matrimonii probationem praescripta fuit, sed etiam ad illius formam. *Clericat. loc. cit., Rot. in Florentina**) *Matrimonii dec. 657. n. 1.* et in *Vicentina Matrimonii dec. 308. n. I. cor. Dunozet. Sen.* Et propterea mutuum consensum contraheutium non per aequipollens, sed in forma specifica percipi a testibns debuisse, *Ursaya t. 1. par. 12. disceptat. 2. n. 140.*, et intervenisse oportere ipso tempore, quo actus in esse producebatur, *Clericat. loc. cit., Just. de dispensat. matrim. lib. 2. cap. 10. n. 100.* Concludit proinde nullam habendam esse ratiouem de testibus matrimonii, quippe qui non ex contrahentium verbis sed ex illis parochi mutuum consensum perceperuut, neque eo temporis puncto, quo illum contrahentes praestiterunt, sed longe post, ut examine affirmarunt.

Advertit denique, frustra in praesenti controversia allegari regulam illam, quod in dnbio standum sit pro matrimonio. Hanc enim regulam locum habere putat in dubio juris, non antem iu dubio facti, *Ursaya t. 2. par. 2. disc. 1. n. 68*, *Oliver. de nullit. matrim. part. 3. fol. 77.*, *Rot. dec. 227. n. 5. cor. Tanar.* Neque procedere, quando matrimonium fuit claudestine contractum contra formam a Concilio traditam; nam hoc notabilem habet contra se suspicioneu, *Ursaya t. 3. part. 1. disc. 1. § 9. n. 19.*, *Monacell. Formul. For. eccl. tom. 2. tit. 16. form. 2. n. 28.*

De II. dnbio nihil dicit, cum a definitione primi dependeat de secuudo judiciuu.

Quoad III. ea repetit, quae iu praecedentibus scriptis anni 1755 deducta fuerunt atque in folio ejus anni recensentur. Addit tamen, ex novissimo formali testium examine in Urbe expleto manifestum fieri negativam, ut vocant, coarctatam, consummationis matrimonii exclusivam. Ex eo enim colligi sustinet, Franciscam post tentatum clandestinum matrimoninm per paucas horas in domo Comitis Ludovici permansisse et hoc quidem tempore 2 testes fuisse praesentes, excepto dumtaxat modico intervallo *d'un miserere incirca*, quo tameu Comes Ludovicus iu cubiculo matris moratus est. Postquam vero testes abierunt, permaneute adhuc Comite Ludovico in eodem matris cubiculo, Franciscam fugam arripuisse. Ex his autem necessario sequi, carnalem copulam fuisse impossibilem.

Defensor vero matrimonii ad I. dubium contendit, praesumi non posse, quod testes contrahentium verba non audierunt. Advertit, ipsos in eodem angusto cubiculo fuisse versatos, a contrahentibus insuper expressa fuisse verba »con alta, e chiara voce« ac demum ex iis, quae videruut et audierunt, atque ex facto ipso rebusque gestis, intellexisse consensum matrimonio praestitum.

*) Vd. *p. 661.*

Matrimonii perfectionem etiam post decretum Concilii Trid. haberi ex mutno contrahentium consensu per parochum et testes praesentes quomodolibet percepto et intellecto, *Boss. de matrim. cap. 3. § 17. n. 47., Rot. in Majoricen. Matrimonii 3. Julii 1748 § 6. cor. Canilliac.* Per hanc qualemcumque consensus perceptionem certam haberi et snfficientem matrimonii probationem ac proinde abunde satisfieri menti et dispositioni Concilii, *Novar. lib. 4. de clandest. despons. consil. 11., Leuren. lib. 4. eod. tit. quaest. 53. n. 2., Bened. XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. 23. n. 10. in fin.* Nec aliter doceri a doctoribus ab altera parte adductis.

Advertit etiam, hic agi de testibus qni virum et mulierem ambos sibi notos videbant atque cognoscebant, quique praeterea, etsi verba ab ipsis prolata uon andivissent, re tameu ipsa intelligere debuerunt quid actum fuerit. Monet deuique, plenam habendam esse fidem parocho, qui de matrimonio coram se et testibus contracto testatur, *Gratian. disc. 481. n. 8., Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 41., Ursaya discep. 2. n. 43. et seq.*

Secundo dubio praetermisso ad III. animadvertendum proponit, Franciscam die 7. Decb. 1760 epistolam dedisse suo in Urbe procuratori, iu qua jurejurando interposito apertissime professa est matrimonium eadem die fuisse consummatum. Hujusmodi idcirco confessionem posterioribus declaratiouibus resistere eique fidem minuere ad *text. in Leg. 2. ff. de testib.*

Concilium Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.* haec statuit: »Qui aliter, quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimouium contrahere attentabunt, eos s. synodus ad sic contrahendum omuino inhabiles reddit et hujusmodi contractus irritos facit et anuullat.« Certum autem est parochi et testium praesentiam non corporalem dumtaxat esse oportere sed etiam moralem, itaut sciant et intelligant quid agatur et ut ipsius parochi et testium praesentium depositione matrimouium probari possit, atque hoc pacto malis occurratur ex matrimonio clandestino metuendis.

Ponderandum est itaque, an testium praesentia in casu, de quo agitur, talis habeatur, qualis ad contractum matrimouii requiritur. Quamvis enim illi die 6. Febr. 1760 affirmaverint: »Partissimo auche noi senza sapere cosa fosse, siccome non lo sappiamo neppur oggi, a riserva di alcune ciarle, che si fauno per la citta«, nihilominus in epistolis ad propriae conscientiae exonerationem postea scriptis et in formali examine aliter rem se habuisse declararunt. Nam P. Paulus Stufa inter caetera ita dixit: »Avendo inteso il Curato, che disse quelle parole in faciem ecclesiae, io capii che si fossero spolati«, deinde dixit Franciscae: »Sei trista, l'hai fatta stá forte, che è fatto.«

Inspectio itaque erit an sufficiat, quod testes, etsi non intellixerint verba, quibus contrahentes mutuum consensum interposuernut, perceperint tamen ex circumstantiis atque ex facto ipso rebusque gestis, illos praestitisse consensum in matrimonium vel potius necesse sit, ut consensus *praecise et in forma specifica* a testibus percipiatur et iutelligatur; quod est praesentis inspectionis subjectum.

Vulgatissima res est ac firmissima ss. canonum et ecclesiae doctrina, posse quemlibet ex conjugibus a matrimonio tantum rato et non consnmmato resilire, ut statum regularem amplectatur, *Alexand. III. in cap.: Ex parte 14. de convers. conjug., Concil. Trid. sess. 24. can. 6. de matrimon.*, idque procedere altero etiam conjuge invito ac repugnaute, d. *cap. Verum de convers. conjug.*

Quamvis autem super non sequuta matrimonii consummatione haud ita facile deferri solet conjugum assertionibus, quoties utrique ad alias nuptias trausire contendunt, nihilominus quando alter ex conjugibus perpetuam agere vitam iu mouasterio desiderat ejus assertioni non inmerito fides adhibetur, *gloss. in cap. 1.* verbo: *Probari de frigid.* cum praesumi non possit ipsum dimittendo conjugem velle per falsitates et mendacia Deo se vovere, *canon. 2. caus. 33. quaest. 1., Innocent. in d. cap. 1. de frigid., de just. de dispensat. lib. 2. cap. 14. n. 107.*

Quoniam vero Francisca jurejurando prius asseruit, se cognitam fuisse a Comite Ludovico, postea contrarium pluries affirmavit pari interposito juramento, hinc inqnirendum erit an priori potius vel posteriori ejus assertioni sit deferendum. Notandum tamen Franciscam matrimonii consumationem negasse a die 18. Maji 1760, scilicet octo fere mensibus antequam a suo Urbis procuratore instrueretur. Hanc antem negotionem iterum

juramento confirmasse 1764 coram notario et testibus. Asseruisse praeterea consumationem in epistola scripta ad petitionem et instigationem sui procuratoris. Illam secundum testes esse admodum improbabilem. Ac denique Comitem Ludovicum illam excludere suo juramento.

Quandoque ubi actum est de consumatione matrimonii, praeter juramentum conjugum, demandata fuit inspectio corporis*) mulieris, ut inter caetera contigit in *Neapolitana Matrimonii 11. Apr. 1761* in qua pariter quaestio erat de matrimonio rato et non consumato ad effectum ingrediendi religionem. Graviores ibi aderant circumstantiae et eae praecipue quod conjuges simul condormierant actumque conjugalem absolvere tentaverant, quae sane juris praesumptionem de sequuta copula inducit. Verum in quadam Januen. apud *Ursayam t. 3. part. 2. disceptat. 21. n. 134. et seq.* inspectionem hanc minime necessariam s. Congregatio existimavit.

Sententia Episcopi quam pandidit in suis postremis literis diei 6. Febr. 1765 habetur in folio hujus causae die 24. Augusti ejusdem anni. Narrat ipse testes non audivisse verba ex quibus matrimonium induci contendebatur. Addit priorem mulieris declarationem de matrimonii consumatione extortam fuisse ab illius in Urbe defensore, alias vero Franciscam juramento etiam interposito contrarium affirmasse, matrimonii consumatione fuisse moraliter loquendo impossibilem. Concludit tandem petitam a muliere facultatem, qua admittatur ad regularem professionem, ex ejus sententia denegari non posse.

Operae pretium visum est, haec omnia recensere, ut sapientissimi Patres singulis expensis circumstantiis, prout res postulat, judicium proferant:

I. *An constet de matrimonio in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit locus coactioni in casu?*

III. *An liceat Franciscae professionem emittere in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative et amplius.

Ad II.: Provisum in I.

Ad III.: Provisum in I.

Die 4. Junii 1768.

*) Vd. *Impotentia; Inspectio corporis.*

Vertebat annus 1869, dies vero 15. Junii, quando in faciem ecclesiae initum fuit matrimonium inter Franciscum Oenopolam urbis I. dioecesis E. et Annam B. urbis M. quorum primus viginti sex, altera viginti quatuor annos attigerat.

Infausto sed vero sidere hujusmodi nuptiae conciliatae fuisse videntur; nam immediate post diversi sparsi fuere rumores de mutua conjugum aversione, de denegato ab uxore debito conjugali, deque ejus mentis perturbatione. Hac de re vir modo uni, modo alteri de tristi coujugio conquerebatur.

Parentes interea a sponso moniti, filiam conspicientes quasi mentecaptam, varias cum ea ad loca sacra peregrinationes aggressi sunt: ex quibus itineribus filiam aliquantisper recreatam, atque ipsa desiderante, sponso reddidere.

Verum morbo iterum ingravesceute iterum mulier ad lares paternos reducta fuit eamque parentes ad quemdam sibi consanguineum chirurgum miserunt, ut curaretur: de cujus tamen consilio post duos menses ad manicomium adducitur.

Interea temporis scilicet die 16. Maji 1870 Franciscus sponsus SSmo preces admovit, ut matrimonium a se cum Anna initum nullum declararetur; sin minus a vinculo matrimonii rati et non consummati dispensaretur ad eum finem ut novas nuptias conciliare valeret.

Acceptis precibus die 19. Septembris anni 1879 Episcopo mandatum datum fuit 1. ut tabulas processuales conficeret tum super matrimonio rato et non consummato, tum super causis dispensationis; 2. ut eas absolutas ad s. Congregationem transmitteret.

Maximopere curavit Episcopus ut processus institueretur ad tramites Benedictinae Constitutionis. Hinc eligitur matrimonii defensor eique juramentum defertur et tum conjugum tum septimae manus aliorumque testium examini fit locus.

Suppositus examini sponsus sub juramenti fide deposuit,

1. *se quamquam erga aliam personam inclinatum Annam tamen in uxorem duxisse suasionibus parentum suorum.*

2. Annam sibi revelasse ideo *sibi nupsisse erga quem nullum sentiret amorem, quia secus a patre fuisset trucidata*; occasione vero sponsalium coram parocho dixisse, libere se nupturam, quia pater aderat.

3. Scire eam erga alium amore captam, cum eoque inclinatam fuisse ad matrimonium ineundum.

4. Etiamsi debitum conjugale ab uxore saepius exquisiverit, illud tamen semper denegasse, inquiendo: *hoc nunquam faciam*; id vero contigisse etiamsi a prima nuptiarum nocte in eodem cubiculo dormierint, in lecto tamen separato.

5. Probare, se commercium carnale cum uxore numquam habuisse tum juramento, tum taedio quodam quo affici erga eam coepit ob quasdam quas in ea immunditias animadvertit.

Examini subjecta sponsa eique juramento delato est percontata:

1. an ante sex hebdomadas prius quam nuptias iniret melancholia laboraret, respondit: *nequaquam, sed sana fui et corpore et mente, donec de matrimonio cum Francisco ineundo tractari inciperetur.*

2. Sciscitata autem: num vera sint quae a marito affirmantur, scilicet in ipso nuptiarum die eam omnino mutam fuisse et nihil ad quaestiones respondisse, posthac saepius de lecto surrexisse et affirmasse, omnino sibi in Urbem M. esse redeundum, cum ibi malum aliquod acciderit; respondit: *Haec omnia in quantum recordor sunt verissima.*

3. Interrogata: utrum ante matrimonium cum Francisco initum cum alio aliquo viro familiariter conversata sit et an eidem nubere voluerit; respondi; *Affirmative; non tamen intimior quaedam relatio inter nos intercessit.*

4. Requisita: utrum marito ante nuptias detexerit, ipsam a matrimonio ineundo esse aversam, respondit: *Paucissima verba ante nuptias cum marito meo locuta sum, neque aliquid de illa aversione eidem detexi.*

Negavit autem se parocho dixisse, ideo consensum matrimonio dedisse, quia secus a parentibus occisa fuisset.

5. Interpellata autem: num die nuptiarum et postea pertinaciter debitum conjugale denegaverit et utrum maritus illud saepius, non obstante denegatione, petierit et an vi in illo petendo usus fuerit; num in eodem cubili et lecto cum viro noctes transegerit et quanto tempore et utrum matrimonium consummatum fuerit, respondit: *Debitum semper denegavi, quamvis vir id saepius etiam instanter, nulla tamen vi adhibita, petierit. In eodem cubili, sed in lectis distinctis dormivimus, idque cum aliquibus intervallis per duos quasi menses. Debitum autem potissimum denegavi ob aversionem erga matrimonium et virum.*

Interrogata de conditione sui corporis absolute respondit: *Virgo fui et sum nec abhorreo ab inspectione corporis mei.*

Percontata: utrum aliqua inclinatio erga virum ipsi insit et an ad eum rediret officiis uxoris functura respondit: *Nullo pacto ad virum, erga quem nullam sentio inclinationem, redire possum; immo contremisco toto corpore, quoties de hoc redditu cogito.* Addidit autem se nullum sentire desiderium aliud contrahendi matrimonium hoc dissoluto.

Subjectus examini parochus qui nuptiis benedixit ait: *In ipso actu copulationis Anna capite demisso, tristis oculos defixit. Ad solitas in hoc actu interrogationes nullum ab ea audivi responsum et solummodo facta tertia interrogatione eam vidi capite leviter annuere. Caeterum non dubitabam eam libere consensum dedisse.* Arbitrabatur vero parochus reconciliationem inter conjuges fore impossibilem sponsumque, si dispensatio denegaretur, ad Protestantium Sectam transiturum, ut novas nuptias contrahere posset.

Parentes utriusque conjugis et testes reliqui septimae manus testati sunt tum de aversione Annae a nuptiis cum Francisco ineundis tum de assensu ab ea praestito ad protractas et repetitas parentum cohortationes tum de ejus taciturnitate post praestitum assensum tum de ejus repugnantia in ipso matrimonio coram parocho ineundo, de ejus inter epulas moestitia, de nullo erga sponsum specialis dilectionis signo, de negatione debiti conjugalis, de filiae bona valetudine ante sponsalia inita cum Francisco, de quadam alienatione mentali sponsae tum post contractum matrimonium tum antea sed post contracta sponsalia, tum de impossibili conjugum reconciliatione; nam singuli omnia tentaverant, ut reconciliatio ad effectum deduceretur; at frustra.

Walburga tamen famula familiae Annae praeter relata testata insuper est: »Mater ut ego ipsa vidi et audivi non solum continuis persuasionibus movebat filiam, ut iniret has nuptias, sed etiam omnibus possibilibus opprobriis, immo et datis alapis urgebat resistentem. Quo non obstante filia mihi dixit: non possum contrahere hoc matrimonium. Tandem victa ut puto et coacta cessit e pugna.«

Praetereundum tamen non est, testes septimae manus*) utriusque partis fassos fuisse, Franciscum et Annam tali praeditos esse pietate, conscientia bonisque moribus, ut omnem fidem promereantur, atque ita in examine locutos fuisse ut nonnisi veritatem illos dixisse arbitrentur.

Interrogati testes alii deposuerunt, conjnges in epulis nuptialibus admodum indifferentes, imo frigide ad invicem se gessisse; alii vero, se nihil in eis contra morem solitum conspexisse, imo eos consaltasse dixerunt.

Peracto conjngum et testium examine ad tramites instructionis s. Congregationis Concilii anni 1840 tres deputatae fuerunt obstetrices, honesta matrona et duo in arte medica periti, ut inspectio corporis Annae fieret et referretur.

Peracta inspectione reperta sunt cetera virginitatis indicia, praeter hymen; quod medici fassi sunt destrui potuisse vel ex coitu saltem semel habito vel etiam alia de causa; Anna vero juridice interrogata, hujus defectus causam aliam sub juramento retulit praeter coitum sive cum sponso sive cum alio.

Processu ad s. Congregationem Concilii transmisso monitae sunt partes ut deputarent respectivum Procuratorem in Urbe ad sua jura defendenda. Cum vero Sanctissimo relatum fuerit de conjugum paupertate, benigne indulsit, ut causa oeconomice**) pertractaretnr cum voto theologi et canonistae, necnon animadversionibus defensoris matrimonii ex officio.

Atque praemissa brevi factorum narratione haec a theologo inquisita sunt:

1. An consensus ex parte mulieris fuerit revera vi metuque coactus.

2. An matrimonium in casu adhuc ratum tantum perseveret.

3. Tandem, an justae ac honestae adsint in themate causae ut consulendum sit SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati.

Quoad I. animadvertit, agi in themate de metu reverentiali; porro non quemcumqne metum reverentialem matrimonium irritum reddere, sed eum cui talia accedunt adjuncta, quae libertatem tollere possunt.

*) Vd. *Septima manus; Impotentia.*
**) Vd. *p. 526.*

»Non sufficere« inquit D. Alphonsus de Ligorio l. 6. tract. 6. de matrim. n. 1056., »puram reverentiam sed requiri ut adjungantur aut verbera aut minae aut timor alicujus gravis mali, puta odii, diuturnae indignationis etc.«

Advertendum tamen esse, importunas quoque et assiduas preces, potissimum quae a persona procedunt cui reverentia debetur, non secus ac vis et metus, consensus libertatem excludere ac nullum matrimonium reddere. Non quivis metus reverentialis inquit Lessius de just. et jur. lib. 2. cap. 17. censetur gravis, sed ingens vel si conjunctae sint minae vel timor malae tractationis vel preces importunae, id est vehementes et saepius repetitae; haec enim dum junguntur illi reverentiae quae superioribus deferri debet aequivalent metui gravi.«

Metus vero ejusmodi etiamsi talis debeat esse naturae, ut cadat in virum constantem, tamen pensandum esse in sensu relativo nemo non novit; quod enim viro forti periculisque assueto leve foret, alii meticuloso et mulieri praesertim intolerabile esse posset.

Qua de causa s. Rota R. coram Ludovisi dec. 326. n. 1. consultissime decernit: »Prudens judex non tenetur tantum examinare qualitatem metus et an adsit metus gravis vel levis et an concurrant minae et violentiae expressae vel deficiant sed magis magisque circumstantias et conditionem personarum tam inferentis quam patientis, si filius sit suavis ingenii, timidus et pusillanimis, honestis optimisque moribus praeditus, parentum voluntati vere subditus et metu patris simulatum contraxisse matrimonium exponat; tunc judex nullum et irritum hujusmodi matrimonium judicare debet, etiamsi paternae minae et violentiae expressae non interveneriut.«

Jam vero circumstantias antecedentes, concomitantes et consequentes demonstrare metum gravem intercessisse in nostro matrimonio facillime probavit theologus.

Quoad enim antecedentes circumstantias nullum esse potest dubium, ex relatione testium fide dignorum ipsorumque Annae parentum, eam has nuptias horruisse: *filia mea*, inquit pater, *neque de negotio sponsi aliquid audire neque generatim matrimonium ullum contrahere voluit.* Mater vero: *filia mea perhorrescebat has nuptias.* Quid vero ipsa Anna de sua a matrimonio cum Francisco ineundo aversione dixerit, supra retulimus.

Attamen eam unice cessisse precibus et cohortationibus assiduis et importnnis parentum a minis ac alapis minime disjunctis ex iis ipsis quae parentes, famula et testes deposuere tum ipsa Anna sponso suo et officialibus Curiae episcopalis affirmavit facillime patet.

Atque hinc a Chirurgo deputato dictum est, omnia Annae mala ex hac derivasse coactione: »Qnod equidem sentio circa causas hujus status (dementiae) Annae, hic sincere dicam. Ipsa prius adamaverat et quidem omni, qua par est, servata morum honestate alium juvenem ac proinde animo eversa erat ab ineundis cum Francisco nuptiis. Assueta ut numquam contradiceret voluntati parentum, tandem cessit et irritatis tali modo intentis priori tempore nuptiis conclusum est cum Francisco matrimonium. Per haec omnia Anna vehementer commota et quasi remansit attonita. Per consequens et cessavit ejus purificatio menstrua, unde deducenda et caetera omnia.«

Ad ejusmodi igitur matrimonium conciliandum concnrrit metus et vis; proindeque abfuit liber consensus qui pro matrimonii validitate requiritur.

Equidem vis Annae illata constat praesertim ex Walburgae ejus famulae testimonio; fidem ei proinde dicit quis non esse adhibendam.

At falso; primo quidem quia jus tenet, in materia domesticitatem non esse legitimam exceptionem; domestici, sancit jus, ni alium patiantur defectum, dicuntur in causis matrimonialibus *testes omni exceptione majores*, etiam ubi agitur de infringendo matrimonio, eo quod prae ceteris informati praesumuntnr *); secundo quia quamvis Walburga tempore metus incussi fuerit famula familiae Annae, tempore tamen examinis non erat; et ad effectum juridicum habilitandi testem attendendum est tempus constituti; qua de causa *Farinacc. de testibus quaest. 62. n. 298.* inquit: *non est repellendus a testificando pro praeterito domino et multo minus pro illius filia*; tertio tandem quia Walburgae depositio ita firmiter adminiculis et quod magis est contestibus quamplurimis confirmatur, ut nil amplius desiderari sinat. In matrimonio nostro igitur adfuit metus et vis antecedens, defuit proinde liber consensus.

Actus vero concomitantes coactionem in dicto conjugio satis clare praeseferunt. Ex omnium siquidem testium depositione liquet, quod Anna domo discedens ecclesiam aditura tanta mentis anxietate, tristitia et afflictione afficiebatur, ut potius ad funus quam ad hymenaeum eam ire diceres. *Cum filia mea* inquit mater *relicta domo ad ecclesiam iret et ad copulationem pergeret, anxia multum et afflicta apparebat.* Pater vero: *Die autem ipsa nuptiarum notavi, quod filia mea quasi invita ad altare accesserit.* Tandem parochus: *In actu ipso copulationis Anna capite demisso tristis oculos defixit. Ad solitas in actu interrogationes nullum ab ea audivi responsum et solummodo facta tertia interrogatione eam vidi capite leviter annuere.**)

*) Imo ubi agitur de infringendo matrimonio ex metu sponsi vel sponsae inter domesticos parietes incusso, non requiruntur testes omni exceptione majores, sed admittuntur qui alias non admitterentur. Alexand. cons. 156. n. 15, Gregor. decis. 351. n. 7, Mantic. decis. 112. n. 4.

*) Haec vero tristitiae et moeroris indicia liberum Annae assensum excludere videntur. Quare Rota decis. 405. n. 8. part. 18. tom. 2. recent. in casu fere simili concludit: *Cum ad actum matrimonii contrahendi coram parocho pervenisset, ab ipso interrogata, numquid vellet in eum consentire, prae nimia tristitia ac timore pallida et deformis subsisteret in respondendo eadem Margarita sic ipsa cum magna displicentia et moerore dictae Margaritae potius voluntate quam sua matrimonio consenserit, quo fit ut non dicatur satisfactum juris dispositioni, quod matrimonia debent esse libera a coactione et a nullius arbitrio pendere . . . et consequenter matrimonium hujusmodi ex defectu consensus irritum et inane remansit.*

Hic vero Theologus adnotare non praetermittit ea quae ipsum Annae assensum in dubium revocare videntur. Parochi depositio se habet ut supra; at illam annuentiam pater Annae in dubium adducit, affirmans: *mihi videor;* Pater sponsi contradicit utrique, cum referat non de capitis annuentia, sed de verbis quibusdam inarticulatis, a se tamen non intellectis: *quamquam non audierim quid ipsa dixerit, quum omnia in actu voce submissa dicta fuerint.* At Pater Annae haec verba prolata voce submissa excludit dicens: *quod mihi tam singulare videbatur, ut post filiae dixerim, ipsam ne verbum quidem consensus de praesenti emisisse.* Atqui Tridentina synodus sess. 21. cap. 1. de reform. matrim. duos vel tres in actu copulationis testes praeter parochum ad validitatem matrimonii exigit, qui unacum parocho omnes percipere debent mutuum contrahentium consensum, sub poena nullitatis. Testes probe videre recteque audire debent id de quo testantur, alias non attenduntur juxta receptam opinionem, de qua Barbos. in cap. Tuae fraternitati n. 2. in fin. de Sponsal. Patet vero, patrem sponsae non firmiter sed dubitanter de signo a muliere edito deposuisse; canones vero excludere dubitationem in testibus atque praecipere positivam depo-

Subseqnentes qnoqne actus relatnm sponsae metum summopere comprobant. Vix enim matrimonio inito mulier tanto horrore in virum afficiebatur, nt ejus quoque aspectum declinaret. *Animadverti*, iuquit unus e testibus, *Annam statim post nuptias refugientem a marito.* Alius deponit: *Interfui epulis nuptialibus et vidi sponsam omnino taciturnam et reclusam, cumque semel inter has epulas neo-maritus accedens ipsi diceret: nunc mea es, frigida et quasi rudi modo vultum declinavit ab eo;* quae et alii affirmant. Expletis epulis, etsi in eodem conclavi, lecto tamen separato, mulier viro debitum conjugale denegavit *potissimum ob aversionem erga matrimonium et virum*, nt rotnndis verbis mulier testata est.

Neque ejusmodi aversio cessavit aliquando, sed constans fuit, nullaque medela ant distractione tolli aut saltem mitigari potuit; adeo ut mentecapta tandem putata fuerit et etiamsi ad maritum reversa semel sit, numqnam tamen maritalia officia cum eo peregit, semper ejns consortium refugit, semper moesta et taciturna remansit, ita nt tandem coacta ab eo discedere fuerit nnmquam reversura. Adsunt igitur in nostro matrimonio factorum adjnncta tum praecedentis aversionis, tum concomitantis tum consequentis, quae omnia evincere consensns defectnm nnicnique facile patebit.

II. Quod vero matrimonium nostrum adhnc ratum perseveret facillime demonstratum est 1. ex ipsorum conjugum juramento, qui sine ulla tergiversatione asseruere, inter ipsos numquam matrimonium fuisse consummatum; 2. ex depositionibus testium septimae manus, qui juramento affirmarunt se firmiter credere, conjuges testimonium veritatis praebnisse in snis juramentis dum dixerunt nunquam matrimonium fuisse consummatum; 3. ex testibus fide dignis qui id tum a viro tum a mnliere andivere; 4. ex publica fama et quidem constantissima, quae viguit statim post initnm matrimonium et apnd parentes utriusque conjngis et penes domesticos et familiares et apnd civitatem I. et oppidum M. percrebuit; 5. ex juridica corporis inspectione, ex qna constitit cetera in sponsa fuisse virginitatis indicia, praeter hymen; hymenis vero defectum non esse habitae copnlae carnalis argumentum inter ceteros affirmat Barzellotti medic. legal. lib. 1. § 28. *Dietro simili esempi ed altri che la Storia medica somministra, se si volesse decidere della verginità per l'esistenza dell'imene, noi ci troveremmo sovente ad asserire, essere vergini alcune sebbene corrotte, ed altre corrotte sebbene vergini e caste.**)

De cetero professores juridice inducti testati sunt, hymen amitti posse alia de causa quam ex habita copula carnali; Anna vero indicavit causam hymenis amissi.

III. Causas ad consnlendnm SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati Theologns ad seqnentes redxit:

1. Ad defectum animi et ad metum in muliere tum antea tnm tempore initi matrimonii.

2. Ad nimiam inter conjuges animorum aversionem.

3. Ad maximum et quidem certum periculum quod miserrimae mulieri immineret, in amentiam reincidendi, si ipsa compelleretur invita ad virum redire, ceu pro certo tenent medicus et chirurgus in testes adducti.

4. Ad conjugnm aeternae salutis discrimen, de quo testati sunt parochi respectivi.

Ex iis vero Inculenter apparere arbitratur theologus dispensandum esse a matrimonio rato.

Votum Canonistae.

Accnrata praemissa factorum historia canonista ad 1. quaestionis caput respondit, non ea factorum adjuncta praesto esse quae suadeant, qnaestionem nullitatis matrimonii ex capite metns utiliter tractari posse. Exploratum esse enim, inqnit, apud canonistas, timorem ex reverentia erga parentes, ne scilicet offendatur eorum persona, regulariter matrimonium non dirimere; et tunc solnm impedimentum dirimens constituere, cum reverentiae conjunguntur continuae objurgationes, vexationes, vehementes et importnnae persuasiones austeri parentis, cui resisti non

sitionem. Cum itaque testes uniformes non sint et dato quod patris sponsae testimonium aliquid esset faciendum, unico testi matrimonium nostrum innitetur; at Concilium Tridentinum annullat atque irritat ea matrimonia quae contrahuntur coram parocho et *uno tantum teste* quamvis dignissimo et omni exceptione majori.

*) Id est Stantibus adductis exemplis: aliisque quae ex medicinae Historia peti possent, si judicandum esset de virginitatis existentia ab existentia hymenis, compelleremur judicare uti virgines quae corruptae fuere et viceversa.

solet, quae omnia constituerent speciem gravis timoris externi injuste incussi; in themate vero nostro metum non esse ejusmodi, saltem non apparere, tum quia de alapis illatis unus adest testis (Walburga), tum quia haec non affirmat, molestias et opprobria Annae perdurasse usque ad diem celebrati matrimonii, sed posita videntur quousque illa non consenserit in matrimonium de futuro contrahendum; tum quia caeteri testes sunt tantummodo de auditu et referunt generice rigidam parentum agendi rationem erga filiam; tum quia parentes coactionem se exercuisse inficiantur; tum quia parochus censet, Annam libere consensisse; tum quia ipsa Anna interrogata: *num ideo a parentibus tuis comminationes fiebant*, respondit: *Negative*, quae omnia utique, concludit, exprimere animum Annae a matrimonio cum Francisco alienum, non autem voluntatem et libertatem ejus excludere.

Circa secundum quaestionis caput adnotavit canonista exclusionem consummationis matrimonii duplici probatione evinci, morali scilicet et physica; admisit vero probationem moralem 1. quia explorata erat et certa voluntas aversa Annae a contrahendis cum Xaverio nuptiis ex indiciis antecedentibus, concomitantibus et consequentibus, ex sua*), sponsi, parentum et testium depositionibus. Hanc autem animi aversionem magnam et vehementem praesumptionem gignere de non secuta matrimonii consummatione. Quousque enim a muliere amor erga virum suum exulat et potius dominatur cordis moestitia atque animi alienatio, supponi nequit positio actus, qui amoris expressio reputatur.

Non eodem tamen pacto admisit canonista probationem physicam, quae ex praxi ecclesiae et positivo jure prae oculis maxime est habenda; nam ex concordi confessione obstetrices adnotarunt defectum hymenis, simulqne existere vel nnam vel etiam binas parvas carunculas. Ex ejusmodi relatione chirurgus et medicus deputati possibilitatem coitus saltem semel vel raro admodum habiti non excludunt. Ex quibus conclndit canonista, physicam probationem virginitatis Annae disparere; nam carunculae quae supersunt non sunt aliud quam residua hymenis contracta, qnae demonstrant, hymen extitisse et a causa physica fuisse laceratum; hypothesim vero medicorum de coitu saltem semel habito non destitui suo fundamento; tota enim ratio denegati ab Anna debiti conjugalis reponitur juxta testes in habituali aversione animi ejusdem a viro suo et in quadam confusione seu quadam mentis infirmitate. Atqui saltem unum temporis punctum insinuatur in actis, in quo haec duo suspensa saltem fuisse conjici potest. Sane Francisca mater Annae ita loquitur: »Mox post adventum filiae in urbem I. notitiae factae sunt de aucta filiae confusione, de inhabilitate ad negotia et ad cibum etc. Inde eam domum reduximus, peregrinationes ad loca sacra instituimus et cum ejus status ad meliora flecteret, eam, sicut ipsa desideravit, iterum in urbem I. (id est ad virum sunm) perduximus.« Ex quibus eruitur saltem semel Annam desiderasse cum viro suo reperiri. Quare certo non constat matrimonium in casu non fuisse consummatum.*)

Ad 3um: Negat canonista preces porrigendas esse Summo Pontifici pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, cum ex jure et constanti s. Congregationis praxi constare debeat de non secuta matrimonii consummatione, antequam ad negotium dispensationis definiendum procedatur. Dato vero quod a s. Congregatione judicetur, matrimonium non fuisse consummatum, plures esse causas pro dispensatione concedenda ultro affirmavit canonista; quas quidem reponit 1° in nimia aversione animorum inter conjuges, ita ut reconciliatio cum felici exitu nequeat praevideri; 2° in verificatione quod non constet, consensum alterutrius conjugis fuisse undequaque liberum; 3° in periculo scandali et fornicationis; 4° in periculo corporis, in timore scilicet ulterutrius conjugis amittendae bonae valetudinis. Quarum causarum una vel altera satis esset ad dispen-

*) Licet sola depositio jurata conjugum in quaestione matrimonii contracti non sit valde attendenda, *cap. Super eo 5. De eo qui cognovit*, tamen quando agitur de non consummatione matrimonii, haec eadem depositio testimonio septimae manus propinquorum roborata maximi facienda est. Cap. V. *de frigidis et maleficiatis*, ubi haec leguntur: *Si autem, quod numquam se invicem cognoverint ambo* (conjuges) *fateantur, cum septima manu propinquorum ac vicinorum bonae famae* (si propinqui defuerint) *tactis sacrosanctis Evangeliis uterque jurejurando dicat, quod numquam per carnis copulam una caro effecti fuissent et tunc videtur quod mulier valeat ad secundas nuptias convolare.*

*) Hoc argumentum impetit etiam moralem probationem. Ex eo enim deducitur, aversionem Annae a viro non fuisse constantem.

sationem obtinendam, multo magis simul conjunctae.

Votum defensoris matrimonii ex officio.

Pro munere suo defensor matrimonii ad 1um exclusit existentiam metus reverentialis et cujuscumque coactionis ex parte parentum. Quandoquidem manifeste ex actis eruitur conjugis utriusque parentes sanctam Sedem rogasse ut *matrimonium nostrum vel annullaretur vel super eo rato tantum et non consummato gratiosissime dispensaretur;* convenisse vero sponsum et Annae parentes inter se, ut *uterque dimidiam praestaret partem expensarum quae solvendae forent pro obtinenda dispensatione ad effectum, ut solveretur hoc matrimonium ratum quoad vinculum.*

Ipsius ergo Annae pater et ipse sponsus ratum habuere matrimonium hoc quoad vinculum: nullam igitur intercessisse coactionem vel metum gravem, qui constituisset impedimentum dirimens, implicite fassi sunt.

Quod et explicite fassus est Pater sponsae: nam de re judicice interrogatus respondit: *Iterum iterumque filiam cohortatus sum ut Francisco nuberet; opprobria aut minas numquam adhibui pro casu recusati matrimonii. Inde deduco, filiam meam consensum de hoc matrimonio omnino libere emisisse.*

Nec aliter mater deponit; siquidem et ipsa ad interrogationem opportunam respondit: *Cohortata sum utique filiam, ut contraheret hoc matrimonium; sed opprobria et minas nunquam adhibui; unde censeo, ipsam libere consensisse.*

Ex his vero destrui censet defensor tum depositionem Walburgae famulae tum illam sponsi affirmantis, se ab Anna audivisse quod nisi matrimonio fuisset assensa *trucidata fuisset a patre suo;* cum enim ipsi parentes id penitus jnrejurando excludant, manifeste falsum apparet quod famula et sponsus deposuere; de cetero ipsam Annam de iis formiter interrogatam ad omnia respondisse negative acta processualia perhibent.

Supradictis vero rationibus accedere, quod status melancholiae et perturbationis mentalis Annae nullo pacto sit repetendus a propositis nuptiis cum Francisco Xaverio ineundis, sed ab irregularitatibus menstruationis quae in ipsa contigere. Medicus enim formiter de causa perturbationis Annae interrogatus respondit: *Quum comperissem menstrua Annae antehac maxime regularia et largissima fuisse, suspicari coepi, causam interruptae menstruationis in graviditate esse requirendam. De qua suspicione diligenti examine instituto revocatus persuasum habui, affectiones extraordinarias in Anna mihi occurrentes physicum ejus statum perturbasse et mentis ejus perturbationem nonnisi ex anomalia menstruationis prodiisse.*

Cum autem certum sit, anomaliam hanc menstruationis, adeoque melancholiam praedictae Annae incepisse multo ante nuptias rite initas, nil mirum si eodem morbo affecta fuerit tum ante tum post matrimonium cum Francisco initum, quin censendum sit vel ex hoc facto morbum derivasse vel libertatem in consensu praestando amisisse.

De cetero, non obstante hoc Annae statu, utriusque conjugis parentes eam aptam putarunt, ut praedictum conjugium perficeret.

Falsum vero esse apud vulgus opinionem inolevisse, eam esse ad negotium vini gerendum ineptam ob mentis perturbationem, nuptiarum contractarum causa acquisitam, sed ob innsitatam vivendi rationem. Ita enim unus e testibus deponit: »Ipso die nuptiali nihil insolitum in sponsis conspexi. Post duos autem dies, cum ambo domum suam in urbe nostra possidere incepissent, eodem ferme tempore, paviditas quaedam et anxietas in uxore nec meipsum nec alios praesentes subterfugit, quae tunc quidem ex inusitata vivendi conditione provenire mihi videbatur. Idem omnes de illa sentiebant hospites in domo Francisci.« Quod et ipsa Anna fatebatur dum Francisci sorori dixit: *se in illa domo non posse manere, omnia ibi super conditionem suam esse nobiliora; se tali hominum societati non esse adaptam.* Non itaque matrimonium contractum, sed naturalis paviditas aucta ex inusitata illa vivendi ratione in domo viri ad mentis perturbationem Annam adduxit; qua de causa non ex metu reverentiali, non ex parentum imperio, minis, alapis consensum ea praestitisse dicenda est, sed ex sua libera voluntate.

Quid amplius? Nonne ipse maritus unice conquestus est quod uxor esset inhabilis ad negotia, ob idque eam domo expulerit? *Verum est,* inquit, *me jussisse eam discedere, utpote negotio inhabilem.* Qua de causa si habilis ad vinum vendendum fuisset domo discedere non coegisset; alias ergo cansas ut Annam abjiceret non invenit, non, inquam, animi aversionem, non mentis perturbationem, non negatum debitum conjugale non aliud quidquam cum unice queratur de inhabilitate mulieris ad negotia.

Edicere igitur, concludit defensor, matrimonium hoc nullum et irritum ob metum reverentialem in Annam a parentibus incussum, idem est ac lucem in pleno meridie necnon ipsa elementa utriusque juris perperam denegare. Non minori autem evidentia, censet defensor, ex actis constare matrimonium fuisse consummatum.

Quando enim constat virum coeundi potentia praeditum in uno eodemque cubiculo cum uxore etiam semel condormivisse praesumptio juris et de jure clamat matrimonii consummationem, hauc vero praesumptionem destrui non posse neque ipsorum conjugum vel parentum aut septimae manus assertione uno ore tradunt doctores in Cap. *super eo* de eo qui cognov. consang. uxor. suae: »Super eo quod postulas edoceri, utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris suae consanguineam carnali commixtione cognovit, cum id fateatur uterque et aliqua pars viciniae hoc acclamare dicatur, sit ab uxore sua judicio ecclesiae separandus: Tuae fraternitati respondemus, quod propter eorum confessionem tantum vel rumorem viciniae separari non debent; cum et quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere et ad confessionem incestus facile prosilirent, si suo judicio crederent per judicium ecclesiae concurrendum, rumor autem viciniae non adeo est judicandus validus, quod nisi rationabiles et fide dignae probationes accedant, possent bene contractum matrimonium irritare.« Unde si hujusmodi conjugum confessio, argumentabatur defeusor, et rumor viciniae seu septimae manus assertio irritare nequeunt matrimonium, quia ad confessionem incestus facile prosilirent, multo minus conjugum et septimae manus, de quibus agitur, confessio et assertio seu credulitas matrimonium hoc non consummatum edicere possunt, *nisi rationabiles et fide dignae probationes* accedant; nam posita indubia viri potentia et condormitione per duos menses cum uxore in uno eodemque cubiculo praesumptio juris et de jure habetur quod matrimonium fuerit consummatum: quae praesumptio juris et de jure destrui nequit, nisi praeter conjugum Xaverii et Annae confessionem necnon septimae manus assertionem praedictae *rationabiles et fide dignae probationes accedant.*

Atqui in themate, affirmavit defensor, nullatenus hujusmodi rationabiles et fide dignae probationes accedunt: nam hae probationes desumendae omnino essent ex corporis inspectione vel ex alio indubitato argumento. Cum autem instituta accurata corporis Annae cognitione detectum sit hymen deesse, cum medici affirment, id evenire potuisse ex coitu vel raro vel saltem semel habito, desunt fide dignae probationes, quae requiruntur ex cit. can. praeter juramentum conjugum et septimae manus. Inspectio igitur corporis nullimode destruxit praesumptionem illam juris et de jure, quod matrimonium fuerit consummatum.

Addendum, quod Xaverius conquestus sit utique de uxoris inhabilitate ad negotia, non autem de recusato debito conjugali; nam mater sponsi affirmavit quod die sequenti ad matrimonium: »Filius meus nihil de uxore dixit, post paucos dies subjunxit, tentatis omnibus ut nurum ad sensum revocarem absque effectu etc. Quod recusationem debiti conjugalis nihil a filio meo audivi.« Mater Annae idem deposuit: *Intimiorem atque strictiorem recusati debiti conjugalis rationem filia mea mihi numquam aperuit, neque ego ex ea umquam tale quaesivi.* Id vero incredibile videtur. Quin immo testis unus ipsius Francisci consanguineus affirmare non dubitavit: *Ex tota mulieris agendi ratione, insuper ex verbis ab ore mariti auditis suspicari quidem sed non tuto persuadere mihi potui, matrimonium non esse consummatum.**)

Qua de causa desunt omnino fide dignae probationes, ex quibus evidenter decernatur matrimonium consummatum non fuisse. Quibus omnibus consideratis s. Congregatio Concilii in comitiis diei 23. Januarii labentis anni ad sequentia dubia, quorum

1. *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

Et quatenus negative,

2. *An consulendum sit SSmo pro dispensatione matrimonii rati et non consummati in casu?*

*) Si starent ejusmodi argumenta, defuisset etiam testimonium septimae manus, praeter rationes fide dignas.

respondere censuit

Ad 1.: *Affirmative.*

Ad 2.: *Provisum in 1.*

Verum cum defensor matrimonii beneficium novae auditionis postulasset atque impetrasset et interea nonnulla alia produxisset, quibus probare seu melius confirmare conabatur matrimonium hoc nullimode fuisse metu et coactione contractum, iterum causa proposita est sub die 22. Maji et ad praedicta dubia responsum fuit: *In decisis.*

Ex quibus collige:

1. Purum metum reverentialem per se matrimonium non dirimere; dirimere tamen si talibus admiuiculis sit conjunctus ex quibus contrahentium libertas impetatur.

2. Iu foro tamen externo requiri probationes concludeutes antequam matrimonium ex judicio ecclesiae dirimatur.

III. Liber esse debet. Est de substantia.

Vd. p. 643. I.; p. 681. II.; p. 703. VII.

Agnes ex honestis pareutibes orta tresdecim annos uata cum sola matre degebat, cum ejus pater in louginquis regionibus versaretur.

Loci parochus sub sua veluti tutela hanc familiolam habebat. Cum autem et ipse parochus adolescentem haberet nepotem Antonium, qui studiorum curriculo vacabat, contigit, ut inter Agnetem et Autonium nounulla apparere viderentur mutuae benevolentiae amorisque indicia.

Parochus sibi persuasit, nepotem suum, quem habitu clericali induerat, nuptias cum Agnete certo certius initurum si subito ea coujugii praeconia non absciuderentur: quod sic praestitit.

Aderat in eadem urbe Livius juveuis bonae indolis 24 annos natus, qui nomen dederat cuidam Ordiui regulari et tamquam laicus inter ejusdem Ordinis Oblatos vivebat; hic domui Agnetis non erat omuino extraneus et aliquo dicebatur frui censu, idest domuncula et quodam praediolo. Parochus, qui debitor Livio erat cujusdam pecuniae quantitatis, eidem suggessit uuptias cum Agnete, quae cum congruam haberet dotem, congrue vivere in matrimonio potuissent.

Huic parochi suggestioni etsi non restitisse Livius, tamen non spoute conseusisse dicitur.

Ita votuntate Livii praedisposita parochus inconsulta etiam ratione has nuptias suggerere coepit matri puellae; etsi primae suggestioni non cousensit mater, postea ex iusistentia ejusdem parochi adeo consensit, ut sibi persuaserit ejusmodi nuptias faustas felicesque fnturas.

Parochus, ut validius scopum propositum obtineret, auxilio quoque usus est avunculi puellae, quem familiari consuetudine amicum habebat.

Animis itaque sic dispositis mater primo praeconceptas nuptias suae puellae proposuit, quae, audita propositione, excanduit: secundo successit avunculns easdem proponens, ex quo turbata lacrymas effuudens se uihil de his scire velle respondisse dicitur.

Cum autem mater spe paratae fortunae agitaretur, ulterius progressa dicitur ad minas, ad vexationes et ad percussiones quoque, quin tamen e suo proposito puella permoveretur.

Cum haec commuui consilio peragebaut, omuia simul occulte disponebant ad matrimonii celebratiouem quam citissime conficieudam: parata sunt documenta status liberi omissae sunt in ecclesia denuuciationes ex praescripto facieudae.

Interea puella arctissime custodiebatur uec ei facultas erat cum alia quavis persona colloquendi: quin imo puellae postulanti ut colloqui posset atque cousilia conferre cum suo Coufessario viro probatissimo, parochus et hoc praefracte insolenterque denegasse affirmatur.

Cum itaque res ita se haberent, die 1. Augusti 1848 sub vesperas admonita fuit Agnes de matrimouio eadem approperante nocte contrahendo: hoc nuncio accepto iufremuisse puella dicitur lacrymasque fudisse nec cibum nec somnum capere potuisse.

Secuuda post mediam uoctis hora ex avunculi monito Agnes a matre evocatur: abscedunt ad quoddam templum seu Oratorium quo pervenientes omnia parata erant. Aderat itaque parochus, avunculus, puellae mater et praeterea quidam Titins dicti avvunculi vitricus, qui rerum omuium inscius e sommo fuerat excitus eadem ipsa uocte quodam doloso praetextu ut ad constitutum templum accederet.

Titius apud acta testatus est, se stupore comprehensum *fuisse cum conspexisset puellam adeo debilitatam et depressam ut misericordiam concitaret: se bene reminisci, parum abfuisse quin puellam e templo educeret: se abstinuisse nihilominus, tum ob loci reverentiam, tum ob parochi admonitionem qui sibi verbis conquerenti silentium imperaverit: se item bene reminisci, dixisse postridie puellae, se excitatum sensiisse ad eam e templo educendam, atque sibi respondisse puellam, utinam id fecisses!*

Cum illa secum Titius cogitaret, Agnes perquam brevissimam sacramentalem confessionem penes parochum explebat, et quod ipsa ait, omuimodam renueutiam ad illud iueundum matrimonium repetiit, cui ille respondit: *puerilia haec esse; quod si id non faceret se poeniteret.*

Livius illa nocte saecularibus sese indnerat vestibus. Advocantur ambo ad altare et acceduut, interrogantur ut moris est, adstantibus his omuibus quos memiui: careutiam uuptialis auuuli supplevit mater proprium e digito extrahens illumque parocho benediceudum tradidit. Livius in quodam statu facilitatis animi reperiebatur; Agues vero ad misericordiam movebat, ac verbum affirmativum consensus *adeo tenui submissaque voce protulit,* ut teste Titio *vix illud audivi.*

Quae cousecuta sunt ab eodem Titio apud acta sic accepimus: *Graviter conquestus sum cum vitrico meo, quod me ita decepit, eique statim significavi me nullimode eas tricas probasse meque illud matrimonium celebratum existimare contra puellae voluntatem, quam ita jugulatam vidi: qui mihi respondit ut silerem atque id nemini panderem ... postea scivi puellam repugnantem et summopere afflictam, quae triginta post diebus mihi fassa est, se a matre et parocho fuisse coactam et deceptam seque suffocare velle.*

Haec omuia apprime consonant cum jurata depositioue judiciali tum matris tum Livii, qui insuper addidit non solum submisse prouunciasse Agnetem verbum affirmativum consensus, sed id fecisse post iteratam a parocho interrogatiouem atque simul flevisse.

Quibus cohaeret confessio judicialis puellae, qua descripsit summam animi confusionem et moerorem dum ad templum ducebatur, quae eo temporis momento adeo exterrita fnit, ut cordis laesiouem passa fnerit a qua non amplius convaluit, qua factum quoque est, ut ipsa non amplius valuerit illud ingredi templum. *Cum autem* (sic ipsa prosequitur) *ad altare ducta fui in tali eram confusione, ut ego nec dicere possim, an testes prope essent vel procul, an mater adesset, an ego protulerim verba consensus, et vix notavi impositum mihi annulum fuisse ... reminiscor autem, caeremonia confecta, me in annulum paulo plenius advertisse quem abhorrebam; illum subito e digito extraxi et in peram injeci quemque domi in medium projeci cubiculum.*

Praeter haec testimonia ex praesentibus celebrationi alia haberi non possuut, cum et parochus et avunculus jamdiu e vita migraveriut.

Livius eadem die etsi accessisse dicitur ad domum Agnetis, tameu ex ea statim discessit atque alio se contulit nec unquam Agnetem invisit, imo nec vidit uuquam nisi aliqua vice fortuito.

Ad completam hujus facti enarrationem spectant ea quae seqnuutur: 1° parochus timens fortasse, ne ex fraudibus aliquid triste sibi obveuiret, interrogautibus, an matrimonium esset celebratum, negativam dabat responsioueu: 2° matrimonium contra morem non aduotavit in regestis paroecialibus nisi anno 1848 pereunte, etsi alia postea celebrata suo loco adnotavit: 3° illis, quibus déuegare uon poterat celebrationis factum, respondebat sub maximo secreto, id clanculum factum fuisse, *quod vellet omnem amoris consuetudinem cum suo nepote abscindere.*

Non omisit postea puella liberationem quaerere a matrimoniali vinculo: denique quantum potuit studuit, ut eam gratiam a S. Sede obtineret, a qua responsioueu accepit, proponendam esse causam prout de jnre iu ecclesiastica Curia; cum autem impar esset sustiuendis impeusis plures annos siluit: denique Episcopus processum incepit, quem Curia illa septem annorum spatio tandem aliquando conficere potuit.

Processus confectus est accurate juxta Beuedictinam Coustitutionem *Dei miseratione.**) Defuit tamen in viri examine Defensor matrimonii ex officio. Namque Livius iu alia dioecesi B. degebat ejusque examen fuit exceptum a Curia B. juxta Instructionem S. Cougregat. C. editam die 22. Augusti 1840, in qua §. *Si alios,* haec juxta dictam Constitutionem leguntur: *Si qui forsan absentes noscantur, qui commode ad civitatem accedere nequeunt ... vel ad partis instantiam vel ea*

*) Vd. eam sub verbo: *Defensor matrim.* (citandus.)

silente ad instantiam Defensoris matrimonii, erunt ab Episcopo illius dioecesis in qua morantur examinandi juxta interrogatoria ab eodem Defensore conficienda ac clausa et obsignata transmittenda, deputato ab eodem Episcopo altero viro, qui praestet requisitis in Bulla saepius laudata S. M. Benedicti XIV. praescriptis quique expleat munus Defensoris validitatis matrimonii et examini adsit. In duplici autem examine quod Livius subivit praescriptus Defensor non adstitit.

Testes autem omnes quibus processus constat hi sunt: 1° examinati fuerunt duo ecclesiae inservientes: 2° Titius vitricus avunculi: 3° prolixum Agnetis examen exceptum: 4° mater Agnetis: 5° nepos parochi jam defuncti. Transmissa postea sunt ejusmodi acta ad Curiam B., sub cujus jurisdictione Livius versabatur, et simul interrogatoria a Defensore matrimonii concinnata, in qua Curia Livius juxta dicta interrogatoria fuit examinatus sine adsistentia tamen Defensoris matrimonii ut dixi.

Post haec ad examen septimae manus deventum est, examinati scilicet sunt septem testes inducti ex parte mulieris, qui omnes deposuerunt praesertim de continua absentia Livii statim ac celebratnm fuerit matrimonium: necnon de optimis moribus tum Livii tum Agnetis ejusqne familia.

Rogata est Curia B. ut examen institueret septimae manus; sed Livins nullos induxit testes, cum ea in urbe in qua ipse moraretur factnm hoc penitus ignoraretur.

Pertractata dein causa in propria Cnria episcopali Defensor matrimonii deputatus, idest Canonicus Theologus, votum suum elucubravit pro validitate matrimonii: et contra favore Agnetis alter scripsit ad ostendendam matrimonii nullitatem. Denique vicarius generalis, causa cognita, judicium tulit: *constare de nullitate matrimonii initi die 2. Augusti 1848 inter etc.*

A qua sententia, juxta proprium officium, Defensor matrimonii ad Sedem Apostolicam in secundo gradu apellavit. Cum autem postularent partes, nt cansa oeconomice*) pertractaretur, ejusmodi preces fuerunt benigne exceptae ac pront moris est duo vota sunt exquisita unum Theologi alterum Canonistae atque snbseqnutae animadversiones Defensoris matrimonii ex officio, qua ratione *oeconomice* pertractantur ejusmodi causae.

*) Vd. *p. 526.*

Rationes adductae pro nullitate matrimonii.

Animadversum itaque est, explorati juris esse, maritale conjugium, quod origo est familiae, perpetuas obligationes secumferre vinculo amoris informatas: illudque a saris canonibus considerari tamquam opus consilii et electionis: de qua re Alexander III. *cap. 14. de spons. et matr.* respondit: *Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio intercedit, necesse est ut ubi assensus cujusquam requiritur coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire.*

Etsi autem in jure dicitur metus gravis, *qui cadere soleat in constantem virum*, quique metus gravis exigitur ad rescindendos vel irritos declarandos contractus, tamen cum metus in subjectiva animi affectione consistat, considerandam quoque esse qualitatem personae quae metum patiatur: quare et metum quem *reverentialem* dicunt Doctores admittere parique aestimatione habere cum gravia concurrant adjuncta, considerata conditione personae; de qua re sic Engel *comment. in lit. de spons. et matr.* § *5. n. 4:* »In hac quaestione omissis aliorum sententiis breviter statuo, quod reverentia superiori debita non indistincte pro injuncto metu allegari possit, alias nullus foret locus efficaci contractui... in praesentia parentum, si praetensione reverentiae quaelibet cavillatio concederetur.. Si autem praeter reverentiam alia etiam adminicula concurrant, ex quibus colligi possit aliquem revera fuisse invitum, ut periculosae minae, importunae persnasiones, et ut verbo dicam, si modesta contradictio nihil juvisset, tunc metus reverentialis etiam pro justo metu habendus erit.«

Item Pignatellius *Consult. 130 t. 9. n. 19*; Clericatus *Decis. 37. de matr. n. 24* aliique.

Eo vel magis, quod, cum de matrimonio agitur, majus et perfectius voluntarium requiritur, quam in caeteris contractibus; de qua re sic scripsit Pontius *de matrim. l. 4. c. 14. n. 16.*: majus et perfectius voluntarium requiritur, quam ad alios contractus civiles, id qnod ex perpetuitate vinculi matrimonii colligit D. Thomas. Et quidem, cum alii contractus sint minoris momenti et natura sua dissolubiles humana auctoritate vel con-

trahentium consensu, mirum non est, si contrahuntur voluntate mixta.« Item Ursaia *discep. eccles. t. 9. p. 1 disc. 38 n. 2*, quam doctrinam communiter receptam dicit post s. Thomam in *add. ad 3. par. quaest. 47. art. 3.* Quae quidem sententia cohaeret cum allegato textu Alexandri III.

His principiis positis, cum metus in auimo consistat, ut dictum est, atque difficile probari possit per illud selectum praescriptumque probationis genus quod aliis in causis exigi solet, hinc admitti eos testes et adminicula, quae alias non admitterentur: quare tamquam testes admitti domesticos, parentes et confessionem juratam ejus, qui metum passus sit, tamquam adminiculum; praesertim si caeterae concurrant praesumptiones: item illos qui metum intulerint, quin rejici possint ex consueta ratione, quod audiendus non sit qui propriam alleget turpitudinem; de qua re sic s. Rota in *decis. 373. n. 13. et 14. part. 8. t. 1. Recent.:* »Minus etiam facit, qnod frater et soror, deponendo metum a semetipsis fuisse incussum, allegent propriam turpitudinem; quia *non propterea minus probant* pro Petro, qui meliores testes inducere non potuit ad probandum metum, quam illosmet, qui istum incusserunt et de facto proprio deponunt.«

Admisso itaque hoc genere probationis consequi locum maximum his in judiciis habere disquisitionem judicis et prudens ejusdem arbitrium; hinc cum caeteris Reiffenst. *lib. 1. Decr. tit. 40. n. 79*, scripsit: »Quisnam enim hic et nunc sit justus metus ad irritandum actum sufficiens... et conjecturarum qualitas visque probandi, judicis relinquitur disquisitioni et arbitrio.«

Cum haec certa exploratagne sint, facile fuit utrique Consultori ex exposita rerum serie ostendere in praesenti themate, puellam fuisse coactam ad illud matrimonium ineundum eamdemque coactionem a tenera puella nec superari potuisse, quae ad nullum confugere poterat. Idque ostendebant ex studiosa rerum praeordinatione, ex adjunctis quae concomitata sunt et quae sunt consecuta. A quibus referendis abstinemus, cum Lectores nostri in enarrata rerum serie facile haec perspicient.

Animadversiones defensoris matrimonii.

Matrimonii defensor praeter animadversiones factas super defectu adsistentiae vindicis matrimonii in examine Livii de quo diximus ad causae meritum quod spectat studuit ostendere defuisse in praesenti themate dictitatam coactionem. Meminit, Livium non fuisse Agneti ignotum, cum ejus domum ratione unius alteriusque officioli interdum adierit; imo duo testes septimae manus etsi ex propria scientia nihil scire fassi sunt an Livius amaret Agnetem, tamen testati sunt ex muliercularum auditu eumdem erga Agnetem aliquatenus mulierasse.

Asseruit autem, calumnias esse, quae in parochum defunctum tum mater puellae tum ipsa puella jactaverint: cum ipse matrimonium proposnerit in bonum tum Agnetis tum ejus matris illudque matrimonium non quidem parochum sed Avunculum commendasse et inculcasse ob speratam felicitatem, nullamque causam coactionis adfuisse.

Cum autem deesse defensor affirmaret coactionis causam, probationem incussi metus ex eo praesertim deprimere curavit, quod potissima probationis momenta eruerentur ex judiciali confessione Agnetis et attestatione matris, easdem autem in consideratione non esse habendas, cum illa actrix in hac controversia esset: haec autem rea incussi metus.

Nec aliquo in pretio esse habenda quae nnus enarravit testis de moestitia puellae in actu celebrationis; namque praeterquam quod nnus testis fidem non faciat, naturale esse timidis inexpertisqne puellis in actu celebrationis quodammodo trepidare.

Neque aliquid argui posse, ex eo quod occulte et quidem in templo alieno matrimonium celebratum esset; namque de hujus ratione opportuno tempore parochus amice interrogatus responderat, *ut evitarentur dicteria, cum sponsus esset Regularis.*

Redarguebat praeterea contradictione et mendacio depositiones tum Agnetis tum matris, cum non cohaererent in enarratione, an Livius facta celebratione concomitatus esset puellam domum vel statim alio diverterit: hoc ipsae affirmarunt; cum e converso Livius affirmaverit, se cum matre aliisque duxisse Agnetem domum, in qua potionem quoque arabicam degustassent; postea vero advenisse ejus religiosum fratrem qui in aliam urbem ipsum abduxit.

Item nec eosdem cohaerere in affirmando, an Livius accesserit ad domum Agnetis, nt cum matre eam ad templum duceret, cum

hoc affirmaverit Livius; contra vero tum Agnes tum mater, nec inter se omnino consonantes, una dixit Livium jam in templo stetisse, altera vero, postea eum supervenisse. In quibus depositionibus cum pugna quaedam appareret, concludebat defeusor, nec fidem caeteris earnmdem depositionibus esse habendam.

Caeterum snbjuugebat, etsi ex adductis depositionibus ostendi metus sub aliqua ratione vellet, eumdem tamen non sufficere ad declarandam nullitatem matrimonii cum gravis non esset: inquiebat enim ad gravem metnm haec requiri: 1° ut malum quod timetur sit grave in se et non in sola aestimatione metuentis: 2° ut prudens adsit timeudi ratio, non autem levis et irrationabilis: 3° ut qui metum incutiat poteus sit minas exequi: 4° ut is qui timet non possit nllo modo minitanti resistere aut vitare malum quod timet. Aliqua autem ex his conditionibus deficiente metum dici levem, cnm non cadat in constantem virum.

Affirmabat autem nullam ex his conditionibus verificari in casu; quod mater nullum malum Agneti minitata esset nec nlla adfuerit mali species; proindeque quaevis ratio abesset timoris.

Nec obstare, quod dicatur mater alapam filiae dedisse: namque, si hoc malnm grave aestimaudum esset, omnes pnellae praesertim humilioris conditiouis metum gravem continne paterentnr.

Quod si frater Livii post matrimouii celebrationem ipsum Livium e domo Agnetis non abdnxisset et si Livius domnnculam et praediolum possedisset, cum propria coujuge certissime adhnc cohabitasset.

His aliisque prolixe deductis propositum est resolveudum

D u b i n m:

An sententia Curiae ... sit confirmanda vel infirmanda in casn?

S. Congregatio Concilii in comitiis habitis die 17. Aprilis 1869 respondere censuit:

Praevia sanatione defectus adsistentiae defensoris ex officio examini viri, facto verbo cum SSmo, sententiam esse confirmandam.

Ex quibus colliges:

I. Praesentiam defensoris ex officio in singulis jndicialibns actis a Benedictina constitutione praescriptam sub poena nullitatis actorum extendi quoque debere ad acta judicialia alteri judici commissa, snb cujus jurisdictione reperiatur persona examinanda.

II. Nec snfficere missa interrogatoria ab eo defensore matrimonii conciunata, qui judicio interest in quo actor agit.

III. Ejusmodi autem praescriptae formae defectum, si causae cognitioni non officere videatur, a s. Sede interdum sanari.

IV. Matrimonialem contractum, utpote irresciudibilem et gravissima secumfereutem onera, majori libertate frui debere quam caeteri contractus.

V. Quare consensum snb gravi et directa pressione morali extortnm naturalem proportionem nullimode habere cum ligamine perpertuo, quod per matrimonium jure divino inducitur.

VI. Hinc ipso facto matrimonium sic contractum esse nullum; indigere tamen in foro externo judicis ministerio, non quidem ad matrimouium irritandum, sed ad illud irritum declarandum.

VII. In praesenti themate inexpertam maximeque invitam puellam undeqnaque fuisse circnmventam atque adactam ad siguificaudum consensum matrimonii coram parocho erga virnm quem positive nolebat.

VIII. Consideratis adjunctis significationem dicti consensus talem videri, ut dici potius debeat fuisse siguificatiouem consensus matris caeterorumque quam puellae.

In loco B. dioecesis N. in Italia anno 1863 Aloisius, juvenis rudis atque agrorum cnltor, amores agere coepit cnm Anna ejusdem loci et conditionis puella. Hic amor licet quadraginta quinque fere dies perduraverit, limites tamen ita praetergressus est, ut amantes ad sese cognoscendos impnlerit. Sponsalibns jam initis denunciationes ter habitae fuerant in ecclesia matrimonii praenuntia, quando Aloisius certior fit, Annam, quam honestam hactenus putaverat, a quinqne et amplius mensibus uterum, alterius viri opera, gestare.

Animum illico mntat vir atqne ineundarum nuptiarum propositnm abrumpit.

At die 18. Junii ejusdem anni, horis pomeridianis, nec opinus a duobus militibus, ex iis qni *nationales* in Italia vocantur, accitur atque domnm cujusdam Michaelis ejusdem militiae Centurionis rapitur. Aderant ibi

Politiae Procurator, Decurio cum duobus ex suis militibus, qui a civica securitate sunt, quique italice *Carabinieri* audiunt. Atque hic, qnum Aloisius sciscitanti Decurioni, cur Annam uxorem ducere recusaret, respondisset, se ideo nolle, quod eam jam ventre gravem resciret, tum ille puguis juvenem atque alapis impetit et ad militarem Nationalium stationem ductum iterum verberibus afficit manibusque revictis mandat coujiciendum in suam militarem stationem ubi ad noctem usque detinetur. Quum autem haec Aloisio propterea contiugerent, quod mulierem jam sibi desponsatam atque cognitam non amplius uxorem ducere vellet, haec ipse cognoscens his in adjunctis dixisse fertur, se Annam uxorem ducere velle. Inde militari manu stipatus domum Annae adducitur.

Eo jam convenerat Centurio militiae nationalis, Decurio ipse, loci Syndicus, Tabellio aliique. Accersitur etiam parochus, qui causatus necessitatem eundi ad quendam infirmum adesse renuebat; re tamen vera ideo renuebat, quod nosset, agi tum de matrimouio per vim celebraudo, neque paruit, nisi timore et ipse correptus vel postquam ei suasum est, omnem ab ineundo matrimonio vim esse removendam.

Quid tum eveuerit sic enarravit Aloisius in supplici libello SSmo Patri exhibito: »se interrogatum a Syndico, an in matrimonium acciperet Annam, agitasse tantisper humeros in signum animi haesitantis et ex timore perplexi: quum tamen Politiae Procurator in se irruere animadverteret proteuso baculo, se invitum Syndico responsum dedisse affirmativum, atque inde, actu civili, nt ajunt, exarato, omnes simul discedentes in ecclesiam sese contulisse, nocte jam mnltum protracta.«

Itaque comitantibus iis viris militibusque qni memorati sunt qui et ipsi templum suut ingressi et nuptiali ritui adesse voluerunt, tum parochus petiit ab Aloisio, contentusne esset, Annam sibi matrimonio jnugere? cui ille, nt asserit, timore novarum percussionum affirmativo modo respondit. Inde non domum suam redire, nt cupiebat, permittitur, sed ab ipsis militibus domum Annae redncitur, nbi lassitudine, ut ipse ait, victus seorsum humi cubavit.

Postridie vel biduo post in aliam domum ab Annae patre assignatam concedunt conjuges atque duos circiter menses convixerunt jurgiis inter eos dissidiisque numquam deficientibus.

Cum vero Anna, altero ab initis nuptiis mense exeunte, prolem enixa esset, Aloisius aufugit, per aliquot dies delituit ac deinde domum paternam repetiit, neque amplius posthac mulieri nniri voluit licet Episcopus exsilio redux omnem lapidem moverit ad eundem cum Anna reconciliandum. Immo vero Aloisius anno 1867 penes curiam episcopalem institit, ut matrimonium cnm Anna, ob vim metumque initum, irritum declararetur.

Episcopus itaque, vinculi defensore constituto, processum conficiendum per suum Vicarium juxta const. Bened. XIV. *Dei miseratione* mandat. Audita est snb jurejuraudo utraque pars, quinque testes, septima manus tam viri quam mulieris.

Absolutis actis die 3. Decembris 1867 Aloisius penes ipsam curiam institit, nt ad causam citius dirimendam, prima judicii sede praetermissa, s. Congregationi Concilii causa cognosceuda remitteretur. Consentiente muliere Episcopus processus tabulas die 5. Junii 1868 ad S. C. transmisit, rogans SSmum Patrem, ut sanatis, si quae sunt quoad formam, nullitatibus in actis (circa quae Curiales hujus parvae dioecesis usum non habent) causa ista primaria Congregatione quamprimum definire jubeas, quia sponsis utpote omni humana ope destitutis apud metropolitanam curiam instare pro secunda sententia non valentibus, praesertim ea sede vacante, in longum omnia trahi necessarium esset.

At die 30. Augusti ejusdem anni per R. P. D. Secretarium S. C. C. Episcopo responsum est, opus esse, nt in prima jndicii sede ipse senteutiam diceret deindeque in S. C. pertractaretnr.

Episcopus ergo, praehabitis deductionibus defensoris ex officio, die 9. Decembris sententiam de nullitate tulit, quam ad S. C. misit atque facta rerum relatione SSmus in audientia diei 11. Januarii labentis anni 1869 benigne annuit, ut causa proponeretur oeconomice*) coram S. C. cum voto theologi et canonistae et cnm animadversionibus defensoris matrimonii ex officio. Praeterea in audientia diei 15. Martii sanare actorum defectus SSmus dignatus est.

Votum canonistae.

Tum theologus tum canonista expensa rerum gestarum serie in eam opinionem de-

*) Vd. *p. 526.*

venerunt, ut matrimonium nullnm existimarent. Synopsim tantum dabimus Voti quod canonista exaravit. Hic, quoniam de quaestione potius facti quam jnris esset, ab initio orationis animadvertit, tam Aloisium actorem quam qninque testes, qui actioni partim interfuere partim de anditu norunt, atque etiam septimam hominis manum in haec capita satis convenire, 1° patefactam ab Aloisio ante matrimonium fuisse voluntatem eidem contrariam: 2° captum enndem fuisse horis pomeridianis: 3° percussum graviter a Decurione: 4° funibus ligatum et custodia detentum: 5° militibus stipantibns ex nno ad alterum locum ednctum ac reductnm: 6° iisdem militibns adstantibns primum domnm Annae, deinde ad templnm traductum: 7° interfuisse tam domi Annae quam in templo eos ipsos, qui vim metumque Aloisio intulerant: 8° post celebratum hac ratione matrimonium non liberum relictum Aloisium, sed domum Annae redactnm: 9° jurgia et dissensiones nsque ad separationem inter conjuges numquam defnisse.

His animadversis haec duo singillatim ostendere studuit canonista: 1° talem vim metnmque hoc in casu intercessisse ut consensum radicitus vitiarit irritumque matrimonium reddiderit: 2° per subsequentem cohabitationem nec metum fuisse pnrgatum nec matrimonium revalidatum.

Et ad primum quod attinet allegata notissima decretali Alexandri III. in *cap. 14. de sponsal.* quae sic se habet: »*Cum locum non habeat consensus ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi assensus cujusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat, sibi placere quod odit, et sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire*:« animadvertit, theologos et canonistas conditiones metus matrimoninm invalidantis ad has fere reducere: 1° ut cadat in constantem virum: 2° sit ab extrinseco: 3° injustus: 4° ad extorquendum consensnm directe incussus.

Porro describebat canonista quid esset metus cadens in constantem virum cum Sanchez *lib. 5. disp. 1. de matrim.* ubi hic auctor scripsit: »Desiderantur hae conditiones, ut metus cadat in constantem virum: 1° ut metus sit gravis, 2° ut aestimatio mali sit fortis et metum patiens non vane et leviter credat, 3° ut incutiens potens sit minas exsequi, 4° ut non possit timens antevertere mala quae timentur, implorando auxilium, consulendo superiorem etc.«

Has autem conditiones in praesenti themate singillatim omnes concurrere ostendere stnduit ex testium testimoniis, quibus allatis quoad primam conditionem a Sanchesio propositam concludebat, animi trepidationem instantis vel futuri periculi causa, in quo metus consistit, ejusque gradnm judicis arbitrio relinqni singula causarum et personarum adjuncta perpendentis, *l. 3. ff. ex quibus caus. major.*, et in praesenti themate agi de rustico adolescente ex inopinato arrepto, funiculis ligato, verberibus affecto, carcere detento, armatorum mann stipato ab iis, qui publica anctoritate potiebantur, minis ac verberibus lacessito, tumultuarie de uno ad alterum locum rapto, nocturno tempore, qno timores augeri solent et domnm sponsae ab ecclesia translato.

Haec antem omnia talia videri, quae mentem non tantum rustici adolescentis, sed cujusvis constantissimi fortissimique viri turbare debuissent.

Quum autem ceterae conditiones a Sanchesio ennmeratae apprime cohaererent cum metu Aloisio illato, constare eo ipso de metu cadente in constantem virum qui fuerat ab extrinseco incussus.

Quoad alteram canonistarum conditionem, qnod metus sit injnstus, ex eo patebat, quod incussus esset non ab auctoritate competenti, non causa cognita, non causa justa: namque milites, Syndicus, Politiae Procurator, qui nulla in causis matrimonialibus jurisdictione pollebant, vim metumque intulerunt et causa non erat justa, cum Aloisius, cognita mulieris praegnantia, jure poterat a sponsalibus cum ea initis resilire.

Item quoad ultimam conditionem, qua reqniritur, nt metus directe incntiatur ad extorquendum consensum ex eo aperte patebat, quod Aloisius jam firmo animo destinaverat Annae nuptias repudiare, atque idcirco ejus persecntores minis verberibusque usi erant, ut enm ab hoc proposito dimoverent et ad consensum impellerent, quod opportunis testimoniis ostendebat.

Ad alterum controversiae capnt quod attinet, videlicet, per subsequentem cohabitationem et copulam metum non fuisse purgatum neque matrimonium revalidatum, animadvertit, regulam esse, ut ad ea revalidanda, quae invalide gesta sunt, rem in eum statum adducendam esse, quo valide incipere potuisset, quod et Alexander III. dixerat in allegata decretali agens de rapta puella, qno tempore raptus, irritandi matrimonii causa, non distinguebatur ab impedimento vis et metus: haec enim subjunxit Pontifex: *plene debet securitate gaudere, cujus est animus indagandus. Quocirca mandamus, quatenus puella, de cujus matrimonio quaestio ventilatur, in domo in qua eam nihil timere oporteat, facias honeste collocare.*

Quod non solum cum Aloisio factum non esset, sed contrarium contigisset, idque opportunis testimoniis pariter ostendebat. Hanc in rem plura congessit canonista ad rei potius eruditionem, qnum hisce in causis certum sit, in locis, quibus vigeat lex Tridentina, matrimonium vi metuque contractum, quando impedimentum sit publicum, non revalidari nisi repetita forma, qnod et ipse canonista ostendit.

Votum defensoris matrimonii.

Defensor matrimonii ex officio inter caetera, quae scripsit, animadvertit, apprime constare et sponsalia fuisse inita, denunciationes factas, matrimonium fuisse coram parocho initum, quibus stantibus, non esse pluris quam par sit aestimandum rumorem de vi metuve incusso: qui ceteroquin non omnino injustus censendus esset, quum et Aloisius non solnm sponsalia cum Anna inivisset sed et etiam eam cognovisset; ideoque promissis stare factoque suo per matrimonium emendare deberet, quod contra fas egisset. Neque plurimi esse faciendam Aloisii renuentiam Annam uxorem ducendi postquam notnm ei factum est, eam non virginem jamdiu fuisse: quum improbabile esset, quod Aloisius haec non ante dignovisset: ideoque jactatam renuentiam, qua diceretur obfirmato animo Annam postea repudiasse, firmo fundamento carere: eo vel magis, quod dum Aloisius a civili auctoritate deprehensus causam sciret, cur destineretur, non una vice dixerit, se velle Annam uxorem ducere.

Hisce aliisque copiose dednctis propositum est resolvendum

D u b i u m:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. Congregatio Concilii die 26. Junii 1869 respondere censuit: *Affirmative.*

Hac edita resolutione novam audientiam imploravit vinculi matrimonialis defensor juxta praescriptum constitutionis Benedictinae *Dei miseratione**) atque nova vota sunt exquisita tum ab altero theologo tum ab altero canonista, qui pariter in nullitatem matrimonii satis convenerunt, quibus propositis cum novis animadversionibus defensoris matrimonii ex officio in Congregatione habita die 18. Decembris 1869 s. Congregatio, causa iterum discussa, respondit: *In decisis.*

Ex quibus colliges:

I. Matrimonii substantiam in libero consensu consistere.

II. Ideoque matrimonium hostili more contractum ipso jure et facto nullum esse, licet forma servetur.

III. Neque videri multum referre, an vis militaris ad matrimonium celebrandum illata sit ex justa vel injusta causa: consensus enim mensuram hujus illatae vis egressus praesumi vix potest.**)

IV. In praesenti themate causam justam cogendi virum ad matrimonium defuisse, quum vir haud teneretur datam fidem servare mulieri, quam virginem putans nec virginem immo praegnantem dignovit.

V. Neque justam fuisse coactionem, quum ea neque legitime neque a competenti auctoritate facta fuerit.

IV. Parentum.

Vd. *Matrim.* (Int. Raptor. et non violent. raptam. Nullit. non const., decr.: *Praemislen* §: *Rursus* etc.); p. 703. VII.

Romana.

Amore invicem capti Joseph Coulon civitatis Drugignani et Magdalena Guernarda

*) Vd. *Defensor matrim.* (citandus).

**) Puto, matrimonium manere quoque nullum, licet Aloisius per hypothesim ex quavis legitima causa Annam uxorem ducere obligatus exstitisset et manus militaris mota esset ex jussu auctoritatis ecclesiasticae, etiam supremae, ut illum cogeret ad contrahendum; namque verum semper esset ob violentiam extrinsecam cui resistere non potuisset physice et directe illatam ad contrahendum verba contractus protulisse. Attamen secus esset dicendum, si censuris adhibitis, immo etiamsi in carcerem detrusus ut obligationi satisfaceret, tandem matrimonium, quod celebrare quaesivisset.

à Telono illius provinciae matrimonium inter se inire statuerunt, sed perurgentibus consanguineorum contradictionibus et praesertim patris dictae Magdalenae voti compotes non sunt effecti, interim inter eosdem carnali copula habita et muliere praegnante reddita uterque sponsus ad urbem accessit, porrectis SS. Domino Nostro precibus pro facultate verificandi per testes eorum liberum statum. Iis autem remissis per Sanctitatem Suam ad supremum Tribunal s. Inquisitionis inter haec detectum fuit, praefatum Joseph usque ab anno 1703 coram parocho ecclesiae s. Martini matrimonium contraxisse in civitate Massiliae cum Gabriela Arnaud, tametsi illud 1705 ad instantiam Joannis Arnaud Patris d. Gabrielae appellantis tanquam a praetenso abusu fuisset declaratum nullum ex Arresto seu decreto Parlamenti Aquarum Sextiarum sub eo ass. fundamento, quod contra patrias leges eadem Gabriela contraxerit sine praefati sui genitoris consensu, prout patet ex copia exhibita supradicti Arresti ex gallico ad italicum idioma translata. Quapropter idem s. Tribunal sub die 17. Sept. proxime praeteriti decrevit causam istam spectare ad s. Congregationem Concilii. In qua hodie uterque sponsus proposuit infrascriptum dubium definiendum:

An constet de nullitate matrimonii inter Joseph Coulon et Gabrielam Arnaud, ita ut sit locus matrimonio contrahendo inter dictum Josephum et Magdalenam Guernardam in casu etc.

S. C. resp.: Negative.

Die 17. Nov. 1708.

Senogalien.

Anno decurrente proxime elapso Marchio Ludovicus de Baueriis praetensionem excitare coepit, quod nobilis puella Barbara de Benedictis secum connubium iniret, juxta praetensorum sponsalium obligationem 1702 mutua fide initam, ut satis liquere asseruit ex syngrapha, quam tum in lucem protulit. In ipsa quidem schedula puella haec verba scripsisse dicitur: »Jo sottoscritta prometo, m'obligo e giuro in nome della santissima Trinità di prender per ligitimo sposo il signor marchese Ludovico Baviera di questa città, e non alcun altro. In fede etc. Jo Barbara Benedetti prometto e m'obligo quanto di sopra mano propria«, quemadmodum iisdem repetitis verbis Marchio ipse suam connubialem fidem quoque spopondit. Sub his quidam regularis jurejurando veritatem expositorum comprobavit eamque schedulam sibi consignatam fuisse asseruit, ut sub secreti lege conservaret, donec promulgationis dies veniret.

Traducta itaque jam dicta puella in monasterium Corporis Domini civitatis Fani statim partes concertare judicialiter coeperunt super executione hujusmodi sponsalium ac prae caeteris genitor puellae in actis protestationem emisit, quod si aliquando constiterit de eorum veritate intendit, ipsam nequaquam recognoscere in suam filiam, quin etiam omni successione privare. Eadem vero puella assertam declarationem exaravit, in qua deposuit, schedulam praememoratam scripsisse, ut importunis suasionibus et blanditiis jam dicti regularis ac cujusdam domesticae mulieris cederet ea sub indubia credulitate, quod nequaquam firma obligatione alligabatur; cum semel iterumque persuasa extitisset, quod nullam ex hujusmodi actu molestiam pertulisset. At remissa hujusce controversiae definitione ad hanc s. Congregationem praelibatus Marchio Ludovicus in praesenti insistit, ut datam assertam fidem sibi servet puella, quae proprio genitore nuper orbata acrius sua praetensa jura tuetur. Dignabuntur itaque EE. VV. ex utrinque adducendis qua pollent sapientia decernere:

I. *An constet de sponsalibus in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An sit locus coactionibus?*

III. *An dicta Barbara possit matrimonium contrahere cum alio viro, quatenus nolit exequi sponsalia, de quibus agitur?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative.

Ad 2 et 3: Dilata et ad mentem.

Die 12. Maji 1714.

Iterato dubio S. C. C. resp.:

Ad 2: Negative.

Ad 3: Affirmative et amplius.

Die 1. Sept. 1714.

Melevitana.

Coactio contrarium est naturali libertati, quam sartam inviolatamque servavit ipsa Sacramenti dignitas, quae a parentum voluntate minime pendet, ut docet *s. Thomas*

lib. 2. quaest. 104. art. 5. et pluribus exornat *Ursaya t. 9. disp. 38. de spons. n. 32.*

Die 24. Mart. 1821.

V. A Parocho non auditus matrimonium reddit invalidum.

Vd. *Matrim.* (contract. ex improviso etc.; validit. non const. propt. facult. dispensandi quoad personam erroneam etc. decr.: *Civitatis Castelli* §: *Addunt etc.)*; supra p. 644: *Taurinen*; p. 643: *Romana.*

VI. Probatio.

Vd. p. 643. I.; 681. II.

Brixinen.

De absoluto in matrimonium agens consensu codicem exhibet Praesul Porzia Blasbacensis parochi gravesque Comitis Spaur et Leopoldinae epistolas, non suspecto tempore conscriptas, ex quibus non obscura desumuntur illius argumenta. Valde siquidem in id parochiali deferendum libro, *Rot. in recent. decis. 117. n. 1. part. 4.* et *decis. 433. n. 6. part. 14.* et *s. Congregatio in Macraten.* 17. Aprilis 1718, valdeque posteriori contrahentium declarationi, *gloss. in cap.: Super eo*, vers.: *Confessionem, de eo, qui cognat. et consanguinit., Rot. in recen. decis. 610. part. 4. t. 1. n. 3.* Nec aliunde de conditione futuri consensus parentum, quam ex recentioribus constat Leopoldinae et Comitis epistolis et declarationibus post mutatam scilicet priorem voluntatem. Minus fidas autem hujusmodi declarationes censet Caelestinus III. *in cap. Super eo, de eo, qui cognovit*, ibique *Gonzal. n. 2.* et *Imperator. in Leg. non nudis 14. cod. de probat.*

Die 18. Septbr. 1718.

VII. Qualis requiritur?

Vd. p. 643. I.; 681. II.; 694. III.

Praevio brevi nuptiarum tractatu an. 1849 matrimonium coram ecclesia post legum civilium observantiam juxta Galliarum usum celebratum est inter Cajam 17 annos natam et Titium 29 annos natum. Duobus cum dimidio elapsis annuis ex judicis sententia, Caja instante, divortium inductum est. Verum 1861 ex aliorum consilio puella petiit, ut matrimonium declararetur irritum ex defectu consensus. Dixi *ex aliorum consilio;* namque Caja in ea erat persuasione, ut matrimonium validum omnino reputaret et eorum omnium memoriam amiserat, quae in judicium poterant deduci favore nullitatis matrimonii. Episcopus autem Apostolicae Sedi preces supplicantis puellae remisit. S. Cong. C. eidem Episcopo rescripsit pro informatione et voto et ut referret super antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus celebrationem matrimonii. Quibus plenissime satisfaciens Episcopus, testibus pluribus extrajudicialiter auditis, suum votum emisit pro matrimonii nullitate. Hac accepta informatione et voto SSmus mandavit rescribi ad Episcopum, ut tamquam s. Sedis delegatus processum conficeret, servata saltem in substantialibus forma Constitutionis Benedicti XIV., quae incipit: *Dei miseratione* *) cum facultate etiam subdelegandi alium seu alios ad viri aliorumque testium examen recipiendum, quatenus pro rerum et circumstantiarum adjunctis eorumdem examen haberi coram Episcopo nequiret. Quibus pariter satisfactum est. Quod tamen obtineri non potuit, fuit examen Titii ejusque matris, qui coram ecclesiastica auctoritate sistere se noluerunt, quamvis curatum quam maxime fuerit ut ad examen inducerentur. Attamen Titius ad Archiepiscopum Parisiensem cui delegatio examinandi Titium commissa est epistolam scripsit, qua mirabatur posse inquisitionem iustitui ad matrimonium solvendum, quod perpetuum inducit vinculum.

Ex transmissis porro processus tabulis ab episcopali curia, praesente vinculi matrimonialis defensore confectis, sequentem enarrationem desumimus.

Caja patre orbata in quodam gynaeceo christianam institutionem acceperat ibique pietatis virtutisque specimina praebuerat. Verum ab anno aetatis suae 12, capite laborans, indicia dedit cujusdam levitatis atque aberrationis mentis. E gynaeceo porro matris domum deducta majora ejusmodi indicia prodere visa est.

Modo enim augebatur conscientiae scrupulis, modo ad iram movebatur si ipsius insanis ideis non obsecundaretur. Quidquid autem quibusdam temporis intervallis puella gereret, sive morali violentia a Matre coacta sive proprio marte, id sine mentis reflexione facere satis ostendebatur. Haec autem potissima causa fuisse videtur ob quam data sibi occasione vidua ejus mater eam Titio nuptui tradere statuerit. Namque juxta medicorum et vulgi opinionem ferebatur ma-

*) Vd. eam sub verbo: *Defensor matrim.* (citandus.)

trimonium esse remedium ad haec incommoda reparanda iu puella. Titius praeterea multo ditior erat quam Caja, quamvis indocilitate iugenii, perditis moribus et ignobilitate publice notaretur.

Verum, hoc matris consilio eidem puellae patefacto, ipsa firmiter reuuit verbis et factis. Saepissime enim ore repetebat, se nunquam Titio uupturam fore. Titii autem consuetudiuem quautum poterat declinabat; ab eoque in uxorem expetita respoudebat constanter: super hoc cogitabo. Non enim Cajae arridebat Titii adspectus ejusdemque ratio se gereudi, qui deformis, ignobilis ac stupidus eidem videbatur.

At utraque mater tum Titii tum Cajae in eo pleue conveniebaut, ut matrimouium ipsum concluderetur. Cum Caja uosceret utramque matrem matrimonii conditiones statuisse, postero die eo Caja devenit, ut cum sua nepte se natu miuore e propria domo fugam arripuerit. Noctu enim per feuestram linteis simul colligatis exierunt, ut Parisios, siue quidem cousilio, coutendereut. At, prout erat expectandum, post non brevem itineris tractum cursu etiam ex parte confectum, pedestres domum regressae sunt defatigatae, deperditae et flentes. Testes antem omnes in processu affirmaruut, ejusmodi fugam arreptam a Caja fuisse ad evitaudas nuptias cum Titio ad quas ineundas morali coactione impellebatnr.

Verum hac fuga nedum Caja obtinuit quod cupiebat, sed duriorem fecit snam conditionem. Ejus euim Mater ejusque consobrinus magis magisque urgebant, nt matrimoninm coucluderetur; puellam veluti torquentes dedecoris nota, minis aliisque moralibus mediis, quibus commoveri puellae animus cognoscebatur; maxime autem commiuantes inclusionem in qnibusdam remotis desertisque aedibus, a qnibus Caja vehementer abhorrebat.

Ad reparandam autem injuriam, quae ex fuga dicebatur illata Titio ejusque familiae, duas epistolas scripsit Caja alteram ad amicam, ad Titii matrem alteram, in quarum prima expresserat, se multo amore Titium ejusdemque nuptias exoptare. At de his epistolis Cajae mater in judiciali processu deposuit: se easdem scripsisse, qnorum simile exemplum a filia exarari jusserat.

Statnto autem celebrandi matrimonii die Caja ejusdemqne propinqui ad domicilium sponsi demigrarunt; ea tamen in sua voluntate perstitit, prout testes referunt, repudiandi Titium, obtestaus, se nou posse affirmativam dare respousionem. Devenientes itaque sponsi solemni pompa ad civilem magistratum, ut juxta Galliarum morem actus civilis matrimouio praemitteretur, timebat quam maxime Cajae Mater ne puella usque ad nltimum momeutum matrimouio renueret. Quare tum Cajae consobriuus tum praesertim dicta mater auimi sollicitudiue suos oculos a spousa uon avertebaut. Caja coram magistratu primo tabellionem occulte interpellavit, an in sua adhuc facultate esset negative respondendi: cui ille, ex errore, nequaquam iuquit: ac deiude in vultum matris suae puella aspicieus iuterrogatioui a praeside factae affirmative respondit. Qua affirmatione pro matrimonio emissa Mater ex aucipiti statu sublevata suspirium traxit.

Deinde ad ecclesiam parochialem procedentes ut matrimouium contrahereut, in ipso ecclesiae ingressu Caja cousistere videbatur: quare ejus cousobriuus, quamvis non violenter, mauu sua ad procedeudum eam adegit et coram parocho ipso matrimonii caeremonias confecit. Testes uou desunt, qui in ntroque actu, sive civili sive ecclesiastico, fatentur Cajam sibi laetissimam visam esse. Matrimonio vero celebrato domum sponsi devenientes Caja nomen suum firma manu in matrimoniorum libro coram parocho subscripsit. Haec ex actis, quorum nouuulla enucleatius colligi possuut ex sequenti defensorum disceptatione.

Defensio vinculi matrimonialis.

Matrimouii defensor iuitio aduotabat quosdam processus defectus, iuter quos recensebatur defectus examiuis Titii, quod examen ad substantiales solemnitates spectat. At his praetermissis maxime insistebat in eo, nt ostenderet, in praesenti casu non constare de matrimonii nullitate. Celebrato enim matrimonio in faciem ecclesiae cum debitis solemniis praesumptio statim oritur, qua et caetera intervenisse putandum est; maxime si res sit de matrimonio non tantum rato, sed etiam consummato, obtenta prole; quo in casu nisi demonstratio contrarii sit ipso sole splendidior respui debet.

Porro ejusmodi probationem praesenti in casu non haberi defensor contendebat. Namque si attendas aversionis causam, ea constans non fuit. Cognita enim aversionis

origine, quae erat Titii ignobilis adspectus, curatum est, prout testes referunt, ut Titius coram Caja se uon sisteret, uisi tonsa barba mentoque nutrito. Maxime cum de mulieribus agatur quae ad horas mutabiles suut juxta illud *Virgilii Aeneid. l. 4:* Varium et mutabile semper foemina. Et juxta *Tibulum lib. 3. Eleg. 4:* Alterius mavult esse puella viri, sed flecti poterit: mens est mutabilis illi.

At procedeus defensor ad timorem incussum, licet uemo ambiget timorem, iu virum constantem cedeutem, uullum reddere matrimonium, observabat nihilominus, quod ut talis timor ceuseatur osteudere necesse est

1. malum quod timetur esse grave,

2. ut iucutiens timorem poteus sit et praesumatur probabiliter executor,

3. ut patiens metum resistere facile uou possit; ex defectu euim cujuscumque harum conditionum timor levis censetur.

At vero contendebat timorem iu praesenti gravem nou fuisse, cum una inclusio, quam et mater et consobriuus minitabantur in quodam familiae castro et in quodam caenaculo Parisiorum, ne displicere quidem Cajae poterat: namque in primo saepe familia degebat: in altero autem degere maxime optavit Caja post matrimouium, illuc maritum impelleudo.

Is qui iuferebat minas non erat facile exsecuturus. Namque si de matre loquaris, ipsa potius concutiebatur a filia, quam haec a matre, testante ipsa Caja iu judiciali depositioue: se timidam habitualiter erga Matrem uou fuisse sed imo arrogantem. Si autem de Consobrino sermo sit, post fugam et primos matrimouii tractatus puellam raro admodum vidit ac incredibile est, ut vir clarus Sororem, cui favere volebat, in desperationem adduceret.

Patieus denique metum resistere poterat aut confugieudo ad materteram aut reclamando ad praesidem aut invocando parochum aut etiam simpliciter evadeudo, sicuti antea praestiterat. Qui enim fugam arripuit ex sola formidine mali longinqui et possibilis, eo praesente, si tale reapse crederetur, non solum fugisset sed advolasset.

Ejusmodi rationes coufirmabat defensor conjecturis et iudiciis. Et primo quidem loquens de epistola ad amicam missa, in qua Caja scripserat se multum amare eum cui nuptura erat, observabat epistolam missam uou fuisse Titio aut ejus matri, sed ad Cajae amicam: quare suaderi neminem posse eam coacte exscriptam fuisse a Caja ex proposito a sua Matre exemplari. «

Alteram conjecturam desumebat ex loco ubi puella die matutiuo matrimonii morabatur actisque caeteris consecutis. Etenim ex proprio domicilio longo itinere ad domicilium sponsi contendit, ut contraheret concinuato crine et magnifice compta inter claros viros amicos et propinquos versabatur: de simili porro casu ita loquitur *s. Rota in Leuceorien. Matrimonii 1. Julii 1726 coram Calcagnino* §. *In alterum:* »Alterum liberae voluntatis indicium ad matrimonium contrahendum illud est, quod matrimonium magnifica pompa et apparatu, magna comitante procerum caterva atque praeseutia Episcopi celebratum, qui virorum tam ingenuorum concursus atque adsistentia magni argumeuti est pro exclusione metus passi, dum facile contraria voluntas ad suam libertatem restituta fuisset, per simplicem manifestationem contrariae voluntatis ejusdem puellae, per textum etc.«

Neque haec contrariae voluutatis manifestatio seu protestatio suffrageretur, si facta non esset in actu matrimonii coram altero conjuge, ceu notat de quodam casu *Sperelli, decis. for. decis. 75. n. 13.* iu quo scripsit: »Neque videbatur probari metus ex Barbarae protestationibus, quibus declaravit, se non intelligere contrahere cum Marco Antouio seque ad ecclesiam accedere invitam. Non quidem ex protestatione ante matrimonii celebrationem emissa, quia cum tempore matrimonii repetita nou fuerit, matrimonium quidem validum judicatur. . . . Quae quidem multo magis procedunt, quia hic agitur de protestationibus claudestinis in absentia partis factis, quae nihil couferunt ad contractum invalidandum.«

Tertiam conjecturam ex eo petebat defensor, quod et parochus in actu contrahendi matrimonium et praefectus in actu civili aliique duo testes praeseutes testati sunt, laetissimam visam sibi esse puellam nihilque haesitationis in puella observasse. Quare concludebat defensor, auctoritate *Cardinalis Parisii Const. 170. n. 22. l. 1.* vers.: *Hilaris*, ejusmodi actus exuberantes cum signis laetitiae totaliter excludere mentem coactam.

Etenim qui timore actu premitur, licet abscondet internum animi motum, abjectus tamen et jacens est ut de Burro memorat *Tacitus lib. 14. Annalium.*

Quarta praesumptio est subscriptio actus matrimonii ecclesiastici in domo sponsi post missam obsignata, quae subscriptio omnino accurata reperta est, quin ullum praeberet indicium turbati animi.

Quinta conjectura quam defensor adducebat est jucunditas et laetitia in nuptiali convivio, de quo testati sunt parochus et civilis Praefectus: eo in convivio laetissimos fuisse commensales et Uxorem visam sibi esse contentam.

Praeterea animadvertebat defensor, quidquid sit de coactione adhibita a Matre prinsquam matrimonium contraheretur, incontroversi juris esse, matrimonium declarari non posse irritum ex vi et metu, nisi constet, vim et metum perdurasse usque ad ultimum temporis momentum, quo matrimonium fuit contractum, ut perpendit *s. Rota in Romana Matrimonii 1. Julii 1726 coram Ratto.* Et in *Matrimonii 10. Januarii 1726 coram Calcagnino.* Neque ejusmodi vim et metum perdurasse usque ad actum celebrationis argui posse ex iis quae testes quidam narrant, videlicet ex compellatione a Caja facta tabellioni, an adhuc in sua esset facultate negativam dandi responsionem, ex injectione oculorum in Matris vultum; in lento gradu quo ad altare accessit. Haec enim quae in contradictione sunt cum iis quae de laetitia et hilari animo testes enarrant aut deliberationem matrimonii ostendere aut nihili facienda esse defensor contendebat. Etenim ut in casu etiam deliquii ponderavit *s. Rota Leuceorien. 1. Julii 1726 coram Calcagnino:* »Illa accidentalis et momentanea defectio spiritus haud referri decet ad internam animi aversionem matrimonio, dum cuncta laeti et faestivi animi ejusdem pro matrimonio ineundo patefacta sunt: ipsa namque Olande ornata ac bene compta accessit, laeta ac festiva viri domum repetiit . . . ita ut illa animi defectio potius causata sit ab insueto incommodo solemnis pompae, qua celebratum extitit matrimonium etc.« Non enim insuetum est, ceu ibidem docet s. Rota, ut puellae de solemni pompa deque sui status mutatione cogitantes inter hujusmodi multiplices variasque mentis serias cogitationes animo deficiant. Quare ex processus actis non constare de matrimonii nullitate defensor concludebat.

At facta etiam hypothesi, qua matrimonium ex defectu liberi consensus dicendum sit nullum, contendebat ex trium circiter annorum cohabitatione matrimonium convaluisse, ita ut defectus consensus per ejusmodi cohabitationem obtenta prole suppletus sit censendus. Namque ut testes referunt, conjuges in individua vitae consuetudine per aliquod temporis spatium mutuis curis et amore maritali vixerunt, ex quo sicut arguitur in matrimonium consensus antecedens libere praestitus, ita etiam si perfectus non fuisset, confirmatus et perfectus dicendus est, ut docet *Clemens III. in cap.: Ad id de spons. et matrim.* in simili casu: »quamvis ab initio ei invita fuisset tradita et renitens tamen, quia per annum postmodum et dimidium ei cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire, nec de caetero recipiendi sunt testes si quos memorata mulier ad probandum quod non consenserit in eum nominaverit producendos, cum mora tanti temporis ejusmodi probationes excludat.« Quam doctrinam illustrat *Sanchez de Matrim. l. 4. t. 18. n. 2. 3. 11., Bossius cap. 12. n. 381. et 382., Panimolle decis. civil. moral. et criminal. decis. 102. annot. 2. n. 1. et sequ.*

Quodsi dicatur matrimonium ex defectu consensus contractum post Trid. concilium ratum haberi non posse a conjugibus nisi repetita Tridentini forma, excepto casu quo impedimentum fuerit occultum, quaestio oritur quando ejusmodi impedimentum occultum sit censendum. Porro auctores, ut impedimentum occultum dicatur, exigere solent, ut parochus et testes illud ignoreut, *Sanchez lib. 2. cap. 37. de Matrim., Ventriglia in annot. 4. § 11. de Matr. metu contr. n. 19.* In praeseuti autem casu parochus et matrimonii testes ignorabant impedimeutum; namque vel ignorabant mulierem coactam fuisse vel fassi sunt in utroque matrimoniali solemnitate civili et ecclesiastica nihil extraordinarii et haesitationis in puella deprehendisse vel eam laetissimam sibi visam fuisse. Quare impedimentum si quod fuit occultum est reputandum, ita ut matrimonium ex maritali amore deiude convaluerit.

Defensio mulieris pro matrimonii nullitate.

Animadvertebat initio Cajae defeusor, quod si nonnulli reperiantur iu processu defectus

id adscribi debere ad loci conditiones. Ratioue enim civilium dispositionum Galliarum Episcopi media coactiva non habent, quibus cogant testes ut sistant se coram ecclesiastica curia; nec Episcopi in ejusmodi casibus censuras comminantur, quae facile spernerentur. Caeterum etsi non omnia processus solemnia ad unquem servata erant, testium numerus adeo copiosus aderat, ut nihil amplius desiderari posse videretur. Quamvis autem exameu Titii defuerit, nihilomiuus cum ex ejusdem contumacia obtineri non potuerit, locus aperiebatur dispositioni canonicae *Innocentii III. in cap. 5. §. Porro. Ut lite non contest.* iu quo statuitur: »In hujusmodi casibus si contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda (seu quia peremptoria citatione recepta venire coutemnit seu quia malitiose seipsum occultat, seu quia impedit ne possit ad eum citatio pervenire) testes lite uon contestata sunt merito admittendi et nihilominus (si de causa liqneat) ad definitivam sententiam est procedendum.«

His circa causae extrinseca auimadversis ampla defensione osteudere defeusor studuit matrimonii nullitatem ex defectu liberi consensus et ex morali praesertim coactione. Ex depositionibus porro testium juramento firmatis haec tria ostendebat:

1. Cajam noluisse Titio nubere,

2. Nonuisi violata per coactionem libertate nuptias celebrasse.

3. Coactionis effectum praesertim iu matrimonii actu innotuisse.

Evidenter autem primum caput demoustrabat defensor; namque testes uno propemodum ore Titium describebant tamquam virum vitiis deditum et cuntritum, brutalem et ignobilem, testabantur pariter puellam constanter ab eo abhorruisse, adeo ut usque ad matrimonii celebrationem puella fassa sit suae matri, se nunquam in illud matrimonium consensuram. Quam filiae protestationem mater patefecit Cajae consobrino: et haec causa fuit cur mater a dicto consobrino adjuta sibi proposuerit suos oculos a Caja non avertere.

Sed praeter haec, quam aliena tum fuerit Caja a nuptiis cum Titio contraheudis, satis superque ostendit arrepta per fenestram nocturua fuga postero die a matrimonio proposito.

Hoc pacto sibi defensor viam aperuit ad secuudum ostendendum, videlicet: nonnisi violata per coactionem Cajae libertate nuptias celebratas fuisse. De hac coactione pariter testes loquuntur eamque veluti notoriam tradunt, ita ut existimaverint Cajam liberam non fuisse et ad nubendum Titio coactam a matre, a consobrino necnon ab amita. Qualitatem autem coactionis sic defensor describebat: »Non arma quidem, non ictus, non tormenta invenies, quae animosum quemque athletam vel gladiatorem dejicerent, sed alia quae in teuerae aetatis puellam ingenno loco natam, delicato institutam cultu adhiberi possunt, solitudinis, inclusionis minas et maternae mortis inevitabilis offensionem.« Haec quidem ante fugam. Post hanc vero parentes censuerunt vigilantius custodiendam esse puellam, eam frequenter carpentes ut indocilem et honore destitutam, adjectis jugiter minis de inclusione in deserta campestri domo, ita ut timore affecta inducta fuerit Titium domi suae excipere. Eo autem magis Cajae propinqui modis omnibus institerunt, ut puellae reluctantiam refringerent, quo magis verebantur nt matrimonio assentiret. Utraque porro mater sive Titii sive Cajae eo animo erant comparatae, ut remedium ex hoc connubio sibi repromittereut, altera sui filii moribus, qui honestiorem puellam non esset inventurus, altera suae filiae praemonstratae fatuitati, ex medicorum consilio, cujus foma si in vulgus percrebresceret, non facile nuptum iri Caja videbatur.

Post haec ad tertium ostendendum procedebat defensor scilicet, coactionis effectum praesertim in matrimonii actu iunotuisse. Namque, in ipso discessu puellae, e sua domo ad civilem magistratum, mater anxia trepidabat. Testis enim deposuit: »Mater (Cajae) me admonnerat se admodum vereri ne filia sua renitens persisteret usque ad ultimum momentum.«

Altera testis narrat quibus furiis puella agitaretur his verbis: »dum sponsa se indueret ante discessum, eam flere vidi et suarum mauuum tegmina lacerare; dicentem se non posse omnino affirmative respondere.« Mater autem testata est snb juramenti fide, in itinere »filiam suam animo perturbato suos oculos convertisse ad rhedae fenestras: id autem fuisse causam cur commendaret, nt vigilautius alii attenderent et puellae motus

observarent: in civilis praefecti domo continue puellam ad januam respexisse.« Tempus iuterea respondendi coram praefecto advenerat et puella dissensum opponere meditabatur. Atque hic cum apertae ac violentae coactioni locus esse non posset, Caja decipitur, tabellione suadente rem amplius integram non esse, qua posset nuptiis contradicere. At nihilominus puella matrem suam oculis quodammodo interrogavit; de qua re ita Consobrinus testatus est: »Cum Caja haesitare videretur coram officiali civili, gravem matris perturbationem observavi, quae suspirium traxit, veluti animo sublevata, quando filiae affirmativam responsionem audivit. Memoria adhuc teneo, Cajam ad matrem respexisse antequam affirmatiouis verbum pronunciaret.«

Nulla interjecta mora contrahentes ecclesiam petieruut et consideratis adjunctis defensor animadvertebat, jam eo rem perveuisse, ut puella post editum paullo ante asseusum contrariam manifestare voluntatem siue magna omuium admiratione et sine inconstautiae nota uon posset: attamen manifestae haesitationis indicia et coactionis trepidationes patefecisse. Cum euim in ecclesia puella consisteret et progredi recusaret Consobriuus illam manu impulit ut procederet. Sic rem enarrat altera testis: »in ecclesia vidi consobrinum sua mauu impellere Cajam quae videbatur recedere.« Hoc idem coufirmavit Cousobrinus, qui deposuit his verbis: »in ecclesia observavi etiam haesitationem quemdam Cajae.... Ego eam adegi ut procederet, attameu sine violentia.« Ipsa autem Cajae mater deposuit: »in ingressu ecclesiae Caja nullimode procedebat et perturbata observabatur, ad aures autem ejusdem ut nervose diceretur mandavi: si tu adhuc scandalum patras, includeris sola in agro; tu dolore perire facies matrem tuam, obedi.« Celebratis nuptiis Caja suum interitum pronunciavisse visa est: cum enim altera testis Cajam his verbis compellaret: eu tandem viuculo juncta es, responsionem habuit: verum quidem est, sed ego nunquam felix ero.

Hisce adductis praeclara oratioue interpellabat defensor Patres Emos, quid judicarent, si de testameuto ageretur hoc pacto confectum; ac subjungebat: vel unum putetis minorem libertatem in matrimonio, quam in testameuto requiri?

Post haec defeusor expendebat eorum testimouia, qui Cajam velut laetissimam eo tempore fassi suut et prae caeteris animadvertebat, geueralia haec testimonia siugularibus nou refragari. Mirum enim nou est, si parochus in altari consistens non observaverit quod ictu oculi, nutu matris, impulsu consobrini factum fuerat. Neque mirum esse quod puellae interrogatiouem et tabellionis responsum omnes eo actu iguorarent. Caeterum, quisquis virgines nubentes viderit, recordabitur profecto tauta illas commotioue agitari in festivo apparatu, in gratulationibus omuium, in rei novitate, ut maxima in animo perturbatio insidere soleat, quamvis iu ore debita consuetudiui laetitia appareat.

Ad objectionem vero depromptam ex uominis puellae subscriptioue, quae accurata reperta est, quiu ullum praeberet indicium turbati animi, observabat defensor, uou immediate post matrimonium puellam uomeu suum obsiguasse, sed post missae celebrationem iu domo Titii; et eo animo esse puellam comparatam, ut etiam in turbatissimo auimo valeret firma mauu suum scribere nomen, quemadmodum in ipso judiciali actu coram Episcopo praestitit.

Ad literas autem quod spectat, quarum unam post praedictam fugam ad suam amicam Caja scripserat, alteram vero ad socrum, pauca adnotabat defensor; satis euim ipsi fuit indicare, harum literarum cognitiouem haberi tantum ex religiosa et spontauea Cajae confessione, quae iu prima Episcopi inquisitioue harum literarum oblita longum iter denuo aggressa est, ut de his certiorem faceret Episcopum autequam ad s. Cougregationem hic literas iuformatorias daret. Caeterum de his literis, quemadmodum de adjunctis hactenus iu celebratione matrimonii enarratis, nihil ex parte sua dicere potuit puella, e cujus memoria ea omnia fugerant. Mater tameu sub jurameuto testata est, eas a se scriptas fuisse, quarum exemplum a Caja fieri jusserat.

Hac posita factorum disceptatioue procedebat orator ad juris quaestionem. Parvi autem faciebat distinctiunculas illas, quas euucleatim nonnulli tradunt auctores, quod scilicet metus debet esse per se gravis; quod metum iuferens potestatem exsequeudi habeat; exsequi soleat et alia id genus, quamvis haec omuia adjuncta in praesenti casu concurrisse ostendere studuerit.

Animadvertebat euim metum graviorem aut leviorem fieri juxta auimorum affectus: alter siquidem mortem non reformidat; alter miuitautium supercilio commovetur. Utrum autem metus liberum arbitrium violaverit, iu passiva subjecti aestimatioue inquiri oportere, non vero in aliorum opinione, ceu docet *Barbosa vot. decis. l. 1. n. 26:* Magis verosimilis redditur metus, habita consideratione ad personam, quae illum patitur et tenuit Rota . . . rationem reddens his verbis: nam pueri, iu quibus uullus est usus et qui omuia majora quam siut judicant, propter imperitiam aetatis, rebus quibuscumque etiam levissimis terreutur. Et hoc uon solum in metu quem coactivum appellamus locum habere dicimus, sed etiam in reverentiali.« *Zypaeus consult. 4. apud Van-Espen. p. 2. sect. 1. tit. 13. n. 11.* scripsit: »quaudo tameu revera ex judicio viri prudentis coustaret levem licet causam, vere tamen gravem metum incussisse, tautumque, ut spontaueum couseusum defuisse demonstretur, non dubitem, matrimonium pro irrito haberi: quia certe nihil iuterest, quo metu quis compulsus sit, dum constat compulsum esse. Et ejusmodi doctrinam tradidit *Rota in decis. 491. cor. Royas n. 4. seqq.* ibi: »quibus stantibus non videtur discutienda causa ipsius metus et an fuerit cadens iu constantem virum, cum haec discussio sit admitteuda quaudo ex facto nou resultat metus probatio. Abbas etc. et merito, quia metus uihil aliud est quam mentis trepidatio praeseutis vel futuri mali.«

Adducta insuper auctorum doctrina, qua docent metum reverentialem sufficientem esse ad matrimonium irritum reddendum, concludebat defeusor auctoritate *Schmalzgrueber t. 4. p. 1. tit. 1. § 393.*, quae acu tangit casum nostrum, ibi: »Sequitur invalidum esse matrimonium .... contractum a virgine cum juvene, quem illa aversabatur, ex mera reverentia in parentes, cum iudignationis, exprobrationum, durae tractationis et similium incommodorum verisimili aestimatioue conjuncta.«

Et saue cum de ineundo matrimonio agitur, quidquid schola doceat, de voluntario simpliciter et de voluutario secundum quid, pleuam requiri ajebat defensor libertatem. Ita eteuim *Alexander III. in cap. 14. de Sponsal.* statuit: »Cum locum nou habeat cousensus ubi metus vel coactio intercedit, necesse est, ut ubi assensus cujusque requiritur coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo cousensu coutrahitur et ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate gaudere cujus est animus iudagandus.«

Quare *Sanchez l. 4. disp. 6. n. 2.* docet: »Multi satis probabiliter dicuut metum gravem, juste iucussum irritare matrimonium, cum tamen alios contractus non irritet. Et ratio esse potest; nam iu matrimouio major libertas disideratur, quam in reliquis contractibus.« Id ipsum tradit *Pontius de imped. matr. caus. 31. quaest. 2. et 2. § 13.* Quia ad illud (matrimonium) majus et perfectius voluntarium requiritur, quam ad alios contractus civiles. Id quod ex perpetua ratione vinculi matrimonii colligit *s. Thomas* etc.

Quibus omuibus, ad osteudeudum liberi eonsensus defectum, adjungebat defeusor vitium meutis, cujus uonnulla indicia dederat puella ante matrimonium ineuudum.

Gradum praeterea faciens ad repellendam difficultatem, quae oritur ex longa habitatione conjugum per spatium duorum aunorum cum dimidio, obteuta prole, ampla oratioue defensor osteudebat matrimonium ratum habitum a Caja nou fuissè, tum ex facto, quo graves dissentiones lites et jurgia inter conjuges intervenerunt, usque ad divortium, tum quia puella in ea persuasione erat, ut validum putaret matrimonium, quo casu non poterat haberi conseusus renovatio; tum denique, quia post novam formam a concilio Trid. inductam, convalidari non potest matrimonium, quod irritum in foro externo possit ostendi, uisi repetitis solemnitatibus.

His itaque utrinque disputatis propositum est resolvendum

D u b i u m:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. Congregatio C. die 10. Junii 1865 respoudere censuit: Affirmative.

Ex iis colliges:

I. Matrimonium inter persouas jure naturali et ecclesiastico ad illud idoneas solo conseusu contrahi, servata Tridentini forma ubi Trideutiuum decretum viget.

II. Nou quolibet tamen conseusu matrimonium coutrahi sed eo consensu qui a gravi coactione et metu sit immuuis.

III. Hic enim singularis contractus qui ex mntno contrahentinm amore duce natura initur, gravissima secumfert ex jure divino onera, quae declinari a contrahentibus non sunt, cnjusmodi praesertim est vincnlum perpetuum quo ligati manent.

IV. Qnare consensus a contrahente relnctante coacte emissus proportionem non habet cum matrimonialibns obligationibus, quae ex natura matrimonii dimanantes sustineri a contrahentibns debent vi praestiti consensus.

V. Hinc matrimonium vi et metu initnm ipso jure est nullum, quidquid de caeteris contractibus sit dicendnm.*)

VI. Probationem autem vis et metus gravis duplici ratione posse fieri, a) vel ostendendo naturam coactionis seu causam metus incnssi gravem esse vel b) ostendendo graves coactionis et metus effectus produxisse in patiente causas caeteroquin leves.

VII. Secundam hanc appellari probationem coactionis moralis vel timoris reverentialis: primam autem appellari solemni juridico effatu probationem vis et metus cadentis in constantem virum.

VIII. Hoc quidem solemne effatum duplici ratione intelligi, absolute nempe et relative. Vis enim natura sen causa metus potest esse cuilibet absolnte formidabilis vel relative formidabilis, habita ratione personarum quae constanter in suo quoqne ordine censentur.

*) Caeteri contractus ex vi et metu initi non censentur generatim ipso jure irriti, sed probata vi et metu rescindi debent judicis sententia. At haec dici non possunt de matrimonio ex vi et metu contracto; quod si ex sese irritum non esset, non posset amplius a judice rescindi, utpote quod ex divino jure perpetuum inducit vinculum. Quamvis autem certum sit matrimonium ex vi et metu contractum ex sese nullum esse, non tamen omnes conveniunt in quaestione, quoquo jure matrimonium sit ex sese nullum; alii enim censent ex jure ecclesiastico, alii ex jure naturali; quae secunda sententia communiter recepta satis videtur ostendi ex abnormitate, quae haberetur si consensu ex vi et metu emisso constitui posset contractus irrescindibilis, quo non de rerum alienatione, sed de mutua ipsorum contrahentium alienatione agitur ad constituendum prolis principium in perpetua vitae consuetudine, mutua fide mutuoque amore fundatum. Quare quamvis metus non faciat simpliciter cessare consensum, tamen tollit qualitatem libertatis in matrimonio requisitam, quae libertas jure naturae necessaria omnino est.

IX. Qnare vis et metus censetur gravis, quamvis tantum cadat in constantem puerum vel in constantem senem etc. secundum ordinem personarum ad quas spectant qui coactionem et metnm patinntnr.*)

X. In praesenti autem casu intervenisse coactionem moralem et timorem reverentialem, quibus adacta est relnctans puella usque ad matrimonii celebrationem.

XI. Deniqne colliges, matrimoninm sic ex vi et metu contractum non convalidari post Tridentinam legem per mntuam conjugum cohabitationem, qnamvis etiam proles fnerit progenita.

Cajetana itala mulier in rurali paroecia s. Nicolai, prope urbem N., ortnm habuit: octo post annis e natali solo cum amita discessit se conferens in dictam urbem N. in Italia frequentissimam. Deinde apud agnatos cognatosque in aliis urbibns aliquot annos degit, donec rediens in urbem N., praemortuis unico quem habebat fratre, matre ac patre, ibidem nnpsit viro A.

Tum tempore quo vir ejus vixit, ex quo duos filios habuit, tnm postea ab anno 1859, quo vidua mansit, usque inpraesens domicilium habnit in eadem nrbe N., quamqnam quater paroeciale domicilium ex una in alias paroecias mntaverit. Sed a mense Majo anni 1863 usque ad annum 1869 domicilium habnit ibidem in paroecia S.

Quamvis antem in urbe N. degeret et in paroecia S. domicilium haberet, aestivo tamen vel autumnali tempore apnd ejus amitam Cajetana cnm suis filiis divertebat unum circiter mensem, rurandi causa: ejus enim amita habitare perexit in paroecia s. Nicolai, ubi Cajetana nata fuerat, prope urbem N.

Interim vidua Cajetana, nt sibi suisque filiis prospiceret, hospitio excipiebat in urbe N. aliqnot viros victumque eisdem locabat. Hos inter erat qnidam Fridericus, natione Helveticns, religione Lutheranns. arte lithographus. Hic jam inde ab anno 1859, qno e vita migravit vir Cajetanae, eidem mulieri notns erat; cui illa postea adeo detulerat, futurarnm nnptiarnm intnitu, ut domum in paroecia S., quam ipsa suis sumptibus suisque laribns incolebat, nomine ejnsdem Friderici conduxerit.

*) *Sanchez de Matrim. l. 4. dis. 3. n. 4.* scribit: »Dum dicitur metus cadens in virum constantem intelligitur nomine viri animi robur pro cujusque conditione.«

Fridericus quoqne ad paroeciam s. Nicolai se aliqnoties conferebat ibique aliquot dies manebat; sed id numquam eo animo fecit, ut aliqnod domicilium ibidem acquireret; eo enim ibat aut rurandi causa aut invisendi Cajetanam sive aestivo sive autumnali tempore ibi degentem.

Fridericus itaque ex communi habitatione et victu familiaritate contracta cum Cajetana eam uxorem ducere statuit, quamvis ipse octo et viginti annos natus, illa vero tres et triginta et praeterea vidna dnobus onusta filiis. Ineunt privatim sponsalia, nulla habita ratione disparitatis cultus.

Cum antem noscerent, neminem parochorum urbis N. huic matrimonio ineundo adfuturum ob disparitatem cultus, nulla implorata et obtenta Apostolica dispensatione, Fridericus, repntans alterutrum parochum sive *originis* sive *domicilii* nnius ex contrahentibus posse valide matrimonio assistere, elegit parochum originis Cajetanae, idest illum s. Nicolai qui ex senili debilitate seu imbecillitate nnptiis benedicendis facile fuisset adfuturus.

Quare exposito illi parocho desiderio amitae Cajetanae parandi ibidem nuptiarum prandinm, Fridericus petiit, ut nuptiis interesse vellet. Ille parochns omnes difficultates ad illud matrimoninm contrahendum pro suo arbitrio ita composnit, qnasi vero nihil obesset. Ita autem processit: excepta a Friderico quadam attestatione ab se non intellecta, quippe teutonica lingua scripta, huic iterum baptismum confert sub conditione, quem Fridericus snscipit animo dumtaxat ritnm qualemcnmqne agendi ad matrimoninm necessarium; atque uno eodemqne die festo, dnabus tantnm proclamationibns in sua paroeciali ecclesia factis, tertia neglecta qnasi necessaria non esset, omnia rite parata esse existimavit.

Sane die 18. Julii 1863 Fridericus et Cajetana unacum duobus testibus ex urbe N. proficiscentes ad parochum s. Nicolai se conferunt et ab eo petnnt nt matrimonio assistat. Eorum votis morem gerens ille parochus ad paroecialem ecclesiam dncit; sponsorum et testium nomina non semel exquirit; ac tandem ad formam in Ritnali praescriptam (quamvis in verbis proferendis valde lingua implicaretur) sponsos mntnum matrimonii consensum exquirit. Verum parocho interroganti Fridericus quidem affirmativum et iteratum responsum, at vero Cajetana nullum omnino responsum dedit: neqne ex causae actis erni potest, an aliquo signo, puta oculis, vocis modnlo, nutu consensum explicite expresserit. Illud tantum Fridericus deposnit, idest, Cajetanam annnllum a parocho benedictum et a se exhibitnm libenter excepisse. Parochus nihilominus ad exitum ritns processit et sponsis ac testibus comitantibus domum reversus incompositum dictat testimonium in libro matrimoniorum ipso Friderico scribente. Eo antem in testimonio non legitur, parochum sponsos *interrogasse eorumque mutuo consensu habito solemniter per verba de praesenti matrimonio conjunxisse* (nt ex Rituali Rom. *forma scribendi conjugatos* in 3 lib.), sed tantum, matrimoninm Friderici cum Cajetana conjunxisse.

Nec praeterenndnm, vix ab ecclesia egressis sponsis ac testibus Cajetanam de non dato a se ullo responso parocho interroganti locutam esse, ceteris audientibus et non contradicentibus: immo non defuisse qui ad haec snbrideret et qui silentium hac de re indiceret, addita ratione, ne ansa cuipiam daretur ad matrimonii nullitatem proclamandam.

Hujusmodi auspiciis matrimonio inito nec primus effluxerat mensis quo jurgia, contumeliae omnigenaeque injuriae locnm habuerunt usque ad verbera. Quibns mulier a viro lacessita et vir zelotypia actns ad civilem potestatem deferunt querimonias. His omnibus, additis monitionibus a proprio eorum parocho, idest a parocho paroeciae S. fraterne datis, qui insuper, per se mnlieri, per alinm autem viro, grave dubium injecerat de initi matrimonii firmitate, factum est ut post quatuor circiter menses a matrimonio contracto, idest die 2. Novembris 1863 Cajetana snpplices ecclesiasticae curiae preces porrexerit ab hoc proprio parocho exaratas, ut matrimonium declararetur nullum utpote clandestine celebratnm.

Ordinarius, hoc accepto libello, extrajudicialiter audivit tnm Cajetanam tnm Fridericum: atqne habita ratione praesertim clandestinitatis die 12. Novembris 1863 deputavit judicem ad acta juris ordine servato peragenda usque ad publicationem processns.

Porro omnia processualia acta rite inita suspensa jacuerunt qninque annos, propterea quod testes qui matrimonio adstiterunt in

judicium vocati nunquam venerint. Tandem die 24. Novembris 1868 processualia acta reassumuntur occasione libelli a Friderico porrecti, quo petebat ut procederetur in causa jamdiu a Cajetana promota.

Sic e pulvere causa excitata processualia acta prosecuta sunt ad normam Benedictinae constitutionis *Dei miseratione**) et instructionis S. C. C. editae die 22. Augusti 1784 praesertim quoad solemnitates, quae ad actorum validitatem vi dictae constitutionis requiruntur.

Ad formam itaque processus quod attinet, nihil causa videtur desiderandum reliquisse circa expressam deputationem judicis seu judicum, qui facultate pollerent procedendi, judicandi ac decernendi, circa constitutionem, juramentum, adsistentiam defensoris matrimonii ex officio in unoquoque actu judiciali et examine testium, juxta dictam Benedictinam const. § 4, 6, 7. Itidem rite examinati fuerunt conjuges, qui et ea quae extrajudicialiter deposuerant, pancis rectius expositis, juramento iterum confirmarunt. Similiter alii testes qui reperiri potuerunt et tum a Procuratore ipsorum conjugum rite constituto tum ab uno et altero matrimonii defensore inducti examinati fuerunt sub juramento. Non tamen intelligitur cur primus et alter matrimonii defensor judicium *septimae manus* nullo pacto exquisierint. Instructio enim S. C. C. in omnibus causis, quae matrimonii firmitatem respiciunt, illud testimonium indiscriminatim praescribit, licet primario in illis causis exigat quae ex capite impotentiae aguntur. Sed hoc et similia non reddunt nulla judicialia acta ex *cit. const. et instruct.* nec in themate ad cognoscendam veritatem videbantur prorsus necessaria. Depositiones enim conjugum ac testium juramento inceptae novoque juramento absolutae satis esse videbantur ad praesentis causae solutionem.

Ita reapse senserunt tum judex qui delegatus tantum fuerat ad construendum conficiendumque processum tum matrimonii defensor tum partium procurator. Eo magis, quod parochus s. Nicolai et amita Cajetanae e vita migraverant et unus testium, qui matrimonio adstiterat, e sua habitatione discesserat, quin sciretur ubi moraretur.

Quare instante conjugum procuratore die 19. Novembris 1869 publicatio processus ab Ordinario decernitur, judex ad causam cognoscendam et judicandam delegatur et tum validitatis matrimonii defensori tum conjugum cansidico, quos inter lis fuerat contestata, injungitur, ut die 7. Januarii 1870 ad causam discutiendam convenirent et conclusiones facti et juris apud acta exhiberent.

Huic decreto obediunt partes atque ad tramites cit. const. *Dei miseratione* validitatis matrimonii defensor inter cetera animadvertit: Fridericum utpote haereticum subjectum non esse legi ecclesiae in catholicos tantum latae, qualis ea esset quae jubet celebrandum esse matrimonium coram proprio parocho. Neque obstare unam partem contrahentem esse catholicam; inquiebat enim, Fridericum hnic parti communicare privilegium exemptionis a Tridentina lege, quo ille frueretur vel *ratione loci in quo habitat vel ratione societatis in qua vivit*, *Bened. XIV.* in opere *de synodo dioec. l. 6. c. 6. n. 12.*: utramque vero rationem ad praesentem casum collineare immo vero corroborari declarationibus Benedicti XIV. 3. Aprilis 1752 de validitate matrimoniorum Helvetiorum. Neque obstare Fridericum matrimonium in Italia contraxisse in qua Tridentina lex fuit rite promulgata, cum etiam alibi clandestina matrimonia haereticorum valeant, ubi Tridentinum Decretum *Tametsi* sit promulgatum: insuper s. Congregationem Concilii declarasse die 16. Martii 1780 dissimulandum esse circa matrimoniorum firmitatem quae inter se haeretici contrahant, quam dissimulationem tacitam secumferre adprobationem et communicari inde privilegium cum parte catholica. His concordare ajebat declarationes et instructiones Pii VIII. et Gregorii XVI., qui docuerunt, matrimonia mixta clandestine contracta quamvis illicita esse tamen valida.

Conjuges, praeterea conteudebat, aliud domicilium in paroecia s. Nicolai habuisse, quod Cajetana eo frequenter se conferret animo acquirendi inibi domicilium; hunc animum satis declarari atque praesumi tum ex facto receptae nuptialis benedictionis ab illo parocho tum ex testimonio ejusdem parochi qui in libro matrimoniorum scriptum reliquerat, utrumque conjugem domicilium in sua paroecia habere.

Quod si haec argumenta forte posthabereutur, pergebat matrimonii defensor, potnisse demum Fridericum et Cajetanam matrimonium inire coram quovis parocho, cum

*) Vd. *Defensor matrim.* (citandus.)

Fridericus ab Helvetia migrans, hac illac circamcursans et vagorum viveudi rationem usque retineus nullibi domicilium vel quasi domicilium statuerit.

E converso coujugum orator paucis deductis conclamavit nullitatem matrimonii patere sive ex substantiali defectu consensus ex parte Cajetanae sive ex vitio claudestinitatis, cum initum non fuerit coram proprio parocho.

Itaque judex, ad seutentiam hac in causa proferendam delegatus, perpensis utrimque rationibus sive scripto sive voce prolatis, demum die 20. Januarii 1870 hanc definitivam senteutiam protulit: »Constare de nullitate matrimonii quod Fridericus N. N. et Cajetana N. N. die 18. Julii 1863 coram parocho N. N. s. Nicolai contrahere praesumpsere ex defectu jurisdictionis in parocho assistente.«

Ab hac seuteutia matrimonii defensor juxta tramites cit. const. *Dei miseratione* § 8. rite appellavit ad s. Sedem seu ad S. C. C. atque iustitit, ut sententia, conclusiones et cetera causae acta transmitterentur, conjugum procuratore intimato.

Transmissis itaque Romam per autheuticum exemplum *(copia)* actis judicialibus in ea archiepiscopali curia confectis Vicarius generalis ad Emum Praefectum S. C. C. scripsit, »ut si qua ad formam eorumdem actorum pertinentia rite facta non fuerint, circumstantiis specialibus in quibus temporum iujuria haec curia versatur, a Beatissimo Patre earundem circumstantiarum intuitu benignam veniam implorare dignetur.«

Deiu SSmus Pater, ut partium expensis parceret, *oeconomice**) ejusmodi causam in gradu appellationis agi jussit. idest deputato theologo et canonista qui in hac causa sua vota pro veritate scriberent et defensore matrimonii qui pro suo officio de more animadversiones ad sustinendum matrimonium faceret coram S. C. C. proponendas.

Votum Canonistae.

Animadvertit Canonista, plenam accuratamque hujus causae definitionem peudere posse a triplici quaestione, 1. an ex judicialibus actis certo constet de mutuo in matrimonium consensu de praeseuti: 2. an parochus s. Nicolai fuerit alterutrius sponsi proprius parochus: 3. an sustineri possit matrimonii validitas ex eo quod Fridericus ad haereticam sectam pertineret.

Quaestio I. Neminem latere animadvertit Canonista, ad matrimonii validitatem requiri *verum consensum*, *mutuum*, *de praesenti et verbis vel aliis signis externis manifestatum.* De qua re ita inter alios scripsit Pirhing. *l. 4. tit. 1. n. 82:* Ad valorem matrimonii non est satis nt contrahentes in obligationem conjugalem de praeseuti consentiant sive *internum consensum* habeant, sed jure quoque naturali requiritur, *ut exprimant hunc consensum eumque mutuo acceptent*, pront constat ex *c. Licet de sponsa duorum*; ubi postquam dictum est, matrimonium contrahi per legitimum consensum de praesenti inter virum et mulierem, subjungitur: *ita ut unus alterum cum mutuo consensu verbis consuetis expresso recipiat* vel aliis signis externis, ut supra dictum. Ratio est, quia nullus humanus contractus iniri potest, nisi utriusque contraheutis voluntas exprimatur et mutuo sibi innotescat. Jam praeiverat Sanchez qui *de matrim. l. 2. disp. 30.* scripsit: »Res est certa inter catholicos, non satis esse consensum interuum sed oportere verbis vel signis exprimi. Cujus contrarium tenuit Wiclef, quem. late impugnat Waldeus etc. Et aliam quoque rationem addit, quod matrimonium prout sacramentum debeat perfici *signo sensibili;* atque concludit: »Concilium Florentinum in Decreto de Sacramentis, cum singula Sacramenta singillatim exponeret, dixit sic: *consensus per verba regulariter expressus facit matrimonium*: nbi non dicit, verba esse necessaria, sed oppositum denotavit, dum non dixit, semper adhiberi verba, sed regulariter, idest communiter.« Ibid. *disp. 3. n. 5.*

Hisce autem in jure positis animadvertit canonista, ex actis judicialibus et rationes extare quibus jure deduci posset defecisse Cajetanae consensum et e converso non deesse rerum adjuncta quae suadere videantur adfuisse externa signa quibus saltem *implicite* et *pro foro externo* argui et intelligi a parocho et testibus potuerit consensus mulieris.

Defecisse consensum argui ex depositione Cajetanae, quae varie interrogata et sub juramento deposuit: »vere nihil respondi ad interrogationem parochi, propterea quod *mihi non videbatur ejusmodi matrimonium recte factum*, cum non praecessisset consensus ante

*) Vd. *p. 526.*

publicationes juxta morem: Fridericus non erat catholicus et illuc ivimus ideo quia nobis dictum fuerat nullum parochum in urbe N. matrimonio nostro adfuturum: quare *cum mihi non videretur matrimonium rite iniri, nescirem dicere quasnam intentiones habuerim*, cum earum circumstantiarum cumulus ad risum iterato me moverit.«

Hac depositione expensa vehementem saltem exoriri praesumptionem, nullum mulierem emisisse consensum atque retinnisse matrimonium non solum illicitum sed et invalidum.

Alter testis deposuit: »E templo egressi ego et Cajetana simul de matrimonio locuti sumus atque illa mihi dixit: quamvis illud esset tricarum complexus, attamen fore ut validum aestimaretur, quia ipsa credulitatem induxisset, illic proprium domicilium se habere.« Hujus sermonis mentionem et Fridericus in actis fecit.

Porro non paucos doctores cum Leurenio *for. eccl. l. 4. q. 90.* contra Sanchez tenere, quod si aliquis etiam *falso* existimet subesse impedimentum dirimens, consentire valide non possit in matrimonium, quia absurdum est posse consensum praestari ad id quod sibi sit impossibile, stante impedimenti conscientia, licet erronea.

Ceterum et ipsum Fridericum ac testes deponere nedum se non audivisse verba ulla, sed *nec signa* aliqua externa consensus *advertisse.**)

*) Unus ex matrimonii testibus, qui judicio adstitit, interrogatus de consensu Cajetanae in actu celebrationis emittendo, nihil dicere scivit; neque an parochus interrogaverit sponsos neque an hi consensum praestiterint; quod nihil perceperat: aliam ideo quaestiunculam movit canonista quam tamen non seorsum pertractavit sed cum principe quaestione de defectu consensus contexuit. Quaestiuncula haec his verbis seorsum proponi posset, an si testes corpore quidem praesentes sint, sed nihil percipiant seu advertant, dici posset matrimonium celebratum juxta formam Tridentinam: et utrum hujus advertentiae defectus secumferat nullitatem matrimonii. Nihil de hac quaestione dicam, cum ejus solutio ampliorem disquisitionem exigeret: referam tantum quae canonista in medium protulit. Ponderavit enim, jure praesentem eum non censeri qui non adsit modo humano intelligens et advertens quid agatur, *l. coram Titio 209. ff. de verb. signif.* ubi legitur: »*Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur praesente eo fuisse nisi is intelligat:*« idque in matrimonio celebrando confirmari ex expressis Tridentini verbis *sess. 24. c. 1. de ref. matr.* in quo legitur: »*Parochus, viro et muliere interrogatis et eorum mutuo consensu intellecto vel dicat etc.* Praeterea, ideo Tridentinam synodum exigere, Decreto irritante assistentiam parochi et testium, ut hoc modo constet ecclesiae de matrimonio contracto: ergo parochum et testes ita debere esse praesentes ut intelligant et advertant quid agatur: necessarium ergo esse ut iidem aliquo sensu percipiant consensum contrahentium, ut si non audiant verba, videant tamen signa mutui consensus, Sanchez *l. 3. disp. 29. n. 1—6.*; Pirhing. *l. 4. tit. 3. n. 22.*; Leurenius *tit. 3. q. 153. n. 2.* cum communi.

Neque confugium patere ad juris praesumptiones quae ante Tridentinam legem vigebant: id enim temporis clandestina conjugia fuisse quidem illicita, sed valida: atque ut scripsit Barbosa *de off. Episc. p. 2. all. 3. n. 148.* Tridentinum abstulit matrimonia *praesumpta et solum ea valere voluit, quae in judicio probari possent.* Quare ex copula secuta post sponsalia non posse matrimonium praesumi.

Haec inter caetera adduxit canonista circa primam quaestionem ad ostendendum consensus defectum et inde ex hoc capite matrimonii nullitatem.

Sed e converso alias ponderavit rationes quae contra militarent ostendens, in foro externo ex deductis non posse certo judicari ex hoc capite matrimonii nullitatem.

Namque consideravit, talia concurrere adjuncta antecedentia, concomitantia et subsequentia hujus matrimonii, ut ex iis si non explicitus, impliciius tamen erui possit admodum *probabiliter* in matrimonium consensus. Constare enim ex actis Cajetanam, sponsalibus initis utcumque privatis et invalidis, stata die petiisse sponte paroeciam s. Nicolai cum Friderico et duobus testibus ad matrimonium celebrandum: constare, ipsam et sponsum rogasse illum parochum ut matrimonio assisteret: constare, stetisse flexis genibus coram parocho et testibus ut consensum emitterent de praesenti: respondisse iterato responso Fridericum; quod si mulier non respondit, annulum tamen *post viri verba* ab ipso Friederico libenter accepisse. Uterque enim sic deposuit: »Fridericus bis affirmative respondit *(ita Cajetana)*; inde parochus annullo benedixit, dedit Friderico, qui illum digito meo immisit.« Similiter sponsus deposuit: »Parochus annulo benedixit quem immisi digito Cajetanae illum libenter suscipienti.«

Atqui »si verba unius praecesserint (ut docet Sanchez *l. c. l. I. disp. 22. n. 1.*) *immissio annuli et receptio operatur verbum expressum alterius et consensum.* Quare si verbum matrimonii praecessit, operatur matrimonium; si vero sponsalium, sponsalia, quia tacens consentit facto ipso dum annulum recipit, *arg. l. Paulus ff. rem rat. hab.* etc.«

His autem positis, pronam esse ad primam quaestionem conclusionem: leviores enim probationes sufficere cum agitur de matrimonio sustinendo quam cum res sit de eo dissolvendo, ut animadvertit Schmalzgrueber *l. 4. tit. 1. n. 234.*; et in dubio de consensu et consequenter de matrimonio *in utroque foro judicandum esse in favorem matrimonii*, ut scripsit Sanchez *l. 1. disp. 18. n. 5—6.*

Considerata itaque causa tantum ex hoc capite, proposito dubio canonista respondere opinabatur, non constare de matrimonii nullitate, ut S. C. respondit in causa Theatina die 22. Novembris 1865.

Quaestio II. Ad quaestionem, an parochus s. Nicolai fuerit proprius alterutrius sponsi parochus, sic processit canonista: in medium deducto textu Tridentini *sess. 24. c. 1. de refor. matr.*: »Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum matrimonium omnino inhabiles reddit et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullat:« animadvertit S. C. C. definivisse sufficere praesentiam solius parochi *proprii sponsae* aut *sponsi: proprium eum parochum esse in cujus paroecia domicilium positum habetur*, Benedict. XIV. *Inst. eccl. 33. n. 3.*, non vero illum in cujus paroecia aliquis *vitae primordia suscepit.* Eo magis quod quando parochum vel etiam Episcopum originis ss. canones complecti voluerunt, id expresse declaraverint, ut pro s. ordinatione factum est, Sanchez *l. 3. disp. 23. n. 7.*

Ex canonica vero jurisprudentia, inducta distinctione inter domicilium et quasi-domicilium, alterutrum sufficere ad determinandum parochum *proprium* ratione matrimonii ineundi.

Porro ut quasi-domicilium aliquis acquirat,*) ita ut non mere hospes censeatur sed habitator et incola ac proinde *paroecianus*, alios esse qui tenent opus esse ut *majore anni parte* degere ibi velit, animo postea ad proprium domicilium remigrandi, ut contingit in scholaribus, mercenariis locantibus suas operas, ita Sanchez *l. c. n. 13.*, Laurenius *l. c. l. 4. tit. 13. q. 147. n. 1.*: sed alios sentire, sufficere habitationem cum animo in loco consistendi *per aliquot menses*, praesertim si domus, conclave etc. fuerit conducta, ita Schmalzgrueber *l. 2. tit. 2. n. 19.* cum aliis.

Semel autem ac quispiam *animum* reapse gerat aliquo in loco manendi tantum quantum ad *domicilium* vel *quasi-domicilium* acquirendum requiritur, communiter doctores docere, valide ibi matrimonium contrahi etiam statim ac illuc contrahentes appulerint, Sanchez *l. c. n. 14.*, Barbosa *de off. parochi p. 2. c. 24. n. 35.**)

Ex his autem quae de domicilio et quasi-domicilio disseruntur sponte quoque fluere, aliqnem habere posse *duplex domicilium* et consequenter *duas paroecias.* Ad rem Sanchez *l. c. disp. 24. n. 2—3:* »Ceterum dicendum est, quando quis duplicem parochiam habitationis sortitur, quod tunc evenit quando *aequaliter* in utraque habitat ut in hyeme in una, in aestate in altera, posse coram parocho utriusque matrimonium iniri. Probatur quia utraque est parochia istius.... ergo non est major ratio cur alter solus parochus possit assistere matrimonio... Quod autem

*) Vd. *Domicilium* (quasidom.)

) Post haec canonista ostendit, ejusmodi de domicilio seu quasi-domicilio doctrinae non opponi quod Benedictus XIV. scripsit in epistola ad Archiepiscopum Goanum) die 19. Martii 1758 de spatio unius mensis. Movent aliqui quaestionem, an spatium unius mensis de quo mentionem fecit Benedictus XIV. in ea epistola, sufficiat ut aliquis valide contrahat in loco ubi per mensem moratus fuerit, quocumque demum animo ibi moretur. Sed canonista juxta receptam sententiam ostendit, eum Pontificem statuere noluisse, 1° moram unius mensis sufficere quoad eum, qui *animum non habeat* acquirendi domicilium vel quasi-domicilium: neque 2° voluisse e converso statuere, eum qui hunc *animum habeat*, non posse valide contrahere priusquam mensis elabatur: neque 3° voluisse statuere, sufficere spatium mensis *taxative* ad domicilium vel quasi-domicilium acquirendum. Sed merum indicium Pontificem tradidisse seu *adminiculum* cujus ope satis praesumi posset animus figendi in eo loco saltem quasi-domicilium. Ejusmodi quaestionem in aliis causis jam pertractatam omittimus, maxime cum praesentem causam non attingat. Confer si placet causam Gratianopolitanam, quam ex integro referam sub*) et in qua S. C. in danda responsione, quae uti norma generalis inservire debebat, mentionem expresse fecit de *animo* et tempore.

*) Vd. *Domicil.* (quoad matrim. contrah. lit. *b.*)

dixi, requiri ut *aequaliter* in utraque habitet, non intelligas *mathematice* sed *morali modo*, ita ut sit aequalis omnino aut fere aequalis habitatio.«

Sive autem ad domicilium (unum vel duplex) sive ad quasi-domicilium constituendum duo haec simul necessario requiri, *factum* seu actualem habitationem et *animum* ibi permanendi, ita ut solo animo permanendi deficiente censeatur quidem aliquis habere habitationem sed non domicilium, licet ibi *per plurimos annos perseveret*, ita Sanchez, Pirhing, Leurenius aliique. E converso, sicut nouuisi auimo et facto domicilium contrahitur, ita semel acquisitum nonnisi animo et facto transferri et deperdi. Quare licet aliquis animum habeat mutandi domicilium, sed facto non deserat jam acquisitum, istud nondum dici posse deperditum: Sanchez et alii communiter.

Porro hunc *animum* posse manifestari tam *verbis* quam *factis* dum declaratur verbis declarationem et suspicionem de recedendo tolli, cum in his quae peudeant ab animo simplici dicto standum sit, si desit suspicio doli et frandis: *factis* manifestari primo ex assidua et diutnrna habitatione, *l. 2. C. ubi senatores;* et ita decennalem habitationem satis esse vel etiam minorem arbitrio judicis, Meuochius *de arbitr. cas. 84. n. 17.* Secnndo si simul cum habitatioue transferatur major bonorum pars, praesertim cum familia; Barbosa *de off. Episc. p. 2. alleg. 4. n. 27.* aliique plures, si tamen haec contraria praesumptione non infirmeutur, Leuren. *l. c. l. 1. q. 568. n. 4.*

Quibus in jure positis, ad factum canonista progrediens, auimadvertit matrimoninm ex hoc capite validum esse habendum si unam ex his tribus hypothesibus vera esset: 1ª quod spousi sive alteruter tempore matrimonii habnerint *domicilium* vel *quasi-domicilium* in paroecia s. Nicolai: vel 2ª quod Fridericus id temporis esset *vagus:* vel 3ª quod parochus ille *delegationem* habuerit sive a parocho proprio sponsorum sive ab Ordinario juxta cit. Trid. Decretum.

Atqui nullam ex his tribus hypothesibus in themate snbsistere.

Non subsistere primam: cum omnes testes affirmarent, illic Cajetanam non habuisse domicilium ullum nec paternum nec maternum nec fraternum; qui omnes decessesseraut: et nonnisi rurandi causa se illuc interdum contulisse, non vero animo manendi. Haec multo magis repetebant de Friderico: quae quidem canonista ampla demonstratione ostendit.

Non subsistere secundam hypothesim quod Fridericus esset vagus: nam a quatuor saltem annis in urbe N. moratum esse ante matrimonium: consensisse ut Cajetanae domum ejus nomiue conduceret: apud eam tamquam convictorem diversatum esse: suas operas locavisse ea in nrbe in lithographi officina: omnes testes depouere tempore matrimonii domicilium habuisse in paroecia Cajetanae in cujus domo jamdiu convivebat.

Neque snbsistere tertiam hypothesim, cum de delegatione nullum unquam factum fuerit verbum, ita nt, insciis omnibus, matrimonium in fraudem fuerit celebratum.

Quaestio III. Haec tertia quaestio novitatem quandam habet et ideo libentius exponam. Eam excitavit, ut vidimus, matrimonii defensor ab Ordinario deputatus, affirmans haereticos a Tridentino Decreto esse exemptos et hoc privilegium exemptionis alteri parti catholicae commuuicare.

Animadvertit itaque inter caetera canonista, procul dubio haereticos ecclesiae legibus subjici, quod solemniter declaravit Pius VII. in literis *Etsi fraternitatis* datis Archiepiscopo Moguntino die 8. Octobris 1803, quibus ait: »*Sed quid dicendum erit de illorum sententia, qui putant haereticos ecclesiae legibus nequaquam subjici* etc.? *Adversus illam clamant Scripturae, Concilia, Traditio denique universa. Omnium instar sit s. Trid. Synodus, quae* sess. 14. c. 2., *non baptizatos a baptizatis distinguens, illos tantum ecclesiae judicio proindeque legibus non subjici affirmat, cum ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi januam fuerit ingressus. Si baptizati, ergo ecclesiae filii, (quamquam re belles et transfugae) qui ejusdem ecclesiae legibus subjiciuntur.*«

Quod si aliquando haeretici dicantur exempti a lege Tridentina irritante claudestiua matrimonia, ostendit canonista, id repeti non debere ex eo *quod haeretici sint*, quasi vero haeresis personalem hanc exemptionem tribnat et veluti privilegium: sed aliunde repeteudum.

Sane Benedictus XIV. die 4. Novembris 1741*) celebrem dedit *declarationem* circa

*) Vd. *Matrimon.* (contractum inter haereticos et haeret. et catholicos.)

matrimonia Hollandiae et Belgii, in qua omuibus rationum momeutis hinc inde sednlo libertatis *declaravit statuitque* matrimonia in dictis foederatis Belgii pvovinciis inter haereticos usque modo contracta, quaeque in posterum contrahentur, etiamsi forma a Tridentino praescripta nou fuerit in iis celebrandis servata, dummodo aliud nou obstiterit canonicum impedimeutum, pro validis habenda esse.«

Hoc celebri documento adducto per summa capita indicavit canouista rationes quas synoptice Benedictus XIV. exponit in opere *de Synodo dioeces. l. 6. c. 6.;* quae quidem rationes vix in hoc opere iudicatae illae fuerunt, quae in ea gravissima causa agitanda in s. Cougregatione Coucilii a consultoribus et jndicibus prolatae sunt. *)

Judicata autem validitate matrimoniorum quae in illis provinciis contrahebantur sine parochi praesentia, de secunda quaestione disputavit eadem s. Congregatio, au pariter valida ceusenda essent matrimonia mixta inter catholicos et haereticos: haec secunda quaestio considerata est tamquam consequens primae definitae quaestionis: namque si valida erant in illis regionibus matrimonia sive haereticorum sive catholicorum contracta sine praesentia proprii parochi, consequens erat, ut etiam mixta matrimonia valida essent: quod his verbis indicatur in opere *de Synodo dioecesana l. c.:* »Quoniam cum conjugum alter tum *ratione loci* in quo habitat, tum *ratione societatis* in qua vivit, exemptus sit a Trideutinae Synodi lege, exemptio qua ipse fruitur alteri parti communicata remanet propter individuitatem contractus, vi cujus exemptio quae uni ex partibus competit ad alteram, secnndum etiam civiles leges, extenditur eidemque communicatur.«

His antem deductis animadvertit canonista, rationes Benedictinae declarationis, qnae in opere *de Synodo dioeces.* indicantur, reduci ad rationes locales tum ad defectum publicatiouis decreti Tridentini *(ratione loci in quo habitat)* tum ratione illius haereticae societatis ob quam non putabatur decretum in illis provinciis publicatum vel in ea quacumque demum causa decretum uon vigebat *(ratione societatis in qua vivit).* Rationes ergo ex circumstantiis localibus emergere: et neminem unquam asserere, hujusmodi exemptionem haereticis competere veluti quoddam personale privileginm, quod insuper quisque secumferret quocumque commigret et nbique locorum consistat, quamvis inibi decretum rite publicatum sit ac plaue vigeat ut in Italia.

Et ob circumstantias pariter locales Pium VII. in literis die 8. Octobris 1803 datis ad Archiep. Mognntiuum rescripsisse: »matrimonia haereticorum coram ministro acatholico inita *generatim* nulla esse; atque adeo validas fore secnndas eorum nuptias, si modo coram catholico parocho coutrahantur, *nec undique vera est neque satis tuta* neque idcirco in praxi quibuscumque in casibus indiscriminatim applicanda. Probe enim novit fraternitas tua hujus generis matrimonia rata et firma consistere *iis in locis* in quibus Concilii Tridentini decretum vel *nunquam publicatum fuit* vel *nunquam observatum* tamquam ejnsdem Concilii Decretum, vel si quandoque observatum fuit, longo dein temporis intervallo *in desuetudinem abiit.* Hinc factum est, ut praedicta opinio, quae matrimonia inter haereticos contracta coram ministro acatholico *generatim* nulla ac irrita propugnat, adversarios semper habuerit et numero plures et auctoritate praestantissimos, adeo ut vix aliquem retinuerit probabilitatis gradum maxime post editam a Benedicto XIV. an. 1741 pro matrimoniis Hollandiae celeberrimam declarationem.«

Quemadmodum itaque illi errarent qui *universim* judicarent nulla esse haereticorum matrimonia non contracta coram parocho

*) Ejusmodi rationes legi possunt in citato opere; est tamen animadvertendum, eas multo ampliori ratione fuisse expositas in folio s. Congregationis Concilii post gravissimum votum Cardinalis de Alsatia Archiepiscopi Mechliniensis, quod refertur in opere: *Canones et decreta Concilii Tridentini cum declarationibus etc.* edit. Neapolitana Joseph Pelella anno 1859 *pag. 305. et seq.* Satis est legere Votum dicti Cardinalis de Alsatia, ut quisque videat, quam sapienter decretum illud de validitate matrimoniorum emissum fuerit et quam graves essent rationes, quae suaderent in foederatis Hollandiae provinciis numquam Decretum Tridentinum fuisse sufficienter promulgatum: et si fortasse in aliqua paroecia rite promulgatum esset, cito in desuetudinem abiisse. Ejusmodi rationes in opere de synodo dioecesana vix et ne vix quidem indicantur: e converso una satis indicatur, quae nec prima fuit in expositione causae neque satis gravis, quaeque non rite intellecta in juridicum errorem posset inducere, cujusmodi ea est quae dicitur *ratio societatis haereticorum;* quasi vero haeretici quatenus sectam constituant ipso jure exempti sint a Tridentino Decreto etsi in loco ubi secta degat fuerit Decretum publicatum et rite servatum; quod falsum esset.

catholico, ita pariter errarent qui *universim* affirmarent eadem valida esse: si itaque affirmari alterutrum *generali modo* non potest, causa discrimiuis ex locorum adjunctis est repetenda: et reapse ex locorum adjunctis Pius VII. repetiit; indicavit euim causas cur valida possiut esse haereticorum coujugia, sive quia in eorum locis publicatum decretum non fuerit, sive quia observatum non fuerit ut Tridentini Concilii Decretum sive quia in eisdem locis ex quacumque demum causa in desuetudinem abiit. Non ergo haeretici exempti suut ab eo Decreto quia haeretici; si enim id verum esset, semper haeretici valide contraherent, ubicumque cousisterent, sine praesentia catholici parochi et testibus.

Et ex locorum adjunctis sancta Sedes causam discriminis cur in uua regioue valide haeretici contrahant sine parocho, in alia nou valide, constauter repetiit: quod ipsa decretalis Benedicti XIV. ostendit, quae nou solum *declaravit* pro regiouibus illis foederatis matrimouia valida sed etiam *statuit* pro illis locis, ita ut illa fuerit non solum authentica declaratio ex ratiouibus, quae eam juxta ss. Canones juridice postularet, sed etiam constitutio *(statuit)* pro illis provinciis ad dubium quodvis auferendum, si forte nou in quavis paroecia earum regionum ratio declarationis militaret.

Atque uti declaratio et coustitutio particularis fuit semper considerata a s. Sede illa decretalis, ita ut ex peculiari iudulto ad alias regiones fuerit provide extensa, quoties constaret, similes adesse causas, quae decretalem illam sapientissimam provocarunt.

His autem positis quo tandem redeuut exemptiones haereticorum a Tridentino decreto ex adverso oppositae? Redeunt in meras cavillationes petitas ex aliqua ratioue minus exacte exposita aut nou rite iutellecta, prolata ab aliquibus disputantibus iu disceptatione illius gravissimae causae quae foederatas Belgii provincias respiciebat.

Quae cum ita siut, in causa nostra apertissimum est, in Italia Decretum Tridentinum fuisse promulgatum et rite coustanterque servatum ut tale: quicumque itaque veuiant haeretici matrimonium in Italia contracturi si illud non servent nihil aguut.

Post haec omittimus referre animadversiones quas fecit defensor matrimonii ex officio in praesenti causae propositione: hae animadversiones redeunt in illas, quae passim in uostris ephemeridibus suut expositae iu similibus causis, quaudo de domicilio et quasi-domicilio agitur.

D u b i u m:

Au seutentia curiae archiepiscopalis sit confirmanda vel infirmanda in casu?

S. Congregatio Concilii die 27. Januarii 1872 respondere censuit: *Sententiam esse confirmandam, facto verbo cum SSmo.*

Ex quibus colliges:

I. Matrimonium, servatis ceteris de jure servandis, in actuali contractu cousistere, cujus essentia est liber consensus.

II. Ejusmodi consensum mutuum esse debere iuter sponsum et spousam atque expressum sive verbis sive siguis aequivalentibus, quae coutractum exprimaut et constituant.

III. Quare si sponsus in actu coutrahendi matrimonium affirmet et sponsa taceat uullumque det signum mutuae affirmationis ita ut mere passive se habeat, matrimonium non ceuseri coutractum: deest euim mutuus atque expressus consensus.

IV. Si autem concurraut adjuncta quae taceutem consensisse in matrimonium ostendere possint, non facile sive in foro interno maxime vero iu foro externo judicandam esse matrimouii uullitatem.

V. Talia videri ea adjuncta, in quibus nulla iutervenerit vis et metus uullaque coactio; immo praeiverit et concomitata fuerit libera coutrahendi voluntas atque iu ipso celebrationis actu mulier taceus annuum nuptialem a viro prompte susceperit.

VI. His enim in adjunctis, nisi constet, jocaudi animo haec gesta fuisse, pro validitate matrimonii standum esse.*)

*) In themate si matrimonium judicandum fuisset tantum ex hoc capite consensus pro nullitate opinarer. Namque satis mihi videtur constare mulierem, ceteroquin expertam, habuisse celebrationem hujus matrimonii tamquam jocum ex persuasione quod non esset recte gestum: ideoque suum actualem consensum emittere reformidasse atque passive se habuisse. Reliquit enim ut alii cetera acta tacerent, quidquid esset de eorum valore, quin ipsa activam essentialem partem haberet. Ipsamque annulli receptionem non tamquam suum actum videtur considerasse, sed tamquam actum sponsi: censendum enim est considerasse ejusmodi receptionem annulli sicut ceteros actus, eundi ad templum, genuflectendi ante altare etc. qui actus omnes informati erant ea firma quam habebat persuasione, matrimonium illud non esse rectum et esse tricarum complexum, ideoque esse veluti jocum, qui reapse eam ad risum movit. Eo magis quod non appareat ex actis Cajetanam apposuisse aliquam peculiarem aestimationem in actu recipiendi a viro annullum; cum e converso appareat abstinuisse a sui consensus expressione, cujus valorem apprime noscebat. Cum itaque ita passive se habuerit, affirmari non poterit initum fuisse enm contractum, qui tanti est valoris, ut indncat gravissimum et indissolubile vinculum.

Ceterum si ex hoc tantum capite causa fuisset judicanda, factum debuisset magis confirmari per testimonium septimae manus, quod in conficiendo processu fnit fere omissum.

VII. Colliges praeterea sponsos, in locis ubi publicatum sit Tridentinum Decretum *Tametsi* et vigeat, discedentes e propria paroecia et iu aliam euntes causa coutrahendi matrimonium, nullum domicilium vel quasi-domicilium in hac constituentes, actum agere.

VIII. Neque iuteresse, an alteruter e sponsis vitae primordia in hac paroecia susceperit eamque frequentaverit: quando enim nullum in ea domicilium habuerit non esse propriam paroeciam, ejus ideoque parochum dici uon posse parochum proprium causa matrimonii contrahendi.

IX. Colliges demum haereticos, qui degant in locis ubi publicatum est Trideutiuum Decretum *Tametsi*, matrimonium coutrahere debere juxta Trideutini leges coram proprio alterutrius sponsi parocho, si veliut valide contrahere.

X. Frustra opponi *rationem societatis* ad quam haeretici pertiueant: sectam enim haereticam, iu locis in quibus domiuetur, operari tantum posse ut ex parte catholicae auctoritatis Decretum Trideutiuum uon publicetur, aut, si publicatum in iis locis fuerit, decursu temporis iu desuetudiuem abeat eo modo quo singulae ecclesiasticae leges iu desuetudiuem tandem abire possunt.

XI. Quare non quateus haeretici dicendi sunt ab hac ecclesiae lege exempti; sed quatenus aut Trideutiua lex eorum loca non affecerit aut eorum iuobservautia localem tandem legem canonice vicerit.

XII. In themate matrimonium fuisse uullum saltem ex domicilii vel quasi-domicilii utriusque sponsi carentia, quod ex senili parochi imbecillitate fuit celebratum multis legibus ecclesiasticis omuino pessumdatis.

VIII. Renovatio.

a) Inter conjugem haereticum et cathol. post matrimonium contractum coram Ministro haeretico.

Trajecten.

(Conc. Tr. c. 1. s. 24. de ref. matr.)

Quidam missionarius, qui dicit se esse unicum pastorem catholicum iu exercitibus Hollandicis quique potius a statibus Hollandicis toleratus quam stabilitus appellari valet, licet jam 17. labatur annus, ex quo praedicto pastorali fungitur officio, per epistolam certiorem reddidit D. Abbatem s. Cathariuae Iuternuntium Bruxelleusem, quod 4 circiter abhinc annis quaedam mulier vidua catholica matrimonium coutraxit cum Lutherano Mosse Trajecti coram ministro Lutherano et in forma apud Lutheranos usitata et quod usque adhuc habiti sunt pro legitimis coujugibus, tum quia quidam director spiritualis mulieri persuasit matrimonium esse validum tum quia multi tam Lovanii quam alibi sentiunt pro validitate consimilium matrimoniorum et quod solum postremis diebus mulier, quae dubitare caepit de validitate matrimonii, dubium praedictum sibi aperuit, cui tamen prohibuit ne illud notum faceret vel marito vel Capitaneo Legiouis Draconum Wallonum, inter quos maritus adscriptus est, cum enim ille etiam sit Lutheranus, dubii manifestatio cedere posset in detrimentum catholicae religionis et in epistola ab Internuntio Bruxellensi quaesivit: *an matrimonium esset validum et quatenus validum non esset, petiit licentiam, ut coram se posset consensus renovari.* Cumque habita ab Internuntio epistola ceusuerit ipse nihil a se responderi posse nisi habito oraculo hujus s. Congregatiouis, licet iuclinare videatur pro concessione facultatis reuovandi caute coram missionario consensum, quaeritur in praeseuti an matrimonium sit validum, et quateus validum nou esset, au sit permitteudum, ut reuovetur consensus coram missionario?

Quoad matrimonia inter haereticum et catholicam contracta communis est opinio, quod eadem sint illicita sed valida, uti probat *textus in can. Cave* et *canon. Oportet 28. quaest 1* et *in cap.: Decrevit de haereticis in 6.* et est doctrina d. *Thomae in 4. sentent. dist. 39. q. 1. art. 1. in respons. ad 5.*, ibi: *Si aliquis fidelis cum haeretica bap-*

tizata matrimonium contrahit, verum est matrimonium, quamvis peccet contrahendo, si sciat eam haereticam, sicuti peccaret, si cum excommunicato contraheret non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur. Et communis est opinio theologorum et canonistarum.

Difficultas itaque, quae in praesenti occurrit, in *hoc primum residet, quod nulla est controversia quoad publicationem Concilii Trid. in loco, in quo matrimonium contractum fuit* itaut sibi vindicet locum disputatio: *an matrimonium contractum inter Haereticos vel inter Haereticum et Catholicam in locis, in quibus publicatum fuit Concilium Trid. validum sit, si non fuerit contractum coram parocho catholico sed coram ministro haeretico?*

Autumant nonnulli matrimonia haec esse valida

I. quia moraliter est impossibilis observantia decreti Concilii Trid. de coutrahendo matrimonio coram parocho catholico iuter Haereticos, quaudiu in locis atque provinciis, in quibus matrimonia contrahuntur, haeresis dominatum tenet,

II. quia contrarium assereudo conversiones haereticorum impediuntur, haereticus etenim petens ecclesiae catholicae reconciliari aut deserere debet uxorem haereticam converti nolentem aut eam inducere debet ad praestandum novum consensum coram parocho catholico, quod raro contingit. Hae aliaeque rationes fuse videri possunt in dissertatione *Martini de Suvaen* de sponsa duorum, quae ulterius late fuerunt expositae a *Vanespen Juris eccles. univers. t. 1. part. 2. tit. 12. cap. 5. n. 32. et seqq., addilque Internuntius in sua epistola, quod haec est hodie communis opinio universitatis Lovaniensis et Vicariorum apostolicorum necnon Episcoporum in vicinis degentium.*

E contra sac. Congregatio fuit semper in sensu, quod matrimonia sunt nulla, quando inter Haereticos vel inter Haereticum et Catholicam contracta sunt coram ministro haeretico in locis, in quibus Concilium Trid. receptum fuit et publicatum, uti colligitur ex decreto in *Colonien. Matrimonii 26. Sept: 1602.* ubi sic legitur: *Haereticos quoque, ubi decretum dicti capitis primi est publicatum, teneri talem formam servare et propterea ipsorum etiam matrimonia absque forma Concilii quamvis coram ministro haeretico vel magistratu loci contracta nulla atque irrita esse* et quando consimiles de validitate horum matrimoniorum petitiones propositae sunt, demandatum fuit, quod traderetur decretum in dicta Colonien., uti colligitur ex responso edito in alia *Colonien. 16. Dec. 19.* et in una *Moguntina 31. Maji 1721.* Rursus in *Hollandiae Matrimoniorum* cum instante Internuutio Bruxellensi a missionariis requisito propositum fuisset 23. Augusti 1681. sequens dubium: *An in provinciis Belgii confaederatis valeant matrimonia Catholicorum cum Heterodoxis contracta coram magistratu haeretico, non obstante decreto Concilii de solemnitatibus matrimonii in illis Provinciis publicato et recepto?* S. Congregatio respondit: *Ad mentem cum Sanctissimo, quae fuit ut, si esset respondendum dubio, negative responderetur.* Cumque subsequenter consimile dubium fuisset in causa *Boseodunen. Matrimonii* a Congregatioue Iuquisitionis ad hanc pro examine remissum responsum fuit die 13. Februarii 1683: *Ad mentem et mens fuit, quod servaretur id, quod fuit observatum in simili casu a Congregatione in allegata Causa Hollandiae Matrimonior. 23. Augusti 1681.* Huic difficultati alia succedit et est, *quod nec in quaesito missionarii nec in epistola Internuntii Bruxellensis dicitur, quod conjux Lutheranus sit haeresim abjuraturus et catholicam religionem amplexurus et multo minus, quod abjuraverit vel catholicam religionem amplexus sit*, ita ut, si auctoritate hujus s. Congregationis concederetur facultas renovandi consensum coram parocho catholico, tacita quaedam apostolicae Sedis dispensatio accederet super matrimonio iuter Haereticum et Catholicam iterum contrahendo sine clausula: abjurata prius haeresi, sine qua clausula consimiles non conceduntur dispensationes, uti testantur *Card. Albitius de inconst. in fide cap. 18. n. 44, Petra in notis ad constit. 12. Joannis XII. t. 4. pag. 76. sub n. 14.* et concordat praxis Tribunalis ss. Inquisitionis.

Quibus stantibus dignabuntur EE. VV. decernere:

I. *An matrimonium inter Haereticum et Catholicam contractum coram ministro haeretico validum sit in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An sit concedenda facultas caute renovandi consensum coram parocho catholico?*

S. C. C. resp.: Ad mentem.

Die 22. Novb. 1721.

b) Inter Conjuges virum Judaeum et mulierem haereticam post baptismum ab eo suscepto?

Vd. *Matrimon. contrahend. inter Jud. et Haereticam* § 1.

c) Inter Conjuges post matrimon. contract. cor. Vicario a parocho absente deputato.

Vd. *Matrim. secret.* (Adnot. Secret. n. 12—14).

Faventina.

Conscieutiae stimulis actus Nobilis vir Hierouymus Pasius uxorem ducere statuit Joannam Mattheucci, qua adversae suae valitudinis gratia familiariter utebatur: Matrimonium autem clam coutrahere diu studuit, sed frustra, praepedientibus semper cousanguineis, ne vetus eorum nobilitas servili cognatione polluereturr. Pertesus igitur Hieronymus nocte 31. Martii 1756 vocato iu aedes suas sacerdote Petro Nediani, qui absentis a civitate parochi et ex deputatioue Episcopi munus coufessarii extraordiuarii monialium in Castro Fagnani exercentis vices gerebat, coram eo et duobus famulis matrimonium coutraxit, pronunciantibus Joanna et Hieronymo solemnia verba nuptiarum. Id ubi rescitum est a curia episcopali duo instructi fuere processus alter criminalis ad poenam exigendam, qui solutione scut. 50 absolutus fuit, civilis alter ad matrimouii nullitatem probaudam. Iuterrogatiouibus promotoris fiscalis subjecti fuerunt Vicarius ille Nediaui, qui matrimonio praesens fuerat, parochus qui aberat matrimouii tempore et duo testes matrimouiales, non deputato defensore matrimonii neque servata forma cognitissimae coustitutionis ss. Principis nostri. Post haec duae latae fuerunt sententiae altera nullitatis matrimonii, altera libertatis eorumdem conjugum uovum iuter se matrimouium contrahendi. Appellarunt ab hac sententia ad Tribunal A. C. consanguinei viri et Vicarius geueralis appellationem admisit sed decreto Emi. Domini Cardinalis Proauditoris Sanctissimi *remissa fuit causa ad eumdem Vicarium generalem, qui procederet extrajudicialiter ad celebrationem matrimonii et concederet licentiam contrahendi matrimonium.*

Dum autem curia episcopalis cunctatur hoc decretum exequi consanguinei viri Johauuam vi armata rapuerunt transtulerantque in alienam ditionem. Querelam vir proposuit, sed taudem restituta muliere, dum uterque postulat exequi decretum, repulsam acceperunt, quod raptus tempore Eques Jacobus Pasi filius fratris Hieronymi, qui mulierem iu alienam ditionem transtulerat, eam cognovisset, ideoque obstaret matrimonio coutrahendo impedimeutum affinitatis. Re ad hoc s. Tribunal delata postulant Hieronymus et Johanua declarari non coustare de nullitate matrimonii ab ipsis contracti coram Vicario Nediani, et si res Emin. Patribus dubia videatur responderi, renovaudum esse ad cauthelam juxta formam Concilii. Validum fuisse matrimouium contra quam ceusuit curia episcopalis, quae illud pronuuciavit nullum, negata tam a parocho quam a Vicario facultate assistendi matrimouiis, quia cum contractum fuerit coram Vicario relicto a parocho abseute, Vicarius hic licet facultas expressa ei a parocho data non fuerit, habeat tamen illam a lege, Tridentino nempe Consilio, cum deputatus dicatur ad universam curam animarum, ad differentiam capellani vel Vicarii parochi praeseutis, cui facultas expressa a parocho dari debet, ideoque de matrimonii validitate ambigeudum non esse, ut tradunt *Navarr. in cap. Placuit n. 69. de poenit. et remiss., Fagnan. in cap.: Quod nobis 2. n. 23, 28 et 29. de cland. de spons., Pirhing. in decretal. lib. 1. tit. 28. sect. 1. n. 23. et 24.; Pichler* ad eumdem *tit. § 3. num. 14. in fin.; Schmalzgrueb. par. 4. jus canon. tit. 18. § 1. n. 8. et 10., Sanchez de Matrim. lib. 3. disput. 31. n. 19. in fin.* et *disput. 35. n. 8.; Diana par. 11. tract. 5. resol. 32. quaest. 2. et 3.* aliique, qui proponuntur.

Quod si adhuc dubium aliquod superesse possit, renovandum sit matrimonium ad cauthelam juxta praxim, quam in aliis similibus causis servavit hoc s. Tribunal, quia nou probetur Vicarium illum non habuisse facultatem assistendi matrimouiis aut specialiter vetitum ei fuisse, ne matrimonio, de quo quaeritur, praesentiam praestaret, cum tam parocho quam Vicario nulla habenda fides sit, quod contraria dixerint seseque invicem collidant, et alia matrimonia contracta fuerint coram eodem Vicario, nullamque eorum examinis totiusque processus habendam esse rationem, cum factus fuerit non servata forma constitutionis Domini Nostri, ideoque nullus sit uullamque probationem constituere possint, quae in eo sunt. Despiciendum denique esse impedimentum affinitatis, quod objiciunt viri consanguinei, quia cum cognitam fuisse Johannam ab Equite Jacobo ex

ipsius Equitis assertione probetur, qui praecipuum habet in hac causa interesse nilque intactum relinquit, ut matrimonium hoc non contrahatur, nulla fides ei, qui propriam turpitudinem detegit, haberi debeat. ut tradunt *gloss. in can. Extraordinaria 35. quaest. 3. verb.: Sacramenti., Hostiens. in cap. praeterea n. 3. de sponsal., Monacell. in formular. t. 1. tit. 8. form. 9. n. 2.* et pluries respondit hoc s. Tribunal, ut in *Signina Matrimonii 23. Febr. 1606*, in *Pisauren. Matrimonii 12. Nov. 1689*, in *Asculana Matrimonii 1699. 6. Maji*, in *Salisburgen. Matrimonii 22. Sept. 1696.*, in *Tropien. Matrimonii 28. Nov. 1705.* et in *Neapolitana Matrimonii 25. Januarii 1722.*

Dubium est:

An constet de validitate Matrimonii seu potius sit renovandus consensus ad cautelam in casu?

S. C. C. resp.:

Renovetur coram parocho et testibus ad cautelam et amplius.

Die 22. Julii 1758.

d) Post matrimonium, quod contractum fuit obstantibus impedimentis dirimentibus et impedientibus.

Vd. t. I. p. 337: *Reatina. Consanguinitas* inter Conjunctos 3tio et 4to Consang. gradibus praevia apost. disp. etc. — *Discursus Secretarii ad finem* p. 630). *Matrimon.* (Paroch. propr., declarat. S. C. C. in causa *Bovin.)*

e) Post matrimonium contractum coram sacerdote specialiter delegato.

Compostellana.

Mutuo amore perciti Maria Antonia Mosquera Valdeveso Montenegro nobilis puella Lucensis et Franciscus Xaverius Zedron Ulloa Vezzerra ejusdem civitatis connubioque jungi cupientes clam patruelem Francisci a quo hic metuebat matrimonium contraxerunt; nam Franciscus collatis consiliis cum Andrea Mariae Antoniae fratre, a quo eam sibi in uxorem dari postulaverat, preces obtulit Vicario generali Lucensi quas subscripsit nomine tantum Francisci Zedron subscripsitque etiam Maria Antonia Mosquera, quibus petebant, ut denunciationes remitteret et potestatem faceret cuicumque sacerdoti, ut matrimonio contrahendo praesens esset. Vicarius tabellioni mandavit, ut de utrinsque libertate certior fieret. Tres igitur testes dati sunt, qui de libertate Francisci Zedron et Mariae Antoniae Mosquerae testimonium tulerunt, quos inter Andreas erat Mariae frater. His perspectis Vicarius denunciationes remisit potestatemque fecit cuilibet sacerdoti, ut matrimonio praesens esset sine detrimento jurium parochialium. Matrimonium contractum fuit die 14. Julii 736 et a sacerdote, qui praesens fuit, data est illius testificatio subscripta a conjugibus, integris nominibus et cognominibus, relatumque etiam fuit in libros parochiae.

Non diu latuit contractum connubium, quod cum rescivit Francisci patruelis, omnem operam dedit, ut de validitate illius in judicio ambigeretur: Vicarius generalis Lucensis deceptum sese turpiter clamans ab Andrea Antonia Mosquera cum alio Zedron Villae Sarriae, qui ortum habuit Nogueirae quique tamen non Franciscus, sed Joseph Antonius vocabatur, et Andream et testes et sacerdotem, qui matrimonio praesens fuerat, in carceres compegit atque ita furore iraque abripi passus est, ut spreta amica monitione metropolitani Judicis durioribus vinculis eos oneraverit, ideoque coactus fuit Metropolitanus appellationem a Maria Antonia interpositam accipere et causam in Tribunali suo retinuit, quam tamen definire non potuit, sed pertaesus morae, quae injiciebatur a Francisci consanguineis, adire partes jussit hunc s. Senatum, praestituta iis certa die ut acta transferrentur.

Post haec Franciscus Xaverius Zedron Ulloa Vezzerra metu patruelis solutus sese in plenam voluntatis suae libertatem recipit publicoque actu juratus declaravit Mariam Antoniam Mosqueram in matrimonium duxisse et liti cessit, quam substinuerat patruellis et consanguineorum imperio, rogavitque amplissimos Patres, ut matrimonium quod contraxit, justum legitimumque declarent. Cum igitur nunc causa isthaec propouatur, sperni postulant conjuges quaestiones Vicarii generalis Luceusis de dolo, quo captus est errore nominis, nam et ille diligentius muus suum implere debebat, cum omnibus et praesertim judici in re tam gravi turpe sit dicere: non putabam, et error ille, qui non versatur in substantia rei, sed in extrinsecis, cum constet de persona, cum vere conjux Franciscus Zedron vocaretur, matrimonium injustum irritumque non faciat, ut probe distinguentes tradunt *Barbosa ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de ref. mat. num. 4.* et *de parochis cap. 21. n. 70.* et *Vot. decis. 17. n. 35.* et *Vot. 19. per tot., Just. de dispens. Matr. lib. 2. cap. 19. n. 92.* et *Card. de Luca de Matrim. disc. 1. n. 22.*

Ex his poteruut Emin. Patres liquido definire:

An constet de validitate Matrimonii in casu?

S. C. resp.:

Affirmative renovato consensu ad cautelam.

Die 29. Aug. et 19. Sept. 1744.

3) In Professione emittenda.

Vd. *Professio; Restitutio in integrum.*

Sustinent doctores et praesertim *Fagnanus in cap. Si quis de Regul. n. 22., Pellizar. de Monialibus cap. 3. sect. 1. n. 28., Tamburrin. de jure Abbat. disp. 6. quaest. 16. n. 14. t. 2., Cayet. secunda secundae quaest. 88. art. 1.* aliique, quod professio facta sine interiori consensu seu voluntate profitentis etiam vi metuque non inpellentibus sit nulla nec profitentem ad servanda vota obstringi ea potissimum ratione, quia obligatio oritur ex privata hominis voluntate, et ubi deest obligandi voluntas, deficit etiam obligatio. Idque locum habere tam in foro interno quam in foro externo, nec defectum consensus suppleri ab ecclesia tenet *Abbas in cap. Venerabili n. 21. qui filii sint legitimi, Navarr. consil. 10. lib. 2. n. 2., Covar. de sponsal. cap. 2. n. 1. et 2.*

Conservatorium puellarum.

(Jus parochi.)

Cf. *Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. II. p. 214. n. 8.* Ed. Mühlbauer.

Salernitana.

Erecto usque ab anno 1691 quodam conservatorio puellarum oblatarum sub titulo SSmae conceptionis et instituto s. Clarae in Casali Neutae terrae s. Severini ac intra limites ecclesiae parochialis s. Mariae capitis sola auctoritate ordinaria necnon praevio consensu praestito per Lucium Setrouum rectorem ejusdem ecclesiae sine tamen praejudicio jurium parochialium, eodem anno per tunc Vicarium capitularem deputatus fuit in locum Vincentii Ansaloni jam capellani dicti conservatorii ipsemet Petronus, qui usque ad annum 1700 in tali munere continuavit, exercendo interim uti parochus omnia jura parochialia in conservatorio praefato. De dicto autem anno 1700 modernus capellanus per Archiepiscopum deputatus praetendere coepit eadem parochialia jura ibidem exercere, videlicet ss. Eucharistiae Sacramentum olenmque s. in ecclesia retinere illaque administrare*) necnon cineres et palmas benedicere ac dispensare puellis oblatis in dicto conservatorio dumtaxat existentibus ceterasque similes functiones explere et solutionem decimarum praefato parocho denegare, quamobrem habito per dictum Petronum recursu ad hanc s. Congregationem exquisitaque informatione Archiepiscopi iste quoad exercitium dictorum jurium parochialium existimat, illud utique indulgeri posse capellano conservatorii circa ipsius oblatas tantum tum attenta consuetudine totius dioecesis ac dicti conservatorii, tum etiam attenta parochi oratoris concessione facta 1696 per actum publicum, in quo declaravit se dissentiri praedicta omnia fieri per dictum capellanum quoad ceteras personas extra conservatorium, quo vero ad dubium exactionis decimarum censet illud remittendum esse ad judices suos coram quibus adhuc pendent indecisae similes controversiae excitatae per parochos aliorum Casalium dictae terrae s. Severini.

E contra vero praefatus Petronus dictam consuetudinem impugnans contendit concessionem de anno 1696 per ipsum factum nihil officere, attenta expressa reservatione sibi facta omnium jurium parochialium, defectu beneplaciti apostolici et praejudicio suorum successorum et denique asserens exactionem decimarum sibi competere tam ex juris assistentia quam etiam ex observantia.

*) Vd. *t. I. p. 194. g; p. 202. i.*

Parte monita et informante supplex exorat ab EE. VV. declarari:

1. An omnia jura parochialia in ecclesia et in oblatis aliisque mulieribns degentibus in conservatorio SSmae Conceptionis Casalis Neutae sint exercenda per proprium parochum s. Mariae intra cnjus limites degunt sive per illarum capellanum?

2. An eaedem Oblatae possint in earum ecclesia asservare ss. Sacramentum et sacrum oleum infirmorum sine licentia s. Congregationis et consensu parochi?

3. An in dicta ecclesia valeat earum capellanus pro suo arbitrio ss. Sacramentnm publice adorandum exponere?

4. An praedictae oblatae et mulieres morientes sine electione sepulturae sint tumnlandae in ecclesia parochiali, et qnatenus sepnltnram eligant in earum ecclesia, debeantur parocho emolnmenta funerum?

5. An dictus capellanus intra annum possit celebrare solemmitates quae spectant ad parochum?

6. Ad qnem spectet benedictio candelarum in die Pnrificationis, cinerum, Palmarum?

7. An denunciationes pro praedictis oblatis aliisque mulieribus exenntibns a dicto conservatorio ad effectnm nnbendi debeant publicari in ipsa ecclesia parochiali pro tempore habitationis?

8. An per dictum conservatorinm debeantur decimae parocho?

S. Congregatio Concilii respondit:

Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Non posse sine licentia s. Congregationis.

Ad 3. Negative nisi cum licentia Episcopi.

Ad 4. Affirmative qnoad utramque partem.

Ad 5. Exprimantur casus particulares.

Ad 6. Spectare ad capellannm.

Ad 7. Affirmative.

Ad 8. Affirmative.

Die 19. Angusti 1702.

Neapolitana.

Inter districtum parochiae s. Januarii ad Ulmum constitutum reperitur conservatorium muliernm sub invocatione ss. Philippi et Jacobi, quod regitur a consulibus laicis et deputatis artis sericae in cujus ecclesia cum asservari consueverit s. Synaxis necnon sacramenta administari personis ibidem existentibus Alexander Guidellus modernus parochus recursum habuit ad hanc s. Congregationem exquisitaqne de more Ordinarii informatione Vicarius generalis Neapolitanns absente Emo Archiepiscopo retulit dudum se mandatnm de manutenendo concessisse capellanis antedicti conservatorii in possessione sen quasi faciendi consuetas functiones et benedictiones ecclesiasticas, necnon personis in eo degentibus abministrandi s. communionem, tam tempore paschali quam extra ea causa devotionis, excepta tamen administratione ss. Viatici et extremae unctionis, in qua se manntennisse subdit informans parochum, uti latius in decreto, qnod datur in snmmario. Snbindeqne peragente eodem parocho in hac s. Congregatione pro declaratione, neutiquam in praefata ecclesia asservari posse ss. Sacramentum, sub die 2. Jnlii 1707 parte citata et non comparente resolutum fuit: Non posse, et dentur Decreta: quae signanter sunt in *Salernitana 19. Augusti 1702.* Nempe ad dub. *juxta n. 2.* positum:

An eaedem Oblatae possint in earum ecclesia asservare ss. Sacramentnm et s. Oleum infirmorum sine licentia s. Congregationis et consensn parochi?

Sacra etc. respondit: Non posse sine licentia s. Congregationis.

Non acqniescentes antem hujnsmodi resolntioni confessarius et consules sen deputati saepedicti conservatorii humiliter institerunt pro recessn a decisis praevio etiam decreto R. P. Anditoris SSmmi pro remissione totius causae ad hanc s. Congregationem, adducentes tnm praetensam possessionem tum Breve sa. mem. Sicti V., in quo de gratia speciali Pontifex ille facultatem impertitur consulibus laicis et deputatis supra memorati conservatorii deputandi quoscumqne confessarios sibi benevisos ab Ordinario approbatos, nedum pro anditione confessionnm, verum etiam pro administratione omnium et singnlorum sacramentornm mulieribus et puellis inibi existentibus, omni et quocumque anni tempore etiam Paschatis, easdemque nubere volentes cum eorum sponsis desponsare ac decedentes in primo dicta ecclesia sepelire ibiqne exequias celebrare, quorumvis parochorum et Ordinarii licentia desuper minime requisita, uti fusius in exemplari integro ejusdem Brevis in summario exhibito cujus tamen validitatem impuguat parochus tum qnod exemplar sit in quadam copia extracta per notarinm a praetenso originali existens penes eosdem gubernatores, tum qnod breve nunquam effectum habuerit, ut concessum conservatorio, alio tunc in loco existente, tum pariter quod plura parochus ipse exerceat contra disposita in praetenso brevi, tum tandem quod oratorium sit exemptum ab Ordinarii jurisdictione sub laicorum potestate. Concordatis itaque infrascriptis dubiis EE. VV. decidendum propouitur:

1. An sit standnm vel recedendnm a decisis sub die 2. Julii 1707?

2. An confessarius conservatorii ss. Philippi et Jacobi valeat administare monialibus omnia sacramenta privative qnoad parochnm in casu etc.?

S. Congregatio etc.

Ad 1: In decisis citra approbationem conservatorii, et supplicent SSmo.

Ad 2: Exhibendum esse Breve.

Die 28. Jnlii 1708.

Neapolitana.

Recnrrente jam praedefuncto parocho Gnidello parochiae s. Januarii ad Ulmum hnjus civitatis pro declaratione neutiquam asservari posse s. Synaxim in ecclesia conservatorii muliernm snb invocatione ss. Philippi et Jacobi qnod regitur per consnles seu administratores laicos artis sericae s. Congregatio snb die 2. Julii 1707 resolvit: Non posse juxta decreta in Salernitana 19. Aug. 1702.*) His vero non acqniescentes dicti consules praetendentes ulterius administrari posse a confessario praedicti conservatorii omnia sacramenta mulieribus in eo existentibus independenter a parocho, vigore asserti Brevis sa. me. Sixti V. cujus copiam exhibuerunt, proposita fuerunt suprascripta dubia. Cumque jam ad tenorem primae resolutionis iidem consules preces SS. D. N. porrexerint, fuit exinde requisita informatio Emi Archiepiscopi, qui refert ex testibus in ejus curia examinatis constare de immemorabili quasipossessione asservandi tabernaculum cum ss. Encharistia in praefata ecclesia conservatorii, quemadmodum pariter id liquere subdit ex qnibusdam anteactis visitationibus necnon ex diplomate sibimet exhibito sa. me. Sixti V. continente amplissimam facultatem retinendi et conservandi omnia sacramenta eidem ecclesiae elargitam ac tandem E. S. inquit modernum parochum sunm consensum in forma praestitisse super gratia ab oratoribus obtinenda. Recitatis hnjus precibus in Congregatione praeterlapsa jussnm fuit nt ponerentur in folio, prout humiliter instantibns iisdem oratoribns execntnm fuit sub dubio:

An et quomodo sit indulgendum pro continua asservatione ss. Sacramenti in ecclesia conservatorii in casu etc.?

S. Congregatio C. rescripsit: Affirmative.

Die 27. Aprilis 1709.

Bononien.

Pendentibus litigiis coram pluribus jndicibns tam in partibus qnam in curia inter parochum ecclesiae parochialis s. Juliani ex una et officiales seu administratores confraternitatis necnon conservatorii puellarum ac rectorem ecclesiae s. Mariae de Baracano existen. intra limites ejusdem parochialis civitatis Bononiae ex altera partibus, praetendente dicto parocho assistentia juris snbnixo ad ipsum spectare exercitium nednm ecclesiasticarum functionum, quae peragi solent in dicta ecclesia s. Mariae, verum etiam jurinm parochialium in puellas ceterasque degentes in praefato conservatorio, contendentibus ex adverso officialibus praedictis tam functiones quam jura memorata vigore assertae consuetudinis immemorabilis ad eos sen eornm capellanum independenter a parocho pertinere; cnm 1702 partes devenerunt ad concordiam publico instrumento rogatam sub reservatione tamen apostolici beneplaciti in qua parocho reservatam fuit jus assistendi matrimoniis dictarum puellarum et cujusvis alterius personae in conservatorio immorantis, jus pariter peragendi funera suornm parochianorum, qui sepulturam eligent tam in ecclesia confraternitatis quam in alia conservatorii, ac missam decantandi, non alias quam praesente cadavere, jus itidem administrandi sacram synaxim pro viatico ac etiam devotionis causa puellis aliisqne in conservatorio degentibus infirmis tantum et in lecto decumbentibus, prout etiam sacramentum extremae unctionis, ac tandem in hebdomada sancta benedicendi domos et in festo Assumptionis b. V. quod principalius est in ecclesia celebrandi missam solemnem. Reliqnae vero functiones et benedictiones etiamsi sint de juribus parochialibus, praeter mox recensitas et parocho reservatas, omnes fuerunt concessae ab eodem parocho officialibus et administratoribus praedictis qnibus libera facultas facta fuit eas exerceri faciendi

*) Vd. *p. 723.*

ab eorum capellano seu confessario; cum correspectivitate ejusmodi concessionis promiserunt iidem administratores quotannis in perpetnum tradere parocho s. Juliani in die festivitatis ejusdem Sancti cereas candelas valoris scutorum octo, quemadmodum fusius legitnr in dicto instrumento concordiae in summario exhibendo.

Emns Archiepiscopus Bononien. requisitus informare narrata confirmando retulit tam oratorium quam conservatorinm praedictum et utramque ecclesiam licet sint intra limites parochiae s. Juliani non esse tamen illi ecclesiae parochiali adnexa, neque ab ea ullam dependentiam habere et percurrendo singillatim functiones confraternitati reservatas censuit annnendum petitis. Verum ad tollendas ulteriores lites expediens duxit, nt ubi in concordia dicitur, quod capellani habeant generalem facultatem peragendi quascumque alias functiones, in approbatione exprimantur quemadmodum E. S. singulas eas exprimit in foliis relationi suae adnexis. Emus de Abdua pariter informans perbelle reassumendo totum statum concordiae, etiam pro illius confirmatione sensnm suum aperuit. Dissensit tamen ab animadersione Emi Archiepiscopi quoad exprimendas singulas functiones exercendas per capellanos confraternitatis, cum satis censeantur expressae sub generalitate omninm earum, quae non fuerunt parocho reservatae, uti latins ex utraque relatione in Summario danda. Hinc oratores ex deducendis humillime supplicant derni:

An et quomodo concordia sit confirmanda in casu?

S. Congregatio C. resp.: Affirmative.

Die 5. Sept. 1711.

Constitutio „Sedis apostolicae".

Vd. *Censurae* (limitatio p. 894. t. III.)

Constitutiones.

I. Capitulares.

a) Approbatio Episcopi.

Vd. lit. *b.* p. 731.

Tricaricen.

Maxime praestat redire ad Tridentini censuram, qua Episcopis facta potestas ut postquam de controversis coustitutionibus diligenter cognoverint illis tantum quas ut laudabiles probaverint exceptis reliquas pravas et scandalosas rejiciant et aboleant; *sess. 24. cap. 14. de ref.*

Die 16. Maji 1801.

Canonicus Ecclesiae Cathedralis civitatis A., qua Executor testamentarius ultimae voluntatis Caroli, die 3. Aprilis 1843 Capellaniam ecclesiasticam ab hoc in eadem ecclesia praescriptam canonice erigendam curavit, praehabito rite Capituli consensu additisque conditionibus, ut Capellanus choro inserviret, pro Capellanis absentibus sese pararet (idest Sacerdoti celebranti ministerinm ad altare praeberet), Cantoribus in cantu Gregoriano suppetias ferret (idque onus non a Testatore sed a Capitulo impositnm fuerat) ac denique certum qnemdam missarum numerum, per se vel per alium, celebraret. Quod pertinet ad passivum ejusdem Capellaniae patronatum seu Capellani nominationem, cautum fnit ex voluntate Caroli, ut idem jus Canonico executori testamentario competeret quoad ipse vita viveret, quin ullo hic vincnlo teneretur observandi conditiones Capellano imponendas. Posteaquam vero Canonicus executor testamentarius e vita migravisset, statutum fuit, ut jus nominandi Capellanum ad universum praedictae Cathedralis

Capitulum recideret, adjecta lege, ut Canonici Clericum eligerent in ea civitate natum*) ac domicilium habentem, sacris Ordinibus proximum, bonis moribns praeditnm, pauperem ac patrimonio sacro destitutum; qui, si quando patrimonio proprio, beneficio vel pensione auctus foret, nulla interpellatione morae, e Capellania decideret et alter in ejus locum subrogaretur.

Testatoris voluntate cumulatissime sic executioni demandata primus ad eam Capellaniam renunciatns est Angelus, qni cum alia duo congrua beneficia anno 1864 consecutus esset sponte Capellaniae nuncium misit. Loco vacationi facto Canonicus executor testamentarius, vitae adhuc usura fruens ac metuens ne in electione forsan erraret, renunciavit ac cessit jam tnnc nominationis exercendae jus — *ipsi Rmo Capitulo, ut Candidati nominatio semper et majori cum consilio ac ponderatione in virum idoneum ad uberiorem ecclesiae utilitatem cadere possit.* — Quae renunciatio cum a Capitulo accepto habita fuisset, die 12. Maji 1864 Canonici in aula capitulari coalnernnt, quin tamen conventum absolverent ex eo quod nullus ex competitoribus, qui Capellaniam inhiabant, testimonium de cantus Gregoriani**) scientia exhibuisset. Iterum igitnr die 9. sequentis Junii Canonici coiverunt iterumque iidem adstitere Competitores, testimonio de cantus Gregoriani peritia omnes communiti, praeter unum Fridericum, prout asserebatur. Sex hi numerabantur; dno scilicet Sacerdotes, alii Clerici. Cnm jam quinque ex his scrutinio supposititi fuissent et sextus excutiendns reliquus foret, unus ex Canonicis vocalibus adsurrexit edixitque, Aegidium, sextum illum competitorem, nepotem esse ex sorore alterius Canonici vocalis B., adeoque hunc prohibitum esse, ne pro nepote suffragium ferret***) quippe in Synodo dioecesana praescriptnm est, quod — *si alicujus Canonici aut ejus consanguinei et cognati intra secundum gradum res agatur, is a Capitulo recedat et nonnisi re peracta admittatur.* — Canonicus B. aegre ab aula capitulari recessit — *protestans et declarans* (ita legitur in deliberatione capitulari) *quod, si facultatem ferendi suffragii, quae sibi intercipiebatur, sibi inhaerere demonstretur, sua mens est suffragium Clerico Aegidio* (suo nempe nepoti) *propitium deferendi.* —

Canonico B. ab aula capitulari profecto Canonici deliberaverunt, eumdem a ferendo suffragio pro suo nepote esse interdictum, adeoque ea, quae habita jam erant, scrutinia utpote vitio nullitatis infecta repetenda esse; unde factum est, ut eadem irrita omnino cederent, quin ulla de ipsorum exitu notitia haberetur. Hujusmodi deliberatio Canonico B. significata fuit, qui suam protestationem iteravit *addens, quod in omni casu, quomodo sua mens erat suum praebendi votum favore Aegidii, ita animus foret votum ceteris plane adversum tribuendi, et exinde recessit.* — Repetito certamine quatuor e sex competitorum minimum suffragiorum numerum retulerunt. At Clericns Aegidius, nepos Canonici B., quatuor propitia, tria adsecutus est adversa suffragia e septem, qui intererant, vocalibus; Clericns vero Fridericus sex propitia, tria adsecutus est adversa suffragia e septem, qui intererant, vocalibus; Clericus vero Fridericus sex propitia, unum infensum sortitus est. Itaque Fridericus vocum majoritatem adeptus ad Capellaniam vacantem nominatus fuisse in ipsins coetus contextu renunciabatur. Biduo post Canonicus B. protestationem formiter in Cancellaria episcopali edidit, qua capitularem deliberationem rescindi contendebat ob plures, quas exponebat, causas unaque instabat, *ne Friderico institutio canonica impertiretur, utpote qui ex actu nullo ac nullius effectus fuerat nominatus.*

Quocirca Fridericns majori vocum numero fretus, nominationis reportatae juri insistens suas S. C. Ep. et Reg. preces obtulit expostulans, ut in possessionem Capellaniae immitteretur. Sacer Ordo, prout in more positum est, has preces Ordinario remisit eidem injungens, ut Partes, quarum ea de re intererat, audiret, suam sententiam panderet ac Constitntionum capitularium particulam, quae ad eam materiam referretur, scripto suppeditaret. Huic injunctioni obsecutus est Ordinarius, at capitulares Constitutiones sese exhibere non posse renunciavit namque Capitulum eas quidem confecerat, sed nondum definitiva sanctione approbaverat adeoque nec Ordinarins ipsas confirmare potuerat.*)

*) Vd. *t. II. p. 401. m.*
**) Vd. *t. III. p. 363. n. 6; 437. n. 6.*
***) Cf. *t. III. p. 416. b; 419. c.*

*) Synodus Romana habita anno 1725 *tit. 2. cap. 4. et 5.* statuit, ut Capitula Cathedralium et Collegiatarum peculiares suas Constitutiones intra sex menses conficiant easque Ordinario comproban-

Auditis semel iterumque partibus causa in plenario S. C. conventu proposita fuit. Itaque in Consultatione de more typis edita iuprimis illud statuebatur, validitatem nominationis, qua fretus Fridericus ad Capellauiam sese canonice iustitui flagitabat, pendere potissimum ex validitate deliberationis capitularis diei 9. Junii 1864, in qua pluribus suffragiis ad Capellauiam eamdem idem renuuciatus fuerat. Quae cum ita essent, plurimum interesse animadvertebatur inquisitio, an ipsa deliberatio sustineretur, eoque magis, quod Canonicus B. eamdem mordicus impugnaret ac uti nullam declarandam esse contenderet.

Plures rationes pro una alterave conteudentium parte *ex officio* adductae sunt ex quibus sequentes praelibamus.

Praemittebatur, solemnitates quae in electione proprie dicta jure pontificio praescribuntur duplicis geueris esse; unum earum, quae a jure positivo profluunt, alterum earum, quae ab ipso jure naturali ortum habent, veluti constituit ipsemet Pitonius *Discept. eccles. 24. n. 4. et 16.* In hoc secundo genere connumerari ex. gr. hae possunt, videlicet ut vota eligentium sint libera, non coacta, ut praevaleat major seu sanior, non minor et insanior pars*) aliaque ejusmodi elementa quae naturaliter cuilibet electioni cohaerent quae a certo personarum generi peragi debeat. Huc pertinet alia illa conditio, ut nominatio in coetu collegialiter convocato absolutoque perficiatur: aliter enim electio non esset actus a corpore morali collective elicitus, sed potius resolveretur in tot suffragia seorsim sumpta siugulorum vocalium, quae actum moraliter unum constituere nequirent, quemadmodum aperte tradit Gregor. IX. *cap. in Genesi 55. de Elect.* Ex qua exposita doctrina consequitur, ut in casu de quo agimus electio Capellani de necessitate collegialiter absolvenda erat; namque Canonicus executor testamentarius et Testator ipse jus eligendi Capellanum non singulis Canonicis adtribuit veluti accidit, quando Testator aliquibus familiis juspatronatus reservat, sed Capitulo veluti uui personae morali, quae suam veluti subsistentiam et vitam in conventu rite iuito sibi comparat. Fagnan. *Cap. Quia propter de Elect. n. 37. de For. Ben. tom. 4.* § *n. 552,* Pignatt. *Cons. 21. n. 7. et 8. tom. 1,* Piton. *Discept. Eccl. 24. n. 16.*

Jamvero, subjungebatur, ut quilibet conventus Canonicorum capitulariter celebratus dici vere possit, illud requiri, praeter alias conditiones recensitas a Ferrario *v. Capitulum Art. 1 in Append.*, ut ad eum invitati fuerint vocales *omnes.**) Vid. etiam Piton. *Discept. Eccl. 100. n. 40.*, De Luca *de Canon. Disc. 27. n. 15, Rota Decis. 278. num. 11. p. 12. et alibi passim.* Quando vero dicimus invitandos esse *omnes* intelligimus etiam ad votum ferendum iusimul necessario esse admittendos. Vocales enim sese uti contemptos reputare merito possunt, non solum si vocati non fuerint, eo etiam, si vocati a voto emittendo iujuste prohibeantur; quinimo *turpius ejicitur, qui non admittitur hospes.* Et sane, qui suffragium ferre fuerit inhibitus, aequiparatur ei, qui non fuerit invitatus, *cap. In Genesi 55. de Elect.* §. *nec praemissi*, De Luca *Disc. 27. de Canon. n. 15, Reinffenst. L. 1. Decr. de Elect. n. 115.* Jamvero nihil facilius accidit, quam illegitimam Canonici B. ab aula capitulari votique edeudo exclusionem demonstrare. Namque iuprimis ex apertissima civilis juris dispositione — *prodest suffragium Patris Filio et Filii Patri, item eorum, qui in ejusdem Patris potestate sunt: quasi Decurio enim illud dedit suffragium, non quasi domestica persona: in iis quippe, quae juris publici sunt, praesumitur, quod magis ob bonum publicum moveatur quam ex alia causa particulari affectionis — L. Illud. et L. Item Dige. Quod cujus. Univers.* Quae nimirum dispositio consentanea est juri canonico et declarationibus S. C. Conc. nomiuatim in *Pisana Elect.*, in qua, cum Canonici jure alternativae**) fruerentur in electione Canonicorum et, data vacatione, concurreret uuus, cui consanguinitate junctus erat Canonicus Del Bouo ***)

das exhibeant. Hujusmodi Decretum, ex verbis ibidem adhibitis, ad Capitula omnia totius catholici orbis extensum fuit; adeoque S. C. Conc. non solum in suis responsionibus ad relationes Episcoporum de statu Dioecesion, sed etiam in generalibus comitiis quoties occasio datur solemne habet injungere et inculcare, ut huic praescriptioni accurate obtemperent ea Capitula, quae fortasse propriis statutis carere innotescat. Itaque demirandum est, unde fiat ut Capitulum civitatis A. nondum huic Synodi Romanae decreto cumulate paruerit; eoque magis quod dubitari nequeat, quin plura hanc in rem incitamenta a suis Superioribus habuerit.

*) Vd. *t. I. p. 104. k; t. III. p. 124. g.*

*) Vd. *t. III. p. 758. XI.*; *742. e.*
**) Vd. *t. I. p. 510.*
***) Vd. *t. III. p. 64. a; 139. i.*

dubium propositum fuit: »An Canonicus Del Bono in electione de qua agitur rejiciendus sit a ferendo suffragio in casu? responsum editum est die 19. Sept. 1813: — *Negative.*

Neque vero officere dicebatur dispositio synodalis: in casu enim praesenti nullam ea poterat exserere vim, quoniam testatorum voluntati derogare non valet. Ita enim scribit Piton. *Alleg. 30. de Contr. Patron. n. 1. et seq.*: — *cum lex fundationis longe praecedat Constitutionem synodalem, et ibi caveatur, jus praesentandi spectare debere ad Capitulum et Canonicos nemine excepto, utique praeallegata constitutio locum non habet in electione ad hoc beneficium de jurepatronatus,*— Cum Pitonio concordat S. Rota cum Doctoribus: neque dissentit S. C. Conc., veluti videre est in *Ferentina Capellaniae*, cujus facti speciem hic dare non inopportunum arbitramur.

Cuppinius quidam Capellauiam in Cathedrali Ferentina fundaverat, jurepatronatu activo reservato Canonicis, passivo autem Consanguineis Fundatoris ipsius ac secundo loco Clericis Ferentinatibus. Cum ista Capellania vacavisset, factum est, ut inter Canonicos tres adnumerarentur consanguiuitate juncti cum uno ex iis, qui ad ipsam Capellauiam adspirabant. Quoniam vero ex dispositione Synodi Ferentinatis, non secus ac accidit in Dioecesi civitatis A., de qua res est, statutum erat, ut Canonici suffragium consanguineis dare nequeant, tribus illis Canonicis significatum fuit, ut ab aede capitulari egrederentur, cum ille conventus haberetur, in quo de Capellano eligendo consultandum erat. Hi profecto abierunt; sed eodem die protestationem contra hujusmodi repulsam formiter ediderunt. Cum itaque res ad S. Conc. delata fuisset, proposito dubio: An et quomodo jure suffragii gaudere debeant Canonici intra tertium gradum propinqui concurreutium ad Capellaniam Cuppini in casu? Emmi Patres die 1. Martii 1834 rescripserunt: — *Affirmative per vota secreta.* —

In tuenda validitate resolutionis capitularis diei 9. Junii opponebatur, Canonicum B. vero nimis ac propterea ne quidquam agere de contemptu, quem passus est, cum a conclavi capitulari fuit exclusus, ea nempe de causa, quod voluntatem suam in eo, quo excludebatur, satis superque manifestaverit eamque revocare amplius non valeat. Namque respondebatur eam manifestationem inprimis veluti imperfectam reputandam esse, eoque magis quod ex animi praecipitantia ortum habuerat: cum enim injuria se exclusum videret, utique dolore incensus et placido mentis statu deturbatus, quid faceret aut diceret, animo pendere non potuerat. Itaque ea declaratio perfectionem suam obtinuit per protestationem biduo post in episcopali Cancellaria editam, in qua Canonicus B. conceptis verbis de nullitate resolutionis institit. Jam vero huic manifestationi conditio apertissime inerat si nempe *facultas, quae sibi intercipiebatur, ferendi voti vere competeret.* Suum itaque suffragium non absolutum et purum, sed conditioni obnoxium erat. Atqui suffragiorum emissio cum capitulariter absolvi debeat, inter actus legitimos referenda est adeoque *neque diem neque conditionem recipit ex L. 77. de Reg. Jur.* Observabatur insuper disertissime canonica jura praecipere vota neutiquam esse debere conditionalia; nam in *cap. 2. de elect. in 6.* legitur: — *in electionibus et postulationibus et scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa et incerta penitus reprobamus.* — Qua super re consulatur Piton. *Discept. Ecc. 100. n. 100. ad 119.* necnon s. Cong. Conc. in *Comen. Beneficii, ad diem 13. Julii 1771* § *hunc autem,* § *nihilque,* § *ad novam.* Ei accedebat, quod vota ex dispositione synodali civitatis A. debeant esse secreta, et Canonicus B. palam et publice suum suffragium ediderat.

Deuique Canonicus B. asserebat (nullo utique documento legitimo ad rem allato) Fridericum ad Capellauiam a Capitulo electum testimonio carere de scientia cantus Gregoriani. Super quo non parum ipse demirabatur Capituli rationem: Canonici siquidem prima vice congregati conventum habere distulerunt ex eo, quod nullus ex Candidatis fidem de cantu Gregoriano exhibuerat. Quando vero iterum convenerunt, inter Candidatos eum praetulere, qui unus dumtaxat hujus qualitatis defectum praeseferebat. Perperam vero objiceretur hujus qualitatis obligationem non a testatore, sed a capitulo proficisci: cum enim semel in canonico erectionis decreto eadem inclusa est, decreto standum erat, donec legitime illud correctum non fuerit. Neque itidem valebat id, quod Canonici obloquebantur, sese ad nominationem devenisse non ex jure a Testatore sibi facto, sed ex jure renuuciationis ab Executore testamentario in suum favorem editae: Executor enim iste satis superque

osteuderat sese Capitulo extiuctive jus nominationis in perpetnum renunciasse, quasi ipse demortuus foret, et Canonici ex testamento ad nomiuationem procedereut.

Praemissa jnris theoria quae viget circa hujusmodi electiones*), disjectis minoris momenti difficultatibns, quae objiciebantnr, validior ac uervosior defensionis ratio pro deliberatioue capitnlari et Friderici nominatione hoc modo suscipiebatur.

Quamvis concederetur Canonicum B. a snffragio edendo immerito fuisse prohibitnm, non idcirco tamen seqni contendebatur nt nominatiouis actus vitio unllitatis corruere diceudus foret. Incoutroversi enim et indubitati juris est, tum cum aliqnis vocalis exclusionem passus est, seu, veluti vulgo dici solet, coutemptus fuit, nt actus capitularis *per se* uullus haud sit, quin e contra suum retiueat firmitatis robur, nisi quod ille qui contemptus fnit de nullitate agere minime prohibeatur, nnaque ejusdem rescissionem adseqneudi jus habeat, si contemptum plene demonstrare sibi contiugat. Id enim perspicue sancitnm est in *cap. 28. Quod sicut, cap. 36. Bonae de elect.*, Fagnan. *ad cap. Quia propter de elect. n. 39*, Reiuffestuel *de elect. lib. 1. n. 15.*

Hisce in jure praelibatis in facto statnebatur, a Canonico B. non absolute ac simpliciter deliberationem capitularem fuisse impuguatam, sed cum conditione. Ipse siquidem hisce fere se verbis explicuerat: *Si mihi jus inest ferendi suffragii et exclusio, quam subii, injusta est, animus mihi est singulis infensam praebendi vocem, excepto Aegidio nepote meo.* Quod si prima hujus declaratiouis pars impleta diceuda foret adeoque injusta fuerit ejus exclusio, id tantum sequeretur, nt singuli Competitores alterum votum adversum, Aegidius vero alterum sibi propitium obtiueat. Itaque Aegidius, qui vota alba quatuor retulit, quiuque subinde sibi viudicabit. At nihilosecius Fridericus, qui sex vota alba jam adeptus fuerat, addito nno suffragio adverso, non idcirco de majori vocum numero prae Aegidio gloriari nequibit.

Neque vero quidquam ageret Canonicus B., si protestationem obtruderet biduo post conventnm capitularem diei 9. Junii penes Caucellarium episcopalem elicitam, in qua disertis verbis pro capitularis deliberatiouis nullitate institit actaque omnia rescindenda esse petiit. Cum enim animi sui hac de re declarationem in eo ipso, qno a conventu recessit, satis plene pandidisset, jam non amplius snae potestatis erat suae voluntatis actum revocare et immutare: *quod enim semel placuit*, uti commune fert adagium, *amplius displicere non potest.* Porro cum semel Capituli resolutio ab eodem ratihabita fuit, quidquid eidem fortasse vitii inerat, apprime purgatnm dilutnmque fuit. Ceteroquin ratihabitio non modo verbis, sed et factis emittitur. — *Non enim tantum verbis ratum quidquam potest haberi, sed etiam actibus* — ait Paulus Jurisconsultus *l. 5. dig. Ratam rem.* Nec qnidqnam proficeret Canonicus B., si errore et ignorantia ductum se id fecisse diceret, nam falsa reputatio neminem excusat, neque actns voluntarius ille nequit reputari, quem aliquis gerat falsa spe aut opinione dnctus. Gratian. *discept. forens. cap. 765. n. 49.*, *Rota decis. 287. n. 24. p. 16. rec.*

Praeterea tametsi aliqua adhuc dubitationis nmbra superesset, pro validitate actus standum esse snbjnngebatur non solnm ob regulam generalem, quae tradit omuem actum habeudum esse uti validum, donec contrarium non probetur, sed et etiam ob regulam specialem, in materia electionnm receptam, in quibus electio suum obtiuere robur intelligitur, donec ille, cui id incumbit, validis argumentis electionis nullitatem legitime non demonstraverit. Piton. *discept. eccl. 100. n. 221. et seq.* et couvenit commuuis Interpretum doctrina.

Super defectu peritiae cantus Gregoriani, qui contra Fridericum objectabatur, nullum plaue verbum erat in deliberatione capitulari diei 9. Junii 1864. Nihilomiuus respoudebatur, couditiouem illiusmodi minime a testatore proficisci, sed a Capitulo dumtaxat repetendam esse, cui ceteroqnin potestas haud inerat adjiciendi couditiones*) a testatore minime praescriptas. Iusuper, iu praesenti vacatiouis statu, jus nominandi haud exercuerant Canonici vi testamenti, a Carolo scripti, sed iu vim renunciatiouis a Canonico executore testamentario favore Capituli emissae. Cum itaque iste nullo obstriugeretur vinculo nominandi Clericum qnalitatibus a Testatore praefiuitis praeditum, jam nec Capitulum, ut hujus cessionarium, adigebatur Capellanum eligere scieutia cantus Gregoriani aliisque meritis adornatum.

Autequam finis Consultatioui poueretur, mouebatur nomiuationem Friderici veluti nullam forsitan declarandam esse, tametsi deliberationem capitularem diei 9. Junii 1864 in suo robore manere judicatum foret, si videlicet cantus Gregoriani peritia velnti substantialis in casu, de quo agitur, existimaretur, eaque Fridericum reapse carere constitisset. Qua re constituta secundi quod iuferius ponitur dubii formulam praetermitti non debere visum est.

D u b i a:

I. An et quomodo sustineatur deliberatio capitularis diei 9. Junii 1864 in casu?

II. An et quomodo sustineatur nominatio Friderici ad Cappellaniam, adeo ut danda ei sit institutio cauouica in casu?

Emi Patres die 28. Julii 1865 rescripserunt:

Ad I. et II. *Attenta declaratione emissa a Canonico B. in aula capitulari affirmative in omnibus.*

Ex iis colliges:

I. Ad normam decreti synodi romanae anni 1725 *tit. 2. cap. 4. et 5.* singula Cathedralium et Collegiatarum Capitula peculiares suas Constitutioues coudere et Ordiuario confirmandas repraeseutare teneri.

II. Solemnitates a jure canonico in electionibus accurate perageudis praestitutas locum sibi vindicare in eligendis Praelatis sive saecularibus sive regularibus.

III. Earumdem autem omuium observantiam non exigi in iis electionibus in quibus de Beneficiis miuoribus agitur, maxime si ea simplicia sint.

IV. Observari tamen debere eas conditiones, qnae veluti ex rei natura profluunt quaeque cuicumqne electioui a certo personarum collegio perageudae per se inhaerent.

V. Inter hujusmodi conditiones observaudas eam recenseri, ut nimirum electio *collegialiter* perficiatur.

VI. Neque miuns alteram numerari nt nullus scilicet ex eligeutibus contemnatur idest excludatur sive directe sive indirecte a suffragio fereudo.

VII. Ex contemptu tamen alicujus de gremio eligentium electionem ex sese irritam non esse, sed eam seutentia judicis irritari debere*) si ille qui inhibitus injuria fuit de nullitate agat.

VIII. Quare cum irrita talis electio ex sese nou sit, si ille animum suum ita declaravit, ut implicite vel explicite eléctionem seu nominationem ipsum recognovisse constet, non est amplius audiendus si electionis validitatem impugnet.

b) Confectio.

Cotrouen.

Vd. p. 726. a.

Cotrouensis Episcopus in sua relatione, quam ex Sixtina lege ad hanc s. C. transmisit, ea quae sequuntur exponit: Dignitates et Canonici non solum sed et participantes et 4 parochi simul efformant coustituuutque Capitulum;**) in eo ex autiqua consuetu-

*) Plures solemnitates observandae sunt ex juris praescripto in peragenda canonica electione proprie dicta ut cernere est in til. de elect. l. I. Decret. ac nominatim in *cap. 42 quia propter*, ex. gr. ut tres scrutatores eligantur, ut suffragia scripto consignentur aliaque id genus impleantur, quorum omissio nullitatem prorsus importat. Sed haec locum obtinent in electionibus Praelatorum sive saecularium sive regularium dumtaxat, quemadmodum vulgo tradunt Doctores, quos inter satis est allegare Fagnanum in commentatione memorati capitis ac punctim *nn. 6, 8, 10 ac segq.* qui porro auctor *n. 36. et seq.* singularem earumdem solemnitatum seriem articulatim recenset. Quinimmo hujusmodi forma ita unice locum in electionibus proprie dictis sibi vindicat, ut ne capitularium Vicariorum creationi quidem accomodari soleat: hoc enim officium precarium est nec praelaturam praesefert. Vid. Leuren. *de for. Benef. de Const. et qual. Vic. cap. tom. 4. quaest. 550.* cum communi Doctorum. Quare multo minus necesse est eidem formae inhaerere in nominationibus Beneficiorum simplicium et Capellaniarum, Piton. *Discept. Eccl. 21. n. 4.* ubi ita scribit: Capitulum potest in eligendo procedere et consentire modo sibi beneviso sive verbo sive facto sive ante sive post electionem et quandocumque ex intervallo dummodo consensus accedat vel omnium vel majoris partis vocalium.« Congruit S. Congr. Conc. *In Eugubina Mansionariae 5. Aprilis 1794* et passim alibi.

*) Vd. *t. II. p. 353—362.*

**) Magna intercedit differentia inter actum ex sese nullum et actum qui talis ex sese non est sed nullus reddi possit. In priori casu si sententia indicis quaeratur, dicitur tantum declaratoria; declarat nimirum actum fuisse nullum, in altero vero casu sententia judicis illum reddit nullum sine qua actus suo robore constitisset. Ex hac observatione alia derivat differentia inter utrumque actum; per sententiam enim declaratoriam actus consideratur nullus a suo initio et omnes effectus, ab eo actu producti, secundum suum initium dijudicantur: in altero autem casu tum actus incipit esse nullus cum fuerit irritatus.

**) Vd. *t. III. p. 740. c.*

dine habent vocem activam et passivam. Haec consuetudo praestandi suffragium praesertim in electione Vicarii capitularis in viduitate ecclesiae nonnullas excitat dissentiones et magna dissidia cum scandalo fidelium. Cuperem vero et ut scandala a fidelibus amoveantur et ne parochi odiosi christifidelibus eorum curae reddantur, ut fere semper accidit ob contentiones atroces, quae solent oriri praesertim a participantibus satis juvenibus . . . . . ut suffragia in electione Vicarii capitularis tantum a Dignitatibus et Canonicis praestarentur. Cum vero haec ad plenam rei cognitionem suppetere minime viderentur eidem Episcopo literas dedi, ut accuratius de hujusmodi quam iunuit consuetudine referret et statutorum capitularium, si adesseut, particulam ad hanc rem pertinentem transmitteret ceteraque adderet, quae ad causam mature expeudendam conducereut.

Simoniae labem re ipsa intercessisse in ultima Vicarii capitularis electione ex eo, quod in actibus capitularibus rescriptum asservetur hujus s. O. diei 10. Julii 1833, quo omnes jurisdictionis actus a Vicario capitulari in suo munere eliciti, utpote simoniae vitio infecti, ex apostolica potestate sanantur.

Memiuisse juvat legem esse Tridentiui Conc. *sess. 24. c. 16.* ut Capitulum sede vacante . . . . officialem seu Vicarium iufra octo dies post mortem Episcopi coustituere vel existentem couformare teneatur. Quocirca favet Episcopo regula juris quod beneficiati sive mansionarii sive portionarii hoc vel alio quocumque nomine nuncupati de gremio Capituli non sunt nec Capitularium appellatione comprehenduntur, *Glos. in cap. per V. Assisios. de cler. non resid.*, ibique *Abbas n. 9.* aliique passim. Quam doctrinam sequitur s. hic Ordo tradens memoratos beneficiatos suffragii ferendi jure non pollere*) nisi in iis quae communem massam respiciunt, S. C. *in Brixien. Vocis in cap. 1707.* Beneficiati enim debent obsequi Canonicis, non autem iis aequiparari, *Rota decis. 697. n. 9. coram Merlino, S. C. in Januen. Capellaniarum 24. Aug. 1680 et 5. Junii 1781.* Quandoquidem sunt iutroducti (sic ait *Lotter. de re ben. lib. 1. q. 25. n. 65.*) non ad faciendum consortium cum Canouicis sed ad servitium; jurant enim obedientiam et reverentiam, nedum Episcopo sed et ecclesiae, sub qua appellatione continetur Capitulum ut est singulariter expressum in *cap. Cum Clerici 19. de V. S.* Neque vero his dispositionibus consuetudiuem opponere posseut participantes et parochi Cotroneuses.

Nam primo quando statuitur ex consuetudine Beneficiatis seu capellanis suffragii facultatem competere posse, id ad summum intelligendum est de iis, qui obtineut beneficia seu capellanias in titulum.*) Etenim *Card. de Luca in sua disc. 20. de Can. et Cap. n. 5.* discrimen statuens inter portionarios quorum portioues in titulum conferuntur et eos de quibus aliter se res habet animadvertit ea quae de primis in jure traduntur, male alteris accommodari solere: mouuerat autem n. 1. in suam hanc sententiam descendisse Rotam romanam in ipsa causa quam ipse eo in discursu tuebatur. Consouat *Card. Petra ad const. I. Leonis Magni sect. 2. n. 17. tom. 1., Garzias p. 1. c. 20. n. 95.* Jamvero portiones sive portiouariis sive parochis Cotroueusibus conferebantur superioribus temporibus in titulum, quin e contra ex unius mensis absentia ipso jure amittebatur.

Secundo, quamvis consuetudinis vis ad portiouarios etiam titulo destitutos extendi diceretur, nihilomiuus perpeudendum est cum *Card. de Luca l. c. n. 7.* talem consuetudinem**) esse contra jus adeoque nullius roboris, uisi fuerit vel immemorabilis vel centenaria vel saltem quadragenaria cum titulo putativo seu colorato. Ratiouem quoque hujusce suae affirmationis reddit eodem loco n. 11., in quo pluries se consultum respondisse testatur in similibus casibus id quidem tolerandum esse in iis capitulis quae congregantur pro negotiis oecouomicis massae communis, in quibus de partionariorum etiam commodo agitur. Manifestum autem addit ipse abusum esse juris vehementem resistentiam habentem, ut iutervenire debeant ac votum habere in actibus jurisdictionalibus seu praeeminentialibus, ut ex. gr. sunt electio Vicarii capitularis sede vacante, provisio seu nominatio canonicatuum aliorumque beneficiorum ejusdem ecclesiae jure simultaneo seu ex alio titulo cum similibus. Illo etiam magno incouveniente coucurrente, quod in plerisque ecclesiis hujusmodi presbyterorum

*) Vd. *t. III. p. 431. f.*

*) Vd. *t. III. p. 665. n. 28.*
*) Vd. *Consuetudo.*

numerus esse solet longe major etiam in duplo vel triplo quam Canonicorum et Dignitatum; unde propterea cum uimia juris resistentia Capitulum potius ab hujusmodi presbyteris quam Dignitatibus et Canouicis constitui dicitur seu ab eis pendet conclusio capitularis, quo nihil absurdius.

At vero licet in casu, de quo res hic est, consuetudo anuorum 40 completa fuerit, nihilomiuus uullius roboris juxta allatam doctrinam videtur habeuda, eo quod titulo colorato peuitus destituitur; centenaria vero atque immemorabilis uon adest; quandoquidem primus actus, quo participantes et parochi partem in electionibus habueruut, ad auuum 1772 iu Episcopi literis disertissime refertur.

Tertio loco tam peculiares hic affluunt circumstantiae, ut consuetudo nullum in hoc casu locum habere diceuda sit. Nam per applicationem Brevis *Impensa* priscus participationum status ac ratio deleta ad nova prorsus supervecta dici debet. Ex instructione enim diei 15. Nov. 1822 quam concilium Episcoporum cum Nuntio Pontificis edidit singulae portiones in uuum acervum confusae sunt et iu certum numerum rite divisae ac subinde iu tot patrimonii titulos ex integro conversae. Unde dubitari non immerito possit, num participantes, qui nunc sunt, eorum personam repraesenteut qui antea fueruut atque idcirco uum eorum praerogativas arrogare sibi queant.

Quarto loco quando agitur de gravissimis incommodis ab ecclesia Dei prohibeudis, ad gravissima etiam remedia confugiendum esse ratio dictat et exigit cultus divini utilitas. Jam vero ex iis, quae ulterius narrat Episcopus, colligere fas est quantum detrimenti et quanta incommoda ex tumultuoso de quo agitur Vicarii eligeudi more proficiscantur. Ad rem *Card. Petra S. C. n. 16.* Ista tamen consuetudo quateuus tractu temporis fieret irrationabilis, non videtur refraenatum arbitrium legitimi Superioris eam coarctandi ad terminos etiam *cap.: Suggestum de decimis:* hinc cum in ecclesia cathedrali Montispelusii adesset consuetudo, ut etiam capellani seu beneficiati vocem haberent in capitulo cum Canonicis et numerus illorum esset ita excretus, ut longe excederet Canonicos, ad quos primario spectat administratio et dispositio in Capitulo, illis tamen ex privilegio vel consuetudine, petentibus Canonicis reductionem votorum ad certum numerum quoad beneficiatos in s. Congreg. Concilii in *Montispelusii 6. Junii 1682* eadem s. Congregatio respondet: Supplicent Sanctissimum. Quia vere habuit petitionem pro rationabili, sed cum derogatio vel privilegii vel legitimae consuetudinis soli Principi sit reservata ideo ita rescripsit.

At vero totus jurium partis adversae cardo in consuetudine versatur, quam non inficiatur Episcopus: scitissimum sane est in jure canouico Beneficiatos jure quidem ordinario Capituli partem non efficere, at vero ex jure speciali nimirum privilegio, statuto atque consuetudine illud fieri posse, ut inter Capitulares counumerentur, quemadmodum ex communi doctrina tradunt rerum canonicarum tractatores, *Barbos. de Canon. et Dign. cap. 51. n. 17., Pignat. Cons. 53. n. 12. t. 7. lit. t. 1. L. 25. n. 66.*

Quod vero primo objicitur participantes et parochos in consuetudine praesidium quaerere non posse, quia eorundem portiones antehac minime conferebantur in titulum, recolendum est ex celebrato *cap.: Cum ecclesia Sutrina tit. de caus. poss. et propr.* simplices etiam clericos ex consuetudine jus sibi acquirere posse in electione praelati, quapropter inferunt communiter doctores quandoque etiam penitus extraneos admitti, *Fagnan. cap. Nullus de elect. n. 36.* et *ad cit. c. Cum ecclesia Sutrina n. 23.* et *s. Rota dec. 8. n. 1. part. 5. recent.*

Circa conditiones vero consuetudinis quae ad jus de quo agimus adipiscendum requiruntur primo licet concedatur, nonnisi immemorabilem sufficere posse, adnotandum tamen est ejus quam hic habemus initium ex unica Episcopi relatione uentiquam ad anuum 1772 limitari debere, oportuisset enim ut Episcopus insuper ostendisset in electionibus, quae ante id temporis peractae fuerunt, participantium atque parochorum praesentiam penitus defuisse. Deinde quid contra super necessitate tituli in quadragenaria ratiocinatur Card. de Luca, alioquin clarissimus, pugnat cum doctrina aliorum summi nominis canonistarum, quos inter Fagnanus tradens hujusmodi consuetudinem non esse contra jus, idque evenire ait quando Canonicis jus eligendi penitus auferretur, quo in casu titulo opus esse non denegat. Docet igitur dumtaxat esse praeter vel secundum jus, quia Canonici eligendi jure non privan-

tur, sed cumulative cum beneficiatis electionis actum perficiunt, quo in casu simplicem quadragenariam ad suffragii jus praescribendum satis esse demonstrat et differentiae rationem reddit dicens *n. 27. cit. cap. Cum ecclesia Sutrina:* quia in primo casu jus commune non prohibet, imo approbat et commendat, ut plures intersint electioni, quo maturius et prudentius perficiatur. Idem sentit *Lott. l. 2. qu. 21. n. 46.*: »Quotiescumque enim (sic ipse) agitur de auferendo uni, quod alteri applicetur, praescriptio est non autem consuetudo, quae non aufert alteri id quod applicat, prout notarunt omnes . . . et in terminis istis plene fuit decisum in praealleg. *Placentina Voti 6. Novbr. 1600 coram Penia.* In qua tamen sub die 20. Novbr. 1602 omnes DD. duobus tantum exceptis voluerunt sufficere quadragenariam sine titulo, tum quia haec sit regula, ut in trigenaria vel quadragenaria non exigatur titulus tum quia cum jus in hac re deferat consuetudini, jam cessat illius resistentia ab initio, quae sola operatur ut exigatur titulus *cap. 1. de Praescrip. in 6.* Neque vero tunc resistere intelligitur, quando leviter improbat seu non justificat possessionem praescribentis . . . . eatenus enim dicitur jus resistere quatenus vehementer possessionem improbat et vetat. Simili modo ratiociuatur *Pirhingh. l. 2. tit. 26. sec. 3. a 26.*

Quod pertinet ad III. caput, perperam contendi videtur ex applicatione Brevis *Impensa* pristinum rerum statum deletum fuisse et novum inductum; quandoquidem, ut notatur in novissima *Asculana et Cerin. Distrib. diei 6. Martii* proxime praeteriti, in Brevi *Impensa* nominatim cautum est, ut constitutiones et consuetudines, excepta nova, quae ibidem instituebatur, collationis forma in suo robore permanerent.

De IV. tandem capite in facto perpendi potest, quod licet vera habeantur incommoda, de quibus querelam movet Episcopus, nihilominus injuria unis participantibus et parochis eadem imputantur, cum alioquin hujusce culpae participes ipsi Canonici ac Dignitates esse potuerint, iniquum porro est in paucos conferre, quod communiter gestum est. In jure autem recolendum est in electionibus majorem eligentium numerum haud a sacris canonibus reprobari, quinimmo commendari; tunc enim electio maturior et prudentior accidet, ut in *c. Obeuntibus dist. 63.* et *cap. Prudentiam de off. Deleg.*, ibi: »Cum sicut canones attestantur integrum sit judicium quod plurimorum sententiis confirmatur.« Tandem hic agitur de tollendo jure tertii per immemorabilem et nunquam interruptam consuetudinem jam quaesito; sed a justitia absonum est, ut levissimis de causis ad odiosissimum hujusmodi remedium confugiatur.

Hisce utrinque disputatis, ne pigeat agnoscere ex insequentibus declarationibus, quid de hoc senserit s. Congregatio. In *Lycien. die 14. Maji 1639* quaerebatur*): An ex consuetudine clerus unacum Canonicis admitti debeat ad electionem Vicarii capitularis sede vacante? S. C. respondit: Clerum non debere admitti nisi ex consuetudine legitime praescripta.

In una *Montipelusii 6. Junii 1682* superius a Petra citata postulantibus Canonicis ut beneficiati qui ad vicarium eligendum nimium multi concurrebant ad certum numerum coerceretur, s. C. rescripsit: Audiantur capellani. Deinde in contumacia proposito dubio: An et quomodo sit providendum indemnitati et communi bono capituli?

S. C. respondit: Supplicent SSmum.

In Nullius *Altamurae 9. Dec. 1690* cum Dignitates et Canonici petiissent ut beneficiati a jure Vicarii capitularis eligendi repellerentur s. C. instantiam rejecit; iterum proposita die 17. Jan. 1693 s. C. rescripsit ut Episcopus super bulla, statuto atque consuetudine doceret ac tertio proposita 4. April. ejusdem anni stetit in decisis.

In *Recineten. Vic. Cap. 21. Martii* et *4. Junii 1701* contendentibus Canonicis et altaristis super jure interveniendi in electione Vicarii capitularis Canonici inter alia primo exhibebant electiones annorum 1412, 1417, 1469, 1476, in quibus ipsi dumtaxat partem habuerunt; deinde decretum in sacra visitatione 1621 editum, ubi declarabatur in rebus spectantibus ad ecclesiam et spiritualibus annexis nomine capituli intelligi solummodo Dignitates et Canonicos, aliter in temporalibus. Altaristae autem proferebant cum nonnullis actibus electiones Vicariorum anni 1586, 1620, 1634 in quibus interfuerant una cum beneficiatis aliarum duarum Collegiatarum, a quo tempore et ultimo statu electiones semper processerant de mandato hujus

*) Vd. *Vicarius capitul.* (electio.)

s. C. salvis juribus utriusque partis; subjiciebant insuper sese saltem ex consuetudine, quando uti extranei ipsi haberentur, etiam absque titulo per lapsum 40 annorum sese admittendos, ad tradita per *Rotam in Gerunden Administr. Episcopatus 29. Jan. et 2. Jun. 1687 coram Emerix* et *7. Dec. 1687 coram Benincasa.* Itaque propositis dubiis:

I. An altaristae ecclesiae cathedralis sunt admittendi una cum Dignitatibus et Canonicis ejusdem ecclesiae ad electionem Vicarii capitularis?

II. An etiam sint admittendi alii beneficiati aliarum Collegiatarum dictae civitatis nempe s. Mariae Castronovi et s. Mariae Montis Morelli in casu?

die 21. Maji 1701 s. C. distulit propositionem, die 4. Junii negative respondit ad utrumque. Super hac causa videre est *Ursayam disc. 12. t. 2. p. 2.* ubi fuse rem tractat additque anno 1704 n. 163. altaristas eodem exitu judicii aleam expertos esse.

In *Fanen. 16. Julii 1731* proposito dubio: An et in quibus actibus liceat mansionariis ecclesiae collegiatae ss. Christophori et Constantii interesse capitulo ibique suffragium fere una cum Canonicis in casu?

S. C. rescripsit: Affirmative in omnibus ad formam bullae.

In bulla porro statuebatur collegium constare ex Archipresbytero, sex Canonicis et 2 mansionariis, qui omnes una cum Archipresbytero capitulum ipsius collegiatae ecclesiae constituunt.

In *Calaritana 23. Aug. 1838.* Quidam Calaritanus Episcopus certam pecuniae vim capitulo et communitati primatibus ecclesiae reliquerat, oneribus permultis adjectis, inter quae electio recensebatur concionatoris pro panegyrica oratione habenda die festo s. Mariae de Mercede: itaque Canonici sibi unice jus ferendi suffragii super concionatoris electione poscebant; at vero causa proposita die dicta Canonicorum votis adversum responsum prodiit.

Novissime *1838 in Asculana et Cerin. Vocis in cap.* diei 24. Nov. querebatur Episcopus, mansionarios qui communem cum capitulo mensam habent in universis capituli negotiis et praesertim Vicarii capitularis electione suffragium ferre, itaque petebat ut pro bono ecclesiae suae viduitatis adveniente tempore reformationem mos ille obtineat. Videbatur ista consuetudo derivari ex constitutionibus capitularibus anni 1717 in quo quilibet Canonicus et capellanus adjecta poena carolenorum 5 capitularibus comitiis interesse jubebatur. Hinc proposito dubio: An mansionarii ferre possint suffragium in electione Vicarii capitularis in casu? rescriptum prodiit: Dilata et audiatur iterum Episcopus qui referat accuratius de consuetudine transmissis particulis statutorum ad rem facientibus et particulis actorum praecedentium electionum Vicariorum capitularium et exquisito voto Emi Polidorii causa iterum proponatur. Cum vero ob peculiares circumstantias Emus ille vir modo functus, quem honoris causa nominamus, hujus s. C. optatis morem gerere haud potuerit, lis adhuc sub judice est.

Postremo cum ex Episcopi literis deprehenderim, Cotronense capitulum propriis constitutionibus carere, illud muneris mea esse duxi alterum super hac re ex officio addere dubium. Porro *Benedictus XIV. Conc. Rom. 1725 c. 4. tit. 2.* definitive praecipit, ut capitula quaeque si qua habent statuta et capitulares constitutiones depronant, et ubi non adsint sex intra saltem menses . . . . sub ecclesiastici interdicti poena omnino conficiant. Hoc vero decretum cap. 5. ad Metropolitanos omnes extra synodum extendit, qui primo in eorum concilio providas ipsas et plane necessarias praefatis super contentis statutis sanctiones publicare meminerint et executionem sedulo promovere. Cum itaque in Puteolana Red. Serv. Ch. diei 1. Junii 1842 perspectum fuisset, eodem defectu laborare capitulum Puteolanium ex officio quod sequitur dubium tertio loco adjectum fuit:

An et quomodo injungendum sit Capitularibus ut constitutiones ab Episcopo inde approbandas conficiant?

Notandum insuper in ecclesia Cotronensi statutorum confectionem percommode succedere, propterea quod ex ratione per applicationem Brevis *Impensa* noviter invecta multa sunt, quae statum pristinum immutaverunt quaeque certam ac stabilem flagitant methodum. Quibus praejactis dignentur Emae Vestrae dirimere

D u b i a:

I. *An constet de legitimo jure participantium et parochorum Cotronensium in electione Vicarii capitularis in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo annuendum sit votis Episcopi Cotronensis in casu?*

III. *An et quomodo injungendum sit Capitularibus Cotronensibus, ut constitutiones conficiant in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Non constare.

Ad II.: Provisum in primo.

Ad III.: Affirmative et Capitulum conficiat intra sex menses constitutiones ab Episcopo adprobandas.

Die 27. Junii et 7. Aug. 1847.

Canonicus insignis collegiatae ecclesiae oppidi N. supplicem obtulit libellum SSmo Patri, quo exponebat, Capitulum praeter missam conventualem teneri alias Missas celebrare non vero applicare, inter quas recensetur Missa singulis festis diebus celebranda in parva quadam ecclesia, quae antiquitus parochialis erat. Has obligationes*) Canonici, quisque sua vice, implere debent: qui negligit nomine punctaturae mulctatur. Quare idem Canonicus postulabat ut ab ejusmodi punctatura illi eximerentur, qui propter infirmitatem dictae obligationi satisfacere nequirent.

Precibus ad s. C. C. remissis auditus fuit Vicarius capitularis (Sedes enim proprio Pastore destituta erat) qui retulit actum capitularem dictae collegiatae ecclesiae quo Canonici caeteri refragabantur expositae petitioni, ac praecipue de causa, quia punctaturae supradictae duorum saeculorum observantiae innitebantur: neque insuper in praesentia aliquid in hac re innovandum censebant ob sedem episcopalem vacantem, Consilium Canonicorum laudavit Vicarius capitularis eorumdemque voto adhaesit. Cum autem memoratum capitulum, neglectis praescriptionibus episcopalibus, nunquam constitutiones capitulares elucubraverit, Vicarius laudatus opportunum putabat praeventi occasione a S. C. praecipiendum esse, ut dictas constitutiones capitulum conficeret ad firmandum ordinem quo quisque suis muneribus sine disceptatione fungeretur.

Generalia principia ex officio adducebantur quae post textum *Cum percussio, de Cleric. aegrot.* et post constitut. Bonifacii VIII. *Consuetudinem . . . . de cleric. non resid. in 6.* innovatam a Concilio Trid. *sess. 24. c. 12. de refor.* tradunt auctores *Reiffenstuel. l. 3. tit. 6., Barbosa eodem tit. n. 3. c. 1.* Clericos nimirum qui infirmitate prohibentur*) quominus propriis muneribus fungantur, non solum fructus beneficii suos facere, sed etiam distributiones acquirere, etiamsi sua culpa in morbum inciderint, Quam doctrinam sequuta est s. Congregatio, Benedictus XIV. inst eccles. 107.

Econtra observatur consuetudinem duorum saeculorum observantia firmatam tanti roboris in re de qua agimus esse, ut contrarium inducat, *Reiffenst. loc. cit.*, et consuetudines in aliqua ecclesia introductas, ut Canonici infirmi fructus tantum suae praebendae, non vero distributiones quotidianas percipiant, si legitime praescriptae sint, tollere constitutionem, ceu refert *Garcias par. 3. de benef. t. 2. n. 361.*, fuisse decisum a s. C. C. Ejusmodi autem consuetudo juxta eumdem Garciam inducitur spatio 40 annorum. Quam doctrinam tenuit s. C. C. ut in *Savonen diei 18. Dec. 1745* in qua proposito dubio:

An Canonicus Picconi tempore infirmitatis participare valeat de omnibus distributionibus tam ordinariis quam extraordinariis ac quibuscumque aliis emolumentis et obventionibus, prout participant caeteri Canonici interessentes in casu?

S. C. respondit: Affirmative, exceptis iis, quae sive ex voluntate testatoris sive ex statuto et consuetudine ecclesiae debentur tantum actu interessentibus.

Ad capitulares constitutiones quod attinet recolebatur s. Congregationem injungere solere ut si eae desint quamprimum conficiantur.

S. Congregatio die 1. Aprilis 1865 respondere censuit: Pro nunc standum esse consuetudini firma manente obligatione conficiendi quam primum constitutiones capitulares ad formam juris.

Ex iis colliges:

I. S. Congregationem in causis judicandis quae sibi deferuntur, sede episcopali vacante, innovationes non inducere, quae opportunius fieri possunt sede plena.

II. Obligatione urgeri capitula conficiendi proprias constitutiones, ad normam juris, si eas non habeant.

*) Vd. *t. III. p. 405. n. 22.*

*) Vd. *t. II. p. 154. n. 18; 164. n. 21; Distribut.; t. III. p. 405. n. 21.*

II. Quamquam Capitulares aegroti, qui bene valentes officiis choralibus diligenter inservierunt, aegritudinis tempore jure percipiant non solum beneficii fructus sed et distributiones; nihilominus contrariam consuetudinem easdem non percipiendi per se reprobandam non esse.

Annotatio.

Circa statuta capitularia Angelus Lucidi in nuperrimo opere quod lectoribus nostris commendamus de *visitatione ss. Liminum* loquens de tertio capite Instructionis s. C. C. jussu Benedicti XIII. editae super modo conficiendi relationes de statu ecclesiarum, sub Instructionis dictae verbis § *3. n. 4.* an suas habeant constitutiones (Canonici caeterique choro addicti) et eas punctualiter observent, de statutis capitularibus agit. Heic autem opportunum erit ad illustranda ea quae supra dicta sunt referre laudati auctoris doctrinam, quae vix et ne vix quidem ab aliis auctoribus attingitur. Sic autem *loc. ctt. vol. I. pag. 320. et seqq.* scribit:

Capitulum istud, in quo Bened. XIII. in sua instructione quaerit: an capitula suas habeant constitutiones, consentaneum est *cap. 4. et 5. tit. 2.* Concilii, quod habuit Romae 1725. Porro in dicto capite IV. capitulis omnibus gravissime praecipit, ut constitutiones antiquas, si quas habent depromant et si non habent, saltem infra semestre sub ecclesiastici interdicti poena omnino conficiant, et utrasque antiquas et novas sus capitula quaeque Episcopo corrigenda vel comprobanda praesentent. Episcopi igitur (sic Pontifex) in iis examinandis, siquid contra jus vel Trid. Conc. decreta aut pontificias constitutiones irrepsisse cognoverint, super eo consulant Sedem apostolicam, a qua juris remedia expectent.

Consuetudines autem nonnisi rationabiles et honestas admittant et, si quas a ratione declinasse vel contra Breviarii vel Missalis, Caeremonialis Episcoporum, Pontificalis vel Ritualis romani rubricas inolevisse ac proinde indebitam legis speciem usurpasse compererint eas vel corrigant vel omnino delendas decernant. In capite V. methodum pro constitutionibus capitularibus proponit:

His praehabitis (sic pergit) praecipue Episcoporum partes erunt, ut tali methodo statuta ipsa et constitutiones condantur; quatenus quae ipsarum sint ecclesiarum et capitulorum originis fundationes insignia, jura, consuetudines, redditus, onera et munera suis sub capitibus distinctis exprimantur, nihilque in eis sit, quod a juris dispositione et Congregationum decretis usque recepto et approbato exorbitet, sed illa apposite statuantur, quae pro opportunitate et necessitate temporum, rerum et locorum ad divini cultus augmentum, sanctioris disciplinae observantiam et ecclesiarum utilitatem statuenda judicaverint.

Quamvis autem sanctiones romanae synodi vim obligandi non exerant extra Campanam et Pisanam provinciam nihilominus quae hoc IV. et V. capite disposita sunt, ad omnia totius catholici orbis capitula extenduntur. Ait enim ipse Pontifex eo ipso loco: Hoc interim decretum una cum praecedenti, ut caeterarum ecclesiarum capitulis et Collegiatis consulamus, ad Metropolitanos omnes extra hanc synodum extendimus, qui primo in eorum consilio providas ipsas et plane necessarias praefatis super condendis statutis sanctiones publicare meminerint et executionem sedulo promovere. In quo summus ille Pontifex sese obsequi professus est menti sui decessoris s. m. Clementis XI. qui similes a se editas dispositiones in I. et II. synodo Beneventi, cujus archiepiscopatui in minoribus Bened. XIII. praefuerat, laudavit et exsecutione observari institit suis apostolicis literis, quas grati animi ergo in appendice ejusdem Concilii integras referri voluit.

Huic saluberrimae praescriptioni fideliter inhaerens s. C. C. quoties (ita Folium *Puteolanae Servit. Chor. 26. Febr. 1842* §. *Unam*, postquam sanctione romanae synodi allegata ad omnes ecclesias productam eam fuisse animadverterat, prosequitur) capitularia statuta mendis scatentia deprehendit vel abrogavit omnino vel eorum reformationem juxta ss. can. leges, ut praesertim in *Valven. Serv. Chor. 24. Nov. 1838*, necnon ea confici jussit, si nulla existerent, ut in *Alben. Servitii Chori diei 23. Martii 1859.* Idemque praestitit in ea ipsa Puteolana resoluta 24. Junii illius anni.

Proposito namque III. dubio:

An et quomodo injungendum sit Capitularibus, ut constitutiones sibi conficiant in casu?

responsum prodiit: Affirmative et capitulum conficiat intra sex menses constitutiones a novo Episcopo approbandas.

Qnamvis autem Valveusis ecclesia romanae synodo uti suffraganea snbsit, nou ita tamen est de ecclesia Albensi et Puteolana.

Hnc accedit qnod eadem S. C. ex constanti disciplina in hoc argumeutnm sollicite snam attentionem convertit, quoties iu expouendis dioeceseon relationibus suspicioiiem conceperit, quod capitnla constitutionibns careant ant mendosis ntantur vel ntcumque a praesenti disciplina abhorrentibus. Quapropter postquam debitas hac super re notitias exqnisivit et recepit, nullo habito discrimine ecclesiarum, an Concilio romano subsint necne, imo etiam si in exteris nationibus existant, si nulla adsnnt, intra cougruum tempns ab Episcopo praesignandum confici jnbet, si vero meudosae sint, emendari et corrigi praescribit. Hoc tamen opus a capitulis ipsis coudeudnm est jnxta uormas in decretis Concilii romani praescriptas, quod cnm ad exitum perdnctum fuerit, Episcopo exhibendum est, nt maturo adhibito consilio corrigat ac dein snae anctoritatis calculo approbet atqne corroboret. Sed si capitula ultra spatium constitntum negligenter se gerant, s. C. C. mandat Episcopis, nt constitntiones ipsi couficiant easque capitnlo observandas injungant. In hanc porro seutentiam pro opportunitate communiter solere rescribi qnotidiana docet experientia.

Exhis qnae modo statuimus qnisqne videt, pertiuere ad Episcopos statuta capitulorum quae in ejns dioecesi extant episcopali sua anctoritate mnuire; ac proinde nou solet S. C. hnjnsmodi statntis capitularibus exordinaria disciplina omni ex parte prorsus expendendis et comprobandis manus apponere. Integrum tamen est eamdem S. Congregatiouem consnlere, si quid in peculiaribus casibus occnrrat penitiore disquisitione diguum, qnod episcopali auctoritate definiri non possit: id euim consentanenm est dispositioni Concilii romani, in qno mouentnr Episcopi, ut in casibns ibi jndicatis apostolicam Sedem consnlant, a quo jnris remedia expectent.

Nihilominus itentidem nsnvenit, nt sive capitula sive Antistites ipse capitnlarinm statutorum opus s. Congregationi praeseutent, nt eadem cognoscat snaqne sanctione comprobat. At vero nonnisi perraro et gravissimis tantum intervenientibus cansis eadem hoc sibi munus assnmit. Aliquando nt Episcopis id enixe flagitantibus rem gratam faceret s. C. extra ordiuem annuit, ut uon in pleuis comitiis sed ut ita dicam privata quodammodo forma constitntiones capitulares per aliquem ex suis consultoribns excuteret, et opportunas in illis pro re nata animadversiones remittens diserte significavit, ut easdem prae ocnlis sibi pouerent earumqne rationem et respectum haberent; de caetero sibi satis esset easdem constitutiones ordinariae suae anctoritatis decreto roborare, quin opus foret, ut suam apostolicae Sedis potestatem adjiceret.

Iuter multas, quae s. Congregatioui oblatae sunt, constitntiones aliquae compertae sunt nonnnnquam sic imperfectae, ut opus informe, mancum et fini proposito minime conducens praeseferrent. Itaque rem non inutilem uos facturos esse dncimus, si paullo enncleatius hanc materiam evolvemus. Id autem ita assequi posse ceusemus, si in exemplum proponamus aliquod hujusmodi statutorum corpus, quod accuratius et perfectius videatur, non quidem toto prout jacet opere offerendo, sed eorumdem capitibus distincte recensendis. Seligimns speciatim constitutiones Cathedralis Centnmcellarum conditas, auspice et duce cl. mem. Cardinali Falzacappa, viro rei civilis et cauonicae peritissimo, qui Secretarii s. Cong. Concilii munere functns fuerat et Praefectus erat ntriusque signaturae, (Romae ex Typographia Condadini 1840); ideoque eo magis, quod ille opera usns est virorum rei ecclesiasticae scientia perinsignium, qui postea primos romanae Curiae honores et mnuera adepti snut.

Igitur Centumcellarum illa statuta in I. pagina praefationem praeferuut in qua juxta normam a Concilio romano propositam ecclesiae origo, gradus honorum subsequenti tempore acquisiti, privilegia a SS. Pontifice impetrata describuntur. Sequuntnr totidem distincta capita videlicet: De Canonicis, eorum admissione et praecedentia, de servitio ecclesiae et vacatiouibus, de divinis officiis et eorum celebratione, de missa conventuali, de redditibus ecclesiae, de capitulis seu capitularibns conventibus, de officialium eorumque electioue, de officio cammerarii, de officio syndacorum, de officio Praesidis causarum, de officio secretarii, de officio Arhivistae, de officio punctatoris, de praeposito, qui prima dignitas est cnm cura auimarum, de Canonico poenitentiario de sacrarum caeremoniarum Magistro, de Beneficiatis idest Mansionariis, de constitntiouum vi et interpretatione.

Post haec in appeudice affertur tabella distributionum, ubi determinatur, quantum cuique pro singulis horis et sacris functionibus juxta dierum diversitatem obtingat; deiu tabella dierum solemuiorum; tabella missarum, iu quibus missa et vesperae a r. Suffraganeo celebrantur: eo siquidem tempore Centumcellarum ecclesia a Cardinali snburbicario regebatur; tabella dierum, quibus missa canenda est a Canonico poenitentiario; tabella horaria; formula juramenti praestandi per punctatorem; juramentum quotaunis emitendum per singulos officiales. Finem imponit decretum approbationis ab Emmo Card. Falzacappa editum.

Iu Capitulo cathedralis ecclesiae N. hoc in more positum erat, nt ex fallentiis quibus iufra annum obuoxii essent ii, qui choro non inserviebant, fieret cumulus, isque certis auni temporibus diligeutes inter atque negligentes nulla negligentiae habita ratione divideretur. Hanc cousuetudinem aegre ferentes nounulli ex Capitularibus a s. Cougregatioue Concilii snpplices petierunt, ut jubere diguaretur, inposterum punctatnras dividendas esse ad uormam juris ita, ut mulcta negligentinm praesentium in choro utilitati cederet.

Hac super re de more auditus fuit Episcopus, qni ut Apostolicus Administrator illi dioecesi praeest, simulque rogatus ut Capitulum in scriptis audiret ac particnlam statutorum capitularium ad rem facientem transmitteret; qnibus cumulate satisfecit laudatus Autistes et accurate enarrans singulas canonicatuum et beneficiorum earumdemque onera indicatam consuetndinem testatus est.

Narravit praeterea, Canonicos in capitulum coactos duos e proprio gremio elegisse, unum qui consuetndiuem defenderet, alterum qui Supplicantinm partes sustineret, hic tamen suo muneri satisfecit, uon autem ille.

Ad particulam statutorum quod attinet referebat, ea qnidem olim Capitulum habuisse, iisdem tameu modo carere.

Quamvis rationabiles cousuetudines vétustae magno in honore sint habendae, nihilomiuus in re praesenti Conc. Tridentinum *sess. 24. c. 12. de ref.* edixit: *Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipiant; reliqui, quavis collusione aut remissione exclusa, his careant juxta Bonifacii VIII. decretum quod incipit:* Consuetudinem, *quod sancta Synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus.* Contraria autem consuetudo reprobari advertebatur non solum quae praecessit, sed etiam potiori jure, ea quae vellet indnci, Card. de Luca *de Can. et Cap. disc. 33. n. 3., Adn. ad Triden. disc. 1. n. 16.*

Ad rem autem allegabantur plures Resolutiones s. Cougregationis Concilii quibus ejusmodi consuetudines dividendi inter diligentes et negligentes statis temporibns mnlctas seu pnnctaturas negligeutinm reprobatae ac deletae suut, inter quas recentissimae nnmerantur causae, *Romana* diei 22. Februarii 1862, in qua s. Congregatio dictam consnetudinem reprobans mandavit, *ut divisio fallentiarum*) inposterum fiat ad tramites juris et Resolutionum s. Congregationis:* item *Januen.* diei 8. Augusti 1863 iu qua ad dnbium III: »An et quomodo sit sustinenda cousuetudo divideudi fallentias inter diligentes et negligentes iu casu?« S. C. respondit ad III.: *Negative in omnibus et Archiepiscopus curet, ut divisio fallentiarum inposterum fiat ad tramites juris et Resolutionum s. Congregationis**).* Item *Aesina per sum-*

*) Vd. *Fallentiae.*

**) Fallentiae nimirum absentium regulariter aliis accrescere debent, qui sunt choro praesentes juxta Trid. Concilium *cap. 3. sess. 21. et c. 24. sess. 24. de refor.* Sic in *Carpenctoraten.* diei 2. Junii 1731 *per summaria precum. lib 18. Decret. pag. 170.* expositum fuerat, »quod licet absentes diligenter punctentur fallentiae nihilominus quae ex praescripto s. Concilii Tridentini inservientibus accrescere debent, deponuntur, ut in fine anni fiat aequalis divisio inter Canonicos.« Sicque indiscriminatim participant qui absentes, ut qui fuerunt praesentes.« Proinde quaesitum est: »An praxis dividendi aequaliter fallentias in fine anni sit tolleranda?« cui responsum fuit: *Negative.* Et magis ad rem nostram in causa *Asculana* diei 5. Junii 1706 ad dubium V. his verbis conceptum: »An distributiones non inservientium possint exponi in Massa communi et dividi aequaliter, seu potius ad ratam servitii in casu? »S. Congregatio censuit dividendas esse ad ratam servitii, respondendo: *Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam — Lib. decret. 56. pag. 170.*

Dixi *regulariter* aliis accrescere fallentias negligentium juxta *c. 12. sess. 24.* Concilii Tridentini. Notum siquidem est in capite 3. *sess. 22.* ejusdem Concilii aliud praescribi: "namque statuitur, distributiones a negligentibus amissas fabricae ecclesiae, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicandas esse. Ejusmodi Concilii decreta occasionem dederunt interpretibus plura dicendi ut apparens oppositio tolleretur, at sententia praevaluit docens *in sess. 22.* sermonem esse de Dignitatibus aliisque qui redditus separatos a massa communi habent vel de distribuionibus extraordinariis et impropriis quae de redditibus particularibus digni-

maria precum proposita die 22. Decembris 1860.

Jure autem S. C. tamquam corruptelam et abusum dictas consuetudines reprobasse quae fini legis opponuntur: namque distributiones constitutae sunt ut accuratius ex una parte cultui divino prospiceretur, ex altera parte poena negligentibus infligeretur; ejusmodi autem fini non satis fuisset consultum, si negligentes partem mulctatitiae pecuniae deinde perciperent neque collusio a Concilio Trid. prohibita evitaretur.

Nonnullis praeterea animadversis circa consuetudinem quae nec immemorialis esse dicebatur gradus factus est ad constitutiones capitulares. Porro in facto constabat ex actis s. Visitationis quae in archivio S. C. C. asservantur pluries fuisse ab Episcopis decretum, ut dictae constitutiones a Capitulo conficerentur; sed, qua de causa ignoratur, confectae non fuerunt. Quinimo anno 1858 in nova relatione status ecclesiae haec s. Congregatio Episcopo rescripserat: *Cum Decessor tuus suis literis anno 1853 jam renunciasset, se Capitulo cathedrali jussum fecisse ut sua sibi peculiaria statuta conderet, mirantur modo EE. Patres, quod nondum hoc opus ad suum finem adduxerit: itaque si rem diutius differat utere jure tuo, quod est ut ipsa statuta tuo marte conficias et Canonicis observanda praescribas.*

Hisce aliisque S. C. *per summaria precum* propositis sequens datum est responsum.

S. Congregatio die 28. Julii 1866 respondere censuit: *Consuetudinem de qua agitur non esse tollerandam et punctaturas dividendas esse inter actu praesentes tantum ad tramites juris. Quoad confectionem vero statutorum capitularium praefigatur terminus trium mensium, quo inutiliter elapso Episcopus eadem conficiat et Capitulo observanda injungat transmissa earumdem copia s. Congregationi.*

Ex iis colliges:

I. Distributiones praescriptas rationem peculiaris retributionis habere ut choro addicti suis muneribus alacrius fungantur poenaque negligentes mulctentur.

II. Mulctatitiam pecuniam, quae fallentia aut punctatura audit, ipso jure a negligentibus amitti neque esse in potestate capitularium eam ipsis negligentibus indulgere seu remittere.

III. In earum fallentiarum repartitione proscriptam pariter a Concilio esse quamlibet collusionem ob quam scilicet negligentes videantur quidem poenam subire, in rei autem exitu vel nullam subeant vel ex parte tantum.

IV. In repartitione fallentiarum, in qua negligentes etiam ad earumdem partem percipiendam demum advocantur, contineri quamdam collusionem, qua fini legis facile illuditur.

V. Regulariter fallentias absentium aliis actu praesentibus accrescere debere.

VI. Excipiendum esse generatim casum quo Canonicus redditus habeat distinctos et separatos a communi massa, quo casu fallentiae Fabricae ecclesiae vel alteri loco pio sunt erogandae ad normam juris.

VII. Singula capitula suas constitutiones condere teneri easque Episcopo confirmandas tradere, quas si concinnare et scribere neglexerint, Episcopi est easdem conficere observandasque Capitulo tradere.

c) Factae ante Trid. Concil.

Ipporegien.

Ad dub.: An liceat Canonicis, qui haberent constitutiones Sedis apostolicae auctoritate factas aut confirmatas ante Concilium Trid., quae concederent illis vacationem duorum mensium, et quod interim haberentur pro interessentibus et lucrarentur distributiones, an hujusmodi constitutiones censeantur revocatae a Concilio Tridentino?

rescriptumque prodiit:

Constitutiones a Sede apostolica confirmatas non censeri sublatas.

Die 26. Mart. 1831.

d) Mutatio.

Vd. p. 749. n. 32.

Senogallien.

Inest Capitulo facultas propria decreta immutandi, declarandi, revocandi, dummodo in his eadem, quae in anteactis decretis, solemnitas intercedat. *S. Congregatio Episcop. et Regul. 13. Martii 1615, Gavant. t. 2. Manuale Episcop. V.: Capitulum*, et *Monacell. formul. leg. tit. 3. form. 2. n. 35.*

Die 9. Maji 1829.

Anagnina.

Conditiones quas Episcopus proponit eaedem fere sunt, de quibus jam inde a condito collegio Canonicorum inter rectorem s. Andreae atque Canonicos s. Angeli Custodis convenerat: eo autem inpraesens res adducta conspicitur, ut quae olim salubriter fuerunt constituta gravibus nunc ex causis sapienti plane consilio temporanda, immutanda, immo et corrigenda identidem necessario sunt. Reprehensibile namque ex Innocentii III. Pontificis monitu *cap. 8. de Consanguinit. et Affinit.* non debet judicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, praesertim cum urgens necessitas vel evidens utilitas id exposcit, quoniam Deus ex his, quae in veteri testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo.

Die 23. Aug. 1834.

e) Quae?

Vd. supra p. 738. §: *Igitur.*

f) Remotio antiquarum.

Vd. supra lit. *d.*

Alatrina.

Concilium romanum *tit. 2. cap. 4: Ecclesiarum capitulis definite praecipimus ac mandamus, ut antiqua si qua habent statuta, et capitulares constitutiones depromant et ubi non adsint sex infra saltem menses post praesentis Concilii publicationem sub ecclesiastici interdicti poena omnino conficiant et suos respective per Episcopos accurate examinanda et corrigenda deducant atque approbanda praesentent.*

Die 27. Maji 1820.

II. Dioecesanae.

a) Dioecesim tantum obligant.

Favet parocho s. Martini statutum cleri romani, ubi *in § 4. cap. 3. statuitur: Decedens non electa sepultura vel in sepulcro majorum vel in propria parochia, prout haeredibus defuncti magis videbitur, tumulandus est.* At animadvertendum, Camerinam archidioecesim non esse sub hujus statuti censura, quod afficit tantum romanam dioecesim, prout pluries definitum est, et ita praesertim docet Benedictus XIV. *de synod. dioeces. lib. 2. cap. 3. §. 3.*

Die 18. Aug. 1821.

b) Consensus capituli.

Vd. t. III. p. 382. n. 13.

d) Extra Dioecesim vim non habent.

Constitutiones synodales nullam vim habere posunt extra territorium et in aliena dioecesi ex doctrina *Bened. XIV. de syn. dioec. l. 13. c. 4. n. 9.*

e) Episcopi facultas eas condendi.

Vd. t. III. p. 382. n. 23.

f) Interpretatio.

Gallien.

Interpretandae sunt constitutiones ad juris censuram; aliter si ipso juri adversantur nullam vim habent ad tradita per *Bened. XIV. de syn. dioec. l. 22. cap. 4.* n. *12.*

Die 9. Aug. 1817.

---

tatum, personatuum, officiorum assignandae sunt pro implemento particularium onerum eisdem Dignitatibus injunctorum; Angelus Lucidi in recentissimo opere *de Visit. ss. Liminum vol. 4. pag. 263.* Hanc autem sententiam pro singularibus casuum adjunctis sequuta est S. C. C. Sic ut aliquod afferam exemplum in *Caurinen.* diei 7. Novembris 1621 cum adessent in ecclesia Caurinen. aliquae Dignitates quae habebant fructus distinctos a mensa capitulari, quorum certa pars adsignata fuit distributionibus quotidianis juxta dispositionem s. Concilii Tridentini *in cap. 3. sess. 23. de reform.* propositum fuit dubium: »An hujusmodi distributiones quae amittuntur ab iis, qui competens servitium non praestiterint, necessario fabricae ecclesiae, quatenus indigeat, an vero sit in facultate Episcopi, stante etiam indigentia dictae ecclesiae, illas alteri pio loco pro ejus arbitrio applicare?« s. Cong. respondit: *Has distributiones esse primo applicandas fabricae cathedralis ecclesiae, quatenus indigeat, et si non indigeat, tum demum esse in facultate Episcopi illas alteri pio loco suo arbitrio applicare; lib. 12. Decr. fol. 81. a tergo.* Quae resolutio fuit iterum confirmata in *Caurinen.* diei 4. Junii 1701. *lib. 51. Decretor. pag. 209. et 394.* Item in *Spoletana* 8. Maji 1762, in *Pisana* 5. Decembris 1846, *in Asculana Criniolen.* 6. Martii 1847, in *Romana* 18. Februarii 1865.

Consuetudinarii.

(Absolutionis incapaces.)

Vd. t. I. p. 155. III.

Consuetudo.

1) Abrogare quae non potest legem?

Vd.: *Consuetudo* (irrationabilis).

2) Actibus quibus inducitur?

Vd. *Actus*; p. 745. c; n. 31, 34.

Nepesina.

Actus mere facultativi et voluntarii nunquam praescriptionem aut consuetudinem inducere possunt. *Rot. cor. Emerix. Jun. decis. 1000. n. 4., decis. 1141. n. 6. et cor. Lancett. decis. 570. n. 5.*

Die 28. Aug. 1773.

3) Annorum 40.

Vd. p. 745. d; n. 30; 37. a.

S. Miniatis.

Quadraginta et amplius annorum consuetudinem ad abrogandum quoque legem canonicam vel ecclesiasticam valere tradit *Rot. recent. part. 1. decis. 497. n. 4., glos. in cap. Cum tanto 11. tit. de consuetud.* verb.: *legitime*, s. Congr. in *Bovinen. Jurium parochialium 27. Maji 1820 §. Licet.*

Die 19. Maji 1832.

4) Attentenda quando non est?

Vd. n. 6.

Asten.

Cum res sit de consuetudine contra jus, contra ss. canones et contra Concilium Trid. videtur eam esse prascribendam, nisi fuerit approbata in contradictorio judicio ad *text. in leg. De consuetudine ff. de legibus*, *Rota coram Celso decis. 168. n. 6.* et in *Setina seu Privernen Nullitatis deliberationis 11. Apr. 1755 § 8. coram bon. me. Vicecomite.*

Consuetudines tamquam pravas, illicitas et scandalosas ac simoniacae labis seu sordidae avaritiae suspectas delendas esse ex *textu in cap. In tantum* et in *cap. Jacobus de Simonia, Barbos. in cap. In tantum n. 3.* et in *dict. cap. Jacobus pariter n. 3. de Simon.* et *Fagnan. in cap. Tua nos n. 30. eod. tit.*

Die 10. Febr. 1781.

Amerina.

Consuetudo etiamsi testes eam probarent cum directe adversetur juri divino et canonico cui per consuetudinem etiam immemorabilem derogari non potest, corruptela est, ideoque rejicienda, *cap. ultim. de Consuetudine*, *Fagnan. in cap. Cum contingat de foro competenti n. 11.*

Die 10. Febr. 1781.

5) Centenaria.

Vd. *Consuetudo immemorab.* (quae est?); *infra n. 7, 37. a; p. 780.*

Terracinen.

Centenaria et immemorabilis Consuetudo praesumit quamcumque meliorem titulum de mundo ut ajunt, ac proinde transactionem, remjudicatam et privilegium, *Leg. hoc jure §. Diutius de ag. quotidian.*, Grotius *de jure belli et pacis lib. 2. cap. 4. n. 10.*, *Ros. consul. 12. n. 32.*, Rot. *in Romana Location. super devolutione et Associatione 13. Martii 1789 § 6. coram Eminentissimo Cesarei* et s. haec Congregatio *in Viterbien. in Juris eligendi 19. Sept. 1797 §: Ambigi non potest.*

Die 15. Septbr. 1821.

Aretina.

Ex centenaria observantia inductus praesumitur quilibet legitimus titulus, ex quo Canonici immunitatem ab interventu consequuti sint, cum hoc centenariae proprium sit, ut secum ferat praesumptionem validioris tituli quemadmodum passim Rota et praecipue *in Asculana Immissionis 3. Julii 1795 § 3. cor. Emo de Bayeme.*

Die 17. Septbr. 1814.

Gallien.

Centenaria observantia valet tum ad interpretandam obscuram fundationem tum ad iudncendam praesumptionem cujuscumque melioris tituli ad immutandam nedum naturam clarae fundationis, ut tradit *Rot. in Romana Fideicommissi Dominici de Maximis 18. Junii 1801*, sed ad immutanda etiam et delenda ecclesiae jura, *ex Card. de Luca de Jurepatr. disc. 11. n. 10.* et *Rot. in Salernitana Jurispatronat. 13. Januarii 1716. §. final. cor. Crispo.*

Die 18. Sept. 1819.

Centenaria Consuetudo, in actibus ecclesiae praejudicium divinique cultus decrementum inferentibus plene integreque completa requiritur veluti post notissimam constitutionem san. mem. *Urbani VIII.* incipien.: *Romanus Pontifex* unanimiter firmant *Barbos. de potest. Episc. alleg. 95. n. 72., Gratian. discept. forens. cap. 867. n. 50.* et *Rota in Romana Oblationis 25. Junii 1725 § 5. cor. bo. mem. Crispolto.*

6) Contraria Tridentino invehi non potest.

Vd. n. 4; t. IV. p. 170. a.

Consuetudo contraria decretis s. Concilii Trid. non est attentenda, quia in Bulla Pii IV. quae legitur in fine ejusdem Concilii habetur decretum irritans ea omnia, quae obstant eidem s. Concilio, ex quo fluit, ut irritatio ista cadat supra omnia obstantia singulis capitulis ejusdem. *Bened. XIV. Instit. eccl. 60. § 7.*

7) Decennalis.

Vd. t. II. p. 731. n. 76. a; supra n. 5.

Romana.

Observantia decennalis susceptam obligationem validiorem reddit ad tradita per *Fagnan. in lib. 3. Decret. cap. Tuae De Cleric. non residen.*

Die 26. Apr. 1817.

8) Derogatio.

Vd. p. 780.

Bovinen.

Unicus actus sufficit ad evertendam contrariam consuetudinem juxta *Rot. decis. 162. n. 9. cor. Ludovis. et decis. 74. n. 16. cor. Falconer. tit. de Miscellen.*

Die 27. Maji 1820.

Leodien.

Consuetudines pravas, illicitas et scandalosas ac simoniacae labis seu sordidae avaritiae suspicionem habentes esse delendas praescripsit *text. in cap.: In tantum* et in *cap.: Jacobus de Simonia, Hostien. in cap.: Cum M. Eerrariensis de Constit.* et in *cap.: Jacobus de Simon., Butrius in dicto cap.: Cum M. Ferrariensis n. 52. et seq.* et in *dicto cap.: Jacobus n. 4., Barbos. in cap.: In tantum n. 3. de Simon.* et in *dicto cap.: Jacobus pariter n. 3. eodem tit.* et *Fagnan. in cap.: Tua nos n. 30. eodem tit.*

Die 2. Decbr. 1775.

Terracinen.

Consuetudines omnes, quae Ecclesiis gravamen inducere dignoscuntur, sustulit *Gregorius in cap. 1. de consuetud.*

Die 19. Decbr. 1789.

Ferentina.

Non quamlibet consuetudinem fore uti corruptelam abrogandam sed eam tantumdem quae irrationabilis sit ac a lege damnatur bonisque moribus repugnans, *ex cap.: Cum Venerabilis 7 §: Cum tanto de consuetud.*

Nullius momenti facienda esset, quippe cum ecclesiae perniciosa sit et quavis ratione destituta corruptela *foret*, *Layman. lib. 1. tract. 1. c. 24. n. 4.*, *Roch. cap. ult. de consuet. n. 26*, *Suarez. lib. 7. de leg. cap. 6. n. 10.*

Die 16. Sept. 1837.

9) Differentia inter eam et praescriptionem.

Consuetudo principaliter differt a praescriptione, quia praescriptio datur inter privatos et a privatis inducitur: Consuetudo vero non inducitur nisi a communitate, cum ipsa sit lex et jus non scriptum; *l. De quibus 32 ff. de Legib. et § sine scripto 9. Instit. de jure*

naturali. Unde paucis loquendo: Ex consuetudine acquiritur publico; ex praescriptione acquiritur privato.

10) Dioecesana.

Vd. *Constitution. dioeces.* p. 741.

Consuetudo rationabilis et legitime praescripta abrogat omnem legem humanam etiam canonicam, ex textu *in cap. final. de consuet.* Nefas tamen est Episcopo juxta consuetudinem dioecesis suae contra canones legem condere; quod enim valeat consuetudo, est ex quadam tolerantia Superioris legislatoris. Nimiae autem esset arrogantiae si Episcopus legem conderet contra legem Superioris; *de synodo dioec. lib. 7. cap. 71.* Qui plura et distinctiora cupit hac super re, adeat editionem IV. romanam *Theol. Moralis* P. Antoine *Tract. de Legibus cap. 9.*

11) Episcopi probatio.

Aquen.

Eoque magis deferendum observantiae, quando iterum probarunt Episcopi in ss. visitationibus, quibus valde deferendum monet *Rota apud Piton. de controv. patron. allegat. 5. n. 30.*

Die 29. Jan. 1791.

12) Extendi non potest a casu ad casum etc.

Lancianen.

Stricti juris est consuetudo quae proinde nequit extendi vel de persona ad personam vel de casu ad casnm vel de loco ad locum. Ita passim docent post *text. in leg. 5. §. si quis ff. de itin. act. priv., Aretin. cons. 122. n. 4., Mantic. decis. 284. n. 6. et 7.* et *Rota in Recent. decis. 27. n. 10. part. 8.* quae qnidem juris censura eo magis retineri debet, si consuetudo ecclesiae et clero onerosa sit, et prudenter timeri possit aliquod spirituale damnum fideli populo obventurum.

Die 23. Junii 1821.

Ferentina.

Locorum consuetudinem stricti juris esse, proinde neque de persona ad personam neqne de casu ad casum neque de loco ad locum extendi potest. *L. 5. §. Si quis, ff. de itiner. act. privat., Rota in Recent. part. 8. decis. 27. n. 10. coram Mantica, decision. 28. n. 6. et seq., s. Congr. in Lanzianen. 23. Junii 1821.*

Die 22. Novbr. 1823.

Consuetudo cum stricti juris sit, eam de persona ad personam, de casu ad casum protrahere non licet, *S. quis § si quis ff. de itiner. act. priv. s. Congr. in Ferentina Residentia 22. Nov. 1823.*

13) Facti.

Vd. *Consuetudo* (secundum legem.)

Consuetudo facti, quae est via ad consuetudinem juris, est ipsemet communiter repetitus usus seu frequentatio actuum alicujus populi seu communitatis sine obligatione et ista secundum Isidorum *lib. 5. etymol. art. 3. relatum in cap.: Consuetudo 5. distinct. 1.* vocata est consuetudo, quia in communi usu est.

14) Fundationis mentem declarat.

Vd. t. I. p. 843; infra p. 746. n. 16; p. 749. n. 33.

Nullius Ferentilli.

Observantia fundatoris mentem in dubio declarat, per *text. in cap. cum dilectus 8. de consuetud.*

Die 19. Febr. 1791.

Quando agitur de interpretandis ultimis voluntatibus dubietatem involventibus plurimum consuetudini detertur et observantiae, quae etsi jus novum non constituat, per eam dubiae et subobscurae defunctorum voluntates interpretantur, *cap. Cum dilectus 8. de consuetud. Leg. si de interpretatione 137. ff. de Legib., Rot. cor. Royas. decis. 279. n. 12.* et in *rec. decis. 220. n. 23. part. 11.* Insnper in obscura disponentis voluntate illa snmenda est interpretatio, quae naturalis affectionis principiis ac rationi congruit, atque magis benigna est et verisimilis toto inspecto dispositionis contextu; adeo nt, si qui per errorem non bene scriptum aut minus dictum sit, benigna interpretatione suppleatur; prout passim jura disponunt, praesertim *in Leg. Cum in testamento 24. ff. de legat. 3. Leg. Errore scribentis 7.* et *Leg. Ambiguitates 22. cod. de testam.* Hisce accedit, interpretationem de jure faciendam esse contra

eum, qui legem poterat apertius exponere, juxta *legale axioma 57. de regul. jur. in 6.*, necnon dubiis minus onus impositum esse intelligendum ex *regula 9. et 47. ff. de regul. jur. amplexa in cap. 30. de regul. jur. in 6.* statuente, minimum in obscuris esse sequendum.

Observantia ad dubiam quoque fundationem interpretandam plurimum confert. *Cap. Cum dilectus et de consuetud., Gibert. in jus can. in prolegom. parte I. tit. 18. cap. 2. pag. 118. t. I.* In ambiguis plurimi facienda est observantia fundationis, *Rota in Spoletana Jurispatronat. 2. Aprilis 1784 § 6. coram clar. mem. Card. Lancellotto.*

15) Immemorabilis.

a) Abrogari quando non potest?

Per legem nniversalem seu clausulam generalem abrogativam consuetudinis v. g. *Non obstante quacumque consuetudine* aut hujusmodi non abrogatur consuetudo immemorabilis, nisi de ea fiat specialis mentio, *Covarruvias lib. 5. variar. resolut. c. 13. n. 5., Baldus l. unic. cod. de annonis, Barbosa claus. 87. n. 4. et* 8. allegans plurimos alios, *Mascard. de probationib. conclus. 424. n. 4*, Castropalao *part. 1. tract. 3. disp. 3. punct. 5. § 1. n. 10.* asserens hanc esse communem sententiam. Et ratio est, quia consuetudo immemorabilis habet majorem vim et auctoritatem quam aliae consuetudines, ut patet *ex l. Hoc Jure §. Ductus aquae ff. de aqua quotidian.*, adeoque necesse est, ut ea specialiter et expresse abrogetur, alioquin valebit. Exemplum hujus habetur *in c. Si Episcopus 2. de poenitent. et remission. in 6.*, ubi dicitur nulla posse consuetudine induci, quod aliquis praeter sui superioris licentiam possit sibi eligere confessarium et tamen ante Concilium Trid. simplices presbyteri sibi invicem confitebantur, suffragante videlicet ipsis consuetudine immemorabili, quam postmodum expresse revocavit Tridentinum *sess. 23. cap. 15. de ref.* ibi: *Privilegiis et consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus;* et quod consuetudo *immemorabilis* non comprehendatur sub generali revocatione consuetudinum, sed ad ejus abrogationem requiratur specialis mentio per ly: *etiam immemorabilis* aut hujusmodi, expresse declaravit s. Congregatio teste *Fagn. in cap. Ad haec n. 34. de relig. domib.*

b) Efficax est.

Aesina.

Consuetudo nullius est efficaciae nisi sit immemorabilis seu centenaria, *Rot. in Salomantina Capellaniae 10. Dec. 1745 § 16.* et *13. Januarii 1747 § 12. coram Vicecomite.*

Die 23. Febr. 1771.

c) Praesumptionem inducit.

Consuetudo immemorabilis potis est inducere praesumptionem cujuscumque melioris tituli, s. *Rot. coram Olivatio dec. 773. n. 4.*

Etsi ex actibus facultativis vel diuturno tempore exercitis nulla per se inducatur obligatio, *Rot. cor. Ratta decis. 259. n. 12.*, et s. Congr. in *Nucerina Legati pii 27. Januarii 1827. § Multoque*, eos tamen, si de cultn agatur divino, ex longaeva consuetudine in obligationem transire et necessitatem parere tradunt *Abbas in cap: Suam nobis n. 8.* et s. Congregatio in *Urbanien. Anniversarii 24. Januarii 1795. §. quasi.* Annosa consuetudo vim legis habet, *cap. Super quibusdam §. Praeterea de verb. signif., Fagnan. cap. Cum contingat de for. comp. n. 6.*, et centenaria praesumptionem secumfert omnis melioris tituli, *Rot. in Maceraten. Circumscriptionis 26. Junii 1807. §. 7. cor. Rusconi*, s. Congr. in *Anagnina Nominationis 25. Januarii 1823. §. Animadvertendum* et in *Nullius Sublacen. Jurium parochialium 29. Januarii 1825. §. Rationabilis.*

d) Quae est?

Vd. t. III. p. 776. §: *Haec.*

Tempus immemorabile censetur tempus 40 annorum in personis de usurpatione minime suspectis, *cap. Quia indicante 9. de praescript.* et *Barbos. jur. eccles. cap. 12. n. 75.*

Ad immemorabilem consuetudinem inducendam satis quoque videtur *centenaria**). Haec enim aequiparatur immemorabili, *Rota in Tudertina Immissionis 12. Martii 1789. § 5. coram R. P. D. Cesarei.*

Verum haec ipsa *centenaria* possessio debet esse continua et nunquam interrupta, ut ad *Leg. 3. ff. de usucap.* notat *Ninnius select. quaest. lib. I. cap. 34. n. 3.*

Longissimi temporis observantia quae univocis conformibusque actibus constituitnr et

*) Vd. p. 742.

cui confirmationis robur accedit ex fide testium cum notissimis requisitis glossae deponentium plurimi facienda est, ita ut aequipolleat etiam immemorabili, *Rota in Recent. decis. 321. n. 13. part. 9. coram Riminaldo, decis. 264. n. 9.* et in *Romana seu Camerinen Decimarum 1757. § 7. coram Canilliac.*

e) Quae non est?

Eam consuetudinem dici non posse immemorabilem cnjus initium plane constat, *s. Rota dec. 159. n. 17. cor. Olivatio.*

16) Interpres legis.

Vd. *Capit. Cath.* t. III. p. 751 §: *Ex alia*; p. 752. §: *Nec refragari etc.*; supra p. 744. n. 14.

Longaeva 67 annorum observantia dubiam interpretatur dispositionem; cap.: *Cum dilectus 8.* de consuetud.

Dinturna consuetndo voluntatum optima est interpres ac servari debet ad tradita per *totam decis. 467. s. Rotae cor. Serafino*, *s. Congreg. in Elboren 3. Sept. 1718.*

Observantia optima est snpremarum voluntatum interpres, tanta tribuitur virtus ut jus constitnat, *Rot. in Januen. Beneficii 4. Martii 1754. § 7. cor. Figneroa et decis. 6. n. 3. cor. Olivatio.*

Observantia in ambiguo optima est interpres, *Card. de Luca de jure patron. disc. 15. n. 9, Rot. cor. Emerix decis. 112. n. 2.*

Observantia 70 et ultra annorum acquiescentia et silentio possessorum praebendae theologalis roborata omnem perimit ambiguitatem quoad literarum apostolicarum dispositionem ad quam ceteroquin interpretandam decennalis observantia satis superque fnisset, *Reiffenst. Jus canon. lib. 1. tit. 4. § 7. n. 153.*, *s. Congreg. in Lucana Praeeminentiarum et jurium 10. Januarii 1825.* §: *Consuetudinem.*

17) Non interrupta.

Vd. n. 23.

Longa, pacifica et nunquam interrupta 80 et ultra annorum observantia favet capitulo, ne a quasi possessione juris illam exigendi turbetur, *ad text. in leg. 1., et 2. cod. quae sit longa Consuetud.*

Constans et nunquam interrupta consuetudo quae a lege fundationis ab ipsis Collegiatae constitutionibus suam mutuatur anctoritatem et viceversa ipsas confirmat solidatque constitutiones, *text. in can. 3. distinct. 4.* traditqne *Reiffenstuel juris can. t. 1. in lib. 1. Decretal. 4. de consuetudine § 1. n. 8.*

18) Non introducenda.

S. M. Benedictus XIV. in celebri opere *de synodo dioecesana lib. 11. cap. 4.* monet Episcopos, ne in sua dioecesi mores nunquam receptos indncere tentent.

19) Inveterata.

(Vim legis habet.)

Inveterata consuetudo vim legis habet, cap.: *Super quibusdam § Praeterea* apud *Fagn. L. 2. cap. Cum contingat de foro competenti n. 6.; et sufficiens praebet unionis testimonium.*

20) Irrationabilis.

Consuetndo, quae Episcopum prohibet legem ferre ad rectum suae dioecesis regimen atqne ad abnsus extirpandos, ecclesiae ntilitati atque animarnm saluti opponitur, ac proinde irrationabilis existimari debet, *can. Consuetudinis dist. 11. cap. 7. et ult. de consuetud., Suarez lib. 7. de legibus cap. 6. n. 10., s. Congr. in Balneoregien. Visitationis ss. Liminum quoad curam animarum 24. Martii 1821* §: *Ipsi.*

21) Juri aequiparatur.

Consuetndo juri scripto aequiparatur ac legitime constitutae legis vim habet, *cap. fin. de cons. L. de quibus* §. *Ex non scripto ff. de Legib., Rigant. ad reg. 2. cancel. § 2. n. 107., s. C. in s. Severini Vocis in Capitulo 14. Aug. 1824* §: *Nullibi*, eo vel magis, quum immemorialis sit, qua nullus titulus melior afferri potest.

Observantia ultra saeculnm quamlibet praebet juris assistentiam, *Rota dec. 181. n. 6. part. 18. t. 2.* et *decis. 364. n. 10. part. 19. t. 1. Recent.*

22) Juri contraria.

Consuetudinem despiciendam esse ubi juri divino et ecclesiastico repugnat, docnit *Rota decis. 57. n. 6. cor. Lancetta* et *decis. 91. n. 9. coram Veri.*

Si consuetudo est contra jus nihil sibi vindicat nisi sit *rationabilis* et legitime *praescripta*, ut ex *cap. Ultim. de consuetud.*

Observantia contraria dispositioni juris

abusns est et corruptela; *Valent. de ultim. volunt. vot. 27. n. 136. part. 2.*

Observantia utpote juris dispositioni aperte opposita omnino foret despicienda, *Rot. coram Falcon. de officio Ordinarii decis. 10. n. 2. tom. 2.* et in *Recent. dec. 324. a n. 3. ad finem part. 1.*

23) Quando Juri non derogat?

Vd. n. 21.

Juri communi derogare nequit consuetndo, nisi fuerit rationabilis ac legitime praescripta, *cap. ult. de consuet., Suarez lib. 7. de legib. cap. 6. n. 10., Pirhing. Jus can. lib. 1. tit. 4. n. 30.*

Ut consuetudo, quae juris communis censurae adversatur, vim suam exerere valeat, vel immemorabilis vel saltem quadragenaria, nulloqne contrario actn intercepta probetur necesse est, velnti post text. *in cap. Irrefragabili de offic. ordin. tradit Rot. cor. Molin. dec. 962. n. 17.* et *dec. 1316. n. 19.* et *cor. Falconer. de Miscell. dec. 74. § 16.*

24) Jus etc. acquirit.

Ex consuetudine jns induci et privilegia acqniri statnit *Rota in Nuperrima dec. 57. num. 6. t. 1.*

25) Laudabilis quae est?

Vd. *Chorus* (consuetudo per tempus gratis etc. decr.: *Tricaricen*, votum secretarii t. III. p. 1115.); *n. 34.*

26) Legem quando abrogat?

Ad abrogandam legem adversa proferri debeat consuetudo rationabiliter ac legitime praescripta, *cap. ult. de consuetud., Suarez lib. 7. de Leg. cap. 6. n. 10., Pirhing. Jus can. lib. 1. tit. 4. n. 30.*, eademque tum actuum frequentia tum temporis diuturnitate roborata, adeo ut altero ex his deficiente, satis probata non censeatur, *Sperell. decis. 69. n. 26., Reiffenst. in lib. 1. decr. tit. 4. n. 179.* et *s. Congreg. in Forolivien. Praecedentiae die 16. Sept. 1826* §: *Praeterea.*

27) Legis vim quando obtinet.

In oppido dioecesis N. duae sunt ecclesiae paroeciales una sub invocatione s. Petri in qua adest Archipresbyter et 5 Beneficiarii distinctas inter se et separatas praebendas habentes cum onere singulis imposito celebrandi quotannis 59 missas sive lectas sive cum cantu.

Altera sub invocatione s. Joannis B. in qna adest Abbas et 3 Beneficiarii, quornm pariter praebendis adnexum est onus missarum 181 sive lectarum sive cum cantu.

Laudabilis consuetudo invalnit a remotissimo tempore, ut in ejusmodi ecclesiis plures sacrae functiones celebrentur more ecclesiarum cathedralinm vel collegiatarnm, ita ut quaedam missae statis diebus solemniter cantentnr omnibus Beneficiariis praesentibus, solemnes vesperae celebrentur etc.

Haec omnia, uti etiam anniversaria piaque legata, quorum redditus communes sunt, celebrantur, quin tamen Beneficiarii obligatione residendi teneantur, ita ut per quosvis substitntos presbyteros eadem sacra officia implere possint.

1756 ab hac juridica quasi possessione non residendi turbati fuerunt et causa agitata manutentionem in ea quasi possessione obtinuerunt.

1772 cnm nonnulli irrepsissent abusus, Episcopus in actu s. visitationis congruam mnlctam decrevit solvendam a quovis Beneficiario, qui nulla legitima causa praepeditus muneri suo obenndo deesset: 1830 Episcopus similes abusns reperit; quare s. Congregationem sciscitatns est, utrum Episcopus cogere posset Beneficiarios absentes, qui nullnm snbrogaverint ad faciendum satis propriis mnneribus. Cui S. C. respondit: *Posse Episcopum non modo decernere ut Beneficiati absentes, qui nullum subrogaverint, qui suam vicem impleat in choro, emolumentis priventur, quae inter praesentes distribuantur, sed etiam mulctam, ut prudentia dictaverit, irrogare.*

Hoc s. Congregationis responsnm patefecit Episcopus omnibus quorum poterat interesse, ut quisque prompte diligenterque officia persolvere stnderet.

Cum autem 1850 Episcopus nosceret dictos Beneficiarios nonnisi negligenter satis facere officiis superius indicatis, ideo in actn visitationis decrevit, ut quae desnper recensuimns officia prompte ac diligenter obire studeant diebus et hora praestitutis, et si qui inposterum ex ipsis negligentes reperiantur pecuniariae poenae subjectos volumus ac declaramus, ita ut qui vel missis concinendis tam pro vivis quam pro defunctis

interesse renuerit vel neglexerit aut post ultimum *Kyrie eleison* intervenerit, julii medietatem, qui vero vesperas persolvere in choro diebus festis vel officium defunctorum inibi recitare omiserit aut primo psalmo jam absoluto advenerit, jnlii pariter medietatem toties quoties solvere teneantur. Si vero diebus festis solemnioribus de praecepto I. cl. vel in tribus Benedictionibus candelarum, cinerum et palmarum aut in postremis tribus diebus majoris hebdomadae vel in commemoratione omnium fidelium defunctorum aut in litaniis majoribus praefata omissio contigerit, integrum julium qnisque negligens sit qualibet vice solvere debeat.«

Hoc decretum non arrisit beneficiario N. qui ab 1856 Romae moram traxit. Hic enim asserens se presbyterum invenire non posse qui ejus vices gereret ac tribus absentiae annis solvere debuisse annua scutata romana 15 et ejusmodi mulctas impares esse tenuitati beneficii, SSmo Patri supplicavit ut Episcopi decretum irritum redderet.

Rogatus Episcopus retulit beneficiario N., deductis expensis pro oneribus beneficio inhaerentibus, superesse scutata annua 78. Monuit autem, quamvis beneficiarii collegium*) constituerent, singulos tamen non videri obligatos ad personaliter residendum; certum tamen esse etiam ex consuetudine eos sibi alios subrogare debere tempore absentiae, eo vel magis, quod inter onera haberentur quaedam officia quibus vel per se vel per alium satis facere tenerentur.

De more ex officio nonnulla animadversa sunt, quae utrinque militare viderentur.

D u b i u m:

An et quomodo sustineatur decretum episcopale diei 16. Sept. 1850 in casu?

S. Congregatio die 19. Dec. 1868 respondere censuit: *Affirmative et amplius.*

Ex quibus colliges:

I. Morem longaevum inductum praeter praescriptam legem vim obtinere si actus iterati vel ex natura sua obligationem supponant aut obligatorii ex communi opinione censeantur.

II. Officia choralia sive ex praescripta lege sive ex consuetudine praeter legem obe-

*) Vd. *t. II. p. 139. n. 11.*

unda intuitu praebendarum quas beneficiarii possideant, sub generalibus legibus pro sua ratione comprehendi, quibus Canonicorum officia comprehenduntur.

III. In officiis enim obeundis in quibus eadem vigeat ratio legis, in illis eamdem vigere debere *dispositionem.*

Consuetudinis, quam *diuturno usu ac moribus introductam* definit *Justinian. § 9. Instit. tit. de jur. nat. gent. et civil. jure*, non vilis auctoritas est, imo aliquando eamdem vim habere, quam jus scriptum ac ut legem legitime constitutam habendam esse tradunt post text. *in Leg. De quibus 22. et seq. ff. de legib. cap. 18. de praeben., Cujac. Observ. lib. 10. qu. 1., Devoti Inst. can. proleg. cap. 4. § 50.*

Consuetudo habet vim legis, quando legitime est introducta etiamsi contra jus vel praeter jus sit, *Devot. instit. canonic. § 50. prolegom.*

Consuetudo scripto juri aequiparetur ac legitimae constitutae legis vim habet, *cap. fin. de consuetud., leg. de quibus §. Ex non scripto ff. de Leg., Rigant. ad reg. 2. cancell. § 2. n. 107., s. Congregatio in Sancti Severini Vocis in capitulo 14. Augusti 1824. § Nullibi*, praesertim vero in Cardinalitiis Congregationibus consuetudo plurimum attendi solet, eo quod nedum legales, sed etiam prudentiales regulae ita exigunt, ut solitum non alteretur, ceu tradit *Cardinalis de Luca de Parochis disc. 14. n. 1.*

28) Legem novam inducit.

Vd. *Capit. Cath.* §: *Ex alia* t. III. p. 751.; §. *Nec refragari* p. 752.)

29) Legi favet.

Tanti facienda est observantia dispositioni juris consentanea, opportune docent *Abb. in cap. Auditis n. 15. de praescript., Gratian. Discept. 546. n. 48., Valent. de re eccles. discept. 2. n. 53.*

30) Legitima.

(Quae est?)

Vd. n. 3.

Consuetudo cum non sit contra jus sed tantum praeter jus, ut legitima dicatur sufficiunt decem et ad summum 40 anni, ita *Panimol. decis. 6. annot. 8. n. 43.* et *Rot. decis. 184. n. 7. part. 17. recent.*

Pro legitima haberi non debeat observantia, quae interrupta fuit per contrarios actus, contra theoricam *Bartoli in leg. semper in stipulationibus in fin. ff. de regul. jur., Scrader. de feud. part. 10. sess. 20. n. 157., Polit. de regal. dissert. 7. n. 5. t. 5.*, sed servari potius fundatio, per *text. in cap. 1. et 3. de pact. in 6., s. Conc. Trident. sess. 24. cap. 5. de ref., Fagnan. in cap. Cum cunctis n. 72. de elect., Piton. discept. eccles. 25. n. 9.*

31) Longaeva.

Vd. t. III. p. 1122. XXIV.; n. 2, 34.

Quidquid ex longo invaluit consuetudine, cum pro lege sit, *leg. 79. ff. de R. J.*, ita non temere abrogandum est, ut tradit *Rota in Romana Manutentionis 5. Aprilis 1793 § 7. coram Priolo.*

Quando juri praejudicium infert longaeva consuetudo non debet juri positivo praejudicium generare, nisi fuerit rationabilis et legitime praescripta ut declarat s. Pontifex Greg. IX. in *cap.: In tantum II. de simon.*

Actus facultativi ad divinum cultum tendentes transeunt ex longa consuetudine in obligationem et necessitatem inducunt, *Abb. in cap.: Suam nobis n. 8. de simon., Rocc. Disput. jur. cap. 167. n. 49., Rot. cor. Lancett. decis. 860. n. 8.*

32) Mutatio.

Consuetudo ecclesiasticae legi consona immutanda non esset, nisi ex gravi et legitima superveniente causa. *In cap.: ad Apostolic. de simon.* Vd. *p. 741. d; n. 34.*

33) Obligationem confirmat.

Observantia per plures annos validiorem reddidit obligationem celebrationis missarum, *Fagnan. in lib. 3. Decretal. cap. Tuae n. 14. de cleric. non residen.* Vd. *p. 744. n. 14.*

34) Observatio.

Innocentius III. in *cap. ad Apostolicam de simonia dicit: Quapropter super his et pias consuetudines praecipimus observari. Sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitio se nituntur laudabilem consuetudinem immutare. Et leg. 1. cod. »quae longa sit consuetudo« et in lege super longa cod. de praescriptione.*

Cum magna sit consuetudinis vis *ex text. cap. Licet romanus Pontifex 2. de consuetudine in 6., cumque ea quae longa consuetudine comprobata sunt non minusquam ea quae scripta sunt jura servantur. Ex L. Sed et ea 34. ff. de Legib. et Senat. c.* Cumque tandem haec omnia eo magis locum habeant in consuetudine, quae non est *novi juris inductiva sed tantum veteris interpretativa*, sequitur hinc, consuetudinem tot actibus comprobatam utendi notariis laicis omisso cancellario archiepiscopali reprobari non posse.

35) Probatio.

Consuetudinem allegans demonstret oportet cum frequentiam actuum tum diuturnitatem temporis, adeout altero ex istis deficiente non censeatur satis probata, *Sperell. decis. 69. n. 26., Reiffenst. in lib. 1. decr. tit. 4. n. 179.*

Contrariam consuetudinem fore ab iis concludenter probandam qui illam allegant et habent contra se juris praesumptionem, *Menoch. de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 32. n. 5., Piton. de controv. patron. alleg. 45. n. 19.*, cumque agatur de observantia negativa probandam esse eo probationis genere, quod negativum coarctatam dicunt, *Rot. decis. 97. n. 17. part. 13.*, vel eo modo, quo omnis in oppositum possibilitas exclusa remaneat, *Rot. decis. 7. n. 23. de union. benef.* coram *Fulconer. et coram Lancett. dec. 129. n. 15.*

Consuetudinem allegans frequentiam actuum ac temporis diuturnitatem allatis monumentis demonstrare debet, *Reiffenst. lib. 1. decret. tit. 4. n. 179., s. Congreg. in Forolivien. Praecedentiae 16. Sept. 1826 §: Praeterea* et in alia *Terracinen. seu Privernen. Emolumentorum die 23. Dec. 1826 §. Quin.*

36) Quae non est?

Haud consuetudinis nomen mereatur, quod unica tantum vice indultum est, ut passim tradunt doctores *cap. fin. de consid. in VI. l. 1. quod non ratione ff. de legib., Gratian. discept. forens. cap. 79.*, s. Congreg. in *Viterbien. Juris tumulandi 10. Maji 1766.*

37) Rationabilis.

a) Legem abrogat.

Legem quamlibet humanam etiam canonicam posse contraria consuetudine quae sit

rationabilis et legitime praescripta abrogari juxta textum *in cap. fin. de consuetud.* Consuetudo autem centenaria, imo etiam quadragenaria actorum frequentia praedita, bonis moribus non adversa nec ecclesiasticae disciplinae nervum disrumpens potis est abrogare canonicam legem, *Schmalzgr. Jus can. part. 1. tit. 4. n. 20., s. Congreg. in Nullius Sublacen. Jurium parochialium 29. Januarii 1825 §. Rationabilis.*

b) Quae est?

Vd. t. III. p. 1136. §: *Ad primam quod.*

c) Species triplex.

Vd. t. III. p. 1112. *notam.*

38) Tempus inductionis.

Ex canonica dispositione simplex etiam sufficit decennium ad inducendam praeter jus legitimam consuetudinem, *Engel. in jus. lib. 1. tit. 4. rub. n. 14., Pichler. in eumd. lib. 1. tit. 4. n. 10. et seqq.*

„Consuetudinibus et privilegiis etc. non obstantibus vel in contrarium sublatis."

(Sensus horum verborum.)

Consuetudinibus et privilegiis quibuscumque in contrarium sublatis, quibus verbis quamlibet etiam centenariam et immemorabilem consuetudinem sublatam tum quia ea sunt universalia, indefinita omniaque complectuntur, *L. Julianus 66. ff. de Legat. 3; Rot. decis. 2. n. 5. coram Molines* et in *Recent. dec. 379. n. 5. part. 15.*, tum etiam quia alibi minori verborum amplitudine immemorabili consuetudini derogatum a Concilio fuisse non ambigitur, *Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. n. 197. et 224; Piton. Alleg. 5. n. 5.*, tum demum quia in literis confirmatoriis Concilii a sa. mem. Pio IV. editis ultra clausulam *sublatum* adjectum quoque reperitur *decretum irritans*, quod cuilibet Concilii Capitulo inesse censetur, *Gonzal. ad reg. 8. cancel. gloss. 15. n. 35., Piton. loc. cit. n. 19., Rot. coram Emerix Jun. decis. 1278. n. 17.* Decreti vero irritantis eam esse vim ut resistat impediatque, ne centenaria vel immemorabilis consuetudo valeat inchoari, *Piton. loc. cit. n. 6. et discept. 150. n. 4.*

Consumatio Matrimonii.

Vd. *Matrimon.* (consumatio; ratum et non consumatum.)

Contractus.

1) Emphytheusis.

Vd. *Emphytheusis.*

2) Emptionis et Venditionis.

Vd. *Emptio.*

3) De rebus ecclesiasticis emendis vel vendendis.

Vd. t. II. p. 1079. VI; *Alienatio bonor. eccles. t. I. p. 453: Nota.*

4) Negotiatio licita quando est?

Vd. *Clericus* (negotiator — decr.: *Melphien*, Tusculana t. III. p. 1339.)

Conventicula.

1) Religiosa laicis vetita.

Vd. p. 173. n. 5; *Carbonarii; Daemon* (respons.)

Quod rudiores laici de scripturis temere judicare, privatim convenire et concionari, sacerdotes et ecclesiam contemnere non debeant.

Innocentius III.

Universis christifidelibus tam in urbe Meten. quam ejus dioecesi constitutis.

Cum ex injuncto Nobis apostolatus officio facti simus secundum Apostolum sapientibus et insipientibus debitores, pro universorum salute nos oportet esse sollicitos, ut et malos retrahamus a vitiis et bonos in virtutibus foveamus: tunc autem opus est discretione majori, cum vitia sub specie virtutum occulte subintrant et angelus satanae se in angelum lucis simulate transformat. Sane significavit nobis venerabilis frater noster Metensis Episcopus per literas suas, quod tam in dioecesi quam urbe Meten. laicorum et mulierum multitudo non modice tracta quodammodo desiderio scripturam, evangelia, epistolas Pauli, psalterium, Moralia Job et plures alios libros sibi fecit in gallico sermone transferri. Translationi hujusmodi adeo libenter, utinam autem et prudenter intendentes, ut secretis conventionibus talia inter se laici et mulieres tractare praesumant et sibi invicem praedicare: qui etiam aspernantur eorum consortium, qui se similibus non immiscent et a se reputant alienos, qui aures et animos talibus non opponunt. Quos cum aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt: conantes rationes inducere de scripturis, quod ab his non deberent aliquatenus prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum fastidiunt: et cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libellis suis et prudentius se posse id eloqui submurmurant in occulto. Licet autem desiderium intelligendi divinas scripturas et secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potius commendandum, in eo tamen apparent merito arguendi, quod tales occulta conventicula celebrant, officium sibi praedicationis usurpant, sacerdotum simplicitatem eludunt et eorum consortium aspernantur, qui talibus non inhaerent. Deus enim lux vera, quae omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, ut Apostolos suos in mundum universum praedicaturos evangelium omni creaturae missurus eis aperte praecepit dicens: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicate super tecta:* per hoc manifeste denuncians, quod evangelica praedicatio non in occultis conventiculis, sicut haeretici faciunt, sed in ecclesiis juxta morem catholicum est publice proponenda. Nam juxta testimonium veritatis, omnis qui male agit, odit lucem: et ad lucem non venit, ne ejus opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta: propter quod cum Pontifex

interrogasset Jesum de discipulis suis et de doctrina ejus, respondit: *Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes Judaei conveniunt et in occulto locutus sum nihil.* Porro si quis objiciat, quod juxta praeceptum dominicum non est Sanctum dandum canibus nec margaritae mittendae sunt ante porcos, cum et Christus ipse non omnibus quidem, sed solis Apostolis dixerit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis: intelligat canes et porcos non eos esse, qui Sanctum gratanter accipiunt et margaritas libenter acceptant: sed illos, qui Sanctum dilacerant et margaritas contemnunt quales sunt qui evangelica verba et ecclesiastica sacramenta non ut catholici venerantur, sed abhominantur potius ut haeretici oblatrantes semper et blasphemantes: quos Paulus Apostolus post primam et secundam commonitionem docet esse vitandos. Arcana vero fidei sacramenta non sunt passim omnibus exponenda: cum non passim ab omnibus possint intelligi, sed eis tantum, qui ea fideli possunt concipere intellectu: propter quod simplicioribus inquit Apostolus: *Quasi parvuli in Christo hoc potum dedi vobis, non escam.* Majorum est enim solidus cibus, sicut aliis ipse dicebat: *Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil indicavi me scire nisi Jesum Christum et hunc Crucifixum.* Tanta est enim divinae scripturae profunditas, ut non solum simplices et illiterati sed etiam prudentes et docti non plene sufficiant ad ipsius intelligentiam indagandam. Propter quod dicit scriptura: Quia multi defecerunt scrutantes scrutinium. Unde recte fuit olim in lege divina statutum, ut bestia, quae montem tetigerit, lapidetur: ne videlicet simplex aliquis et indoctus praesumat ad sublimitatem scripturae sacrae pertingere vel eam aliis praedicare, scriptum est enim: Altiora te ne quaesieris. Propter quod dicit Apostolus: *Non plus sapere quam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia vero membra non eundem actum habent, ita multi sunt ordines in ecclesia, sed non omnes idem habent officium: quia secundum Apostolum: *Alios quidem Dominus dedit Apostolos, alios prophetas, alios autem doctores etc.* Cum igitur doctorum ordo sit quasi praecipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter praedicationis officium usurpare: nam secundum Apostolum: *Quomodo praedicabunt nisi mittantur:* et veritas ipsa praecepit Apostolis: *Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Quodsi forte quis argute respondeat, quia tales invisibiliter mittuntur a Deo: etsi non visibiliter mittantur ab homine, cum invisibiliter missio multo sit dignior, quum visibilis et divina longe melior, quam humana. Unde Joannes B. non legitur missus ab homine, sed a Deo, sicut evangelista testatur: Quia fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Potest et debet utique ratione praevia responderi, quod cum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nude tantum asserere, quod ipse sit missus a Deo, cum hoc quilibet haereticus asseveret: sed oportet ut astruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi vel per scripturae testimonium speciale. Unde cum Dominus vellet mittere Moysem in Aegyptum ad filios Israel, ut crederetur ei quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum, ut converteret virgam in colubrum et colubrum iterum reformaret in virgam. Joannes quoque Baptista suae missionis speciale testimonium protulit de scriptura, respondens sacerdotibus et levitis, qui missi fuerant ad interrogandum quis esset et quare baptizandi sibi officium assumpsisset: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini: sicut dixit Isaias propheta. Non ergo credendum ei, qui se dicit missum a Deo, cum non sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis vel evidens miraculum operetur. Nam et de his, qui missi leguntur a Deo, evangelista testatur, quod ipsi profecti praedicabant ubique Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Licet autem scientia valde sit necessaria sacerdotibus ad doctrinam, quia juxta verbum propheticum: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt ex ore ejus:* non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam a scholasticis detrahendum, cum in eis sacerdotale ministerium debeat honorari: propter quod Dominus in lege praecepit: Diis non detrahes, sacerdotes intelligens qui propter excellentiam ordinis et officii dignitatem deorum nomine nuncupantur. Juxta quod alibi dicit de servo volente apud dominum remanere, ut dominus offerat eum diis. Cum enim juxta verbum Apostoli servus suo domino stet aut cadat, profecto sacerdos ab Episcopo, cujus

est correctioni subjectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem a populo, cujus est correctioni praepositus, in spiritu superbiae deprehendi. Cum juxta praeceptum dominicum pater et mater non debeant maledici, sed potius honorari: quod de spirituali patre multo fortius debet intelligi quam carnali. Nec quisquam suae praesumptionis audaciam illos defendat exemplo, quod asina legitur reprehendisse prophetam, vel quod Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato: et si male locutus sum testimonium perhibe de malo: cum aliud est fratrem in se peccantem occulte corripere: quod utique quisque tenetur efficere secundum regulam evangelicam. In quo casu sane potest intelligi, quod Balaam fuit correctus ab asina: et aliud est, patrem suum etiam delinquentem reprehendere manifeste ac praecipue fatuum pro simplici appellare, quod utique nulli licet secundum evangelicam veritatem. Nam qui etiam fratri suo dixerit fatue, reus erit gehennae. Rursus aliud est, quod praelatus se sponte de sua confisus innocentia subditorum accusationi supponit. In quo casu praemissum Domini verbum debet intelligi: et aliud est, quod subditus non tam animo corripiendi quam detrahendi exurgit temerarius in praelatum, cum eum potius maneat necessitas obsequendi. Quod si forte necessitas postularit, ut sacerdos tanquam inutilis aut indignus a cura gregis debeat removeri, agendum est ordinate apud Episcopum, ad cujus officium tam institutio, quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere. Illud autem tanquam de supercilio Pharisaeorum procedens debet ab omnibus asperuari: quod tanquam ipsi soli sint justi, caeteros aspernantur, cum et hactenus ab initio nascentis ecclesiae multi fuerint viri sancti, qui nec tales fuisse leguntur, nec talibus adhaesisse, cum de novo tales surrexisse legantur, qui nisi contenti sint doceri potius quam docere: ad illos forsitan pertinebunt, quibus Dominus ait: *Nolite fieri plures magistri.* Nos ergo filii, quia paterno vos affectu diligimus, ne sub praetextu veritatis in foveam decidatis erroris et sub specie virtutum in laqueum vitiorum; universitatem vestram rogamus attentius, monemus et exhortamur in Domino, in remissionem vobis peccatorum injungentes, quatenus ab his quae superius reprehensibilia denotavimus et linguam et animum revocetis fidem catholicam et regulam ecclesiasticam observantes, ne vos verbis fallacibus circumveniri vel etiam circumvenire contingat: quia nisi correctionem nostram et admonitionem paternam receperitis humiliter et devote non post oleum infundemus et vinum, severitatem ecclesiasticam apponentes, ut qui noluerint obedire spontanei, discant acquiescere vel inviti.

Datum Lateran.

Dat. anno 1199.

(Bull. r. t. III. p. 159. Ed. Aug. Taur. 1858.)

Bonifacius PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Accepimus quod nonnullae personae se contra s. catholicam ecclesiam romanam erigentes, etiam sexus foeminei, dogmatizant, se ligandi et solvendi claves habere, poenitentias audiunt et a peccatis absolvunt, conventicula non solum diurna faciunt sed nocturna, in quibus de suis pravitatibus conferunt et de erroribus conveniunt in idipsum et praedicare praesumunt: tonsura clericali contra ritum ecclesiae abutentes Spiritum s. se dare per impositionem manuum mentiuntur et exhibendam obedientiam soli Deo et non alteri, cujuscumque fuerit conditionis, dignitatis et status. Efficaciores etiam illas orationes affirmant, quae a nudatis toto corpore offeruntur: mulieres invicem se disponant; dicunt fidelibus operari manibus non licere: mares nudi hujusmodi sectae damnatae foeminas antecedunt et in dicta s. ecclesia ligandi itaque solvendi fore abnegant potestatem: non solum praemissis et aliis novis inviis obvoluti, quibus erronee adhaerentes ipsa sustinent et defendunt, sed et nonnullis erroribus, quos vetustas damnata produxit: inter quos aliqui esse dicuntur apostatae, qui professi fuerant in ordinibus approbatis, qui sagittas pestiferas cordibus simpliciorum infligunt.

§ 2. Commissi ergo Nobis universalis ecclesiae cura regiminis et apostolicae solium dignitatis nos angunt et pungant et hortantur instanter, ut talibus, qui inconsutilem Domini tunicam dissuere moliuntur, salubribus remediis obviantes, insaniae tantae malum nostro intuitu, divina nobis assistente gratia, dissipemus. Quapropter, hujusmodi sectam tam haereticam quam insanam de fratrum nostrorum consilio omnino dam-

nantes damnatam et haereticam nunciamus et universis christifidelibus ecclesiasticis vel mundanis cujuscumque fuerint dignitatis, conditionis aut status districte praecipimus, ut mortale hujusmodi virus abjiciant et talia nefanda credentibus nullum per se vel per alium publice vel occulte praestent auxilium vel favorem et ut non receptent eosdem: ecclesiarum vero praelatis et etiam inquisitoribus haereticae pravitatis authoritate apostolica institutis ubilibet et instituendis imposterum districtius injungentes, ut contra tales, sicut contra haereticos, auxiliatores, consiliatores, receptatores et fautores eorum debitum sui officii diligentius exequantur: quos puniri volumus sententiis, poenis et mulctis, illatis ipso jure et inferendis per apostolicas, canonicas, ecclesiasticas et saecularium principum sanctiones; praesertim quondam Friderici olim Romanorum Imperatoris, tempore quo idem in devotione romanae ecclesiae persistebat, contra haereticos seu quorumque ratione pravitatis haereticae ordinatas.

Datum Anagniae die 14. Augusti 1296.

(Bull. r. t. IV. p. 134. Ed. Aug. Taur. 1859.)

2) Secreta.

Vd. *Carbonarii*; supra n. 1. p. 781.

Conventio.

(De juribus ecclesiast. quando non est valida?)

Urbs R. incolis frequens in dioecesi N. duas habet paroeciales ecclesias Clero ditatas, quarum una collegiata s. Georgii martyris matrix appellata est; altera vero s. Joannis Baptistae. Hae duae ecclesiae post hominum memoriam ab uno Rectore ejusdem matricis gubernatae fuerant. Anno 1711, ad extinguendum discordiarum semen inter utramque ecclesiam, Clemens XI. solvit ecclesiam s. Joannis a matrice s. Georgii atque duos nominavit constituitque Rectores, qui tamen possessionem haud ceperunt, propterea quod limites utriusque paroeciae definiti non essent. Quare discordiae magis magisque exarserunt, quae, novis Rectoribus a Benedicto XIII. nominatis atque ad invicem inter utramque ecclesiam initis pactis die 22. Julii 1728, cessare visae sunt.

Haec pacta, quae amplissimis clausulis conclusa fuerunt, in his consistebant, ut populus in duas aequas partes dispesceretur intra limites territorii amice definiendi; utraque autem ecclesia eas servaret praerogativas quibus ante fruerentur: haec quidem in genere.

In specie autem inter cetera convenit, ut Parochus s. Joannis olea sacra accipere posset ab episcopali urbe N., SSmum Sacramentum exponere in supplicatione quadraginta horarum statis anni diebus, processiones agere s. Titularis ejus die festa et octava necnon SSmi Sacramenti die dominica prima cujusque mensis; intra octavam Corporis Dominici et feria quinta majoris hebdomadae: quarum quidem processiones aliae per hujus paroeciae vias ad libitum agi possent; aliae vero intra templi limites, adjecta quoque conditione, ut stata hora ad vesperas sacra functio completa esset. Quoad aeris campani sonum statutum quoque est, ut ecclesia sancti Joannis non amplius ut antea teneretur die Sabbati Sancti pulsare ictibus singulis respondentibus sono aeris campani ecclesiae s. Georgii.

E converso inter eos convenit, ut Parochus s. Georgii inciperet ac finiret processiones seu publicas supplicationes die s. Marci et feria secunda rogationum et Ascensionis Domini in quovis templo licet subjecto ecclesiae s. Joannis; ceterae autem supplicationes functionesque juxta consuetudinem agerentur, ita tamen, ut Parochus s. Joannis excipere deberet in choro Capitulum s. Georgii, quoties hoc intervenire existimaret, eidemque choralia subsellia et thus etc. exhibere. Uterque Parochus funeribus interesse posset, ubi cujusque clerus invitaretur, uterque suos defunctos paroecianos sepeliret, ita tamen, ut jus sepeliendi exteros ad unicum

s. Georgii Parochum spectaret. Denique ut Parochus s. Joannis limitare vel coercere jura haec conventa ecclesiae s. Georgii non posset, sed e converso aliquid aliud posset exigere hic Parochus pro rerum supervenientium mutatione ex iis, quae libere Parocho s. Joannis collata essent.

Die 9. Septembris paullo amplius haec pacta inter utramque ecclesiam declarata sunt, determinatisque paroeciarum limitibus, Episcopus suo Decreto die 22. Decembris 1729 pacta conventa confirmavit, quo cessare discordiae, ut dixi, visae sunt.

At vero sub finem praeteriti saeculi et sub initium praesentis pluries Parochus s. Georgii conquestus fuit de pactorum violatione, ita ut, eo tempore civilis perturbationis, etiam civilis gubernii Decreta intervenerint, ut pacta conventa servarentur: immo die 6. Maji 1815 Episcopus controversiis judicialibus motis eadem pacta ut servarentur sententiam edixit. Jactabat enim ecclesia s. Joannis matricitatis jura.

Anno 1865, quum praesens civile gubernium eam civitatem R. in duas communitates partesque diviserit, inferiorem et superiorem, quumque hac occasione Episcopus in parte superiori, ad quam pertinet ecclesia s. Joannis, alium Vicarium Foraneum nominaverit, Clerus s. Joannis anno 1867, Episcopo suffragante, s. Sedi supplicavit, 1° ut in ecclesiam matrem elevaretur ecclesia s. Joannis, quae jamdiu esset independens ab ecclesia s. Georgii ex diplomatibus Alexandri VII. diei 6. Decembris 1659 ab aliis supremis Decretis confirmatis: 2° ut s. Joannes Baptista patronus declararetur in partem civitatis superiorem cum festo de praecepto rituque duplicis I. classis: 3° ut aboleretur festum de praecepto pro ea parte civitatis superiore, quod die s. Georgio sacro celebrari consueverit.

Sed quum haec nosceret Clerus s. Georgii reclamavit. Rogatus Episcopus inter cetera retulit, se in errorem fuisse inductum in commendandis precibus Cleri s. Joannis eundemque clerum pacta conventa aperte violare.

Quum ille Clerus pacta conventa violare pergeret adversus recentia Decreta juraque praetenderet, quaestiones violentiaeque exsurgerent de Vicario Foraneo recipiendo in parte superiori, causa denique deducta est, servatis servandis, coram s. Congregatione.

Hujus ecclesiae Defensor initio commemorabat (quod commune fere erat in ecclesiastica veteri disciplina) unicam paroecialem ecclesiam in ea civitate eam fuisse, quae in universam civitatem R. exerceret ad quam jurisdictionem clerus aliarum ecclesiarum ratione ss. functionum convenire deberet: anno 1728 accidisse primum, ut ex pactis conventis facultas facta esset ecclesiae s. Joannis quasdam sacras functiones ex sese agere: praesenti autem tempore non solum pacta conventa violari sed subverti e fundamentis jura ecclesiae a. Georgii, quum Clerus s. Joannis ausus esset quoque suae ecclesiae inscribere verba: *ecclesia mater*, huncque sibi usurpare titulum et sacras functiones supplicationesque pro suo libito facere atque pacta conventa quae sancte essent servanda *l. 7. § 3. ff. de pactis* pessumdare: quum e converso etiam ex rerum supervenientium mutatione nihil se detracturam juribus s. Georgii ecclesia illa amplissimis clausulis spoponderit firmaveritque.

Praetermissa quoque dicta conventione, secundum ordinem ecclesiasticae disciplinae esse, ut sacrae publicae functiones et praesertim supplicationes non agantur eodem tempore in ecclesiis ejusdem loci ut confusiones et scandala declineutur, Card. de Luca *de Paroch. disc. 36. n. 9;* et consuetudines in ejusmodi materia multum valere servandasque apprime esse, s. Rota *decis. 560. n. 1. p. 19. recent.* Centenariam longioremque consuetudinem ferre,*) ut functiones, quas modo facere intenderet ecclesia s. Joannis, unice pertinuerint ad ecclesiam s. Georgii, quamquam alias ecclesia s. Joannis eas functiones facere attentaverit. Decretis enim pluribus supervenientibus ab his continere debuisse; quibus magis magisque recognita confirmataque esset consuetudo.

Quare etiamsi opponi vellet, conventionem initam carere Apostolica confirmatione ideoque suis carere viribus, superesse tamen alios legitimos titulos ad coercendam ecclesiam s. Joannis ne jura sua protenderet.

Sed neque id opponi posse, prosequebatur Defensor, namque non de juribus alienandis conventum id temporis fuisse, sed de componenda methodo statuendoque modo, quo se ad invicem haberent ecclesiae in exercitio ss. functionum, ut ordo servaretur. Quae quidem confirmabat auctoritate Card. de Luca, *Miscell. eccles. disc. 37.* Hic enim

*) Vd. *p. 742. n. 5.*

auctor enarrat, controversiam exortam fuisse inter quandam ecclesiam matricem et aliam parochialem cujusdam civitatis ratione publicarum supplicationum seu processionum: eandemque controversiam pro matrice fuisse pluries definitam a S. C. R. praesertim ob quandam conventionem,*) quae inter utramque ecclesiam ab antiquo firmata fuerat. Quum autem ipse fuisset consultus ab ecclesia succumbente, se impugnandum existimasse conventionis valorem, utpote quae destituta esset Apostolica confirmatione; namque ut ipse auctor ait *ibid. n. 5.* hujusmodi transactiones super praeeminentiis aliisque juribus incorporalibus inter ecclesias vel personas ecclesiasticas redolent speciem prohibitae alienationis atque cadunt sub dispositionem Extravagantis *Ambitiosae, de rebus eccles. non alienandis*, ideoque requiritur comulative justa causa necessitatis vel utilitatis, ac etiam solemnitas Beneplaciti Apostolici.**) Verum idem auctor subjungit: *reflectendo ad veritatem agnoscebam hujus motivi fallaciam ... quoniam ea regula procedit quando fiat concordia vel alter contractus contra juris regulam seu dispositionem, adeo ut tollatur vel minuatur jus unius illudque in alterum transferatur*, quod dum agitur de sacris functionibus et processionibus ordinandis locum habere non solet.

Quare, concludebat Defensor, satis fuisse in conventione de qua agimus confirmationem episcopalem. Quod, si nullins valoris dici adhnc vellet conventio ob carentiam Apostolicae confirmationis, lapsus tamen triginta annorum satis esset ad dictum Beneplacitum praesumendum: S. Rota *in Vicen. Portionum 1. Junii 1623 coram Dunozet.* et in *Romana Census 13. Junii 1665 coram Priolo.* In praesenti autem themate de consuetndine agi 140 annorum.

Multo minus in consideratione esse habendam divisionem civilem urbis R. in duas partes: eam siquidem divisionem neqne firmam esse neque inter cives immutasse relationes neque posse in quavis hypothesi ecclesiasticam administrationem commutare neque jura pessumdare matricis ecclesiae.

Haec autem confirmabat Defensor allegata causa *Aquinaten.* agitata in S. C. C. die 17. Martii 1827 in qua, qnum de simili huic nostrae causa ageretur, proposito dnbio: »An et quomodo sit annuendum precibus parochi et cleri s. Margaritae in casu?« responsum prodiit: *Negative et ad mentem: mens est, ut firma remanente processione die SSmi Corporis Christi eodem modo et forma juxta statuta; quoad reliquas processiones tantum Episcopus proponat media conciliationis auditis partibus.*

Favore ecclesiae s. Joannis ex officio haec considerata sunt: Ecclesiam s. Joannis petere titulum matricitatis, ut in quibusdam sacris functionibus peragendis libera esset et independens ab ecclesia s. Georgii. Functiones autem, de quibus quaeritur, non esse proprie paroeciales,*) quarum nonnullae pertinerent non quidem ad ecclesiam matrem, sed ad ecclesiam digniorem.

Sane supplicationem quadraginta horarum, commemorationem septem dolorum B. V. Mariae aliasque similes functiones paroeciales non esse patere: pariter processionem Sacratissimi Corporis Dominici, s. Marci, rogationum aliarumque similium ad digniorem ecclesiam pertinere deprehendi ex *cap. 13. sess. 25. de regul.* Concilii Trid.: »*Exempti autem omnes tam clerici saeculares quam regulares quicumque, etiam monachi, ad publicas processiones vocati accedere compellantur:*« publicas**) autem censeri quae fiant pro solemni processione SSmi Sacramenti vel quando Sanctissimum Sacramentum pro quacumque causa publica vel privata deferatur in processione et quae fiant pro festo s. Marci et pro rogationibus et die Purificationis B. M. et in Dominica palmarum, ceu declaravit in quadam causa *Urbis s. Honuphrii* S. C. R. die 18. Novembris 1605: ejusmodi autem processiones fieri debere in majori ecclesia terrae, oppidi vel urbis.

Ad sonum aeris campani quod attinet in celebri Decreto Urbis et Orbis diei 12. Decembris 1703***) haec reperiri: »An prima pulsatio campanarum in Sabbato Sancto sit de juribus parochialibus?« *Negative prout jacet, vel spectare ad ecclesiam digniorem ad formam Constitutionis Leonis X. n. 22. § 14.*

Ideoque quum de juribus praeeminentiae agatur, non esse considerandam qualitatem matricitatis, sed dignitatem et majoritatem Pitonius *discept. eccles. 106. n. 11.*

*) Vd. *Mühlbauer, Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. I. p. 621. n. 7.; 886. c.*
**) Vd. *t. I. p. 438. h; 441.; t. II. p. 1075. a.*

*) Vd. *Mühlbauer l. c. Suppl. t. II. p. 214. n. 8.*
**) Vd. *Ibid. l. c. Suppl. t. III. p. 194. h.*
***) *Ibid. Suppl. t. I. p. 817. n. 9.*

Quare si ecclesia s. Joannis ex rerum mutatione praerogativam aliquam sit assequuta, ob quam dignior quam matrix evaserit, non videri praecedentiam vel independentiam esse eidem denegandam: eo vel magis, quod Episcopus in precibus commendandis s. Sedi eam dixerit: *Insignem Basilicam:* quibus exstantibus cessare videretur conventio, quum res in eum casum incidisset a quo incipere non potuisset.

Facta inde triplici distinctione matricitatis, quum aliae ecclesiae dicantur verae matres et sint cathedrales, *cap. 22. de verbor. significat.* ubi declaratum legitur: *Nos per matricem ecclesiam cathedralem intelligi volumus:* aliae vero matres dicantur, quia alias produxerunt ecclesias, ut in *cap. 3. de eccles. aed.*, aliae denique ita appellentur sensu improprio, quatenus hic titulus eisdem attribuitur ratione antiquitatis vel dignitatis, consideratum est, improprio sensu videri attributum titnlum matricis ecclesiae s. Georgii, quum Clemens XI. non dismembrationem fecerit, sed unionem solverit ecclesiarum unitarum, quae antea ita regebantur ab uno Rectore, ut tamen unaquaeque snos titulos suasque praerogativas servaret. Quum itaque non demonstraretur, ecclesiam s. Joannis fuisse membrum paroeciae s. Georgii, facilius liberari posse a vinculo dependentiae, quod a matricitate s. Georgii derivaret.

Post haec et alia animadversa sunt quae independentiam suaderent ex rerum supervenientium mutatione, ex divisione facta civitatis in superiorem et inferiorem: namque inpraesens, ea urbe veluti in duas civitates divisa, pars superior, ad quam pertinet paroecia s. Joannis, viginti fere civium millia continens, dicebatur nobilior, ditior, commercio auctior, quam altera, ita nt ad declinandas controversias et simultates expediens quoque Episcopo visum esset administrationem ecclesiasticam sejungere per deputationem Vicarii Foranei.

Hisce animadversis propositum est resolvendum

D u b i u m:

»An et quomodo annuendum sit erectioni in matricem ecclesiae paroecialis s. Joannis seu potius servanda sit transactio diei 22. Julii et 19. Septembris 1725 in casu?«

S. Congregatio Episcop. et Reg. causa cognita die 30. Aprilis 1869 respondere censuit: *Negative in omnibus ad primam partem: affirmative ad secundam et scribatur Ordinario: ad mentem.* Mens autem S. C. fuit, ut independenter a praesenti quaestione de matricitate ipse in pleno jure esset nominandi in parte superiori nrbis R. Vicarium Foranenm si id expediens putaverit.

Post hujusmodi Resolutionem novam andientiam imploravit atque obtinuit clerus s. Joannis atque spatium mensis ex mandato S. C. concessum est partibus ad deducenda ulteriora jura sua: attamen idem clerus s. Joannis nihil deduxit; contra, clerus s. Georgii nova scripta dedit, quibus vehementer conquerebatur, ecclesiam s. Joannis studuisse ope civilis magistratus impedire processionem SSmi Corporis Dominici, retinere adhuc in templo inscripta verba: *ecclesia mater*, atque pessumdare conventionem. Proposita iterum causa in contumacia partis coram S. C. die 18. Martii 1870 cum consueta dubitandi formula:

»An et quomodo recedendum sit a Resolutione diei 30. Aprilis 1869 in casu?« responsum prodiit: *In decisis et amplius.*

Ex quibus colliges:

I. Transactiones seu conventiones inter ecclesias de juribus ecclesiasticis firmas haud esse sine confirmatione Apostolica.

II. Veteres transactiones a s. Sede forte non confirmatas firmitatem acquirere posse vi consuetudinis vel praescriptionis.

III. Non tamen Apostolica confirmatione ut firmae maneant indigere illas transactiones, quae non gravia respiciant ecclesiarum jura, quasque necessitate vel ordine cogente partes aeque ineant, accedente Episcopi auctoritate.

IV. Decere, ut processiones publicae, quas fieri contingat, majore solemnitate quoad possit agantur: ideoque ad eas posse compelli omnem clerum ejusdem civitatis vel loci.

V. In processionibus tamen publicis consuetis consuetudines esse servandas.

VI. Civiles dispositiones, quibus administratio unius ejusdemque civitatis in partes dispescatur, non posse *ex sese* inducere mutationem in ecclesiastica ejusdem civitatis administratione neque jura ecclesiarum laedere.

VII. In praesenti themate, transactione jamdiu a saecnlo vigente, nullum in contumacia partis adductum fuisse titulum, ut jura cleri s. Joannis augerentur in detrimentum alterius ecclesiae, quae semper aliquem

saltem primatum inter ejus civitatis ecclesias possederat.

VIII. Colliges denique, in potestate esse Episcopi constituere Vicarium Foraneum, qui commissam auctoritatem episcopalem exerceat in populum eidem designatum.

Convivia.

Vd. t. I. p. 531. n. 10.

Cophti.

(Matrimon. clericorum.)

Vd. *Matrimon. cleric.*

Ad dub.: An Cophtis proprio ritu in aetate puerili ad diaconatus ordinem promotis ubi legitima ad contrahendum matrimonium aetas advenerit, liceat nedum primum sed alterum quoque matrimonium iuire ex vi dispensationis obtentae a PP. missionariis absque ullo speciali indulto apostolico? vd. *Construct. Bened. XIV. die 4. Maji 1745 et 19. Junii 1750 in ejus bullar. t. I. p. 512. et t. III. p. 288.* vel meum opus: Decreta auth. S. R. C. t. II. p. 544. 552.

Copia.

(Fides.)

Fidem dandam esse copiis, quando originale inveniri nequeat et copia adminiculis roborata sit. *Glossa in leg. sicut iniquum cod. de fide Instrument.*, quodque firmavit s. r. R. *in decis. 58. n. 23. par. 10.* et in *decis. 460. n. 2. part. 18. t. 2. recentior. . . .*

Copula.

1) Illicita.

(Impedimentum affinitatis.)

Vd. *Affinitas*; infra n. 2.

(Dispensatio.)

Circa praxim s. Poenitentiariae Apostolicae super dispensationibus matrimonialibus.

Pyrrhus Corradus in celebri opere cui titulus: Praxis dispensationum *lib. 7. cap. 3. num. 23.* haec habet: Cum autem petitur dispensatio in primo aut primo et secundo gradu ex actu fornicario necesse est quod impedimenti seu impedimentorum provenientia exprimatur.

Haec necessitas exinde deducitur quod pro diversitate provenientiae diversa sit dispensationis concedendae difficultas ac diversae sint clausulae, quibus ipsa dispensatio expediri solet. Quod quidem clarum apparebit si paulisper consideremus capita seu personas ex quibus ipsa affinitas oriri possit et praxis qua utitur s. Poenitentiaria in hujusmodi dispensationibus concedendis.

Affinitas ex copula illicita potest adesse vel in linea recta vel in linea obliqua.

In linea recta et quidem in primo gradu dicta affinitas habetur sequentibus in casibus, scilicet si sponsus copulam habuerit vel cum matre vel cum filia mulieris sibi desponsata; vel viceversa, si mulier desponsata carnaliter cognosci passa sit vel a patre vel a filio viri sibi desponsati.

In eadem linea recta in secundo gradu si sponsus copulam habuerit cum avia (italice *Nonna)* vel cum Nepte in linea recta

mulieris sibi desponsatae: vel viceversa, si sponsa carnaliter cognosci passa sit ab avo vel nepote in linea recta viri sibi desponsati.

In linea obliqua et quidem in primo gradu si sponsus copulam habuerit cum sorore germana mulieris sibi desponsatae: vel viceversa, si sponsa a fratre viri sibi desponsati carnaliter cognosci passa sit.

In eadem linea obliqua in primo secundo gradu, si sponsus copulam habuerit cum amita, matertera mulieris sibi desponsatae: vel viceversa, si sponsa carnaliter cognosci passa sit a patruo seu avunculo aut nepote in linea transversa viri sibi desponsati.

In eadem linea obliqua erit affinitas in secundo gradu si sponsus copulam habuerit cum consobrina mulieris sibi desponsatae: aut viceversa, si sponsa a consobrino viri sibi desponsati carnaliter cognosci passa sit.

Jam vero cuique hos diversos affinitatis ex copula illicita casus consideranti plane apparet, quam sit diversa in iis turpitudo. Turpe quidem in honesta christianaque familia censetur ut qui illicite polluerit aliquam mulierem, deinde in matrimonium ducat ejus consobrinam aut sororem; sed huhusmodi turpitudo vix comparari potest cum ea, quae oritur ex copula habita cum ejus matre aut filia; prout pariter turpitudo magna censetur, si mulier, quae cognosci passa sit ab aliquo viro, deinde matrimonium contrahat cum ejus patre aut filio etc.

Atque hinc patet, ad efformandum congruum de dispensatione concedenda judicium, necesse esse, ut clare ac distincte explicetur impedimenti provenientia.

Haec necessitas exprimendi provenientiam dignosci potest etiam ex praxi seu ex clausulis, quibus ejusmodi dispensationes solent concedi.

Primo quidem injungi solet ut opportunis modis removeatur occasio peccandi, quae injunctio fieri solet hisce verbis: »*Proviso prius opportunis modis, ut occasio (si adhuc extet) amplius carnaliter peccandi inter oratorem et oratricis sororem removeatur relabendique praecaveantur pericula.*«

Haec quidem clausula plane apponitur quando sponsus copulam habuit cum sorore mulieris sibi desponsatae. At fingatur casus in quo provenientia affinitatis clare expressa non sit, sed tantum narratio sit generica de affinitate in primo gradu; verba illa: *occasio amplius carnaliter peccandi inter oratorem et oratricis sororem* ad rem non faciunt. Affinitas enim in primo gradu potest provenire etiam a copula habita a viro cum matre sponsae aut etiam a copula habita a sponsa cum patre aut filio aut fratre sponsi, quamobrem eo in casu necesse est ut vel rescribatur: *explicent clare et distincte provenientiam*, vel si urgente necessitate aut habita ratione distantiae locorum concedenda sit dispensatio, multiplicandae sunt clausulae et adhibenda longa verborum circumlocutio; ex. gr.. inter alias, ad averteudum periculum ne quis mulierem a se genitam in matrimonium ducat, addenda est clausula: *et quatenus agatur de copula habita a sponso cum matre sponsae, dummodo nativitas sponsae praecesserit copulam ab eodem sponso cum matre ejus habitam.*

His addendum, quod parti sonti seu illi ex sponsis, qui fornicarie peccando causam dedit affinitati, impertienda sit absolutio et injungenda congrua poenitentia salutaris: quod quidem non satis commode fieri potest, si ignoretur uter sponsorum sit reus.

Quae quidem omnes difficultates evanes cunt si clare et distincte indicentur personae quae affinitati locum dederuut eo modo quo ex dictis facile erui potest, scilicet: Titius cupit matrimonium contrahere cum Bertha cujus matrem aut sororem aut neptem aut materteram aut consobrinam carnaliter cognovit etc. Vel Bertha cupit matrimonium inire cum Titio a cujus patre aut filio aut nepote aut patruo aut avunculo aut fratre aut consobrino carnaliter cognosci passa est etc.

Haec autem omnia observanda sunt, sive preces quae s. Poenitentiariae porriguntur forum iuternum sive forum externum respiciant, ut expedite dispensationes super impedimentis affinitatis ex copula illicita provenientis, existentibus causis, obtineri valeant.

2) Licita.

(Imped. affinitatis.)

(Dispensat.)

Circa praxim s. Apostolicae Poenitentiariae super Dispensationibus Matrimonialibus.

Vincentius de Justis *de dispensat. matrim. l. 1. c. 4. n. 115.* monet, ita exprimenda esse impedimenta in dispensatione

petenda, »ut singula in propria specie et gradu et cum necessariis circumstantiis exponantur nec unum pro alio nec certum pro dubio vel e contra supponantur; quia si unum pro alio nec in sua specie et existentia proponatur, non valebit dispensatio, cum neutrum impedimentum ob id auferatur; non enim amovetur id quod falso narratur, cum vere non extet; neque id quod verum est, si reticeatur, vel in dubio proponatur.«

Ex hac generali adnotatione ad casus particulares devenientes sermo erit de eo quod exprimendum est in precibus pro obtinenda dispeusatione super impedimeuto affinitatis, in quo errores vel aequivocationes irrepere facilius possunt ac irrepserunt.

Notum porro est affinitatis impedimenta oriri vel ex copula licita, quae in legitimo matrimonio habetur, vel ex illicita. Notum pariter est primam dictam affinitatis speciem majorem vim exerere, vinculum fortius inducere, quam altera, ita ut prima dirimat matrimonium contraheudum usque ad quartum gradum, dum e contra altera dirimit matrimonium contrahendum usque ad secundum.

Hinc est, quod in dispensatione imploranda exprimi necessario debeat *undenam* affinitas oriatur, an ex copula licita vel illicita et simul praecise determinandus est *gradus et linea.*

Non raro contingit in s. Poenitentiariae officio, ut preces porrectae circa primos affinitatis gradus suspensae maneant, ideo quia clare non exprimitur affinitatis provenientia.

Dixi praeterea determinandam praecise esse praeter gradum etiam *lineam*; namque si agatur de affinitate ex copula licita in linea recta concedi non solet dispensatio. Si agatur de affinitate ex copula illicita, pariter in linea recta, non sine difficultate dispensatio conceditur, cui insuper adjiciuntur clausulae speciales.

Quare s. Poenitentiaria ad majorem etiam cautelam, ne error quilibet obrepat ex aliqua aequivocatione vel errore, cum de affinitate agitur ex copula licita, in rescriptis adjungere solet: *in linea collaterali,* ut excludat lineam rectam.

Ut autem cognoscatur, quam firma sit praxis s. Sedis in deneganda dispensatioue super impedimento affinitatis ex copula licita in linea recta, en casus: Oratores cum literis proprii Ordinarii dispensatiouem in primo affinitatis gradu obtinuerunt: eademque dispensatio per Ordinarium exsecutioni est demandata: celebratum est matrimonium, ex quo filii orti suut; post plures annos suspicio oritur de validitate dispensatiouis et matrimonii, ideo quia agebatur de affinitate in liuea recta et in dispeusatiouis literis sermo erat de affinitate in liuea collaterali; cum autem dispensatio irrita reperta sit petitio facta est instanter et instantius pro nova dispensatione, ut matrimonium convalideretur. Verum, licet agatur de deplorabili casu, dispensatio denegata est.

Non enim his in casibus alia responsio poterit a s. Poenitentiaria expectari, quam sequens: *Sanctam Sedem, quod a s. m. Benedicti XIV. monitum est* de Syuod. dioeces. lib. 9. c. 13. *a petita dispensatione concedenda gravissimis de causis omnino abstinere, ac proinde Ordinario commendat ut mediis efficacibus et opportunis, quae ei zelus animarum ac prudentia suggesserit, curet, ut Oratores, deposita spe dispensationem obtinendi, propriae animae saluti consulant.*

Alter contigit similis casus, in quo tamen agebatur non de primo, sed de secuudo affinitatis gradu in linea pariter recta et ex copula licita; eadem fuit s. Poenitentiariae responsio. Similes casus quamvis non frequenter contiugant, tamen memoria habetur in ingenti dispensationum numero, quae quotannis expediuntur, coutigisse.

Quare cum non raro preces s. Poenitentiariae porrigantur super dictis impedimeutis, super quibus s. Sedes neque dispensat neque dispensavit, ut quodlibet removeatur periculum eventus deplorabilis peropportunum erit, si Locorum Ordinarii ejusmodi preces, ne porrigantur, impediaut.

Inutiliter itaque s. Sedi preces porriguntur, ut dispensatio obtiueatur pro matrimonio contrahendo puta inter privignum et novercam, inter soceram et generum et viceversa et generatim super impedimento affinitatis in linea recta ex copula licita.

Cum autem clare exprimenda sit affinitatis origo, gradus et linea, clare et recte preces, quae s. Sedi admoventur, sic exprimuntur: *N. N. petunt dispensationem super impedimento primi in linea collaterali affinitatis gradus, exinde provenientis quod oratrix fuerit juncta matrimonio cum defuncto Oratoris germano fratre* aut vice versa, *quod Orator fuerit junctus matrimonio cum defuncta oratricis sorore germana.* Pari ratione exprimenda est proveuientia primi et secundi affinitatis gradus, ex. gr. *super impedimento primi ac secundi in linea collaterali affinitatis gradus, exinde provenientis, quod orator fuerit junctus matrimonio cum defuncta amita* seu *matertera oratricis:* aut vice versa, *quod oratrix juncta fuerit matrimonio cum defuncto patruo* seu *avunculo oratoris.*

Hac ratioue expressis impedimeutis praefata incommoda declinantur.

3) Maritalis.

Vd. *Matrim.* (consumatio, ratum et non consumatum.)

4) Quando ex ea sequitur ratihabitio Matrimonii?

Ut ratihabitio valeat irritum ab initio matrimonium reddere validum, duae conditiones concurrere debéut. *Altera*, ut mulier quae vim et metum passa est sciat matrimouium esse uullum, *altera* ut cohabitatio et copula sit spontanea et conjugali affectu exequuta. Ita *Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 18. n. 5., Pirh. in Jus can. tit. 1. sect. 4. n. 113., Reiffen. In jus can. lib. 4. tit. 1. n. 337. et 338.*

Honorius III. *in cap. Consultationi de sponsal.* et Clemeus III. *in cap. Ad id de spons.* nullam adducunt limitationem sive de scientia nullitatis sive de voluntaria cohabitatioue et de copula maritali affectu habita. Imo ex ipsa longa cohabitatione et habita in prima uocte ac saepius repetita copula argumeutum ducit consensus libere praestiti ab ipso matrimouii initio.

5) Sponsalia per se non inducit.

Vd. *Sponsalia* (praesumptio; non constant — *stuprum* —)

Theatina.

Sponsalium existentiam minime comprobatam ex adductorum testium depositionibus frustra querendam esse ex carnali copula, quam Josephus habuit cum muliere Pernisco. Patet euim copulam per se neque sponsalia neque matrimonii necessitatem inducere, utpote quae patrari plerumque soleat ex sola libidine et citra animum matrimonii ineuudi, ut docet *Reiffenst. lib. 4. decr. tit. 1. de spons. n. 67.* et pluries s. Congregatio promissiouem emissam in aestu libidinis nullam inducere sponsalium firmitatem, quamvis de mutua etiam promissione ageretur ad tradita per *Consc. de sponsal. filior. famil. vot. 7. n. 79. et seqq.* sub iis verbis: »Tales promissiones tanquam promanantes ab impetu et ardore libidinis nullatenus aptae sunt ad iuduceuda sponsalia«, quod omnino retinendum esse patet, cum ex promissione conjugii ante carnalem copulam tanquam ex vi et luxuriae impetu peracta facile mulier eam intelligere poterat ficto procedere ex animo eamque non inducere sponalia.

Die 10. Sept. 1853.

Copulatio.

(Gravamina et investigationes.)

Instructio pro judiciis ecclesiast. imperii austriaci.

Copulationis denegatio.

Parocho matrimonium contrahere cupientes vel repelleute vel iuducias adhibeute liberum ipsis est, curiam episcopalem adire, quae pro rei couditione aut obstacula removere sataget aut negotium tribuuali matrimoniali perpendendum definiendumque transmittet.

Quando difficultas in obmoto quodam impedimeuto dirimeuti sit posita, tribunal matrimoniale perpensis individuis casus, circumstantiis dijudicabit, an copulationis denegaudae sufficiens adsit causa. Quam regulam tamen teuebit melius esse, ut matrimonium valide coutrahendum differatur, quam ut ansa praebeatur matrimonio invalido cum omuibus, quae ipsum concomitari assolent, malis. Depositio unius testis fide digni necnon fama, qualis et graves cordatosque viros movet, nuuquam non sufficit, ut nupturieu-

tes, usque dum res uberius dilucitata sit, repellantur.

Reclamatio ex titulo sponsalium.

Si provocando ad sponsalia reclamatio instituatur, parochus casu quo sponsalia invalida sint partes ea de re edoceat, si autem valida censeat, litem amice componere conetur. Reclamatione immediate ad tribunal matrimoniale directa, nisi forsan iuvaliditas in propatulo sit, parocho ante omnia injungendum est, ut communitiones et consilia paterue adhibeat.

Praesumptio stat pro libertate in conjugis electione: unde contra sponsalia pronuntiandum est, quoties de eorumdem validitate plene non constet.

In eos, qui promissionem spousalibus datam implere recusant, admonitione potius quam coactione agendum est. Omnis pactio de poena conventionali, si a spousalibus resileretur, persolvenda non tantum illicita, sed etiam invalida est.

Si judicium matrimoniale sponsalia irrita esse censeat, necessaria disponat, ut matrimonii celebratio ulterius haud retardetur.

Declarata sponsalium validitate judicium matrimoniale per commissarium tentabit, partes ad amicam commovere compositionem. Damni compensationem quod attinet, id agatur, ut conventionem aequis sub conditionibus stipulentur. Super petitione unius saltem partis pecunia quoque compensationis loco solvenda statui potest. Quando actori non sufficiat, liberum quidem ipsi est, de damni compensatione judicium saeculare interpellare, verum reclamationis ab eo matrimonio oppositae ratio non amplius habeatur.

Quando conventio de resiliendo a sponsalibus vel aequam compensationem praestando obtineri non posset, nuptiarum, adversus quas reclamatio instituta est, celebrationem admittere pro minori deberet reputari malo.

Investigationes copulationis eorum ergo, qui matrimonio se junctos esse falso praetenduut, habeudas esse.

Quodsi personae, quae matrimonio se junctas esse falso praeteudunt, ordiuariam ad matrimonium contrahendum viam ingredi non possint, quin sibi aut liberis suis gravia generent damna, rem aut ipsi aut per curatorem auimarum ad tribuualis matrimonialis praesidem deferre possunt, qui investigationes ad abusum omnem excludendum necessarias habebit aut haberi curabit. De regula in negotio tractando duos tribunalis consiliaros adhibere debet; quando autem peculiaria rerum adjuncta strictissimum exigant secretum, Episcopus rei permittere potest, ut solus rem pertractet.

(Aual. I. P. II. Ser. p. 2527. Romae 1857.)

Corde contrito.

(Quid significat haec formula?)

DECLARATIO

De formula: Corde Contrito, quae indulgentiarum partialium concessionibus apponi solet.

Juxta Apostolicae Sedis praxim iu plenariae Indulgentiae concessionibus apponitur clausula; *Christifidelibus, qui vere poenitentes, confessi sacraque Communione refecti* etc. Haec clausula juxta declarationem alias datam exprimit couditionem, ita ut confessio iuter opera iujuncta*) recensenda sit, et nemo Indulgentiam pleuariam, etsi in statu gratiae reperiatur, lucrari possit, nisi sacramentalem confessionem faciat et cetera injuncta opera adimpleat.

Jam vero iu Iudultis, quibus partiales Indulgentiae conceduntur, nulla mentio fit de Sacramentali Confessione, sed adhibetur clausula »*corde saltem contrito*«. Hinc apud nonnullos quaestio orta est, an praescripta contritio requiratur dumtaxat uti mera dispositio, nempe ut quateuus aliquis iu statu peccati mortalis reperiatur ac propterea iucapax lucraudae cujusvis Indulgentiae, per perfectam contritionem cum proposito Confessionis ad statum gratiae restituatur et capax fiat Indulgentias assequendi: vel potius clausula illa »*corde saltem contrito*« inducat veram conditionem scilicet tamquam pars operis injuncti contritio ipsa habenda sit, ita ut ad Indulgentiam lucrandam etiam ab iis actus contritionis emitteudus sit, qui iu statu gratiae et charitatis reperiantur.

Ut hac in re christifideles tutam regulam habeaut, sacra Congregatio suprascriptum dubium solvere uou dedigueturi.

S. Congregatio Indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita respondendum censuit prout respondet: *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.*

Et facta relatione SS. Domino Nostro Pio PP. IX. die 17. Decembris 1870 Sanctitas Sua Resolutionem Sacrae Congregationis approbavit et confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem sacrae Congregationis die 17. Decembris 1870.

A. Card. Bizzarri Praefectus.

A. Colombo S. I. C. Praefectus.

OPINIONES CONSULTORUM.

Tres Consultores iu scriptis suam significarunt opiuionem de modo exposito dubio: duo Consultores quoad conclusionem iu idem devenerunt quamquam diversam tenuerint viam: alius enim totus erat in consideranda intrinsece ea formula *corde contrito* atque in medium deducebat catholicam doctrinam de dolore perfecto et imperfecto, atque deuique ex congruentia opinabatur, sufficere statum gratiae, quin ille, qui indulgentias sub ea clausula concessas velit acquirere, indigeat actuali contritioue.

Alter vero viam juridicam iuivit ad quaestiouem solveudam: idest inquirendo hujus clausulae originem et causas propter quas iu facto ea clausula iuducta fuerit: haec autem via ad quaestiones ejusmodi solveudas uberiorem lucem affuudit.

Hic itaque Consultor animadvertit, iu literis in forma Brevium aut rescriptis Indulgentiarum juxta hodiernum stylum duas clausulas legi solere: 1 quaudo agitur de plenaria Iudulgentia adhiberi solere formulam: *vere poenitentibus, confessis* etc.; 2 quando agitur de partiali Indulgentia plerumque praecipi, ut opera injuncta fiant *corde contrito* vel *corde saltem contrito* aut *contriti.*

Communem autem esse theologorum doctrinam, ut ad Iudulgentias consequendas requirantur 1 status gratiae: 2 accuratum implementum injunctorum operum.

Verum media ad statum gratiae consequendum, qui fuerit amissus, consistere in sacramentali confessione, cum qua sufficiens est dolor ille, qui attritio dicitur juxta Concilium Tridentinum: vel consistere in sola contritione perfecta cum voto sacramentalis confessionis, quod implicite in ea jam contineri videtur: *si quis diligit me sermonem meum servabit.*

Summos Pontifices, fidelibus consuleutes, in Indulgentiis conferendis prae oculis habuisse eorum conditionem, qui essent in gravi peccato, consulentes simul, ut omnes plene intelligerent status gratiae necessitatem ad Iudulgentias lucrandas: unde passim legi in ejusmodi concessionibus: *existentibus in gratia et charitate.*

Necesse itaque fuisse, arguebat Consultor, ut in hujusmodi concessionis Brevibus vel rescriptis mentio facienda esset de duobus mediis, quibus acquiritur deperditus status gratiae.

Imo ad lucrum Indulgeutiarum tutandum constitutum quoque esse, ut Confessio sacramentalis retineretur tamquam opus injunctum atque inter opera injuncta ad Indulgentiam lucrandam juberetur.

Sane, quum praeterlapsis saeculis raro admodum concederentur indulgentiae pleuariae et concederentur frequentius indulgentiae partiales, pro his partialibus Indulgentiis consequendis requisitam fuisse sacramentalem confessioueu; multas ex. gr. reperiri Indulgentias viginti vel quadraginta dierum a Joaune XXII. impertitas, sed semper cum obligatione confessionis.

Temporis progressu majori facilitate plenarias Indulgentias fuisse concessas et pro his consequendis firmam pariter mansisse injunctionem confessionis: atque etiam aetate nostrarum admodum evenire, ut in concedenda pleuaria indulgeutia non injungatur confessio. Atque ut indulgeutiarum consecutio facilior redderetur hoc opus confessionis injunctum quoad tempus illud implendi declaratum esse sufficiens, si ex consuetudine illud quavis hebdomada frequentaretur, ad omnes indulgentias plenarias consequeudas, quae intra hebdomadam occurrerent:*) immo

*) Vd. *Mühlbauer Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. II. p. 394. 399. 401. § 76.*

*) *Ibid. p. 320. b; suppl. t. I. p. 696. n. 2.*

indulgeri quoque pro dioecesibus in quibus Ordinarii id petant, ut easdem indulgentias occurrentes illi consequi valeant, qui confiteri soleant singulis quindecim diebus: vel etiam, ob confessariorum inopiam, ut octo diebus ante festum, qui non consueverint, confiteri utiliter valeant ad consequendam die festo plenariam indulgentiam *)

Dubitari autem non posse, ecclesiam, quae planam facilemque viam sternere voluit ad consequendas plenarias Indulgentias, faciliorem pariter reddere voluisse consecutionem partialium Indulgentiarum, quae et multo frequentiores sunt et propter opera executione facillima, ut jaculatoriae preces.

Inde evenisse praesumendum, ut multiplicatis Indulgentiae plenariae concessionibus injuncta pro ea consequenda manente sacramentali confessione, ejusmodi injunctionem fuisse omissam pro consequendis Indulgentiis partialibus, manente semper dispositione necessario praerequisita status gratiae.

Ejusmodi praesumptionem confirmabat consultor in facto, quod praxis invaluerit apponendi in concessionibus partialibus indulgentiarum clausulam: *in forma ecclesiae consueta*, quae clausula adhuc identidem adhibetur: testabatur enim, se consuluisse varias multasque literas in forma Brevium, ab anno 1600 usque ad annum 1700, in quibus pro Indulgentiis plenariis reperiretur clausula: *vere poenitentes confessi* etc., pro partialibus autem clausula *in forma ecclesiae consueta*, vel etiam nulla clausula. Huic clausulae vel etiam hujus clausulae carentiae alteram successisse: *corde contrito, corde saltem contrito* etc.

Inde conjiciebat satis probabiliter consultor, formulam *corde contrito* nil aliud significare, quam id quod in alia formula exprimebatur, idest: *in forma ecclesiae consueta*, qua significantur consuetae dispositiones ad indulgentiam lucrandam quarum prima est status gratiae, inde intentio lucrandi Indulgentiam, devota recitatio et si quid est aliud hujusmodi.

Atque ex eo confirmabat, quod si actus perfectae contritionis requireretur singulis vicibus ad lucrandam partialem Indulgentiam pro iis, qui jam fuerint in statu gratiae, injungeretur conditio, quae neque pro plenariis Indulgentiis lucrandis injuncta reperitur, quum pro his consequendis non opus sit, ut, impleta sacramentali confessione actus contritionis repetantur pro singulis indulgentiis plenariis consequendis. Ideoque sub hoc aspectu difficilior reddita esset consequutio partialium indulgentiarum.

Quare concludebat, per eam formulam *corde contrito*, *corde saltem contrito*, nihil aliud significari videri, quam primam necessariamque dispositionem ad indulgentiam lucrandam, idest statum gratiae. Quasi vero Pontifex diceret: quamvis ego vos non cogam ad confessionem sacramentalem peragendam, attamen scitote, ejusmodi partialem indulgentiam lucrifieri non posse nisi in gratia Dei comperiamini: ideoque si in hoc statu gratiae non sitis, illum *saltem* curate per contritionis perfectae actum, antequam opus iujunctum peragatis,*) cui indulgentia partialis conjuncta est.

Ex quibus colliges:

I. In iis quae requiruntur ad indulgentias lucrandas aliud esse dispositiones, aliud esse opera injuncta quibus operibus indulgentia adnectitur.

II. Inter dispositiones primum locum habere statum gratiae: non enim indulgentiae remittunt aeternam poenam sed tantum temporalem poenam peccatis debitam in hac vel altera vita luendam: ideoque supponunt graves culpas, si quae fuerint, remissas, atque proinde gratiae statum.

III. In indulgentiis plenariis concedendis solere tamquam injunctum opus praescribi ipsam sacramentalem confessionem, qua omissa non lucraretur indulgentiam, qui in statu gratiae reperiretur, etsi caeteris operibus injunctis faceret satis.

IV. In indulgentiis partialibus concedendis sacramentalem confessionem non solere praescribi: sed e converso passim indicari contritionem cordis.

V. Ejusmodi indicationem vel jussionem non opus injunctum, cui colligatum quoque sit indulgentiae lucrum, significare; sed medium veluti subsidiarum loco sacramentalis confessionis, quae peragi actu non possit, ad statum gratiae obtinendum.

VI. Ideoque formulam *corde saltem contrito* necessitatem indicare prospiciendi, eo modo quo possit gratiae statui, sine quo indulgentiae lucrifieri non possunt.

VII. Quare eam formulam non conditionem, cui tamquam injuncto operi colligetur indulgentia, significare; sed suggerere tantum opportunius medium ad eam consequendam dispositionem, quae semper praerequiritur pro Indulgentiarum lucro.

VIII. Illis ergo, qui jam in statu gratiae reperiantur, opus non esse, ut actum contritionis emittant ad indulgentias lucrandas*).

*) Hic consultor alludit ad Decretum Urbis et Orbis editum die 22. Januarii 1822, vd. Mühlbauer *Decreta auth. S. R. C. t. I. p. 348.* Vd. *Ibid. p. 366. n. 4.*

*) Vd. *Loco cit. suppl. t. II. p. 399. § 73.*

*) Quaeri hic ulterius posset: quid, si in Indulgentiis plenariis lucrandis aliquis satisfecerit sacramentali confessioni tamquam operi injuncto, attamen intra utile tempus pro caeteris conditionibus adimplendis committeret gravem culpam: deberetne necessario sacramentalem confessionem iterare ad consequendam indulgentiam, an satis esset, ut actum perfectae contritionis eliceret?

Respondendum videtur, satis esse, ut actum contritionis eliciat, dummodo inter opera injuncta quibus non satisfecerit non reperiatur sacra communio; quae ex urgentiori ratione sacramentalem confessionem postularet. Ratio autem ex superius dictis descendere videtur: Namque confessioni, ut operi injuncto, satisfactum est; superest tantum ut in statu gratiae peccator se collocet, quem consequi potest per perfectam animi contritionem, votum continentem confessionis sacramentalis quamprimum peragendae.

Haec confirmari videntur per Decretum S. C. in *Mechlinien.* editum die 15. Decembris 1841: Ad dubium enim his verbis conceptum: »Quaeritur, utrum cum in Bulla vel Brevi quo conceditur Indulgentia confessio tamquam conditio *sine qua non* praescribitur, necesse sit, ut sacramentalis absolutio poenitentibus detur ad Indulgentiam lucrandam:« S. Congregatio respondit: *Negative.* Ratio hujus Resolutionis alia esse non potest, quam quod per confessionem satisfactum est operi injuncto, quamquam peccator absolutionem obtinere non potuerit: manet tamen ipsi necessitas consulendi statui gratiae per perfectam animi contritionem, si velit Indulgentiam consequi.

Haec mea opinio invocari tamen certe non posset, quando aliquis generali indulto uteretur confitendi peccata sua ante praescriptum tempus: in his enim indultis conditio adjicitur: *et dummodo nullius letalis culpae post peractam confessionem commissae conscii sint.*

Corona ferrea.

Vd. *Clarus* t. III. p. 1285. n. 3.

Craniotomia.

(Sive occisio infantis in utero.)

Quaestionem de ea utpote non decisam a S. C. C. indigitamus tantum in opere: *Acta s. Sedis* t. VII. p. 285. 460. 516.

Cratis ferrea.

(Monialium.)

Vd. *Locutorium; Clausura; Colloquium.*

Innocentius PP. IV. Abbatissis Ord. s. Damiani.

Volumus, ut in muro, qui sorores dividit a capella, congruentis formae cratis ferrea collocetur, cui crati pannus lineus niger interius taliter apponatur, ut nulla inde valeat exterius aliquid intueri, habeat et ostia lignea ex parte sororum cum seris ferreis atque clavi, ut maneant semper clausa pariter et firmata et non aperiantur, nisi cum divinum celebratur officium vel ad audiendum aliquando verbum Dei, proponendum sibi exterius in capella per idoneam et honestam personam, et nemo alias per dictam cratem loquatur, nisi forte aliquando causa rationabili vel necessaria exigente alicui raro fuerit

concedendum. Et quandocumque aliquam personam extraneam ad eas ingredi vel alias per cratem eis loqui contigerit, tegant facies suas cum modestia et inclinent prout religionis convenit honestati.

Die 6. Aug. 1247.

(Bull. r. t. III. p. 531. Ed. Aug. Taur. 1858).

Pii IV. Approb. regulae ffr. M. Conv. Ord. s. Francisci.

Nulla sanctimonialis accedet ad crates et rotulas aliquam personam aloquutura sine licentia Abbatissae et cum praesentia auditricum, quae in omni monasterio ex antiquioribus discretis de more habeantur; et haec licentia raro et nonnisi ex urgenti causa, atque pro alloquendis parentibus et consanguineis tantum concedatur. Quae vero sine Abbatissae licentia vel sine auditricum praesentia ad crates aut rotulas inventa fuerit, privetur accessu ad eas per menses sex pro qualibet vice.

Super gratibus ferreis sint telae nigrae quae nunquam auferantur, ne moniales a quoquam videri possint, nisi forte a progenitoribus, fratribus et sororibus de licentia Abbatissae.

Dat. Romae die 17. Septbr. 1565.

(Bull. r. t. VII. p. 416 et 417. Ed. Aug. Taur.)

Creditum.

(Fructiferum Clericor. et locorum piorum.)

Vd. t. III. p. 1351. n. 28.

Crimen.

Vd. *Adulterium.*

(Occultum quod est.)

Leges atque doctores illud occultum crimen esse firmant, quod in foro externo ex judiciariis actis minime pateat. Sic *Rota in Tudertina Aliment. 23. Junii 1817 coram Odescalchi* § 7., ibi: »Non prohibetur Episcopus ob causas sibi notas quae in foro externo ex actis judiciariis minime patent suspensionem irrogare«,*) vel illud quod non sit publicum seu notorium vel famosum, quatenus nempe non sit notum saltem 10 personis, *Fagnan. in lib. 3. decret. cap. Vestra, de cohabit. cler. et mulier. n. 113.*, sive illud quod probari non possit quodque plane lateat nec periculum sit ne facile in publicum prodeat. Imo occultum etiam haberi licet commissum sit in praesentia 2 vel 3 testium, quorum dispositione in judicio probari posset, *Van-Espen jus canonic. univers. part 2. tit. 10. cap. 6. n. 18.* addito *Pignatell. consult. canonic. t. 6. consult. 99. n. 9.*

*) Vd. *t. I. p. 643. n. 59.*

Criminosi.

(Sacramentorum administratio per eos.)

Vd. *t. II. p. 60. n. 26.*

Crux.

(Signum jurisdictionis.)

Vd. Mühlbauer: *Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. III. p. 97. n. 12.*

Culcitra funeralis.

(Quae utenda?)

Melevitana.

In Melevitanae Insulae civitate cui nomen *Conspicua* extat parochialis ecclesia ss. Deiparae sine labe conceptae nuncupata.

Ut haec quae sola in tota civitate est animarum curae mancipata in divini cultus augmentum et fidelium aedificationem majori dignitatis praerogativa fulgeret s. m. Pius PP. VII. apostolicis literis tertio Nonas Julii 1822. datis in insignem Collegiatam erexit et 12 Canonicorum necnon sex Dignitatum numero decoravit. Ipsi insuper capitulo uti rectori ac parocho dictae ecclesiae animarum curam per Canonicum Archipresbyterum exercendam concredidit eidemque uti onera omnia ita redditus cunctosque sive certos sive incertos proventus cujuslibet speciei integre addixit. Quum deinde asperitate temporum capitulares praebendae ita fuerint imminutae, ut vix ex earum proventibus possent Canonici propriae sustentationi et decori consulere necessarium visum fuit s. m. Pio VIII. decernere per apostolicas literas nono Cal. Octob. 1836 ut actualis animarum cura quam Archipresbyter gerebat una cum omnibus emolumentis Capitulo adiceretur. Idem quod animarum curam attinet per Capitulares exercendam et jus emolumenta tam certa quam incerta percipiendi sancivit ss. Pontifex feliciter regnans Pius IX. apostolicis literis diei 1. Octobris 1850, inductis tamen nonnullis mutationibus, quas uti a praesenti controversia extraneas hic referre non praestat.

Inter emolumenta quae occasione funerum a parochianis rependi solent illud etiam recensendum, *quod pro usu culcitrae qua cadavera obteguntur sive quo tempore domi asservantur sive dum ad ecclesiam deferuntur persolvitur*, ab iis tamen dumtaxat, qui eadem pro suorum funere uti volunt, quod unius cujusque arbitrio remissum est. Hoc autem emolumentum non parocho sed ecclesiae cedit et lampadis manutentioni inservit, quae diu noctuque coram ss. Sacramento perenniter ardens asservatur.

Contigit autem nuper elapso anno, ut confratres sodalitatis quam vocant ss. Crucifixi in praedicta parochiali ecclesia erectae, recedendo ab antiqua consuetudine deferendi ad ecclesiam sodalium cadavera in feretro detecta, in comitiis diei 10. Aprilis, culcitram funerariam ad usum confratrum et consororum sodalitatis proprio aere conficiendam statuerint; praescripta etiam pecuniaria quota ad hunc effectum tum ab iis qui actu sunt sodalitio adscripti tum ab iis qui inposterum nomen ei dare cuperent persolvenda.

Semel ac sodalitatis ordinatio ad Capitularium aures delata est confestim Melevitanum Archiepiscopum rogatum adierunt, ut prohibitionem sodalibus indiceret, quominus in actum praedictam ordinationem traducerent. Verum per episcopale decretum diei 24. Febr. 1853. Canonicorum instantia rejecta est; qui tamen feliciorem exitum in appellationis gradu sibi praestolantes ad hunc s. O. provocarunt.

Pendente interim appellatione consodales die 25. Sept. elapsi anni in funere cujusdam eorum confratris et parochiani praedictae ecclesiae propria funebri culcitra usi sunt recusantes etiam assuetum emolumentum parochiali ecclesiae persolvere. Subsequenti die 27. Sept. Canonici archiepiscopali curiae instantiam dederunt peteutes declarari appellationem esse in suspensivo, sed contrarium ipsis prodiit curiae decretum die 6. Octobris 1853, in eo siquidem declaratum fuit »appel-

lationem praedictam minime officere in suspensivo«.*) Canonici nihilominus super proposito sodalium facto praemissa in actis curiae protestatione alteram s. O. instantiam dedere in qua rigorosam atteutatorum purgationem expostulant; quam una cum causa super merito EE. VV. judicio dirimendam remisi.

Episcopus qnem informationem et votum uti mos est rogavi haec habet: »Examinata controversia atque perpendens, prorsus deficere in casu praetensam consuetudinem cogendi parochianos ratione necessarii et non voluntarii usus »della coltre« solvere Capitulo vel ecclesiae summam ad id praefixam neque de hac re ullam extare inter sodalitatem et ecclesiam peculiarem conventionem vel expressam vel tacitam, non magis esse parochianos et sodales onerandos existimavi quam synodales constitutiones hujus meae dioecesis praescribunt relate ad jura parochorum occasione funerum . . . hinc non esse admittendam Canonicorum instantiam decrevi.«

Capituli defensor dnbium ad folii calcem exscriptum reformari ac sequens substitui expostulat, nimirum: *An liceat confratribus ss. Crucifixi uti culcitra propria ad tegendum feretrum occasione funeris suorum consodalium utriusque sexus, nullo soluto in id emolumento pro portione canonica eidem ecclesiae parochiali in casu etc.?* Nam in distincto suo libello distribuendo animadvertit ecclesiam non simpliciter de panno aut panni expensa quaestionem habere, sed in eo totam esse ut assueto emolumento a confratribus non expolietur sub praetextu quod hi hodie propriam culcitram habere velint. Quod si sodalitas se promptam exhibuisset eidem parochiali ecclesiae emolumentum persolvere jam praesens causa intersica mansisset. Verum eo ipso quod pecuniariam quotam statuerit pro usu culcitrae a sodalibus persolvendam esse sat compertum suum consilium reddidit, nimirum velle se ecclesiae dispendio lucrum captare. Quod quidem facto suo sodales comprobarunt, dum in recenti consodalis funere propriam adhibendo culcitram assuetum ecclesiae emolumentnm rependere detrectarunt. Hinc quia cansae nodus in hoc ipso emolumento ecclesiae non anferendo proprie consistit, quod nbi in sna resolntione s. C. silentio praeteriret in vacuum prorsus praesens judicium abiret, uuum ab se propositum dubium admittendum esse contendit, in quo scilicet de hujusmodi emolumento ratio habetur.

Principem deinde quaestionem super jure Capituli aggrediens ex vetustissima ac immemorabili observantia rem primo conficit. Ex plurimis enim particulis a parochialibus libris excerptis, in quibus aduotantur iutroitus ex funeribus provenientes, quos audiunt »de Communia seu puucteria«, eviucit hoc emolumentum pro culcitra vulgo bajetta praeter emolumentum fixum parochi personae debitum jam ab anno 1696 ab ecclesia exigi consuevisse et sine interruptione aut querela usque ad 1853 a parochianis fuisse rependitum.

Eamdem vero observantiam etiam quoad parochianos adscriptos laicali confraternitati a ss. Crucifixo obtinuisse comprobat primo pluribus ex dictis particulis, quae funera referunt fidelium in sepulchro sic dicto ss. Crucifixi, quod iis tantum qui de sodalitate sunt patere asserit. Sic in funere cujusdam Fraucisci Pisani 28. Aug. 1813 qui tumulatus refertur nella Carneria del ss. Crocefisso exactum legitur per coltre sc. 1. In altero cujusdam Joseph Carabatti 10. Julii 1837 qui pariter nella Carniera dell ss. Crocifisso tumulatus legitur, inter funerarias expensas refertur: »Coltre di velluto sc. 1.« Hanc demum observantiam quoad praedictos sodales ad proximiora nsque tempora productam fuisse ex attestatione emissa per novem ex conjunctis praedictorum sodalinm defunctorum evincit.

Hisce in facto praehabitis animadvertit in jure exploratum esse observantiam, cujus initium hominum latet memoriam vel solam centenariam*), quae huic aequipolleus est, meliorem de mundo titulum praebere ceu firmavit *Rota decis. 60. n. 7. coram Marco* et in *Praenestina Mutne 23. Martii 1819 § 3. cor. Martines.* Quinimo quadragenariam sufficere addit etiamsi agatur de consnetudine et praescriptione contra ecclesiam inducta, ceu habetur in *cap. Illud autem 8. tit. de praescript.* Cui consonant tradita per *Devoti Jur. can. univ. lib. 1. tis. 4. de consuetudine § 1., Quintan. de jurisd. cap. de mer. imp. n. 26.; Gonsalez comment. decret. lib. 2. tit. 25. cap. 4. n. 3.*

*) Vd. *t. I. p. 583. n. 8.*

*) Vd. *p. 742.*

Hanc vero quadragenariam*) consuetudiuem nedum ad jus ea utentis tuendum, verum etiam ad illud contra legem disciplinarem ecclesiae firmandum valere ceu tradunt *Ferr. Biblioth. can.* verbo: *Consuetudo n. 21., Diana res. 2. §. Sed quid, Gloss. in cap. Cum tanto II.* verbo: *Consuetudo, Layman. lib. I. tract. 4. cap. 24. n. 6. de legibus, Fagnan. Com. in lib. I. decret.*

Sed praeterea addit cum in themate quaestio sit de cousuetudine quae contra jus non est sed juri quam maxime cohaeret ad eam inducendam 10 annorum spatium sufficeret ad monitum *Monacell. Formular. Fori eccl. tit. 19. n. 15., Balb. tract. de praescript. 5. par. quint. principal., Abbas Panormit. de consuetud. col. 7. vers. Quantum vero tempus, Lessius lib. 2. cap. 6. n. 46. de just. vet. jur., Lug. Disput. 7. sect. 6. n. 94., Ferrar.* verbo: *Consuet.* Atqui nedum decenualis sed quadragenaria et centenaria hominumque memoriam excedeus cousuetudo habetur, hiuc perperam omnino sodales eam convellere niti concludit.

Sed posthabita etiam cousuetudine et supposito in sodalitate jure propria culcitra uteudi in funeribus confratrum, emolumentum nihilominus seu portiouem canonicam ex ipsamet culcitra ecclesiae parochiali solvendam esse contendit. De cnnctis enim quae corpus in funere comitantur et fuueri inserviunt quarta funebris sive portio canouica parochiali ecclesiae debetur, juxta dispositionem *textus in cap. Nostra 10. de sepult.* ac docent canonistae omnes ceu *Reiff. Comment. decret. tit. 28, c. 2. de sepult. n. 50, Rodriguez t. 1. q. reg. q. 39. art. 2, Barbosa de offic. et potest. parochi c. 25. n. 44., Engel Juris can. univ. lib. 3. tit. 28. de sepult.* Hisce calculum adjicit H. S. C. resolutio in *causa Mediolanen. Quartae funerariae diei 9. Sept. 1730*, quam refert *Ferrar. in fin. suae biblioth. can., appendix, S. C. C. n. 138.*, in qua dub. V.: *An et quomodo sit facienda divisio caenotaphii, culcitrae et aliorum ornamentorum in eo existentium?* respondit: Divisionem esse faciendam pro medietate.

Id grave deiude praejndicium inquirens, quod ecclesiae obveuiret nbi sodalitati praedictae permitteretur propria uti culcitra non soluto consueto ecclesiae emolumento, animadvertit in eadem parochiali ecclesia existere confraternitates et parochianos omnes mares et feminas uni vel alteri ex hisce sodalitiis addictos esse. Hinc si harum sodalitatum individuis exemptio tribueretur ab assueto funebri emolumento, nemo amplius ex parochianis illud rependeret; sicque exemptio istiusmodi, quae specietenus partialis videretur, re autem vera abolitionem contineret omnimodam parochialis emolumenti. Quod quidem Archiepiscopum ipsum advertisse addit, qui aliis 5 sodalitatibus eamdem veniam implorantibus denegavit mandando nihil innovari; cujus rejectionis ratio non alia esse videtur quam ea, quae in curiae relatione continetur: per impedire qualunque pratica, ché sul sogetto potrebbe introdursi da ridondare in pregiudizio degl'interessi della chiesa. Haec autem quum eadem sit relate ad sodalitatem ss. Crucifixi eo magis necessitas patet revocandi decretum de quo in themate, ne scilicet excitentur inter sodalitates aemulationes, invidiae, scandala, quae a populo praesertim qui acatholico subditus est regimini amovenda sunt.

Contraria deiude argumenta refutare studens nihil obesse existimat statuti cleri romani dispositionem quae prohibet aliquid exigere pro culcitra seu panno feretri; nam praeterquamquod lex localis est, quae Romae tantum suas exserit vires, addit hoc antiquum statutum per subsequentes additiones seu declarationes interjectas moderatum fuisse ut videre est in ejus editione facta die 5. Aprilis 1707, adprobante ss. Pontifice Clemente XI., ex mandato Cardinalis Carpinei tunc Urbis Vicarii, qui observari jussit approbatas a Sanctitate Sua vivae vocis oraculo omnes additiones seu declarationes interjectas necnon taxationem cum ordinationibus nounullis vulgari sermone conscriptis; at ubi loquitur della porzione canonica et siguanter della coltre, praemissa taxa solvenda pro viris in aliqua ecclesiastica vel civili diguitate constitutis, pro quacumque alia persona non titolata: dummodo velit nti ornata culcitra funebri, jussnm, ecclesiae parochiali solvi romana scuta 5. Hocque confirmari addit rejudicata Vicesgerentis Urbis Riualdi relata in antedicta editione romana, in qua definitum extitit pro parochis Urbis contra fratres Aracoeli: dictos fratres teneri praestare et consignare parochis ecclesiarum Urbis . . . medietatem culcitrarum et aliarum qnarumque rerum quae occasione fu-

*) Vd. *Consuetudo.*

neris ecclesiis debentur et respective in feretro defernntur, seu medietatem eorum pretii et valoris aut alterius summae concordatae. Quae sententia plenissime confirmata fuit a Congregatione trium Em. Cardinalium a s. m. Innocentio X. deputata, uti constat ex appendice cit. statuti pag. 94. 95.

Perperam etiam objici, consuetudinem nempe ecclesiae Conspicuanae exigendi hujusmodi emolumentum non afficere sodalitatem ss. Crucifixi, quia haec nihil unquam solvit, utpote quae ex instituto culcitram numquam praebuit suis consodalibus. Non solvebat enim sodalitas quia culcitra non utebatur; quum autem inpraesens ea uti velit, consequens est ut solvat.

Neque difficultatem facessere, nimirum parocho seu Vicario curato ex taxa synodali nihil aliud debere pro suo labore nisi tarenos 14 sive romanos obolos 42. Alius enim inquit est parochi labor ut se ipsum alat, alia vero sunt ecclesiae seu sacrarii emolumenta, ut ecclesia ipsa et divinus cultus servetur, cui ex ipsius ecclesiae certis incertisque redditibus consulendum. Dum autem synodus pro parochi labore tarenos 14 adsignavit, non abstulit ecclesiae sua emolumenta, quinimo ea aperte servavit.

Quod si dubium in hac re superesse posset, observantia illud dirimi, post editam synodum, in tota Melevitana dioecesi et praesertim in civitate conspicua vigens ceu constat ex attestatione officialis curiae archiepiscopalis et revisoris computorum parochialium aliorumque 2 sacerdotum, qui Vicariorum munere functi sunt in eadem parochiali ecclesia conspicua: qui unanimiter testantur praeter emolumentum parocho debitum consuevisse exigi favore di detta chiesa altro emolumento proveniente dall'uso di coltre destinata per le funzioni funebri.

An illud demum quod addunt sodales confraternitati scilicet presbyterorum simplicium gratuito ecclesiam in eorum funere culcitram praebere, animadvertit, hoc nedum nihil prodesse praedictae sodalitati, sed potius in eam retorqueri. Ex attestatione siquidem Canonici Poenitentiarii et Canonici Theologi dictae collegialis ecclesiae constat gratuito praestari nedum culcitram, sed et il suona di campane in occasione della morte dei sacerdoti alla medesima addetti in ricompensa del servizio in vita sua prestato alla popolazione. Ex hoc autem magis magisque evincere satagit jus ecclesiae certissimum exigendi a cunctis indistincte culcitrae emolumentum, statim ac ut a solutione exciperentur sacerdotes sodales, oportuerit adesse correspectivum in ecclesiastico servitio a sacerdotibus ipsis parochiali ecclesiae praestito. Quamobrem cum simile correspectivum quoad laicos consodales non militet, concludendum, exceptionem a regula eisdem non competere, ac teneri proinde, uti ceteri parochiani, emolumentum pro culcitra exsolvere.

Super attentatis deinde in separato libello edisserens statuit, quidquid post appellationem innovatum facto est, revocandum et delendum a judicibus appellationis, tam ex civilis quam ex canonici juris dispositione, *arg. textus in cap. Non solum 7. de apellat. decretal. lib. 6.* Quibus consonant quae habentur in *cap. Ex parte 12. vers. Mandamus de rescriptis* et *in cap. Super quaestionum 27. §. final. de offic. et potest. jud.* et in *cap. Exhibita 19. circa finem de judiciis.* Cum autem constet appellationem a Capitulo fuisse interpositam ab archiepiscopali decreto die 1. Martii 1853 eaque pendente die nempe 25. Sept. prima vice sodales propria usos fuisse culcitra nullum idcirco de attentatis suppresse posse dubium.

Quo vero rigorosae earum purgationi locum esse evincat, animadvertit, duplicis esse generis Attentata,*) alia juris, alia facti. Attentata *juris* leviora sunt, uti quum quis contra inhibitionem altum aliquem judicialem transmittit, et in hoc casu res ad mera verba cohibetur. Attentata vero *facti* graviora sunt: continent enim judicum appellationis contemptum, quia non expectato eorum judicio litigans proprio marte ac facto causam ipse resolvit. In themate autem attentatum facti perpatratum a sodalibus manifestum esse affirmat, ex eo quod ecclesiam invito parocho ingressi cum propria culcitra solutionem assueti emolumenti detrectarunt. At in Attentatis facti locum esse purgationi rigorosae patet ex s. *Rota in Eugubina Attentatorum 11. Febr. 1848 § 9. coram me edita.* Hinc nedum cogendos sodales ad solvendum assuetum ecclesiae emolumentum et expensas omnes etiam extrajudiciales, sed etiam poena plectendos esse concludit.

Aliter tamen edisserit ven. sodalitatis defensor. Petitam inprimis dubii reformationem denegandam esse contendit. Non enim in themate quaestionem vertari animadvertit super emolumentis, sed super privativo jure praebendi culcitram. Dubium sane ex actoris petitione et sententia judicis hauriendum esse ait: quum autem tam in Canonicorum libello archiepiscopali curiae porrecto quam in Ordinarii decreto nulla de emolumentis mentio fiat sed tantummodo de culcitrae usu hinc abs re prorsus esset eam in appellationis gradu ingerere. Ceterum ubi etiam placeret Canonicis praesentem controversiam ad emolumenta pertrahere nec ideo tamen dubii formulam ad folii calcem exscriptam reformandam esse censet, cum haec emolumentorum etiam quaestioni recipiendae apta sit.

*) Vd. *t. I. p. 590.*

Post haec ad causae meritum accedens primo de privativo jure subministrandi culcitram quod sibi vindicant Canonici, secundo de emolumentorum perceptione disquisitionem aggreditur. Quoad primam partem paucis se expedit. Jus prohibitivum inquit cum alienae libertati obsistat vel a lege vel a concessione superioris vel consuetudine oriri debet, secus enim nihil aliud est quam abusus atque arbitrium cum aliena jactura. Neutrum autem adversariis suffragari autumat. Non lex: haec enim mandat quidem paroeciis ut propriam culcitram habeant, sed concedit etiam heredibus veniam ut defunctorum cadavera culcitra nobiliori propriis sumptibus exponant, ceu cautum in statuto cleri romani § 30. pag. 67. Et quoad sodalitia parochorum Urbis attestationem affert ex qua constat pene omnes confraternitates propriam culcitram habere eaque uti nedum in funere sodalium, sed etiam extraneorum. Idem autem jus etiam in Melevetana insula vigere probat tum quoad privatos tum quoad sodalitates; quoad privatos quinque civium ipsius civitatis Conspicuae testimonio nititur qui uno ore deponunt: »Nelle occorrenze di morte accadnta nelle nostre famiglie ci siamo serviti della propria coltre, e non già di quella della Chiesa«, quoad sodalitates exemplum adducit tum Urbis metropolitanae tum aliarum civitatum. Ex quibus concludit unam esse legem, unam praxim, unam consuetudinem tum Romae tum Melitae; liberum videlicet omnibus esse propriis sumptibus culcitram comparare.

Ad alteram deinde quaestionis partem super praetensa a Capitulo emolumenta quod attinet, recolit inprimis quae in cit. stat. cleri romani habentur: »Quo vero ad culcitram curent parochi retinere pannum feretri et culcitram decentem pro deferendis cadaveribus defunctorum et pro illis nihil exigere praesumant«. Neque ab hoc dissentire affirmat Melevitanae synodi praescriptum: haec enim parochis mandat ne pro exequiis et funeraria supellectile quidquam exigant praeter tarenos quatuordecim: taxam deinde constituens pro usu pluvialis et dalmaticarum quoad culcitram nec volam nec verbum habet.

Quia tamen Canonici jus ad emolumentum pro culcitra exigendum consuetudine depromunt, in hac labefactanda praecipue adlaborat. Atque ad rem adnotat, observantiam exigendi emolumentum pro culcitra non altius esse repetendam quam ab anno 1823 quo Canonici culcitram pro funeribus instruendam curarunt: ea enim vulgo bajetta nuncupata non in funeribus atque ordinariis exequiis sed in celebratione anniversariorum atque in solemni aliquo ejusmodi ritu dumtaxat adhibeatur. Exploratum siquidem esse ait aliam culcitram eodem tempore in usu omnium fuisse quoad funera; eam vero non ecclesia sed quaestores Aerarii, ad suffragia defunctorum instuti, comparaverant. Sed quum inpraesens non cum administratione illa, sed cum Capitulo disceptetur, unum propterea expendere licere in themate, primo utrum favore Capituli consuetudo inducta sit, deinde, etsi consuetudo pro Capitulo inciperet 1823, utrum prohibitiva dici posset et ven. sodalitium afficeret.

Hanc autem observantiam deesse in themate probat attestatione Canonici Schembri, qui cum 15 annorum spatio Vicarii curati munere in parochiali ecclesia civitatis Conspicuae functus sit, testatur, nullum emolumentum pro usu culcitrae unquam ab se receptum fuisse.

Sed admissa etiam observantia hanc nullatenus ad sodalitatem extendi posse affirmat, nisi evinceretur a Canonicis, adversus sodalitatem speciatim hoc jus per consuetudinem quaesitum fuisse. Tralatitii enim juris est consuetudinem haud extendi a communitate in communitatem vel a casu ad casum,*) ceu tradunt *Schmalzgrueber jus eccles. univ. pag. 1. lit. 4. § 18, Huth. jus can. lib. tit. 4. 9. 11.*

Hoc autem eo magis in themate locum habere, quia agitur de jure prohibitivo, in

*) Vd. *p. 744. n. 12.*

quo ut observantia vim obligandi inducat in actibus negativis, in contradictione, in effectu prohibitionis versari deberet, *s. Rota in decis. 239 coram Ratto § 12.* Quapropter Canonici evincere deberent, quod alii voluerint uti culcitra propria, et nihilominus coacti fuerint emolumentum persolvere atque tempore ad praescribendum utili coactioni acquieverint: quod tamen non probant.

Agens denique in separato libello de praetensa attentatorum purgatione praeponit, Archiepiscopum non absolute appellationem admisisse, sed juxta causae naturam, eo scilicet modo quo in disciplinari materia fieri solet, quod, juxta ipsum, implicat, ut appellatio servetur in devolutivo tantum. Ceterum omnis dubitatio amota est, ex quo Canonici post appellationis introductionem vadimonium sodalitati coram Ordinario dederunt ad dicendum quare appellatio non esset in suspensivo servanda; quae Canonicorum instantia per Episcopi decretum rejecta est hisce verbis: »Declaravit appellationem praedictam minime afficere in suspensivo ac ideo absque praejudicio appellationis a Canonicis ut supra interpositae decretum praedictum Emi ei Rmi Domini esse exequendum juxta ejus tenorem. Quum propterea Canonici agnoverint ab archiepiscopali curia appellationem in suspensivo haud fuisse admissam, perperam, inquit, coram s. H. O. super attentatis eos detulisse querelam. Quin opponi valeat, hujusmodi decretum appellationis judicibus esse reservatum nimirum H. s. O. Potest enim, juxta ipsum, etiam judex a quo nonnullis in casibus, ubi prudentia exigat, sententiam, appellatione non obstante, executioni committere.

Ceterum quaestionem hanc otiosam esse censet, cum de bono jure constet. Salutaris enim jurisprudentia attentatorum quaestionem (nisi appertissime dolus vel fraudes vel aemulatio judicii severitatem mereantur) semper ex bono jure dimetitur, ceu tradit *Rota decis. 216. 7. coram Ansaldo, decis. 425. coram Riminaldo 9., Decis. 115 § 2 coram Pianetti.*

Haec vero quae hic breviter disputata sunt fuso calamo exposita recolent EE. PP. in allegationibus distribuendis.

D u b i a:

I. *An et quomodo decretum curiae Archiepiscopalis diei 24. Febr. 1853 sit confirmandum vel infirmandum in casu?*

II. *An sit locus rigorosae purgationi attentatorum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Dilata et coadjuventur probationes praesertim super consuetudine.

Ad II.: Dilata.

Die 18. Febr. 1854.

Continuatio Melevitana.

Quandoquidem vero ex parte Capituli nonnulla exemplaria in praeterito summario relata essent, ex originalibus libris parochialibus *Communiae* nuncupatis, uti asserebatur, excerpta, ut exinceretur consuetudo exigendi taxam a parochianis omnibus pro usu culcitrae mortuariae, sodales supplici oblato libello facultatem praedictos inspiciendi libros instituendique inter eos et producta exemplaria comparationem impetrarunt.

Qua ratione id peractum sit, quid ex instituto examine et comparatione compertum fuerit, refert in suis postremis literis Archiepiscopus: »Exhibitis in cancellaria hujus curiae libris et concordia inter partes pluries commendata et summopere exoptata minime sequuta, decreto diei 17. Octobris 1852 dies 20. ejusdem mensis ac subsequentis, prout necessitas postularet, statuti fuerunt, fuit sacerdos I. U. D. Michael Angelus Mifsud deputatus ad praedictam demandatam comparationem, cum citatione partium et assistentia curiae cancellarii, faciendam. Quo expleto examine extractum ex Communiae libris in solutionibus pro usu ecclesiae cum originalibus disconvenire compertum fuit. Sed quod magis refert in casu, ingens sane est mortuorum numerus, in quorum funeribus culcitram mortuariam minime suppeditavit ecclesia. Defuncti enim omnes a tempore in summario Capituli n. 1. et 5. designato usque ad annum 1837 numerum 22, 229 conficiunt, ut ex notula Vicarii curati illius parochiae, in qua mortui cujuslibet anni recensentur, dignoscitur, ex quibus subductis n. 340 circiter qui in summario n. 1 et 5. adnotantur, pro reliquo defunctorum numero 21, 891 adhibita minime fuit funebris culcitra. Hoc sane adversatur universali atque constanti biscentum abhinc annis et ultra ut asserunt Canonici observantiae, indistincte exigendi a parochianis emolumentum pro usu culcitrae.«

Interea nuper Capituli etiam procurator institit, ut sibi sodalitii libros inspicere liceret; quae tamen petitio, cum inspectionis necessitas non appareret, neve causae propositio, quam instanter sodalitii procurator urgebat, diutius differretur, pro interim admissa non est. An vero excipienda sit decernent EE. VV.

Defensor sodalitii praemonet dno ab adversario Capitulo demonstranda esse ut suam quoad princeps causae meritum intentionem probet; (quae in eo est, non ut vetitus sit sodalitio propriae culcitrae usus, sed ut etiam in usu propriae culcitrae emolumentum praestare debeat) primum scilicet, quod quoties paroecialis culcitra adhibita fuit emolumentum in jure solvendum in facto semper solutum fuerit. Alterum, id obtinere nedum affirmativa observantia, cum culcitra nempe paroecialis adhiberetur, verum etiam prohibitiva seu privativa cum propriam aliquis adhiberet.

Atqui neutrum probare posse Capitulum. Ad affirmativam enim quod attinet praxim exigendi emolumentum ob usum culcitrae prarochialis, non suffragari Capitulo nec jus commune juxta sententiam *Caraccia de quarta funeraria cap. 3.* nec locale statutum seu legem synodalem, quam maxime hac in materia faciendam docet *Van-Espen Jus eccles. univ. part. 2. sect. 4. tit. 7. de sepulturis n. 36*, siquidem in Melevitana synodo nihil de culcitrae emolumento traditur, nec denique consuetudinem.

Constat enim inquit ex 22, 229 qui juxta tempus in contrario summario praefinitum decesserunt, emolumentum pro culcitra perceptum fuisse in funere 340 tantum, quibus si lubet addi possunt alii 1048 quorum partitae per extensum ab adversariis relatae non sunt, quamvis in pluribus de culcitra taxative nihil appareat. Constat hujusmodi emolumentum seu taxam non unam eandemque pro omnibus sed variam fuisse ac incertam ex tareno usque ad argenteos nummos quinque monetae Meliten. Constat nihilominus omnia defunctorum cadavera sodalium exceptis in civitate Conspicua aliquo pallio obvoluta efferri semper consuevisse. Quamobrem arguit nedum non probari favore Capituli consuetudinem, quae non constituitur nisi ex actuum frequentia iisque a pluribus et uniformiter exercitis, s. *Rota cor. Gregor. dec. 54. n. 3., dec. 290 n. 30 coram Bichio, Piton. discept. eccles. 131. 25, Schmalzgrueb. jus eccl. univ. part. 1. tit. 4. n. 1.*, sed contrariam imo induci, cum in tanto decedentium numero pro tam paucis emolumentum persolutum sit, quamvis pro omnibus culcitra semper adhibita fuerit, sive paroecialis, sive quod casui congruit propria vel aliena.

At vero etsi haec rarissima exempla consuetudinem affirmativam pro utentibus scilicet paroeciali culcitra constituerent, nihil proficere adversarios nisi prohibitivam seu privativam etiam consuetudinem probaverint contra non utentes nimirum paroeciali culcitra, in quo quaestio est; quod tamen non praestant. Tralatitii enim juris est in prohibitiva consuetudine requiri ut nolentes uti fuerint prohibiti et per tempus habile ad praescribendum prohibitioni acquieverint, *s. Rota in dec. 239. § 12. coram Ratto, dec. 20. n. 10. coram Riminaldo.*

Sed nedum in negativa demonstranda adversarios deficere sed hujusmodi consuetudinem adversus utentes culcitra propria vel extra paroeciam numquam extitisse testimoniis etiam prolatis conficit defensor; primo nimirum Archiepiscopi, qui in iis quae facti sunt omnium consultissimus ac prudentissimus praesumitur in universa dioecesi, teste *s. Rota in dec. 939. n. 17. coram Molines*, quique hanc non extare consuetudinem alias testatus est. Rescriptum autem ut nihil innovaretur ad petitionem aliorum sodalitatum propriam habendi culcitram ab eo latum, provisionis tantum hac pendente lite, non definitivi decreti rationem habere, ex ipsius rescripti tenore argnit; ut falso exinde supponat ex adverso, Archiepiscopum contra proprium egisse testimonium ac facti veluti poenitentem idem quod pro sodalibus ss. Crucifixi judicium tulerat pronunciare detrectasse. Deinde testimonio Conspicuanorum civium ac praesertim Pii Gaucci commnnire, qui pariter deponunt plurium occasione funernm extraneas culcitras fuisse adhibitas, quin ullum ecclesiae emolumentum persolutum fuerit.

Nec profecto mirum in tam parva Urbe tot culcitras in promptu esse, ubi in more est nt coelibes omnes utrinsque sexus rubram culcitram, quae fere semper ex lectulo deducitur, adhibeant. Haec autem confirmat ex praxi in universa dioecesi vigenti quae ceterum ubique, hic etiam Romae in usu est, ceu curionum Urbis testimonia evincunt.

Post haec perperam ad causae definitionem remorandam adversarios insistere ut

ipsis etiam liceat codices sodalitii expendere, quo probeut, sodales etiam aliquando culcitra paroeciali usos fuisse ac emolumentum parocho erogasse. Supervacaneam euim ac odiosam quamlibet censet hac desuper re iuvestigationem defensor, ex quo absque ullo causae detrimento fas sibi putet admittere 13 solutiones in parochialibus libris adnotatas, sodalitium peregisse, pro quibus confirmandis librorum sodalitii iuspectio postulatur. Paucis enim hujusmodi solutionibus admissis haud consuetudiuis probatio haberetur, quae imo exclusa maneret, cum iu tanto sodalium numero qui duobus et ultra saeculis decessere pro 13 tantum emolumentum persolutum sit.

Ex quo etiam demonstrat defeusor quam futilis sit altera exceptio de damuo, quod obventurum parochiali ecclesiae lamentatur Capitulum, ubi facultatem propria utendi culcitra emolumento non soluto sodalitium habeat. Valde imo exiguum ac prorsus posthabendum jactatum fore damnum perpendit, quamvis ceteris sodalitiis haec eadem daretur facultas, ex parvo numero arguit solutiouum quae uti supra osteusum est in urbe universa duobus saeculis peractae sunt quaeque fere nullum quolibet anno emolumeutum ducta computatione constituunt.

Quoad attentatorum querelam ad ea se refert defensor quae in prima propositione disseruit.

Qui Capituli partes agit admonet in antecessum illegalem prorsus habeudam esse factam librorum parochialium inspectionem utpote quae locum habuit sine caucellarii curiae ceu in episcopali decreto cautum fuerat. Hinc erratum in iuspectione fuisse in eo quod illas dumtaxat partitas ad numerum 340 notavit inspector quae in praeterito summario per integrum relatae habeantur, ceteris neglectis ad numerum 1048, quae brevitatis gratia omissae fuerant. Errasse pariter in sua relatioue inspectorem cum asseruit quod etiam advertit Archiepiscopus extractum Capituli cum Communiae libris non convenire in solutionibus. Errores enim quoad quantitatem solutionum irrepsisse tantum monet in impressione summarii Romae facta, non vero in Capituli extracto, quod apud acta asservatur. Ceterum ut haec clarius pateant quatenus s. Congregationi videbitur rogat, ut libros parochiales Romam transferri demandetur novae iuspectioni subjiciendos.

Multa post haec animadverteuda propouit quoad uovam Archiepiscopi relatiouem ac praesertim quoad disparitatem, quae in ea notatur, inter numerum defunctorum pro quibus culcitra adhibita est et aliorum quorum conjuncti ea usi nou sunt. Nullam siquidem difficultatem id facessere osteudit perpendens ex iutegro defuuctorum numero, praeter 1388 pro quibus emolumeutum solutum est, detrahendos esse iufautes, qui tertiam defunctorum partem experientia teste coustituunt, sodales novem sodalitatum Conspicuae extantium, sacerdotes et clericos quorum omnium cadavera detecta efferri consuevere, demum insignes ecclesiae beuefactores, quibus solutio pro culcitra condouari assolet; atque ita evauescere eorum numerum de quibus nulla pro culcitra solutio adnotata est.

Ad causae meritum quod attiuet, probat, in jure deberi ecclesiae parochiali emolumeutum etiam de culcitra, quoties haec in funere adhibeatur, utpote in portioue cauouica seu quarta funebri comprehensa, juxta dispositionem *textus in Extravag. Commun. de privil. cap. 1. v. de funeralibus, cap. In nostra 10. de sepultur.* et doctrinam hujus s. Congregatiouis in *Mediolanen. Quartae funerariae 19. Augusti 1730 ad V. dub.* et cauonistarum omnium, *Antonelli de Regim. eccl. lib. 1. cap. 13. de Quarta funerali n. 1. et seq., Amostazo de causis piis lib. 6. cap. 4., Reiff. lib. 3. tit. 28. de sepultur. n. 49., De Luca disc. 1. de Regular. n. 57.* aliorumque quos plena manu allegat, coutra quos uuius Caraccia ex adverso citata auctoritas nullius ponderis habenda est. Quamobrem, nisi adversarii probent privilegium exemptionis aut contrariam cousuetudiuem legitime praescriptam iutegrum esse paroeciali ecclesiae, quae intentiouem habet fuudatam in jure, emolumeutum pro culcitra funeraria quoties adhibita sit exigendi, ceu in simili casu arguit *s. Rota in Romana Jurium parochialium dec. 545. n. 3. coram Olivatio.*

Jam vero nec privilegium exhiberi a sodalitio nec consuetudiuem legitime praescriptam probari. Exploratum enim est, ad praescribendum contra jus exemptiouem a quarta ex jure debita requiri aut quadragenariam cum titulo aut cousuetudiuem immemorabilem, *Molin. de just. et jure tract. 2. disp. 215. de quarta funeralium lit. D.* Porro nedum non eviuci a sodalitio sese cum titulo per annos 40 ante litem vel ab immemorabili usum fuisse culcitra iu suorum funere

et nihil de ea ecclesiae paroeciali solvisse; sed nec demoustrari posse, cum nunquam ante hujus litis exordium culcitra funebri usum fuerit, ut adeo deficiat possessiouis seu quasi extremum ad praescriptiouem necessarium, *leg. 25. ff. de usucap.*

E contra probari favore parochialis ecclesiae consuetudiuem nou solum 10 annorum qui ad consuetudinem secundum jus aut etiam favore ecclesiae praeter jus inducendam sufficereut, *Reiff. in decret. lib. 1. tit. 4. de consuetud. n. 90.* et in terminis *Quartae funebris, s. Rota in dec. 676. n. 8. part. 2. rec.* et in *dec. 86. n. 3. coram Olivatio*, sed imo immemorabilem, de qua fidem faciunt plurimi annosi ac probatissimi testes; ex quorum testimouiis depreheuditur etiam emolumeutum uti jure debitum et non per modum eleemosyuae varium semper persolutum fuisse juxta qualitatem culcitrae, quae pro conditione personarum adhiberi assolet; in quo quidem diversitatis emolumenti rati reponenda est. Quibus nova documeuta accedunt, scilicet rationes redditae a procuratoribus ecclesiae ab anno 1793 ad aunum 1873, quae ceteris jam productis mouumentis adjecta bis saecularem ac immemorabilem cousuetudinem in casu reviucunt; quam in ceteris etiam Melitae paroeciis vigere 11 Insulae parochi testantur, eamque Ordinarii vel ipsi decretis suis comprobaruut, cum auctorarint ecclesiae oecouomum procuratorem della ven. Lampada ut renovaret culcitram funerariam, colla quale si usa coprire la Bra per portare i morti, de more vetustissimo ecclesiae.

Quae cum ita sint extra rem proferri doctrinam, quod ad praescribeudum facultativos actus praeire debeat coutradictio et successiva acquiescentia,

I. quia emolumentum quod exsolvitur pro fuueraria culcitra, ex praemissis, non facultativum sed debitum ex justitia est a parochianis,

II. quia consuetudo immemorabilis qua se tuetur Capitulum in linea praesumptiva vim suam ac potestatem exserit, etiamsi scientiae, contradictionis et aquiescentiae probationes deficiant, quae quidem omnia praestat per se immemorabilis consuetudo in linea praesumptiva proposita, ceu docet *s. Rota in Imolen. Decimarum 6. Maji 1780 § 8* et iu *Confirmatoria 15. Julii 1781 § 9. cor. Litta.* Siquidem actus facultativi ab immemorabili exerciti ac repetiti in re onerosa non ex voluntate sed ex debito ac necessitate promanantes praesumuutur, uti eadem s. Rota perpendit *dec. 397. part. 2. n. 3. recent.* et *Felin. in Decret. cap. Cum M. Ferrariensis de const. n. 7*, eo magis in casu, quo loco donatiouis quae non praesumitur adest causa solutionis in jure praecipiente quartae solutionem, unde facultativi actus exulaut, *Menoch. de arb. Jud. cas. 160 n. 30.* de quo exempla suppeditat *Fagnan. in Decretal. de Off. et pot. Ordin. cap. inter cetera 15. n. 31.* Postremo quia versamur in consuetudiue affirmativa, quae consistit in actibus ab immemorabili repetitis, minime autem iu uegativa, in qua tantum doctrina de coutradictione et subsecuta acquiescientia locum habet.

Quoad testes in praeterita propositione ab adversariis inductos monet horum neminem asseruisse quempiam funeream culcitram sive ecclesia sive aliunde quaesitam adhibuisse quiu emolumentum rependerit, sed hoc quod nimirum iu suorum funere propria non ecclesiae culcitra usi fuerint, in quo coutroversia non est. Ad Gauccium vero aliter testantem quod spectat animadvertit eum non explicare qui fuerint, quos emolumeutum non solvisse ait, quandoquidem notum est. Benefactoribus, clericis ac presbyteris ecclesiae addictis emolumeutum condonari suevisse, quod ipsum et Gauccius occasione funeris matris suae fatetur. Falsitatis deinde ejus testimonium redarguit, cum constet toto tempore quo ipse oeconomi »Communiere« officio functus est, in 118 fueribus emolumentum fuisse persolutum ecclesiae; et unica tantum vice benefactrici Mariae Antoniae Seychel condonatum.

Quoad alterum dubium nihil novi addit Capituli defeusor.

Haec vero fuse in allegationibus distribueudis exposita habent EE. PP. quibus iterum resolvenda proponuntur

D u b i a :

I. *An et quomodo decretum curiae archiepiscopalis dici 24. Febr. 1853 sit confirmandum vel infirmandum in casu?*

II. *An sit locus rigorosae purgationi attentatorum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: *Affirmative ad I. partem, negative ad II. salvis juribus paroeciae ad for-*

mam ss. canonum et consuetudinis pro emolumento ab Episcopo de bono aequo praefiniendo.

Ad II.: Negative.

Die 7. Julii 1855.

Cont. Melevitana.

Contra modum in primi dubii resolutione adjectum iterum audiri continuo impetravit procurator sodalitii ss. Crucifixi, ac interea tamen non omiserunt convenire partes ut res amice componeretur sed propositiones non convenerunt. Quamobrem ut quaestio aliquando tandem peremptoria resolutione absolveretnr, institit parochialis ecclesiae ejusque Capituli procnrator pro nova propositione quae ad hodierna comitia amandata est.

Sodalitii procurator monitus nihil exhibuit et ex parte tantnm Capitnli allegatio distribuitur in qua iis revocatis ac ordine digestis rationum momentis quae in postrema causae propositione exposita fnere quaeqne in praeteritis foliis ab EE. VV. benigne recolendis breviter attigi, id nunc postnlat ut pars canonica pro culcitra funeraria in ea, quantitate a sodalibus rependenda statuatnr, quam ipsi sodales adamussim praefinierunt quando propria culcitra utuntur quae respondent juliis novem monetae romanae. Jam enim inde ab anno 1853 cum sodales culcitram ad proprium usum emere ac retinere deliberarunt, conventum ab iisdem fuit, quod expensa novae culcitrae infra tres menses per contributum ab unoquoque confratre persolveretur. Itaque juri omnino consentaneum putat orator juxta hanc rationem taxari portionem canonicam pro culcitra ecclesiae paroeciali debitam et a sodalibns solvendam, ex textu in *Leg. 1. ff. Quod quisque jur. in all.* scilicet, nt quod ipse quis in alterius persona aeqnum esse credidit, id in ipsius persona valere patiatur. Culcitra siquidem sodalitii nobilior est cnnctis illis quas ecclesia paroecialis retinet, quae nti nunc primum in nsum inducta est, ita nnnc primnm taxanda, eamqne reapse sodalitinm ipsum taxavit.

Prorsus vero spernendnm quod ex hac contributionis summa aliquid detrahendum sit ratione habita ad consumptionem culcitrae quae identidem renovari debet, quippe cum id minimnm sit, cnrari nec expedit. Ceterum hac in re jndicio s. Congregationis Capitnlnm acqniescere se profitetur, nt cansa haec qnod maxime cnpit absqne ulterioribus jndiciis expensisqne dirempta maneat.

Quoad purgationem attentatorum nulla amplins sit qnaestio a Capituli procuratore. Relignum igitur est, nt definiatnr nnicnm quod proponitur

Dubinm:

An sit standum vel recedendum a decisis in I. dubio in casu?

S. C. resp.:

In decisis et amplins.

Die 23. Maji 1857.

Cultura agrorum etc.

(Clericis licita.)

Vd. *Clericus* (agros etc. t. III. p. 1287.; negotiator, decr.: *Tricaricen* t. III. p. 1338.)

Cultus disparitas.

(Impedimentum.)

Ad dub.: I. An Calvinistae et Lutherani in illis partibus degentes, quorum baptisma dubium et suspectum est, infideles habendi sint, ita nt inter eos et catholicos disparitatis cultns impedimentum dirimens adesse censeatur?

Feria IV. die 17. Novembris 1830.

In Congregatione generali s. Romanae et Universalis Inquisitionis in conventu s. Mariae supra Minervam, coram Emin. et Rever. DD. s. Rom. Ecclesiae Cardinalibus, proposito suprascripto dubio, iidem Emin. et Rever. DD. anditis DD. consnltorum suffragiis decreverunt respondendnm:

1. Quoad haereticos, qnorum sectae Ritualia praescribunt collationem baptismi absqne necessario nsn materiae et formae essentialis, debet examinari casns particnlaris.

2. Quoad alios, qni juxta eornm Ritualia baptizant valide, validum censendum est baptisma. Quod si dubium persistat, etiam in primo casu, censendnm est validum baptisma in ordine ad validitatem matrimonii.

3. Si autem certe cognoscatur nullum baptisma ex cousnetndine actuali illius sectae, nullum est matrimoninm.

Eadem die et feria Sanctissimus D. N. Gregorius divina providentia PP. XVI. in solita audientia R. P. Assessori s. Officii impertita resolutionem praedictam ab Eminentissimis datam approbavit.

ANGELUS ARGENTI,
s. Rom. et Univ. Inquis. Notarius.

II. Vir quidam protestans Anglicanae ecclesiae vult amplecti catholicam religionem. In Anglia matrimonium fecit cum muliere, quae ad sectam Anabaptistarum pertinebat, et qnae, prout ipse affirmat, nunquam baptizata fuit. Qnum vir ipse baptismnm a ministro protestante Anglicano receperit de validitate ejns proprii baptismatis ratio quoque gravis dubitandi existit. Propter jurgia continua mnlierem Anabaptistam vir praefatus deseruit venitque N., nbi matrimoninm iterum fecit, sed cum muliere Lutherana. Quaenam ex istis mnlieribus tanquam ejus nxor vera haberi debet?

Feria IV. die 20. Julii 1840.

Sanctissimns D. N. Gregorius divina providentia PP. XVI. in solita audientia R. P. Assessori S. Officii impertita, andita relatione suprascripti dubii nna cum Emin. et Rever. DD. Cardinalinm Generalium Inquisitorum suffragiis rescribi mandavit, quod dummodo constet de non collatione baptismi mulieris Anabaptistae, primum matrimonium fuisse nullum; secundnm vero, dnmmodo nullum alind obstet impedimentum, fuisse validum. Ad dubinm autem validitatis baptismi viri standum esse decreto feriae IV. 17. Novembris 1830, nempe, etc. Ut Supra.

ANGELUS ARGENTI,
s. Rom. et Univ. Inquis. Notarius.

Cultus divinus.

(Observatio.)

Vd. *t. II. p. 452.* const. Pii V.: *Cum primum.*

Cura animarum.

1) Abbatis parochi.

Verulana.

Ad dub.: An in ecclesia s. Pauli Abbatis parochi omnimodo Cura animarum resideat penes Abbatem parochum vel actualis tantum?

S. C. C. resp.: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Die 14. Mart. 1722.

2) Actualis quae est?

Mansionarii ecclesiae cath. et parochialis revera habent curam actualem; nam tum ex statutis ecclesiae tum ex decretis s. Visitationum proprii verique parochi appellantur. Reque vera ita eis conceditur mansionaria, ut primum examen subeant ad praescriptum Concilii Trid., quod ad veros parochos pertinet. Nam coadjutores parochi nec examen subire debent et ad libitum removentur. Contra vero mansionarii Cathedralis Patavinae paraeciam retinent in titulum et Sacramenta curamque animarum independenter gerunt. Quae vero Capitulum retinet et exercet ea referri possunt ad curam habitualem quam solum *Clericatus* tribuit Capitulo.

3) Amotio.

d. *Cura animar.* (prohibitio). *Parochus* (amotio, suspensio); *Capellanus,* (amovibil. t. III. p. 669. n. 2.)

4) Approbatio pro ea exercenda.

Vd. *Approbatio. Episcopus* (jurisdictio quoad eccles. paroch. regul.); *Confessarius; Vicar. temp. et perpetuus; Cura animar.* (examen); *Concursus* (judicium Episcopi t. IV. p. 289. *Examinatores* t. IV. p. 267. etc.).

5) Sine approb. Episcopi exercita.

Vd. *Confessar. non approb.; Confessar. regul. non approb.*

Veneten.

Presbyter capellanus navalis communitus facultate excipiendi sacramentales confessiones intra navigium tantum, accidit, ut naufragio jactatus ad quamdam insulam ex orientalibus Americae oris appellere coactus fuerit, ubi deficientibus missionariis nulloque existente Episcopo, qui approbaret gubernium unius aut plurium quasi parochialium ecclesiarum, uti ferunt, curam suscepit ac exercuit biennio ac triennio, nedum tempore Paschalis verum etiam reliquis anni temporibus extra mortis periculum, sacramentum poenitentiae administrando, quin et praesentibus missionariis ipsis idem peragere continuavit.

Cum autem presbyter quidam Veneten. dubitans de facultatibus praefati capellani desuper habuerit recursum ad s. Congregationem de propaganda fide, unde preces huic sacrae Congregationi fuerunt remissae; hinc reverenter quaeritur ab EE. VV. declarari:

I. *An praefatus capellanus valide administraverit sacramentum poenitentiae absentibus missionariis?*

II. *An pariter idem sacramentum valide administare potuerit et in futurum valeat praesentibus missionariis in casu?*

S. Congregatio die 21. Maji 1707 respondit

Ad 1: Affirmative.

Ad 2: Negative.

Decretum S. Congregationis Concilii.

Actuosi iniquarum sectarum asseclae, qui ubique fere rerum potiti omnem pervertere ordinem ipsaque Constitutionis Ecclesiae Christi fundamenta suffodere conantur, etiam in catholica Italia plebes commovere audent, ut imitantes nefarium quorundam Helveticorum exemplum, jus eligendi proprios animarum curatores sibi audacter usurpent. Nec, quod deterius est, defuit inter aliquos perditissimos ecclesiasticos viros, qui munus parochiale tam perverse sibi delatum suscipere atque etiam obire impudenter praesumpserit. Detestabile sane facinus, quod Ecclesiasticam Hierarchiam evertit funditusque pessumdat: siquidem *docendus est populus,* inquit Caelestinus Papa, *non sequendus, nosque, si nesciunt, eos quid liceat quidve non liceat commonere, non his consensum praebere debemus.**) Temerarius proinde ausus *contra statuta Sanctorum Patrum, crimen tam ambitionis quam inobedientiae,* ex quo, subdit Gregorius VII, *plurimas perturbationes in Ecclesia (imo ruinam sanctae religionis) oriri, ex quibus christiana religio conculcatur.**) Nil propterea mirum quod ss. Canones tantum nefas perpetuo reprobaverint ac gravissimis poenis devoverint. Praelaudatus namque Gregorius VII.**), Paschalis II.***), Alexander II.†) et Concilium Lateranense sub Alexandro III. celebratum ††) solemniter decreverunt, investituram Ecclesiae per manus laicorum susceptam irritam esse et Clericos Ecclesias taliter recipientes ab introitu Ecclesiae interdici, excommunicatione mulctari et, si in scelere perstiterint, a ministerio ecclesiastico deponi debere. Quin imo scelus hujusmodi eam praeterea redolet nequissimam jurisdictionis, bonorum ac jurium Ecclesiae usurpationem, quam Concilium Tridentinum †††) anathemati tamdiu subjecit, quamdiu usurpatio cessaret, ac Constitutio *Apostolicae Sedis* IV. Id. Octobris 1869 †*) obnoxiam declaravit excommunicationi latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae. Cum tamen tot saluberrimae ss. Canonum sanctiones haud fregerint audaciam ac nequitiam novatorum, ne in superioribus Italiae regionibus illud ipsum patraretur nefas, quod in proxima Helvetia nuper fuerat Apostolica Auctoritate disjectum, SSmus D. N. Pius Papa IX. prae maxima qua flagrat erga omnes oves sollicitudine et charitate mandavit huic sac. Congregationi Concilii, eidem malo eadem occurrendum esse medela: ideoque jussit Ecclesiasticis Provinciis Venetae ac Mediolanensi singulisque Dioecesibus Patriarchali ac Metropolitanae jurisdictioni subjectis applicari atque inculcari, prout praesenti Decreto reapse applicantur atque inculcantur, ea omnia quae pro Helvetica foederatione, quoad populare Parochorum electionem sapientissime constituta sunt in nuperrimis Litteris Encyclicis diei 21. Novembris 1873; adeo ut quicumque in praememoratis Dioecesibus, suffragante populo, ad Parochi sive Vicarii officium electi audeant sive Ecclesiae jurium ac bonorum praetensam possessionem arripere atque obire

*) Can. *Docendus* 2. dist. 63.

*) Can. *Si quis deinceps 12.* et Can. *Quoniam 31.* caus. 16. q. 7.

**) Can. *Si quis deinceps 12.* Can. *Quoniam 13.* can. *Si quis Episcopus 14.* caus. 16. q. 7.

***) Can. *Si quis Clericus 16.* Can. *Constitutiones 17.* Can. *Nullus 18.* Can. *Sicut 19.* caus. 16. q. 7.

†) Can. *Per laicos 20.* caus. 16. q. 7.

††) Cap. *Praeterea 4.* de jurepatr.

†††) Sess. 22. cap. 11. de reform.

†*) Part. I. § 11. (Vd. *t. III. p. 902.*)

munia ecclesiastici ministerii, *ipso facto incurrant in excommunicationem majorem peculiariter reservatam s. Sedi aliasque poenas canonicas, iidemque omnes fugiendi sint a fidelibus juxta divinum monitum tamquam alieni aut fures, qui non veniunt, nisi ut furentur, mactent et perdant.* Ita porro eadem sac. Congregatio Concilii statuit ac decrevit et ab omnibus servari mandavit, sublatis exemptionibus ac privilegiis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae ex S. C. Concilii die 23. Maji 1874.

P. Card. Caterini Praefectus.

Petrus Archiep. Sardian. Secret.

6) Examen.

Vd. *t. I. p. 1051. n. 6.; Cura animar.* (approb.) *Concursus* (exam.)

7) Excommunicatio sine licentia parochi exercentium.

Excommunicationem latae sententiae romano Pontifici reservatum incurrunt Religiosos praesumentes clericis aut laicis extra casum necessitatis Sacramentum extremae unctionis aut eucharistiae per viaticum ministrare abque parochi licentia.

(Constit. Pii IX. 4. Idus Octob. 1869 t. III. p. 916. XIV.)

8) Exercenda a Capitulo Cathedralis.

I. Approbatio Episcopi pro Capitulo estne necessaria?

Vd. *t. III. p. 238. f; Confessarius* (approb.); *Parochus Canon., Vicarius perpet. et tempor. in ecclesiis cum Cathedr. etc.;* Approbatio.

II. Modus exercendi.

Vd. *Vicarius;* p. 781. III.; n. 7.

Anno 1877 sub die 16. Junii Capitulum ecclesiae Collegiatae Divo Paulo vulgo *Naufrago* dicatae in Urbe V. supplicem S. C. Congregationi exhibuit libellum referens: ab hujusmodi ecclesiae erectione curam animarum, qua ecclesia pollebat, ab Archipresbytero, qui prima capituli dignitas est, jugiter de jure exercitam esse usque ad annum 1780. Quo volvente anno res immutatae fuere vi Bullae Pii VI; qua cautum fuit, ut deinceps cura animarum ab Archipresbyteratu sejuncta vel a Canonicis per *turnum* vel per vicarium ad nutum exerceretur.

Itaque Canonici Bullam Apostolicam exe-

cutioni mandare cupientes statuerunt, ut cura animarum per ipsos turnatim exerceretur.

In facto tamen est, quod cura animarum, ex nonnullorum oppositione, per vicarium amovibilem exercita fuit usque ad annum 1838. Qno sane tempore Capitulo visum est, Vicario curato remoto servitinm parochiale Canonicis demandare, qni per turnum hujusmodi officium explere debuissent. Rennentibus nonnullis tandem Capitulum die 26. Martii unanimi consensu constituit per bienia mnnns parochiale impleri debere ab nnoquoque ex Canonicis, incipiendo a Dignitatibus. Resolutio capitularis cuidam Canonico displicuit; qui censnit per hujusmodi resolutionem violatam fuisse Bullae pontificiae dispositionem. Hinc S. C. Congregationem adiens quaesivit ut hnjusmodi resolntio irrita ac quovis robore destituta declararetur. Capitulum vero preces obtulit efflagitans, ut resolutio approbaretur vel nt anthentica interpretatio porrigeretur quoad Bullae verba *per turnum exerceri debeat* (cura). Multum adlaborarunt partes ut propriam quisque tueretnr sententiam: quarum argumenta omittimus, brevitatis stndio, quoniam his rationum momentis haud innititur resolutio.

Si cura animarum penes aliquod Monasterium vel ecclesiam Cathedralem aut Collegiatam existat, eadem a Collegio exerceri potest per Vicarios amovibiles ad nutum vel ab ipsis Canonicis per tnrnum. Quae tamen si ita procedebant de jure communi antiqno, hodie res aliter sese habent post Tridentinum. Ubi enim agitur de beneficiis quibuscumqne curatis, quae ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis et Monasteriis nnita reperinntur, Episcopi a Tridentino *sess. 7. cap. 7. de ref.* excitantur quatenns providere procurent, ut cura animarum per vicarios etiam perpetuos ibidem deputandos laudabiliter exerceatur. Ita ut, quoad has Collegiales ecclesias, positum tantnmmodo videatur in Episcoporum arbitrio, Vicarium amovibilem seu potins perpetunm constituere. En hujns Synodi verba: »*Beneficia ecclesiastica curata, quae cathedralibus, collegiatis seu aliis ecclesiis vel monasteriis, beneficiis seu collegiis aut piis locis quibuscumque perpetuo unita et annexa reperiantur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui sollicite providere procurent, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos .... ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur.*« Hujusmodi vero pastores animarum curae praepositos debere esse perpetuos eadem s. Synodus magis magisque confirmat in *cap. 13. sess. 21. de ref.* ubi expresse et districte decernitur: Episcopus »*pro tutiori animarum eis commissarum salute* nt distincto populo in certas propriasque parochias unicuique suum perpetuum peculiaremque *parochum assignet, qui eos cognoscere valeat et a quo solo licite sacramenta suscipiant.*«

Doctrina haec de inamovibilitate pastorum animarum curae atque saluti praeficiendorum nedum juri, sed eidem etiam rationi consonam esse monent *s. Rota in decis. 53. n. 10. et seq. cor. Peuting. tradens: Concil. Trid. ideo perpetuos parochos exigit, ut oves suas cognoscere valeant: sunt enim pastores ... melius igitur suas oves dignoscent si perpetui sint et non temporales, ut in his terminis dixit Rota decis. 24. de praebend. in novis. Praeterea cum sint patres dist. 96. cap. 9. non decet eos esse temporales.... Denique sicuti matrimonium carnale ad tempus non contrahitur, ita nec spirituale.* Quas juris sanctiones de ntiliori ut plurimum necessaria parochorum seu Vicariorum perpetuitate expendens atque commendans Barbosa *de offic. et potestate paroch. part. 1. cap. 1. num. 43. et 44.* haec ad rem animadvertit »*ibi*«: *sicut una mulier non potest duos vel plures sponsos habere, nec unum corpus duo capita, quia esset monstrum, sic nec ecclesia duos vel plures Parochos sive curatos, et in una ecclesia unus debet esse sacerdos, sponsus et rector, qui curam habeat.*«

Praefata doctrina pluries firmata reperitur a s. Rota et praesertim in *dec. 52. n. 17. et seq. p. 2. diversorum*, et in *Massanen. Jurisdictionis 1. Martii 1610. cor. Lugdun.*; et a S. C. Concilii in una *Nullius* seu *Montis Casini 25. Januarii 1826*, in *Sarnen. 7.* Julii 1731, in *Castrimaris per summaria precum die 17. Dec. 1825*, in *Narnien. Curae animarum 5. Septem. 1845*, in *Neapolitana Vicarii Curati perpetui 26. Junii 1875* pro ecclesia Collegiata s. Joannis Majoris, in qua cnra animarum per Vicarium curatum exercebatur, singulis sex mensibus a Canonicis eligendum, ex facultate ipsis impertita a fel. mem. Innocentio XII. in vim Bullae diei 5. Januarii 1692 quae incipit: *In supremae Apostolicae dignitatis.*

Hisce praejactis sequens dirimendum proponebatur

D u b i u m:

An et quomodo curae animarum exercitio providendum sit in casu?

S. C. C. sub die 26. Aprilis 1879 respondere censuit:

Affirmative per deputationem Vicarii perpetui ad formam juris, facto verbo cum SSmo).*

III. Personae exercentes.

Vd. t. IV. p. 594. §. *De. Vicarius.*

Assisien.

(Conc. Tr. c. 9. sess. 14; c. 13. sess. 24. de ref.)

Ultra sesquiseculum recoluntur controversiae inter Capitulum ecclesiae cathedralis et curatae civitatis Assisii ex una ejusdemque ecclesiae Priorem, qui inibi dicitnr prima Dignitas, et altera, ad qnemnam eorum cura animarum tum habitualis tum actualis pertineat, quorum unus in alterum eam rejicere consuevit, adeo nt ex pluribus decretis provisionalibus, decursis temporibus, factis ab Episcopis praedecessoribus, nunquam ejus status firmari valuit ad haec usque tempora, non sine maximo animarum detrimento, eo qnod solitum fuerit curam ipsam regi a capellanis amovibilibus negligenter eam pertractantibus. Ut rem hanc solide stabiliret modernus Episcopus in visitatione peracta de anno 1706 decrevit Capitulum eligere debere Vicarium curatum, qui Sacramenta administraret tanquam ipsius ecclesiae pastor actualis, quodque alias ipse Episcopus provisset electionem a se faciendam. Id vero Canonici detrectantes recursum habuerunt ad A. C., a qua monitorium et successive mandatum manutentionis reportaverunt in possessione eligendi capellanos amovibiles pro exercitio curae. Sed pro parte Episcopi recursu habito ad R. P. Anditorem Sanctissimi, hic causam remisit ad hanc s. C. pro deputatione Vicarii perpetui ad formam resolutionum ejusdem s. C. Unde concordatis infrascriptis dubiis et partibus monitis proponitur modo causa EE. VV., nt ex deducendis declaretur:

I. *An cura animarum habitualis et actualis ecclesiae cathedralis et parochialis s. Rufini Assisii pertineat ad Capitulum et Canonicos ejusdem Cathedralis vel potius ad ejus Priorem?*

Et quatenus pertineat ad Capitulum,

II. *An valeat deputare duos capellanos amovibiles pro exercitio curae praedictae vel potius teneatur eligere unum curatum principalem?*

Et quatenus affirmative ad I. partem,

III. *An iidem capellani possint assumere nomen et titulum curatorum dictae ecclesiae in casu etc.?*

S. C. C. resp.

Ad 1.: Affirmative quoad I. partem, negative quoad II.

Ad 2.: Affirmative quoad I. partem, dummodo approbentur ab Episcopo; negative quoad II.

Ad 3.: Esse appellandos capellanos curatos.

Die 16. Nov. 1709.

Urbevetana.

Duo sunt quae gravissimo EE. VV. judicio unanimi consensione subjiciunt eminent. Urbevetanus Episcopus et Capitulum Cathedralis dictae civitatis. Ambo solo ducuntnr spiritn tuendorum suae cathedrae et respective sui corporis jurium et nt definiatur quaestio libentes decisionem excipient; tanta est eminent. Episcopi in suum Capitulum impensissima charitas, tantum Capituli constans ac devinctissimum obsequium et amor in laudatissimum Antistitem. Infrascripta dubia totius quaestionis summam comprehendunt.

Putat primo loco eminent. Episcopus non liquere de habituali cura Cathedralis penes Capitulum. Non enim nominat Vicarium per-

*) Animadvertas velim, ut innuimus in specie facti, S. C. Concilii haud resolvisse dubia a Canonicis proposita quoad interpretationem Bullae Apostolicae de exercitio curae animarum. Verumtamen quasi Canonicorum argumenta posthabendo resolvit quod curae animarum esset providendum per deputationem Vicarii perpetui, adjiciens *ad formam juris*. Nam haud praetereundum est quod post Tridentinum S. C. C. per innumeras resolutiones, hanc confirmaverit praxim, ut Vicarii constituerentur perpetui, minime vero temporales, innixa ejusdem Tridentini sanctioni.

Abstinemus hoc in themate ab illationibus de more; quoniam corollaria juris aut practica quae deduci possent eadem essent ac illa, quae saepe saepius deducemus in quaestionibus huic paribus ut videre est in sequentibus. An autem expediat ut Sedes Apostolica decernat, ut hujusmodi Vicarii sint potius perpetui quam temporales, confer sequentes resolutiones, in quibus referemus rationum momenta a doctissimo Fagnano excogitata, ut suaderet satius esse, Vicarios esse perpetuos quam amovibiles ad nutum.

petnnm seu Archipresbyterum qni curam animarum exercet, seu archipresbyteratus ad unius Episcopi arbitrium confertur, et tamen hoc potissimnm esse habitnalis curae argumentum notant *Garzias de benef. p. 9. cap. 2., Gonzales ad regul. 8. Cancellariae glos. 5. § 4. n. 50., Rota in Recen. decis. 400. n. 7. p. 18. F. 1. et cor. Molines dec. 115. n.* Primitias, decimas aliaque parochialia emolumenta Capitulum non percipit, sed ea integre deferuntur Archipresbytero, contra qnam in iis observatur, qui existente cura habituali penes alterum sola congrua jubentur esse contenti *Abbas in cap. Extirpandum §. Quia vero in fin.* et in *cap. Pastoralis n. 2. de his, quae fiunt a praelatis, Lotter de re benef. lib. 1. quaest. 20. n. 25 et 26., Rota cor. Coccin. decis. 1133. n. 8.* et cor. *Molines dec. 368. n. 10.* S. suppellectilia, vasa s., ceras et similia non suppeditat Archipresbytero Capitnlum, quae nihilominus ab habituali parocho dari receptum generaliter est teste *Rota in Recen. decis. 99. n. 3. et 8. part. 3.* et *decis. 516. n. 8. et 9. part. 18. t. 2.*, qnod si de emolumentis funerum participes se esse Canonici doceant trahendum non esse in habitnalis curae argumentum; tribuendum potins cuidam quasi contractui inter Capitnlum et Archipresbyterum, quia vicissim Capitnlum cereas candelas in die Purificationis populo distribuendas suppeditat. Ex facto demum apparere, qnod Canonici nullam exercent parochialem functionem, etsi quando baptismi Sacramentum contulere, de Archipresbyteri licentia hoc praestiterunt, nt *in baptismalibus libris adnotatum legitur.* Similiterque ex *nudo facto emergere*, quod decimae integre cedunt duobus presbyteris, qui Archipresbytero in animarum cura cooperantur et adjnvant.

Sed qnatenus etiam de hac habituali cura penes Capitulum constaret, quam expresse protestatnr Emmus Episcopus se non impugnandi animo, sed agnoscendae veritatis studio in discrimen addncere, ad quaestionem progrediens in II. dubio contentam existimat ad se nnum pertinere vacante archipresbyteratu oeconomos sen presbyteros substitutos nominare. Ita expresse sancivisse *Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. de ref.: Debeat Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesiae si opus fuerit idoneum in ea Vicarium etc. constituere.* Ita saepins s. Congregationem declarasse etiam in parochialibus jurispatronatus cujuscnmqne et in iis quae ad collationem alterius quam Episcopi pertiuebant. Prudenter enim visum esse in re, quae moram non patiebatur unius Episcopi judicio fidendum esse. Recenset has resolutiones *Garzias de benef. p. 9. cap. 2. n. 10., Fagnan. in cap. Cum nos de off. Ordin. t. 1. n. 7., Marant. de potest. jurisdictionis p. 6. cap. 2. n. 50, Pignatell. consult. 8. n. 16. t. 8.*, et novissime censuit s. Congregatio in *Eugubina Jurisdictionis 28. Augusti 1773*, in qua cum de Cardinali Protectore s. Agnetis in platea Agonali quaereretur, qui spiritualem temporalemque habet jurisdictionem in nonnullis parochialibus Eugubinae dioecesis cum facultate deputandi Vicarios curatos, beneficia conferendi, ad ea instituendi, cum exemptione ab episcopali jurisdictione ecclesiarum, locorum, personarum, rerum et bonorum quorumcumque, nihilominus quando ventum est ad examen facultatis deputandi oeconomnm tempore vacationis ecclesiarum parochialium dubio, quod proponebatur: *An praefatus eminent. Protector possit in vacationibus dd. ecclesiarum parochialium deputare provisionaliter oeconomos sibi magis benevisos independenter omnino ab Episcopo Eugubino sive potius dicta provisionalis deputatio spectet ad reverend. Episcopum Eugubinum? responsum fuit: Negative ad I. partem, affirmative ad II.*

Arguit proinde Emmus Episcopus quod si quando ad alium spectat collatio paraechiae, ad Episcopum tamen semper pertinet deputatio oeconomi, multo magis idipsum statuendum est quando vacat archipresbyteratus qui ab ipso solo semper collatus est et confertur. Nec obtrudendam esse in linea praesumptiva contrariam observantiam exordium sumentem ab anno 1685. Esto enim dicto anno Capitulum deputaverit oeconomum seu presbyteros interim paraecia curam gerentes, esto idipsum servatnm fuerit an. 1703. et repetitum quoque au. 1768. (neque enim nuperus casus anni 1785 tamquam is qui dedit controversiae causam connumerari potest.). Tamen haec centenaria observantia a tam paucis praeterea actibus desumpta infringere non potest claram adeo Trid. Concilii legem apostolicasque constitutiones illam confirmantes, cum decreta Concilii et apostolicae constitutiones *ad publicam utilitatem emanatae debeant executioni demandari non obstante consuetudine et in observantia centum annorum* et ultra, sunt verba *Piton. de controv. patron. alleg. 5. n. 21.* et dixit *Rota*

in Novarien. Parochialis loci Cisti super bono jure 27. Januarii 1710 §. Hinc non minus cor. Priolo et *Bened. XIV. in sua Institut. 60. latinae impressionis.*

Contra autem Capitulum ut habitualem penes se extare curam eviucat unionem profert nsque ab anno 1284 Cathedrali sub invocatione s. Mariae factam alterius paraeciae s. Constantii. Inquit enim Episcopus in sua Bulla *se unire parochiam s. Mariae cum parochia s. Constantii ita quod una sit Cathedralis sub vocabulo s. Mariae V.* Affert et receutiorem unionem eidem Cathedrali factam parochiae s. Salvatoris anno 1743. a tunc temporis Episcopo tamquam apostolicae Sedis delegato: *Parochialem ecclesiam*, inquit in suo decreto Episcopus, *ssmi Salvatoris parochiae et curae Cathedralis accedente consensu sui Rmmi Capituli unire*; *ita tamen ut redditus quoscumque provenientes ab eadem paraecia Rmmo Capitulo et Canonicis spectare dicantur, redditus vero ex cruce et stola illi qui curam animarum exercet in eadem cathedrali spectare debeant.* Exhibit etiam positionem litis actae Urbeveteri primum, deinde in s. Rota super jure tumulandi cadaver bou. mem. Praesulis Albicini inter Cathedralem et Collegiatam Urbis veteris cujus inscriptio erat: *inter ven. Capitulum et Canonicos Cathedralis Urbis veteris ac ven. Capitulum et Canonicos Collegiatae s. Andreae ejusdem civitatis.* Et praeter aequivocam administrationem Sacramentorum baptismatis, matrimonii etc. factam *a curatis substitutis praefatae ecclesiae*, cujus etiam meminit ut supra Emmus Episcopus per fidem juratam 2 Canonicorum, quorum alter per quinquennium, alter per septennium Camerarii mnnus exercuit, ostendit. Et demnm actum capitularem anni 1687. adducit per qnem Canonici duobus Viceparochis integram decimam sacramentalem cesserunt cnjus antea duae tertiae ab iisdem dabantur Capitulo a qno vicissim decem libras cerae singulis annis recipiebant et eodem contextu a praestatione dictarum librarum decem cerae recesserunt. Deductumque ad exercitium curae habitualis jus in tribus statibus annorum 1685 et Oct. 1768 per nominationem oeconomi seu presbyterorum, qui interim curam animarum gererent, de qnibus latins in sequenti dubio, notando interim, quod in primo ex dictis capitularibus conventibus nempe anni 1685 Capitulum mandavit, ut per Canonicum Camerarium claves baptisterii et parochialis libri custodirentur ac pro data opportunitate oeconomo sen presbyteris substitutis consignarentnr.

De II. quaestione nituntur Canonici demonstrare:

I. Trid. Concilii sanctionem *sess. 24. cap. 18. de reform.* quo loco deputationem oeconomi vacantis paraeciae Episcopo committit eas non comprehendere paraecias, quae sunt Capitulo nnitae, tum ob intrinsecam rationem, quod eae numquam vacare ceusentur mauente semper rectore habituali etsi deficiat minister qui curam exercet, tum quia de hujusmodi paraeciis non loqui Concilinm expresse dixerunt *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. § 7. n. 13* et *gloss. 6. n. 159, Scarfanton. ad Ceccoperium t. 2. lib. 3. tit. 3. n. 44. et 45.* Clarius etiam idipsum colligi ex supra allegatis Trideutiui verbis per quae illa oeconomi deputatio allegata est conditioni *si opus fuerit*, opus autem oecouomo esse nequeat extaute habituali parocho, qui alium deputare interinum miuistrum potest; et melius etiam ex toto dicti capitis contextu ex quo liquet, iu illis ipsis paraeciis oeconomi depntationem praescribi in quibus postea vel indictio concursus vel praeseutatorum a patronis examen sancitur, adeoque traduci eam legem ad archipresbyteratum Urbevetanae Cathedralis non posse in qua certum est nullam fieri praesentationem, nullum indici concursum, ut etiam ex jure esse in parochialibus Dignitati 'actu unitis doceut *Ricc. in praxi for. Eccles. decis. 417., Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. § 7. n. 2, Barbos. ad sess. 24. cap. 18. Concil. Trid. n. 15*, *Rota in Recent. decis. 323. n. 8. part. 2.*

II. antem qualiscumque fuerit Trid. Concilii mens vel quaecumque aptari ejus verbis interpretatio velit per centenariam observantiam a tribus solemnibus statibus resultantem sub annos 1685. 1703. 1768. pnblice et palam exaratis suumque effectum conseqnutis, in linea saltem praesumptiva ćujuscumque melioris tituli quaesitum Capitulo jus fuisse deputandi oeconomum seu interinos substitntos qui vacante Archipresbyteratu curam animarnm exerceant. Ambigendum autem non esse qnin haec centenaria observantia tum *positive* sumpta prout actus praesefert a Capitulo exercitos tum *negative* considerata quatenus scilicet cum silentio et acquiescentia Episcopi conjuncta est, tantam habeat vim nt etiam ecclesiastica

jura interpretari atque apostolici indulti vel cujuscumque melioris tituli praesumptionem inducere queat, ut saepe dixit *Rota praesertim in Romana seu Ferentina Immissionis super reservatis 14. Febr. 1764.* § 3. *et 6. cor. Herreror* et ex *professo in Romana Locationis super devolutione et associatione 15. Martii 1782.* § *6. cor. R. P. D. Bayanne.* Quid de contenta in I. dubio quaestione sentiendum sit, perfacile EE. PP. cognoscent ex iis quae in facto relata sunt. Pro definitione vero alterius quaestionis sub II. dubio cadentis prae oculis habenda sunt *verba cap. 18. sess. 24. Conc. Trid. de ref.: Debeat Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesiae* parochialis si *opus fuerit idoneum in ea Vicarium etc. constituere.* Non is porro est eorum verborum *si opus fuerit* census ut positum sit in arbitrio Episcopi ad hanc temporanei ministri designationem procedere vel abstinere; male enim haec intelligentia congrueret cum maxima s. Concilii sollicitudine ut Episcopus *statim habita notitia* parochianorum necessitatibus occurreret; sed id unum voluit prudentiae judicioque Episcopi Concilinm relinquere ut nimirum inter plura ministrorum genera quod vellet eligeret Vicarium, oeconomum, mercenarium, ministrum etc. Ad rem *Barbos. de off. et potest. Episcopi p. 3. alleg. 60. n. 2.: Unde illa verba Concil. d. cap. 18.*: opus fuerit, »*quae videntur importare arbitrium, referuntur ad nudum modum in hac parte providendi, id est vel per Vicarium vel per mercenarium ministrum, non autem ad omnimodum neglectum*«.

Deinde nullam ab hac episcopali in his circumstantiis providentia excipi parochialem ecclesiam sive per se stantem sive alteri unitam et per ministros exercitam praecedentia immediate verba dicti capitis demonstrant: »*Etiamsi cura* (vacantis parochialis) *ecclesiae vel Episcopo incumbere dicatur, et per unum vel plures administretur, etiam in ecclesiis patrimonialibus seu receptivis nuncupatis in quibus consuevit Episcopus uni vel pluribus curam animarum dare*«.

Neque ex eo quod cum infra descendat *idem Concil. loc. cit.* ad indicandam in parochialibus formam concursus placnerit ab hac lege exemptas esse parochiales Capitulis Cathedralium vel Collegiatarum aut Dignitati unitas*) inferre licet exemptas easdem quoque esse a designatione oeconomi statim per Episcopum in casu vacationis facienda.

Quidquid enim sit an prior illa exemptio a summo jure descendat vel potius a recepto usu per auctoritatem ss. Pontificis et hujus Congregationis approbato nt dispntat *Garzias de benefic. p. 9. cap. 2. n. 180. et 181.* Illud certum est plausum numquam invenire potuisse posteriorem exemptionem a deputatione scilicet temporanei oeconomi donec novus rector eligatur. Ipsemet *Scarfanton. ad Ceccoperium lib. 3. t. 3.* postquam *n. 44. et 45.* contra deputationem Vicarii ab Episcopo faciendam his in casibus sentire visus est, suam dissertissime corrigit sententiam *n. 78.* et seqq.: *Est tamen notandum quod vacantibus hujusmodi ecclesiis parochialibus quarum institutio vel collatio spectat ad inferiorem Episcopo, competit eidem Episcopo jus deputandi in iis Vicarium, qui tempore vacationis ecclesiae curam gerat. Quod itidem facere potest in vacationibus ecclesiarum spectantium ad collationem apostolicam sive de jurepatronatus laicorum vel etiamsi non subjaceant concursui; quinimmo potest praedictum Vicarium constituere etiam in ecclesiis unilis capitulis, quae per Vicarios amovibiles reguntur, quoadusque per ipsa Capitula de Vicariis debite provideatur.*

Nec sine maxima ratione ita statutum est. Nam juxta receptam ecclesiae disciplinam 6 mensium intervallum dederat Alex. III. in Lateranensi Concilio ad providenda beneficia quocumque modo illa vacarent et sive per collationem sive per electionem danda illa essent *cap. 2. de concess. praebend.* Periculum tamen animarum ex tam diuturna vacatione perpendens Innoc. III. eam ecclesiae indulgentiam *ad archiepiscopatum vel episcopatum non solere extendi* declaravit *cap. 12. de concess. praebend.* Mox vero idem Innoc. III. in altero Lateranensi Concilio reformatis 6 mensium induciis infra 3 menses episcopales cathedras provideri jussit, nihil quoad paraecias aliaque beneficia *cap. 41. de elect.* Itaque usque ad Trid. Concilii tempora incorrectae manserant ampliores illae 6 mensium induciae; proindeque sapientissime Trid. Patres diuturnae vacationis incommoda praecaventes omnemque in Episcopo fiduciam tamquam in rem praesentem versantis merito collocantes voluerunt, nt vacante paraecia quaecumque illa esset statim Episcopus per designationem oeconomi viduae paraeciae consuleret.

Consuetudinem centenariam quod attinet

*) Vd. *p. 326. n. 57.*

sive active sive passive sumptam et in linea praesumptiva a Capitulo imploratam, animadvertendum est laudatum Concilii decretum postquam appositionem oeconomi indixerat et formam concursus invexerat haec praeseferre verba: *Non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, praeventionibus, affectionibus, novis provisionibus, indultis, concessis quibuscumque universitatibus etiam ad certam summam, et aliis impedimentis quibuscumque.*

Per quae sane addito praesertim decreto irritanti et clausula *Sublata* quibus stipata est constitutio ss. Pontificis Concilium Trid. confirmans omnem infractam esse consuetudinem etiam centenariam docent allegati per *Ursajam t. 1. p. 2. discept. 14. n. 21.* et *t. 4. p. 2. discept. 3. n. 85.* et prae omnibus *Bened. XIV. instit. eccles. la. 60.* § *8.*

Quin etiam distinguendae sunt leges aliquorum singularem utilitatem vel peculiare bonum respicientes ab iis legibus, quae pro universali bono aeternaque animarum salute editae sunt. Patiuntur fortasse primae, ut illis per centenariam vel immemorabilem praescriptionem derogetur; at non item secundae ad quarum speciem conciliaris sanctio de temporaneo oeconomo qui animarum curam geret referenda est, ut ex ipsis conciliaris hujusce capitis proemialibus verbis apparet: *Expedit maxime animarum saluti a dignis atque idoneis parochis gubernari etc.* In hujus secundi generis legibus necessarium expressum ss. Pontificis assensum probatamque scientiam, nec tacitum et praesnmptum sufficere ab observantia utcumque 100 aut 200 aut plurium annorum desumptum advertit *Piton. de controv. patron. alleg. 5. n. 21.* Et bene *Rota cor. Cavaler. decis. 91. per tot.* et in *Recent. decis. 260. n. 22. p. 17. Potissimum quia contrarius iste usus non probatur, quod innotuerit Pontifici ad hoc ut ejus accedente positivo consensu papalis constitutio in desuetudinem abire potuisset. Nec minus quod habuerit contradictorem fueritque in contradictorio judicio approbatus ut necessarium existimet Rota etc. Maxime quia edita non fuit ad favorem alicujus particularis ut erat casus decisionis Vallisoletana etc. sed per viam legis universalis pro salubri totius Catholicae ecclesiae statu ad impediendos simoniacos et vitiosos ingressus in beneficiis sicuti habetur in ejus prooemio, quo maxime casu non usus seu contrarius usus in praejudicium ecclesiarum et contra mentem Pontificis numquam praescribitur, sine illius scientia et consensu certo et explicito; unde non suffragatur scientia praesumpta ex lapsu unius saeculi et ultra, quia alias in hoc s. Tribunali admissa non fuit ex cursu 250 annorum.*

Dubia sunt:

I. *An cura habitualis ecclesiae Cathedralis et parochialis Urbevetanae spectet ad Capitulum ejusdem Cathedralis in casu?*

II. *An sequto obitu Archipresbyteri cui inest cura animarum liceat Capitulo substituere presbyteros qui interim curam animarum exerceant seu potius spectet ad Episcopum deputatio oeconomi in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 9. Septbr. 1796.

Balneoregien.

Postulatum in relatione status vigilantissimi Episcopi Balneoregiensis 1807 transmissa proponitur, quod iisdem verbis excribam:

Alter ex Canonicis curatis Cathedralis Balneoregiensis, qui territorium, ubi plures habitatores reperiuntur, intra fines suae paraeciae habet, dum tales agricolae aegrotant, putat suo muneri satisfacere, si illis Sacramenta tantum administret deferendo simul cum Viatico etiam s. oleum, cujus unctione eosdem quando in periculo mortis constitutos putat corroboret, quin postea amplius eos inviset et agoni assistat, quod ut ipse asserit ita consuetudine inductum est. Repugnat Rituale romanum, adeoque circa talem assertam consuetudinem, ut s. Congregatio sapientissimum judicium proferre dignetur vehementer exopto.

Priusquam hoc postulatum supremo vestro concessui judicandum subjiceretur, informationem et votum ab eodem Episcopo exquisivi auditis Capitulo et Canonico in scriptis simulque demandatum eidem Episcopo fuit, ut omnibus juris et facti remediis Canonicum curatum adigeret, ut per se vel per substitutum agricolis agonizantibus assisteret.

Canonicus Bonaventura Paparozzi ad quem spectat agricolarum praesertim cura Episcopum tamquam de factis non recte instructum traducit additque, se absque praecedenti

peritorum ordinatione ruriculis infirmis numquam Sacramenta administrasse semperque obligatorias hujusmodi Ritualis romani dispositiones retinuisse pluribus documentis comprobare conatur. De certa scientia testatur Capitulum non in Sacramentis administrandis solummodo, sed aliis in casibus Canonicum curatum infirmis opem tulisse, quoties fuerit requisitus.

Quod toto conatu substinere praesumitur est consuetudo pro immemorabili asserta, cujus natura in eo reponitur, quod ruris aegrotis nec Sacramenta nec quidvis aliud praestare teneatur memoratus curatus, nisi vocetur et ad equitandum commodum ipsi praebeatur ob loci distantiam.

Probat hoc siquidem Canonicus Paparozzi plurium seniorum suae paraeciae ac civitatis jurata confessione, qui semper ita vidisse atque a suis majoribus ex obligatione peragi audivisse referre non dubitant. Pro eadem consuetudine stare videtur etiam Capitulum in transmissa resolutione capitulari, cum non aliter rusticis aegrotantibus consuli posse asserat. Quomodo vero super his sentiat Episcopus ex informatione patet, in qua *admitto*, inquit, *hodiernum Canonicum curatum Paparozzi in caeteris muneris sui partes adimplere. Nihil oppono contra assertam consuetudinem, qua ruricolae adiguntur, ut in eorum necessitatibus parochum non solum certiorem reddere, sed de equo providere debeant. Sed his admissis quaestio soluta non est; sed discutiendum remanet, an possit parochus in domesticorum diligentia tuto quiescere, ita ut cognita alicujus ex ruricolis aegritudine ab onere liberetur ipsum adeundi, donec non tantum vocetur, verum etiam commode ad ejus domum traducatur et Sacramentis administratis, eumdem ad mortem usque curae et assistentiae agricolarum committere, quos satis instructos existimet. Nihil dicam de pauperibus, qui aliorum ope indigent, ut parochum ad se equitando traducant, nihil de domesticorum negligentia si forte tales fuerint, (nec ad impossibile recurro) quibus magis cordi esset temporale lucrum, quam spiritualis necessitas infirmorum; solum addam, quod si asserta consuetudo indiscriminatim servanda esset, de extremis auxiliis morti proximis praestandis, non parochus, sed domestici respondere deberent. Tuta sint ergo jura parochialia, salva sit consuetudo, quae affertur, sed parochus forsan excusabitur, si ex eo quia domestici ipsum, quando infirmus post suscepta Sacramenta cum morte luctatur, vocare et traducere omittant, spirituali et quandoque necessario ad salutem auxilio destituatur.*

Et dum sapientissimo Emum Vestrum judicio decernendum submitto, an allatis in circumstantiis teneatur parochus vel per seipsum vel per alium sacerdotem agonizantibus usque ad mortem assistentiam praebere addens, quod transactis annis raro casus agonizantium agricolarum evenerit, et eo quo fieri potuit meliori modo eisdem opitulatum fuerit.

Magnum ac necessarium ministerium est moribundis opem ferre in eo praesertim statu, a quo vel felicitatis vel poenarum pendet aeternitas. *Dionys. Carthus. de quat. novissim. art. 37.* Hinc inter praecipuas parochi curas haec assistentia ab ipso agonizantibus praestanda debet numerari. Etenim Rituale romanum *tit. de visit. et cura infirmorum* ita praecipit: «*Parochus inprimis meminisse debet non postremas esse sui muneris partes aegrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curae suae commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur sed ultro ad illum accedat*» et alio in loco: «*Ingravescente morbo parochus infirmum frequentius visitabit et ad salutem diligenter juvare non desinet*». Nihil enim conformius parochi obligationi videtur, quam ut ovibus suis succurat, eo praesertim tempore, quo maximam luctam substinere coguntur, nihilque magis consonum parochi curae ut non sit mercenarius pastor, qui venienti lupo oves sibi commissas relinquit, sed potius sit bonus pastor, qui animam suam poneret, si opus esset, pro ovibus suis. Hinc optandum esset, ut a Canonico curato Balueoregieusi ea ipsa spiritualia subsidia afferentur rusticis, quae vicibus subministrantur.

Ipsi enim haud suffragari videtur consuetudo etsi immemorabilis, qua ipse ruricolas adit dumtaxat, dum et vocatur et equitandi commodum idem praebetur. Haec enim consuetudo nedum Rituali romano opponi videtur, sed etiam animarum saluti, quae scilicet in extremo agone positae, quamvis Sacramentis munitae, attamen spiritualibus indigent auxiliis contra rugientis leonis rabiem, qui circuiens quaerit eas devorare, quod fieri forsan lacrymabili ipsarum fato posset,

quia parochus iterum vocatus non fuit vel quia aegrotantis domestici equum quo carere etiam possunt illi non praebuerunt. Porro consuetudo quae peccandi occasionem praebet, quae oppouitur animarum bono, rejicitur a sacris canonibus tamquam irrationabilis. Etenim *ex can. Consuetudinis dist. 11. non usque adeo* (ea est) *valitura momento ut rationem vincat aut legem.* Ut autem sit rationabilis non debet opponi utilitati ecclesiae, *cap. 7. et cap. ult. de consuet., Suarez. lib. 7. de legib. cap. 6. n. 10., Azor. part. 1. lib. 5. cap. 17. quaest. 5.*

Verum plura favore Canonici curati animadverti possunt. Et in primo quidem *Barbos. ad Conc. Trid. sess. 23. cap. 2. de ref.* tradit, eos qui a parochi residentia distaut esse succurrendos juxta locorum antiquam consuetudinem. Jamvero consuetudo, quae favet Canonico Paparozzi excedit hominum memoriam, ad quam introducendam non leves extiterunt causae. In rusticis enim illis tuguriis per quatuor et etiam quinque millia passuum a civitate dissitis utpote pauperrimis Parochus diutius morari non posset. Deficit enim victus, quo defatigatum corpus reficiat, ac locus deest, in quo caput valeat reclinare.

His accedit villicis non displicere ut juxta consuetudinem a parocho auxilia spiritualia percipiant; nec unquam hac de re conquesti suut, imo propriam hanc obligationem fatentur parochum vocaudi ipsique equum subministrandi, adeo ut, si contiugat quem equo carere, huuc vicinus commodat aegrotantis familiae.

Rationum momenta, quae Canouico curato adversantur, quaeque ipsi favent hactenus exposui.

Dubium igitur proponere superest ab EE. VV. dirimendum:

An et quomodo teneatur Canonicus curatus aegrotos ruriculas visitare eisque assistentiam praebere, dum morti proximi reperiuntur in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad formam Ritualis romani et Episcopus curet providere paraeciae capellanum curatum, ne ruriculae vel civitatis incolae spirituali assistentia careant.

Die 24. Mart. et 14. Apr. 1821.

Pinarolien.

Cum apostolicis literis 1748 signatis ss. Pontifex Benedictus XIV. Pinarolium in Subalpinis episcopali Sede decoravit, collegialem ac parochialem ecclesiam s. Donati in Cathedralem erexit atque in ea Capitulum ex sex Dignitatibus, (quarum alteram, Praesituram nempe, pontificiae provisioni reservavit) ac 15 Canonicis constituit, eique jus eligendi Vicerectores pro animarum curae exercitio, quo antea fruebatur, salvum ac illaesum fore decrevit. Hinc usu receptum est, ut sacerdos in Vicerectorem deputaretur, quin tamen canonica donaretur institutione, congruo ei stipendio persoluto ab eodemmet Capitulo, qui paroecialia emolumenta percipiebat atque onus ferebat expensarum, in hoc vero electionis jure Capitulum versatum est nedum tempore, quo cathedralis illa ecclesia sospes extitit, sed et postquam hoc ineunte saeculo suppressa fuit, cum scilicet apostolicis literis a s. m. Pio VII. datis 1805 in gallico imperio dioecesium circumscriptio immutata fuit.

Pedemontanis regionibus at antiquo regimini postea restitutis ad pristinum splendorem etiam Pinarolensis ecclesia revocata fuit, cum alteram dioecesium partitionem demandasset, ipsemet ss. Pontifex Pius VII. edita Constitutione XVI. Cal. Augusti 1817. In ea haec de Cathedralium Capitulis sancita leguntur: «In singulis profecto metropolitanis et cathedralibus tam jam existentibus quam noviter erectis ecclesiis, in quibus animarum respectivorum parochianorum cura exerceri solet, firma etiam inposterum debito modo servetur. Cuilibet vero ex antedictis pro tempore existentibus Archiepiscopis et Episcopis peculiarem tribuimus facultatem, ut inspecto statu bonorum ac redditnum proprii respective Capituli et poenitentiariis ac theologalibus praebendis congrue proviso, alias inposterum juxta proventuum qualitatem vel dignitates vel canonicatus unum Corpus cum veteribus officientes et insimul de consuetis quotidianis distributionibus participantes collatis cum Rege consiliis de novo erigere libere et licite unusquisque possit ac valeat salvis tamen et integris manentibus vel in suo robore respective restitutis juribus omnibus aut praerogativis, quibus Capitula praedicta ante 1803 legitime potiebantur et quibus hac Nostra constitutione nomiuatim derogatum non fuerit, salvis praeterea vel restitutis ut antea in quorumlibet beneficiorum ad praefatas dioeceses pertineutium collationibus, nisi secus inposterum mutuo utriusque partis consensu aliqua in

parte constituatur, tam reservationibus et affectionibus apostolicis quam jure et privilegio eidem carissimo in Christo filio Nostro Victorio Emmanueli Sardiniae Regi illustri et ejus successoribus, ad eas dignitates vel canonicatus praedictarum cathedralium ac collegiatarum ecclesiarum aliave beneficia praestandi vel respective nominandi, ad quae ante 1803 ex jure vel privilegio praedictis aliove titulo legitime praestabat vel nominabat. Salvo denique vel restituto quovis jurepatronatus quod tam ecclesiasticis quam laicis personis, familiis, communitatibus, civitatibus, collegiis aliisque omnibus in eorundem Capitulorum dignitates vel canonicatus aliave beneficia nt supra legitime competebat.

Porro dum juxta has leges Pinarolense Capitulum reformabatur, congressus apostolicoregius super ecclesiasticis rebus tunc temporis praepositus, magis opportunum judicavit si animarum cura praepositurae adjungeretur, ut exinde canonicalis praebenda, quae pro parocho erat adsignanda, in capitularis massae cederet augmentum; idque edixit etiam coerente alla qualità, che in essa prepositura concorre, di decimante, subdens: Tale disposizione non pregiudicherebbe alla riserva pontificia, nulla ostando, che si trasmetta a Roma il più idoneo fra i concorrenti per la provista. Hoc consilium regium quoque tulit assensum. Quapropter huic aliisque praefati ecclesiastici congressus deliberationibus regia approbatione munitis innissus ac facultatibus Episcopis tributis in memoratis literis apostolicis ntens Franciscus Maria Bigere tunc primus illius ecclesiae Antistes ad Capituli constitutionem deveuit, lato decreto sub die 22. Oct. 1823; quod ita se habet:

«Nos igitur illmi et excellentissimi congressus ecclesiastici sapientia et consilio innixi parentesque dispositionibus regia auctoritate sancitis, procedentes virtnte facultatis Nobis concessae laudatis literis apostolicis 1817 intendentes ad mentem ss. Pontificis in iisdem expressam pro conservatione et restitutione jurium patronatus ad dignitates et canonicatus olim existentes in Nostra cathedrali Capitulo considerantesque, suppressis remanentibus 4 canonicatibus et uno mausionariatu, necnon beneficia, quorum nominatio ad Capitulum spectabat, et augustissimi Regis nostri Caroli pietate provisis sacrestiae Cathedralis necessitatibus, eam redditnum quantitatem remanere, unde sufficienter et congrue provideatur praebendis 5 dignitatum canonicatuumve collatione ecclesiasticae statnimus et ordinamus Capitulum nostrum efformari, sicut illud efformamus ex 6 dignitatibus et 11 canonicatibus olim existentibus, restituentes et de novo in quantum opus fuerit erigentes eas dignitates et canonicatus nna cum mansionariatu sub titulo s. Agathae... dignitati praepositurae, salva s. Sedis apostolicae approbatione, adjungentes et assignantes curam animarum, sicque locus fiat exercitio jurium tam patronatus regii et saecularis cujusque quam collationis ecclesiasticae, supressos relinquentes et enunciantes 4 canonicatus simul et mausionariatum dictum Fregia nominationis capitularis non occupatos, decernentes tamen per modum qualiscumque compensationis cessantis juris nominationis penes Capitulum, bona et proventus canonicatus dicti Caguoli cedere ad incrementum massae communis capitularis distributionum choralium, prout dicta bona et proventus eidem massae applicamus.

Haud aequo animo hujusmodi decretum tulit Capitulum, attamen perpendens pro hisce juribus tuendis jam perperam adlaborasse atque imposterum quoslibet conatus in irritum cessuros.

Rebus ita constitutis tandem de praepositurae provisione actum est, ac eam primum ab apostolica Sede adeptus est ille idem sacerdos, qui jam animarum curam ex Capituli nominatione gerebat, hac in expeditis literis clausula apposita: »Praeposituram, cui pro hac prima vice per Ordinarium loci ex apostolica sibi delegata auctoritate impositum fuit onus curae animarum« quin tamen ob eam nulla a Capitulo querela admota fuerit. Vacavit subinde 1830 eadem praepositura ac simul animarum cura: tunc Canonici capitulari actn jus ad hanc nominandi in manibus Episcopi pro ea vice remittere declararunt, hinc factum ut Antistes pro praepositura assequenda eundemmet presbyterum apostolicae Dataria commendasset, quem ad parochiale regimen idoneum judicabat. Et sane hujus favore bullares literae scriptae sunt, in quibus edicebatur: «Praepositurae animarum curam imminere»; quarum exequutioni haud obstitit capitulum, quod tamen hoc adnotatum voluit, pro illa vice tantum praepositurae animarum curam adnexam habendam esse. Quam quidem protestationem solemnius innovavit, cum tertio sub anno

1837. Praepositura provisa fuit apostolicis datis literis, in quibus legere erat: «Praepositura .... cui dilectorum filiorum parochianorum ipsius majoris, quae etiam parochialis existit, ecclesiae, cura immiuet animarum.« Siquidem hac quoqne vice Capitulum ad animarum curam nominandi jus cesserat Antistiti, ut ipsi fas esset Datariae apostolicae eandem personam proponere pro obtinenda tam praepositura quam animarum administratione.

Demum suo rectore nuper viduata praepositura haesit Antistes, num reapse Capitulo jus nominandi ad animarum curam adhuc integrum maneat, ex quo haec propositurae aduexa videatur. Quare collatis cum Capitulo consiliis s. Vestrum Ordinem adiit expostulans, ut definiatis: an praepositurae, quae est secunda dignitas Capituli Cathedralis Pinarolii, unita sit cura animarum ejusdem ecclesiae uecne ac proinde an jus nominandi ad dictam curam spectet ad s. Sedem, cujus est praepositurae collatio vel e contra spectat ad praefatum Capitulum?

Antequam vero id EE. VV. judicio propouerem, ministros Datariae apostolicae audiendos censui, qui unionem factam esse tenentur momentis inferius enucleandis.

Jam vero animarum curam praepositurae perpetuo adnexam fuisse negant Capitulares ex quo quod Antistes Beregese decretum, in quo tota unionis ratio fundatur, nullius roboris judicandum est. Et sane recolunt, animarum administrationem, antequam apostolicae literae s. m. Pii VII. 1817 edereutur, a praepositura sejunctam fuisse, atque ad illius procurationem jus fuisse Capitulo Vicerectorem eligendi. Atqui Pontifex illis literis expresse mandavit ut in cathedralibus tam jam existentibus quam noviter erectis ecclesiis in quibus animarum respectivorum parochianorum cura exerceri solet firma etiam in postero debito modo servetur; necnon voluit, ut Capitula instituerentur «salvis tamen et integris manentibns vel in suo robore respective restitutis juribus omuibus aut praerogativis, quibus Capitula praedicta ante annum 1803 legitime potiebantur et quibus hac uostra constitutione nominatim derogatum non fuerit». Quidquid igitur novi circa animarum curam per decretum illud statutum est, patet pontificiae sanctioni adversari, ac proinde, cum episcopales excessisset facultates, nullo in pretio haberi posse. Atqui id magis assereudum, si ex peracta unione Capitulo jus quoque ad animarum curam eligeudi ademptum diceretur; quandoquidem Pontifex speciatim qnoque praecepit, ut jurapatronatus tam ecclesiasticis quam laicis personis competentia sarta tecta manerent. Neqne peculiaribus auctum facultatibus Antistitem decretum tulisse dicendum est: hoc enim se edere ille professus est vi earum facultatum, quae ex memoratis apostolicis literis derivabant: pressius vero peculiaribus se destitutum quoad unionem ostendit, cum super ea apostolicae Sedis approbatioueu reservaverit.

Perperam vero perguut Capitulares obtenderetur, cuilibet defectui apostolica suppletum approbatione. Hauc euim haud intercessisse asserunt; non certe expressam cum nullum desuper editum beneplacitum proferatur, sed ne tacitam quidem, quoniam Dataria ideo coujunctim praepositnram et animarum curam contulit, quod unionem rite expletam per Episcopum putarit, ceu innuit clausula illa in prima provisione inserta, nempe «Praepositnram, cui per Ordinarium loci apostolica sibi delegata auctoritate impositum fuit onus Curae animarum». Quod si eam accessisse placeat affirmare subduut, hanc uon esse ad perpetuam unionem protrahendam, sed ad singulos casus dumtaxat arctandam, quatenns scilicet eadem persona praepositura douabatur, quam Episcopus ex cesso a Capitulo jure ad animarum regimen praelegerat: et sane nullum invenitur verbum, quod perpetuam inducat unionem, sed haec tantum adhibita leguntur: «pro hac prima vice» quae sonare perpetuitatem nemo profecto dixerit. Vel si potius ad perpetuam unionem referenda esset, tunc nullius ponderis esse renuntiandum, quippe ex errore profectam. Eteuim ecclesiasticus ille congressus, qni ex enarratis causam dedit et primus propouuit unionem, satis ostendit, ignorasse se Capituli jus nominandi, dum concursum potius supposuit expresse edicens «nulla ostando, che si trasmetta a Roma il più idoneo fra i concurrenti per la provista». Quare cum apostolica Sedes hujusmodi documentis innixa unionem approbasset, sponte fluit, eam beneplacitum cum opinione falsi ac simul cum ignorantia alterius juris praestitisse. Porro nil in canonica jurisprudeutia certius quam quod nullitate laborent rescripta tum cum falsum insinuatum est ac verum reticitum ac multo magis illa, quae aliena

jura laedunt, si ipsis expresse Pontifex non derogaverit.

Quin obstet capitularis actus, quo Antistitis Bigere decreto Canonici se subjecerunt, vel silentium a Capitulo servatum in prima apostolica provisione. Siquidem capituli assensus respexit dumtaxat »allo scioglimento della massa commune, ed all' accettazione de nuovi Colleghi». Silentium vero ideo servatum edicunt sive quia illi ipsi sacerdoti conferebatur praepositura, qui jam in antecessum Capitulo adprobante in paroecia Cathedralis fuerat institutus sive quia literarum verba non adeo perspicua erant, quae perpetuam unionem importarent; eo magis, quia praesumendum non erat, apostolicam Sedem velle Capitulo inconsulto ejusdem juribus derogare sive demum quia probe noscebat, in tuto sua jura posita esse per apostolicas literas a Pontifice Pio VII. 1817 editas, quae omnia Capitulorum jura ac patronatus tam ecclesiasticos quam laicos tueri mandabant.

Enimvero pleraque sunt rerum adjuncta, quae innuunt, Capitulum nunquam perpetuae unioni esse assentitum eamque nequaquam factam credidisse. Primo scilicet, quod quavis occurrente praepositurae vacatione jus ad animarum curam nominandi Antistiti cesserit. Insuper qnod semel ac iterum contra insertas in apostolicis literis clausnlas, quibus animarum curam Praepositurae imminere renuntiabatur, protestationem emiserit, qua declaratnm voluit, unionem pro ea tantum vice esse intelligendam.

Tertio qnod usque adhnc quasdam paroeciales expensas ipsum tulerit ac parochum proprio ministerio incumbentem ut praesentem in choro ad lucrandas distributiones habere porrexerit; quod profecto non fecisset, si nullnm praecipuum interesse ad animarum curam haberet nullumque habere credidisset et crederet. Demum quod 1831 Praepositus Michael Ceruti suis postremis tabulis Capitulo domum quam vivens inhabitabat legaverit ea sub conditione, nt Capitnlum perpetuo in animarum rectorem aliquem ex Canonicis eligeret; hoc vero legatum a capitulo agnitnm fuerit: non protesta, che sempre sieno illesi i diritti Capitulari . . . . percio, che allo stesso compete per la divisa cura dalle anime: quod sane legatum, quaeque protestatio inutilis fuisset, si animarum cura praepositurae perpetno adjuncta esset.

Qnod si hisce omnibus posthabitis unionem expletam concederetur, non inde sequi subsumuntur Capitulares, sibi ademptam ad animarum curam nominationem. Siquidem unionem factam censendam esse absque alterius praejudicio, post *text. in cap. 2. de relig. dom.* et ibi *Abb.* tradit *Rota dec. 131. cor. Caprara et dec. 60. n. 7. par. 1. rec.* Insuper vel ab ipso decreto Episcopi servatam argui potest ex eo, quod post verba, quae unionem respiciunt, illa addicta leguntur: »Sicque locus fiat exercitio jurium tam patronatus regii et saecularis cujuscumque quam collationis ecclesiasticae«; decreto autem Episcopi consonum dicendum foret apostolicae Sedis beneplacitum. Id ipsum sane confirmatur ex superius enucleatis rerum adjunctis, quae manifestant, nunquam Capitulo jus nominationis praereptum fuisse: imo hujusmodi sunt, quae ipsum in nominandi possessione conservarunt. Quod si hoc jus quoque in decreto unionis inclusum asseri vellet, tunc eadem heic redirent rationum momenta contra eandem unionem disputata, scilicet de excessu facultatum in decreto Episcopi et subreptione quoad beneplacitum apostolicum et de non protracto Capituli consensu ad curam animarum. Quin obstaret, a Capitulo in compensationem nominationnm, quas amittebat, cessa fuisse bona et redditus canonicatus Cagnolli; quandoquidem hujusmodi nominationes non aliae profecto intelligendae, quam illae, quibus Capitulum potiebatur super 4 canonicatibus ac mansionariatu, quos Episcopus contextim suppressos declarabat, non vero ea circa animarum curam, cum de hac nulla inibi mentio occurrat. Ceterum capitularis nominatio nil officere pontificiae reservationi, cui praepositura devincta est, cum, ea non obstante, apostolicae Datariae jus integrum maneret, hujus canonicam institutionem tribuere, ac liberum ei esset, personam a Capitulo electam recusare; quemadmodum, posita unione, eidem reservationi non officeret concursus, cui inposterum praepositura subjecta foret, atque eum canonica donare institutione, qui, facto experimento, magis idoneus repertus fuerit.

Verumtamen ex adverso multa snnt, quae nnionem eamque perpetuam peractam suadent. Imprimis clara sunt verba decreti Episcopi Bergese, qui absqne ulla temporis limitatione animarum curam attexuit praepositurae; idque fit manifestus, ex quo decretum illud latum fuit ad tramites deliberationis ecclesiastici congressns, qui vi unionis potissimum intendit argumentum redditnum massae capitularis per applicationem canonicalis praebendae pro parocho adsignandae, quae sane ratio tractum successivi temporis respiciebat. Minime vero Antistitis auctoritas in discrimen vocanda videtur, a Pianis enim literis latissimae Episcopis facultates impertitae fuerant circa Capitulorum institutionem, collatis tamen cum Rege consiliis, et in themate nec regius defuit assensus, qui Episcopi decretum praecesserat. Quod si Episcopus Apostolicae Sedis approbationem reservavit, id factum »perche ingiungevasi un nuovo peso ad una dignita di privativa provvista apostolica« perpendunt Datariae apostolicae administri.

Nec unionis peragendae causam defuisse apparebit, si recolatur paroeciam ad octo circiter millia capita assurgentem et paraeciali domo et congrua caruisse. Quare sicuti per unionem huic defectui consulebatur, ita, unione non facta, multa augebantur incommoda; scilicet omni prorsus dote paroecia ipsa orbata fuisset de eo tempore, quo omnium beneficiorum incremento per novam redditnum assignationem providebatur; imo vel ipsis fructibus canonicatus Cagnoli miseram paroeciam Episcopns viduasset, qui jam precario eidem assignati fuerant. Porro hisce malis haud congrunm fuisset remedium possibilitas ex adverso asserta eligendi Canonicum, quippe id fortuitnm perpetuo fuisset et a volnntate hominum omnino dependens, qnibus suo nti arbitrio semper licuisset.

Qnod decrevit Antistes, hoc sua auctoritate firmavit Sedes apostolica.

Ex quo autem Datariae Officiales testentur, re prae oculis habuisse capitularem actum, qui decreti acceptationem respicit, in auras prorsus abit obreptionis et subreptionis vitium in apostolica approbatione; quippe in illo actu expresse Canonici animadvertebant »che in virtù di queste sovrane disposizioni il Capitolo verrebbe ad esser privato de suoi diritto di patronato stati finora da esso esercitti attivamente sulla parochialità«. Illud quoqne sequitur, Pianis literis, quae jnra omnia Capitulorum ac quaecumque juspatronatus servari praecipiebant, cum cognitione causae fuisse derogatnm. Tandem fit manifestum, non inconsulto Capitulo, sed eo assentiente, unionem peractam fuisse; siquidem actus ille veram adhaesionem praesefe-rebat, cum inibi declararent Canonici, se subjici regiis dispositionibus, quas inter profecto unio recensebatur. Quae adhaesio magis roborata mansit ex omnimodo silentio a Canonicis adhibito, cum primae bullares literae executioni committebantur, ubi expressa de expleta unione mentio erat.

Post haec despicienda sunt rerum adjuncta quae recolebant Capitulares. Namque semel ac unio consummata fuerit in prima praepositurae provisione quidquid postea factum ant opinatum sit, eam nullatenus valuit evertere. Hinc nihili faciendae juris cessiones favore Episcopi identidem emissae ac protestationes contra apostolicas literas secundae et tertiae provisionis, quemadmodum nihili eas duxit apostolica Dataria, quando actum fuit de postrema collatione, etsi Episcopus de iis instructam redderet.

»La S. Sede (ajunt ipsius Datariae ministri) coll' aver liberamente provveduto delle prepositura coll' annesso peso della cura, come sopra si è riferito, dette a vedere, quanto per nulla calcolava le pretenzioni del Capitolo«. Sic pariter nil relevat, quod Capitulum expensas paroeciales fecerit ac parochum praesentem in choro pro distributionibus lucrandis habuerit, unio enim subsistere omnino potest independenter ab iis circumstantiis, ex quibus solum sequeretur quod aut Capitulum ad unionem ejusdemque effectns sub hoc adspectu minime advertit aut eodem modo, quo ante unionem, gratificari voluit rectori curae animarum ecclesiae cathedralis. Tandem quidquid circa legatum ejusque agnitionem actum est, ex eo nonnisi privata quorumdam Canonicorum opinio, non authentica interpretatio desumi potest.

Perpetuae unionis validitate constabilita sua sponte sequi videtur, nullum jus ad nominationem Capitulo amplius remanere. Cum enim vi nnionis animarum curae praepositurae accesserit, una eademque res cum illa effecta est et ejus naturam assequta ob vulgarem regulam, quod accessorium naturam induit principalis. Quare ejus esse debet animarum curae praeficere, cui praepositurum conferre jus est: arctaretur autem privativa illa collatio, qua nsqne adhuc apostolica Sedes circa praepositurum potita est, si ei illam tribuere deberet, quem Capitulum ad animarum regimen eligeret. Quod antem unio absque alterius praejudicio peracta aestimanda sit, hoc procedit ubi agitur de unione conservativa juris antiqui, non autem extinctiva,

ceu ponderat *Rota dec. 370. n. 5. par. 3. rec.*; nec de expressa capitularis juris derogatioue opus erat, quia in unione omnibus illis juribus, quae, ea valida existente, salva esse non possunt, ob repugnantiam derogatum censendum esse, per textum *in leg. ubi repugnantia ff. de reg. jur.* tradit *Pax Jordanus tom. 2. Eluc. lib. 10. tit. 32. n. 113.* Accedit pro coronide, Capitulum juri suo circa nominationem valedixisse. Primo quidem unioni assentiendo; quia sic amissioni quoque juris uomiuandi, quae necessario consectabatur, consensisse dicendum esse, quae quidem amissio nec eum fugit, cum in capitulari deliberatioue perpendebat, ex regiis dispeusationibus Capitulum privatum iri jurepatronatus super paraecia, seu superius relatum est: praeterea acceptaudo applicationem redditnum canonicatus Cagnoli, quos Episcopus in massam capitularem conferendos decrevit in compensationem qualiscuuque uominationis, quae Capitulo adimebatur, porro verba ab Antistite adhibita geueralia fuere; atque ideo apta aeque compreheudere tam nominatioues super Canonicatibus quam alteram super paroecia, demum primae provisioni acquiescendo; sicuti autem unio tuuc perfecta fuit cum omnibus ejus effectibus, ita perperam posteriores actus invocautur ad eviucendum Capituli possessiouem in jure nominandi, quippe quod, vix unione peracta, extinctum fuit.

Hisce omnibus utraque ex parte disputatis erit EE. VV. dirimere, quod propouimus

D u b i u m:

An constet de perpetua unione ita ut factus sit locus cessationi capitularis nominationis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus.

Die 12. Julii 1845.

Baren.

Civitas Bitecti cathedram episcopalem obtiuuit a saeculo XII. et quoadusque feudalia seu Barouum jura manseruut, in temporalibus jurisdictioni suberat Ducum Aquarivorum Hadriensium. Brevissimo circumscripta territorio mille passibus a civitate longius haud patebat jurisdictio dioecesana: huic populo et hominibus, qui civitatem ipsam incolebant quique ad trium millium capita circiter assurgebant, tota haec dioecesis constabat. Sublatis universali regni lege feudalibus domiuatiouibus Bitectensis etiam dynasta cum Barensi ducatu quoad temporalia cessavit. Quoad vero spiritualem jurisdictionem, rebus post supremam omuium eversiouem hoc iueunte saeculo perpetratam restitutis, in nova dioecesum circumscriptione ultra et citra Pharum 1818 peracta Bitectineusis cathedra suppressa est ob augustos illius fines et parvum populi uumerum et archiepiscopatui Barensi cui antea suffraganea proximior extiterat (Bario namque distat haud longius octo millibus passuum) perpetuo uuita atque subjecta. Unde princeps illius civitatis ecclesia cathedra sublata simplex effecta est collegiata.

Quod autem attiuet ad coutroversiam hodiernam evolutis tum antiquis cum recentioribus Bitecteusis ecclesiae relationibus ss. LL. visitationis occasione perlatis haec de cura animarum iuuotuerunt. Uuicam ab iuitio parochialem totius civitatis extitisse patet, uti nuuc etiam servatur. Licet enim in relatioue anni 1630 facta Cathedralis paraeciae dismembratioue uovam alteram evexisse narraverit Episcopus in ecclesia s. Mariae Magdaleuae, hauc tamen dismembrationem quam uti legitur in apposita nota s. H. Ordo reprobavit, effectu suo penitus caruisse perspectum est; in sequentibus euim relationibus ad haec usque tempora unica Bitecti refertur adesse parochialis. Ab origiue vero jus parochiae tam habitu quam actu penes omues universim et iudistincte Canouicos extitisse pariter compertum est: in relatione siquidem anni 1594 quae antiquior iu actis invenitur ad rem narratur: »Canouici fere omues sunt sacerdotes animarumque mecum curam geruut populoque sacramenta administrant. At novam paulo post quoad curae exercitium invectam fuisse methodum sane utiliorem colligitur ex relationibus posterioribus. Quandoquidem ab anno 1600 usque ad 1739 Capitulum cousuevisse legitur deputare pro actuali curae admiuistratione Archipresbyterum habita prius Episcopi approbatioue de idoueitate et doctriua eidemque adjuugebautur ex beneplacito pariter Episcopi duo presbyteri coadjutores, qui aetate, moribus et doctrina reperiebautur magis idonei ceu textualiter iuveuitur iu relatione anni 1685; quorum unicuique annuum pro labore stipendium 10 ducatorum

Capitulum rependebat praeter aliquot praestimonia ex rebus incertis retrahenda.

Ejusmodi methodus autem deputationis pro curae exercitio desiisse comperitur circa annum 1790; in hujus anni relatione porro habetur: »Cum auimarum cura penes Capitulum ab ecclesiae hujus origine resideat, ut iufirmis sacramenta administrentur, in ultimo agoue coustitutis auxilium praestaretur, enixe animum intendi ut Capitulum duos parochos substitutos quibus auimarum cura commendaretur eligeret, quos praevio examiue ac opportunis facultatibus eisdem per me traditis probavi«. Neque diu perdurasse videtur postrema haec et novissima iuducta praxis administrandi curam animarum per duos substitutos deputatos, uamque mos inolevit in Capitulo Bitectensi pro curae exercitio uuum tantummodo de gremio deputandi, cui totum devolvitur exercitium post habitam ab Episcopo approbatiouem et cui ducatorum 80 summam annuam pro muuere rependit Capitulum ex cujus massa desumuntur etiam expeusae omues ob curae exercitium necessariae. Uuus autem hic ad curam administraudam electus, licet ejus remotio aeque ac deputatio a Capitulo arbitratu dependeat, deputatur tameu absque praefinitione temporis, uon autem titulo perpetuo; et assumpto Vicarii curati nomine pro Capitulo totam regit paroeciam, ut plurimum, ad vitam nec unquam immutatur, nisi legitimae et graves subsiut amotiouis causae, seu factum hacteuus probavit. Atque ejusmodi est praeseus illius ecclesiae status quoad curam animarum.

Iu hac rerum couditione s. Ordiui preces novissime dedit hodieruus Archiepiscopus Barensis pro perpetua curae aduexione archipresbyteratui, qui est secuuda dignitas in Capitulo Bitectensi, ea lege ut praebenda haec iuposterum uou aliter quam praevio concursu couferatur proviso quoad congruam assiguatione ducatorum 80, quam summam oecouuomo seu Vicario curato rependit Capitulum inpraeseus, praeter propriam, qua fruitur Archipresbyter, praebeudam aunui redditus ducatorum ultra ceutum. Hac euim iuducta methodo summam curae animarum utilitatem addit obventuram, cum oeconomum curatum, qui vigenti methodo eam exercet, parum vel nihili a mercenario discrepare ceuseat, licet actualis Vicarius, qui curam 25 circiter abhinc annis administrat, valde sit probus et de illa ecclesia beuemeritus, ut ipsemet observat Archiepiscopus: qui praeterea subdit hac coucepta spe distulisse resignationem ab ipso hodieruo Vicario pluries oblatam acceptare. Preces ejusmodi eidem Archiepiscopo remisi ut super ipsis audiret Capitulum in scriptis.

Acriter at vero propositae iunovatioui obstitit Capitulum uti deprehenditur ex transmissa deliberatione. Ab immemorabili enim observat usum fuisse jure Vicarium de gremio deputandi et licet deputatio fiat absque praefixioue termiui, deputatus tamen ad vitam in munere permansit, nisi vitae ratio ejusdem Vicarii et bonum auimarum, perraro quidem, aliter exigerent: hanc vero methodum probasse perpetuo Bitectenses Episcopos et ipsum Barensem Archiepiscopum, qui ab auno 1830 praesentem Vicarium Canonicum Aulenti, cujus insuper probitatem, zelum et merita concinit, Ordinarius ipse a Capitulo deputatum rite probavit et absque censura per 25 annos et amplius reliquit in officio, quo fungitur et inpraesens. Nec vigentem praxim juris dispositioni repugnare assumit, sed imo quam maxime congruere, quod juribus et exemplis ostendit: innovationem vero propositam non modo Capituli jurium esse laesivam, sed etiam bono animarum adversantem, ex quo parochus in titulum perpetuum institutus uonnisi praevio canonico processu et servato juris rigore etsi noceus et improbus evaserit, despoliari potest, unde a contrariis effectibus praecipuum hodiernae praxis emolumentum osteuditur. Quod si aliter decerni contigeret, mutationem ejusmodi praebituram observat causas gravium incommodorum et summi moeroris clero et civibus universis. Hiuc coucludit omnia suadere ut manuteneatur in pervetusta possessione curae habitualis et actualis qua potitur nullamque legitimam excogitatae mutationis causam adesse.

Nova methodus, quam proponit Archiepiscopus, de cura animarum archipresbyterali praebendae ac dignitati perpetuo adnectenda congruere videtur non modo juris communis dispositioni et Tridentinis decretis, sed etiam rationi. Ex generali uamque juris communis dispositioue curatores animarum debent esse perpetui, ut in *cap. un. de Capell. Monach. in 6.*, non potest quis ad sui libitum Superioris a beneficio amoveri,*) ut ait *glossa in V. Perpetui*, reddeus rationem quia beneficia

*) Vd. *t. II. p. 133. n. 4.*

non dantur ad tempus, *can. Sanctorum dist. 70.*, ibi: »In qua ecclesia quis est intitulatus, in ea perpetuo perseverat.«

Amovibilitati praeterea in beneficiis curatis resistit aperte concilium Trid.: sancitur enim expresse *cap. 13. sess. 21. de reform.* et jubetur Episcopus »pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas propriasque parochias unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, qui eas agnoscere valeat, et a quo solo licite sacramenta suscipiant.« Et rem proximius respiciens sacramenta synodus *in cap. 7. sess. 7. de ref.* de beneficiis curatis disserens cathedrali vel collegiatae adamussim ecclesiae perpetuo unitis et adnexis locorum Ordinarios hortatur eorumque sollicitudinem excitat, quateuus providere procurent »ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur . . . . ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur«. Ita ut positum videatur in Episcoporum arbitrio vicarium amovibilem seu potius si malint perpetuum in ecclesia curata constituere ex declarationibus s. H. Ordinis, quas citat *Rota cor. Peutinger dec. 53. n. 31.* et monet etiam *Barbosa in Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. n. 16.*

Repuguat demum amovibilitas ista rationi, quia ceu monet *Rota in cit. dec. coram Peutinger n. 10. et seqq. Trid. Concilium* »Ideo perpetuos parochos exigit ut oves suas cognoscere valeant; sunt enim pastores . . .; melius igitur suas oves dignosceut, si perpetui sint et non temporales, ut in his terminis dixit *Rota dec. 24. de praeb. in novis.* Praeterea: cum sint patres, *dist. 96. cap. 9.*, non decet eos esse temporales . . . . Denique sicuti matrimonium caruale ad tempus non contrahitur, ita nec spirituale«.

Hasce vero juris sanctiones pro utiliori et ut plurimum necessaria parochorum seu Vicariorum perpetuitate expendens et commendaus *Barbosa de off. et pot. paroch. part. 1. cap. 1. n. 13. et 14.* haec ad rem animadvertit: »Sicut una mulier non potest duos vel plures sponsos habere . . . . nec unum corpus duo capita, quia esset monstrum, sic nec ecclesia duos vel plures parochos sive curatos et in una ecclesia unus debet esse sacerdos, sponsus et rector qui curam habeat«.

Quam juris censuram et cousonam rationi doctrinam pluries firmavit Rota et maxime *dec. 52. n. 17. et seqq. part. 2. diversor.* et in *Massanen. Jurisd. 1 Martii 1610. coram Lugdun.* Saepius autem s. H. Ordo confirmavit: cujus rei reperiuntur exempla tum in antiquis tum in recentioribus ejusdem resolutionibus. Et sane in *una Nullius seu Montis Casini 26. Januarii 1826* mandavit in ecclesia matrice et parochiali Terrae Peschii Constantii, cujus curam vel presbiteri ejusdem ecclesiae cumumlative exercebant, deputari parochum perpetuum praevio concursu eligendum ad 1. et 2. dub., *in Sarnen. 7. Julii 1731* exequi jussit literas s. Congregationis diei 5. Maji 1646 quas Episcopo dederat in haec verba: »Quoad curam animarum ecclesiae cathedralis non probarunt Eminent. Patres, quod vage Capitularibus immineat, sed maudarunt alicui certae praebendae de consilio Capituli adjungi vel Vicariam inibi erigi perpetuam, ut subjectus populus certum pastorem agnoscat«, additis etiam coadjutoribus curae ex Canonicis. Perpetuum insuper jussit eligi Vicarium in Castrimaris per summar. precum*) 17. Decb. 1825 pro cura animarum exercenda, quae penes Collegiatae Capitulum ex unione paraeciarum extabat. Nec aliter fieri voluit in *Narnien. Curae animarum 5. Sept. 1846* pro cura, quae in Collegiata s. Gemini a Capitularibus per turnum annalem exercebatur. Ac denique idem fieri decrevit in *Novarien. Curae animarum 5. Junii 1841* pro Collegiata loci Jutra, in qua cura turnatim pariter a Canonicis exercebatur.

Neque ad hanc juris ceusuram quoad amovibilitatem avertendam suffragari posse videtur consuetudo quaelibet in contrarium, uti post *Gonzalez ad regul. cancell. gloss. 5. § 5. n. 60.* et *Garc. de benef. part. 1. cap. 2. n. 75.* tenuit *Rota in Toletana Juris nominandi 29. Novb. 1582 coram Blachetto*, ceu meminit eadem Rota in *cit. decis. coram Peutinger n. 15.* Quod sane non modo congruit cum rei gravitate, utpote cum agatur de bono animarum, sed etiam collimat cum conciliari sanctione; in locis quippe supra citatis derogatur expresse consuetudinibus et privilegiis in contrarium. Atque hanc potissimum regulam vim suam eserere maxime convenit, ubi de avertendis agitur incommodis, quae forsan irrepserunt, et compertis abusibus de quibus conqueritur in casu Barensis Archiepiscopus, ait quippe aegre sese ferre Capituli Bitectensis oppositionem.

Hac sane de causa Vicarii perpetui deputationem jussisse potissimum videtur s. H. Ordo in cit. Castrimaris et Narnien.

*) Vd. *p. 526.*

Hisce tam in jure quam in facto plura reponit Capituli patronus, quorum heic summam exscribam. Monet autem inprimis perperam affirmari quod amovibilitas Vicarii curati juris dispositioni censeatur adversari. Textus enim in *cap. un. de capell. Monachor. in 6.* et alii in contrarium allegati diversissimis loquuntur in terminis, de presbyteris vidilicet a Monachis praesentatis Episcopo ut instituantur. Recte vero beneficia quae dantur in titulum et in quibus cadit institutio perpetua*) dicuntur et sunt: secus autem se rem habere in iis, quae deputantur ad beneplacitum, in quibus nulla cadit institutio, sed simplex approbatio, ueque curam habent in titulum, sed nudum exercitium, hos enim absque ulla juris reluctantia deputari posse et solere amovibiles et temporales observat cum *Rota in cit. decis. 53. coram Peutinger n. 43. et seqq.* ubi in hujus doctrinae confirmationem permultae et graves adducuntur auctoritates.

Nec aliter diceudum prosequitur de Concilii Trid. dispositione. Praeterquam enim s. synodus in *cap. 13. sess. 24. de reform.* longe diversum casum considerat, de parochialibus nimirum, quae certos non habent fines et in quibus cura confuse ac promiscue administratur, accedit quod dum praescribit certi rectoris deputationem non arctat praecise ad deputandum perpetuum, sed alternativam assignat, ubi subdit aut utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant, quo loco probare videtur expresse rectorem etiam amovibilem.

Magis vero clare et praecise rectoris amovibilis assignationem approbare subsumit in *cap. 7. sess. 7. de reform.* ubi ait curae animarum in parochialibus unitis providendum per idoneos vicarios, etiam perpetuos, ita ut perpendendo dictionem *etiam* quae exprimit casum magis indubitabilem et implicat minus dubitabilem, ut in terminis admonet *Rota in cit. magistrali dec. cor. Peutinger n. 16. et seqq.* admittit in specie s. synodus modum deputandi vicarios amovibiles esse utiliorem quod quidem confirmari addit ex limitatione statim adjecta »nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur«. In casu vero utiliorem adamussim agnosci methodum antiquitus servatam amovibilitatis vicarii ab experientia, qua constat in facto Vicorios ita se in administratione gessisse laudabiliter, ut ad vitam in munere permanserint, ac si perpetui esseut deputati. Ex hac enim amovibilitate potest resultare favor cultus divini. Curati enim ob timorem expulsionis accuratius inservient Ecclesiae ceu tradit ipsissimis verbis *Rota cum Gutti-eres in decis. 15. coram Peutinger n. 45.*

Cum igitur amovibilitas Vicarii nec generali juris dispositioni nec Trideutinis decretis adversetur, uti patet tum ex dictis cum ex punctuali Rotae auctoritate *cor. Molines in dec. 1082 n. 27. et 28.* ubi deciditur: »hodie enim post Concilium Trid. cura animarum exerceri potest per Vicarios ad nutum amovibiles, ita ut nec ipse Episcopus obtineat facultatem cucatos amovibiles reddere perpetuos, nisi concurrente aliqua justa causa, ut ex meute s. Concilii«; evidens esse arguit Archiepiscopus non posse pro libito voluntatis vicarium amovibilem reddere perpetuum. Ordinarii enim facultatem regulari debere subnectit cum *Pignatell. tom. 9. consult. 143. n. 14.* juxta arbitrium boni viri, quod scilicet importat causae justae et legitimae concursum.

Atque heic loci per attestationes tum Magistratus localis tum patrumfamilias longa serie subscriptorum ostendit defensor non modo nunquam habuisse locum nec abusus nec incommoda qualiacuuque sed etiam laudabiliter semper et summa assiduitate fuisse curam a Vicario Capituli gestam et sacramenta in tempore semper administrata: patet insuper ex allatis monumentis innovationem ab Archiepiscopo propositam, non modo Capitulo gravem et laesivam sed omnibus de populo permolestam futuram et non sine animorum offensione si probaretur excipiendam. Quae vero in literis Archiepiscopi uunc primum commemorantur de abusibus et incommodis ad opportunitatem tantummodo exaggerata fuisse nititur ostendere non solum recensitis testimoniis sed etiam facto hodierni Vicarii, qui est Cauonicus Autenti ab annis fere 30, cujus idoneitatem, zelum et probitatem vel ipsemet Archiepiscopus laudibus exornat.

Ex quibus arguit defensor, cum nulla adsit legitima mutationis causa, uihil fore innovandum in casu et reservandam esse methodum a saeculo in Capitulo Bitectensi vigentem summa cum populi aedificatione et satisfactione. Novitates enim semper odiosas

*) Vd. *t. II. p. 730. n. 74.; p. 616. n. 57.*

esse monet cum *Chrisostomo in epist. 1. ad Corinth. hom. 7.* ubi ait: »nihilque magis animos perturbat, etiamsi fiat ob aliquod utile, uti innovare« et cum d. Augustino, qui in *epist. 54. cap. 5. ad Inquisit. Januar.* prudentissime ait: »Ipsa enim mutatio consuetudinis, quae utilitate adjuvat, novitate perturbat«. Et in praecisis terminis avertendae novitatis et innovationis circa exercitium curae animarum affabre perpendit *Rota cor. Ansaldo in Aretina Jur. paroch. super bono jure 16. Januar. 1703* § *Caeterum:* »Consultius esse observatae consuetudini deferre quam aliud in disscusiouem populi novitate quadam adhibita statuere«, et in *dec. 213. n. 3. et 4. part. 17. recent.* ad rem observat cum Rota: »Nimis durum est immutare ea, quae longo temporis cursu servata sunt.«

Congrua hinc congruis referendo satis intelligi subdit quonam sensu rationi repugnet amovibilitas: ratio namque deducitur tum ex generali juris dispositione tum ex Concilii Trid. sanctionibus, quas nihil habere commune sese putat ostendisse cum praesenti verum statu ex animadversis minime convenire. Maxime cum in casu perperam mercenarii nomen Vicario Capituli tribuatur. Mercenarii enim et conductitii reputantur juxta *Fagnan. in cap. Ex parte de off. Vicar. n. 9. et seqq.* ii a quibus vel ob tenuitatem stipendii vel ob majorem utilitatem quam ex aliis officiis sperant et procurant vel ob aliud simile motivum animarum cura negligi solet. In casu autem non agitur de conductitio sed de Canonico ipius Capituli, cui imminet habitualis et actualis cura animarum, a quo cura laudabiliter exercetur ad vitam et tunc tantum fieret mutatio, si minus laudabiliter exerceret, quod sane maxima consideratione dignum existimat cum Capitulo defensor, utpote quod in verum tendit animarum emolumentum expeditiori modo consequendum. Quare concludit Vicarium Capituli Bitectensis absque ulla necessitate propositae innovationis merito aequiparari debere quoad omnia veris et propriis parochis cum peculiari utilitate quod si officio non bene fungatur facile mutari possit absque solemnitate processus et strepitu judicii. In quorum proinde auctoritatum et rationum conflictu nullam mereri considerationem generales et abstractas jurium doctrinas adductas ex adverso utpote quae casum non officiunt, firmat *cum Rota in Giennen. Jur. votandi 2. Julii 1706* § *Quod indubitanter cor. Kaunitz.*

Sed praeter haec ex alio insuper capite demonstrare pergit Vicarium perpetuum nulla prorsus ratione posse constitni in Collegiata Bitectensi ob illius nimirum ecclesiae qualitatem. Cura siquidem animarum haud inest Collegio seu Capitulo per viam unionis et accessorie, ita ut locus esse possit dispositioni conciliari *in cap. 7. sess. 7. de reform.* eoque minus aptari altera praescriptio in *cap. 13. sess. 24. de reform.* ubi de parochialibus agitur nullis certis finibus circumscriptis, in quibus cura animarum confuse exercetur atque promiscue, quod sane non contingit in casu. Hisce namque tantum in circumstantiis prudenti remittitur arbitrio Ordinarii deputatio Vicarii etiam perpetni, quin tamen hoc praecipiatur a Patribus Tridentinis, sed a causarum varietate et concursu ac locorum exigentia pendere debere disponitur. Et hnc adamussim esse referendas observat s. Ordinis resolutiones in contrarium adductas, vel enim illis in casibus cura confuse, promiscue et vage exercebatur juxta casum, de quo in *cap. 13. sess. 24.*, vel agebatur de cura Capitulis adnexa accessorie et per viam unionis ad tramites *cap. 7. sess. 7. de reform.* quo sane utroque in casu prudens intrat arbitrium, legitimis et justis concurrentibus causis, perpetunm constituendi Vicarium.

Cum itaque Capitulo Bitectensi non accessore et ex unione, non vage et confuse cura immineat animarum sed principaliter et ex primaeva erectione atque a certo rectore, durante illius idoneitate, regatur, neutrum ex citatis capitibus Trid. synodi ostendit convenire, sed e contra sanctionem *cap. 16. sep. 25. de reform.* ubi loquitur adamnssim de cura animarum ex primaeva erectione beneficiis inhaerente, in quibus vicarii perpetui constitutio non solum inhibetur facienda, ne beneficia curata a quibus auferretur cura, convertantnr in simplicia contra eorum institutionem seu fundationem, sed facta insuper reprobatur, et per decessum Vicarii jam deputati vicariae nomen cessare et curam in antiquum statum restitui mandatur.

Et consonam textuali huic conciliari dispositioni doctrinam affert Canonistarum ac prae ceteris *Ventriglia*, qui in *prax. rer. notab. par. 1. adnot. 20.* § *2 n. 4.* rem ita disertis verbis exponit: »In cura animarum spectante Capitulo, Collegio, beneficio vel alteri pio loco non per viam unionis sed ex primaeva erectione vel alio modo non posset deputari Vicarius perpetuus, quia non esset

secundum mentem hujus *cap. Extirpandae* et Concilii Trid. ac Constit. s. Pii V. quae etiam loquitur in termiuis unionnm: imo esset expresse contra dispositionem ejusdem Concilii *cap. 16. sep. 15. de reform.* ubi prohibetur beneficium curatum converti in simplex,*) quod sortiretur deputationem Vicarii perpetui, cui transferri totam curam patet ex infradicendis, saltem quoad exercitium, concordantibus *Loter. de re benef. lib. 1. qu. 33 n. 91.* et *Reclus. de re paroch. part. 1. tit. 4. n. 72. et seqq.* Qui omnes insuper affirmant in hujusmodi curatis ecclesiis aliam contingere non posse deputationem Vicarii quam amovibiliter et ad tempus, is enim non dicitur suo jure administrare sed alieno jure et nomine, Canonicorum scilicet seu Collegii, cum jus parochiae sit apud unumquemque ipsorum in solidum et alius non sit rector quam ipsum Capitulum et Canonici in universum, uti perpendit idem *Loter. loco cit. 9. 20. n. 114. et seqq.* Et in isto casu, licet sint plures personae, tamen unus est curatus, quia omnes habentur loco unins juxta doctrinam *Rotae cor. Matthaejo post Monacell. dec. 5. n. 5.*

Ab hac vero decidendi regula nunqnam s. H. Ordinem deflexisse snbjungit, allatis tnm antiquis tnm novissimis exemplis speciem attingentibus et praesertim in *Baren. Curae animarum 5. Febr. et 27. Aug. 1703, Assisien. Curae animarum 16. Novb. 1706* et *Aliphana Curae animarum 10. Januar. 1726* quae postrema solemniori confirmata est decisione in comitiis diei 15. Martii 1856. In hisce siquidem omnibus aliisque ejusdem speciei controversiis, postquam agnitum est curam tam habitualem quam actualem ad Capitulum et Canonicos pertinere, non per viam unionis, sed ex primaeva erectione, s. Ordinem constanter Vicarii perpetui deputationem ostendit improbasse, regulam amplexando, quam tradit Trid. synodus in *cit. cap. 16. sess. 25. de reform.*

Atque hanc adamussim esse commonstrat ecclesiae Bitectensis indolem ac naturam. Quandoquidem cura animarum, quae Collegii institutionem praecessit, tam habitu quam actu Canonicis omnibus incumbebat principaliter et ex primaeva erectione ceu monumentis insuspectis et fide dignis comprobatur, et maxime deducitur ex relationibus Episcoporum Bitectensium supra recensitis tam remotissima quae data est 1594 quam postrema, quae reperitur in actis ante Cathedrae suppressionem 1790. Ideoque ex hoc praecipuo titulo nunquam esse permittendam arguit innovationem ab Archiepiscopo propositam conciliari decreto repugnantem, s. Ordinis declarationibus adversam, Capituli jurium laesivam et populi ipsius voti inimicam: maxime cum exulent omnino mutationis odiosissimae inducendae motiva et incommoda non occurrant in exercitio curae, cnjus methodus utillima dignoscitur tum ad continendum in officio Vicarium tum ad bonum animarum ob concursum Capitularium in administratione Sacramentorum, ubi necessitas postulet, et si quid demum emendatione dignum irrepsisset in curae administratione, alio prorsus advertit occurrendum fore remedio ad tramites ss. canonum, nunquam vero adhibendam esse rationem, quae radicitus convelleret ecclesiae naturam et in apertam recideret conciliaris decreti violationem.

Erit EE. VV. sapientiae dirimere

D u b i u m:

An et quomodo cura animarum perpetuo sit adnectenda dignitati archipresbyterali seu potius nihil sit innovandum in casu?

S. C. resp.:
Negative ad I. partem, affirmative ad II.
Die 29. Aug. 1857.

Lauden.

Habitualis cura animarum in Cathedrali Laudensi residebat olim penes Capitulum, actualis vero exercebatur a Canonico, qui Praepositi nomen praeferebat. Porro in funeribus et exequiis, quibus Canonici capitnlariter interesse solerent, parochialia emolumenta Capitulum sibi querebat.

Res ita se habuit, usqnedum civilis potestas sub exitu saeculi superioris et subsequentis initio sese desuper hisce in rebus immiscuit. Tnnc factum est, nt translata cura animarum ad primam Capituli dignitatem seu Archipresbyterum coeperit agi quaestio, utrum paroeciae habitualitas in Capitulo inesse pergeret et funeralia illa emolumenta ad idem Capitulum, an vero ad Archipresbyterum pertinerent. Duplex hujusmodi controversia nunquam ad judicem delata est: unns tantum hodiernus Episcopus extrajudicialia quaedam decreta tulerat, quibus pri-

*) Vd. *t. II. p. 617. n. 63.*

mum Archipresbytero favere videbatur; ast haec per novissimum decretum diei 14. Junii 1856 revocavit, eum tantummodo in finem, ut salvis juribus utriusque partis integra in medio questio relinqueretur. Cui tamen ut finis tandem aliquando afferatur, ipse Episcopus, instante Capitulo, preces obtulit huic s. Congregationi. Et quamvis una simul partium deductiones missiset Episcopus, illas tamen per ipsum denuo audiendas existimavi. Denegat Archipresbyter penes Capitulum adhuc esse habitualem animarum curam. Etiam id genus laicae potestatis monumenta profert ac praesertim quoddam rescriptum diei 6. Aprilis 1815. Septuaginta autem circiter anni sunt praeterlapsi ab hisce legibus latis: ex quo forte Archipresbyter arguere posset, si quod antea Capitulo parochialitatis jus insideret, per ejusdem lapsum temporis deletum esse. Nullum revera judicium superesse videtur, quod in Capitulo parochialem habitualitatem ostendat: non sane Vicarii praesentatio, non applicatio missae pro populo, nulla onerum participatio, idque genus sit millia, quae expenduntur in *Verulana Missae communis et Missae pro populo 21. Novb. 1829* §: *Animadvertit* et *Marsorum Jurium parochialium 31. Januarii 1830* §: *Ex Trid. Synodo.* Praeterea si habitualitas penes Capitulum adhuc esset, archipresbyteratus cui animarum cura est adnexa per examen conferri deberet,*) ut s. Cong. animadvertit in *Urbevetana 30. Augusti 1788* §: *Habitualem.* Jam vero res facti est, illum conferri ordinario modo, quo solent ceterae animarum Curae et primae quaeque Capitulorum Dignitates.

Subdit insuper Archipresbyter se plena et omnimoda parochiali jurisdictione gaudere seque paraeciam suscepisse undequaque liberam prorsusque immunem a cujuslibet generis dependentia. Si vero habitualis cura animarum penes Capitulum resideret, ita ab eodem dependeret Capitulo, ut nihil aliud dici deberet planeque esset quam ejus Vicarius in exercendis paroeciae muniis. Ast nihil de hujusmodi subjectione nec verbum quidem de jure Capituli quoad habitualitatem in Bullis suae canonicae institutionis reperiri.

Hisce de I. quaestione breviter animadversis quoad alteram contendit parochus, nullum jus esse Capitulo percipiendi emolumenta quaelibet paroechialia eo minus, quae in funeribus obveuire solent. Haec profecto sunt ejus, cui incumbit animarum cura ad textum in *Clement.: Dudum de sepulturis, s. C. in Callien. seu Urbinaten. Juris tumulandi 30. Aug. 1717.* Debentur enim propter sacramenta seu onus in eorum administratione subeundum, propter quod inducta pariter est portio canonica seu quarta funeralis, *Barbosa de off. et pot. Parochi par. 3. cap. 25. n. 1.*

Postulat ipsa aequitas, ut qui onera sustinet et incommoda, commoda pariter et emolumta percipiat; quemadmodum e contrario justitiae leges non patiuntur, ut quispiam ex alienis laboribus fructum capiat. Atqui Sacramentorum administratio et universa paraeciae onera exempto prorsus Capitulo perferuntur ab Archibresbytero, cui proinde quidquid est emolumenti tribuendum esse videtur.

Adducit deinde quasdam declarationes administratorum status, illas praesertim quae sub die 23. Martii 1814 ad Cremensem Episcopum missae fuerunt. Ibi addicuntur Archipresbytero emolumenta omnia, quae vocantur incerta.*) Quas quidem rationes tanti ponderis visas fuisse monet hodierno Episcopo Laudensi, ut re mature perpensa decernere primo non dubitaverit: «*che non avendo il Capitolo veruna parrochialità abituale, non gli si compete neppure lo spoglio dei funerali et officii, diritto derivante dal diritto di parrochialità.*»

Post haec fidenter invocat observantiam, admonens suos antecessores: «*dall' epoca della organizzazione del Capitolo*» percepisse candelarum et intorticiorum reliquias, de quibus agitur, occasione funerum quomodolibet peractorum. Exploratissimum quidem est consuetudinis argumentum, quod semper grave putatur, plurimi faciendum esse in negociis ad funera pertinentibus. *Reifenst. in jus canon. univ. t. 3. tit. 28. n. 47, s. Congregatio in Camerinen. Sepult. 18. Decb. 1819 et in Massen. Pertinentiae 26. Martii 1836.* § *Consuetudinis.* Sufficere autem consuetudinem**) per lapsum 40 annorum inductam, eruitur ex *Barbosa de off. et pot. parochi par 3. cap. 25. n. 16.* Aliud quoque adminiculum desumit ex onere persolvendae cujusdam taxae, etiam pro incertis utriusque stolae emolumentis; a quo onere Capitulum est

*) Vd, *p. 326. XXXVII.*

*) Vd. *Congrua.*
**) Vd. *Consuetudo.*

prorsus immune. Jam vero si funeralia emolumenta Capitulo tribuenda essent, parochus ex parte saltem pro re non sua et commodo alieno taxam solvere cogeretur, quod certe justitiae legibus adversatur. Nec tamen Canonici, si quando ad funera invitentur, suis carent emolumentis.

Ex adverso Capitulum pro certo habet adhuc se habituali animarum cura potiri. Hanc equidem insedisse in Capitulo ad annum usque 1791 extra controversiam positum est, fatente etiam Archipresbytero. Jam vero ab eo tempore nullum proferri potest instrumentum, ex quo constet, vel Capitulum istiusmodi juri nuncium misisse vel ipsam a legitima auctoritate sublatam fuisse. Quae vero jactantur civilis potestatis mandata, quaecumque demum ea sint vel esse possint Capitulum arbitratur, nihil ipsa conficere; siquidem civilis potestas in rebus ecclesiasticis nihil habet auctoritatis.

Praeterquamquod Canonici contendunt nullam penitus vel a civili potestate inductam fuisse mutationem quoad habitualitatem parochialem. Equidem nihil obstat, quod penes unum sit cura habitualis, penes alterum actualis, teste s. Cong. in *Gallipolitana Parochiarum 7. Augusti 1841.* § *Jam vero.* Inde vero nullum paratur impedimentum libero exercitio parochialis officii, nihil provenit detrimenti utilitati et commodo parochianorum. Etenim constituto Vicario perpetuo, quocumque demum hic titulo decoretur, nefas est ei quem penes residet cura habitualis sese immiscere in quibuslibet paroeciae muneribus exercendis; *Barbosa de off. et potest. parochi par. 1. cap. 1. n. 56. et 57, s. Congr. in Bovinen. Jurium parochialium 27. Maji 1820.* § *Exploratum.* Cum igitur finis ob quem animarum cura perpetuo translata fuerit ad primam Capituli Dignitatem seu Archipresbyterum eo spectasse videatur, ut commodior utiliorque paroeciae gubernandae modus induceretur; nulla perspicitur probabilis ratio privandi Capitulum pervetusto jure, quod, salva plenissima exercendi parochialis officii libertate, consistere potest. Accedit sententia Episcopi affirmativa in sua informatione.

Igitur si aliquando civilis Gubernii administri usurparunt contra capitulum verbum illud «abitualità» improprie loquuti videri possunt. Et sane aequivocatio vel error poterat facillime obrepere cum agatur de re prorsus ecclesiastica, quam plerumque laici vel omnino ignorant vel probe non norunt. Illud etiam est observandum, aliquas ex iis, quae hic afferuntur, legibus ac declarationibus administrorum Status editas esse perturbatissimis illis temporibus, quando leges et principes tam facile mutarentur.

Nec quidquam obstare Bullas, quas Archipresbyter obtinuit; Capitulum quippe animadvertit, absolutam illam libertatem et independentiam, quam ipse sibi collatam asserit, referri ad exercitium curae animarum, minime vero ad ejus habitualitatem. Perperam etiam hic memorari praescriptionem; quidquid enim dici aut supponi velit, certum est, praescriptionem absque titulo induci non posse, *Cap. Si diligenti de praescript.* In themate vero vel nullum adesse titulum vel adesse non justum.

Vindicato sic jure parochialis habitualitatis etiam emolumenta funerum seu «*lo spoglio della cera*» Capitulum ad se pertinere contendit. Ac primo allegat quam longissimam, pacificam cunctisque muneribus absolutam consuetudinem, quae pro se viguit adversa parte non denegante ad annum usque 1791. Porro ait tum in Conciliis provincialibus tum in synodis dioecesanis sancitum esse, ut in funeribus et exequiis consuetudines observentur contumacesque ab Episcopo omni juris remedio compellantur, *Concil. provinc. Mediolan. 2. Par. 3. dec. 17 et 1. tit. de funer., synod. Lauden. 1. de funer. pag. 52.*

Nec hujusmodi consuetudinem dici posse subsequente tempore infirmatam et abrogatam, cum actus adversus eam legitime praescripti non producantur.

Quae vero evenerunt, cum Archipresbyteri Pavese et Bellé paraeciam administrabant, nihili omnino facienda esse. Siquidem illi si quando candelarum reliquias perceperunt, interrupte, per violentiam aut alio modo illegitimo perceperunt, nunquam tamen assentiente, imo semper reclamante Capitulo. Id sane ab Episcopo confirmari. Jam vero neminem latet actus, qui praescriptionem contra legem aut consuetudinem inferre valeant, debere esse non interruptos, frequentes nec vi nec aliquo reclamante elicitos. *Reiff. lib. 1. tit. 4 de cons.* § *5.*

Capitulum praeterea commemorat, altare et ecclesiam ubi funera peraguntur ad se omnino non ad Archipresbyterum pertinere.

Atqui candelae et intorticia quaelibet in funeribus ita Deo oblata esse intelliguntur,

ut sacrario ecclesiae iu qua exequiae fiunt et mortui corpus sepulturae maudatum erit addicta esse debeant, *Conc. prov. Mediolanen. 1. tit. de funer., Vanespen. p. 2. sect. 14. tit. 7. de sepult. n. 28.*

Praecipi quoque in synodis dioecesanis, ut a defuncti haeredibus ecclesiae cathedrali, collegiatis et parochialibus portio canouica seu quarta funerum persolvatur, *synod. Lauden. 1. de funer. pag. 52.* Si portio canonica ergo et integra fuuerum emolumenta ecclesiae cathedrali seu Capitulo addicenda erunt, ad quae aliquateuus compeusauda jus quartae inductum est.

Nec adversarium quidquam proficere, quando admouet, emolumenta funeralia deberi parochis ob sacrameutorum administrationem interque jura pastoralia receusenda esse; hoc enim, etsi in genere verissimum sit, uou comprobatur tamen si contraria vigeat cousuetudo, *Van Espen, par. 2. sect. 14. tit. 7. de sepult. n. 36.* Incassum pariter perfugium quaeri in responsis Administrorum status, qui, etsi ageretur de re posita intra fines eorum jurisdictionis, attamen praejudicium aliis quaesito jure pollentibus inferre nequibant.

Quae vero decreverat primo Episcopus, re postea penitius inspecta, novissimo, ut dictum est, decreto revocavit. Nullius etiam esse ponderis, objectiouem persolvendae taxae pro incertis emolumentis; si quid enim hoc nomine Archipresbyter reipsa solveret, certum est, id non solvi in specie pro funerum emolumentis in quaestionem adductis, sed generatim pro illis omnibus, quae ipse percipit indubio plenoque jure. Denique juverit hac in re memorare quaestiouem, quam parochus et Capitulum cathedralis Patavinae tum quoad parochialem habitualitatem tum etiam quoad fueralia emolumenta sub annis 1822 et 1823 ad hunc s. Ordinem detuleruut. *Episcopus ille in forza di sovrano disposisione* absolute decreverat, extinctum esse quodlibet jus Capituli, quod ad curam habitualem attinebat. Verum in Bullis apostolicis pro Episcopo successore expeditis mandatum expresse fuerat, ut abrogata et penitus deleta quacumque illegitima immutatione circa parochialitatem uulliter peracta ex nunc et iuposterum habitualis animarum cura maneat penes Capitulum et Canonicos». Hinc exorta alia quaestio de funerum emolumentis, quae rescripto ex audientia SSmi diei 8. Martii 1823 dirempta sic fuit: «Firma remanente cura habituali penes Capitulum actualis exerceatur ab Archipresbytero, tributa Episcopo facultate ad praecaveuda iuposterum dissidia statuendi quoad perceptiouem emolumentorum quidquid in Domiuo magis expedire judicaverit.»

Hic tamen opportune observat Laudensis Episcopus, si suo pariter arbitrio res forte permitteretur, apprime sibi esse spectandas speciales sui Capituli conditiones.

His expositis diguentur Emi Patres dirimere

D u b i a :

1. *An cura habitualis parochialis et cathedralis ecclesiae Laudensis sit penes Capitulum in casu?*

2. *An et ad quem spectent candelarum et intortitiorum reliquiae in funeribus, quibus Capitulum collegialiter interest in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative.

Ad II: Affirmative favore Capituli juxta modum ab Ordiuario de bouo et aequo statueudum, auditis interesse habentibus.

Die 7. Julii 1860.

In vetustissima ecclesia cathedrali F. iu Neapolitanis provinciis, quae dein Sedi modo archiepiscopali N. fuit unita, juxta antiquissimum complurium ecclesiarum morem universo Capitulo imminebat animarum cura, quae per singulos Canonicos exercebatur juxta ea quae exposita sunt in autecedenti causa.

Verum cum ejusmodi animarum cura in quemque Canonicorum incumberet jamdiu a saeculo decimo sexto contigit, ut (uuoquoque Canonico officium suum aliorum curis auxilioque commissum atque commendatum fortasse cogitaute) omnes simul nihil propemodum in curam animarum agerent.

Episcopus id temporis, ut huic malo medelam afferret, 1598 ex venia s. Pontificis publico exarato instrumento *erexit et deputavit in dicta Cathedrali de consensu et beneplacito praedictorum Canonicorum decanatum, tertium dignitatem dicti Capituli, qui Decanus sit et esse debeat curatus et curam animarum exercere tam parochianorum Cathedralis quam aliarum parochiarum unitarum et omnia sacramenta ministrare . . . habere vocem et stallum in Capitulo ac deservire cum caeteris*

de capitulo in omnibus divinis officiis . . . esse debeat tertia Dignitas post pontificalem et habere debeat omnes et singulas praerogativas . . . prout aliae dignitates Capituli . . . Qui decanus in portionem habere debeat decimam tertiam portionem ex omnibus fructibus, redditibus et proventibus . . . tam de massa grossa quam de distributionibus quotidianis et mortuariis prout singuli et caeteri de Capitulo tantum et nil aliud.

Erecto itaque decanatu statim Episcopus ille eumdem contulit praevio examine cuidam sacerdoti absque ullo Capituli interventu; eodemque jure inposterum usi suut caeteri Episcopi.

Usque ad aunum 1862 res pacifice processerunt. Defuncto eodem auno Decano Capitulum in oeconomum curatum elegit Petrum, qui id temporis thesurarii muus in Capitulo obibat: idque per literas Archiepiscopo significavit una cum nuntio mortis Decani.

Archiepiscopus jura episcopalia laesa existimans, nulla habita ratione hujus electionis, alium deputavit Canonicum, qui interim curam animarum gereret quique de facto, acceptis a Capitulo libris parochialibus, officium obivit. Hac de re indignati sunt Canonici et hujusmodi agendi rationi haud acquiescentes alias dederunt literas Archiepiscopo, jus sibi esse contendentes deputandi oeconomos parochos. Quae quidem cum in irritum cessissent, s. Congregationi supplicem porrexerunt libellum atque consuetum Rescriptum prodiit: *Archiepiscopo pro informatione et voto, audito procuratore fiscali referat super bono jure, transmissis documentis ad rem facientibus.* Denique juribus utrinque iu medium deductis quaestio coram S. C. proposita est.

Commemorabant Cauonici concordatum initum inter Pium VII. et Ferdinandum I. in regno Neapolitano et quamdam decisionem captam ab eis qui deputati fueraut ad concordatum exsequendum; decisum namque fuerat, si Dignitati aut canouicatui sit cura animarum adnexa ea uou deberet tamquam parochia considerari, ea de causa, quod canouicatus vel dignitas tamquam titulus principalis praevalet. Hoc autem posito, inquiebat Capitulum, animarum curam, iu re de qua agimus, accessorie fuisse unitam Dignitati decanatus, proindeque quoad substantiam ad universum Capitulum pertinere quod per uuum suorum eam exerceret: mortuo ideoque Decano universum Capitulum in exercitium curae subiutrare debere.

Neque hanc distinctionem alienam esse subdebat a constitutione Coucilii Trid. *c. 18. sess. 24. de reform.* in qua statutum fuit: *Expedit maxime animarum saluti, a dignis et idoneis parochis gubernari. Id ut diligentius ac rectius perficiatur «statuit sancta synodus, ut, cum parochialis ecclesiae vacatio, etiamsi cura ecclesiae vel Episcopo incumbere dicatur, ut per unum vel per plures administretur, etiam in ecclesiis patrimonialibus seu receptivis nuncupatis in quibus consuevit uni vel pluribus curam animarum dare (quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat) per obitum vel resignationem etiam in Curia seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa parochialis ecclesia reservata vel affecta fuerit generaliter vel specialiter, etiam vigore indulti seu privilegii in favorem s. romanae ecclesiae Cardinalium seu Abbatum vel Capitulorum, debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis ecclesiae, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiae sustineat, donec ei de rectore provideatur.»* In hac enim constitutione, inquiebat, sermonem esse de simplicibus ecclesiis paroecialibus, nou autem de Cathedralibus aut Collegiatis; cum has Patres Tridentini non nominaverint, nec eos latere potuisset jus saltem plurium Cathedralium nominandi oeconomos parochos.

Ad haec coufirmanda osteudebat Capitulum, habitualem animarum curam esse penes ipsum Capitulum, etsi eam actu exerceret Decanus; id ex eo praesertim probabat, quod in erectioue Decanatus certa portio redditum capitularium eidem adsignata fuerit, quod tamquam argumeutum hisce iu causis de cura habituali habuit s. Rota *coram Seraphino decis. 1034 n. 5.* Posita ergo habituali cura penes Capitulum, dispositionem Tridentinam applicari uou posse inquiebat, cum non ageretur de vacatione ecclesiae seu curae, sed tantum exercitii, nuuquam morieute principali rectore.

Sed hypothesi quoque facta, jus deputandi vicarios seu ut ajunt oeconomos curatos in ipsis Cathedralibus et Collegiatis ecclesiis ad Episcopos pertinere, contendit Capitulum, in praesenti themate id iuvocari

non posse, ob vigentem contrariam consuetudinem.

Ad consuetudinem hanc probandam animadvertit ante decanatus erectionem actu et habitu animarum curam Capitulo inhaesisse: post eam erectionem habitu penes idem Capitulum mansisse; quod praeter dicta ex eo Canonici inferebant, quod Decanus praesente Capitulo nunquam stolam assumeret, defunctis et domibus sabbato s. non ipse beneficeret sed Canonicus hebdomadarius; jura stolae nigrae ad universum Capitulum pertinerent.

Quamvis autem vetusta documenta ad haec probanda afferre non possent, quod 1799 archivium incendio fuerit absumptum, tamen in libris paroecialibus ab anno 1708 usque ad annum 1845 jugiter adnotata haec verba reperiri: *Initium oeconomatus capitularis ob vacantiam Decanatus ecclesiae cathedralis:* et occasione provisionis Decanatus: *Initium decanatus mei etc. et finis oeconomatus capitularis.* Haec quidem verba visa et adprobata fuisse in visitationibus episcopalibus.

Haec praecipua sunt, quae ex parte Capituli deducta fuerunt.

Procurator fiscalis initio contendit, curam habitualem penes Capitulum haud residere, cum Capitulum 1796 omnem animarum curam a se abdicaverit, ceu ex allegato instrumento: ideoque decanatum cum adnexa animarum cura ita fuisse erectum, ut praevio concursu libere ab Ordinario conferri posset et uti talem ab Episcopo id temporis et deinceps ab ejusdem successoribus fuisse collatum.

Jamvero vacante hujusmodi cura deputationem oeconomi curati ad Episcopum pertinere dubitari non posse, Ferraris *Biblioth. can.* verbo: *Vicarius parochialis n. 33. et 44*: «Deputatio vicarii temporalis seu oeconomi in hoc ultimo casu vacationis parochiae spectat ad Episcopum, in cujus dioecesi parochia vacans sita est, seu ad eum qui potest instituere concursum, sic decisum fuisse a S. C. C. refert Barbosa.»

Verum, licet cura habitualis penes Capitulum resideret, non inde posse inferri jus Capituli deputandi oeconomum, cum ex allegato Tridentini decreto aperte hoc jus adscriptum fuerit Episcopo in quavis ecclesia quae curam animarum habeat, quocumque polleret privilegio, *etiamsi cura ecclesiae ... incumbere dicatur et per unum vel plures administretur.*

Idque pari ratione confirmatum esse a Pio IV. constitutione *In conferendis**), Benedicto XIV. *Cum illud***), item *Cum semper****), et sic decisum fuisse a S. C. C. ceu tradit *Barbosa Jur. eccl. l. 3. c. 6. n. 5, Garzia, de Benef. p. 9 c. 2.*

Quod si Decanatum tamquam vicariam considerare placeret, profecto ejusmodi vicariam perpetuam†) esse: jamvero ex communi doctorum doctrina ejusmodi vicarias, quibus adnexa sit animarum cura, non precario, sed canonica institutione conferri et tamquam verum beneficium fere in omnibus considerari, juxta responsum *Innocentii III. in cap. 27. de Rescriptis:* «*Non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de perpetuae vicariae proventibus est provisum.*» Quo in casu evidentiori ratione locum habere Tridentinam dispositionem: *etiamsi cura ecclesiae .... incumbere dicatur et per unum vel plures administretur ... etiamsi ecclesia parochialis generaliter vel specialiter affecta fuerit ... in favorem Capitulorum.*

Ad consuetudinem quod attinet, animadvertit fiscalis procurator, generalem esse regulam in Neapolitano regno et immemorabilem consuetudinem, ecclesias paroeciales etiam diguitati vel canonicatui unitas per concursum conferri,††) et tempore vacationis eisdem prospici a propriis Episcopis absque ullo Capitulorum interventu: neque in ipsa archidioecesi N. unquam esse auditum, inquit, Capitulum quodvis in hujusmodi nominationibus et praesentationibus jus aliquod sibi vindicasse et Episcopos semper in hujusmodi pacifica possessione permansisse.

Rejiciebat deinde rationes ex adverso oppositas, et ad Concordatum quod attinet, si ex eo argui posset jus deputandi oeconomum tempore vacationis, pari ratione sequi eosdem Canonicos posse absque interventu et approbatione aut confirmatione Ordinarii exercitium curae assumere sicuti ante epocham erectionis decanatus. Caeterum posita aliqua lege, non statim decretas censeri ejus consequentias; praesertim quando tot ac tanta in contrarium militent argumenta.

Consuetudinem ex adverso objectam ex eo praesertim nullam ostendi contendit, quod

*) Vd. *t. II. p. 425.*
**) Vd. *t. p. 607.*
***) Vd. *t. I. p. 695.*
†) Vd. *t. II. p. 1052. n. 114.*
††) Vd. *p. 326.*

nullum documentum quo ea demonstraretur Capitulum afferre potuerit: namque verba ad eam probandam adducta, licet ut authentica admitterentur, observabat vocem *Capitularis* optime significare posse personam, quae etsi a Capitulo non nominata officium tamen exerceret ad Capitulum habitualiter pertinens. Caeterum si ejusmodi jus Canonici exercuissent, saltem a tempore incendii, constitutiones capitulares aut exemplaria epistolarum quibus notam fecerint Episcopo deputationem oeconomi, proferre debuisse; quae, cum non patefacerent, ea non existere argumentum esse.

His aliisque utrimque adductis propositum est resolvendum

D u b i u m :

An et cui competat deputatio oeconomi curati in casu?

S. Congregatio C. die 27. Febr. 1869 respondere censuit:

Affirmative et deputationem competere Archiepiscopo, et amplius.

Ex quibus colliges:

I. Ex Tridentina lege ad Episcopum seu Ordinarium dumtaxat pertinere deputationem vicarii paroecialis tempore vacationis paroeciae.

II. Ejusmodi jus seu officium extendi ad quasvis ecclesias paroecialis Episcopis subjectas, quamvis peculiaribus juribus vel privilegiis censeantur illae donatae.

III. Quare cathedrales ecclesias sive collegiatas, quibus immineat animarum cura, quam per vicarium exerceant, tempore vacationis vicariae, eam Tridentinam legem declinare non posse.

Ad s. Concilii Congregationem scripserat Archiepiscopus X. quae sequuntur exponens: In parochiali s. Joannis ecclesia ab immemorabili clerus extabat qui saecularis et collegialis dicebatur, quin ob temporis diuturnitatem ejus fundationem probare possibile fieret. Primicerium antiquitus habebat haec ecclesia et Hebdomadarios tresdecim simplicibus beneficiis investitos, omnesque curam animarum exercentes. Anno 1692 per Bullam Innocentii XII. sa. me. in Collegiatam curatam erecta est, cum Capitulo, Choro, Stallo, Capitulari mensa caeterisque aliis privilegiis quae Collegiatarum ecclesiarum propria sunt. Constituit itaque Pontifex unicam primamque dignitatem, Primicerium: et cum eo Canonicos tresdecim, quorum favore privilegium servavit animarum curam exercendi inter se per turnum; sed electione praemissa et salvis electi examine ac adprobatione Ordinario spectantibus.

Ast hujusmodi usum parochum ad *sex* menses eligendi experientia docuit modo animarum bono adversari potius quam prodesse: idque Archiepiscopis praedecessoribus et s. Congregationi notum fuit: illis namque sciscitantibus sacram Congregationem respondisse ut curarent semestrem electionem facto ipso in eamdem quae digna fuerit personam cadere.

Ad omnia componenda Archiepiscopus instabat ut parochus inamovibilis in ea ecclesia constitueretur, et quaedam proponebat tum circa ejus institutionem tum circa praebendam ipsi assignandam. Et S. C. rescribebat: »*Ponatur in folio et notificetur Archiepiscopo causam proponendam esse in pleno Emorum et Revmorum Patrum consessu, ideoque moneat Fiscalem Curiae Archiepiscopalis et Capitulum eisque praefigat congruum terminum ad deducendum, quatenus velint, ulteriora jura sua coram s. Congreg. et de resultantibus certioret.*

Indubium esse, contendebatur, novam methodum de cura animarum canonicali praebendae perpetuo adnectenda nedum veteri ecclesiae disciplinae, nedum juris dispositioni et Tridentini decretis congruere, sed etiam rationi. Quoad veterem ecclesiae disciplinam testimonium afferebat *Thomassinium de Vet. et Nov. eccl. discept. part. 1. lib. 2. cap. 27. num. 4. 5. 6.* Quoad Decretales in Corpore juris clausas eligebat *Cap. ad haec 3. tit. 28. lib. 1. et cap. 1. de capell. Monach. in 6.* et *Cap. Extirpandae 30. de praebendis.* Demum quoad Tridentini Decreta recolebat cap. 13. sess. 21. de reform. et cap. 7. sess. 7. de ref. ubi disserens s. Synodus de animarum cura Cathedrali vel Collegiatae adamussim ecclesiae adnexa locorum Ordinarios hortatur ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos animarum cura laudabiliter exerceatur.

Nec juri scripto tantum sed et rationi repugnare amovibilitatem parochorum; quia Tridentinum Concilium ideo perpetuos parochos amovibilibus praefert, ut oves suas cognoscere valent. Sunt enim pastores et melius suas oves dignoscent si perpetui sint et non temporales. *S. Rota Romana* in Decis. 53. cor. *Peutinger*

n. 10. et seq. Et S. C. C. hanc ipsam doctrinam saepius confirmasse praesertim in una *Nullius seu Montis Casini 25. Januarii 1726 et in Sarnen. 7. Julii 1731* et in aliis quampluribus.

Contra hanc juris censuram non suffragari quamlibet adversam consuetudinem, *Gonzal. ad Reg. Cancell. Gloss. 5. § 5. num. 60.*, *Rota in Toletana Juris Nominandi 29. Novembris 1582 cor. Blanchetto.* Atque id tunc maxime obtinere, cum agitur de avertendis incommodis ab Archiepiscopo in facto demonstratis.

Proponebat itaque Archiepiscopus ut quam primum Canonicatus vacaret Capitulum tres Sacerdotes praesentaret idoneos: sibique electio reservaretur et electus examini quod caeteri Parochi subeunt et ipse subjiceretur. Electi idoneitate probata hic parochus inamovibilis remaneret et canonicali institutus beneficio, quod semper parochi pro tempore personae unitum esset.

Quidquid sit de veteri ecclesiae disciplina (ajebat Capitulum) certum exploratumque haberi quod amovibilitas Vicarii Curati neque juri communi neque Concilio Tridentino neque rationi repugnat. Textus namque ab Archiepiscopo allatos valde diversis in terminis loqui, scilicet de presbyteris Episcopo a monachis ut instituerentur praesentatis. Beneficia quae dantur in titulum et in quibus cadit institutio perpetua vocari et esse. Illa e contra quae deputantur ad beneplacitum et in quibus nulla cadit institutio, sed simplex requiritur approbatio, curam non habere in titulum, sed nudum exercitium: ideoque absque ulla juris reluctantia qui ea possident amovibiles esse.

Multo minus amovibilitatem Sanctae Tridentinae Synodi decretis adversari. Inprimis enim s. Synodum casum longe diversum considerare *in cap. 13. sess. 24. de reform.* scilicet parochiales ecclesias certos quae fines non habent et in quibus cura confuse ac promiscue administratur. Et etiam hoc in casu deputationem perpetui rectoris stricte non praescribere dummodo certus ille sit: sed alternativam proponere per verba »*aut utiliori modo prouti loci qualitas exegerit provideant*«.

Id magis confirmari ex dispositione cap. 7. sess. 7. de reform. qua praecipitur 1. animarum curam in beneficiis curatis quae Cathedralibus, Collegiatis seu aliis ecclesiis perpetuo unita et annexa reperiuntur per certum et determinatum Vicarium exerceri debere, 2. et Vicarium posse ab Episcopo decerni etiam perpetuum. Ex his erui haud adversari Tridentino Concilio amovibilitatem Vicariorum: et nonnisi justa ac rationabili causa concurrente fieri posse ut nova methodus inducatur, ubi jam existit antiqua. Hujusmodi theoriam et Pignatellium tradere *tom. 3. consult. 143. n. 14.* et confirmare s. Rotam *Decis. 1082 coram Molines num. 27. et 28.*

Quod autem haec punctim sit casui aptanda, patere ex qualitate Collegiatae s. Joannis Majoris cui Vicarii perpetui constitutio repugnaret, cum ibi non per viam unionis et accessorie pertineat cura animarum Collegio seu Capitulo, bene vero principaliter et ex primaeva erectione; quo in casu apertam occurrere Canonistarum doctrinam. *Ventriglia prax. rerum notab.* part. 1. adnot. 20. § 2. n. 4: »In cura animarum spectante Capitulo, Collegio, Beneficio vel alteri pio loco, non per viam unionis, sed ex primaeva erectione vel alio modo non posset deputari Vicarius perpetuus quia non esset secundum mentem Cap. Extirpandae et Concilii Trid. ac constit. s. Pii V. quae etiam loquitur in terminis unionum.«

Canonum et doctorum sententiam confirmare S. C. C. responsa in *Baren. Curae animarum 5. Februarii et 27. Augusti 1703* alisque. Quamobrem nec rectae rationi convenire ut amovibilitas in casu supprimatur, cum recta ratio jubeat minime detrahi iis quae recte constituta sunt. Et recte constitutam fuisse amovibilitatem patere ex eo, quod nullum inconveniens deploratum fuerit in facto: immo bonum expectandum sit, quia Curati ob expulsionis timorem ecclesiae accuratius inservient.

Omnia accepto habebat fiscale votum et commendabat quae Archiepiscopus proposuerat. Et inprimis monebat Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 7. de reform. facultatem Episcopis concedere visitandi et sollicite providendi Beneficia Ecclesiastica Curata quae Cathedralibus, Collegiatis etc. unita et adnexa reperiuntur; verbaque citati capitis ita a Doctoribus explicari, ut appositio Vicarii sive temporalis sive perpetui ab Ordinariorum arbitrio pendeat ex circumstantiis dirigendo. *Barbosa jur. eccles. univ. lib. 3. cap. 6. n. 12.* et in notis ad cap. 7. sess. 7. de reform. n. 15, 31, 33.

Afferebat etiam Constitutionem s. Pii V. *Et si omnibus* 5. Novembris 1571 qua *Motu proprio* undecim instituit Vicarias perpetuas in totidem Basilicis et ecclesiis Almae Urbis, cum assignatione portionum et obventionum pro singulis earum, ac praecipue insistebat rationi a Pontifice adductae novae ordinationis, quae est ut Vicarii perpetui animarum curam diligentius ac vigilantius gererent.*)

Fagnani auctoritatem invocabat qui cap. VI. ex part. de Off. Vicar. num. 14. et seqq. ostendit, utilius servitium ecclesiis parochialibus praestari a Vicariis perpetuis quam a temporalibus; et expedire ut Sedes apostolica decernat, quod Capitula Cathedralium et Collegiatarum ecclesiarum curam animarum habentium eamque per Vicarios temporales exercentium cogantur ad deputandos Vicarios perpetuos qui curae incumbant.

Hujus doctrinae (prosequebatur fiscale votum) aequitatem ac veritatem ostendere experientiam; quae docet Vicarii temporalis nominationem discordias et contentiones in Capitulis plerumque excitare ac fovere: et nonnumquam etiam sine causa, ob privatos affectus, eos amoveri qui immo ecclesiae et Curae utiles essent. Praeterea, qui amovibiles sunt, ecclesiam haud diligere nec ovium sollicitam curam gerere, quas uti *suas* non respiciunt.

Quoniam vero Vicarii perpetui absque erectione tituli Vicariae institui nequeunt ex traditis per *Barbos. Collect. Doctor.* in Con. Trid. n. 17, ideo Archiepiscopum proponere, ut Vicarius in ecclesia s. Joannis Beneficio canonicali sit investitus; et ad normam Constitutionis s. Pii V. *Ad exequendum* 1. Nov. 1567 Canonicis ejusdem ecclesiae Collegiatae jus tribuatur tres Sacerdotes praesentandi ad animarum curam exercendam idoneos, quos inter ab Episcopo electus non antea sit instituendus quam in examine habilis inventus et approbatus. His deductis propositum fuit

D u b i u m:

An et quomodo approbanda sit institutio Vicarii Curati in casu?

*) Verba constitutionis *Etsi omnibus* quae votum fiscale invocaverat haec sunt: »Idcirco expediens duximus ut in singulis Basilicis et ecclesiis praedictis singuli Vicarii perpetui congrua fructuum portione qua honeste sustentari valeant eis adsignata, prout in s. Concilio Tridentino et alias a nobis per nostras literas statutum est, ponantur, deputentur, qui animarum curam hujusmodi eo diligentius gerant, quo magis eam proprie ad se pertinere et sibi incumbere noverint«.

S. C. C. die 26. Junii 1875 rem censuit dirimendam per rescriptum:

Affirmative juxta preces Archiepiscopi et juxta regulas pro bonorum et obventionum administratione et perceptione a Capitulo proponendas et ab Ordinario approbandas.

Ex his quae legis accipies:

I. Ex ss. Canonum doctrina Vicarios Perpetuos praeter amovibiles semper commendatos fuisse.

II. Post Concilii Tridentini decreta amovibiles Vicarios obsolevisse, quia experientia docente utiliores fidelium animis sunt Vicarii perpetui.

III. Nec melius commendari exercitium curae per turnum inter Canonicos Cathedralium ecclesiarum vel Collegiatarum.

IV. In casu s. Congregationem ea quae bonorum et obventionum administrationem respiciunt inter Capitulum et Ordinarium componenda, Capitulo quoad propositionem, Ordinario vero quoad approbationem remisisse.

Reverendissimus Archiepiscopus B. ad s. Congregationem Concilii scripsit quae sequuntur: »In Metropolitana ecclesia B. cura animarum tam habitualis quam actualis est penes Capitulum cumulative cum Archiepiscopo ac per octo Canonicos totidemque Hebdomadarios ad nutum solius Capituli amovibiles solet exerceri. Hinc factum est, ut nonnulli putarint, non eos tantum qui actu curam exercent sed omnes et singulos Canonicos facultate excipiendi sacramentales Confessiones praeditos esse, absque Ordinarii approbatione. Quapropter infrascriptus Archiepiscopus sequentia dubia declarari humillime postulat:«

I. «*An quilibet Canonicus, quando Cura animarum est penes Capitulum, Confessiones sacramentales, absque licentia Ordinarii, valide et licite excipere possit?*«*)

II. «*An Canonici, quibus cura animarum committenda est, examen pro Confessionibus excipiendis apud Ordinarium subire teneantur?*

III. «*Quid in casu?*»

Hujusmodi Quaestiones ad *plenam Congregationem* ablegatae sunt per assuetum decretum *ponatur in folio* et Patrum Cardinalium judicio suppositae, nonnullis adjectis *ex Officio* argumentis quae ex una parte Ordinarii approbationem et examen pro confes-

*) Vd. *Confessarius.*

sionibus audiendis fulciebant, ex alia eadem excludebant.

Exordium ductum est ab axiomate juris ecclesiastici notissimo: scilicet, ad hoc ut quilibet Sacerdos fidelium confessiones licite et valide excipere valeat, praeter remotam ordinis potestatem et eam proximam potestatem requiri, quae jurisdictionis nuncupatur. Hac postrema Sacerdotem ex communi Doctorum sententia subditos adipisci in quos judicii actus exerceat. Hanc autem jurisdictionem, nisi eam aliunde habeat Sacerdos, nullo alio modo ei obvenire posse, nisi aut per parochiale beneficium aut per Ordinarii approbationem quae de Sacerdotis idoneitate ad confessiones excipiendas judicium plerumque continet. Perspicuam esse in subjecta materia s. Tridentinae Synodi mentem *sess. 23. cap. 15. de reform.* — ibi: *decernit s. Synodus nullum etiam regularem posse confessiones Saecularium etiam Sacerdotum audire nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, approbationem quae gratis detur obtineat.*

Hujus absolutae praescriptionis rationem praebere *Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 20. num. 10. vers. potest.* — ibi: *Quia hanc approbationem tantum petit Tridentinum pro confessionibus audiendis propter magnam prudentiam, scientiam et vitae probationem, quae in tali ministro requiruntur cum sit medicus et judex animarum.* — Propterea absolutionem datam per Sacerdotem non approbatum nullam atque irritam declaratam fuisse ab eadem s. Synodo *sess. 14. cap. 7. de reform.* — ibi: *Synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.* Idque jure ac merito. Sacramentum namque poenitentiae esse actum judicii: judicii autem naturam et rationem exposcere ut sententia in subditos feratur, quos certe non habet qui jurisdictione caret.

Canonicos ecclesiae Cathedralis B. neque ordinariam neque delegatam habere jurisdictionem. Non ordinariam quae vi officii communicatur, quia parochiale beneficium haud possident: non delegatam quia certum est, eos approbationem ab Ordinario neque petiisse neque impetrasse. Nec admitti argumentum, quod scilicet Canonici isti beneficium parochiale possideant eo ipso quod Canonici renunciantur, et sunt pars Capituli penes quod animarum cura reperitur. Exceptis namque octo Canonicis quibus curae exercitium demandatum est, quique cum totidem Hebdomadariis illud adimplent, ceteros Canonicos sese ab omni gestione abstinere, et in curae animarum administratione nullatenus sese immiscere: inutiliter ergo ipsos dispositionem invocare jam relati *cap. 15. sess. 23 de reform.*

Et gravius illud in themate superesse, quod neque Canonicis quibus cura animarum commissa est eadem illa Tridentini dispositio prodesse valeat. Docere enim Canonistas, parochos quantumvis probatos et ecclesiae paroecialis exercitio existentes, novo examini ab Episcopo subjici posse, novis supervenientibus etiam extrajudicialibus indiciis de eorum imperitia, si parochi ab ipsomet Episcopo approbati fuerint: si vero ab antecessore instituti sint, novo Episcopo licere eos pro sola conscientiae suae quiete iterum examini subjicere. Id expresse tradere *Ferraris Verbo Parochus art. 1. num. 21. ad num. 27, Rota decis. recent. part. 19. tom. 1. decis. 257, Gonzalez, Garcia, Barbosa, De-Luca, Pignatell. tom. 1., consult. 133. num. 7. S. C. C. in Pampilonen. a Pignatelli relata loco citato num. 8.* Si ergo id obtinet pro parochis qui in vim facti speciminis jam ab Episcopo expresse approbati fuerunt, multo magis dicendum esse de Canonicis qui curam exercent sibi a Capitulo concreditam, quin ullum examen dederint vel alias approbati fuerint ad curatum officium adimplendum. Et ita revera definitum fuisse per *s. Cong. Conc. in Cingulana Curae animarum 19. Julii 1732* in qua sequenti dubio: *An capellanus seu Vicarius ad exercitium curae animarum deputandus vel de gremio vel extra gremium Capituli debeat ab Episcopo approbari ad eamdem curam?* responsum est: *Affirmative.*

Ast illud praecipue esse prae oculis habendum in themate, quod nempe Canonici Cathedralis B. revera Parochi censeri nequeant, sed sint simplices operarii ad vineam Domini excolendam vocati vel simplices Curae administratores. Etenim in casu rem esse de ecclesia Cathedrali Curata et animarum curam juraque omnia parochialitatis nunquam Capitulo avulsa censeri: et Canonicos illos quibus curae exercitium demandatur esse veluti Vicarios temporaneos, ad

ipsius Capituli nutum amovibiles, *Garcias de Benef. part. 9. cap. 2. num. 182 et seq.*, Pitonius *Discept. eccl. part. 4. discept. 104.* Quapropter s. Congregationem Concilii rescripsisse, ipsos quoque Canonicos a Capitulo quotannis electos pro exercenda cura animarum egere episcopali approbatione, ut videre est in *Aliphana Curae animarum 12. Januarii 1726.*

His ita se habentibus octo Canonicos ad curae exercitium deputatos in eadem conditione versari ac alios ejusdem Capituli Canonicos, quibus nullum concreditum est ministerium: et quemadmodum primi ad confessiones audiendas admitti non possunt absque Episcopi approbatione, ita nec secundi, cum neutri parochiale beneficium habeant.

Nec esse oggerendum, hoc ipso quod sermo sit de Cathedrali ecclesia curata, Episcopo facultatem adimi examinis vel concursus indicendi. Certum namque esse Episcopum posse examini subjicere Canonicos a Capitulo vel ab aliis auctoritatem habentibus ad curam animarum exercendam deputatos eisque praecipere ne absque sua approbatione curam exerceant, licet etiam ab immemorabili in exercitio curae versentur absque examine et approbatione Episcopi. Ita tradere Garciam *loc. cit.* referentem plures s. Cong. Conc. declarationes.

Pro Canonicis fundamentum positum est in ea facti circumstantia, quod nempe agitur non de quacumque Cathedrali ecclesia, sed de tali ecclesia cathedrali, penes quam cura residet animarum. Hoc posito, singuli de gremio capitulari, quemadmodum Canonici fiunt in vim peractae possessionis, et ad omnia officia muniaque parochialia jus habent, sic pariter eo ipso Comparochi evadunt: ac propterea ea omnia munera et jura ad ipsos pertinent quae parochiali officio inhaerent. Et sicuti Sacerdos quilibet eo ipso quod parochus constituitur valet confessiones audire, quin speciali Episcopi approbatione vel delegatione indigeat, ita et Canonici isti, cum hoc ipso quod Canonici fiunt Parochi sint.

Ad hanc theoriam roborandam afferebatur auctoritas *Navarri cons. 8. de privilegiis N. 9.* qui tenuit non posse ab Episcopis Canonicos Capellanos examinari: quia eo ipso quod a Capitulo Capellani renuntiantur habent facultatem adnexam curam exercendi.

Fagnanus quoque *Cap. ex parte lib. I. Decret. de Off. Vicar. num. 13.* animadvertit: quod ubi ecclesia cathedralis parochiam habet, non ad Episcopum, bene vero ad Capitulum parochialia jura pertinent. Quare concludi potest parochialibus juribus vacare posse Capitulum, etiam Episcopo ignaro. Sed sub nomine Capituli veniunt Canonici.*) Ergo Episcopi approbatio nullo modo requiritur ad hoc ut Canonici ecclesiae Cathedralis curatae confessiones rite excipere valeant. Ergo Canonici Cathedralis ecclesiae B. rite sui favore invocant dispositionem *Conc. Trident. sess. 23. cap. 15. de reform.*

Haec si Canonicis omnibus, multo magis illis applicanda sunt qui in curae exercitio a Capitulo demandato reperiuntur. Hi enim Capituli Vicarii sunt in eadem jurisdictione, officio aut cura substituti, ut indicat Gloss. communiter recepta *in Clement. I. V. Presbyter de privil.* et eamdem omnino jurisdictionem exercere debent ejus, cujus locum et vices gerunt. Pirhing *de Offic. Vic. tit. 28. sect. 1. p. 1. num. 23.* Ergo sicut Capitulum Curatum jurisdictionem ordinariam habet, quod nullo modo ambigitur, ita et Canonici a Capitulo delegati: et quemadmodum cetera parochialia munera exercere possunt, ita et confessiones audire.

Hisce hinc inde notatis EE. PP. proponebantur quae jam superius transcripsimus

D u b i a:

I. *An quilibet Canonicus quando Cura animarum est penes Capitulum Confessiones sacramentales, absque licentia Ordinarii, valide et licite excipere possit?*

II. *An Canonici, quibus cura animarum committenda est, examen pro Confessionibus excipiendis apud Ordinarium subire teneantur?*

III. *Quid in casu?*

Sacra Congregatio die 1. Aprilis 1876. reformavit dubia prout sequitur:

I. *An Canonici ecclesiae Metropolitanae B. Confessiones sacramentales absque approbatione Ordinarii valide et licite excipere possint in casu?*

II. *An Canonici praedicti qui nominarunt ad curam animarum et qui sunt amovibiles ad nutum Capituli indigeant, ad curam animarum exercendam, approbatione Ordinarii praevio examine in casu?*

Et respondit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative quoad approbationem*

*) Vd. *t. III. p. 740. c.*

etiam praevio examine, si ita in singulis casibus Ordinarius judicaverit.

Exinde colliges:

I. Qnoties de jnre alicujus presbyteri ad confessiones audiendas quaestio instituitur, illud prae primis inspiciendum esse nnm Sacerdos jurisdictionem habeat: quia praeter *remotam* ordinis potestatem et *proxima* jurisdictionis potestas requiritur, ad hoc ut Sacerdos quilibet confessiones *valide* et *licite* excipere valeat. Cum enim poenitentiae sacramentum actus sit judicii et sententiam contineat quae nonnisi in subditos ferri potest, subditi vero sine jnrisdictione non habeantur, ideo jurisdictionem necessariam esse.

II. Hanc jurisdictionem nisi sit ordinaria vel delegata nullo modo suppleri.

III. Non habere neque ordinariam neque delegatam jurisdictionem Canonicos ecclesiae Cathedralis, licet curata sit et Cura habitualis maneat penes Capitulum.

IV. Neqne jurisdictionem habere dicendos esse inter Canonicos illos, quibus curae exercitium qnotannis a Capitulo demandatur. In hoc enim casu cura animarum et parochialitatis jnra nunquam a Capitulo avulsa censeri et Canonicos a Capitnlo ad curam exercendam electos esse veluti Vicarios temporaneos ad ipsins Capitnli nntnm amovibiles, quibus nuda dumtaxat administratio curae committitur.

V. Deficiente jurisdictione prodesse nequire Canonicis ecclesiae Cathedralis Curatae quae Concilinm Tridentinum praescripsit *sess. 23. cap. 15. de reform.*

VI. His de causis s. Congregationem in casn decrevisse: illis etiam intra Canonicos alicujus ecclesiae Cathedralis Curatae qui nominantur ad curam animarum necessariam esse Ordinarii approbationem ut valide et licite confessiones excipiant: et Ordinarium si ita judicaverit, posse etiam in singulis casibns eos examini subjicere.

Reverendissimus Archiepiscopns P. in relatione status suae ecclesiae haec retulit:

Illustrissimus P. Angelus F. Archiepiscopus P. anno 1783 non sine animi sui moerore animadvertens quod animarum cnra primatialis ecclesiae Capitulo perpetuo adnexa non a veris propriisque Pastoribus, sed a mercenariis hominibus cum tenui stipendio exercebatur, volens huic malo occurrere rem exposuit SSmo Domino postulavitque pro dote duorum Vicariorum statuendorum in eadem paroecia suppressionem vacantis praebendae canonicalis De Salmolis, cnjus patronatus erat penes domum Misericordiae hujus civitatis. Et qnia preces obtulerat annuentibus partibus habentibus vel praetendentibus interesse idest Patroni et civile Gubernium, qnod petiit, obtinuit virtute rescripti 6. Augusti ejusdem anni. Quibus praehabitis auctoritate sua ordinaria et in vim facultatis a s. Trid. Concil. *sess. 7. c. 7. de ref.* Episcopis tributae decrevit exercitium curae animarum a Canonicis et Capitulo primatialis ecclesiae omnino abdicatnm ac separatum habendnm et una simul erectum declaravit unum perpetnnm Vicarinm per duos Sacerdotes saeculares cum omnimoda et absoluta parochiali jnrisdictione in solidum regendum et administrandum, pro quorum sustentatione assignavit titulo ac nomine dotis redditus praefatae snppressae canonicalis praebendae aliosque proventus qui dicuntur *incerti di stola.* Sed qnia decretnm istnd ab alio posteriori decreto ejusdem Archiepiscopi edito sub die 28. Jannarii 1788 emendationem in aliquibus subierat, Illmus Raqnerius Alliata immediatus sucessor suo decreto diei 14. Septembris anni 1816 solemniter declaravit inposterum observandnm primum decretnm anni 1783 Archiepiscopi ita ut cura animarum quoad habitum maneret penes Capitnlum, quoad exercitium vero penes duos Vicarios inamovibiles cum omnimoda et plena parochiali jurisdictione nominandos a Capitulo et instituendos ab Archiepiscopo praevio examine, haec duo addens, nempe Archiepresbytero velnti primae Dignitati Capituli onns simpliciter pervigilandi ut omnia fierent ordinate a Vicariis, et doti pro sustentatione dnornm Vicariorum, de qua supra, alios adjnnxit redditus snppressae paroeciae s. Euphrasiae; et sic juxta statuta manserunt usque ad annnm 1865.

Die 25. Aprilis anni 1865 Canonici capitnlariter congregati animadvertentes vi decretorum praefatorum sibi impositnm fuisse jugum a civili auctoritate imperante potiusquam ab ecclesiastica serviliter exeqnenti (uti putarunt ipsi) et causas expiscantes ex controversiis subortis inter dnos Vicarios inamovibiles in solidnm tenentes curam animarum primatialis ecclesiae cum omnimoda jurisdictione decreverunt ad pristina redire jura ac si nullum hac in causa editnm fuisset Archiepiscopale Decretum, ita ut inposterum

Vicarii Paroeciae primatialis ecclesiae salva dote ipsis assignata pro sustentatione haberentur et essent amovibiles ad nutnm Capituli. Et re quidem vera juxta qnod decreverunt ita fecerunt duo Vicarii qui inpraesentiarum curam animarum tenent; obtinnerunt depntationem in forma institutionis a Rmo Domino Aloysio della Fanteria, qui licet tnnc temporis fungeretur munere Vicarii generalis declarat in illa scriptura ac protestatur, illos eligere ac deputare ad Vicariam quatenus Archipresbyter et prima Dignitas, necnon auctoritate sibi facta a Capitulo, non aliter, nec alio de titulo; et quamvis in praefata scriptura non sit verbum de amovibilitate, attamen jnxta mentem a Capitulo expressam snnt amovibiles ad nutnm, idque virtute capitnlaris deliberationis anni 1865.

Quod in processn tractationis hujus animum offendit, est absoluta carentia Decreti saltem Archiepiscopalis vel abrogantis priora suorum Antecessorum vel confirmantis deliberationem Capitularium anni 1865. Nullnm revera extat hujnsmodi decretum neque in Curia Archiepiscopali neque in Archivio Capitulari.

Rebus pro veritate expositis modernus Archiepiscopus hoc unnm postulat, utrum acqniescere possit et silere.

Systema a Canonicis ejusmodi excogitatnm haud admittendum esse suadent Tridentinnm, ratio agendi Summornm Pontificum, praxis S. C. Concilii, Canonistarum doctrina ipsaque ratio. Nam Tridentina Synodns *cap. 13. sess. 21. de ref.* imperat Episcopis: »*pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas propriasque paroecias, unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, qui eos cognoscere valeat et a quo solo licite sacramenta suscipiant.*« Ad hujns dispositionis tramites Pius V. *Constitutione Etsi omnibus 5. Novembris 1571* Motu proprio varias ad majus divini cnltus augmentum animarumqne commodum erexit Vicarias perpetnas in almae Urbis Basilicis et Collegiatis. Cum intelligentia schedulae dicti Motus proprii a s. Pontifice propria manu signatae occasionem praebuisset non levis controversiae inter Capitulum Vaticanum ex una parte et Vicarium Curatnm ex altera, S. C. Congregatio anno 1622 resolvit, curam habitualem Basilicae Vaticanae penes Capitulum residere, exercitium vero ad Vicarium Curatum ejnsdem Basilicae pertinere. Idem fecerunt subsequentes Summi Pontifices; ac praesertim Benedictns XIII.

Et ipsa S. C. Concilii hanc saepius confirmavit doctrinam; etenim in una *Nullius seu Montis Masini 25. Januarii 1726* mandavit in ecclesia matrice et parochiali terrae Peschii Constantii, cujus cura per presbyteros ejusdem ecclesiae cumulative exercebatur, depntari parochum perpetuum, praevio concursu eligendum. In *Farnen 7. Julii 1731.* exequi jussit litteras s. Congregationis die 5. Maji 1646 quas Episcopo dederat his verbis: »*Quoad curam animarum ecclesiae cathedralis non probarunt EE. PP. quod vage capitularibus immineat, sed mandarunt alicui certae praebendae de consilio Capituli adjungi et Vicariam ibi erigi perpetuam ut subjectus populus certum pastorem agnoscat.*« Perpetnnm insuper Vicarium eligi decrevit in Castrimaris per *Summaria precum* *) *17. Decembris 1825* pro cura animarum exercenda. Et, ut alias omittamus, idem decrevit in *Novarien. Curae Animarum 5. Junii 1746* pro Collegiata loci *Intra*, in qua cnra turnatim pariter a Canonicis exercebatur.

Ad rem pariter faciunt quae late Canonistae deducunt. Inter quos, brevitatis gratia, recensetur Fagnanus, qui *cap. VI. ex part. de Offic. Vicar. num. 14. et seqq.* ostendit utilius ecclesiis parochialibus praestari servitium a Vicariis perpetuis quam a temporalibus et expedire ut Sedes Apostolica decernat, quod Capitula Cathedralium et Collegiatarum ecclesiarum curam animarum habentium et eos per Vicarios temporales exercentinm *cogantur ad deputandos Vicarios perpetuos qui curae incumbant.* Experientia enim quae est efficax rerum magistra docuit in dictis Cathedralibus et Collegiatis, in quibus est cura animarum communis, circa nominationem et deputationem Vicariorum temporalium 1. crebras inter ipsos Canonicos oriri discordias et contentiones, cum quilibet eorum studeat nominare Vicarium pro suo lubito et saepe etiam non zelo utilitatis ecclesiae. 2. Vicarii temporales qui solent nominari per dicta Capitula cum sint ad nutum eorum amovibiles saepe etiam sine causa ob privatos affectus a Capitulis amoventur. 3. Qui amovibiles sunt ecclesiam non diligunt nec ovium sollicitam curam gerunt. 4. Ob mntationum frequentiam vel ob periculum amotionis vel ob stipendii

*) Vd. *p. 526.*

tenuitatem vix reperiuntur Vicarii, qui qualitates habeant requisitas ad curam animarum exercendam.

Systema tandem ab eisdem Canonicis expiscatum ab ipsa ratione reprobatur, quia Synodus Tridentina ideo expostulavit Vicarios perpetuos nt melius oves suas dignoscere valerent dum parochi pastores sint. Praeterea cum ex *can. 9. dist. 99.* etiam patres sint dedecet eos non esse perpetuos. *Glos. in d. cap. un. d. v. perpetui de Capell. Monach.* Deniqne sicut matrimonium carnale non contrahitur ad tempus, *cap. fin. de cond. oppos. can. solet. 32. q. 2, ita nec spirituale; Glos. in d. cap. un. d. v. perpetui.* Quare merito Barbosa *de offic. et potest. Paroch. part. 1. cap. 1. n. 43. et 44.* tradit: »*Sicut una mulier non potest duos vel plures sponsos habere ... nec unum corpus duo capita, quia esset monstrum, sic nec ecclesia duos vel plures parochos sive curatores et in una ecclesia unus debet esse Sacerdos, sponsus et rector qui curam habeat.*«

Neque ad hanc juris censuram quoad amovibilitatem avertendam suffragari posse videtur quaelibet in contrarium consnetudo, uti post *Gonzalez ad regul. Cancell. glos. 5. § 5. n. 60.* tennit Rota *in Toletana Juris nominandi 29. Novembris 1682 coram Blanchetto, et Conrad. prax. benef. lib. 3. num. 6. autumat ex verbis sess. 7. cap. 7. de ref.* deprehendi: »*Idem Concilium derogare privilegio ponendi Vicarium temporalem seu ad nutum amovibilem; quin immo derogat etiam immemorabili consuetudini deserviendi per Vicarios temporales seu amovibiles, quod jam declaratum etiam est per S. C. ejusdem Concilii, quae sic ait: per hoc decretum tollitur consuetudo immemorialis, ut in illis beneficiis unitis deserviatur per Capellanos amovibiles, nisi aliter Episcopo videbitur.*«

Proindeqne resolutio Capituli P. nullius roboris est tum quia animarum curae haud expedit tum quia ab Ordinario approbata numquam fuit. Ejusmodi enim approbationem fuisse magnae necessitatis ex eo etiam erui, quod Archiepiscopus Angelus F. anno 1783 haud constitnerit methodum inamovibilitatis propria auctoritate, verum hanc decrevit venia ei data a SSmo Pio Papa VI. mercenarii pastoris arcendi causa.

Constitutionem perpetuam Vicarii Curati in ecclesia P. locum habere nequire ait Capitulum quia a primaeva erectione in Capitulum seu collegium cura animarum profluit.

Etenim in hoc casu compertum est locum habere debere Vicarium amovibilem ceu clare eruitur ex Trid. sess. 25. cap. 16. de ref.: »*Statuit sancta Synodus ut ecclesiastica beneficia saecularia, quocumque nomine appellentur quae curam animarum ex primaeva eorum institutione aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur, non obstantibus quibuscumque gratiis, quae suum plenarium effectum non sunt consecutae.*«

Cui dispositioni concinit canonistarum corona; inter quos Vintriglia *Prax. rer. notat. p. 1. adnot. 20. § 2. n. 4.* rem exponit: »*In cura animarum spectante capitulo, collegio, beneficio vel alteri pio loco non per viam unionis sed ex primaeva erectione vel alio modo non posset deputari Vicarius perpetuus, quia non esset secundum mentem cap. Extirpandae et Concilii Tridentini ac const. s. Pii V., quae etiam loquitur in terminis unionum, imo esset expresse contra dispositionem ejusdem Concilii cap. 16. sess. 27. de ref. ubi prohibetur beneficium curatum convertere in simplex.*« *) Insuper concordat Sac. C. Concilii in *Camerinen. 26. Januarii 1726, Assisien. 16. Novembris 1706 et ipsa Aliphana 12. Januarii 1726 ad 2. dub.* utpote quia cura radicatur in Collegio a quo fluit et refluit juxta *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 33. n. 74.*

Evincere dein sategit Capitulum sibi a primaeva institutione animarum curam imminere seseqne praeditum esse ordinaria auctoritate ceu eruitur ex Bulla Nicolai II. In ista enim Canonici veluti Ordinarii renuntiantur et sub immediata Apostolicae Sedis anctoritate constituuntur. Quam ordinariam jurisdictionem progressu temporis a variis Summorum Pontificum documentis confirmatam fuisse constat. Ut ejusmodi auctoritatis ordinariae specimen Capitulum praeberet, ait sibi competere institutionem Capellarum, Beneficiorum et Officiorum ex primatiali ecclesia; institutionem quoqne plurimarum parochialium ecclesiarum; propter quod jus sibi inest sacram peragendi visitationem Dioecesis una cum Ordinario aliaque hujus generis, quae propria sunt Ordinariorum. Habet quoque praedictum Capitulum non solum jus instituendi, verum etiam ab antiquissimo tempore habet jus destituendi quoad omnes officiales ecclesiae

*) Vd. t. II. p. 617. n. 63.

inter quos cooptantur duo Capellani qui curam gerunt parochiae et baptizant; quos omnes Capitulum et Canonici *eligunt* et ponunt, revocant et deponunt ad libitum. Proindeque propriam illius Capituli esse etiam institutionem auctorizabilem, per quam tribuitur potestas exercendi curam ad tradita per Barbosa *de offic. et potest. Episcop. p. 3. alleg. 72. n. 184.*

Hisce positis conclusit Capitulum inter acta ordinariae potestatis recenseri et illud, quo constituit quotannis duos presbyteros amovibiles qui curam animarum gerant suique vices agant.

Nec unquam ullus Ordinariorum questum aut protestationem adversus ejusmodi agendi rationem emisit. Ex quo silentio facile arguitur rectam fuisse Bullarum Summorum Pontificum interpretationem. Cui interpretationi, quae praesumitur recta, adjici debet consuetudo immemorabilis; cujus natura valorem induit veri ac legitimi tituli. De qna re ratio adducitur a Card. De Luca *lib. 15. disc. 21. de Indiciis n. 50*: »*Omnia enim dominia ac bona vel jura quae ab antiquissimo ac immemorabili tempore bene concluso possideantur aliquod principium absque dubio supponunt.*« Ex quo colligi posse, ait Capitulum, quod observantia immemorabilis sibi patrocinetur nedum in linea *interpretativa et praesumptiva* sed et in linea *praescriptiva.*

Idem Capitulum animadvertebat etiam proprium jus haud nutare ob decreta ab Ordinario Angelo F. anno 1783 edita; quibus nempe statuebatur exercitium curae animarum omnino abdicatum et separatum manere a Canonicis et Capitulo dictae ecclesiae. Nam decreta ejusmodi omni robore carent, dum edita fuerint vi metuque Gubernii civilis ut colligere est ex littera Illustrissimi Domini a Secretis Regii Juris; qua imponebatur Ordinario ut supprimeret Canonicatum praedictum et inamovibiles redderet duos Vicarios pro animarum bono. At in jure receptum est quod si sola imperantis dignitas non semper metum reverentialem inducat aptum ad libertatem consensus removendam, ubi tamen cum potestate conjungitur, ad vim inferendam sufficit ut alter necessitate coactus assensum praebuisse censeatur prout monet Ulpianus *lib. 6. ad Sabinam leg. 4. ff. de Regul. Jur.*: »*Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.*« Sic existimatum est de illo, qui Principis vel potentis voluntati obsequatur; *Tex. Decretalium tit. de his quae vi metusque causa cap. 4,.* Card. de Luca *de legitim. disc. 23. n. 3. et 4.*

Ast neque regeras, ait Capitulum, ejusmodi Decreta edita fuisse juxta tridentinam dispositionem ideoque suam exercere vim; nam s. Tridentina Synodus *cap. 7. sess. 7. de ref.* facultatem praebet Ordinariis locorum consulendi, meliori quo possint modo, servitio ecclesiarum qnae unitae sunt Monasteriis, Collegiatis et Cathedralibus per Vicarios idoneos etiam perpetuos. Verumtamen indubinm est, ait, sub nomine Ordinarii venire non solum Episcopnm Dioecesanum, sed etiam Praelatum aut Capitulum qui *ordinaria auctoritate* fruatur in illa ecclesia, ut in casu verificatur de Capitulo P. quoad parochialitatem. Nam semper creavit et instituit in exercitio curae animarum duos Vicarios amovibiles, qui vices Capituli ejusdem peragerent; proindeque sibi, minime vero Archiepiscopo, spectat aliquam decernere variationem quoad Vicarios eosdem.

Decisio restituendi systema amovibilitatis est in bono jure Capituli et juri veteri ecclesiastico consona prouti ex Gloss. *Clement. frequens quidam vers. etiam verb. ad mensam de excess. Praelat.*, Geminian. *cons. 86. num. 3.* Neque adversatur ejusmodi decisio Concilio Tridentino ceu patet ex *sess. 7. cap. 7*; ibi enim praecipitur ut juxta utilitatem ecclesiae et adjuncta assumantur parochi amovibiles vel perpetui. Neque regeras, adjecit Capitulum, a Trid. *sess. 24. cap. 13. de ref.* demandari ut unicuiqne paroeciae suus perpetuus Parochns assignetur. Nam id in ecclesia P. servatum dici potest; dum constet quod Paroeciae Cathedralibus vel Collegiatis unitae totius Capituli jurisdictioni subsint, unicam repraesentantis Rectoris personam, ceu tradit Conrad. *prax. benf. lib. 2. cap. 2. n. 51.*, Gonzalez *comment. ad reg. conc. gloss. 7. n. 71.*, Barbos. *de off. et potestate Parochi part. 1. cap. 1. n. 74.* et Rota *cor. Puteo decis. 290.*

Hisce adjici debet auctoritas Summi Pontificis Bened. XIV., qui in *Constit. Cum semper oblatas § 10.**) absque ullo discrimine mentionem facit tum de perpetuis, tum de amovibilibus animarum Vicariis. Quin imo suam decisionem esse, ait Capitulum, ad tramites Concilii Tridentini, nam *sess. 25. cap. 16. de ref.* dictum est: ... »*Cum primum*

*) Vd. *t. I. p. 968.*

per cessum vel decessum Vicarii seu Rectoris aut quomodolibet alterum eorum vacaverit beneficium curam animarum recipiat ac Vicariae nomen cesset et in antiquum statum restituatur.« Quod utrumque obvenit in ecclesia P. anno 1865, quum Capitulum decisionem praefatam emisit, ut sua jura vindicaret et meliori modo ecclesiae bono consuleret per Vicarios curatos amovibiles. Isti enim ob expulsionis timorem majori sedulitate inserviunt ecclesiae et curae animarum invigilant, Barbosa *de jure eccles. lib. 3. cap. 6. n. 65.* et Rota *cor. Coccin. decis. 18. n. 13.*

Conclusit tandem Capitulum nihili faciendam fuisse objectiouem, qua resolutio Capituli nullitate arguitur, utpote quae auctoritate Archiepiscopi haud suffulta videatur, quum Capitulum ipsum *auctoritate ordinaria* jam inde ab immemorabili potiatur.

In medium hisce deductis sequens propositum fuit dirimeudum

D u b i u m:

An et quomodo consulendum sit curae animarum in casu?

S. C. Congr. die 5. Augusti 1876 causa ponderata et discussa respondere censuit:

Affirmative per Vicarium perpetuum et unum adjutorem ab ipso Vicario dependentem, facto verbo cum SSmo.

Ex quibus colliges:

I. Vicarios haud esse debere temporales sed perpetuos vel ex eo colligi potest quod Vicarii sint pastores; siquidem pastor perpetuus melius oves suas agnoscat quam pastor ad tempus.

II. Quapropter censere Canonistas expedire ut Sancta Sedes decernat Cathedralium et Collegiatarum Capitula esse cogenda ad deputandos Vicarios perpetuos, quatenus per vicarios temporales curam animarum exerceant.

III. Praxim S. C. Concilii obtinuisse ut Capitula Cathedralium vel Collegiatarum, penes quae sit cura animarum, cogantur eandem exercere per Vicarios perpetuos.

9) Exercenda a Capitulo Cathedr. in parochiis unitis.

Quoad institutionem Vicarii perpetui in paroeciis quae capitulis unitae sunt.

Discursus R. D. Fagnani.

Ex Glossa in *cap. Ex. parte verb. perpetuos de Officio Vicarii* Vicarius parochialis perpetuus dicitur ille, qui auctoritate Episcopi canonice est institutus ad deserviendum cuipiam ecclesiae, loco principalis rectoris, cum assignatione congruae portionis fructuum, quos inde percipere debet. Vicarius vero temporalis seu amovibilis ille est, qui auctoritate legitima superioris, pro peragendo ecclesiastico servitio, in locum alterius ad tempus seu voluntatem constituentis sufficitur.

Eruditam tradere dissertationem cupiens a Faguano concinnatam quoad ejusmodi subjectum nonnulla praemittere opportunum fore censui. Multoties enim inter canonistas disceptatum fuit an Episcopi, pro lubito, facultate pollerent reddere perpetuos Vicarios temporales paroeciarum, quae Capitulis unitae reperiantur. Neque iuterea omittendum duobus modis paroecias unitas reperiri Capitulis posse, 1° nempe principaliter et ex primaeva institutione, 2° ex unione, quam dicunt accessoriam. Ex quibus disceptatiouibus sive primo sive secundo modo ecclesiae paroeciales unitae Capitulus sint opinio obtinuit, quod Episcopi generatim possint cogere Capitula ejusmodi ad Vicarios temporales deputandos ne confuse et vage exerceantur, sine designato pastore.

Verumtamen si ecclesia paroecialis primo reperiatur modo unita Capitulo cuidam, per unionem uempe subjectivam,*) sive principaliter et per primaevam institutionem, tunc Episcopus nequit Vicarium perpetuum constituere ubi jam Vicarius temporalis fuerit. Quod roboratur auctoritate Rotae *cor. Molines decis. 1082. n. 27. et 28.* ubi deciditur: »*Hodie enim post Concilium Tridentinum cura animarum exerceri potest per Vicarios ad nutum amovibiles, ita ut nec ipse Episcopus obtineat facultatem curatos amovibiles reddere perpetuos, nisi concurrente aliqua justa causa, ut ex mente s. Concilii.*«

Nam quum in hoc casu Capitula paroecias habeant sibi pleno jure subjectas, jura parochialia ad Capitula pertinent, minime vero ad Episcopum. Et eadem Capitula dictarum paroeciarum, penes quae animarum cura residet, possent pro lubitu deputare idoneos Vicarios temporales. Proindeque si per Episcopum Vicarius perpetuus constitueretur in paroecia Capitulo subjective et pleno jure unita, eo ipso Capitulum despoliaretur jure et officio parochi et esse verus parochus cessaret; sed Vicarius efficeretur verus parochus, quamvis titulo destitutus.

*) Vd. *t. II. p. 1033. x.*

Hinc ex Barbosa *lib. 3. jur. eccles. univers. cap. 6. n. 7.* si a tempore perantiquo unio praedicta existat ac insuper constet ex tunc Vicarios fuisse amovibiles ad nutum, scientibus et consentientibus Ordinariis, absque ulla legitima immutationis causa nil immutari potest. Ipse enim Chrysostomus monet »*nil magis animos perturbat quam novitas.*« Et avertendae immutationis gratia circa exercitium curae auimarum affabre perpendit Rota *cor. Ansaldo in Aretina Jur. Paroch. super bono jure 16. Januarii 1703 § Caeterum: »Consultius esse observatae consuetudini deferre quam aliud in dissensionem populi novitate quadam adhibita statuere«* et in *decis. 212. n. 3. et 4. part. 17. recent.* ad rem observat: »*nimis durum est immutare ea quae longo temporis cursu servata sunt.*«

Canouistae etiam huic doctrinae consonam emittuut opinionem; omnes enim affirmant in ejusmodi curatis ecclesiis aliam contiugere nou posse deputationem Vicarii quam amovibiliter et ad tempus. *Is enim non dicitur suo jure administrare, sed alieno jure et nomine,* Canonicorum scilicet seu collegii, *cum jus parochiae sit apud unumquemque ipsorum in solidum, et alius non sit rector quam ipsum Capitulum et Canonici in universum* ut perpendit idem Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 20. n. 114. et seqq.*: »*Quoad subjectum curae sive parochialitatis est primo loco advertendum, quantum ad hanc controversiam, aliud esse jus parochiae sive Curae et longe aliud exercitium illius. Jus enim parochiae est individuum ut dicit Rota apud D. Coccin. decis. 81. n. 1. Siquidem concernit jurisdictionem, quae est quid individuum; et hac ratione impossibile est, quod inter plures remaneat divisum. Exercitium vero prorsus dividuum est. Quatenus ergo supponitur in una ecclesia extare plures ministros curae, jam non potest intelligi, apud eos reperiri jus parochiae sive curae divisum, sed tantum exercitium, quod est natura dividuum, sed nihil prohibet, quominus jus parochiae sit apud unumquemque ipsorum in solidum.*

Quod vero si paroeciae unitae sint Capitulis secundo modo, unione nempe accessoria, tunc opinio obtinuit Episcopos cogere posse Capitula ad eligendos et constituendos Vicarios perpetuos. Nam ejusmodi unio accessoria non efficit per se ut Capitulum, quatenus tale, sit verus parochus et habeat officium immediatum animarum. Sed tantum efficit ut Capitulum teneatur ad satisfacienda onera, quae cum paroecia, accessorie unita, conuexa sunt. Praeterea si Vicarius perpetuus poneretur hoc in adjuncto, fere nullam laesionem sui juris Capitulum pateretur. Et quoad animarum curam sese haberet eadem ratione ac antea: cum illi competat parochi nomen, quia paroeciam tamquam rem temporalem possidet, cui officium curae auimarum reperitur annexum.

His praenotatis, dissertationem, de qua verbum fecimus, libenter referimus. Doctissimus Fagnanus quum constituisset, sese conformans omnium canonistarum sententiae, quod Canonici, inspecta juris communis dispositione, cogi nequeant ad deputandos Vicarios perpetuos, sequentem sibi proposuit enodandam quaestionem:

An expediat ut Sedes Apostolica decernat de caetero hujusmodi Vicarios perpetuos in praedictis ecclesiis esse instituendos. Et quoad hanc partem ait sibi videri respondendum esse quod magnopere expediat ut Sanctissimus statuat, de caetero instituendos esse Vicarios perpetuos in dictis ecclesiis: quod suadetur ex sequentibus rationibus.

Primo quia cum beneficia curata sunt in ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis, animarum cura non est penes singulos in particulari, sed potius penes collegium seu Capitulum. At Capitulum penes quod residet cura animarum, etsi dicatur repraesentare personas ejusdem Capituli viventis, non tamen est persona vera, sed ficta et repraesentata et carens anima; et sic Parochia non habet certum et particularem pastorem, qui curam animarum exerceat. Nam cum quid est commune pluribus ut sic nullus de Collegio potest dicere hoc est meum. Omne id quod convenit pluribus convenit eis secundum id quod est eis commune, non autem secundum id quod est proprium atque ita inconveniens videtur ut in hujusmodi ecclesiis non sit unus et certus rector seu perpetuus Vicarius, cui animarum cura incumbat, *cap. Sicut 21. quaest. 2.*: »*Sicut* (inquit) *in unaquaque ecclesia unus presbyter esse debet, ita ipsa quae sponsa vel uxor ejus dicitur non potest dividi in plures presbyteros, sed unum tantummodo habebit Sacerdotem qui eam caste et sincere regat.*«

Suadetur secundo, quia ut ait Aristoteles *2. Politicorum cap. 2.* quae communia sunt negligentius curari atque asservari solent et

ut dicitur in C. Meminimus Cod.: *Quando et quibus quarta pars debetur lib. 10.: Naturale vitium est negligere, quod communiter possidetur, neque se nihil habere qui non totum habeat arbitretur.«*

Suadetur tertio, quia experientia, quae est efficax rerum magistra et veritatis probatio legitima, docuit in dictis ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, in quibus est cura animarum communis, circa nominationem et deputationem Vicariorum temporalium crebras inter ipsos Capitulares oriri discordias et contentiones, cum quilibet eorum studeat nominare Vicarium pro suo libitu et saepe etiam non zelo utilitatis ecclesiae.

Suadetur quarto, quia cum Vicarii temporales, qui solent nominari per dicta Capitula, sint ad nutum eorum amovibiles, saepe etiam sine causa ob privatos affectus a Capitulis amoventur. Haec autem frequens Ministrorum mutatio, ut plurimum, est valde ecclesiis perniciosa.

Suadetur quinto, quia ex parte etiam ipsorum mercenariorum mutationes non raro fiunt; nam cum non sint in ecclesiis intitulati, oblato majori stipendio, statim recedunt ideoque ecclesiam non diligunt nec ovium sollicitam curam gerunt.

Suadetur sexto, quia ob mutationum frequentiam vel ob periculum amotionis vel ob stipendii tenuitatem seu aliam causam consimilem vix reperiuntur Vicarii qui qualitates habent requisitas ad curam animarum exercendam, ut docet experientia. Quod quam sit ecclesiasticis atque ovibus perniciosum patet ex *cap. Grave deprehen. etc.* Unde Dionysius Cartusianus *lib. un. de vita et regimine Episcoporum art. 34.: Cum igitur inquit peccet Antistes saecularia et civilia officia committendo viris insufficientibus, imprudentibus et injustis, multo et quasi incomparabiliter enormius peccat constituendo in officio pastorali et curato eos, qui ad talem executionem officiorum non sunt scientia, moribus, virtutibus et aetate idonei, similiter si dispenset et permittat quod insufficientes constituantur et sint Capellani Vicariique pastorum.*

Suadetur septimo, quia etsi ejusmodi Vicarii temporales passim non mutarentur nec ipsi ecclesiarum curam desererent et praediti essent qualitatibus requisitis, negari tamen non potest, quin sint mercenarii et conductitii, de quibus *Joan. 10.: Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis: Mercenarius autem et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves et fugit, et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia Mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus.*

Unde Rebuffus *in praxi beneficiorum tit. de dispensatione de non residendo n. 57. et 58.: Cultus*, inquit, *diminuitur Divinus per Mercenarios, qui non serviunt, et quibus nulla est cura de ovibus, ut sacrum docet evangelium*; et textus *in cap. Ex parte de Constitution.* haereses nascuntur et pullulant. Et hanc fuisse etiam potissimam causam haeresum, scribit Alphonsus Castrensis *lib. 1.* adversus omnes haereses *cap. 13.*

Suadetur octavo, quia Vicarii perpetui, in quos tota cura animarum translata est, dicuntur habere vere titulum ecclesiae parochialis et curam animarum non tantum in exercitio sed etiam in habitu; et quamvis proprie non dicantur Rectores ecclesiarum, sunt tamen proprie Rectores curae animarum eisque incumbit ex officio gregem sibi creditum pascere; cum enim canonico titulo sint subrogati, in animarum cura tenentur ad omnia illa ad quae tenentur Rectores. Unde opinio Gloss. penult. *in cap. Ad haec supra eodem* quod Vicarii perpetui non habeant titulum, sed ecclesiam quasi commendatam, non videtur vera, quia imo habeant verum titulum in ipsa ecclesia, ut sensit ibi Abbas et Vitalin. *in Clem. caeterum n. 3. de sepulturis*, Roman. *cons. 356. n. 5.* et alii passim.

Aliphana.

(Conc. Trid. c. 7. s. 7. de ref.)

Promotor fiscalis curiae episcopalis Aliphanae contendit nullam adesse probationem sufficientem ad effectum statuendi, quod cura habitualis s. Mariae Majoris Pedemontis sit penes Capitulum et Canonicos dictae Collegiatae; contendit ulterius, quod quatenus cura habitualis esset penes dictum Capitulum et Canonicos, nunquam ab illis deputari possint in fine cujuslibet anni duo Canonici, qui per annum exerceant curam animarum, cum ea semper exercenda sit per Vicarium perpetuum, et demum contendit, quod quatenus praedicta electio fieri possit, electi debeant ab Episcopo approbari juxta resolutiones Sacrae Congregationis impressas apud *Garziam de benef. par. 9. cap. 2. n. 182. et seqq.*

Capitulum econtra et Canonici asserunt, non esse dubitandum de cura habituali penes se existente et de facultate nominandi modo supra expresso binos Canonicos pro eadem exercenda, cum id descendat a decretis s. Congregationis Episcop. et Reg. editis 1601, et quae semper fuerunt executioni mandata; et cum novum sit, curam actualem etiam exerceri a capellanis amovibilibus, quando cura habitualis est penes Capitulum juxta resolutionem hujus s. Congregationis *Assisien. Curae animarum 16. Novb. 1709 et 24. Maji 1710.*

S. Concilium Trid. *sess. 7. de reform. cap. 7.* statuit: In Parochialibus unitis Cathedralibus, Collegiatis, Monasteriis et aliis piis locis, ut Episcopi solicite procurent, quod per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, animarum cura laudabiliter exerceatur: quae Concilii verba sic a doctoribus explicantur, ut appositio Vicarii sive perpetui sive temporalis pendeat ab arbitrio Ordinariorum a circumstantiis regulando. *Barbos. juris eccles. univers. lib. 3. cap. 6. n. 11.* et in *notis ad cap. 7. sess. 7. de reform. n. 15. et n. 31. et 32.* ibique *Gallemart. n. 5.*

S. Pius V. in sua Bulla 47. Bull. t. 2., in qua statuit quantitatem reddituum assignandorum Vicariis parochialium unitarum collegiis, loquitur suppositive de perpetuitate Vicariorum et in Bulla 139. Bull. t. 2., in qua loquitur de Vicariis constituendis in parochialibus, quae sunt unitae Capitulis Urbis, vult, Vicarios esse perpetuos, et *Fagnan.* in capitulo *ex parte n. 9. et seqq.* de officio Vicarii ait, expedire, ut Sedes apostolica decernat, quod Capitula Cathedralium et Collegiatarum ecclesiarum curam animarum habentium et eam per Vicarios temporales exercentium cogantur ad deputandos Vicarios perpetuos, qui curae incumbant.

Jura circumferuntur quocirca onus erit EE. VV. decernere:

1. An ad Capitulum et Canonicos s. Mariae Majoris Pedemontis spectet cura habitualis ejusdem ecclesiae in casu?

Et quatenus affirmative,

2. An iidem Canonici possint in fine cujuslibet anni devenire ad electionem duorum Canonicorum pro exercenda cura actuali vel debeant eligere sacerdotes extra gremium Capituli in casu?

Et quatenus affirmative,

3. An dicta electio sit approbanda ab Episcopo in casu?

S. C. C. resp.

Ad I: Affirmative.

Ad II: Affirmative ad I. dubii partem et ad II. negative.

Ad III: Affirmative et amplius.

Die 12. Jan. 1726.

10) Exercenda a Capitulis Collegiatis.

Vd. t. III. p. 66. c.: *Aliphana*; p. 254. n. 13. II.; t. I. p. 1175. n. 4.

Vd. t. I. p. 738.: *Asculana.*

Vd. t. III. p. 984. decret.: *Melevitana.*

Baren.

Ad dubium: An cura animarum parochialis et collegiatae ecclesiae Terrae Nojae resideat privative tam habitualiter quam actualiter penes Archipresbyterum seu potius penes Capitulum in casu?

S. C. resp.:

Curam habitualem esse penes Capitulum, actualem vero penes Archipresbyterum.

Die 28. Aug. 1756 et 3. Decb. 1757.

Marsorum.

Quemadmodum incolae, qui in pagis et vicis Fucensis agri habitabant, volvente seculo non domicilium transtulerunt in locum, cui nomen *Avezzono*, ita quidem Abbates seu presbyteri, qui vicariis praeerant ecclesiis communi concilio convenerunt in ecclesiam jampridem inibi constructam ac s. Bartholomaeo Apostolo nuncupatum. Inter hujus aliarumque ecclesiarum rectores tam arcta pedetentim coaluit societas, ut Canonicorum ipsi collegium efformaverint ac s. Bartholomaei Abbas totius Capituli esset caput et Abbas major appellaretur: imo iidem Abbas et Canonici vitam instar Monachorum traduxisse videntur*), nam eodem censu, mensa, domo ac divino servitio utebantur; ut a quo vitae genere quum nonnulli desciscere adniterentur, opus fuit, ut Apostolicus Delegatus 1426 sequentia ediceret: »*Abbatem et Canonicos ecclesiae s. Bartholomaei de Avejano debere permanere ad mensam continuo in*

*) Vd. *t. III. p. 385. n. 17.*; *p. 1370. b.*

dicta ecclesia ibique divina officia celebrare«. Ad tenues tamen Capituli augendos redditus Marsicanus Episcopus 1572 septemdecim ruralia ac sine cura beneficia unire censuit parochiali ecclesiae *) s. Bartholomaei. Quoniam vero Abbas ac 10 Canonici abjecta jam communi vita suae quisque domi secularium more vivere coeperant ac bona ecclesiae s. Bartholomaei inter se diribere moliebantur, Marsorum Antistes die 16. Sept. 1592 mandavit *Abbati et Canonicis Terrae Avejani, ut quaecumque bona mobilia et stabilia et omnia quaecumque jura ecclesiae curatae dictae terrae pertinentia ... conservent indivisa et integra nec permittant dicta bona seu partem illorum alienari.* **) Postea tamen bonorum divisio ***) ac peculiarium praebendarum institutio, ipsis annuentibus Episcopis, expleta est ac Praesul Perettus 1598 postquam edixerat, ut inposterum capitularia negotia coactis Canonicorum comitiis ac per majorem suffragiorum partem definirentur, praecepit *anche all' ultimo Canonico, che frà il termine di giorni quindici debba dividere tutte le possessioni di detta chiesa, che fin oggi non sono divise.*

Ex historicis aliisque monumentis non satis constat, utrum antiquitus solus Abbas vel etiam Canonici curam gererent animarum terrae Avejani: utrum postquam Canonici a communi vita defecerant parochialia munia a duobus parochis seu vicariis exercerentur, siquidem in quodam instrumento Collegiatae ecclesiae s. Bartholomaei 1599 obsignato occurrit mentio 2 curatorum, quibus domus erat constituenda in aedibus ecclesiae s. Bartholomaei adnexis, illud tamen certum exploratumque est, jam tum equidem, cum Thaebonius celebris historiae Marsorum scriptor viveret, Canonicos Avejanenses Abbatis titulum abjecisse eoque nomine inclamari consuevisse unum Abbatem s. Bartholomaei, qui parochialibus muneribus fungebatur. *Rectori solum cum cura animarum abbatialis tituli dignitas tribuitur.* Postea sane integrum animarum onus Abbati incubuisse, ipsum principem inter Canonicos retinuisse locum, statis quibusdam solemnioribus diebus missam canere nonnullasque alias peragere consuevisse sacras functiones, in dubium revocari non potest. Similiter perspicuum compertumque est, Canonicos missam pro populo cum Abbate in orbem applicasse, baptismatis Sacramentum ad annum usque 1667 ac interdum etiam postea nulla petita venia administrasse suaque fecisse ac etiam inpraesens facere emolumenta a fidelibus offerri solita, missas solemnes per turnum celebrasse, Capitulum decimas omnes ac funerum emolumenta percepisse nonnullaque alia exercuisse jura, quae parochi essent propria. Nihilominus vix aliqua anteactis temporibus Abbatem inter et Canonicos extitit controversia: nuper vero tam acris exarsit quaestio, ut partes hunc s. Ordinem sibi adeundum putaverint. Episcopus, quem rogavi de relatione et voto, ab animi sui pandenda sententia se abstinuit licet iis quorum interest terminum ad jura sua deducenda praefinierit. Pluribus itaque concinnatis dubiis, Vobis, Emmi Patres, memorata quaestio hodierna die dirimenda proponitur.

Convenit inter partes actualem animarum curam penes Abbatem curatum integre jamdudum residere, sed ad trutinam vocatur, an cura habitualis sit penes Capitulum, an utrum istud quaedam sibi reservaverit jura. Jam vero hodiernus Abbas Antonius Spina contendit, nullo unquam tempore neque actualem neque habitualem curam penes Canonicos Capitulumque extitisse eamque plenariam et omnimodam ad Abbatem s. Bartholomaei perpetim pertinuisse, sive primordia ejusdem ecclesiae sive postera ac novissima spectentur tempora. Etenim memoratus Abbas, antequam rurales Abbates in ecclesiam s. Bartholomaei se conferrent, unicus ac legitimus erat curator animarum Avejanensium neque hujusmodi cura postea nunquam privatus fuit, imo eam plene retinuit et nunc quoque retinet. Hujus rei testem appellat Avejanensem Phaebonium, qui sub finem seculi decimi sexti memoriae tradidit, penes Abbatem seu rectorem ecclesiae s. Bartholomaei totius terrae animarum curam dudum extitisse ac sua etiam tempestate existere, testes appellat sacras visitationes ac praesertim illam 1682, in qua legitur: »*Cura animarum, quae est unica in hac terra, residet penes Abbatem caput Capituli*« ac alteram 1741, in qua refertur animarum curam *exerceri per R. Hieronymum Mariani Abbatem curatum ac per Matthaeum Canonicum Puciotti coadjutorem;* testes denique appellat bullas institutionum quibus confertur Collegiatae Avejanensis *Abbatia, cui est adnexa cura animarum ejusdem loci,* et alibi: »*Cujus possessori incumbit animarum cura dicti loci*«.

*) Vd. *t. II. p. 1026. s; p. 985. VIII; p. 1011. IV.*
**) Vd. *Alienatio; t. II. p. 1075. V.*
***) Vd. *t. II. p. 1085. VII.*

Praeterea subdit Abbatis Spina defensor, ut cura habitualis penes Capitulum resideat et Abbas s. Bartholomaei vicarius Capituli dicatur, opporteret, ut Canonici ostenderent, se animarum curam olim proprio jure ac tamquam animarum curatores gessisse ac dein curam actualem in Abbatem s. Bartholomaei transtulisse. At Canonici, qui prius ruralium ac sine cura beneficiorum rectores erant, ubi in ecclesiam s. Bartholomaei convenerunt, animarum curam, qui minime potiebantur, secum illuc ducere nequiverunt. Nullibi memoriae proditum est, Capitulum ab se abdicasse actualem curam, vicarium constituisse, Abbatem s. Bartholomaei nomine vicarii unquam fuisse vocatum aut eumdem canonicam habuisse institutionem ad nominationem Capituli ex notissima juris regula, qua edocemur, vicarios curatos constituendos esse ad praesentationem illorum, quorum beneficio vel Collegio parochiales ecclesiae reperiuntur unitae, *Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. de ref., s. Pius V. in constit.: Ad exequendum.* Itaque si Abbates s. Bartholomaei tamquam veri ac proprii animorum pastores nullo non tempore habiti sunt, si Canonici animarum curam unquam proprio nomine exercuerunt, si nulla praesto est Vicarii constitutio, si Abbates pro tempore institutionem Abbatiae nacti sunt sine Capituli praesentationem, sed tantummodo ad laici patroni nominationem: jam inde exploratum censet idem Defensor, nedum actualem sed etiam habitualem curam penes Abbatem existere, praesertim quia id consonum est vetustae ac immemorabili consuetudini, quae stat loco instrumenti fundationis et qualis est observantia, talis praesumitur fundatio, *Piton. discept. eccl. 28. n. 26., Rot. coram Falconerio de jurepatr. decis. 44. n. 29. et in Tiburtina Nominandi 12. Junii 1829 n. 4. cor. R. P. D. Bofondi.*

Itaque si Abbas plenaria et omnimodo gaudet parochiali jurisdictione, praecipuum corruit Canonicorum argumentum, fictitia est quorumdam jurium reservatio et ad unum Abbatem pertinebit libera ac independens Sacramentorum administratio aliorumque parochialium jurium exercitium. Hinc Abbati tantum jus esse debet baptizandi pueros ac retinendi claves baptisterii et olei sancti, adeo enim a veritate alienum est Canonicos sibi reservasse jus baptizandi, ut per centum et ultra abhinc annos, petita prius ac obtenta parochi venia, ipsi baptismum contulerint; quam quidem veniam quum saepenumero tribueret Abbas in visitatione anni 1730 monitus fuit, *ut non sit tam facilis pro licentia baptizandi et illum concedendo assistat baptismo et ipse registret ... sub poenis etc.* At si Canonicis jus fuisset baptizandi pueros, contra visitatoris decretum insurrexissent, ut illud revocaretur et veniam Abbatis minime efflagitassent; scitum namque est ex licentiis, quae aliis personis concessae sint, probari privativam possessionem in eo cujus reperitur consensus, *Rot. cor. Kaunitz dec.136. n. 24.* et *coram Falconer. tit. de offic. ordin. decis. 20. n. 6., s. Congr. in Fulginaten. Fontis bapt. 20. Novb. 1824.* § *Item.* Quemadmodum autem ad Abbatem spectat Sacramentorum baptismatis et extremae unctionis administratio, ita ad eum pertinere debet custodia clavium Baptisterii et Olei s. ad tradita per *Scarfant. lucub. canon. part. 3. addit. 18. n. 10. et part. 2. lib. 3. tit. 3. n. 13.* quandoque clavium retentio est de appendicibus dominii et jurisdictionis, *Rot. cor. Merlin. in Tarroconen. Capell. 24. Novb. 1636 n. 8.* Juris dispositioni cohaerent decreta sacrarum visitationum ac dioecesanae constitutiones ss. oleorum claves penes parochos tantum asservari praecipientes.

Nullo item fundamento innixa est ac juris communis sanctioni adversum tenet altera, quam Canonici jactant, favore Canonici Hebdomadarii reservatio benedicendi cadavera parochianorum antequam domo efferantur ac etiam favore Canonici procuratoris Capituli reservatio associandi cadavera parvulorum ad ecclesiam s. Bartholomaei. Funebres sane ejusmodi functiones parochorum esse proprias *post Clem. Dudum de sepult.* tradunt *Abbas in cap 9. de sepult., s. Cong. in Nullius Sublacen. 29. Januarii 1823 ad I. et II. dub.* et in *Gallien. Jurium parochialium 20. Decb. 1828,* imo a Capitulo asserta reservatio benedicendi et associandi cadavera adeo inanis est nulloque jure suffulta, ut haeredes defuncti unum parochum ad funus vocare compellantur ac si alios vocare velint, eos quos malunt, sive collegialiter sive singulariter vocandi jure donantur, quemadmodum pluries definivit haec s. Congregatio ac praesertim in *Comen. Funerum 19. Decb. 1750 ad III. dub.* et in *Bononien. 3. Julii 1762. ad IV. dub.*

Ad munus quoque parochorum spectat jus benedicendi domos in sabbato s. cum hujusmodi benedictio inter functiones parochiales recenseantur, *s. Cong. in Brictinorien. Juris decimandi etc. 8. Maji 1824.* § *Nec* et in *Nullius Sublacen. Jurium parochialium 29. Januarii 1825 ad IV. dub.* Frustra itaque Canonici hoc jus invadere conantur, cum illud nec sibi reservasse nec reservare potuisse constet. Nec sibi praesidium quaerere possunt ex consuetudine; nam Canonici si aliquando jus aspergendi aqua et associandi cadavera defunctorum aut benedicendi domos exercuerint, id factum esse ait idem defensor ex voluntate et consensu Abbatis curati, ideoque actus ejusmodi tamquam facultativi nullam potuerunt invehere consuetudinem suisque juribus privare animarum curatorem illaque in Capitulum transferre, *s. Rot. cor. Corillo decis. 61. n. 3.* et *s. Con. in Viterbien. Jurium parochialium 26. Aug. 1826.* § *Et re*, nisi appareat praevisse prohibitionem ac subsequutam fuisse acquiescentiam per tempus ad praescribendum idoneum, *Rota coram Ludovis. decis. 162. n. 157., s. Cong. in Reatina 21. Julii 1827.* § *Et itaque.*

Nam diffitetur Abbas Canonicis jus esse per turnum canendi missas solemnes atque id unum propugnat, missarum cum cantu celebrationem solemnioribus anni festivitatibus ad Abbatem pro tempore spectare. Etenim ipsum caput esse Capituli, caeteros omnes stallo praecedere et peculiaribus signis et praeeminentiis reliquos Canonicos antecellere, imo cunctos eidem parere in chorali disciplina adeo certum est, ut indiscrimen revocari nequeat. Porro ei, qui in ecclesia vel Capitulo caeteros dignitate praestat, facultatem inesse canendi vesperas et missam in praecipuis anni festivitatibus docent *Card. de Luca de praemin. disc. 19. n. 11., s. Congreg. in Lucana Praeeminentiarum et jurium 19. Januarii 1825 ad I. dub. et 25. Februarii 1826 ad II. dub.*

Ob easdem rationes capitularia comitia convocanda esse contendit non a procuratore Capituli, sed a curato Abbate; convocatio namque Capituli est actus jurisdictionis et praeeminentiae ac propterea ad eum pertineat oportet, qui dignior est et Capituli caput, *Barbos. in summa apostolic. collect. 40. n. 13., Rot. in recent. part. 9. t. 1. dec. 257. n. 16., s. Cong. in Imolen. Juris convocandi capitulum 14. Maji 1774 ad I. dub.*, quin imo a jure devium esset jus convocandi Capitulum*) tribuere procuratori, qui inferior est et Canonicorum minister, ut perpendit *Rot. in cit. decis. 257. n. 17. et sequ.*

At Canonicorum defensor initio tam habitu quam actu, postea habitu dumtaxat penes totum Capitulum fuisse existimat animarum curam. Qui enim originem Collegiatae ecclesiae s. Bartholomaei parumper inspicere velit, facile intelliget, eam coalnisse ex parocho Avejanensi atque ex parochis finensis agri, qui una cum vicariis domicilium et habitationem Avejanum transtulerunt. Enimvero ex Phaebonii historia liquido exapparet, presbyteros, qui vicis praeerant, suas inibi habuisse ecclesias, Abbatis titulo fuisse insignitos, separatum territorium peculiaresque habuisse greges ac postea simul cum incolis a suis pagis transmigrasse et Avejanum se contulisse. In discrimen itaque adduci non potest eosdem Abbates veros ac proprios fuisse animarum curatores, nisi quis ducere velit oves sine pastoribus hac illac per agros aberasse ac plurimum vicorum fideles pecudum more vitam traduxisse, licet nec presbyteris nec ecclesiis in suis pagis destituerentur. Verum post transmigrationem suum quisque propriae ecclesiae titulum retinuit, nec Abbatis nomen ab se abdicarunt, donec unus constitutus fuerit rector, qui animarum cura Capituli nomine fungeretur. Antequam sane in Abbatem s. Bartholomaei integra transferretur actualis animarum cura, penes Capitulum residebat paroecia et communi studio exercebatur, quemadmodum communis erat habitatio, mensa, bonorum et jurium administratio. Hinc jam inde ab initio universo Capitulo solvi coeperunt decimae ac funerum emolumenta, quae unius Abbatis s. Bartholomaei fuissent propria, si ipsi tantummodo totius oppidi animarum cura incubuissent, *ad tex. in cap. Cum in tua de decim., Clem. Dudum de sepult., Rot. in Barochinonen. Decimarum 11. Januar. 1754.* § *6. coram Figueroa.* Praeterea, pergit idem defensor, antequam unus constitueretur animarum pastor, non modo Abbati, sed toti capitulari corpori animarum curam insitam fuisse vel ex eo aperte colligitur, quod 1599 per 2 Capellanos seu curatos illa exercebatur: cum enim una ecclesia duos habere nequeat parochos, sicuti uni mulieri nefas est duos habere sponsos,

*) Vd. *t. III. p. 743. f.*

ideo exercitium curae non uni, sed pluribus commissum demonstrat, curam habitualem residere penes Capitulum, cujus coadjutores dicuntur Beneficiarii et capellani actualem curam exercentes, *cap. Cum non ignores de praebend., Rot. in recent. part. 18. dec. 516. n. 3.* et *cor. Molines dec. 461.* § *8.*

Ex Trid. synodo *sess. 7. cap. 7. de ref.* factum quidem est, ut actualis animarum cura in Abbate coalesceret, verum habitualis penes universum Capitulum remansit. Canonici per suas quisque vices missam pro populo celebrant, decimas lucrantur, funeram et alia parochialia percipiunt emolumenta et Abbati suppeditant quae necessaria sunt pro obeunda animarum cura. Haec autem demonstrant merum exercitium curae in Abbate, habitum vero in Capitulo existere ad tradita per *Rot. in recent. decis. 516. part. 18., s. Congr. in Urbevetana 30. Augusti 1788.* § *3. Toti, in Verulana Massae communis et missae pro populo 21. Novb.* § *3. Animadvertit.* Hisce accedit sententia anni 1743 super quarta funeraria quam Coenobitae s. Francisci unum parochum in persona Abbatis agnoscentes illamque exigere negligentem Canonicis seu Capitulo solvere detractabant. Nec praeterenndi articuli, quos Capitulum Coenobitis exhibuit ad jura sua tuenda, quibusque nec Coenobitae nec Abbas contraire ausi sunt; ejusmodi autem articulis quum Capitulum ea praecipuum in modum sibi assereret jura, quae hodie in controversiam adducuntur quaeque habitualem animarum curam penes Capitulum residere evincunt, perspicuum exploratumque autumat Canonicorum defensor, hodiernum Abbatem inficiari non posse habitum curae esse penes universum Capitulum. Tandem Canonici ad suam probandam assertionem confugiunt tum ad ea quae pluries scripserunt Marsicani Episcopi tum ad testimonium hodierni Abbatis, qui 1816 habitualem curam penes Capitulum existere fassus est.

Jam vero quo tempore factum est, ut totius terrae actualis cura in Abbate coalesceret, Canonici inter caetera jura sibi primum reservarunt jus baptizandi pueros. Hujus reservationis argumentum praebent claves baptisterii, quae penes aedituum Capituli asservantur, atque etiam necessariae expensae, quas ex mensa capitulari Canonici ab antiquis ad haec usque tempora suppeditarunt, veluti eruitur ex libris capitularibus ab anno 1618 ad annum 1734 ac de insequenti tempore deponunt testes ea super re instructi. Denique rem conficit vetusta et immemorabilis observantia, quae nos docet Avejanenses Canonicos in possessione juris baptizandi semper fuisse. Observantia autem centenaria quemlibet praestat titulum ac etiam jus baptizandi praescribit, *Barbos. de offic. et potest. paroch. part. 2. cap. 8. n. 7.*, quin aliquid negotii facessere queat, ex quibusdam libris parochialibus erui, Canonicos Sacramentum baptismatis administrasse *praevia licentia Abbatis curati*; in vetustioribus enim libris nullam apparet petitam fuisse veniam, ideoque Canonicos pro suo lubitu ac proprio jure baptismum infantibus contulisse. Hujus quoque juris perenne ac ineluctabile testimonium praebent articuli anni 1743 in quibus haec inter caetera leguntur: »Che le chiavi della custodia dell' Olio s. e del battisterio si tengono dal sagrestano per potersene li Canonici servire in caso di bisogno senza veruna soggezione e dipendenza di licenza dall' Abbate curato.« Quamobrem si Canonici veniam Abbatis aliquando postularunt, id evenisse censendum est officii et urbanitatis vel etiam accuratae descriptionis causa. Caeterum Canonici, subdit eorum defensor, sive annuente Abbate sive procul ejus venia hactenus baptismum administrarunt, emolumenta, quae ejusmodi occasione a fidelibus offeruntur, jugiter ac sine ulla Abbatum querimonia percepernut. Quemadmodum autem hoc jure, quod a duobus et ultra seculis sibi quaesierunt, non sunt Canonici privandi, ita nec etiam jure baptizandi debent expoliari.

Multoque minus Canonicum hebdomadarium jure benedicendi cadavera et Canonicum procuratorem jure associandi cadavera puerorum ac benedicendi domos in sabbato s. exturbari posse autumat capituli defensor. Vetustissimum enim esse hujusmodi Canonicorum jus probant articuli anni 1743, confirmant plurimi testes, nec ipse inficiatur Abbas Spina, cujus defensor solummodo contendit, rem ex voluntate Abbatum pro tempore gestam esse. Videant nihilominus Emmi Patres, utrum actus ejusmodi centum et ultra abhinc annis exerciti sint facultativi judicandi seu potius conventionem inter Abbates et Capitulum ac translationem juris cum perceptione emolumentorum ob communes expensas, quas Capitulum subire cogitur, in themate redoleant.

Quod vero attinet ad missarum solemnium celebrationem et vesperarum cantum, ad Hebdomadarium in ecclesiis collegiatis et parochialibus functiones illas pertinere docet *Ceccoper. ad Scarfant. lib. 3. tit. 3. n. 42.*, cui in ecclesia s. Bartholomaei concinit consuetudo et capitularis sanctio anni 1688, qua cautum fuit: »Che in avenire nei giorni festivi..... le messe cantate; e solenni debanno dirsi dal solito Canonico Hebdomadario.« Quum vero postea consuetudo inoleverit, quemadmodum fidem perhibet ecclesiae aedituus: »in aliis festis non autem in die Pentecostes et in festo B. Mariae Virginis in coelum assumptae celebrare, idcirco Canonicorum defensor postulat, ut EE. VV. inductam consuetudinem servari jubeant.

Denique Canonicorum defensor etiamsi fateatur, ex juris communis dispositione jus convocandi Capitulum spectare ad superiorem aut Capituli dignitatem, attamen hoc jure minime Abbatem s. Bartholomaei praeditum esse censet. Inprimis enim ipse nec Superior nec Dignitas sed potius Capituli vicarius ac minister vocari debet. Dein animadvertit non Abbatem, sed Capituli procuratorem et in subsidium Canonicum seniorem a tempore quod hominum vincit memoriam convocasse capitularia comitia et Capitulo expendenda negotia propuisse. Praeterea minime pugnat, ut alteri quam Dignitati jus sit indicendi Capitulum, ceu evincunt constitutiones plurium ecclesiarum atque etiam Collegiatarum Urbis. Consuetudo igitur, quae in Collegiata s. Bartholomaei dudum invaluit, ut procurator Capituli potiusquam Abbas convocet Capitulum, custodienda est, cum in dirimendis praeeminentiarum quaestionibus, haec s. Congregatio annosae consuetudini plurimum deferri soleat, veluti traditur in *Lucana Praeeminentiarum 29. Januarii 1825.* § *Consuetudinem* et in *Senogallien. Convocationis Capituli 9. Maji 1829* §. *Qua.*

Reliqua fusius haurient Eminent. Patres ex allegationibus utrinque distribuendis, ut definire valeant

Dubia:

I. An cura habitualis parochialis et collegiatae ecclesiae s. Bartholomaei sit penes Capitulum in casu etc.?

II. An reservatum sit Capitulo jus baptizandi pueros ac retinendi claves baptisterii et olei in casu etc.?

III. An reservatum sit Canonico Hebdomadario jus benedicendi cadavera parochianorum antequam ex domibus extrahantur et procuratori Capituli jus associandi cadavera parvulorum ad ecclesiam sancti Bartholomaei in casu etc.?

IV. An sit Capitulo reservatum jus benedicendi domos parochianorum in die sabbati in casu etc.?

V. An et ad quem spectet jus canendi missam et vesperas solemnes in diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, B. M. V. in Coelum assumptae, Dedicationis Ecclesiae et s. Protectoris in casu etc.?

VI. An et ad quem spectet convocandi Capitulum in casu?

S. C. resp.

Ad I: Affirmative.

Ad II: Affirmative ad formam consuetudinis, dummodo per Abbatem referantur baptismata in parochialem librum et eidem Abbati tradatur altera ex clavibus olei s.

Ad III et IV: Affirmative juxta immemorabilem consuetudinem.

Ad V: Servetur consuetudo.

Ad VI: Affirmative ad procuratorem Capituli: et amplius in omnibus.

Die 30. Jan. 1830.

Geneten.

Ex Pauli V. auctoritate 1609. Opitergli in Genetensi dioecesi s. Aedes s. Joannis B. collegio Canonicorum aucta fuit, quod Pontifex suis apostolicis literis edixit constare »ex uno Decano, qui caput ipsius Collegiatae existat..... ac praeeminentiam et jurisdictionem ibidem habeat curamque animarum illius parochianorum principaliter exerceat et illis sacramenta ministret ceteraque parochialia onera et officia habeat necnon ex 6 Canonicis ac 4 Mansionariis, qui omnes in presbyteratus ordine vel legitima ad illum infra annum suscipiendum aetate constituti*) existant simulque Capitulum dictae Collegiatae constituant et apud illam personaliter residere debeant eique in divinis laudabiliter deservire«. Iisdem porro de Capituli institutione literis speciatim cautum fuit, ut ipsi Mansionarii »praedictum Decanum in exercitio curae et ministerio Sacramentorum ecclesiasticorum ac onerum et officiorum parochialium hujusmodi per turnum alternatis hebdomadibus vel necessitate occurrente omnes simul coadjuvare et illi assistere teneantur«.

*) Vd. *t. III. p. 410. n. 29.*

Nihil quidem a Pontifice sancitum peculiariter fuit de Mansionariorum electione et institutione: eos tamen a Genetensi Curia adscitos fuisse scribit Episcopus »eo sane modo quo eliguntur et canonice instituuntur ceteri parochi, scilicet per concursum synodalem et canonicam institutionem. Quapropter non tanquam in cura coadjutores et assistentes sese habuerunt, sed tamquam veros parochos nomine et factis seipsos jactitabant. Qui enim de hebdomada existebat Mansionarius nulla habita ratione ad Decanum omnibus parochialibus muneribus ita fungebatur ac si esset solus Parochus, (anzi delegando anche altri Sacerdoti tanto per l'amministrazione d'Sagramenti quanto per l'assistenza ai matrimoni, quemadmodum lamentatur Antonius Bastantius Decanus Capituli). Quare non immerito dici potest, Opiterginam Ecclesiam quinque habuisse parochos*); quorum unus aliquando id praestabat, quod ab altero vetitum fuerat: uti accidit paucis abhinc annis, ubi Decanus renuens deferre ss. Viaticum mulieri publicae peccatrici, nisi e domo sui Amasii tolleretur quod facile fieri poterat, ipsomet invito Decano id praestitutum fuit ab uno ex Mansionariis magna cum omnium admiratione. Inter has vicissitudines animorumque dissidia ita res se habuit usque ad annum 1810 in quo illud Opiterginum Capitulum una simul cum aliis Canonicorum collegiatis suppressum fuit. Decanus tamen ut solus curae parochus habitus fuit cum facultate gestandi canonicalia insignia, quibus antea ex indulto apostolico utebatur. Quoniam vero Opitergina paroecia sive civitas quinque ferme millibus constat animabus, qui tunc extabant, Mansionarii ab omni chori**) officio soluti, in illius curae coadjutores permanserunt, ut Decano opem ferrent in his quae spectant ad animarum curam: quamobrem a regio aerario annua pensione fruuntur. Italico cessante regimine .... quod primum constitutum fuerat, etiam nunc asservatur vi quorundam directorum statuentium, in una quaque paroecia unum parochum habendum esse. Nihilo tamen secius Opitergini Mansionarii arbitrantur se adhuc posse independenter a Decano omnino parochialia munera exercere et continuo exercuerunt: quo factum est, ut frequentiores quaestiones et acriores querimoniae excitarentur inter ipsos et Decanum circa eorumdem jurisdictionem. Ad tollendas tot lites, quae in dies augebantur non sine charitatis detrimento, sub initio pontificatus SS. D. N. Gregorii PP. XVI. datis ad ss. Pontificem precibus facultas ex ejusdem mandato Episcopo per s. hanc Congregationem rescripto diei 3. Julii 1831 facta est, ut paroeciam illam cum aliis paroeciis Coneglani et Serravalli, utpote quae eadem in nave versarentur, ordinaret et disponeret, ut jus et exercitium parochiale esset penes solum Decanum et Mansionarii pro tempore existentes tenerentur ei auxiliam ferre, quin ullum habeant parochiale jus, nisi deputentur a Decano. Hac apostolica auctoritate jure munitus, postquam s. Visitationem illic explevi (pergit Episcopus) ex consilio Patrum hujus Cathedralis Canonicorum sub die 26. Novb. eodem recurrente anno decretum emisi, quo totam parochialem jurisdictionem ita soli Decano demandandam esse decrevi, ut Mansionarii nec nomen nec officium aliquod parochiale inposterum usurpare praesumerent.

Grave admodum ac peracerbum id contigit Mansionariis, qui suis inde juribus exutos re autumarunt. Instituta idcirco forensi adversus decretum illud a Civitatis decurionibus actione, in irritum cessisse conatus hosce doluerunt adieruntque Patriarcham Venetorum uti Metropolitanum qui tamen appellationem tempore utili neutiquam editam conspiciens eam rejecit. Turbatum deinceps per eosdem adhuc fuit, donec Decano ipso adversus tot tantaque percrebescentia dissidia remedium efflagitante revocandum decretum censuerit Episcopus. Attamen, ut inposterum nec ipse Mansionarius hebdomadalis posset alios subdelegare ad matrimonia contrahenda, ut ita hoc saltem unum discrimen interesset inter Decanum et Mansionarios.

At ne hac quidem singulari Antistitis indulgentia permotis Mansionariis suoque in proposito pugnaciter perstantibus s. hujus Congregationis auctoritas a Bastantio Decano advocata est, ut rem ipsa conficiat finemque contentionibus imponat, procuratione illius paroeciae ita constituta, ut disputatione qua-

*) Cf. *t. I. p. 948. XXVI.*
**) Vd. *t. III. p. 981. f.*

libet sublata animorumque concordia feliciter firmata nnice salns Gregis quaeratur foveaturque, definiendum idcirco postulat infrascriptum dubium.

Precibus de more ad Episcopum remissis, nt auditis Mansionariis in scriptis et transmissis documentis ad rem facientibus referret de oratoris bono jure snamque sententiam promeret, is scite religioseque rei rationem verbis, quae hucusque exscripsimus, partite commentatus id demum impensissime rogat »ut s. haec Congregatio rem matnrius perpendat et qnod illi statuere in Domino visum fuerit, in forma Brevis aut apostolici decreti statuat decernatque, ut finem tandem accipiat haec qnaestio, quae tandam sibi et Opitergino Domino intulit molestiarum seriem cum ingenti animarum damno pacisque detrimento«.

Absonum quidem a jure est binos aeqne principales parochos nni paroeciae eadem anctoritate praeesse, *can. Sicut una 22. qu. 2.*, *Barbosa de off. paroch. par. 1. cap. 1. num. 42.*, *Card. de Luca lib. 14. par. 3. adnot. ad Conc. Trid. disc. 9. ad sess. 7. cap. 7.* Hinc de coadjutoribus traditnm est, eos habere qnidem administrationem et exercitium illius juris vel cnrae, quod in principali vel rectore permanet, non vero frui ipso jure vel cura, quia duo insimul eamdem rem et eodem modo in solidum possidere non possnnt, *cap. licet. 9.* § *Ex promissis*, *Reiffenst. lib. 3. jur. eccl. tit. 6.* § *2. n. 23.*, *Hostien. in cap. de rector. post. princ.* Qnae sane juris praestituta s. hunc Ordinem impulere, nt in quaestione hand absimili de Canonicis ad s. Aedistnm, de qnibns Clemens VIII. sanciverat, ut Archipresbyter principaliter et Canonici tanqnam ejus adjntores curam animarum exercent, decerneret, ipsos teneri curam animarum exercere, qnamdiu Archipresbyter legitime absit vel legitime impediatur vel plnres parochiani eodem tempore egeant et aliis similibus casibns, s. C. C. *Nullius s. Aedisti 11. Junii 1644.* Eadem pariter ex cansa ratum firmumqne habitnm fuit synodale decretum Bosanensis Episcopi, quo ad clandestina conjngia praepedienda vetabantur proparochi matrimoniis interesse, qnin facultate scripto sibi in eum finem delata donarentur, licet iidem ad parochorum praesentationem absqne ulla restrictione parochialis ministerii instituerentur ab Episcopis ac matrimonia, quae coram ipsis contracta absque facultate fuerant, illicita, valida tamen dicta sunt, s. C. C. *Bosanen. 19. Sept. 1789 et 19. Dec. 1789.*

Animadvertendum tamen est, aliquando ab hac indualitatis natura recedi, inquit *Giraldus in Barb. de paroch. par. 1. cap. 1. n. 43.*, ac binos in solidum et aequali jure uni eidemqne ecclesiae regendae parochos praefici, nbi temporum, locorum personarumque conditio id postularit. Exemplo sit latum a s. hac Congregatione decretum de Empulitana seu Castri Madamae paroecia in agro Tyburtino, quo negavit, locum esse reductioni duorum parochorum unius ejusdem parochialis in unnm solum parochum, nti Episcopo in votis erat ad diuturna maximeque exitiosa dissidia componenda jussitque, nt Episcopus incumberet exerceri dictam curam animarum per ntrumque, sublata alternativa, et fieri massam communem ex incertis et emolumentis aequaliter dividendis, s. C. C. *Tybertina 27. Martii 1757.* Quae quidem peculiaris dispositio fortiori certe et graviori jure commendatur, si diutnrno plurium annorum nsu continuoque Antistitum placito, immo ex eorundem voluntate fulciri ipsam nanciscamur.

Haec Mansionarii recensent ad sua jura contuenda. Apostolicas quippe Pauli V. literas objiciunt, ex quibus evincunt ab uno principaliter, non autem absolute paroeciam esse regendam ipsumque in ecclesia dumtaxat omnimodam superioritatem ac jurisdictionem habere, non vero in animarum procnratione, in qua ipsi eumdem coadjuvare eique adsistere tenentur. Hinc quae ex Tridentina lege aetas annorum 25 pro iis, qui paroeciis praeponuntur, requiritur, eadem quodammodo et pro Mansionariis adsignata est, qni in presbyteratus ordine vel legitima ad illum infra annnm snscipiendum aetate constituti sint oportet.

Rem vero omnem extra dnbitationis aleam positam inclamat ex decreto per s. Ritunm Congregationem edito 15. Febr. 1815 quo sancitum fuit, ut Opitergiensi Decano missam celebranti in diebus solemnibus debeant duo Canonici assistere et ministrare pro diacono et subdiacono si Mansionarii quibus animarum cura incumbit in ipsius exercitio eo tempore sint impediti. Quibus ex verbis luculentissime probatum inspiciunt, eosdem veros parochos habitos esse et factos esse. Hinc iis plane legibus, quae de Decano ac

de ceteris animarum curationem suscepturis editae snnt, Mansionariorum praebendae, facto coram synodalibus examinatoribus concursus experimento, conferuntur, *syn. dioc. Genet. cap. 20. p. 197.* Possessionem vero earumdem initnri iisdem plane caeremoniis et Sacramenti Angusti tabernaculum et baptismalem fontem et ss. oleorum armariolum et confessionales sedes aperiunt claudnntque in legitimi jnris judicium, quod inde sibi delatum rite est. Quam quidem communem sibi ac Decano disciplinam in tradito sibi mnnere auspicando post constitutum Capitulum accurate semper servatam certissime probare arbitrantur jns, quo se portiri censent: »Sacramenta administrandi, fructus percipiendi Mansionariae adnexos et juribis ac emolumentis perfruendi ratione exercitii curae provenientibus ea mensura, quam Bulla erectionis instituit: hinc omnia Sacramenta matrimonio non excepto semper administrasse et administrare sicuti pro eorundem administratione et delegasse et delegare, quin hac super re Decanns unquam obstat Mansionariis, Mansionarii Decano, ut clarissime constat ex libris parochialibus, in quibus matrimonia contrahentium ac mortuorum nomina et caetera, quae sunt de more, Mansionarii omnes indiscriminatim descripsernnt et describunt. Hos antem libros ab exordio Collegiatae usque adhuc novemdecim Episcopi in actu eorum visitationum viderunt et adprobaverunt nec ulla ex ipsis immutatio facta est. In hoc vero munerum exercitio Mansionarii primas dederunt et nunc dant Decano, quippe qui curam animarum principaliter exercere debet: vacant vero Decanatus dignitate, nullus unquam oeconomns delegatus fuit, sed tunc animarum cura tota Mansionariis incnbuit. Itaque illa alternatis hebdomadis parochialia munera obeundi distinctio in subsidium Decani, quam habent ex Bulla, pertinet ad functiones, quarum solemnes Decanus peragit, et ad usnm stolae, qui semper ad Decanum et eo impedito vel absente ad Mansionarium hebdomadarium ordine attinnit et attinet. Hic agendi modns in hac ecclesia vigebat etiam tunc temporis, cum anno 1742 ad tollendos abusus et ad disciplinam restaurandam Laurentius de Ponte Episcopus Genetensis synodnm confecit. Et in his synodalibus constitutionibus cap. 18. de parochis haec reperimus, ut nbi duobus ejusdem ecclesiae sit credita ministratio ita se gerant, nt ab hebdomadarum distinctione Sacramentorum administrationem et doctrinae christianae instructionem non affici intellegant. Illa eadem alternis vicibns parochialia munera obeundi distinctio ad solum usum stolae et ad solemnes functiones pertinet. Parochianis itaque ab alterntro, qnem maluerint, qnacumque hebdomada diu noctuque Sacramenta petendi jns est: ntrique enim quacunque hebdomada administrandi onns incumbit.«

Ita pro se instant Opitergiensis ecclesiae Mansionarii ut et ex Bullae praescripto ita et ex ipsa muneris natura et ex synodalibus statutis paroeciale regimen sibi et Decano commnne idque ad duo saecula constanter peractnm ostendnnt, quod profecto maximi in judicando momenti esse, nemo nnus ignorat, *Fagnan. lib. 2. tit. 2*, *Rota Interamnen. 27. Febr. 1796 cor. Bayan.*

At Decanus ad Mansionariorum dicta explodenda curionalem extitisse ecclesiam suam longe ante canonicalis Collegii fundationem, eamqne ab uno moderatore procuratam advertit, cui proinde jura pristina nniversa sarta tecta servata edixit Pontifex, quin ullam ipsi perniciem jacturamque irrogari permiserit ex novi Collegii accessione. Quocirca ne quid parochi juribus privilegiisque detractum crederetnr, id diserte praescribendum curavit, ut Decanus praeeminentiam et jurisdictionem haberet et curam animarum illius parochianorum principaliter exerceret et illis Sacramenta ministraret ceteraque parochialia onera et officia haberet: Mansionarii vero in operosa illa procuratione eundem coadjuvarent eiqne assisterent. Sed verba haec onns quidem praeseferre in subsidium alterius, non jus aliquod proprium, independens, privativum, qnod vel invito cnrione et qnandoqne in jnrinm ipsius detrimentum exercendum esse arguit Decanus. Non itaque ex collegii adjectione parochi Decanive jura labefactata, non auctoritas in alius delata, sed ipsius dumtaxat laboribus, solicitudinibus et curam levandi auxilium decretum, quo imo ratum magis solidatumque fuit qnidqnid parochialis officii erat.

Perperam vero a Mansionariis conditionem de ipsorum aetate injectam praedicari, quasi monumentum, qno curialis auctoritas in ipsos immissa ostendatur, contendit Decanns, cum ad paroecialia mnnera pro Decano obennda, uti eorum officinm est, legitima illa aetas necessaria sit: sit sed ta-

men famulative potius ob munus ipsis demandatum quam demonstrative pro jure aliquo ex Pauli V. Pontificis literis collato legem illam esse intelligendam. Quae vero pro Mansionaris eligendis et pro possessione ineunda peragi consueverunt, ea omnia praeter illius Pontificis ordinationes atque pro successorum lubitu sensim invaluisse, quin et de illorum actuum necessitate et de legitima eorundem vi ad quidpiam juris inducendum veniat inde certi aliquid eruendum: concursum quidem jure ss. Canonum exquiri, quando vacat ecclesia parochialis sive dignitas aliqna major in Cathedralibus et Collegiatis adnexam habens curam animarum, *Lit. encyclic. S. C. C. 10. Jan. 1721**), *Bened. XIV. Const. Cum illud 1742***); nulla proinde peculiari juris ordinatione suadente illum indici per l'elezione di Mansionari chiamati ad ajutare ed assistere il Decano, che è la dignità principale, e molto meno doversi dar loro una investitura canonica ed un possesso spirituale, quale si suol dare ai parochi, e qual dessi ottenero fino al presente: falso autem ex ratione illa in Mansionariis probandis servata eos quasi vere parochos percenseri: dari siquidem interdum beneficia etiam simplicia ex concursu***), *Reclus. de concurs. part. 1. tit. 2. n. 5960;* duo item ex Barbosae monitu desiderari, ut quis dicatur parochus, quorum primum est, ut curam exerceant presbyteri curati nomine proprio, non autem alieno . . . . , alterum, quia rector et parochus is dicitur, qui suo nomine singulariter, non autem cum aliis ad regimen ecclesiae parochialis assumitur, ita ut si duo vel plures praeficiantur, qui confessiones audiant, baptizent et alia ad curam spectantia faciant, non dicantur curati, quia in una ecclesia unus debet esse sponsus et rector, qui curam habeat, *Barbosa de paroch. part. 1. cap. 1. n. 44, Rota Massanen. 1. Mart. 1650 cor. Farinac., dec. 258. n. 5. par. 1. recentiss.*

Haec aliaque id genus edisserit Decanus, qui acrius etiam de facultatibus queritur, che ebbero sempre i Mansionarii di assistere ai Matrimoni, e di delegare ad hoc altri sacerdoti, quod a Tridentinis decretis prorsus abhorret, quibus parocho tantummodo vel alteri cui ipse nominatim id officii commiserit adstare matrimoniis contrahendis datum est: immo et memoratis Pauli V. literis apostolicis absonum dicit, il quale concede al solo Decano la giurisdizione spirituale nella parochia di Oderzo.

Coadjutores enim ordinaria carent jurisdictione ipsisque idcirco facultates ad Sacramenta administranda peculiares tribuendas esse tradit *Monacellus Form. Leg. lit. 10. form. 15.* et s. haec Congregatio respondit Canonicos quibus onus est praepositum ecclesiae in cura animarum exercitio coadjuvandi jure id agere vocatos a Praeposito vel a populo ad sacramenta ministranda aliasve parochiales functiones explendas, S. C. C. *Mediolan. 3. decis. 1756.* Pro certo autem est, delegatam facultatem posse ab Episcopo arctari vel etiam adimi posse pro temporum, locorum ac personarum ratione. Suo itaque jure usum se fuisse censet Episcopus, qui Mansionarios prohibuit, ne facultatem ceteris tribuerent adstandi matrimoniis. Monet quidem Pontius illum, quem aliquis parochus assumit locantem operas, ut adjuvet, licet sacramenta cetera rite administret, delegare non posse, quod ne si quidem potest, cui licentia data est adsistendi matrimonio: non enim censetur, inquit Sanchezius, illi causa plenas vices committere, *Pont. de Mar. lib. 5. cap. 28. n. 2, Sanch. de mart. lib. 3. disp. 31. n. 19.* Possent fortasse Mansionarii reponere se ex Pontificis auctoritate adjutores datos fuisse Decano: delegatos proinde se esse a Pontifice ad omnes causas parochialis officii in tota parochia: tales autem posse vel unam vel alteram causam subdelegare, *Sanch. loc. cit. n. 14.* prout Fagnano teste Rota declaravit, *Fagn. cap. Quo non de despensat.* Caeterum de synodi decreto Episcopi Genetensis, de praescriptione paroecia per Mansionarios gesta, quin oeconomus vacanti Decanatui praeficiatur, de libero ipsorum usu scribendi in libris parochialibus, de praescriptione demum biscentenaria jura eorundem probante ac de aliis hujusmodi argumentis per Mansionarios adlatis, eadem contendit Decanus omni prorsus robore carere. Synodali quippe decreto de iis res est quibus aeque principaliter rei sacrae administratio commissa sit, neutiquam vero de iis, qui socii tantum curae atque muneris curioni adjuncti sint, ut ipsum adjuvare eique adsistere debeant.

Sanxerunt quidem Tridentini Patres *sess. 27. cap. 18.* ut habita notitia vacationis ecclesiae si opus fuerit idoneum in ea Vicarium constituant Episcopi: limitari attamen ipsorum decretum ex necessitatis causa si nimirum opus fuerit, inquit Decanus ex Garciae monitu, a quo traditum legimus ideo facile Tridentinos Patres decreto ea verba addidisse, quod in eadem ecclesia possint adesse ministri Sacramentorum, qui interea curam quoque illam quae ad defunctum spectabat exercerent, *Garcias de benef. par. 9. cap. 2. n. 13,* ad hanc idcirco regulam probe explicari propositam a Mansionariis consuetudinem, qua vacante decanatu rem sacram Opiterginam libere ipsi gerere consueverant.

Porro ne matrimoniorum, quae rite inita junctaque fuerint, ullo unquam tempore memoria intercedat, ex Tridentini Concilii decreto referri ea debent ad praesitutam a rituale romano normam in librum, in quo nomen adnotandum est alterius sacerdotis, qui munus conjungendi sponsos Episcopi aut parochi ipsius permissu obierit, qui insuper ex Monacellii monitu sua manu articulum a parocho descriptum signabit, *Monac. form. tit. 10. form. 8. in adnot.* Peccasse idcirco Mansionarios in Trid. Concilium, qui haec patrare liberum sibi esse autumant, arguit Decanus: nefas autem esse, adversus Tridentina decreta operari, quae sancte custodienda, tuenda servandaque mandavit Pius IV., quae licet non munita clausula irritanti violari tamen praescriptione non possunt, *Benedictus XIV. Inst. eccl. 60. n. 7.*; frustra proinde temporis perdiuturni continuum usum a Mansionariis jactitari ad saluberrimum Episcopi decretum proscindendum, quod animarum salus, cleri tranquillitas, publici ordinis incolumitas, sacrarum legum disciplina commendat.

Haec argumentatur Decanus: non est quidem, cur de agendi ratione, qua Mansionarii usu adhuc sunt, pluribus disputetur. Jam enim animadvertit ipse, rem ex ss. Domini Nostri mandato ab Episcopo confectam: novum propterea rerum ordinem invectum: pristina jura, si qua erant, juxta recentiora Episcopi decreta recognoscenda ac praefinienda: facultates veteres quas Mansionarii commemorant sive ex Decanorum lubitu sive ex Pontificis concessione repetantur per illorum voluntatem, ex qua promanabant, vel sublatas vel imminutas pro salubriori rei sacrae gubernatione fuisse.

Hisce ex Episcopi, Mansionariorum et Decani sententia deductis prolata erant nunc decernenda

D u b i a :

I. *An et quomodo cura animarum ecclesiae s. Joannis B. Opitergii sit penes Decanum, num potius Decano simul et Mansionariis communis in casu?*

Et quatenus affirmative ad I. partem,

II. *An vi Bullae Pauli V. Opitergini Mansionarii eligendi sint per concursum et examen synodale in casu?*

III. *An canonica eorundem institutio ad instar parochorum et spiritualis possessio eodem modo quo Decano danda eis sit in casu?*

IV. *An et quomodo valeant Sacramenta administrare in casu?*

V. *An et quomodo valeant matrimoniis conjungendis assistere; an debeant potius toties quoties auctoritatem ad id mutuari a Decano in casu?*

S. C. resp.

Ad 1: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Ad II: Negative.

Ad III: Negative.

Ad IV: Affirmative, dependenter a Decano.

Ad V: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 19. Apr. 1834.

Anagnina.

Joannes B. Raulins et Maria Soror nobiles Anagnini testamento quod 1701 conjunctim ediderunt esse invicem haeredes dixerunt ita tamen ut post utriusque obitum ex universa ipsorum substantia constitueretur ecclesia in domo eorum propriae habitationis sub titulo s. Angeli Custodis, quae subinde deberet erigi in collegiatam ecclesiam pro uno rectore ac 9 Canonicis, qui eidem illiusque choro inservire deberent, eisdem modo et forma, quibus Canonici Cathedralis Anagninae inserviunt, reservata tamen eis et utrique eorum quamdiu viverent facultate commutandi et melius declarandi praesentem eorum dispositionem.*) Praesentationem autem personae idoneae pro canonicatibus assequendis ad Capitulum, rectorem et Canonicos ejusdem Collegiatae per eos capitulariter et per vota secreta faciendam

*) Vd. *p. 326. XXXVII.*
**) Vd. *t. I. p. 607.*
***) Vd. *p. 238. n. 2. 3.*

*) Vd. *t. II. p. 353. n. 1.*

spectare mandarunt, perinde ac si de eorum jurepatronatus existerent, qnodque rectoria praedicta ac canonicatus et praebendae Collegiatae semper et omni tempore clericis seu presbyteris civibns *) Anagninis, quandocnmqne ex civibus praedictis clerici sen presbyteri ad id idonei reperirentur, alioquin eis deficientibus presbyteris vel clericis ex Anagnina dioecesi oriundis et dioecesanis **) conferri deberent. Subinde vero praedefnncto Joanne B., considerans superstes Maria Soror graves futuras expensas, quae post ejns obitnm tam pro expediendis literis apostolicis quam pro constructione et fabrica ecclesiae in praedicta ejus domo sic construi demandatae fieri debnissent, dispositionem in hac parte immutatam voluit . . . . qnod vice et loco ecclesiae in ejus domo constituendae eadem Collegiata in parochiali ecclesia archipresbyterali nuncupata s. Andreae ejnsdem civitatis, qnae ad divinorum officiorum exercitium et chorum in ea officiandnm satis ampla et apta jam tnm existebat, et ad ejns altare majus erigi deberet; qnam ecclesiam parochialem pro erigendo in ea collegio rectoris et novem Canonicornm praedictorum elegit et nominavit, accedente consensu et assensu moderni illius rectoris Archipresbyteri snb diversis conditionibus et pactis, licitis tamen et honestis ac ss. canonibus minime contrariis; inter eamdem Mariam et futuros rectorem et 9 Canonicos nominatos ex una et rectorem praedictae paroecialis ecclesiae ex altera partibus unitis, in quibus inter cetera dispositum seu conventum fuit, quod primns et prima in iisdem 9 canonicatibus et praebendis erigendis per cessum vel discessum seu qnomodocnmque vacaturus et vacatura post erectionem ejusdem collegiatae moderno seu pro tempore existenti rectore parochialis ecclesiae praedictae conferri et assignari deberet ad hoc, ut tam ipse rector parochialis ecclesiae qnam illius in parochiali ecclesia praedicta snccessores una cum parochiali ecclesia praedicta etiam canonicatum et praebendam ejnsdem Collegiatae obtinerent illosque una cum parochiali ecclesia sic obtinens Canonicus ejusdem Collegiatae nuncuparetur et esse deberet eisdem modo et forma, quibus in majori Ecclesia Anagnina Canonicus curatus electus et institutns existit; qui Canonicus curatus choro et altari inservire ac divinis officiis interesse in omnibus et per omnia teneretur, prout alii Canonici, exceptis *) tamen illis diebus et horis, quibus ratione cnrae animarum impeditns sen detentus fuerit. Assignatis tandem »pro dote et fundo tam rectoriae qnam novem canonicatuum et praebendarum« omnibus et singulis suis dictique Joannis B. bonis tam propriis quam hereditariis voluit mandavitque »quod boua praedicta illorumque redditus ad snmmam 950 scutorum circiter annuatim ascendentes pro massa capitulari sic erigendae Collegiatae inservire deberent ad hoc nt tam pro tempore existens Rector quam quilibet ex novem Canonicis redditus hujusmodi deductis prius ac snpportatis per eos oneribus, pro eorum praebendis et distributionibus qnotidianis inter personaliter deservientes aequaliter distribuendis percipere et erigere valerent, qni pro servitio per eum praestando decem scuta monetae annuatim plusquam Canonici percipere debeat, ac etiam excepto futuro Canonico curato, qui nltra praedictos redditus et proventus ac praebendam et distributiones quotidianas, quas pro tempore obtinebit, fructus etiam, redditus et proventus tam certos qnam incertos parochialis ecclesiae et ad illam spectantes integre et absque ulla prorsus diminutione prout ante erectionem Collegiatae percipere possit et valeat.

Descripta haec snnt ex apostolicis literis, qnas 1712. in eam rem dandas curavit ipsa Maria Ranlia fundatrix. Res porro ita processere ad annum usque 1818. quo obitu Aloisii Gisci Canonici Curionis rescripto s. hujus Congregationis datum fuit di sospondere le rendite del canonicato e cura per la spazio di anni dieciotto, e di applicarle alla fabricazione della nuova chiesa, eisdem interim concredita l'amministrazione della cura delle anime. — Verum absolutis jam novae aedis operibus, antequam tempus decretae suspensionis praeterlaberetur, iidem Canonici apud s. hunc Ordinem retulerunt, gravia ex hac canonicatus et curionatus consociatione incommoda obvenire et tnm animarum cura tum choralia officia hand parum detrimenti inde capere, rogaruntque idcirco di separarsi nnovamente il canonicato dalla cura, quin ullum inde parochus jacturam vel honoris vel redditunm faciat.

Consilium hujusmodi probat Episcopus

*) Vd. *t. II. p. 401. m; p. 429. hh.*
**) Vd. *t. II. p. 412. r.*

*) Vd. *t. III. p. 981. f.*

administrator, animadvertens, pios testatores nihil profecto de ecclesia s. Andreae cogitasse cum immo ab inchoato aedem in ipsa eorum domo extruendam mandarint, collata in eum finem medietate proventuum, quibus rectorem et Canonicos dictaverat. Quod si deinceps Maria Soror e pristino consilio resilivit, id modo curari a Canonicis videtur inquit Episcopus ut res ad eum redeat statum seu verius ei simillimum, quo primum eam constitui fundatoribus Capitnli placuerat. Necessitatem quidem rei excludit diuturna 100 annorum experientia, quibus de re sacra ibidem bene gesta qnaestio nunquam mota est. Sed in hoc rerum genere addit Episcopus amplior aptanda videtur ad necessitatis vocabnlum significatio, quae ad apertam quoque ac satis magnam utilitatem pertineat, cujus maxima ratio in rebus ecclesiae disponendis habenda est.

Hujusmodi porro utilitatem expostulata segregatione extitnram facile patebit consideranti: »Primum designationem parochi s. Andreae illigatam nunc inveniri nominationi Canonicorum, quorum suffragationi exhibitae quispiam, si experimento facto satis idoneus visus fuerit, resistere Episcopus neqneat, etiamsi plures in promptu haberet parochos officio digniores: e contrario facta segregatione fore ut quoad parochialem s. Andreae praebendam reviviscat observata primitus sanctissima Concilii Trid. lex indictoqne concursu liberum sit Episcopo digniorem inter plures approbatos exercendaeque animarum curae aptiorem eligere *): deinde in pristina restitni jura conferendi parochiam ac Bullam favore electi expediendi tum Ordinarium tum in reservatis mensibus Datariam apostolicam: quo jure exciderunt attributa Canonicis parochi nominandi facultate, etiamsi obstitisse Episcopum liqueat ex informatione quam is ad s. Congregationem misit datam 25. Sept. 1710, praeterea consultum fore magis accurato servitio chori, quod in exiguo praesertim 10 Canonicorum nnmero et in quotidiano munere persolvendi officinm divinum detrimentum aliquod necessario ferre cogitur ex absentia Canonici curati aut excipiendis confessionibus **) aliisque sacramentis administrandis aut reliquis peragendis officii parochialis muneribus haud raro distenti, quod contra futurum erit novo in ejus locum subrogato Canonico, qui nullo ejns generis impedimento a servitio chori adducatur. Nec vero metuendum est, ne parochialis praebendae redditus plus justo imminuantur ferendisqne parochialis officii oneribus impares evadant: manebunt olim iidem qni ad plura saecnla fuere antequam ad eam praebendam canonicalis altera adjungeretnr, hoc tamen emolumento, quod ex ejus redditibus in aedis conservationem sacrumque ad rem divinam faciendam apparatum ac oleum in lampadem prae ss. Sacramento ardentem sumptus ut olim detrahi non oportebit. Ceterum animadvertere praestat parochiam s. Andreae in media civitate positam parochianos complecti haud plures 800 circiter ac eorum plerosque 6 satis habere fortunarum ad se sustentandos neque parochiam in agros protendi: hoc est non multum esse parocho de curandis parochianornm vel animis vel corporibus laborandum: redditus porro qui adempto canonicatn superfutnri sint non parum illos excedere, quibns ad alimenta sua ad paroeciae necessitates parocho sit opus: praeter enim frumenti rubra plus minus 33 ac vini cados 4 perciperet scutata ad minimnm 50 demptis oneribus.

Haec Episcopus administrator, qui tamen expetitam sejunctionem si eam decerni placuerit satis quibusdam conditionibus fulciri efflagitat, quas ipse proponit »ad eum comparatas modum, qui ad apostolicam erectionis Bullam proprius accedat ac parochi simul et Canonicorum distinctis officiis utrorumque utilitatibus et quieti prospiciat:

I. Nimirum parochus s. Andreae sit Canonicus honorarius in capitulo s. Angeli custodis atque ut antea vocari pergat Canonicus cnratus; ac dempto jure percipiendi quidpiam ex nlla praebenda canonicali aliisve cujuslibet generis redditibus capitularibus facultate gaudeat veniendi in chorum, quotiescumque libuerit ibique sedem habendi supra simplices Canonicos, proxime infra rectorem Capituli *): parique modo in quavis alia ss. functionum sive intus sive extra parochialem ecclesiam gerere primum sub rectore locum debeat.

II. Rectoris curati dumtaxat proprium esto jns deferendae stolae in deducendis ad parochialem ecclesiam quorumcumque mortnorum cadaveribus et in alio quovis officio

*) Vd. *t. II. p. 404. o; p. 411. q.*
**) Vd. *t. III. p. 975. e.*

*) Vd. *t. III. p. 469. n. 3.*

super mortuos eosdem peragendo, praesentibus licet rectore atque Canouicis. Quibus itidem praesentibus ejusdem rectoris curati privativum erit muus missam cauendi sacramque expiationem integre peragendi pro mortuo quolibet iu ecclesia parochiali sepulto, itidemque pro parochianis, etiamsi alibi sepulti fuissent, die obitus 3., 7. et 30. necnon semel dumtaxat die anniversaria: legata vero perpetua et anniversaria fixa nisi proprie ac speciatim parocho assignata reperiantur a Capitulo implenda sint servatis Capituli ejusdem constitutionibus.

III. Rectoris curati proprium esto muus missam solemnem celebraudi die 2. Febr. pro benedictione candelarum, feria IV. cinerum pro istorum benedictione, dominica Palmarum ad has item benedicendas, sabbato s. benediceudum fouti baptismali ac demum die festo s. Andreae Apostoli, a quo titulum habet ecclesia parochialis, una cum I. ac II. Vesperis; tandem die 2. Novb., quo perageuda est absolutio solemnis defunctorum iu parochiali ecclesia ejusque caemeterio sepultorum.

IV. Cauouicus curatus libera gaudeat facultate prout magis expedire censuerit evangelium*) diebus festis explicandi sive iutra missam solemuem sive aliqua ex primis horis matutinis, quae tamen impedimeuto nou sit celebraudae aute chorum missae per eos, qui venire in chorum debeant. Praeterea ipse libere tum ad christianae doctrinae rudimenta pueris expoueuda tum ad nberiorem cathechesim accomodatius eligere tempus queat, protracto etiam si expediverit ac Ordiuarius probaverit, vesperarum capitularium signo dimidia post consuetum hora. Integrum quoque. maueat eidem jus in missis solemuibus dies festos publicare, proclamationes et publicationes facere.

V. Sacrae aedis eique adnexorum aedificiorum conservatio et instauratio quaelibet sumptibus unius Capituli explenda sit, praeterquam si vel toto vel ex aliqua satis magna parte sacrum aedificium instauratione opus haberet: quod si evenerit, parochus eadem, qua siuguli Cauonici, portioue pecuniam impendere cogatur. Aequum namque est, parochum, qui propriam ecclesiam parochialem s. Audreae Canonicis uteudam concessit, et ex cujus praebendae redditibus ecclesia eadem nuper ex eo renovata cernitur, liberum fore ab ejus conservandae instaurandaeque onere. Exceptus est casus extraordinariae ingentisque restaurationis, quoniam cum ecclesiae proprietas concessa Canouicis maueat usui parochi, prorsus aequum itidem videtur, sumptus quoque iu eam instaurationem faciendi partem aliquam ab eo fieri.

VI. E coutrario aedium parochialium, quae cum ecclesia proxime conjunctae nuperque renovatae sunt, couservatio, ac ubi opus fuerit, instauratio privative ad parochum pertineat, quippe qui cum proprietate usu earum coutinenter fruiturus sit.

VII. Omnia ad ecclesiae ornatum, ad rem divinam faciendam et ad alias quaslibet sacras functiones necessaria instrumenta Capituli sumptibus compareutur, ut initio couveutum habetur. Quocirca ne tuuc quidem, ut Canouicus curatus iu praebendae possessionem venerit, pecuniam ullam sacrorum utensilium nomine couferre cogatur. Secus quidem arbitrari ac velle Cauouicos, patet ex eorum resolutione: »Il paroco pro tempore contribuisca alla sagrestia scudi 5 per una sol volta, quando civè prende possesso della Cura, come si costuma dai Cauonici, e questo a titolo degli utensili che gli somministra il Capitolo: e per la fabrica dovrà il parroco coutribuire per uua porzioue ad una spesa, che per quella occorresse, superiore ai scudi 40 comprensivamente alle campane, e campaniles; id tamen supremo s. Congregationis judicio definieudum relinquitur.

VIII. Verum tamen aere suo comparare parochus debeat iustrumenta omnia quibus ad exercitationem curae animarum ac nominatim ad SSmi Viatici atque ad baptismatis administrationem sit opus uecnon ea quae spectant ad Vespertinam SSmi Sacrameuti pyxide couteuti adorationem et beuedictioнem quotidie ex decreto synodali et ex more facieudam; ac demum sumptus faciat in expurgaudas fidelium defunctorum sepulturas ea dempta, quae Canonicorum sit propria. Aequum namque videtur ac juri communi conseutaneum, sumptus in sepulturas expurgaudas a parocho fieri, qui emolumenta funerum percipit.

IX. In Capitulum quod a Canonicis pro capitularibus negociis convocetur uullum Canonico curato couveuiendi jus esto*): quem tamen invitari oportebit, si de fabricae

*) Vd. *t. III. p. 848. n. 4.*

*) Vd. *t. III. p. 743. f.*

uecessitatibus ageudum fuerit vel de aliquo negotio, de quo participaturus sit idem curatus: alioquin eo uou iuvitato irritum sit Capitulum: si vero praesens contradixerit et adversus Canonicorum reliquorum sententiam protestationem emiserit, judicium de re controversa deferatur ad Ordinarium.

Perpeudeuda omuia haec occurrunt ad prouunciandum de Cauonicorum postulatu, qui iis ipsis ratiouum momeutis esse auditum iri coufidunt, quae jam accepimus ab Autistite apprime enucleata.

Jam vero ex rationabili causa dividi posse praebendas respondit *Innocentius III. cap. 26. de praebend.* neque in themate eam desiderari contendunt Episcopus et Canonici, si ingeus reputetur ecclesiae utilitas ob auctum diviuum cultum novumque comparatum beneficium, quo sedulus Sacrorum Minister ditetur. Necessitati autem ferme aequiparari utilitatem ac proinde ea fere omnia, quae ob necessitatem permittuntur, eadem et ob evidentem utilitatem probari traditum jure est, *Schmalzgrueb. Jus can. lib. 3. tit. 26. n. 8.*

Porro conditiones quas Episcopus propouit eaedem fere suut de quibus jam iude a condito collegio Canouicorum iuter rectorem s. Audreae atque Cauonicos s. Angeli Custodis conveuerat: eo autem in praesens res adducta couspicitur, ut quae olim salubriter fuerunt constituta gravibus nuuc ex causis sapienti plane consilio temperauda, immutanda, imo et corrigenda identidem uecessario siut. Reprehensibile uamque ex Iunocentii III. Poutificis monitu *cap. 8. de consanguinit. et Affinit.* uou debet judicari, si secundum varietatem temporum statuta quaudoque varieutur humaua praesertim cum urgeus necessitas vel evidens utilitas id exposcit, quouiam ipse Deus ex his quae in veteri testamento statuerat nonuulla mutavit in novo.

Jam vero ex his quae hic allata conspiciuntur animadverterent Emi Patres, num vere necessaria sit sejunctio isthaec vel saltem utilis adeo ac salutaris deprehendatur, nt de ea admitteuda legitima ac gravis causa praesto esse ad veritatem edicatur.

De necessitate quidem dubitaudum videtur cum longo saeculi unius tempore utiliter canonicatui curiouatus consociatus extiterit nec momeutosa adeo utilitas ex divisioue obventura dignoscitur, ut juxta Rotae judicium vere rationabilem sectiouis causam nauciscamur, *Rota 12. Decb. dec. 370. par. 19. t. 2.*

Animadverti etiam posset, absouam adeo non esse ab utiliori rei sacrae procuratioue legem illam de civibus prae ceteris adsciscendis. »Qui euim est ex loco et dioecesi beneficii iuquit *Vivianus Prax. jurispatr. part. 2. lib. 6. cap. 11.* debet si est idoneus aliis extraneis praeferri; sicut etiam alteri praeferendus est ille, qui est de gremio Ecclesiae, quin valde honestum et fructuosum est, ut quilibet in patria sua beneficietur, et quia facilius iuducuntur ad residentiam dulcediue patriae allecti, et iu concursu parochiarum praeferendi sunt clerici ipsius civitatis aliis exteris, dummodo extranei non percellant in maxima scientia, *Pyrr. Corrad. Prax. benef. lib. 4. cap. 6. n. 54.* Verumtamen sacer hic Ordo hujusmodi petitionibus difficilius consuevit obsecundare, cum malis vel incommodis quae obtrudebantur facile alia ratione occurri valeret, s. C. C. in *Pisauren. 11. Jan. 1744.* Jam vero facilius fortassis pontificium beneplacitum postulari posse videretur, quo iis testatoris verbis derogetur, quibus electio inter cives Anagninos praefinitur servato tamen illis jure, quo praeferantur ceteris, si aequalia essent candidatorum promerita. Ea quippe conditione Archipresbyter s. Andreae sua in ecclesia novum hoc Canonicorum collegium admisit, ut praebeuda canouicali insimul et curionatu ipse donaretur, atque ita commodum ex nova illa injecta servitute nancisceretur. Jam vero nemo locupletari debet cum alterius jactura vel injuria, *Reg. 48. jur. n. 6.*, locupletati vero fuerunt Canonici, qui ab impensa in ecclesiae aedificationem necessaria sese exemerunt ob Archipresbyteri indulgentiam illos sua in ecclesia excipieutis.

Hisce utriuque perpensis erit sapientiae EE. VV. dirimere

D u b i u m:

An et quomodo annuendum sit precibus Canonicorum s. Angeli Custodis in casu?

S. C. resp.:

Negative in omnibus.

Die 23. Aug. et 13. Sept. 1634.

Firmana.

Agit coutroversia haec de Coucordia apostolico beneplacito roborauda quae ad

vetera jurgia praecidenda amicabiliter inita est inter Praepositum et Canonicos collegialis ecclesiae sub invocatioue ss. Apost. Petri et Pauli Montis Ulmi iu Pirmana archidioecesi. Singula concordiae capita enucleat sapienter Emus ac Rmus D. Cardinalis Pieschi cui res haec universa pro voto remissa fuit. Juvat Emi Domini verba transcribere:

EE. VV. In ecclesia paraeciali s. Douati oppidi Montis Ulmi 8 erant antiquitus capellaniae presbyterales a familia Orsetti iustitutae quae 1762 ad instantiam plebani cui juspatronatus fuerat relictum auctorante s. m. Clemente XIII. iu totidem canonicatus fuerunt conversae. Cum autem in eodem loco altera collegialis ecclesia sub invocatione ss. Apost. Petri et Pauli reperiretur crebro inter unam et alteram oriebantur dissidia, quo factum est ut 1778 Pius VI. recol. mem. ex 2 fecerit unnm plebauum s. Donati, cui titulus Archipresbyteri accesserat, constitueus Praepositum alterius Collegiatae, rectorem, moderatorem, dignitatem et caput utriusque ecclesiae: nec leges unioui defuere.

Statutum scilicet est:

I. Quod Praepositus subesse deberet oueri manutentiouis ecclesiae s. Petri, reparationis chordarum, campanarum, s. suppellectilis et subministrationis cerae, ea tamen excepta, qua pro chori servitio opus esset.

II. Capitulum ipsi Praeposito debere annuatim rependere canones duos, unum scut. 20 pro capellano curato nomiuando ab Archiepiscopo et amovibili ad nutum, alterum scutorum 5 pro minutis Sacrorum impeusis.

III. Quod Praepositus una cum Canouico sacrista superesse deberet munditioni suppellectilium, quarum praetiosiora suppeditaret in solemnioribus festivitatibus.

IV. Tandem ut ipse Praepositus tamquam praesens*) haberetur in choro, si quando pro exercitio parochialis officii abesset, *ita quod*, sunt verba bullae unionis, *distributionum non interessentium portiones, infirmitatis et alio legitimo impedimento cessante, praesentibus et interessentibus accrescant, et quotiescumque ipse Praepositus in exercitio curae animarum hujusmodi et Sacramentorum administratione occupatus fuerit pro praesente et interessente habeatur;* at non ex eo cessavere dissidia: immo paullo post controverti coepit inter Praepositum et Capitulum super expeusis pro cera et suppellectilibus pro missarum celebratioue, quas quisque Canouicorum pro ouere praebeudae suae in ecclesia b. Petri celebrare debebat: iusuper cui ecclesiae illius gubernium et patrouatus adjudicandus esset, quis tandem fuuctiones parochiales in eadem peragere imposterum debuisset. Archiepiscopus Miuucci 1780 has etiam controversias curavit extinguere, accitis Praeposito et viris a capitulo electis, cumque paruissent Praesulis iuvitationi jurgia composuit ope transactiouis, qua adhibitis juris peritorum et theologorum consiliis statutum est inter alia, ut pro celebratione missarum particularium, et praesertim pro Sacrorum oueribus praebendis singulis iuhaereutibus Canonici quotannis vim scut. 8 et ceram Praeposito subministrarent pro omuibus fuuctionibus quas ipsi peragere debuissent ad formam Bullae unionis, comprehensa medietate ejusdem necessaria pro expositione s. Sepulchri feria V. hebdomadae majoris, firmo manente eidem onere integrae manutentiouis Collegiatae ad formam constitutionis: insuper cautum ut praeter famulum servitio Capituli addictum, cujus salarium a Praeposito rependi deberet, alius adhibeudus esset ea lege ut ipsius electio Capitulo spectaret, salarium vero pro medietate a Capitulo pro alia medietate a Praeposito esset solvendum. Haec per auuos viginti pacifice servata et adimpleta fuere. Verum enimvero en nova jurgia sub iuitium saeculi praesentis.

Quandoquidem parochus contendebat; Praepositus et Capitulum rursus coeperunt conteudere pro jurepatrouatus ac ecclesiae illius primatu sibi jus esse peragendi functiones etiam uon parochiales, quod Capitulum impugnabat itaut utraque controversia delata ad curiam forauam 1807 sententia illius Vicarii geueralis definitum fuerit: »Nullum juspatronatus Praeposito in supradicta Collegiata competiisse seu competere, sed illud ad integrum corpus Capituli spectare et pertiuere, prout etiam sibi non licuisse neque licere fuuctiones, quae parochiales non sint, in ecclesia praedicta peragendas irrequisito Capitulo permittere«.

Hinc (incredibile dictu!) nova quaestio sequuta est. Capitulum enim expensarum refectiouem, quas substiuuerat pro judicio super jurepatronatus, de quo secundam obtinuerant seutentiam, expetivit ea ratione,

*) Vd. *t. III. p. 975. e; 981. f.*

quod propter omissam appellatiouem seutentia illa in remjudicatam transierat. Mox altera, quam excitavit Praepositus Giustiui super fuuctionibus ab ipso peragendis contendens eas, quae nec chorales neque parochiales essent, sub ipsa non compreheuderentur concordia, quae Archiepiscopo auctorante inita fuit inter Capitulum et Parochum 1778, quae tamen coutroversia tum a senteutia diei 16. Sept. 1807 tum ab altera diei 23. Decb. 1822 dirempta fuit favore Capituli et statutum: »*non licuisse neque licere Praeposito Giustini functiones sacras, quae parochiales non sint, peragendas irrequisito Capitulo permittere.* Nec satis, controverti voluit num inter cessiones Praepositis factas ob ecclesiae manutentionem recenseri deberent oblationes, quas oppidani ante unionem solvere solebant propter preces, quae triduo ante festivitatem ss. Patronorum Emigdii ac Viuceutii Ferreri fieri consueverunt; item num capitulum jus sibi vindicare posset iuspiciendi quotaunis ecclesiae aedificia sacrasque suppellectiles cum facultate restauratioues ad opportunitatem statueudi inappellabili ipsius Ordinarii providentia ad hoc adhibita; item Capitulum recusabat praestationem annuorum scut. 20 pro Vicario curato ex ea ratione quod numquam fuerit adhibitus item sibi jns esse superessendi sarcitioni supellectilium; item Capitulum redditionem rationis a Praepositis requirebat omnium praestationum, quas fecit pro manutentione ecclesiae, atque ab haeredibus Praepositi Giustini (interea 1826 defuncto) speciatim de perceptis ab ejus haereditate titulo sarctitionis, uecnon aliarum perceptarum a Praepositis ex *mediis annatis* beneficiorum resideutialium terrae Montis Ulmi: item contendebat Praepositus curam animarum habeutibus iuhibendum esse ne diebus feriatis coufessiones audirent et paroeciae ouera adimplerent tempore divini officii ea sub ratione, quod chori onus pariter Praeposito incumbat ad formam synodi Cardinalis Gualtieri, Archiepiscopi Firmani 1660. Cum vero Praeposito ex voluutate capellaniarum iustitutoris jus esset ad eas nominaudi (quod jus fuit illi reservatum in earum conversione*) in canonicatns) Capitulnm postulabat, ut decideretur, num locus esse deberet cousensui Praepositi si quando destiuatione alicujus coadjutoris opus esset. Taudem ut nihil sine controversia relinqueretur, quere-

*) Vd. *t. III. p. 538. n. 4.*

batur item Capitulum de nullitate coucordiae anni 1778 in parte quae respiciebat praestationes cerae, oruamentorum et similium in celebratione missarum a Cauonicis, ex onere beneficii cujusque peragenda atque in altera de qualitate functionum in ss. Christi tumnlo celebraadarum, utrum scilicet istae essent inter paroeciales vel capitulares recensendae ita ut expensae a parocho vel Capitulo substiueudae forent.

Has controversias obitus Canonici Giustini ex parte delevit; quoad reliquas s. M. Leo XII. consultissime providit mediante rescripto diei 8. Junii 1827, »quod *praevia avocatione omnium controversiarum a quolibet alio tribunali aut Congregatione Concilii cum omnibus adnexis, connexis, incidentibus et dependentibus etiam cum clausula de aperitione oris arbitrio adversus quodcumque rescriptum quod obstare posset definitioni ad formam Motus-proprii s. M. Pii VII. 1816 ac per viam consiliationis quatenus expedire visum fuerit*«; requisita de more sententia Archiepiscopi res per aliquot annos siue prosequutione remansit.

At cum in parochum fuit electus sacerdos Joannes Olivieri eu rursus couteutiones et jurgia, quae magis magisque efferbuere propter vacationem uuius ex illis praebendis, quae antea capellaniae nominabantur, et ad quas jus nominandi praesentandique ad parochum pro tempore, uti dixi, pertinebat. Hinc namque opus fuit defendere nominationem suam in persona Raphaelis Cicconi factam adversus Capitulum et municipium Montis Ulmi, qui nullam nominationem ajebant ex eo quod personae in oppido ipso natae nominandae essent, inter quas sacerdos Ciccoui minime recenseretur. Amicam tamen Praepositus atque ab isto nominatus sententiam habuere in ecclesiastica curia Firmana, quae per s. Rotam apud quam in gradu appellationis agebatur confirmata fuit duabus conformibus decisionibus *diei 9. Decb. 1833 et 24. Aprilis 1834 coram Eminent. et Reverend. collega nostro S. R. E. Cardinali de Cursiis* uecnou aliis duabus, ponente Praesule Zacchia, *sub die 5. Junii 1834* et *sub 4. Decb. 1835.*

Post haec tandem aliquando litigandi prurigo deferbuit: ideoque Praepositus et Cauonici ex condicto plenis suffragiis elegerunt judicem arbitrum Joannem Belli, nunc in romana curia advocatum ac tuuc

temporis a judiciariis cognitionibus clar. memor. Cardinal. Brancadoro Firmani Archiepiscopi. Qui vix partibus auditis superstites controversias in novem capita seu *quaesita* divisit suamque pandidit sententiam, quam unanimi placito tam Praepositus quam Canonici probavere: nec improbavit Eminent. Archiepiscopus, qui immo datis ab s. Congregat. literis sub die 22. Sept. 1840 dicere non dubitavit: »*Ad propositae transactionis utilitatem quod attinet nulla potest oriri dubitatio, quia haec in genere deprehenditur cum controversia cadat super re in omni haud capite aperta, bene vero dubia et implicita. Nec evidens utilitas in specie a proposita transactione mihi consideranti abesse visum est.*

Haec est concordia qua desuper placuit EE. VV. meam sententiam benigne requirere antequam decernatur num apostolico beneplacito probari conveniat.

Eam probandam esse prae primis suadent effectus qui exinde sequuntur. Etenim per ipsam de medio sublatae sunt contentiones ac jurgia, quae inter scandala tamdiu efferbuere. Nec est praeterea pertimescendum quin ecclesia aliquid de suis juribus detrimenti patiatur, cum concordia jura tantum Praepositorum atque Capituli minuat ad invicem et augeat. Eam confirmandam esse puto, tum quia super re dubia inita est, tum etiam quia nullam prae se fert laesionem. Juvat itaque de singulis ejus capitibus justitiam paucis verbis expendere.

Non est inprimis cur probanda non sint pacta transactionis sub Archiepiscopo Minucci anno 7780 habitae, quibus Capitulum obstringebatur erga parochum ad praestationem subsidii in missis a Canonicis celebrandis, necnon ad persolvendam illius summae medietatem, quae pro stipendio novi famuli statuta fuit. Prima enim praestatio parocho a Capitulo facienda dum affert huic onus est etiam compendio: parochus enim cogitur illi subministrare ceram atque utensilia pro missis celebrandis, altera autem quamvis et ipsa Capitulo damno sit inficitur tamen utilitate, quam Capitulum habet ex ipsius famuli servitio necnon jure istius nominandi quod exclusive ad ipsum Capitulum pertinet. Neque uti devia a Bulla unionis s. M. Pii VI. et apostolico beneplacito destituta, ceu olim Capitulum ajebat, improbanda videtur. Verum enim haud est quod Bulla aliquid disponat de cera atque utensilium praestatione Canonicis facienda in missis pro cujusque praebendae onere celebrandis atque in functionibus peragendis, quae chorales sunt: loquuta tantum de expensis manntentionis ecclesiae atque functionum paroecialium celebratione a parocho perferendis. Falsum item quod Bulla disponat, immo ne verbum quidem fecit de famulatus ampliatione a parocho tandum substinenda. Itaque si dubium inerat de utraque quaestione, cum concordia ista coepta fuit, video justam inesse causam, per quam sit ita quoad hujusmodi pacta omnino servanda.

Neque de his secus dicendum puto, etsi beneplacito apostolico concordiam ipsam reperiam destitutam. Etenim cum per istam nullum detrimentum illatum sit juribus ipsius ecclesiae, sed tantum super juribus *personalibus* Canonicorum ac Praepositorum versata sit, illatum quippe onus Capitulo praestandi parocho laevissimam summam pro subministratione cerae et utensilium in expositione s. Sepulchri adsumendorum nulla est ratio quare beneplacito indigeat, cum lex canonica hoc tantum requirat in alienationibus ecclesiasticarum rerum a jure prohibitis. Praesertim vero quod in specie agebatur de concordia inter personas ecclesiasticas unius ejusdem corporis ecclesiae, veluti distinguunt *Card. de Luca de canon. discep. 3. n. 19. et disc. 34. n. 5., Card. Petra ad constit. apost. t. 2. pag. 260. n. 138.* et *Rota coram Molin. dec. 897. n. 9.* et *Sulmonen. Juris participand. 3. Martii 1752 § fin. coram Cunilliac.* Neque de abusu facultatum Canonicos redarguendos censeo tum quia transigendi potestas eis impertita fuit, nullo limite circumscripta, tum quia eam ratam habuit Archiepiscopus ipse, tum quia demum nemine conquerente per diuturnum tempus fuit observata.

Praeter juris rationem mihi quoque videtur agere Capitulum contra Praepositum, ut redditionem rationum exhiberet de his omnibus, quae pro Collegiatae manutentione cessa fuerunt, necnon de ea pecunia quam perceperat ab antecessore Giustini et quam ex titulo di *mezze annate* idem parochus exigit. Etenim si onus manntentionis integre parocho inerat et pro hujus levamine cessiones illae factae fuerunt, non est ambigendum, quin istae propriae factae sint parocho ita ut nullam de his rationem reddere cogi possit. Nam istae praeseferunt titulum non erogationis pro manutentione ecclesiae, verum levaminis pro hujus manutentione integre a parocho substinenda: est itaque aliquid datum pro eo quod recipitur: recipit quippe Capitulum manutentionem ecclesiae. Et revera si quid amplius quam erat in cessionibus impendi pro ecclesiae manntentione debuisset, nulla ratio suberat ut capitulum ad contributionem adigeretur, sed excessus ille totus erat a parocho jure ac merito perferendus. Perperam pariter de ea summa redditionem quaerebat, quam ab haeredibus antecessoris Giustini parochus exegerat, hujus enim non Capitulo, sed Episcopo s. visitationis tempore ratio reddi solet, et ipsa obsoleta universalis consuetudo omnibus cognita me plura verba facere non sinit.

Quo vero ad *medias annatas*, quae dicuntur perceptae per Praepositum Giustini ab aliquibus beneficiatis, ut ignotum est quo jure ipse eas perceperit, ita hic titulus comprehendi nequit in concordia inter Canonicos et Praepositum, et quidquid sit de jure percipiendi eas (quod nec a partibus indicatur nec comprehenditur in quaesitis, atque hinc juris dispositioni relinquendum est) videtur justissime ea concordia constitutum, Praepositum debere eas in apposito libro religiose adnotare earumque Archiepiscopo rationem reddere, ut eas utilitatem ecclesiae Collegiatae et principalis impendat.

Injuria pariter Capitulum contendebat sibi jus esse adstandi reparationibus, quas facere suis expensis atque jure administratoris parochus in rebus ecclesiasticis debet. Veluti enim parochus suis expensis res illas reficere debet, sic et ipse reparationes statuere, ut sibi videtur, et ipsis adesse exclusivum jus habeat necesse est: praesertim vero cum et ipse rerum ecclesiasticarum administrator sit et caput. Et injuriam quippe maximam administratori inferretur, omne immo jus demeretur illi si illud, de quo quaerimus, auferendum foret. Ad injuriam praeterea parochum Capitulum hoc jus sibi vindicare propugnat, cum maxima praesumptio sit pro accurata istarum rerum refectione quoties opus sit vel maxime parochorum interesset ne per integram earumdem consumptionem novae reponantur. Ad injuriam demum quippe quia etsi tam negligentes non dicam in ecclesiae, verum in rebus suis parochi forent, tamen nihil ex hujusmodi negligentia damni ecclesiae immineret, cum aut reparatio ant renovatio rerum per parochos etiam invitos fieri debuerit, ipso imperante Archiepiscopo, tempore s. visitationis.

Secus vero dicendum puto quoad exequutionem functionum omnium, quam sibi parochi vindicare conabantur. Etenim cum in ecclesia illa Collegiata functiones una cum parochialibus et chorales veluti tridua quaedam et benedictiones celebrari deberent, non est ambigendum quin illae, ut aequum erat, a parocho peragendae, sic et istae celebrandae ab ipso Capitulo forent. Discreta enim sunt munera ac jura parochorum ab his quae Capitulo insunt, ideoque sarta tecta cuique servanda sunt; et ipsa constituit concordia 1778 firmavitque Firmanae curiae sententia, quam, uti dixi, re ipsa dedit 1807 adversus Praepositum Justini ita conceptam: »Non licuisse nec licere eidem Praeposito Giustini functiones sacras, quae parochiales non sint, peragendas irrequisito Capitulo permittere.« Quae sententia in auctoritatem rei judicatae transiit. Concordia igitur, quae servavit Capitulo jus quod de jure etiam per rem judicatam fuerat ipsi attributum, omnino confirmanda videtur.

Perperam pariter parochus juspatronatum collegialis ecclesiae sibi arrogabat, et bene censuit Firmanae curiae sententia qua decretum fuit: »Praeposito nullum dominium nullumque juspatronatum in supradicta Collegiata competiisse neque competere, sed illud ad integrum corpus Capituli spectare et pertinere« de qua, cum nulla appellatio interposita fuerit, Capitulum apud gallicos judices, qui per ea tristissima tempora jurisdictionem super etiam rebus ecclesiasticis sibi arrogabant, obtinuit mandatum pro refusione expensarum. Cum vero successori Praepositi adhuc locus esset contra sententiam illam aut appellationem aut recursum interponendi, ita conventum fuit, ut parte ex una probaretur Sententia, ex altera refectio expensarum remitteretur. Cum igitur per concordiam jura obscurissima contendentium composita fuerint, concordia ipsa etiam in hac parte ut confirmetur necesse est.

Capitulum insuper contra juris rationem parocho interdicebat oblationem annuorum sc. 4. 19. quam communitas facere solebat pro triduis celebrandis in festivitate ss. Patronorum oppidi Montis Ulmi: etsi enim in cessione emolumentorum, quae pro manutentione ecclesiae assignata fuerant, de his

mentio nulla facta fuerit: tamen cum praestatio ista a Capitulo fieret non ut donatio, verum ut *contributio expensarum* in illis exercendis, ita veluti onus triduorum illatum fuit parocho, et hinc praestatio illa erat adjudicanda: jure meritoque ideo censuit concordia si huic et non illi praestationem ejusmodi tribuit, non est igitur cur non sit etiam in hac parte laudanda.

Non erat pariter ex jure permissum Capitulo quotannis inspicere sacras aedes ac ss. suppellectiles earumque sarcitiones inappellabili Ordinarii providentia, ut contendebat, expetere. Cum enim per Bullam unionis parochus ejusdem ecclesiae rector ac moderator esset constitutus, et ipsi onus ecclesiae ac suppellectilium refectionis attributum; erat quippe non ferendum ut ei hoc onus demeretur, primo quia uti rector rectore non indigebat; deinde vero non onere sarcitionis gravato et exclusivum jus custodiendi atque invigilandi inhaerere debebat. Concordia itaque, quod idem censuit, non videtur reprobanda.

Caeterum ipsum Capitulum annuan praestationem scut. 20 recusabat, quam parocho ex Bulla unionis facere debuisset pro stipendio Vicarii curati quem praeter capellanos ad maximam animarum curam addere debuisset, etsi parochus huic oneri non defuisset unquam, ex ratione quia cum Vicarius iste de personis choro inservientibus electus esset, hinc a praestatione illiusmodi se liberatum fore putabat. Quod quidem ab ipsa s. Congregatione consulente Eminent. collega nostro S. R. E. Cardinali Castracane nunc Episcopo Praenestino decisione diei 26. Novb. 1836 iniquum ac turpe fuit judicatum. Quocirca compositis rebus super omissas hujus tituli solutiones et illud comprobatum fuit, onus inesse parocho hunc Vicarium curatum habendi necnon jus nominandi illum cum Archiepiscopi adprobatione, repraesentata a Capitulo eadem annua praestatione de qua supra, secundum quod statutum erat per Bullam unionis; hac vero lege ut capellani imposterum nunquam ex personis choro mancipatis eligerentur, nisi necessitas urgeret, et hoc in casu quod electio ipsa peragenda foret cum ejusdem Ordinarii auctoritate. Per concordiam, de cujus adprobatione disserimus, haec omnia jurgia de medio sublata fuere. Cur igitur adprobanda non erit?

Ac pejor prioribus erat controversia super quotidianis praestationibus, quae parocho a Capitulo denegabantur, quin choro aliquandiu non interesset, ut parochialibus officiis incumberet. *Praeposito ecclesiae Castri novi cui adnexa est cura animarum cum administratione Sacramentorum deberi distributiones quotidianas tempore divinorum officiorum si eo tempore sit in actu dictam curam exercendi et sacramenta administrandi decrevit s. Congregatio Conc. in Derthonen diei 27. Decb. 1642.*

Quod vero evidentissimum ac in re nostra justissimum fit accedentibus Bullae unionis praescriptis his literis: »*Quotiescumque ipse in exercitio curae animarum hujusmodi et sacramentorum administratione occupatus fuerit pro praesente et interessente habeatur, juxta quod erat jam in capitularibus constitutionibus definitum, ceu videri potest in cap. 1.* §§ *1., ibi:* »*Praepositus, (dum in exercitio curae non sit occupatus) Archidiaconus, Canonici et beneficiati, praebendati omnes choro et aliis functionibus assistant.* Quod fuit iterum a Capitulo in comitiis diei 11. Januarii 1825 confirmatum, lege tantum indicta parocho, ut quoties secus necessitas non urgeret ad aliud tempus muneris sui implementum differret, et in choro copiam sui faceret et id secundum quod statutum fuit ab Archiepiscopo Gualtieri in sua synodo, quae super hac re ita se habet: *Praecipimus Collegiatarum curatis et substitutis, qui choro tenentur ne parochiales functiones hora divinorum officiorum expleant, si commode eas praevenire vel transferre ad aliud tempus possint.*

Neque istiusmodi Capituli conventio ad normam illius synodi interposita improbanda videtur, cum et ipsa s. Concilii Congregatio tum quod constituit Capitulum tum quod est in illa synodo praescriptum *in decis. Firmana diei 8. Junii 1782* super dubio:

An Canonicis curam animarum habentibus in dicta Collegiata s. Michaelis Archangeli Firmanae civitatis liceat sacramentales confessiones explere singulis diebus tam festivis quam feriatis hora divinorum officiorum seu potius sit servanda constitutio Firmanae synodi anni 1660 in casu etc.?

comprobavit hac data responsione: *s. Congregatio mandavit servari constitutionem synodalem anni 1660.* Atque *In decisis* respondit *die 6. Decb. 1783.* Quod si tum ex jure generali tum ex particularibus ad speciem pertinentibus constitutionibus et pactionibus

privatis per ipsius s. Congregationis decisiones confirmatis certum sit inesse parocho jus ad quotidianas distributiones exigendas, quoties propter suorum munerum officium, quod antea peragere vel differri non possit, adesse choro nequeat; ea concordia, quae hoc idem jus parocho servavit, videtur quod sit omnino confirmanda.

Pejoris etiam furfuris mihi videtur fuisse oppositio Capituli contra parochum super jus, quod hic sibi tuebatur, interponendi suum consensum in nominationibus coadjutorum ad animarum curam faciendis. Etenim quamvis per capellaniarum in canonicatus conversionem juspatronatus perdiderat et ii liberae collationis facti fuerant juxta canonum dispositiones ac sententiam Firmanae curiae decisionibus in rem judicatam abierat, tamen hoc jus fuit illi servatum per Pontificis s. m. Pii VII. rescriptum.

Post haec omnia de concessis coadjutoriis actum omnino erat et relate ad futuras concessum dumtaxat fuit Praepositis Montis Ulmi, ut sarctis tectisque juribus Datariae apostolicae audiendi essent priusquam Bullae expedirentur. Quapropter inane prorsus erat impraesentiarum ut Capitulum Montis Ulmi contenderet cum Praeposito super praetenso jure vel consensu exprimendo in concessionibus Bullarum coadjutoriarum et resignationum ad favorem tertiae personae in vim praedicti rescripti diei 11. Sept. 1808 per Eminent. Prodatarium illius temporis editi, quoniam Capitulum ipsum nullum jus habet, neque tandem super extensione vel restrictione rescripti ejusdem. Quod si imposterum occasione futurae coadjutoriae vel resignationis ad favorem tertii in canonicatibus jurispatronatus ecclesiastici Orsetti disputandum occurrat super interpretatione praedicti rescripti, quod fortasse dubitandum non est, quaestiones proponendae erunt a Praeposito et dirimendae ab apostolica Dataria; numquam vero componendae inter personas diversum interesse habentes, praesertim post sententias lapsas in rem judicatam et rescripta edita in materia. Quapropter censerem, nisi aliud animo istius s. Congregationis insederit, ut concordia, de qua agitur, sit confirmanda juxta modum, nempe ut relate ad expeditiones Bullarum coadjutoriae et resignationes favore tertii imposterum faciendas ab apostolica Dataria quoad canonicatus jurispatronatus Orsetti nil innovatum veniat ex concordia inita Capitulum inter et Praepositum Montis Ulmi.

Haec est mea sententia in re quammaxime implexa non modo ob vetustatem et multiplicitatem controversiarum, sed etiam ob confusionem, quam tam diuturna rei pendentia facile invexit, ita ut praeterire non debeam me summopere laborare debuisse in reperienda et ordinanda historia factorum. Quam sententiam, quae, uti dixi, est *pro omnimoda adprobatione concordiae*, exquisito et experientiori Eminentiarum Vestrarum judicio submitto, quibus eo, quo decet obsequio, sacras purpuras deosculor.

Ex his per Emum relatorem digestis oritur

D u b i u m:

An et quomodo sit adprobanda concordia in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Emi relatoris: et Emus Archiepiscopus curet ad ejusdem tramites referri in tabulas articulos transactionis cum facultatibus necessariis et opportunis pro ipsius adprobatione.

Die 23. Novb. 1844.

Narnien.

Intra limites dioecesis Narniensis continetur civitas ducalis a nomine b. Patroni s. Gemini nuncupata, quae ex perillustri civitate Carseoli antiquissimam suam traxit originem. In hac extat ecclesia eidem b. Gemino dicata quae antiquitus abbatiali decorata titulo ab apostolica Sede in commendam concedebatur, quaeque cura animarum per Vicarium ad nutum amovibilem exercenda onerabatur. Ast 1804 s. m. Pius VII. dictam ecclesiam firma remanente animarum cura eidem adnexa ad insignis Collegiatae dignitatem evexit datis ad id Apostolicis literis. Hisce sancivit, ut in ea erigerentur una Abbatia quae inibi dignitas principalis et unica Sedisque apostolicae dispositioni semper reservata existat, pro uno presbytero in theologia Magistro vel juris utriusque doctore aut in decretis licentiato qui capituli caput exstat et in illius ecclesiae choro Capitulo, processionibus aliisque actibus capitularibus praeeminentiam ac primum et digniorem locum habeat; necnon octo praebendae quibus tam habitualis quam actualis cura parochianorum dictae ecclesiae immineat ani-

marum, pro octo presbyteris futuris in ea Canonicis, qui curam animarum dictorum parochianorum per turnum exercere teneantur; ideoque voluit, qnod de his non disponeretnr nisi praevio examine ad Tramites decretorum Concilii Trid. Jussit insuper ex bonis novae Collegiatae adsignatis communem efformari massam, ex cujus annuis redditibus aequaliter inter Canonicos dividendis Abbas portionem dimidio majorem perciperet, ea qna Canonicus quilibet donaretnr, addiditque quod ex emolumentis ab exercitio Curae animarum provenientibus una pariter et separata massa communis pro nsu distributionum quotidianarum inter Abbatem et 8 Canonicos praefatos praesentes et divinis officiis interessentes aequaliter dividendarum duplici tamen assignata portione Abbatiae praefatae similiter constitui debeat.

Bullae hujnsmodi dispositionibus accessit capitularis constitutio quamvis nondum adprobata, in qua haec habentur: In ciascun' anno stabiliamo ed ordiniamo, che il Capitolo debba venire alla elezione di due parrochi dal gremio dei Signori Canonici, in maniera che due dei medesimi in ciascnn' anno snbiscano il peso della parrochia, quali due Signori Canonici eletti parrochi debbano esercitare con tutto l'impegno vigilanza e zelo il proprio impiego. Addendum hic puto dnos Canonicos annuatim exercitio parochiali incumbentes percipere fructus cujusdam capellaniae Leoni Paci nuncupatae, quae quamvis ad hanc spectet familiam, ejus tamen redditibus fruuntur dicti duo Canonici, eo quia nemo hac nsque ex praefata familia ejus possidendae capax extitit.

Uti Canonici constituerunt, ita res processit nsque ad 1844, qno primum Capitulares b. Gemini nna cnm Abbate, qui paulo post diem obiit snpremum, a ss. Principe suppliciter petierunt »perchè voglia degnarsi di addossare in perpetno l'esercizio della detta parrochia al solo Abbate pro tempore, esclusa la vacanza di tal dignità fino al rimpiazzo della medesima, durante il qual tempo intendono in Canonici oratori riserbato presso, di loro l'esercizio parrochiale«; deinde etiam hodiernus Praesnl Narniensis eorumdem Capitnlarium nomine institit »qnod animarum curam firmis remanentibus honoribus, privilegiis et praeeminentiis Abbati pro tempore per praedictas apostolicas literas concessis unus Abbas pro tempore sibi imponat cum omnibus ac singulis parochialibus oneribus, hisce tamen conditionibus, ut ipse Abbas alium sacerdotem parochialium munerum adjutorem expensis suis sustentandum de Ordinarii consensu sibi eligat; ut in obitu Abbatis Capitulares jus habeant eligendi de gremio Capituli oeconomum parochum ab ipsius Abbatiae redditibns, qui juxta saepe memoratas Apostolicas literas incorporati remanere debent massae capitulari, assignata congrua alendum; ut omnia et singula emolumenta parochialia, quae hactenus peculiariter adsignata noscuntur duobus parochis, cedant Abbati parocho pro tempore, iis tantum seclusis emolumentis spectantibus ad sacristiam, quae tenebitur ea omnia Abbati praebere ad parochiales functiones obeundas necessaria; nt capellaniam Leoni Pace nuncupatam quae a duobus parochis exercentibus modo retinetur Abbas parochus obtineat cum onere tamen ipsi capellaniae adjecto, ut tandem Capitnlares annuente Episcopo confirmare vel excludere valeant sacerdotem a praedefuncto Abbate in suum coadjutorem adscitum.«

Preces hae a ss. Principe ad S. H. O. ablegatae remissae fuerunt eidem Narniensi Episcopo, ut referret de annuo redditn et oneribus tam praebendae abbatialis quam capellaniae Pace; necnon de annua quota resultante ex incertis stolae earumque distantia ab ecclesia parochiali. Ea quae Praesul s. Congregationis mandatis obsequens rescripsit praestat hic oculis inspicere:

»Canonicos et Abbatem praefati Capituli audivi, qui capitulariter congregati mihi retulerunt praebendam abbatialem constare duabus praebendis canonicalibus, adeo ut si quilibet Canonicus 40, Abbas 100 aureos quotannis percipiat. Praebendae istiusmodi ntpote ex massa communi resultantes modo abundantiores, modo restrictiores juxta terrenorum fructuum collectionem evadunt. Verum ducto calcnlo ad decennium 30 annuos aureos cuique Canonico et $87^1/_2$ Abbati constitui posse videtur .... Circa vero quotidianas distributiones, quae constant ex incertis curae et ex choralibus punctaturis hae proportionaliter dispescuntur; Abbas enim duplum Canonico recipit. Porro distributiones hujusmodi annuam summam scutatorum 30 plerumque non excedunt. At sicut incerta omnia, nt vocant, stolae albae et nigrae excepta cera, Capitulares omnes cedunt favore

Abbatis futuri parochi, ita puto incerta haec a punctaturis secernenda stabiliri posse ad annuos aureos 20.

Onus vero in cera ceterisque ad Sacramentorum administrationem et parochialium functionum exercitium necessariis comparandis erit a Sacrario praedictae Collegiatae suscipiendum.

Beneficium Leoni Pace nuncupatum ipsi Collegiatae adnexum minime est, sed istud possidetur a parocho pro tempore ejusdem Collegiatae, donec aliquis sacerdos ex dicta familia Pace existat. Redditus memorati beneficii provenit ex annuo canone scutatorum 26, Missae 40 quotannis celebrandae efformant onus ipsi beneficio impositum. Capitulares omnes sponte libenterque beneficium hoc Abbati assignant si animarum curam suscipiet et data hypothesi quod aliquis ex familia Pace, ad quem beneficium praedictum juxta testamentarias dispositiones spectat, sacerdotio initiaretnr, Capitnlnm spondet se Abbati parocho summam scutorum 20 quotannis adsignaturum.

Onera Abbatiae nti dignitati ejusdem Capituli inhaerentia sunt haec: Abbas tenetur ecclesiasticas functiones singulis diebus festis solemnioribus anni et missam solemnem pro benefactoribus in ipsis festis applicandam celebrare: hebdomadarium, cum ad eum spectat, in choro peragere; legatorum Sacra proportionaliter ad ejus congruam abbatialem perlitare; verum sicuti Capitulum praeter missas pro benefactoribus, quae canuntur in choro quaeque numernm exaequant missarum 152 circiter, tenetur celebrare annuas missas 491 cnmulative sumptas tam pro satisfactione legatorum quam pro populo, ita Abbas celebrare debet quotannis missas 116, quilibet vero Canonicus missas 47.

Unita Abbatiae paroecia nullam mutationem hujusmodi missarum divisio pati videtur; Capitulares enim omnes libenter assentiuntur missas pro populo partem efformare missarum 115 ab Abbate celebrandarum.

Quod autem ad paroeciam s. Gemini attinet ipsa constat 1400 animabus circiter, qnarum 600 intra civitatis moenia morantur, reliquae vero incolunt rurales domos, qnarum remotiores duo milliaria cum dimidio ab ecclesia parochiali non excedunt. Colles qui ad hujusmodi domos ducunt faciles accessu plerumque reperiuntur. Porro in remotioribus paroecia limitibus tres extant sacrae aediculae et in altera ex his Sacrum singulis festis diebus peragitur; adeo ut praedictae aediculae commodum parocho pro Sacramentorum administratione suppeditare facile possint.«

Addit demum, nullum detrimentum sentire posse paroeciae administrationem, si ea Abbati concedatur; hic enim obligatione erit adstringendus adsciscendi sibi coadjutorem, qui ipsi in animarum cura suppetias ferat.

Quoniam post ista ab Episcopo exposita dubium surrexit, quomodo providendum inposterum distributionibus quotidianis, quae juxta bullarem sanctionem constituuntur ex incertis stolae albae et nigrae a Canonicis concedendis Abbati exercenti animarum curam; insuper quaenam tenenda esset via circa stipendium assignandum tam oeconomo curato in casn vacationis praebendae abbatialis a Capitulo eligendo quam capellano curato ab Abbate deputando cum approbatione Episcopi; ideo necessarinm fuit, iterum circa ea interrogare Narniensem Praesulem, qui postquam Capitulares audivit, ita s. Congregationem edocuit:

»Capitulares per secreta suffragia unanimiter decrevernnt contribuere summam aeqnivalentem diminutioni massae distributionum choralinm ob propositam cessionem, et sicuti praedicta incerta stolae albae et nigrae annuam summam exaequant aureornm viginti circiter, ita Capitulares omnes spondent, se abstracturos e massa communi Capitnli annua scutata 20 pro distribntionibus quotidianis assignanda inter praesentes .... Vacante praebenda abbatiali, Capitulum (quod omnibus abbatis juribus juxta Bullam potitur), confirmabit, si ita videbitur, capellanum curatum cum omnibus juribus et oneribus, quae eidem competunt. Onera autem propria Capellani curati eadem sunt semper, nempe coadjuvare Abbati parocho sive oeconomo parocho vacante Abbatia in iis omnibus quae ad paroeciam spectant seu ad animarum curam, stipendium vero ipsi Capellano curato a Capitulo in perpetuum assignatum sunt fructus canonis capellaniae Leoni Pace in annua summa scutorum 26 cum onere adjecto eidem capellaniae celebrandi quotannis missas 40 lectas, et in hypothesi quod hujusmodi capellania redeat ad familiam Pace, Capitulum assignat aequivalentem summam scutorum 20 a quolibet onere immnnem.

Percipiet etiam capellanus curatus eleemosynam obulorum 40 ab Abbate parocho seu ab oeconomo parocho vacante Abbatia, quoties ex ipsorum commissione celebrare debebit missas parochiales diebus festivis applicandas pro populo. Pro reliquis vero missis pro sponsis, de requiem ac ceteris hujusmodi Abbas vel oeconomus parochus integram eleemosynam praebebit, quam ipsemet reciperet, si celebraret.

Oeconomus parochus ut supra a Capitulo eligendus post obitum Abbatis cum approbatione Episcopi fruitur tantum pro medietate fructibus assignatis pro Abbate parocho una cum emolumentis seu incertis omnibus parochialibus (de quibus nullum jus est capellano curato) et solum satisfaciet oneribus singulis paraeciae quibus satisfaciendum est Abbati parocho, inter quae praecipua munia sunt diebus festis missam applicare pro populo, evangelium explanare . . . . nam chorales functiones, quae in solemnioribus diebus aliisque a jure vel a consuetudine praescriptis Abbati seu primae Capituli dignitati spectant, vacante Abbatia Canonico antiquiori seu decano ipsius Capituli competunt. Reliqui vero Abbatiae redditus percipientur a Capitulo, qui erogari debent favore praebendarum canonicalium durante vacatione Abbatiae cum sit massa communis ut alias notavi.«

Tandem monet idem Episcopus Abbatem pro tempore nunquam fuisse examini subjectum atque adprobatum ad animarum curam sicut ceteri Canonici, ad quos solos spectat per turnum illam exercere juxta apostolicas literas.

Hisce expositis instauranda nunc erit disquisitio circa ea, quae ab Episcopo Narniensi et Capitulo s. Gemini postulantur, quod praestabimus sub duorum dubiorum formulis in calce exscribendis.

Et quoad primum, videlicet, ut cura animarum, quae a duobus Canonicis annuatim per turnum exercetur, praevia derogatione apostolicarum literarum ad solum Abbatem quoad exercitium transferatur, qui unus isque perpetuus parochus paraeciam gubernet, favet juris dispositio; in cap. enim *15. de Praeben.* habetur: »Cum non ignores, quod una ecclesia unius debeat esse sacerdotis«, consonat *can. In apibus 7. quae. 1.*, *can. Sicut una 22. quae: 2.*, et Trid. Synodus *sess. 22. cap. 13. de ref.* ait: »Cuicunque parochiae perpetuum peculiaremque parochum assignet, qui eas cognoscere valeat, et a quo solo licite Sacramenta suscipiant.« Hasce juris sanctiones commendans *Barbosa de officio et potest. paroch. par. 1. cap. 1. n. 43. et 44.* haec habet: »Sicut una mulier non potest duos vel plures sponsos habere, *cap. 1. de sponsa duorum*, nec unum corpus duo capita, quia esset monstrum, *cap. quia plerisque de offic. Ordin.*, sic nec ecclesia duos vel plures parochos sive curatos; et in una ecclesia unus debet esse sacerdos, sponsus et rector, qui curam habeat.«

Eamdem doctrinam firmavit *Rota* in pluribus suis decisionibus, praesertim vero *decis. 52. n. 17. cum seqq. par. 2. divers.* et in *Massan. Jurisdictionis 1. Martii 1610. coram Lugdun.* S. vero H. O. idem resolvit in una *Nullius seu Montis Casini 16. Jan. 1726* et reprobavit quod plures parochi unam regerent ecclesiam, uti in *Aversana per summar. prec.**) 18. Sept. 1824; insuper voluit, ut perpetuus eligeretur Vicarius Canonicus pro cura animarum, quae penes Capitulum erat, non vero quolibet triennio amovibilis veluti patet ex altera *Castrimaris per summar. prec.* 17. Decb. 1825 et in *Sannen. Emolumen. fun. et decim. 7. Julii 1734* executioni mandari praecepit literas, quas s. Congregatio dederat ad Episcopum his verbis: »Quoad curam animarum Cathedralis non probarunt Emi PP. quod vage Capitularibus immineat, sed mandarunt alicui certae praebendae de consilio Capituli injungi vel Vicarium inibi erigi perpetuum, ut subjectus populus pastorem agnoscat«.

Accedit, quod multa in themate incommoda interveniunt, eo quia duo sunt ejusdem paroeciae rectores iique annuatim inserviunt. Episcopus enim observat, quod ipsi eadem pollentes auctoritate minime sese invicem plerumque conformant sive in testimoniis perhibendis sive in canonicis peragendis monitionibus sive in tradendis pueruli christianae fidei rudimentis sive demum in parochialibus muneribus exercendis, ex quo, uti experientia liquet, collisiones inter eos contentiones atque offendicula passim oriuntur. Capitulares autem addunt, quod cum duo praefati parochi brevi dimissuri sint paroeciam, neque ipsi paternum, ut par esset, concipiunt amorem erga parochianos neque hi filiorum erga illos studio et observantia

*) Vd. *p. 526.*

afficiuntur; et insuper evenit, ut incipiant mederi spiritualibus parochianorum vulneribus, quin iisdem sanitatem afferre valeant ob celerem officii demissionem, unde fit, ut quae charitatis pallio tegi deberent, pluribus innotescant gravique populi scandalo saepe in publicum prodeant. Haec autem omnia incommoda diminuantur, si uni ac perpetuo curae animarum exercitium incumbat.

Quod autem hic esse debeat Abbas pro tempore plura suadere ajunt Capitulares; nam ipse longe pinguiori, quam ceteri Canonici, fruitur praebenda, et justitiae consonum est, ut majus aggravet onus, ubi majus levat emolumentum, quod rationabilius in themate erit admittendum, ubi perpendatur, praebendam abbatialem solummodo proportionem prae se ferre cum paroeciae oneribus. Hisce impulsus rationibus assensum suum praestabat Capituli postulationibus nuper defunctus Abbas. Insuper proferunt consuetudinem finitimarum ecclesiarum, in quibus cura animarum exercetur a prima Capituli dignitate; neque dissentiunt doctores curam animarum exerceri posse a Collegiatarum dignitate, retentis nomine atque honoribus omnibus illi competentibus, *Ferraris* V.: *Collegiata*, *Addit. noviss. n. 110*, *Piton. Discep. 45. n. 4*, *Corrad prax. Benefic. lib. 2. n. 41. et seqq.*

Contra vero dici potest absonum a jure non esse quod per apostolicas literas Pontifex constituit circa s. Gemini Collegiatam, videlicet per turnum animarum curam exercendam esse a Capitularibus, apud quos habitualiter reperitur, veluti patet ex *cap. Statuendum de electione in 6.* et tenet *Garcias de Benef. par. 11. cap. 2. n. 9.* Neque novum esset, quod s. Congr. resolveret, ut duo parochi in solidum aequalique jure uni eidemque ecclesiae praesint, si aliqua circumstantia id expostulet, uti videre est in *Tiburtina 25. Martii et 9. Julii 1757.* In themate autem urget observantia literarum apostolicarum, quum legislatoris voluntas adamussim exequutioni sit danda.

Ulterius nec exulare incommoda videntur in casu, quo onus curae animarum exercendae Abbati pro tempore imponatur; haud enim facile apparet talem reperiri presbyterum qualitatibus a bulla praescriptis praefulgentem, qui examinis periculo se committere velit ad obtinendam illam abbatialem praebendam, quae tantum constat annuo redditu aureorum 87, quaeque anteactis temporibus sine examine et animarum cura conferri consueverat. Quin relevet, Capitulares relicturos esse favore Abbatis emolumenta stolae albae et nigrae necnon redditus capellaniae Leoni Pace. Haec siquidem imparia videntur tum ad novum paroeciae pondus subeundum tum ad idoneum Coadjutorem sibi adsciscendum.

Quod si Abbati, uti exposcitur, onus paroeciae imponere placuerit, pensitandae sunt conditiones, quas Episcopus cum Canonicis proponebat. Quidquid ipsis favere valeat, haurient EE. PP. ex superius relatis, praesertim vero ex iis quae duplici responsione Praesul transmisit: mei muneris erit hic innuere quidquid nonnullis ex ipsis posset adversari. Et primo quoad oeconomum curatum eligendum tempore vacationis Abbatiae perpendendum occurrit, eum constitui non posse ab inferioribus, qui non habent jurisdictionem quasi episcopalem, sed deputandum esse ab Episcopo, *Barbosa de off. et pot. par. p. 1. c. 2. n. 33. et 34.* et Concilium Trid. *sess. 24. c. 18.* ait, quod in ecclesia vacante debet Episcopus idoneum Vicarium cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis adsignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiae substineat, donec ei de rectore provideatur.«

Circa presbyterum vero a praedefuncto Abbate cum episcopali consensu adlectum ad sibi coadjuvandum in cura animarum videtur, non posse Capitulum s. Gemini sibi addicere jus eum removendi vel confirmandi sine laesione potestatis Episcopi, de cujus consensu fuerat electus. Quinimo sicuti praefati coadjutoris electio pendet ab Episcopi potestate, uti decrevit s. Congregatio in una *Mediolanen 26. Aprilis 1732 ad 2. dub.*, ita pariter ad eum confirmationem vel remotionem illius spectare dicendum erit.

Demum utrum redditus capellaniae Leoni Pace et ea deficiente summa a Capitularibus proposita sufficiens sit pro coadjutoris emolumento, sicut pariter admittenda necne sint cetera omnia, quae Narniensis Praesul in supplici libello exponebat, ea qua pollent prudentia dijudicabunt EE. VV., dum diriment

D u b i a:

I. *An et quomodo sit locus derogationi apostolicarum literarum ad effectum transferendi perpetuum curae exercitium in Abbatem pro tempore in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo adprobandae sint conditiones in casu?* —

S. C. resp.

Ad I. et II.: Affirmative in omnibus, ita tamen ut assignetur stipendium 30 scutatorum capellano coadjutori et eveniente casu vacationis liceat Capitulo oeconomum deputare praevia tamen approbatione ab Episcopo facienda, et singulis casibus Abbatia conferatur per coucursum, facto verbo cum SSmo, super omnibus et notificetur ministris Datariae apostolicae.

Die 5. Sept. et 5. Decb. 1846.

Triventina.

Dum in eo erat ut proponeretur quaestio super jura peragendi functiones et administraudi inter Capitulum et Archipresbyterum ecclesiae Collegiatae loci Capracotta, datae sunt preces nomine Capituli ut altera etiam proponeretur quaestio super ouere, qno Canonici teueutur, coadjuvandi parochum Archipresbyterum in exercitio curae animarum. In literis enim apostolicis erectionis ipsius ecclesiae collegiatae mandatum legitur expresse »ut autem laboriosum officium curae animarum ab Archipresbytero parocho uberiori semper fructu sustineatur, Primicerio et Canonicis praedictis onus adjuvandi eumdem dignitarium curionem eadem, qua reperitur, ratione simili auctoritate perpetuo etiam injungas, firmis tamen favore ipsius Archipresbyteri juribus stolae albae et nigrae necuon praecedeutiae et quibuslibet aliis ob effatam curam actu, prout et quatenus de jure, competentibus. Quotiescumque autem Archipresbyter et alter ex aliis Capitularibus hujusmodi procurationis gratia a chorali officiatura vacare debebunt, tamquam choro praesentes pro quotidianis habeantur. Obsisteute tamen Archipresbytero tunc in Urbe praesente quoniam hac super re nondum fuerat auditus Episcopus, in id veni consilii ut Praesulem audirem. Qui potiusquam sententiam suam super quaestione singillatim aperiret, ratus est, in audito Capitulo statuta quaedam capitularia conficere, quorum dispositione quaestio praefata coram hoc S. Ordine promota non solum sed et aliae quoque pendentes controversiae praeoccupabantur, ea non excepta quae jus peragendi functiones attingebat, omuia juxta sententiam Archipresbyteri definiens; et illorum approbationem ad lites finiendas expetebat.

Hujusmodi autem Episcopi votis annuere me non posse putavi tum quia peudeutibus coram H. S. O. controversiis horum statutorum dispositione judicium EE. VV. antevertere visus est Praesul, tum quia ex decreto Concilii romani *17.25 celebrati in cap. 4. tit. 1.* et ex constanti s. Ordinis disciplina et stylo confectio statutorum, ubi desint, ipsi Capitulo committitur, salva Episcopi vel s. Congregationis approbatione: maxime cum Capitulum enixe refragaretur. Neque, si res integra esset nullaeque penderent controversiae, votum Episcopi, qui Delegati apostolici munus ex praefatis literis erectionis etiam assumebat, obsecnudare putassem, obsistente Capitulo, quia literae apostolicae hanc praesuli tribuere visae sunt facultatem in actu illarum executionis, quatenus opus esset, et non alias.

Ita siquidem se habet tenor Literarum ad rem: Ut praemissa in hisce apostolicis literis contenta quaecumque per te, dilecte fili, ad prosperum celeremque exitum perduci valeant, tibi, quatenus opus fuerit, novae dictae Collegiatae statuta, quibus respectivas etiam chorales obligationes et cujusvis Capitularis officia desiguentur, condendi ac leges etiam relate ad distributiones et falleutias statuendi ceteraque peragendi quae in actu executionis eorumdem praesentium absque ulla tameu substantiali immutatione salubrius in Domino expedire judicaveris, plenam et absolutam licentiam et facultatem ipsarum tenore praesentium Apostolica auctoritate concedimus et impertimur eoque vel magis expiratae visae sunt nuper dictae facnltates apostolicae, quod in actu executionis literarum Episcopus per suum delegatum declaravit: cum hujusmodi statuta ecclesiae a nobis expeusa ac bene ponderata fuissent, quibus ab aevo Canonici pollent munitis ab utrinsque Siciliae Rege, indiximus tantummodo ut omuia in unum sint reducenda corpus.

In memoratis autem statutis ab Episcopo nuperrime die 3. Maji labentis anni videlicet, obsiguatis ubi de iis quae curam concernunt animarum capite III. dispouitur, multa de onere adjuvandi parochum Archipresbyterum Episcopus juxta Curionis ejusdem vota sancivit.

Super quibus proponitur instante Capitulo in calce dubium inter partes jam concorditer concinnatum; quiu tamen Archipresbyter post transmissa ab Episcopo praefata statuta quidquam vel per se vel per procuratorem ulterius hucusque deduxerit. Capitulum e contra, assumpto defeusore, in allegatione distribuenda plura allatis in facto et in jure monumentis et auctoritatibus firmiter opponit. Ac primum valde conquestus super statutis per curiam episcopalem cum Archipresbytero confectis, inaudito Capitulo, ea tamquam attentata et laesiva jurium capitularium et controversiarum peudentium rejicienda omnino esse putat, maxime quod judicium s. Congregationis antevertant et cum resolutione jam edita conflictentur. Deinde perpeudit esse de Capituli juribus et in ejusdem facultate statutorum capitularium confectiouem ex *glossa in cap. Constitutionem* vers.: *statutum 2. de verb. signif. in 6. addita auctoritate Lucci Ferraris in Biblioth.* § *Capitulum art. 2. n. 1. et seq.* ubi et de jure, quod inest Capitulo, poeuas etiam statutis adjiciendi sermo recurrit, necnon de facultate statuendi contra veterem etiam ecclesiae consuetudiuem quin de ea fiat ulla mentio. Uuum tantum veteri Capitulo inest statuendi videlicet absque Episcopi consensu quoad universalem ecclesiae statum ejusque praejudicium, cetera vero omnia, quae solius Capituli tangunt interesse et propriae ecclesiae gubernium, decernere posse Capitulum irrequisito etiam Episcopo, defeudit cum *Scarfanton. ad Ceccoper. t. 3. addit. 1. n. 14. et seqq.* et conformen esse subdit s. Ordinis praxim, qua fit ut semper capitulo indicatur statutorum coufectio, salva Episcopi approbatioue, ad tramites Concilii rom. *in tit. 2. cap. 4.* et *cap. 5.* in quo traditur forma in statutis a Capitnlo condendis observanda. *)

Couditiones insuper in materia servandas a Capitulo, ut valeant statnta, recenset *cum Ferraris loc. cit. n. 6.* Quae tameu omnia curiam et archipresbyterum pessundasse queritur, cum Capituli jus extiterit absorptum non sine gravi illius jactura et cum resisteutia ss. canonum et apostolicarum constitutionum: cujus rei sumit exemplum prae omnibus ab art. 38 in cap. 3. ubi reservatur Archipresbytero missa lecta omnibus diebus festis, missa conventuali in capitulum rejecta; quod sane Benedictinae constit. *Cum semper**) adversari clamat, quasi liceret Episcopo constitutionibus apostolicis derogare.

Abs re vera subsumit Episcopum sibi quoad hoc attribuere facultatem a Pontifice delegatam in literis erectionis Collegiatae. Iuficiatur enim aute omnia eam fuisse in illis facultatem Episcopo concessam absque Capitulo, cum debeat iutelligi juridico modo dispositio, eam scilicet aliud non importare quam ut executor, non Episcopus cum Capitulo statuta couficeret: hanc praeterea facultatem eatenus datum iutelligi, qnateuus congruis careret Capitulum statutis, qnod tameu a veritate dicit alieuum, ex quo statuta haberentur regio asseusu munita et ab Episcopis pluries aguita et landabilia reperta, prout allatis evincit monumentis. Illud autem prae omnibus attentendum addit, quod facultas, si data fuisset, ut putat Episcopus, actum et tempus executionis nou egrederetur, nam data esset Executori, non Episcopo; et executorem iu actu executionis statuta extantia probasse demonstrat ac solnmmodo praecepisse ut ea in uuum corpus redigereutur: ita ut expiratam fuisse jamdiu tueatur hanc facultatem et incassum hodie post sexennium ea invocari, maxima cum odiosa res esset et praejudicium hand leve cum aliis peruiciosis effectibus exiude sequeretur.

Ceterum, si nova et ampliora statuta conficienda putet s. Ordo, id postulat enixe ut non solum Capitulo jus et nativam ea condendi facultatem preservet, assignato congruo temporis spatio, sed iusuper, ut illorum approbatio peculiares ob circumstantias eidem s. Ordini maneat reservata.

Hisce praejactis ad controversiae meritum accedens observat, a Capitulo non jam absolute respui ouus coadjuvandi parochum, sed iis limitibus reservandum, quibus ante Collegiatae erectionem erat arctatum.

Ac praemitteus curam uuiversam penes unum Archipresbyterum residere eique uui curae proventus et emolumenta quaecumque reservari, ceu instat ex tenore literarum, observat clerum participantium, qnamdiu viguit exactio decimarum, quarum participes erant una cum Archipresbytero, ex correspectivitatis titulo fidelium confessionibus in audiendis parochum certis anni diebus adjuvasse ex obligatione justitiae; sublatis vero decimis ejusmodi pium opus non aliter praestare quam ex officio charitatis: prout etiam eo-

*) Vd. *p. 738.* §: *Igitur.*

*) Vd. *t. I. p. 695.*

dem titulo participantes olim nuuc Cauonicos operam suam impendisse et impeudere auxiliatricem in curae exercitio in solo casu necessitatis, quoties videlicet archipresbyter ejusque substitutus esseut legitime impediti; qnae omnia documeutis fulcitur, quae observautiam concludere videntur tum quoad substitutos ab Archipresbytero pro tempore hodierno non excepto seu viceparochos propriis expeusis assumptis, tum etiam quoad onus ad casum uecessitatis arctatum. Ex quibus arguit onus adjuvandi ulterius proteudi et ampliari non posse, quam antea erat in usu, cum literae apostolicae novum haud ouus injuuxerint »sed illud servare visae suut, quod prius erat in more eadem qua reperitur ratione«. Atque hiuc respuit oneris amplificatiouem in conditis iuterea per curiam et Archipresbyterum statutis ultra fiues omnes extensam; mulctasque praesertim fallentiis impositas excessum sapere protuetur quippe cum nullum habere affirmet, post decimarum praesertim abolitiouem, correspectivum oneris charitativi proventum.

Praxim autem illius ecclesiae hacteuus expositam cum juris dispositione et S. H. Ordiuis disciplina consentire propugnat quoad alias adamussim receptitias et collegiatas Ecclesias perpetuo servata, licet ad fineudam ad tramites literarum quaestiouem factum et usum praeexistentem probasse sat esse perpeudat.

Ex patula uamque juris dispositiouе teneri praemonet parochum perseipsum deservire tum in tradenda pueris cathechesi*) tum in aliis muuiis parochialibus impleudis ex cap. *Extirpandae de praeb. et ex Trid. Concil. sess. 5. cap. 2.* et *sess. 23. cap. 1. de reform.* superadditis declaratiouibus, *Barbos. ibidem n. 14. et 48.*, respective *Garc. de benef. part. 3. cap. 2. n. 53.* et *Monacell. in formular. t. 1. form. 18. n. 14.* Praemissa deinde juxta theologos et canouistas distiuctiouе iuter parochos titulum et beneficium curatum habeutes, qui ex obligatione justitiae tenentur, ac alios sacerdotes nec beneficium uec titulum curae praeseferentes, qui ex charitatis officio in parochorum subsidium advocantur, arguit hos cogi non posse, nisi illis prorsus impeditis, id est in casu tantummodo necessitatis: atque hauc quidem coactiouem eo tantum casu locum habere posse quo presbyteri praefati de massa participent et emolumentis parochialibus, alias nudam hortationem adhibeudam esse subiufert cum de Jauua *de visitat. Praelat. t. 1. dub. 13. sect. 6. n. 98.*

Ad cujus coufirmationem plura profert s. H. Congregatiouis decreta, scilicet in *Caputaquen. 14. Maji 1729*, in *Sypontina 18. Maji 1731 et alia Sypontina 23. Novb. 1747*, in *Policastren. 1. Junii 1737* et in *confirmatoria 13. Sept. 1738* ac demum in *Urbevetana 31. Maji 1766*, quae omnia in idem conveniunt. Ex quarum exemplis iufert s. H. Ordinem presbyteros receptitiae et Canonicos Collegiatae nuuquam obligatos agnovisse nec obligasse ad opem parocho fereudam in curae exercitio, nisi in casu tantum uecessitatis, impeditis videlicet parocho ejusque substitutis; et econtra solitum praeservasse quoad participationem decimarum et emolumentorum parochialium: falleutiarum vero multas eateuus admississe, quateus decimas et emolumenta praefata in quota proportionata gravarent, unde oueris correspectivum exurgere visum est. Cui sane methodo et disciplinae conforme iu hodierua coutroversia praestolatur potiori quoque ratione, quia post decimarum abolitiouem Capitulares nulla ratioue participant de emolumentis, quae ex curae titulo proveniunt et sacramentorum admiuistratione, utpote uui Archipresbytero reservantur. Atque hiuc auxilium tuuc solum ex officio charitatis parocho in sacrameutorum admiuistratiouе aliisque muniis parochialibus expleudis exhibeudum esse coucludit a Primicerio et Canouicis, cum legitime fuerint impediti Archipresbyter ejusque substitutus, iu casu uimirum praecisae uecessitatis.

Erit igitur EE. VV. prudeutiae dirimere

Dubium:

An et quomodo Primicerius et Canonici teneantur coadjuvare Archipresbyterum parochum in exercitio curae animarum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta consuetudinem servatam ante erectiouem Collegiatae constituta methodo iu constitutiouibus a Capitulo iufra sex meuses coufieiendis et ab Episcopo approbandis.

Die 18. Aug. 1860.

Utriuen.

Archiepiscopus in postrema status suae ecclesiae relatiouе haec de Civitateusi collegiali Capitulo exponebat: »Peto ut differeutiae compouantur, quae cum Civitatensi habentur Capitulo, et illae praesertim, quae parochos respiciunt, quos illius Collegiatae Canonici voluut esse amovibiles. —

»Unica est in hac archidioecesi Collegiata uempe Forojulieusis in qua iusigue adest Capitulum. — Cum Aquileienses Patriarchae pro lougum temporis iutervallum in hac Urbe demorati fuerint, speciali amore Forojulieusem ecclesiam hanc prosecuti sunt, et sedulam navarunt operam ut omni religioso spleudore fulgeret. Hiuc inuumeris privilegiis ditata est atque Capitulum specialibus praerogativis vel ab autiquissimis temporibus ornatum est. — Si euim Brevibus pontificiis in Capituli Archivio asservatis fides tribueuda est, ipsum Capitulum jurisdictiouе fruitur quasi ordinaria in omnibus paroeciis, quae ipsi sunt subjectae. Habet autem Capitulum 7 in ipsa urbe Civitateusi paroecias et 24 extra Urbem. Cumque iu origiue parochi hi videantur coustituisse ipsum Capitulum, hodierni Canonici parochos ipsos proprios appellant Vicarios atque eosdem amovibiles esse voluut, duobus exceptis, quos et parochos vocaut: illis enim talem iuvestituram traduut, ut ad uutum ac beneplacitum Capituli amoveri queant. Illud autem prorsus singulare est, quod approbatos ab Ordinario in cauonico examiue rursus teutamini subjiciaut antequam ipsis paroecias veluti proprio nomiue administraudas assigneut. Insuper statim ac quispiam ex ipsorum Vicariis moritur, oeconomum, ex approbatis tameu ab Ordinario ad excipieudas coufessiones, mittuut incousulto Episcopo, quem deinde uotitiae causa certiorem faciunt: volunt quippe se habere ejusmodi jurisdictionem, ut propriis sacerdotibus missiouem attribuant. Hinc et capellauos uui alterive vicariatui assiguant vel ab hoc ad alium remittuut, nec, nisi rebus peractis, ad notitiam deferunt Archiepiscopi. Quae omnia mirum in modum ordinem perturbaut, uuitati regiminis noceut atque litibus innumeris ausam praebeut. Si enim Episcopo uon ea arrideut, quae a Capitulo decreta suut, statim exoriuutur dissidia, quae non ita facili ratione tolluutur. Si e contrario Episcopus omnia adprobat tuuc jure suo expoliari videtur. Hiuc omniuo desiderandum est, ut vel ejusmodi privilegia, quae episcopalem jurisdictionem prorsus impediunt, de medio tollantur vel paroeciae illae ita Civitateusi Capitulo administrauдae comeudautur, ut uulla ab Episcopo de iisdem ratio reddenda sit. Illud etiam accedit, quod ex vigore couventionis, quae modo iuter ss. Patrem Pium IX. et Imperatorem Nostrum Franciscum Joseph I. inita est, parochi eateuus possidere atque administrare proprias praebeudas possunt, quatenus canonicam investituram adepti sunt. Quod cum de Vicariis, qui Civitatensi Capitulo subsuut, dici nou possit, nemo uou videt, eos miuime posse rerum, quae ad beneficium pertineut, administrationem suspicere. Immo cum per hos dies ex Imperatoris Nostri munificentia decretum sit subsidii causa pecuniae augmentum pro parochis illis, qui tenues admodum habeut praebeudas, non video quo jure hujusmodi subsidium dari queat hisce Vicariis, qui nou eo modo, quo ceteri parochi, investiuuntur, praesertim cum excelsum Gubernium parochialia beneficia non alia ratiouе tradi credat, quam ea, quae parochos inamovibiles reddat.

Neque illud hic loci praetereundum est, quod, cum ego vellem, ut ad normam conveutionis in Collegiata institueretur praebeuda theologalis, Canonici responderunt, se ex apostolica concessione vel aute tempora Trid. Coucilii Canonicum habuisse theologum ab ipsis semper, sicuti et inpraesentiarum, electum. Ast nemo ignorat, quod Canouicus hic non utique ille est, qui a ss. Pontifice expostulatur, quia nempe per examen*) coram Ordiuario instituendum electus est, neque, uti expostulat ipsa Trid. Synodus, sacram scripturam populo explicat ueque in seminario iu theologicis discipliuis clericos edocet.

Nondum itaque perficere potui ut theologalis praebenda iustitueretur ueque hacteuus mihi datum est ut hisce Canouicis persuaderem, juxta nuperrimam conveutiouem, quae jus uovissimum constituit, omnia esse iuposterum gubernauda.

Hisce praetermissis, de quibus omuibus sapieutissimum eminent. Virorum qui s. hanc Coucilii Congregatiouem efformaut judicium humillime expecto, ad cetera indicanda gradum faciamus oportet.

Plurimi olim eraut iu perillustri Civitatensi Capitulo Canonici: ast deperditis tum temporis magna ex parte redditibus Canouicorum uumerus ita modo praefinitus fuit, ut sint tantum decem et quatuor. Archiepiscopo vero jus est eligendi alium unum,

*) Vd. *Catechesis; doctrina christ.*

*) Vd. *p. 343. n. 10.*

qui Vicarius dicitur archiepiscopalis, quique eodem quo ceteri emolumento fruitur iisdemque gaudet insigniis ac honoribus, caret tamen voce activa et passiva et, mortuo vel cessante Archiepiscopo, illico et ipse cessat. Unica est, Decani nempe, dignitas in hoc Capitulo: qui enim Archidiaconus appellatur, est veluti Vicarius foraneus Archiepiscopi, atque is a Capitulo eligitur et ab Ordinario confirmatur. In hoc pariter Capitulo quatuor habentur Canonici honorarii, quorum duo hodiernum desiderantur, sed cito eligentur, sicuti et Decanus ac alii duo Canonici, qui modo non adsunt. Emolumenta uniuscujusque Canonici residentialis ad sexcentorum circiter florenorum summam conscendunt. Mansionarii, qui choro addicti sunt, ad septem rediguntur: adest etiam unus tantum caeremoniarum Magister. Ecclesia, ut superius innui, est magnifica: sacrae functiones omni decore inibi peraguntur: magister capellae et qui organum pulsat in scientia musica valde praestant et sibi magnam laudem compararunt et clerus universus propriae vocationi apprime respondet.

Cum responsum fuisset Archiepiscopo rem maturiori subjiciendam fore examini antequam quidquam decerneretur; hinc e re sua interim censuit Capitulum, ad cujus notitiam Archiepiscopi relatio et s. Congregationis responsio deductae fuere, preces s. Congregationi offerre, ut quousque in suspenso judicium maneret, a suorum possessione jurium, quae ordine recensebat, ne turbaretur. Super hisce precibus auditus Archiepiscopus relationem ipse transmisit in qua singula exposita Capituli privilegia persequens funditus rem pertractandam suscepit; ideoque novo dato supplici libello vicissim Capitulo de jure plenius disputandi facultatem petiit obtinuitque, ejusque procuratore instante, concinnatis de more dubiis, hodierna comitia pro causae propositione destinata fuere. Verum nonnisi cum jam folium sub praelo esset satis prolixam allegationem typis editam ab eo accepi, cujus synopsim heic exhibere angustia temporis non sinit. Restat igitur, ut per summa capita attingam quae Archiepiscopus (cujus Agens de causae propositione rite monitus fuit) in sua relatione super assertis Capituli privilegiis fuse edisserit; relationem autem ipsam seorsim distribuendam curavi, quo in gravissima hac quaestione cuncta innotescant EE. VV. magisque in aperto sint.

De origine privilegiorum Capituli Civitanensis agens praeprimus Archiepiscopus ratur, ea ortum habuisse ab jurisdictione archidiaconali, cujus a Patriarchis Aquilejensibus (qui ibidem cathedram, deleta Aquileja, collocarunt) insiguitum Capitulum, juxta illorum temporum consuetudinem, fuit, ut adeo in more institutoque suo Capitulum ipsum perpetuo jus habuerit eligendi inter Capitulares qui Archidiaconatum assumeret quique praevia Ordinarii approbatione Vicarii foranei munere fungeretur. Hanc porro jurisdictionem principio delegatam, sensim, uti alibi, ita in Patriarchatu Aquilejensi, longius fuisse prolatam primosque limites praetergressam, ut ordinaria tandem reputaretur. Praesumendum hinc arguit, hujusmodi jurisdictionis exercitio, tamquam justo titulo ac legitimo fundamento, usos Capitulares fuisse, ut a summis Pontificibus assertorum jurium confirmationem obtinerent. Quod si etiam post Concilium Trid. quod archidiaconales jurisdictiones vel antiquavit vel arctis certe circumscripsit limitibus in suorum jurium exercitio Capitulum nihilominus perseveravit, id potiusquam Ordinariorum benignitati tribuendum censet favori quo Veneta Respublica, illius territorii dominium adepta, Capitulum prosequi visa est, ut in spirituali regimine transversum Patriarchis ageret, verita ne hi amissi dominii jura essent aliquando vindicaturi.

At vero recolit, post Concilii celebrationem hujusmodi privilegia acerrimis obnoxia fuisse contestationibus, eaque post id temporis nihili fecisse Patriarchas, quos inter commemorat Franciscum Barbaro et Cardinalem Danielem Delfino, necnon successores Archiepiscopos, prout ex actis in archivio archiepiscopali asservatis constat. Addit post Patriarchatus divisionem 1750 rem facti esse, in parte quae Goritiensi Archiepiscopo contigit, Capituli jurisdictionem interiisse, siquidem in Bulla apostolica novae circumscriptionis dioecesis de Capituli juribus ne verbum quidem excidit et Canonici nihil contra obloquuti sunt. Absurdum vero effugere in apostolica Sede privilegiorum quae Ipsa concesserit ignorationem vel Capituli illa amittentis silentium, siquidem justis ex titulis innixa reputasset.

Nonnulla post haec adjicit Archiepiscopus ut Capituli querelas quoad assertas turbationes disicet. Singulariter deinde ad trutinam revocans Capituli privilegia brevi responsione

per distincta capita rem conficit. Ac primo ad plenum jus parochiale quod sibi arrogat Capitulum in ecclesiis filialibus et parochialibus illi subjective unitis, ut scilicet possit Vicarios ad nutum amovibiles deputare, quibus animarum cura committitur, praevio examine coram Ordinario super eorum idoneitate ad omnes vel aliquas Vicarias, literis patentibus ad annum valituris comprobanda; observat primo (quidquid ceteroquin de hoc pleno jure censendum videatur), amovibilitatem, quae principio permissa fuit ob grassantem Luteranam haeresim in locis, quae paroeciis nonnullis proxima erant, ac adeo ob metum ne si ea parochos infici contingeret populus subjectus corrumperetur, mutatis jam rerum circumstantiis et hoc periculo cessante delendam esse, utpote juris sanctionibus minus consentaneam procurandaeque populi spirituali utilitati haud plane accommodatam. Observat praeterea, formulam a Capitulo adhibitam in eorum institutione »ad nutum et beneplacitum ac simplicem voluntatem Capituli« absque mentione de obedientia Ordinario debita haud convenire cum art. 27. novissimi concordati, quo vetitum, administrationem beneficiorum assumere nisi vi institutionis canonicae, quam quidem institutionem dicta formula haud praeseferre videtur. Observat demum forsan examinis quam Capitulum adhiberi vellet quoad Vicarios curatos, ut nimirum examinatores renunciarent quos reputent idoneos pro qualibet ex Vicariis, ut cum vacatione obvenieute Capitulum eligat quem magis idoneum reputaverit, nec in praxi tutam videri, quia impossibile ut Examinatores in trigiuta parochiarum numero ita singulorum locorum circumstantias perspectas habeant, ut de respectiva candidatorum idoneitate rectum judicium ferant, nec deinde consentaneam deprehendi legi conventionis in art. 24. ubi praecipitur: »Parochiis omnibus providebitur publico indicto concursu et servatis Concilii Trid. praescriptionibus.«

Quoad alterum privilegium ordinariae jurisdictionis*) ad instar Episcopi quoad aliquos actus super ecclesiis unitis, super clero et populo subjectis, perpeudit, illud mere esse commentitium, quia Capitulum clero subjecto caret et ipsi Vicarii curati hanc jurisdictionem quasi episcopalem in Capitulo penitus ignorant, qui quidem unum Archiepiscopum Superiorem agnoscunt, a quo ss. Ordines recipiunt, cuique obedientiam promittunt ac spondent eique unice parere assueverunt. Populus etiam numquam hujusmodi Capituli jurisdictionem agnovit ejusque jussiones, utpote necessaria sanctione destitutas, profecto parvipenderet ac imo despiceret.

Idem animadvertit quoad facultatem interdicendi, suspendendi a divinis, ab officio et beneficio; tum quia facultas haec poenas infligendi etiam populo, civili potestati omnino ignota, nullius efficaciae quoad civiles effectus haberetur, tum quia eadem judicium supponit Capitulo reservatum super causis criminalibus in gravibus, de gravioribus enim poenis agitur, quod tamen non arrogat sibi Capitulum, ut iuferius patebit; tum demum quia ab immemorabili hujusce facultatis exercitium conticuit.

Ad jus quod spectat visitationis in ecclesiis capitularibus, eam admittit Archiepiscopus, servatis tamen normis a Concilio Trid. praescriptis in *sess. 24. cap. 3. de reform.*

De jure liberae administrationis bonorum earumdem ecclesiarum adhaerendum monet art. 30. concordati ac ideo regulis in hac materia praescriptis ac saucitis in postremo provinciali Concilio Venetiis habito.

Sequitur privilegium jurisdictionis privativae super causis criminalibus*) quoad clerum Capitulo subjectum in levibus, salva appellatione ad Ordinarium, necuon jurisdictionis cummulative cum Archiepiscopo in causis matrimonialibus, salva pariter ad eumdem in secundo gradu appellatione, exceptis causis quae ad ipsam Urbem Civitatensem pertinent, quorum cognitio etiam in prima instantia Ordinario reservata est. De causis criminalibus monet, illarum cognitionem demptam fuisse Decanis, Archidiaconis etc. a Concilio Trid. *sess. 24. cap. 20. de reform.* quin ulla distinctio inter leves et graves causas adderetur; ad rem vero citat decretum s. hujus Congregationis diei 26. Maji 1623 confirmatum ab Urbano VIII. die 30. Januarii 1624. Ceterum ad rectam et magis expeditam dioecesis administrationem potius conferre monet, si ea Capitulum sui muneris esse censeat, quae in dioecesana synodo Vicariis foraneis praescribuntur super cleri populique moribus invigilandis et corrigeu-

*) Vd. *t. III. p. 769. k.*

*) Vd. *Disciplina* (Episcopus etc.).

dis. Ad causas matrimoniales qnod attinet, de concordia mentionem facit inita inter Patriarcham Barbaro et Capitulnm, qua juxta superins descriptam rationem hnic cumulativa hisce in causis jnrisdictio tribuitur. Ast vero post conventionem impossibile censet hujusce jurisdictionis exercitium, nisi antea accesserit s. Sedis auctoritas, quae causas matrimoniales in Utiuensi dioecesi actas in secunda instantia ad se avocavit, necnon Caesareae Majestatis, ut sententiae a Capitulo latae executioni quoad civiles effectus committi queant.

Privilegio deputandi Canonicum theologum ad solnm Capitnli nutum et beneplacitnm opponit Archiepiscopus sanctiones Concilii Trid. *sess. 5. cap. 1.* et *sess. 21. cap. 8.* allegatas etiam in art. 23. concordati. Admonet ulterins, Canonicum theologum in Collegiata Civitateusi haud lectiones scripturales habere solere, sed arbitrari muneri suo satisfactum iri qnum couferentiis casuum conscientiae prout ceteri Vicarii foranei praesederit.

Cum in constitntionibus synodalibus editis a Patriarcha Delfino 1740 et iupraesens vigentibus habeatur: »Ne in ecclesia qnidquam aedificii fiat, item ne nova ecclesia aut oratorinm extruatur, praeterea ne Capellae et altari erigeudo locus in qnavis ecclesia cuiquam et quovis nomine detur; rursus ne capella aut altare extruatur, tnm ne sepulchra fiant, ne pavimentum quacnmque causa rumpatnr, ne quid denique destruatur sine scripta nostra facultate«, obvium hinc esse censet Archiepiscopus, suis non consistere viribus privilegium quod sibi asserit Capitulnm concedendi licentias de ecclesiis, capellis, coemeteriis extruendis, demoliendis, instaurandis. Pro eo autem quod spectat ad jus ponendi primnm lapidem, benedicendi etc. nihil impedimento esse quominus Capitnlum servatis servandis illo utatur.

Jns coucedendi absentiae veniam Vicariis curatis adversari monet Concilii Trid. praescriptioni *sess. 23. cap. 1. de ref.* qnae non sinit curatos abesse a paroecia nisi causa prius per Episcopum cognita et probata, idemqne cautum in synodalibus constitntionibus. Quae cum tamen Vicariis foraneis et Archidiaconis hanc tribuant facultatem pro parochis sui districtus, dummodo legitima adsit causa et absentia 3 dierum spatium non excedat, convenit Archiepiscopus, ut eadem facultate intra hosce limites exerceuda Capitulum uti valeat.

Alterum privilegium deputandi oeconomos in paroeciis vacantibus, quorum cura committeuda sit Vicario curato viciniori vel alteri sacerdoti approbato, adversari pariter inquit dioecesanae synodi praescriptis, quae hujnsmodi deputationes Archiepiscopo reservant, ut adeo a synodi saltem celebratione hnic privilegio derogatum praesumatur; ac praeterea praxis quae sectauda proponitur illud secumfert incommodi, quod Capitulum duplici cura Vicarios oneraret, vel sacerdotes approbatos cogere nullo modo posset ad oeconomatum gerendum, qni obedientiam uui Ordinario spopouderunt, non antem Capitulo.

Qnoad jus dismembrandi paroecias novasque erigendas ac instituendi capellauias nt cooperatores Vicariis curatis praesto sint, advertit ex sanctione concordati art. 4. id juris solis Archiepiscopis et Episcopis, collatis cum Caesarea Majestate consiliis, reservatum fuisse. Quod etiam secumfert ut Gubernium praetensa Capituli jura iguorare non deberet, prout revera ignorat. Utillimum autem opus perfecturum, addit, Capitulum, siquidem capellanias propriis snmptibus erigeret; at vero communitatum expeusis id cnm exequi velit, necesse itidem erit ut Gubernii consensus accedat, quod quum unius Archiepiscopi ecclesiasticam recognoscat auctoritatem iu dioecesi ad hujus relationem et votum sese remittet.

Tandem coutra assertum jns quoad cetera omnia quae snnt ordiuariae jurisdictiouis episcopalis, quaeqne reservata non siut a Concilio Trid., apostolicis constitutionibus aut peculiaribus cnm Ordinario conventionibus, exceptis iis quae ad Ordinem episcopalem pertinent, iuvocat vicissim Archiepiscopus Concilii Trid. et concordati sanctiones, ad quorum normam, pro spirituali animarum bono et libero episcopalis ministerii exercitio, Capitnli jura et privilegia componenda ac moderanda esse concludit.

Haec praecipua sunt quae recolit Archiepiscopus iu sna relatione. Hisce respondent quae, diverso licet ordine, dirimenda Capitulum proponit

D u b i u m:

I. An constet de ordinaria Capituli jurisdictione in ecclesias illi subjective unitas), ita ut Vicarios amovibiles ad curam instituere*

*) Vd. *supra p. 812. n. 9.*

et capellanos coadjutores deputare valeat atque praxis in examine et provisione servanda sit, quam s. Congregatio Episcop. et Regul. praecepit per literas diei 13. Oct. 1585 in casu?

II. An et quomodo Capitulum in iisdem ecclesiis, accepta vacationis notitia, possit oeconomos deputare in casu?

III. An Capitulo in iisdem ecclesiis libera temporalium administratio competat, privative ad Archiepiscopum, ac jus pastoralis visitationis per Archidiaconum, servato Concilii Trid. decreto in cap. 3. sess. 24. de ref. in casu?

IV. An infra limites subjectarum plebium Capitulo, collatis cum Caesarea Majestate consiliis, liceat uniones vel dismembrationes beneficiorum decernere necnon veniam de ecclesiis, capellis, coemeteriis extruendis, demoliendis, instaurandis concedere, locum designare, primum ponere lapidem et benedicere, exceptis iis quae sunt Ordinis episcopalis in casu?

V. An Capitulum polleat jurisdictione cumulativa cum Archiepiscopo in causis matrimonialibus, ita ut servanda sit Clementis VIII. constitutio edita 1595 in casu?

VI. An constet de privativa Capituli jurisdictione in causis criminalibus quoad clerum illi subjectum, juxta modum cit. constitutionis 1595, ita ut idem Capitulum coercendi ac puniendi jus exercere valeat, servata ss. canonum disciplina in casu?

VII. An absentiae venia pro clero in ecclesiis mensae capitulari subjectis a Capitulo sit concedenda in casu?

VIII. An theologale stipendium servandum sit juxta peculiarem constitutionem Bonifacii IX. et consuetudinem in casu?

S. C. resp.:

Dilata ad secundam post proximam, communicatis interim Archiepiscopo omnibus deductis a Capitulo.

Die 27. Apr. 1861.

Continuatio Utineu.

Hujus autem rescripti mandatis ad unguem impletis, qnin tamen quidquam neque ab Archiepiscopo neque ab ejus in urbe procuratore deductum fuisset, iterum proposita fuit die 27. Julii, ejusque resolutionem adhuc comperendinandam, adprecante Archiepiscopo, duxerunt EE. VV. edito rescripto: *Dilata ad primam post aquas.* Adventante autem novae propositiouis die novam prorogationem petit Archiepiscopus ut defensionem snam pararet, quod hactenus variis pastoralis regiminis curis distentus morbisque implicitus perficere non potuit. An ejus votis sit annuendum judicabunt EE. VV. Iuterim praestat synopsim exscribere allegationis satis prolixae a Capituli Assertore exibitae tunc cnm folium in prima propositione distribnendum sub praelo jam erat.

Orator ad jura Capituli Civitatensis protnenda imprimis rationes generatim attingit, quas postea plenius distinctis capitibus atque articnlis repetit ac evolvit. Itaque nt Praelati inferioris qualitatem in Capitnlo evincat, praemouet hujusmodi Praelatos in triplici specie passim distingui, alios nempe qui certo praesuut generi personarnm intra septa ecclesiae vel mouasterii cnm exemptione passiva; alios qui habeut jurisdictionem activam in clerum et popnlum certi loci, qui tamen locus est intra Episcopi dioecesim, Clemens de Arosto qni in *concor. pastor. par. 1. c. 4. n. 64., Prosper. de territ. separ. q. 2. n. 20, Benedict. XIV. de synod. lib. 2. cap. 11. n. 1. seqq.*, alios demum, qni jnrisdictionem in loco peuitus avnlso atque distincto a qualibet dioecesi exercent.

Expendens inde orator privilegia Capitnlo Civitatensi per ss. Pontifices concessa summo jure argui posse affirmat, dignitate tertiae speciei Capitulum potiri, nam jus cogendi synodum, quod obtinet ex Pauli IV. constitutione, Praelatis dumtaxat territorium vere separatum habentibus*) competere monet ad tradita per *Garz. de benef. par. 2. cap. 2. n. 121, Lotter. de benef. lib. 2. q. 31. n. 8, Benedict. XIV. de synod. loc. cit. n. 5, Rota in decis. 31. de offic. Ordin. n. 4. coram Falconerio.* Idem dicendum de privilegio uniendi ac dismembrandi ecclesias, quod dioecesana ac civilis potestas agnoverunt, necuon de privilegio adprobandi confessarios ad solum Episcopum pertinente, juxta censuram s. C. Trid. *sess. 25. cap. 15. de ref., Petra in comm. ad constit. 6. Alex. III. sect. 1.* Demum ceteris missis de jure interdiceudi ac divina snbtrahendi, de jurisdictione in cansis matrimonialibus et crimialibus, de visitatione ante Concilium privativa atque de institutione auctorizabili.

*) Vd. *t. I. p. 85. n. 58.*

Hanc nihilominus amplitudinem dignitatis praetermittit Capitulum, sed solum ejus defensor vindicare conatur secundam Praelatorum speciem, scilicet jurisdictionem activam in populum et clerum quoad ecclesias ac plebes capitulares, quam consistere posse contendit etiam absque proprii territorii separatione, ut ad rem *Fagnan. in cap. Post cessionem de probat. n. 4, Prosper. loc. cit., Rota in decis. 9. de offic. ordin. n. 2. coram Falconerio.* Et ad hanc secundam dignitatis speciem adquirendam necessarium minime esse ostendit, ut omnes actus episcopalis jurisdictionis vel dignitatis ab inferiore exerceantur, quia in hac materia tantum praescribitur, quantum possidetur, ad dicta *Abb. in cap. Auditis de praescr. n. 1., Pirhing. in jus canon. lib. 2. tit. 26. sect. 1. § 6. n. 51., Rota in cit. decis. n. 30. coram Falconerio.*

Hisce praemissis duo demonstranda assumit:

1. scilicet titulum ordinariae jurisdictionis:

2. seriem et qualitatem actuum a jurisdictione emanantium, quos per continuam possessionem sustineri posse arbitratur.

Et quod ad primum pertinet, tralatitium, ait, in foro esse jurisdictionem duplici ratione acquiri, per privilegium, et per consuetudinem ad tradita *Innoc. III. in cap. XIII. de for. compet., Gonzal. in dict. cap. 13. in fin.* Atqui subdit, in facto unionem ecclesiarum ac plebium pleno jure in potestatem ac proprietatem Capituli cum peculiari foro et integra justitia ab Aquilejensibus Patriarchis derivasse octo abhinc saeculis, quam etiam romani Pontifices confirmarunt. Nam Pius II. Capitulo plebes et ecclesias subjective unitas voluit cum omnibus pertinentiis facultatemque sancivit, ut quoad vicarios ecclesiarum animarum curam committere posset: quae sane potestas jurisdictionem quasi episcopalem in populum et clerum tribuit, ceu monet *Fagnan. in cap. Eam te de act. qualit. n. 3. 4.* ex eo praesertim quod adjecta reperiatur clausula: Dioecesani loci cujuscumque alterius super hoc licentia minime requisita.

Ex constitutione autem Pauli IV. rem luculentiorem haberi prosequitur; nam post concessionem juris congregandi synodum laudatus Pontifex jus seu facultatem tribuit vicarios ad nutum amovibiles iustituendi et destituendi, quod inter spiritualia episcopalis jurisdictionis adnumeratur ab *Innoc. III. in cap. Cum olim n. 18. de praescript.* Deinde jus tribuit Capitulo ecclesiam et clericos, possessiones et bona ac colonos ejus molestantes aut quomodolibet perturbantes interdicendi et divina subtrahendi, quod ex auctoritate *Rotae in decis. 604. n. 4. t. 2. rec.* sine jurisdictione intelligi nequit. Demum eidem concessit jus in vicarios, rectores, capellanos, presbyteros et alios clericos ipsius civitatis et ejus districtus ordinariam jurisdictionem exercendi.

Animadvertit proinde orator, hinc Paullinae constitutiones virtutem eo graviorem apparere quo receutiores fuisse constat in Concilii Trid. sessionibus habitis ab anno 1547 ad annum 1551 Episcoporum contentiones de exemptionibus atque inferiorum juribus delendis, et ideo ss. Pontificem, qui anno 1558 pro Capitulo Civitatensi constitutionem edidit, illud propter antiqua privilegia dignissimum jurisdictione censuisse arguit, cum adeo perspicuis verbis in concessione uteretur.

Ad haec auctoritas accedit judicis apostolici in persona Episcopi Tarvisini per Pontificem Pium II. delegati, qui singulis privilegiis, statutis, processibus, sententiis ac scripturis et juribus perpensis jus committendi curam agnovit ac jus iustituendi et destituendi, civilem et criminalem jurisdictionem in clerum exercendi, quae tamquam ab ipso Pontifice praestituta haberi videntur ex deductis per *Tondut. in resol. benef. part. 1. cap. 56. n. 14.* Ex judicandi autem potestate jurisdictionem activam deducit inuixus auctoritate *Rotae in Nullius seu Fulden. Jurisdict. sup. bono jure 1. Junii 1708. § 35. coram Ansaldo.* In medium inde Orator profert auctoritatem Fagnani qui in *cap. Tuae Fraternitatis de cler. non resid. n. 11. et segq.* data opera jura Capituli Civitatensis expendens praedicta privilegia comprobavit. Quae et adhuc luculentiora fieri propugnat ex eo quod ipsi Antistites Aquilejenses illa semper agnoverunt, quorum quidem auctoritati hac in re plurimum tribuendum est, quia eorum magni intererat, ne aliena jurisdictio propriae detraheret, ceu perpenduut *Piton. discept. eccles. 160. n. 18., Card. Petra ad Constit. 6. Alex. III. sect. 1., s. Rota in decis. 274. n. 5. part. 17. Rec.* ideoque eorum testimouia utpote in gravi actu emanata etiam successoribus praejudicium inferunt, *Piton. in discept. eccles. 128. n. 18.*

Porro in transactione capitulari 1213 praecepto D. Patriarchae descripta de ecclesia capitulari fertur, quod dicta capella populum nisi de licentia Capituli Civitatensis habere non dignoscitur ac de singulis ecclesiarum rectoribus edicitur, quod debeant subditi esse et obtemporare Capitulo Civitatensi. Anno autem 1606 cum Patriarcha Barbarus H. S. O. rogaverit an essent vocanda Capitula, quae habeut jurisdictionem, tribunal erectum etc. responso affirmativo accepto Capitulum invitavit. Deinde literas Aquilejensis Patriarchae ad suum Vicarium exhibet decreta a se proposita revocantes, ne jurisdictio ecclesiae et Archidiaconi Civitatensis usurparetur. Unde nil mirum si Cardinalis Patriarcha Delphinus praecepit ut posset idem Capitulum perpetuis futuris temporibus in ecclesiis omnibus et singulis in quibus jus judicandi habet visitationis suas peragere secundum regulas s. Conc. Trid., et post Aquilejeusis dioeceseos dismembratiouem curaverit etiam, ut in Goritiensi dioecesi prodiret il decreto di confermazione degli antichi privilegii e libera giurisdizione di cotesto capitolo. Demum anno 1782 etiam Archiepiscopum Gradenigo singula receusita Capituli privilegia fassum esse asserit ad seusum cit. Constitutionis Pauli IV.

Praeter haec tum ex rescriptis s. Congregationis super Episcopis et Regularibus tum ex s. Rotae decisionibus tum deuique ex H. S. O. decretis eadem privilegia comprobat. Hinc factum esse deducit, ut Clemens VIII. anno 1595 concordiam inter Patriarcham initam et Capitulum sanciret, qua jurisdictione in certa criminalium judiciorum specie privativa et in matrimonialibus causis Capitulum donatur. Anno autem 1602 edita fuit bulla inhibitorialis »D. Patriarchae Aquilejeusis ne vexet Capitulum in sua jurisdictione concedendi licentiam absentiae curatis suis.«

Addit praeterea tum apostolicum visitatorem de Noris tum s. Congregationem super Episcopis et Regularibus jussisse, non modo in Metropolitana Sede, sed etiam in ecclesia Civitatensi a Capitulo seminarium constitui: separato affatto e non dipendente l'uno dall' altro in nessuna cosa, quod proprium territorium requirit, ceu ex rescripto H. S. O. testantur *Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 29. § unic. n. 2.* et *Ferrar. V.: Seminarium n. 1.* Insuper accedere ait decisionem s. Rotae anni 1562 qua in possessorio judicio probatum fuit jus visitandi privativum favore Capituli, quod ordinariam jurisdictionem, imo separatum territorium inducere conteudit, juxta ea quae habet *Rota in decis. 759. n. 23. coram Bichio*, in *Fulden. Jurisdictionis 28. Junii 1700 § Possessio coram La Tremoville, Piton. discept. eccles. 138. n. 15.*

Singula inde expendens privilegia osteudit, omnia ex quinque saeculorum observantia emanare, quae etiam sola sufficeret ad eadem adipiscenda ex recepta doctorum sententia, *Felin. in cap. Auditis de praescript. n. 2., Calderin. cons. 2. sub rub. de praescr., Bald. eod. tract. de praescr. 1. p. 5., Fagnan. in cap. Postulasti n. 20. de jurepatronat.* Cum autem hujusmodi observantia non modo tituli sive ordinariae potestatis causam, verum etiam quid servari debeat designet, frustra conqueri, subdit, Archiepiscopum, quod habitualis sua potestas illusoria evaderet; nam admisso dioecesani territorio tot vigeut illius jura, ut Capituli jurisdictio longe inferior habere debeat, illaque expendit *Fagnan. in cap. Conquerente de offic. ordin. n. 11. ad 40.* Insuper habitualem jurisdictionem efficere observat, ut unum in dioecesi caput agnoscatur, ac reliquos pariat fructus, quos enumeraut *Abb. in cap.: Cum contingat n. 19. de for. compet., Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 24. n. 107., Prosper. de territor. separ. quaest. 3. n. 30.*

Archiepiscopi posthac animadversiones aggrediens, supposititiam esse originem Archidiacoualem, quasi scilicet jurisdictio capitularis delegata esset a Patriarchis, probat ex hucusque deductis. Deinde absurdum censet ut jurisdictionis conservatio adscribatur al favore che accordava la Veneta repubblica. Et falsum propterea quod pastores Aquilejenses, praesertim Cardinalis Delphinus et Franciscus Barbaro, jurisdictionem Capituli oppugnaveriut, ut facta, codices, actus, judicia demonstraut.

Neque posthac per dismembrationem patriarchatus in Goritiensem ac Utinensem dioecesim Capituli jura cladem sustulisse subdit, imo etiam in Goritiensi dioecesi ea intacta viguisse, dum 1753 Maria Theresia capitularia privilegia sancivit cum jurisdictione spirituali quasiepiscopali in domiuiis Tulmini, Ampletii Idriaeque inferioris; imo ipse Archiepiscopus Goritiensis jurisdictionem Capituli agnovit, quia sedem iuter inferiores

Praelatos eidem tribuit in concilio provinciali. Demnm post recensitos jnrisdictionis actus ad hunc nsque diem exercitos miratur, qnod Archiepiscopns adfirmaverit, Capituli jurisdictionem ignotam esse vicariis, clero, populo, Imperii moderatoribus. Confutationem hujusmodi, quam leviter attigi, fuse pertractatam videre est in Capituli allegatione.

Pergit deinde orator ad plenariam Capituli jurisdictionem in ecclesiis illi snbjectis demonstrandam ex constitutionibus citatis Pii II. et Panli IV. necnon ex rescripto s. Congreg. super Episcop. et Reg. ubi illa asserta et recognita fuit. Immo assequi studet non modo institutionem tituli collativam, sed etiam auctorizabilem, quae possessione, jnrisdictione, privilegio acqniritur. Porro exercitium institntionis ad curam animarum quinqne saeculorum spatio, nempe ab anno 1361 ad annum 1859 contineri propugnat, neqne obstare Hostiensem in cap. Cum satis de offic. Archid. et alios institutionem auctorizabilem ab inferioribus praescribi negantes; haberi doctores melioris notae, qui tenent delegationem curae non ad ordinis, sed ad jurisdictionis legem spectare, *gloss. in cap. Cum Dilectus* verbo: *de leg. jurisdict. de offic. ordin., Innoc. in cap. Pastoralis n. 2. de donat., Felin. in cap. Auditio d. praescript. n. 8.* inde majora doctorum testimonia occurrere pro institutionis auctorizabilis praescriptione privative ad Episcopum, cen *Tondut. res benef. part. 2. cap. 3. § 9. n. 11., Vivian. de jurepatronat. part. 2. l. 11. cap. 3. n. 2. et 8. ad 11., Barbosa de offic. Ep. all. 127. n. 12. all. 72. n. 185., Scarfanton. ad Ceccoper. t. 2. lib. 3. n. 70. et seqq., Bald. in decis. 382. n. 2. 3. coram Dunozet.* et *decis. 158. n. 4. et 6. coram Molines.* Insuper addit, nec contrarios doctores in themate obstare, ubi agitur de institntione vicariornm mannalium ad nutum instituentis, non de perpetna, per distinctionem ex Rota ennclea-tam *in decis. 43. n. 4. in miscellan. coram Falconerio.*

Ceterum pleno jnre ac specie jurisdictionis cum facnltate instituendi ac destituendi ecclesias Capitulo unitas fuisse contendit, non per meram unionem aut minorem titnlum, ac eapropter illnd potestate etiam committendi curam frui, cen tradit *Card. Petra in comm. ad Constit. 4. Callixti III. sect. 2. n. 128., Lotter. de re benef. lib. 2. quaest. 12. n. 32., Rot. in decis. n. 4. coram Falconerio.* Quam qnidem facultatem animarum curam committendi cnm Pius II. expressis verbis Capitulo concesserit, idcirco, arguit, ad praedictum Capitulum pertinere non modo institutionem auctorizabilem vicariorum, sed etiam coadjutorum deputationem.

Pro viribus inde propugnat vicariorum amovibilitatem, quin obstent decreta Concilii Trid. *in cap. 13. sess. 4.* et *in cap. 7. sess. 7. de ref.* Nam in *cap. 13. sess. 24. de ref.* perpetuum peculiaremque parochum assignari affirmat vel alio utiliori modo prospici debere edicitur; agi etiam in *cap. 13.* monet de paroeciis, quae certos non habent fines vel in qnibus promiscue cura exercetur, teste *Pignatell. in consult. can. t. 9. consult. 143. n. 13.*, in aliis vero quae certos habent fines nil quoad perpetuitatem vel precarium praestitui. In capite autem *7. sess. 7. de ref.* de simplici unione, ait, rem esse et inter perpetnnm ac temporaneum prudentis arbitrii modnm relinqui, ut notat idem *Pignatell. loc. cit. n. 11.* Quin obstet constitntio s. Pii V. incipien. *Ad exequendum*; in ea enim tenuitati dumtaxat congruae prospici videtur, ita ut etiam hodie ad erigendas perpetuas vicarias jnsta causa necessaria censeatur, juxta ea qnae tradit *Barbosa de Episcop. all. 72. n. 190.*

Perpendit praeterea, pluribus adductis exemplis, temporaneam vicariorum institutionem non esse contrariam universali ecclesiae disciplinae, imo immemorabili consnetudine suffultam servari debere; nam ex amovibilitate non parum utilitatis proficisci tradnnt *Navarr. de offic. vic. cons. 11., Pichler. t. 2. lib. 3. d. 10. quaest. 2.* Concilium itaque Trid. promiscuum dnmtaxat cnrae exercitium prohibere ait, contra quamlibet consuetndinem; oves enim snum pastorem agnoscere debent, et hnc pertinere putat rescripta H. S. O. in *Isernien. 2. Junii 1696* et *20. Aprilis 1697*, in *Romana Curae s. Marci 20. Jan. 1770*, in *Sarnen 7. Julii 1731*, in *Castrimaris per summ. prec. 17. Decb. 1725*, in *Novarien. Curae animarum 5. Junii 1847.* Hoc unum idcirco affirmat doctores in amovibilibns paroeciis reprobare, ceu notat *Monacell. in supplem. ad form. t. 2. tit. 15. form. 1.*, quapropter, hoc vitio absente, immemorabilem consuetudinem qnoad examen et approbationem sufficere, ceu videre est penes *Garz. de benef. part. 9. cap. 2. n. 262. seqq.*, Card. *de Luc. de jurepatronat. disc. 7. n. 14.*, *Brasch. promptuar. synod. cum addit. Onoran. in prax. vicar. cap. 29.* Et id praesertim in casu retineri necessarium esse addit, quod ex judicio s. Congreg. EE. et RR. firmatum fuit, necnon ex consuetudine quinque saeculorum inolevit, quae semper in viridi observantia perduravit.

Ex dictis infert etiam, Capitulum facultate frui oeconomos deputandi ad paroecias vacantes, nihil refragante censura Concilii Trid. *cap. 18. sess. 24. de ref.* Etenim contendit, hoc capnt locum minime habere in paroeciis amovibilibns, quia in iis vacationem per mortem rectoris contingere non videri monent *Van-Espen. part. 2. tit. 22 c. 2. n. 6.* et *Barbosa de paroch. part. 1. lib. 2. n. 18. et seqq.* Hinc ex *cap. 18. sess. 24.* haud necesse requiritur ut oeconomi deputatio fiat ab Episcopo, si aliunde provideri solitum fuerit ant possit, nt explicant *Garz. de benef. part. 9. cap. 2. n. 13.* et *Corrad. in prax. benef. lib. 3. cap. 3. n. 11.* quod adamussim servatum fuisse tuetur in Capitulo Civitatensi, quin dissidia, ab Archiepiscopo recitata, unquam excitarentur.

Praeterea ex testimoniis demonstrat, Capitulum exemptione etiam potiri in administratione bonorum ad capitulares ecclesias pertinentium: hodie enim ex conventione apostolicae Sedis cnm Austriae Imperante sancitum habetur in art. 30: »Bonorum ecclesiasticorum administratio*) apnd eos erit, ad quos secundnm canones spectat.« Verum in facto esse, monet, ante 1807 qnando etiam Episcopis interdicta erat bonorum administratio praedictam administrationem in ecclesiis ad Capitulum pertinentibns ad idem spectasse, in qna, contra Episcopi redargutionem, praetendit, semper Capitnlnm se laudabiliter gessisse.

Vindicat deinde Capitulo jus easdem visitandi ecclesias ab anno 1356, idemqne jus non reprobasse Concilinm Trid. ut 1568 H. S. O. declaravit; immo nec pecnliari titulo requiri, cum sit pars et necessitas jurisdictionis in cnra animarum jnxta doctrinam *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 25. n. 27., Rota in Firmana s. Visitationis 12. Martii 1838 § 2. coram Emo Marini.*

A jure autem absonum non esse arbitratur, ut Capitulum potestate quoque uniendi ac dismembrandi beneficia in ecclesiis capitularibus erecta perfruatur, quia hoc jure ex praescriptione ac perpetua observantia pollet, illudque ex ordinaria potestate exercetur, ceu perpendunt *Schmalzgrueb. t. 3. part. 1. tit. 5. n. 180., Barbosa in cap. 8. de excess. praelat. n. 7., Fagnan. in cap. cit. n. 15. seqq.* Hujusmodi autem jus exercuisse Capitnlum probat non modo quoad formalem, sed etiam quoad materialem conditionem ecclesiarum sibi snbjectarum, scilicet jus concedendi veniam aedificandi, quod doctores inferioribus concednnt ex privilegio, *Schmalzgrueb. t. 3. part. 3. tit. 48. n. 3., Ferrar.* verbo: *Ecclesia art. 3. n. 14.* Item jns concedendi veniam reparandi, demoliendi aut alio transferendi, amovendi altaria, erigendi ac cetera hujusmodi, quae omnia praescriptione adquiri docet *Card. Petra in comm. ad constit. 1. Paschal. II. sect. 1.* et *ad constitut. 6. Alexand III. sect. 1. n. 43.* Et requidem vera, ordinis juribus exceptis, cetera qnae ad jurisdictionem vel dignitatem pertinent praescriptioni obnoxia esse tuetur, facta tamen distinctione inter inferiorem qui praescribit in territorio dioecesani ut in themate et alium praescribentem pro territorii separatione. In primo enim casu sufficere ait quadragenariam cum titulo, in secundo reqniri immemorabilem, nihil obstante *Pitonio in discept. eccles. 112.* dum hoc constituit Rota in celebri causa *Nullius seu Fulden. Jurisdictionis 28. Junii 1700 coram la Tremoville, 16. Februarii 1703, 27. Aprilis, 20. Novb. 1705 coram Molines, 1. Junii 1708 coram Ansaldo, 15. Junii 1711 coram Caffarello* et s. Congreg. particularis die 28. Aug. 1723 in causa *Herbipolen. et Fulden.*

Quamobrem cum in themate agatnr de praescriptione in territorio dioecesani posita quadragenaria jus episcopale praescribi posse infert, juxta doctrinam *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 24. n. 206., Gonzal. in cap. de quarta n. 3. de praescript.* et *in cap. Tuae fraternitatis de cler. non residen. n. 7., Tondut. resol. benef. part. 2. cap. 3. § 9. n. 10., Abb. in cap. 1. n. 10. ut lit. penden., Barbos. in collect. lib. 2. tit. 26. c. 15. n. 1.* Immo immemorabilem haberi ait consuetndinem, cujus vis et efficacia contra ipsam legem explicatur; apostolici enim privilegii anctoritatem immemorabilis usurpat, *Card. Petr. in cit. comm. ad constit. 6. Alex. III. sect. 1. n. 43. seqq.*

Hinc tamquam prono alveo fluere, concludit, jura designandi locum, ponendi pri-

*) Vd. *t. I. p. 185. t. II. p. 1064. 1067.*

mum lapidem ac benedicendi, quae adipisci potuit Capitulum, cen notat *Monacell. in Form. append. pag. 280. 281. impress. Venet.*, necnon demoliendi ac praesertim instaurandi ecclesias sibi subjectas, quia non modo Praelatum inferiorem, sed etiam rectorem reparare Ecclesias posse etiam absque Episcopi consensu, si de mediocri ampliatione agatur, tradit *gloss. in Can. de Monach. 12. caus. 18. quaest. 2., Pax Jordan. t. 1. lib. 5. tit. 8. n. 57.* Veluti iudubium est, praescriptioue jus etiam concedendi veniam extruendi sepulchra acquiri juxta *Fagnan. in cap. Cum olim de praescript.*

Assumit praeterea orator jurisdictionem Capituli in causis matrimonialibns demonstrandam et primo animadvertit, ante Coucilium Trid. licuisse eam usucapere per *text. in cap. Auditis de praescript.* et *Barbos. in collect. lib. 2. tit. 26. cap. 15.* Post Concilium Trid. uec eam amisisse Capitulum propugnat, quia jnrisdictiouem hanc ex immemorabili consuetudine proficisceutem Concilium non ademisse constat ex rescripto H. S. O. ad Patriarcham Aquilejensem in hoc eodem casu de jure Capituli Civitateusis, ceu perpendunt *Card. Petra ad cit. constit. Callixti III. sect. 2. n. 35., Fagnan. in cap. Postulasti de jurepatronat. n. 20. seqq.*

Hanc insuper jurisdictionem ait solemni concordia sancitam fuisse ac praesertim apostolica constitutioue quae illam post Coucilium confirmavit, adeoque firmam declarari debere, monente *Pitonio in discept. eccles. 20. n. 10.* qunm dubitari nequeat, Pontifices etiam clausulas derogatorias contra Concilium Trid. apponere ad tradita per *Card. de Luc. de benef. disc. 16. n. 13. annot. ad Concil. Trid. disc. 1. n. 15. disc. 8. n. 2. de jurisdict. disc. 27. n. 4., Rigant. in regul. 69. cancell. n. 12.* Et hanc juris possessionem utpote cumulativam inter dioecesanum et Capitulum putat nntuo praesidio sustineri, ut notat *Fagnan. in cap. Auditis de praescript. n. 13. seqq.*

Frustra praeterea, ait, Archiepiscopum negare hanc jurisdictionem ex concordia proficiscentem et in constit. Clem. VIII. confirmatam; nil autem inpraesens innovatum haberi censet ex Concordato inter Austriae Imperatorem et s. Sedem inito. Imo Imperatorem, addit, jussisse litera encyclica die 5. Novb. 1855: »E nostro volere che i giuddizzi matrimoniali vescovili abbiano ad entrare in attività auche in qnegli stati nei quali non esistouo ... e ciò in couformità dell' Art. 10. del concordato.« At nomine Episcopi etiam praelatos inferiores veuire contendit, qui jurisdictiouem quasi episcopalem gerunt ad tradita per *Reiff. lib. 2. tit. 1. § 4. n. 96., Pignatell. Cons. 144. n. 6. t. 1., Fagnan. in cap. Cum olim de praescript. n. 8.* Neque praesumendum esse, religiosissimum Principem privare quemquam voluisse legitimo jure, quod innuisse putat H. S. O. in causa *Veronen. diei 30. Januarii 1858* in qua proposito dubio:

An et quae jura competant Capitulo Veronensi in collatione canonicatuum post editam conventionem inter SS. Pontificem et Caesaream Majestatem? rescripsit: Servetur consuetudo vigens ante couventiouem.

Praeterea probat orator, Capitulum ab immemorabili jurisdictione crimiuali in clerum pollere; quae ope concordiae initae inter Patriarcham Card. Barbaro et Capitulum et approbatae a Clemente VIII. sancita et confirmata fuit. Neque Concilium Trid. hanc potestatem ab immemorabili consuetudine proficisceutem praelatis iuferioribus sustulisse probat *Card. Petr. loc. cit. n. 47. 48.* necnon decretum H. S. O. pro eodem Civitatensi Capitulo 1593 editum.

Negat deinde ex hac Capituli jurisdictione damnum inferri episcopali potestati; uam eam pacifice exercitam fuisse tuetur per quinque et ultra saeculorum lapsum divisis inter dioecesanum et Capitulum partibus pro titulo et qualitate crimiuum jnxta Clemeutis VIII. distinctiones: quin perturbatio vel detrimentum aliquod ad praesens usque tempus argueretur.

Verum posita jurisdictione in crimiualibus pollere etiam arguit Capitulum jure puniendi et corrigendi, eo scilicet poenarum et censurarum geuere quod jus canonicum coustituit ad mouitum Rotae in cit. *Nullius Fulden. § 33.* Et hanc potestatem exercuisse contendit hucusque Capitulum per trium saeculorum lapsum; at indubium esse potestatem excommunicandi, suspendeudi et corrigendi praescribere licere Praelatis inferioribus, ut ad rem *Fagnan. in cap. Postulasti de jurepatronat. n. 20. et seqq.* et in *cap. Cum olim de praescript. n. 28.* Quae autem Archiepiscopus contra hoc manifestum privilegium cumulat, ita nullius ponderis esse arbitratur, ut brevibus respousiouibns quas in allegatione euucleat refutari possint.

Frui praeterea, addit, Capitulum jure concedendi veuiam Vicariis ecclesiarum capitularium ex Bulla inhibitionis Auditoris Camerae apostolicae ab anno 1637 ad annum 1859 perenuiter observata. Ad haec cumulum ponere ait Fagnanum in *cap. Tuae fraternitatis de cler. non residen.* qui specialiter loqueus de Capitulo Civitateusi manifeste praedicto Capitulo hanc facultatem adscribit.

Demum pergit orator ad facultatem eligeudi Canonicum theologum comprobandam, quam aperte emanare tuetur ex Bonifacii IX. constitutione eamque usque in hanc diem ab ipso Capitulo fuisse exercitam. Neque obstare couteudit Coucilium Trid. in *cap. 1. sess. 5. de ref.* Nam quod ad collationem spectat praebendae theologalis ante Coucilium erectae nihil esse innovaudum deducit ex decreti textu et firmat *Garz. in cap. 4. n. 160. seqq. part. 5. de benef.* idemque pariter censeri oportere ait de ejus amovibilitate juxta firmata ab H. S. O. teste *Galemart. in remiss. post declar. ad cit. cap. 1. sess. 5. de ref.*

Neque pariter obstaculum ponere austriacam couventionem, nam in ea nil aliud praescribi asserit, nisi quod a Concilio Trid. praescriptum fuit. Multo minus ad causam pertinere addit, quod Archiepiscopus objicit a theologo non haberi »le lezioni scritturali« sed dumtaxat »le congregazioni dei casi di coscienza«. Primo euim respondet hodie quaeri non liceat Capitulo eligere theologum et illi amovibile officium delegare. Si theologus male se gereret, coercendus ille esset nec jus Capitulo denegandum. Praeterea causas recenset, quae, lapsa Capituli fortuna ac deficiente clero, suaserunt poeniteutiarii mnnus theologo imponi. Quod non incongruum, sed opportunitati quandoque et utilitati consentaneum existimavit *Benedictus XIV. in notif. 27. Decb. 1735 n. 57.* et *in lib. 13. de synodo dioec. c. 9. n. 17.* et censuit *Garcias de benef. par. 5. cap. 4. n. 156.*

Multa quae miuus gravia vel magis peculiaria visa sunt in responsionibus ad objectiones Archiepiscopi quoad siugula capita de vicariis, de amovibilitate, de jurisdictione matrimouiali et crimiuali, de censuris, de oeconomis idcirco omittenda censui, ne in tanta rerum varietate praecipuus ordo frequenter perrumperetur: ea tamen ex allegatione ipsa ad integram controversiae explicationem grave non erit Emis PP. depromere.

S. C. iterum resp.: Dilata ad sequentem.

Die 7. Decb. 1861.

Catanen.

Curae animarum. Maxima urgente necessitate causa haec proponitur, uti ex ipsa facti narratione facile comprehenditur. Anno 1860 die 23. Martii diem supremum obibat ecclesiae collegiatae Hadrauensis in Catanensi dioecesi Praepositns prima Capituli Dignitas, cui animarum cura inhaeret; cumque ex fundationis lege, ut apparet, Praeposito deficiente vel absente a secunda Dignitate seu a Cantore eadem animarum cura assumi soleret, hodiernus cantor Montalto sicuti in absentia Praepositi eo adhuc vivente, ita eodem mortuo praefatum ministerium illico exercendum suscepit, in eoque usque ad fiuem subsequentis Maji permansit. Cum enim eodem mense renunciatus esset ab Episcopo Vicarius foraneus illius Collegiatae Canonicus Rosarius Piccione, hic extemplo in medium surrexit ac proprio marte, nt relatum est, Cantorem ab exercitio curae animarum frustra reclamantibus Capitularibus exturbavit. Quare Capitulum solemni emissa protestatione illico apnd Episcopnm institit, ut praefatus Canonicus Piccione ab usurpata cura auimarum removeretur et cantor in suam possessionem rediutegraretur. Ex relatione Capitularium eruitur, laudatum Antistitem prohibuisse Rosario Piccioue, qnominus se amplius in eadem cura immisceret, at ejusmodi injunctio in irritum prorsus cesit. Interim Episcopus die 8. Aprilis ejusdem anni concursum*) ad novum eligendum praepositum parochum praescripserat et subsequenti die 20. Canonicus illius Collegiatae Nicolaus Leauza necnon diacouus Petronio nomen ad experimentum snbeundum penes eamdem curiam Catanensem dederant. Elapsis tamen sex mensibus, imo integro transacto jam anno, concursus adhuc in votis erat, et Episcopus die 29. Martii 1861 e vivis ereptus est, quin post aunnm vacationis Praeposituraе et curae animarum consuluisset. Electo idcirco Vicario capitulari D. Cajetano Asmondo, nihil Capitnlnm immoratum, ut eidem curae provideretur. At Vicarius capitularis die 27. Julii 1861 ad laicam potestatem confugit, ut praeposituram absque concursu conferre valeret; responsum tamen quod ab

*) Vd. p. 326. XXXVII.

ipsis laicis obtinuit mandabat, ut concursum instituerent; et hujusmodi injunctioni Vicarius ille obsequentissimus die 2. Sept. 1861 uovum concursum iudixit.

Contra hunc novum concursum solemnem protestatiouem emisit Canonicos Leanza ex eo praesertim, quod collatio vacantis praepositurae duplici ratione ad Sedem pertineret sive quia prima Capituli Dignitas est sive quia intra sex menses a die vacationis collata non fuerit. Cum vero praefatus Vicarius capitularis quotidie magis spem amitteret praeposituram absque concursu conferendi, rem omnem longius protrahens nullatenus curae animarum hucusque post trium annorum lapsum consuluit. Quare cum ipse nec cantorem in possessionem remiserit nec Rosarium Piccione parochum oeconomum, etsi injuria id fecisset, declaraverit, evenit, ut in civitate 16 circiter millium animarum frequenti parochus adhuc desideretur. Praesertim cum Rosarius Piccione a 14 mensibus ex licentia ipsius Vicarii, ut in actis habetur, absens permanenter sit a loco residentiae.

In hac deploranda parochiae illius calamitate, quae tanta ut nec quoad legitimam matrimoniorum celebrationem provisum sit, Capitulum post plures inutiliter iteratas instantias apud Vicarium capitularem tandem ad H. S. S. confugit, quatnor ad rem dirimendam hinc s. Congregationis judicio propositis dubiis, quae in calce hujus folii describuntur.

Transmissae fuere preces superiori mense Majo ad praedictum Vicarium capitularem, ut audito in scriptis Capitulo referret et Vicarius literis 20. Julii h. a. sequentia retulit: Pendet adhuc in hac archiepiscopali curia judicium, inter Marianum Montalto cantorem Capituli Adernionis et Canonicum Rosarium Piccione Vicarium foraneum ejusdem Communis. Quinque vel ad summum sex Canonici supradicti Capituli sibi vindicant nomen totius Capituli, dum alii se formaliter opponunt susceptae huic liti, ut liquet ex duobus actibus Uscerialibus, ut vulgari idiomate dicunt, insertis in documentis litigantium partium. Interea non possum dicere anticipatim aliquid, nec meam aute tempus revelare opiuionem circa nimis longam petitionem Petrouii-Russo ne me suspectum reddam. Proferre euim debeo sententiam post suffragium Assessorum hujus curiae, penes quam pendens est ut dixi judicium a contendentibus partibus rite inchoatum; quod si pendens judicium adhuc non fuit definitum, id accidit culpa ipsorum, quibus hujusmodi definitionem usque nunc negligere visum est: nam haec archiepiscopalis curia semper fuit prompta et solers quantum ad se spectabat. Videtur igitur rectae rationi consonum, hanc s. Congregationem benigne suspendere actus suos circa id, donec defluiatur judicium, est enim sapientiae hujus s. Congregationis absque justa et extraordinaria causa non avocare sibi lites alibi pendentes, quod cedit in contemptum competentium Magistratuum et jurisdictionalium Tribunalium.

Capitulum Hadranense cum minime invitatum esset a Vicario capitulari, ut scripto suas animadversiones traderet, sponte sua id peregit, easdem animadversiones tum Vicario tum huic s. Ordini transmittens, simulque defensorem in Urbe selegit, qui sua jura in causae propositione tueretur. Et revera paratam hic favore Capituli allegationem mihi exhibuit, in qua fuso calamo agit et de praepositura per concursum conferenda, et de necessitate ut absque mora curae animarum provideatur, necnon de cantore in ejusdem curae exercitio redintegrando per purgationem spolii a Rosario Piccione patrati. Quae omnia tum ex lege fundationis Collegiatae, ex rejudicata quadam et ex constanti observantia tum etiam ex facto ipso spolii evincere contendit.

Deficiente hucusque quacumque Ordinarii Catanensis informatione et voto super universa controversia et super dubiis in specie a defensore Capituli propositis res minime in eo statu reperiri videtur ut judicio Eminentiarum Vestrarum propouatur, praesertim cum ipse Vicarius retinerit pendere adhuc in curia Catanensi judicium a contendentibus partibus (cautore nempe et Rosario Piccione) rite inchoatum. Cum vero in conflictu partium, de quo certum statuere non datur quamdiu protrahetur, quam maxime urgeat gravissimum reparare malum, quod quotidie magis ingravescit, in illa paroeciali ecclesia ob legitimi designati parochi deficientiam meum esse duxi Emtias Vestras rogare, utrum, seposita interim quacumque super merito causae disputatione, necessarium videatur, ut ex providentia hujus s. Ordinis illico praesenti malo remedium aliquod afferatur. Ex hucusque allatis et ex ipsis Vicarii capitularis literis dubitari non posse videtur, legitimum parochum in Hadranensi ecclesia

deesse. Si ergo juxta constitutionem 74. Xisti V. Bull. t. 2. s. haec Congregatio ex officio procedere debet ad abusuum extirpationem in toto christiano Orbe, vix ac factum, nulla etiam mota controversia, ad ejus notitiam deductum fuerit, ceu animadvertitur in aduotationibus secretarii in causa *Lucana diei 1. Septb. 1725*, judicent Eminentiae Vestrae quid in themate statuendum sit, ut oves suum habeant in collegiata ecclesia Hadranensi pastorem. Porro si ex *Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de ref.* debet Episcopus statim habita notitia vacationis ecclesiae, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium . . . constituere, qui onera ipsius ecclesiae sustineat, donec ei de rectore provideatur, naturale et juri consouum videtur, ut negligentia Ordinariorum ex hac parte per hanc s. Congregationem quae Tridentini juris vindex constituta est corrigatur, sive transmissa injunctione Ordinario ut illico oeconomum Vicarium constituat, sive sumpta per se alia quacumque ratione extremae huic necessitati providendi.

Dubia quae Capituli defensor in distribuenda allegatione disputanda proponit haec sunt:

I. An praepositura Collegiatae Hadranensis conferenda sit per concursuum in casu?

II. An et quomodo providendum sit in casu?

III. An Cantor sit reintegrandus in cura animarum ..... in casu?

IV. An constet de spolio ita ut locus sit restitutioni emolumentorum ac damnorum et expensarum refectioni in casu etc.? Ego autem ex officio sequens proponam resolvendum

D u b i u m :

An et quomodo providendum sit curae animarum in casu?

S. C. resp.:

Salvis partium juribus Vicarius capitularis illico deputet in oecouomum curatum probum et idoneum virum exclusis contendentibus, et ad mentem.

Die 20. Sept. 1863.

Quae parochialis ecclesia seu *Plebs* erat in oppido C. ea, Communi (hoc est universitate et hominibus loci) instante Plebanoque consentiente, de Ordinarii licentia in Collegiatam erecta est per instrumentum diei 9. Maji 1501 et Bullam Alexandri Sexti Sa: Me. Plebano Archipresbyteri nomen ac dignitas collata est, sex Capellani Canonici facti sunt: iisque primum Capitulum conflatum est. Commune quod ecclesiae dotationem auxerat juspatronatus Canonicorum activum, Archipresbyteratus vero passivum sibi reservavit. Circa capitulare patrimonium constitutum est, ut illud conficerent tum dos a Communi adsignata quae praebendae loco esset tum ecclesiae bona tum decimae Plebano debitae, tum quarta super parochianorum funeralibus.

Praesentem causam propius attingunt quae de cura, regimine et administratione constituta sunt in instrumento et literis apostolicis, quaeque ita se habeut: »Post vero decessum dicti D. Andreae (erat Andreas iste tunc temporis Plebanus) omnis cura, regimen et administratio dictae ecclesiae et ejusdem seu dicti Capituli bonorumque omnium in temporalibus spectet et pertineat ad Archipresbyterum, Canonicos et Capitulum praefatum. Voluit insuper praefatus D. Vicarius, quod D. Andreas et qui pro tempore erit Archipresbyter dictae ecclesiae, in Canonicos et personas eorumdem habeat superioritatem, praeeminentiam, potestatem et jurisdictionem, quam habent et habere solent Dignitates Principales in collegiatis ecclesiis praefatae Dioecesis, et de jure et consuetudine simili prorsus potestate fungatur«. Haec omnia iisdem fere verbis expressa in Bulla Alexandri Sexti confirmabantur.

Quomodo res hoc in Capitulo ab initio processerint, vix datum est haurire ex visitatione anni 1583. Ordinarius namque eo tempore retulit: »Curam vero quae eidem ecclesiae immiuet animarum dixere omnes spectare ad praefatum Rmum D. Archipresbyterum, Canonicos et Capitulum praedictos, qui omnes unanimiter concordes deputaverunt Sacristam, qui per se solum curam ipsam dictae Collegiatae ecclesiae exercet opere tamen et auxilio unius ex Canonicis pro tempore hebdomadarii. . . . Canonici non habitant in canonica quia ipsa non habetur, sed tantummodo domus quaedam magna pro habitatione Archipresbyteri: qui cum in ea non resideat, ordinavit eumdem cogi et compelli ad continuam et personalem residentiam faciendam in ea«.

Anno volvente 1606 novem erant Canonici in ea Collegiata: sex primi de massa,

tres extra massam. Eo tempore capitularia statuta confecta sunt: et in constitutione VI. *de Hebdomadario faciendo* statutum est: »Ordinaverunt quod Archipresbyter et Canonici teneantur inter eos constituere hebdomadarium, secundum nostrae tabulae formam, incipiendo ab Archipresbytero usque ad ultimum Canonicum inclusive«. Et in constitutione XIV. *de Sacristis*: »Praeterea decreverunt quod Archipresbyter et Canonici sumptibus capituli teneantur eligere et habere duos Sacristas. . . . . ad quos etiam cura animarum parochianorum dictae Plebis et extra C. muros degentium huic nostrae Collegiatae ecclesiae subjectos et concreditos spectet atque pertineat: sed a C. licet pro sacramentis administrandis numquam ambo discedant, nisi Archipresbyteri et Hebdomadarii habito consensu. . . . . At si Archipresbyter et Canonici in eos eligendos non essent concordes saltem pro majori parte, ordinaverunt quod facta bina monitoria etiam diei spatio ab una ad aliam, elapsis sex diebus, Archipresbytero tunc liceat absque Canonicorum consensu eligere Sacristas pro uno anno cum salario et mercede a Massa capitulari extruenda, et talis electio valeat et teneat ac si per Canonicos omnes facta esset prout observatum fuit praeterito tempore, et hoc aperte habetur in constitutionibus nostris antiquis capitularibus hujus ecclesiae.«

Ad quaestionis intellectum praeteriri nequeunt quae leguntur in Constitutione XVII. de testimonialium pro frequentia clericorum ad Sacra subscriptione: »ordinaverunt inposterum hujusmodi testimonalium fidem ab Archipresbytero cum Hebdomadario pro tempore existenti faciendam esse« nec quae prostant in Constitutione XIX. circa Sacramenti Paschalis ministrationem: »decreverunt Archipresbyterum et Canonicos nemini iuposterum parochianorum concedere licentiam ut communionem tunc temporis in alienis ecclesiis suscipiant« nec demum quae scripta sunt in Constitutione XXII. *de domo ecclesiae*: »Praeterea Archipresbyter juxta Visitatoris Apostolici decretum tenetur stare, vivere et habitare in domo ejusdem ecclesiae ibique semper pernoctare, necnon in omnibus dictae ecclesiae praesto esse, atque in animarum cura maxime invigilare et omnibus ecclesiae et populi necessitatibus intercessorem ac religiosum ut decet mediatorem se praebere«.

Ab anno 1642 ad annum 1765 in bullis Archipresbyterorum favore expeditis constanter adjecta est formula: »Eique cura etiam jurisdictioualis imminet animarum super quo inter aliquos lis cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso maneat indecisa«. Dein die 16. Sept. 1787. Ordinarius morem gerens legi cuidam a civili potestate latae jubebat in capitularibus ecclesiis omuibus *in quibus prima Dignitas* (ajebat Ordinarius) *parochiali etiam jure fruitur et spiritualem populi curam habet Canonicos debere in subsidium et dependenter a prima dignitate eam adjuvare in populi servitio et in omnibus parochialibus functionibus.*

Archipresbyterum jurisdictionis parochialis exercitium habuisse apparet ex actibus Visitationum episcopalium dierum 19. Novembris 1804 et 9. Junii 1828 necnon ex edictis concursus sub die 18. Augusti 1851 evulgatis.

Verum postremis hisce temporibus Canonici de massa Archipresbyterum coram S. C. C. in jus rapuerunt se parochos aeque ac Archipresbyterum asserentes, et dubia proponentes tum circa curae animarum exercitium tum circa administrationem rerum parochialium tum demum circa nominationem et jurisdictionem Capellanorum.

Ordinarii informatio Archipresbytero favebat, ea praesertim de causa, quia parochorum pluralitas saepe saepius confusionem gignit ac animarum bono adversatur.

Pluries hujusmodi causa proposita est. Primum in Congregatione diei 27. Februarii 1875 in qua prodiit rescriptum: *dilata et coadjuventur hinc inde probationes:* dein die 4. Septembris, quo Canonicis de Massa instautibus nova dilatio data est per responsum: *dilata post aquas:* demum die 11. Decembris qua resoluta est.

Ea quae fuse in triplici hac propositione hinc inde dicta sunt per summa capita referet nostra.

Ab instrumenti Bullaeque Alexandrinae verbis exordium ipsi ducebant ostendentes omnia Archipresbyterum inter et Canonicos facta fuisse communia, tum ecclesiae bona redditusque, tum curam, regimen et administrationem. Quoad prima namque dictum fuisse: *ad communem massam libere revertantur et pertineant et expectent . . . . pro tempore existenti Archipresbytero dictae ecclesiae et cuilibet ex Canonicis praedictis*, »quod alia

vero«: *omnis cura, regimen et administratio tam dictae ecclesiae in spiritualibus quam animarum parochianorum ejusdem totaliter spectet et maneat dicto Archipresbytero, Canonicis et Capitulo* »Archipresbytero competere tantum relate ad Canonicos de Massa eam *superioritatem, praeeminentiam, dignitatem quam habent et habere solent dignitates principales in collegiatis ecclesiis ejusdem dioecesis de jure et consuetudine.*

Commune curae onus non minus erui ex mandato Visitatoris apostolici de anno 1583, qui inter alia *ordinavit bis saltem in mense Archipresbyterum et Canonicos omnes capitulariter congregari: itaque semper inter eos tractetur praecipue de iis quae spectant ad curam animarum, quae, ut dixere ipsi, Archipresbytero, Canonicis et Capitulo ex officio incumbit*, necnon ex Statutorum capitularium constitutione IX. cui titulus *de Sacristis* in qua dictum est: »*Praeterea decreverunt quod Archipresbyter et Canonici sumptibus Capituli teneantur eligere et habere duos Sacristas presbyteros vita, moribus ac doctrina praeditos, prout est decretum Visitatoris apostolici, ad quos ecclesiae cura animarumque parochorum dictae plebis et extra C. muros degentium huic nostrae collegiatae ecclesiae subjectorum et concreditorum praecipue spectet et pertineat*«.

Nil singulare pro Archipresbytero inducere vel ea Visitatoris verba in quibus loquitur de residentia, vel Coustitutionem XXII. *de domo ecclesiae* quae ad mandatum Visitatoris refertur. Visitatorem dixisse: »*Canonici non habitant in canonica quia ipsa non habetur: sed tantummodo domus quaedam magna pro habitatione Archipresbyteri:* et his verbis residentiae onus omnes pariter gravare indicasse. Archipresbytero illico et immediate residentiam imposuisse, quia pro eo existebat jam *domus quaedam magna.* Pro Canonicis *canonica* non habebatur. Ergo jurium communiouem haud invalidare residentiae onus quod Archipresbyter magnificat.

Posita communione jam solidalem haberi curam inter Canouicos et Archipresbyterum, qui ad eam exercendam Sacristas quotannis eligunt: et nihil superesse quod Canonicis aeque ac Archipresbytero non competat. Canonicos omnes *uti singulos* comparochos esse censendos: Archipresbyterum, ratioue dignitatis, *inter aequales primum* manere.

Nec 1° solidale hoc curae exercitium a Tridentina Synodo improbari, neque 2° expedire solidale hoc jus legitime coustitutum delere. Primum namque quod attinet distinctiones quasdam in jure inveniri. Parochias existere *quae certos non habent* fines, in quibus parochi non habent *proprium populum quem regant:* et in his parochorum pluralitatem admitti non posse. Haberi etiam curas in quibus plures parochi delegantur uti singuli, quos inter si unus rectoris nomine constitutus sit, hic proprie parochus, alii adjutores sunt censendi ut in causa Jurium parochialium *24. Julii 1875.* Sed si nulla in fundatione distinctio reperiatur, saepe eamdem s. Congregationem Concilii pluralitatem parochorum sancivisse — ut in *Romana diei 29. Augusti 1744 et in Ripana Jurium parochial. 25. Novembris 1762.*

Beniguiorem interpretationem esse adhibeudam et fundationem ad unguem servandam, si jurisdictio collata sit in plures naturales personas quae uuam personam juridicam efficiant, ut, puta, in beneficiatorum coetum vel iu Capitulum: quia communis in animarum cura est conditio, et ex ea nulla in jure pluralitas exurgit: jurisdictio vero omnibus competit uti demoustraut *Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 20. et Rota in decis. 225. par. 19. to. 1. Rec.* N. 2. et seqq. *)

*) Praestat Lotteri et hujus s. Rotae decisionis verba referre, ut cum iis auctorum et s. Rotae sententiis quae pro Archipresbytero allatae sunt comparatio institui valeat. Ait itaque Lotter de re benef. lib. 1. quaest. 20. num. 116. seqq., ibi: *Nihil prohibet quominus jus parochiae sit apud unumquemque ipsorum in solidum, exemplo jurisdictionis, quae licet quoad usum et administrationem admittat dividuitatem, tamen quia ipsa jurisdictio est indivisua censetur esse apud singulos in solidum, exemplo servitutum et aliorum jurium individuorum ut ex sententia Innoc. docuit Bart. Soc. Cato. etc. Quoad alteram quae respicit personas est advertendum, nihil in hoc spirituali matrimonio referre an personae illa unicitas sit vera naturaliter vel civiliter, cujusmodi est universitas aliqua: et ideo Capitulum, si quando habet curam hanc ut frequenter contingit, ubicumque non habet praelatum, bene est capax juris istius ut consentit Ordinarius: repraesentat enim personam unicam fictam et ita optime ei committi potest cura et inter ipsum atque ecclesiam contrahi matrimonium hujusmodi spirituale: nam pluralitas personarum hoc casu non consideratur, nisi ad constituendam universitatem: et consequenter personam unicam fictam: nec propterea alius tunc dicitur sponsus ecclesiae sive rector quam ipsum Capitulum et Canonici in universum:* et num. 142. addit: *Quo vero ad alterum (casum) negat expresse Cldradus istos plures habere curam, sed tantum exercitium, etiam quod in eo sint perpetuo intitulati: et prop-*

Quamobrem in decretis *cap. 7. sess. 7. cap. 16. sess. 25. cap. 13. sess. 24.* de reform. nihil adesse quod Canonicis adversetur: immo conceptis verbis pluralitatem confirmari *in cap. 18. sess. 24.* quo concursum in omnibus curatis beneficiis indixit s. Synodus. Et post Tridentinum Concilium s. Carolum Borromaeum tres independentes parochos in una ecclesia constituisse et in oppido Ceriana canonicos decimales cumulative exercentes cum praeposito.

Verum hanc de Tridentini decretis disputationem praeposteram esse et inanem: quia Collegiatae erectio initium habuit anno 1501, scilicet multo ante Tridentinum Concilium: nec deflecti posse ab instrumento et a Bulla Alexandri VI.

Quoad 2um contendebant nihil suadere parochorum pluralitatem esse delendam. Damna et pericula quae ex pluralitate parochorum Archipresbyter confingit in facto non existere: nihil esse promiscuum inter Canonicos qui per turnum cum *Vicario* exercent. Vicarium ad annum electum, si negligens sit, removeri posse. In casu nihil esse quod experientia damnosum ostenderit. Quamobrem rei immutandae opportunitatem ab Archipresbytero allatam exsulare.

Post haec incassum Archipresbyterum opponere, ex statutorum capitularium textu Canonicos omnes ad Sacristas seu Vicarios in curae exercitio eligendos vocari et comparochialitatis jus, quod Canonici de massa uti privativum sibi vindicant, commune esse cum aliis Capitularibus. Responderi enim hoc intelligi *secundum nostrae tabulae formam* sive juxta notam de chorali servitio: minime vero secundum alteram tabulam, in qua *parochialis turnus* pro animarum cura constituitur.

Minus valere quae circa observantiam objicit idem Archipresbyter, qui fundationem et capitulares constitutiones evertens nonnisi legitimae praescriptionis titulo tutus esse posset. Immo observantiam Canonicis opitulari. Quae enim monumenta ab Archipresbytero opponuntur, ac ea inter formulam in collationibus ex anno 1642 ad annum 1765 adhibitam probare rem litigiosam fuisse causamque in aevum suspensam mansisse. Ab anno 1765 eam formulam adhibitam amplius non fuisse. Alia monumenta probare, Archipresbyterum pari modo ac alios Canonicos de massa missam pro populo persolvere et decimas exigere. Administrationem Sacramentorum expletam invenire a Vicario *pro Reverendissimo Capitulo:* funerum aliosque paroeciae proventus communes esse. Haec omnia validissimum praebere jurisdictionis fundamentum: cum emolumentorum perceptio et Missae pro populo celebratio hodie etiam servata absque parochiali jurisdictione intelligi nequeant.

Quae saecularis potestas egit ut Collegiatae hujus fundationem everteret, nullo in pretio esse habenda. Capituli jurisdictionem eodem semper modo vignisse. Vicarios ad curae universae exercitium a collegio eligi *ad annum:* idque a Canonicis fieri non posse sine omnimoda jurisdictione. *Piton. Discept. eccl. 104. n. 36., Pignatell. Cons. 24. n. 3. 1.*

Ceterum et ipsum haberi confitentem Archipresbyterum, quia cum ipse admittat ex fundatione, administrationem cum Canonicis de massa esse communem, cumque de administratione in instrumento fundationis eadem verba adhibita fuerint ac de jurisdictione spirituali, nequit diversimode alteram ab altera judicari sed vel utramque communem dicere oportet vel utramque privativam. Jamvero fundationi rectaeque rationi congruere quod communis utraque sit: privativum Archipresbyteri jus nihil habere in quo fundamentum ponat.

Factorum chronologiam sequutus Archi-

terea infert in istis locum habere textum in cap. De multo de praeben.: et in cap. licet de elect. in 6. cui ego assentiri nulla ratione valeo. Nam si isti in ipsa cura sunt perpetuo intitulati cum transfusione jurium parochialium idest decimandi et funerandi penes illos unicum quem perpetuo supponimus sponsum, utique nihil remanet praviter habitum originalem: cura autem ipsa tam habitu quam actu transfusa censetur in istos quantumcumque plures, quod nullam absurditatem continet, sed valde est conforme juri communi secundum cujus regulas, si cura semel apud unum habuit originem et mox devenit in plures habitu in solidum est apud singulos quamvis non actu, ut docent omnes in cap. Prudentiam de offic. deleg. ita ut unicitas illa originaria perpetuo in omnibus illis repraesentetur, quia funguntur vice unius. S. Rota autem in decis. 225. part. 9. recent. num. 2. et seqq. haec statuit: *Juri non repugnat quod duo vel plures non possint esse in solidum curati in cap. non ignoret Joan. Andr. etc. de praebend. et dignit. penes quos vere et realiter dicitur residere ommimode cura actualis et habitualis, pro qua habenda non est necessaria formalitas sponsi sed sufficit titulus perpetuus absque dependentia ab alio Parocho: hoc enim casu isti plures, licet non sint sponsi, tamen repraesentant sponsum, nempe parochum et de caetero vere habent curam ipsam omnimodam.*

presbyter tres epocas constituebat: alteram a fundatione ad Visitationem Ordinarii de anno 1583: alteram a Visitatione ad leges saeculares anni 1787; tertiam demum ab anno 1787 ad praesens. Ab actibus fundactionis incipiens animadvertebat: tum in instrumento tum in Bulla Alexandri VI. qua instrumentum in omnibus et per omnia confirmatum est, dictum fuisse: »*curam, regimen et administrationem tam dictae ecclesiae in spiritualibus quam animarum parochianorum ejusdem totaliter spectet et maneat dictis Archipresbytero, Canonicis et Capitulo*«. Atque his verbis jam in primo fundationis limine eam jurisdictionis communionem excludi quam Canonici tuentur. Etenim (arguebat) si omnia communia Canonicos inter et Archipresbyterum esse debuissent, ociosa fuisset illa verborum conceptio *Archipresbytero, Canonicis et Capitulo* qua tres personae in Collegiata C. distinctae fuerunt: singularis prima, morales aliae: singularis primo loco, morales quasi in complementum ac adjutorium primae. Quamobrem cum nihil inane vel inconsideratum in instrumento et Bulla Apostolica reperiri retinendum sit, sequitur: distinctionem quae circa Archipresbyterum locum habuit verum ac realem primatum significasse: atque Archipresbytero primo singularique loco posito aliquid spectare quod caeteris de Massa Canonicis non competit.

Haec (prosequebatur ipse) confirmantur non minus ex facto quod Archipresbyter Plebani loco positus fuerat et diguitas renunciatus et duplici praebenda ditatus, quam ex jure communi quia Archipresbyter *qua talis* parochialem jurisdictionem exercere debet ad tradita ex *Rotae decis. 135. cor. Celso n. 11:* »*Non obstat quod cura animarum spectet ad Archipresbyterum, quia id procedit de jure communi*« et ex Sacra Congr. Conc. *in causa Ferulana Jurium paroch. et praecm. 27. Aprilis 1776* in qua scriptum est: »*Primus namque presbyterorum est Archipresbyter, qui aliis presbyteris praecst et curam habet animarum, ad text. in cap. off. 3. cap in fin. et toto tit. de off. Archip., Barbosa in collect. DD. lib. s. Decret. tit. 24. de off. Archip. cap. 3. num. 1. et seqq., Gonzal. lib. 1. Decret. tit. 24. de off. Archip. cap. 1.*

Verum nis opus non esse cum in instrumento et Bulla aperte dictum fuerit: »*voluit insuper quod praefatus D. Andreas et qui pro tempore erit Archipresbyter dictae ecclesiae in Canonicos et personas eorumdem habeat superioritatem, praeeminentiam, potestatem et jurisdictionem quam habent et habere solent Dignitates Principales in collegiatis ecclesiis ejusdem dioecesis*«. Nec est objiciendum haec ad Dignitatem Archipresbyteri pertinere et tantum relate ad Canonicos et personas eorumdem, non relate ad jurisdictionem parochialem: quia hoc ipso, si Canonici sunt parochi, Archipresbyter qui jurisdictionem, superioritatem et praeeminentiam in Canonicos habet parochis praeesse debet: et solidalis excluditur ac communis jurisdictionis participatio.

Haec de modo interpretandi actus fundationis. Et ad secundam epocham descendens innuebat: in mandato Visitatoris apostolici plenissimam contineri hujus interpretationis confirmationem: quia licet repetatur a Visitatore omnes dixisse curam et jurisdictionem spectare ad Archipresbyterum, Canonicos et Capitulum; nihilominus cum sermo est de residentia haec quae pro Canonicis indifferens esse non poterat si parochi fuissent ea Archipresbytero imponitur et pro Canonicis manet indifferens. *Canonici non habitant in Canonica quia ipsa non habetur, sed tantummodo domus quaedam magna pro habitatione Archipresbyteri, qui cum in ea non resideat, ordinavit eumdem cogi et compelli ad continuam et personalem residentiam faciendam in ea.* Si exercitium parochiae commune fuisset et per turnum, per turnum in parochiali domo residere debuisse etiam Canonicos, sed cum unus Archipresbyter ad residentiam compelletur, dicendum esse ipsum vere parochum fuisse: et residentiae onus jurisdictionis parochialis exercitium secum tulisse, quia residentiae obligatio parochis et animarum Rectoribus imponitur ut ait *Barbosa de off. et pot. parochi part. 1. cap. 8. n. 1. et de Murga de benef. quaest. 10. n. 283. et seqq.*

Visitationis interpretationem aliam esse nequire haberi ex Statutis capitularibus anno 1606 confectis: ac praesertim ex *Constitutione XXII. de domo ecclesiae*, qua cautum fuit: »*Praeterea Archipresbyter juxta Visitatoris apostolici decretum, nisi aliter a superioribus permissum sit, tenetur stare, vivere et habitare in domo ejusdem ecclesiae ibique semper pernoctare necnon in omnibus dictae ecclesiae praesto esse et in animarum cura maxime invigilare, in omnibus ecclesiae et populi necessitatibus intercessorem ac religiosum*

ut decet mediatorem se praebere«. Hujusmodi constitutione quae unum respicit Archipresbyterum satis superque ostendi ipsum revera esse actualem Collegiatae parochum.

Nec praeteriri posse, quod quoties de Canonicis vel de Hebdomadario sermo fit semper Archipresbyter primo loco ponitur et dicitur: *Archipresbyter et Canonici, Archipresbyter et Hebdomadarius*: idque inexplicabile esse, si admittatur cum Canonicis, Archipresbyterum eosque relate ad curam animarum in eadem conditione versari.

Ab anno 1642 ad annum 1765 constantem reperiri prò Archipresbyteris jurisdictionis mentionem, in literis apostolicis eorumdem Archipresbyterorum favore expeditis: eamque in verbis *ibique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum super quo inter aliquos lis cujus statum praesentibus haberi volumus pro expresso maneat indecisa*. Ignotum esse quaenam fuerit haec lis: sed certum esse jurisdictionalem animarum curam Archipresbyteros possedisse. Neve probationes desiderari exercitii, cum producantur actus matrimoniales ab anno 1726 ad annum 1874 exclusive inter Archipresbyterum et curiam episcopalem expleti.

Ad tertiam epocam tandem accedens et ad odium removendum quod Canonici contra actus civilis potestatis ab Episcopo eo tempore sequutae cumulare solebant, praemonebat: quoad Collegiatam C. nihil immutatum fuisse, siquidem saecularis decreti finis erat unam personam in unaquaque paroecia quae jurisdictionem parochialem haberet constituere: ea autem persona unica in Collegiata C. jam existebat et erat Archipresbyter. Et revera sequenti tempore unicum habitum fuisse parochialem jurisdictionem exercentem Archipresbyterum, deprehendi ex actibus Visitationum quas annis 1804 et 1828 Ordinarii peregerunt. Anno namque 1804 in relatione Ordinarii dictum fuisse Archipresbyterum C. habere obligationem curae animarum: et anno 1828 relatum legi: »Insigni Collegiatae C. qua parochiae Archipresbyterum parochiam adstare, qui quovis die Dominico populo evangelium explicat, missam parochialem celebrat et populum quovis festo die catechismum docet. Ipse duos Capellanos ordinarie adjutores habet et necessitate cogente Canonicos omnes de massa et extra massam«.

Demum sibi opitulari tum edicta concursus ad Archipresbyteratum, quibus nunciatum est vacare Archipresbyteratum *cum cura animarum:* tum ipse concursus, tum collationis literae, in quibus sermo fit de Archipresbyteratu cum cura animarum.

Contra haec nihil facere quae a Canonicis opponuntur de hebdomadariis, de missa pro populo, de perceptione decimarum, deque formula *parochus pro Rmo Capitulo* in quibusdam parochialibus actis adhibita saeculo praeterito. Etenim quod hebdomadarii electionem respicit ex Constitutione VI. constare hebdomadarium eligi ab omnibus Canonicis et ex omnibus Canonicis, qui editarum constitutionum tempore jam non amplius sex tantum, sed novem erant. Cumque quaestio sit de parochiali cura quam Canonici de Massa sibi vindicant eosque non excedit, nequire illis tantum opitulari jus universo Capitulo competens. Jamvero Capitulum professum fuisse nolle parochialibus negotiis sese immiscere.

Missae pro populo celebrationem esse decimarum quas percipiunt correspectivum: et decimis cessantibus Canonicos de massa amplius missam pro populo non celebrasse. Hanc missam quam ad turnum Canonici et Archipresbyter vel per se vel per alios celebrant plane diversam esse a *missa parochiali* quae die dominico stata hora populo celebratur et constanter ab Archipresbytero. His accedere quod Archipresbyter catechismum populo explicat, matrimonia contrahit vel capellanos ad ea contrahenda delegat; quae omnia ostendunt sibi non Canonicis curae exercitium pertinere. *Rota decis. Recent. part. 7. decis. 216. n. 10. et seqq.**)

Formulam quibusdam in actis parochialibus existentem *parochus pro Rev. Capitulo*

*) Ait s. Rota in decis. citata »Quod autem dicti actus possint dici tacti ab ipsis Presbyteris tamquam dependentibus et deputatis ab eodem Archipresbytero, constat ex datis in Summario . . ., unde eo magis infertur ad excludendam residentiam curae penes dictos presbyteros uti collegium et quod ab eis exerceatur nomine proprio: siquidem si ipsi essent curati, non indigerent particulari approbatione ad audiendas confessiones sed requireretur instutio autorizabilis Ordinarii pro eorum administratione in ista ecclesia et eo ipso haberent facultatem administrandi Sacramenta prout habet Archipresbyter absque speciali approbatione et licentia, tam attenta dispositione juris communis. Quibus accedit quod solus Archipresbyter tempore paschali distribuit et colligit bullettinos impressos cum suo nomine, contrahit matrimonia, describit baptizatorum et mortuorum nomina quae omnia probant ad illum non ad presbyteros animarum curam spectare.«

Canonicis de massa nihil conferre, quia verbum *Capitulum* novemdecim Canonicos comprehendit non sex tantum Canonicos de Massa: dum nihil detrahit Archipresbytero qui habitualem curam in Capitulo residere confitetur sibique actualis curae liberum exercitium reservandum esse contendit.

Juris theorias quod spectat, nemini notum non esse parochorum pluralitati jus canonicum adversari. Alexandrum III. Januensi Episcopo scripsisse »*quod una ecclesia unius debeat esse Sacerdotis*« idemque reperiri in Capite *sicut* quaest. 2. et in Cap. *in quibus* quaest. 1.: *sicut in unaquaque ecclesia unus debet esse presbyter, ita ipsa quae sponsa vel uxor ejus dicitur non potest dividi inter plures*. Afferebat quoque opinionem *Card. de Luca Miscell. eccl. disc. 1. n. 117.**) et s. Concilii C. responsa in causa Senogallien. *Jurium paroch. et praecm. 17. Novembris 1753***) et in alia recentissima *Jurium parochialium 24. Junii 1875.*

*) Praestantissimus Card. de Luca in miscell. eccles. disc. 117. haec tradit: »Ex eadem quoque ratione ad ejusdem Concilii Tridentini et Constitutionum Apostolicarum praescriptum, pluribus quoque s. Congregationis decretis ita praecipientibus, ubi totius populi vel alicujus partis cura ratione unionis vel antiquae consuetudinis Cathedralis vel Collegiatae ecclesiae Capitulo seu alteri Regularium aut Saecularium clericorum universitati incumbat, non laudatur ut cura penes omnes Canonicos vel clericos existat ac promiscue exerceatur.«

**) Causa *Senogallien. Jurium parochialium et praeeminentiarum* 11. Augusti 1753 ita refertur in Thesauro s. Congr. Conc.: »Parochialem ecclesiam terrae sancti Viti in Collegiatam erexit anno 1673 Summus Pontifex Clemens X. institutis in ea Archipresbyteratus dignitate, sex canonicatibus et duobus Capellanis, pro dote vero constitutis omnibus et singulis juribus, fructibus, redditibus, obventionibus, emolumentis et bonis quibuscumque antiquae Parochialis, quae omnia ancloritate Apostolica univit et applicavit Capitulo, data Archipresbytero cura animarum. Tribuit quoque Capitulo jura respicientia conservationem ecclesiae, stipendia capellanorum et aeditui, regimen denique et curam Parochiae, sequenti anno 1674 episcopali auctoritate compactae fuerunt constitutiones quas observare deberent Archipresbyter et Canonici et in iis, juxta Clementinam Constitutionem, omnia, quae ad antiquam parochialem ecclesiam spectabant, facta fuerunt communia inter Canonicos et Archipresbyterum, sive res esset de honoribus sive de oneribus sive de emolumentis aliisque juribus universis. Ita pariter omnia haec communia declarata fuerunt in transactione quae post longam litem actam inter Archipresbyterum et Canonicos inita fuit anno 1703: et quia ad Capitulum spectabant tam onera quam obventiones et emolumenta, ideo anno 1690 definitum fuit, neque Archipresbytero neque capellanis licere aliquid sibi retinere ex incertis curae, in detrimentum Canonicorum.«

Circa administrationem rerum capitularium et parochialium concedebat cum Capitulo conferri debere, superioritate sibi reservata: circa vero Capellanorum seu Vicariorum jurisdictionem mordicus contendebat: dato quod Archipresbyter ipse sit qui actualis curae exercitium habet, ipse quoque esse debet qui Capellanis jurisdictionem communicet pro opportunitate eosque a se dependentes habeat. Canonicos de massa eousque hostilitatem pellere, ut velint potius Capellanos a se nominatos veros Vicarios

Ex dispositione igitur sive Clementinae Bullae sive Constitutionum Capitularium sive transactionis initae inter Archipresb. et Canonicos ad haec usque tempora servata fuit consuetudo, ut nullum esset Archipresbytero jus privativum; nullae siquidem in ambitu Parochiae ecclesiae Collegiatae actae sunt ecclesiasticae functiones sine venia Capituli et Sodales ss. Sacramenti, qui sacras pompas seu Processiones ducere voluerunt, non ab Archipresbytero, sed a Capitulo veniam impetrarunt et exortis inter eosdem Sodales et Capitulum litibus quae sopitae fuerunt, non Archipresbytero, sed universo Capitulo reservatum fuit jus agendi Processiones et Sacrum canendi. Ita pariter si quis sepulchrum extruere voluit, non a solo Archipresbytero sed ab universo Capitulo facultatem obtinuit, neque ipsae parochiales functiones in funeribus et matrimoniis actae semper sunt a Capitulo, sed etiam a Canonicis. Hanc tamen inter Canonicos et Archipresbyterum tranquillitatem et unitatem turbavit nuper petita a Patribus Conventualibus facultas ducendi processionem in honorem sancti Antonii quae nunquam antea ducta fuerat: Episcopus enim eam indulsit, *quia nihil in contrarium invenerat et facto verbo cum Parocho* Patres a Capitulo veniam postularunt et obtinuerunt. Id aegre tulit Archipresbyter qui hac de re questus est apud Eminentissimos Patres. Ex his quaerelis nova emerserunt controversiarum capita, quae omnia XIII dubiis complexa sunt. Dubia erant:

I. *An Cura habitualis ecclesiae Collegiatae sancti Petri Montis sancti Viti resideat penes Capitulum seu potius totaliter et privative illa resideat conjunctim cum actuali penes Archipresbyterum in casu?*

Et quatenus affirmative quoad primam partem et negative ad secundam,

II. *An idem Archipresbyter possit independenter a Capitulo exercere curam animarum omniaque disponere illam respicientia in casu?*

III. *An sine consensu et licentia Archipresbyteri ad formam tamen assertarum conventionum Canonici possint baptizare*, matrimoniis *assistere aliaque munera parochialia exercere in casu?*

Alia dubia omittimus utpote a casu nostro aliena. Post binam dilationem in Congregatione diei 17. Novembris 1753 responsa data sunt

Ad I. *Affirmative ad primam partem negative ad secundam.*

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. *Servetur consuetudo.*

amovibiles constituere cum facultatibus omnibus, quam Archipresbyterum verum parochum confiteri, quocum isti conferant de rebus parochiae et cujus sub directione ministerium exerceant.

His aliisque pro utraque parte in triplici certamine fuse deductis sequentia proposita fuere

D u b i a:

I. *An Archipresbyter et sex Canonici de massa aequali modo jurisdictionem et animarum curam exercere debeant seu potius Archipresbytero tantum exlusive ea competant in casu?*

II. *An absque voto Canonicorum de massa Archipresbyter rerum parochialium administrationem gerere possit in casu?*

III. *An Capellani in vim simplicis nominationis et electionis habeant spiritualem administrationem et jurisdictionem in casu?*

Et quatenus negative,

IV. *An et a quo recipiant in casu?*

S. C. C. die 11. Decembris 1875 causa cognita respondit

Ad I.: *Curam habitualem esse penes Capitulum et sex Canonicos esse Concuratos, dependenter quoad exercitium ab Archipresbytero, juxta formam ab Episcopo determinandam, inspectis institutione, constitutionibus capitularibus et legitima consuetudine.*

Ad II.: *Circa bona temporalia, proventus et emolumenta administrationem esse penes Capitulum: in reliquis provisum in primo.*

Ad III. et IV.: *Capellanos seu Sacristas indigere expressa episcopali approbatione, et in reliquis provisum in primo.*

Ex quibus colliges:

I. In casis circa jurium parochialium extensionem ac exercitium a fundatione, a constitutionibus ac legitima consuetudine judicanti normas esse hauriendas.

II. Nihil prohibere quod in ecclesiis Cathedralibus vel Collegiatis cura habitualis maneat penes Capitulum, actualis vero independenter a Capituli dignitate exerceatur.

III. Hujusmodi regimen post Concilium Tridentinum Sacram Concilii Congregationem praeferendum duxisse, quoties fundationis peculiares leges ac consuetudo aperte non obsisterent, ut confusio ac dubia praesertim circa matrimoniorum validitatem removerentur.

IV. In casu hyerarchicum ordinem servari ac quaestionum vel confusionis periculum abesse, statuta sex Canonicorum ab Archipresbytero dependentia.

V. Modum vivendi inter Canonicos et Archipresbyterum Episcopi consilio remittere sapientissimum fuisse; cujus est gregis sibi commissi necessitates propius cognoscere mediaque proponere quibus illis satisfieri possit.

VI. Pro Capellanis seu Sacristis qui parochiale ministerium exercere debent nudam Capituli nominationem non sufficere: sed expressam Episcopi approbationem pro illis necessariam esse.

Capitulum ecclesiae Collegiatae M. s. Concilii Congregationem adivit supplici libello exponens: curam animarum habitualem apud Capitulum residere; ex immemorabili consuetudine, quum Capitulum vocetur ad aliquam cadaverum associationem, jus benedicendi atque stolam induendi pertinere ad primam dignitatem functioni praesentem; deficientibus omnibus Dignitatibus ad Canonicum seniorem, minime vero ad parochum vel ejus coadjutorem.

Vacante Archipresbyteriali paroecia, quae illius ecclesiae prima dignitas est, Sacerdos G. Oeconomus Curatus renunciatus est; qui apud Ordinarium reclamavit recognoscere nollens hanc consuetudinem. Episcopus, inaudito Capitulo, decreto extrajudiciali diei 18. Novembris 1875 absolvum declaravit actum quemcumque a quolibet illius loci presbytero gestum jussitque solum Archipresbyterum curatum, et nunc vacante paroecia, Oeconomum Curatum vel ejus coadjutorem ab eodem delegatum induere debere stolam in associatione cadaverum, benedictionem impertiendo in defunctorum domibus, observatis Ritualis Romani et praxeos ecclesiae praescriptionibus.

Capitulum, quum ferre nollet propria jura laesionem capere, petiit a. s. Cong. Concilii ut dictum revocaret decretum, declarando servandam esse praefatam consuetudinem.

Congregatio Concilii super hanc rem informationem quaesivit ab Episcopo, qui mandatis morem gerens respondit: Praetensa jura Capituli omni juridica basi carere; curam animarum non esse habitualem et penes Clerum, sed esse actualem et pertinere ad Archipresbyterum curatum, primam Capituli dignitatem. Capitulares numquam sese ingesisse in rebus paroeciae; proinde consuetudinem allatam haud existere nec principium habere potuisse.

Ritualis Romani praescriptiones et s. Rituum Congregationis decisiones pugnant contra parochorum pluralitatem in eadem paroecia; ideoque praetensa Capitularium jura proprio pondere ruunt; quia omnes unius paroeciae parochos esse praesumunt. Neque tacendum omnes longe aufugisse, uno dempto Oeconomo, quum populus morbo afflictaretur cholerico, maxima cum admiratione et fidelium scandalo, quin praetensa jura parochialia curarent; dum ex charitate saltem tenebantur adesse moribundis et fero morbo exercitiatis.

Stolae usus et Cadaveris benedictio, etsi Capitulum Collegiatae ecclesiae accedat ad funus, ad Oeconomum Curatum spectare videtur; eoquod sacerdos G. paroeciae rite gubernandae causa subrogatus atque substitutus fuit ab Episcopo, Archipresbytero e vivis elato. Atqui tralatitium in jure est subrogatum de jure succedere in locum ejus, cui subrogatur in commodis aeque ac incommodis, *l. 1. c. de offic. Vic.* eodemque jure et privilegio utitur et ut eleganter dixit Bald. *in L. Parabolonos C. de Epis. et Cleric. n. 1. et 2: Ille qui est subrogatus debet esse ejusdem juris et conditionis, cujus est ille, in cujus locum subrogatur.* Quare haud ambigendum est Oeconomo Curato praestandum fore eumden honorem eamdemque praecedentiam, quae Archipresbytero in praedictis functionibus conceditur, *Samuel de Sepultur. tract. 1. disp. 3. contr. 2. n. 11., Gratian. discept. forens. 298. n. 84.*, Rota *in Sutrina Praecedentiae 4. Februarii 1713* § *Separatis in fin. cor. Lancetta.*

Neque exigitur ut in subrogato concurrant caeterae qualitates subrogantis ad affectum gaudendi iisdem praerogativis, quia in his terminis non attenditur majoritas vel minoritas personae, sed functio, exercitium actus et indumentum sacrum ad effectum habendi praecedentiam attenduntur, quae regulariter debetur in iis, in quibus subrogantem repraesentat; Felin. *in cap. Cum olim. n. 1. de offic. deleg.*, Gratian. *discept. forens. 298. n. 4.* Hinc est quod minus nobiles praefernntur nobilioribus ac dignioribus ratione actus competentis ex officio et in illius exercitio, *l. 1. c. de offic. Vicar. Felin. in rubr. de major. et obed. n. 2.* Adeo ut simplex Capellanus Curatus amovibilis ratione officii praecedere debeat aliis Sacerdotibus aetate ac promotione antiquioribus ex declaratione s. Congregationis Rituum in Nucerina 16. Aprilis 1644. Imo ipse Capellanus faciens officium cum superpelliceo et stola praecedit etiam ipsi rectori ecclesiae cui inservit. *Nucerina Paganorum 11. Julii 1637 s. Rituum Congregatio censuit, Sacerdotem Capellanum seu Portionarium in Parochiali facientem officium cum cotta et stola debere habere et primum et digniorem locum in choro, etiam supra proprium rectorem, non obstante contraria consuetudine.* Hoc ipsum censuit *in Maceraten. 10. Junii 1656.* Eadem ratione ipse Episcopus assistens cum Cappa Vesperis solemnibus thurificatur post celebrantem juxta caeremoniale lib. 2. cap. 2.

Communis autem Doctorum opinio est, quod in processione funebri in qua parochi incedunt tamquam Praelati atque Pastores praecedere semper omnibus debeat proprius parochus et ab illo privative quoad alios exercendi sunt omnes actus jurisdictionis qui ob eamdem occasionem explentur sive in domo defuncti, sive per viam, sive intra ecclesiam parochialem, ceu pluries resolvit s. Rituum Congregatio, et praesertim in *Aversana 15. Septembris 1640, in Novarien. 21. Septembris 1681, Barbosa de paroch. cap. 9. n. 11. et cap. 26. n. 74.**)

Atqui delatio stolae in processione funebri signum est parochialis officii et jurisdictionis ceu eruitur ex adductis s. Con. Rituum resolutionibus et ex s. Rota *in Nullius seu Montis Cassinen. Manutentionis* super delatione stolae 22. Junii 1714 § *Merito cor. Ansaldo, Monacell. formul. legal. tom. 2. tit. 13. formula prim. n. 77.* Ergo nemo inficias ire poterit, quin illa a proprio parocho sive illius Oeconomo privative deferenda sit cum omnimoda praecedentia supra quoscumque, ut uno ore tuentur Barbos. *de offic. et potest. parochi part. 3. cap. 26. n. 7*, de Luca *de praeeminent. disc. 43. n. 3.* Et jure optimo; nam eo ipso quod quis sit constitutus parochus aut Oeconomus debet administrare suo populo non solum sacramenta, sed ea etiam, quae ex suo munere ipsis sacramentis sunt adnexa, ratione exercitii curae animarum. Officium autem funeris et administratio sacramentorum sunt invicem adnexa tamquam ordinata ad ea, quae debentur morituro ac defuncto ex officio pastorali. Constat autem quod jus ministrandi sacramenta pertinet ad parochum seu Oeconomum quoad omnes, qui sunt in ipsius parochia; ergo ad eum-

*) Vd. *Process. funebr., stola* in decret. S. R. C. Edit. Mühlbauer.

dem pertinebit jus peragendi officium. Praeterea officium funeris inter sacramentalia recensetur: ast Suarez in *3. par. D. Thom. disp. 15. sect. 2.* in fine ait: pertiuere sacramentalia administrare ad eum ad quem spectant sacramenta. Sacramenta autem ministrare ad solos parochos spectat ex *Trid. sess. 24. cap. 13. de ref.*

Frustra convolat Capitulum ad cousuetudinem pro tuendis suis jnribus, quia Pius IV. constit. *In Principis Apostolorum* statuit habeudas esse ceu abusus atque corruptelas omnes consuetudines adversus parochialia jura.

Capitulum ex opposito autumat sibi competere jus de quo agitur tum vi curae habitualis penes ipsum residentis, tum vi immemorabilis cousuetudinis. Curam habitualem animarum esse penes seipsum eruit ex quodam curiae decreto diei 18. Novembris 1779 edito occasioue qua duo Sacerdotes aspirantes ad recipiendam in Collegiata ecclesia participationem, advenieute tempore admissionis, ac adimpleto servitio jnxta statuta, petieraut admitti ad exameu, tam quoad doctriuam quam quoad requisita. »Visis actis examinis Sacerdotum .... adspirantium ad admissionis participatiouem in ecclesia Collegiata receptitia cum cura animarum .... perpensis ipsornm adspirantium qualitatibus et requisitis, quae majori studio atque exercitatione indigent, ut provectiores ac ecclesiae Dei utiliores reddautur et maximo sint adjumento populo in cura auimarum, dicimus .... ad participatiouem supradictae ecclesiae .... esse admitteudos adveuiente tempore admissiouis de more illius ecclesiae. Verum post aunum melius instructi redeaut ad novum exameu .... ut perspecto eorum profectu in studiis et ecclesiae servitio possiut deputari ad catecheses in ecclesia faciendas aliasque fuuctiones parochiales absolveudas pro couscieutiarum directione animarumque salute ....« Imo subdit eodem decreto vetitum fuisse Capitulo iuservientes etiam absoluto servitio ad participationem admitti, nisi prius exhibuissent »ipsi Capitulo, praeter alia consneta requisita quoad servitium, etiam literas declaratoriales .... Curiae de idoneitate et habilitate petentium.« A quo documento duo colligi posse censuit Capitulum; primo nempe curam animarum esse habitualiter peues Capitulum; secundo singulos participantes ex eisdem consequeuter habiles esse debere ad catecheses in ecclesia faciendas aliasque functiones parochiales absolveudas pro conscientiarum directione auimarumque salute, etsi Parochus aut Oeconomus Curatus aut alius de ejus mandato curam auimarum retineret.

Hoc posito nil mirum, si Capitulum ab initio sibi reservarit uuum ex juribus parocho competeutibus, juxta ss. Canones, nempe jus stolam indueudi uigram in funeribus pro prima Dignitate aut pro Canonico seniori atque cadavera benediceudi, quum associationibus intersit vel Capitulum totum vel ejus pars.

Pro uihilo autem habeudas esse praescriptiones Ritualis Romani, Constitutionem *Apostolicae Sedis* s. Pii V., ex adversa parte adductas, quia in themate parochus defuncti est ipsum Capitulum. Quod si ita sit, haud repugnare potest, interveniente Capitulo, Digniorem stolam induere simulque cadaver aqua arpergere benedicta. Eo vel magis quia consuetudo immemorabilis Capitulo favet. Et ideo Capitulum ad secundum descendens argumentum ait, etiamsi consuetudo istaec esset *contra jus*, proprium jus haud nutaret. Nam consuetudo coutra jus vim legis habet si rationabilis sit et legitime praescripta. *) Rationabilis habetur si jnri naturali aut diviuo nou adversatur nec a jure canonico reprobatur nec occasionem peccandi praebeat Suarez *lib. 7. de leg. cap. 6. n. 10.* Legitime praescripta dicitur consuetudo si habeat frequeutiam actuum, quibus inducatur, voluntatem ejus induceudae in illis, qui eam servare debeut, consensum sive explicitum sive tacitum legislatoris, diuturnitatem temporis, quod in consuetudine contra jus esse debet 40 aunorum. *Cum haec servata sunt, non modo consuetudo legi vim adimit, sed etiam vim tantam habet, ut recentiori lege non derogetur, nisi id nominatim conscriptum cautumque sit.* Devoti *Inst. can. lib. 1. cap. 2. § 50.* Haec omnia adesse in consuetudine de qua agitur, asseruit Capitulum; actuumque frequeutiam per viginti testes fide dignos probavit. Deponunt enim de visu, id ab immemorabili observatum fuisse atque fatentur, id a majoribus audivisse. De Luca *Adnotat. ad Conc. Trid. disc. 11. n. 12. de Decim. disc. 7. n. 3.*

Hisce hiuc inde animadversis propositum fuit dirimendum

*) Vd. *p. 746. n. 22. 23. etc.*

D u b i u m:

An Decretum Curiae O. sit confirmandum vel infirmandum in casu?

Coucilii s. Congregatio, sub die 22. Septembris 1877, censuit respondere: *Dilata et coadjuventur probationes, praesertim super asserta cura habituali et consuetudine.*

Ut utrumque perficeret Capituli orator sategit. Ad evincendam curam habitualem usus est verbis ipsius Ordinarii, qui die 12. Julii anni 1854 Capitulo scribens super quadam quaestioue iuter alia ait: quum Cura posita sit super Capitulo isto, quod debitam congruam praebet Archipresbytero. ..... Et melius in alio epistolio ejusdem anni: »In Collegiatis ubi prima dignitas talis est uaturae, (cui nempe aduexa est animarum cura) cura auimarum posita est in Capitulo ....« Ergo concludendum est talem curam habitualiter esse peues Capitulum, in exercitio actualiter Archipresbyteri«.

Quoad cousuetudinem, ait defensor Capituli, probatam fuisse testimonio plurimorum in prima propositione; eamdemque rationabilem dicit, prouti descendentem ex habitualitate curae in Capitulo resideuti. Si dicta nou reputentur satis, exorat defensor, ut formale examen jubeatur praevio juramento tam ipsi Oeconomo qui duodecim abhinc annis officium parochi implet quam ipsius substitutis, ad evinceudum au consuetudo de qua agitur unquam coutroversa vel suspensa vel ablata fuerit.

Hisce etiam perpensis sequens enodandum propositum fuit

D u b i u m:

An decretum Curiae O. sit confirmandum vel infirmandum in casu?

Cui s. Concilii Congr. sub die 15. Junii 1878 respondit:

Decretum esse infirmandum.

Ex quibus colliges:

I. Apud Capitula Cathedralium atque Collegiatarum reperiri posse, ex fundatione, curam animarum; quae a canonistis in curam habitualem et actualem dividitur: ita tameu ut apud siugulos sit cura habitualis, apud unum vero sit cura actualis pro ejus exercitio.

II. Contra jus haud agere videri Capitulum, cui insit animarum cura, si ab initio aliquod ex juribus parochialibus sibi reservaverit, dum unum deputavit ad exercendam curam actualem.

III. Proinde in functiouibus atque juribus quae sibi reservat ueque suo vicario confert, Capitulum habendum esse ceu proprium parochum ita ut singuli *) praebeudati rite valeant curam animarum exercere quoad illas functioues et jura parochialia sibi reservata.

IV. Existentiam Curae habitualis penes Capitulum eviuci per institutionem vicariae perpetuae; praecipue si congrua pro Vicario statuta desumatur ex redditibus Capituli.

V. Quapropter si dignior Capituli in themate stolam induit et aqua benedicta cadavera aspergit, agere coutra jus non videri, sed potius suum exercere jus uti parochus quoad jura reservata.

11) Exercenda ab Episcopo per curatos substitutos in sua dioecesi.

Gallipolitana.

A tempore cujus initii memoria deest animarum cura ita geritur in Gallipolitana dioecesi, cujus ambitus infra ipsins civitatis territorium 24 millia passuum patens comprehenditur, ut ipsi Episcopo immediate concredita maneat, qui eam exercet per presbyteros ad nutum amovibiles et parochos substitutos appellatos. Atque ex his tres in ipsa Cathedrali sua muuera explent super iis qui in Urbe morautur ad sex millia capita adauctis: rure autem tres in ecclesia Deiparae sacra.

Haec moderandi animarum curam methodus minus opportuna visa est cum decessoribus nonnullis Episcopis tum maxime hodierno, qui graves perpetuo moerores et animi ambages expertus fuisse queritur, ea etiam de causa pertenue stipendium hujusmodi vicariis persolutum et eorumdem qualitas amovibilis numquam fere paterentur, ut idoneis satis et selectis, ut par erat, sacerdotibus gravissimum hocce minus committi posset quin Episcopis tenui mensa donatis facultas praesto esset occurrendi.

*) In Capitulo Basilicae Vaticanae, etsi cura animarum actualis exerceatur per Vicarium beneficiatum, tamen quia cura habitualis residet penes Capitulum, singula ipsius membra jus habent docendi parochianos catechesim, eucharistiam infirmis deferendi, praesertim in praecipuis anni festivitatibus, necnon baptismatis sacramentum conferendi.

Atque hiuc serio mentem applicuit ut media nancisceretur huic incommodo consulendi, ac denique vir franciscali familiae addictus adeo parcam etiam in Episcopatu gessit vitae rationem, ut comparare sexennio elapso valuerit praedia pro pretio duc. circiter 4600, eaque assignavit in dotem binarum parochiarum ruralium quarum memini id est duc. 2181, 25, cujus fructus ad quincuncem usuarum est duc. 109. pro paraecia s. Mariae »della Lizza«, duc. 2486 cum fructu duc. 123 pro alia s. Nicolai.

Propositionem hanc clarius explicavit in literis datis ex s. Ordinis mandato docens, redditum ex adeptis fundis derivantem integrum et purum parochis assignatum fuisse, coadjutoribus vero satis consultum iri sive ex quota, quam usque adhuc Episcopi vicariis persolvit Communitas Gallipolitana in executiouem praefatae concordiae cum apostolica Sede, sive ex aliis redditibus, qui praesto sunt *»onde loro non manca un pane durevole indipendentemente da quello de' parochi«*. De conseusu interesse habentium retulit, Capitulum plenis uluis amplecti Episcopi vota, quippe Tridentinae dispositioui *sess. 24. cap. 13. de ref.* consona, prout revera ex capitulari actu patet, ubi inter caetera aduotatur »ultimum fore, ut coadjutorum electio Episcopis pro tempore reservetur« *»col compiacimento, ed annuenza del Arciprete curato«*. Quod pariter declarandum cuperet et ipse utriusque Siciliae Princeps, Antistitis consilio plaudens, dum in ministeriali epistola data sub die 27. Febr. 1841 declarari significat *»che quando in progresso di tempo si addicesse alle parrocchie medesime un' Arciprete forastiere per necassario risultamento de concorso, i sostituti siano liberamente nominati dal Vescovo«*.

Jam vero ad parochiarum quod attinet erectionem Trid. synodus *sess. 24. cap. 3. de ref.* ita disponit: *In iis quoque civitatibus ac locis, ubi parochiales ecclesiae certos non habent fines nec earum rectores proprium populum, quem regant, sed promiscue petentibus sacramenta administrant, mandat s. synodus Episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut, distincto populo in certas propriasque parochias, unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, a quo solo licite Sacramenta suscipiant, aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in iis civitatibus ac locis ubi nullae sunt parochiales, quamprimum fieri curent.«* Porro quamvis exinde Capitulum erui extimaverit necessitatem eam immutationem inducendi Gallipoli in animarum cura moderanda, quam expedit Episcopus, id est parochos perpetuos constituendi, tamen si jure animadvertatur cum Reclusio *de re parochiali part. 1. tit. 3. n. 51. et seq.* finem Concilii Trid. fuisse tantum, ut vitaretur promiscuitas, Gonzalez. *ad reg. 8. cancell. gloss. 6. n. 96., Rota cor. Caffarello in Casanen. Jur. paroch. seu Praeeminent. 6. Junii 1709. §: Nihilominus*, iu facto autem per divisionem incolarum cuique Vicario assiguatam promiscuitatem evanescere, videbitur fortasse, ea quae Gallipoli prostat methodus, Trideutiuis sanctionibus non opponi eadem ratione, qua non pugnat, ut cura habitualis sit penes Capitulum habitu, quae tamen actu exerceatur per Vicarios. Episcopos sane etiam post Trid. Synodum esse posse parochos immediatos suae dioecesis eruere est ex *Card. de Luca disc. 18. de paroch. n. 4., Lotter de re benefic. lib. 1. qu. 10. et qu. 20. n. 71.*, Rota *in Miscell. dec. 13. n. 9. cor. Falconer.* et in alia *cor. eodem dec. 14. de offic. Ordin.* in qua Hispaniarum exempla afferuntur, ubi Episcopi parochi animarum curam gerunt per Vicarios ad nutum amovibiles, et ex s. Congr. *in Andrien. 23. April. 1763. §: Cum itaque et ad I. dub.*

Tota itaque deliberatio in eo, ui fallor, coutinetur, ut EE. VV. dijudicent quid animarum saluti, quid ecclesiae bouo conducat magis, animarum curam ab Episcopo retineri per Vicarios amovibiles exercendam au potius eamdem committi presbyteris pastoribus perpetuis, qui suo nomine gerant. A receptis equidem consuetudinibus sine magna causa non esse recedendum tradit *Fagn. lib. 1. decret. de consuet. cap. consuetudines n. 14. ad textum leg. in rebus ff. de constitut. Princip., cap.: Cum consuet. infra eod.* In themate agitur de ea methodo reformauda quae citra hominum memoriam perpetuo servata est, sique ex illa iucommoda secuta sunt, haec repetuntur praesertim ex congruae defectu: cui satis consultum hodie videretur per dotationem ab Antistite assignatam. Praeterea coadjutores certum est nonnisi necessitate poscente esse a parochis assumendos; ac ad novae coadjutoriae erectionem deveniendum non esse, ubi numerus parochianorum non sit talis, ut rector supplere non valeat, per *Rotam in Marsicana Dismembrationis fruct.*

apud Garziam de beneficiis part. 12. cap. 3. n. 4.; quod utrum obtiueat in casu ambigi posset. Demum in simili quaestione praeferendos parochis stabilibus Vicarios autumabat *Card. de Luca disc. cit. n. 2. etiam quia data erectione parochialium, istarum provisio esse deberet necessario juxta conciliarem formam per concursum cum omnibus sive civibus sive exteris invitis etiam Episcopo et Capitulo respective pateret aditus cum obligatione praeeligendi digniorem: econverso autem erigendo Vicarias illarum provisio facienda esset de personis gratis ad nominationem ejus, cui declararetur curam habitualem imminere.*

Verum enim vero tristi experientia compertum fuisse in Gallipolitana dioecesi firmat Autistes, haud exigua derivasse iucommoda ex methodo hacteuus adhibita circa spirituale incolarum saluti expedire magis, ut perpetui parochi coustituantur, inde patet, quod ita selecti ex dioecesi viri hujusmodi ouus facile appetereut, cui congruum hodie respouderet emolumeutum, quoque perpetuo fruituros certo scirent; dum usque adhuc adversis de causis ab eodem assumeudo abhorrueruut: sicque perpetuo oves suum pressius agnoscerent pastorem, quod in caeteris dioecesibus fere observatur, quodque Trid. synodi menti in praefata *sess. 24. cap. 13. de ref.* congruum magis videtur, necnon s. hujus Congregatiouis, quae de Vicariis ad nutum Episcopi amovibilibus ita disserit in *Ravennaten. Paraeciarum 12. Dec. 1829 § Equidem: »Non quidem pastores, sed potius mercenarii administri ac custodes dicendi hujusmodi Vicarii sunt. Non enim suas pascunt oves, non suum dirigunt gregem, non vineam sibi commissam colunt; hinc non bene invigilant ad lupos rapaces arcendos, ad vulpeculas amovendas, ad zizaniam evellendam.«* Quare suprimendas vicarias et redintegrandas Paraecias respondit ad dubium. Coadjutores porro rite assumi posse suadet locorum conditio, siquidem parochiarum iucolae quamplures per agros dispersi prostant. Hiuc profecto et Capitulares universi et pientissimus ipse Rex Episcopi votis plaudunt obsecundantque.

Quod si precibus seduli Antistitis annuendum duxerit EE. VV. sapientia, decernendum subinde erit super alia iustautiae parte, qua petit ab literarum apostolicarum expeditione, ut nimiis parcatur expensis, absolvi. Et vero peculiaribus quandoque inspectis rerum adjuuctis indulsit s. Ordo, ut rescriptum ipsum, quod dabat, loco literarum apostolicarum stare posset.

Dirimant PP. EE.

D u b i a :

I. *An et quomodo annuendum sit Gallipolitani Episcopi precibus super paraeciarum erectione in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo consulendum sit SS. pro dispensatione ab expeditione literarum apostolicarum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative in omnibus ea tamen lege, ut coadjutores parochorum libere deputentur ab Ordinario.

Ad II.: Atteutis peculiaribus circumstantiis supplicandum SSmo pro dispensatione.

Die 7. Aug. 1841.

12) Exercenda ab Exemptis.

Vd. *Cura animar. exercenda a Regul.*; constit. Gregorii XV. *Inscrutabili* t. I. p. 208.

13) Exercenda pro parochianis in ecclesia monialium.

Januen.

(Conc. Tr. c. 7. s. 7. de ref.)

Expositum fuit huic s. Cougregationi a Patre Provinciali ordiuis s. Dominici, quod auimarum cura existens in ecclesia monasterii Monialium Corporis Christi Civitatis Januen. suo ordini subjectarum non modicum offerebat praejudicium regulari praedictorum Monialium disciplinae et post auditam iuformationem Patris Procuratoris generalis praedicta omnia pleue comprobantis responsuum fuit die 21. Novb. 1722, quod Eminentiss. D. Cardinalis Archiepiscopus Januen. auditis parochianis et servatis aliis de jure servandis curam existeutem in ecclesia Monialium ad aliam ecclesiam transferret; cumque praedictus Emiuentiss. Dominus in hujus decreti executionem audire voluerit tam sacerdotem exerceutem curam animarum quam parochianos, et nec ille nec isti suum praestare voluerint translationi assensum exortaeque proinde siut controversiae inter mouasterium Monialium et memoratum sacerdotem, operae pretium existimatum fuit causam in folio

describere et disputandum EE. VV. proponere dubium ad calcem restrictus referendum.

Porro sacerdos dicit non esse locum translationi parochiae; quandoquidem novum non est, ut in ecclesia Monialium adsit cura animarum; uti desumitur ab exemplis ejusdem civitatis Januensis et etiam praxi Urbis.

Addit parochianos translationi dissentire, ecclesias parochiales vicinas nolle hanc novam curam assumere et agi de suo praejudicio, cum ipse exerceat curam animarum non ad nutum sed ad vitam. In quo rerum statu sine suo consensu non est amovendus.

E contra a scribente pro Monialibus dicitur, causam translationis non deesse tum quia functiones parochiales confunduntur cum functionibus Monialium, uti contingit in expositionibus et processionibus ss. Eucharistiae et in communionibus personarum saecularium, quando Monialibus s. exhibetur Eucharistia, tum quia nonnullae functiones parochiales impediunt functiones Monialium, uti accidit in vesperis, quae decantantur a Monialibus et perturbationem patiuntur ex doctrina christiana, quae tunc in eadem ecclesia docetur, et tandem quia benedictiones nuptiarum, puerperarum et similia, quae fiunt audientibus et videntibus Monialibus, non videntur, quod cum earum Virginitate undequaque conveniant.

Et in eo, quod attinet ad dissensum parochianorum, dicitur eorum consensum in translatione non requiri; sed illos ad summum esse audiendos, quatenus aliquid relevans opponant adversus translationem, *Pax. Jordan. lucubr. t. 2. lib. 10. tit. 32. n. 94.*; *Barbos. ad cap. 5. sess. 21. de reform. n. 8.*; *Monacell. in formul. t. 1. tit. 2. formula 7. n. 3.* et cum hoc themate processit s. Congregatio in *Fulginaten. 30. Januar. 1723.*

In eoque, quod spectat ad ecclesiam, ad quam cura transferri posset, haec habentur in nova informatione Patris Procuratoris generalis:

Nullatenus attento dissensu sacerdotis in praesenti exerceutis curam animarum, subditur etenim, eum nou ad vitam, sed ad libitum Monialium et tanquam conductitium praedictam curam exercere, itaut de ejus dissensu non sit ullo modo curaudum.

Utque hoc assumptum probetur, afferuntur apostolicae literae Pii PP. II. una cum earum executione, ex quibus desumitur, ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis unitam fuisse, incorporatam et annexam monasterio et Priorissae et Monialibus concessam fuisse facultatem nominandi capellanum, qui curam animarum exerceret, iufereudo, quod si ecclesia est nou simpliciter, sed pleno jure subjecta monasterio, cura animarum exerceri potest etiam per sacerdotem conductitium, absque eo, quod sit opus rectore perpetuo, *juxta decis. 858. n. 1. et dec. 886. n. 11. et 12. coram Cerro* et *literas Cardinalis Maroni apud Pignatell. consult. 117. n. 9. t. 9.*

Multoque magis cum Concilium *sess. 7. cap. 7. de reform.* non praescribat absolute Vicarios perpetuos, ibi: *ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos*, ex quibus verbis arguunt doctores, posse hasce curas exerceri etiam per sacerdotes ad nutum amovibiles; *Barb. ad cap. 7. sess. 7. n. 15.* et *n. 31. et 32., ibique Gallemart. n. 5.*; *Garzia de benefic. par. 11. cap. 2. n. 8.*; *Card. de Luca in adnotat. ad Concil. Trident. discurs. 9. n. 6.* et *Bulla 47. s. Pii V.* extenditur etiam ad Vicarias amovibiles, juxta *dec. 88. num. 17. par. 9. tomo 1. recent.*

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere:

An sit locus translationi parochiae, de qua agitur in casu etc.?

S. C. C. resp.:
Negative et amplius.
Die 29. Jan. 1724.

14) Exercenda in ecclesiis regul. suppressis.

Vd. *Ecclesia regul.* (suppressa a parocho etc.)

15) Exercenda ab ipso parocho.

Vd. *Parochus*; p. 781. III; 815. n. 10.

Ripana.

Quemlibet parochum qui aliquo legitimo non sit impedimento detentus nec in parochialibus exercitiis occupatis teneri per se ipsum animarum curam exercere et potissimum morieutibus parochianis assistere, quemadmodum cum aliis uotaut *Fagnan. in cap.: Extirpandae* §: *Sane n. 4. de praebend.*, *Barbos. ad Concil. Trid. sess. 23. cap. I. n. 48. de ref.*, *Monacell. de formular. Legal. for. eccles. t. I. tit. 10. form. 18. n. 14.*, et haec s. Cougregatio defiuivit iu *Sabinen. Jurium parochialium 10. Martii 1742 ad V. dubium*, qnoad iustantiam Canonicorum coadjutorum, interrogatis Eminentiss. PP.:

An parochus praesens et nou impeditus nec in aliis exercitiis parochialibus occupatus

debeat per se ipsum exercere munia parochialia?

Responderunt: Affirmative.
Die 20. Jan. 1776.

16) Exercenda a duobus vel pluribus parochis iu uua ecclesia parochiali

Vd. t. I. p. 948. XXVI; supra p. 855. §: *Quae*, p. 822. §: *Animadvert.*; p. 838. §: *Et quoad*; p. 839. §: *Contra*; infra n. 18.

Sutrina seu Nepesina.

Adest parochialis ecclesia sub invocatione b. M. V. in Coelum assumptae in oppido Treboniani Sutrinae dioecesis quae ex duabus coalescit parochiis et a duobus regitur parochis, qui a priscis temporibus usque ad haec tempora conjunctim iu vim ut ajunt apostolici Brevis animarum curam exercuerunt. Hujus autem unionis causam affert in sua relatione Sutriuus Episcopus: »*Destructis quippe duabus antiquis parochialibus ecclesiis unitae eaedem paraeciae in unica ecclesia s. Mariae in Coelum assumptae fuerunt; parochialia autem munia conjunctim in Archipresbyterum et rectorem vigore ut fertur apostolici Brevis, quod incendio consumptum asseritur, coaluerunt.*« Et prius dixerat cl. mem. Card. Pamphilius iu snò decreto edito occasione s. Visitationis apostolicae 1775: *Duae antiquae parochiae sic erant pontificia auctoritate, ut in unam coaluerint et Archipresbyter et rector in solidum animarum curam gererent; etsi hujusmodi unionis apostolicum Breve vel incendio vel alia de causa deperditum desideretur.*

Verum hanc unionem et modernus Archipresbyter Berti et defunctus Rector Nesuli privata auctoritate dissolveruut per apocham 1767, in qua conventum fuit ut quoad Sacramentorum administrationem curamque auimarum certi unicuique assignarentur paraeciae fines. Quo vero ad munera quae Dei cultum ecclesiaeque servitium spectant iis exceptis quae I. classis dicuntur omnia per turnum ab utroque exercerentur. Haud diu tameu firma stetit haec divisionis coucordia, licet a Sutrino tunc temporis Episcopo, quo consilio quave auctoritate plane non constat, adprobata. Supradictus namque Petrus Cardinalis Pamphilius 1775 cum in s. Visitatione apostolica dioecesim illam perlustraret divisionem praedictam *parum firmam validamque ratus decrevit ut iidem Archipresbyter et rector pro illius adprobatione intra mensem summo Pontifici supplicarent.*

Obiit rector Nesuli quin unquam preces pro apostolica confirmatione porrexerit. Novus itaque rector Bullas pristiuo more expedivit. At vix gubernio gregis juxta veterem consuetudinem munus admovit, obstaculum privatae illius transactionis invenit. Conquestus ea de re est cum suo Episcopo, qui re cognita seduloque perpensa transactionem illam irritam infectamque declaravit, nisi intra mensem Apostolico beneplacito coufirmaretur. Lapso termino per Episcopum praestituto tunc demum Archipresbyter seu promotor fiscalis SSmum exoravit pro supradictae divisionis rediutegratione seu pro paraeciae divisione; sed ablegatis a Sanctitate Sua precibus ad hanc s. Congregationem duo quae infra recensentur dubia ab EE. VV. definienda proponuntur.

Ad primum quod spectat observandum videtur novum omnino insuetumque non esse ut duo parochi animarum curam in solidum exerceant. Graviorem eo de quo hodie agitur esse casum expensum a s. hoc Tribunali in *Tiburtina Parochialis 9. Julii 1757*, in quo de paraecia agebatur cui duo deserviebant parochi, et quidem alternative diviso per hebdomadas exercitio. Quamvis porro incommoda ex dicto duorum parochorum consortio enascentia s. huic Ordini exposita fuissent, nihilominus adeo solidale illud exercitium non displicuit, ut neque volita fuerit divisio illa per hebdomadas et dubio quod propouebatur:

An sit locus reductioni duorum parochorum unius ejusdemque Parochialis Castri Madamae ad unum solum parochum qui onus habeat retinendi capellanum coadjutorem in cura animarum ab Episcopo approbandum?

Respondit s. Congregatio:

Negative et Episcopus incumbat exerceri dictim curam animarum per utrumque, sublata alternativa, et ad mentem, et mens est ut fiat massa communis ex incertis emolumentis aequaliter dividendis.

Aliunde vero hanc plurium pastorum super in diviso grege auctoritatem et gubernium semper ecclesia aegre et invite quodammodo toleravit. In Affricano Concilio 418 expensus fuit casus quo a Donatistis ad ecclesiae sinum rediret aliquis Episcopus in ea dioecesi in qua alius jam catholicus Episco-

pus fuerat subrogatus. Temperarunt ea occasione Affricani PP. ecclesiasticae disciplinae rigorem quem Nicaena synodus *can. 8.* invexerat, ex quo inspecto ejurantibus haeresim Episcopis presbyterorum honor dumtaxat servabatur, noluerunt que hunc ut supra redeuntem Episcopum sine honore et jurisdictione esse in primaeva sua dioecesi. Voluerunt immo pari honore et jurisdictione cum subrogato Episcopo frui; sed ita, *ut alia loca ad illum alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat qui amplius temporis in episcopatu habet, et minor eligat*, inquit canon *relat. in cap. 1. de Parochiis et alienis parochianis.* Eandemque rectorum super unico grege pluralitatem improbavit Trid. synodus *sess. 24. cap. 13. de reform.*

Non defuerunt quidem doctores qui satisfactum huic ecclesiae regulae putaruut quando jus parochiale penes uuam residet personam ut ajunt formalem seu intellectualem licet haec per plures materiales personas repraesentetur, quemadmodum feudum dignitatis licet sit individuum et nonnisi penes unam formalem personam esse queat, nihil tameu vetat, quin haec per plures agnatos tamquam plures materiales personas unam formalem individuam representantes obtineatur. *Innoc. in cap. Cum non ignores sub n. 1. de prabend., Host. ibid. n. 6., Bitr. ibid. n. 4., Zabarella n. 1., Lotter. lib. 1. quaest. 20. n. 115. et seqq., Rota cor. Greg. decis. 479. per tot.*

Sed praeterquam emicat semper ecclesiae desiderium ut quacumque juris subtilitate postposita unusquisque rector suum habeat peculiarem gregem, cui ipse solus praesit et regat. Quaestio hic uon est de unica paraecia quae per plures regatur unum individuum formalem rectorem repraesentantes, sed agitur de duabus immo paraeciis in uua ecclesia unitis quarum utraque diversa est, utraque confertur in titulum et consulum solummodo iudistinctumque habet populum, ita ut fictio illa plurium materialium personarum unam formalem repraesentantium traduci ad rem praesentem ullo modo possit.

Quoad alterum dubium scilicet divisionem pro aequali si ea uuio disrumpenda EE. VV. videatur regula est quod res in communi possessa pro collatarum partium modo et mensura dividenda sit, quodque non docto de inaequalitate partium ab initio immissarum ex aequo facienda divisio sit, *Leg. cum pater § Dulcissimis ff. de Legat. 2. Leg. in re communi ff. de servit. Urban., Card. de Luca de parochis disc. 33. n. 4., Rota cor. Celso dec. 286.* et *dec. 600. part. 5. Recent.*

Sub involucro antiquitatis latet quid quantumque utraque paraecia iu commuue quodammodo contulerit. At vicissim obscurum non esse videtur ante divisiouem anui 1767 utrumque parochum aequaliter indiviso gregi praefuisse, neque ulla hacteus exhibita fueruut observatae aute eam diem inaequalitatis monumeuta. Conjici quiuimo potest illusum in omnibus fuisse rectori ex iis quae circa ecclesiae functiones saucita iu ea divisione fuerunt. Conventum siquidem fuit quod fuuctiones quae I. classis dicuutur tum solemniores processiones, beuedictiones candelarum, cinerum atque palmarum aliaeque etiam extraordinariae fuuctiones ad Archipresbyterum privative spectarent, caeterae vero per turnum ab Archipresbytero ac rectore peragerentur. Numquid existimare licet quod rectoris parochia antequam uniretur solemniores hasce functiones nou haberet, quibus vicissim nou caret quautulacumque campestris parochia, cum licet haec omuia inter *parochialia jura* haud recenseantur, pertiueant tamen ad fuuctiones parochiales, ut advertunt *Monacell. formul. legal. t. 2. tit. 13., formul. 1. n. 54. et seqq., Ursaja discept. eccles. la 29. t. 9. part. 2.*

In promptu autem esse videtur modus ineuudae ex aequo divisiouis. Nou solum civilia jura eam approbaruut multorum usu populorum firmatam consuetudinem ut unus dividat et alter eligat, *leg. 1. Cod. de his qui se deferunt, leg. 2. cod. Quando et quibus quarta.* Sed et sauctissimi quoque ecclesiae Patres eam uuauimi cousensioue laudaruut; *s. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo cap. 3. inquit: Firmior dividat, infirmior eligat ne habeat quod conqueratur. S. Augustinus lib. 16. de civit. Dei cap. 20* ait: *Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est major dividat, minor eligat;* et sequuta est Affricana synodus de qua supra: *Ille dividat qui amplius temporis in Episcopatu habet, et minor eligat.* Haec tamen regula quae in pacifica obtiuet et extrajudiciali quodammodo divisione, quando semel ad judicem ventum est, illiusque imploratum officium haud amplius sequenda videtur, totumque illius majestati et auctoritati relinqueudum, ita post *text. in leg. 4. et 5. ff. famil. excis. leg. si duobus cod. commun. de legat. leg. 2., cod. quando, et quibus quarta pars § Si familiae, Instit. de offic. judicis* pluribus ostendit *Vinn. disput. jur. select. lib. 1. cap. 34.* Adeoque Episcopi judicio et auctoritati committenda esset aequalis ista divisio quateuus eam ineundam esse EE. VV. existimarent.

Dubia sunt:

I. *An sit servanda unio exercitii curae parochialis s. Mariae in Coelum assumptae inter utrosque parochos in casu?*

Et quateuus negative,

II. *An sit locus divisioni ejusdem exercitii pro aequali in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Affirmative, et ad mentem. Mens est, quod uterque parochus celebret missam pro populo et divisio nou fiat per familias.

Die 20. Jau. et 3. Febr. 1787.

Continuatio.

Rectum EE. Vestrarum judicium accipit Archipresbyter Berti quoad I. dubium et ad celebratiouem missae pro populo, de qua in declaratione mentis ad secundum. De uua queritur divisione curae pro aequali rogatque, ut eam demandare digneutur Emi Patres ad formam concordiae anni 1767, quae jam parochiales fuuctiones inter unum et alterum parochum distribuit.

Concordiam illam ait iu actu Visitationis probavit Sutriuus Episcopus, cui ex *s. Concilio Trid. sess. 24. cap. 13. de reform.* potestas erat dividendi exercitium curae parochialis et assignandi *unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum* confirmavitque divisionem iu perpetuum expletam, ut inuuere videntur verba illa *ritrovandosi col tempo futuro la piu extensione.* Nisi concludenter ergo rector Silvestri majorem probet curae suae extensionem, pro qua reservata fuerunt jura, servaudam potius esse contendit jam expletam divisionem, quam novam ex integro fieri, quum approbari mereatur Concordia, ad componeudas parochorum dissensiones iuita, nisi de illius injustitia doceatur, ut in similibus fere termiuis censuit s. haec Congregatio *in Derthonen. Transactionis 10. Sept. 1785 resoluta die 20. Maji 1786* iterumque *die 18. Augusti labentis anni.*

Nedum autem, prosequitur Archipresbyter, injusta non demonstratur concordia anni 1767, sed manifestam immo redolet aequitatem. Commodissima enim divisione disterminata fuerunt parochialia territoria per viam intersecantem oppidum Trebonianum, nuncupatam di mezzo, quam exhibita moustrat forma, ac dextera ipsius oppidi pars versus Montem assiguata fuit rectori, sinistra, quae vergit ad Lacum, Archipresbytero. Si recentibus credeudum est testibus, in eodem parochiae fuerant statu ante unionem, semperque idcirco benedicere consuevit Archipresbyter in sabbatho s. majoris hebdomadae »*tutte le Case situate verso il Lago privativamente*«. Rector vero »*l'altre Case posto verso il Monte*«. Ex eo vero, quod amplior fuisset parochia Archipresbyteri, fortasse evenit, ut uuionis etiam tempore *tutte le funzioni primarie, e solemni di settimana s., di Pasqua, Natale, e simili sono state sempre di diritto, e si sono esercitate prelativamente, e pacificamente dall' Arciprete, senza la minima interruzione, e contrasto, anche dopo poste communione le cure.* Eorumdem testium sunt verba.

Nonuullas rector proposuerat coujecturas, ut majorem parochiae suae exteusionem concordiaeque injustitiam suaderet. Plura igitur ad eas diluendas disserit Archipresbyter illudque prae omnibus ponderandum obsecrat, num ad infrigendam concordiam, initam »*nella Sagra Visita, discusse tutte le differenze, avanti l'Illustrissimo Vescovo*« satis sint conjecturae.

His perpensis resumptoque folio diei 20. Januarii respondere digneutur Emi Patres:

An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis quoad secundum dubium in casu?

S. C. resp.:

In decisis, arbitrio Episcopi, et amplius.

Die 15. Decbr. 1787.

17) Exercenda a parocho eccles. parochialis, in qua sunt beneficiati, Canonici nuncupati, ad adjuvandum parochum.

Vd. p. 781. III; p. 815. n. 10.

Vintimilien.

Anno 1516 cum aucto populi numero iu oppido Ceriana quod hodie ad Vintimiliensem jurisdictionem pertiuet uuum ad curam

animarum pastorem amplius non sufficere deprehenderet sancta Leonis X. memoria, precibus Ordinarii Albinganensis adnueus, apostolicis literis mandavit: »ut in dicta ecclesia duo perpetua beneficia ecclesiastica, cauonicatus uuucupauda, pro duobus presbyteris in eadem ecclesia perpetuo beneficiatis Canonicis nuucupandis, qui et eorum quilibet iu eadem ecclesia singulis dominicis et aliis festivis ac feriatis diebus alternativis vicibus missam celebrare et inibi personaliter residere ac divinis officiis interesse necnon in exercitio curae animarum hujusmodi eidem rectori opem ferre teneantur, erigerentur et instituerentur ac illis sic erectis, pro eorum dote, medietas fructuum, redditus et proventuum praedictorum perpetuo applicarentur«. Quippe Ordinarius Pontifici narraverat »fructus, redditus et proventus dictae ecclesiae« adeo uberes esse, ut duobus aliis presbyteris siue parochi seu Praepositi detrimento prospici posset.

Quaestio aliqua sequenti saeculo irrepsisse videtur. Id causae fuit quamobrem Ordinarii pro tempore quaedam in s. Visitatione decreta ederent, jamdudum iu judicio producta, veluti patet a sententia curiae Januensis anni 1835. Decreta jubent: »che debbano il Signor prevosto Signori Canonici vicendevolmente onorarsi ... ed attendere unitamente alla cura delle auime, a seguo che se sarà chiamato il Siguor prevosto ad amministrare qualche Sagramento e assistere ai moribondi, debba esso onninamente amministrarlo ..... come anche essi Signori Cauonici siauno tenuti ad andare ad amministrare detti Sagramenti quando saranuo chiamati da qualcuno del popolo; ac deinde: »Da tutti e tre congiuntamente e personalmente esistenti debbano esigersi la decime«. Novissime vero, scilicet 1835, cum quaestio rursus excitaretur et Albinganensis curia in Praepositi vota coucedens decerneret Canonicos decimales seu coadjutores perpetuos a jure gereudi curam animarum et ab emolumentis prohiberi, Metropolitanae Januensis curiae sententia animadvertit: »veros parochos esse illos qui sustineut onera activa et passiva ad curam animarum spectantia«, ac proinde Albinganensis decretum revocans »mandavit dictum R. Canonicum Veneziani in sua jura manuteneri et quatenus opus est reintegrari«.

Ast hodie iidem Canonici narrantes sese in jurium exercitio ac perceptione emolumentorum a Praeposito perturbari preces s. Ordini obtnlerunt.

Viutimiliensis Episcopus de more rogatus relationem trausmisit in qua Canonicorum petitionem rejiciendam existimat atqne idipsnm coucilium fovet Praeposito, qnem Episcopus de sententia percontatus est. Momenta antem rationum quibus Episcopi votum inititur in sna relatione perstringuntnr, quae ita se habet: »Acceptis literis Eminentiae Tuae Rmae cnm precibus Canonicorum Collegiatae nuucupatae loci Ceriani datis sub die 20. Martii 1860 institutionem beneficiorum seu canonicatuum de quibus sermo est per apostolicas literas sa. mem. Leonis PP. X. 1516 qnarto Kalend. Octobris Viterbis datas attente perlegi, in quarum dispositione haec habentur: Qui (nempe beneficiati) et eorum quilibet in dicta ecclesia singulis dominicis et aliis festivis et feriatis diebus alternativis vicibus missam celebrare ac inibi personaliter residere ac Divinis interesse necnon iu exercitio curae animarum hujusmodi eidem rectori opem ferre teneantur. Ita quod quoties eos seu eorum alterum ab eadem ecclesia abesse contigerit, idem rector de consensu eorundem parochiauorum fructus talis absentis seu absentium durante absentia hujusmodi percipere et levare et aliis presbyteris etc. dare et assignare possit.

Ex supra allatis liquido patet beneficiatis seu Canonicis non curam animarum proprie dictam, sed tantum opem quam in eadem animarum cura rectori ferre tenentur esse demaudatam.

Insnper ex eo quod rector possit absentem seu absentes surrogare et surrogatis fructus beneficii assignare, clare eruitur beneficia ut supra per apostolicas literas erecta animarum curam adnexam haud habere, sed tantum onus adjuvandi rectorem adjunctum fuisse.

Praeterea beneficia praedicta seu canonicatus praevio coucursu collata fuisse haud verum est. In hac Vintimilien. dioecesi unum tantum (Ceriaua ab anno 1831 ad hanc dioecesim pertinet) nullis praemissis edictis de concursu collatum fuit et in praecitatis apostolicis literis ne verbum quidem de concursu habetur, sed tantum de examine idoneitatis loquuntur.

Juria parochialia proprio nomine quoad curam animarum moderni Canonici oratores nunquam exercuerunt; antecessores id fecisse haud patet. Imo cum quidam ex ipsis die 17. Febr. itemque 2. Aug. 1800 matrimoniis nulla habita parochi delegatione adsistere ausus fuisset, Albinganen. Ordinarius matrimonia utpote nulla renovare mandavit.*)

Quae vero in precibus dicuntur sententiae aut nulla authenticitate fulciuntur aut jurisprudentum consulta sunt. Ita cum mihi olim allata fuissent ea judicavi.

Praepositus super expositis specialiter interrogatus tum ex verbis literarum tum ex facultate rectori collata, beneficiariis absentibus, alios sustinendi tum ex praxi nunquam proprio nomine curam animarum exercuisse Canonicos, ut suos adjutores tantummodo, non ut simultaneam animarum curam habentes, cognoscit.

Hisce expeditis Emos Patres expostulo, ut snper hoc negotio judicium proferre veliut responsnmque tum oratoribus tum rectori seu mihi dare, ex quo tam praesenti quam successivis temporibus pateat Canonicos Ceriauae nullam animarum curam habere nec proprio marte in Sacramentorum administratione Baptismi uempe et matrimonii se ingerere posse sed tantum rectori juxta nutum opem in animarum curam ferre teneri; satis enim mihi clarae videntur apostolicae literae.

Qui Canonicorum jura tnetnr, haec jubet: Quod animarum cura saltem quoad exercitium principaliter adnexa beneficio sit, ex Leoninae constitutionis mandato deduxit, »ut animarum curam exercere teneantur«, scilicet in jure receptum est curam adnexam beneficio censeri, cum rectori potestas addicitur sacramenta miuistrandi iis qui ab eodem rectore recipere tenentur, *text. in cap. 1. de paroch. Gloss. in cap. Dudum de sepult.* verbo: *Impendant*, *Barbosa de off. et pot. parochi part. cap. 1. n. 28. et 47.* Ac principaliter adnexam hanc jurisdictionem contendit, non precario sed vicaria vice quia Pontifex vera ac propria beneficia erexit »duo perpetua beneficia ecclesiastica«, ita ut »pro eorum dote medietas frnctuum etc. applicaretur«. Exinde vero titulum, perpetuitatem ac jus administrandi jure proprio et nativo depromit.

Nec quidquam movere ait quod tres ita parochi habeantur in eadem ecclesia; distinguendum enim contendit inter habitum et exercitium curae. Licet habitualis jurisdictio individua sit, nil prohibet quominus exercitinm curae etiam titulare ac perpetuum apud plures in solidum constituatur. Quod conficit auctore *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 20. n. 114.* ex necessitate post Conc. Trid., quod in *cap. 7. sess. 7. de ref.* vicarios in cnra animarum perpetuos et congrua douatos esse voluit, ex praxi ecclesiae pluribus in solidum atque in titulum conferendi curae exercitium, quemadmodum demonstrant *Scarfanton. ad Ceccoper. tom. 3. addit. 19. n. 25. et seqq.*, *Pignatell. consult. 141. n. 2. tom. 10.*, *Fugnan. in cap. Ex parte n. 35. de off. Vicarii* et *Lotter. loc. cit. n. 141.* Idcirco sequitur s. Congregatio in *Ripana Jurium parochialium 20. Nov. 1762*, in *Romana Jurium parochialium 29. Aug. 1744*, in *Tiburtina diei 9. Junii 1757* sancivit coadjutores qui perpetua institntione ac beneficio cum animarum cura pollebant cumulative atque in solidum cum Praeposito vel parocho administrationem gerere debere.

Hisce positis contrarias Episcopi animadversiones expendit. Haud objici posse censet quod in Leonina constitutione Canonici »opem ferre« Praeposito teneautur, ac proinde in exercitio curae ab illius arbitrio et nutu pendeant. Aliud est, ait, quod Praeposito opem ferre debeant, et aliud quod in ope ferenda exerceant vel non exerceant ministerium, percipiaut vel admittant emolumeuta, prout Praeposito videbitur. Hoc alterum admitti Leonis constitutio non sinit, quae curam in titulum coucessit et medietatem fructuum et emolumentorum »pro eorum dote« jure certo ac perpetuo concessit. Unde absurdum sequeretur, ut cnm ad fructus quotannis percipiendos dubio procul Canonici jus habeant, si Praepositus iis opem ferendam non delegaret, emolumentum ii perciperent sine ministerio. Addit quod Pontifex coadjutores perpetuos constituit, quod aucto vehementer plebis numero parochus hoc augmento propter anima.nm necessitatem omnino indigebat, veluti ex constitutione patet. Unde sequitnr jus populo illius paroeciae quaesitnm fuisse ut uecessaria ope frueretur, uec parochum posse sine animarum detrimento coadjutores a curae exercitio prohibere.

Nec veritate niti contendit quod Episcopus ait, juxta Leonis constitutiouem licere Praeposito absente altero ex coadjutoribus alium illi presbyterum surrogare. Evincit enim, textum proferens, nihil aliud Praeposito permitti quam durante absentia Canoni-

*) Vd. *p. 721. c.*

corum alteri praecarium munus demandare, qui absentium emolnmentis perfruatur, donec ii redeant. Sed hoc in decreto visitationis 1692 etiam contra Praepositum fuisse sancitum demonstrat. Quod antem iu Episcopi literis objicitur concursns formam quam Canonici in precibus allegaveraut in beneficiorum collatione non observari, eo tendere solummodo ait quod examen idoneitatis nominari debuisset potius quam vera ac plena concursus forma. Sed quamquam concursus proprie haberi non soleat habetur nihilominus examen idoneitatis, quod satis est, ut indoles beneficii cum animarum cura demonstretur. Re autem vera in beneficiis quae non praecipuam habitualem jurisdictionem sed exercitium curae praeseferunt, forma concursus praetermittitur ac solum examen idoneitatis servatur, veluti monent *Card. de Luca de jurepatr. disc. 7. n. 15.* et *Garcias de benef. par. 9. cap. 2. n. 292. seq.*

Praeterea cum Ordinarius in literis observantiam leviter attingat et unum objiciat, Januensem curiam pro cujnsdam matrimonii nullitate sententiam dixisse, quia a Canouico celebratum fuerat non a Praeposito, respondet factum non constitisse, imo vero plenissimam aliunde pro Canonicis observantiam cumulari. Factum ait non consistere, quia ab asserentibus non probatur nec praesumi potest, quia contrarinm de facultate coadjutoris titnlaris rescripsit s. Ordo in citata Ripana ad III. dub. Observantiam vero Canonicis faventem conficit ex sententia Januensis cnriae, quae cum Albigauensis Vicarius pronnntiavisset licere Canonicis curae ministerinm absente dnmtaxat vel impedito praeposito decretum delevit 1645 in iis verbis »absente vel impedito Praeposito ejusdem ecclesiae« cum declaratione: »licere debere exercere functiones parochiales«. Idipsnm demonstrat ex alia sententia, in qua instante Canonico adversus Praepositum ut sua jura tueretnr 1658 Albinganensis cnria decrevit »eidem licuisse et licere dictam curam exercere«. Ostendit etiam ex constitntionibus editis 1692 ab Episcopo, quae decreta confirmant annorum 1688 et 1690; in hisce enim decretis et constitutionibus praecipitur sive Praepositum sive Canonicos debere »attendere unitamente alla cura delle anime« ita nt »se sarà chiamato il sig. Prevosto« ipse sacramenta petentibus ministrare teneatur »come anche siano tennti essi Canonici ad andare ad amministrare detti sagramenti quando saranno chiamati da qualcuno de popolo«. Tum in hisce decretis multa ad curam et emolumentorum perceptionem pertinentia definiuntur, quae omnia allatis exemplis resolutionum in cit. caus. Ripana canonicae disciplinae undique consentanea arbitratur. Denique novissimam producit Jannensis curiae seutentiam anuo 1835, in qua cum Albinganensis Vicarius Canonicum Vangiani a suo munere prohibeudnm esse, urgente Praeposito, decerneret, judex Metropolitanus decretum »revocavit et maudavit dictum R. Canouicum Veueziani in suo munere mauuteneri, et quatenus opus, reintegrari in omnibns ad formam dictarum literarum et statutorum«.

Ac frustra animadvertit Episcopum repreheudere monnmeutorum formam, quam authenticam non esse ait. Seuteutias euim vetustissimas quod attinet, illae jamdin in judicio exhibitae snnt atque jam tuuc in forma authentica produci nou potuisse coutendit, quia exemplaria injuste recusabautur. Sed alia omnia autheutica probari ostendit ex autiquissimo notarii testimouio, ex fide seutentiae Januensis aliisque argumentis. Unde concludit repositis etiam duabus seuteutiis observantiam uberrime demonstrari 3 episcopalibus decretis, alia constitutioue praecedenti quam ipsemet Praepositus sanciverat ac novissima seuteutia edita 1835 a judice Metropolitano.

Vestrum erit Emi Patres solvere

D u b i u m:

An exercitium in ecclesia parochiali oppidi Ceriana cumulative cum Praeposito pertineat ad Canonicos decimales, ita ut iis perpetuo liceat parochiales actus alternatim gerere ac medietatem fructuum omnium emolumentorum percipere in casu?

S. C. resp.:

Dilata et coadjuveutur hinc iude probationes reformato dubio.

Die 7. Decb. 1861.

18) Exercenda a parocho unico principali.

Vd. t. I. p. 946—953; supra p. 781. III; 815. n. 10.

Novarien.

Ab immemorabili aevo in Novarieusi dioecesi nsus irrepserat nt uua paroecia a pluribus presbyteris in solidnm vel turnatim regeretur. Concilii Tridentiui praecepta prae

oculis habentes Novariae Autistites nihil intentatum reliuquere nt huic iucommodo obsistereut: res ipsis in votis cessit; sensim enim coadjutorale sytema introductum est in universa illa ditioue, si Intri oppidnm excipias. Vetustate iusigue extat Intri collegium sex Canonicorum penes quod et pagi et territorii cnra animarum residebat. Ast nihil impedimeuto fuit quominns vigilantia praesulum frequeuti populo qui in territorio satis amplo versatur per proprium assignatum parochum videretur, reservato Canonicis jure solemues in ss. Patronorum festo functiones peragendi. Hoc tameu ita factum erat ut pagus adhuc ab universo Capitulo moderaretur et nonnisi ab nuo ex Canouicis cura auimarum per hebdomadam exerceretur.

Quare ut Intri qnoque statueretur coadjutorale systema quam maxime exoptabat hodiernus Autistes, occasiouem proiude arripuit a couvocatione coucursns ad canonicatum vacautem jam ab anno 1844; tuuc euim inuixis praecipue cuidam praescripto s. H. C. diei 28. Sept. 1814 volensque iuducere in dicta Collegiata landabilem spiritualis jurisdictionis seu regiminis unitatem constituit ac decrevit ut nou modo praebenda vacans redacta intelligeretur ad naturam et gradum verae coadjutoriae titularis cum canonicatn verum etiam praebendae vacaturae, qnas ad statum perpetuae coadjutoriae reductas declaravit, praeter ultimo vacaturam, qnae evaderet nuica priucipalis et canonicalis parochialis dicti oppidi Intri. Scire hinc praestat 1814 ad preces Vicarii capitnlaris vidnatae ecclesiae Novarieusis, quibus praemissa auctoritate Conc. provincialis Mediolauensis ad tit.: *de Parochiis* nbi recensentur perturbationes, quae saepe proveniunt da due capi perfettamente simili in una medesima cura, postulabat nt »per togliere i motivi di emnlazione, ed invidia in tutte le parrocchie della suddetta dioecesi dove si sono dne parrochi principali, ferme restando le reduziouè già fatte, sia abilitato ad ordinare la osservanza del decreto del sinodo di Milano con redurre la prima porzione vacante a coadjntoria«. S. hanc Congregationem rescripsisse: »SSmus Dominus Noster andita etc. Oratoris precibus annnens petitam facultatem pro suo arbitrio et conscientia benigne impertitus est et pro hnjusmodi effectu maudavit ut in omnibus paroeciis dioec. Novariensis . . . in quibns cura animarum exercetur a duobus parochis, cum primum etc. nna eorum portio ad statum perpetuae coadjutoriae reducatur etc.« Vacante itaque canonicali praebenda douatus fuit hac lege Joannes Ottone minime reclamaute Capitulo. Verum ut primum populo res innotuit, contra innovationem inclamatum est accitoque municipale consilio, in quo contra syudici et aliorum trium ex congregatis reliqui unanimiter decrevere rem ad s. V. O. deferendam esse, exqnisitis obtentisque etiam suffragiis Canonicorum, qui prius ovantes episcopale decretnm accepisse videbautnr. Acris hinc contentio exorta est Episcopum inter et populum oppidi Intri decretum illud servandum esset necne, eaque sub dubii formula in calce scripta hodiernis comitiis dirimenda proponitur. Adsertores utraque ex parte adlecti allegationes distribnunt, quibus alacriter jura eorum tnentnr.

»Episcopale decretnm vim suam omuem excercere debere omnia jura clamant«, ita exorditur Episcopi orator, qnibns sapieutissime cousnltum est a ss. canonibns eliminandam prorsus esse pluralitatem parochornm; hoc siquidem maxime cordi fuit Tridentinis Patribus qui ut contentionibus et scandalis illinc exortis viam praeclnderent, curae et sollicitudini Episcoporum commiserunt, *sess. 24. cap. 13. de ref.*, ut unicuiqne populo sunm pastorem peculiaremqne parochnm assigneut qni enm cognoscere valeat et a qno solo licite Sacramenta suscipiat. Neque hoc invectum primnm a Concilio Trid. existimandum; aderant euim jamdin canonicae sanctiones qnibus eadem mala praepediebantur cen ex *text. in cap. 15. de praeb. et dignit.* hoc statuitur: Una ecclesia unius debet esse sacerdotis. Quod principium non solnm in majoribus ecclesiae beneficiis ut in episcopatn locum obtinere verum etiam in minoribns, quae inter paroecia adnnmeratur clare demonstrat *cap. 8. eod. tit.* Hanc s. canonnm praeclaram sanctionem uno ore tueutur doctores omnes, qni nedum eam explauant, verum etiam ipsins legis rationem reddnnt, uti *Gonzales. ad cap. 8. de praeb. et dignit., Pichler. ad tit. de paroch., de Luca disc. 8. ad Conc. Trid. n. 35. et seq.* et alii quamplures. Pro omnibus autem snfficiat *Barbosa in c. 1. de off. et potest. parochi n. 43. et seq.* ubi haec habet: »Parochialis ecclesia erecta tota ejus cnra nni presbytero tantum ..... committitur; nam sicut una mnlier non potest dnos vel plures sponsos habere nec nnnm corpus dno capita quia esset monstrum sic nec ecclesia dnos vel

plnres parochos sive cnratos sed in nna ecclesia unns debet esse sacerdos sponsns et rector, qui curam habeat.«

Porro pluralitas parochorum non modo est qnid monstruosnm in se et respectu juris formalis parochi, verum etiam respectu exercitii jnrium parochialinm liberi et absoluti; hoc enim secum pngnat quod quis sit verus parochus, cni ipso jure plena facnltas et jurisdictio erga snbjectnm popnlnm tribnenda est, et quod alius presbyter libere et independenter exerceat eadem cum ipso jure vel quandocumque se ingerat absqne ejus venia paroeciae negotiis: quare si contingat duos eandem parochiam administrare necesse est ut unns se habeat dependenter et tanquam coadjntor alterins, ne oves pluribns pastoribus obstrictae obedire nullius vocem audiant et parochi qnin in aliis pacem et tranqnillitatem promovere pro munere sibi commisso studeant, jurgia potius et dissentiones inter se foveant cnm maximo animarum discrimine. Nec secus s. Rotae tribunal *in dec. 807. cor. Ansaldo n. 5., dec. 39. par. 15. recent. n. 1. et seq.* et *dec. 216. par. 1. n. 11. recent.* et plnries s. haec Congregatio promiscnitatem parochorum rejecit in curae animarum exercitio, quia duo insimul eandem rem et eodem modo in solidnm possidere non possnnt, quemadmodnm videre est in *Hortana Jurium paroch. 14. April. 1821.* Parum antem refert in themate Canonicos Intri curae animarum non insimnl praeesse sed seorsim per hebdomadam; ex hoc enim methodo hand sequiora absurda et damna dimanare intelligit ead. s. Congr. quae hnjusmodi modnm paroecias regendi damnavit et reformari praecepit in non absimili specie relata tum in nna *Vallen. Residentiae 25. Jan. 1738* tnm maxime in una *Tiburtina Parochiarum 22. Dec. 1838.*

Hisce quae generaliter cnique paroeciae applicanda esse videntur addere satagit alia praestauda, qnae controversiae hnjns quammaxime accomodantur. Nec pigeat EE. PP. verba Concilii Mediolanensis IV. audire, quod indeclinabile praebet praeceptnm Novariensi ecclesiae ex *lib. 3. de Parochis* ubi haec habentur: »In ecclesia in qua duo pluresque parochi in animarum cura gerenda constituti sunt . . . Episcopus . . . . eorum unum morum gravitate curaeque gerendae peritia atque usu praestantem alteri aliisve praeficiat . . . . Neque enim ullo modo patiatur permittatve illos certa quadam hebdomadarnm partitione aliave ratioue iuter se inita mnnus . . . . ita inter se dividere nt ab uno tantum eorum alternatim scilicet vel per hebdomadas vel alia temporis vicissitndine praestetur.« Nec satis: pressins enim pro Navariensi dioecesi lex subsequuta est qua absnrda pluralitas parochorum tandem aliqnando evelleretnr. Etenim cum supremus status Minister et Religionis et cultns negotiis praepositns praecepisset nt Concilii Mediolanensis constitntiones quoad parochos ubique iutroducerentur Episcopus Melano Novariensis dioeceseos moderator edictnm promulgavit 1812 qno sancitum est: che non debbano esser più parrochi e capi equali in nna sola parrocchia. E perciò stabilito che avvenendo la vacanza di una porzioue si risolva questa in semplice coadjutoria titolare da provedersi per concorso; dal che avverrà che in ogni parrocchia un solo sarà propriamente il parroco priucipal pastore.

Dispositioni hnic tam salnberrimae Praesnlis Melano diffultae anctoritate Gubernii secularis maximnm profecto robur accessit ex snperius relato rescripto s. Congregationis diei 18. Sept. 1814. Quocirca eam firmam in aevum habendam esse clamavit Episcopus nec secus iterum renoventur ac foveantnr gravia mala quorum historiam in sua epistola texit.

Quae cum ita siut cumque decretum de quo queritnr non sit lex nunc primum statnta, sed apprime consona jnri commnni quo universa regitur et gubernatur ecclesia; cum congruat menti Trid. synodus, observantiam Concilii provincialis promoveat, spiritualia damna arceat, civilis Gubernii voluntatem sectetur, Antecessoris Melano jussa persequatur et hujus denique s. Ordinis praeceptis observantiam conciliet minime ambigendnm quin robur a Vestra sapientia plenius obtineat.

Post haec videant EE. PP. qnanti facienda sit consnetndo immemorabilis tantopere a populo Intri conclamata, illa inquam consuetudo qnam inter corruptelas potius esse accensendam monet Episcopns, qnum et catholicae disciplinae et animarum salnti, omni deniqne juri tum communi tum provinciali tum dioecesano adversaretnr. Hinc inane est etiam quod objicitur de gravamine illato a systemate coadjutorali dignitati Canonicorum Intrensinm et redditibus coadjutorum; etenim Episcopi diligenti cura et canonicali honori et coadjutorum fortunis provideri potest. Caeterum haec et alia despectn potins qnam congrua responsione digna

existimat orator, qnippe probosa et nihili dncenda esse videntur in comparatione boni qnod ex coadjutorali systemate redundat, teste experientia, qua exploratum est in tota Novarieusi ditione rixas, contentiones ac dissidia parochorum siluisse, populi scandala exulasse, quam plnrima denique spiritualia mala evanuisse.

Ad haec respondet Intrensinm civinm orator, insignis Collegiatae s. Victoris praebeudas non solum canouicales sed etiam ob animarum curam penes capitulum existentem parochiales aeque principaliter, ita ut concipi nequeat idea Canonici Iutrensis, quiu eodem temporis momeuto parochi aeque principaliter idea ad mentem recurrat. Hinc cum coadjntorale systema canonicatuum Intrensium naturam everteret atqne immutaret, consequitur decretum diei 3. Jan. 1845 qnod illud invehat, nullitatis infici labe, quia vetitum Episcopis ex lege est, beneficiorum naturam proprio marte immutare. *)

Hoc vero proprium magis magisque praeseuti controversiae aptandum esse contendit, quia agitur de animarum cnra non penes singulos Canonicos sed peues totum capitulnm existente, quo in casu jubent leges, ut nequeat ipsa in unum dumtaxat ex Capitularibus conferri absqne formali Capituli assensu, *Barbosa Collect. doc. in Conc. Trid. sess. 24. de ref. cap. 13. n. 6., Garcia de benef. part. 9. cap. 2. n. 190.* Hujnsmodi vero assensus omnino desideratur in themate, qnin immo apertissimi dissensns monumentum perhibet solemnis declaratio a Capitulo emissa ad hoc ut exeqnutioni coadjutorale systema non committeretur. Quin prosit Episcopo nnum vel alterum ex Canonicis sunm particnlariter praebnisse consensum; nam tum solum Capituli consensus dicitur adesse, qnm Canonici rite in aula capitulari congregati alicui rei assentiuntnr. **)

Invocat insnper immemorabile tempus quo absqne ulla controversia semper Intrense collegium in quasi possessione totius parochialis jurisdictionis versatum est, atque affirmat antiqnissima Capituli jura quoad solidum animarum curae exercitium sarta tecta esse servanda, qnum licitum Episcopo non sit apostolicnm privileginm proculcare, illudqne semper praesumitur adesse, qnoties immemorabilis pacifica possessio concurrit teste *Pignatell. tom. 7. cons. 3. n. 4.* et *s. Rota in Recen. part. 2. decis. 11.*

Gradum deinde faciens ad partis adversae objectiones refellendas demonstrare satagit Concilium Trid., Concilium Mediolaneuse IV., edictalem legem sub Episcopo Novariensi Melano quoad coadjntorias editam 1812 et rescriptum denique a s. hac Congregatione latum 1814 ad preces Vicarii capitularis Zucchi episcopali decreto opitnlari minime posse.

Quoad Tridentinum fatetur illud in *sess. 24. de ref. cap. 13.* jussisse ut unicuique ecclesiae suus perpetuus peculiarisque parochus assignetur, deuegat vero unum nou esse pastorem in s. Victoris ecclesia; nam ex receptissima juris canonici regula paroeciae Cathedralibus vel Collegialibus unitae totius Capituli jurisdictioni subsuut *) quod unicam repraeseutat rectoris personam veluti tradunt *Corrad. prax. benef. lib. 2. cap. 2. n. 51., Gratian. discept. forens. cap. 865. n. 35., Gonzalez. Comment. ad reg. Cancell. gloss. 6. n. 71., Barbosa de offic. et potest. paroch. part. 1. cap. 1. n. 44., s. Rota cor. Puteo decis. 290.* Nec rem immutat, quod s. Victoris Canouici in solidum animarum curam exercent, cnm idcirco examussim parochiale ii muuus in solidum exerceant, qnia constitunnt nnicam fictam personam seu morale corpus penes quod parochialis jurisdictio conjuncta habitualiter et actualiter manet, ad ea quae tradit *Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 20. n. 115. et seq.*, ibi: »Pluralitas persouarum hoc casu non consideratur ad constitnendam universitatem et consequenter personam unicam fictam nec propterea alius tuuc dicetur sponsus ecclesiae rector quam ipsum Capitulum et Canonici in universnm.«

In Mediolanense vero Concilinm quod attinet, prae primis observat illnd loqui de ecclesiis, quibus duo pluresque parochi in animarnm cura gerenda constituti sunt. Unde ea omnia quae faciunt ad Tridentinae synodus dispositionem excludendam Mediolanensis etiam Concilii praescriptum s. Victoris collegio aptari non posse demonstrant. At vero intimius rem perscrutando in eo totus est, ut probet nnllum in Mediolanensi synodum verbum reperiri quod coadjutorale systema vel a longe respiciat. Profecto in paragraphis 27. 28. ipsa constituit ut Epis-

*) Vd. *t. II. p. 622. c.*
**) Vd. *t. III. p. 742. c*

*) Vd. *p. 812. n. 9.*

copus »certos parochialis vicinae limites pro illorum (parochorum) numero, aedibus aut viis perpetuo distinguat, quos ita distinctos in curam eorum unicnique pro limitum distiuctione tradat, ita ut inter suos quisque fines parochialem curam gerat«. De parochis agitur; aeque de principalibus sermouem ibi habet Concilium; nam divisio paroeciae in plures regiones et parochi constitutio per singulas coadjutoribus minime convenit.

Nullum pariter de coadjutoriis verbum excidit in subseqnentibus paragraphis 30. 31. qnia in illis nnice demandatur, ut Episcopns nbi plures snut parochi eorum unum morum gravitate curaeqne gereudae peritia atque nsu praestantem alteri aliisve praeficiat. Ex hac verborum conceptione minime sequitur parochialem jurisdictionem et titulum ceteris adimi eosdemque veluti ejus qui praesit coadjntores esse retinendos. Quod adeo verum est, ut emolumenta etiam extraordinaria inter omues certo statnto tempore aeqna lance Concilium dividi jusserit, tali modo implicite declarans qnemlibet ex parochis aequali gradu et jure quoad parochialis muneris exercitium pollere.

Ast admisso etiam quod in vim Tridentini et Mediolanensis Concilii fas Episcopo sit coadjutorias instituendi insnperabile tamen ejusdem voluntati obstacnlnm parare asserit trium ultra saecnlorum iutervallnm, quo post Tridentinos et Mediolanenses canones solide auimarum curam exercuerunt Canonici. Centenaria etenim pacifica possessio impedit quominus illae sanctiones revocentur ad vitam, quia apostolico etiam privilegio censeri debent destructae, *s. Rota cor. Emerix decis. 1063 n. 1.* et in *Tyburtina Spolii 8. April. 1796 cor. Consalvi* § *20.* Quin referat Trid. synodnm immemorabilibus derogare consuetndinibus nam veluti admonet *Barbosa in collect. doct. ad Conc. Trident. sess. 24. de ref. c. 13.* Concilium loquitur »de praecedentibus scilicet et non futnris«. Cni etiam addit centenariam possessionem contra conciliaria decreta snffragari eisque omne robur adimere ob praesnmptionem quam continet melioris cnjnscumqne tituli, et sic etiam apostolici privilegii, *Card. de Luca de jurisdict. disc. 96. n. 21.*

Circa Episcopi Melano decretum animadvertit primo non potnisse Melanum contra Concilii Mediolanensis dispositionem, cujus observantiam imperabat, coadjntores statuere. Animadvertit deinde illud respicere ecclesias ubi sunt »più parrocchi o capi equali« quod dici non potest de ecclesia s. Victoris in qua nnus est pastor, totum scilicet Capitulum. Tertio demum observat exequtioni committi non posse quoad Intreuse Capitulum, quia obstat centenaria possessio et quia Praesul ipse Melano ejusque successor Card. Morozzo nullam innovationem in iusigni s. Victoris collegio peragendo facto demonstrarunt eam coadjntorali systemati obuoxiam esse non posse.

De rescripto s. hujusce Congregationis rogante Trucchio edito 1814 haec habet: Objicit ipsum obreptitium esse (uam falso repraesentavit Pontifici Trucchius Concilium Mediolanense coadjutorale in paroeciis instituisse systema) atque idcirco attendi non posse, quia omnia rescripta clausulam contiuent »si preces veritate nitantur«, ex *text. cap. 2. de rescrip. leg. 7. cod. de div. rescript.* Praeterea probat ipsum loqui de quindecim tautnm paroeciis nominatim in precibns a Trucchio expressis quas iuter s. Victoris ecclesia minime extat; unde rescriptnm non potest ad illam extendi, primum quia intelligendnm est juxta petita, *Pignatell. consult. 113. n. 3.*, nec porrigitur ad personas non nominatas, *s. Rota in Recen. decis. 214. n. 3.*, secundo qnia respoudit ad ecclesias nbi duo snnt parochi, tertio odii pleuum quum sit, collegiales ecclesias etsi parochiales snb parochialium nomiue minime comprehendit, ad tradita per *text. in cap. 22. de elect. et elect. potest.*; quarto demnm qnia observantia quae interpretatiouum*) regina in jure vocatur jam praefinivit, illud ad s. Victoris ecclesiam porrigi nequire. Quamvis enim septem vicibus post dicti rescripti prolationem Iutrenses canonicatus vacaverint, semper juxta veterem formam collati sunt ab Episcopo Novariensi cl. men. Cardiuali Morozzo. Quamobrem uefas esset iu discrimen nnnc adducere quod plurium annornm observantia firmavit, *s. Rota cor. Arostegni decis. 47. n. 12.*

Observantiae episcopalia etiam accedunt decreta. Etenim 1821 Card. Morozzo »dietro annuenza governativa spiegata con biglietti regio 22. Settembre prossimo passato« capitnlnm declaravit »ristabilito e confermato nei suoi primi diritti e doveri«. Neque id satis fuit. Quoniam etsi 1826 in synodo dioecesana regulas constituerit circa coadjutorias servandas, omnem tamen spiritualem jurisdictionem insigni s. Victoris Collegiatae iucolumen reliqnit et antiquissima capitnlaria statnta ad illam spectantia approbavit.

*) Vd. *p. 746. n. 16.*

Ex hisce autem capitularibus statutis novnm sumit argumeutum Capituli favore. Nam talia ea sunt ut omnem tollant confusionem in Sacramentorum administratione, nec dissidiis aditum praebeant. Et re quidem vera praecipiunt »ut qui hebdomadarius in choro cnram animarum actualiter exerceat in oppido ejusqne territorio«. Si vero agatur de sacramento poenitentiae admoneut omnes »nt ea qua par est frequentia, discretioue et caritate illud administrent, sermonis ad populum onus ei injungunt, qui actualiter in ss. functionibus obeundis celebrantis officium sustinet« reservato jure alium substitueudi. Integrum tamen relinquuut cuicnmque Canonicorum »administrare sacrameutnm Encharistiae«. Ad omnem pariter confusionem tollendam, utque populo innotescat, quinam sit hebdomadarius cuilibet ex Canonicis propriam hebdomadam per turnum assignant. Casus insuper voluntariae vel necessariae absentiae hebdomadarii consideratur atque in utroque jubetur nt absentis »hebdomadam faciat Canonicns qui sequitur in ordine hebdomadario«. Praeterea residentia commendatur, utque magis magisque ordo servetur capitulo tribuitur absentem oblectionis causa arbitraria poena multandi.

Ambigendum vero non esse dicit quin Canonici statuta eadem semper religiose coluerint, quod equidem demonstrat Novariensium Episcoporum silentium, qui plurium saeculorum cursu nihil in insigni s. Victoris Collegiata ceusuerunt esse mutandum. Quanta vero animi sednlitate, qua diligentia, qua admirabili concordia actnales Canonici Sacramentorum administrationi operam navent ex praesenti controversia deducit; tanto etenim studio snornm parochorum jura non defendereut Intrenses cives, si praejudicii aliquid ex illornm in solidnm multiplicitate ipsi vel aliquando sensissent. Unicam levissimam ordinis perturbationem locnm habnisse asserit, in parochiali quadam morum fide, quam Canonicus Praepositus Diana exaravit ab ea dissonam, quam ceteri quatuor Canonici subscripserant, velnti integri testes sacerdotali etiam charactere insigniti deponunt: hoc vero factum verti debet cnlpae solius Canonici Diana, qui regulas sprevit in similibus casibns a Cardinali Morozzo statutas, unde durum esset ob unius culpam totnm morale corpus punire. Ex Canonici pariter Diana qui et Praepositns erat pertinacia processerunt duae quaestiones coram senatu propositae, altera super exigna quadam eleemosina, quam ad se prae ceteris pertinere ille contendebat, altera super jure quod ipse in quaestionem adducebat, Canonico hebdomadario sedendi in praepositi stallo, quando hic solemnibus sui muneris functionibus incumbit penes altare; nulla ex dictis controversiis aliquid commune habet cum sodali parochorum in solidnm multiplicitate, velnti patet ex defensione pro Capitulo typis impressa cnjus apographum apud s. Congregationis acta existit. Nec praeterit dissidiornm istorum causam cessasse, evecto ad canonicalem Novariensis Cathedralis praebendam eorum auctore Canonico Praeposito Diana. Hisce ita se habentibus concludit injuria prorsus egisse Episcopum adversarium dnm coadjntorali systemati insigne s. Victoris collegium subjecit.

Absurda deinde praejndicia et scandala enumerat quae ex coadjutorali systemati dncerent ortnm. Absurdum namque dicit Episcopum posse proculcare ss. canonnm dispositionem, qnae jnbet nec proprio marte Episcopus beneficiorum natnram immutet et curam animarnm toti Capitnlo incumbentem absque ejus assensu in nunm tantnm ex Canonicis transferat, absnrdnm pariter privilegium apostolicum coutemnere, quod Capitulo Intrensi in vim immemorabilis et centenariae suffragatur, *Piton. discept. 93. n. 10.*

Novus praeterea rerum ordo aequalitatem illam e medio auferret, quam inter fratres (tales enim Canonici dicuntnr teste *Piton. discept. 137. n. 23.)* servari oportet ad evitanda dissidia. Isthaec vero inaequalitas locnm sibi vindicaret non solum quoad gradum sed etiam quoad emolnmentorum divisionem; nam juxta regulas ab Episcopo Melano traditas major emolnmentorum pars ad parochum principalem pertinet. Inde majora etiam jurgia; neqne ea qna par est caritate atque diligentia in Sacramentorum administrationem coadjutores incumberent, sed tristissimnm illud eveniret a quo Mediolanense Concilium tantopere abhorruit, ut coadjutores iidem parochos sese jure meritoque non existimantes alter in alterum parochiàlis muneris cnram rejiceret, cnm maximo populi damno; dum e contra stante veteri parochorum institntione Canonici seduli essent in Sacra-

mentorum administratione, velut adhuc se gesserunt.

Aliud insuper praejudicium dictum systema Capituli juribus inferret. Parochi etenim filialium ecclesiarum in territorio existentium qui nunc Canonicis parochis subsunt si in unum tantum ex Canonicis animarum cura transferretur, pluribus in negotiis Canonici coadjutoribus superiores evaderent, neque hisce licitum amplius esset sacras in Patronorum festo peragendi functiones in ecclesiis filialibus veluti ab antiquissimo tempore consueverunt in vim habitualis parochialis jurisdictionis super dictis ecclesiis. Quanti vero in materiis praeeminentialibus hujusmodi novitates ss. canones detestentur edocet *Piton. discept. 149. n. 24.*

Sed majus etiam praejudicium urget. Nam a coadjutorali systemate divinus cultus, cujus conservationem et augmentum maxime cordi habet ecclesia, non modo non conservaretur et augeretur, sed potius funditus everteretur ac profligaretur. Et sane ex eo temporis momento quo sacerdoti Canonico Ottone veluti parocho coadjutori collata fuit s. Petri Eugebii praebenda, populus Intrensis acerbissime contristatus minores dedit oblationes in die festo s. Victoris minorique etiam frequentia divinorum officiorum et missarum celebrationem capitulo commisit, ut fabricae s. Victoris ecclesiae officiales id deponentes fuerint impulsi ad exorandum ss. Pontificem, quo sospite laetamur, ut innovationem quamlibet in ecclesia s. Victoris prohiberet.

Immane vero damnum esse contendit quod Canonici exinde sentirent. Quum enim ut probavit in superiori paragrapho nullam amplius ex voluntariis oblationibus Intrenses cives favore Capituli peragerent, quin imo decimam etiam exsolvere renuerent quae audit lo Iterolo; id efficeret coadjutorale systema, ut Canonici stipem fere quaesitare cogerentur. Quin prosit objicere renuentes ad solutionem in judicio facile posse compelli. Nam id obtineri non posset quoad oblationes quae ex voluntate procedunt. Decima vero dicta »lo Iteròlo« parochiali Canonicorum collegio taxative fuit a civibus promissa, unde si parochialis ex novo stemate evanesceret, hujusmodi etiam obligationis causa cessaret.

Ultimo loco admonet non esse miraudum, si populus quamvis religione et pietate praestans hac utatur agendi ratione. Nemo etenim ex Intrensibus civibus pacato perferret animo eversionem veteris parochialis institutionis, unde maximum civitati decus atque ornamentum redundat, quaeque effecit adhuc ut nonnisi doctissimi sacerdotes parochorum munere fungerentur. Praeterea ipsorum oculis assidue, inquit, observantur scandala atque inconvenientia in aliis dioecesis locis a coadjutorali systemate excitata. Memorat ceteris missis Pallantiam in qua etsi duo sint coadjutores »si debbe ben due volte a restar senza la messa parrocchiale nil breve periodo di pochi anni«, veluti haec cuncta deponunt 59 testes.

Quamobrem antequam finem rationi faciat ad Eminentiss. Patrum memoriam redigit monitum *Caelestini III. in cap. 3. de consang. et affin.*, ibi: »Consultius duximus multitudini et observatae consuetudini deferendum quam aliud in dissensionem et scandalum populi novitate quadam adhibita statuendum«; illudque *Augustini relat. per Gonzalez. in cap. Cum consuetudinis de consuetudine, sub n. 3.*, ibi: »Ipsa mutatio consuetudinis etiam quae adjuvat utilitate novitate perturbat«, necnon illud *Chrysostomi in epist. 1. ad Corinth. homil. 7.*, ibi: »Novitates etiam odiosas nihilque adeo animos perturbare quam innovare aliquid et a consuetudine alienum facere.« Precatur etiam EE. VV. ut immemorabili consuetudini calculum album adjiciant et nullitatem proclament decreti diei 3. Jan. 1845 quod praejudiciale inuexit in s. Victoris ecclesiam coadjutorale systema.

Quibus omnibus praelibatis dirimendum est

Dubium:

An sit servandum decretum diei 3. Jan. 1845 Episcopi Novarien. quoad curam animarum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 5. Julii 1847.

Continuatio.

Sed ex obtento novae audientiae beneficio per syndicum decurionesque civitatis Intri, qui causa ceciderant, cum haec iterum esset proponenda, s. Congregatio diei 25. Sept. reiterando certamini statuta est; etsi inde partibus consentientibus protelata fuerit propositio ad hodierna, quae calantur, co-

mitia. Mox vero Intrensium defensor petiit aliam destinari Congregationem asserens haud voluisse novam parare defensionem ob adversam valetudinem, qua, ut medici sui comprobat testimonio, plures dies laboravit. Nihilominus, Episcopi procuratore viriliter obstante, illius petitionem dimisimus rescripto: »Utatur jure suo in die propositionis causae.« Quare ipse hodie tutam habet spem, ab indulgentia ac humanitate EE. VV. petitam dilationem consequuturum, modo rationem habeant nedum ad valetudinarium ejus statum, sed etiam ad controversiae iudolem. Addit et aliam causam protrahendi judicium exhibendo scilicet epistolam a Consiliario municipali nuperrime acceptam.

Contra Episcopi procurator in eo se totum adhibet ut supremum rursumque unicum hac in causa judicium adipiscatur. Nova tamen ejus allegatione haud volumus EE. VV. distinere; quum eadem fere in ipsa inveniantur quae in alia superioris propositionis alla fuerunt, praeter unum vel alterum documentum, sive ad demonstrandam quam maximam utilitatem ex introductione systematis coadjutoralis animabus obventuram sive ad rejicienda scandala et incommoda, quae exinde oritura in prima adversarii allegatione opponebantur. Nostrum est ut ponamus dirimendum

Dubium:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. nihil respondit.

Die 18. Decb. 1847.

19) Exercenda a parocho tantum, non a Vicariis simul.

Vd. n. 15, 17, 18.

Pluribus abhinc saeculis insignis ecclesia parochialis ss. Martyrum Firmi et Rustici Oppidi dioecesis C. a quatuor parochis vulgo *Portionariis* regebatur, qui curam animarum *in solidum* exercebant, non tamen sine jurgiis ac litibus, quae saepe saepius in aperta scandala desinebant. In Collegiatam isthac ecclesia erecta anno 1617 quatuor parochi *Curati Canonici* nuncupati sunt. Labente vero anno 1750 antiquior parochus Archipresbyteri nomine subscriptus invenitur, quod ad ejus successores nemine contradicente migravit: atque ita *Archipresbyter* antiquior parochus, *Curati Canonici* vero reliqui parochi appellati sunt.

Anno autem 1804 res immutatae fuerunt opera civilis auctoritatis, quae statuit, ut inposterum unus tantum esset parochus, reliqui vero tres parocho, titulo *Vicariorum* assumpto, adjutorio essent. Episcopus praeterea retulit Collegiatam fuisse conversam in paroeciali ecclesia, ipsa civili auctorante potestate. Et quamvis ignoretur utrum innovationi huic accesserit s. Sedis approbatio, tamen ab anno 1804 ad praesens paroeciam istam unum habuisse parochum opinio publica retinuit; quamquam Vicarii nonnullos exercuerint et adhuc exerceant parochialis auctoritatis actus. Utrum vero ex tacito Archipresbyteri consensu, an potius ex longi temporis consuetudinis effectu id ipsis obvenerit, dignosci non valet, cum omnia in tenebris delitescant. Illud unum certum est, quod Missae pro populo ac praedicationis onus Archipresbyter et tres Vicarii ut antea ad invicem sustulere; onera atque emolumenta omnia aequali portione diviserunt atque in vacatione praedictae alicujus Vicariae spiritualis Oeconomus ut in Paroeciis deputari solet.

Res sic se habebant, cum duo ex praefatis Vicariis, occasione arrepta a quadam resolutione ab Archipresbytero edita, qua imminuta eorum potestas magis magisque coercebatur, praecipue circa adsistentiam ad matrimonia, sub mense Februario anni 1877 ad Episcopum, supplici oblato libello, confugerunt, petentes ut in plena suae dignitatis et auctoritatis parochialis possessione redintegrarentur, ceu ante annum 1804; eoquod suppressionis actus ex civilis potestatis vi partus erat. Ordinarius quaestionem magnis difficultatibus involutam prospiciens a judicio ferendo abstinuit: sed pro viribus exoravit ut Apostolica Sedes sanaret quod in praeteritum gestum sit contra ss. canones et ut unus tantum constitueretur parochus, ad jurgia et lites futuras praecavendas.

Ut omnis aequivocatio eliminaretur, autumant isti, se numquam excidisse a jure regendi paroeciam in solidum et quaerere an in ea dignitate et potestate conservandi sint.

Vicariorum autem jus parochialitatis patet sive ex veteribus documentis sive ex publicis titulis sive ex parochialibus codicibus sive ex antiquiorum parochorum testimonio. Extant complures nominationis bullae quae omnes parochialem vicariorum naturam ac dignitatem ostendunt. Fundationis

autem bulla deficit omnino neque illa utcumque diligenter exquisita inveniri potuit.

Per immemorabilem ac nunquam interceptam consuetudinem suum jus Vicarii patere contendunt, ac prae caeteris per Curiae attestationes. Nec objici ab adversario posse, mutato nomine mutatam beneficii curati naturam fuisse. Siquidem primus ille actus, qui parochi nomen uni Archipresbytero tribuit, civilis tantum auctoritatis fuit nec quoad animarum curam quidquam mutavit. Cum vero hic actus non modo hucusque non interfuerit, sed cura animarum semper a quatuor parochis, quin aliquid innovaretur, gesta sit atque ad praesens etiam geratur, apertissime patere ostenduut ecclesiasticam auctoritatem nullam, quoad juris effectus, civili legi vim praebere voluisse.

Nec refert quod sic haberetur jus parochialitatis inter plures in solidum. Neque enim in jure novum neque in praxi insuetum est, jus parochialitatis in solidum haberi, praesertim si qua rationabilis et legitima ratio, prout iupraesentiarum, id expostulet. *Pitonius constitutiones et decisiones* pro parochis n. 1404 et *seqq. 3. Junii 1678:* neque aliter sentit S. C. C. *in Tiburtina 25. Martii et 9. Julii 1757* atque in *Brixien. 15. Julii 1875* et in *Aretina 15. Decembris ejusdem anni.* Ipsa etiam *Tridentina Synodus* non modo cumulativae curae non adversatur, sed illam admittit ac praesumit, prout videre est in *cap. 18. sess. 24. de reform.*

Atque hoc tanto magis admittendum Vicarii tradunt, quando, prout in casu, plures quidem parochi sunt, sed *unam* efficiunt atque induunt *personam.* Tum enim cura animarum, licet *actu* apud singulos sit, *habitu* tamen *apud omnes in solidum* permanet, quia non in corpore, in collegio, pluralitas existere non potest, prout docet *Lotter. de re benef. lib. 1. quaes. 20. n. 116. seqq. atque in num. 142. seqq., Rota decis. 225. par. 19. tom. 1. Rec. num. 2. seqq.*

Quod vero ad consuetudinem attinet, plures Vicarii actores nominationum bullas inducunt, ex quibus qualis paroeciae semper administratio fuerit juxta ea quae nuper tradita sunt, apertissime patet. In his enim, quoties presbyterum quocumque nomine ad curam animarum in Oppido C. nominari contigerit, semper ad »*unam ex quatuor portionibus parochialibus curatis*« exercendam vocari consuevit, neque ulla inter curata beneficia distinctio apparet. Et ipsa civilis auctoritas licet nomen parochis mutari imperavit, constituit tamen quod redditus paroeciae solvi debeant quatuor parochis.

Ipsa Episcopalis curia, quae nimis haud Vicariis favet, quatuor esse parochos declaravit atque eos unam eamdemque personam gerere atque administrationem exercere. Et Episcopus dioecesanus in visitatione pastorali anno 1599 quatuor esse parochos ait, alternis hebdomadis curam exercentes.

Sed majora etiam praestare se Vicarii traduut. Parochiales enim codices adducunt, qui veritatem ostendunt, atque ex his non modo quatuor semper parochos dignitate pares in ecclesia C. extitisse patet, sed etiam antiquiorem parochum Bartholomaeum Foresti anno 1750 primum sibi Archipresbyteri nomen assumpsisse, quod posthac in exemplum successoribus usuveuit.

Mox de Curiae C. attestationibus loquentes omnia expeuduut quae haec in iis monumentis pro Vicariis tradidit. Illa enim quatuor semper parochos in ecclesia C. extitisse testatur.

Nec praetereundum ajunt quod in Bulla quadam apertissime id firmatur. Anno enim 1816 Homobonus Offredi Episcopus C. cum impares omnino vidisset ob auctum fidelium numerum quatuor parochos ad animarum curam coadjutoralem instituit Vicariam ac novo coadjutori praecepit: »Ita quod in cura animarum ad nutum et in subsidium m. r. parochorum dictae ecclesiae parochialis SS. MM. Firmi et Rustici praedicti oppidi C. te praestari debeas.«

Nullam igitur Archipresbytero juris rationem favere pergunt, prout ipsa saecularis observantia docet. Cumulative semper parochi quae muneris sui erant expleverunt, ac simul pariter emolumenta atque onera, uemine contradicente, diviserunt. Atqui consuetudo plusquam centenaria*) suapte natura valorem induit veri ac legitimi tituli ac privilegii, eaque praeditus potest allegare titulum de mundo meliorem, *l. in summa ff. 8. de aqua et aquae pluviae arcendae, l. hoc jure 4. pa. 4. ff. de aqua quotid., G. super quibusdam 26. de verbor. sig., Rota Rec. par. 1. decis. 677. num. 4. par. 3., decis. 489. num. 2. par. 4. to. 1.* et alibi passim. Quapropter *de Luca lib. 7. de alien. disc. 3. n. 6. ait: sola centenaria* (praescriptio) *sufficit non obstante moderna constitutione Urbani VIII. ob facultatem allegandi quemcumque titulum de mundo meliorem.* Cujus rei rationem adducit in *lib. 15. disc. 21. de judiciis num. 50.* hisce verbis: *omnia enim dominia ac bona vel jura quae ab antiquissimo ac immemorabili tempore bene concluso possideantur aliquod principium absque dubio supponunt.* Itaque concludendum animadvertunt quod observantia tanti temporis patrocinetur Vicariis, nedum in linea interpretativa et praesumptiva sed et in linea praescriptiva.

*) Vd *p. 742. n. 5.*

Quod si missae pro populo celebrationem adjungas, quam parochi omnes perficiunt, jura ad decimas, parochialis Archivii administrationem atque usitatam perceptionem in utriusque stolae emolumentis, luce clarius jus suum parochi apparere contendunt ac vehementer mirantur quomodo »*sibi tantum exclusive*« animarum curam pertinere Archipresbyter adfirmet, cum haec tantummodo verae et propriae parochialitatis probationem inducant, prout firmavit *Rota in Rec. dec. 225. par. 19. to. 1. num 8. seqq.* Porro animarum curam dubio procul ad Archipresbyterum pertinere fatentur, sed cumulative ac non exclusive. Quum Vicarii ostenderint naturam sui muneris esse parochialem, ad secuudam perguut quaestionem, eoquod Archipresbyter autumet sese solum esse parochum et sibi tantum matrimonia esse reservata. Id tamen neque jure neque factis vindicare posse Archipresbyterum, ajunt Vicarii.

Nam, posita pluralitate parochorum atque ideo posita jurisdictionis ac potestatis in omnibus aequalitate, quis inficiari poterit jus sacramenta omnia (nullo excepto) administrandi parochi officio essentiale agnosci? Compertissimum igitur in jure est solum parochum valide ac legitime matrimoniis adsistere, prout firmavit *Tridentina Synodus in cap. 1. sess. 24. de reform. Matr.* ac *Bouix de parocho par. 4. § 2. pag. 462:* atque ideo, si plures diguitate pares parochi siut, iis omnibus jus adsistendi spectabit.

Sicut nullum effugium praesto est Archipresbytero in jure sic nec in factorum serie. Pro omnibus sufficiant bullae Episcopi Offredi quae vicariam *coadjutorialem* instituunt atque hoc presbyteris quibusdam munus conferunt eisque facultatem minist randi sacramenta tribuunt, his tamen verbis adjectis: »*et excepto sacramento matrimonii ad cujus adsistentiam debeas specialiter ab altero ex praefatis parochis deputari* (scilicet a parochis vicariis), *iisque pariter exceptis quae matrimonium sive antecedenter sive subsequenter respiciant, quaeque omnia iisdem RR. Parochis reservata expresse volumus et declaramus*«. Luce igitur clarius suum jus apparere parochi ajunt quod ipse Episcopus jam anno 1816 non creavit sed agnovit. Nec inposterum se res aliter gessit ut evincunt Vicarii per attestationes praedecessorum suorum.

Ita jure matrimoniis adsistendi generaliter probato de nonnullis sibi exceptionibus disputandum Vicarii putant. Excidit perraro in literis nominationum verbusculum aliquod quod Vicariis adversari videtur, facultatem iis adsistendi tribuens, accepta prius ab Archipresbytero delegatione.*) Tamen nullo modo sibi id nocere Vicarii traduut: eoquod sola ecclesiastica auctoritas, quae curata beneficia constituerat, per formale decretum potestatem antea traditam minuere potuisset, quod sibi tamen minime perficiendum censuit. Quamobrem, cum juris existentia absolutissime demonstretur nec contrarii quomodocumque actus reperiantur, nullo in pretio exceptiones hujusmodi putant habeudas esse. Quod si etiam nunc Vicarii obsiguationem suam apponunt, adjectis verbis *delegatus ab Archipresbytero* quisquis videt id facieudum esse ex prudentia. Nam parochiales codices obuoxii sunt investigationibus auctoritatis civilis, quae parochorum pluralitati enixe adversatur.

Quae tamen a Vicariis adducta suut ss. canonum sanctioni adversantur; ab istis enim parochorum pluralitas omnino rejicitur. Idque dubio procul liquet tum ex *tex. in cap. 15. de praeb. et dignit.* in quo statuitur *quod una ecclesia unius debeat esse Sacerdotis:* tum etiam *ex cap. 8. eod. tit.* quod de minoribus ecclesiae beneficiis agit, inter quae certo certius beneficium parochiale adnumerari debet. Quas juris communis canonicas sanctiones Tridentinum in vigorem revocavit easque auctoritate sua communivit. Sane Tridentini Patres, ut colluctationibus ac scandalis ex hac pastorum pluralitate profluentibus viam praecluderent, Episcoporum curae et sollicitudini commiserunt in *sess. 24. cap. 15. de ref.* ut *unicuique populo suum Pastorem peculiaremque parochum assignent,*

*) Vd. *p. 721. c.*

qui eum cognoscere valeat et a quo solo licite sacramenta suscipiant.

Quae cnm ita sint, doctores omnes hanc doctrinam tuendam esse uno ore validisque argumentis tradiderunt: inter quos satis sit citare Gonzalez ad *cap. 8. de praeb. et dignit.*, Pichler ad *tit. de paroch.*, de Luca *disc. 8. ad Conc. Trid. n. 35. et seq.*, Barbosa in *c. 1. de off. et potest. parochi num. 13. et seq.* Etenim parochorum pluralitas nednm conceptui et naturae anctoritatis adversatnr, sed gravia plerumque secumfert iucommoda, ita nt litium fomes habeatur. Hinc saepe accidit quod oves nullius audiant vocem, ex quo pluribns obedientiam pastoribns praestare debeant. Quamobrem ad tramitem expositi juris S. C. C. pluralitatem parochorum rejecit, nullo habito respectn neqne ad Constitntiones capitulares neque ad consuetudinem eamque immemorabilem neque ad quaevis alia jura, qnae in contrarinm allegabantur ceu videre est in *Hortana Jurium paroch. 14. Aprilis 1721* et praesertim in *Brixien. Jurium parochialium diei 24. Julii 1875* et *in Aretina Jurium paroch. 11. Decembris 1775.*

Hujnsmodi vero doctrinae in themate eo magis inhaerendnm esse videtur, tum quia per plnsquam septuaginta annos Vicarii curam animarum exercuernnt, reclamatam dependentiam Archipresbytero jugiter exhibentes, tnm quia aliter jnrgia et contentiones inter parochos renovarentur, qnae saepissime locnm habere solebant eo tempore, quo cnra animarum a pluribus pastoribns in solidnm exercebatnr, cen perhibet Episcopus in sna informatione ad S. C. C. Neque rationabile est, ait Archipresbyter, dicere qnod immntatio anni 1804 hand attendeuda sit, quia auctoritate civili tantum peracta fuit, absqne ecclesiae approbatione. Nam probatum non est, hand interfnisse ecclesiae consensum.

Ut autem factum aliqnod de nnllitate arguatur, probari prins debet, rem reapse accidisse, qnemadmodum asseritur. Deficiente vero hujnsmodi probatione inntiliter de nullitate actus impetitnr: notnm siquidem in jure est qnod facta non praesumnntur sed probationibus ea demoustrari necesse est, ut effectnm pariant *ad tex. in leg. 1. cod. de prob. leg. Asseveratio cod. de Non. num. pecun., Rota coram Janora decis. 48. n. 10. et coram Card. Marini decis. 422. num. 1.* Urget ulterius Archipresbyter ex omnibns rernm adjunctis praesumi potius debere sanctionem ecclesiasticam in themate non defuisse. Arguit id ex jugi et constanti silentio, nedum sacerdotum qui successivo tempore in curae animarum administrationem vicaria potestate vocati et adlecti fuerunt, verum eorum qui nativam parochorum potestatem in solidnm exercendam per laicae Potestatis imperium imminutam viderunt.

Arguit ex silentio Episcopi, qui talem injuriam snae et pontificiae anctoritati facere permisisset; qnin adversus laicae potestatis abusus vocem attolleret. Arguit ex publica opinioue quam in Dioecesi apud omues invaluisse refert Episcopus, nempe unum tantum ab anno 1804 fuisse parochum a qno ceteri operarii Vicariorum nomine dependere debeant. Arguit tandem ex tanto temporis spatio qnod ab anno 1804 elapsum est. Tralatitii siqnidem juris est, 30 annorum decursum tantam vim praeseferre ut ipsum Apostolicum beneplacitnm praesumere faciat. Vide s. Rotam in *dec. 50. num. 12. part. 14. et dec. 694. n. 5. part. 1.* Praesertim praesumitur interveuisse nbi dentur actns certi et positive gesti hujusmodi observantiam probantes, *dec. 44. num. 25. part. 10.* In themate autem cum nednm de 30, sed de 75 annorum decursu agatur, quisque ingenio sno facile percipit nullo modo ambigi posse ecclesiasticae potestatis sanctionem intercessisse. Sin minus conclndit Archipresbyter in themate agi de re dubia: in dnbio antem praesumitnr semper recte factum, quod rite faciendnm erat.

Constito vero ex jure tum antiqno tum novissimo atque ex coustanti S. C. C. praxi qnod unicus esse debeat in quavis paroecia animarum pastor, qnodque reliqui cooperatores, si qui adsunt, depeudeuter ab eo jurisdictioueu parochialem exercere teneantur, quae Vicarii secundo loco congerunt circa uativam et iudepeudentem adsistendi matrimouiis potestatem mole sua ruere contendit. Neminem enim fugit ex Tridentini dispositione in *sess. 34. cap 4. de reform. matr.* solum parochum aut ab ipso specialiter delegatum valide ac legitime matrimouii celebrationi adsistere posse. Hisce praenotatis remissum fuit Emis Judicibus deceruere quonam responso dimittendum esset sequens

Dubinm:

An Archipresbyter et tres Vicarii aequali modo curam et jurisdictionem exercere debe-

ant, etiam quoad matrimonia, seu potius Archipresbytero tantum exclusive competant in casu?

S. C. Concilii die 26. Julii 1879 respondere censuit: *Negative in omnibus ad primam partem, affirmative ad secundam: Vicarii autem jus habeant et obligationem curam animarum subsidiariam exercendi.*

Ex quibus colliges:

I. Populo cuilibet nuum pastorem assignandum esse, qui oves suas probe cognoscere et ab eisdem coguosci valeat et a quo solo licite sacramenta ministrari possint.

II. Ecclesiam, quae uxor vel sponsa parochi esse dicitur, dividi non posse in plures presbyteros, sed nnum tantum ipsa habebit sacerdotem, qui eam caste et sincere regat.

III. Natnrale vitinm esse qnod negligatur aut minns sollerter adminiistretnr, id quod in commune possidetur.

IV. Paroeciam, ex nonnullis auctoribus, sic dici quasi a partitione curae, quia rector ecclesiae curam habet animarum totius populi, intra limites illos congregati.*)

V. Quamqnam S. C. C. omnino cnret iuhaerere Tridentinae sanctioni, qna innuitur cuique populo snum peculiaremque assiguandnm esse pastorem, band reuuit tamen pastorum plnralitati, quatenus ex privilegio apostolico existat ant ex lege fundationis.

VI. In themate nullimode probatnm fuisse *jure* existere pluralitatem pastorum; ita ut dici posse videatur, Vicarios parochialem adhuc exercuisse jurisdictionem ant ex tacito Archipresbytero consensn aut ex consuetndine paullatim inolita, dnm rerum adjuucta praesumere facient, quod ex Apostolico beneplacito uuicus pastor assignatus illi ecclesiae fuerit, ab auctoritate civili.

20) Exercenda a Parochis saecul. et regnl. Goae.

Vd. t. I. p. 215. p.

Mandatur observari decreta edita a s. Congregatione de Propaganda Fide ab ecclesiasticis tam saecularibus quam Regularibus pro bono regimine spirituali animarum christifidelium Goae.

Ad futuram rei memoriam.

Sacrosancti Apostolatus officii, quo divina disponente clementia catholicae ecclesiae regimini meritis licet imparibus praesidemus, sollicitndo Nos monet, ut noxia qnaecumque a Dominico grege quantum nobis ex alto conceditur removere studeamns.

§ 1. Cum itaque ad aures nostras deveuerint quaerimoniae christifidelium Goae atque in adjacentibus insulis degentinm de nonnullis abusibns ecclesiasticorum eorum praecipue penes qnos ipsorum christifidelium spirituale regimen ac cura resident: Nos praedictis abnsibus, qnatenus irrepserint, quantocitins occurri aut saltem praecaveri, ne illi inposterum contingant, volentes, de nonnullorum Venerabilium fratrnm nostrorum s. romanae ecclesiae Cardinalium ex Congregatione negotio Propagandae fidei praeposita, quibus querimonias hujusmodi discutiendas remisimus, consilio, apostolica anctoritate tenore praesentium statuimus, praecipimus et mandamns sedulo inviolabiliter et exacte servari ab omnibus et singnlis ad quos spectat et inposterum spectabit, Decreta infrascripta videlicet:

§ 2. I. Caveant parochi ant ecclesiastici quicumqne sive secnlares sive regulares, ne iuposterum nllo pacto cogant panperes ad operas sen laborem impendeudum pro snis ecclesiis non persolnta justa mercede, nisi id sponte et ex pietate praestare voluerint, multoque minus audeaut eos mnlctare, qni renuerint.

II. Cum iis qui Sacro aut catechesi doctrinae christianae non interfuerint (si mos sit, eos, nt supponitur, aliqua poena mulctare) ea moderatioue se gerant, ut nonnisi vere contnmacibus et contemnentibus, eaqne modica, nec crebro irrogetur.

III. Instruant populnm omni qua decet lenitate, abstinentes omnino a ferula et a verbis indeceutibus, maxime si cum mnlieribus, viris nobilibus sen aetate provectis agatnr.

IV. Ad seminarium (nisi ejus institutio sen fundatio obstet) locus etiam iis, qui ex nobili sunt genere et congrua (nisi panperes sint) persolverint alimenta, concedatur, ne a rectae edncationis beneficio prorsus exludan-

*) Quum Christifideles valde augerentur, singulae ecclesiae singulis sacerdotibus assignatae fuere et sic Paroeciae originem habuerunt. Et sacerdos seu rector ecclesiae curam habuit animarum totius populi, intra illos limites congregati. Institutio et distinctio Paroeciarum a Fagnano in *Cap. Pastoralis de iis quae fiunt a Praelat. n. 2.* Evaristo Papae saeculo IV. tribuitur; quum alii id tribuant Pontifici Dionisio saeculo II.

tnr, habita tameu prndenti distinctione a reliquis, ut quieti consnlatur.

V. Ad scientias addisceudas et scholas qnilibet admittatur, nnllo habito nobilitatis seu generis discrimine, uisi ex aliqua propria culpa qnis indignus censeatur.

VI. Neophytos Deo sub religionis jugo servire volentes sine rationabili cansa Regulares non respnant, sed pari charitate omnes, qui spiritu Dei aguntur et ad perfectionem anhelant, amplectantur.

VII. Presbyteri seculares doctrina et moribns idonei a beneficiis curatis et a qnolibet alio ecclesiastico mnuere sive praedicationis sive administraudi Sacramenta Poenitentiae minime arceantur, attenta praesertim indigeutia tot animarum millinm, quibns louge impares sunt pauci Regulares illuc ex Europa adveutantes.

VIII. Caveant itidem parochi secnlares et regulares ullo modo sese ingerere in rebus spectantibus ad politiam secularem, uec ullum ad officia publica propouant, qnamvis aptior caeteris videatur, nec unquam iutersiut comitiis ant conventibus ubi de rebus publicis agitur.

IX. Ut majori cum gaudio verbum Dei suscipiatur altiusque radices agat et fructum afferat, concionentnr omnino Regnlares pluries in auno idiomate vernaculo et patrio populorum, utque idipsum facilius et frequeutius praestetnr curet omuino Vicarius capitularis ant Snperior qui fuerit, ut etiam clerus secularis ejus regionis in verbi Dei praedicatione exerceatur.

X. Deputet et Vicarius plures ex sacerdotibus secularibus indigenis, quos idoneos reperierit ad coufessiones excipiendas, quo facilius et libentius fideles Sacramentum Poeuitentiae valeaut frequentare nec cogantur solis Regnlaribus aut exteris sese subjicere.

XI. Ut autem radicitus evellatur abusns, qui in praefatis regionibus ut praefertnr irrepsit, excipiendi coufessiones per interpretem aut lecto poeuitentis catalogo peccatorum,*) ut uutibus innuat, si quae fuerint ab eo commissa, districte praecipitur Vicariis capitularibus (graviter etiam oneraudo conscientiam ipsorum Regularium et quorumcumque ad quos pertinet) ut inposterum id nullo modo permittant, sed ab iis tantnm audiantur confessiones, qui illius idiomatis sensum snfficienter percipiunt et ad ipsorum numerum pro rei exigentia augendum promoveantur omnino Sacerdotes seculares ejus regionis ad confessioues fidelium patrio idiomate excipiendas.

XII. Cumqne audiatur maximnm catholicorum numernm contra praeceptum Domini, qui volnit debiles et claudos admitti, sub praetextn ignobilitatis et rudioris ingenii rejici a sacra Synaxi, id eadem s. Congregatio omnino vetat ac prohibet, nisi ejus mysterii siut incapaces.

XIII. Aegrotis morti proximis cnjuscumqne sint conditionis, quamvis in sordido ac vili degant loco aut tugnrio, s. Eucharistae Viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit acceptio personarum,*) ac pro nostra salute nec stabulum uec Crucis ignominiam exhorruerit.

XIV. Ne ob instrnctionis defectnm qni s. baptismate initiautnr immaculatam Christi legem profanis ac gentilitiis institutis ex ignorantia foedent ac idololatriam cum orthodoxa fide confnndant, ut saepe iuibi evenire eunuciatum est, caveant ii qui iisdem instruendis iucumbuut, ne inposterum ullus ad baptisma admittatur, qui veterem hominem ac gentilitios mores prorsus exutus Christum pleue non induerit et in fide sit sufficienter instructus.

XV. Quouiam vero (nt veritas ipsa docet) nemo potest veuire ad Christum, uisi Pater coelestis eum traxerit, moueutur ecclesiastici tum saecnlares tum regnlares caeterique qui ethuicornm couversionibns daut operam, nt illos non vexatiouibus, pollicitationibus aut vi, sed verbi Dei praedicatioue et bouorum operum exemplo ad Baptismum inducant, perscrutantes praecipue diligenter quo fine et spiritu dncantur qui baptizari postulant.

XVI. Nihil prorsus ue quidem sub praetextu pietatis parochi tam saeculares quam regulares a suis parochiauis quaestuent et si quid pro festorum celebratione spoute ab eis tribuatur, iutegre in eam causam insumaut, et quidquid superest, pauperibus ejusdem parochiae dispeusetur, ita ut quamvis minima aviditatis suspicio a viris ecclesiasticis absit.

XVII. Pro temporali regimine coufraternitatum existentium iu ecclesiis Regularium depnteutur inposternm officiales seculares,**) qui redditnum administrationi iucumbant,

*) Vd. *p. 432. n. 3*; *437. n. 13.*

*) Vd. *t. I. p. 170.*
**) Vd. *t. I. p. 185*; *223. n. 4.*

nullatenus Regularibus ea in re sese ingerentibus.

XVIII. Cnm Goae et iu adjaceutibus insnlis vetitnm sit ethnicis ritus gentilitios publice exercere, districte prohibetur ecclesiasticis, ne eisdem permittant, et maxime (quod nefas est) tnrpis lncri gratia, cadavera ethnicornm inde asportari, ut juxta profanum eorumdem ritum comburantur.

XIX. Cadavera pauperum fidelium gratis omnino posthac a parochis sepnlturae tradantnr, nec ad extorquendam aut emendicandam a viciuis vel affinibus eleemosynam publice exponantnr.

XX. Districte prohibetur, ne ethuicis ullo pacto permittatnr in ecclesiis sacrificare, serio Vicariis capitularibns injungendo, ut in contravenientes, et maxime ob lucrum, graviter animadvertant curentque inposterum ne ecclesiis praeficiantur neophyti parum instrncti.

XXI. Similiter Regularium Superiores sednlo curent ut parochi extra conventus in praedictis regionibus commorantes regularis observantiae specimeu cunctis nbique praebeant, eosque idcirco ad claustra et regularem disciplinam aliquando revocent, ne regulari iustitnto paulatim exolescente, dum aliis iucnmbunt, se ipsos amittant ac demum in destructiouem potius quam aedificationem populorum missi videantur.

Die 18. Jan. 1658.

(Bull. r. t. VI. p. 62. Ed. Luxbg.)

Confirmatio et extensio decretorum Alexandri VII. et Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum de nonnullis abusibus ecclesiasticorum in insulis orientalibus degentium tollendis.

Clemens PP. IX.

Ad futuram rei memoriam.

In excelsa Sedis apostolicae specula meritis licet imparibus per ineffabilem diviuae sapieutiae atque bouitatis abuudantiam constituti vigilantiae nostrae oculos per universas christiani orbis partes jugiter circnmferimus et sollicitis studiis providere satagimus, ut diviuus cultus ubique floreat, populorum devotio excitetur et foveatur ac omnium christifidelium praesertim in remotissimis partibus degentium quieti et animarum saluti opportune consulatur. Hoc consilio ea, quae pro salubri illorum directione a romanis Pontificibus Praedecessionibus nostris eornmque jussn pie prudenterque decreta atqne coustituta fuisse comperimns, ut firmius snbsistant et serventur exactins apostolici mnniminis nostri patrociuio corroboramus ac opportune exteudimus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, ecclesiae honorem spiritualemqne eorumdem christifidelium aedificationem salnbriter expedire in Domino arbitramur.

§ 1. Dudum siquidem emanarnut a felic. rec. Alexandro PP. VII. Praedecessore nostro literae in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet: Alexander PP. VII. Ad futnram rei memoriam. Sacrosancti Apostolatus officii etc. *p. 885.*

§ 2. Et subiude Congregatio tnnc existentium s. romanae ecclesiae Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praeposita nonnulla decreta die 22. Julii 1658 edidit tenoris sequentis videlicet:

Ad melius et facilius occurrendnm uecessitatibus spiritualibns christifidelinm in Indiis orientalibus degeutium s. Congregatio de propagauda fide decrevit:

I. Ut parochi nou naturales illarum partiuu sive regulares sive saeculares sint et teneantur omuino habere apud se capellannm uatalibus et origine Indum pro confessiouibus audieudis et diebus festis hortatiouibus ad populum liugua vernacula habeudis, ue tali auxilio destituti in ea, qua initiati suut, orthodoxa fide laugueant ac paulatim deficiant, iisque pro sustentatione et labore ubi populus ipse id sponte nou praestiterit congruum snppeditent stipendium.

II. Praecepit iisdem parochis caeterisque quarumcumque ecclesiarum superioribus, ut nedum sacerdotes iudigenas in eorum ecclesiis celebrare voleutes non arceaut verum etiam perurbaniter accipiant, quo frequentius illuc redeant ad omnipoteuti Deo immolandum sentiautque christianam charitatem omnes aequis officiis amplexari:

III. Ut vero fides adhuc in iis regionibus pubescens literarum alimento coalescat et pueri reddantur idonei ad res ecclesiasticas percipiendas iisdem parochis et maxime pagornm et villarnm injnngit, ut eos vel per se vel per capellauos naturales, si tales ipsi nou sunt, ultra fidei christiauae rudimenta grammatices etiam institutionem caeterasque artes liberales quoad fieri potest edoceaut.

IV. Decrevit, quoniam, nt auditum est, in processiouibus solemuibus etiam ss. Cor-

poris Christi ex gentilium moribus ritus aliqui sive actus irrepserunt qui licet honoris et majoris cursus gratia exhibeantur, majestatem nihilominus christianae religionis non minimum dedecent, s. Congregatio vetuit, ne inposterum permittantur et arceatur omnino quidquid ludrici aut minus gravis speciem aliquam habuerit, nullo modo autem liceat ecclesiasticis et praecipue Regularibus praetextu dignitatis, gradus aut officii umbellam in eis gestare, sed quo majori praefulgeant dignitate, eo demissius divinae majestati obsequium praestare aliosque christianos humilitatis exemplo praeire nitantur.

Datum Romae die 22. Julii 1658.

§ 3. Nunc autem nos spiritualibus christifidelium non solum Goae et insulis adjacentibus, sed etiam in universis Indiarum Orientalium regnis, provinciis et regionibus degentium necessitatibus prosperisque in via Domini progressibus pastorali sollicitudine atque charitate salubriter consulere cupientes de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum consilio literas Alexandri Praedecessoris et subinde emanata decreta praeinserta omniaque et singula in eis respective contenta et expressa auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo approbamus, confirmamus et innovamus illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus ac illa omnia et singula ad omnia Indiarum Orientalium regna, provincias et regiones extendimus et ampliamus ibique locum habere decernimus, ac per quascumque personas etiam regulares cujusvis ordinis, congregationis et instituti tam mendicantium quam non mendicantium, etiam societatis Jesu Goae et in insulis adjacentibus ac in universis Indiarum Orientalium regnis, provinciis et regionibus hujusmodi nunc et pro tempore degentes cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis et praeeminentiae existant, ad unguem inviolabiliter et exacte observari eadem auctoritate harum serie itidem perpetuo praecipimus et mandamus.

Dat. Romae die 13. Sept. 1669.

(Ibid. p. 284.)

21) Exercenda a Regularibus.

Vd. *t. I. p. 1019. n. 5.*; *p. 1041.* constit. Bened. XIV.: *Apostolicum minist.*; *t. I. p. 1051. n. 6*; p. 207 o; p. 215 p.; p. 1038 Const.: *Cum nuper*; Constit.: *Firmandis t. I. p. 1032*; *Inscrutabili* t. I. p. 208. 210; supra p. 868. n. 14; *Episcopus* (jurisdictio quoad ecclesias paroch. regul.); *Confessar. regul.*; t. I. p. 1029: *Lucana.*

Quod religiosi regulares ob defectum presbyterorum in partibus Novarum Indiarum officio parochorum fungi valeant.

Pius PP. V.

Carissime in Christo fili noster.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Exponi nobis nuper fecit tua majestas regia quod juxta s. oecumenici Concilii Trid. decreta nulla matrimonia nisi praesente parocho aut de illius licentia contrahi nullusque religiosus absque Episcopi licentia verbum Dei praedicare ac saecularium personarum confessiones audire; Episcopi vero novas parochias in locis ab invicem longe distantibus constituere possint. Quia tamen in partibus Indiarum maris oceani religiosi propter presbyterorum defectum hactenus officio parochi functi fuerunt et id quod ad conversionem Indorum attiuet exercuerunt et exercent, ex quo non modicos, sed maximos fructus, etiam verbum Dei eisdem Indis praedicando et explicando ac confessiones audiendo, ad fidei catholicae propagationem fecerunt, dicta majestas tua nobis humiliter supplicari fecit quatenus ipsis religiosis, ut illi ad uberiores fructus in dicta conversione Indorum reportandum incitentur, in locis eis assignatis, officium parochi, matrimonia celebrando et sacramenta ecclesiastica ministrando, prout hacteuus consueverunt, exercendi et, ab eorum superioribus in capitulis provincialibus obtenta licentia, verbum Dei praedicandi et saecularium confessiones, de suorum superiorum licentia, audiendi facultatem concedere aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 2. Nos igitur, qui singulorum praesertim catholicorum regum votis ad divini cultus augmentum et animarum salutem tendentibus libenter annuimus, hujusmodi supplicationibus inclinati omnibus et singulis religiosis quorumcumque, etiam Mendicantium, ordinum in dictis Indiarum partibus, in eorumdem ordinum monasteriis vel de illorum superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium, eis de simili licentia assignatis et assignandis, officium parochi, hujusmodi matrimonia celebrando et ecclesiastica sacramenta ministraudo, prout hactenus consueverunt (dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus dicti in concilii formam observent) exercere et

verbum Dei, ut praefertur, quatenus ipsi religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant, de suorum superiorum licentia, ut praefertur, in eorum capitulis provincialibus obtenta, praedicare ac confessiones audire, Ordinariorum locorum et aliorum quorumcumque licentia minime requisita*) libere et licite valeant, licentiam et facultatem, auctoritate apostolica, tenore praesentium, concedimus et indulgemus.

§ 3. Et insuper, ne in locis illarum partium, in quibus sunt monasteria religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per praedictos Episcopos innovetur, eadem auctoritate et tenore statuimus et ordinamus.

§ 4. Sicque per quoscumque judices et commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, judicari et definiri debere; ac quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, irritum et inane decernimus.

§ 5. Mandantes nihilominus dilectis filiis curiae causarum camerae apostolicae generali auditori et b. Mariae de Mercede ac del Carmen, extra et intra muros Hispalensium monasteriorum, per priores gubernari solitorum, prioribus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, eisdem religiosis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eis et eorum cuilibet concessione, indulto, statuto et ordinatione ac aliis praemissis pacifice frui et gaudere. Non permittentes eos, per locorum Ordinarios et alios quoscumque, contra praesentium tenorem, quomodolibet molestari, perturbari aut inquietari; contradictores quoslibet et rebelles, per censuras ecclesiasticas ac etiam pecuniarias poenas, eorum arbitrio moderandas et applicandas, appellatione postposita compescendo, ac censuras ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum ponendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§ 6. Non obstantibus etc.

§ 7. Et quia difficile foret praesentes literas ad singula quaeque loca, in quibus de eis fides forsan facienda foret, deferre, etiam volumus et eadem auctoritate apostolica decernimus quod illarum transumptis, manu notarii publici subscriptis et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, in judicio et extra, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud s. Petrum die 24. Martii 1567.

(Bull. r. t. VII. p. 558. Ed. Aug. Taur.)

»Parochus rite administratis cunctis ecclesiae sacramentis infirmo suae paroeciae morti proximo rescivit, ipsum in testamentariis tabulis sibi delegisse sepulturam in templo cujusdam ordinis regularis, ideoque statim accessit ad eorum religiosorum coenobium, et vocato ejusdem superiore, haec verba cum ipso habuit se functum esse suo officio administratis omnibus sacramentis praefato infirmo, et nunc spectare ad suos religiosos curam illius animae assumere eique assistere in ultimo agone usque ad obitum.

Quaeritur an in casu recte se gesserit parochus et an licite potuerit praedicti morti proximi animae curam derelinquere eamque praefatis religiosis committere? Et an iidem religiosi, qui nulla professi instituti lege ant aliqua consuetudine ad id peragendum obstricti sunt, dictis parochi obtemperare teneantur?«

Votum Consultoris.

»Non recte se gessit parochus,*) multo minus licite potuit moribundi illius curam derelinquere eamque regularibus nolentibus committere etc. Compertum est, daemonum tunc maxime urgere tentationes atque saevire in hominem, quando illum deprehendit in mortis articulo constitutum. Porro quamvis ad daemonum artes illudendas impetusque frangendos cujuslibet sacerdotis praesentia et industria plurimum valeat, maxime tamen illa parochi juvabit, quia cum sit a Deo constitutus illius animae pastor et custos, credendum profecto est, Deum summe misericordem uberiora charismata esse elargiturum pro salute animae cujus cura est ei demandata. Parochus igitur infirmo se subtrahens post administrata sacramenta privat illum singulari beneficio, quod ex pastorali ejus assistentia in extremo situs discrimine sperare poterat. Timeat proinde parochus illam comminationem a Deo per Ezechielem factam: Vae pastoribus qui quod infirmum

*) Vd. *p. 778. n. 4. 5.*

*) Vd. *p. 868. n. 15.*

fuit non consolidastis et aegrotum non sanastis.«

»Haud tamen diffiteor, regularibus utpote sacerdotali charactere insignitis et in partem sollicitudinis pastoralis advocatis aliquam incumbere generalem saltem et indirectam obligationem parocho in s. ministerio adjuvandi; non ita tamen ut parochus jus habeat ipsos adigendi ad quaecumque praestanda quae ipsi magis placuerint. Unde parochus regulares ad cooperandum rogare potest, ipsis imperare non potest. Ubi vero regulares deprehenderint, parochum singulis sui officii partibus obeundis praesto esse non posse et iis in circumstantiis versetur, ut nonnisi eorum opera periclitanti alicujus animae saluti provideri possit, tenentur profecto ex charitate parocho opem ferre et infirmorum curae adlaborare; tenentur ex religione, si aliqua lege particulari aut actu se obstrinxerint ad evangelium annuntiandum, ad cathechizandos pueros, ad assistendum infirmis aut aliud quid simile peragendum in fidelis populi utilitatem et commodum; tenentur denique ex justitia, si stipendium habeant, et sustentationes praecise, ut gregem pascant eique necessaria ad salutem subministrent. Ast emolumenta, si quae sunt ratione funeris aut sepulturae regularibus provenientia, nullum parocho jus communicant adigendi regulares ad animae commendationem, nullam imponunt regularibus obligationem, ut infirmorum, qui in eorum ecclesiis sepeliri statuerunt, curandas sumant. Enim vero tale emolumentum ecclesiae sepelienti non debetur ratione sepulturae, bene vero propter labores, quos ipsa substinet in funeris celebratione, ita ut doctoribus suffragantibus S. Rota in decisione coram Caprara favore parochi multoties definivit, ubi funus in ecclesia celebratur diversa a sepeliente, funeralium emolumentum dividendum esse inter ecclesiam parochialem et funeraneam, ut videre est in appendice ad statum cleri romani, nulla relicta portione ecclesiae sepelienti. Manifestum igitur est, non ob animae commendationem, non ob associationem, non ob sepulturam, sed unice et praecise ratione laboris in funere peragendo. Ruit igitur sponte sua parochi postulatum regularibus adigendis ad animae commendationem infirmi in eorum ecclesiis sepelieudi.«

»Testor ego infrascriptus praesentem copiam de mandato Emi et Rmi D. Julii Card. de Somalia SSmi D. Vicarii generalis etc. cum suo originali asservato in nostro cleri romani archivio in omnibus concordare ideoque plenam mereri fidem.

Die 11. Oct. 1797.

Urb. Phil. can. Majani cleri romani camerl.«

Instantibus superioribus monasteriorum ordinis s. Pauli I. eremitae Poloniae existentium attenta difficultate habendi presbyteros saeculares qui curam animarum gerant in ecclesiis parochialibus de jurepatronatu dictorum monasteriorum conceditur, ut deinceps superiores praedicti ad curam animarum hujusmodi suos monachos locorum Ordinariis nominare ac praesentare possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Julianus Kowalshi monachus expresse professus ordinis s. Pauli I. eremitae ac procurator monasteriorum sui ordinis Poloniae, quod intra latifundiorum ad aliqua ex dictis monasteriis spectantium ambitum nonnullae ecclesiae parochiales de suo jurepatronatu erectae reperiuntur, quarum cura habitualis, quamvis, ut asseritur, sit penes superiores monasteriorum hujusmodi, cura tamen actualis jamdiu per presbyteros saeculares locorum Ordinariis ab eisdem superioribus nominatos et praesentatos geri consuevit: verum quia interdum ac novissimis etiam temporibus factum est, ut nonnulli presbyteri saeculares, quibus, ut praefertur, cura animarum in dictis ecclesiis parochialibus incumbebat, alia beneficia ecclesiastica residentialia consequuti debita sedulitate ac diligentia postmodum illam administrare nequiverint; quocirca superiores praedictorum monasteriorum ad praecaveudum spirituale damuum, quod exinde christifidelibus suis subditis creabatur, ob penuriam presbyterorum saecularium in illis partibus, qui ad munus hujusmodi fungendum idonei essent aliquos ex suis monasteriis monachos in cooperatores ad curam animarum gerendum delegare omnino tenentur: dum curati omnia fere suorum beneficiorum emolumenta lucrantur: Nobis propterea memoratus exponens humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes

et supplicationibus hujusmodi inclinati, quod modernis earumdem parochialium ecclesiarum curatis quandocumque cedentibus vel decedentibus aut alias curam animarum hujusmodi dimittentibus vel amittentibus seu illis qualitercumque ex illorum personis vacantibus in posterum ac perpetuis futuris temporibus superiores eorumdem monasteriorum pro tempore existentes ad curam animarum in parochialibus ecclesiis praedictis gerendam monachos dicti ordinis expresse professos ad id idoneos servatis alias servandis, locorum Ordinariis aut ad tempus aut ad vitam praesentare ac nominare libere ac licite possint et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium statuimus et declaramus ac respective concedimus et indulgemus.

Datum Romae apud s. Petrum die 14. Junii 1796.

(Bull. r. Contin. t. X p. 21. Ed. Romae.)

22) Dispensatio ab onere eam personaliter agendi.

Vd. p. 865. n. 11; p. 889. §: *Parochus.*

Regio juripatronatus subjectus est Prioratus in Dioecesi A. cui animarum cura adnexa est, quae nunc ad 1300 pertinguut. Perillustres viri quamplurimi, in ecclesiastica dignitate constituti, ceu Episcopi et Archiepiscopi aliique Prioratum hujusmodi in commendam obtinnerunt. Qui per Vicarium adlectum oneri beneficio inhaerenti satis faciebant. Nunc Canonicus, genere illustris, Doctor in s. Theologia et Pro-Vicarius Generalis de nunciato Prioratu per apostolicas Bullas provisus fuit.

Hic tamen humillime expostulavit a S. C. C. dispensationis gratiam super duabus in dictis Bullis appositis conditionibus peragendi nempe privatum de more examen atque curam personaliter gereudi. Quam curam, ait, per Vice-parochum, suis impeusis deque Ordinarii consensu, exerceret illo in loco quo vitam degere sibi haud patiuntur aeris intemperies, male firma valetudo, aetas provecta praedonumque timor.

Retulit Episcopus, cui preces de more remissae sunt, annuum beneficii hujus redditum ad libellas 15,000 ascendere ab omni onere immunem. Quos redditus ait perceptos aliquando fuisse ab Ordinariis diversis, idem beneficium in commendam obtinentibus; quique per Vicarium, ad Episcopi nutum amovibilem, paroeciam regebant. Titulares vero, absque ulla exceptione, omnes legi residentiae obtemperasse, quoniam aere puro fruuntur illius paroeciae incolae.

Tridentiuum *sess. 24. cap. 13. de ref.* obstaculum ponit primae petitionis parti, expresse demandans, ut assumendi ad parochiales ecclesias juripatronatus subjectas per examen probari debeant. Quae dispositio cum animarum bonum respiciat, haud facile relaxatur. Neque ad dispeusationis gratiam obtineudam causae sufficientes videntur tum aetas 60 annorum, tum laurea in theologicis disciplinis aut labores in ecclesia Christi exantlati. Idque eruitur tum ex experientia continua et ex decisionibus S. C. Concilii.

Secundae quoque petitionis parti haud annuendum esse ex eo eruitur quod fere omnes canonistae profiteantur, de jure divino demandatum esse parochis ouus residentiae. Tridentina nam Synodus sess. 23. cap. 1. habet: »*Cum praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre verbique divini praedicatione, sacramentorum administratione ac bonorum omnium operum exemplo pascere . . . . . quae omnia nequaquam ab iis praestari et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt . . .* Cui oneri ut satisfaciant inhabitare tenentur in aedibus parochialibus; S. C. C. *in Faventina 1589 dub. 1. Nullius 6. Aprilis 1606 dub. 1.*, vel saltem ipsis deficientibus, intra paroeciae limites; *Ravennaten. 1577 ad dub. 2.* Neque ab hac praeceptiva lege excusat aeris intemperies, *S. C. C. in Regien. 1573 dub. 1.*, licet inibi adesset Vicarius ad animarum cnram gerendam deputatus, ceu videre est in Tarraconen. *Residentiae 24. Martii 1736 dub. 1.*, neque inimicitiarum timor. Neque S. C. Concilii aut Ep. et Regnlarium consueverunt indulta concedere perpetua a residentia, postquam *Trid. sess. 6. cap. 2. de ref.* aboleverit indulta perpetna de non residendo. *)

*) Dum Tridentinum praefata sessione 6. c. 2 jusserit Ordinarios, ut opportunis juris remediis residere cogant obtinentes beneficia, quae ex jure aut ex consuetudine personalem exigunt residentiam, adjecit: »*Nullique privilegia seu indulta perpetua de non residendo aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur.*« Ut vero magis innotescat quam gravissime parochi ad legem residentiae observandam obligantur, attendendum quoque est quidquid hac super re sanxerint Pius IV. const. *De salute*

Ast obliviscendum haud est, agi in themate de viro optime merito; quique doctrinae bonorumque morum specimen exhibuit in fungendo munere examinatoris Pro-Synodalis, Provicarii Generalis, in praedicatione Verbi Dei et Sacramenti Poenitentiae administratione. Hinc de ejus idoneitae ad regendam paroeciam ambigi nequit neque spiritus Tridentinae legis offendi tali elargitione videretur.

Quoad indultum a residentiae lege animadversum fuit, Prioratum istum fuisse antiquitus a paroecia distinctum et ab anno 1803 usque in praesens per vicarios ad nutum amovibiles provisum animarum curae fuisse: quia vel ab ecclesiasticis viris, in ecclesiastica dignitate constitutis, fuit in commendam assecutus, sive quia vacans fuit. Ideoque si gratia expedita concederetur, agi dicendum foret ad mentem Tridentini ipsius *sess. 25. cap. 18. de ref.:* »*Expedit legis vinculum quandoque relaxare, justa scilicet concurrente causa*«, dum in themate plures adsint causae. Oratoris aetas provecta, male firma ejus valetudo, quae eidem impediret officia implere parochialia, aeris inclementia, propinquitas regionis in qua ipse resideret, timor incurrendi in praedonum manus cum sit genere conspicuus, servitia ecclesiae praestita*) et optimae Oratoris qualitates, de quibus Ordinarius fidem facit, causam exhibent justam ad gratiam obtinendam.

Neque praetereundum est quod si Orator hujusmodi renunciaret beneficium, probabiliter a Gubernio supprimeretur vel ejus redditus forte cederent in utilitatem alicujus sponsae Christi hostis ceu in praeteritum accidit.

Principium vero, quod parochi jure divino teneantur residentiae lege, haud intelligendum est ita stricte, ut R. Pontifex, si rationabiles adsint causae et Vicarius idoneus, dispensare non valeat. Sacra C. C. licet temporaneum, tamen aliquando, rationabili existente causa, indultum a residentia concedere solet, relicto interdum idoneo Vicario. Ad rem D. Thomas *in 2. 2. quaest. 185. art. 5.:* »Ille qui spondet pro aliquo, si per se implere non possit, sufficit ut per alium impleat. Unde praelatus si habeat impedimentum, propter quod non possit curae subditorum intendere, suae sponsioni satisfacit si per alium provideat.« Et jure, quia ex *reg. qui per alium in 6. l. 1.* § *Unus ff. de procurat.* »*qui per alium facit, per seipsum facere videtur*«.

Hisce praenotatis EE. PP. prudentiae remissum fuit decernere quo responso essent oratoris preces dimittendae.

Sacra C. C. sub die 26. Aprilis 1879 precibus Oratoris responsum dedit:

Pro gratia dispensationis ab examine et cum indulto non residendi in paroecia ad quinquennium, dummodo provideatur curae animarum per Vicarium residentem in loco, ab Episcopo approbandum, facto verbo cum SSmo.

Ex quibus colliges:

I. Temporaneum absentiae a paroecia indultum concedi aliquando solere ab Apostolica Sede: quia expedit quandoque legis vinculum relaxare, *ut plenius evenientibus casibus et necessitatibus pro communi utilitate satisfiat.*

II. Etenim quamquam sacri canones ab omnibus indistincte atque exacte observari debeant, tamen eorum rigor temperari solet si urgens justaque ratio et major quandoque utilitas id exposcere videntur.

III. In themate quamplurimas adfuisse rationabiles causas, quae juris habenas relaxare suaserunt; tum ex parte postulantis tum ex periculo quod gubernium dimisso beneficio potiretur ejusque redditus, ut antea, forte presbytero traderet *liberali*, piae Matris ecclesiae inimico.

23) Habitualis.

Vd. *Cura anim* (exerc a Cathedr. p. 779. n. 8. a Colleg. p. 815. n. 10.); 778. n. 2.

Romana.

Licet cura habitualis resideret penes Capitulum, non potest tamen hoc in exercitio curae sese ingerere ad tradita per *Barbos. jur. eccles. univers. lib. 3. cap. 6. n. 31., Panimoll. dec. 5. n. 13. et 14.*

Diei 7. Sept. 1805.

Marsorum.

Cum una ecclesia duos habere nequeat parochos*), sicuti uni mulieri nefas est duos habere sponsos, ideo exercitium curae non uni, sed pluribus commissum demonstrat, curam habitualem residere penes Capitulum, cujus coadjutores dicuntur beneficiarii et capellani actualem curam exercentes, *cap. Cum non ignores de praebend., Rot. in recent. part. 18. dec. 516. n. 3.* et *cor. Molines dec. 461.* § *8.*

Die 30. Jan. 1830.

Urbevatana.

Non nominat Capitulum Vicarium perpetuum seu Archipresbyterum qui curam animarum exercet, sed Archipresbyteratus ad unius Episcopi arbitrium confertur, et tamen hoc potissimum esse habitualis curae argumentum notant *Garzias de benef. p. 9. cap. 2. n. 289., Gonzalez ad regul. 8 cancellariae glos. 5.* § *4. n. 50., Rota in Recen. decis. 400. n. 7. p. 18. tom. 1.* et *cor. Molines dec. 115. n. 2.* Primitias, decimas aliaque parochialia emolumenta Capitulum non percipit, sed ea integre deferuntur Archipresbytero, contrarium in iis observatur, qui existente cura habituali penes alterum sola congrua jubentur esse contenti, *Abbas in cap. Extirpandum* § *Quia vero in fin.* et in *cap. Pastoralis n. 2. de his, quae fiunt a praelatis, Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 20. n. 25. et 26., Rota cor. Coccin. decis. 1133. n. 8.* et *cor. Molines dec. 368. n. 10.* Sacra suppellectilia, vasa s., cereas et similia non suppeditat Archipresbytero Capitulum, quae nihilominus ab habituali parocho dari receptum generaliter est teste *Rota in Recen. decis. 99. n. 3. et 8. part. 3. et decis. 516. n. 8.* et *9. part. 18. tom. 2*, quod si emolumentis funerum participes se esse Canonici doceant trahendum non esse in habitualis curae argumentum, sed tribuendum potius cuidam quasi contractui inter Capitulum et Archipresbyterum, quia vicissim Capitulum cereas candelas in die Purificationes populo distribuendas suppeditat.

Die 9. Septbr. 1786.

24) Moderatio inter paroch. et coadjutores.

Vd. t. III. p. 1407. d; supra p. 871. n. 17; 874. n. 18.

25) Personae eligendae.

Vd. *Sacerdos* (qualit.); *Beneficiat.* (qualit. t. II. p. 232. n. 28.); *Clericus* (qualit. t. III. p 1364. n. 31.); *Concursus* (judicium Episcopi p. 280. XXVIII.; electio p. 257.); p. 781. III.

Bened. XIV.

VV. Fr. Patriarch., Archiep., Episcopis.

Illud maximi momenti est, ut iis animarum cura committatur, qui doctrina, pietate, castis moribus et illustribus bonorum operum exemplis ita aliis praelucere possint, ut vere lux et sal populi sint et habeantur. Hi nimirum praecipui adjutores vestri sunt in grege vobis credito informando, regendo, perpurgando, in viam salutis dirigendo et ad christianas virtutes incitando. Ex quo pronum est intelligere, quanti vestra etiam referat, eos ad parochiale officium obeundum eligi, qui ad fructuosam plebium gubernationem merito judicentur aptiores. In id vero potissimum quoque incumbite, ut quicunque animarum curam gerunt, diligenter, diebus saltem dominicis aliisque festis de praecepto plebes sibi commissas, pro sua et earum capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo ea, quae christifideles ad salutem scire oportet, ac explicando divinae legis capita fideique dogmata et pueros ejusdem fidei rudimentis imbuendo, quacunque prava in contrarium consuetudine, ubicunque esset, prorsus sublata. Quomodo enim audient sine praedicante? aut quomodo recte credendi recteque agendi normam assequi potuerunt populi, si animarum curatores in ejusmodi officio segnes, remissi ac desides fuerint? Quare non satis animo comprehendi aut verbis explicari potest, quanta christianae reipublicae pernicies impendeat ex eorum, quibus animarum cura demandata est, negligentia in pueris praesertim catechismo instruendis.

Die 3. Decb. 1740.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 5. n. 3. Ed. Romae 1747.)

26) A pluribus per turnum exercita.

Vd. p. 779. n. 8; 815. n. 10.

27) Prohibitio.

Vd. *Capellan. curat.* (jurisd. t. III. p. 691.); *Cura anim.* (sine approbatione p. 778. n. 5.) *Approbatio;* p. 812. n. 9.

Hispalensis.

Juris amovendi curatos. 20. Aprilis 1640.

Domini duxerunt dandum esse mandatum de manutenendo Eminentissimo D. Card. Archiepiscopo in possessione vel quasi amovendi curatos ab exercitio curae animarum

animarum 4. Septembris 1560 et *const. In suprema* 25. Nov. 1564 necnon s. Pius V. const. *Cupientes* 11. Julii 1568. Vd. *Residentia.*

*) Vd. *t. II. p. 411. III.*

*) Vd. *supra p. 874. n. 18; 871. n. 17.*

ad nutum et liberam ejus voluntatem in tota dioecesi Hispalen.

Hic tamen multiplices et abundantes probationum species habemus.

I. Plures testes deponentes ex certa scientia de visu per spatium 40 annorum et amplius et abinde supra de auditu a senioribus recensentibus etiam plurimos actus positivos dictae amotionis liberae sine causa et similes depositiones probare ad effectum manutentiouis tradit *Posthum. observ. 19. n. 2. 4. 5.*

II. Alii testes, qui licet fuerint examinati contra diversas personas adhuc tamen faciunt pleuam probationem, cum deponant super statu rei.

III. Tres sententias conformes, quae transitum feceruut in rem judicatam declarantes dignitatem archiepiscopalem posse libere et ad sui nutum et voluntatem etiam siue causa removere curatos, quae sententiae et mandata de amovendo probant possessiouem.

IV. Ex biuis mandatis de manutueudo, primo a Provisore, altero a D. Nuntio, quae maudantur solis possideutibus vel quasi.

Quae licet in hoc judicio possessorio satis superque abuudent, in eam tameu seutentiam facilius incliuarunt Domini attentis infrascriptis:

I. Quod Archiepiscopus Hispaleusis est parochus universalis in tota sua dioecesi et administrat curam animarum per curatos ad nutum amovibiles teste *Rota in Hispalen. Primitiarum 15. Maji 1622 coram bon. mem. Navarro decis. 166. n. post., Posth. de manutent.* et *decis. 480. p. 1. recent. in fin.* et *in Hispalen. Decimarum coram D. meo Verospio 2. Martii 1655.* Ubi etiam dicitur in dioecesi Hispalen. nullas esse parochias distinctas sed curam residere penes Archiepiscopum.*)

II. Attento statuto fundationis beneficiorum *Sum. n. 7.* quo cavetur, quod omnes curati omnium ecclesiarum siut in manibus Praelati, qui dictas ecclesias possit commendare personae sibi benevisae usque ad beneplacitum suum. Considerando primo illa verba: *sint in manibus Praelati*, quae iunuunt, quod deputandi exercitio curae animarum in dictis ecclesiis pendeant a libera voluntate Archiepiscopi, dicta metaphora ab eo, quod in manibus habemus cujus retinendi vel dimittendi libera potestas peudet a nostra voluntate. Deponens autem potest ad sui libitum repetere, quod deposuit et est penes deponeutem. Cousiderando denique verba: *personam sibi benevisam usque ad suum beneplacitum*, ex quibus clare elicitur hujusmodi curas non esse perpetuas, sed duraturas ad tempus regulando a beneplacito Archiepiscopi quod etiam comprobant Testes et senteutiae supradictae, dum contiueut Archiepiscopum ad sui libitum et voluntatem posse dictos Curatos amovere, id euim importat verbum *ad nutum.*

III. Attento teuore deputationis fieri solitae per viam simplicis liceutiae de exercendo officium curati uomine ipsius Archiepiscopi quod sonat in simplex precarium quod potest ad libitum revocari.

Non obstat quod hujusmodi curae et beneficia tamquam saecularia praesumantur perpetua et non temporalia, quia licet de jure sic praesumatur et vera sit in dubio supradicta conclusio, non tameu per hoc tollitur quin fuudatione vel statuto saecularia etiam beneficia possiut esse temporalia seu manualia.

Miuus obstat, quod in beneficiis manualibus seu temporalibus remotio saltem fieri non possit siue causa; adeoque interim competat manutentio propter statum considerabilem; quia verior est opinio asserentium in beneficiis manualibus remotiouem fieri posse sine causa. *)

Nec praedictis obstat allegata decisio Cavalerii, tum quia in eo casu manualitas non probatur, tum quia remotio facta erat ob malevoleutiam et odium in remotos, ut videre est *n. 5. in fine.* Ita enim singulariter limitatur dicta conclusio, quod remotio fieri possit sine causa dummodo absit odium vel malitia. Supradicta tamen limitatio in praesenti casu locum non habet, quia regulariter odium non praesumitur. Et hujusmodi exceptio tamquam sapiens objectum est concludenter probanda quod uullo modo fit in praesenti casu. Pauci etenim curati ex magno ac pene ingenti numero qui per Archiepiscopum in tota dioecesi deputantur, quique concordiam cum beneficiatis ab Ordinario initam impugnaruut, remotionem ex odio vel malevolentia factam causari miuime possunt. Quia si ex hoc capite processisset amotio, multo plures aut fere omnes fuisseut amoti. Imo uteutem jure suo non facere in odium nec ad emulationem;

*) Vd. *p. 865. n. 11.*

*) Vd. *t. II. p. 758. n. 80. a.*

et quaulibet causam ab odio vel malitia excusare, fuit dictum in dicta *Hispalen. Juris nominandi coram D. meo Carillo.*

Nec obstat, quod hujusmodi mutatio sit intolorabilis, ut arguebat *Guttierez d. qu. 11. lib. 3.* Quandoquidem est in limine fuudatiouis permissa et ex hac resultare potest favor cultus divini. Curati enim ob timorem expulsiouis accuratius inservient ecclesiae, ut dixit idem *Guttier. quaest. 11. n. 27.*

Demum cessare videtur hoc casu omnis difficultas, quia dicebatur hujusmodi curas nedum vere esse beneficia perpetua, sed ne quidem manualia, sed potius officia *) ad exercendum scilicet uomine Archiepiscopi curam animarum in eo tantum residentem, quod liquide patet ex iis verbis, quae in licentiis apponuntur et saepius replicantur: *Damus licentiam, ut possis deservire officio curati et ibi ratione dicti officii etc.* Aut ut dicam temporales vicarias, quae nec dantur in titulum nec sunt beneficia; neque ad eas requiritur collatio aut institutio, sed sola approbatio Episcopi et licentia administrandi Sacramenta, ut per Archiepiscopum Hispalen. servatur.

Unde dicti curati solum dici possunt adjutores Episcopi in exercitio curae, nou autem vere beneficiati perpetui aut manuales ut in dioecesi Calaguritana notat *Gonz. gloss. 6. n. 68.* seu potius Vicarii temporales quo nomine Vicarii illos appellat *Rota in alleg. decis. Hispalen. 2. Martii 1635 coram D. meo Verospio*, seu verius administri et proprii servitores, ut expressis verbis nuncupaut supradictae licentiae, ibi: *deserviat officio et ibi pro tali servitore admittant.* Ex his Domini dixeruut dandam esse manuteutionem Eminentiss. D. Archiepiscopo utraque parte informaute etc.

Hispalen. Juris amovendi. Coram Peutingero 21. Junii 1641. Domiui steterunt in decisia coram me sub die 20. Aprilis 1610 non obstantibus iis, quae informantes pro parte curatorum louga serie objiciebaut quae ad quatuor fere capita reducebantur. Ajebant enim:

I. Non constare de quasipossessione Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi quoad jus removeudi curatos ad nutum.

II. Istam amovibilitatem in beneficiis curatis nullo modo posse permitti.

*) Vd. *t. II. p. 521. c.*

III. Remotionem saltem fieri non posse siue causa.

IV. In praeseuti casu quoad 5 curatos factam esse odio vel indignatione.

Quod attinet ad secuudum, amovibilitas ista ad nutum in beneficiis curatis dicebatur expresse repugnare tum *Conc. Trid. cap. 13. sess. 24. de reform. vers.*: *In his quoque*, ubi jubetur Episcopis, ut distincto populo in certas parochias unicuique suum perpetuum parochum assignent, tum juri communi ex cujus etiam dispositione removeri, ut ait *glossa In figuratione casus* vers.: *nota primo* et in verbo: *perpetui*, rationem assignans, quia beneficia non dantur ad tempus, *cap. Sanctorum 70. distinct.* ubi in qua ecclesia quis est intitulatus in ea perpetuo perseveret, *cap. satis perversom. 56. distinct.* ubi nou debet quis siue culpa beneficio privari; cum aliis concordant. Repuguare dicebatur tertio ratioui, quia Concilium ideo perpetuos parochos exigit ut oves suas cognoscere valeaut; suut enim pastores; melius igitur suas oves dignosceut, si perpetui sint et non temporales. Praeterea, cum siut Patres, non decet eos esse temporales. Denique sicuti matrimonium carnale ad tempus non contrahitur, ita uec spirituale.

Et hanc amovibilitatem in beneficiis curatis admitti non posse non obstante quacumque contraria consuetudiue tenere videtur *Gonzalez gloss. 5. p. 6. n. 60.*, *Garzias de benef. p. 1. cap. 2. n. 75.* et *Rota in una Toletana Juris nominandi 29. Novembris 1582 coram Blanchetto*, in qua dum quereretur, an laicus fundator parochialis possit in fundatiouе facere quod rector, in partem negativam inclinavit, ut refert idem Gonzalez ubi supra.

Tertium uempe quod remotio saltem fieri nou possit siue causa probari videbatur *ex allegato c. unico de capell. Monac. in 6. ubi: nisi per Episcopos et ex rationabili causa.* Et hoc maxime procedere in casu, de quo agitur, cum deputationes horum curatorum fiant ad beneplacitum, quae verba non liberam voluntatem, sed arbitrio boni viri regulatam important.

Et haec fere erant, quae pro parte curatorum contra decisionem objiciebantur, quae licet non essent praesentis inspectionis DD. tamen sine responsione praeterire noluerunt, ut eo magis resolutionis justitia appareret plenius alias, et uberius discutienda.

Circa secundum, nempe quod ista amovibilitas in curatis admitti non possit, obstante dispositione *Concilii Trid. c. 13. sess. 24. de reform.* duo considerabant Domini:

I. quod Concilii textus loquitur de iis locis, ubi ecclesiae certos non habeut fines et cura confuse ac promiscue administratur,

II. quod Concilium non praecise arctat Episcopos ad assignationem perpetui parochi, ita et taliter, ut non possit alio utiliori modo providere, loquitur enim alternative ibi: *aut alio utiliori modo provideant*, per quam alternativam *aut* dat electionem Episcopis et quod magis est in verbis textus admitti dari posse etiam utiliorem modum providendi.

Imo idem Concilium *cap. 7. sess. 7.* de reform. iujungens Episcopis, ut in visitatione ecclesiarum unitarum provideant, ut cura animarum laudabiliter exerceatur, utitur his verbis: *per idoneos vicarios etiam perpetuos*; et sic ponderando dictionem *etiam* quae exprimit casum magis dubitabilem et implicat minus dubitabilem, admittit in specie modum deputandi vicarios amovibiles esse utiliorem. Quod confirmat addendo statim ac loquutum est de perpetuis, *nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur:* dicto enim *nisi* ponitur exceptive a proxima dispositione.

Hoc enim videtur admittere *cap. 11. sess. 25. de regular.* Quamvis non deputentur aliqui etiam ad nutum amovibiles nisi de Episcopi consensu ac praevio examine per eum aut ejus Vicarium faciendo, non tamen negat deputari posse amovibiles cum Episcopi consensu. Hinc Sacra Eminentiss. Interpretum Congregatio saepius censuit esse in arbitrio Ordinarii vicarium perpetuum vel amovibilem in ecclesia curata unita constituere. Neque dicatur hoc procedere in parochialibus unitis vel regularibus, in quibus exercentes curam animarum ideo sunt amovibiles ad nutum, quia cura eis vere non incumbit, sed residet penes cathedrales, collegiatas seu alias ecclesias vel monasteria, beneficia, collegia aut loca pia. Quid ultra quod textus in *d. cap. 13. sess. 24. de ref.* non loquitur de ecclesiis unitis; responderi etiam potest, quod, cum eodem modo in praesenti casu vere cura non incumbat curatis particularibus eam exercentibus, sed resideat penes Archiepiscopum et sic eadem ratio militat, locum habere poterit eadem jurisdispositio.

Praeterea ex ejusdem Concilii dispositione *cap. 4. sess. 21. de ref.*, sicuti in iis ecclesiis ubi populus ita numerosus est, ut unus rector non sufficiat, potest Episcopus cogere eumdem ut sibi alios sacerdotes adjungat ad sacramenta ministranda, cur non idem liceat Episcopo, quod solus parochus universalis in sua dioecesi qualis est Hispalensis deputando sacerdotes per quos cura exerceatur: decet Episcopum ouera sua cum aliis partiri.

Et tolli videtur omuis difficultas quia modum huuc curae iucumbentis Episcopo per presbyteros administraudae Concilium videtur expresse admittere *d. c. 18. sess. 24. de ref.*, ibi: *Etiam si cura ecclesiae vel Episcopo incumbere dicatur, et per unum vel plures administretur;* et infra: *in quibus Episcopus uni vel pluribus consuevit curam animarum dare*, ut advertit *Gonzalez d. gloss. 6. n. 74.*, idque etiam admisit *Rota divers. decis. 14. p. 1. sub n. 1.* iu dioecesi Calaguritana, ubi ait in ea dioecesi non adesse beneficia curata praeter duo, sed curam esse apud Episcopum, qui eam demandat aliquibus presbyteris, et coram *Seraph. decis. qu. 2. n. 1. et 15.* ubi ait esse multas parochiales ecclesias quarum cura nou est penes aliquem intitulatum, sed penes Archiepiscopum, qui deputat aliquos ad exercitium curae. Et de Archipresbytero Castri regalis loquitur *decis. 226. p. 1. recent.* quem *n. 1.* admittit esse rectorem et parochum totius dictae terrae illique iucumbere curam omnium auimarum aliasque ecclesias esse dependentes et adjutrices erectas pro majori populi commoditate; illarum presbyteros esse amovibiles*); quae decisio fuit confirmata per *decis. 258. ead. p. 1.* ubi habetur istos presbyteros esse sine titulo amovibiles et dictas ecclesias erectas pro succursu et auxilio matricis ecclesiae, atque ut magis commode populo sacramenta administreutur, quas ideo dicit sacramentales; et refert Congregatiouem C. declarasse iuvalidam fuisse dictarum ecclesiarum erectionem in parochiales factam ab Episcopo. Igitur si in Archipresbytero admittitur cura in pluribus ecclesiis exerceri per presbyteros amovibiles**), cur idem iu Archiepiscopo denegetur, quando solus est parochus totius dioecesis, qualis est Hispalensis. Imo iu puncto de Hispaleusi locuta est *Rota decis. 480. n. 2. p. 1. rec.*, ubi habetur, quod Archiepiscopus Hispalensis in tota civitate et dioecesi est solus parochus, et hoc uou controverti. Et dum ait curatos esse deputatos ab Archiepiscopo ad exercitium curae auimarum sine dubio hos admisit esse vicarios temporales. Constat igitur ex supradictis nullo modo repugnare etiam attenta Concilii Trid. dispositione, quod animarum cura in casu, de quo agitur, per curatos amovibiles exerceatur.

*) Vd. *Capellanus* (amovibil.).
**) Vd. *supra p. 865. n. 11*; 779. n. 8; 815. n. 10.

Ubi nec repugnat dispositioni juris communis; nou *text. in cap. unico de capell. Monach. in 6.* in contrarium allegatus loquitur in diversis terminis, nempe de presbyteris, qui per monachos praesentautur Episcopo et ab eodem instituuntur, ut suut clara verba. Hi enim, in quibus cadit institutio, removeri non possunt. Ratio desumitur ex ipso textu, ibi: *Cum debeant esse perpetui.* Beneficia enim quae dantur in titulum et iu quibus cadit institutio, perpetua sunt.*) Secus est in iis, qui deputantur ad beneplacitum et in quibus uulla cadit institutio neque curam habent in titulum, sed nudum curae exercitium. Hos enim licet animarum curam exercentes removeri posse admittunt doctores.

Et quod animarum cura exerceri possit per deputatos seu Vicarios amovibiles ad nutum tenuit expresse glossa notabilis *in Clem. frequens. de excess. Praelat.* loquens de ecclesia pleno jure etiam quoad spiritualia spectante ad mensam praelati vel collegii vel diguitatem habeutis, quam glossam communi calculo approbarunt DD. amplexaque est *Rota de excess. praelat. in nov. n. 2.* ubi firmat poni Vicarium amovibilem ad nutum in ecclesia ad exercitium curae, quae principaliter residet penes Episcopum, et *decis. 1. de offic.*, unde, absolute loquendo, non repugnat curam per Vicarium amovibilem exerceri. Non obstant rationes adductae in contrarium. Nam quod dicitur curatos esse sponsos ecclesiae, patres et pastores populi, ideoque debere esse perpetuos, facile evitatur considerando, quod haec proprie conveniunt Episcopis, qui veri sunt auimarum pastores; iis enim oves principaliter fuerunt demaudatae; auimarumque cura eis principaliter incumbit, unde Episcopus dicitur curatus ecclesiarum suae dioecesis et tota dioecesis dicitur parochia Episcopi; ipsi veri Patres verique suut ecclesiae sponsi et ad hoc significandum deferunt anuulum. Minus autem propria haec conveniunt parochis inferioribus.

Circa tertium quod remotio saltem fieri non possit siue causa ex saepe citato *textu d. cap. unico* cum aliis concord. in objectione allatis, uon obstat eorum dispositio; quia, ut supra dictum est, procedit in beneficiis, quae dantur iu titulum, uon autem in istis vicariis temporalibus et amovibilibus, et licet text. in *cap. ad haec de offic. vicar.* disponat vicarium deputatum iu ecclesia curata non posse removeri siue causa, nou tamen relevat, quia loquitur de vicario perpetuo, uon autem de vicario temporali, ut ibi uotant DD., in hoc enim differt perpetuus a temporali, ut perpetuus uon possit sine causa removeri, temporalis autem sive amovibilis removeri possit ad nutum etiam sine causa, ut est aurea ad hoc propositum doctrina *Butr.* in *cap. non sine multa n. 10. de arbitr.*, cui concordat *Innocent. in cap. Cum non ignores n. 2., Hostiens. n. 8. et 9., Jo. Andr. n. 3., Butr. n. 5., Imol. n. 4., Zabarell. n. 7., Anchar. n. 3. de praeb.* admitteutes temporalem vicarium in ecclesia curata, etiam saeculari, posse sine causa removeri.

Quae saue conclusio manifesta demoustratione comprobatur, nam certum est temporales vicarios poni et deponi pro libito, quia derivatur a verbo *licet* quod dicit liberam voluntatem. Igitur vicarii amovibiles et temporales possunt quandocumque sine causa removeri. Et ratio est, quia isti vicarii temporales uullum in ecclesia jus vel titulum habeut. Unde nec vicaria temporalis est beneficium aut beneficii titulus; unde nec ad ejus titulum potest quis ordiuari. Illi uon habeut nisi simplicem licentiam administraudi sacramenta quousque voluerit Archiepiscopus: unde aequum est illos tamdiu esse quamdiu si voluerit ille possit revocare cum mutaverit voluntatem. Secus est in vicario perpetuo*) qui dicitur habere beneficium unde potest quis ad titulum vicariae perpetuae ordinari et generaliter quae dicuntur de beneficio locum habent in vicaria perpetua. Nil mirum igitur si vicarius perpetuus revocari non potest sine causa.

Demum quod isti vicarii amovibiles in curatis removeri possint siue causa, videtur

*) Vd. *t. II. p. 530. c.*

*) Vd. *t. II. p. 1052. n. 114.*

etiam esse de mente s. Congregationis Conc. in una *Civitaten. relata per Garz. p. 1. cap. 2. n. 94. in addit.* in qna, dum quaereretur an amovibiles deputati ad nutum capituli pro exercitio curae praevia approbatione Episcopi possent ab ipso Episcopo sine causa amoveri? S. Cong. C. censnit vicarios ipsos posse a capitulo amoveri ad nutnm capituli, ab Ordinario vero nonnisi ex causa legitima et probata, propter quam etiam, si perpetui essent, amoveri possent. Ponderando igitur verba *ad nutum* quae liberam important voluntatem, et dictionem *vero*, quae est adversativa, necessario imo expresse firmat capitulum deputans posse removere sine causa.

Et hanc sententiam, quod vicarius amovibilis possit amoveri ad libitum constituentis etiam absque causa, praeter superius adductos tenuit Butr. 51. loquens de ecclesia saeculari; et dicit ita servari in multis ecclesiis et hoc ut magis sint prompti ad obediendum; et curam magis exerceant, dum vident se de facili removendos; amplexaque est *Rota coram Coccino decis. 18.*, quae pariter loquitur de ecclesia saecnlari et de ecclesia spectante ad mensam episcopalem.

Vera igitur ac solida est conclusio, quod vicarii amovibiles in curatis possint ad libitum etiam absque causa removeri. Quod attinet ad quartum caput concernens odium et malevolentiam, ut in praeterito dicebatur, odinm seu inimicitia regulariter non praesumitur, sed debet ab allegante probari. Et licet odium cnm in affectione animi consistat probetur conjecturis; hujusmodi tamen exceptio tamquam reqnirens altiorem indaginem in hoc possessorio judicio non est admittenda. Praesertim contra Archiepiscopum in cardinalatus dignitate constitutum, cujus dignitatis eminentia omnem suspicionem odii et malitiae excludit et saltem clarioribus indiciis esset probanda. Et quia regulare est, quod actus, qui potest referri ad licitum et illicitum, potius referendus est ad licitum; et ratio est, quia in dubio quis jure suo uti praesnmitur. Tanto magis quia cum Archiepiscopus habeat hanc facultatem a jure, non debet ea tam facile privari. Maxime ne detur ansa aliis curatis amovibilibus reddendi se perpetnos, ut pnta data opera excitando jurgium cum Archiepiscopo, quo sequto non timebunt amotionem, quia dicent procedere ex odio. Et sic ex proprio delicto commodum reportarent. Daretur occasio suscitandi lites et jurgia. Ex facto alieno Archiepiscopus privaretur jure et facultate sibi competenti. Et melioris conditionis essent contumaces et ii qui impugnarunt concordiam, quam obedientes et ii, qui eam non impugnarunt.

Patet itaqne ex supradictis, constare de quasipossessione Eminentiss. Cardinalis amovibilitatem ad nutum non repugnare in curatis; remotionem fieri posse etiam sine causa. Et in praesenti casu factum non esse ex indignatione vel odio, quod suffragetur; proindeque cessare objecta pro parte curatorum excitata. Jure igitur optimo DD. persistendo in decisis manutentionem Eminentiss. Card. Archiepiscopo in quasi possessione removendi curatos ad nutum concedendam esse dixerunt, utraqne parte repetitis propositionibus acriter informante.

Hispalen.

Juris amovendi Curatos.

Curatos Hispalenses non acquiescentes decisionibus coram me factis placuit tertio audire hodieque proposita causa tertio Domini steterunt in decisis.

Constat enim multipliciter de quasipossessione Eminentiss. Cardinalis Archiepiscopi circa jus removendi dd. curatos ad nutnm non solum ex testibus in hac causa verum etiam ex aliis contra alias personas examinatis, qui cnm deponant super statu rei faciunt propterea probationem in praesenti, cum aliis allegatis in prima hujus causae decisione sub die 20. April. 1640.*) Tum ex mandatis de manutenendo primo a Provisore, altero a Nuncio relaxatis. Tum ex tribus sententiis in judicatum. Neque vero, pro manntentione curatis danda, Dominis relevare visa est possessio, quam ex remotione informantes pro curatis deducebant ex regula, quod privatio praesupponat habitum, ut in proposito dixit Rota etc. Quia responsionem subministrat prima decisio hujus causae in § *et quod habent*, ubi firmatur quod isti Curati amovibiles vel nullo modo possident; vel si aliquo modo possidere dicantur, ista aliqualis possessio est limitata ad tempus, scilicet donec removeantur. Unde illo elapso non dicitur amplius possessio ex natura temporis limitati etc. Immo cum dicti curati dicantur precario constitui, ut firmat II. decisio in § *et ratio est* vers. *et isti*, nulla

*) Vd. *p. 893.*

potest eis adversus Archiepiscopum deputantem competere manutentio; cum certum sit precario possidentem contra eum a qno possidet non esse manntenendnm.

Minus relevant testes alias dati in praeterita positione, ex quibus firmari afferebat quasi possessionem curatorum, quoad jus ne removeantur absque causa, ex eo quia quando fuerunt alias remoti reclamarunt et fuerunt reintegrati ad curam. Quia illos Rota utpote examinatos lite in hoc Tribunali pendente sine citatione et absque jurisdictione minime voluit attendere.

Praesertim cnm hodie curati tacite admissa conclusione circa amovibilitatem ad duo potissimum recurrere denno viderentur; nempe ad illud, quod remotio saltem fieri non possit sine causa, innixi potissimnm declarationi s. Cong. C. in una *Ferrarien. 1629* quam solam hodie de novo afferebant; alterum quod in praesenti casu remotio facta fuerit ex odio vel indignatione; sed neutrum relevare visum est. Etenim qnod Vicarii amovibiles in Curatiis removeri possint ad nutum etiam absque causa firmarunt Domini in praeterita decisione etc. ubi amovibilitatem hanc ad nutum curatis ecclesiis conducibilem advertit *Coccia. decis. 18.* Praedictaque conclusio roborata fuit non solnm rationibus, quibus nunc nihil pro parte Curatorum respondetur, sed etiam auctoritate ejusdemmet s. Congregationis C. in una Civitaten. in qua expresse censuit Vicarios a Capitulo ad exercitium curae deputatos removeri posse ad nutum ipsius Capituli, ab Ordinario vero nonnisi ex causa; ponderando igitur verba *ad nutum*, quae liberam voluntatem important, et dictionem *vero*, quae est adversativa, necessario innuit Capitulnm deputans posse removere sine causa.

Non obstat autem alleg. s. Congregationis C. declaratio in data Ferrarien.; nam licet in ea censuerit capellanos amovibiles removeri non posse sine causa; non inde tamen aliquid contra conclusionem in praefato casu firmatam inferri potest; quia, ultra quod ipsa Congregatio id totum arbitrio et prudentiae Ordinarii remittit, termini sunt longe dispares; nam ibi constabat quod ii capellani essent amovibiles ad nutum ipsius Episcopi aut ab Episcopo deputati per viam simplicis licentiae de exercendo nomine ipsius Episcopi, et sic tanquam Vicarii, unde intret illud, quod quisque suum Vicarium pro sna voluntate revocare possit. Neque eo casu deputatio erat facta ratione curae animarnm ipsi Episcopo incumbentis, quo casu remotionem ad nutum admisit *Rota d. decis. 2. de excess. Praelat. in noviss.* et amovibilitatem hanc curatis ecclesiis conducibilem advertit *Butr. loco supra citato.*

Sicut etiam altera declaratio in una *Hispalen. 1626* non ita universaliter procedit uti alias supponebatur, sed in casu speciali monialium. Multa enim considerari possunt inconvenientia si permittatnr monialibus remotio confessariorum*) sen cnratorum ad earnm libitum, quae minime locum habent in Archiepiscopo, cui cura principaliter incnmbat animarum.

Demnm non obstat repetitus praetextus indignationis, quia omissis caeteris respousionibus ne denno in volumen crescat decisio; esto, Cardinalis removerit curatos indignatione motus quod concordiam impugnaverint, satis justam reddi illins indignationem dicebant Domini ex praesumptione, quae pro justitia concordiae militabat, proindeque praetextum hunc cnratis non suffragari.

Et ideo merito standnm esse in decisis utraque parte iuformante etc.

(Anal. S. P. II. Ser. Romae 1857. p. 1626.)

Beatissime Pater.

Infrascriptus Episcopus Leodiensis omnia qua decet veneratione humillime petit, ut examinetur sequens dubium sibique pro conservauda in sua dioecesi unitate inter clericos et ecclesias pace communicetur solutio:

An attentis praesentium rerum circumstantiis in regionibus in quibus ut in Belgio sufficiens legum civilium fieri non potuit immutatio valeat et in conscientia obliget, usque ad aliam s. Sedis dispositionem, disciplina inducta post concordatum anni 1801, ex qua Episcopi jurisdictionem pro cura animarum conferre solent ad nutum revocabilem, et illi, si revocentur vel alio mittantur, tenentur obedire. Coeterum Episcopi hac rectores revocandi vel transferendi auctoritate haud frequenter et nonnisi prudenter uti solent, adeo ut sacri ministerii stabilitati, quantum fieri potest, ex hisce rerum adjunctis satis consultum videatur etc.

*) Vd. *Confessar. monialium.*

Ex audientia SSmi die 1. Maji 1845.

SS. Dominus Noster universa rei, de qua in precibus, ratione mature perpensa gravibusque ex causis animum suum moventibus, referente infrascripto Cardinali s. Congregationis C. praefecto, benigne annuit, ut in regimine ecclesiarum succursalium, de quibus agitur, nulla immutatio fiat, donec aliter a s. apostolica Sede statutum fuerit.

(Anal. J. P. Romae 1857. II. Ser. p. 1619—1644.)

28) Revocatio.

Vd. *Approb. Sacerd. pro cura anim.* (decr. diei 14. Januarii 1708 n. VII.); *Cura animar.* (prohibit. p. 893.).

29) Taxa.

Vd. t. I. p. 1021: *Constantien.*

Curatus.

1) Amotio a cura animar.

Vd. *Cura animar.* (prohibitio p. 893.); *Capellanus* (amotio); *Capellanus curat.* t. II. p. 687; supra p. 893. n. 27; inf. n. 2.

2) Amotio a Vicario capitulari.

Vd. Clerici (amovibilitas clericorum in certis ecclesiis constitut. t. III. p. 1287); supra p. 893. n. 27.

In cathedrali ecclesia N. habitualis cura animarum residet penes Capitulum,*) quam exercet per Vicarium perpetuum. Munificus quidam Episcopus anno 1808 suo testamento haeredem universae suae substantiae instituit Capitulum cathedralis ecclesiae ac eidem imposuit obligationem erigendi duas Capellanias, ad majorem ecclesiae et paroeciae utilitatem hanc legem edicens: *Capellani officio fungentur inserviendi tamquam vice-curati ejusdem cathedralis. Insuper assistent choro singulis diebus festis de praecepto . . . Capellani nominabuntur a Capitulo cum beneplacito Episcopi et parochi pro tempore, quia in animo mihi est ut Capellani nominandi probi eisdem sint et familiaritate juncti. Ipsi erunt amovibiles ad nutum Capituli. Dos autem pro unoquoque Capellano erunt libell.* (francs) *500 annuae.*

Quamvis Capellaniae canonice erectae non fuerint, Capitulum tamen non omisit Capellanos seu vice-parochos nominare cum annuo stipendio libell. 500, quibus Episcopi facultatem facere consueverunt administrandi sacramenta *attento assensu Parochi et Vicarii perpetui ad Ordinarii* (conferentis et successorum) *beneplacitum duraturam*, uti cum caeteris vice-parochis dioecesis fieri consuevit: et ejusmodi facultas identidem viva tantum voce, quin scriptis mandaretur, facta fuit.

Anno 1860, cum unus ex duobus vice-parochis deesset, Capitulum nominavit Sacerdotem Carolum, quem Vicarius Capitularis (Sedes enim viduata erat pastore) oretenus adprobavit, eidem conferens necessarias facultates ad Ordinarii beneplacitum.

Quinto fere anno quo in praedicto vice-parochi munere versabatur Carolus, gravi infirmitate laborante Directore spirituali cujusdam Orphanotrophii ejusdem urbis, ad preces Administratorum pii loci institit penes Vicarium Capitularem, ut officium Directoris ad tempus exercere sibi liceret, retento tamen vice-parochi munere.

Brevi querimonias admovere coepit parochus seu Vicarius perpetuus cathedralis adversus Carolum, affirmans, illud subsidium se non amplius habere posse, quod olim vice-parochus liber conferre soleret; his querimoniis exceptis non omisit Vicarius Capitularis monere Carolum ut officium vice-parochi dimitteret; quam quidem dimissionem ipse Carolus eidem Vicario Capitulari spopondisse dicebatur.

Confugit tum Carolus ad Capitulum, a quo obtinuit laudis testimonium ob officia recte exercita et declarationem, qua diserte asserebatur nihil obstare quominus utrumque Carolus retineret officium, nec esse querimoniis locum. Sed novis querimouiis ex parte parochi propositis denique Vicarius Capitularis decretum edidit, quo removit Carolum ab officio vice-parochi, revocans simul omnes facultates quae eidem pro vice-parochi officio factae fuerant. Quod decretum fuit communicatum etiam Capitulo ut ad novam nominationem deveniret.

Plures ab hujusmodi decreto elapsi fuerunt menses, quin Capitulum novum vice-parochum eligeret: postea quaestionem Canonici moverunt utrum Vicarius Capitularis

*) Vd. *p. 779. n. 8; 815. n. 10.*

absque Capituli consensu possit vice-parochum amovere: et tandem idem Vicarius capitularis ob Capituli segnitiem rem resolvendam proposuit s. Congregationi Concilii.

S. Congregatio prout moris est, edito consueto decreto de tractatione causae *in folio*, mandavit Ordinario ut moneret fiscalem Curiae Procuratorem necnon Capitulum, ut ulteriora jura sua coram S. C. quatenus vellent deducerent, qui suum Procuratorem in urbe constituerunt, concordato dubio quod in calce ponimus.

Cardo quaestionis in eo ponebatur, an Vicarius capitularis sive Ordinarius ex sese posset removere vice-parochos.

Itaque pro Capitulo sic causam dicebat Orator: Vicarii *temporanei* sive *manuales* ab iis tantum pro libito removeri possunt a quibus directe nominantur, quorum servitio immediate subsunt; de qua re Pirrhing *l. 1. tit. 23. sect. 1. § 2.* de Vicariis temporalibus scripsit: »Vicarius dicitur ille, qui legitima auctoritate personae ecclesiasticae in locum alterius sine iustitutione ad tempus constituitur et sufficitur, congrua portione ei assignata, ita tamen ut *ad nutum illius a quo constitutus est vel cujus vices gerit amoveri possit.*« Et cumulabat Orator Auctorum sententias, quibus traditur in beneficiis unitis monasteriis,*) quae per vicarios amovibiles solent in cura animarum administrari, eorum Vicariorum remotionem pertinere ad Abbatem Monasterii, qui eos nominavit; Barbosa *lib. 3. juris. univers. cap. 6. n. 65.* et ab eo citati Auctores; necnon Pignatelli *t. 9. Consul. 143. n. 31.*

Cum autem in praesentia animarum cura penes Capitulum esset, quin imo lex fundationis accederet, quae tribuit Capitulo jus vice-parochos nominandi et removendi, non licere concludebat Ordinario sine Capituli consensu Carolum amovere.

Quae quidem confirmabat Orator S. C. C. Resolutione anni 1585, quam refert Garzia *de beneficiis par. 1. c. 1. n. 94.* ubi haec ille scribit: »Et est declaratio s. Congregationis Concilii in una *Civitaten.* quae sic ait: *Capitulum ecclesiae Civitaten. habet unitas mensae nonnullas parochiales, quibus ab immemorabili tempori deserviri faciunt per Vicarios ad eorum nutum amovibiles, juxta facultatem sibi expresse a Sede apostolica concessam. Hi nunc ex declaratione s. Congregationis non possunt deputari nisi praevio examine et approbatione Episcopi: et sic deputati possunt ad nutum Capituli et ab ipso quoque Ordinario amoveri. Quaeritur, an amotio ab Episcopo fieri possit sine causa? Congregatio censuit: Vicarios ipsos posse a Capitulo amoveri ad nutum Capituli; ab Ordinario vero nonnisi ex causa legitima atque probata, propter quam etiamsi perpetui essent, amoveri possent.*« Qua quidem Resolutione usa ex parte est s. Rota, ut videre est in *dec. 53. § 2. coram Peuttinger et decis. 85. § 19. coram eodem*, eamque referunt Auctores de quibus cl. Bouix *tract. de parocho Append. I. c. 1.* ait: »Quando sunt temporales seu ad nutum amovibiles, eorum nominatio pertinet pariter ad Capitulum et approbatio ad Episcopum: quoad remotionem autem communiter tradunt Doctores eam fieri posse a Capitulo ad nutum, ab Episcopo autem nonnisi ex causa, ob quam etiamsi forent perpetui beneficio privari possent.« Ac insuper adjiciebat Orator hujus Auctoris sententiam expressam in *part. 4. c. 2. § 2. Append. I. § 4.*: »Quod autem attinet ad Vicarios, de quibus hic agitur, qui nempe parocho residenti et curam exercenti auxiliantur, non videtur concordare posse potestas Episcopi eos revocandi sine causa cum potestate parochi eosdem sibi eligendi et nominandi, quam parochis attribuimus: nam potestas haec evaderet chimerica. Siquidem quoties aliquem sibi assumpsisset parochus in Vicarium, statim posset Episcopus eumdem sine ulla causa removere; et sic revera non competeret parocho dicta potestas suum nominandi Vicarium. Nec dicatur idem posse Episcopum recusando adprobationem, quae certo necessaria est: nam Vicario, quem sibi elegit parochus, debetur adprobatio si nulla adsit rationabilis causa eam denegandi, unde si ei denegata pluribus successive a parocho praesentatis adprobatione appareret id sine causa fieri, daretur contra Episcopum actio apud superius tribunal. Si ergo admittatur ut certa potestas parochi vicarios suos adjutores sibi libere assumendi, ab Episcopo tamen adprobandos, consequens est, ut nequeat Episcopus eos sine causa removere.«

Quin imo (prosequebatur Orator) etiamsi Carolus nominatus fuisset ab Ordinario, non tamen eidem licuisset illum ab officio removere *sine rationabili causa*: ad hanc ostendendam propositionem allegabat inter caeteros auctoritatem Amostaz. *de causis piis in specie*

*) Vd. *t. I. p. 1019. n. 5.*

l. 3. c. 1., quo in capite hic Auctor referens varias Auctorum sententias circa causas amovendi capellanos amovibiles *n. 36.* docet: »Denique facultas quae alicui conceditur *etiam ad nutum* et refertur ad materiam canonis regulauda est a ratione et jure naturali . . . quod idem observandum in his amotionibus beneficii aut Capellauiae ecclesiasticae . . . ergo necessario discutienda est causa sufficiens ex parte Capellani ut amoveatur.« In cujus doctrinae confirmationem adducebat Orator causas *Nullius seu Farfen. Capellaniae* die 6. Julii 1791 *et Romana Suspensionis* die 28. Martii 1801 nominatim vero *Messanen.* die 18. Martii 1854 penes S. C. C. agitatas; uecnon *Urbinaten.* die 11. Septemb. 1584 actam penes s. Congreg. Episc. et Reg. quam refert Pignatelli *t. 9. consult. 115. n. 92.*, in qua dictum fuit: »Officiales Capituli et inservientes ecclesiae uon debeut ab Archiepiscopo amoveri nisi praevia causae cognitione nec ob causas leves.«

Post haec contendebat Orator rationabilem causam amovendi Carolum uou posse reponi in incompatibilitate officiorum: quod osteudebat, duplicem incompatibilitatem distinguendo, aliam scilicet juris, aliam facti: in praesentia locum non habere incompatibilitatem juris, cum non ageretur de beneficiis, quo casu vigent textus cap. *Ad haec 13.*, cap. *Praeterea 14.*, cap. *De multa 28. de praebendis*, sed tantum de officiis manualibus ad nutum revocabilibus, quo casu citatos textus locum uon habere, s. Rota *decis. 18. n. 1. et seqq. coram Coccino*, ubi dictum fuit: »In istis Vicariis temporalibus, quae constituuntur in beneficiis unitis . . . non habet locum dispositio dicti Capitis *De multa*, nec ex eis causatur incompatibilitas . . . Dispositio enim dicti Capitis *De multa* uon procedit in illis officiis et dignitatibus, quae non sunt perpetua, nec in titulum perpetui beneficii conferuntur, uti tradnnt ibi Doctores communiter.«

Hoc autem posito, contendebat Orator, deesse in praesenti themate etiam incompatibilitatem facti: namque officium vice-parochi non aliud ouus secumferre ajebat praeter illud quod ex testatoris verbis snperius relatis fuerit impositum: officium autem Directoris spiritualis Orphanotrophii descriptum ab eodem Vicario Capitulari fuisse in concedeuda Carolo facultate: *necessarias propterea et opportunas facultates, ad beneplacitum nostrum valituras, tibi conferentes dictarum puellarum tum sacramentales confessiones excipiendi tum verbum Dei eisdem de more tradendi et explanandi.* Quae quidem in facto iucompatibilia non esse contendebat; eo vel magis quod nec ampla esset paroecia et in ea Vicarius perpetuus adesset aliique vice-parochi, neque iucompatibilitatem secumferre assistentiam choro praestandam, cnm exigeret tantnm residentiam causativam uon vero praecisam et continuam juxta ea quae tradit Card. de Luca *de benef. disc. 57. n. 6.* et s. Rota *in decis. 179. n. 2. et seqq. par. 2. t. 1. recent.*

Haec confirmabat Orator facto ipsius Vicarii Capitularis, qui eo tempore quo fungebatur munere ipsius Vicarii parochi, per decennium utrumque exercuerit officium, et utrumque exercuerit Carolus licet ad breve tempus, ita ut laudes a Capitulo retulerit: haec et alia similia dednxit copiose Orator ad jnra Capitnli defendeuda.

Animadvertebat initio Orator in hisce controversiis duo quaeri solere, 1° an is, qui officium ademerit, *jus adimendi habeat:* 2° *utrum et quae adimendi causa* requiratur juxta indolem officii.

Quoad primnm aduotabat, adversarios suos agnoscere quidem facultatem Capituli viceparochos amovendi, nou autem eamdem tribuere facultatem Ordinario. Et quoniam praecipuum fundamentum denegandi existentiam hujus facultatis esset Resolntio S. C. C. ex adverso superius allegata, diei 27. Novembris 1585, pro Civitatensi Capitulo edita, ut hunc sibi obicem Orator removeret, affirmabat, eam Resolutiouem non bene protensam a nonnullis fuisse ad omnes casns, quod ostendebat haec animadvertens: nimirum, Civitatensis Capituli conditionem alieuissimam esse a communi aliarum ecclesiarum conditione: amplissimis enim privilegiis Poutifices Romani Capitulum illud a saecnlis cumularunt: multas insuper Pontificias Constitutiones illi Capitnlo *jurisdictionem* ordinariam in plurimas paroecias contulisse, et jus definiendi causas matrimoniales praeter criminales Clericorum qui Capitulo subjicinntur. In illa igitur causa, cum Vicarii sive nominationem sive institutionem *auctorisabilem* a Capitulo agnoscerent, uonnisi a Capitulo illos destitui potuisse. Ordinarium vero ea facultate utentem, quam Trideutinum Concilium in exemptos iudnlget, nou aliter plectere eos vicarios posse, quam ob aliquam crimiuis

causam in jure statutam: et reapse de amplissimis illius Capituli privilegiis controversiam hisce ultimis annis agitatam fuisse penes S. C. C. et adhuc sub judice litem esse, unde dictam Resolutionem universim applicari non posse.

Quam quidem Resolutionem, prosequebatur Orator, in exemplum uon amplius in hisce controversiis consuevisse afferri verioremque opinionem firmatam fuisse; quod quidem ostendebat Constitutione *Firmandis* Benedicti XIV. edita die 6. Nov. 1744 quae in § 11. haec habet:*) »*Eveniente autem casu, quo vel Episcopus vel Superior Regularis aliquem ex praedictis parochis ab exercitio Curae removendum eademque privandum esse judicaverint, quoniam hujusmodi parochis sine praevia Episcopi adprobatione ad curam animarum accedere nequaquam licet, quamvis a suis Superioribus deputati, iidemque ad nutum sint amovibiles, dubitatum propterea fuit, an Episcopus posset ad hujusmodi remotiones procedere sine Superioris Regularis consensu et an remotionis causas eidem adducere easque verificare deberet; tum etiam an Regularis Superior ad similem remotionem et privationem suo jure deveniens consensum Episcopi exquirere suasque agendi rationes illi notas atque probatas facere teneretur. Qua de re supradicta Congregatio Concilii decrevit: — hujusmodi parochos, tam ab Episcopo quam a Superiore Regulari, aequo jure, non requisito alterius consensu, ab animarum cura removeri posse, nec unum alteri causas judicii sui aperire, multoque minus probare et verificare debere. — Id quod a nobis in omnibus adprobatur et confirmatur.*«

Dein animadvertebat Orator, haec omnia eo magis in praesenti themate valere, quo nou agitur de Vicario proprie dicto amovibili, sed de eo qui coadjutricem operam ipsi Vicario parocho praestaret, in quos quidem coadjutores etiam parochi potestatem exercent, ita ut quemlibet nominare ac nominatum removere possint; Zamboni in *collect. V. parochus* § *2. n. 4*: »Quoad parochorum coadjutores, qni ad nutum et saepe absque causae cognitione removentur, Episcopus jure suo uti debet, *Civitatis Castellanae die 26. Aug. 1628.*« Fagnanus *in cap. Consultationibus n. 13. de Cleric. aegrot.*, s. Rota *in Bononien. Parochialis 6. Maji 1715 coram Scotto* § *Expediti.*

*) Vd. *t. 1. p. 1035.*

Nec ex testatoris dispositione hanc facultatem removendi vice-parochos denegatam fuisse Episcopo adjiciebat, cum Episcopo hanc facultatem testator uon denegaverit; quin imo nec denegare potuisset; eo vel magis quod ejusmodi officium nonnisi ex Ordinarii delegatione conferri possit, quae ex dioecesis consuetudine precario semper concedi solet *ad Ordinarii beneplacitum*, quae quidem delegatio uequaquam in scriptis data fuerat Carolo, sed viva tantum voce.

Gradum faciens Orator ad alterum caput, quod circa causas amovendi versatur, animadvertebat initio, eorum jura, qui uon ratioue tituli jurisdictionem exercent, dimetienda esse ex verbis, quibus ministerium committitur; in praesentia autem commissum fuisse ministerium his verbis: *ad nostrum et in jurisdictione successorum beneplacitum*; unde causam illum removendi nec necessariam esse. Verum non defuisse tamen causam ex incompatibilitate utriusque officii; uimirum osteudebat, diebus Sabati et Dominicis operam suam praestare Carolum debuisse Orphanotrophio aliasque functiones peragere ibidem singulis diebus, praesertim vero Missam quotidie celebrare, juxta loci pii leges atque statuta; quo in casu adduxit Orator Resolutiouem s. Congregationis Coucilii in *Neapolitana Capellaniarum* diei 14. Aprilis 1725, in qua proposito dubio: »An Capellani, de quibus agitur (*qui scilicet tenebantur per se ipsos celebrare Missas*) possint obtinere beneficia Curata vel Oeconomias ecclesiarum parochialium aut incumbentias excipiendi Confessiones Monialinm vel alia onera cnm celebratione Missarum incompatibilia acceptare satisfaciendo per substitutos oneri praedictarum Missarum:« responsum prodiit: *negative, hoc est quoad incompatibilia cum celebratione Missarum per se ipsos.*

Hisce aliisque in facto et in jure adnotatis propositum est resolvendum

D u b i u m:

An sustineatur Decretum latum die 12. Dec. 1865 a Vicario Capitulari in casu?

S. Congregatio Coucilii die 27. Julii 1867 respondere censuit: *Affirmative.*

Post hanc Resolutionem nova audieutia a Capitulo fuit intra utile tempus petita eique de more concessa: et iterum per Oratores disputatum est super iisdem capitibus quo-

rum synopsim dedimus. Praeterea Carolus, qui in prima causae propositione siluerat, suas preces exhibuit coram S. C. C. in quibus inter caetera ostendere curabat, praedicta duo officia nullimode incompatibilia esse, ita ut possent in facto exerceri siue alterutrius officii detrimento: minores esse proventus officii Directoris Orphanotrophii quam officii vice-parochi: atque inde concludebat aequum omnino esse ut saltem sibi pauperi Oratori daretur optio unum vel potius alterum retinendi officium.

Proposita itaque dubitandi formula: »an sit standum vel recedendum a decisis in casu?« S. C. Concilii die 11. Januarii 1868 respondere censuit: *in decisis juxta modum*; *modus est ut Sacerdoti* (Carolo) *detur optio.*

Ex quibus colliges:

I. Pias fundationes, quae ecclesiastica beneficia non constituunt quaeque multiplices formas habere possunt, dirigendas esse duplici norma, nempe, tum lege fundationis tum jure communi in eo quod legitimae fundatoris voluntati non adversatur.

II. Quare in praesenti themate, quemadmodum Capitulo, ex explicita fundatoris lege, tributa fuerat facultas amoveudi ad beneplacitum *Capellanos-curatos* sic dictos; ita pariter ex communi jure non potuisse similem facultatem Episcopo seu Ordinario denegari.

III. Ex communi euim jure illi qui ad coadjuvandos parochos nominantur sive ex pio legato sive ex paroeciae stipendio amoveri ab Episcopo possunt cum veram canonicam institutionem non habeutes ex demandata Episcopi facultate curam animarum coadjuvent.

IV. Aequitate canonica et ecclesiastico ordine suadente non expedire, ut illi Capellani-curati seu coadjutores sic amovibiles siue ulla causa amoveantur: remotio enim sine causa plerumque honorem laedit ordinemque perturbat.

V. In praeseuti themate non defuisse aliquam causam, quae remotionem Caroli honestam redderet, quamvis optio alterutrum retinendi officium aequior visa fuerit.

3) Canonicus.

Vd. t. III. p. 457. VIII. *Cura animar.* (exercenda a Cathedral. p. 779. n. 8.; a Collegiatis p. 815. n. 10.

4) Oeconomus.

a) Amotio.

Vd. p. 900. n. 1; *Capellanus*; *Vicarius*; *p. 812. n. 9.*

b) Delegare potestne?

Rochus T. sacerdos dioeceseos A. huic s. Congregationi exposuit: »Quum s. Concilium Tridentinum statuat *sess. 24. cap. 18. de reform.* Episcopum vacante ecclesia parochiali idoneum in ea Vicarium constituere debere infrascriptus Eminentiae Vestrae humillime exposcit: utrum hujusmodi Vicarius jurisdictionem ordinariam vel delegatam habeat; et quateuus habeat delegatam a jure, utrum possit ipse alium sacerdotem subdelegare ad omuia, id est ad uniuersitatem causarum vel possit tantum ad aliquos actus.«

Hoc accepto libello acceptaque Episcopi informatione causa proposita fuit sub dubiis infra exscriptis.

Vicarius iu divinis, qui etiam *vicarius* in beneficiis dicitur, ille est, qui sive in divinis ministeriis et cura animarum sive in iis, quae ad forum iuternum conscientiae pertineut, vices alterius gerit. Alius autem est *perpetuus*, alius *temporalis*. Perpetuus est ille qui in aliqua ecclesia, assignata sibi ex hujus proventibus debita portione ad sustentatiouem congruam, auctoritate legitima canonice instituitur ita ut ad libitum et extra casus a jure expressos amoveri nequeat. Temporalis vero, qui solum constituitur ad tempus ita ut ex redditibus ecclesiae cui servit vivat quidem, quamdin ejus servitio mancipetur, ad nutum tameu et libitum ejus a quo constitutus est amoveri possit. His praejactis de Vicario temporali observabatur quod sive a parocho sive ab ipso Episcopo constitutus sit, jus et titulum in beneficio, in quo Vicarius constitutus est, nullum acquirit, causam tameu aliasque functiones parochiales omues exercet instar ipsius parochi.

Porro jurisdictio praecipue dividitur in *ordinariam et delegatam*. *Ordinaria* illa censetur, quae cuipiam jure proprio seu ratione officii aut diguitatis suae ex lege, canoue vel consuetudine competit. *Delegata* autem est illa, quam quis non habet jure proprio, sed solum ex commissione alterius, cujus vice fungitur. Ita lex *More majorum* et lex *et quia ff. de jurisdict. omn. jud.* ubi is censetur jurisdictionem ordinariam habere ac delegare posse, *qui eam suo jure non alieno beneficio habet.*

Hoc posito jurisdictio Vicarii Oeconomi in themate uonnisi ordinaria esse videtur. Ipsa enim venit a lege seu canone ratione officii juxta *cap. cum vos de offic. ordin.* et *Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 18.* Neque refragatur Episcopum constituere hujusmodi vicarium oecouomum et posse ipsum quoties libuerit amovere, ideoque ejus jurisdictionem nou posse esse ordinariam, quae perpetua esse debet et non expirat mortuo etiam concedente, ceu traditur a *cap. legatos 2. de offic. Vicarii in 6.* Hujusmodi enim offensioni occurri potest hac levi animadversione, scilicet quod eo ipso, quo quis constituitur oeconomus ab Episcopo, jus ei tribuit jurisdictionem, et quidem immediate, *arg. Cap. licet 2. de off. Vicarii in 6.* Episcopus enim nominans et constituens jurisdictionem non tribuit. Neque officit Episcopum posse ejus jurisdictionem revocare siquidem ex hoc haud consequitur jurisdictionem illam ordinariam non esse, sed tantum, quod sicut ille jurisdictionem a lege seu canone adipiscitur mediante nominatione Episcopi, ita etiam potest hujusmodi nominatio ab Episcopo revocari et ita sublato antecedente uecessario tollitur et consequens. Omnis enim res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvitur ceu regulae utriusque juris edocent. *Cap. omnis res, de regul. juris in 6.* Simile quid contingit in Vicario generali et judicibus qui ordinariam habent jurisdictionem uon obstante quod eorum jurisdictio cesset eo ipso quod per Episcopum aut Superiorem a propriis officiis amoveantur. Praeterea illud nou est praetereundum quod licet jurisdictio ordinaria sit perpetua, quando inest primario, et per se alicui personae, non tamen perpetua esse potest illa jurisdictio ordinaria quae inest solum secundario, et accessorie ad aliam ordinariam, cui cohaeret, uti est jurisdictio ordinaria Vicarii oeconomi adhaerens jurisdictioni ordinariae Episcopi illum constituentis.

Verum major vis ac poudus huic argumento accedit ex natura subrogatorum ex qua Vicarius ab Episcopo in oeconomum deputatus in vim dispositionis conciliaris subintrat in locum ejus, cui subrogatur cum iisdem juribus, privilegiis, honoribus et oneribus. Porro cum illum in cujus locum vicarius iu themate subrogatur ordinaria jurisdictione potiri in dubium revocari nequeat sponte velnti sua consequi videtur et oeconomum curatum qui in locum demortui parochi subiutrat eadem jurisdictione frui debere. Ita Scarfantonius *lucubration. canonical. lib. 3. tit. 3. num. 33., 34. et 35.* Et optimo sane jure. Vicarius enim oeconomus eamdem potestatis plenitudinem habet ac parochus titularis ita ut ab ipso nonnisi temporis diuturnitate discriminetur. Hinc nedum absonum haud est, sed juri maximopere conforme si vicarius hujusmodi ordinaria jurisdictione potiri dicatur.

Altera sed vero ex parte animadvertebatur, jurisdictionem oeconomi curati delegatam dici posse; sane jurisdictio ordinaria ea dicitur, quae a lege seu canone datur ac descendit, *leg. et quia ff. de jurisd. omn. judic.* Sed in uuiverso juris pontificii corpore nullus canou aut constitutio extat, quae oeconomo curato jurisdictiouem tribuat, hinc illius jurisdictionem non ordinariam, sed delegatam esse dicendum videretur. Eo vel magis, quia hujusmodi oeconomus vicem demortui parochi gerit. Porro nemiuem ignorat eum, qui vice alterius fungitur, nihil proprium habere, sed delegata uti jurisdictione ceu tradit Papiuianus *in leg. 1. § qui mandatam ff. de officio ejus* ibi: Qui mandatam jurisdictionem suscipit, »proprium nihil habet, sed ejus qui mandavit jurisdictione utitur.« Quapropter oeconomum curatum iu themate delegatam jurisdictionem habere dicendum est.

Verumtamen nonnulli Doctores mediam viam teueutes contendunt hujusmodi vicarium neque ordinaria ueque delegata potiri jurisdictione, sed quasi ordinaria. Inter hos satis sit referre Pirrhing. *lib. 1. tit. 28. de officio Vicarii n. 23.* ibi: »Ex dictis colligitur, quod Vicarius temporalis Curati seu parochi habeat jurisdictionem seu potestatem quasi ordinariam, quia gerit vices parochi, qui ordinariam jurisdictionem habet, eique in eadem jurisdictione, officio aut cura est substitutus, ut indicat Gloss. communiter recepta in Clem. I., V. presbyter de privil. et alii apud Fagnau. *in cap. Quod nobis 2. de clandest. dispensat. num. 28.*, non autem habet jurisdictiouem delegatam, cum non diversam, sed omnino eamdem jurisdictiouem ejus, cujus locum et vices gerit, exerceat. Lam. *in cap. n. 3. h. t. in 6.*, uam etsi non competit ei ratioue proprii muneris perpetui et irrevocabilis competit tamen ratione muneris temporanei et revocabilis: nude solum sequitur, quod non sit officium nec potestas or-

dinaria et irrevocabilis, sed quod sit velut ordinaria, quamvis in hoc delegatae sit similis, quia per modum cujusdam delegationis seu commissionis existit in Vicario juxta voluntatem committentis, qui eam quando placet revocare potest sicut idem obtinet in Vicario Episcopi.« Idem sentit Schmalzgrueber *part. IV. tit. 28.* Quaestioni vero utrum Vicarius temporalis possit alium substituere ita respondet idem Pirhing. *lib. I. tit. XXVIII. de officio Vicarii, sectio 1. § 2. n. XXII.*, ibi: Spectato jure communi Vicarius temporalis qui titulum non habet alium Vicarium temporalem substituere nequit demandando ei totam curam sive officium suum, etiam ad modicum tempus, nisi cum licentia Ordinarii, expressa vel tacita; et tum non tam suo sen proprio, quam ipsius Ordinarii pastoris jure et auctoritate alium Vicarium substituit. *Sanch. lib. 3. de Matr. disp. 31. num. 2. et 15; Layman d. 5. Theol. mor. t. 6. cap. 10. num. 13. et in cap. Clericos 4. num. 3. h. t.* Quamvis Vicarius temporalis, si solus officio satisfacere non possit, non prohibeatnr adhibere Cooperatorem sen Coadjutorem: quia sicut delegatus ad universitatem causarnm, cum veluti ordinariam jurisdictionem habere reputetur, unam vel alteram causam subdelegare potest seu partem jurisdictionis, non tamen totam suam jurisdictionem sibi delegatam, ut colligitur ex *leg. c. Quis et a pluribus appell. et ibi Gloss. V. ab eo* et docet etiam *Gloss. in l. a judice 5. V. non habet: et in cap. Cum causam 62. V. delegatus de appell.*, ita similiter Vicario temporali censetur ab Ordinario concessa potestas substituendi seu demandandi, non quidem totum officium sed partem ejus, sive unum alterumve actum officii parochialis, quia et ipse quasi ordinariam jurisdictionem ac veluti commendatam exercet. *Sylvest. V. Vicarius quaest. 5; Sanch. c. 1; Laym. c. 1.* Excipiendum tamen est, nisi alicubi consuetudo permittat (quae pluribus locis viget) ut Vicarius etiam temporalis seu Vicecuratus ad nutum amovibilis possit ob justam causam necessariae absentiae vel infirmitatis alium Vicarium ad breve tempus suo loco substituere totum officium suum ei demandando: quia Episcopus constituens Vicarium temporalem et sciens talem consuetudinem tacite consentire et dare facultatem ad talem substitutionem censetur, *Sylvest. et Sanch. loc. cit.*«

Nec secus Reiffenst. *lib. 1. decret. tit. 28. de off. Vicar.*, ibi: Vicarius temporalis licet proprio jure nullatenus possit sibi substituere alium vicarium, cum titulum non habeat, potest tamen de licentia Ordinarii tacita vel expressa sicque auctoritate ipsius alium sibi substituere committendo ipsi ad breve tempus totum officium sen curam suam. Insuper quando vicarius temporalis non sufficit solus ad omnia onera parochialia peragenda potest iis cooperatorem assumere eique partem sui officii delegare; sicut in simili delegatus ad universitatem causarum potest unam vel alteram causam alteri subdelegare, juxta *Glossam cap. Cum causa V. delegatus de appell. DD. passim, Abbas, Layman*, ubi supra, et alii. Atque hoc ipsum extenditur ad vicarium jurisdictionis seu Vicarium generalem Episcopi. Nam neque talis potest substituere alium vicarium, nisi de speciali licentia Episcopi atque ex justa causa, simulque ad modicum dumtaxat tempus id fiat; quamvis possit unam vel alteram causam alteri delegare. Glos. in *c. 1. V. ipsius h. t. in 6, Barb. p. 3. de off. et pot. Ep. all. 54. n. 99. et seqq.* citans plurimos alios.

His aliisque deductis proposita fuerunt resolvenda

D u b i a:

I. An oeconomus curatus, qui vacante parochiali ecclesia ab Episcopo constituitur in vim dispositionis Concilii Tridentini jurisdictionem habeat ordinariam vel potius delegatam in casu?

Et quatenus negative ad primam partem, affirmative ad secundam,

II. An idem oeconomus possit alium sacerdotem subdelegare ad omnia, id est ad universitatem causarum, vel tantum ad aliquos actus in casu?

S. Congregatio Concilii die 9. Maji 1874 respondere censuit: *Dilata et reproponatur cum novo dubio:* »*An oeconomus curatus vacante paroecia ab Episcopo constitutus in vim dispositionis Concilii Tridentini sess. 24. cap. 18. possit alium sacerdotem delegare ad omnia officia vel ad aliquos tantum actus*«? Quapropter in comitiis diei 12. Septembris 1874 hujusmodi quaestio iterum agitata fuit et responsum prodiit: — Affirmative ad primam partem nisi obstet voluntas Ordinarii.

Exinde colliges:

I. Deputationem oeconomi curati in vacationibus ecclesiarum parochialium, quaecumque sint, ad solum Episcopum spectare, in cujus dioecesi parochia vacans sita est.

II. Oeconomum curatum ab Episcopo constitutum in vim tridentinae dispositionis posse alium sacerdotem delegare ad omnia officia nisi obstet voluntas Ordinarii.

c) Jurisdictionem quam habet?

Vd. p. 904. b.

Curia episcopalis.

Vd. *Episcopus; Jurisdictio; Fundatio n. 3.*

1) Fundationes quae spectant ad eam.

Vd. *Decimae* (solvendae a monasterio etc.)

Religiosus testator duo pia legata reliquit favore cujusdam piae sodalitatis. Mortuo testatore et cedente die quo solvi ejusmodi legata deberent pia sodalitas apud laicum tribunal convenit haeredes ut legatis iisdem impositis solvendo facerent satis. Laicum tribunal recepit citationis libellum at dubitans super competentia sui tribunalis ad judicandum in hac pia causa a s. Congregatione Immunitatis postulavit an in causa judicanda procedere posset.

Audita prout moris est Episcopi relatione jura utrinque allegata ea sunt quae sequuntur:

Pluribus canonistarum auctoritatibus innitebatur laicum tribunal ad ostendendum legata pia esse mixti fori, locum proinde dari praeventioni, *Abbas in cap. Si haeredes de testamentis*, proposita facti specie his verbis: »Quidam haeredes voluntatem testatoris adimplere nolebant: quod significatum est Domino Papae, qui respondit, quod si haeredes testatoris jussa non adimpleverint ab Episcopo loci illius omnes res, quae eis relicta sunt, canonice interdicantur cum fructibus et caeteris emolumentis ut vota defuncti adimpleantur. Sequentia Panormitanus Abbas notat:

Nota

1) quod ad haeredes pertinet exequi jussa per defunctum, ...

2) quod pro adimplenda voluntate defuncti potest contra haeredem negligentem omnis res haereditaria interdici cum fructibus et emolumentis,

3) quod ad judicem ecclesiasticum pertinet ut vota defunctorum exsecutioni mandentur.

Subjungit autem: »Dico tamen quod hoc est mixti fori, quia etiam judex saecularis potest officium suum impertiri etiam in legatis ad pias causas ut in *Auth. de eccles. tit. §: Si quis autem aedificationem* et in *Auth. hoc amplius cod. de fideic.*, per hoc arbitror esse locum praeventioni inter hos judices, quod notanter facit quod dixi in *cap. Cum sit generale de foro competent.*«

Idem sentit *Diana par. 6. tract. 8. de testam. resol. 39. § 1. et 2*, qui sibi quaerens: ad quem judicem pertineat exsecutio testamenti ad pias causas et legatorum piorum? aliis auctoribus allegatis respondet: causam piorum legatorum, quando haeres qui illa tenetur solvere est saecularis, esse mixti fori. Quia enim reus in suo foro conveniri regulariter debet, peti possunt coram judice saeculari, ut ex *cap. Relatum* patet, in quo sermo est cum saecularibus Vellestrensibus. Quia vero res de qua agitur finem respicit supernaturalem, cujus judicium ad ecclesiam spectat, peti etiam possunt coram judice ecclesiastico.« Ita sentiunt alii plures auctores qui allegabantur.

Curia episcopalis praemisso *cap. 8. sess. 22. Trid. Concilii*, quo statuitur: Episcopi etiam tanquam Sedis apostolicae delegati in casibus a jure concessis omnium piarum dispositionum tam in ultima voluntate quam inter vivos sint executores: praemissa doctrina Benedicti XIV. *de syn. l. 13. c. ult.* distinguenda esse ajebat legata simpliciter pia et legata religiosa. Legata *pia simpliciter* ea intelligebat quae relinquuntur absque ullo onere, ut est ex. gr. legatum dotis eleemosynae et similia. *Legata* vero *religiosa* ea esse tradebat, quae relinquuntur cum onere alicujus operis quod ad religionem cultumque divinum immediate spectant. Hac posita distinctione posse conciliari Curia opinabatur duas auctorum sententias, quae

oppositae videntur ita, ut doctrina auctorum qui in contrarium citantur intelligi debeat de legatis simpliciter piis. Namque etsi plures sint auctores qui docent legata pia esse mixti fori, habentur et alii qui contraria tradunt, ut *Marti in tract. de jurisd. part. 4. cent. 1. cas. 89. n. 13.*, ubi aliis interpretibus allegatis scripsit: »Cognitio legatorum ad pias causas pertiuet ad forum ecclesiasticum.«

Et sane legata quae curia appellabat religiosa, cum re spirituali sunt intime counexa, super qua spiritualitate judex laicus nullam habet jurisdictionem, *cap. 2. de judiciis*, *Reiffenst. lib. 2. tit. 1. § 3. n. 73.* Maxime cum ejusmodi pia legata secumferre soleant cognitiouem, utrum per ea sit sufficienter provisum oneribus injunctis; utrum ex. gr. possit ecclesia aliis oneribus missarum gravari quibus satisfieri non possit, sive ex jam existenti numero missarum sive ex deficientia sacerdotum juxta nota decreta Urbani VIII. et Innocentii XII. diei 23. Decb. 1697, in quibus legitur *n. 10.*: »Intelligant Episcopi si in re tanti momenti desides aut negligentes fuerint in novissimo die se hujus praetermissi mueris rationem esse reddituros.«

Sed insuper in praeseuti dioecesi coustans aderat cousuetudo, ita ut nulla haberetur memoria, ejusmodi legatorum judicia acta in tribunali laico fuisse, prout documeuto allegato ostendebatur.

Quod si animadvertebat curia amoveri vellet quaestio in facto, quiuam ex duobus judicibus causam praevenerit, judex ecclesiasticus diceudus erat praevenisse: namque ab Episcopo facultas facta fuerat sodalitati post porrectas preces acceptaudi legata.

Facta distinctione inter exsecutionem legatorum piorum et excussiouem debitorum absolvendum quod legatum est observabatur, exsecutionem legatorum piorum ad judicem ecclesiasticum privative spectare juxta caput allegatum Trid. Concilii, quod fideliter sequuta est s. Congregatio Immunitatis nt in *causa S. Marci 1656* quo legitur: »Quo vero ad cognitionem causarum super fructibus decimarum, legatorum piorum et adimplementi celebrationis missarum et anniversariorum censuit spectare ad ipsum Episcopum.«

Item in *Nullius Guastallae 27. Sept. 1696 11. fol. 49.*, cum pius testator haeredi fiduciario injunxisset, ut aere alieuo soluto quod reliquum erat iu totidem missas in ipsius testatoris animae suffragium impenderet, mota quaestioue super fori competeutia a judice laico s. Congregatio respondit: Quoad executionem testameuti Bernardi Soldiui qui disposuit ad pias causas causam spectare ad curiam ecclesiasticam.

Quod si res de qua agimus velit considerari tamquam coactio ad solveudum civile debitum, ea esse mixti fori videbatur, iu qua nultum dubium locum dari praeventioui, ut saepe respoudit s. C. et nominatim iu *Sorana 18. Febr. 1831* iu quo legitur: Scribatur iu causis mixti fori esse locum praeveutioni. Ideo tueatur jurisdictionem ecclesiasticam prout juris fuerit.

At vero in praeseuti causa favore judicis ecclesiastici militabat consuetudo, qua privative ejusmodi causae piorum legatorum judicatae semper fuerant ab episcopali curia; ejusmodi autem cousuetudines servandas esse s. C. censuit ut in *Spoletana 15. Sept. 1637* ubi habetur: S. C. censuit servandam esse cousuetudiuem in favorem Episcopi circa coguitiouem causarum etiam mere laicalium.

Supererat iusuper judicandum quatenus causa ab alterutro judice posse definiri decerueretur, au Episcopus praevenerit judicem laicum per decretum quod octo aute meuses emiserat, quo facultas sodalitati facta fuerat acceptaudi legatum.

Proposita itaque sunt dirimenda

D u b i a:

I. *An causa de qua agitur spectet privative ad curiam ecclesiasticam vel potius sit mixti fori in casu?*

Et quatenus negative ad I. partem et affirmative ad II.,

II. *Quis praevenerit in judicio in casu de quo agitur?*

Causa discussa in comitiis habitis die 29. Maji 1838 s. C. respondit

Ad I.: Iu casu de quo agitur causam spectare ad curiam ecclesiasticam.

Ad II.: Provisum iu I.

Ex iis colliges:

I. Iuter causas ecclesiasticas seu spirituales quae ad forum ecclesiasticum exclusive spectant et causas mere temporales quae ad forum laicum pertinent dari quasdam, quae medium obtiueut locum quaeque idcirco mixti fori dicuntur.

II. In causis mixti fori ille inter duos judices causam judicaudi jus habet qui alterum praeveuit idest primus causam pertractandam suscepit.

III. Inter causas mixti fori ex communiori auctorum seuteutia recenseri legata pia quae scilicet ad divinum cultum relinquuntur vel ad opera misericordiae.

IV. Exsecutionem legati pii quod ad divinum cultum pertiuet ad judicem ecclesiasticum exclusive aut saltem principaliter spectare.

V. Causam solutionis legati pii exclusive quoque ad judicem ecclesiasticum pertiuere, si id ferat loci cousuetudo. *)

*) In hac materia de competentia utriusque potestatis, quae quibusquam in casibus tum theoretice tum practice difficilis admodum est, prae oculis haberi debent quae opportune sapienterque docet Benedictus XIV. in opere *de synod. dioeces. lib. 9. cap 9. per totum*, in cujus capitia conclusione sequentia admonet: »Haec simul collecta et adnotata Episcoporum oculis subjecimus, ut priora tempora cum hodiernis conferentes videant et doceant gravia vulnera suae antiquae jurisdictioni (et ideo ecclesiae juribus sibi plus vel minus insitis pro causarum natura) inflicta: siquidem saeculares potestates ait Guillelmus Durandus junior quidquid ad ecclesiasticam jurisdictionem potissime quoad temporalia pertinet sibi competere putant. Huic judicum saecularium consilio ab initio obstiterunt Pontifices maximi et sanctissimi ecclesiarum Antistites sed cum illos a proposito dimovere nequiverint ad evitanda majora mala inolescentes in dies contra ecclesiasticam jurisdictionem consuetudines dissimularunt et tolerarunt; quandoque summi Pontifices consultius duxere, id ipsum privilegio Principibus concedere, quod propria auctoritate jampridem sibi usurpaverant. Jam vero cum desperandum jam sit ut potestas saecularis intra constitutos sibi ab antiquo limites contineri patiatur, imprudenter ageret Episcopus, si in sua synodo aliquid decerneret, quo jurisdictionem sibi olim jure communi attributam recuperare tentaret; rem siquidem impossibilem aggrederetur et sine nulla ecclesiae utilitate graviter apud Principes offenderet. Quare suo muneri satis abunde facturum se credat, si ad haec tria animum diligenter intendat:

I., ne Princeps saecularis sibi unquam arroget jus Sacrorum hoc est ne in ullo rerum eventu se immisceat in causis primi generis, mere scilicet spiritualibus et ecclesiasticis;

II., ne judex laicus eam quoque partem jurisdictionis invadat, quae hactenus perseverat intacta; nisi enim Episcopus ejus vindicem statim se praebeat, haud pariter pedetentim amittet . . .,

III., ubi aut privilegio aut legitima consuetudine fori ecclesiastici limites ultra juris communis sanctionis ampliati sunt, quod caeteroquin perquam raro contingere scimus, curabit Episcopus, ne sua incuria aut conniventia contrahantur.«

2) Expensae (sede vacante.)
Vd. t. III. p. 763. i.

Cursores Apostolici.

Vd *Constit. Alexand. VII.* diei 11. Oct. 1659 in Bull. r. t. VI. p. 102. Ed. Luxbg. 1742)

Custos Monachorum.

Vd. *Monasterium. Janitor. Regulares.*

(Electio.)

Bened. PP. XII. de ref. ff. Min. s. Franc. Assis.

Statuimus, ut deiuceps guardiani iu siugulis locis couventualibus dicti ordiuis eligantur per couventus eorumdem locorum, die ad celebraudum electionem hujusmodi per eorumdem conventuum vicarios assignata: in quorum electione nullus vocem habeat, nisi qui saltem 25. anuum suae aetatis attigerit et in sacris fuerit ordinibus constitutus. Nec in hujusmodi electioue vocem habeant fratres alii non couventuales, licet morentur ibidem, qui erunt de proviuciis alieuis, nisi ejusdem loci lectores existaut: electio autem guardiani Parisieusis fiat, prout est hacteuus fieri consuetum. Custodes vero in die quae

apud eos crastinum diffinitionis provincialis capituli nuncupatur eligantur per fratres discretos custodiarum, quibus de custodibus fuerit providendum ex parte conventuum vel capitulorum custodialium, more solito, ad capitulum provinciale transmissos. Guardiani vero in hujusmodi electione vocem nou habeant, nisi per capitula custodialia vel per suos conventus fuerint pro discretis transmissi. Si vero custodem aliquem per quatuor menses ante provinciale Capitulum mori vel ab officio amoveri contingat, de singulis conventibus suae custodiae singuli discreti per conventus electi ad principalem locum custodiae die certa, per illius loci principalis guardianum assignata, conveniant pro electione hujusmodi celebranda. Dictarum vero electionum tam custodum quam guardianorum confirmatio pertineat ad generalem vel provincialem ministrum. Et si ad electiouem hujusmodi per viam scrutinii procedatur et votis in diversa divisis electiones plures in discordia celebrari contingat illa, quae a majori parte numero omnium vocem in dicta electione habentium nulla zeli vel meriti collatione habita fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quscumque partis alterius non obstante per dictum ministrum de consilio discretorum d. ordinis, prius tamen ex officio prout spectat ad ipsum diligenti examinatione praemissa confirmetur vel infirmetur, prout eis secundum Deum visum fuerit expedire. Et si fuerit infirmata, ad dictos electores electio revertatur, nisi elegerint scienter indignum, quo casu ad dictum ministrum illa vice ipso facto provisio devolvatur et eadem fiat devolutio, si dicti electores die praedictà ad eligendum guardianum seu custodem ut praemittitur assignata vel ordinata, guardianum vel custodem eligere praetermittaut. Iu electionibus quoque praedictis vel confirmationibus earumdem non iutendimus electores seu confirmatores formis aut solemnitatibus aliis quibuscumque a jure statutis arctari.

Die 28. Novbr. 1336.

(Bull. r. t. IV. p. 405. Ed. Aug. Taur. 1859.)

D.

Daemon.

(Responsionum postulatio.)

Vd. *Conventicula religios. laicor. p. 751.*; *Astrologia* t. I. p. 1153; *Sortilegium.*

Contra immolantes daemonibus aut responsa et auxilia ab eis postulantes sive tenentes libros de ejusmodi erroribus tractantes.

Innocentius PP. XXI. (XXII.)

Ad perpetuam rei memoriam.

Super illius specula quamvis immeriti ejus favente clemeutia qui primum hominem humani quidem geueris protoplastum, terrenis praelatum, divinis virtutibus adornatum, conformem et consimilem imagini suae fecit, revocavit profugum legem daudo ac demum liberavit captivum, reinvenit perditum et redemit venditum, merito suae passionis, ut contemplaremur ex illa super filios hominum, qui christianae religionis cultu Deum intelligunt et requirunt: doleuter advertimus, quod etiam cum nostrorum turbatione viscerum cogitamus, quamplures esse solo nomine christianos, qui relicto primo veritatis lumine tanta erroris caligine obnubilantur, quod cum morte foedus iueuut et pactum faciuut cum inferno: daemouibus namque immolant, hos adorant, fabricant ac fabricari procuraut imagines, annullum vel speculum vel phialam vel rem quamcumque aliam magice ad daemones inibi alligaudos, ab his petunt responsa, ab his recipiuut et pro impleudis pravis suis desideriis auxilia postulant pro re foetissima foetidam exhibeut servitutem: proh dolor! hujusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius couvalesceus successive gravius inficit Christi gregem.

§ 1. Cum igitur ex debito suscepti pastoralis officii oves aberrantes per devia teneamur ad caulas Christi reducere et excludere a grege dominico morbidas, ne alias corrumpant: hoc edicto in perpetuum valituro de consilio fratrum nostrorum monemus omues et singulos renatos fonte baptismatis in virtute sanctae obedientiae et sub interminatione anathematis praecipientes eisdem, quod nullus ipsorum aliquid de perversis dictis dogmatibus docere ac addiscere audeat vel, quod execrabilius est, quomodolibet alio modo in aliquo illis uti.

§ 2. Et quia dignum est, quod hi qui per sua opera perversa speruuut Altissimum poenis suis pro culpis debitis percellantur: Nos iu omnes et singulos qui contra nostra saluberrima monita et mandata facere de praedictis quicquam praesumpserint excommuuicationis sententiam promulgamus, quam ipsos iucurrere volumus ipso facto. Statuentes firmiter, quod praeter poenas praedictas contra tales, qui admoniti de praedictis seu praedictorum aliquo, infra octo dies a monitione computaudos praefata, a praefatis non se correxerint ad infligendas poenas omnes et singulas praeter bonorum confiscationem dumtaxat, quas de jure mereutur haeretici, per suos competentes judices procedetur.

§ 3. Verum cum sit expediens, quod ad haec tam nefanda omnis via omnisque occasio praecludatur de dictorum nostrorum fratrum consilio universis praecipimus et mandamus, quod nullus eorum libellos, scripturas quascumque ex praefatis damnatis erroribus quicquam continentes habere aut tenere vel in ipsis studere praesumat; quin potius volumus et in virtute sanctae obedientiae cunctis praecipimus, quod quicumque de scripturis praefatis vel libellis quicquam habuerint, iufra octo dierum spatium ab hujusmodi edicti nostri notitia computandum, totum et in toto et in qualibet sui parte abolere et comburere teneantur: alioquin volumus quod incurrant sententiam excommuuicationis ipso facto processuri contra contemptores hujusmodi (cum constiterit) ad poenas alias graviores.

Datum Avenioue 19. Junii 1325.

(Bull. r. t. IV. p. 315. Ed. Aug. Taur. 1859.)

Contra Maleficos et Sortilegia, Sortilegos cum diabolo pactum facientes, a fideque apostatando alios laedentes.

Gregorius PP. XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Omnipotentis Dei Salvatoris nostri, qui ut hominem a laqueis diaboli liberaret Crucem subire dignatus est vices quamquam immeriti gerentes in terris in id summo studio juxta creditum Nobis desuper apostolicae servitutis officium incumbimus, ut gregem Dominicum inaestimabili pretio redemptum adversus sathanae fraudes defeudamus ejusdem officii partes desuper interponendo, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§ 1. Sane nonnulli suae conditionis obliti et solemnis sponsionis ab iis factae, cum in Christi gregem per sacrum regenerationis lavacrum adsciti fuernnt, sathanae, cui renunciarunt artibus maleficiis, superstitionibus ac nefariis inventis operam dare non verentur, quinimo magistrum imitantes, qui capitali odio quo humanum genus consequitur hominibus insidiari numquam cessat, proximum variis modis laedere, animas vero suas perdere non timent.

§ 2. Quapropter, ut tam exitiosa scelera a christifidelibus arceantur gravioribus poenis vindicanda duximus. Motu itaque proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis plenitudine tenore praesentium decernimus, praecipimus et mandamus ut constito, quod aliquis pactum cum diabolo fecerit et a fide apostatando maleficiis sive sortilegiis unam seu plures personas ita laeserit, ut ex maleficio vel sortilegio mors secuta sit, etiam primo lapsu curiae saeculari tradatur debitis poenis puniendus. Qui vero similiter apostatando pactum cum diabolo ut praefertur fecerit et maleficium seu sortilegium commiserit licet mors secuta non sit infirmitas tamen, divortia, impotentia generandi sive animalibus, frugibus vel aliis fructibus damnum notabile proveuerit muro claudi sive perpetuis carceribus in s. Inquisitionis officio ubi ille existit fabricandis mancipari debeat.

§ 3. Qui vero similium delinquentium notitiam habuerint eos Episcopo sive Inquisitori denunciare teneantur.

§ 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud s. Petrum die 20. Martii 1623.

(Bull. r. t. III. p. 495. Ed. Luxbg.)

Daemoniacus.

(Sacra non potest tractare.)

Vd. *Sacerdos paralyticus; Obsessus.*

Gelasius I. dil. fr. Episcopis per Lucaniam, Brutios et Siciliam constitutis.

Usque adeo sane conferimus illicita quaeque prorumpere, ut daemoniacis similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si hoc opere positis aliquid propriae necessitatis occurrat, quis de sua fidelium salute confidet, ubi ministros ipsos curationis humanae tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet pro quibus Christus est mortuus scandalum generetur infirmis. Postremo si corpore sauciatum fortassis aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina permittit: quanto magis doni coelestis dispensatores esse non conveuit, quod est deterius, mente perculsos?

Die 11. Mart. 494.

(Bull. r. t. I. p. 105. n. 21. Ed. Aug. Taur. 1857.)

Damnati.

1) Confraternitas.

Neapolitana.

(Conc. Tr. c. 9. sess. 24. de ref.)

In oppido Turris Octavae vulgo Torre del Greco dioecesis Neapolitanae ab annis 140 viget confraternitas Alborum, cujus institutum est confortare damnatos ad poenam ultimi supplicii; ejusdem instituti Aversae residet altera confraternitas nuncupata *s. Mariae Succurre Miseris*; hinc ex eodem pio instituto orta contentio est inter dd. confraternitates super jure confortandi in civitate et dioecesi Aversana; confraternitas *s. Mariae Succurre Miseris* hoc jus privative ad se spectare in civitate et dioecesi, ubi erecta est, pretendit ex *constit. 115. Clementis VIII.* et *21. Pauli V.* addita immemorabili aut saltem quadragenaria possessione hujus privativi exercitii probata ex testibus examinatis de mandato eminent. Episcopi Aversani ac ex partitis librorum ejusdem confraternitatis ex quibus ab anno 1660 usque ad hodiernam diem probantur exercita haec pietatis opera. E contra vero confraternitas Alborum Turris Octavae exponit, se fuisse institutam non uti addictam servitio alicujus dioecesis sed servitio tribunalis regii commissarii provinciae Campanarum, ideoque hoc pium institutum exercere praetendit saltem cumulative in locis omnibus et dioecesibus ad quas suam extendit jurisdictionem dictus regius commissarius; adstipulantur ejus intentioni et instantiae relatio eminent. Archiepiscopi Neapolis testantis de exercitio hujusmodi operis pii etiam in dioecesi Aversana necnon epistolae ministrorum regii tribunalis evocantes hanc confraternitatem ad exercendum hoc pium opus in dioecesi Aversana. Hisque omnibus additur resolutio hujus sac. Congregationis et Breve s. m. Innocentii XII. ex illius consilio expeditum in quo sacerdotibus confratribus ad confessionem approbatis ab Archiepiscopo pro tempore Neapolis facultas conceditur audiendi confessiones damnatorum etiam absque licentia Ordinariorum in quorum dioecesi justitia expletur; sed simile breve s. m. Innocentii XI. exhibet etiam altera confraternitas collitigans; hinc sapientissimum EE. VV. responsum ad infrascripta dubia praestolantur:

I. An jus assistendi seu confortandi damnatos ad mortem dum justitia exsequitur per regium tribunal commissarii Campaniae in civitate vel dioecesi et territorio Aversano spectet ad confraternitatem *s. Mariae Succurre Miseris* ejusdem civitatis vel potius ad confraternitatem vulgo de Bianchi Turris Octavae seu Turris del' Greco?

II. An privative vel cumulative?

S. C. C. resp.

Ad 1: Posse utramque confortare dummodo sit vocata.

Ad 2: Provisum in primo.

Die 8. Febr. 1716.

2) Sepultura.

Damnati ad mortem sepeliri non debent in ecclesia magnae devotionis, si inde populus concipit horrorem et occasionem ecclesiae minus frequentandae.

S. Congregat. Episcop. et Regul. 18. Martii 1590.

Dapiferi.

(Beneficium.)

Vd. t. II. p. 516. n. 34.

Debita.

1) Capituli.

(Modus solvendi vetitus.)

(Cf. t. I. p. 434. IV.; supra p. 754: *Conventio.*

Capitulnm 24 Canonicis circiter constans in Siciliae insula ad instar juris decimarum super quibnsdam piscationibus praestationem quamdam singulis annis percipiebat. Cum antem anno 1825 ejusmodi Canonicorum jus percipiendi hanc annuam praestationem controverteretur, Capitnlum suam defensionem suscipiens victoriam non sine gravibus dispendiis reportavit. 1855 iterum in judicinm Capitulum vocatum fuit ac disputatnm est snper gravitate hujus annuae praestationis et in hac nova palaestra Capitnlum victum mansit. Hinc expedire visa est quaedam transactio inter Capitnlum et piscationum dictarum Dominnm et loco praestationis acceptos habuit Capitnlnm quosdam adsignatos redditus pnblico debito et transactio coram tabellione sine apostolica anctoritate firmata est.

Expensae antem in harum litium agitatione pertigisse dicebantnr ad summam ducatorum 1176. Existimans antem Capitulum ejusmodi litinm sumptus solvi debere non solum a praesentibns Canonicis sed etiam a futnris quia sumptus impensi erant ad jnra capitnlaria tuenda in consilium devenit rejiciendi ejusmodi onus in capitularem massam eo modo quo sequitur: Quoniam 4 ex Canonicis administrabant bona quae ad duo loca pia pertinebant ex hujusmodi bonis desumpserunt ducatos 1850 quibus constitutnm est debitum fructiferum, persoluto scilicet duobus locis piis interusurio ducatorum in singula centena. Dncatos antem 126 qni snpererant praesentes Canonicis persolverunt. Ejusmodi porro acta auctoritate propria gesta et coram publico tabellione firmata approbata fuernnt a Vicario generali.

Cnm autem haec omnia Archiepiscopo dennnciata non fuissent qui gravi morbo eo tempore laborabat in cognitionem harum rerum deinde deveniens eo modo quo convenit officium sunm tramite in iis negotiis pertractandis deflexerit ac remedia suggerebat.

Ne creemus humano lectori fastidium omittimus factorum historiam, quae post haec evenerunt rudemque modum quo Canonici se gesserunt. Quod autem praetermitti non potest illud est, quod scilicet Canonici causam suam deduxerunt coram civili magistratu Pedemontano, nt approbationem obtinerent eorum quae contra ss. canonum sanctiones gesta erant. Deinde re delata ad s. C. Epis. et Reg. Canonici ad bonam frugem revertentes quemdam proposnerunt modum extinguendi praefatum debitnm depositis annuis ratis praeter interusurium ita ut intra spatium 10 circiter annorum constitutum debitum extingueretur. Causa itaque sub infrascriptis dubiis s. C. Epis. et Reg. proposita est.

Prae caeteris ex officio animadvertebatur, qnamvis ecclesia pacis amantissima nullimode a concordis abhoreat, quin imo favore eadem quantum decet prosequatur nihilominns transactiones super ecclesiarum juribus sine interventu suae anctoritatis omnino prohiberi. *) *Extravag. Ambitiosae, Petra in const. V. Pauli II. sect. 4. n. 9., Rota decis. 316. n. 10. part. 10. recen., S. C. Conc. in Viterbien. 19. Sept. 1767* § 5. et passim. Praesertim cum Capitnli juribus subrogati erant quidam redditus debiti publici **), trans-

*) Vd. t. I. p. 472. aa. etc. *t. II. p. 1110. XVIII.*

**) Neque inopportunum erit heic referre paragraphum 12. cap. VII *) *de pretii investimento,* **) quae legitur in perutili opusculo Aloisii Advocati Trombetta cui titulus: *Praxeos regulae circa contractus rerum eccles.* etc. In hac paragrapho haec habentur: Praeterea quaeri potest, an investiri valeat pecunia in emptione redditnum ab aerario publico constitutorum ac in publicis mensis numnlurüis vel capsis publicis? Per se hoc non esset canonicum investimentum; nam nuper abunde satis ostendi, investimentum a ss. canonibus approbatum illud dumtaxat esse, quod fit in stabilibus tutis et fructiferis, iisque deficientibus, in censu.« Hinc ut inquit de Rosa »Reinvestitio debet necessario fieri in bonis stabilibus, ut expresse dicitur in Brevi per clausulam: *Aeque stabilium.* Unde cum mihi esset directum Breve pro venditione certarum domorum Cathedralis Bisarciensis, praetendebant Procuratores investire pretium in emptione annuorum introitnum; sed obstiti acriter et dicebam me non posse hoc admittere, quia esset contra formam Brevis continentis facultatem limitatam: contra me sentiebat quidem Episcopus, sed re delata ad Urbem pro me

*) Vd. *t. II. p. 1064.*

**) *Ibid. p. 1089. XI.*

actio ergo super ecclesia capitularis juribus suo robore destituta erat.

Nonnullis insuper animadversis circa administratorum et Capituli arbitrium in debito fructifero absque apostolico beneplacito constituendo animadvertebatur Canonicos non effugisse censuras a ss. canonibus *) inflictas et nominatim a constit. Martini V. et Innocentii VIII., *de Nigris de Vacat. benef. cap. 56. n. 1. et seqq.*, ob interpositum recursum ad laicam potestatem. **)

Verum quoniam Canonici consuetudiue Siciliae se tuere praesumerent, objicentes Extravagantem Ambitiosae ea in insula vim

responsum fuit.« *De exequut. liter. apostolic. part. 1. cap. 4. n. 353.* At ad emptionem reddituum Aerarii publici hujus almae Urbis quod attinet, in praesenti rerum statu, s. Congregatio, ss. Pontifice auctorante, permittere solet hujusmodi investimenta dummodo fiant in schedis debiti publici pontificii nominalibus exclusis schedis ut ajut a portatore, praevia speciali facultate ad id obtinenda. Quod vero spectat ad mensas nummularias, aedes sacras et capsas publicas, praesertim ad capsam parsimonialem, vulgo dictam *de Risparmi*, generaliter haud consuevisse in eis ss. Congregationes investimenta permittere dignovi; quia non est hoc canonicum investimentum, ceu ex superius dictis liquido patet. Praeterea Archiconfraternitas Peregrinorum et Convalescentium in Urbe cum quasdam dotales summas investire quotannis teneretur favore puellarum De-Siccis donec nuberent, se eximere ab onere praedicti annui investimenti cupiens facultatem s. Cong. Conc. expostulat: »Ut deponeret quotannis in sacro Pietatis Monte in beneficium puellarum de Siccis annuam summam scut. 30 provenientem ex dicto pio legato cum onere investimenti vel exequendi idem depositum in capsa parsimoniali ex qua fructus annuus percipitur scut. 4 in singula centena, ita ut in utroque casu eadem confraternitas eximatur a qualibet praetensa obligatione exequendi suo nomine annuum investimentum.« Hinc proposito dubio:

An et quomodo annuendum sit precibus venerabilis archiconfraternitatis in casu?

S. Congregatio die 8. Julii 1854 respondit:

Negative in omnibus etc. Illud vero peculiari animadversione dignum occurrit, quod in capsa parsimoniali, de Risparmi, nec deposita pro summis in stabilibus investiendis fieri permittuntur; quia cum ea peragenda sint ex ss. Congregationum mandato dumtaxat in aede s. vel capsa publica cum investimenti vinculo, memorata capsa parsimonialis vinculum minime praestare solet favore locorum piorum, ut adeo deposita facillime distrahi possint ac deperire, quin investimentum perficiatur, ceu non raro ex reclamationibus accidisse deprehendi, bene tamen ea fieri possunt in aede sacra Montis pietatis; quia vinculum praestat investimenti nec deposita restituit nisi parata illius extet occasio.

*) Vd. *t. I. p. 456. r.*

**) Vd. *t. III. n. VIII.*

non habere, ideoque opus non esse apostolico beneplacito in alienationis actis: observabatur de illa consuetudine nullimode constare, quin imo contrarium demonstrari posse. Facta antem hypothesi existentia hujus consuetudinis ea potius corruptela quam consuetudo appellari debuisset. Ea enim adversaretur dictae constitutioni *Ambitiosae*, quae hisce verbis sancitur: »Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagiuam nostrae prohibitionis et innovationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesnmpserit indiguationem omnipotentis Dei et bb. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.« Cui constitutioni ab aliis Pontificibus innovatae ac in vigore jugiter retentae consuetudo adversari non potest juxta ea quae docet *Petra in const. V. Pauli II. sect. III. n. 37. et seq.*

Post haec tamen observare non praetermittebatur quod Canonici liberationem a contracto debito solvendo postulabant sed obtinebant ratis depositis singulis annis tantum temporis dilationem, quae nullum praejudicium afferebat sive massae capitulari sive dictis locis piis, quibus interea interusnrium solvebatur, usque ad debiti extinctionem.

Hisce aliisque animadversis proponebantur

D u b i a:

I. *An et quomodo consulendum sit dictis irregularitatibus in casu?*

II. *An et quomodo supplicandum sit SSmo pro approbatione propositi modi extinctionis debiti in casu?*

S. Cong. Episc. et Reg. die 28. Aprilis 1865 respondere censuit

Ad I.: Supplicandnm SSmo pro cnlpabilium absolutione a censuris et pro dispensatione super irregularitate quovis modo contracta recitatis semel septem psalmis poenitentialibus necnon pro sauatione et revalidatione transactionis diei 15. Novb. 1860.

Ad II.: Affirmative pro sanatione impositionis praefati debiti et pro approbatione praepositi modi extinctionis ita tamen ut si actuales Capitulares integrum debitnm non extinguant teneantur eorum successores.

Ex iis colliges:

I. Transactiones super ecclesiarum bonis seu juribus inter actus alienationis recenseri. Intervenit euim aliqua jurium cessio. Pro-

indeque easdem sine apostolico beneplacito vim non habere.

II. Capitulum non posse debitum constituere in gravamen capitularis mensae, quamvis id faciat ad redintegrandas graves litium expensas, quae actae sint ad jura capitularia tuenda. Hujusmodi enim inductum gravamen species est alienationis, eget proinde requisitis solemnitatibus. *)

III. Maxime autem in praesenti casu in quo et alia circumstantia concurrebat reprobatione digna. Vis enim pecuniae proprio arbitrio desumpta est e locis piis, quae desumptio speciem quandam usurpationis redolere in casu videbatur.

IV. Ejusmodi actis sine interventu competentis auctoritatis gestis culmen impietatis adjectum fuisse per approbationem a laica potestate undequaque illegitime petitam. Proindeque Canonicos scienter agentes neque a censuris neque ab irregularitate exinde contracta fuisse immunes.

2) Episcopi defuncti.

Decessit quidam Episcopus tanto aere alieno gravatus, ut eo dissolvendo bona profana non sufficiant. Propterea creditores intendunt satis fieri etiam super bonis benedictis, quae dicuntur Pontificalia; sed dubitatur num id jure liceat, quia dicta bona per constitutionem b. Pii V. *42. Bullarii novi tom. 2.* post mortem Episcopi applicantur ecclesiae et talis dispositionis vigore capitulum praetendit excludere creditores non solum a bonis in dicta constitutione specificatis verum etiam ab illis instrumentis argenteis, quae licet usui essent vel ornatui in celebratione Pontificalium non tamen illi erant proprie addicta. Ut autem in re sacra consultius procedatur suppliciter petitur declarari:

An creditoribus defuncti Episcopi in subsidium, si alia bona non sufficiant, satisfaciendum sit etiam ex bonis benedictis seu pontificalibus non obstante dicta constitutione b. Pii V. Sacra etc. resp.: Explicentur nomina creditorum et debitoris.

Die 8. Maji 1683.

Cum juxta mentem hujus s. Congregationis expressum fuerit debitricem esse haereditatem nuper defuncti fratris Antonii Gonzales Episcopi de Caracas provinciae de Benzuela in Indiis occidentalibus, creditores vero Abbatem Andream Addum et Annibalem Aquavivam de Aragon et Avana, dignabuntur Emi PP. reassumere folium diei 8. labentis mensis et subinde respondere.

S. C. resp.: Posse.

Die 19. Maji 1683.

*) Vd. *t. I. p. 472. aa.*

Debitores.

(Num Ordinandi sunt?)

Vd. *Ordinat. debitoris.*

Debitum conjugale.

(Negatum et ideo matrimonium dispensatum.)

Vd. *Matrimon. ratum et non consumat.; Cohabitatio; Copula.*

Antonius quinque et viginti annos natus matrimonium contraxit cum Rosa puella decem et novem annos nata.

Ejusmodi nuptiae laetanter celebratae faustum non habuerunt exitum. Quandoquidem uxor sex fere dies et noctes nec blanditiis nec increpationibus nec minis et violentiis ad matrimonii consummationem induci potuisse affirmatur. Quamobrem tantum inter hos conjuges exarsit odium, ut vir sexta jam revertente die uxorem suam ad parentes iterum iterumque reversam recipere

amplius noluerit et mulier se paratiorem esse ad necem sibi inferendam, quam ad cohabitationem cum viro impudico et crudeli, ut ait, iterum capessendam dixerit.

Incredibile dictu est, quantum parentes, parochus Archidiaconus districtualis aliique adlaboraverint, ut reconciliatis animis optata pax et concordia tandem aliquando floreret: sed quum omnia in irritum cessissent, Sedis episcopalis Consistorium die 27. Januarii 1859 in id consilii venit, ut separatam eis habitationem permitteret usque dum ad saniora consilia reverterentur.

Elapsi inde sunt tres anni quin aliqua reconciliationis spes affulgeret; immo in dies odia et scandala succrescebant. Quare ejus dioecesis Antistes a SSmo D. N. die 28. Octobris 1864 efflagitavit, ut super hujusmodi matrimonio dispensare dignaretur.

His precibus ablegatis ad s. Congregationem Concilii, ut in ea ratione paupertatis *) conjugum oeconomice **) causa tractaretur rescriptum est Episcopo, ut *praevia confectione processus tam super non secuta matrimonii consummatione, quam super causis dispensationis servatis servandis ac praesertim forma Constitutionis sa. me. Benedicti XIV.* Dei miseratione***) *moneat partes ad deducendum jura sua coram s. Congregatione, processum ipsum in copia authentica ad eandem s. Congregationem transmittat.*

Hujusmodi mandata Episcopus plenissime adimplevit. Namque adlecto defensore matrimonii illico ad examen sub juramento vocati sunt conjuges septima manus et nonnulli alii testes.

Mulier accuratam historiam eorum dierum narravit affirmans se numquam consummare voluisse matrimonium: idem repetiit vir. Causa autem ob quam obfirmato animo numquam Rosa voluerit convenire ea erat, quod ipsa nesciret talem turpitudinem matrimonio junctam esse ac pro certo haberet, eam posse cum viro degere vitam, quam antea cum parentibus degere consueverat: simulque affirmavit, se usum corporis neque huic neque ulli alteri viro unquam esse praebituram. Matrimonium autem se contraxisse dixit et suasionibus matris.

Testes septimae manus omnes testati sunt conjuges probos, honestos et fide dignos esse et se tenere matrimonium haud fuisse consummatum; quod et alii testes deposuerunt.

Denique inspectio corporis per obstetrices omni diligentia peracta est et unanimi consensione intemeratam eam esse adhuc virginem conclusum est.

Hisce omnibus ad exitum perductis Episcopus processum ad S. C. transmisit votum suum exprimens pro dispensatione matrimonii, ut remedium pluribus inde derivantibus malis afferretur.

Habitus processus datus est tum Theologo tum Canonistae, ut votum suum traderent; quibus omnibus ad Matrimonii defensorem ex officio datis ab eoque animadversionibus de more factis causa coram S. C. proposita est.

Tum Theologus tum Canonista ostenderunt matrimonium non fuisse consummatum; quod quidem ex ipsis processus actis scatebat. Ostenderunt pariter causas plures concurrere, quae idoneae essent ad consulendum SSmum Patrem pro concedenda dispensatione inter quas Canonista et illam innuebat, quod improbabile non esset mulierem morbo aliquo frigiditatis laborare, quod et in mulieribus dari posset.

Defensor matrimonii ex officio denegandam esse contendebat saltem dispensationem tum ex obligatione quae ex matrimonio derivat docente Apostolo Paulo I. *Corinth. c. 7. 3.*: »Uxori vir debitum reddat similiter autem et uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir.« Item ad Ephesios c. 5., 22.: »Mulieres viris suis subditae sint sicut Domino etc.« Tum ex eo quod in alia hujus generis causa *Bambergen. Matrimonii* diei 15. Martii 1856 s. Congregatio dispensationem denegandam esse censuerit.

Expedit facti speciem hujus causae referre. Josephus aetate provectus cum Catharina matrimonium contraxerat. Viri domum mulier addncta numquam induci potuit ut officio matrimoniali operam daret; demum pertaesa in propriam domum revertit.

Paulo post vir consentiente muliere judicio contendit pro declaratione nullitatis matrimonii ex defectu consensus ob errorem vel ignorantiam mulieris in officio matrimoniali: sed causa cecidit et prima sententia fuit confirmata a judicibus secundae et tertiae instantiae. Denique ad s. Sedem idem vir confugit, ut matrimonii nullitatem declararet aut saltem per dispensationem apostolicam matrimonium dissolveret.

*) Vd. *p 523. c.*
**) Vd *p. 526.*
***) Vd *Defensor matrim.*

Tum Theologus tum Canonista concordes eraut in aestimando matrimonio tantum rato et non consummato: sed tamen deerant penitus causae dispensationis, quum mulier parata semet postea exhibuerit ad matrimouium consummandum neque ipsa esset quae solntionem peteret. Proposito antem dubio: »au sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu?« S. Congregatio respondit: *negative et amplius.*

Dubium:

An sit consulendum SSmo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu?

S. Congregatio Concilii die 18. Decembri 1869 respondere censuit: *Affirmative, vetito mulieri transitu ad alias nuptias inconsulta s. Congregatione: idque notificetur eidem mulieri ante novam propositionem.*

Continuatio.

Episcopus mandato s. Congregationis obsequens respondit: »Perceptis literis Eminentiae Vestrae cum muliere prout mihi commissum fuerat per parochum localem qui una Vice-Archidiaconus districtualis est illico communicavi. Mulier Rosa N. apprime intelligendo statum quaestionis respondit in hanc conditionem se plene acquiescere; immo hoc sensu novam quae stat in promissis propositionem se maxime urgere, ut huic causae jam in duodecimum annum dilatae tandem finis imponatur: de nuptiis novis dixit, se nunc saltem et adhnc minime cogitare, si tamen propitio Deo in fnturum eas aliquando anhelaret inconsulta s. Congregatione se nullo modo initnram.«

Novae animadversiones conscriptae sunt a Defensore matrimonii, qui totus in eo erat, ut inculcaret matrimonium ratum non debere sine gravibus cansis dissolvi; cogendam mnlierem esse per ecclesiasticas censnras, ut debito conjugali satisfaceret, quum ipsa contracto matrimonio potestatem sui corporis non habeat sed ejus vir; matrimonium esse consortium omnis vitae. Facta itaque nova cansae propositione juxta methodum praescriptam in Benedictina Constitutione *Dei miseratione* ad dubitandi formulam: »an sit standum vel recedendum a decisis in casu?« S. Congregatio die 28. Maji 1870 respondit: *In decisis.*

Ex quibus colliges:

I. Matrimonium validum esse, quamquam aliquis ex conjngibus postea ignorasse se dicat matrimoniale debitum, eoque cognito non fuisse matrimonium initurum affirmet.

II. Ut enim contractus qnivis validus sit (maxime si non unam tantum obligatiouem secumferat) non exigitur, nt singula officia et obligationes cognoscant contrahentes, quae ex ipso contractu derivent: sed satis est, ut volnutas contrahentinm feratur in contractum universim sumptum prout ab aliis frequentari consueverit.

III. Manente matrimonio tantum rato ex obstinata mulieris renuentia animorum dissociatione superveniente, si spes non affulgeat conjuges individuam vitae consnetudinem inituros, implorari utiliter posse apostolicam dispensationem.

IV. In praesenti vero themate praeter irreconciliabilem dissociationem auimorum ex dicta causa neqne suspicionem defuisse mulierem aliquo frigiditatis vitio laborare.

Decanus.

Vd. *Vicarius foraneus; Visitatio Vicarii Foran.; Archipresb. foran. t. I. p. 1090. n. 5.*

Decimae.

1) Capitnlo solvendae.

Spoletana.

Gaudet ab immemorabili cathedrale Capitulum archidioeceseos Spoletanae jure decimandi in villa *Morgano*: hujusque juris cansa repetitur ex cessione nominationis paraeciarum sibi olim snbjectarum favore Ordinarii: et licet 1765, exorta quaestione tam super exactione ipsa quam super ejusdem

mensura et quantitate, acriter dimicaverint coram archiepiscopali cnria Canonici ac Morganenses, tamen a Vicario generali jnssum est: Illmnm Capitulum manutenendum fore et esse in quieta et pacifica possessione vel qnasijuris exigendi decimam a praedictis familiis . . in quantitate cuppae dimidiae frumenti qnolibet anno et pro qualibet familia tempore recollectionis cnjuslibet anni. Quod subinde confirmavit tribnnal R. C. apostolicae.

Per mnltum temporis conticnere omnes: ast cnm aegre ferret Capitulum multos moram contraxisse in dimidio cuppae tritici solvendo pro decima, tandem 1838 judiciali actu eos excitavit multisque bona pro solutionis secnritate oppignoravit.

Illico Morganenses ad s. H. O. reclamarunt conquerentes de quantitate, qnae snperat quartam cuppae triticeae partem, usu jam invectum clamantes, ut decima in ea meusura solveretur: postea mutato consilio ad s. C. Episcop. et Reg. convolantes crambem repetierunt. Ab hac jussum fuit Archiepiscopo Spoletano, ut cnraret rem componere de bono et aequo: incassum tamen insudatum est: quare in sua relatione dolens de non sequuta nec separabili concordia opinabatnr: *o di lasciare che le parti esperimentino le loro ragioni . . . . o meglio di prescrivere che si stia alla consuetudine con esortare il Capitolo ad usare del loro diritto di decimare non moderazione specialmente verso la classe indigente.* Cum tamen s. illa Congregatio coguoverit hunc Ordinem amplissimum prioribns precibus jam fuisse praeventum ad eum Morganenses remisit.

Ex integro itaque res cognoscenda assumpta: inprimis hodiernus Archiepiscopus de voto rogatus est, qui transmissis partium commentis in ea sententia esse profitebatur: *rejiciendas esse preces villae Morgnani et manutenendum Capitulum in possessione vel quasi possessione exigendi a conteraneis loci illius decimam in quantitate mediae cuppae frumenti.*

Morganenses valde adlaborant, nt se exonerent a praestanda majori qnantitate, quam quartae partis frumentariae. Contestatur sane parochus ipse Morgnani Gregorius Martinelli: *attestare più famiglie, che hanno coabitato in quaesto luogo e 20., e 40 anni, e dicono di aver sempre pagato un quarto*, quibus subscribit et ipse parochus, qui ultra 40. annnm eam paroeciam est moderatus. Adduntur nonnullae accepti apochi a Capituli Camerario remissae familiis Morganensibus dum decimam praestarent his verbis: *Da Gaetano di Francesco di Morgnano si è sicevuto un quarto di gnano parla solita decima che deve all Illmo Capitolo di Spoleto pel presente anno. In fede di 4. Novb. 1814;* qui modus per 5 circiter annos adhibitns reperitur. Deniqne his consonat Archiepiscopus in literis 1839 ad s. hunc Ordinem datis, ubi fatetnr: *Cum egenis potissimum Canonici Camerarii adprobante Capitulo fuerunt indulgentiores juxta casus, circumstantias et ab improbae exactionis specie penitus sese abstinuerunt, ut ecclesiasticorum proprium est.* Jam vero consuetudine decimae alterari possunt respectn quotae et modi; imo circa decimarnm quantitatem ad consuetndinem omnino recurrendum est, *Rota recen. 31. n. 5. p. 6. decis. 12. n. 6. p. 19., s. Congr. in Pisauren. Decimar. 3. Martii 1792.* § *4.*

Porro subjnngunt tempus, quo incepta solutio solius quartae partis a pluribus numero incolis ignotum remanet post praefatas sententias super manutentione: qnare si non conteuaria saltem quadragenaria observantia*) in casu concurrit: quadragenariam autem sufficere ad inducendam praescriptionem contra ecclesiam firmavit *cap. ad Aures de praescript.*: immo circa decimarum quantitatem pensitandam non reqniri praescriptionem ordinariam observantiam prae oculis habendam; et observantiam quoque decennalem valere adprobationem *»ubi non est contra expressam juris dispositionem«* statuit *Rota recent. dec. 344. n. 4. p. 13., s. Congr. in Pisauren. Decim. 18. Aug. 1785.* § *11;* nullibi autem in jure cautum, Morgani decimas persolvendas esse in media cuppa frumentaria.

Quaecumque sit causa pergnut villici ob quam constituta decimarum quantitas, id certo resultat, quod, si ob miseriam incolarum minorata est portio eadem paupertate perdurante idem jus quoque inposterum servandnm sit, cum in eadem omnino causa diversa jnris dispositio esse non possit *ex cap. Non licet R. I. in 6. ex L. Non habet ff. d. R. I.* Paupertatem vero incolarum adhnc miseram eorum vitam reddere res palam fit ex praedicta Archiepiscopi relatioue atque ex visibili unicuique hominum sterilitate

*) Vd. *Consuetudo.*

Morganensis agri. Paupertas autem non solum operatur diminutionem, sed omnimodam decimae remissionem per tradita a *Franc. Marcho dec. 198. p. 2.*, *Ricci in sua praxi resol. 38. n. 2.*, *Pichler in jus can. tit. de decim. n. 17.*

Reque vera Archiepiscopus Spoletanus in sua relatione ad s. C. Episcop. et Reg. opinabatur, ut hortarentur Canonici ad humanius se habendos cum pauperibus; et notum est, quod ubi ecclesiae bonis temporalibus abundaverunt a petitione decimarum cessatum sit, ut refert *Berardius in jus canon. diss. 6. c. 51. n. 1.*

At vero Trid. synodus dum loquitur de decimis gravissimis usa est verbis *sess. 25. cap. 12. de ref.: Ferendos non esse, qui variis artibus ecclesiis decimas subtrahere moliuntur . . . . . adeoque jubentur omnes cujuscumque gradus et conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas inposterum . . . quibus legitime debentur integras persolvant: qui vero eas aut subtrahunt aut impediunt, excommunicentur nec ab hoc crimine, nisi restitutione sequuta absolvantur.* His innixum Spoletanum Capitulum integram sibi mediae frumenti cuppae decimam solvendam esse propugnat; quam ei et res judicata anni 1765 vindicavit.

Hinc nihili facit adsertam ex adverso consuetudinem cujus requisita ad unguem probauda essent, quando agitur de minoratione decimarum, cum juris dispositio faveat semper illi, qui jure potitur decimandi, *Antonel. de temp. legali l. 2. c. 57. n. 18.*, *Schmalzgrueber in jus eccl. lib. 3. n. 63.*, *Rota recen. dec. 19. p. 19. dec. 142. n. 13. cor. Molines.* Enim vero ex libris capitularibus teste archivista constat eandem normam perpetuo habitam fuisse in exigenda decima, scilicet mediae cuppae in singulas familias: *e che fino al presente venne addebitata ai respettivi debitori di decima la quantità di essa non soddisfatta, essendosi registrato solo ciò che diedero a conto di essa quantità.* Non è presumibile (arguit inde Capitulum) che tutti i Camerlenghi pro tempore ragguardevoli per il numero, e per l'onoratezza abbiano potuto equivore segnaodo a proprio danno il quantitavo delle decime riscosse, maggiore del vero, e dell' esatto . . . cosi conviene ritenere che il libri sudetti indichino il vero, e prescio quantitativo delle decime sempre riscosse in Morgnano.

Qui contra haec deponunt audiendos non esse inclamat Capitulum, quia cum sint de familiis Morganensibus essent testes in causa propria; maxime familia Parochi Martinelli, cujus nomen inter debitores anni 1762 et 1763 descriptum invenitur. Ac proinde ut addit Archiepiscopus remissiones hujusmodi numquam *vel in toto vel in parte perpetuae et constantes permanserunt.* Profecto ad consuetudinem inducendam requiri factum majoris partis cujuscumque universitatis, patet ex *cap. 3. de consuet. ex l. 35. ff. de legib.*

Neque commiseratio, urgent Canonici, cum pluribus egenis villae Morgnani adhibita convertenda in damnum Capituli, quasi induceret decimarum diminutionem; notum enim cuique beneficium suum nemini debere esse damnosum et decimarum solutiones »*quae non sunt uniformes nec universales, sed factae a singularibus personis quasi vigore tacitae transactionis, non inducere consuetudinem circa quotae debitae minorationem*« ex *Rota rec. dec. 441. n. 2. p. 2.*, et ex actibus facultativis etsi pluries repetitis nullam induci obligationem, *Gratian. Discept. for. cap. 655. n. 49.*, *Potius de manut. observ. 45. n. 1.*

Denique nec paupertatem, quae tantopere extollitur ab agricolis villae, obstare sibi autumant Canonici; tantam enim eam esse negant, quae decimarum diminutionem importet; quia ferre omnes incolae plus minus habent ex praediis, unde honeste vivant. Ceterum quum decimae solvendae ab ipsis sint sacramentales, quae non ratione fructuum, sed administrationis sacramentorum in parva quantitate pensitantur, *de Luca de decim. disc. 5. n. 4. 7. et 9.*, si verum est eos qui sacramenta percipiant ad sacramentalis quoque decimae solutionem omni jure teneri nemo est qui non videat.

His utrinque deductis disputandum venit

D u b i u m :

In qua quantitate solvenda sit decima a Morgnadensibus in casu?

S. C. resp.:

Capitulum manutenendum esse in jure exigendi decimas in medietate cuppae frumenti.

Die 3. Junii et 8. Julii 1843.

2) C o n s u e t u d o circa eas persolvendas.

Vd. *Decimae* (Episcopo p. 928.; jus parochi etc. decr.: *Amerina.*)

Pisaurien.

Circa decimarum qualitatem, quantitatem modumque solutionis consuetudinem appellatio in hac potissimum materia attendi debet ex cit. *cap. Cum sint, aliisque de decim.*, satisque esset quadragenaria, *Petr. ad const. Paschalis 11. sect. 5. n. 26.*, vel inter ecclesiasticas personas decennis, *Barbos. de jur. ecclesiast. cap. 26. n. 12.*

Die 3. Mart. 1792.

Gallien.

In decimarum materia consuetudo praecipue spectari solet ad controversias dirimendas juxta censuram *text. in cap. 18. Cum sint* et in *cap. 20. de Decimis.*

Die 23. Jan. 1802.

Anno 1859 nobilis familia N. quendam suum fundum in vineam convertit. Parochus S. habebat jus percipiendi in eo fundo vicesimam partem reddituum ex frumento, vino, cannabe et lino, quamquam hic fundus non extaret intra limites paroeciae ejusdem parochi S.

At succrescente vinea loco frumenti, cannabis et lini ejus antecessor parochus jam percipere coeperat vicesimam partem vini.

Anno 1867 familia N. noluit amplius ejusmodi decimas vini solvere. Parochus coram praetore ejus civitatis compendiario judicio praemisso coegit familiam N. ad decimas ut antea solvendas.

Familia N. recursum fecit ad s. Congregationem Concilii protestationem simul emittens coram eodem judice laico ne per coactam solutionem decimarum sua jura laesa manerent.

Pendente recursu penes S. C. C. parochus anno 1869 citavit coram tribunali civili correctionali familiam N, ut declararetur, sibi tamquam parocho competere jus percipiendi decimas in dicto fundo super omnibus fructibus in ratione quinque pro singulis centenis nummis.

Familia N. frustra curavit hoc tribunal declinare tanquam laicum, proindeque non competens ad judicandum de re ecclesiastica pendente quoque recursu ad S. C. C. Atque parochus anno 1871 sententiam obtinuit suis votis consonam.

Re delata ad S. C. C. graviter admonitus fuit parochus de commisso crimine ob recursum ad tribunal civile super materia ecclesiastica atque de censuris ecclesiasticis inde incursis. Hnic monitioni festinus respondit parochus, se nihil eorum suspicatum necessitate adactum bona fide egisse; et opportunum absolutionis remedium ad cautelam humiliter a s. Sede efflagitavit, cujus mandatis obtemperare se paratum ostendit. Die 11. Junii ejusdem anni a SSmo Patre absolutionis gratiam a censuris et dispensationis quatenus opus fuerit ab irregularitate assecutus est.

Ex integro ergo causa proposita est servatis de more servandis coram S. C. C.

Cum fundus seu vinea de qua agimus sita esset extra limites paroeciae S. contendebat familia N. parochum nullum habere titulum percipiendi decimas in eo fundo, nisi forte posset probare consuetudinem immemorabilem; Devoti *instit. can. l. 2. tit. 16. n. 7.*: »Decimae . . . . adquiri possunt vel privilegio Summi Pontificis vel praescriptione annorum quadraginta cum titulo; sine titulo autem praescriptione temporis, quod hominum memoriam superet.«

Atqui parochum ejusmodi immemorabilem consuetudinem non probare. Ejusmodi enim consuetudinem probari posse ea ratione quam tradit Tondutus *quaest. benef. l. 1. c. 104. n. 12.*, qui agens de simili quaestione de modo demonstrandi talem consuetudinem sic scripsit ad normam juris: »In meritis autem non constabat de juribus Capituli, cui incumbebat onus probandi titulum vel possessionem immemorabilem, ut est textus expressus in *cap. 1. de praescript. in 6.*, pro cujus immemorabilis probatione oportebat, ut testes deponerent de visu per quadraginta annos ante motam litem: et quod ita audierant a suis majoribus, qui ab aliis suis majoribus ita dici audiverant; et quod nec ipsi nec majores sui quidquam viderunt vel audierunt in contrarium: necnon deponere debebant de publica voce aut fama per haec verba: *fuit* et *est*, Ludovis. *decis. 196. n. 1. . . . .*, non enim dicitur constari de immemoriali nisi omnes testes sint conformes et contestes in omnibus praedictis requisitis . . .«

Porro ex quinque testibus quos parochus adducebat ne unum quidem juxta haec deponere.

Sed alio argumento familia N. studuit repellere parochum a decimarum perceptione; cum enim vinea posita esset extra paroeciae limites inquiebat parochum considerare non posse tamquam decimatorem universalem, sed tantum particularem. Porro decimatoris particularis proprium esse, ut tantum praescribat quantum possideat, ita ut si species fructuum mutentur jus non habeat ad novam fructuum speciem decimandam. Sane Pitonius cum aliis auctoribus *disc. eccl. 125. n. 13.* haec tradit: »Haec distinctio inter decimatorem universalem et particularem respicit illum effectum, an, si novi fructus producantur ex novalibus aut loco antiquorum alii subrogentur per possessores bonorum decima debeatur vel non super novalibus aut speciebus fructuum subrogatis. Si enim agitur de decimatore universali illa debetur secus autem si decimator sit particularis, qui ex privilegio vel ex praescriptione obtinuit jus decimandi fructus bonorum, quia illi non debetur decima ex fructibus novis juxta primum casum, aut de subrogatis juxta secundum.« Ratio autem est, tantum praescriptum quantum possessum, ita ut si quispiam praescripserit decimam vini, si fiat terra arabilis, non habebit fundi illius decimam; Rebuff. *de decimis quaest. 6.* et alii.

Denique facta quavis hypothesi solutionem decimarum locum habere non posse usque dum parochus S. non concurreret in ingentes impensas a familia N. factas ad fundum meliorem reddendum: quae quidem impensae dicebantur ascendere ad libellas 14,000: iuiquum enim esse non relevare dominum fundi qui rem utilem eidem parocho gerat.

Initio parochus S. documento adducto anni 1797 ostendit antiquitus suam paroeciam multo ampliorem fuisse et comprehendisse intra suos limites etiam fundum familiae N. Hoc autem posito nullam difficultatem oriri ex eo quod fundus extaret extra paroeciae limites. De qua re sic scripsit Reiffenstuel *t. 3. tit. de Decimis n. 104:* »Quando parochia aliqua dividitur in plures, tunc decimae praediales etiam de limitibus paroeciae noviter erectae pertinent ad ecclesiam matricem seu potius ad eam remanent nisi in erectione novae parochiae Episcopus una cum limitibus certis etiam dictorum limitum decimas parocho expresse assignet. . . . . Et quidem ex ipsis verbis Concilii Tridentini: postquam Episcopis potestatem dedit per divisionem novas erigendi parochias mox subdit: *Illis autem Sacerdotibus qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendi competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem pertinentibus* . . . Porro dicta verba: *competens portio arbitrio Episcopi assignetur* ex fructibus quomodocumque ad ecclesiam matricem pertinentibus manifeste indicant non semper esse necesse, ut Episcopus omnes decimas de limitibus novae parochiae datis parocho novo assignet sed tot solummodo, quot sufficiunt una cum ceteris juribus ad competentem portionem.« Posito itaque quod fundus de quo est quaestio olim fuerit intra limites paroeciae S. nullam difficultatem posse peti quoad jus decimandi ex eo quod modo intra paroeciae limites non reperiatur.

Verum parochus ostendere perrexit etiam consuetudinem immemorabilem percipiendi decimas ex eodem fundo: quod ostendit adductis nonnullis documentis ex elapso saeculo, quae dum factum percipiendi decimas indubitanter traderent in uno aderant quoque verba: *ut mos est ab immemorabili tempore.*

Alterum oppositum argumentum ad rem non facere ostendit parochus, namque in facto constare inquiebat non modo ex frumento, cannabe et lino ab immemorabili tempore percepisse decimam sed etiam ex vino usque ad vicesimam partem, eamque esse quam etiam modo quaereret ut antea.

Frustra praeterea afferri in themate distinctionem inter decimatorem universalem et particularem quasi vero jus decimantis parochi *respiciat tantum fructus et non terram;* proindeque praescriptionem non extendi de *una fructuum specie ad alteram:* parochum enim ex jure decimatorem universalem esse non solum intra praesentes paroeciae limites, sed etiam intra antiquos, cum paroecia matrix per dismembrationem nullum detrimentum patiatur super jure decimandi si ministerio juris decimandi jus non limitetur, Reiffenstuel *lic. cit.*, Card. de Luca *disc. 12. decimis* aliique communiter: praesertim vero s. Rota in *Hispalen. Decimarum 27. Novembris 1671 coram Bourlomont,* in qua traditur, decimas post dismembrationes adhuc perceptas declarare in Bulla dismembrationis non fuisse de decimis dispositum favore partis dismembratae vel denique ex subsecuta observantia ita Bullam dismembrationis esse intelligendam, ut quoad jus percipiendi decimas nihil fuerit innovatum.

Neque parochum concurrere debere ad impensas in plantanda et excolenda vinea, cum clarus sit juris canonici textus, qui hoc excludat. Legitur enim in *c. 22. de decimis:* »*Volumus et districte praecipimus quatenus antequam ullas deducatis de bonis praedictis expensas decimas ecclesiis ad quas pertinent cum integritate debita persolvatis.*« Et similiter *cap. 26. eod. tit.*

D u b i u m:

An et quomodo Plebano . . . jus competat decimandi vinum in casu?

S. Congregatio Concilii in comitiis habitis die 14. Decembris 1872 respondere censuit: *Affirmative juxta vicesimam partem reddituum.*

Ex quibus colliges:

I. Parochum habere intentionem in jure fundatam percipiendi decimas praediales intra suos paroeciae limites.

II. Ideoque ex jure quatenus parochus est decimatorem esse non quidem particularem in aliqua praescripta fructuum specie sed universalem in quavis fructuum specie ex praediis intra paroeciae limites existentibus.

III. Cum hoc reale jus pro parocho militet in eum qui se solutum a solvendis decimis existimet onus incumbere demonstrandi solutum esse a decimis solvendis.

IV. Neque ejusmodi jus percipiendi decimas cessare aut naturam suam mutare si dismembratione paroeciae facta aliquis decimalis fundus extra limites primaevae paroeciae manere contingat: jus enim reale in fundum decimalem gravans non mutari per diversam paroeciae administrationem, cum dismembratio paroeciae diversam tantum administrationem bonorum inducat.

V. Neque parochum decimatorem concurrere debere ad impensas in fundo a domino factas aliquo modo compensandas, cum ipsa natura juris decimandi quod habet parochus consistat in perceptione partis fructuum, quos fundus quomodolibet cultus producit.*)

VI. In themate autem parochum repellendo contrarias exceptiones satis quoque ostendisse immemorabilem consuetudinem decimas percipiendi in controverso fundo, proindeque etiam decimam vini.

VII. Colliges praeterea recurrentem ad laicum tribunal in re ecclesiastica ad declinandum ecclesiasticum forum incidere in excommunicationem inflictam per Constit. *Apostolicae Sedis* speciali Romano Pontifici reservatam.**)

Continuatio.

Verum cum Familia N. novae audientiae beneficium implorasset ac obtinuisset causa gravitate haud destituta iterum proponi me-

*) Non desunt. qui publice dixerint, nos non amplius tempore decimarum vivere, significantes hac ratione, ea ecclesiae tempora quodammodo fuisse ignorantiae, et ut ajunt, regressus. Ejusmodi homines rerum ecclesiae ignari dici debent. Namque solutio decimarum in populo christiano fuit praeclarus modus, quo consulebatur cultui divino. Cum enim cultui divino consulere debeat, velit nolit, christianus populus, nihil excogitari poterat aequius et decentius, quam ut illi, qui a Deo fructus ex agris perciperent, particulam horum fructuum et primitiarum Deo ipsi rependerent, quo quidem christiano actu dominium Dei supremum profitentes atque gratias supremo bonorum distributori agentes, benedictionem eo ipso nanciscebantur, quo debito ecclesiae cultui faciebant satis.

Quid autem aetate nostra loco decimarum subrogatum est aut subrogari intenditur? Audi rem progressus dignam! Fideles sive divites sive pauperes ingredi non possunt templa nisi satisfaciant parato exactori, qui praesentia sua urget, ut solvant: sedilia si vis in templo ut solvas opportet et similia. Quae exinde consequantur facile est intelligere: non enim sine aliquo impedimento templa patent et distinctio in templis inducitur inter fideles divites et pauperes. Haec locum habent in illis progressus regionibus, in quibus non desunt, qui tamquam rem societatis incultae, jus decimarum, per tot saecula in ecclesia vulgatum, publice vilipendent. Et ex quo erubescere deberemus ansam sumunt ingenii jactandi. Quaeso, nonne dicenda haec est rerum ecclesiae ignorantia?

**) In Constitutione *Apostolicae Sedis* hi articuli continentur: »Impedientes directe *vel indirecte* exercitium jurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori *et ad hoc recurrentes ad forum saeculare* ejusque mandata procurantes edentes aut auxilium, consilium vel favorem praestantes.« Item: »*Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas literas vel acta quaelibet a Sede Apostolica* . . . .« Parochus autem recurrens ad laicum tribunal indirecte impedivit exercitium jurisdictionis ecclesiasticae; deinde, causa pendente apud s. Sedem, curavit quoque impedire s. Sedis judicium. Vd. *t. III. p. 896. VI. VIII.*

ruit in Congregatioue diei 20. Decembris 1873 per assuetam dubii formulam: *an sit standum vel recedendum a decisis:* et acriter dimicante Familia N. rescriptum prodiit: *Dilata et praefigatur parocho tempus duorum mensium ad deducendum ulteriora jura sua idque notificetur Episcopo.*

Facti speciem nou recolimus quae loco citato prostat ad quem lectores remittimus. Duo quaestionis capita praecipua: primum de jure decimandi in fundis familiae N., alterum de quantitate decimae rependendae. De his diversa omnino tractatio hinc inde habita est pro opportunitate quaestionum quae tum in facto exortae sunt.

Duplicem rei tractationem instituebat qui pro hac Familia decimarum solutionem inficiabatur. Agebat primo loco de jure decimandi; ac praemonebat alias sacramentales decimas esse alias vero praediales: illas deberi parocho Sacramenta ministrauti, has ei persolvi cujus in ditione praedia snut posita, *cap. 5. de paroch., Barbosa in collect. lib. 3. tit. 29. cap. 5. Rota in decis. 124. par. 5. t. 1. num. 4 et in decis. 344. num. 11. par. 11. recent.* Ex neutro capite decimas competere Plebano S. Nou sacramentales, quia Familia N. ab alio parocho Sacramenta percipit; non praediales, quia jus resistit parochis qui in aliena ditione decimas condicunt, *Van Espen jus eccles. univ. par. 2. sect. 2. tit. 2. cap. 3. num. 9.*, nisi immemorabilem praescriptionem ostendant. *Quia eas occupasse injuste verisimiliter praesumuntur, cum proveniant ex praediis intra alienam parochiam constitutis. Bonifacius VIII. in cap. 2. de restitut. spoliat.*

His in jure praestitutis totus in eo erat ut probaret antiquam praedii subjectionem etiam admissam parocho adversario nil proficere, qui a saeculis eam desiisse fatebatur. Sed eam quoque exsulare: illa enim historica monumenta unde probatioues hausit Plebanus in ipsum couverti.

Anniculum cognitorem in rem a Plebano assumptum antiquis iuventariis in ejus commodum usum fuisse: ac ita relationem condidisse erroribus refertam et cum omnibus pugnare ejus regionis cognitoribus peritissimis.

Secuudo loco loquebatur de praedii exemptione sumptuum causa novalium atque damnorum. Ac primo innuebat nec contrarium cognitorem negare sumptus in praedio factos ac inmane damnum de quo vitaudo certat Familia N. In praedio cujus valor libellas tres mille haud superabat quotuordecim mille libellarum vim impensam fuisse. Novos etiam quotauuis sumptus ad culturam requiri: et rem eo devenisse ut praedii ipsius fructus vix impensae pecuniae usuram attingaut. Quapropter cum pecunia in agellum insumpta quinquies major fuerit aestimatione ipsa agri, cumque computatis redditibus, impensis et pecuniae illius usura decimam non ex fructu agri sed ex damno Familia rependeret abnorme esse Plebani preces excipere.

Addebat ejus generis fuisse opera in praediolo hoc peracta cujus vestigium nec unquam antea neque ullibi supererat. Impervium namque ac saxeum moutem aggeribus extructis ac tophis in pulverem reductis culturae obnoxium factum fuisse: ideoque novum omnino praedium in autiquo agro constitisse. Haec autem omnia novalia exhibere a decimis exempta. Et etiamsi nova opera a decimis nou eximerentur decimas tamen solvi nou debere nisi quousque refectis expeusis absque damno solverentur.

Id rationem, id aequitatem postulare. Pontifices euiu ac auctores cum expensas a decimis non subducendas edicunt illud sumptuum genus iutueri quod subjecti natura requirit: scilicet sumptus omnes pro praedii tutela ac pro colligeudis fructibus, *Reiffenst. lib. 3. tit. 30. num. 28., absque ulla deductione seminis vel expensarum quae in colendo agro, v. gr. colligendis fructibus pro custodia animalium etc. factae sunt. Ferraris voc. Decimae art. 3. num. 10., Sabell. in Summa voc. Decimae num. 6., Tiraquel. de retract. lign. § 15. gloss. 1. num. 10, Antonell. de jurib. cler. lib. 1. par. 5., Garzia de expens. et melior. cap. 1. num. 17.* Ceterum expensarum genus definivisse *Innoc. III. in cap. 28. de decimis* in quo legitur: *Licet circa res adquisitas vel factas de pecunia decimata cum ipsae venduntur credamus deducendas expensas et de residuo quasi de lucro decimas persolvendas, ut si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex aut quaelibet merces, expensas tamen quae fiunt pro fructibus percipiendis ex illis de quibus fructus proveniunt non credimus deducendas, etiamsi fuerint decimatae, quoniam salva decima fructus efficiuntur eorum qui faciunt ipsas expensas* — eumdemque Poutificem iu cap. *Tua nobis* 26. rationem legis dedisse.

Ex his erui tuto posse: eam esse Decretalium meutem, ut sicut colonus absque deductione expeusarum pensionem domino praestare debet, sic et dominus decimas ecclesiae immnues ab expeusis. Atqui tralatitium in jure esse conductorem, si operibus fundi aestimationem auxerit a pensione solvenda eximi quousque fundum compeusaverit, *leg. Colonus 61. ff. locati Leg. Dominus 55. § 1. ff. eod.* Aequitati autem repuguare ne inter duos ejusdem rei participes alter commodum percipiat alter damnum. Pontifices ita voluisse agrorum possessores obligari ut conductores obligantur: et magnos sumptus deduci qui perpetuam praediis utilitatem afferunt.

Verumtamen perpetuam exemptionem derivare ex morali agri natura, *Fagnan. in cap. I. cum contingat num. 1.: qui praescribit decimas in aliena parochia, si hic insurgunt novalia ipsorum decimas non habebit.* Nec novalia excludere quae Plebanus opponit ex *Cap. quid per novale 21. de verb. sign.*, nihil aliud accipi hoc nomine quam — *agrum de novo ad culturam redactum de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuisset;* idque familiae N. aptari nou posse, quae ex praedio fructum aliquem utcumque miuimum semper percipere potuit. Novalia enim antiquitus fuisse praedia nunquam exculta quae ad culturam redigebantur. In eo autem esse rationem legis 1. quod iuiquitate temporum obsoleverat agrorum cultura, 2. quod si magnis impensis decimae onus accessisset cultura plus detrimeuti quam utilitatis attulisset. Hodie aliquot saeculorum lapsu praedia omnia exculta esse ita ut nuspiam fere gentium verus novalis fieri possit: immo etsi quis ager nondum excultus remaneret, hic novalium exemptione per usurpationem potius quam legis voluutate frueretur. Longe facilius hodie esse iutactum solum perrumpere, quam ex euervi et exhausto fructum exprimere.

Inversam igitur rationem esse ex mutatione temporum: et culturae incremeutum ejusque privilegia alio teudere. Immanem vectigalium molem praediorum fructus, si qui sunt, consumere: unam salutem esse, maximos aggredi sumptus novum quodammodo praedium excitare et nova exquisitioris culturae genera moliri. Rei agrariae conditionem diversam esse ab antiqua: novalia a decimis exempta fuisse quia sola haec erat ratio melioris culturae. Ea ratione expleta opus esse aliam adhibere quae longe gravior et sumptuosior est novis culturae operibus quae in agris conficiuntur.

Ceterum legis causam flagrare ex perspicua mente *Gregorii IX. in cap. 33. de privilegiis: Cum alias nonnumquam contingeret indulgentiam de novalibus plus eis dispendii quam utilitatis afferre* — eamque subjectae materiae plenissime conveuire.

Tandem si non mens legis sed litera attendatur, hanc casui aptari, cum non exigua praedii pars quae saxis ac tophis undique constabat ac antea inculta erat omnino nunc primo coli coeperit. Decimam quae antea parocho solvebatur vigintiquatuor annuas libellas non excessisse, ex eaque minimum praedii redditum agnosci. Libellas 14,000 in cultura insumptas fructus ex agello diversos ac uberiores quam antea dedisse: sed Familiam N. computatis praedii valore culturae manutentionis vectigalium sumptibus nihil adhuc lucrifacere. Si haec prae oculis habeantur et e contra innotescat in finitimo praedio tabularum septuaginta plebanum duobus abhinc saeculis ex conventione scutata duo percipere; ac agello qui complectitur dumtaxat tabulas triginta septem et in quo juxta veterem culturam libellas viginti quatuor condicere potuisset quinquaginta oblatas libellas recusare: jam planum esse ipsum cum aliena jactura locupletari velle.

Ad rationes jam in primo certamiue allatas redibat plebanus ut ostenderet: ex vetustissima Episcopi concessioue jus decimandi quod sibi vindicat originem ducere: et jam ineunde saeculo undecimo inter Plebanias A. hanc etiam S. fuisse recensitam. Ex his descendere, quod spirituales decimae eae sunt quas ipse condicit. Non euim quid hodie fiat sed quid ab initio factum fuerit esse inspiciendum. Haec aliaque ejusdem generis historicis monumentis confirmare satagebat.

Verumtamen, omnibus etiam deficientibus, se tutum esse immemorabili observantia et testimonium observantiae luculentissimum habere ex decimario anni 1739 in quo legitur: jus decimandi in regioue P. (in qua praedium familiae N. situm est) memoriam homiuum superare.

Circa culturae mutationem ostendebat: hanc nou impedire sibi decimae perceptionem etiam in viuo pro vigesima parte. Ex sumptibus in agro factis maximum lucrum venire

familiae N. Neque eam quidem contendere rem esse in casu de novalibus proprie dictis sed de decimis solvendis deductis culturae impensis. Ipsi sed jus resistere ex *Cap. non est in potestate 22. Decret.* et ex *Cap. Tua nobis eodem titulo* et ex *Cap. Pastoralis 28. eodem tit. etc.*

Nihil facere responsum a Familia N. allatum, quod nempe his in locis sermo fit de cultura agrorum ordinaria et in themate disputatur de vere extraordinaria praediorum cultura. Doctores namque omnes tenere: quod novi fructus naturam sequuntur eorum qui prius colligebantur. *Rota in decis. 44. et 48. cor. Curillo decis. 114. et 666. cor. Royas, in Abulen. Decimarum 15. Januarii 1644 cor. Peutinger* et praesertim *decis. 319. p. 17. recent.*: »non obstabat modum culturae in hac tenuta fuisse mutatum et ubi antea illa serebatur nunc sit reducta ad pascua animalium; quia etiam pratis et pasculis decimae debentur et stante dicto jure universali, cum praedia sint effecta decimatoria ex mutatione seminis aut modi cultivandi, non tollitur obligatio solvendi decimas ex fructibus ex nova cultura perceptis vigore cujusdam surrogationis. Alias enim repositum esset in facultate serentium et possessorum, mutando seminam, fraudare ecclesiam: et minuere vel auferre decimas jus habeutibus eas percipieudi, quod non est permittendum.«

Addebat, fructus augeri quo curae et impensae in fundorum cura augeutur: sed longe abesse ut fructibus crescentibus praediorum domiuis liceat decimas detrectare. In Dioecesi A. cannabim, frumentum, mustum decimis esse obnoxia: neque vineam Familiae N. fructum dare a musto diversum: super quod jam Plebanus decimandi jus exercebat. Id necessarium modo factum fuisse ne decimae evauescant. Cum enim jus decimandi antiquitus cannabim, frumentum ac mustum complecteretur et modo ex praedio de quo sermo est mustum tantum colligatur, si hoc exciperetur jam nihil amplius haberet Plebanus quod decimaret.

His hinc inde disputatis in Congregatione diei 12. Septembris 1874 propositum est

D u b i u m :

An sit standum vel recedendum a decisis?

S. Congregatio rescripsit:

In decisis quoad jus decimandi: quoad quantitatem vero placere de concordia: et quatenus partes non conveniant reproponatur in Congregatione futuri mensis Decembris.

Partibus non convenieutibus (prouti s. Congregatio divinaverat) sub die 12. Decembris superiori rescripto declaratio accessit: *In decisis: et quoad quantitatem quousque perduret actualis cultura vineae loco vigesimae partis debeatur parocho trigesima et amplius.*

Continuatio.

Haec s. Congregationis responsa omnia amplexa fuisse videbantur tum circa fundum decimae obnoxium tum circa rei solvendae quantitatem. Sed nova quaestiouibus via aperta est in ipsa rescripti exequutione; quo vix edito Familia N. Ordinario scripsit se paratam praebens ad designandam quoad praeteritum collecti musti quantitatem. Quoad futurum ad lites vitandas pollicebatur permissuram se (si hoc Plebanus vellet) ut ipse vel aliquis ab eo missus vindemiae adstarent, qui vini quantitatem numerarent. Ex alia parte Plebanus instabat pro exequutione rescripti s. Congregationis postulans praefigi Familiae N. terminum ad deponendum penes episcopalem Curiam rationes musti recollecti ab anno 1868 usque ad eam diem: et ad confirmandam jurejurando editarum rationum veritatem.

His acceptis familia N. ad s. Congregationem iterum confugit oblato libello, quo praemissa factorum expositione profitebatur velle se circa fundum controversum rem judicatam exequi et ad huuc finem penes Curiam deponere notulam fructuum ab anno 1868 collectorum. Caeterum ad s. Congregationis judicium deferre num deberet praetensum a Plebano jusjurandum praestare.

Re ad Ordinarium remissa pro informatione et voto ceu moris est et per rescriptum *reproponatur* ad plenam s. Congregationem ablegata plura allata sunt ex utraque parte argumenta.

Plebanus instabat ipse primo loco circa jus mittendi personam quae vindemiae adstaret inquiens fundi condominum esse parochum decimatorem: et nulli condomino non licere rei communis statum cognoscere. Hanc agendi rationem pro decimis musti

necessariam fieri; et nemini injuriam facere qui suo jure utitur.

Deinde ad graviora descendens monebat unum prae oculis esse habendum nempe quod familia N. se paratam praebuisset ad decimas rependendas tantum super fundo controverso hoc est super ea fundi parte de qua praecipue quaestio est instituta. Id iniquum esse, quia in praeteritum ab anno 1858 ad 1867 familia N. de integrae vineae fructibus decimam persolverat. Coram s. Congregatione actam litem fuisse de universa vinea, quam familia N. nunquam in plures partes divisit: quapropter cum controversiam de jure decimandi in praedio familiae N. per affirmativum responsum dimiserit s. Congregatio nullam praesto esse rationem qua decima ad minimam fundi partem cohiberetur.

Familia praemonebat Plebanum in libello ad Episcopum oblato multa petere parum inter se cohaerentia. Velle enim ipsum procuratorem suum toto vindemiae tempore apponi ut de certa musti quantitate constet: velle eumdem in fiuem jusjurandum comiti deferri: velle demum trigesimam persolvi non modo in viuea de qua disputatum est sed et in finitimo praedio, de quo particulari conventione aliter placuit nec disputatum est. Quoad priora duo se neutrum denegasse unquam: petere tantum ne utrumque simul coucedatur jusjurandum scilicet et custodis appositionem, cum alterutrum ad ejus securitatem sufficiat et ad veritatem eruendam.

Sed haec minora esse. Acriter se contendere *primo* ut constituatur quantitas vineae quam affecit s. Cougregationis sententia. Vineae mensuram quod respicit hoc scieudum esse nempe in ea regione duo praedia se possidere quae hodie ratioue domiuii unum corpus efficiunt: ea tamen variis temporibus empta varia ratione decimae subjecta esse. Alterum ex iis quod patet in superficiem tabularum 70 decimae semper obnoxium fuisse: sed duobus abhinc saeculis, ex conventione dominum iuter ac Plebanum inita, quotannis loco decimae persolvi scutata duo, quae hodiernus Plebanus ipse etiam percepit ac percipit ad praesens. In altero ampliori praedio tabularum 87 decimam ex fructibus persolvi. Cum autem hodie praedium istud pro mensura tabularum 37 ad vineae culturam fuerit redactum in hac parte hujus praedii ortam litem fuisse a s. Congregatione definitam.

Rebus ita se habentibus Plebanum volentem ad alterum praedium transferre quod pro altero praedio sancitum est cupere veterem conventionem infringere et s. Ordinis sententia abuti ultra petita. Causae namque objectum fuisse, utrum decima solvenda esset etiam in nova praedii cultura magno sumptu comparata. Hoc praestitisse et ipsam Plebani allegationem pro comitiis diei 12. Septembris 1874 in qua aperte dictum est: quaedam esse in regione P. praedia familiae N. pertenui canoni obnoxia »*quae ad causam* non pertinent«.

Secundo loco se proponere ut prudenti ratione uedum praesentibus sed futuris etiam dissidiis provideatur. Sacrum Ordinem ultimo loco respondisse: »*et quoad quantitatem quousque perduret actualis cultura vineae loco vigesimae partis musti debeatur parocho trigesima et amplius.*« Jam tot quaestiones illum excitasse, quot rescripti verba. Uuam spem salutis haberi, ut hinc inde quies comparetur: hanc autem esse, ut canonis versura fiat in pecuniam eamque Sacer Ordo rependi jubeat in certa quantitate.

D u b i u m :

An et quomodo petitio familiae N. seu potius Plebani S. excipienda sit in casu?

S. Congregatio Concilii die 2. Septembris 1876 responsum dedit:

Resolutionem datam die 12. Decembris 1874 non affecisse neque afficere praedium seu partem praedii pro quo certa quantitas pecuniae in scutatis 2:30 annuis titulo decimae reprenditur. In reliquo vero praedio seu in reliqua parte praedii praeter mensuram tabularum 37:87 in quibus vinea recenter consita fuit salvum esse parocho jus decimandi fructus quoad quantitatem et qualitatem, servata veteri consuetudine. Ceterum Ordinarius rem componat quoad vineam tabularum 37: 87 constituta annua certa quantitate pecuniae loco praestationis in natura.

Ex his colliges:

I. Ea omuia quae ex prima hujus causae decisione deducta sunt (vide pag. 923) eadem manere.

II. Tunc *novalia* ad tramites juris haberi, cum loca nunquam antea exculta culturae subjiciuntur.

III. Novalibus quodammodo aequiparari posse nova culturae genera quae nostris

temporibus in agris antea excultis sed fessis excipiuntur magna impensa ac labore.

IV. Ob ingentes culturae sumptus s. Congregationem aequitate suadente circa modum decimas rependendi quaedam remisisse in casu, tum circa decimae quantitatem tum circa modum eam rependendi.

V. Decimam non deberi, cum in praedio annua pensio seu canon utcumque minimus loco decimae jam constitutus persolvitur.

3) Distinctio.

Vd. *Decimae personales*; p. 936. §: *Primum.*

Nucerina.

Decimae aliae sunt *praediales*, quae ex fructibus bonorum debentur, *Hostien. in summa n. 3.*, *Azor. part. 1. instit. moral. lib. 7. cap. 23. quaest. 3.* Aliae vero *personales*, quae a singulis familiis inspecto uniuscujusque numero solvuntur, *Schmalzgrueber in jus canon. lib. 30. § 1. n. 5.* Cum autem praestatio decimarum personalium sit onus personis inhaerens idcirco persolvi debent parocho a quo quisque recipit Sacramenta. Ita definivit Lucius III. in *cap. Ad apostolicae 20. de decimis*, scribens ad Archiepiscopum Strigoniensem: *Intelleximus, quod quaedam consuetudo in Hungaria inolevit ut multitudo populi plerumque de parochia unius Episcopi in dioecesim alterius transferatur in qua licet per multa tempora moram traxerit uterque tamen Episcoporum, tam is, cujus parochiam relinquerunt, quam is, cujus parochiani sunt facti, decimationem requirit; ideoque tua Nos duxit Fraternitas consulendos in cujus potius decima sit reddenda. Noveritis igitur, quod aequum sit, ut illi ecclesiae decimae personales reddantur ab eis in qua ecclesia percipiunt Sacramenta.* Ac proinde si quis relicto veteri domicilio ad aliam parochiam se transferat personales decimas parocho novi domicilii praestare debet.

Die 23. Apr. 1774.

4) Ecclesiae dismembratae.

Vd. p. 922. §: *Initio.*

Firmana.

Semper nova ecclesia parochialis jus habet ad decimas quae antea a Matrice percipiebantur ad *text. in cap. ad decimas de restit. spoliat.*, *cap.: ad Audientiam de eccles. adificand.*, ibique *Abbas n. 14.* et *Faynan. n. 55.*, praecipue si justa interfuit dismembrationis causa, *Barbos. de offic. et potest parochi part. 3. cap. 28. n. 16.*, *Lowrex. dissert. can. 15. n. 41*; nec Matrici ecclesiae reservatur jurisdictio, *Rota in Melevitana Nullitatis dismembrationis 17. Maji 1782 coram cl. me. Cardin. Lancellotto* sed aliqua tantum honorificentia in significationem matricitatis ut statuit s. Congregatio in *Imolen. Dismembrationis 21. Junii 1721 ad II. dub.*

Die 21. Novbr. 1801.

5) Episcopo competunt.

In quodam oppido dioecesis A. tres adsunt paroeciae videlicet una a s. Maria nomen habens, altera a s. Cruce, altera a s. Stephano. Earumdem rectores praediti sunt jure et onere recollendi ab incolis ibidem commorantibus frumenti decimam ejusque partem Episcopo dioecesano pensilandi, ita videlicet, ut parochus s. Mariae tria rubla, parochus s. Crucis rublum unum cum dimidio, item rublum unum cum altero dimidio parochus s. Stephani eidem Episcopo ex consuetudine persolvat.

Quod ad hujus consuetudinis initium attinet sciendum est, 1555 curiae episcopalis tabularium incendio absumptum fuisse ideoque quodlibet memoriae vestigium intercidisse: quod autem reliquum tempus respicit 1578 cura ac diligentia illius temporis Episcopi inventarium bonorum omnium ad mensam episcopalem pertinentium conflatum fuerat, ubi adnotabatur a parochis illius oppidi de quo agimus persolvi debere rubla sex; idemque repetitum comperiebatur in alio inventario, quod ab Episcopo qui cathedram episcopalem id temporis obtinebat conditum fuerat 1765. Huc accedebat eamdem consuetudinem ex nunquam interrupta observantia usque eo pacifice custoditam fuisse.

Jamvero veluti persaepe fit difficultates a parochis offendabantur in decimarum recollectione exsecutioni mandanda: quamvis enim familiae opibus non destitutae decimas parocho pendere minime detrectarent attamen familiae pauperes et parum religiosae huic obligationi satisfacere detrectabant: unde fiebat: ut decimarum colligendarum cumulus omni ex parte compleri non posset ac multum imminutus existeret. Itaque parochi eo ipso, quo Episcopum in decimarum partem vocare non desinebant, id unum praetendere se posse arbitrabantur, ut ipse non

certam eam ac determinatam sex rublorum quantitatem assequeretur, sed servata proportione tantum sibi assumeret quantum a parochis perceptum fuisset: quo posito quota Episcopo obtingens ad eam sex rublorum quantitatem ascendere debuisset, si totus decimarum cumulus completus esset, decresceret autem pro rata portione decimarum quae exigi nequivisset.

Quoniam vero Episcopus cujus mensa mon ita pingui redditu potiebatur suis juribus detrimentum inferri posse minime censebat adeoque certam eam sex rublorum quantitatem sibi adjudicabat parochi rem ad s. C. Episcop. ac Reg. rite definiendam detulerunt. Itaque auditis parochis, Episcopo ac promotore fiscali controversia isthaec proposita fuit sub dubii formula, quae infra legetur.

In hac I. propositione Episcopus praeter factorum narrationem in sui praesidium satis habuit afferre exemplum cujusdam causae *Cassanen. Quartae decimarum* penes s. C. Concilii ventilatae cujus haec erat facti summa: Clerus ecclesiae parochialis s. Mariae Majoris Maratheae inferioris, qui decimas tritici exigendi jus et onus obtinebat, quinquaginta modios Episcopo tradere tenebatur. Cum igitur occasione qua lis quaedam circa hoc jus cum clero ipso ac populo excitata ac longius protracta fuerat decimas ipsas exigere nullo pacto potuisset Episcopo praedictos modios quinquaginta persolvere adnuebat.

Quare Episcopus penes eamdem s. Congregationem idoneis allatis documentis comprobavit ex consuetudine centenaria hanc decimas exigendi obligationem clero inhaerere et sibi e contra jus esse ab iis accipiendi quinquaginta tritici modios et pacifice ad eam usque diem eam consuetudinem fuisse servatam. Quapropter proposito dubio:

An clerus ecclesiae parochialis Maratheae continuare debeat in annua praestatione modiorum seu tumulorum 50 frumenti pro quarta decimarum debita Episcopo in casu?

Die 27. Sept. 1738 Emi Patres rescripserunt: *Affirmative.*

Impetrato per clerum novae audientiae beneficio propositoque dubio die 4. Julii 1739:

An standum vel recedendum sit a decisis?

Emi Patres responderunt: *In decisis et amplius.* —

Quamvis antiquitus sancitum esset, ut Episcopo portio decimalis semper et ubique debita ceuseretur attamen jure quo modo vivimus inductum est, ut Episcopi eam ex jure ss. CC. unice sibi praesumere non possint nisi accedat consuetudo, *cap. de Quarta 4. de praescr.*

Jamvero etsi Episcopo contra quem agebant parochi consuetudo suffragaretur, ut decimas exactas participaret nihilominus neque titulum originarium neque alia documenta exhibebat, quibus demonstraret sex ea rubla tritici *taxative* sibi deberi ex titulo canonis seu quotae decimalis in quantitate certa et immutabili. Quae cum ita essent parochi subdebant consuetudinem allatam nihil aliud evincere nisi quod Episcopus veluti condominus seu socius ac portionarius in jure decimandi existimandus esset. Quocirca, si ea tritici quantitas quae a populo solvi debebat ab ipsis exigi nequevisset nihil magis justitiae consonum esse, quam quod portio tritici eidem debita pro rata portione decrescere deberet.

Cum consultatio typis edita fuisset parochi sibi causidicum adscriverunt, qui ulterius jura sua defenderet. Hic autem restrictu facti et juris ut ajunt conscripto ac Patribus Emis distributo praeter alia quae tuebatur in eo potissimum insistebat, quod quotiescumque Episcopus ratione quartae decimalis in genere minime vero ex titulo canonis aut certae et immutabilis quantitatis jus decimandi cum parochis simul obtineat idem jura sua persequi possit non quidem contra parochos sed contra populum debitorem; idque peculiariter accidere subjiciebat, si parochi pro decimis exigendis omni diligentia usi sint et nihilominus nullas aut aliquas tantum decimas exigere potuerint. Ad hanc rem astruendam orator ingentem canonistarum et decisionum rotalium numerum sive bene sive male exscribebat.

Deinceps argumentum a *Cassanensi* causa desumptum confutabat ob oculos propositis diversitatibus, quae suo judicio inter illam et nostram hanc causam intercedebant, quas heic speciatim recensere opus non est.

Hisce praestitutis dubium proponebatur: *An et quomodo parochi oppidi N. debeant praestare mensae episcopali sex rubla tritici in casu?*

Emi Patres die 28. Aug. 1857 responsum dedere:

Affirmative si exegerint: alias Episcopus utatur jure suo contra singulos, qui tenentur praestare decimas.

Continuatio.

Hujusmodi resolutio Episcopo primum paullo obscurior visa est adeoque datis literis eam luculentius declarari postulavit: sed postmodum quomodocumque intelligeretur plena gravaminis contra mensam episcopalem edita ab eodem dicta est. Itaque idem Episcopus novae revisionis beneficium exoravit.

Huic veniae elargiendae difficultatem facessebat disciplina s. Ordinis, qui tempus pro petenda novae causae revisione utile ad decendium post cognitam resolutionem praefinivit. Et quamvis haec ratio proprie praescripta fuerit pro causis *juris ordine servato* *) propositis juxta pragmaticum S. C. Ep. et Reg. decretum 1834, nihilominus usu inductum est, ut eadem disciplina etiam in causis oeconomice *) disceptatis qualis erat ea de qua agebatur utique retineretur. Cum parochorum causidicus eidem disciplinae mordicus insisteret, at contra Episcopus plura momenta rationum adferret, ut s. Congregatio petitae veniae adnueret opportunum visum fuit ob detrimentum quod mensae episcopali imminebat controversiam incidenter obmotam judicio plenae*) Congregationis deferre. Consultatione itaque conscripta cum dubio:

An concedendum sit beneficium novae audientiae in casu?

Emi Patres petitis annuerunt die 5. Martii 1858 dato responso: *Affirmative.*

Continuatio.

Cum res ad hunc statum adducta fuisset Episcopus etiam suum sibi adscivit causidicum, qui refutatis rationibus a parte contraria probatis bonum sui clientis jus in tuto poneret. Jamvero repositis aliis animadversionibus minoris momenti illud non praetereundum, quod auctoritates ab adversario allegatas non ita fideliter e suis locis exscriptas fuisse, uti par erat, idem affirmabat.

Quidquid vero sit hac de re illud summopere adnotandum, quod Episcopi causidicus strenue sustinebat, clienti suo assistere consuetudinem immemorabilem aut saltem centenariam ad certam et immutabilem quantitatem sex rublorum tritici a parochis adversariis exigendam. Id enim luculentissime demonstrabant duo superius memorata inventaria alterum illud nempe anni 1578 et aliud anni 1765 conjuncta cum immemorabili (ante incendium anni 1555) observantia ordine non interrupto ad haec usque tempora protracta.

At posita hujusmodi consuetudine quamvis *generatim* admitterentur jura ab adversario jactitata magis vel minus modificata nihilosecius *speciatim* in themate in quo illiusmodi gravissima adjuncta concurrebant antiquissimae observantiae standum esse valide propugnabat. Namque in utroque jure talis ac tanta vis est consuetudinis immemorabilis ac centenariae, ut nulla res titulum ea meliorem portendere valeat. Vis (ita ad rem docet s. Rota in *Praenestina Mutae 22. Martii 1819 coram Martinese § 3.*), »Vis dominium? Vis pactum vel privilegium? Cuncta haec et siquid exoptas, ex immemorabili possessione et centenaria sunt praesumenda.« Quae porro centenaria cum in Causa *Cassanensi* apprime concurreret, Emi Patres S. C. Conc. non dubitarunt iterum iterumque decernere, Episcopo a parochis adversariis determinatam et minime diminuendam 50 tritici modiorum quantitatem esse tradendam.

Quae cum ita essent et ex parte parochorum nihil in ea propositione novi deductum fuisset, die 4. Febr. 1859 dubium disceptandum concinnatum est:

An sit standum vel recedendum a decisis?

Emorum Patrum responsio fuit: *Recedendum a decisis et esse servandam consuetudinem exigendi a parochis quotannis rubla sex tritici.*

Continuatio.

Recessum istum a resolutione diei 28. Augusti 1857 aegre admodum parochi succumbentes pertulerunt: itaque novae audientiae beneficium ipsi etiam petierunt et impetrarunt. Post aliquam comperendinationem cui causa obnoxia fuit denique iidem parochi alterius causidici opera adhibita scripturam typis editam Emis Patribus distribuerunt pro generalibus comitiis mensis Decemb. 1859. In hac scriptura causidicus totus in eo erat ut rationum momenta a Causidico Episcopi prolata quorum vi recessum a decisis ortum habuisse non immerito putabat singulatim discuteret ac refutaret: sed praesertim infringere connitebatur argumentum a consuetudine

*) Vd. p. 526.

immemorabili vel saltem centenaria desumptum.

Inter caetera oculis Patrum Emorum casus proponebatur, quo parochi (neque id non fieri plane potest) aliquando ne rubla quidem sex ex decimis percipere possent. Quod si aliquoties vere contingeret iniquum porro fuisset illud praescribere, ut parochi quotam tritici Episcopo debitam de suo exsolvere teneantur: exemplo fortasse ducto ab agro emphiteutico, qui si omnino depereat solutioni canonis ab emphiteuta domino directo rependendae nullatenus locus est.

Quocirca die 16. Decemb. 1859 in pleno auditorio dubium conditum fuit:

An sit standum in I. vel II. loco decisis?

Emis Patribus respondere placuit: *In II. loco decisis, excepto tamen casu, quo parochi pro respectiva rata post adhibitam omnem diligentiam exigere non potuerint ne rubla quidem sex ad Episcopum spectantia et amplius.*

Si quando magnum incendium in silvis excitatum est, quod flammis longe dilatatis arbores omnes in cinerem redegerit illud persaepe accidit, ut quamvis deinceps quaelibet flammea vis exstincta plane videatur nihilominus aliquod ignis vestigium delitescat: ita ut dici possit cum poeta Venusino »*incedimus per ignem suppositum cineri doloso:*« ita de hac causa factum fuisse colligitur: licet enim per hanc ultimam resolutionem cum clausula *et amplius**) omnis controversiae locus sublatus fuisset, attamen aliquibus post annis non unum quaestionum caput inter Episcopum et parochos pullulavit.

1861 contra Episcopum novis extitit adversarius parochus nempe loci B., qui et ipse ratione decimarum rubla quinque Episcopo dioecesano praestare tenebatur. Hic itaque collatis consiliis cum 2 ex 3 parochis qui penes S. C. Ep. et Reg. superioribus annis depugnaverant (tertio ejusdem loci parocho omnino silente) rubla quinque quae pro 1861 debebat Episcopo denegavit aeque ac alii duo memorati parochi, qui similiter ei denegabant quotam rubli unius cum dimidio a singulis pro eodem anno 1861 persolvendi. Itaque Episcopus separatis libellis hosce tres in judicium vocavit penes ecclesiasticum curiae suae judicem, qui partibus de more auditis propitiam Episcopo sententiam contra singulos protulit. Parochi succumbentes apud ecclesiasticum tribunalis civilis almae Urbis judicem appellationem interjecerunt, qui sententiam appellatam numeris omnibus confirmare non dubitavit, ex quo factum est, ut sententia ipsa in rem judicatam abiret.

Cum adhuc penes modo memoratum ecclesiasticum almae Urbis judicem lites penderent parochus quinque rublorum debitor tam suo quam aliorum duorum de quibus dixi parochorum nomine a S. C. Ep. et Reg. supplici oblato libello declarari postulaverat an per ea verba resolutionis 16. Decb. 1859: »*post omnem diligentiam*« intelligi deberet, quod experimentis amicabilibus frustra pertentatis singulos decimarum debitores in jus vocare eosque judicio excutere quisque parochus obligaretur. Sed S. C. habita ratione litis pendentis interloqui interea noluit juxta disciplinam similibus in casibus observatam, sed respondit: »Expectetur exitus causae.«

Ubi itaque primum causa definitivum sortita est, idem parochus tum suo tum aliorum duorum nomine S. C. iterum exoravit, ut controversiam, quam ipse moverat, definire dignaretur. Quapropter S. C. libellum exhibitum Episcopo de more mittendum jussit. Hic primum satis habuit suum in Urbe negotiorum gestorem deputare, qui promotoris fiscalis et ipsius Episcopi deductiones S. C. deduceret. Item parochi suum in Urbe defensorem elegerunt, qui restrictum juris et facti in clientum defensionem typis editum conscripsit. Antequam vero calamo manum admoveret dubium quod hic in calce legitur coram s. Congregationis *Summista* quem vocant concinnatum fuerat et rite utrinque acceptatum.

Ad factum quod attinet defensor parochi rublorum quinque debitoris (qui unus diligentiam omnem se adhibuisse affirmabat) in medium afferebat testimonium plurium hominum perhibentium, ex altari parochum decimarum solutionem coram populo indixisse. Addebat publicum municipii famulum per domos de hac obligatione familias moniturum direxisse; pluries personaliter iisdem familiis idipsum parochum inculcasse; publicam praeconis vocem per oppidum decimarum debitorum auribus insonuisse; 60 etiam homines in jus ab eodem parocho vocatos et judicis sententia damnatos fuisse apparitorem publicum ad damnationes exsequendas dimissum et nihil praeter miserias et calamitates additis imprecationibus et conviciis ab ipso

*) Vd. p. 528 **.

fuisse in domibus inventum: locationis contractum pro decimis exigendis publice affixis edictis a parocho propositum esse et unam ac unicam 40 scutatorum, quae tenuissima erat, oblationem fuisse acceptam. Ad jus quod attinet parochi defensor propugnabat contra decimarum debitores censuris ecclesiasticis procedendum esse, quas solus Episcopus infligere potest, *cap. 5. Pervenit* et *cap. 21. Ex parte de decimis.* Quin imo *in Clemen. 2. Dispendiosam de judic.* legitur, ut »*super decimis procedi valent simpliciter et de plano et sine strepitu judicii et forma*:« quod et sapientissime sancitum ajebat; aliter enim contra populum universum in judicio agere oporteret.

Super haec idem contendebat in jure constitutum esse, ut Episcopus jus habeat repetendi quartam decimalem a parochis, si decimas a populo collegerint: si autem secus se res habeat, jus Episcopo non deesse quo contra singulos decimatores seu decimarum debitores agere queat. Et quamvis directam actionem rigorose sumptam non habeat ad eam rem Episcopus nihilominus eidem in promptu esse nobile judicis officium, cujus vi similiter, immo uberius etiam id quod petit consequi potest veluti comprobare satagebat exemplo causae *Novariensis*, de qua agit *decis. 122., decis. 321.* et *decis. 357. par. V. tom. I. recent.* Ex hac doctrina idem defensor inferebat, cum nulla obligatio (quilibet enim potest juri suo renunciare) parochis inhaereat exigendi decimas praesertim pro decimae quarta Episcopo debita naturalem ipsam rationem et aequitatem postulare, ut interpretatio illorum verbusculorum *post omnem habitam diligentiam* non ita rigide facienda sit; ita ut satis sit, si moraliter omnes diligentiae quae a bono patre familias adhiberi solent positae sedulo fuerint et absolutae, quin devenire opus sit ad judiciale excussionis experimentum.

Episcopus, qui primum ab opera causidici adsciscenda abstinuerat, dein suum et ipse defensorem in Urbe elegit, qui praeter deductiones a se ipso conscriptas memoriam elucubraret, quae ex adverso deducta erant favore parochi debitoris, quinque rublorum rejiciebantur vel tamquam exaggerata vel nulla consideratione digna. Quamvis enim in oppido de quo agebatur plerique reperirentur qui decimae 27 librarum tritici quae aestimabantur pretio ne obulorum quidem 30 forsitan pendendae impares essent, reliqua tamen longe maxima pars ejusmodi erat, quae decimae solvendae plusquam idonea reperiebatur. Caeteroquin vero, cum de tenuissima summa res esset eaque liquidissima, nil causae erat, cur magnae curae, magnae expensae, magni labores exquirerentur. Dein ea, quae a parocho ad diligentiam a se adhibitam ostendendam et populi miseriam exaggerandam dicta vel gesta fuisse dictitabantur, ut plurimum in fide nitebantur ipsius parochi, qui in propria causa testis esse nullatenus poterat.

Quod vero ex adverso ponitur contra decimatores procedendum non esse cum strepitu fori sed per censuras ab Episcopo irrogandas, respondebatur, primo textus adductos ita esse intelligendos, ut non celeriter et immediate ad remedia juris procurrendum sit sed amicabilia quaeque tentamina in antecessum esse exhaurienda: quae si irrita cedant, stultum esse illud contendere, ut decimarum debitores in jus rapi non possent: si enim ita se res haberet, ubi decimatores sese in jus rapi non posse pro certo scirent, admodum pauci invenirentur, qui decimas absque ulla difficultate exsolverent. Praeterea quotidianam experientiam nos doceri nullo non tempore morosos decimarum debitores judiciali fuisse actione compulsos. Ex quo facile erui quam et indecorum et odiosum sit asserere pro decimis exsolvendis nostris praesertim hisce temporibus decimatores censuris esse afficiendos.

Allata insuper doctorum auctoritate protuebatur defensor, eos, qui ad adhibendam diligentiam obstringuntur non liberari nisi judicalia remedia corripuerint, si necessitas postulet. In casu autem proposito nullateus dici posse contendebat *omnem diligentiam* remediis manus fuisset apposita.

Denique circa auctoritatem a causa *Novariensi* penes s. Rotam pluries discussa observabat eam causam ita terminatam ultimo fuisse, ut parochi qui in contentionem venerant ad decimas a populo exigendas compulsi fuerint. Quod si in ejusdem discussione s. Ordo tenuit Episcopis viam non esse interclusam ad exercendum nobile judicis officium, non tamen additam fuisse obligationem ad illnd exercendum.

His aliisque copiose dispntatis propositum est resolvendum

D u b i u m:

An et quomodo et contra quem diligentia adhibenda a parocho N. et parochis N. N. extendenda sit ad judicialem excussionem in casu?

Emi Patres die 3. Junii 1864 rescripserunt:

Affirmative in omnibus.

Ex quibus colliges:

I. In quaestionibus decimarum quae a parochis percipiuntur cum obligatione portionis Episcopo rependendae multum interesse dignoscere an Episcopus portionem accipiat tamquam simplex consocius seu ex simplici titulo quartae decimarum an potius ex pacto sive tacito sive solemniter inito fixa immutabilisque portio eidem sit praestanda.

II. In priori casu decrescente decimarum perceptione eidem Episcopo ratam portionem decrescere; in altero casu non item.

III. Probatam consuetudinem immemorabilem constantem portionem accipiendi haberi loco pacti: talis enim consuetudo est praeclarissimorum titulorum foecunda.

IV. Aequitatem tamen non pati, ut Episcopus eandem portionem percipiat, si nec eam colligere parochi contributores valuerint.

V. Diligentiam tamen omnem adhibere parochos teneri, quae eo usque procedere potest, ut decimarum debitores in jus vocentur et judicis sententia damnentur.

VI. Negligentia posita non impediri Episcopum quominus interveniat nobili judicis officio quod sibi inhaeret ad cogendos decimarum debitores ut solvant decimas alicui tertio, qui directam adversus eos actionem non habeat.

VII. Colliges demum s. Congregationem etiam in causis *oeconomice* disceptatis post decendium a resolutione data ordinarie non concedere novam audientiam.

VIII. Eo tempore elapso si interveniant justae causae novam audientiam posse obtineri ope plenae Congregationis, quae de causis eandem concedendi judicet.

6) Exemptio a solvendo.

Vd. *Decimae* (solvendae a monasterio.)

Firmana.

Privilegium non solvendi decimas nisi a ss. Pontifice concedi potest.

Card. Petra in comment. ad constit. 10. Greg. XI. pag. 330. n. 14. tom. 4., Barbos. de offic. et potest. paroch. n. 12., Rot. cor. Olivat. decis. 469. n. 16.

Quosdam profecto vel privilegio vel justo aliquo titulo eximi posse a pendendis decimis explorati juris est, *cap. A nobis 24. de decim., s. Congr. in Pisauren. 17. Decb. 1825* § *Decimas*, ideoque praediorum emptor quae privilegio reali decimis non erant obnoxia ab illarum solutione immunis est renuntiandus, *arg. cap. Quanto 18. de usur., ibiq. Barbos. n. 5.* et *Gonzalez. in commen. ad cap. De terris 16. de decim.*, quemadmodum enim res transit cum suo onere ita similiter cum privilegio eidem adhaerente transire debet, *arg. cap. 3. de decim., Reiffenst. lib. 3. decret. tit. 30. n. 65. et 74.* Orator igitur qui fundos emit a praestatione decimarum immunes, eadem immunitate gaudere debet. Hisce accedit, quod fundos sibi acquisierit *liberi affatto da ogni peso, canone etc.*, ac propterea etiam a solvendis decimis; siquidem vox *ogni* est dictio universalis et nihil excludit, *L. Julianus in princ. ff. de legat. 3., Tiraquel. in L. Si unquam verb. totam cod. de revoc. donat., Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 6. n. 21.*

Die 27. Maji 1826.

Assisien.

Rector pervetustae paroeciae b. Bernardini Asissiensis dioecesis jure decimandi ab ipsa fundatione semper est usus. Nam propriam ac discretam paroeciam habendi illius oppidi incolae maxime cupidi cum non aliunde ad eam congrue dotandam bona suppeterent onus sibi unanimi consensione imposuere decimam binarum librarum frumenti pro unaquaque mensura (modiolo) omnium praediorum intra novae paroeciae limites extantium repeundendi, quo decenti parochi substentationi sat cautum esset. Quod s. hnjus Congregationis decreto die 30. Maji 1620 solemniter recognitum atque firmatum fuit; ac praeterea sancitum praefatam decimam ab omnibus qui sub dicta paroecia praedia possident solvendam esse etiamsi illic non recipiant sacramenta.

Reapse cum a laicis tum ab omnibus locis piis ac religiosis ordinibus pro suis pecunianis praediis decima juxta couventam rationem numquam persoluta non fuit, si unum excipias ven. monasterium s. Petri

Assisii Monachorum Cassinensium s. Benedicti, quod licet uti asseritur praedii cujusdam intra paroeciae fines dominium habeat, nunquam tamen decimarum solutioni obnoxiam fuisse videtur. Ast sacerdos Aloysius Epifani anteacti temporis consuetudinem nihili faciens primum quidem apud monasterii Praepositum et administratorem omni officiorum genere iterato institit pro decimarum assequutione, quas sibi deberi ajebat pro integro sexennio quo parochi munus obivit: inde vero, quum frustra inceptum videret, jura sua judicialiter experiendi reliquum sibi esse ratus monasterium idem apud Assisiensis episcopalis curiae tribunal die 8. Julii 1850 vocavit. Lite contestata ac nonnullis jam praeliminaribus judicii actibus expletis, cum praeter alia, privilegiorum etiam, quibus Cassinenses Monachi a ss. Pontificibus late cumulati sunt, exceptione uteretur monasterium judex ille ecclesiasticus eorum interpretandorum facultate destitutum se reputans ac suam hac in quaestione incompetentiam declarans s. hujus Congregationis judicium pro totius negotii definitione datis de more precibus imploravit.

Episcopus a quo partium deductiones accepi postquam nonnulla quae ad causae cognitionem referuntur dissernerit, ita claudit suum epistolium: »*Tandem inficiandum non est paroecialem ecclesiam pauperem esse ideoque si hac causa praecipue s. haec Congregatio 1620 rescripsit pro ea decimam solvendam esse ab iis qui praedia possident etiamsi illic non recipiant ecclesiastica sacramenta hac eadem causa puto et retineo sartum tectum jus parochi habendum etiam contra regulares et Monachos Casinenses ut solvant quotannis decimam predialem certe exiguam velut sunt binae librae frumenti pro unaquaque terrae mensura, quae antiquitus vocabatur* modiolo, *eo magis cum ista solutio vel minimum minuat monasterii multiplices redditus et paupertati parochi subveniat; notando alias Regularium conventus in eadem paroecia bona possidere ac decimas solvisse.*«

Antequam quaestionis initium faciam, pauca quoad hujusmodi privilegia Regularibus concessa in quibus summa quaestionis est attingam, quo ad cognoscendum omnia magis magisque in aperto sint ac tutius promatur judicium.

Monachi olim ex praediis et laboribus suis decimas solvebant parocho in cujus ecclesia Divina audiebant et sacramenta percipiebant, sicut laici, qui tunc ad clericatum promoveri non solebant, ut colligitur *ex cap. Alia causa 6, cap. ecclesia 7, cap. Inter decimas. 10.* et alibi. Verum postea Concilium Mognutinum et PP. Paschalis II. uti refert *cap. Quest. 46.* et *cap. Decimas. 46. eod. caus.* indulsit, ut clerici et Monachi in communi viventes ex laboribus suis ac nutrimentis adeoque etiam ex hortis et praediis quae ipsi proprio labore ant sumptibus pro vitae substentatione colunt decimas solvere non teneantur. Sed privilegium hoc jam ample religiosis concessum ab Adriano IV. et successore ejus Alexandro III. ad solos Cistercienses, templarios et hospitalarios restrictum fuit, ut patet ex *cap. Ex parte. 10. de decim.* Ceteris vero religiosis tantum concessum fuit, ut ex novallibus suis quae propriis manibus vel sumptibus excolunt et ex nutrimentis animalium suorum seu pascuis et hortis suis decimas persolvere non teneantur; de aliis vero rebus omnibus illas rependere debeant, *Piringh. lib. 3. tit. 30. sect. 3. § 53. de decim.*, *Barbosa de offic. et potest. Paroch. lic. n. 27.*, *Rebuff. de decim. quaest. 14. n. 43. aliique*, *arg. can. Decimas 47. caus. 16. quaest. 1. cap. 3. eod. tit.* et *cap. Ex parte 10. eod.* Ast in Conc. Lateranensi IV. habito sub Innocentio III. privilegium Cisterciensibus, Templariis et Hospitalariis concessum restrictum fuit ad praedia quae religiosi isti ante Concilium Lateranense possidebant, ut ex illis decimas dare non tenerentur. Quoad praedia vero quae post dictum Concilium acquisituri essent sive emptione sive pia fidelium donatione vel quovis alio titulo, etiamsi illa propriis manibus ant sumptibus excolant, ex iis decimas solvere debeant iis quibus dari solitae erant priusquam ad religiosos praedia illa pervenissent, ut liquet ex *cap. Nuper. 34. hoc. tit.* desumpto ex eodem Conc. Lateranensi.

Hinc ex jure communi hoc cum *Reiffenst. lib. 3. decretal. tit. 30. decim. § 4. n. 68.* adnotandum est discrimen Cistercienses, Templarios, Hospitalarios inter et alios Regulares, quod scilicet de terris post Conc. Generale acquisitis tantum illi, non ceteri exempti sint a solvendis decimis etiam non novalibus illorum fundorum ex quibus decimae antequam ad eos pervenerunt non solvebantur: item de terris ante dictum Conc. acquisitis Cistercienses aliique privilegiati de illis decimas dare non teneantur, etsi priusquam ad eos pervenerint decimae fuerint solutae, *Fagn. in lib. 3. decretal. art. 18. et 19. de decim. eaque teste omnes arg. cap. 34. eod. tit.* Alii vero regulares etiam de terris antea acquisitis (exceptis hortis, nutrimentis animalium et novalibus quae propriis manibus ant sumptibus excolunt) decimas solvere tenentur, si de illis antea solvebantur.

Ex hisce itaque allatis juribus certum est jure communi omnes Regulares exemptos esse a solvendis decimis tam personalibus quam ex praedialibus illis quae dari deberent ex fructibus hortorum suorum, nutrimentis animalium et de novalibus quae fiunt ex terra prorsus inculta, quam propriis manibus seu sumptibus excolunt, secus vero ex fundis decimalibus, qui ad eos cum tali onere translati sunt, *Giraldi expositio juris pontif. part. 1. ad cap.: Ex parte de decim.* Cistercienses aliique qui iisdem fruuntur privilegiis dicto jure communi ulterius specialiter exempti sunt a solutione decimarum etiam de terris et praediis non novalibus illis, de quibus antequam ad eos pervenerunt decimae non solvebantur. De reliquis autem praediis, terris, agris et fundis omnibus etiamsi eos propriis manibus et sumptibus colant decimas dare omnes Regulares nullo excepto aeque tenentur ac laici. Insuper tenentur ad decimas de omnibus terris etiam novalibus quae ab alienis conducunt: pariter debentur decimae de novalibus propriis religiosorum si ea aliis elocant, *Reiffenst. loc. cit.*

Dicitur autem ex jure communi, quia ex specialibus privilegiis corpori juris non insertis Regulares a decimarum solutione eximi omnino possunt ac teste *Barbosa de offic. et potest Episc. part. 3. cap. 18. § 20. n. 20.* fere omnes Regulares hodie exempti sunt a solvendis decimis praedialibus de praediis et fundis cunctis sive ante sive post Concilium generale acquisitis, quos propriis manibus vel saltem sumptibus propriis excolunt. Notandum tamen cum *Reiffenst. cit. loc. n. 67.* circa praefata Regularium specialia privilegia, quod quia per Concilium generale *cap. Nuper. 34. de decim.* derogatum omnium Regularium privilegiis, vi quorum exempti erant a solvendis decimis de praediis ac terris quas propriis manibus vel sumptibus colunt, privilegia ejusmodi de novo concessa non valent nisi dentur cum clausula derogatoria dicti Concilii generalis; quia Pontifex constitutioni Concilii generalis numquam censetur derogare nisi clausulam Concilii expresse derogatoriam adjiciat, ut tenent omnes canonistae ac saepe decidit Rota *apud Barbos.* et *Fagn. loc. cit.* necnon s. haec Congregatio praesertim *in Pampilonen. Decimarum 21. Augusti 1728.* Censetur autem dicto Concilio sufficienter derogatum non tantum si praefato *cap. Nuper.* in specie derogetur sed etiam si alterius Generalis Concilii cum addito *et aliorum conciliorum* fit derogatio vel si in genere dicitur *non obstante aliqua constitutione etiam in concilio generali edita* prout teste *Fagn. loc. cit. n. 21.* resolvit Rota et docent plures canonistae ibi adducti.

Quandoquidem si hodie a Sede apostolica Religiosis privilegium concedatur, ut immunes sint a solutione decimarum praedialium cum expressa derogatione *cap. Nuper.* id intelligendum est non tantum de praediis tempore concessi privilegii acquisitis sed etiam inposterum acquirendis, quia privilegium immunitatis a decimis praedialibus ante Concilium Lateranense etiam ad praedia acquirenda extendebatur, cui quoad haec tantum bona *in cap. Nuper.* derogatur. Ergo cum post Concilium Lateranense aliquibus concedatur privilegium cum expressa derogatione dicti *capitis*, vi illius ernnt illi exempti a decimis solvendis etiam ex bonis acquirendis, *Piringh. lib. 3. tit. 30. de decimis n. 60*, item intelligi debet non tantum de novalibus sed etiam de aliis, *Reiffenst. loc. cit. n. 27. textu claro cap.: Audientiam hoc tit.*, ubi ratio additur illis verbis: *nam si intelligeremus tantummodo de novalibus poneremus.*

Privileginm autem hujusmodi valet tantum pro terris illis, quas religiosi propriis sumptibus colunt; pro illis quae aliis locant vel ad colendum alienis sumptibus tradunt decimae a conductoribus vel colonis solvendae sunt, *arg. cap. Ex parte 10. hoc tit.* Quod tamen locum habet quando privilegium Regularium est personale ipsis nempe personis regularium et non terris ipsorum datum, ut exemplis declarat *Reiffenst. loc. cit.*, ut si dicitur *Regulares hos etc. eximimus a solutione decimarum de terris et fundis quos propriis manibus aut sumptibus colunt;* nam quando privilegium est reale ipsis etiam Regularium fundis et terris concessum tali v. g. modo: *eximimus hos religiosos eorumque praedia, terras etc. a decimis vel omnia praedia fundi horum religiosorum immunes sint a decimis*, tunc

etiam coloni alieni suis sumptibus colentes praedia talia sunt immunes a solvendis decimis, *gloss. Clem. d. hoc tit.* vers.: *Excolendas.* Quia licet privilegium personale non egrediatur personam, *Leg. Omnibus 68. ff. de reg. jur.*, tamen privilegium reale transit cum re, sicut cum eadem transit onus, *cap. 33. de decim.*; contrariorum enim eadem est ratio, *l. 1. ff. de his qui sunt sui et alieni jur. leg. fin ff. 3. de legib.*

Praetereundum tamen non est hujusmodi privilegia eximentia a decimis licet ex parte eorum quibus concedantur sint favorabilia nihilominus esse strictae interpretationis ita ut nullo modo extendi debeant ultra casum aut propriam usitatamque verborum significationem etsi adsit paritas vel majoritas rationis, *Abbas in cap. Licet. 11. hoc tit. n. 2., Innocen. in cap. Cum dilecti de donat., Suarez de decim. cap. 18. n. 6., Pirhingh. hoc tit. n. 70.* Sunt enim in praejudicium tertii et proinde rigorosae interpretationis limitibus concludenda et cum incommodo alterius concessa non intelliguntur nisi exprimantur, *leg. 2. § si quis 16. ff. ne quis in loc. public.*

Hisce praenotatis ad inceptum redeo. Duo profecto sunt quaestionis capita, quibus dubia ad folii calcem proposita respondent, I. nempe expendenda veniunt privilegia monachis Cassinensibus concessa an talia sint quae eos eximere valeant a decimis de quibus agitur rependendis; II., dato etiam quod illa vim hanc exserant, an saltem stantibus peculiaribus in themate circumstantiis ac rationibus eorum reductioni sit locus.

Primum quod attinet multa pro parocho facere videntur. Ambigi sane nequit fundum decumanum super quo cadit controversia inter paroeciae limites situm esse de quo fidem satis amplam faciunt tabulae catastales, periti viri ex officio deputati ac duorum colonorum loci relatio: quin ullam facessat difficultatem hujus praedii colonum extra fines paroeciae morari ac ideo non a parocho recipere Sacramenta. Optime enim *Card. de Luca de decim. disc. 5. n. 4. et seqq.* distinguendum esse docet inter decimas personales seu sacramentales et reales seu praediales; illas autem vere dici correspectivas ad curam animarum ac perceptionem sacramentorum ac ideo non deberi nisi ab iis qui degunt intra limites paroeciae. Aliud vero dicendum de decimis realibus quae debitae sunt ex quodam jure territoriali seu jurisdictionali illi ecclesiae intra cujus limites bona existunt, ita ut parochus de suis emolumentis certior reddatur ejusque substentatio non pendeat a parochianorum voluntate an in una vel in altera paroecia aetatem agere velint: praesertim cum in praedialibus quoque non omnino exsulet eadem ratio curae animarum ac administrationis sacramentorum saltem in habitu seu in potentia, si praediorum domini in ipsis praediis vitam ducere atque in ea paroecia sacramenta recipere seligant. Hic autem agitur de decima praediali atque parocho rependenda, cum fundus intra suae paroeciae fines extet licet colonus ejus subditus non sit, ut sancitur in *cap. Cum contingat. 29.* et *cap. Cum in tua 30. de decim.* ac peculiariter in casu diserta habetur s. Congr. resolutio 1620 superius citata.

Tota igitur difficultas insidet in privilegiis quibus congregatio monachorum Cassinensium a ss. Pontificibus ac potissimum ab Eugenio IV. in Bulla quae incipit: *Etsi ex debito muneris pastoralis 23. Febr. 1434* aucta est; cujus particulam quae ad praesentem refertur quaestionem praestat hic loci exscribere: *Ceterum de quibuscumque possessionibus ubilibet constitutis quae in praesenti sunt et in futurum erunt, monasteriorum, prioratuum et bonorum praedictorum quae praefati Praelati, monachi vel personae colunt seu coli facient sive de hortis, virgultis, piscationibus eorumdem vel de nutrimentis animalium ipsorum nullatenus ab ipsis vel ab aliis pro eis primitias, decimas, quarteria vel alio quocumque nomine censeantur exigere vel extorquere praesumant nec illas aliquas solvere teneantur sive ad id a quoquam directe compelli possint inviti, generalis Concilii et quibusvis aliis apostolicis vel provincialibus aut synodalibus constitutionibus nequaquam obstantibus: decernentes ex nunc irritos et inanes quoscumque processus et sententias etiam interdicti quos vel quas contra inhibitiones nostras hujusmodi per quemvis aut quavis auctoritate contigerit quomodolibet promulgari.*

Multa vero ad eorum vim eludendam in medium afferri possunt:

Ac primo, quod in hac constitutione deest clausula derogatoria Concilii generalis in *cap. Nuper.* ex receptissima regula seu natura Conciliorum generalium, ut indigeant mentione ac derogatione speciali ac non ve-

niant sub derogationibus generalibus, excepto Concilio Trid., quod, ita disponente ejus confirmatoria constitutione Pii IV., hac non indiget speciali mentione, sed venit sub derogatoriis generalibus. Accidit in Bulla fieri mentionem simpliciter de decimis atque ideo privilegium intelligendum est de decimis extraordinariis et temporalibus debitis de jure humano puta de datiis, taxis etc. aliisque a Pontifice, Legato vel Nuntio impositis, *Rota decis. 223. n. 16. decis. 181. n. 6. part. 12. recent. aliisque*, non autem de ordinariis et spiritualibus quae nullo hominis ministerio sed de jure divino debentur; et sic non continet decimas praediales et quae praestantur parocho in compensationem laborum, quos sustinet in exercitio curae animarum et administratione sacramentorum, seu totidem verbis docet *Rota decis. 236. n. 4. part. 11. recent.* et tradunt *Bald. per text. in Leg. Fistulas. § Frumenta in fin ff. de contr. empt.* cujus dictum referunt et sequuntur *Puteus decis. 63. lib. 3., Cremen. singul. 108.*, Felin. *in cap. Sedes n. 3. in fin. vers. et ista faciunt descript.* quos refert *Fagnan. in cap. Nuper. hoc tit. n. 35.* Quod procedit non obstante quod verba exemptionis sint amplissima et privilegium titulo oneroso concessum sit, ut prosequitur *Rota decis. 307. n. 7. par. 19. tom. 2. et decis. 183. n. 10. part. 12. recent.*

Licet vero privilegium comprehendere ceuseatur decimas quoque ordinarias non ita tamen praedia ipsa afficit, ut reale dicendum sit atque ad omnes transeat qui eadem praedia colunt; siquidem privilegium non egreditur; quod et juris dispositioni magis est consentaneum et tenent cum comm. aliorum *Barbosa in cap. 10. hoc tit. n. 2.* allegans plures Rotae decis., *Abbas in id cap. n. 3. et 4.* Nec obstat in Bulla Eugenii IV. eximi fundos quos monachi colunt *aut coli tradunt;* id enim recte interpretari potest de cultura quae licet alienis laboribus sumptibus tamen monasterii fiat. In casu autem non sumptibus monasterii, sed coloni, praedium colitur; quippe colonus annuam pensionem Monasterio rependit et ejus expensis cultura perficitur.

Atqui dato etiam quod privilegia Cassinensibus monachis concessa eos a decimarum solutione expertes omnino reddant, nemo tamen est qui non videat mutata rerum conditione jam illa vim habere profecto nullam. Plane, ut animadvertit *Card. de Luca disc. 1. n. 48. de decim.*, antiquiori tempore et cum primitus ordines religiosi instituti et monasteria erecta sunt, haec in parvo erant numero, inopia laborabant, quamobrem parochi commiseratione acti tamquam per speciem eleemosynae illa dissimulare in decimarum exactione visi sunt eademque ratio Sedem apostolicam impulit ad eis concedenda aliqua privilegia. Cum itaque tractu temporis iidem Regulares ex piis dispositionibus vel etiam ex contractibus correspectivis valde ditati fuerint atque praedialia quaesierint possessa a saecularibus qui decimas solvebant, hinc ista aequitas seu commiseratio resolvi dicitur ad iniquitatem et ad parochorum supplantationem pro exsuberanti Regularium ditatione. *Rota decis. 344. par. 11. recent.*

Eo vel magis cum res sit de exemptione quae non perficitur temporis momento sed quae habet tractum successivum atque singulis annis vel temporibus contineat novum ac reiterabile praejudicium, quo in casu vel ipsi contractus onerosi si tractu temporis ad injustitiam seu nimiam inaequalitatem reducantur vel sunt rescindendi vel reducendi ad justitiam et aequalitatem juxta theoricam *Bartoli leg. Inter. n. 7. ff. de verb. oblig. cum concordibus apud Natta consil. 548. n. 36.* Receptum hinc est per textum in *cap. Suggestum. de decim.* amitti et expirare ipso jure privilegium hujusmodi, quando progressu temporis incipit esse nimis nocuum ecclesiis parochialibus vel aliis jus decimarum habentibus, *Reiffenst. lib. 3. tit. 30. de decim. n. 26.* post *Abb. in cap. Suggestum. 9. hoc tit. n. 3. 4., Barbosa ibid. n. 2.* Tum quia emergente tam gravi praejudicio res ad eum casum devenit, quem, si Pontifex praevidisset, tam generale privilegium non dedisset cum nimis enormiter juribus tertii fit laesivum, uti habet glossa communiter recepta *in reg. Decet. 16. de reg. jur. in 6.* vers.: *Decet.*

Generatim vero horum privilegiorum rationem evanuisse tenet *Pignatelli Consult. can. tom. 8. consult. 8. n. 13.*, ibi: »*Cum enim causa impulsiva fuerit paupertas regularium quae hodie in aliquibus ordinibus cessat ob ingentia bona quae in dies acquirunt cessare etiam debent privilegia ipsa ex cap.: Quod pro remedio 1. quaest. 7., cum verosimilis intentio ss. Pontificum non fuerit laedere ecclesias parochiales, ut nominatim testatum facit Suarez de relig. lib. 1. tit. de divin. cult. necess. cap. 20. in princ. qui*

concludit hoc casu locum esse moderationi etiamsi contineat derogationem cap. Nuper. de decim. Et n. 22., ibi: *Non est videndum an privilegia enormiter vel modice laedant. Praeterquam quod cap.: Suggestum non metitur laesionem a paupertate parochialium sed a multiplicatione conventuum et collegiorum et ex acquisitione possessionum quibus valde divites effecti sunt quidam Regulares, sicuti ex illius verbis constat.* Quae juris dispositio potiori ratione iu praesenti quaestione obtineat necessarium est, cum parochus maxima urgeatur inopia, ita ut vel ipsa congrua careat; hoc sane in casu nullum dubium est decimas ipsi jure divino deberi, quatenus nempe sunt necessarium stipendium pro honesta ipsius substentatione, *d. Thom. 2. 2. quaest. 87. artic. 1. in corp., Layman. lib. 4. tit. 6. cap. 2. n. 1., Pirhingh. h. tit. in 6., Engel. h. tit. n. 2. et communissima aliorum* quae innititur apertissimis s. scripturae ac ss. canonum testimoniis *ut can. 2. caus. 16. quaest. 2. can. 1. caus. 16. quaest. 7. cap. Parochianos 14. h. tit. cap. Tum. 24. h. tit.* et alibi passim. Et ss. Pontifex nequit dispensare aut privilegium concedere, *Reiffenst. loc. cit. n. 59.* cum aliis quos longa manu refert sed dicitur remissionem facere juris diviui tamquam administrator totius patrimonii Christi; quae quidem remissio in hoc rerum statu haud est praesumenda.

Et sane praxis est s. Congregationi ut hisce iu casibus privilegiorum reductio fiat, prout evenisse compertum est *in Pampilonen. Decimarum superius citata.* Nam Episcopi Pampilonen. et Barbastreu. eorumque capitula et uuiversus clerus ss. Pontifici supplicaverunt ut privilegia Regularibus tributa ad terminos juris reducentur spectata praesertim divitiarum copia, quibus Regulares exempti abundabaut. Remissis precibus S. H. C. et die 21. Augusti 1728 proposito dubio:

An sit locus reductioni privilegiorum ad terminos juris in casu?

Prodiit responsum: *Affirmative juxta modum. Modus autem est quod Regulares non habentes in privilegiis expressam derogationem cap. Nuper. teneantur solvere integras decimas, exceptis bonis et rebus praescriptis in cap. Ex parte de decimis:* quo vero ad Regulares habentes expressam derogationem dicti *cap. Nuper* pro omnibus bonis de praesenti possessis teueri ad solutionem unius pro 25.; pro bonis vero acquirendis in futurum quocumque titulo teneri ad integram decimam, salvis tamen compositionibus etc.«

Nec forte utilius monasterium allegat consuetudinem immemorabilem, qua novo veluti titulo fretum suam a decimis praestandis immunitatem propugnat. Primo enim uon quaelibet probatio ad eam adstruendam sufficit sed quae ex testibus probatissimis educitur cum justificatione nempe requisitorum, quae iu hac probatione desiderantur, recensita per celebrem glossam *in cap. 1. De praescript.*; cujus probationis onus ipsi monaterio incumbit. Parochus enim habens pro se regulam et assistentiam juris habere dicitur inteutionem fundatam, donec ille qui se fundat in limitatione eam probet, cum haec iu dubio uou praesumatur sitque praesumptionis virtus et operatio, ut transfuudat probationis onus in alium, *dec. 241. n. 4. apud Mantic., Barbosa axiom. 198.* Ac iu materia de decimis *Fagnan. in cap. Cum contingat. 29. n. 21., Rebuff. de decim. quaest. 7. n. 5. arg. cap. Cum contingat. 29.* et *Cum in tua n. 30. h. tit.* Ast praeterea titulus consuetudinis cum altero privilegiorum iucompatibilis est ac propterea inepta est eorum cumulatio, ex eo quod iuter immemorabilis requisita illud est praecipuum, ut non detur ejus initium, quod ita per privilegium est immemorabilis destructivum, sive ejus probationis impeditivum, ut ratiocinatur *de Luca cit. disc. 1. de decim. n. 11.*

Quidquid tandem sit de hac consuetudine, certum est eam jam uon esse attendendam, cum mutata sit rerum conditio, ut ex superius dictis patet atque ideo parochi absteutio a decimarum exactione nonnisi facultativa esset dicenda nou autem in futurum obligatoria; id est potius ex aequitate quam ex juris rigore orta, cum nempe regulares adeo divitiis uon affluerunt. Maxime vero cum hujusmodi consuetudo licet immemorabilis, tameu nou fuerit praescripta, ut requiritur juxta *text. in cap. de praescript. lib. 6., Fagn. in cap. In aliquibus. de decim. n. 11.* et *cap. Nuper. in ultim. quaest. post Abb. ibi n. 5.* Atqui ex eodem de Luca *disc. n. 14. de decim.*: *In facultativis non intrat praescriptio nisi ex tempore petitionis ac denegationis cum subsequuta acquiescentia, cum in corporalibus haec dicantur stare loco possessionis, sine qua non datur praescriptio. Potissime vero ubi possessor veniat jure suo*

independenter a praedecessoribus, quorum negligentia sibi praejudicare non potuit.

Hisce minime obstantibus rationum momeuta quae monasterii s. Petri juribus favent haud minoris ponderis esse videntur. Nam esto incontroversum fundum in quaestione intra paroeciae fiues extare non ex eo tamen jus decimandi oritur parocho nisi simul ejus dominus vel saltem colouus in eadem moretur paroecia, ita ut parochus legitimo aliquo titulo in hujus decimae exactione fulciatur: cum tralatitium in jure sit decimas tamquam impensi iu auimarum cura laboris mercedem repraesentari debere. Quod iu praesenti controversia omnino tenendum est inspecta scilicet primaeva hujus decimae impositione; haec siquidem injuncta est per domos seu familias intra hujusmodi paroeciae limites viventes atque in ea recipieutes sacramenta pro quorum commodiori administratione ad hanc novam erectionem deventum est: idcirco ii, quibus dicta ratio non congruit, hujus oneris expertes habendi sunt.

Quoad monachos vero rem omnem absolvunt privilegia super decimarum exemptioue quibus quatuor abhinc saeculis monachorum Cassinensium congregatio douata est. Uuum vero hic sufficiat recolere indultum ab Eugenio PP. IV. eidem congregationi tributum, de quo superius mentio facta est, quod ad exemptionis effectum plenum sortiri vigorem dubitari nou potest, postquam s. Rotae Auditorium in *decisione 334. part. 12. recen.* illud late interpretatum in causa vertente iuter fratres de Beccariis decimarum exactionem praetendentes et monasterium Cassinensium s. Benedicti Ferrariae de ejusdem monasterii bono jure constare die 8. April. 1658 definivit. Quae quidem decisio cum omues allatas difficultates praeoccupet ac plenissime perimat per integrum hic referenda: *Ex contextu verborum apparet Papam amplissime liberasse congregationem a quibuscumque decimis praedialibus et personalibus, ordinariis et extraordinariis pro bonis de eo tempore acquisitis et in futurum acquirendis sub quocumque nomine exigi velint juxta naturam dictionum . . . . quibus utitur; sunt namque universales et quodammodo effraenatae, ut nullo obice contineantur, quominus omnia comprehendant . . . praesertim quia est munitum clausula decreti irritantis, quae adimit partibus facultatem illud impugnandi et judicibus manus ligat et eos claudit, ne aliter quam isto favorabili modo interpretetur . . . Nec videtur ambigendum quin dictum privilegium contineat derogationem dispositionis Concilii cap. Nuper. 34. de decim. quamvis explicite ibi non legatur, quia cum in illius dispositiva sit facta expressa mentio generalis Concilii, addita clausula: »quibuscumque aliis apostolicis vel provincialibus aut synodalibus constitutionibus«: et in fine ubi de generali derogatione loquitur adjecta sint verba: »non obstan. constitution. aliisque Conciliis et ordinationibus per Pontifices Praedecessores editis«, utique sub tali forma censetur sufficienter derogatum d. cap. Nuper. continenti constitutionem Concilii Lateranen.*

Non obstat responsio quod non suffragetur generica derogatio Concilii generalis vle omnium Conciliorum generalium sed specifice et nominatim debeat derogari Concilo de quo in d. cap. Nuper. de decim. ut distinguit Arcid. . . . quoniam hi et alii adducti loquuntur de privilegiis et casibus in quibus fuit facta sola expressio Conciliorum synodalium, provincialium et constitutionum in eis editorum, sub qua non excluditur Concilium Lateranen.; secus quando, ut hic, ultra praedictorum expressionem in clausulis derogatoriis adest in privilegiis etiam mentio Concilii generalis: in hoc enim casu censetur specifice et individualiter derogatum non vero in genere.

Neque ferendus est intellectus indulto datus, quod Papa ubi intellexerit concedere exemptionem a decimis extraordinariis ab homine impositis non autem de ordinariis jure divino debitis, cum privilegium eximens a solutione decimarum intelligatur de illis non de istis per dictum Bald. . . . Nam ubi tenor privilegii aliter suadet et ex illo colligitur de intentione concedentis fuisse eximere ob omnibus, tunc trahitur et comprehendit etiam extraordinarias et in hoc casu nos versari patet, ex eo quod in §: Insuper *specificantur decimae et collectae cujusvis naturae sint et quocumque nomine nuncupentur . . . In §: Vero Ceterum exprimuntur primitiae, decimae et quartaria quae juris divini sunt et a Deo institutae pro sacerdotibus et ministrantibus in Ecclesia et sic dicuntur decimae spirituales . . . quae pari passu procedunt cum primitiis haecque ut illae sunt de praecepto . . . Nec substitit quod etiam opponitur hujusmodi exemptivum indultum esse personale et restrictivum ad solos Monachos et bona per eosdem colenda, quia huic interpretationi omnino repugnant verba illius quae expresse*

referuntur et amplecturtur nedum bona quae propriis manibus et sumptibus iidem Monachi colunt, sed et cetera quae aliis colenda tradunt ibique praedicti Praelati monachi colunt seu coli faciunt etc. Ne igitur inane sit privilegium et praedicta verba aliquid operentur, dicendum est illud esse reale, ut prosit omnibus colentibus bona ad religionem pertinentia . . .

Prorsus autem spernenda, quae pro horum privilegiorum reductione proferuntur. Cum enim Regulares sint in possessione juris et privilegiorum exceptione utantur regulam generalem exemptivam statuentium, hinc proinde dum parochus actor occurrere intendit huic exceptioni per modum replicationis deductae ex revocatione privilegiorum, jam fundamentum suae intentionis cum sua causa vel qualitate concludeuter justificare deberet, *Rota decis. 357. part. 10. n. 23. recent.* Jactata autem divitiarum copia et augmentum bonorum, quae alias decimabilia per monasterium s. Petri quaesita fuerint, verbis quidem amplificatum nullo prorsus solido argumento fulcitur. Paupertas vero parocciae non ex una eaque generica Episcopi relatione, sed ex probatis monumentis et rationum schemate esset comprobanda, ita ut evidenter constet privilegium exemptionis enormiter esse laesivum, quod necessario requiritur ut fiat locus dispositioni *cap. Suggestum* ut declarat *Abb. 1. et 4.*, quo casu neque privilegia sunt revocanda sed congrua sustentatione ecclesiae parochialis rector providendus est, ut statuitur in *cap. 2. de decim. in 6.*

Quin etiam nulla ratione privilegium laesivum dici poterit nisi probetur exinde redditnum imminutionem et grave damnum parocciae ab suae fundationis initio congruis redditibus destitutam usque fuisse neque ex controversae decimae perceptione ceteroquin nimis exigua spem melioris conditionis habere. Quod si nonnisi magna cum difficultate ad hujusmodi privilegiorum derogationes devenire soleat, cum vel ipsa privilegii natura derogationi repugnet, decet enim concessum a Principe beneficium esse mansurum, *cap. Decet. de reg. jur. in 6.*, omuis prorsus in themate excludeuda est derogatio, quae juri monasterii quaesito manifeste adversaretur. Praesertim quia exemptio habita est titulo onoroso, *Rota decis. 399. n. 4. part. 12. recent.* Congregatio siquidem Cassinensis annuum unciae auri tributum Rev. Camerae apostolicae *in signum perpetuae libertatis ac pro manutentione privilegiorum* solvit praeter subsidia pecuniaria pro ecclesiae romanae necessitatibus variis temporibus ac potissimum sub Alexandro VII. collata, ob quae a ss. Pontificibus Trid. Concilio posterioribus suorum privilegiorum confirmationem pluries obtinuit.

Tandem etsi nulla ratio de privilegiis habeatur, sola tamen consuetudo immemorabilis totalem exemptionem pro monasterio revinceret. Incontroversum enim in jure est, tam religiosos quam clericos posse decimas tam active, idest jus solvendi, quam passive idest jus percipiendi decimas ab aliis praescribere, *Fagnan. in cap. Nuper n. 36. post Abb. ibi n. 5. argum., cap. Cum in tua* et *cap. Dudum. de decim.*, ut ea ratione qua in veteri testamento Levitae Levitis decimas non praestabant, ita in nova clerici clericis eas non solvant, *cap. 2. de decim.* Quae ratio licet non sit ad omnes casus extendenda, tamen innuit, haud procedendum esse cum multo rigore cum agitur de religiosis. Hanc porro ab immemorabili viguisse consuetudinem decimarum exemptivam favore monasterii s. Petri Assisiensis, licet desit rigorosa probatio per testes, quae potius ad quamdam formalitatem reduci potest, evidenter tamen ex ipsius parochi, quoad anteriorum annorum factum et observantiam, silentio constat. Cui accedit monitorium 1704 latum contra eos qui Abbates et monachos s. Petri Assisii a pacifica suorum jurium ex privilegiis competentium possessione molestare atque exturbare contenderent; quod quidem antiquissimae consuetudinis ineluctabile praebet argumentum et cujuscumque probationis defectum satis abunde supplet.

Perperam inde ad consuetudinis efficaciam labefactandam ex adverso obtruditur hujus fundamenti incompatibilitas cum altero privilegii apostolici: *Quoniam* (ut bene distinguit *Card. de Luca disc. 1. n. 11. de decim.*) *incompatibilitas adesse dicitur quando possessor ita imprudenter producat privilegium, ut ad illum titulum suam possessionem restringat, secus autem ubi cumulative et cum debitis cautelis deducatur, quoniam non implicat ut habens fundatam intentionem in immemorabili, ad illius majorem confirmationem et observantiam compatibiliter privilegium quoque obtinuerit.*

Quae cum ita se habeant viderint Emi Patres quid in praesenti controversia sentiendum sit, an scilicet privilegiis apostolicis

favore monachorum Cassiuensium iu suo robore stantibus, ea tamen ob peculiares in themate concurrentes rationes debeant revocari vel saltem ad juris tramites moderari ac reduci vel potius compositioni locum dandum esse censeant, uti in hujusmodi controversiis monebat Alexander III. in pluries *cit. cap. Suggestum. de decim.* et hujus s. Congregationis extat exemplum in relata *Pampilonen.* cum primo die 5. Junii 1728 proposita fuit.

Sint itaque

D u b i a :

I. *An monasterium s. Petri Assisii gaudeat exemptionis a decimis praestandis in casu?*

Et quateuus affirmative,

II. *An sit locus reductioni privilegiorum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Negative pro fundis possessis ante paroeciae erectionem tantum.

Die 31. Januar. 1852.

7) Judex in causis decimandi.

Vd. *Decimae* (solvendae a monasterio etc.)

8) Jus decimandi est parochis.

Vd. *Decimae* (Episcopo etc. p. 928.)

Nursina.

Neminem latet ex immemorabili etiam ac centenaria consuetudine praescribi posse jus decimandi, *cap. Cum, sint de decimis, Rot. cor. Rezzonico. dec. 112.*; eoque magis quia cum res sit inter persouas ecclesiasticas quadragenaria observautia potis est ad legitimam praescriptionem inducendam, *Barbos. Inst. eccl. cap. 26. n. 12., s. Congr. in Pisauren. Decimarum 3. Martii 1792 § Respicit.*

Die 18. Novb. 1826.

Fanen.

Jus decimandi parochi habent ex dispositione juris in *cap. Ex transmissa 23. de decimis* et *in Trident. sess. 23. cap. 12. de reform.*

Die 30. Apr. 1803.

Brictinorien.

Finibus Abbatiae s. Ruffili Fori Pompilii nullius dioecesis Capitulo ss. Patriarchalis Basilicae Vaticanae perpetuo unitae parochiales continebantur ecclesiae b. Petri Principis Apostolorum cujus Archipresbyter erat Episcopus Brictiuoriensis et s. Christophori de Salbagnoue, quae ad Brictinoriensem dioecesim pertinebat. In territorio autem ejusdem abbatiae inter caeteras recensebantur archipresbyteralis ecclesia s. Nicolai de Meldula et parochiales ecclesiae s. Ruffilli de Vitiguano, s. Andreae iu Rossano ac s. Mariae in Fiordinano; archipresbyteralis s. Nicolai ecclesia regeuerationis lavacrum incolis caeterarum paraeciarum ministrabat: cumque ob locorum distantiam et viarum asperitatem periculum animarum infantium baptizandorum immineret, decreto Capituli Vaticani die 7. Decb. 1626 ecclesia s. Mariae iu Fiordinano archipresbyteralis cum fontis privilegio fuit constituta eique caeterae parochiales fuere attributae salvis tamen ac reservatis Archipresbytero Meldula circa reliqua quibuscumque juribus et signauter circa decimas, talia qualia sunt et illi competunt.... et in eo statu iu quo hodie reperiuntur nec novo Archipresbytero et novae plebi di Fiordinano ullo unquam tempore jus aliquod quaeratur aut quaesitum censeatur in praejudicium dicti Archipresbyteri et plebis Meldulae. Spectabat autem ad Archipresbyterum Meldulae etiam jus benedicendi domos tempore paschali pariterque Archipresbyter s. Petri de Foro Pompilio in memoratis paraeciis decimandi ac beuediceudi jure pollebat.

Promiscuo ex territorio frequens erat controversiarum occasio. Quamobrem die 18. Novb. 1816 apostolica intercedente auctoritate permutatio inita fuit, qua paraeciae s. Petri et s. Christophori Brictinoriensi Episcopo subjectae attributae fuerunt abbatiae et Vaticauo Capitulo, paraeciae vero s. Ruffilli, s. Andreae, s. Mariae, una cum aliquot aliis parochialibus ecclesiis ab abbatia ipsa dismembratae Episcopo fuere concessae. Permutatione autem non obstante Archipresbyteri s. Nicolai de Meldula et s. Petri de Foropompilio jura decimandi et benedicendi ut antea exercuerunt: sed illa in paraeciis sibi adscriptis ob permutationem evauuisse contendit Brictinoriensis Episcopus idque ab hac s. Congregatione declarari petit.

Apostolicis enim permntationis literis cautum est »qnod salvum et illesum servetur Capitulo Cathedralis Brictinorieusis jus exigendi decimas in quadam parte territorii ecclesiae s. Christophori de Salbagnoue eo prorsus modo qno usque in praesens illud exercnit«. Siquid igitnr juris (ita disserit Episcopus) in dismembratis paraeciis sartum tectnm Archipresbyteris Meldulae et Foripompilii servari voluisset aeque perspicue fuisset memoratis iu literis expressum.

Animadvertit quoqne idem Episcopns decimas esse praemium laboris et ideo in *cap. 1. caus. 16. quaest. 7.* Episcopo fuisse concessas, ut illas clericis laborantibns distribueret; peracta vero paraeciarum divisione parochisqne regeudi ac pasceudi munere oneratis decimas ipsis fuisse assignatas, *cap. Cum contigat. 29.* et *Cum in sua 30. de decimis.* Nullum laborem obeunt, nullam operam couferunt memorati Archipresbyteri pro dismembratis paraeciis, quae ex nova circumscriptione extra dioecesim quoad ipsos sunt positae. Incongruum autem foret, ut Brictiuorieusis episcopatus fines invaderent, cum in *cap. 18. de decimis* aperte statuatur, esse attendendum *etiam si illae ecclesiae in uno sint vel in diversis episcopatibus constitutae, quia difficile nimis videtur, ut una ecclesia in episcopatu alterius percipiat decimas, cum ex hoc episcopatuum fines confundi non immerito viderentur.*

Nec aliter de domorum benedictione in sabbato s. sentiendum Episcopus Brictinoriensis affirmat: cum hujusmodi benedictio iuter fnnctiones ac jura parochialia recenseatur, uti statuit haec s. Congregatio iu *Bononien. 4. Julii 1620* et uti etiam *Quaranta* verb.: *Missa in fine* decisum refert a S. R. C.*) die 18. Maji 1602 et mouet *Pignatelli tom. 8. cons. 37. n. 86.*, qui ita definitum fuisse dicit a Rota in *Romana Funeralium 14. Decb. 1620 cor. Coccino*, idemque teuet *Barbosa in Summ. Dec. apost. coll. 391, Monacell. tit. 13. n. 54., Riccius in prax. For. eccles. part. 4. resp. 311.* Peragitur siquidem benedictio cum stolae delatioue, quae jurisdictionem importat, Samuel *de Lep. tract. 1. disput. 3. cont. 7. n. 9. et disput. 4. contr. 22. n. 13*, immerito proinde Archipresbyteri Meldnlae et s. Petri de Foropompilio intra fines episcopatus ad quem non pertinent actus exercere praesumunt, qui jurisdictionem involvuut ad quam extiugueudam permutatio paraeciarum fuit inita et apostolicis literis firmata. Quin cousuetudine tueri se possiut: nam ab anno 1816 inposterum nulla, tam brevi tempore, invehi potuit consuetudo: quae autem olim inolevit, mutata parochiarum dioecesi vanuit neque ad praesentem illarum statum pertinere potest.

Vaticauum antem Capitulum ex permutatione paraeciarum nullum detrimentum nullamque jacturam Archipresbyterorum jura subiisse arbitratur: cum ad tollendum jus quaesitum vel expressam illius abrogationem requiri contendat vel certe quod juris exercitium permntatione peracta impossibile omnino evaserit, *L. 185. ff. de R. I., Reg. 6. de reg. juris in 6.* Nulla jurium abrogatio expressa ostenditur; imo cum in apostolicis literis paraeciae *cum omnibus et singulis beneficiis, locis atque operibus suis, juribus ac privilegiis caeterisque pertinentiis perpetuo respective* concessae fuerint, expressa de decimandi benediceudique jurium incolumitate sanctio adesse videtur, quia iu toto et pars continetur. *L. 113. ff. de reg. juris.*

Qnod si nullum de controversis juribus verbnm iu permntatione excidisset nihilominus illa omnino illaesa mansissent. Permutatio euim species est alieuationis,*) *cap. nulli 5. de reb. eccl. non alienandis*, jamdiu autem statutum fuit, quod *alienatio cum fit cum sua causa dominium ad alium transferimus, quae esset futura, si apud nos ea res mansisset, Leg. 67. ff. de contrah. empt.* et in *L. traditio 20. ff. de adqu. rer. domin.* Praeterea permutatio inter Brictiniorieusem Episcopum et Vaticanum Capitnlum intercessit, hae fuere partes contraheutes; pactum antem expressum de decimis favore Capituli Cathedralis Brictinoriensis fuit adjectum. Itaque hujusmodi pactum ad omuen qnidem ambiguitatem relate ad Capitulum Cathedralis amoveudam appositum est ceusendum; nequaquam vero ad novatiouem contrahentium juribus inferendam, cum ea quae ad nnum finem inducta sunt ad alium non sint producenda et quae dubitationis tolleudae gratia contractibus inseruntur, jus commune non laedaut, *L. 8. ff. de reg. jur.*

Animadvertit quoque Vaticanum Capitulum de jure decimandi in alieno territorio

*) Vd. *Decreta auth. S. R. C.* Edit. Mühlbauer, *suppl. t. II. p. 214. n. 8.*

*) Vd. *Alienatio.*

controversiam a Brictiuoriensi Episcopo frustra excitari, cum ipsi Capitnlo expresse servata fuerit facultas, decimas nt antea colligeudi in paraecia s. Christophori de Salbagnone, quae nunc ad abbatiam s. Rnfilli Nullius dioecesis*) pertiuet; domestico proiude exemplo contentionem esse sublatam idem Episcopus fateri cogatur. Cum Brictinoriense Capitulum nullum onus pro parorochianis s. Christophori subeat decimas non semper esse laboris praeminm concludit idem Vaticanum Capitulum: quod caeteroquin et jnri et notissimae experientiae congruit.

Quae vero de jure decimandi attulit, eadem ad jus quoque beuedicendi domos tempore paschali pertinere censet Capitulum Vaticanum; cum de auferendo Archipresbyteris Meldulae et s. Petri de Foropompilio benediceudi jure ne verbum quidem in literis apostolicis permutationis paraeciarum occurrat; cum iuter jura generatim reservata parochiale quoque beuedicendi jus contineri pro certo sit habendum; cum denique nti jus decimandi, ita et jus benedicendi possit iu alieua dioecesi exerceri.

Pro corouide taudem addit Vaticanum Capitulum neque de jure decimaudi neque de jure beuedicendi domos ante paraeciarum permutatiouem praefatis Archipresbyteris nnllam a Brictiuorieusi Episcopo motam esse coutroversiam: sed utroque jure ab immemorabili tempore Archipresbyteros esse pacifice gavisos; ideoque inter paraeciae redditus tam decimas quam haec stolae emolumenta supputasse. Profecto si permutatione privari hujusmodi redditibns Archipresbyteri voluissent, erat id expresse statueudum; erant imo et ipsi vocandi et audiendi, cum de illorum iuteresse ageretur: erat denique pro amittendis redditibus compensatione aliqua ipsis cousnlendum. Itaque si Archipresbyteri neque compensationem obtinueruut neque auditi neque vocati fueruut, sentiendum profecto videtur nullum eorum juribus et redditibus detrimentum indicata permutatione inferri voluisse. Eoque certius quia etiam post permntationem jura decimandi ac benedicendi jugiter exercueruut: facto proiude pauditum est, qnid permutatione gestum fuerit ac praefata jura ipsis omuino sarta tecta mansisse.

Proponuntur itaque dirimeuda

Dubia:

I. *An et quomodo Archipresbyteris s. Petri de Foropompilio et s. Nicolai de Muldula competat jus decimandi in casu?*

II. *An et quomodo iisdem Archipresbyteris competat jus benedicendi in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative in omnibus juxta consuetudinem.

Ad II.: Negative in omnibus.

Die 8. Maji 1824.

9) Jus parochi decimandi a familia quae partim in civitate partim rnri vivit?

Parochi civitatis P. jus exigendi habent decimas personales a familiis, quae morantur intra limites propriae paroeciae. Snbjicitur juri huic etiam familia nobilis Comitissae M. quae etsi Palatium et domicilium in civitate retineat, tamen per anni partem quandoque majorem ruri commoratur. Ex quo lis euata est inter parochum civitatis et parochum ruris. Curia episcopalis ad quam lis delata fuit pro parocho nrbano stetit.

Curati istius Orator loquitur in prima defeusionis parte de varia decimarum natura; ex qno dedncit jus percipiendi decimas personales esse proprium parochi domicilii; tuetnr in secunda parte parochum domicilii dictae nobilis familiae esse parochum ruris; in tertia autem argumenta in contrarium adducta refutare contendit. Et quoad primam partem nisus *cap. decimae 26. q. 1. de decim.* distinguit decimas in praediales, personales et mixtas. Ex decimis praedialibus et mixtis non possunt subtrahi expensae et tributa sed sine diminntione solveudae sunt ex *cap. Tua nobis et cap. cum sit in homine de decim.*, secus autem dicendum est de personalibus ex quibns deducendae sunt expensae juxta *cap. Pastoralis eo tit.*, Barbosa *de offic. et potest. Parochi cap. 28. § 1. n. 37. et 38.* Rationem hujus rei reddit D. Thomas *2. 2. q. 87. art. 1. et art. 2. ad 1.* ubi docet decimas praediales et mixtas deberi partim ex institutione ecclesiae et partim ex jnre naturae; ideoqne fructus in hujnsmodi decimis natnraliter intelligendi sunt prout a fundo proveninnt. E coutra cum decimae personales anctoritate tantum ecclesiae debeantur, accipiendae sunt juxta interpretationem humani juris secuudum qnod fructus non intelliguntur nisi deductis expensis, quae eorumdem causa fiunt, *ex l. fructus ff.*

*) Vd *t. I. p. 85. n. 58.*

Ex his deducit orator quod decimae personales debentur ecclesiae in cujus parochia quis domicilium habet, cum persolvantur in susteutatioueu eorum qui spiritualia ministraut. Idque erui ex *cap. significavit 5. de paroch. cap. Quaesti sunt 46. caus. 16. q. 1. et cap. Ad apstolicae 20. de decim.*, ibi: *Noveris itaque quod aequum est, ut illi ecclesiae decimae personales reddantur ab eis in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta.* Cui juris dispositioni praeter alios adhaeret Barbosa *cap. 28. § 2. num. 26. et seqq.* Et ideo si parochianus alibi se couferat vel recreationis aut agendi uegotia causa absque tamen animo proprium transferendi domicilium decimae personales parocho domicilii solveudae suut, Ferraris *verb. Decimae n. 10.*, licet per accidens in propria parochia per totum absentiae tempus nec sacramenta recipiat neque Divina audiat, *Navarrus cons. 2. n. 5. de decimis.* Et principium hoc ita est receptum ut si ex DD. contigerit quod quis sub duabus paroeciis aeque permaneret, tuuc decimae personales essent divideudae iuter duas paroecias pro rata temporis, quo parochianus in eis audiat Divina et recipiat sacramenta, Fagnan. *in cap. Cum contingat de decimis*, Barbosa *loc. cit.*, *Rebuff. de decimis q. 6. n. 5.* Ergo conclusit Orator cum decimae personales ad parochum domicilii spectent cumque domicilium nobilis familiae M. sit in paroecia parochi ruris ad huuc prorsus spectat jus exigendi decimas personales.

Ut in secunda parte probaret praedictam familiam suum habere domicilium in paroecia ruris utitur testimonio Syndici qui fidem facit quod dicta familia habitualiter moratur in illo Municipio, excepto mense iu quo causa balneorum in civitate sese transfert; ita ut recenseatur in regesto permanenti illius populi. Insuper duo presbyteri illius loci, praeter testimouium Syndici, adjuugunt inibi praefatam familiam Paschali tempore refici sacramentis. Itaque si domicilium re et facto transfertur uon autem uuda contestatioue, si domicilium ex communi Doctorum sententia coucedit jurisdictiouem fori poenitentialis imo juxta Sanchez de *matrim. disp. 3. n. 12.* ad hoc sufficit quasi domicilium, si inibi euunciata familia habitualiter moratur atque sacramenta suscipit, si demum decimae personales illi debeutur parocho a quo sacramenta caeteraque spiritualia ministrantur, ex DD. sententia et praesertim Schmalzgrueber *part. 3. tit. 30. de dec. n. 28.*, prono veluti alveo fluit parochum ruris esse proprium parochum familiae M. et proinde ipsi jus esse personales exigendi a praefata familia decimas.

Aliud deducit argumentum ex observantia, quae juxta Rotam *decis. 1. n. 6. et 7. rec.* »est optima et fidelis cujuscumque dispositionis legis vel concessionis interpres et est magistra omuium rerum omnemque tollit dubitationem.« Observantiam autem favere suo clienti non dubitat ex testimoniis plurimorum, qui autumant nobilem familiam M. decimas personales solvisse jam parocho ruris demortuo. Observantia haec non solum, ait ille, probat domicilium dictae familiae iu paroecia ruris, sed revelat animum ejusdem familiae ibi mauendi; ideoque ceu parochus ruris debet sacramenta aliaque spiritualia ipsi familiae ministrare, sic familia debet eidem parocho solvere decimas personales. Quinimo de animo dubitari uequit; nam si nobilis Comitissa civitatem petiit ob aliqua negotia sub paschali tempore, ibi de licentia parochi ruris paschali praecepto satisfecit.

Ut argumento robur adjiceret ait, quod nobilis familia M. die Purificationis a parocho ruris accipit candelarum fasciculum et rure sepulchrum habet; jam vero sepulchrum gentilitium demonstrare contendit domum ibi extantem non esse prorsus ruralem sed includere aliquo sub respectu domicilium vel quasi domicilium, Schmalz. *de Sep. § 3. n. 28. tom. 3.*, ibi: *Jus sepulturae habet se instar domicilii inter vivos.* Ergo parocho ruris debentur decimae personales a familia M. quae ruri sepulchrum tenet.

Ad dilueudas oppositas difficultates, ait Orator, uil officere dispositionem Synodi diocesanae in *tit. 7. de funer. et sepult. n. 20:* »Quando cives recreationis gratia ad domos rurales accedeutes iu illis moriuntur . . . . quarta fueralis proprio parocho persolvatur.« Quia praedicta familia non recreationis causa ruri degit. Etenim uobilem familiam dici uequit recreationis gratia ruri commorari dum commodius habens in civitate palatium moram trahit hiemali tempore in oppido ubi aquilones gelidi infremunt, ubi uon commodae sed asperae sunt viae et ubi honestarum consuetudinum privatio est.

Pariter nihil obstat quod Syndicus civitatis autumaverit familiam de qua agitur suum domicilium civile retinere in civitate P. ubi suorum uegotiorum principalem habet sedem; nam decimae personales illi debentur paroeciae iu qua personae sacramenta aliaque spiritualia suscipiunt, ceu in casu familia M. a parocho ruris suscipit.

Advocatus hujus parochi ostendere conatus est suo clienti deberi decimas personales a familia M. tum ex jure communi tum ex locali consuetudiue. Ex jure certum est quod personales decimae debentur parocho proprii domicilii a quo sacramenta quisque recipere debet, *cap. Ad apostolicae 20. de decimis*, Schmalz. *de decim. 28.* et Doctores uuanimiter: licet aliquis sive negotiationis sive recreatiouis vel alia hujusmodi causa alibi commoretur. Ferraris *V. decimae*, Barbosa et Pirhing. Atqui familia M. suum retinet domicilium iu civitate P. cujus ratioue spiritualiter subjicitur parocho civitatis; ergo isti jus decimandi est, minime vero parocho ruris.

Idque ut evinceret meminit nobilem familiam uon modo per anni partem morari in civitate P. sed eamdem civitatem nedum in praecipuis anni solemnitatibus sed aliquem de familia in unaquaque hebdomada petere. Imo inter familias civitatis illustres censitam extare, ibi Palatium extructum habere in quo omuia, quae ad totius administrationis negotia spectant, peraguntur, ibi vectigal Municipio solvere vulgo *focatico* ac paschali tempore sacramentis refici. Hinc si dicta familia per auni partem et quandoque majorem ruri vitam degit id facit recreationis gratia minime vero cum animo deserendi civitatis domicilium.

Neque objiciendum quod familia illa variis abhinc annis ruri commoretur; uam ad amitteudum domicilium*) duo concurrere debent, idest factum et animus; quo alterutro deficiente numquam dici valet domicilium fuisse relictum, *l. Domicilium ff. § penult. et Gloss.*, ibi: Pickler *lib. 2. tit. 29. n. 60. de for. comp.* »Porro sicut domicilium vel quasi domicilium contrahitur facto et animo ita nec amittitur deficiente alterutro tantum sed utrumque debet concurrere, scilicet actualis emigratio seu discessus ex loco et simul animus non redeundi.« Concinnunt Ferraris *v. parochian. 33.*, *34.*, Barbosa *de offic. et potest. paroch. part. 2. cap. 221. n. 35.* Atqui ex declaratione dominae Comitissae M. per procuratorem edita clare patet numquam eamdem familiam habuisse animum desereudi domicilium civitatis. Iu ista euim declaratione osteudit etiam nobilis Comitissa semper retinuisse sese pertinere ad parochiam s. Michaelis Archangeli de civitate in qua Palatium habet, quamvis moretur per aliquam auni partem ruri.

Objicitur a parocho ruris sibi jus esse saltem condividendi decimas personales pro rata temporis ex deceunali habitatione praedictae familiae. Ast reponitur decennium uondum impletum fuisse; et quamvis impletum fuisset uil prodesset deficieute animo manendi rure ibique domicilium figeudi. Affabre Cardinal. Tarquini *in Rom. Matrimonii diei 11. Januarii 1868 n. 11.*, ibi: Nemo quippe ignorat nou dico decennium sed ue mille quidem annos, ut peritorum fert proverbium per se sufficère posse ad verum propriumque dictum domicilium acquirendum, cum necessaria sit voluntas nou quidem definito ullo tempore utut longissimo sed omnino perpetuo in eodem loco manendi. . . . . Profecto dubitari nou potest ad quasi domicilium adipiscendum praeter actualem habitationem, voluntatem simil requiri eamdem continuaudi per majorem anni partem. Adjecit etiam advocatus, quod si quaestio de decimis inter ecclesias habeatur consuetudo principem teuet locum eique obsequeudum est ex textu *cap. 18. Num sint, cap. 20. Ad apostolicae de decim.*, ibi: *Quoniam a diversis diversa consuetudo tenetur, tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noveris observatum.*« Concinuunt *cap. 32. eod. tit.* Fagnan. in *cap. Cum Contingat de decim. n. 18.*, de Luca *disc. 5. n. 5. et 6. de decim.*

In themate consuetudo est pro parocho civitatis; siquidem ipsa monet ab immemorabili decimas persouales isti parocho solutas fuisse a familiis, quae licet alibi morarentur domum tameu retinebant in civitate. Autumant id testimonia ab anno 1701 usque ad haec nostra tempora.

Juxta hanc consuetudinem consimiles quaestiones a remotis etiam temporibus diremptae fuere. Iuter alios casus anno 1785 oblata fuit S. C. Congregationi quaestio enodanda, cujus haec erat species: Moratus fuerat per octennium Opitius Mazza in Oppido Trivii antiqui decimasque solverat Capitulo Pisauri, ubi apertam retinebat domum. Eo igitur defuucto solutas viudicare teutavit decimas oppidanus parochus. At proposito dubio sub die 8. Junii 1785: »*An rectori*

*) Vd. *Domicilium.*

ecclesiae parochialis s. Juliani Trivii antiqui sint restituendae decimae sacramentales de quibus agitur et a quo tempore? S. Congregatio respondit: »*Negative et amplius.*«

Idem sensit S. C. Congr. ut alias plures omittamus in Pisauren *diei 21. Januarii 1826*, ibi: »Decimam sacramentalem, quam ex vetustissima consuetudine parocho domicilii solvere teuentur, qui Pisauri domum retinent apertam, etiamsi alibi moram ducant, parocho s. Michaelis praestandam esse ad formam consuetudinis a Praesule Aloisio Ciacchi, qui Romam venerit sed domum apertam Pisauri habebat, decrevit s. Congregatio.«

Prorsus inutiliter recurrit ad exemplum adductum, quod antecessor parochus ruris decimas personales usque ad annum 1844 perceperit ex eadem familia. Nam id evenit ex conventione inter parochos civitatis et ruris éx quo unus ex familia M. ex uxoris obitu dolore percitus rure ultimo vitae suae annos transegit. Quae conventio ad hujus interitum pervenit.

Hinc, conclusit orator, ex his quae adduximus amplius dubitari nequit quod decimae personales nobilis familiae M. parocho Civitatis debeantur.

Post hoc Emis Patribus propositum fuit enodandum

D u b i u m:

An et ad quem spectet jus exigendi decimas personales a nobili familia M. in casu?

Sacra C. Congr. sub die 28. Julii 1877 respondere censuit:

Affirmative ad parochum s. Michaelis Archangeli, (nempe ad parochum civitatis)

Ex quibus colliges:

I. Decimas personales, ubi adhuc in usu sunt, ex jure communi solvi debere illi parochiae a qua ex obligatione sacramenta ecclesiastica caeteraque spiritualia administrantur.

II. Nam sicut parochus propria persona proprioque ministerio sacramenta et bona administrat spiritualia, sic convenit ut ille in cujus favore haec omnia fiunt solvat eidem parocho decimas de illis rebus quae propria persona proprioque ministerio acquisivit.

III. Ejusmodi decimas personales deberi proprio parocho, etsi parochianus absque animo tamen transfereudi domicilium extra illam paroeciam resideat quacumque de causa, ut puta sive animum recreandi vel aliqua uegotia perficiendi gratia.

IV. Duo requiri ad evincendam domicilii mutatiouem, idest factum et animum sive actualem e loco emigratiouem et animum non redeuudi; ita ut si alteruter desit domicilium immutatum fuisse dici uequit.

V. In themate nobilem familiam deserendo domicilium civitatis per anni partem quandoque etiam majorem id fecisse animum recreandi causa non animo idem linquendi domicilium.

VI. Nullum esse defiuitum tempus, utut longissimum, ex peritorum seutentia ad proprium verumque dictum domicilium acquirendum, quatenus vero voluutas desit in eodem loco perpetuo mauendi.

VII. Quando lis est inter ecclesias quoad decimas parochiales magni pouderis censendam esse loci cousuetudiuem; legitur euim in *cap. 20. ad apostolicae de decimis:* »quoniam a diversis cousuetudo tenetur, tu eligas in hoc casu quod per cousuetudinem diu obtentam ibidem noveris observatum.«

10) Jus parochi a familia exigendi, quae praedia in parochia possidet, sed extra dioecesim habitat.

Amerina.

In archivio episcopalis curiae Ameriuae liber existit, cui titulus: *Bona emphiteutica, census et canonos mensae episcopalis Amerinae ex vetusto codice fideliter exarata de mandato Illmi et Bmi DD. Torquati Perotti Episcopi Amerini 1637.* Ex loci usu et cousuetudiue haec decimarum ratio *due quarti di grano e due di biada*, ad quartam rubli vulgo *rubbio* partem pro utraque frugum specie redigitur: uomine autem *lavoreccio* tanta telluris quantitas intelligi solet, quanta binis iu anno bobus ad tritici sementem arari possit quaeque peritorum hominum judicio ad sex circiter terrae rubla pertingit. Hac nimirum methodo ab omnibus Attiliani agricolis frumeutarias decimas quae inter ejusdem loci Archipresbyterum et mensam episcopalem dividebantur a vetustissimis usque temporibus ad hujus saeculi initium fuisse constanter persolutas easdemque 24 numero colligi quotanuis consuevisse certum exploratum-

que est. Verbum deiude accedit, ut ex praediis, quae ab Attiliani indigenis antea colebantur eique decimarum oneri adamussim respoudebant, 50 circiter rubla in dominium familiae Lante trausierint ac 22 circiter rubla a Viucentio Sensimi empta fuerint. Quapropter eorum praediorum cultura Attilianeusibus adempta multis jam abhinc annis exerceri coepit tum a conductore bouorum familiae Lante tum ab haeredibus Vincentii Sensiui qui omnes etsi extra Amerinam dioecesim domesticos habeaut lares quotidie tamen suos Attilianum boves et villicos mittere atque ita impeusam coleudis agris operam navare non desieruut. Jam vero Attilianensium animarum curam gereute Antimo Antimi qui die 6. Maji 1801 archipresbyteratus possessionem adierat praefati agricolae coutendere exorsi suut, ejusmodi praedia ad uuum dumtaxat *Lavoreccio* atque unum hinc inde cultorem deveuisse: nec uisi unam idcirco decimam exigi utrinque posse: se autem omui prorsus decimarum onere esse eximeudos, quippe qui Attiliani nou degunt ac suas ipsi decimas in loco domicilii persolvuut. Sed hisce ratiouum momeutis 1823 miuime sibi acquiescendum censuit Pancratius Parca hodieruus archipresbyter adeoque etiam diem dixit in episcopali curia Amerina haeredibus Sensiuis et conductori bonorum familiae Laute, ut praescriptam decimarum quantitatem pro sua quisque parte solvere obstringerentur, quemadmodum Attilianenses aratro terram colentes jam inde a priscis temporibus solvere cousueverunt et nunc etiam nemine obsisteute solvere uon praetermittunt. Incassum tameu; nulla enim decimarum vis ad totum fere annum 1829 ab iis soluta fuit, quo anno Amerinus Episcopus Vincentius Macioti de tuendis ecclesiae suae juribus maxime sollicitus totam ea super re controversiam sapientissimo EE. VV. judicio dirimendam suppliciter postulavit.

Precibus eidem Antistiti ex more remissis idoneus duorum mensium terminus jamdiu mense Januario 1830 tum promotori fiscali tum conductori familiae Laute et haeredibus Sensini ad jura sua coram s. Congregatione deducenda rite praefixus est. Igitur confectam a promotore fiscale allegatiouem die 30. Martii ejusdem ad hunc s. Ordinem detulit Episcopus: at caeteri omnes quibuscum res agitur nihil unquam in tanto elapsi temporis spatio pro suae causae defensione exhibuerunt, licet jura partis adversae sibi jam iude a die 17. Martii 1830 communicari petierint.

Illud promotori fiscali exploratissimum est frumeutarias decimas tam a conductore bouorum familiae Lante quam ab haeredibus ac possessoribus bouorum Seusiui in oppido Attiliani solvendas esse, etsi eorum uemo intra Amerinae dioecesis fines domicilium habeat. Eteuim decimarum substautiam et veteri et in nova lege de jure semper divino habitam fuisse commemorat, quemadmodum ex ss. literis *in Levit. cap. 27.* et *Exod. cap. 22.* et ex ss. canonibus *in cap. Decimarum 1. de decimis* et in *cap. Ex transmissa 23. de dec.* tradit s. Congregatio *in Nucerina**) *Praecepti Paschalis et solutionis decimarum 23. Aprilis 1774. §: Haec.* Quapropter jus decimandi ex dispositione juris exortum et in Trid. synodo *sess. 23. cap. 12. de ref.* luculentissime expressum propugnat promotor fiscalis super omnibus praediis in paroeciae seu dioecesis districtu sitis exerceri posse, sive ea praedia possideantur ab iudigenis qui paroeciam aut dioecesim incolunt sive ab alienigenis, qui alibi morantur, ut *post text. in cap. Cum contingat* et in *cap. Cum 30. de dec.* docet *Fagnan. ibid. n. 21., Pirhing. in jus can. tit. de decim. 25., Rota in Corduben. Decimarum 25. Junii 1751 § 3. cor. Mulino* et *s. Congregatio in Fanen. Decimarum 30. Martii 1803 § Ex Allegationibus.* Re quidem vera etsi decimarum jus competat ecclesiis parochialibus ratione ministerii Sacramentorum, *Barbosa de offic. et pot. parochi part. 3. cap. 28. n. 2., Rota decis. 230. n. 6. pag. 17., s. Congreg. in Reatina Dismembrationis 19. Decb. 1818 §: Canonici*, nullum tamen dubium est, qui solvi debeant praediales existunt *cap.: Cum sint, cap. In tua de decim.* et *s. Congr. in Sarsinaten. Onerum 30. Julii 1774 §: Ad III.*; quamvis in alia paroecia sacramenta percipiantur, *Rot. dec. 48. n. 2. cor. Bichio* et *decis. 169. n. 4. part. 5. recent.* Nam illiusmodi decimae debentur ex praediorum fructibus, *Fagnan. in cap. Quoniam 13. de dec. n. 1. et seqq.* et in *cap. Cum contingat 14. eod. tit. n. 21.* ac *s. Congr. in Hortana Stipendii et liberationis a molestiis 29. Julii 1775 §: Maximopere;* adeoque onus reale est, quod praediorum possessores et cultores ubicumque sequitur, *cap. fin. §: Ceterorum de decim. in 6., Rot. cor. Ansaldo decis. 207.*

*) Vd. *p. 949.*

n. 16. Huc demum accedit, quod in synodo Amerinae dioecesis ab Episcopo Antonio Maria Gratiani condita 1595 haec legantur ad rem sancita *cap. 1038: Et quia compertum habemus quosdam spreto animae suae periculo, ut fraudem ecclesiis faciunt ac sua praedia a solutione decimarum eximant, alienae dioecesis homines ad ea colenda adducere eosque scissis aratro agris et jactis seminibus abscedere, nec inde nisi ad messem faciendam percipiendasque fruges redire atque ita subtrahere ecclesiae decimas conari, quasi solvere eas minus debeant propterea quod incolae dioecesis nostrae non sint: nos, ne hoc dolo ecclesiae jura minuantur et illorum ipsorum saluti consulatur, qui cupiditate lapsi animae suae labem non sentiunt, statuimus decimas pro hujus dioecesis consuetudine**) *ab omnibus oratoribus cultoribusque agrorum exsolvi debere, sive illi domicilium intra fines nostras habeant sive aliunde ad agros colendos adveniant; ut enim veteri canone cautum est, agrorum possessores etiam ecclesiasticis censuris adigendi debent, ut iis sua praedia colenda tradant a quibus ecclesia sine controversia ac mora exigere decimas possit.*

Hisce a promotore fiscali animadversis nullum sane esse potest perfuginm conductori bonorum familiae Lante, quod ipse non polleat omnimodo et absoluto eorum praediorum dominio, quae in Attiliani territorio sita sunt. Integrum enim decimarum onus etiam in conductores et emphiteutas refundi, qui integros percipiunt fructus docet *ad text. in cap. a Nobis 24. de decimis Pirrhing. in jus can. lib. 3. tit. 30. sect. 3. de dec.* § *1. n. 48.* et *Reiffenstuel eod. lib. et tit.* § *3. n. 38.*; atque hinc decimas rependendas esse a praediorum cultoribus, quamvis extra parochiam degentibus, sive fructus percipiant jure locationis sive coloniae sive alio quocumque titnlo saepius decrevit s. Congregatio, quia scilicet colonns et conductor pro domino possident cen in *Hortana Decimarum 13. Sept. 1738.*, in *Leopolien. Decimarum 7. Aprilis et 24. Novb. 1747* et in *Tudertina Decimarum 23. Augusti 1749 ad II. dub.*

Nec quidquam prodest conductori bonorum familiae Lante et haeredibus bonorum Sensini ad praescriptionem confugere, inquit promotor fiscalis, nt se vel quolibet decimarum onere eximendos esse contendant. Ut enim legitime praescribi possit adversus ecclesiam aliqua obligatio velnti jus decimandi praeter jnsti tituli probationem, quadragenarinm saltem temporis spatium reqniritur nullo contrario actu interruptum, *cap. De quarta* et *cap. Ad aures de praescript., Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 57. n. 18., Schmalzgrueber in jus eccl. lib. 3. part. 3.* § *3. n. 63., Rot. in recent. decis. 191. part. 19. decis. 142. n. 12. cor. Molines.* In themate, cum constet decimarum solutionem a praefatis haeredibus et conductore controverti primum cepisse sub Antimo Antimi Archipresbytero, qui ineunte hoc seculo parochi munns susceperat, certe ad diem usque hodiernae litis nonnisi 29 annorum lapens obtendi posset pro decimarum exemptione, imo vero duorum fere et viginti ad summnm, quoniam ea de re praescriptio si qnae nnquam inceperat per judicialem interpellationem Archipresbyteri Pancratii Parca 1823 interrupta fuisse dicenda est, *ad trad. per Card. de Luca de judic. disc. 7. n. 8., Reiffenst. lib. 2. decret. tit. 3. n. 109., Rot. cor. Emerix decis. 1170. n. 5.* atque omnes propterea sublata etiam bona fides ad praescribendnm necessaria, *ex cap. 5. et fin. de praescript., Reg. 4. jur. in 6.* et s. Congr. *in Nursina Legati pii 26. Januarii 1828.* §: *Haec.*

Quae cum ita se habeant eo demum se vertit promotor fiscalis, nt tueatur conductorum bonorum familiae Lante et haeredes ac possessores bonorum Sensini obstringendos esse in Attiliani territorio ad decimarum solutionem eo etiam modo et quantitate explendam, quae ex veteri illo Amerinae curiae libro depromitur, nimirum Attiliano: *Ogni oratro paga due quarti di grano e due di biada ..... un aratro s'untenda ancora un lavoreccio.* Evincit enim satis multis testibus, legitimam pro ejusmodi decimarum ratione stare observantiam et consuetudinem, cui potissimum in re, de qua agitur, adhaerendnm esse *ex text. in cap. 18. Cum sint* et in *cap. 20. de decim.* perpendit s. Congregatio *in cit. Sarsinaten. Onerum 30. Julii 1774.* § *ad III.* et in *Gallien. Decimarum et funerum 25. Januarii 1802.* §: *Parochianorum.* Haec autem de decimarum modo in oppido Attiliani consuetudo et observantia eo certe pluris in themate habenda videtur, quod eam non modo quadragenariam esse patet, quae etiam sufficeret, ut animadvertit *Petr. ad Const. Paschalis II. sect. 5. n. 26.* et *s. Congr. in Pisauren. Decimarum*

*) Vd. *supra n. 2. p. 921.*

3. Martii 1792. §: *Respicit.*, sed fere omnino immemorabilem, utpote quae ab anno 1637 inviolabiliter ac sine ullius dissensn ad haec usque tempora viguisse perhibetur ab omnibus parochis, qnibus varia Amerinae Sedis loca subjiciuntur. Quaeritur igitur promotor fiscalis conductorem bonorum familiae Lante et haeredes Sensini non ita multis abhinc annis primos extitisse, qui ejusmodi decimarum solutione perfungi detrectaverint adversus decretum Trid. synodi *sess. 25. cap. 12. de ref., quo dicuntur ferendi non esse, qui variis artibus ecclesiis decimas subtrahere moliuntur ..... cum decimarum solutio debita sit Deo; adeoque jubentur omnes cujuscumque gradus et conditionis sint ad quos decimarum solutio spectat, ut eas ad quas de jure tenentur inposterum Cathedrali aut quibuscumque aliis ecclesiis vel personis, quibus legitime debentur, integra persolvant; qui vero eas aut subtrahunt aut impediunt, excommunicentur nec ab hoc crimine nisi plena restitutione secuta absolvantur.* Porro absnrdissimum esse ait promotor fiscalis, quod ab adversariis contenditur se scilicet ad unam tantum decimam posse hinc inde obstringi, quum ea omnia praedia qnibus ipsi colendis operam navant ad unum solummodo *lavoreccio* utrinque devenisse arbitrentur. Si enim vera sit isthaec ratiocinandi species, jam illud fieri aliquando facile posset, ut omnibus Attiliani praediis a praedivite quodam viro coemptis una tantum decima universi territorii cnltura ecclesiae obveniret.

Concludit igitur promotor fiscalis, praediales decimas a conductore bonorum familiae et ab haeredibus Sensini in Attiliani territorio ad tramites dioecesani statuti atque consuetudinis esse solvendas. Quum pro quolibet *lavoreccio* idest pro singulis sex terrae rublis ad tritici sementem excultis repetendi debeant *due quarti di biada, e due di grano*, quae nnam constituunt decimam, hinc, dum a conductore bonorum familiae Lante quotannis quinquaginta rubla et ab haeredibus Sensini 22 excoluntur, satis liquet, 8 ac fere 9 ab iis decimas, 3 autem et prope 4 ab his persolvi oportere. Verumtamen, ut omnis lucri suspicio ab ecclesia avertatur, hujusmodi controversiam mitius conciliandam proponit promotor fiscalis.

Sit itaque

Dubium:

An, quomodo et a quo tempore conductores bonorum familiae Lante et haeredes Sensini solvere decimas teneantur in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad formam voti promotoris fiscalis a die ultimae solutionis.

Die 23. Apr. 1831.

11) Jus parochi ab iis exigendi qui domicilium habent principale in parochia.

Vd. p. 943. n. 9.

Nucerina.

Si quis non mntato domicilio extra suam parochiam laboret, negotietur aut aliquid aliud agat, etiam per magnam anni partem, tenetnr nihilominus decimas persolvere parocho illius ecclesiae, intra cujus ambitum domicilium retinet, quia ibi de jure percipere deberet Sacramenta et Divina audire, licet per accidens ratione absentiae alibi utrumque adimpleat, *Pirhingh. in jus canon. lib. 3. tit. 3. n. 84.* Quando autem quis sub duabus parochiis domicilinm habet, tunc si unum sit principale et aliorum accessorium, personales decimae priori parocho sunt solvendae. At decimae praediales cum inhaereant ipsis praediis frugiferis debentur parocho intra cujns parochiam prata sunt sita, nec attendi debet, an praedii possessor sit necne ecclesiae snbditus et parochianus, *Abb. in cap. Cum sint de decimis n. 6.* Denique notandnm, qnod in synodo Nucerina 1678 cap. 31. *de decimis* sancitum fuit: *Decimae solvantur parocho a quo recipiuntur Sacramenta vel Divina audiuntur, etiam per forenses in ejus parochia habitantes et familiam constituentes per annum vel majorem anni partem et per aequaliter in duabus parochiis habitantes et Divina audientes aequaliter dividantur. Ubi vero viget consuetudo solvendi decimas ultra praedictas etiam in parochia, in qua quis habet originem vel domicilium, etiam haereditatem vel bona quomodocumque quaesita, quamvis sine habitatione illa, omnino servetur.*

Die 23. Apr. 1774.

12) Jus parochi non est exigendi ab iis qui dismembrantur a parochia et dioecesi.

Vd. n. 2. p. 921.

Parochus ecclesiae s. Martini dioecesis M. die 15. Martii 1873 supplici dato libello sequentia exposnit S. C. Congregationi:

»Antequam instrueretur dioecesis M. in finibus Hetruriae, Episcopi Limitrophi F. F. et B. suam jurisdictionem extendebant etiam in propinquam partem Hetruriae ibique multas habebant paroecias. Paroecia Archipresbyteralis et matrix s. Martini sita in Hetruria suberat tunc temporis Episcopo B. habebatque quasdam paroecias filiales a se aliquo modo dependentes inter quas duae sitae erant in finibus ecclesiasticae ditionis, quibus nomen Collis A. et Mons M. cum jure percipiendi ab hisce paroeciis annuas decimas, quo jure ab immemorabili gaudebat et fruebatur. Verum erecta nova dioecesi M. paroeciae hetruscae distractae sunt a supradictis et omnes Episcopo M. cesserunt. Hinc factum est ut Hetrusca Archipresbyteralis s. Martini ab episcopali B. jurisdictione transierit ad Episcopum M., duae vero paroeciae Collis A. et Montis M. positae in ditione pontificia Episcopo B. remanserint: quapropter ecclesia s. Martini duas filiales suae paroeciae amisit. Cum autem ventum est ad requisitionem decimarum duae paroeciae Collis A. et Montis M. abnuerunt eas solvere nt in antecessum Archipresbytero s. Martini ea ductae ratione quod ecclesia s. Martini non amplius earum Matrix esset et proinde evanuerit titulus propter quem decimas recipiendi ab eis jam habebat. Archipresbyter aegre tulit privationem istam nec adductae rationi acquievit, recursum habuit ad Curiam episcopalem C. a qua nondum decisiva responsio prodiit. Non modicum interim tempus defluxit, ex quo hae controversiae coeperunt et diutius expectare orator sibi obesse duxit et proinde ad s. Concilii Congregationem recurrit pro solutione.«

Praemonitum fuit extra controversiam fuisse, quod parochus s. Martini antequam dioecesis M. jussu Pontificis erigeretur in pacifica possessione constitnebatur ab immemorabili tempore percipiendi decimas a paroeciis Collis A. et Montis M. Quod liquido constat ex literis ejusdem Ordinarii ad S. C. Congr. transmissis pro informatione. Quapropter totam quaestionem positam fuisse in hoc utrum nempe Pontificis dispositio, qua nimirum paroecia s. Martini dioecesi M., paroeciae vero Collis A. et Montis M. dioecesi B. adjectae fuerunt, id efficere potuerit, nt parochus s. Martini suum jus decimandi super duas paroecias praefatas amiserit necne.

Dispositionem Summi Pontificis de qua sermo est haud sustulisse ejusmodi jus dubitari nequit. Nam ut quis exturbari valeat ex antiquissima et pacifica sui juris possessione, necesse est nt Pontifex Maximus de plenitudine potestatis huic juri expresse deroget vel ut novus rerum ordo ex Principis dispositione inductus ejus generis naturaeque sit, nt ex se et ex intrinseca vi et ratione jus illud tamquam incompassibile cum novo rerum statn excludat. Atqui neutrum in themate dici posse videtur. Etenim, quod attinet primum caput, licet Pontifex pro suprema qua insignitur potestate jus tertio quaesitum adimere possit attamen supponi non debet (et hoc solemne in jure principium est) quod jus istud eripere velit nisi expresse et formiter hoc declaret. Ita in *cap. Pastorali 19. de privil. et can. de eccles. 25. q. 2. et can. Nunc vero 9. q. 3.* Et regula Cancellariae 18. de non tollendo jus quaesitum.*) Ita etiam Fagnan. ad *cap. Ceterum de rescriptis* et de Rubeis *decis. 217. p. IX. tom 1. rec.* ait: hinc est quod sacrosanctum atque inviolabile est hoc juris axioma, quod numquam in dubio praesumendum est, Priucipem in alterius damnum vel praejudicium disponere voluisse.« Atqni in apostolicis literis erectionis novae dioecesis nullum omnino verbum occnrrit, quo praefato decimandi juri derogetur; ergo supponi neque potest neqne debet quod jus illud parocho s. Martini ereptum fuerit sed potius tenendum esse videtur illud religiosse fuisse servatum.

Quod Pontificis dispositio, qua ecclesia s. Martini nni dioecesi, aliae vero duae ecclesiae filiales alteri dioecesi adjudicatae fuerunt, natura sua secumferat decimarum amissionem ex parte ipsius parochi s. Martini dici nequit. Etenim nulla inprimis assignari potest juridica repugnantia, quod praefata ecclesia etsi inpraesentiarum ad dioecesim M. pertineat decimas colligere nequeat, uti anteacto tempore super suis ecclesiis filialibus Collis A. et Montis M. quae modo ad dioecesim B. spectant. Revera non adest repugnantia ex parte duarum ecclesiarum filialium. Siquidem decimarum praestatio nihil aliud est in themate, quam onus seu debitum ipsis inhaerens ab immemorabili tempore. Atqui donec ecclesia s. Martini jure existat, nulla ratio suppetere videtur, qua debitrices ecclesiae ab onere praestando eximi possint. Neque ulla apparet repugnantia ex parte ecclesiae s. Martini: ipsa enim ex nova rerum dispositione indolem suam ac naturam minime mutavit; nullis ex sua parte conditionibus defecit ac proinde non solum nulla invenitur repugnantia sed imo stricta obligatio adesse videtur ex parte ecclesiarum filialium decimas sicut in antecessum eidem persolvendi.

*) Vd. *t. II. p. 822.*

Neque dici potest quod limites territorii seu dioecesis fuerint mutati ideoque incongruum esse quod ecclesiae unius dioecesis decimas colligant super ecclesiis alterius dioecesis. Inprimis enim perpendi potest quod jura et obligationes a materialibus territorii confiniis minime dependeant neque debitor ab onere solvendi relevetur hac unica tantum de causa, quia creditor ad aliud transierit territorium. Deinde sicut in jure nulla repugnantia adesse videtur, quod rector unius paroeciae ideoque unius distincti et separati territorii, si adsit legitima consuetudo, decimare valeat super fundis alterius paroeciae, idest alterius separati territorii, ita non videtur ulla adesse in eo repugnantia, quod aliquis parochus in antiquissima possessione constitutus extra fines suae dioecesis decimas colligere valeat.

Et revera in casu nostro minime de decimis praedialibus res est, quas de jure communi quisque tenetur solvere parocho proprio a quo recipit sacramenta et alia divina, etiamsi lucrum ex sua industria alibi faciat. Abbas in *C. ad apostolicae 20. de decimis num. 1.* et ibi Barbosa, Pirhing. *de decimis num. 84.*, Reiffenstuel lib. III. *decret. tit. XXX.* de decimis § V. num. 99.: verum in themate agi potius videtur de illis decimis, quae praediales*) apud doctores audiunt; siquidem Archipresbyter s. Martini ab agrorum possessoribus duarum paroeciarum Collis A. et Montis M. nonnullas frumenti mensuras in singulos annos percipere solebat, ut patet ex inventario anno 1677 confecto. Atqui licet principium omnibus notissimum sit, quod decimae praediales illico parocho de *jure communi* debeantur intra cujus paroeciam agri reperiuntur, *arg. L. Forum 4. ff. de cens. et c. de terris 6. de decimis*, attamen ut notant unanimiter doctores innixi *Capite Cum sint 18. de decimis* et *cap. ad apostolicae 20. de decimis*, si mos invaluit, quod parochiani non alieno. sed proprio suo parocho solvant decimas etiam de agris et fundis in aliena parochia sitis, eidem standum est. Hoc idem apertissime ostendere videtur nullo pacto sacros Canones prohibere, quominus justa intercedente causa unus parochus decimas percipiat ex fundis alterius paroeciae ideoque extra suum territorium easdem colligat. Ita etiam quando parochia aliqua dismembratur et erigitur nova decimae praediales ad parochiam matricem pertinentes non transeunt ipso jure in parochialem ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud parochiam matricem, nisi eas Episcopus novo parocho ad praescriptum C. Tridentini assignaverit: sic expresse *S. C. C. 11. Martii 1617, Fagnan. lib. 3. decret. in cap. Cum contingat 29. de decimis a num. 42., Barbos. de offic. et potest. parochi cap. 28. § 2. num. 19., Reiffenst. lib. 3. decret. tit. 30. num. 104. adducta auctoritate Conc. Trident. sess. 21. cap. 4. de reformat.* Jam vero etiam ex hoc principio eruitur quod parochus ecclesiae matricis ex justo quodam titulo praeditus decimare possit super fundis paroeciae noviter erectae, etiamsi ut quisque facile intelligit paroecia ista noviter erecta plene diversum et distinctum territorium constituat.

Attamen externa haec exempla prorsus inutilia videntur dum praesens ipsa controversia luculentissimum hac de re exemplum suppeditet. Etenim parochus s. Martini jam ab antiquissimis temporibus et hoc ab ipsis adversariis facile conceditur decimas colligere consuevit super fundis duarum paroeciarum Collis A. et Montis M. et proinde facto suo aperte ostendit territorii limites impedimento non esse, quominus jure aliquo legitime acquisito frui possit ac valeat.

Videtur etiam haud longe diversum dici posse casum, quando agitur de separatis dioecesium confiniis, ita ut parochus nedum suae paroeciae sed etiam suae dioecesis fines supergredi debeat ad hoc nt decimas colligat. Posito enim semel principio, quod diversitas territorii minime decimarum jus et exationem impediat, ratio non apparet, qua quis decimare queat extra fines suae paroeciae, minime

*) *Decimae sunt res quae ecclesiarum ministris ratione ministerii Sacramentorum persolvuntur.* Decimae aliae sunt praediales seu reales, aliae vero personales. Praediales seu reales colliguntur ex praediorum fructibus; personales vero ex lucro vel ex industria personae comparantur. Decimae de quibus hic verbum fit haud videntur de illis esse quae parocho rependi debent ratione sacramentorum administratorum; sed de illis quae praediales tantum vocantur et alio de titulo debentur, ut puta in recognitionem superioritatis. (Vd. *p. 928. n. 3.*)

vero hoc idem possit extra fines suae dioecesis.

Unica difficultas fortasse desumi posset ex *cap. 18. de decimis*, ubi Pontifex ait: »Cum sint homines in parochia nnius ecclesiae, sicnt asserit, qui terras in alia parochia alterius excolunt, tua discretio uos consuluit, cui ecclesiae de terris illis decimas solvere debeant, an ei in cnjus parochia sunt constituti, an illi in qna Divina audinnt et ecclesiastica alia percipiunt sacramenta. Saue cum hnjusmodi quaestio temporibus praedecessorum nostrorum saepius mota fuerit, nec ab aliquo terminata alins intuitu territorii aliis personarum obtentu asserentibus debere persolvi, non est nobis facile snper hoc certum dare responsum, cum anctoritates Sanctorum Patrum etiam sint diversae et ideo in hujusmodi dubitatioue ad consuetudinem*) duximns recurrendum et attendendum etiam an illae ecclesiae in uno sint vel in diversis Episcopatibus constitutae. Quia difficile nimis videtur ut nna ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Episcopatnm fines confundi non immerito videantur.«

Hujusmodi caput vero haud obstare jnri ecclesiae s. Martiui visum est. Primo enim species quam ibi respicit Pontifex multnm a praesenti diversa est, ut ab ipsa lectione patet. Deinde quaestionem suo jndicio subjectam minime resolvit Alexander III., quia nimirum Patres et praedecessores hac super re in varias abiverant sententias; et tantummodo consuetudinem attendeudam esse statuit. Insuper et hoc probe notandum esse videtur supremum Legislatorem ad casum, qui dubius sit, respondere; minime vero praejudicium inferre intendisse juri certissimo et ab antiqnissimo tempore tertio acqnisito, quemadmodum se habet in casu, (ipsis adversariis fatentibus) jus decimandi, quo ecclesia s. Martini ab aevo immemorabili pacifice potitur. Caeterum hoc ipso quod Pontifex asserit difficile videri ut una ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas possibilitatem tamen minime excludit; jamvero si possibilitas ista ad actum aliquando traduci potest, tunc profecto traduci debebit, cum alicui antiquissimum et legitimum jus prout in casu suffragari videtur.

Quum Episcopus B. nonnulla praemisisset qnoad rei historiam contra praedicti parochi jus ea quae sequuntur retulit.

Inprimis censuit quaestionis nncleum iu eo positnm fuisse uempe, an ecclesia s. Martini sub ditione alterius dioecesis transacta servet jus quoad recognitiones in paroecias jurisdictioni alterius Ordinarii subjectas.

Hoc posito haud sibi visum fuit applicari potnisse iu themate maximam a doctoribus admissam, quod uempe ecclesia matrix geueraliter loquendo jus decimaudi servet in filialium ecclesiarum territorio. Hic enim probatnm haud fuit, agi de vera matrice; quinimo ejusmodi conceptum excludi posse videtur. Dato etiam quod illius ecclesiae matricitas erga alias praedictas evinci potnisset, hand introspici datum est quomodo doctorum maxima applicari posset. Ista enim casum supponit, quod tum matrix tum filiales sub una eademque maneaut jurisdictione et hypothese fulcitur, quod matrix in filialium territorio partem retineat jurium autiquorum necuon aliquas superioritatis reliquias, nti signum ordinariae pleuaeque jurisdictionis quam super illas habuerat. Quod quisquis conspicit omnino repuguare, qnum agatur de paroeciis diversae jurisdictioni dioecesauae subjectis; nam territorii dioecesani separatio omnia rumpit vicissitudinis vincula omnemque tollit superioritatis et snbjectionis ideam qnoad parochos unius dioecesis erga alios parochos alterius. Idque eo magis evenire debere qunm res sit de honorificis praelationibns ant de sacramentorum admiuistratioue.

Ex eo quod s. Martini parochus hand repererit in Bulla dismembrationis et erectionis dioecesis M. ullam derogationem singularum ecclesiarum juribus et privilegiis, colligere putavit iutegra permansisse suae ecclesiae jura decimandi in paroeciis dioecesis B.

Quod autumaus clare eviucit haud pensitasse oppositionem juris canonici quoad hauc speciem; sicnti in cap. 18. de decimis legere est: »*difficile nimis videtur ut una ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas*« neque advertisse quod in ejusmodi territoriorum dismembratione quae suapte natura praejudicat inntile sit clausulam appouere »*sine praejudicio juris tertii*« ideoque nil deducere fas sit ab ejusdem clausulae defectu. Quinimo si clausula praeservativa *sine praejudicio juris tertii* etiam expressa fuisset nullam exerceret vim.

*) Vd. *p. 921. n. 2.*

Neque immemorialem praescriptionem invocare licet, quia praescriptio isthaec parocho s. Martini favorabilis incipere nequivit nisi post annum 1850. Attamen post hujusmodi status immutatiouem inutile fit praescriptionem iuvocare quae impleta est variis sub conditionibus juxta maximum: »*consuetudo etsi praescripta non trahitur de casu ad casum.*« (Vd. *p. 744. n. 12.*)

Episcopus M. convenit iu his qnae Ordinarius B. detulit et adjuuxit Archipresbyterum s. Martini ante erectionem dioecesis M. percepisse semper ab immemorabile tempore decimas a familiis comprehensis parochis duarum paroeciarum Collis A. et Montis M. Verum censuit magis expedire ad lites praecavendas, ut Archipresbyter s. Martini iuposterum abstineret ab hoc jure exercendo; multo magis, quia satis piugui gaudet beneficio.

His aliisque praemissis EE. Cardinalium prudentiae et judicio suppositum fuit dirimendum sequens

D u b i u m:

An constet de bono jure Oratoris in casu?

Sacra Concilii Congregatio die 5. Februarii 1876 causa cognita respondere putavit:

Negative et amplius.

Exinde colliges:

I. Decimas ex jure integre solvendas esse quibuscumque ecclesiis, quibus debeutur a qualibet persona ad quam solutio decimarum spectet,

II. Ita ut solvere renuentes aut impedientes quominus decimae ab aliis solvantur, ex Trideutino *sess. 25. cap. 12. de ref.* excommunicatione plectantur*) nec absolvi queant ab hoc crimine nisi plena restitutione sequuta.

III. Teneri parochianos solvere decimas proprio parocho propter Sacramentorum administrationem; vel etiam parocho alieno dummodo isti debeautur sive per privilegium sive per immemorabilem consnetudinem.

IV. Ecclesias filiales teneri ad praestandas decimas erga ecclesiam matricem; quoties ista in territorio filialium saltem retineat jurium antiquorum partem (nti signum suae pleuae jurisdictionis) et sive per privileginm sive per immemorabilem consuetudinem jus decimandi retineat snper ejusmodi ecclesias.

V. Requiri tamen Matricem et filiales subjectas esse eidem auctoritati episcopali sive contineri intra limites unius et ejusdem dioecesis ut Matrix jure potiatnr decimandi erga filiales ecclesias, quamvis de caetero jus illud certum et antiquissimum sit.

VI. Diversitatem dioecesium omnia vicissitudinis viucula abrumpere videri omnemque adimere tum superioritatis tum subjectionis ideam quoad parochos unius dioecesis erga parochos dioecesis alterius.

VII. Proindeque nemini ex ecclesiasticis esse posse decimandi jus snper ecclesiasticos alterius dioecesis; »*quia difficile nimis videtur ut una ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Episcopatuum fines confundi non immerito videantur.*«

12) Liquidationis modus.

Quae causa pluries coram s. Congregatione Concilii proposita fnerat ac ita absoluta videbatur per responsa edita in plenis comitiis dierum 12. Decembris 1874 et 2. Septembris 1876, ut quaevis via novis quaestionibus esset praeclusa; ea triplici ex capite super liquidatione ad trutinam rediit. *(Hanc causam vd. p. 921.* §: *Anno* etc.)

*) Sacra Congregatio Concilii in Ariminen. 8. Junii 1676 censuit eos qui decimas subtrahunt et in rem suam vertunt aut impediunt quominus ecclesiis vel personis quibus legitime debentur integre persolvantur non esse ipso jure excommunicatos, sed excommunicandos (praevia monitione) eorumque absolutionem non esse Apostolicae Sedi reservatam sed, plena restitutione secuta, spectare ad Ordinarium, qui excommunicationis sententiam tulerit.

Parochiani et omnes qui decimas rependere debent, per privilegium a competenti auctoritate concessum, eximi aliquando possunt a solutione decimarum. Ast consuetudo contraria habetne vim et efficaciam ad eximendos parochianos a solutione decimarum? Scitum est enim consuetudinem habere vim legis humanae juxta *l. 2. C. quae sit longa consuet. cap. consuetudo 1. dist.*

Cum distinctione respondendum esse putarem huic dubio: distinguendo nempe *consuetudinem* quae ita aufert decimas ab ipso parocho, ut illi congrua sustentatio non remaneat, a *consuetudine*, qua adhuc relinquitur Parocho congrua sustentatio. In primo casu nil valere consuetudinem crederem: eo quod offendat jus divinum et naturale: utrumque jubens rependendum esse stipendium illis qui divini cultus administrationem peragunt, neque rationabilis potest esse consuetudo isthaec. In secundo vero casu, manente nempe congrua sustentatione, consuetudinem valere putarem, eo quod tunc solum maneat obligatio juris humani, contra quod consuetudo operari potest, dummodo rationabilis sit.

Per resolutionem diei 12. Decembris 1874 constitutum fuerat Plebano S. competere utique jus decimandi in fundis familiae N. sed quoniam familia N. acriter contendebat, se gravissimis impensis et novis culturae operibus inertes agros frugiferos reddidisse eosque ob novalia decimae rependendae oneri esse subtrahendos s. Congregatio limitationem adjecerat: *et quoad quantitatem quousque perduret actualis cultura vineae loco vigesimae partis debeatur parocho trigesima.*

Jus trigesimae partis exigendae ad omnes familiae N. fundos extendere exoptaverat parochus S. ideoque etiam ad praedium pro quo annuam certam pecuniae quantitatem titulo decimae ei solvebat familia N. et hac super re nova exarserat quaestio ad s. Congregationem dirimendam delata. Insuper difficile admodum esse in casu viderat s. Congregatio decimae solutionem fieri in natura; et decimas in pecunia numerata rependi jusserat ac pro quantitate statuenda Ordinarium delegaverat. Itaque rescripserat ultimo loco sub die 2. Septembris 1876: *resolutionem datam die 12. Decembris 1874 non affecisse neque afficere praedium seu partem praedii pro quo certa quantitas pecuniae in scutatis 2,30 annuis titulo decimae rependitur. In reliquo vero praedio seu in reliqua parte praedii, praeter mensuram tabularum 37,87 in quibus recenter vinea consita fuit, salvum esse parocho jus decimandi fructus quoad quantitatem et qualitatem, servata veteri consuetudine. Ceterum Ordinarius rem componat quoad vineam tabularum 37,87 constituta annua certa quantitate pecuniae loco praestationis in natura.*

Huic resolutioni obsequentes convenerant coram Ordinario partes contendentes ut summam annuatim rependendam determinaret: et jam eo pervenerant ut utrinque in annuis libellis centum decimae quantitatem constituerent, cum duplici ex capite acrior exorta lis est, alterum circa epocham a qua trigesimae solutio incipere deberet, alterum circa expensas judicii. Siquidem contendebat Plebanus S. trigesimam sibi deberi a die editae resolutionis tantum et ante sibi jus competere ad decimam exigendam in vigesima parte fructuum necnon ad expensarum refectionem. Hanc ob novam contentionem se pro quantitate decimae in annuis libellis centum constituenda coram Episcopo consensisse inficiabatur. Excipiebat familia N. a die instituti judicii idest ab anno 1868 se loco vigesimae trigesimam parocho debere in annuis libellis centum juxta conventionem et nihil pro expensis esse solvendum ad praxim s. Congregationis Concilii. Itaque instauratum est triplici ex capite certamen:

1. Super quantitate pecuniae annuae rependendae pro trigesima.

2. Super epocha a qua hujusmodi solutio initium sumere deberet.

3. Super expensis judicii.

In primo capite Plebanus ajebat, culpae familiae N. esse adscribendum quod decimae quantitas determinari nequiverit. Se omnia expertum fuisse media quae ad rem apta censuerat. Etenim ad decimae quantitatem constituendam opus esse plene cognoscere qui fructus ex praediis familiae N. decimae subjectis colligantur et ad hoc tria media se proposuisse: vel quod familia N. notulas reddituum vineae exhiberet vel quod libros administrationis offerret vel quod rei peritus mediam fructuum vineae ab anno 1868 ad 1874 indicaret. Jamvero nihil hujusmodi praestitisse familiam N.: nam quae praestitit ita esse manca atque inordinata, ut impossibile sit aliquid certi inde eruere. Exinde factum esse, ut datis innixus quae publica vox et opinio ferebat ipse ad ecclesiae jura tutanda minimam libellarum 400 pro quolibet anno summam petierit.

Secundam quaestionem pertractabat recolens s. Concilii Congregationem plebani jus exigendi decimas admisisse et quidem ad rationem vigesimae. Proposito namque dubio: *an et quomodo Plebano S. jus competat decimandi vinum in casu?* responsum fuisse in Congregatione diei 12. Decembris 1872: — *affirmative juxta vigesimam partem redditum.* Et licet ob novam audientiam a familia N. impetratam in generalibus comitiis diei 12. Decembris 1874 decimae quantitas ad trigesimam partem cohibita fuerit, tamen hanc resolutionem nonnisi ad concordiam inter partes conciliandam locum habuisse, quia responsum fuit complementum praecedentis resolutionis diei 12. Septembris 1872, qua rescriptum est: *placere de concordia.* Igitur cum concordia conventio sit, planum esse concordiam ab ipso S. O. indictam futurum tempus non praeteritum respicere posse, quia conventio futurum respicit non anteactum tempus, nisi de anteacto expresse cautum fuerit.

Nec esse objiciendum in themate quod S. O. responsum pro vera sententia habendum sit: non enim agi de sententia elicita in judicio stricti juris, sed de vera amicabili concordia: ideoque firmum manere decimas ab anno 1868 ad integrum 1874 ad rationem vigesimae esse adhuc solvendas.

Tertiam quaestionem absolvebat ex canone jurisprudentiae notissimo quod habet: expensas in judicio ab eo esse reficiendas qui victus ab arena discessit. Familiam N. omne jus Plebani ad decimas adversatam fuisse, e contra s. Congregationem jus decimandi Plebani firmum immotumque habuisse ac propterea in vado esse cladem a familia N. in judicio perpessam.

Neque praesidium ex eo esse captandum quod coram s. Congregatione nonnisi in casibus expressis expensarum refectio admittatur: etenim cum ad familiae N. importunitatem, quae ipsum inficiabatur jus decimandi, tribuendum sit quod lis fuerit agitata, applicandam esse in casu regulam Gregorii IX. traditam in cap. I. de plus petitionibus quae habet: — *Punitur importunitas plus petitionum si super petitione sua duxerint in judicio persistendum, ita ut qui repetunt amplius sine causa in expensis adversario condemnentur.*

Haec primae quaestioni respondebat circa quantitatem canonis in futurum solvendi, nullum amplius dubium oriri posse. Teste enim Episcopo A. partes in hoc tandem consensisse, ut »confirmato canone scutor. 230 pro parte praediorum, quam resolutio diei 12. Decembris non afficiebat, pro reliqua vineae parte in annuum canonem libellarum centum convenerint loco praestationis in natura.« Hujus quidem summae aequitatem ex ipsa hauriri Plebani confessione ad Episcopum scribentis: »Media decimae a familia N. rependendae prouti in congressibus coram E. V. habitis statutum est ad annuas libellas centum evehi poterit.« Eo vel magis hanc summam aequam esse ex facto ipsius Plebani qui sub die 28. Septembris 1868 petiit cados vini numero 21 pro decima in vigesima parte. Atqui ex tabulis publicae annonae erui pretium vini per decennium 1865—74 fuisse libellarum 4,15, unde pretium cadorum 21 non excederet libellas 100,80. Quod si ratione vigesimae in dicta summa decima computanda foret, potiore ratione dicendum esse conventam summam annuarum libellarum centum plus aequo continere, postquam S. C. decrevit pro decima trigesimam esse solvendam.

Responsum S. C. non modo futurum sed et anteactum tempus respicere haud esse ambigendum, si lata sententia suum sortiri debeat effectum a tempore introducti judicii. Exploratissimum enim esse in jure judicum sententias novum rerum statum non efformare sed qualis sit declarare; easque retrotrahi ad diem introductionis judicii. Ita *s. Rota Romana in decis. 672. coram Marini num. 5:* — *Cum itaque ex hactenus animadversis luculentissime appareat usque ab anno 1726 Collegiatas Amandulensem et Montis Florum ad causam fuisse admissas litemque contestasse cum Capitulo Murrivallium sua sponte sequebatur resolutionem seu sententiam quae anno 1732 lata est a s. Rituum Congregatione quoad praefatas omnes Collegiatas ad diem petitionis ipso juris ministerio esse retrotrahendum ad textum in leg. 18. ff. de rei vindicat. et leg. 15. ff. de donat.* Atqui in facto esse sententiam a s. Ordine latam, quae in rem judicatam abivit per adjectam clausulam *et amplius*, materiam respexisse litis contestatae anno 1868. Ergo ad annum 1868 S. O. remjudicatam esse retrotrahendam.

Quae Plebanus oggerit de concordia ab Eminentissimis Patribus proposita in Congregatione diei 14. Septembris 1874, nihil ad rem facere. Siquidem inficiari neminem posse rem in judicium deductam fuisse quantitatem decimae rependendae: cum ipsa familia N. anno 1868 a S. C. postulaverit: »antequam proxima anni currentis 1868 fructuum collectio adveniat decernere dignentur EE. VV., an et in qua quantitate decimandi jus Plebano competat.« Hanc in trigesima constituisse s. Congregationem in resolutione diei 12. Decembris 1874 quae veram sententiam continet. Etenim causam ad s. Ordinis judicium iterum deferre opus fuisse, quia concordiam cum Plebano inire impossibile evaderat et idcirco rem ad juris tramites s. Ordinem definivisse.

Quoad tertiam quaestionem circa expensas ajebat: frustra Plebanum asserere sententiam unice sibi favere; etenim meritum causae unice constitisse in decimarum deminutione, quam Plebanus concedere nolebat et familia N. instanter petebat. Hanc se consequutam esse maxima ex parte, ita ut ad summum locus fieret expensarum com-

pensationi. Verum coram sacris Congregationibus locum nunquam esse refectioni expensarum. Quod attinet s. Congregationem Concilii id moneri in causa *Romana Legati pii super expensis diei 16. Junii 1827: Cum enim illud receptum sit in causis quae apud sacrum hunc Ordinem agitantur, ut litis expensae a temere ligitantibus refici non debeant, ut probant patula exempla in Derthonen. 6. Julii 1726.*

Quidquid tandem sit de causis remotiori tempore actis, jus quo hodie vivimus haberi in *Regula observanda in causis quae coram s. Congregatione Concilii juris ordine servato proponuntur* edita anno 1847 die 27. Septembris, qua sub § 24.*) statutum est: »In casibus de quibus sermo est a § 14 et 22, (quae sunt *contumacia et restitutio in integrum*) et in aliis in quibus juxta s. Congregationis decreta expensarum refectio locum habet (idest in causis *matrimonii*, *alimentorum*, *attentatorum et spolii*) pars victrix Rmo Secretario notulam exhibebit ut eam approbet atque ad legum vigentium normam opportuno mandato muniat.« Casibus hisce exceptis nunquam neque a temere litigantibus expensas refici.

Hisce utrinque disputatis Emis Patribus propositum est dirimendum

Dubium:

An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. Congregatio die 28. Martii 1878 respondendum censuit:

In decisis pro responsione annua libellarum centum a die motae litis, exclusa qualibet taxatione expensarum.

Ex his colliges:

I. Conventiones verbis tantum initas jure ecclesiastico esse servandas.

II. Conventionem verbis initam haud esse revocandam, si coram Ordinario ad compositionem curandam delegato, ipso testante Ordinario, locum habuerit.

III. Eo fortius hujusmodi conventione teneri contrahentes, si aliunde constet quod conventum est justum et aequum esse.

IV. Ad diem motae litis retrotrahi sacrae Congregationis Concilii resolutiones, quae veram sententiam continent; veram autem sententiam continere, cum de re decernunt super qua lis contestata est.

V. Id locum obtinere praesertim cum resolutio per clausulam *et amplius* in rem judicatam abiverit.

VI. Generatim in causis coram sacris Congregationibus et peculiariter coram s. Congregationi Concilii expensarum refectioni locum non fieri nisi in casibus in *jure expressis*.

VII. *Jus* in praesenti haberi ex *Regula* ab ipsa s. Congregatione in vulgus edita die 27. Septembris 1847.

13) Modus solvendi.

Vd. p. 921. n. 2; 953. n. 12.

Constantien.

Decimas esse praestandas a parochianis in manipulis sive in qualibet recollectorum fructuum specie praescripserunt ss. canones et praesertim *can. Quicumque recognoverit* et *can. Omnes decimae caus. 16. quaest. 7. cap. Tua nobis* et *cap. Ex parte de decim.*, reprobata pecuniaria decimarum facienda solutione, *Rota in Chelmen. Decimarum 30. Martii 1753. § 3. cor. bon. mem. Caniliac.*

Die 7. Julii 1781.

Gallien.

In cap. Tua nobis et *cap. Ex parte de decimis* decimae a parochianis in specie solvi debent.

Die 23. Jan. 1802.

14) In pecuniis solvendae.

Vd. *Decimae* (consuetudo etc., decr.: 2. Sept. 1876. *p. 927.)*; n. 18.

15) Personales.

(Transeunt.)

Vd. p. 951.*

Pisauren.

Si decimarum medietas effecta sit personalis seu sacramentalis hoc quidem in casu variabilis evasit ac transitoria de parochia in parochiam, eodem ferme modo, quo parochianorum emigratio ex una in aliam contingit. Ita *Lucius III. ad Archiepiscopum Strigoniensem in cap. Ad apostolicae 20. de decimis* et tradunt *Pirhing. in jus canon. titul. 35. de decimis n. 84. tom. 3., Vanespen. jur. ecclesiast. part. 2. tit. 33. cap. 3. n. 12., Fagnan. in decretal. lib. 3. cap. Contingat de*

*) Vd. *p. 529.*

decim. n. 53., Rota decis. 1291. n. 18. cor. Lancetta.

Die 18. Junii 1785.

16) Poenae non solventium.

Vd. *Decimae* (Jus parochi p. 941. n. 8. 9. etc.); 933. n. 6; p. 959. §: *In*; 960. IV.

17) A quibus rebus solvendae.

Vd. p. 921. n. 2; 933. n. 6.

Fanen.

Parochi decimas exigere possunt super omnibus praediis in districtu paroeciae sitis sive ab indigenis qui incolunt paroeciam possideantur sive ab alienigenis, qui alio lares fixos habent, ut post *text. in cap. Cum contingat 29.* et in *capite Cum 30. decimis* tradunt *Fagnan. ibidem n. 21., Pirhing. in jus can. tit. de decim. n. 25., Rota* in *Corduben. Decimarum 25. Junii 1751 § 3. coram Molina.*

Die 30. Apr. 1803.

18) Privilegia exemptionis.

(Origo et moderatio.)

Vd. p. 937. §: *Atqui* etc.

19) Solvendae a conductore.

Vd. p. 921. n. 2; p. 933. n. 6; 943. n. 9; n. 20. sequ.

20) Solvendae a monasterio ex venditis campis et incultis.

Vd. supra p. 933: *Assisien.*

Monasterium Regularium N. terras quasdam seu campos possidet subjectos quibusdam oneribus videlicet oneri solvendi decimas favore canonicatus A. necnon quamdam minorem decimam nomine Quartese favore parochialis beneficii B. Locationis contractu partem harum possessionum monasterium locavit militari imperio, ut in his campestres exercitationes milites agerent. Cum autem hoc in contractu nihil dictum fuerit de oneribus decimarum et Quartese Canonicus A. apud laicum judicem (quin animadverteret eum competentem non esse) monasterium vocavit ut decimas solveret, tribus annis respondentes. Canonicus hoc in judicio succubuit; quare appellavit ad superius laicum tribunal, quod plene confirmavit sententiam primae instantiae. Hinc factum est ut nihil amplius fuerit solutum sive decimarum titulo sive Quartese.

In renovatione contractus ac ejusdem contractus extensione ad alias terras seu campos monasterii Abbas confirmationem apostolica auctoritate interveniente imploravit ab Episcopo, qui voluit ut salva manerent jura decimarum et Quartese. Quoniam autem monasterium existimabat onus satisfaciendi dictis oneribus non sibi spectare sed militari imperio cum quo monasterium prius contraxerat, quaestio delata est ad apostolicam Sedem. Episcopus itaque sequentia dubia proposuit:

I. An monasterium N. haud obstantibus duabus supraenuncitatis conformibus sententiis, quibus a dictis oneribus solutum est, teneatur ad solvendas decimas et Quartese canonicatui et beneficio parochiali pro rata locatae terrae ex pecunia quam ex militari aerario recipit?

II. An renovato et extenso contractu ad alias terras ad augendum campum Martis etiam hae terrae graventur onere decimarum et Quartese eo modo quo supra dictum est?

S. Congregatio Episc. et Reg. die 29. Julii 1863 ad Episcopum rescripsit ut curaret conventionem inter partes fieri transmittendam s. Congregationi pro approbatione. Quod sit haec conventio obtineri non posset praefigeret iisdem partibus terminum unius mensis ad deducendum jura sua quatenus velint coram s. Congregatione, ut quaestio dirimeretur. Quod si contractus locationis quem petebat militare imperium differri non posset idem Episcopus facultatem tribueret monasterio ineundi contractus salvis tamen juribus respectivis decimarum et Quartese, prout et quatenus de jure.

Post ejusmodi injunctionem Canonicus et parochus jura sua deduxerunt coram s. Congregatione, monasterium autem nihil adjunxit iis quae jam s. C. exposuerat. Quaestio itaque proposita est cum dubio quod in calce de more ponimus.

Episcopus in scriptis quae ad monasterium miserat animadvertebat decimam esse partem fructuum seu proventuum qui ecclesiae debentur etc. Quod si decimae praediales sint solvi debent a domino fundi possessore. Quod si fundi locati fuerint, decimae a conductore solvi debent, quia in hoc conductor dominum locatorum repraesentat, qui jus fructuum conductori concessit retenta sibi contributione habita ratione oneris quod in conductorem incumbit solvendi decimas.

Decima autem immediate fructus respicit, mediate autem fundum. Quare si locator fundum ei locet, quem scit fundum incultum redditurum esse, curare debet ut sartum

pensationi. Verum coram sacris Congregationibus locum nunqnam esse refectioni expensarum. Quod attinet s. Congregationem Concilii id moneri in causa *Romana Legati pii super expensis diei 16. Junii 1827: Cum enim illud receptum sit in causis quae apud sacrum hunc Ordinem agitantur, ut litis expensae a temere litigantibus refici non debeant, ut probant patula exempla in Derthonen. 6. Julii 1726.*

Quidquid tandem sit de cansis remotiori tempore actis, jus quo hodie vivimus haberi in *Regula observanda in causis quae coram s. Congregatione Concilii juris ordine servato proponuntur* edita anno 1847 die 27. Septembris, qua sub § 24.*) statutum est: »In casibus de quibus sermo est a § 14 et 22, (quae sunt *contumacia et restitutio in integrum*) et in aliis in quibus juxta s. Congregationis decreta expensarum refectio locum habet (idest in causis *matrimonii*, *alimentorum*, *attentatorum et spolii*) pars victrix Rmo Secretario notnlam exhibebit ut eam approbet atqne ad legum vigentium normam opportuno mandato muniat.« Casibns hisce exceptis nunquam neqne a temere litigantibus expensas refici.

Hisce utrinque disputatis Emis Patribus propositum est dirimendum

Dubium:

An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. Congregatio die 28. Martii 1878 respondendnm censuit:

In decisis pro responsione annua libellarum centum a die motae litis, exclusa qualibet taxatione expensarum.

Ex his colliges:

I. Conventiones verbis tantum initas jnre ecclesiastico esse servandas.

II. Conventionem verbis initam haud esse revocandam, si coram Ordinario ad compositionem curandam delegato, ipso testante Ordinario, locum habnerit.

III. Eo fortius hujusmodi conventione teneri contrahentes, si aliunde constet qnod conventum est justum et aequum esse.

IV. Ad diem motae litis retrotrahi sacrae Congregationis Concilii resolutiones, quae veram sententiam continent; veram autem sententiam continere, cum de re decernunt super qua lis contestata est.

V. Id locum obtinere praesertim cnm resolutio per clausulam *et amplius* in rem jndicatam abiverit.

VI. Generatim in causis coram sacris Congregationibus et peculiariter coram s. Congregationi Concilii expensarum refectioni locum non fieri nisi in casibus in *jure expressis*.

VII. *Jus* in praesenti haberi ex *Regula* ab ipsa s. Congregatione in vulgus edita die 27. Septembris 1847.

13) Modus solvendi.

Vd. p. 921. n. 2; 953. n. 12.

Constantien.

Decimas esse praestandas a parochianis in manipulis sive in qualibet recollectorum fructnum specie praescripserunt ss. canones et praesertim *can. Quicumque recognoverit* et *can. Omnes decimae caus. 16. quaest. 7. cap. Tua nobis* et *cap. Ex parte de decim.*, reprobata pecuniaria decimarum facienda solutione, *Rota in Chelmen. Decimarum 30. Martii 1753. § 3. cor. bon. mem. Caniliac.*

Die 7. Julii 1781.

Gallien.

In cap. Tua nobis et *cap. Ex parte de decimis* decimae a parochianis in specie solvi debent.

Die 23. Jan. 1802.

14) In pecuniis solvendae.

Vd. *Decimae* (consuetudo etc., decr.: 2. Sept. 1876. *p. 927.)*; n. 18.

15) Personales.

(Transeunt.)

Vd. p. 951.*

Pisauren.

Si decimarum medietas effecta sit personalis seu sacramentalis hoc quidem in casu variabilis evasit ac transitoria de parochia in parochiam, eodem ferme modo, quo parochianorum emigratio ex una in aliam contingit. Ita *Lucius III. ad Archiepiscopum Strigoniensem in cap. Ad apostolicae 20. de decimis* et tradunt *Pirhing. in jus canon. titul. 35. de decimis n. 84. tom. 3.*, *Vanespen. jur. ecclesiast. part. 2. tit. 33. cap. 3. n. 12.*, *Fagnan. in decretal. lib. 3. cap. Contingat de decim. n. 53.*, *Rota decis. 1291. n. 18. cor. Lancetta.*

Die 18. Junii 1785.

16) Poenae non solventium.

Vd. *Decimae* (Jus parochi p. 941. n 8. 9. etc.); 933. n. 6; p. 959. §: *In*; 960. IV.

17) A quibns rebus solvendae.

Vd. p. 921. n. 2; 933. n. 6.

Fanen.

Parochi decimas exigere possnnt super omnibus praediis in districtu paroeciae sitis sive ab indigenis qni incolunt paroeciam possideantur sive ab alienigenis, qui alio lares fixos habent, nt post *text. in cap. Cum contingat 29.* et in *capite Cum 30. decimis* tradnnt *Fagnan. ibidem n. 21.*, *Pirhing. in jus can. tit. de decim. n. 25.*, *Rota* in *Corduben. Decimarum 25. Junii 1751 § 3. coram Molina.*

Die 30. Apr. 1803.

18) Privilegia exemptionis.

(Origo et moderatio.)

Vd. p. 937. §: *Atqui* etc.

19) Solvendae a conductore.

Vd. p. 921. n. 2; p. 933. n. 6; 943. n. 9; n. 20. sequ.

20) Solvendae a monasterio ex venditis campis et incultis.

Vd. supra p. 933: *Assisien.*

Monasterium Regularium N. terras quasdam seu campos possidet snbjectos quibusdam oneribus videlicet oneri solvendi decimas favore canonicatus A. necnon quamdam minorem decimam nomine Quartese favore parochialis beneficii B. Locationis contractu partem harum possessionum monasterinm locavit militari imperio, ut in his campestres exercitationes milites agerent. Cum autem hoc in contractu nihil dictum fuerit de oneribus decimarum et Quartese Canonicus A. apud laicum judicem (quin animadverteret eum competentem non esse) monasterium vocavit ut decimas solveret, tribus annis respondentes. Canonicus hoc in judicio succubuit; qnare appellavit ad superius laicum tribnnal, qnod plene confirmavit sententiam primae instantiae. Hinc factnm est nt nihil amplius fuerit solutum sive decimarum titulo sive Quartese.

In renovatione contractus ac ejusdem contractus extensione ad alias terras seu campos monasterii Abbas confirmationem apostolica auctoritate interveniente imploravit ab Episcopo, qui voluit ut salva manerent jura decimarum et Quartese. Qnoniam autem monasterium existimabat onus satisfaciendi dictis oneribus non sibi spectare sed militari imperio cnm quo monasterium prius contraxerat, quaestio delata est ad apostolicam Sedem. Episcopus itaque sequentia dubia proposuit:

I. An monasterium N. haud obstantibus duabus supraenuncitatis conformibns sententiis, quibus a dictis oneribus solutum est, teneatur ad solvendas decimas et Quartese canonicatni et beneficio parochiali pro rata locatae terrae ex pecunia quam ex militari aerario recipit?

II. An renovato et extenso contractu ad alias terras ad angendum campnm Martis etiam hae terrae graventur onere decimarum et Qnartese eo modo quo supra dictum est?

S. Congregatio Episc. et Reg. die 29. Julii 1863 ad Episcopnm rescripsit ut cnraret conventionem inter partes fieri transmittendam s. Congregationi pro approbatione. Quod sit haec conventio obtineri non posset praefigeret iisdem partibus terminum nnius mensis ad dedncendnm jura sua qnatenus velint coram s. Congregatione, ut quaestio dirimeretur. Quod si contractus locationis qnem petebat militare imperium differri non posset idem Episcopus facultatem tribneret monasterio ineundi contractus salvis tamen juribus respectivis decimarum et Quartese, prout et quatenus de jure.

Post ejnsmodi injunctionem Canonicus et parochus jura sua deduxerunt coram s. Congregatione, monasterium autem nihil adjunxit iis quae jam s. C. exposnerat. Quaestio itaqne proposita est cnm dubio quod in calce de more ponimus.

Episcopus in scriptis quae ad monasterium miserat animadvertebat decimam esse partem fructuum sen proventuum qui ecclesiae debentur etc. Quod si decimae praediales sint solvi debent a domino fundi possessore. Quod si fundi locati fuerint, decimae a condnctore solvi debent, qnia in hoc conductor dominum locatorum repraesentat, qui jns fructunm condnctori concessit retenta sibi contributione habita ratione oneris qnod in condnctorem incumbit solvendi decimas.

Decima antem immediate fructus respicit, mediate autem fundum. Quare si locator fundum ei locet, quem scit fundum incultum redditurum esse, curare debet ut sartum

*) Vd. *p. 529.*

tectumque maneat jus decimatoris. Quare si locator in fundis locandis mentionem de decimarum onere quo gravantur fundi non faciat et ita contrahat ac si fundi a quolibet onere liberi essent hoc in casu gravis injustitia praeciperet ratam quae propria est decimatoris.

Haec vero principia applicabat Episcopus casui praesenti, perpendens redditus quos monasterium percipiebat ex hac fundorum locatione aliosque proventus ex arborum caesione, ex jure pascendi considerari posse veluti naturales fructus. Proindeque monasterium teneri ad dictas decimas persolvendas.

Accedit subjungebat laudatus Episcopus quod ex morali ac juridico principio quo nemo debet cum alterius detrimento fieri locupletior monasterium locupletius fieret utriusque decimatoris jactura, si ab hoc onere solutum existeret ac evenire etiam posset, si contractus*) locationis de quo loquimur diu protraheretur, ut ecclesia destituta maneret dictis decimis.

Statuto itaque principio quo jus decimarum immediate fructus, mediate vero fundum attingat tenetur monasterium fundos illis locare, qui ex fructibus solvere consuetas decimas possint: *cap. In aliquibus 32. de decimis.* Aliter enim monasterium ipsum redditum solutione decimis respondente tenebitur indemnes reddere decimatores. In praesenti autem casu, cum fundi locati fuerint militibus ad usum campestrium exercitationum ac proinde inculti reddi deberent, physice impossibilis evadebat quaelibet fructuum exactio.

Adnotabat autem Episcopus circa duas indicatas sententias conformes judicem laicum ex jure incompetentem fuisse in judicio de quo agimus tum ratione causae tum ratione personarum; quod si ex facto competens judex ille reputaretur, nihilominus duplex illa sententia extendi non poterat ad novum contractum quo alii fundi decimarum onere gravi locari debuissent.

Canonicus autem et parochus consonas hisce indicatis argumentis rationes adducebat hoc dilemmata concludentes: aut monasterium pretium aequivalens percipit campi fructibus aut non percipit. In priori casu aequum non est, ut sibi retineat pretium decimis respondens: in altero casu autem indebite cessisset locatario in damnum tertii pretium fructibus aequivalens.

Monasterium in sui defensione praemittebat jus percipiendi decimas respicere tantum fructus fundi, qui oneri decimarum gravatur; et easdem decimas pendere a fructibus quas fundus actu producit non autem ab illis quos producere posset. Ex quibus consequitur onus solvendi decimas in eum incumbere, qui fundi fructus percipit. Porro in praesenti casu fundus per praefatam locationem in eum casum devenit, quo non amplius fructus naturales producat. Deest igitur materia circa quam jus percipiendi decimas versatur. Neque opponi potest, pretium locationis fructus repraesentare: nam quum ex facto fundus culturae subjectus non est, fructus proinde non exhibet, qui per aequivalens pretium possint repraesentare.

Monebatur ex officio judicem laicum incompetentem omnino esse ad causas spirituales judicandas, *can. Bene quidem 1. dist. 96. cap. decernimus 2. de judiciis.* Porro causae decimarum inter causas spirituales numerantur, arg. *cap. Exhibita 9. de rev. perm., Ferraris* verbo: *Decima art. 5. n 16.* Quare cum agitur de jure percipiendi decimas judicium ferri non potest nisi a judice ecclesiastico. *Ferraris loco citat.*

Quando vero agitur de possessione vel quasi possessione exigendi decimas, judicium pariter spectat ad judicem ecclesiasticum, prout docet *Benedictus XIV. de synod. dioeces. l. 9. c. 9.*, ibi: »Communis doctorem doctrina juri communi subnixa fert, ut lites motae super possessione seu quasipossessione juris adnexi rei spirituali atque ab hoc profluentis, puta super possessione exigendi decimas ecclesiasticas, non minus quam causae proprietatis versentur et dirimantur in tribunali ecclesiastico.«*)

Quamvis autem vel ex apostolico privilegio vel ex diuturna consuetudine ab ecclesia tolerata aliquibus in locis inductum sit, ut causae decimarum in judicio possessorio definiantur penes laicum judicem, *Benedict. XIV. loc. cit.*, nihilominus de hujusmodi privilegio vel tolerata consuetudine in ea dioecesi vigente non constare videbatur.

Hisce animadversis nonnulla doctrinae capita adducebantur, quae si quaestionem nostram non dirimerent lucem tamen aliquam afferre videbantur. Non enim similis casus

*) Vd. *t. II. p. 1079. VI.*

*) Vd. *Curia episcopal. p. 907.*

reperiri potuit cujus decisio praesenti quaestioni aptari posse videretur. Adducebatur itaque doctrina quam tradit *Card. de Luca de decimis disc. 21.* in quo plures in hisce difficilibus quaestionibus casus distinguens inter alia docet multum differre decimatorum universalem cujusmodi est parochus qui intentionem habet in jure fundatam a decimatore particulari. Quando enim decimator est particularis, tantum sibi vindicare potest ratione decimae super fructibus, quantum demonstret possessum vel praescriptum, eoque non intrat extensio vel subrogatio. E contra vero accedit si decimator sit universalis cujusmodi jure praesumitur esse parochus. Quare si cultura praediorum mutetur universalis decimatoris jus subrogatur in novis fundi fructibus: dum e contra decimator particularis certorum fructuum ultra eos suum jus non extendit ex dicta regula, quod tantum praescriptum, quantum possessum. Ideoque non intrat subrogatio, quia revera non habet jus reale in universum.

Observabatur insuper, quod cum fundus decimarius locatur vel in emphitheusim traditur generatim conductor et emphiteuta solvere decimas tenetur, per text. in *cap. A nobis 24. de decimis, Pirhing. in jus can. l. 3. t. 30. n. 48., Reiff. eod. tit. n. 58.* Hoc enim onus possessores sequitur, *cap. fin. § Caeterum de decimis in 6., Rota coram Ansaldo decis. 207. n. 16.* Quare officium erit conductoris vel emphiteutae in contractus stipulatione aliquid detrahere ratione hujus oneris quod fundum gravat, quod si conductor vel emphiteuta veluti liberum fundum receperint, regressum habebunt adversus fundi dominum, prout justitia exigit.

In examen insuper revocabatur textus ab Episcopo adductus, scilicet *cap. In aliquibus 32. de decimis*, quod ita se habet: »In aliquibus regionibus quaedam permixtae sunt gentes, quae secundum suos ritus decimas de more non solvunt, quamvis censeantur nomine christiano. His nonnulli domini praediorum ea tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes ecclesias majores inde redditus assequantur. Nolentes igitur super his ecclesiarum indemnitatibus providere statuimus ut ipsi domini talibus personis et taliter sua praedia excolenda committant, quod absque contradictione ecclesiis decimas cum integritate persolvant et ad id si necesse fuerit per censuras ecclesiasticas compellantur.« Gonzalez in hujus capitis commentario adnotat fideles graeci ritus solvere non consuevisse decimas, quare juste et recte in praesenti capite statuitur, ut domini praedia sua locent illis personis a quibus decimae solvi consueverunt, idest aliis fidelibus latinis qui semper decimas praestiterunt.

Hoc insuper juris caput occasionem praebuit cuidam controversiae quam indicat *Fagnanus in cap. Sane quia n. 19. de off. et potest. jud. del.* inter Episcopum Angelopolitanum et Regulares exemptos a decimis solvendis ex apostolico privilegio.*) Porro dictum caput prout ipse Fagnanus ait non prohibet quin fiant alienationes in personas exemptas: sed solum ne praedia decimalia locentur iis, qui decimas non solvebant secundum ritus suos et de more idest ex prava consuetudine.

Hisce aliisque memoratis proponebatur

D u b i u m :

An et quomodo et cujus onere constet de jure exigendi decimam et Quartese in casu?

S. C. Episcop. et Reg. die 4. Martii 1864 respondendum censuit: Affirmative in omnibus et decimas ac Quartese esse praestandum a monasterio in summa ab Episcopo liquidanda.

Ex iis colliges:

I. Licet fundi domino jus inest per se vel per alium fundum decimis praedialibus gravatum in alium usum convertere ac incultum reddere; non inde tamen cessat obligatio decimatorem redintegrandi.

II. Aequum enim non est ut jus decimatoris ex integro pendeat a domino fundi: multoque minus aequum est, ut quis alterius jactura ditior evadat.

III. Quare hisce in adjunctis locus conciliationi inter partes aperitur qua utriusque jura decimatoris scilicet et domini fundi sarta tectaque maneant.**)

*) Vd. *p. 933. n. 6.*

**) Altera quaestio excitata fuerat inter cujusdam oppidi parochum et dominos fundi decimis praedialibus gravati ex aliis causis ac ex eo praesertim, quia fundi domini omissa artificiali cultura fundum in cultum reliquerant; inde autem decimas parocho denegabant. Acta itaque causa penes s. Congrog. Episc. et Reg. die 11. Julii 1863 sub dubio:

An, quomodo, pro qua summa et a quo tempore sit locus solutioni decimarum et quae sint relaxanda mandata etc.?

S. C. resp.: Affirmative quoad solutionem in genere: in reliquis: dilata et ad mentem: mens est

IV. In praesenti autem casu s. Congregationem Episcopo commisisse ut vim pecu-

ut Cardinalis Ponens curet conciliationem, qua infecta deputet peritum agronomum sumptibus (N. N. dominorum) qui referat juxta instructiones dandas .... non retarda interim solutione scutatorum 200 per modum provisionis.

Cum autem partes simul deinde tandem convenerint, proposita est s. Congregationi conventio die 31. Martii 1865 pro debita approbatione sub dubio:

An et quomodo probanda sit concordia in casu?

niae determinaret decimis respondentem a monasterio solvendam.

S. C. conventione in examen revocata respondit: Affirmative in omnibus et ad Emum Ponentem cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis ad effectum ut coram eo stipuletur instrumentum adhibitis debitis cautelis. Ejusmodi quaestiones quae maxime pendent ex facti adjunctis saepe ratione facti implexae sunt, quamvis de jure in genere tum decimatoris tum dominorum non dubitetur. Quare aptius definiuntur per conciliationem inter partes contendentes.

Decimator.

(Particularis, universalis.)

Vd. p. 922. §: Sed, Frustra; p. 923. II; p. 958. §. Hisce.

Decreta S. C. Concilii.

Vd. *Praefatio* t. I. hujus operis; p. 521. n. 1. *Decr. S. R. C.* Edit. Mühlbauer artic.: *Decreta.*

a) Authenticitas et Vis.

Illae excusationis causae non admittuntur, ... nempe s. Congregationis decretis legem minime induci et sine culpa violari, cum promulgari non consueverint. Nam cum lex aliqua jam palam innotuit necesse non est ut eodem pacto reliquae sanctiones publice divulgentur, quibus eadem lex magis declaratur ... Item supervacaneum est ad eam rationem confugere hujusmodi decreta ad illos solum pertinere, pro quibus constituta sunt. Nam licet id non semel contingat ea tamen de quibus sermo est ad universos referuntur, licet viri alicujus singularis gratia emanaverint, quia ad explicandum magisque intelligendum Concilium (Trid.) confecta fuerunt. Hinc si aliquis eamdem rem quaerat, his verbis responsum tribuitur: *Dentur Decreta*, ut in hac causa quam agimus saepe evenit ... Id tamen in usu non est, cum de illis decretis agitur, quae pro aliqua peculiari causa facta sunt in qua nihil cum ceteris commune reperitur ... Observandum est prioris temporis decreta a s. Congregatione in medium proferri, ex quo facile comprobatur ad universos ipsa spectare, licet aliquorum solum gratia prodierint, eo quod Concilii Trid. intelligentiam et explicationem praeseferant.

Instit. X. Bened. XIV.

Scriptores de quaestionibus verba faciunt, illas autem Congregatio dissolvit ... Si controversia forte excitatur ob ea quae sanciuntur non quidem ad privatos scriptores, sed ad ipsam Congregationem provocatio interponitur .... Privati scriptores nullam indicere legem possunt, quae sane auctoritas a ss. Pontificibus eidem Congregationi (Concilii) tribuitur, ut ecclesiae disciplinam per universum orbem amplificet.

Instit. 107. Bened. XIV.

Impudentissimus esset, qui contenderet, majoris ponderis habendum esse privatum hominem, qui suae tantum mentis lumine ducitur, quam sententiam praeclarissimi coetus, quem amplissimi Cardinales ecclesiasticae disciplinae et ss. canonum peritissimi constituunt.

Ibid.

S. Congregationis Concilii maxima est auctoritas, *per text. in leg. Nemo judex. cod. de sentent., Benedict. XIV. instit. ecclesiast. 107. § 1. n. 6.* et *Rot. coram Molin. decis. 672. n. 1.*

b) Observantia.

Calaritana.

SS. Congregationum resolutiones emanatae per viam legis universalis punctualiter ubique servandae veniunt et tanquam leges in quocumque tribunali recipi debent etc.; praesertim vero in nostro sacro auditorio, quod earumdem ss. Congregationum oracula ea qua par est reverentia semper venerari ac sequi professum fuit.

Die 2. Julii 1725.

Decretales Gregorii PP. IX.

Vd. *Canones* t. III. p. 45.

Quod omnes uti debeant decretalibus Gregorii jussu a s. Raymundo compilatis nec alia de caetero fieri possit illarum compilatio.

Gregorius PP. IX.

Dilectis filiis doctoribus et scholaribus universis Parisiis commorantibus salutem et apostolicam benedictionem.

Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos et modestos, sed effraenata cupiditas sui prodiga, pacis aemula, mater litium, materia jurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut nisi justitia conatus ejus sua virtute reprimeret et quaestiones ipsius implicitas explicaret, jus humani foederis litigiorum abusus extingueret et dato libello repudii concordia extra mundi terminos exularet. Ideoque lex proditur, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam genus hominum ut honeste vivat alterum non laedat, jus suum cuique tribuat informatur. Sane diversas constitutiones et decretales epistolas Praedecessorum nostrorum in diversa dispersa volumina, quarum aliquae propter nimiam similitudinem et quaedam propter contrarietatem nonnullae etiam propter sui prolixitatem confusionem inducere videbantur; aliquae vero vagabantur extra volumina supradicta, quae tamquam incertae frequenter in judiciis vacillabant ad communem et maxime studentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum capellanum et poenitentiarium nostrum in unum volumen resecatis superfluis providimus redigendas. Adjicientes constitutiones nostras et decretales epistolas, per quas nonnulla quae prioribus erant dubia declarantur. Volentes igitur, ut hac tantum compilatione universi utantur in judiciis et in scholis districtius prohibemus ne quis praesumat aliam facere absque auctoritate Sedis apostolicae speciali.

Datum Spoleti die 5. Sept. 1234. pontif. an. VIII.

(Bull. r. t. III. p. 485. Ed. Aug. Taur. 1858.)

Decretum.

Vd. t. III. p. 47. n. 4.

1) Quod est?

Decretum in propria sua significatione id est, quod causa cognita statuitur a judice vel pronunciatur, seu sententia quaedam, qua judex decrevit actum esse justum auctoritatem suam interponendo et approbando. Ampliori vero significatione est etiam omne id quod statutum est a ss. Pontifice.

2) Synodale.

Interamnen.

Episcopus in iis, quae praeter jus sunt et decreta synod. et tangent interesse cleri nihil statuere potest nisi universo clero non tantum Capitulo consentiente, *Monacell.* formul. legal. in adnot. ad form. 3. part. I. tit. 5. n. 25., *Bolleti* disquisis. clerical. part. I. tit. de exempt. cleric. § 2. num. 5., *Pignatell.* consult. 72. num. 2. tom. I.

Decreta synodus dioecesanae, etiamsi ad dirimendas controversias fuerint edita, juri communi aut privilegiis a Sede apostolica indultis derogare non posse aperte constat *ex cap. Super his de major. et obed.* ac tradunt *Fagnan. ibid. n. 26., Bened. XIV. de synod. dioeces. lib. 2. cap. 1. et cap. 5.*

Defensor.

1) Matrimonii.

a) Citandus et praesens in judiciis matrimonialibus ferendis.

Vd. t. IV. p. 694. III.

Constitutio Benedicti XIV. 3. Novb. 1741 edita et frequentissime allegata, in qua praescribitur ordo et forma in judiciis causarum matrimonialium super matrimoniorum validitate vel nullitate declaranda servandus.

Benedictus PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dei miseratione, cujus judicia incomprehensibilia sunt et viae investigabiles, in suprema ecclesiae specula immerentes constituti, ut super universum Dominicum gregem excubias sedulo agamus ad commissum pastoralis officii munus pertinere dignoscimus subnascentes ex infernalis hostis astutia et hominum malitia abusus, quibus et animarum saluti pernicies et Sacramentis ecclesiae injuria infertur, radicitus evellere et potestatis Nobis desuper traditae operam interponere, ut et humana cohibeatur temeritas et veneranda divinae legis servetur auctoritas.

§ 1. Siquidem matrimonii foedus a Deo institutum, quod et quatenus naturae officium est, pro educandae prolis studio aliisque matrimonii bonis servandis perpetuum et indissolubile esse convenit et quatenus est catholicae ecclesiae Sacramentum, humana praesumptione dissolvi non posse Salvator ipse ore suo pronunciavit dicens: *Quod Deus conjunxit, homo non separet,* ad aures apostolatus Nostri pervenit in quibusdam ecclesiasticis curiis inconsulta nimis judicum facilitate infringi et temere atque inconsiderate de eorumdem matrimoniorum nullitate latis sententiis potestatem conjugibus fieri transeundi ad alia vota. Quos sane improvidos judices humanae naturae conditione et voce ipsa quodammodo admoneri oportebat ne tam praecipiti audacia sanctum matrimonii nexum frangerent, quem perpetuum atque indissolubilem primus humani generis Parens praemonuit inquiens: *Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea* et illud additum est: *Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una.*

§ 2. Hujusmodi autem abolendae pravitatis notitia diversis ex partibus Nobis delata est atque etiam indicata sunt exempla nonnullorum virorum, qui post primam et secundam ac tertiam, quam duxerant, uxorem ob nimiam judicum praecipitantiam in nullitate matrimoniorum declaranda adhuc illis primis uxoribus superstitibus ad quartas contrahendas nuptias devenerant; et similiter foeminarum, quae post primum, secundum et tertium maritum quarto etiam, illis quoque viventibus, se junxerant, non sine pusillorum scandalo et bonorum omnium detestatione, qui sacra matrimonii vincula ita contemni et temere perfringi dolebant. Nos autem his intellectis gravi affecti dolore intimo animo ingemuimus et non praetermisimus Apostolicae Nostrae sollicitudinis partes in Domino adimplere. Siquidem primo pontificatus Nostri anno ad Episcopos illarum partium in quibus praedicta acciderant plenissimis datis literis graviter conquesti sumus de hujusmodi pravitate quae in ecclesia Dei tolerabatur et ad eam abolendam eorum animos erigere et pastoralem zelum accendere curavimus: quod etiam egimus cum aliis aliarum regionum Episcopis, ubi hujusmodi pravum dirimendorum matrimoniorum usum irrepsisse cognovimus.

§ 3. Verum Nobis responsum est, id saepe contingere partim ex culpa illorum judicum, quibus vel in prima instantia, cum causa coram judice ordinario ex aliqua legitima causa cognosci nequit, vel in secunda, cum in partibus nullus adest judex ad cujus tribunal causa in gradu appellationis devolvatur, vel si adest, justa de causa coram eo disceptari nequit, causae matrimoniales hujusmodi a Sede apostolica committuntur; qui vel ob inscitiam vel ob malam voluntatem proclives sunt ad matrimonia dissolvenda atque eadem matrimonia, levi vel etiam nullo habito examine, irrita ac invalida declarant: partim ex facto conjugum super nullitate suorum matrimoniorum litigantium, cum frequenter unus tantum eorum qui dissolutionem matrimonii postulat in judicio compareat et sententia nulla contradicente secundum

sua vota obtenta ad alias nuptias convolat, vel ambobus conjugibus in judicium venientibus alter, qui pro matrimonio, alter vero, qui contra agit, sententia de nullitate matrimonii prolata, nullus est, qui ad superiorem judicem appellationem interponat vel quia litigantes in specie quidem discordes, re vera inter se concordes sunt et invicem colludentes contractum matrimonium dissolvi cupiunt vel quia pars, quae pro validitate matrimonii stabat ejusque nullitatem acriter contra adversarium impugnabat, lata a judice sententia contra matrimonium, mutat voluntatem vel pecunia sibi ad sumptus litis non suppetente vel aliis deficientibus auxiliis ad litigandum necessariis et incoeptum opus ac causam post primam sententiam deserit. Quo fit, ut deinde ambo conjuges vel unus eorum ad aliud contrahendum matrimonium se conferat.

§ 4. Quod autem ad judices pertinet, quibus extra romanam curiam pro litigantium commodo causae matrimoniales committuntur, paterna illa vigilantia, qua de justitia unicuique integre sapienterque administranda sollicitudine esse debemus, encyclicis literis ad venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos et scriptis 26. Augusti anno II. pontificatus Nostri providere curavimus in quibus ea praescripsimus, quae ss. canonibus et Concilii Trid. decretis consona, si diligenter ut speramus serventur inposterum causae nonnisi personis congrua juris peritia et necessario probitatis spectataeque fidei munitis praesidio committentur. Insuper ad ea, quae in iisdem encyclicis literis constituta sunt, id etiam in praesenti adjungimus: quod, quamvis Concilii Trid. decretum, quo causae matrimoniales subtractae fuerunt Decani, Archidiaconi et aliorum inferiorum judicio et Episcoporum tantum examini et jurisdictioni reservatae, dumtaxat procedat de Archidiaconis, Decanis aliisque inferioribus, qui in eadem dioecesi constituti vel privilegio aliquo vel praescriptione, saltem in visitatione, causarum matrimonialium cognitionem sibi adrogabant; idcirco minime obstet commissionibus, quae pro iisdem causis matrimonialibus definiendis a Sede apostolica alicui eorum in secunda instantia fierent, nihilominus praecipimus ac mandamus iis ad quos hujusmodi commissionum seu delegationum expediendarum cura pertinet, ut in futurum causarum matrimonialium cognitionem non committant nisi Episcopis praesertim vicinioribus vel si nullus sit Episcopus, cui ex legitima causa commode commiti possit, tum commissio et delegatio dirigatur uni ex iis, qui secundum ordinem et modum a nobis in praefatis encyclicis literis praescriptum pro judice idoneo ab Episcopo cum consilio sui Capituli nominatus fuerit.

§ 5. Quod vero ad ordinem et seriem judiciorum in causis matrimonialibus pro debita et congrua earum terminatione servandum spectat, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae potestatis plenitudine hac Nostra in perpetuum valitura sanctione constituimus, decernimus ac jubemus, ut ab omnibus et singulis locorum Ordinariis in suis respective dioecesibus persona aliqua idonea eligatur et si fieri potest, ex ecclesiastico coetu, juris scientia, pariter et vitae probitate praedita, quae matrimoniorum defensor nominabitur, cum facultate tamen eam suspendendi vel removendi si justa causa adfuerit et substituendi aliam aeque idoneam et iisdem qualitatibus ornatam; quod etiam fieri poterit, quotiescumque persona ad matrimoniorum defensionem destinata, cum se occasio agendi obtulerit, erit legitime impedita.

§ 6. Ad officium autem defensoris matrimoniorum hujusmodi, ut supra electi, spectabit, in judicium venire quotiescumque contigerit, matrimoniales causas pro validitate vel nullitate coram legitimo judice disceptari eumque oportebit in quolibet actu judiciali citari, adesse examini testium voce et scriptis, matrimonii validitatem tueri eaque omnia deducere, quae ad matrimonium sustinendum necessaria censebit.

§ 7. Et demum defensoris hujusmodi persona tanquam pars necessaria ad judicii validitatem et integritatem censeatur semperque adsit in judicio sive unus ex conjugibus qui pro nullitate matrimonii agit sive ambo quorum alter pro nullitate, alter vero validitate in judicium veniant. Defensor autem cum ei munus hujusmodi committetur juramentum praestabit fideliter officium suum obeundi et quotiescumque contigerit, ut in judicio adesse debeat pro alicujus matrimonii validitate tuenda, rursus idem juramentum praebebit: quaecumque vero eo non legitime citato aut intimato in judicio peracta fuerint, nulla, irrita, cassa declaramus ac pro nullis, cassis ac irritis haberi volumus, perinde ac si citata et intimata non esset ea pars, cujus citari intererat et quam juxta legum et ca-

nonum praescripta ad legitimam judicii validitatem citari aut intimari omnino necessarium erat.

§ 8. Cum igitur coram Ordinario ad quem causas hujusmodi cognoscere pertiuet controversia aliqua proponetur in qua de matrimouii validitate dubitabitur et existentibus in judicio vel uuo ex coujugibus, qui pro nullitate matrimonii, vel ambobus, quorum alter vero pro validitate, alter vero pro nullitate actionem intendat defensor matrimonii partes omnes officii sui diligenter adimpleat. Itaque si a judice pro matrimouii validitate judicabitur et nullus sit, qui appellet, ipse etiam ab appellatione se abstineat: idque etiam servetur, si a judice secuudae instautiae pro validitate matrimonii fuerit judicatum, postquam judex primae instantiae de illius nullitate senteutiam pronuuciaverat; sin autem contra matrimonii validitatem seutentia feratur defensor inter legitima tempora appellabit adhaereus parti, quae pro validitate agebat; cum autem in judicio nemo unus sit, qui pro matrimouii validitate negotium insistat vel si adsit lata contra eum sententia judicium deseruerit, ipse ex officio ad superiorem judicem provocavit.

§ 9. Appellatione a prima senteutia pendente vel etiam nulla ob malitiam vel oscitantiam vel collusionem defensoris et partium interposita, si ambo vel unus ex coujugibus novas nuptias celebrare ausus fuerit, volumus ac decernimus, ut non solum serventur, quae adversus eos qui matrimonium contra iuterdictum ecclesiae contrahunt statuta suut, praesertim ut invicem a cohabitatione separentur, quoad usque altera sententia super nullitate emanaverit, a qua intra decem dies non sit appellatum vel appellatio interposita deserta deinde fuerit, sed ulterius ut contrahens vel contraheutes matrimouium hujusmodi omnibus poenis contra Poligamos a ss. canonibus et coustitutionibus apostolicis constitutis omuino subjaceant, quas in eos, quatenus opus sit, motu, scientia ac potestate simili rursus statuimus, decernimus ac renovamus.

§ 10. Posteaquam vero appellationis beneficio ad alterum judicem causa in secunda instantia delata fuerit, omnia et singula quaecumque coram judice in prima iustantia servanda praefinita fuerunt etiam coram altero in secunda exacte ac diligeuter custodientur, citato in quolibet judicii actu defensore matrimonii, qui voce et scripto matrimonii validitatem strenue ac pro viribus tuebitur et si judex iu secuuda iustautia fuerit Metropolitanus aut Sedis apostolicae Nuucius aut Episcopus vicinior matrimonii, defeusor sit, qui ab ipsis fuerit deputatus, quemadmodum ipsis deputare mandamus, ut quae a Nobis superius coustituta sunt peragere possit; si autem judex in secunda instautia erit judex commissarius, cui a Sede apostolica causae cognitio demaudata sit et qui tribunal et jurisdictionem ordiuariam non habeat et propterea careat defensore matrimonii, volumus ut illo defensore matrimonii utatur, qui constitutus fuerit ab Ordinario in cujus dioecesi causam coguoscet etiamsi idem Ordinarius sit, qui primam sententiam in eadem pronunciaverit.

§ 11. Iustructo autem in hunc modum judicio, si secuuda senteutia alteri conformis fuerit, hoc est, si in secuuda aeque ac in prima nullum ac irritum matrimonium judicatum fuerit et ab ea pars vel defensor pro sua conscieutia nou credideriut appellandum vel appellationem iuterpositam prosequeudam minime censuerint, in potestate et arbitrio conjugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimeutum vel legitimam causam id vetitum non sit. Potestas tamen post alteram sententiam conformem ut supra conjugibus facta intelligatur et locum habeat, salvo semper et firmo remauente jure seu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cujuscumque temporis lapsum nunquam transeuut in rem judicatam, sed si nova res, quae non deducta vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possunt et rursus in judicialem controversiam vocari. Quod si a secuuda senteutia super nullitate vel altera pars appellaverit vel hujusmodi sit, ut ei salva conscieutia defeusor matrimonii acquiesceudum nou putet vel quia sibi videtur manifeste injusta vel invalida, vel quia fuerit lata in tertia instantia et sit revocatoria alterius praecedentis super validitate in secunda instantia emanatae, volumus, ut firma remanente utrique conjugi prohibitioue ad alias transeuudi nuptias, quasi si contrahere ausi fueriut, poeuis, ut praefertur a Nobis coustitutis subesse decernimus, causa in tertia vel quarta instantia cognoscatur servatis diligeuter omnibus, quae a Nobis in I. et II. iustantia demandata fuerunt; uempe in quolibet judiciali actu citato et audito defeusore matrimonii qui a judice tertiae instantiae deputatus fuerit.

§ 12. Defensor autem matrimonii, quem ad munus suum gratis obeundum pro amore Dei et proximi utilitate et ecclesiae revereutia in Domiuo exhortamur, si operam suam sine mercede aut salario aliqua ex causa exhibere recusaverit, ab ipsius causae judice ei constituatur et ab ea parte, quae pro validitate matrimouii agit, si ipsi facultas sit, solvatur, sin minus a judice primae vel secuudae vel tertiae instautiae respective subministrabitur, qui pecuniam ex multis suorum tribunalium redactas vel redigeudas et in opera pia erogandas in hujusmodi sumptus iusumere poterunt. Cum vero judices causae erunt judices commissarii, qui neque forum habent et consequenter neque pecuniam ex mulctis collectam, volumus ac maudamus, ut defensori matrimouii satisfiat ex pecunia mulctarum illius Episcopi iu cujus dioecesi judex commissarius juxta Sedis apostolicae mandatum judicium exercebit.

§ 13. Hactenus quidem quoad causas matrimoniales, quae extra romanam curiam pertractantur. Quoad causas vero, quae Romae disceptandae suut, cum earum cognitio in prima instautia ad S. R. E. Cardinalem in praefata Urbe ejusque Suburbiis et districtu Vicarium Nostrum iu spiritualibus pro tempore spectet, maudamus ac jubemus, ut omnia et singula, quae iu aliis causis extra romanam curiam pertractandis praescripta fuerunt, nempe ut judicium peragatur, citato et audito defeusore matrimonii ab eodem Cardiuali Vicario deputato, aliaque ut supra omuino serveutur tum etiam iu aliis causis, quae in prima instantia ex consensu partium vel in secuuda per appellationem ad Sedem apostolicam, omisso medio, interpositam vel in tertia Romam deferuntur, quas omnes judicari volumus vel iu Congregatione S. R. E. Cardinalium super interpretatioue et executione Concilii Trid. vel in causarum palatii nostri auditorio, dummodo Nobis et Romauo Poutifici pro tempore justis ex causis non videatur particularis Congregatio S. R. E. Cardinalium vel romauae Curiae Praelatorum deputanda. Cum autem causa super matrimonii nullitate agitabitur in dicta Congregatione S. R. E. Cardinalium Coucilii Trid. interpretum defensor matrimonii a Cardinali Praefecto ejusdem Congregationis, si vero in palatii nostro auditorio ab Auditore Decano praefati tribunalis, si demum in Congregatione particulari a persoua ejusdem Congregationis diguiore deputetur.

§ 14. Uuica quidem resolutio pro nullitate matrimonii emauata, si causa iu Congregatioue Cardinalium Concilii Trid. interpretum vel in Congregatione particulari deputata coguoscatur et similiter iu palatii nostri auditorio uuica senteutia super eadem nullitate pronuuciata minime sufficiat ad tribuendam liberam conjugibus facultatem novas nuptias contrahendi, sed si causas in praefata Congregatione Cardinalium Trid. Coucilii interpretum iutroducta fuerit, rursus in eadem ad defeusoris matrimonii instantiam repropouatur; si vero Congregationi particulari commissa fuerit ad petitiouem ejusdem defeusoris altera etiam particularis Cougregatio deputabitur, si vero in palatii nostri auditorio judicata sit a praefato defensore appellatione iuterposita ab aliis auditoribus juxta ordiuem in gyrum seu turnum definiatur; si autem causa universa tribunali commissa fuerit ab omnibus auditoribus rursus examiuabitur nolentes omnino, ut ullo in casu matrimonii vinculum dissolutum ceuseatur, nisi duo judicata vel resolutiones aut senteutiae penitus similes et conformes a quibus neque pars ueque defeusor matrimouii crediderit appellandum emanaverint; quod si secus factum fuerit et novum initum matrimouium, Nostrae voluntatis hujusmodi transgressores poenis a Nobis ut supra statutis submittantur.

§ 15. Et quoniam saepe apud Sedem apostolicam preces porrigi solent pro dispensatioue matrimonii rati et non cousummati,*) quae ut plurimum pro voto consultivo ad Congregationem S. R. E. Cardinalium Concilii Interpretum vel nouuunquam ad aliquam Congregationem particularem deputatam a romanis Poutificibus pro tempore remitti solent, ut hujusmodi iustantiae ordine ac rite procedaut, volumus ac mandamus, ut supplex libellus Nobis vel romani Pontifici pro tempore exhibeatur iu quo plena et accurata totius facti species coutineatur causaeque omnes in eo exprimantur, quae ad obtineudam petitam dispensationem conducere posse a supplicante ceusentur et romauus Pontifex eo lecto et mature considerato secum deliberare possit an petitionem rejiciat vel ejus examen alicui ex dictis Congregationibus committat a qua posteaquam suum votum cousultivum editum fuerit a secretario ejusdem Congregatiouis totius negotii series

*) Vd. *Matrimon. ratum et non consum.*

exacte romano Pontifici pro tempore referatur, qui pro sua prudentia judicabit an Congregationis resolutio sit approbanda vel potius totius causae examen alteri Congregatioui vel tribunali, prout eidem Pontifici videbitur, rursus committendum.

§ 16. Demum volumus ac decernimus easdem praesentes literas semper firmas, validas etc. *(Sequuntur amplissimae clausulae confirmatoriae, derogatoriae etc.)*

Pius PP. IX.

Salva competentia Tribunalium ecclesiasticorum in Sicilia ad tramites constitutionis Benedicti XIII. in causis de nullitate matrimonii observari mandamus constitutionem Benedicti XIV. pariter Praedecessoris Nostri *Dei miseratione;* idcirco, quae servanda sunt, sequentibus articulis summatim compreheduntur:

1. Qualibet in dioecesi respectivus Ordinarius in patronum seu defensorem matrimonii personam eligit probatae fidei, canonici juris peritam ac si fieri queat ex coetu ecclesiastico. Fas erit Ordinario justis de causis illam removere ab officio eique alteram sufficere, quae designatis dotibus instructa sit idque Ordiuario item licebit quoties electa ad defensoris munus persona aliquo legitimo impedimento prohibeatur quominus commissi muneris partes expleat.

2. Is porro defensor seu patronus omnibus adesse causis debebit, quae de matrimouii nullitate seu validitate instituautur atque adeo ad omnia et siugula acta citandus erit uecnon adesse testium examini ac tam voce quam scripto matrimonii validitatem tueri debebit omniaque adferre argumenta, quae ad ejus valorem probandum necessaria atque idonea dignoscat.

3. Ut iustitutum judicium de matrimonii validitate integrum sit nec vitio laboret nullitatis necessarium erit, ut matrimonii defensor judicio intersit sive unus tantum ex conjugibus agat pro invaliditate matrimonii sive ambo conjuges steut in judicio, quorum alter matrimonii valorem oppugnet alter vero tueatur. Idem matrimonii defeusor munus adsumens juramentum praestare debebit de ipso munere recte ac fideliter gerendo idemque juramentum renovabit in causis singulis. Quivis actus judicialis fiat, quin matrimonii defensor legitime citetur vel intimetur, plane irritus erit.

4. Si sententia edita matrimonium admittet ac nulla ex partibus appellationem iuterpouat matrimouii defeusor ab appellando se abstinebit; eademque ratione se geret, si judex secundae instantiae pro matrimonii validitate seutentiam tulerit licet prior judex pro nullitate judicaverit; quod si judicatum fuerit pro matrimouii iuvaliditate, hoc in casu defensor intra termiuum a jure canonico definitum provocatiouem a seutentia interponere debebit declarando se adhaerere parti, quae matrimouii valorem sustiueat. Siu autem nemo existat, qui a sententia contra matrimonium lata provocationem interponat, defensor ex officio ab eadem seutentia provocabit.

5. Pendente appellatioue a prima sententia vel appellatioue nequaquam interposita quamlibet ob causam, si unus vel uterque coujux novas inire nuptias atteutaverit, subjicieutur canonicis sanctionibus contra illos, qui nuptias ab ecclesia vetitas iuire ausi fueriut ac praesertim obnoxii erunt separatione donec lata altera sententia fuerit de nullitate matrimonii a qua iutra decem dies interposita non sit appellatio vel eadem deserta jaceat; iusuper poenas omnes iucurreut contra polygamos a sacris canonibus et apostolicis constitutionibus praefiuitas.

6. Posteaquam causa ad secundi gradus judicem delata sit circa matrimonii defeusorem illa omnia servanda eruut, quae praescripta sunt iu judicio primae instantiae. Eidem judici secuudae iustantiae spectabit defeusorem matrimonii diligere; atque ita porro in judiciis ulterioris gradus.

7. Si tum prima tum secunda senteutia matrimonii nullitatem declaraverit nec pars, cui intersit appellationem interposuerit ac defensor ex couscientia censuerit non provocandum vel interpositam appellatiouem minime prosequendam, tuuc faserit utrique conjugi novas contrahere nuptias, dummodo tamen neque ob legitimum impedimentum neque aliam ob causam a novo ineuudo coujugio prohibeantur. Firmum vero manebit causarum matrimonialium privilegium, hoc est sententias in hujusmodi causis editas post quemcumque temporis lapsum numquam trausire posse in rem judicatam; ideoque si quidquam repertum sit vel minime in judicii disceptatione prolatum vel ignoratione occultum, iterum causam de matrimouii validitate in judicium posse deferri. Huic privilegio obuoxia semper erit facultas conjugum novas

nuptias contrahendi. Quod si a secunda sententia contra matrimonii valorem edita vel nulla ex partibus appellaverit vel sit ejusmodi, ut illi defensor minime acquiescat ex conscientia, sive quod ei manifesta, injusta aut invalida videatur sive quod in tertii gradus judicio lata fuerit contra sententiam in secundo gradu editam pro valore matrimouii, tunc haud licebit utrique conjugi ad novas nuptias transire sub poenis superius memoratis iterumque causa in tertia et quarta instantia erit cognoscenda servatis omnibus et singulis, quae praescripta sunt in primae et secundae instantiae judiciis etiam quod spectat ad matrimouii defensorem.

8. Matrimonii defensor emolumenta accipiet quae descripta suut in dicta constitutione Benedicti XIV.

Instructio pro judiciis eccles. imperii austriaci.

Cujusvis est Episcopi virum pietate et juris scientia insignem et quidem ex ecclesiastico, si fieri potest, coetu matrimonii defensorem constituere et quaudo is munere suo fuugi impediatur virum uecessariis dotibus instructum ad ejus locum tenendum nominare.

Defensor matrimonii et in muneris ingressu et quoties matrimonii cujusdam valorem tuendum suscipit jurare tenetur, se omnia, quae ad matrimouii vinculum servandum facere possunt, diligenter exploraturum et ad ipsum tueudum fideliter adhibiturum fore. Tribunalis matrimonialis ea de re sessionibus intersit. Ad partes audiendas, ad testium depositiones excipiendas et in genere ad omnes actus judiciales citetur oportet. Quivis actus judicialis in quo aut ipse aut quem Episcopus ad ejus locum teuendum nominaverit praesens haud fuerit, qua invalidus et irritus ceusendus est.

Strigonien.

Praeses et consiliarii Metropolitani tribunalis matrimonialis, quod vocant, Strigonien. dioecesis Emi Episcopi commeudatione muniti nonuulla dubia quoad matrimonialium causarum processum nuper oborta EE. VV. judicio subjiciunt atque humiliter declarari postulant. Haec itaque exponunt in supplici oblato libello.

S. mem. Benedictus PP. XIV. nimiam judicum sui temporis in nullitate matrimoniorum declarauda facilitatem vehementius dolens die 3. Novb. 1741 incip.: *Dei Miseratione**) Urbi et Orbi notam constitutionem promulgavit. Nostri autem in hoc Metrop. tribuuali Strigoniensi decessores praeeuute regni Primate Archipraesule suo nihil prius sibi facieudum putaverunt quam ut constitutionem illam simul atque promulgata fuit in vitam et praxim deducerent.

Abhinc igitur suum habuit et habet tribunal isthoc matrimoniorum defensorem, qui ad cuucta in causis Nullitatis matrimonii agenda aut produceuda ita adhibeudus ceusetur, ut ipsa etiam instrumenta qualia suut literarum baptismalium, copulationis aut mortualia exempla de libris parochialibus sumpta, attestatioues item rei peritorum haud aliter ad probatioues admittantur, quam si editioni illorum vel autheuticatioui praesentia et contrascriptio defensoris matrimoniorum accesserit.

Haec saecularis et ultra praxis est, quam Metrop. Sedes Strigoniensis in causis ad nullitatem matrimonii procedentibus semper consecuta est sibique persuadet eamdem spiritui legis conveuire pariter et satisfacere necnon dictae constitutioui tale exhibere obsequium quod decretis ss. Pontificum debetur quodque exigit, ut horum vigor in applicatioue sua amplietur potius quam restringatur. Nam ceteroquin admissa semel uuius casus a vigoris legis exceptioue ulterior istiusmodi exemptionum limes haud facile defigetur.

Eveuit autem ut sub initium anni curreutis ad Metropolitanae hujus sedis tribuual duae causae devolutae fueriut. Uua quidem nullitatis matrimouii, in qua simul trina baptismalium exempla (quibus impedimeutum dirimeus ex praeteuso gradu 2. affinitatis resultans probandum veniret) mox cum litis exordio praesentata fueruut. Altera vero bigamiae, in qua praetensum ligamen per testimonia binae copulationis (e respectivis parochialibus libris primum sumenda) commonstrari deberet.

Metropolitanum isthoc tribunal praxi avitae inhaerens baptismalium**) exhibitarum authenticationem, exhibendorum autem copulationis testimoniorum authenticam editionem (utrinque a citato matrimoniorum defensore perficiendam) die 27. Januarii a. c. judicialiter requisiverat.

---

*) Vd. *p. 962.*
**) Vd. *t. I. p. 202. n. 40.*

Inspectis tamen missis abinde ac remissis exemplaribus patuit, quod citatio matrimoniorum defensoris utrobiqne peues authenticatiouem uou quidem respectiva tribunalia, verum Ordinarii aut eorum Vices gereutes perfecerint. Quin etiam responsum ab uuo reverend. Ordinariatu die 27. Feb. a. c. advenit hujus tenoris:

Voluit eadem venerabilis Metropolitana Sedes, ut dicti extractus matriculares, sub fide officii et sigilli parochialis*) exarati in concursu matrimouii defensoris autheuticarentur, qnippe qui in pertractatione judiciali causae ob bigamiam suscitatae produceudi forent. Hanc tamen matrimonii defensoris interventiouem admittere eo minus potui, quod illius activitas secundum clarissimos Benedictinae coustitutiouis *Dei Miseratione* tenores non solum ad omnes sed etiam solos actus judiciales extendatur ad quos authenticatio extractuum matricularium referri uequit. Eapropter tribuual meum matrimoniale extractus matriculares quibus in judiciali pertractatione nefors opus est, ne a parochis quidem hujus dioecesis immediate deposcere audet, sed debet officium meum dioecesanum eatenus interpellare, quod dein dictos extractus exarandos dispouit atque procedenti judicio matrimoniali transponit. Eo minus integrum est eidem tribunali similes extractus ex aliis dioecesibus aliter quam via officii dioecesani deposcere, cum neque tribnnalis matrimonialis potestas et activitas ad ea extendatur, quae ad voluntariam Ordiuarii jurisdictionem et ad administratiouem dioecesanam spectant.

His cum matrimoniorum defensore communicatis ille in officiosa elucubratione die 21. Martii a. c. observationes suas eidem tribunali Metropolitano praeseutavit. Quae postquam in consistorio Nostro die 15. Maji a. c. per exteusum lectae fuerunt, quantumvis obtutus defensoris ibidem evoluti ac propositae rationes fundatae viderentur, imo fundamento earumdem petita in documentorum elucubratione propius signatorum authenticatio a matrimonii defensore citato perficienda denuo potuisset ordinari, ne tamen tribuual Metropolitanum ceu judex in propria causa compareat ac inter ulteriores ne litem longius protelaturae emergant dissensiones, decisum est, nt quaestio super his formetnr et eo dirigatur, quo propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam. Quam primum enim Roma locuta fuerit causa fiuita censebitur aderitque pro casibus futuris certa ac secura norma agendorum quam incunctanter sequi licebit quin oportebit.

Quibus ita se habeutibns tria proponunt postulata oratores quae hisce coucepta sunt verbis nimirum:

1. An praefata matricularium extractuum aliorum item iustrumentorum decursu litis productorum authenticatio seu inquisitio super eo: uum illi et ista cum suo originali conveniaut, dum a judice causae ordinatur, sit actus judicialis?

Et quateuus affirmative,

2. An expediat nt judex ob grave causae vincularis momentum simplici talium exemplorum officiositate haud contentus actum authenticatiouis ordinet?

3. An demum in hoc authenticationis actu matrimoniorum defensorem citari oporteat?

Quibus dubiis ad folii calcem relatis respondent. Interim juverit heic exscribere votum super iisdem dubiis elucubratum a defensore matrimonii ex officio penes tribunal Strigoniense in qno thesis proposita fuso calamo pertractatur et facti ac juris momenta evolvuntur, quae ad faciliorem rei definitionem conferre possunt.

Nuper (ita defensor) duplicis ordinis instrumenta matrimoniorum defensori communicata fueruut. In causa vinculari Zaratin Bolfon exempla baptismalium: in causa implicite vinculari bigami Josephi Sarkozy testimonia copulationis.

Horum authenticatio aut ne tali deinceps opus esset authentica editio citato matrimonii defensore suscipienda judicialiter isthinc requirebatur: verum nti haec documenta inspicienti patet matrimonii defensor actui nusquam interfuit. Itaque spectato nsu, qualis ad hocce Metrop. tribunal viget, facti extractus matrimonii in neutra causarum adhiberi poterunt quia requisito peculiari, quod Bulla »Dei miseratione« in omnibus causarum vincularium probis exigit, concursu nempe matrimonii defensoris destitnuntur.

Ad requisitum hoc defensor intendebat: secus id quod petiit nuspiam solicitat. Et

*) Vd. *t. I. p. 112. n. 38.*

sane cum extractus matriculares in forma consueta, i. e. sub fide officii et sigilli parochialis cuicumque demum requirenti homini plane privato exhiberi soleant, imo debeant, tum quidem praescindendo a praesentia et contrascriptione defensoris satius fuisset, idmodi extractus tum procurandos tum in judicio producendos ipsismet partibus juri stantibus committere. Quia tamen persuasum tenet defensor, quod in laudata Benedicti piae record. PP. XIV. constitutione ad cuuctas probationes praesentia matrimonii defeusoris sub nullitate actus requiratur: idcirco authenticationem instrumeutorum (illo citato) suscipiendam postulavit seu quod idem est petiit, nt dicti extractus cum ipsis unde sumpti fuerunt parochialibus libris praesente matrimonii defensore conferantur; quo sic dum eorum authentia stabilitur simul etiam dispositioni Benedicti XIV. satisfiat: ipseque litis decursus pronum et liberum ab omnibus scopulis alveum nanciscatur.

Cum vero sua haec de obligato matrimoniorum defensoris concursu persuasio in quaestionem deducta videatur oportet ut ipse vindicias ejus construat et postulatum rationabile fuisse ac fundatum asserat. Quo praestito simul commonstrabitur, praxim ad veu. isthanc Metrop. s. Sedem inde a promulgatis laudatae Bullae tenoribus vigentem nec arbitrariam nec superfluam censeri posse. Habet autem pro se defensor I. fundamentum interpretativum.

Ducit vero istud a paritate quae respectu juridico inter instrumeuta authentica et fide dignas testium depositiones intercedit, juxta *c. 10. de fid. Instrum.* ubi dicitur, quod eamdem vim obtineant iustrumentorum fides et depositiones testium in litibus exerceudis. Et alioquin eamdem utraque testimonii uaturam praeseferunt ac eidem utraque scopo deserviunt, probationi scilicet ac judicibus ad causae cognitionem informandis.

Ob contestatam hanc paritatem si lex alterutro horum feratur de utroque sancita censeri debet. Nam quaecumque obtutu legislatorio expressam similitudiuem vel identitatem potius referunt, qualis in depositionibus testium et instrumentorum fide observatur, de similibus juxta *c. 2. de transl.* idem judicium habendum est; atque in illis eadem etiam legis ratio supponi debet. Jam autem ubi eadem adest legis ratio eadem est etiam dispositio ait prima ac pervulgata legum interpretandarum regula.

Praemisso hoc argumeutari sane licebit quod eadem prorsus ratio quae Benedictum XIV. permoverat, ut praseutiam matrimoniorum defensoris in fassiouum receptione decerneret, quod inquam eadem ipsa ratio in receptione extractuum matricularium pariter adsit quodve idem ss. Poutifex dum examini testium defeusorem explicite adesse jusserat voluerit simul implicite, ut adsit examiui i. e. authenticatioui extractuum matricularium. Ratio nempe legis de matrimoniorum defeusoris praesentia est, nt indissolubilitas vinculi suum ad omue tribunal matrimoniale specialem habeat custodem ac vindicem qui omuibus et singulis judicii actibus intersit moralemque praebere possit certitudinem super eo, quod cuncta rite acta fuerint. Scopo huic conformiter matrimonii defensor conscius debet esse uuiversorum, ut eorum contrascriptorem (Controleur) agere queat.

Hinc est quod iu vincularibus causis, inde a momento promulgatae constitutionis Benedictinae, officiosa fidei dignitas documentorum haud amplius sufficiat; et ideo nec matriculares extractus ad fidem officii sigillique parochialis ultra appellare possuut, quia haec pariter nou sufficit.

Neque enim fides officii parochialis major est aut plus praeteudere potest, quam fides judicis super jurisjurandi religioue inquirentis et huic juncta fides jurati notarii fassiones testium calamo sane authentico excipientis. Ecce autem quantacumque sit iuquisitionis idmodi fidei dignitas, uihil tamen in vincularibus scriptum ejus instrumentum proficeret, si matrimouiorum defensoris praesentia deficeret. Pari modo extractus matriculares penes omnem suam fidei dignitatem in casu presente haud proficerent, si authenticatio eorum a judice causae ordinata sine defeusoris concursu perficeretur. Nam probe notandum, quod Bullae »Dei miseratioue« § 7. officiosa fidei dignitate uentiquam contentetur, sed insuper ac indispensabiliter matrimoniorum defeusoris praesentiam exigat in omnibus quae a judice causae vincularis qua tali aguntur aut ageuda disponuutur.

Verum quidem est quod in saepe laudata Bulla de matricularium extractuum authenticatione sermo expressus non habeatur: ast

indubie nolebat ss. Pontifex omnes probationis modos ibidem recensere; sufficit quippe affatum, quo defensor in quolibet actu judiciali citandus generatim praecipitur. Quod reliquum est, dum Pontifex unum probationis modum videlicet examen testium expresse memorat, alios tacendo haud excludit, imo subaudiendos relinquit juxta regulam: »Ubi eadem adest legis ratio eadem est etiam dispositio«; cui suffragatur alia dicens: Mens legislatoris non verba consideranda.

Elucubrato sic fundamento interpretativo defensor pro necessaria in casu matrimoniorum defensoris praesentia habet II. fundamentum positivum.

Istud autem in ipsis Benedictinae constitutionis tenoribus radicatur. Bulla enim expresse matrimoniorum defensoris praesentiam in quolibet actu judiciali requirit imo exigit, atqui authenticatio de qua agitur est actus vere et proprie judicialis, ergo quotiescumque instituitur aut instituenda decernitur, concursum matrimonii defensoris exiget. Ad probandam asserti hujus veritatem ex eo, quod apud jurisconsultos in confesso est, argumentari licebit sequenti ratione:

Omnis inquisitio a judice causae ex officio ordinata est actus vere judicialis, quem ille virtute situationis suae qua judex causae respectivae suscipit, cujus positio aut requisitio soli judici competit: atqui authenticatio extractuum matricularium pariter nihil aliud est, quam inquisitio; ergo et ipsamet actus vere judicialis censeri debet ejusque positio aut requisitio soli judici competet.

Quod autem authenticatio haec naturam inquisitionis reipsa praeseferat, id omni caret dubio. Dum enim illa a judice pro tribunali sedente decernitur tunc nihil ultra ordinatur aut requiritur, quam dictorum extractuum cum suo originali collatio et inquisitio super eo, num praefati extractus cum ipsis, unde sumpti dicuntur, parochialibus libris verbotenus conveniant?

Cum itaque authenticatio manifeste inquisitionem constituat et ideo nomen actus vere et proprie judicialis sibi vindicet, simul patescit, quod ille non aliter quam praesente matrimonii defensore suscipi possit: Bullae namque toties laudatae §§ 6. et 7. expresse dicunt: Defensorem in quolibet actu judiciali citari oportere ita, ut quaecumque eo non legitime citato aut intimato in judicio peracta fuerint pro nullis, cassis ac irritis habeantur.

Insuper defensor eam tenet persuasionem: quod authenticatio sit actus talis, qui judicis arbitrio haud est relictus sed ad quem decerneudum ille in vincularibus obligatur.

Eteuim si amarissimum Bullae *Dei miseratione* exordium, ejus decretorius tenor ac Legislatoris patula iubutio specteutur, nemo negare potest, quod causae nullitatis matrimonii gravissimam deposcant indaginem, quodve in illis probatio pleua et quam potest perfecta requiratur. Quocirca omues possibiles cautelae adhibeudae sunt; imo nec tales quae iu alio causarum genere superfluae videreutur nocent.

Jam vero haec omnimodae circumspectionis decreta uecessitas quoad extractus matriculares haudquaquam minuitur neque prorsus deficit adeo, ut judex cautela autheuticatiouis supersedere possit.

Notum enim est quod ipsae non raro partes lite agentes extractuum idmodi exempla judicio praesentent: quo in casu falsatiouis aut suppositiouis possibilitas plaue exclusa non est. Ac etiamsi positive constet extractus a parocho scriptos esse, tum quoque securitas viuculi matrimonialis deposcit, ut illi cum suo originali conferantur ac de rite sumpto exemplo moralis certitudo acquiratur. Parochus namque salva prorsus officii et sigilli parochialis fide perseveret homo, qui dono inerrantiae provisus uon est: quiu proiu nullam respuere debet nec superfluam reddit cautelam.

Itaque, ne tribuual matrimoniale suis quoquomodo partibus desit, quiu ut potius eam quae in cognitione causae vincularis a Benedicto XIV. maxima inteuditur acquirat securitatem, nunquam non teuebitur talem ordinare investigationem, vi cujus moraliter certum fiat, quod extractus matriculares scripti omnino sint a parocho, cujus uomine signautur, quod cum parochialibus libris verbotenus couveniant.

Et ista quidem iuvestigatio iu concursu matrimoniorum defensoris perficienda spectatis Bullae *Dei miseratione* tenoribus videtur esse unicus in causa viuculari modus, quo judex securam illam de qualitate extractuum

notitiam legitime urgere et acquirere potest. Si euim alius absente plaue matrimouii defensore eatenus inquireret ac testaretur, quin judicialiter requisitus aut delegatus fuisset, tum vigore praefatae constitutionis inquisitio ejus et attestatio pro nullis, cassis ac irritis habendae foreut.

Obtutus isti eam ab olim praxim in judicia Metropolitani hujus tribunalis induxerunt, ut extractus matriculares ob solam suam officiosam fidei diguitatem in viucularibus causis ad probandum haud admittantur; verum illi prius memoratae iuquisitioni seu authenticatioui uon minus quam in expressis Bullae verbis suum habet praesidium; necuon declarat: quod metropolitanum tribunal e justo in Pontificum decretum obsequio sphaeram vigoris eorum ampliare potius quam restriugere cousueverit. Sic tameu ampliationem dicere licere, quo solum cavetur, ne pauciora constitutioui Benedictiuae subjecta ceuseamus quam legislatoris postulat iuteutio.

Eadem porro praxis faventem sibi habet inscriptionem *c. 1. de fid. instrum.* quae dicit: »Instrumenti exemplum uon solemuiter sumptum fidem uon facit absque originali«; eo hic suapte intellecto, quod in causis nullitatis matrimonii ad solemnem sumptionem exemplorum, inde a temporibus Benedicti XIV., etiam praesentia matrimouiorum defensoris requiratur.

Atque ideo cum ipsa extractuum originalia rarissime in judicio produci possunt, eorum autem exempla non solemniter i. e. non citato matrimouiorum defensore sumpta fidem uou facerent absque originali: ideo iuquam ven. isthoc Metrop. tribunal extractuum matricularium authenticatiouem seu illorum cum ipsis parochialibus libris collatiouem quoad viuculares necessarium censebat; ad solemnia autem ejus requisita concursum matrimonii defensoris pertinere judicabat.

Praeterea praxis haec suam in § 117. iustruct. nanciscitur commeudationem per verba: »Et tribunal matrimoniale et matrimonii defensor ex officio eas possuut ordinare iuvestigationes, quae ad proceduram quoad probationes compleudam necessariae ipsis videntur.« Imo plane praeceptum eatenus continet inst. § 123. dum dicit: »Matrimoniale tribunal nunquam non teuetur cuncta quae veritati perfectae investigandae iuservire possunt ex officio ordinare et executioui maudare.« Dum igitur tribunal Metropolitauum ad proceduram quoad probationes complendam necessarium judicat, ut authenticatio extractuum decernatur dumque actum huuc velut veritati perfectae investigandae inservire quaeuutem reipsa ex officio ordinat: tuuc optimo jure suo utitur, imo obligationi decretoriae satisfacieudo id solum agit, quod ipsa etiam instructio locis citatis intimat.

Demum ac finaliter praxim hanc impensius suadet observatio, vi cujus dicti extractus esseutialem in causis respectivis probationem constituent: unde authenticatio illorum ad probam essentialem supra omne dubium levandam directa velut actus judicii essentialis considerari potest. Ejus itaque omissio aut intermissa matrimoniorum defeusoris ad eundem citatio nullitatem plane seuteutiae importaret juxta ea quae saepe laudatae Bullae § 7. generatim, instructionis vero § 187. speciatim, enunciat, dum ait: »Seuteutia nulla est, si a judice non competeute lata vel actus judicii esseutialis aut prorsus omissus aut quin matrimouii defensor adhiberetur institutus fuerit.«

Quae cum ita se habeaut, nou potest non defeusor veuerab. Metropolitanum tribunal matrimouiale denuo ac reverenter orare, quatenus ex officio investigatiouem judicialem super eo deceruere dignaretur, num supra signati extractus matriculares cum illis ipsis unde sumpti dicuntur parochialibus libris verbotenus conveniant ac simul disponeudo requirere, ut in actu hoc sane judiciali matrimoniorum defeusor citatur suamque praeseutiam contrascriptione indicet.

Quia vero extractus hi quantumvis eorum secus editio ad jurisdictiouem Ordinarii voluntariam pertinuisset nunc attameu jam sphaeram jurisdictionis contentiosae subierunt omuisque circa eosdem dispositio ulterior ad judicis spectat competentiam: idcirco in ordinauda praefata etiam investigatione juxta § 146. 160. instruct. procedendum et »Tribunal matrimoniale dioecesis illius intra cujus ambitum authenticatio peragetur ut cooperari velit rogandum erit.«

Denique protensae hujus discussionis veniam deprecatus suamque justam uou miuus ac fundatam petitionem condignae atteutioni impensae commendans hoc scopo cum reverentia submittit defensor etc.

Hisce itaque quae a defeusore ex officio

disseruntur mature perpensis erit EE. VV. dirimere quae proponuntur

Dubia:

I. *An jurium in decursu litis productorum recognitio a judice ordinata sit actus judicialis in casu?*

II. *An expediat ut judex praefatam recognitionem ordinet in causis matrimonialibus in casu?*

III. *An in recognitionis actu citandus sit defensor matrimonii ex officio in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative si adsit justa ratio dubitandi arbitrio et prudentia judicis.

Ad III.: Affirmative.

Die 28. Aug. 1858.

Neapolitana seu Romana.

Mota superiori anno per Thomam Tormer Bazli in Neapolitana curia controversia super nullitate matrimonii, quod inibi pluribus abhinc annis ipse iniverat cum Euphrosina Falcius Florentina, haec e re sua censuit supplicem libellum ss. Pontifici porrigere pro causae avocatione vel ad Emum Urbis Vicarium vel ad s. Ordinem Vestrum. Qui sane libellus, quum rescripto dimissus fuerit: »Instet coram s. Congregatione citata parte« haud mora Euphrosina vadatis tum Thoma Bazli tum defensore matrimonii ex officio petiit, ut implorata per ipsam causae avocatio decerneretur; cui et alia una simul addita fuit petitio pro subministratione assequenda, qua litis impensis occurrere valeret: ac duplex propterea concinnatum fuit dubium aliud scilicet super judicis competentia, aliud super subministratione.

Haec absque querimoniis inter partes gesta sunt: at vero indicto prout de more deposito sc. 60 pro defensore ex officio qui Thomae partes tuetur clamores hac de re excitare coepit contendens frustraneum prorsus esse in incidentali super competentiae quaestione defensoris interventum. Opus hinc fuit in partium contradictione praejudicialem hujusmodi controversiam super interventu defensoris matrimonii judicio EE. PP. hodiernis comitiis committere, una cum altera super subministratione.

Qui Thomae in defensione adest ut interventum excludat haec habet: Sive literam spectes Benedictinae constitutionis super matrimonii defensore ex officio sive mentem perscruteris, id facile tibi suades defensoris praesentiam et operam haud requiri nisi controversia super matrimonii validitate in specie versetur. Ad verba quod spectat ita cautum legitur in § 6. praefatae constitutionis. Ad officium autem defensoris etc. *vd. p. 963 usque ad:* sustinendum necessaria censebit. Et paulo inferius prosequitur Pontifex: »Et demum defensoris *usque ad:* in judicium veniant.« *Vd. p. 963.* Demum ita clarius quaestionem absolvit, dum ait: »Cum igitur coram Ordinario *usque ad:* officii sui diligenter adimpleat. *Vd. p. 964.* Toties igitur (ita arguit) defensoris interventus ex legis verbis requiritur, quoties controversia dirimenda sit de validitate vel nullitate matrimonii.

Quod si (pergit) legis rationem inspicias dilucide apparebit non aliam mentem disponentis fuisse quam ne sacramenti valor in discrimen adduceretur et quod divinitus conjunctum fuit humana protervia dissolvatur. Id ex ipso constitutionis exordio patule deprehendi, id ipsam naturalem rationem dictare, quum nil aliud ecclesiae interesse possit quam sacramentorum valorem juxta illorum naturam ac disciplinam propugnare. Cum in incidentali controversia super competentia haud quaquam quaerendum sit num validum vel nullum potius fuerit initum inter Thomam et Euphrosinam matrimonium sed tantum praefiniendum a quonam judice hujusmodi quaestio super valore matrimonii sit dirimenda, quum nihil ecclesiae interesse queat utrum Romae vel Neapoli, utrum a s. Congregatione vel ab Ordinario judicium proferatur, naturali sensu quisque percipit, defensoris ex officio interventum ad legis tramites nullimode requiri.

Sed legis sanctioni mirum etiam in modum congruere urget observantiam. Ex praxi namque hujus s. Congregationis docemur, matrimonii defensores ex officio in incidentalibus quaestionibus ab objecto validitatis alienis, quas unasimul cum merito nullitatis saepe saepius accidit disceptari, sese nunquam immiscuisse. Plura insuper exempla reperiri in quibus absque defensoris officiosi

interventu vel dubia super nullitate matrimoniorum s. Ordini proposita fuere ad Ordinarii vel partium instantiam ceu in *Gratianopolitana Matrimonii diei 3. Aprilis 1841* necnon in alia suppresso dioecesis nomine sub rubrica: *Dubium dispensationis seu sanationis in radice 22. Junii 1844* vel de servandis necne formis a Benedictina praestitutis quaesitum fuit, uti adamussim in *Lauren. V. SS. LL. diei 26. Augusti 1848.*

Accedere etiam hac in re et ipsum ss. Principis oraculum. Rogatus namque ut avocationem causae a Neapolitana in Romanam curiam decerneret mandavit quaestionem super competentia coram Ordine Vestro disceptari citata parte tantum, scilicet Thoma Bazli, non jam defensore matrimonii, ceu sonant ea verba: instet coram s. Congregatione citata parte. Accedere demum, quod cum fisci vel procuratoris fiscalis interventus res sit natura sua odii plena restringi potius debeat quam extendi ultra casus expressos et fines in constitutione praestitutos. *Constantinus de officio Proc. fisc. n. 32. 33.*

Haec quoad interventum. Quoad subministrationem animadvertit Thomae defensor ad sumptuum litis praestationem consequendam duo in petente una simul concurrere debere, bonum scilicet jus ac paupertatem. Utrumque autem in casu deficere. Deest bonum jus in excitata quaestione super causae avocatione, quum et in jure universo praescriptum sit et ex s. Tridentina synodo firmatum causas omnes coram competente judice et Ordinariis locorum absolvendas esse in prima instantia. Quod si ad valorem matrimonii sustinendum subministratio necessaria erit, ea quidem postulanda foret coram judice competenti dum de merito principali res erit, non autem in hac extraordinaria incidentalis judicii sede.

Deest sed etiam et alterum requisitum nempe paupertas, quae rigorose et positive probanda esset ad tradita per *Rotam in dec. 782. n. 4. p. 3. Rec.* Habet namque Euphrosina (prout asseritur) non modo quibus laute pascatur ipsa atque familia, sed quae insuper ad vitae commoditatem et splendorem requiruntur, aedes scilicet amplas et eleganter instructas in frequentiori Urbis via, currum, vestes et omnia quae in frequentiori Urbis via ad muliebrem ornatum desiderantur. Strictius sed demum cum Euphrosina agendum esse addit, cum de muliere agatur indotata cui proinde subministratio non ex dotis fructibus sed ex proprio aere a marito solvenda esset. *Coscius de separat. Thori lib. 3. cap. 12., Borsius de effectib. matrim. part. 2. cap. 18. § 8. circa fin., Cavall. qu. 754. n. 24.*

E contra vero qui defensoris ex officio interventum propugnat et subministrationem favore Euphrosinae explendam perpendit inprimis quaestionem super competentia non extraneam ac impertinentem ad judicium de nullitate sed cum ipso maxime conjunctam esse. Quaerendo namque de competentia judicis in themate illud essentialiter quaeritur, utrum Neapoli vel Romae sint acta judicialia instruenda, probationes quaerendae. Nemo sed non videt plurimum ad causam referre num in uno an in alio potius loco, num ubi domicilium vel ubi quasi domicilium alter ex collitigantibus habeat actorum processus instruatur: quapropter, uti si incidentalis quaestio excitaretur de processualibus actibus non in uno sed in diversis locis explendis interventus in causam defensori ex officio denegari nequiret, ita pariter nec in praesenti causa super competentia ejusdem interventus denegandus erit, ex neotericis namque legibus in § *857. cod. jud.* sancitum est: »Un terzo, che provi di avere interesse in un giudizio introdotto, può fare istanza di essere ammesso ad intervenirvi.« Immo non voluntarium sed necessarium interventum defensori ex officio competere subdit quum non de privatorum bono sed de publico, non privatae personae sed ipsius ecclesiae interesse agatur.

Idque etiam a Benedictina constitutione expresse sancitum inveniri, quae matrimoniorum defensorem partem necessariam appellat ad judicii validitatem et integritatem, ibi: Et demum defensoris etc. *p. 963. n. 7.* Ad officium autem defensoris matrimoniorum hujusmodi ut supra electi spectabit in judicium venire . . . eumque oportebit in quolibet actu judiciali citari, adesse examini testium, ... ac subdit: Quaecumque vero eo non legitime citato aut intimato in judicio peracta fuerint nulla, irrita et cassa declaramus ac pro nullis, cassis, irritis haberi volumus perinde ac si citata et intimata non esset ea pars, cujus citari intererat. Ac legis literae plene congruere legis ipsius rationem. Ideo namque ss. Pontifex defensoris ex officio interventum voluit, ut omne collusionis periculum exsularet, ne »litigantes in specie

quidem discordes revera inter se concordes sint« vel pars mutet voluntatem vel pecunia sibi ad sumptus litis non suppetente vel aliis deficientibus auxiliis. Atqui haec non modo contiugere valent, cum quaestio agitur de causae merito sed etiam in incidentali quaestione super competentia, cum plurimum ad causae exitum conferre possit, si potius apud unum vel apud alium judicem processus instruatur, testes examinentur, judicium exerceatur. Necessarium hinc est ut in hac etiam controversia ad fraudes detegendas, ad collusionem devitandam, defensoris ex officio ministerium accedat.

Atque ita etiam s. Congregationem Benedictinam constitutionem interpretatam fuisse affirmat, dum in instructione 1840 hac super re edita expresse mandavit, ut defensor ex officio, quoties alter ex conjugibus libellum de nullitate matrimonii alteri porrexerit, statim et ipse in judicium venire debeat. »Hisce praemissis (ita in praedicta instructione) quoties aliquis ex conjugibus instantiam porriget super nullitate, Episcopus judicem, si velit, delegabit, deinde ipse vel judex delegatus citari mandabit defeusorem matrimonii, quatenus in curia episcopali jam deputatus existat: sin minus idoneum virum deputabit . . . . . eumque citari mandabit.« Unde facile arguitur exercitium muneris defensoris pari gradu ambulare cum praeliminari judicii instantia. Et s. Congregationis interpretationi plene etiam congruere ejusdem s. Ordinis praxim. Quam ad rem meminit incidentalem quaestionem in *Romana Nullitatis matrimonii super publicatione seu prosequutione processus 29. Maji 1852* in qua etsi non de causae merito sed de processualium tantum actorum ordinatione ageretur suas tamen in eadem exhibuit animadversiones matrimonii defensor.

Nec opponendum a ss. Pontifice instantiae rescriptum fuisse: »Instet coram s. Congregatione citata parte« quin additum fuerit »et defensore matrimonii«, rescriptum enim sese refert ad jus commune et ad praxim ex quibus defensoris interventus in omuibus etiam incidentalibus quaestionibus requiritur. Quodsi post haec aliquid dubii super interventu superesse posset, etiam in dubio tutiorem partem esse eligendam concludit, ne matrimonialibus causis vulnus aliquod licet occultum, licet remotum infligatur.

Ad subministrationem vero quod attinet scutata 1000 Euphrosinae suppeditanda fore pro litis impensis contendit, cum de ejusdem paupertate saltem relativa ac de bono jure nequeat dubitari. Si enim in quavis causa quoties haec duo extrema concurrant, subministratio decerneuda est, id firmius tenendum in causis matrimonialibus, ne illud deplorandum contiugat, quod removere statuit Benedictina constitutio, ne scilicet pars mutet voluntatem vel pecunia sibi ad sumptus litis non suppetente vel aliis deficientibus auxiliis. Ceterum Euphrosinae paupertatem saltem relativam pleue comprobari subdit ex testimonio tum parochi tum Generalis Ordinis Minimorum tum alterius sacerdotis. Bonum jus per se ipsum patere, cum matrimonium rite recteque contractum fuerit atque in possessione validitatis Euphrosina maneat, quousque contrarium per geminatas sententias non statuatur. Quamvis etsi neque de bono jure neque de paupertate constaret, condemnandus nihilominus esset maritus tum ad alimenta tum ad sumptus litis uxori suppeditandos cum agatur de matrimonio non solum rato sed etiam consummato ceu docet *s. Rota in dec. 158. num. 1. 2. 3. part. 12. rec., dec. 16. n. 1. cor. Caprara, dec. 299. n. 1. cor. Laucetta* ac firmavit s. Congregatio in *Caesenaten. seu Forolivien. Matrimonii 1723.* et in *Corduben. Dispensationis 22. Novb. 1760* § *Praeterea.*

Proponuntur itaque

D u b i a :

I. *An in incidenti de quo agitur sit locus interventui defensoris matrimonii ex officio in casu?*

II. *An et in qua summa sit locus subministrationi in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Habebitur ratio in propositione causae super avocatione.

Die 26. Septb. 1857.

Jamdiu Patre orbata erat Agnes Americae regionis puella et sororum suarum natu minima annum 13 aetatis quatuor mensibus excesserat, quando importunis suae Matris suasionibus et instantiis matrimonium contrahere adacta est cum Titio concive.

Ea porro ratione Mater inducere Agnetem ad hoc ineundum conjugium nitebatur, quia sibi animo persuaserat, Titium Lugduni vin-

dicaturum fore pinguem haereditatem, quae ab intestato Agneti obtigerat. At puella animum suum hujusmodi nuptiis adversum jugiter praemonstrabat.

Contigit autem, ut, re adhuc infecta, Titius Lugdunum demigrare coactus fuerit ideoque negotium Patri suo concrediderit, ita ut si Agnetis voluntas ad nubendum inclinaretur ipse personam filii gereret in matrimoniali contractu ad quem finem literas procuratorias reliquit. Res secundum Titii opinionem cecidit. Itaque, conquisita statim et impetrata super publicationibus matrimonio praemittendis dispensatione, verba sacramentalia Agnes et Titii Pater nomine filii absentis coram parocho et testibus protulerunt.

Hoc celebrato connubio Titius quidem praefatam Agnetis haereditatem Lugduni vindicavit: sed immemor cujusvis maritalis officii ipsum epistolare commercium abscidit. Per Europam enim cursitans, ludum et perditas mulieres flagitiose prosequens vindicatum Agnetis patrimonium profundens nunquam in Americam reversus fuisse videtur.

Quare infelix puella, suis bonis spoliata, cum nec libera nec nupta videretur animum convertit ad suum Archiepiscopum efflagitans, ut irritus declararetur matrimonii contractus. Instituto itaque et confecto aliqua ratione causae processu et Romam misso supplex simul puella petiit, ut saltem super matrimonio tantum rato SSmus dispensaret.

Tum preces tum processuales tabulae subjectae sunt examini in s. Congregatione Concilii, in iis tamen non pauca desiderabantur, quae juxta praescriptum ss. Canonum et Constitutionem Benedicti XIV. incipientem *Dei miseratione* in conficiendo hoc processu observari oportet. Namque deerant judiciales interrogationes tum Agneti tum Titio faciendae; deerant testimonia, quae in jure dicuntur *septimae manus*, eorumdem conjugum propinquorum*); deerat demum praesentia defensoris matrimonii, qui juxta dictam Constitutionem Benedicti XIV. interesse debet his judicialibus actis etc.

Itaque rescriptum fuit ad Archiepiscopalem curiam, ut ad tramites instructionum quae eidem transmittebantur actorum defectibus novo suppletorio processu remedium pararet; scriptumque pariter fuit ad Parisiensem Antistitem (namque fama ferebat Titium Parisiis tum degere) ut deputato defensore matrimonii aliisque servatis de jure servandis judiciali examini per interrogationes ab ipso defensore faciendas Titium subjiceret, tum super assertis causis nullitatis tum su-

*) In capite 5. *de frigidis et maleficiatis* haec interseruntur: »Si autem quod nunquam se invicem cognoverint ambo fatentur, *cum septima manu propinquorum vel vicinorum bonae famae* (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis evangeliis etc.« Item in capite 7. ejusdem tituli in fine legitur: »Quocirca mandamus quatenus ita est et constiterit vobis praefatum virum et mulierem . . . . insimul habitasse: Ipsis *cum septima propinquorum manu* firmantibus juramento se commisceri carnaliter nequivisse, proferatis divortii sententiam inter eos.«

Ad completum itaque processum, de quo sermo est, juxta ss. canones, maxime si agatur de matrimonii consummatione, requiritur testimonium *septimae manus*, quod non est aliud, quam attestatio jurata septem testium ex utroque latere, scilicet quatuordecim propinquorum vel vicinorum. Videtur dici *manus*, quia est velut auxilium ad confirmandum illud, quod conjuges sub juramento deposuerunt, et ad arcendam collusionem, quae inter ipsos conjuges fieri posset. Possent enim conjuges in judicio agere ex condicto et collusione ad judicem decipiendum, ut sententiam pro sua quisque libertate obtineat, dum contra reapse obstricti sunt et devincti manere deberent vinculo conjugali. Ad haec itaque evitanda et ad augendas probationes, (agitur enim de re gravi, in qua omnis cautela, quae adhiberi potest, adhibenda est, prouti notat Glossa in *cit. cap. 7.*) audiendi sunt in judicio propinqui utriusque conjugis vel vicini; illi nempe qui ex consuetudine et colloquiis aliisque modis melius quam ceteri cognoscere possunt conjugum vivendi modum et ea quae intra domesticos eorumdem parietes obveniunt.

Ob hanc causam, ad arcendas nempe fraudes et collusiones easque superandas, Benedictus XIV. saluberrima constitutione praescripsit, ut in his causis vinculi matrimonialis defensor haberetur. Etenim cum facillime dari possit casus, in quo vir et mulier unam tantum in judicio personam repraesentent quamvis apparenter videantur contendere, deesset altera persona cum qua contenditur, ea nempe quae representet jura vinculi matrimonialis contra quod conjuges agunt; et ideo constitutum est, ut in hujusmodi causis semper interveniat matrimonii defensor, qui pro matrimonii validitate, prouti par est, insistat et agat.

Hujusmodi Defensoris necessitas detegitur etiam in aliis causis, quae similitudinem quamdam habent cum causis matrimonialibus, cujusmodi sunt causae quae agitantur ad demonstrandam nullitatem professionis religiosae, in quibus pariter ex constitutione Benedicti XIV. *Si datam* exigitur Defensor, qui jura tueatur religiosae professionis, adversus quam religiosus agit. Item per quamdam extensionem, ob causarum similitudinem usu receptum est apud S. C. C. ut Defensor habeatur sacrae Ordinationis, quando ille, qui ss. Ordinibus initiatus est, contra ss. Ordines vel onera eisdem adnexa agere contendit.

per causis dispensationis matrimonii et confecti examinis summa in forma authentica ad s. Congregationem remitteretur.

Ex parte curiae Agnetis confectus transmissusque est suppletorius processus, qui factus fuit coram Vicario generali et defensore matrimonii specialiter deputato: Agnes nempe interrogata est emisso juramento de veritate dicenda super causis nullitatis et dispensationis matrimonii et nominatim super non consummatione matrimonii ejusdem. Receptae insuper fuerunt propositiones Agnetis, quibus indicabat de qua re interroganda esset sua mater aliique nominati a se testes circa vim metnmve et non consummationem.

Archiepiscopus autem sententiam suam hisce verbis patefecit: »His quae ab Oratrice probata apparent circa nullitatem matrimonii a se contracti nihil a me addi potest quia vis et coactio de qnibns fertnr tantum in domestica consuetudine gestae sunt. Quod autem ad dispensationem attinet credo esse veluti necessariam ad salutem conjngum: nam maritalis eorum conjunctio impossibilis evadit . . . . Et quidem pro dispensatione concedenda ulli dnbitationi locus esse non potest circa qualitatem matrimonii nullo modo antem consummati; quia absentia (Titii) ab hac regione ex quo matrimonium per procnratorem contractum fuit notoria omnino est ob causam, qua ille abesse compulsus est . . .«

Parisiensis autem Antistes Titium Parisiis reperire non valuit ideoque opns fuit, ut per publicas ephemerides citaretur, ut coram s. Congregatione C., stato termino, se sisteret: quod etiam frustra factum est. Nihilominns in cognitionem deveniens Titius causam suam agi penes Apostolicam Sedem snpplicem misit libellnm ab eadem Parisiensi curia authentice recognitum, qno a R. Pontifice solutionem matrimonii tantum rati postulavit.

Testes autem jurati eorumque testimonia ad haec reducuntur. Testis A. qnae foemina erat aetatis 30 annorum declaravit in judicio: »sibi ex propria scientia constare, Agnetis Matrem severitate pertractasse filiam suam et ejusdem filias in qualibet re voluntatem propriam non habuisse; quadam die proxima matrimonii celebrationi ob futilem rationem alapas matrem dedisse Agneti et alteri filiae, ita ut flerent: Agnetem nupsisse aetate 13 annorum supra quatuor menses: se non detegisse in Agnete amorem erga Titinm licet frequenter et familiariter cum Agnete usa esset: se quadam die praesentem fuisse dum Agnes conversari nolnit cum Titio, quando eam in uxorem petiit et andivisse ob ejusmodi acceptam repulsam Titium obiratum dnm e domo Agnetis in propriam se conferret projecisse in flnmen pileum sunm: se accepisse a quodam viro, qui in Europa cnm Titio consuetudinem habuit ipsum Titium de aliis agere nuptiis cum muliere europea eumqne perditis moribns esse inquinatum; constare matrimonium Agnetis non fuisse consummatum, quia Titius nunquam rediit etc.«

Ceteri vero testes qui fuerunt in judicinm indncti ab Agnete uno ore fatebantur, Titium post discessum ab America nnnquam eo rediisse neque Agnetem e propria urbe discessisse et hoc velnti factnm notorinm tradebant; insuper miserum Agnetis statnm compatiebantnr cum ex aliis causis tnm ex incontinentiae periculo. Quod vero attinet ad coactionem illatam haec deposnernnt:

Testis B. qui mnltis annis amicitia jungebatur cum utrinsque conjugis familia declaravit: »sibi persnasum esse locum habnisse violentam coactionem a Matre filiae suae illatam, ut matrimonium compleretur ob oscitantiam et etiam resistentiam Agnetis, qnae coecis oculis praeceptis Matris obediverat.«

Testis C. qui Agnetis familiam noverat declaravit: »se a Matre Agnetis accepisse per obedientiam filiam snam nupsisse, quamvis abhorreret ab hnjusmodi nnptiis.«

Testis D., qui a quatnor tantum annis familiam Agnetis noverat, ex auditu testatns est: »necessarinm fuisse minas a matre fieri, ut Agnes matrimonio consentiret.«

Denique alter testis consobrinus Titii tantum fassns est: »Titium nunquam rediisse et Agnetem e sua patria nunquam discessisse, reliqua vero ignorare.« Superest Matris testimonium, quod infra habetur. Agnes autem juramento confirmavit, »se coactam fuisse ad emittendum consensum in matrimonium ob absolutum Matris imperium et caput quidem flexisse non vero voluntatem; et matrimonium nunqnam fuisse consummatum.«

Concinnatis itaque dubiis juxta morem in aula secretariae S. C. C. ab utroque defensore tum mulieris tum matrimonii sequenti ratione disceptatum est.

Agnetis defensor praemissis nonnullis circa extrinsecam actorum formam ad causae meritum deinde accedens ex testium depositionibns ernebat, Agnetem *per imperium, minas, punitiones, reclusiones* fuisse a Matre severae indolis adactam ad contrahendum ipsamque autem Matrem in proprium dedecus ea omnia in jndicio confirmasse sub juramento nimirum: »Agnetem *abhorruisse* a nuptiis cum Titio eamque nt consentiret *punitionibus et reclusionibus* affecisse; ipsamque filiam reluctantem fuisse nsque ad *ultimum terminum*: se abusam fuisse materna auctoritate; suamque indolem severam esse obedientiamque absolutam exigentem a suis filiis; Agnetem autem juniorem caeteris *meticulosae indolis suae matris voluntati resistere non potuisse.*«

Nec defuisse adjiciebat defensor tricas et artes ad Agnetem circumveniendam, cujusmodi sunt et mandatum Titii suo Patri relictum, ut capta opportuna occasione hic, nomine filii, contraheret; et dispensatio extorta snper praerequisitis publicationibus, nt sine mora puellae invitae perpetunm jugum imponeretur. Haec porro omnia adversus orphanam tenerae aetatis puellam indole trepidam sufficientia esse contendebat ad vim metumve gravem constituendum, quo matrimonium nullum redditnr. Namqne metns hic, etiamsi reverentialis existimari velit, cum gravis sit, matrimonium infirmat. Reiffenstuel *lib. 3. decret. tit. 31. de regul.* § *165*, s. Rota *decis. 23. part. 12.* § *12. et seq.*, in qua ad rem reperitnr similis cansa matrimonii, quod declaratnm fuit nullum ratione talis metus prouti ibidem legitnr: »Pro nullitate matrimonii (per vim et metum), multum venit inspiciendum, tam qualitas personae illum inferentis, quam patientis metum, ut in proposito casn erant parentes adoptivi, qui Angelam impellabant ad matrimonium: dubium autem non est, qnin ex debita reverentia erga illos sublata fuerit Angelae libertas aperte dissentiendi tali matrimonio, ut dicatnr fuisse vi et metu contractum. Angela vero erat puella annorum 13 et alio auxiliatore destituta. In interpretatione enim justi metns fit discrimen inter virum et mulierem; quia minor metus in ista, quam in illo requiritur, Glossa . . . . et in puella tenerae aetatis minor sufficit metus, quam in adulta et perfectae aetatis; quem metum et violentiam potissime quoque indicant illatam nimia aversio et repugnantia Angelae ante et post matrimonium accipiendi Lucinm in virum. . . . Hanc quoque voluntatem et parentibus ipsis studuit patefacere, ut illos ab hujusmodi proposito amoveret . . . . Quibns etiam addebatur asperitas et saevitia Margaritae, quae ut dicunt testes erat etiam solita minas exequi; necnon illius et Hieronymi suasiones et importunae preces pariter emissae a persona cui debebatnr reverentia justum metum incutiunt et vim coactionis habent et e contra obsequium et reverentia puellae in dictos parentes adoptivos, quae qualitas est multum considerabilis etc.« Item S. C. C. *in Lunen. Sarzanen. 22. Junii 1833* § *haec* et alibi.

Neque defuisse praeterea ejnsmodi coactionem in ipso etiam celebrationis actu ostendebat defensor ex confessione jurata ipsins Agnetis; necnon ex interrogatoriis quae proposuit Agnes suae Matri faciendis, nempe: »dicat mater mea, quae nihili fecit meam voluntatem neque aetatem in qua eram, ... et quomodo, cum ego huic matrimonio resisterem, mihi minata sit et timore acris pnnitionis me induxerit ad dicendum coram Sacerdote, qui impertitns est mihi nnptialem benedictionem, me exoptare unionem illam, quam repudiabam et naturali instinctu nolebam.« Quae confirmabat defensor opportnnis testium declarationibus.

Ceterum (prosequebatur), quamdiu eadem causa et ratio illati metus perdurat, metus quoque illatus perdnrare censendus est, de Justis *de dispens. matrim. l. 2. c. 12.* § *61*, Reiffenstnel *l. 1. decret. tit. 40. n. 102.*

Pluribus autem aliis pari eruditione ostendere contendebat defensor, metum deinde non fuisse purgatum per spontaneum Agnetis subsequentem consensum neque id fieri potuisse ex doctrina S. C. C. quae exponitur in *Caesenaten. 10. Aprilis 1723* § *Ut quatenus.*

Gradum deinde faciens ad secundam dubiorum formulam accurate perpendebat duo simul demonstrari debere ad dispensationem imploratam obtinendam, quorum primum est ut demonstretur nunqnam fuisse matrimonium consummatnm sed ratum tantum mansisse. Alterum autem, ut justae causae dispensationis habeantur.

Ostendebat autem *primum* ex omnium testium judiciali confessione, qui, uno ore, testati sunt Titium patrios lares nunquam revisisse, nnnquam in Americam rediisse; hoc autem factum tradebant uti publicum

et notorium, cui attestationi velnti culmen Archiepiscopi testimoninm accedebat. Hac porro *coarctata* temporis nempe et loci nulla alia probatio est validior. Ideoque concludebat in praesenti causa non exigi aliam probationem, quae ceteroquin necessaria esset, si ejusmodi *coarctata* temporis et loci non haberetur, Ursaya *tom. 3. dis. 23. n. 140.* et apud S. C. C. *in Chien. Matrimonii 15. Decemb. 1792* § *Matrimonii, Januen. Dispensationis 27. Aprilis 1844* et alibi.

Ostendebat vero *secundum* ex enarratis usque adhuc facti adjunctis. Si enim quae exposita sunt non pertingerent ad vim illam metumve demonstrandum ad effectum de quo agitur, denegabit nemo dubium grave saltem ingerere de matrimonii validitate. At metus ille qui minus idoneus reputatur ad matrimonii nullitatem declarandam sufficiens tamen causa dicitur ad dispensationem obtinendam, *Bracharen. Matrimonii diei 25. Januarii 1823* § *In medium.* Dubium enim super addncta causa nullitatis dispensandi rationem suppeditat.

Eo vel magis quod in praesenti casu aliae specialesque rationes concurrerent, cujusmodi sunt perditi viri mores, qui cum honestae puellae moribus cohaerere non poterant; necnon justa miserrimae Agnetis aversio, quae in dies vehementer crevit. Propterea quaelibet maritalis conjunctio frustra sperari poterat. Ejusmodi autem causas ajebat defensor idoneas ex sese esse ad impetrandam dispensationem. *Januen. Dispens. 27. Aprilis 1844* § *Altera.*

E contra matrimonii defensor initio animadvertebat processus acta sanari non potuerunt ex eo quod postea commisso a s. Congregatione supplemento processus fuerint summatim repetita atque accepta a defensore matrimonii. Opus enim erat redintegrare acta cum forma substantiali. Quod enim ab initio vitiosum est non potest tractu temporis convalescere. Perpendebat insuper in actis processualibus desiderari adhuc et requisitam inspectionem et testimonium *septimae manus.* Poterat enim in judicium vocari vitricus Agnetis ejusdem amici tempore nuptiarum necnon domestici illius temporis, item Pater et fratres Titii etc.

Ad causae vero meritum devenieus praemittebat, matrimonium contractum juxta formam Tridentinam infirmari non posse nisi apertissime demonstretur vis et metus, qui sit talis indolis, cui resistere non valeat vir constans tenax propositi sui et injuste inferatur ad obtinendum consensum in matrimonium.

Porro contendebat ejusmodi vim et metum ex actis nullimode ostendi. Non enim quamlibet auram timoris, non naturalem timiditatem, non imperiosae voluntatis habitum metum illum constituere ajebat. Censebat enim levem omnino esse metum de quo sermonem faciebant testes. Eo vel magis, quod eosdem testes variis exceptionibus obnoxios esse existimaret. Matris enim testimonium suspectum dicebatur, ex praesenti filiae conditione et quia in propriam culpam et turpitudinem emissum; contra ceteros vero testes excipiebat vel quod non testarentur ex propria scientia vel quod violentia de qua testantur gravis non fuerit et non illata ad matrimonii consensum extorquendum.

Ceterum subjungebat etsi dici velit reverentialem timorem infirmare posse matrimonium ejusmodi tamen timorem gravibus adjunctis septum esse debere, Cosci *de separat. tori l. 1. c. 8. n. 72. et seqq.*, Clericatus *dec. 37. de matrim. n. 24.* in quo haec scribit: »Metus reverentialis dupliciter consideratur vel cum periculo alicujus gravis mali vel sine periculo. Primo modo quando filius vel filia non obtemperans voluntati patris aliusve inferior non exequens jussa sui majoris timet rationabiliter reddere illum sibi infensum, supersiliosum, torve aspicientem, nec placide loquentem et multo magis, si audiat eumdem verba opprobriosa dicentem vel ictus aut verbera minantem aut alias mortificationes in se promittentem, quae omnia reputantur in filio mala gravia et insupportabilia. Secundo modo consideratur metus reverentialis absque periculo videlicet, quando filia vel subditus non parens patri sive superiori suo patitur quidem aliqualem pudorem et verecundiam, sed scit parentes vel superiores indignationem non esse servaturos neque ad vindictam vel punitionem aliquam fore transituros, imo de facili se reddere placatos, ut disserunt Salmanticenses *c. 9. n. 53.*, ubi his praenotatis dicunt, metum reverentialem primo modo consideratum esse impedimentum dirimens matrimonii: non etiam secundo modo acceptum juxta communem DD. sententiam, quos sequitur Sanchez etc.«

Hac doctrina exposita in praesenti casu locum habere ajebat defensor metum illum secundo modo a Clericato consideratum. Nihil enim erat Agneti pertimescendum ab

amantissima Matre, quae in orphanae filiae bonum animum summopere intendebat.

Ad alterum dubium defensor matrimonii expendendum deveniens non constare de matrimonio adhuc rato ex eo contendebat, quia *coarctata* temporum et locorum non satis demostrata videbatur.

Verosimile enim non esse perpendebat intra spatium decem annorum, Titium nunquam reliquisse Parisios in facili itinere triginta circiter dierum, ut salutaret natale solum, suos parentes et expeditam uxorem. Et in suspicionem inducebatur defensor, quia Agnes inspectionem per honestas matronas fieri declinaverat.

Ad causam autem dispensationis quod attinet praemissa auctoritate Schmalzgrueber *jus can. univ. par. 4. tit. 19. n. 53.* affirmantis gravem postulari causam, quia cum agitur de jure divino urgentiora requiruntur motiva negabat defensor hujusmodi graves causas in themate adesse. Namque non habetur metus, qui saltem dubium ingerat de conjugii validitate et nihili faciendas esse censebat assertiones testium de pessima viri indole, utpote gratis factas. Deerat insuper causa gravis aversionis et odii, quod esse non debet artificiose conquisitum. Quibus in adjunctis non debere ad dispensationem procedi concludebat variis allegatis exemplis.

Hisce itaque aliisque amplissime per defensores disceptatis proposita sunt resolvenda

D u b i a :

I. An constet de nullitate matrimonii in casu?

Sen potius,

II. An consulendum sit SSmo super matrimonio rato et non consummato in casu?

Sacra Congregatio Concilii die 24. Septembris 1864 respondere censuit

Ad I.: *Providebitur in secundo.*

Ad II.: *Affirmative et ad D. Secretarium cum SSmo tam pro dispensatione quam pro sanatione actorum.*

Ex iis colliges:

I. Attenta causarum matrimonialium gravitate plures specialesque solemnitates in conficiendo processu praescribi tum a ss. Canonibus tum nominatim a Constitutione Benedicti XIV. quae incipit: *Dei miseratione.**)

II. Irrita autem esse acta processus, si non observentur saltem substantiales solemnitates praescriptae.

III. Inter ejusmodi substantiales solemnitates praecipuum obtinere locum interventum defensoris matrimonii acta judicialia quodammodo dirigentis juxta dictam Constitutionem.

IV. Quare acta sine hujus defensoris interventu confecta non convalidantur per posteriorem simplicem ratihabitionem seu recognitionem a testibus factam praesente dicto defensore.

V. Ejusmodi autem convalidationem interdum fieri ab Apostolica Sede, si consideratis actis et rei veritate tantum inspecta vitia processus ad extrinsecam formam solummodo referantur.

VI. In praesenti autem casu licet non omnes solemnitates praescriptae adamussim fuerint observatae*) nihilominus ea quae dedncebantur rei tantum veritate inspecta sufficientia existimata fuisse ad judicium ferendum super secundo dubio.

VII. Colliges insuper ad obtinendam dispensationem super matrimonio duo simul evidenter demonstrari debere: matrimonium nempe permansisse ratum et causas graves concurrere, ut illud dissolvatur.

VIII. Inter graves autem causas recenseri coactionem passam ad ineundum conjugium, quamvis ea coactio non demonstretur sufficiens ad effectum declarandi irritum matrimonium.

IX. In praesenti autem casu cum praedicta passa coactione concurrisse etiam infelicem puellae statum in quo suis bonis viri malitia deperditis neque libera neque nupta esse videbatur.

b) Munus.

Vd. lit. *a* p. 962.

2) O r d i n a t i o n i s.

Vd. *Diaconatus, Subdiaconatus* (dispensatio.)

3) P r o f e s s s i o n i s.

Vd. *Professio Regul.* (Nullitas, ordo servandus etc., Constit. Bened. XIV. diei 4. Martii 1748; processus quando irritus?)

*) Vd. *p. 962.*

*) Processus enim constabat ex prioribus actis sine interventu Defensoris confectus et ex posterioribus praesente Defensore, quamvis priora acta sub juramento fuerint recognita: deerat insuper examen propinquorum vel vicinorum Titii: deerat examen et juramentum Titii ipsius.

Definitor Regul.

Vd. *Monasterium; Regulares.*

(Electio, facultas.)

Eugenius PP. IV.

Approb. Congreg. s. Justinae de observ. monach. Ord. s. Benedicti.

In capitulo novem ex his qui in illo habere vocem possunt eligantur definitores qui sic electi totum capitulum praefatum repraesentantes pro salubri dictae congregationis successu statuta, constitutiones et ordinationes ac omnia et singula, quae in spiritualibus ipsius congregationis ac praefatae regulae statum, observantiam et indemnitatem necnon circa divini officii directionem et ordinationem absque tamen ipsius regulae variatione substantiae vel effectus interpretationem seu declarationem quomodolibet concernere poterunt auctoritate praedicta instituendi, ordinandi, interpretandi, declarandi necnon ea, quae sic instituta, ordinata, interpretata vel declarata fuerint in toto vel in parte, prout rerum et temporum qualitates exegerint, amovendi, alterandi et in melius commutandi plenam et liberam in omnibus habeant facultatem. Quorum definitorum statutis, constitntionibus et definitionibus et correctionibus singuli de congregatione hujusmodi cujuscumque dignitatis, status, gradus sive conditionis existant in omnibus efficaciter parere teneantur.

Volentes ac statuentes quod hujusmodi definitores de praedictis monasteriis et locis ac eorum bonis prout ntilitatibus praedictae congregationis videbitur expedire libere disponere:

Necnon eos ex ipsis monachis praesentibus et futuris quos ad id idoneos judicaverint in Abbates et priores vacantium pro tempore monasteriorum ac prioratuum hujusmodi alias juxta dictae congregationis constitutiones, ordinationes et statuta eligere sive nominare necnon ad beneplacitum eorum taliter electos sive nominatos absque aliqua dictae causae cognitione a regimine et administratione dictorum monasteriorum, quibus tunc praefuerint et quae tunc propterea vacare censeantur, absolvere et amovere ac etiam omnia et singula, quae in praemissis omnibus et circa ea quomodolibet necessaria vel opportuna fuerint, facere et exequi libere et licite possint et valeant.

Die 23. Novb. 1432.

Bull. r. t. V. p. 12. Ed. Aug. Taur. 1860.

Gregorius PP. XIII. ad Congreg. Cisterc. Ord. s. Benedicti.

Ut diffinitores et visitatores ex Abbatum, Abbates vero ex priorum et priores ex decanorum numero eligantur, quod postea diffinitores aut visitatores quempiam ad quamcumque dignitatem seu officium promovere aut proponere nequeant nisi promovendi ipsi a sex visitatoribus, qui tribus annis continuis bene monasteria visitaverint in quibus dicti promovendi habitabant eo mnnere seu dignitate vel officio digni fuerint judicati.

Die 12. Febr. 1577.

(Bull. r. t. VIII. p. 167. Ed. Aug. Taur. 1863.)

Clemens PP. VI. de refor. Ord. Servorum B. Mariae V.

Ordinamns, ut amodo singularum provinciarum praedictarum fratres eligant unum fratrem providum et maturum in definitorem pro generali capitulo, et fiat hujusmodi electio in provinciali capitulo quod immediate praecedet capitulum generale: definitores vero pro capitulis provincialibus eligantur a fratribus in eisdem capitulis provincialibus congregatis.

Similiter definitores generalis capituli non eligantur ad idem definitionis officium nisi demum elapsis duobus generalibus capitulis immediate sequentibus, possint tamen alias licite in definitores provincialis capituli elegi pariter et assnmi definitores etiam provincialis capituli ad idem officium nisi duobus elapsis capitulis nullatenus assumantur.

Die 7. Julii 1346.

(Bull. r. t. IV. p. 482 et 483. Ed. Aug. Taur. 1859.)

Defloratio.

Vd. *Stuprum; Sponsalia* (non constant-stuprum.); *Copula.*

(Matrimonium inducit.)

Lunen Sarzanen.

In jure ex *cap. 1. et 2. de adult. et stupr. positum est* quod defloraus virginem sub fide matrimonii sit omnino cogendus cum omnibus poenis canonicis ad eam in uxorem ducendam, etiamsi promissio ex parte viri fuerit ficta et simulata. Ita post *d. Thomam 4. distinct. 28. quaest. unic. art. 2. n. 4.* decrevit s. Congregatio in *Licien. Sponsalium 18. Decb. 1728* et *12. Martii 1729*, quam sequuta est Rota *in Constantien. Sponsalium 7. Junii 1751 § 6. cor. Matthaejo* et in *Majoricen. Sponsalium 18. Aprilis 1755 § 3. coram Stadion.* Neque ab hac obligatione dissolvi virum sub praetextu, quod puella cum aliis viris inhonestam habuerit consuetudinem nisi afferantur argumenta, quae hoc crimen pernecesse evincant respondit Rota *in Majoricen. Sponsalium 2. Junii 1777 § 12. coram Azedo.*

Die 19. Decbr. 1818.

Theatina.

Non praesumitur honestam puellam absque promissione matrimonii ulla ratione sese viro comprimendam tradidisse uti docet *Ciarlin. contr. 164. n. 66., Sanchez de matr. lib. 1. disp. 22. n. 6., Menoch. de praesumpt. lib. 1. press. si art. 9. cap. suique fidem 30. eod. tit., Reiffenstuel. lib. 4. decret. tit. 1. de sponsalib. et matr. § 4. n. 68.*: »Defloration sub spe futuri matrimonii sequuta coactioni etiam locum dare plures auctores tentent, cum per se contractum inducat quem ex parte sua tenetur perficere stuprator improbus ne secus sui criminis praemium reportare quodammodo videatur. *S. Thomas lib. 4. dist. 28. quaest. unic. art. 2. ad 2., Sanchez. lib. 1. matrim. dis. 10. n. 3.*, s. Congreg. in *Bisinianen. Sponsalium 19. Decemb. 1835.*

Die 10. Septb. 1853.

Defuncti.

1) E Coemeterio vetere sintne transferendi in noviter exstrnendum?

Vd. t. III. p. 1; 1533. n. 1; *Sepultura.*

2) Delatio ad ecclesiam.

Fodiana.

Rmus D. Hodiernus Episcopus Fodianus quum in sua praesertim Civitate morem invenisset non deferedi ad ecclesiam defunctorum corpora antequam sepulturae tradantur sed statim a propriis domibus deferri ad coemeterium ac consequenter eosdem Defuntos nullo ferre Fidelium suffragio juvari a Sacra Rituum Congregatione suppliciter postulavit, ut Rmo Ordinario pro tempore dioeceseos Fodianae liceret indulgere facultatem celebrandi in oratoriis privatis auctoritate tamen apostolica erectis eum numerum missarum qui ipsi Ordinario videbitur.

Huic autem instantiae sub die 28. Septembris anni elapsi sacra Congregatio respondit: Scribatur Episcopo: ad mentem. Mente Sacrae Congregationis eidem patefacta ejusque responsione accepta Sacra eadem Congregatio, attentis noviter deductis, non solum petito Indulto non esse annuendum censuit sed etiam Rmum Episcopum Fodianum esse cohortandum, ut inductum abusum ea qua praestat prudentia evellere curet ac Ritualis Romani praescriptiones instaurare ut, quoad fieri potest, Fidelium cadavera ad ecclesiam deferantur pro exequiis celebrandis.

Die 21. Aprilis 1873.

Delegatio.

1) Conditionalis irrita est.

Catanien.

Irrita evadit conditionalis delegatio non adimpleta conditione per *text. in leg. a testatore ff. de condit. et demonstrat.* et praescriptae formae omissio irritat actum, ex *cap. Cum dilecta de referen.* et *cap. Venerabilis de offic. delegat.*

Die 20. Jan. 1798.

2) Curatus oeconomus delegare potestne?

Vd. t. IV. p. 904. n. 4.

3) Extensio.

Romana.

Licentia et delegatio data sub nomine unius personae ad aliam diversam personam non extendi tradunt *Tondut. quaest. benefic. part. 5. cap. 154. n. 1.*, *Card. de Luc. de matrim. disc. 2. et 3.*

Die 9. Aug. 1817.

4) Duratio.

Urbanus PP. III. Abbatibus de Wellebec et de Sulvestum.

Gratum gerimus et acceptum quod in negotiis commissis vestrae jurisdictioni debitam curam impenditis et his quae dubitationem faciunt pro gravitate vestri officii censuram Sedis apostolicae postulatis.

Sane consuluit nos vestra discretio an ante obitum delegantis proposito citationis edicto lite vero post mortem delegantis contestata delegatus judex nihilominus debeat in causa procedere: et utrum is intelligatur appellationi renunciasse, qui ea interposita ad producendos testes inducias postulavit et deinde productioni et allegationi renuncians attestationes petiit solemniter publicari sicut hoc totum circa decessum bon. mem. praedecessoris nostri Lucii qui judices delegavit sub examine vestro asseritis contigisse. Nos autem inquisitioni vestrae taliter respondemus, quod cum in priore casu citatione facta quasi coeptum si negotium et maxime, si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest et debet in causa procedi: tenebitque quod justitia praevia fuerit judiciali tramite diffinitum. In secundo casu videtur ab appellatione recessum, si secundum ea, quae praemissa sunt, eum qui appellaverat constiterit processisse.

Anno 1186.

(Bull. r. t. III. p. 45. Ed. Aug. Taur. 1858.)

Montis Alti.

Cum actus delegatae jurisdictionis exerceri caepit ante obitum mandantis forte poteret ad finem perduci licet interea Delegans defunctus sit, ad *text. in Leg. Et quia de jurisdict. omn. judic.*, *cap. Relatum*, *cap. Gratum*, *cap. Licet de offic. et potest. Delegat.*

Die 17. Julii 1802.

5) Ad Matrimon. contrahend.

a) Ab Episcopo.

Vd. *Matrimonium.*

b) A Parocho.

Vd. *Matrimon. occultum* (Const. Bened. XIV.); *Matrimon (nullit. const.* ex def. libertatis etc. decr.: *Continuatio Theatina* §: *Progreditur)*; p. 721. c.

6) Ad Ordinationem.

Vd. *Ordinatio Clerici non confirmati* (decr. Anglonen et Tursien.) *Ordinatio* (Ordinans competens, non competens)

Delegatus.

1) Apostolicus.

a) Appellationes quas accipere potest?

Vd. t. I. p. 638. n. 1. etc.

b) Facultas.

Vd. t. III. p. 855. §: *Ceterum etc.*

2) Quis est?

Delegatus est cui aliquod negotium gerendum tribuitur.

3) Subdelegare quando potest?

Vd. *Subdelegatio.*

Albinganen.

Notissimum est jus, quod Delegatus non potest delegare nisi fuerit ex privilegio Delegatus ad universitatem causarum, *cap. Cum causam* §: *finali de appellat. ibique glossa* verbo: *Delegatus.*

Die 12. Septbr. 1801.

4) Voluntatem Delegantis non exequeus.

Catanien.

Nedum peccat Delegatus, qui voluntatem non exequitur delegantis, *Reiffenst. lib. 4. Decretal. tit. 3. n. 4.*, *Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 5. n. 6.*, *Laym. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 9.*, sed condignam etiam meretur poeniteutiam ex *cap. Cum inhibitio 3. de clandest. desponsat.*, quae quum non sit expressa ab ipso infligenda esset Episcopo ex *cap. De causis de offic. delegat.*

Diei 20. Jan. 1798.

Delictum.

1) Enorme quod est?

Vd. t. III. p. 1363. §: *Farinacius etc.*

2) Irregularitas non est nisi in casibus a jure expressis et debet esse actus externus.

Vd. *Irregular. infam. adest* (decr. *Beneventana* §§: *Et ad, Irregularitas.)*

Dementia.

(Quae reddit matrimonium invalidum?)

Vd. *Matrim. inter Raptor. et non violent. rapt.* (Nullit. non constat, decr.: *Praemislien.* §: *Ad dementiam etc.*); *Matrimon. mentecaptorum.*

Demolitio.

1) Ecclesiae.

Vd. *Decreta auth. S. R. C.* Edit. Mühlbauer, suppl. t. II. p. 81. n. 16.

a) Causae.

Vd. infra lit. *b.*

Camerinen.

Cum de ecclesia agitur superflua et inutili in villicula s. Mauri in qua exiguus est populus animarum 60 et duae aliae sunt ecclesiae, unde parocho et parochianis nihil (suut verba Archiepiscopi) aut parum interest sive praedicta tertia ecclesia suspensa remaneat aut manuteneatur sive non, dummodo in una vel altera ex memoratis eccle-

siis reaedificatis altare seu capella honori erigatur b. M. V. sub titulo ss. Rosarii, quemadmodum commode fieri potest; idque ad conservandam fovendamque pietatem ac devotionem parochi ac parochianorum eo ipso modo, quo et ipsi et eorum tum praedecessores tum Majores per successiva saecula consueverunt in praefata hodie derelicta ac suspensa ecclesia s. Mariae in Rivo bb. Virginem Rosarii excolere ac venerari, in his porro et similibus terminis ecclesiae demolitionem et profanationem permisit s. Congregatio in *Lucana Demolitionis et translationis oneris missarum 18. Augusti 1781* et in *Camerinen. Demolitionis ecclesiae 18. Decemb. 1790.*

Die 18. Novb. 1797.

Narnien.

Concilium Trid. licet reparationem commendet ecclesiarum ne ea quae sacris ministeriis dicata sunt temporum injuria absolescant et ex hominum memoria excidant, ubi tamen pares nou sint illarum redditus, demolitionem permittit cum facultate ecclesias dirutas in profanos usus non sordidos erecta tamen ibi Cruce convertendi, quae sancita sunt *in sess. 21. cap. 7. de reform.*

Die 15. Maji 1802.

Super vertice collis ubi urbs N. consurgit antiquitus nobile templum Urbanus IV. ad praeclaras recolendas memorias erexit, cujus tamen hodie nonnisi rnderes supersuut. Templum extat tribus alis intersectum unico altari in medio constituto, supra quod adest imago Crucifixi quam fidelis populus ab antiquo magna pietate veneratus est. Olim hoc templum paroeciale erat, sed imminutis admodum in eo loco paroecianis auimarum cura translata fuit in ecclesiam cathedralem.

Anno 1530 Ordinarius beneficium illud paroeciale univit cathedrali ecclesiae cujus redditus id temporis non excessisse legitur *duodecim de camera* adjecta conditione ut Canonici *ejusdem beneficii debita sustineant onera solita et consueta.* Ejusmodi unio ea de causa facta fuit ut prospiceretur conservationi templi.

Cum pia quaedam laicorum sodalitas templo indigeret, ut religiosas exercitationes ageret, Capitulum eidem sodalitati templum hoc dedit sub quibusdam conditiouibus inter quas illa erat, ut sodalitas suo aere prospiceret templi incolumitati et conservationi: quoad bona vero pertineutia ad templum sive beneficium scriptum fuit: *Canonicos sibi praeservare pro Capitulo omnes et singulas possessiones, vineas, campos, prata, redditus, domos aliaque loca ad idem templum spectantia exceptis supradictis in dicto Monte,* idest locis templo adjacentibus.

Pia sodalitas ouera suscipiens non videtur his oneribus satisfecisse: nam 1629 templum ruiuam minitabatur, ita ut pia sodalitas coacta fnerit interveniente Ordinarii venia illud derelinquere; seque transtulit in quoddam oratorium cathedrali ecclesiae aduexum.

1630 quaedam iustauratio ejus templi facta fuisse videtur impensis scut. 100. Ab eo tempore usque ad aunum 1787 in actis s. visitationis nulla mentio amplius facta est de templi instauratione, quamvis de eodem templo mentio habeatur. Quidquid inposterum evenerit usque ad annum 1825 memoriae non fuit proditum: coustabat tameu usque ad annum 1825 quemdam clericum illi templo inserviisse et Capitulum anuua scut. tria iu templi iustaurationem impendisse.

Cum autem templum in dies magis magisque fatisceret, Ordinarius interdixit illud translata in cathedrali ecclesia celebratione quarumdam missarum, quae iu illo templo erant celebraudae; ac praeterea Cauonicis praescripsit terminum unius anni ad templum reficiendum. Cum autem Cauonici mandatis neutiquam obtemperareut tectumqne dirui coepisset tandem Ordinarius in s. visitatione terminum mensis praescripsit ad reficieuduu tectum, quo tempore inutiliter elapso poenam Canonicis comminatus est scutatorum 3 singulis diebus.

Cum autem Cauonici se per hoc decretum nimis gravatos putarent, preces obtulerunt S. C. Episc. et Reg. ut a decreto ipsos liberaret; quare servatis de more servaudis causa proposita fuit sub dubio quod in calce ponimus.

Canouici in suis precibus rerum historia breviter enarrata animadvertebant ab eo tempore quo paroecia unita fuit Capitulo unitam fuisse tamquam simplex beneficium; legitur euim in decreto uuionis: *praedium ejusdem mensae sit vel esse dicatur.* Osteudebant autem, ab anno 1590 quo Capitulo unita fuit paroecia templum minatum fuisse ruinam: neque ex ea unione eidem Capitulo

obveuisse sufficientes redditus: uamque ea, quae expressa fuerant in coucessioue facta piae sodalitati, uempe *possessiones, vineae etc.* non aliud fuisse inquiebant nisi inanes formulas et iuauia verba; et iu uiouis decreto non aliud legi quoad redditus uisi: *Fructus, redditus, proventus et emolumenta quaecumque duodecim ducatorum auri de camera non excedit:* item anno 1630 in decreto s. visitatiouis legi, eam paroeciam uuitam fuisse Capitulo *ob tenuitatem redditnum.*

Etsi autem tenues essent redditus uihilominus Capitulum haud omisisse templum instaurare: quod si ab eo tempore nsque adhuc permanserit, id est per tria circiter saecula, id Capituli cnrae esse adscribendum: modo autem templum ipsum temporis vetustate nimis fatisceus iudigere nova propemodum aedificatioue, qua, aequitate suadente, gravari Canonicos non posse.

Nonnulla deiude oggerebaut circa reaedificatiouis couvenieutiam; an scilicet in illis remotis ejus urbis locis templum illud conservari expediret: inde descripseruut locum, quem fere inaccessibilem hyemali tempore esse iuquiebaut; quiu imo ex quodam alieno muro ante templi jauuam 30 abhinc aunis coustructo ipsum templum aere et luce nou parum privari et aquas iufra muri parietes et templum congestas fundameuta permeantes et humiditatem augentes in majorem templi jacturam confluere: nec deesse quemdam reconditum locum circa templum, quo rebus inhonestis pateret aditus.

Hic pariter rerum historia breviter enarrata iuquiebat, paroeciam fuisse uuitam Capitulo, quam iu acceptis libenter habnit uou quidem in destructiouem templi sed in augumentum divini cultus conservatiouisque templi ejusdem: haud multam tamen Canonicos habuisse templi curam, quod conservari potuisset paucis impeusis: ab auno autem 1825 Capitulum omnes dereliqnisse erga templum sui beneficii curas iu detrimentum pietatis, quae magna erat iu popnlo erga venerabilem Crucifixi imaginem; inde eveuisse tecti ruinam atque ea omuia, quae deinceps ex desertioue fuerant consequuta, quin Capitulum moveretur aeqnis cousiliis propositis ad facilem templi instaurationem: monebat autem non ex loco in quo templa reperiri coutiugat de templi utilitate esse judicandum sed ex pietate, qua fideles templa prosequuntur: rejiciebat insuper qnae Capitulum ex iucouveuieutia enarrabat, quae potius in ipsius Capitnli culpam erant verteuda.

Commemorata Trideutina constitutioue *cap. 7. sess. 21. de ref.* animadvertebatur cum Card. de Luca *disc. 17. n. 1. adnot. ad Conc. Trid.* hac in re dari non posse generalem regulam, cum judicium circa templorum demolitiouem totum pendeat ex particularibus adjnuctis: ubi praeterea hic auctor notat posse deveniri ad templi demolitionem ob plures causas »puta ubi de ecclesiis existeutibus extra loca habitata et iu locis campestribus seu alias ita situatis, ut pro delinqneutium ac facinorosorum hominum coufugio cum publicae quietis perturbatione deserviant.« Et S. C. C. ob ejusmodi circumstantias uou semel cousensisse demolitioui sacrarum aedium, ut traditur in *Aesina Demolitionis 26. Augusti 1780* §: *Sacra.* At vero haud concurrente justa, urgente et necessaria causa demolitioui non cousensisse, ut ibidem traditur § Pront.

Dubium:

An et quomodo confirmandum sit decretum in s. visitatione editum seu potius annuendum Capituli precibus in casu?

S. Congregatio Episc. et Reg. die 7. Sept. 1866 respondere censuit: *Affirmative ad primam partem juxta modum: negative ad secundam.*

Modus autem praescriptus a S. C. fuit, ut praefigeretur Capitulo terminus unius mensis ad propouendum modum, quo repararentur damua templi suspensis interea poenis comminatis atque jussit eam rem referri in secuuda Congregatione *post aquas.* *)

*) Vetustissimae sunt ejusmodi formulae, quibus ss. Congregationes utuntur, quando differunt causarum judicium: quando enim differunt resolutionem causae, sine ulla determinatione temporis, uti solent clausula: *Dilata*, qua simpliciter significatur, resolutionem dilatam esse: quando vero determinant dilationis tempus, dicere solent ex. gr. *Dilata ad primam*, idest, ad primam Congregationem immediate sequentem: item *dilata ad primam post proximam;* idest ad secundam subsequentem Congregationem: et secundum mensium diversitatem dicere solent: *Dilata ad primam post aquas*, idest post autumnales vacationes: item *Dilata ad primam post cineres* idest, post diem cinerum: item *Dilata ad primam post Agnos:* idest post festivitates Paschatis: item *Dilata ad primam post Reges*, idest post Nativitatis et Epiphaniae solemnitates. Ejusmodi clausulae mutuatae fere omnes sunt a vetustissimo s. Rotae Tribunali.

Continuatio.

Capitulum non ea solicitudine uti par erat se gessit jnxta s. Congregationis mandata; quin imo nonnullis querimoniis exhibitis postulavit causae revisionem: quare proposito dubio:

An concedenda sit causae revisio vel potius ad ulteriora procedendum?

S. C. die 1. Febr. respondit: *Negative quoad novam audientiam et ad mentem*: mens autem fuit, ut prorogaretur terminus ad alium mensem, quo inutiliter elapso locum haberent poenae quas in suo decreto Ordinarius in s. visitatione comminatus fuerat ac relatio fieret in Congregatione proxime sequentis Aprilis.

Relatio itaque facta est statuto tempore in s. Congregatione et audito iterum Ordinario dnae propositiones coram s. Congregatione exhibitae fuerunt pro instauratione templi opportunae, quarum prima secumferebat expensas scut. 494, altera vero scut. 388: quare proposito dubio:

An, quomodo et quaenam ex duabus propositionibus sit exsecutioni mandanda in casu?

S. Congregatio die 7. Febr. 1868 respondere censuit: *Affirmative pro prima propositione sub dependentia Episcopi, ita tamen ut opus infra tres menses incipiatur et infra quatuor annos perficiatur.*

Ex quibus colliges:

I. Non esse statim deveniendum ad demolitionem templi unica extante causa, quod templum fatiscat, quamvis paroeciale non fuerit.

II. Templorum instaurationem ad eos primo loco spectare ad quos templum immediate pertinet; maxime vero si cum hoc onere templum redditusque connexos susceperint.

III. Gravibus enim non existentibus causis non esse deveniendum ad eam destructionem, quae cedat in detrimentum divini cultus pietatisque fidelium.

b) Concessa.

Vd. *Beneficium* (transl.); *Missa* (transl.)

Camerinen.

Rector est Praesul Alexander Lacchini simplicium beneficiorum quinque sub invocatione ss. Petri, Laurentii, Nicolai, Martini et Valentini, quae abbatiae nomine in Camerinensi existunt dioecesi. EE. igitur Vestris supplicavit pro facultate alienandi praediolum unius beneficii in utilitatem alterius ac demolieudi fatiscentem ecclesiam beneficii s. Laurentii, prodiitque die 17. Januarii 1789 rescriptum: *quoad alienationem: lectum ad instantiam; in reliquis orator doceat, utrum ecclesia de qua agitur sit titulus ejusdem beneficii.* In exequntionem hujusce rescripti titularem fassus est ecclesiae qualitatem plnribusque additis rationibus priorem renovavit demolitionis instantiam, quae ad Camerinensem remissa fuit Archiepiscopum *pro informatione et voto transmissa copia unionis perpetuae beneficiorum; et referat de expensa vere necessaria pro restauratione et an actio competat contra haeredes beneficiati et an omnes ecclesiae sitae sint intra fines ejusdem paraeciae et quaenam sit magis accomodata populi devotioni et necessitati.*

Haec antem Archiepiscopo absente generalis refert ejus Provicarius: *Ecclesia* inquit *de cujus demolitione agitur quaeque sita est in confinio duarum paraecciarum s. Urbani et s. Angeli Terrae Apiri hujus dioecesis, nullo modo inservit commoditati populi prope eam commorantis, quum alia existat vicina et magis accomodata ecclesia sub titulo ss. Annuntiationis nec in illa nulla fuit imposita obligatio missarum neque Sacramentorum administrationis, uti testantur parochi dicti loci in folio adnexo, ex quo habetur etiam eorum assensus circa ejusdem ecclesiae demolitionem.* Affigi ulterius fecisse testatur ad fores ecclesiae notificationem nullumque comparuisse *ad contradicendum oratoris petitioni.* Infelicissimum ipsius ecclesiae statum ex transmissa ostendit peritia murarii fabri. In deterins illam abire cepisse sub decessore beneficiato, *attamen dictae fabricae ruinam jam maximam juste incuriae et culpae ejusdem praedecessoris adscribi non posse.* Atque ex ore tandem oratoris deesse affirmat unionis beneficiorum documentum cujus loco indivisam orator ipse dictorum beneficiorum collationem probat.

Ubi fieri valet, reparandae, non destruendae sunt ecclesiae ex aperta dispositione *s. Concilii Trid. sess. 21. cap. 7. de reform.*, eae praesertim, quae titulum praebent beneficiis, ut illa est s. Laurentini. Expedit enim ne parium fundationum pereat memoria *et quae sacris ministeriis dicata sunt temporum injuria obsolescant*, ut ibid. monet Trid. Synodus. In casu autem nostro locus fortasse esse posset reparationi, quum annuus redditus beneficiorum in literis apostolicis sit *75 ducatorum auri de camera et juliorum trium* absque ullo onere et impensa pro restauratione ascendit ad scuta 220 tantum.

Haec contra EE. Patrum judicio subjicit orator ne ad gravem hunc sumptum cogatur tenuitatem nempe beneficii, cui qnatuor dumtaxat sunt terreni rubra; ipsius beneficii qnalitatem absque nllo prorsus onere; incommodam habitantibus ecclesiae positionem in praerupto difficilique loco; exemplum alterius beneficii s. Valentini, quod nullam habet ecclesiam. Homines praeterea villae Casalinorum erigere pollicentur altare in honorem s. Laurentii in proxima eorum ecclesia ss. Annunciatae dummodo ad eam ampliandam demoliendae ecclesiae caementa concedantur. Adservandam insuper rei memoriam sacellum cum imagine s. Laurentii in loco demoliendae ecclesiae construere pollicetur beneficiatus. Addenda quoque est circumstantia loci in quo ruens positum est aedificium. Fortasse enim ob proximam ripam diuturna non esset illius restauratio. Illndque postremo animadversionem meretur, quod nullus ex iis qnorum interesset existentia ecclesiae licet per notificationem moniti illius demolitioni adversatur. In levioribus profecto terminis similem EE. Vestrae permiserunt demolitionen *in Lucana Demolitionis et translationis oneris missarum 18. Augusti 1781* ac snb eodem titulo *in Ariminen. 5. Aprilis 1788.*

Deliberare igitur dignentur Emi Patres:

An et quomodo sit locus demolitioni ecclesiae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative extructo in ecclesia ss. Annuntiatae altari in honorem s. Laurentii per concessionem caementorum demoliendae ecclesiae.

Die 18. Decbr. 1790.

Fanen.

In Cathedrali Fanensi duo sunt Mansionarii, qui alternis hebdomadis chori servitium praestant et in solemnioribus missis et vesperis canere tenentur: Isti percipiunt fructus beneficii erecti in ecclesia nuncupata ss. Simonis et Judae, quae multis abhinc annis clausa est, quippe fatiscens et sordida. Cum eam reparare non possint Mansionarii postulant, nt destruatur omnino translata icone ad altare, quod eis in Cathedrali Canonici concedunt et erogato pretio ex coementis retrahendo in investimentum nnde annui redditus augeantnr. Episcopus Administrator affirmat ex fructibus beneficii ss. Simonis et Judae percipi *scuta 88 ac obolos 88 quae summa postea repartita ad scuta 44 obolosque 44 annuatim pro unoquoque pertingit. Obnoxii igitur esse non possunt Mansionarii sumptibus pro restauratione jam jam labentis ecclesiae, quae mullis ab hinc annis clausa remanet pro qua scuta 159. obolos 12., impendi necesse esset, uti in peritia ex officio efformata evidenter describitur in qua etiam ejusdem coementa ad valorem scutorum 409. 41 $^1/_2$. pertingere demonstratur. Demolitio praeterea hujus ecclesiae nullum infert praejudiciam populo tum quia nulla in ea est missarum obligatio (cum diebus festis Sacrum celebraretur antea sumptibus piae unionis ss. Cryspini ac Cryspiniani, quae nunc prorsus abrogata est nec ulla jam effulgeat spes, quod imposterum reviviscat) tum quia aliae viciniores adsunt ecclesiae in quibus cum frequentius Sacra celebrarentur populi commodis satis abunde inserviatur. Ipse locus ubi sita est ecclesia de qua agimus vix decet ipsius Sanctitatem. Vici angustia, clamor ac strepitus hominum infimae plebeculae vetant ecclesiastica munia cum dignitate frequentari. Hos interea audivi Canonicos, quos certiores feci super expositis in supplici Mansionariorum libello. Capitulariter ipsi congregati mihi responsum in scriptis dederunt consentiendo oratorum instantiae, quam etiam utilem ipsi Capitulo ac servitio ecclesiae existimant ac meo sensui aquiescere omnino dixerunt circa informationem. Ex hisce hactenus enunciatis mihi videtur mereri oratores, ut vos annuere dignemini eorum petitis.*

Restaurationem ecclesiarum commendant ss. Canones et praecipue Trid. synodus *sess. 21. cap. 7. de reform.* »ne ea quae sacris ministeriis dicata sunt temporum injuria obsolescant et ex hominum memoria excidant«. Verumtamen si deficiat modus unde fatiscentes ecclesiae reparari possint, eadem s. synodus permittit demolitionem »*cum facultate ecclesias dirutas in prophanos usus non sordidos erecta tamen tibi cruce convertendi.*« In re praesenti haec sunt, quae pro contraque demolitionem faciunt. Mansionarii quibus onus reparationis incumbit habent sin-

guli quotannis scuta 44 et obolos 44 ex fructibns beneficii ss. Simonis et Judae, quod in hac ruinosa ecclesia erectum est. Quare si decnrtetur eorum stipendium annuis scutis 14 et 44 et constitnto passivo censu erogetur in reparationem ecclesiae intra annos non multos poterunt supplere impensam pro reparatioue ecclesiae, qnae impensa testante perito attingit *scuta 159 et obulos 10.* Non itaqne deficere videtnr ratio reparandae ecclesiae et congrnum esset ipsam destrnere, ut ex pretio caementorum Mansionarii proprios redditus augerent.

Contra vero si diminuatur stipendium Mansionariorum ut reparatioui ecclesiae consulatnr ipsis remanent annna scuta 30, quod stipendium pro temporum angustia tenne est et impar oneri servitii chori per alternas hebdomadas et canendi in missis et vesperis solemnioribns. Demolitio vero ecclesiae nullum affert populo incommodum, ita testante Episcopo seu quod nullae nec diebus festis in ea celebrantnr missae seu quod viciniores circumstaut ecclesiae, quae Sacris abundant ac propterea populi frequentia, sen quod haec ecclesia posita est in loco incommodo et clamoroso in qno s. functiones cum dignitate celebrari nequeunt. Capitulum demolitioni assentitur eamque probat Episcopus, qnibus concnrrentibus alias demolitio ecclesiae permissa est a s. Congregatione et praecipne *in Nullius seu s. Laurentii in Campo Demolitionis oratorii et translationis onerum 19. Juni 1802.* Sed ita permissa est ut praescribit Tridentiuum scilicet dummodo onera si quae snnt transferantnr et capella vel altare sub iisdem invocationibus alio erogantur vel saltem icon s. Titularis in aliqno sacello apponatnr, quemadmodum statnit s. Congregatio *in Patavina 11. Julii 1801.*

Propouitur dubium:

An et quomodo sit locus demolitioni ecclesiae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative cum solitis clausulis celebrato quotannis festo ss. Titularium et servata in prophanatione censura s. Concilii Trid. et ad mentem. Mens est quod Episcopus incumbat investimento pretii coementorum, quo expleto referat de annuo redditu ab eodem retrahendo et tunc providebitur quoad applicationem.

Die 16. Aug. et 13. Septb. 1806.

Contiuuatio.

Nunc Episcopus Vos EE. PP. certiores reddit caementorum pretium attingere *summam scutorum 409. 41½. et fructus annuatim persolvendos scuta 5 pro singulo centenario. Cum autem lucrum scutorum 22 tantummodo ex ea percipiant Mansionarii, quo lucro in duas partes diviso eorum cuique propterea exigua tantum summa obveniat scutorum 11, sequitur eos magno missarum onere gravari non posse. Huc accedunt quotidiani illorum labores, ut muneri suo in choro satisfaciant, exigui redditus ex suis beneficiis, qui summam scut. 44 et obolorum 44 pro quolibet mansionario non excedunt. Praeterea singulis annis festum diem ss. Titularium devota pompa celebrant, quamvis ad hoc non teneantur, quod festum postea celebrare possent non sponte ac libere, sed ratione oneris a vobis impositi. Hoc vero onere satisfacto reliqua eorumdem fructuum pecunia convertere mihi videretur ad excitandam majorem diligentiam in serviendo huic Cathedrali neque si minus id praestent impelli ipsi possunt, quum beneficio perpetuo eidem Cathedrali et choro addicti sunt. Quod quidem servitium nullum habet incitamentum, ut diligenter et sedulo a Mansionariis obeatur. Providentissime propterea huic rei ac peropportune consultum iri puto, si iidem fructus ecclesiae jam venditae ad instar distributionum pro diligentiori chori servitio a Vobis inposterum constituantur.*

Dubium propouitur:

An et quomodo applicandum sit investimentum ex pretio caementorum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in augumentnm praebendarum et distributiouis qnotidianae juxta votum Episcopi celebrata ab unoqnoque Mansionario una missa in menses singulos in sacello ss. Titularium applican. pro anima fundatorum.

Die 21. Novb. et 19. Decbr. 1807.

Aesiua.

Sacra aedicula b. Blasio nuncupata in oppido Majolati pertinet ad patronatnm familiarum Mancia. Vetustate jam fatiscens et terraemotu labefactata in eo erat statu ut clar. mem. Cardinalis de Pretis Episcopus Aesinus onera missarum quae in ea ecclesia a patronis Maucia erant implenda transtulerit ad altare majus (cujus patronatu fruuntur

aeqne familiae Mancia) proximae ecclesiae s. Annae, quae filialis est ecclesiae parochialis. Sed mense Decembri 1806 luctantes per turbinem venti excnsserunt turrim campanariam ecclesiae s. Blasii, quae supra ipsam concidens ecclesiam tectum praecipitem dejecit et muros quassit. Factnm hinc est, ut necesse sit ecclesiam illam s. Blasii a fundamentis excitare, cum restaurari nullo modo possit atqne pro hac reaedificatione necessaria sit ex judicio peritorum expensa scutorum 189. 15. Quam expensam cnm ferre non possint familiae Maucia egerunt cum parocho Majolati de permntatione ineunda scilicet, ut familiae Mancia dent parocho caementa et solum ruinosae aediculae s. Blasii, quae omnia a perito aestimata fuere scnta 42. 76., necnon adnexam domnnculam valoris scutorum 45. 43., quae cnm gravetur onere missarum 14 in annos singulos, onus in se suscipiet Franciscus Mancia ex patronis alter missarumqne celebrationem suo snmptu curaturum promittit. Parochus vero abdicare et cedere debet omnia jura reservatis tamen parochialibus, quae habet super ecclesia s. Annae, ita ut haec in patronatum familiarum Mancia transeat. Ut rite haec fieri et stipulari possint veniam apostolicam implorant familiae Mancia. Episcopus Aesinns exposita confirmans testatur praeterea familias Mancia impares esse, quae sumptus reaedificationis ecclesiae s. Aunae faciant. Ex demolitione nullnm iucommodum populo obvenire: inter parochnm et familias Mancia altaris principis patronos 1785 judiciales fnisse controversias, quarum nulla in praesens est. Caeterum Episcopus affirmat, hanc permutationem in evidentem cedere paraeciae utilitatem quia paraecia ad manntentionem ecclesiae s. Annae annuis scutis 2. 50. impensa tenetur, quibus non solum libera prorsns erit, sed e contra aream, *cementa ecclesiae s. Blasii annexumque demum aquiret.*

Permutatio, quae facienda proponitur, sapit alienationem proptereaqne cadit sub censura Extravagantis *Ambitiosae*, nt tradit *Card. de Luca de alienat. disc. 16. n. 7., Card. Petra in Comment. ad constit. apostolic. tom. 1. pag. 157. n. 18.* et s. Congregatio *in Feretrana Permutationis 30. Martii 1805.* Verum in proposita specie cnm in permntationem veniat ipsa ecclesia s. Annae non tam de utilitate permntationis qnaerendum est quam nnm jure fieri permntatio possit. Etenim parochus cedit jura, quae habet supra ecclesiam parochialibus exceptis atqne ipsam ecclesiam. Haec vero omnia habent *spiritualitatem* adnexam ut proinde in commercio esse non possint, nec procul a simonia permntari, quemadmodum juspatronatns certo convento pretio vendi non potest cen passim definivit s. Congregatio et praecipue *in Firmana 29. Martii 1806.* Neque ad rem faceret, quod ecclesia s. Annae cnm altera s. Blasii permutatnr, ita ut nullum intercedat praetium, quod simouiaca labe permutationem coinqninet. Non euim ecclesia s. Blasii permntatnr cum altera s. Annae sed illius caementa et area nna cum domo aduexa pretio aestimata cum hac permutatur, ut propterea si non verbis re tamen ipsa pretium interveniat.

Vernm nulla inficitnr simonia permutatio, quae nt licite iniri qneat apostolica postnlatnr venia. Inqnirendum potius erit an justae concnrrant causae, ut permntatio cum pactis conditionibns probetnr. Ob inopiam qua gens Maucia restaurare nequit ecclesiam seu aedicnlam s. Blasii, dolet orbari jurepatronatns, quo fruitur atque omnino in eo est, ut aliud quod jam exercet juspatronatus in majori altare ecclesiae s. Annae in totam ecclesiam consequatur annuente parocho patrono. Cum vero parochus ipse nequeat jura ecclesiae alteri cedere nisi constito de utilitate ecclesiae, hinc prono alveo fluit, ut aliqnid excepta pecunia conseqni debeat. Permntationem parocho utilem affirmat Episcopus quippe quia liberatur ab onere manutentionis ecclesiae s. Annae et aqnirit aream et caemeuta ecclesiae s. Blasii necnon domunculam quae in totum aestimantur scuta 88. 19. Omnis dimittitur in fntnrum per hanc permutationem veterum quaestionnm occasio. Nullnm demnm populi commodo et divino cultui damnum obvenire potest teste Episcopo, cum jam pluribus abhinc annis aedicnla labefactata, clausa atque deserta maneret. Non injnstae itaque et potius necessariae videntnr conditiones, quibus proposita permntatio innititur. Quatenns vero haec Vobis EE. PP. probanda videatnr alia mihi superesse videntnr vestra consideratione digna quoad modnm.

Nam demolitio ecclesiae s. Blasii permittenda quidem est cum adeo in ruinam ruat, ut restaurari non possit sed omnino reaedificari debeat. Impensae autem in scutis 189 ex jndicio peritorum omnino necessariae sunt, quas patroni snbire neqneunt

et cum alia non suppetant media, cum populo nullum afferat incommodum, permittenda est demolitio, ut iisdem concurrentibus circumstantiis statuit s. Congregatio *in Nullius seu s. Laurentii in Campo Demolitionis oratorii et translationis onerum 19. Julii 1802.* Ita autem permittenda erit demolitio, ut saltem icon s. Titularis ecclesiae demoliendae apponatur in aliquo sacello ecclesiae s. Annae et transferantur onera, ut *in Patavina 11. Julii 1801* et in *Fanen.*) Demolitionis ecclesiae 16. Augusti 1806.* Translatio onerum ad tempus ob ruinam ecclesiae s. Blasii jam facta est ex decreto cl. mem. Card. de Pretis Episcopi Aesini, nunc vero perpetuo facienda erit.

Sed inutiliter translatio fiet onerum nisi de eorum implemento caveatur; domunculam quae hucusque fundus fuit missarum oratores Mancia cessuri sunt in proprietatem paraeciae et unus Franciscus Mancia profitetur se sumpturum. Cum ille ex illis sit, qui ob inopiam dispensari postulant ab onere restaurandi ecclesiam s. Blasii pro qua impensa requiritur scutorum 189, non satis forsan futuris emptoribus provisum videbitur nisi subrogato idoneo fundo libero et immuni ab omni alio onere et hypotheca.

Dubium proponitur:

An et quomodo sit probanda permutatio ita ut sit concedendum beneplacitum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative translatis oneribus ad ecclesiam s. Annae et apposita icone s. Blasii in aliquo ejus sacello dummodo tamen valor caementorum et soli ecclesiae demoliendae investiatur cum solitis clausulis et cedat una cum domuncula favore paraeciae et per Franciscum Maucia assignetur idoneus fundus ab Episcopo approbandus pro implemento 14 missarum facto verbo cum SSmo.

Die 6. Aug. 1808.

c) Non concessa.

Super vertice collis ubi urbs N. consurgit antiquitus nobile templum Urbanus IV. ad praeclaras recolendas memorias erexit, cujus tameu hodie nouuisi ruderes supersunt. Templum extat tribus alis intersectum unico altari in medio constituto supra quod adest imago Crucifixi quam fidelis populus ab antiquo magna pietate veneratus est. Olim hoc templum paroeciale erat sed imminutis admodum in eo loco paroecianis animarum cura translata fuit in ecclesiam cathedralem.

Anno 1530 Ordinarius Beneficium illud paroeciale univit cathedrali ecclesiae, cujus redditus id temporis non excessisse legitur *duodecim ducatorum de camera* adjecta conditione ut Canonici *ejusdem beneficii debita sustineant onera solita et consueta.* Ejusmodi unio ea de causa facta fuit ut prospiceretur conservationi templi.

Cum pia quaedam laicorum sodalitas templo indigeret ut religiosas exercitationes ageret Capitulum eidem Sodalitati templum hoc cessit sub quibusdam conditiouibus inter quas illa erat, ut sodalitas suo aere prospiceret templi incolumitati et conservationi: quoad bona vero pertineutia ad templum sive beneficium scriptum fuit: *Canonicos sibi praeservare pro Capitulo omnes et singulas possessiones, vineas, campos, prata, redditus, domos aliaque loca ad idem templum spectantia, exceptis supradictis in dicto Monte,* idest locis templo adjacentibus.

Pia Sodalitas onera suscipiens non videtur his oneribus satisfeciase: nam anno 1629 templum ruinam minitabatur, ita ut pia Sodalitas coacta fuerit iuterveniente Ordinarii venia illud derelinquere; seque transtulit in quoddam Oratorium cathedrali ecclesiae adnexum.

Anno 1630 quaedam iustauratio ejus templi facta fuisse videtur impensis scut. 100. Ab eo tempore usque ad annum 1787 in actis s. Visitationis nulla mentio amplius facta est de templi instauratione, quamvis de eodem templo mentio habeatur. Quidquid imposterum evenerit usque ad annum 1825 memoriae non fuit proditum: constabat tamen usque ad annum 1825 quemdam Clericum illi templo iuserviisse et Capitulum annua scuta tria in templi instaurationem impendisse.

Cum autem templum in dies magis magisque fatisceret Ordinarius interdixit illud translata iu cathedrali ecclesia celebratione quarumdam missarum quae in illo templo erant celebrandae ac praeterea Canonicis praescripsit terminum unius anni ad templum reficiendum. Cum autem Canouici mandato neutiquam obtemperarent tectumque dirui coepisset tandem Ordinarius in s. Visitatione terminum meusis praescripsit ad reficiendum tectum, quo tempore inutiliter elapso poenam

*) Vd. *p. 987.*

Canonicis comminatus est scutatorum 3 singulis diebus.

Cum autem Canonici se per hoc decretum nimis gravatos putarent preces obtulerunt S. C. Episc. et Reg. ut a decreto ipsos liberaret; quare servatis de more servandis causa proposita fuit sub dubio quod in calce ponimus.

Canonici in suis precibus rerum historia breviter enarrata animadvertebant ab eo tempore quo paroecia uuita fuit Capitulo unitam fuisse tamquam simplex beneficium; legitur enim in decreto unionis: *praedium ejusdem mensae sit vel esse dicatur.* Ostendebant autem ab anno 1590 quo Capitulo unita fuit paroecia templum minatum fuisse ruinam: neque ex ea unione eidem Capitulo obveuisse sufficientes redditus: namque ea quae expressa fuerant iu concessione facta piae Sodalitati nempe *possessiones, vineae etc.* nou aliud fuisse inquiebant nisi inanes formulas et inania verba; et in unionis decreto non aliud legi quoad redditus nisi: *Fructus, redditus, proventus et emolumenta quaecumque duodecim ducatorum auri de camera non excedit:* item anno 1630 in decreto s. Visitationis legi eam paroeciam unitam fuisse Capitulo *ob tenuitatem reddituum.*

Etsi autem tenues essent redditus nihilominus Capitulum haud omisisse templum iustaurare: quod si ab eo tempore usque adhuc permanserit, id est per tria circiter saecula, id Capituli curae esse adscribeudum: modo autem templum ipsum temporis vetustate nimis fatiscens indigere nova propemodum aedificatione, qua aequitate suadente gravari Canonicos non posse.

Nonnulla deinde oggerebant circa reaedificationis convenieutiam, an scilicet iu illis remotis ejus urbis locis templum illud couservari expediret: inde descripserunt locum, quem fere inaccessibilem hyemali tempore esse inquiebant; quin imo ex quodam alieno muro ante templi januam triginta abhinc annis constructo ipsum templum aëre et luce non parum privari et aquas infra muri parietes et templum congestas fundamenta permeantes et humiditatem augentes in majorem templi jacturam confluere: nec deesse quemdam reconditum locum circa templum quo rebus inhonestis pateret aditus.

Hic pariter rerum historia breviter enarrata inquiebat, paroeciam fuisse unitam Capitulo, quam in acceptis libenter habuit non quidem in destructionem templi sed in augmentum divini cultus conservationisque templi ejusdem: haud multam tamen Canonicos habuisse templi curam, quod conservari potuisset paucis impensis: ab anno autem 1825 Capitulum 'omnes dereliquisse erga templum sui beneficii curas in detrimentum pietatis, quae magna erat in populo erga venerabilem Crucifixi imaginem: inde evenisse tecti ruinam atque ea omnia, quae deinceps ex desertioue fuerant consequuta, quin Capitulum moveretur aequis cousiliis propositis ad facilem templi instaurationem: monebat autem non ex loco in quo templa reperiri contingat de templi utilitate esse judicandum sed ex pietate, qua fideles templa prosequuntur: rejiciebat insuper quae Capitulum ex inconvenientia enarrabat, quae potius in ipsius Capituli culpam erant verteuda.

Commemorata Tridentina Constitutioue *cap. 7. sess. 21. de ref.* animadvertebatur cum Card. de Luca *disc. 17. n. 1. adnot. ad Conc. Trid.* hac in re dari non posse generalem regulam, cum judicium circa templorum demolitionem totum pendeat ex particularibus adjunctis: ubi praeterea hic Auctor notat, posse deveniri ad templi demolitionem ob plures causas, »puta ubi de ecclesiis existentibus extra loca habitata et iu locis campestribus seu alias ita situatis, ut pro deliuquentium ac faciuorosorum hominum confugio cum publicae quietis peturbatione deserviant«. Et S. C. C. ob ejusmodi circumstantias non semel consensisse demolitioni sacrarum aediuum, ut traditur in *Aesina Demolitionis* 26. Augusti 1780 § *Sacra.* At vero haud concurrente justa, urgente et necessaria causa demolitioui non consensisse, ut ibidem traditur § *Prout.*

D u b i u m:

An et quomodo confirmandum sit Decretum in s. Visitatione editum seu potius annuendum Capituli precibus in casu?

S. Congregatio Episc. et Reg. die 7. Septembris 1866 respondere censuit:

Affirmative ad primam partem juxta modum: negative ad secundam.

Modus autem praescriptus a S. C. fuit, ut praefigeretur Capitulo terminus uuius mensis ad proponendum modum, quo reparrarentur damna templi suspensis interea

poenis commiuatis atque jussit eam rem referri iu secunda Congregatione *post aquas.**)

Capitulnm non ea solicitndiue uti par erat se gessit juxta s. Congregatiouis mandata; quin imo uonnullis qnerimoniis exhibitis postulavit causae revisionem: quare proposito dnbio:

»An concedeuda sit causae revisio vel potius ad ulteriora procedendum?«

S. C. die 1. Febr. 1867 respondit:

Negative quoad novam audientiam et ad mentem: mens antem fuit, ut prorogaretur terminus ad alium meusem, quo iuutiliter elapso locum haberent poenae quas iu suo Decreto Ordiuarius iu s. Visitatione commiuatus fuerat ac relatio fieret in Congregatione proxime sequentis Aprilis.

Relatio itaque facta est statuto tempore in s. Congregatione et audito iterum Ordinario dnae propositiones coram s. Congregatione exhibitae fueruut pro instauratione templi opportunae, quarum prima secnmferebat expensas scut. 494, altera vero scut. 388: quare proposito dubio:

»An, quomodo et quaenam ex duabus propositiouibus sit exsecutioni mandanda in casu?«

S. Congregatio die 7. Februarii 1868 respondere censuit:

Affirmative pro prima propositione sub dependentia Episcopi, ita tamen ut opus infra tres menses incipiatur et infra quatuor annos perficiatur.

Ex quibus colliges:

I. Non esse statim deveniendum ad demolitionem templi unica extante causa, quod templum fatiscat, quamvis paroeciale non fnerit.

II. Templorum instaurationem ad eos primo loco spectare ad quos templum immediate pertiuet; maxime vero si cum hoc onere templum redditusque connexos susceperiut.

III. Gravibus euim non existentibus causis non esse devenieudum ad eam destructionem, quae cedat in detrimeudum divini cultus pietatisque fidelium.

d) Crux in loco demolitae ecclesiae erigenda est.

Vd. *Decreta auth. S. C. R. suppl. t. I. p. 1034. n. 18.* Edit. Mühlbauer; supra p. 984: *Narnien.*

*) Vd. *p. 985.**

2) Oratorii, Sacelli.

a) Causae non concedendi.

Aesina.

S. Congregatio petitionem demolitiouis ruralis aediculae vel sacelli ratione scandali receptionis perditorum homiuum et similium ne populi pietas, devotio et religio immiuuatur, rejecit *in Ravennaten. 29. Julii 1775* et iu *Ariminen. Commutationis voluntatis 2. Decb. 1775.*

Die 26. Aug. 1780.

b) Concessa.

Patavina.

Nonnulla possidens bona in Pataviuo territorio et praecise in loco qui dicitur Paluello Nicolaus Duodo Nobilis Venetus oratorium ibi snis sumptibus extruxit atque perpetuo Sacro singulis diebus in expiatiouem animae suae atque suorum celebrauda ditavit. Dotem hujus capellaniae esse voluit non minorem ducatorum venetorum 20 ueque majorem 24, capellauo autem onus infixit cerae, hostiarum atque viui; redditus dotatiouis snmendos voluit ex fructibus 5 domnucularum ad ipsum iustitutorem spectantium, qni si excedereut quantitatem ducatornm 20 vel 24 erogari deberent pro oratoris atque snpellectilinm mauuteutione, si vero decrescereut vel quoque modo deficerent nonuullae terrae arva ad ipsum spectantia eidem hipothecae subegit.

Haec dispositio locum habuit anuo 1529 atque ab eo tempore usque ad anuum 1569 fuit adamussim servata, hoc vero anno decreto Patriarchae Venetiarum Missarum onus ad duo tantum Sacra pro qualibet hebdomada reductum asseritnr. Bona haec quae in dicto loco Paluello possidebat Nicolaus Duodo de anuo 1659 nou jure haereditario sed permutationis titulo deveuerunt in familiam Comitum Gritti qui onera omnia assnmentes missas in oratorio celebrandas curaruut ad formam asserti patriarchalis decreti.

Novissimis temporibus imperio Veneti Senatus aggeres qui aquas comprimunt fluminis Medoaci elevati fuere, ex qno factum est, ut oratorium quod iisdem subjacet tanta affectum remanserit humiditate, ut parietibus et pavimento viresceutibus mobilia snppelectiliaque tabescereut proindeque missarum celebratio suspeusa mauserit. Ex hac aggerum elevatione difficillimam atque quodammodo impossibilem repntans oratorii reparatiouem Comes Gritti supplicem libellum s. Congregat. exhibuit tria postulans I: quod sibi tribuatur facultas dictum oratorium demoliendi, II: quod praefiniatnr nnmerns missarum celebrandarum in aunuis 75 et haec reductio locnm habere debeat quoad satisfactionem missarum per biennium circiter omissarum; III: quod sibi liceat trausferre ouus missarum in aliquam oratoris capellam iu dioecesi Tarvisiua existentem.

Bis auditus Vicarius capitularis Patavinus sic retnlit: »Misso autem pancis abhinc diebus prudenti ac diligenti Vicario foraneo ad visitandum oratorium haec in scriptis mihi exhibuit: Oratorium situm esse prope aggerem Medoaci jam ab auno 1767 elevatnm, qni hnmiditatem magnam affert parietibus et pavimento nt virescant et snppelectilia sacra tabescaut, indecens propterea, indecorum et quasi snspeusnm dici posse. Haec modo oratorii conditio.« Hoc colligitur ex prima relatione. In secunda vero postquam de dispositione atque oneribus fecit verba haec subdit: »Ex his Emi et Rmi PP. habetis inesse onns snpplendi pro dicta mausionaria ex aliis redditibus fundatoris, deficientibus vel uon sufficientibus redditibus domunculorum, verum ut mihi videtur pro solis tautummodo libellis 124 vel 158 cnm denariis 16. Cnm autem in locum dicti fundatoris uon jnre haereditario sed permutationis ut fatetur orator in snpplici libello usque ab anno 1659. uob. familia Gritti suffecta sit, nullum de statu ejusdem mansionariae documentum ante aunum 1659 quo jam tempore mansionaria praedicta decreto Patriarchae Venetiarum in instrumento permutationis citato ad duas missas iu singulas anni hebdomadas redncta erat afferri potest quod quidem decretum nec in hac cnria existit nec iu patriarchali adeo facile inveniri posset ab auno igitur 1659 ad haec usque tempora ad formam assertae reductionis Patriarchae Venetiarum mansionaria adimpleta est.

Quo vero ad translationem dictae mansionariae ex indecoro oratorio ad ecclesiam parochialem de Palnello hnjus dioecesis intra cujus fines situm est hoc fieri posset et ad majorem populi commoditatem ac sacerdotis beneficium cederet, qui his adversis temporibus snmmopere eleemosyuis missarum indigent; observat tandem eleemosynam mauualem et consuetam iu dioecesi Patavina esse ad minus duarnm libellarum pro uuoquoqne sacrificio.

Qnod ecclesiae sive oratorii reparatio opns piissimum sit atque commendabile eruitur ex *text. in leg. 3. hoc autem digest. de itinere actuque privat.*, ibi: »Aedificare autem non solum qui novum molitur opus intelligendus est, vernm is quoque, qui vult reficere«: quemadmodum est opns piissimnm ecclesias seu oratoria aedificare similiter et illa restaurare. *Balmazede de collect. quaest. 56. n. 1., Franchius t. 17. suorum operum* et s. Tridentina *synodus sess. 21. cap. 7. de ref.* ecclesiarum restanrationem summopere commendat: »Ne ea qnae s. ministeriis dedicata sunt temporum injuria obsolescant et ex hominum memoria excidant et ne populi pietas, devotio ac religio immiuuatnr«; haec s. Congregatio petitiones demolitionis ruralis aedicnlae vel sacelli rejecit in *Ravennaten.**) *29. Julii 1775* et in *Ariminen. Commutat. voluntatis* 2. Decb. ejusdem anui, eamdem petitionem reprobavit etiam in *Aesina Demolitionis 26. Augusti 1780.*

Hisce positis sequitnr, quod oratorium in Villa Paluelli situm esset reparandum ne memoria pii fundatoris depereat et de jure reparatio facienda esset sumptibus illius, qui causam damno dedit; sed circnmstantiae de quibus supra sermo habitus est in diversam trahunt senteutiam. Cum itaque satis coustet oratorium abiisse iu deterius uon culpa oratoris sed facto supremi principis atque insuper reparatio foret iuanis quia causa damni removeri miuime potest: hinc cum ueque populi devotioni neque diviuo cnltui provideri potest restanratione non absona esset oratorii demolitio, prout alias censuit s. hoc Tribnual et praesertim in *Lucana Demolitionis 18. Augusti 1787.*

Quatenus vero EE. PP. assensum praebeant oratorii demolitioui de missarum onere transferendo consulant oportet. Inpraesentiarum inquirendum miuime est, qnae causae suadere debeaut missarum translationem si hae iu subjecta materia concurrant; demolito namque oratorio uecessario consequitur missarum celebratiouem ad aliam capellam esse trausferendam. Vicarius capitnlaris Patavinus petitam translationem ad parochialem ecclesiam, quae non longe distat et intra cnjus fines adest oratorium demo-

*) Vd. *p. 996.*

liendum, faciendam esse putaret; eo quod populi qui elapsis temporibus in citato oratorio Sacris iutererat majori providetur commoditati et praecipue cedit beneficio sacerdotum, qui parochiali dictae inserviunt; praesertim quia temporum acerbitas difficiles reddit eleemosynas; Vicarii Capitularis seutentiae opitulatur eadem Trid. synodus *sess. 21. cap. 7.* de reform., quae liberam Episcopis beneficiorum translatiouem *) a dirutis ecclesiis permittit: »Iu Matrices aut alias ecclesias eorumdem locorum seu vicinorum arbitrio suo hoc est Episcopi atque in iisdem ecclesiis transferaut cum omnibus emolumentis et oneribus prioribus ecclesiis impositis.« Insuper dum quaeritur de immutanda testatorum voluntate ea sumeuda est iuterpretatio, quae magis aptetur disponentis voluntati quamque ipse expressisset, si cogitare potnisset tempus adveuturum suae dispositionis impeditivum; conjectnras vero esse desumeudas a majori dispouentium affectione clare colligitur *ex Leg.: Quoniam cod. de s. ecclesiis* et in *leg.: Si quis in nom. Authent. de ecclesiar. titulis* atque ad rem *Mant. de Conjecturis lib. 8. tit. 6. n. 14.* et *Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 114. n. 8.*

Translatio autem oneris missarum ad parochialem ecclesiam consentanea videtur etiam institutoris voluntati, qui si modo iu humanis esset respicieus oratorii a se coustructi desolatiouem atque iuanem ne dicamus impossibilem reparationem animum sunm ad parochialem converteret, cum haec proximior sit oratorio intra fines ejusdem paraeciae coustructo. Praeterea idem testator dum missas celebraudas in suo oratorio designavit consuluit non solum animae snae suorumque sed etiam faciliori commodiorique religioni et pietati incolarum; haec vero omnia adamussim servantur, si fiat trauslatio iu parochiali ecclesia. Videretur hinc ex dictis parum esse probaudam petitiouem Comitis Gritti dum missarum celebratiouem quae esset explenda in oratorio demoliendo transferendam esse in oratorium ad se pertineus situm in Tarvinia dioecesi postulat. Hujusmodi petitio respicit solum commodum atque utilitatem oratoris Gritti, adversatur testatoris Duodo voluntati, damnum infert incolis loci Palnello atque contraria est citatae Tridentinae synodi dispositioui: neque praetereuudum parochum esse couquestum de non celebratione neque iu oratorio neque in ecclesia parochiali, ex quo multa incommoda obvenernnt incolis.

Quod demum spectat ad missarum petitam reductiouem in annuis Sacris 75 huic repugnare videtur animadversio, quod capellaniae redditus uullam passi fueriut diminutiouem, illud enim idem emolumentum quod testator in fundatione praefiuivit etiam inpraeseutiarum viget vel saltem uil contra affertur. Onus ergo idem esse deberet. Voluntas etenim testatoris tot celebrandi Sacra tacitam atque adnexam habet couditionem, si redditus quibus obligatio respoudet iueodem statu permaneant et in eadem exigantur quantitate velnti s. Congregatio firmavit iu *Perusina Capellaniae 3. Febr. 1776.* Agitur praeterea de oneribus jam acceptatis atque exequtioni per lougissimum tempus demandatis, quorum reductioni obstat regula a s. hoc tribunali amplexa; cum praecipue controversum onus jam decreto Patriarchae Venetiarum reductum reperiatur; et licet hujus reductionis documeutum miuime afferatur attameu observantia ultra seculum quamlibet praebet juris assistentiam, *Rota dec. 781. n. 6. part. 18. t. 1.* et *decis. 364. n. 10. part. 19. t. 1. recent.*

Observandum tamen est, quod licet capellauiae redditus minime imminuti reperiantur annuis tamen missarum oneribus respondere non videntur. Missae celebrandae sunt duae per hebdomadam, eleemosynae vero pro singulis in annum sunt vigiuti Veneti ducati qu. revera minime respoudent eleemosynae manuali, quae in Patavina dioecesi constat ad minus in libellis dnabus pro quolibet Sacro; s. haec Congregatio quoties agnovit redditus impares esse ad fereudum missarum onus toties hoc reduceudum *) decrevit *in Vigilien. Decanatus ad II. dubium die 23. Junii 1729*, in *Tudertina Reductionis onerum 3. Febr. 1776*, *in Papien. Reductionis missarum 2. Martii 1776*; iu *Messanen. Reductionis onerum 11. Januarii 1777.* Et hoc praesertim locum habere posse videtur, quia patronus adigi miuime potest ad praestandum augumeutum, licet nonnulla terrae arva possideat, quae hypothecae capellaniae ex praecepto testatoris sunt obnoxia: haec namque hypotheca arctatur ad solas libellas 124 vel 148 et obulos 16, prout ex diligeuti lectura dispositionis colligitur; neque coutrafacere videtur quod

*) Vd. *t. II. p. 932.*

*) Vd. *Missa* (reductio.)

Patriarcha Venetiarum jam onus reduxerit 1659; haec namque redactio obstaret, si missae celebrandae haberent eleemosynam mannalem, ut s. haec Congreg. in *Caven. 11. Sept. 1728*, quod non accidit iu praesenti quaestioue; demum etiam in hypothesi reductionis ad missas 75 annuas Comes Gritti aere proprio praeter Veuetos ducatos 24 aliquid solvere coactus erat, prout calculanti facile compertum esse potuerit.

Quatenus itaque EE. PP. in petitam Sacrorum reductionem conveniant mannalem sive perpetnam eleemosynam decernendo videretur, quod eadem ratione et mensura judicium esset ferendum de missis per bieunium miuime celebratis.

Dubia proponuntur:

I. *An sit locus demolutioni oratorii in casu?*

II. *An et quomodo sit locus translationi capellaniae in casu?*

III. *An et quomodo sit locus reductioni missarum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative ad formam s. Concilii Trid. *sess. 21. cap. 3. de ref.*

Ad II.: Affirmative ad ecclesiam parochialem apposito iu aliquo ejus altare icone s. Titularis diruti oratorii.

Ad III.: Affirmative ad missas 75 annnas etiam quoad omissas usque ad praesens.

Die 11. Julii 1801.

Nullius seu s. Laurentii.

Publicum sed parvum oratorium sodalitatis ss. Conceptionis situm iuter abbatialem et parochialem ecclesiam s. Laureutii in Campo ruinosum est ita, ut ex iutrinseco vitio parietum reparari uullo modo possit uisi solo aequatum denuo a fundamentis extruatur. Ita retulere duo periti, quorum alter a confratribus alter ab abbate commendatario electus fuit. Uterque praeterea aestimavit expensam ad uovam constructionem necessariam scut. 150, ultra pretium ex diruendis caemeutis retraheudum. Quibus impensis pares non sunt societatis redditus, qui calculantur in annuis scutis 32. 46., ex quibus deductis oneribus iu scut. 27. 44. supersunt annua scuta 5. 2., et praeterea largitiones fidelium, quae obveninut in annuis circiter scutis 12.

His de causis confratres in comitiis habitis die 4. Oct. 1801 cunctis suffragiis oratorium trausferre statuerunt una cum oneribus et legatis in annnis missis 102 ad capellam s. Demetrii abbatialis ecclesiae, quam instauraudam deliberarunt ex pretio caementorum demoliendi oratorii. Preces in id primum obtulerunt Emo Abbati commeudatario, qui consensum praestitit dummodo confratres ad restaurationem capellae s. Demetrii teuereutur. Nunc igitur confratres utramque veniam ab Emis Vestris postulaut demoliendi oratorii et transfereudi societatis onera ad praedictam s. Demetrii capellam. Atque Emus Abbas narrata confirmans censet rescribendum esse pro gratia petitae demolitiouis et profanationis memoratae ecclesiae ss. Conceptionis necnon pro gratia translationis societatis una cum omuibus honoribus et legatis missarum ad descriptam capellam s. Demetrii m. iis potissimum motus rationibus quae erunt inferius recenseudae.

Concilium Trid. licet reparationem commendet ecclesiarum ne ea quae sacris ministeriis dicata sunt temporum injuria obsolescant et ex hominum memoria excidant, ubi tamen pares nou sint illarum redditus demolitionem permittit *cum facultate ecclesias dirutas in profanos usus non sordidos erecta tamen ibi Cruce convertendi*, quae sancita sunt iu *sess. 21. cap. 7. de ref.* Quaestio igitur est facti, utrum societas habeat unde reparationi oratorii prospiciat.

Sane ex oblatis calculis coustat, quod ex redditibus certis sodalitati supersunt annua scuta 5. 2. et praeterea habet eleemosynas quae attinguut quotannis scut. 12. Cum igitur immunia ab oneribus supersint annua scuta 17. hoc facile suppleri posset impeusa scutorum 150 quot requiruntur juxta peritos ad oratorii iustaurationem scilicet imposito passivo censu ad cujus faenus exsolvendum et sortem ratatim extinquendam per annum depositum sufficere videatur annuor. scut. 17, cujusmodi remedia iu reparationem ecclesiae passim probavit s. Congregatio et praecipue in *Forolivien. 13. Junii 1788* et in *Senogallien. Fabricae ecclesiae 20. Febr. 1796.*

Praestat tamen meminisse ratioues ex quibus Emus Commendatarius demolitionem et translationem permittendam arbitratur:

I, quia nulla alia quibus labenti ecclesiae provideatur suppetunt media neque census impositiouem decet fieri super incertis eleemosynarum obventiouibus;

II, quia memorata capella s. Demetrii cum sit penitus derelicta nullumque ibi ce-

lebretur Sacrificium ut ad elegantiorem formam redigatur ex peritorum judicio requiritur tantum impensa scut. 44 quae societas facili sibi potest comparare tum ex nonnullis fructibus, censis jam decursis et nondum solutis et partim ex piis benefactorum subsidiis;

III, quia confratres cum hac impensa vires societatis non excedente ecclesiam sibi perpetua aquirunt stabilem et permanentem;

IV, quia populo cum demolitione ecclesiae ss. Conceptionis nullum infertur praejudicium immo cum hujusmodi translatione ad recensitam abbatialem quae Matrix est majori ipsius commodo consulitur;

V, quia Emus Abbas suum praestat assensum.

Demolitione permissa onerum et missarum translatio necessario permittenda est, quamobrem s. synodus Trid. *loco cit.* jubet ut Episcopi etiam tamquam apostolicae Sedis delegati transferre possint beneficia ex ecclesiis quae vetustate vel alias collapsae sunt et ob eorum inopiam nequeunt instaurari snb lege tamen ut erigant altaria vel capellas sub iisdem invocationibus vel saltem apposita icone s. Titularis diruendi sacelli, ut statuit s. Congregatio in *Patavina 11. Julii 1801.* *)

Emergit ex his dubium:

An et quomodo sit locus demolitioni oratorii et translationi onerum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Emi Abbatis servata in profanatione forma s. Conc. Trid. et apposita icone ss. Conceptionis ad altare s. Demetrii.

Die 15. Maji et 19. Junii 1802.

c) Non concessa.

Ravenaten.

Intra fines paraeciae s. Crucis Ravenatensis civitatis sacellum adest a civitate distans ubi lignenm Christi colitnr simulacrum, quod a Ravennatensibus pio cultu honoratur ac ubi sunt missarum onera ascendentia ad annua Sacra 280 praeter alia tria ac etiam aliquando qnatuor Sacra singulis diebus Veneris ex piorum testatorum dispositione celebranda.

Prope sacellum extat adnexa parva domus immunitate gaudens in qua commoratur ejusdem sacelli custos. Experientia compertum est, hanc domunculam esse receptaculnm perditorum hominum et ad usus illicitos ac inhonestos conversam. Hactenns ad hujusmodi avertenda scandala in irritnm laboravit Episcopus, qui demum in eam venit sententiam vetandi parocho s. Crucis ad quem pertinet sacellum ne imposterum auderet eam cuiquam locare.

Ex hoc prohibitivo decreto non leve incommodnm obvenit parocho (ut ait Episcopus) »in consulendo custodiae atque securitati dicti sacelli, in parandis iis qnae pro missarum celebratione requiruntur necnon in gerenda lampadis cura quae perenniter ut dixi ardere debet, eo quod ab ejus parochiali residentia non parum distet et iter ad illud in aliqua anni tempestate difficile sit«.

Proptereaque parochus nuperrime preces obtulit s. Congregationi, ut dignaretur eidem impertiri facultatem memoratam Crucifixi imaginem una cum missarum oneribus ad ejus parochialem ecclesiam transferendi in qua ob commodiorem populi accessum majorem etiam cnltum ac venerationem ipsi conciliaret dictumque sacellnm solo aequandi et quidquid ex eo retractum fuerit in translatione s. imaginis et in construendo sacrario, qno eadem ecclesia parochialis indiget, expendendi et si quid defecerit promptum sese exhibet de proprio snpplendi.

Episcopus qni super porrectis precibus fuit auditns est petitioni parochi proclivis. Quamvis enim ex Concilio Trid. *sess. 21. cap. 7. de ref.* valde curandum sit »ne ea quae s. ministeriis dicata sunt temporum injuria obsolescant et ex hominnm memoria excidant«, attamen post demandatam Episcopis ecclesiarum restaurationem, si ea expleri non possit »mandat, ut profanato non tamen ad sordidos usus loco in Matrices aut alias ecclesias locorum eorumdem seu viciniorum arbitrio suo atque in eisdem ecclesiis erigant altaria vel capellas sub iisdem invocationibus vel in jam erecta altaria vel capellas transferant cum omnibus emolumentis et oneribns prioribus ecclesiis impositis«.

Siquidem idem est, quod profanetur ecclesia propter impossibilem ejus reparationem et quod illa demoliatur, quando concurrant justae legitimaeque causae, quae ex relatione Episcopi supra numerantur et quando s. imaginis veneratio divinusque cultus ob illicitos usns ad quos abntnntur improbi homines in contermina aedicula praegrande recipiat detrimentum.

*) Vd. *p. 992.*

Et revera si etiam aliae demolitionis nrgent circumstantiae non raro a ss. Congregationibus Immnnitatis et Episcoporum mandatum est ecclesias esse demoliendas, quamvis bene decenterque constructae sint nec ulla indigeant refectione veluti testatnr *Card. de Luca disc. 17. ad sess. 21. cap. 7. Concilii Trid.*

Sacras imagines etiamsi collocatae reperirentur in ecclesia jurispatronatus, ex justa causa decentioris cnltus transferendas nna cum missarum oneribus ex mente s. Concilii Trid. *sess. 25. decret. de Invoc. et venerat.* et *sacr. imag.* tradit *Panimoll. decis. 11. n. 17.* et *Rota in Romana Translationis imaginis 25. Junii 1742 § 6. coram clar. mem. Card. Calcagnino.* Nullum enim detrimentum est obventurum animae testatorum ex hac missarum translatione; nam eisdem aeqne proderit Sacrificium ab ipsis in honorem s. imaginis relictum, tam si illud celebretur in rurali sacello quam in ara urbanae ecclesiae in qua erit s. imago collocanda.

Ad rem snnt geminae resolutiones hujus s. Congregationis, I. scilicet in una *Leopolien. die 30. Julii 1763*, nbi quoad I. dubium:

An liceat Archiepiscopo snpprimere capellam caemeterii nnncupatam Domagalicianam et transferre imaginem Deiparae V. ab eadem capella ad unnm ex altaribus Cathedralis Leopolien.?

Responsum affirmativum datum fuit sub die 27. Augusti.

Et altera in una *Terracinen.* die *14. Aprilis 1764* sub dubiis:

I. An sit locus profanationi ecclesiae ruralis s. Nicolai de Bario a monialibus Cisterciensibus in territorio oppidi Somneni possessae in casu etc.?

Et qnatenns affirmative:

II. An s. imagines, suppellectilia et onera quaecumque in eadem ecclesia existentia transferri et respective adimpleri valeant in ecclesia propria dictarum monialium in casu etc.?

Quae sub die 2. Junii resoluta fuerunt

Ad I.: Affirmative juxta votnm Episcopi.

Ad II.: Affirmative et qnoad onera scribatur Episcopo juxta instructionem.

Dignabuntur EE. VV. decernere:

I. *An sit locus demolitioni sacelli ruralis intra fines paraeciae s. Crucis civitatis Ravennae in casu?*

Et qnatenns affirmative:

II. *An s. Imago ss. Crucifixi, suppellectilia et onera quaecumque in eodem sacello existentia transferri et respective adimpleri valeant in dicta ecclesia parochiali s. Crucis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Provisum in I.

Die 8. et 29. Julii 1775.

Denuntiatio.

1) Festorum.

Vd. *Denunt. matrim.* (obligat. est quis p. 1009); p. 1000. n. 1; p. 999. *d.*

2) Matrimonii.

a) Dies.

Vd. *Denunt. matrim.* (in vesperis.)

Brunen.

Quamvis ut se abstineant diebus festis ab omni illicito et servili opere christifidelibus imperet Sacrosancta mater ecclesia *Decretal. tot. tit. de feriis* eorumque inviolabilem observantiam sub gravibns etiam paenis exigant apostolicae constitutiones, nihilominus ss. Pontifices ad occurrendum egestati et necessitati pauperum fidelium qui ex sudore cultus et labore mannum victum sibi quaerunt ac comedunt indulserunt, quod iidem, firma et integra manente obligatione praecepti omnibus diebus dominicis aliisque principalioribus anni festis aliis in festivis diebus audito Sacro laboriosis suarum artium exercitationibus et servilibus operibus sine ullo prorsus conscientiae scrupulo et absque salutis aeternae dispendio vacare possint, ita san. mem. Benedictus XIII. per suas literas apostolicas in forma Brevis expeditas incipien: *Super abundavimus gaudio* diei 22. Maji 1728 elargitus est Episcopo Calaguritano

snbindeque hanc ipsam facultatem concessit christifidelibus per totam fere Germaniam existentibus. Praedecessorum vestigia sequens san. mem. Clemens XIV. nedum praefatam facultatem confirmavit sed etiam adauxit in Germania, dum per apostolicas literas expeditas in forma Brevis incipientis: *Paternae Charitati* voluit justis de causis ibidem expressis christifideles artium exercitio incumbentes ab obligatione quoque audiendi missam sicuti praeceperat Benedictus XIV. diebus festis in quibus permissa fuerant opera servilia inposterum absolutos esse ac liberatos. Jussit tamen *Sanctorum et Solemnitatum officia et missas tam in iisdem abrogatis festis quam in eorum vigiliis retineri et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari.*

Quo posito dubitat nunc Episcopus Brunensis in Moravia, num iis quoque diebus qui ab ecclesia ut prius celebrantur liceat publicare matrimoniorum denunciationes itaut per eas illis diebus factas adimpleta sit Tridentini mens et praeceptum. Is enim putat, illas fieri valide posse ea ratione ductus, quia eademmet ipsa populi frequentia et multitudo quae iis diebus ad ecclesias prius accedebat hodie quoque convenit.

Episcopi preces pro dicti dubii definitione porrectae huic s. Congregationi commissae fuerunt eminent. Domino Cardinali de Zelada, ut rem perpenderet et suam proferret sententiam. Ipse vero a ferendo voto abstinuit censuitque in re tanti momenti nonnisi ex sententia s. Congregationis aut ex oraculo ss. Pontificis esse Episcopo respondendum.

Sententia itaque exquiritur eminent. Patrum. Concilium Trid. *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.* praecepit, quod *antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denunciationibus factis si nullam legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonii in facie ecclesiae procedatur.* Hujus conciliaris dispositionis publicandi denunciationes *tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia* non alius fuit finis, nisi ut, cum ad ea major accedat populi multitudo, facilius et secnrius detegantur impedimenta, si quae adessent inter contrahentes, *Pirhing. Jus canonic. lib. 4. tit. 3. n. 28., Reiffenst. ibidem n. 6.* et *Pichler. ibid. n. 4.*

Videtur igitur denunciationes iis diebus fieri valide posse nedum quia in ecclesiis ut refert Brunensis Antistes idem accedit populi concursns sed etiam quia ii dies, cum Clemens XIV. praeceperit in ipsis officia et solemnia ut antea celebrari, non desinant festi esse quoad ecclesiam, quamvis pauperes servilia exercentes fuerint ab eorum praecepto soluti, quemadmodum etiam ex communi canonistarum et theologorum sententia legitima intercedente causa diebus festis permittitur servilium operum exercitium, ut generaliter ex causa necessitatis tradit *textus cap. Conquestus 5.* vers.: *Quibus utique de feriis, Sanchez Cons. moral. lib. 5. cap. 2. dub. 19. n. 1. et per tot., Cabasut. Jur. canon. theor. et prax. lib. 2. cap. 31. n. 3.* et ex causa pietatis docet pariter idem *textus in cap. Conquestus* ibique *glossa* in verb.: *Pietas, Krimer. in lib. 2. Decretal. tit. 9. n. 837. vers.: Ubi tamen, Anaclet. Theolog. moral. tract. 10. distinct. 1. quaest. 3. n. 27. vers.: Pietas* ac in casu piscationis pro qua necessitas urget, loquitur *text. in cap. Licet 3. de feriis*, quem sequuntur et explicant *Suarez. de Relig. t. 1. lib. 2. cap. 23. n. 6., Anaclet. ubi supra n. 34. versic.: Unde ob paritatem rationis.* Ac demum nbi accedat ratio pietatis recte advertit *Lastr. in Decretal. t. 3. recollect. super tit. 9. de feriis n. 1. versic.: Unde etiam et n. 5, Suarez loc. proxime citato d. n. 6. vers.: Quae concessio* et n. 8.

Perpendendum erit insuper, quomodo denunciationes fieri debeant casu, quo deficiat iis diebus vel minuatur populi frequentia in ecclesiis. Licet enim nonnulli doctores putaverint ea Concilii verba nimirum: Matrimoninm *tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur*, ita esse in sensu *taxativo* intelligenda, nt praeteriri nulla ratione possint, ut videre est apud *P. Ferraris* verb.: *Denunciationes matrimonii in addit. ex aliena manu n. 9. et 10.*, cui acceduut alii, quos refert *Riccius in praxi for. eccles. resolut. 235. n. 3.*

Contraria tamen sententia videtur amplexa a majori doctorum numero, qui contendunt denunciationes, quae de substantia matrimonii non sunt, nt docet cum aliis *Barbos. ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de ref. matrim. n. 28.*, fieri valide posse tam diebus festivis quam feriatis tam in ecclesia quam extra, tam demum inter missarum solemnia quam in concionibus, processionibus, litaniis aliisque publicis supplicationibus in quibus ingens adesse solet populi concursus ea ratione, quia pro detegendis impedimentis satis est, quod denunciationes fiant adstante populo quocumque tempore, loco et modo congregato, ut finis conciliaris legis dicatur adimpletus, *Barbos. ad Concil. Trid. cit. sess. 24. cap. 1. de ref. matrim. n. 23. et 24., Reiffenst. Jus canon. lib. 4. tit. 3. n. 7.* ibique *Pirhing. n. 28., Engel n. 4., Monacell. Formular. For. ecclesiast. t. 1. tit. 8. formul. 6. in adnot. n. 1.* et *Sanchez de Matrim. t. 1. lib. 3. disput. 6. n. 9. et 10.*, ubi aliam addit rationem, quia cum matrimonia contrahi licite possint extra ecclesiam, ita etiam denunciationes publicari valent.

S. Congregatio *in Avenionen.* diei 25. Oct. 1586 definivit Archiepiscopum ex causa dispensare posse, ut dum canitur vesper fiant denunciationes, nam dubio, quod erat:

An Ordinarius possit ex causa dispensare ut, dum cantatur vesper, possint fieri denunciationes diebus tamen festivis?

Responsum fuit: *Ita dispensare posse ex causa.*

Quaeritur:

An, ubi, quando et quibus diebus sint publicandae denunciationes matrimoniorum in casu, de quo agitur?

S. C. resp.:

Scribatur Episcopo, juxta mentem.

Die 3. et 17. Junii 1780.

Denunciationes matrimonii fieri possunt temporibus prohibitis nuptias celebrare.

S. C. Ep. et Regul. 18. Decb. 1589.

b) Dispensatio.

Vd. *Denunt. matrim.* (obligatio Constit. Bened. XIV. § 5. 13. p. 1009); lit. *d.*

c) In ecclesiis Monialium non licita.

Non potest parochus in ecclesia monialium Ordinario subjectarum matrimoniales denunciationes facere.

Die 23. Aug. 1727.

d) In ecclesia cathedrali simul et parochiali.

Vd. *Denunt. matrim. infra missam* p. 1006.

Lunen-Sarzanen.

Explorati juris est ad parochos pertinere denunciationes matrimoniorum, vigiliarum et dierum festorum. Namque Trid. synodus *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.* statuit »*ut inposterum antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum.*« Ille autem ad quem matrimoniorum denunciationes attinent festos quoque dies ac vigilias indicere debet. Neque ab isto munere Sarzanenses parochi abhorrent sed potius quaestionem instituunt, quonam tempore denunciationes istae sint explendae; quod tertio loco quaeritur.

Canonici conteuduut in conventuali Sacro denunciationes peragendas esse. Episcopus vero in celebratione missae parochialis. Hac in re prae oculis habendum est, quod s. Congregatio sancivit in *Novarien. diei 8. Junii 1724*, in qua proposito dubio:

An denunciationes matrimoniorum et ordinandorum aliaeque similes functiones parochiales faciendae sint in celebratione missae parochialis, quae celebratur in parochiali et Collegiata Burgi Manerii seu potius liceat Praeposito et parocho ejusdem Collegiatae illas facere in celebratione missae conventualis contradicente Capitulo in casu etc.?

Respondit: *Arbitrio parochi.* Imo haec s. Congregatio in Avenionen *25. Oct. 1586* rescripsit Ordinarium posse ex justa causa dispensare, ut, dum canuutur vesperae, possint fieri denunciationes diebus tamen festivis, quia saluberrimae legis a Concilio Trid. praescriptae finis ac scopus *non alius certe fuit* (quemadmodum scribit haec s. Congregatio *in Brunen.**) *17. Junii 1780 relata in Tudertina Denunciationum 19. Aprilis 1823) nisi ut in populi frequentia ineunda matrimonia denunciarentur, quo facilius si quae forent impedimenta detegerentur.* Sarzanensis autem Episcopus in themate magis expedire putat, si denunciationes in parochiali Sacro fiant, nam *missarum solemnibus conventualibus in Cathedrali non omnes sed pauci conveniunt, quia dicta hora ex populo plerique aliis rebus sunt detenti.*

Multoque magis ait Episcopi defensor explicatio evangelii peragenda est ab animarum pastoribus post lectum in missa pro populo sanctum evangelium, exemplo ss. Pauli et Barnabae, qui ut ex actis Apostolorum habetur *cap. 13.* post lectos Prophetas in synagoga ad populum verba fecerunt. Mos

*) Vd. *p. 997.*

iste, nt notat *Card. Bona Rerum liturgicarum lib. 2. cap. 7. n. 6.* numquam interrnpta serio ab initio ecclesiae usque ad nostra tempora servatus est, ut proxime post evangelium sermo sive humilia vel tractns haberetur. Quare hic s. Ordo *in Hortana 8. Augusti 1744* proposito dnbio:

An Canonicus parochus teneatur singulis diebus festis sermonem habere ad populum post lectum in missa evangelium vel potius servanda sit consuetudo explicandi evangelium post doctrinam christianam haberi solitam a parocho in ecclesia Cathedrali?

Rescripsit: *Affirmative ad I. partem et negative ad II.;* quam resolutionem confirmandam censuit die 29. Augnsti ejusdem anni rescripto: In decisis.

D u b i a:

I. *An et ad quem spectent denunciationes matrimoniorum, vigiliarum et dierum festorum in casu?*

II. *An et quo tempore fieri debeant denunciationes et explicatio s. Evangelii in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative ad Vicarios cnratos.

Ad II.: Affirmative et quoad explicationem evangelii in missa parochiali et quoad denunciationes in eadem missa sive alia hora magis a populo freqnentata et ad mentem. Mens est nt Episcopus mandet missam parochialem celebrari cnm applicatione pro populo separatim a missa conventnali pro beuefactoribus applicanda: quod si aliquis abusus irrepserit spreta quacumque consuetudine etiam immemorabili moneat delinquentes, nt consulant conscientiae; qnae quoad praeteritnm et omnia ad formam Coucilii Trid. serventur in futurum.

Die 16. Ang. et 20. Septbr. 1828.

e) In quibus ecclesiis?

Vd. *Impedimenta matrimon.* (Impedientia — instructio pro etc. imperii austriaci p. 1006. k; p. 1004. h p. 1007. § 5.

f) De essentia non est.

Vd. *Matrim. clandest. valid.* (decr.: *Gallien.* §: *Sustinent* etc.); supra decr.: *Brunen* p. 997. §: *Contraria.* Matrimon. secret (Adnotat. Secretarii n. 19.) *Denunt. matrim.* (omissa)

Catanien.

Post dissentientes auditos Theologos vestrum Cataniensis Episcopus postulat oraculum super hoc casu:

Matrimonialium sane denunciatio num mos viguit primnm ab IX. saecnlo in ecclesia Gallicana testibus *Bouschel. Decret. eccles. gallican. lib. 3. tit. 8. de clandest. matrim.* et *Rosseand de la Combe Recueil. de Jurisprudence cannonique verbo: Ban. sect. 1. pag. 68.*, deindeque in tota redductus ecclesia per Consilium IV. Lateranense celebratum 1215 sub Innocentio III. nt in *cap. Cum inhibitio 3. de clandest. desponsat.*, innovatus tandem fuit a s. Concilio Trid. *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.*, lex quidem saluberrima ad vitanda scandala, quae ex clandestinis conjugiis oriebantur. *Neque ex veteri tamen neque ex novo jure necessariae sunt denunciationes de necessitate Sacramenti et ad essentiam matrimonii*, nam fieri alias non possent ut ex justa causa quandoque fiunt post contractum matrimouium nec eas omnino remittere valeret Episcopus, nt post *text. in cap. Auditis* et *cap. Quia propter de elect.* observant *Fagnan. in cap. Cum accessissent de constit. n. 89.*, *Barbos. de offic. et potest. Episcopi allegat. 32. n. 1. et seqq.*, *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 5. n. 3. et seq.*

Hinc matrimonium absque denunciationibus contractnm non irritatur neque eo afficitur irritauti s. Concilii decreto: »qni aliter quam praesente parocho et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt eos sancta synodus ad sic contraheudum omnino inhabiles reddit.« Per haec namque verba non respexerunt Trideutini Patres ad dennnciationes sed ad praesentiam parochi et testinm. Et sane matrimonia clandestina*) coram parocho tamen et testibus contracta passim ab hac s. Congregatione declarata fuerunt valida et novissime in *Turritana Matrimonii 13. Junii 1795 ad III. dubium.*

Quid ultra vero in nostro themate quaerendum de forma nimirum, qua delegatus ab Episcopo fuit simplex sacerdos ad assistendnm matrimonio; potius enim ab ea quam ex praemissis canonicis sanctionibus pendet ejusdem matrimonii validitas vel nullitas. Si verba profecto attendantur Episcopi delegantis judicandum forsan esset pro nullitate; nam expresse declaravit, remittere nolle denunciationes et ita facultatem dedisse videtnr assistendi matrimonio sub conditione servandi illarum solemnitatem. Irrita autem evadit conditionalis delegatio**) non adimpleta conditione, *per text. in leg. A testatore ff. de condit. et demonstrat.* et praescriptae formae omissio irritat actnm, *ex cap. Cum dilecta de referen.* et *cap. Venerabilis de offic. delegat.*

*) Vd. *Matrimonium clandest.*
**) Vd. *Delegatio.*

At expendi debet, num ea Episcopi declaratio rationem habeat verae conditionis *sine qua non* seu potius modi et admonitionis officii, ut ad rem distinguit *Heislin. resolut. moral. part. 3. cas. 2. de matrim. sine praesc. a dispensan. form. celebr. § 3. n. 36.* Si accipiatur enim nt vera conditio atque essentialis forma matrimonium, ea non servata contractum censeri posset invalidum, si vero ut modus seu admonitio officii, validum quidem erit matrimonium sed illicitum, pro prima distinctionis parte stant negativa commissionis Episcopi verba: »vichiesto se dispensavo i proclami, risposi, che non voleva dispensarli.« Contra vero id servari voluisse videtur Episcopus, quod a communi praescriptum erat jure, ut celebraretur nempe matrimonium praeviis denunciationibus; ejusque propterea declaratio pro simplici habenda est admonitione officii secundum *gloss. in Clement. I. de offic. delegat.* verb.: *reperit.*, *Covarw. in cap. Alma mater p. 1. § 9. n. 8.*, *Pont. de matrim. lib. 3. cap. 2. n. 4. et lib. 5. cap. 29. n. 6.*

Quibus consonat *Sanch. de matrim. lib. 3. cap. 2. disput. 33. n. 3.* in haec verba: »Quoties exprimitur in commissione forma juris communis eo modo quo jure inest non est intentio committentis inducere novam formam et conditionem sed est admonitio quaedam nt servetur forma juris communis; quare ea praetermissa non irritatur actus qui alias validus esset nisi in commissione ea forma exprimeretur« *et Heislin loc. cit. n. 37.*, ibi: »Quoties a concedente exprimitur id quod jure inest et ab hoc ut tamquam forma juris communis observatur in matrimonii contractu praecipitur concessio ex hoc nunquam evadet conditionalis sed sui officii tantum fuit facta admonitio.« Et ita intelligenda esset hujusmodi delegatio licet facta a ss. Pontifice, *Fagn. in cap. Presbyterum de poenit. et remiss. n. 94.*

Itaque confirmari posse videtur episcopalis consecrationis exemplo de quo *Benedictus XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. 13. n. 2.* Permiserat ss. Pontifex in casu de quo agebatur, ut loco duorum Episcoporum assistentium *juxta can.: Episcopi* et *can.: Episcopum dist. 15.* et *can.: Porro dist. 66.*, duo in ea consecratione adhiberentnr sacerdotes in dignitate ecclesiastica constituti; *) sed expleta fuit consecratio uno tantum assistente presbytero. Quoniam vero a jure canonico non irritatur consecratio Episcopi, cui duo alii non assistant Episcopi, validam idcirco declaravit Clemens XI. consecrationem etiam factam contra formam pontificii Brevis, cui irritans additum non erat decretnm. »Etenim credi nullo modo potest (sunt verba Benedicti XIV. loc. cit. n. 8.) voluisse Pontificem, ut suis mandatis in Brevi expressis major inesset vis et efficacia quam quae canonum sanctionibus passim tribuitur. Nec enim omnes canones, qui aliquid servandum statuunt nullitatis vitium statim inducunt iis actibus, qui aliter gesti fuerint nisi expressum contineant decretum, quo irritum et nullum pronuncietur quidqnid secus fieri contiugat.« Hoc ipsum profecto a pari dicendum de declaratione Cataniensis Episcopi, qui absque decreto irritanti celebrationem voluit matrimonii praeviis denunciationibus quarum omissio nec de jure communi matrimonium irritat.

Etiamsi vero affirmari vellet animum habuisse Episcopum praescribeudi denunciationes per conditionem *sine qua non* formamque essentialem, adhuc tamen validum videretur matrimonium. Quandoquidem *Benedictum XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. 23. § 1. et seqq.* ex pluribus s. hujus Congregationis resolutionibus validum tuetur matrimonium, coram proparocho celebratum non obstante prohibitione Episcopi sive conditionali sive modali eo quod »ea non sit Episcopo auctoritas, ut possit inducere impedimentum dirimens, quod non est, aut aliquod matrimonium, quod ex canonum praescripto nullum irritumque non sit, nullum irritumque statuere, *Barbos. de officio et potest. Episc. part. 2. allegat. 32. n. 93.* et *Natal. Alexand. in Theolog. dogmat. et moral. tom. 2. lib. 2. de Sacram. matrim. in consect. art. seu in regul. proxim. spectan. regul. 9.*

Haec ipsa in fortioribus terminis fuit s. Congregationis sententia in *Bosanen. Visitationis ss. Liminum 19. Sept. 1789.* Agebatur siquidem de decreto synodali ue proparochi assisterent matrimoniis absque licentia paro-

*) *De hac quaestione* vd. Decreta auth. S. R. C. Edit. Mühlbauer *Suppl. t. II. p. 91. 1.*

chorum in scriptis addita etiam clausula »subtracta iisdem amplissima quae vulgo concedi solet matrimonii assistendi potestate« et tamen ad II. dubium:

An per idem decretum adempta sit proparochis potestas assistendi matrimoniis, ita ut irrita sint matrimonia coram ipsis celebrata in casu?

Respondit s. Congregatio: Affirmative ad I. partem, negative ad II. et matrimonia inita cum assistentia proparochi contra formam decreti synodalis esse valida sed illicita.*)

Et ad dub.:

An iterari debeat matrimonium coram proparocho celebratnm contra formam ejusdem decreti in casu etc.?

Rescripsit: Negative.

Quae quidem resolutiones confirmatae fuernnt in *Turritana Matrimonii 13. Junii et 19. Decb. 1795.*

Si matrimonium vero de quo agitur censeatur validum deliberandum insuper:

An fuerit licitum? Tale profecto videtur qnoad contrahentes ob bonam fidem, quod sacerdos ab Episcopo delegatus ad assistendnm eorum matrimonio facultatem etiam habuisset demittendi dennnciationes. Difficultas tamen est qnoad ipsum sacerdotem. Declaratio quidem Episcopi quam supra expendimns illicitum suadet assistentiae actum omissis dennnciationibus, nedum enim peccat delegatus,**) qui voluntatem non exequitnr delegantis, *Reiffenst. lib. 4. Decretal. tit. 3. n. 4., Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 5. n. 6., Laym. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. n. 9.*, sed condiguam etiam meretnr poenitentiam, *ex cit. cap. Cum inhibitia 3. de clandest. desponsat.*, qnae cum non sit expressa ab ipso infligenda esset Episcopo, *ex cap. De causis de offic. delegat.* At sacerdos etiam assistens in bona forsan fuit fide, nt testator Episcopus.

Quaeritur ergo:

An matrimonium de quo agitur fuerit validum et licitum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus in casu de quo agitur.

Die 20. Jan. 1797.

*) Vd. *p. 721. c.*
**) Vd. *p. 983. n. 4.*

Romana.

Omissionem dennnciationum et defectnm licentiae matrimonium non vitiare, si celebratum sit a proprio parocho, ut statuit s. Congregatio *in Jadren. 24. Augusti 1718* et *in Catanien.**) *Dubium matrimoniale 20. Januarii 1798.*

Die 9. Aug. 1817.

g) Irregularis quando est sacerdos ex lege synodali qui sine denuntiationibus publ. in matrimonium conjunxit et deinde missam celebravit.

Vd. *Matrimon.* (contract. ex improviso etc.; clandestinum.); p. 1013. o.

Arboren.

Synodali lege in dioecesi Arborensi indicta est excommunicatio latae sententiae parochis aliisque sacerdotibus, qui matrimouia benedicere praesumpserint, quae jnxta dispositionem Trid. Concilii inter missarum solemnia publicata non fuerint vel dispensatio a publicationibns non fuerit impertita. In villa Marubii dictae dioecesis 1782 munus viceparochi exercebat sacerdos Franciscus Antonius Pala, qui quadam nocte mensis Octobris ejusdem anni vocatus fuit, ut accederet ad Domum Raymundi Piloni. Ubi primum praefatns sacerdos ad eam domum pervenit, rescivit a dicto Piloni, quod in quodam cubiculo clansi erant Antonius Sanna et Raymunda Esteri ejns familiares. Haec ut audivit viceparochus respondit nihil agere posse sine testinm praesentia. Supervenerunt testes et adhuc Antonio et Raymunda in cubiculo manentibns Raymundus Piloni Antonium Sanna sic interrogavit: *Antonio Sanna, che dici*, qui respondit: *Già siamo marito e Moglie*, inde vero viceparochus mnlierem interrogavit: *Se voleva il detto Antonio Sanna?* Et ipsa affirmativum dedit responsnm.

Hisce peractis reseratum est cubiculi ostium et ab eo tam vir quam mnlier egressi nullo dato disseusus judicio immo libeuter exceperunt adstantes, qui de matrimonio gratnlati snnt. Sequenti die sacerdos Pala missam celebravit; verum statim ac factum iunotuit Vicario capitulari eidem prohibuit ne missam celebraret neqne munus viceparochi exerceret. Mandatis paruit sacerdos precesque deinde exhibuit pro obtinenda dispensatione ab irregularitate. Preces relatae

*) Vd. *p. 1000.*

fuerunt inter supplices libellos in Congregatione diei 16. Angusti elapsi anni injunctumque mihi fuit, nt causam in folio describerem; quare hodie infrascriptum dubium ab EE. VV. definiendnm proponi.

Sacerdos Pala refugit quaestionem movere, num adverterit ad dispositionem legis synodalis, quando ad domum Raymundi Piloni adscitus fuit: immo legi non advertisse fatetur; et sicuti inadvertentia ipsnm a culpa excusat, ita a poena suspensionis et irregularitatis se innoxium esse putat; verum hodie nulla adducta excusatione clementiam et humanitatem EE. PP. implorat, ut dispensationem ab irregularitate assequatur, cum magno incursae irregnlaritatis timore sit perculsns. Hanc vero dispensationem sibi indulgeri posse sperat, qnia nempe 15 menses elapsi sunt a tempore, qno praefato matrimonio adfuit omnemque proinde maculam abstersit. Asserit nnllam ingerere admirationem, si illum altari restitutum omnes videriut. Dispensationem vero eo securins assequi posse confidit, quia jnxta doctorum sententiam facilius conceditur ob irregularitatem contractam ex violatione censurae, quam aliis quibusqne de causis. Et hanc fnisse sententiam s. Congregationis, quae facilius dispensavit, praesertim quando de moribus snpplicantis nnlla data fuit querela.

Vicarins capitularis refert, qnod sacerdos Pala utpote viceparochns rite potuit Sacramenta administrare, uti alii viceparochi possunt. Deinde addit: *Ex informatione juridice recepta erui praefatum viceparochum voluntarie tali matrimonio praesentiam praestitisse ipsumque testes vocare fecisse, ut tali matrimonio adessent. Preces ex ipsa informatione sumptas esse nihilque adversus dictum Pala oppositum fuisse mihi constat. Ast cum ex synodalibus constitutionibus viceparochus matrimonio assistens, denunciationibus non factis ipsisque ab Ordinario non dispensatis, excommunicationem latae sententiae incurrat et proximo die praefatus Pala Sacrum celebravit, videtur irregularitatem incurrisse, quantumvis id ignoranter fecerit atque inadvertenter; omnium tamen Sacramentorum administrationem eidem inhibui.* Votnm aperieus ait: *Ex hisce narratis satis jussioni E. V. factum puto, adeo ut penitus instructa esse pro rei veritate censeatur in qua facti specie inadvertentia oratoris considerata absolutionis et dispensationis gratiam misericorditer eumdem impetraturum spero.*

Bonifacius VIII. in cap. *Is cui, de sententia excommunicationis in 6.* irregnlarem declarat clericum, qui ecclesiastica censura irretitus in sno officio ministrare praesumpserit. Dispensatur tamen ab hac irregularitate, si clericus bonis fnerit imbutus moribus et resipiscentiae signa dederit ac congruum tempus effluxerit a die commissi delicti, ita ut ab hominum memoria crimen sit obliteratum. Ponderandum in praesenti casn, quod orator ex improviso vocatus fuit, ut ad domum Raymundi Piloni accederet absqne eo quod nllam de contrahendo matrimonio notitiam haberet. Advertendum, quod Vicarins capitularis refert ipsum oscitanter post contractum matrimoninm missam celebrasse. Notandum, quod jam 16 menses effluxi sunt. Haec omnia serio perpendenda videntnr ad decernendum, an dispensatio sit indulgenda, *Fagnan. in cap. Mandato de Simonia. n. 64.* advertit, quod difficilius dispensatnr ab irregularitate ex defectn, quam ab irregularitate ex violatione censnrarum, quia nimia facilitate non advertitur ad censuras. Cum promoto facilius dispensatur, quam cum promovendo. *Idem Fagnan. in cap. Henricus de clerico pugnant. in duell. n. 23.*

In *Albinganen. Irregularitatis*, agebatnr de sacerdote, qni spreto praecepto de non conversando cum muliere injnncto sub poena suspensionis ipso facto incurrendae missam celebraverat die 10. Octobris 1751; propositisque proiude s. Congregationi dubiis:

I. *An constet de irregularitate in casu etc.?*

Et quatenns affirmative,

II. *An sit concedenda dispensatio in casu etc.?*

Die 7. Aprilis 1753 prodiit responsum:

Ad I.: *Affirmative et amplius.*

Ad II.: *Arbitrio Episcopi.*

In *Savonen.* Episcopus injnnxerat alteri sacerdoti, ne a civitate Savonensi discederet sub poena excommuuicationis ipso facto incurrendae quousque de adimplemento missarnm alicui capellaniae inhaerentium rationem non reddidisset; sacerdos vero discesserat et nihilominus per plures annos in ss. ordinibns ministraverat; contendebat tamen nec suspensionem nec irregularitatem incnrrisse: disputatis propterea dubiis:

I. *An sustineatur suspensio in casu etc.?*

Et quateuus affirmative,

II. *An sit locus absolutioni et dispensationi ab irregularitate in casu etc.?*

Die 14. Sept. 1782 responsum fuit

Ad I.: *Affirmative et amplius.*

Ad II.: *Affirmative arbitrio Episcopi, dummodo prius satisfaciat onoribus missarum non celebratarum et amplius.*

Definient igitur EE. VV.:

An sit locus dispensationi in casu?

S. C. resp.:

Affirmative facto verbo cum Sanctissimo.

Die 13. Mart. 1784.

Casertana.

Vd. *Matrim. (Nullit. const., Casertana*, decr. diei 30. Jan. et 22. Febr. 1717)

(Conc. Tr. c. 1. s. 24. de ref. matr.; c. 3. s. 24. de ref.)

Quomodo et quale matrimonium Joseph Jaquinto posthabitis denunciationibus coram parocho et testibus per dolum in propria domo tunc adductis contrahere praesumpsit cum Constantia Farina expositum fuit EE. VV. in folio distributo pro Congregatione habita die 30. Jan. solita benignitate reassumendo. Cum autem in synodo dioecesana indicatur poena excommunicationis latae sententiae contra matrimonium clandestine contrahentes vel auxilio et consilio coadjuvantes, hinc curia episcopalis praetendit non solum dictum Josephum sed etiam uti fautores et consultores Franciscum patrem et Canonicum Roccum patruum in dictas censuras incursos esse dictumque Canonicum ob subsecutam etiam missae celebrationem esse irregularem. Nam ut refert Episcopus »*ex eadem camera, ex qua mox prodierant supradicti Joseph et Dominicus* (primus est sponsus alter assertus procurator sponsae) *prodiit Canonicus Roccus Jaquinto ejusdem Josephi patruus, qui nuper ab urbe advenerat et manibus quasdam literas istius s. Congregationis mihi directas afferens parocho aliisque ostendit, manifestans, se non aliter Romam petiisse ad obtinendum canonicatum tunc vacantem sed potius ad coadjuvandas partes hujusmodi matrimonii*«. Enunciatae literae cum rescripto: »*Episcopo pro informatione et interim provideat, prout de jure*« obreptitie extortae fuerunt cum libello inscripto nomine Catarinae Lombardo, matris dictae Constantiae super praetensa vi et metu ejus filiae illatis ut Petro Lombardo nuberet, quando Episcopus refert; »*Comperiisse dictam Catharinam hujusmodi recursus omnino ignaram*« tantumque abfuisse vim et metum, »*ut potius ad libertatem tuendam ipsam juvenem inexpertem ne dote pro sui conditione superfluente minus congruo pretio iniquitatis intercedente nuptui traderetur paterne fuisse tutatam*«. Praetendunt dicti de Jaquinto aut legem synodalem sancientem censuras esse nullam aut non comprehendere casum nullitatis matrimonii aut in illas ex allegata etiam medio juramento ignorantia non incurrisse. Episcopus autem testatur hanc constitutionem »*pro notoria haberi, ut frequenti praxi innixa in tabella casuum reservatorum describatur et quotannis feria V. Coena Domini populo evulgetur*«; similemque censuram ex dicta causa infligi a concilio provinciali Neapolis, ex delegatione hujus s. Congregationis ab eminent. Cardinalibus Cincio et Sperellio recognito et approbato, censetque Episcopus »*puniendum esse ausum etiam effectu matrimonii non secuto, dum crimen per ecclesiae contemptum perfici et consumari dicatur ne admittatur, quod ii, qui plus deliquerint, minus aut in nihilum puniantur*«. Hinc citato in partibus promotore fiscali a summa EE. VV. sapientia exquiritur:

I. *An Josephus, Franciscus pater et Canonicus Rocchus patruus censuras incurrerint?*

Et quatenus affirmative,

II. *An Rocchus ob missae celebrationem incurrerit in irregularitatem?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Negative et Episcopus procedat ad alias poenas prout de jure.

Ad II.: Negative.

Die 21. Aug. et 11. Sept. 1717.

h) Locus.

Vd. lit. *e.* p. 1000.; p. 1007. § 5.

Senogalien.

(Conc. Tr. c. 1. sess. 24. de ref. matrim.)

Felix Dolci ortus in oppido s. Elpidii Firmanae dioeceseos puer Maceratam venit, ubi domicilium habuit usque ad mensem Junium 1729. Senogalliam vero cum deinde se contulisset sponsalia inivit cum puella Victoria de Luca. Ut matrimonii contrahendi facultatem a curia episcopali obtineret, protulit Felix testificationem episcopalis curiae Maceratensis de libero ejus statu. At Vicarius capitularis Senogalliensis oportere putat, quod praeterea doceatur de factis publicis

denunciationibus in ea parochia civitatis Maceratensis in qua per annos circiter viginti Felix domicilium habuerat, antequam Senogalliam commigraret, propterea quod quamvis alias nuptias non iniverit juxta asseverationem testium, quos curia episcopalis Maceratensis interrogavit ad docendum de statu libero, nihilominus potuerit ille fortasse in ea civitate de matrimonio contrahendo fidem alteri feminae dedisse; id quod minime excluditur per testimonium illud; sed in lucem, si ita esset, prodiret, ubi in parochia, cui olim suberat Felix inter missarum solemnia ter fuerit palam denunciatum ejus consilium de matrimonio contrahendo cum Victoria de Luca Senogalliensi.

Trid. synodus *cap. 1. sess. de ref. matrim.* sic statuit: »Antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum.« His autem verbis videri potest dumtaxat praeceptum esse, quod proclamationes in iis fiant parochialibus ecclesiis, quibus subsint sponsi sub ipsum tempus ineundi matrimonium non vero in aliis parochiis in quibus antea sedem habuerint. Verum est quis ex sponsis recenter venerit ad eam parochiam in qua matrimonium est contracturus plures dictores existimant proclamationes fieri etiam oportere in alia ecclesia in cujus parochia diuturnius domicilium antea habuerat nimirum quia ex praescripto s. Concilii itemque etiam ante Concilium Trid. ex lege lata ab Innocentio III. in cap.: *Inhibitio de cland. despons.* Ideo publicae denunciationes sunt praemittendae ut impedimenta, si quae sint, detegantur; id autem ibi melius resciri potest, ubi longior fuit commoratio. Sic praeter antiquiores docent *Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 6. n. 6.* et sequen., *Guttier. eod. tract. cap. 56. n. 6.*, *Barbos. de Episc. par. 2. alleg. 32. n. 11.*, *Engel. ad lib. 4. tit. 3. n. 5. de cland. despons.* In contraria tamen sententia videntur esse *Pont. de matrim. lib. 5. cap. 38. n. 5.*, *Clericat. de Sacram. matr. decis. 33. num. 6.*

Sed alii sic dissentientes opiniones censent conciliandas, ut quando brevis fuerit commoratio in nova parochia, adeo ut verisimilis ibi non sit impedimentorum notitia, tunc denunciationes fieri debeant etiam in priori parochia secus vero si per aliquot annos habitaverint in parochia in qua matrimonium sit inenndum, ut videre est apud *Anaclet. ad lib. 4. tit. 3. an. 15. ad 22.*

Tres hac de re extant hujus s. Congregationis resolutiones. In antiquo lib. 2. Decret. ante annum 1580 confecto ad pag. 83. ita habetur: »Theodorus Bertoncellus de Terra Guastallae et Meridiano Paganella Romana invicem matrimonium contrahere cupientes in ecclesia ter a proprio parocho matrimonium hujusmodi denunciari curarunt. Factis autem denunciationibus, cum ad matrimonii celebrationem in facie ecclesiae procedere vellent, vicesgerens Archipresbyteri loci eos prohibuit, quia non erat enunciatum id Romae in parochia, ubi nata fuerat Meridiana. Verum, cum agatur de interpretatione Concilii Trid. et re vera non sit vagans illa mulier, quae per octo annos vel circiter in una et eadem Terra habitavit, propterea humiliter supplicatur, quatenus eidem vicegerenti committere et mandare dignemini ut si per 7 vel 8 annos in dicto loco Guastalde praedicta Meridiana habitavit matrimonium hujusmodi juxta ritum s. r. E. celebrari permittat.« Rescriptum vero fuit: »Nihil obstare quominus oratores possint matrimonium contrahere.«

In *Senogallien* die 29. Januarii 1684 haec species facti exposita fuit: »Bartholomaeus Joannis Titta origine Senogalliensis matrimonium contrahere desiderans extra locum originis supplicat declarari an ultra fides status liberi necessario faciendae sint denunciationes matrimoniales etiam in loco originis, prout praetendit parochus coram quo matrimonium contrahi debet?« Responsum vero fuit: Denunciationes etiam in loco originis esse necessarias *ut in lib. 34. Decret. pag. 28.*

Denique in *Vercellen.* 6. Maji 1719 agebatur de muliere, quae extra locum originis decem totis annis permanserat in alio loco, ubi matrimonium contraxit et ubi solum factae fuerant proclamationes. Proposito autem dubio:

An necessariae essent denunciationes in loco originis?

Responsum fuit: Negative, ut in *lib. 69. Decret. pag. 222.*

Declarare itaque dignentur Eminentiae VV.:

An antequam Felici Dolci permittatur celebrare matrimonium faciendae sint denun-

ciationes etiam in parochia Maceratensi in casu?

S. C. C. resp.: Negative.
Die 3. Apr. 1734.

i) Infra missam parochialem vel conventualem?

Vd. supra lit. *a.* p. 997; in Cathedr. simul et paroch. p. 999; obligatio p. 1006; p. 998. §. *Contraria.*

In ecclesia, quae simul parochialis est et collegiata denunciationes matrimoniorum et ordinandorum aliaeque similes functiones parochiales arbitrio parochi fieri possunt vel in missa paroch. vel convent., quando pro utraque habeatur concursus populi.

Die 8. Julii 1724.

k) Modus pertractandi in matrimonialibus.

(Instructio pro judiciis eccles. imperii austriaci)

Denunciationes oretenus factae in acta redigantur; si scripto propouantur curandum est, nt autor personaliter examinetur. Omues ad eum dirigantur interrogationes, quae ad quaestionem facti in claram lucem vindicandam contribuere possnnt.

Denunciationes scripto exhibitae, qnarnm autores personaliter examiuare nequennt snb peculiaribus tantum rerum adjunctis pro sufficienti processns institnendi causa haberi possnnt. Depositionibns tamen in iis contentis pro re nata utendum est ad ulteriores investigationes instituendas.

Denunciationes scripto factae, quarum antor nomen abscondit per se sumtae nunqnam sufficiunt, quae ansam praebeant ad inquirendam de matrimonii valore.

Quodsi de obtiuente quodam matrimonii impedimento fama divnlgetur, quae omnibns perpensis circumstantiis attentionem meretur tribunal matrimoniale circa fundamentum harum narrationnm vel assertionnm investiget atque dijudicet, an, quae eruantur inquisitionem decerni postuleut.

Dennnciationum super impedimentis propter qnae conjngibus tantum jus accusandi competit de regula nullatenus ratio habenda est: nbi autem ex allatis liquido constet matrimouium aliquod propter ejusmodi impedimentum irritum esse, ex officio agendum est, ut vel conualidatio peragatnr vel pars adcusandi jure pollens adversus matrimouinm reclamet.

l) Notitia.

Vd. *t. I. p. 374.* §: *Quod vero etc.*

m) Obligatio.

Vd. *Matrimon.* (contrabenda inter eos, qui in regno Turcarum etc., constit. Bened. XIV. § 11.). *Matrimon. occultum* (constit. Bened. XIV. *dispensatio* § 6, 7 etc.); *Visitat. de Matrim.*

Matrimoniorum firmitati consulendo damnantur et annullantur pacta inter conjuges inita de non appellando a sententia lata pro matrimonii nullitate, confirmatur constitutio edita super hujusmodi judiciorum forma; ecclesiasticae Disciplinae observantia in matrimonii celebratione commendatur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis regni Poloniae.

Benedictus PP. XIV.

Venerabiles Fratres.

Salutem et apostolicam Benedictionem.

Nimiam licentiam ac libertatem abusumque iu perpetuis iudissolubilibusque vinculis matrimoniorum canouice celebratorum diuturna etiam animorum concordia stabilium nulla legitima causa intercedeute nec si qua esset juxta canonicas praescriptiones expensa ac tanta cnm facilitate non sine gravi bonorum offensione dissolvendis in ecclesiasticis istius Poloniae regni cnriis inductum vigentemque per alias nostras in simili forma Brevis literas die 11. Aprilis 1741*) ad Vos datas deplorantes Nos et detestantes atque insimul Fraternitates Vestras rogantes et in Domino exhortantes ad custodiendas vigilias super ovibns vestrae curae commissis admonueramns, Nos hac in re salutares leges modumque opportunum serio meditari.

§ 1. Interea certiores facti in quam plnrimis christiani orbis regiouibus inuectam esse *pravam consuetudinem matrimoniorum occultorum vulgo conscientiae dictorum* a qnibus illa quoque inter caeteras inde provenientes inordinatioues confusiouesque emanabat, qua occulta hujusmodi matrimouia aliis matrimoniis cum aliis conjugibus publice celebratis re ipsa solvebantur, per encyclicas alias nostras literas ad VV. Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos nniversos die 26. Angusti ejusdem anni scriptas, ea ad antedictam pravam consuetudiuem penitus abrogandam praescripsimus, quae ss. canonibus et Concilii Trid. decretis consona si accnrate servareutnr injectam Nobis sollicitudinem immiuerent.

*) Vd. *Matrimon.* (dissolutionis causae.)

§ 2. Hisce insuper alias pariter nostras snb plumbo literas tertio Nouas Novembres 1741*) expeditas addidimus in quibus typorum arte editis ac palam propositis et vulgatis statuimus et in causis matrimonialibus super validitate et nullitate matrimoniorum servandas mandavimus leges ac regulas, quantum ab hominibus prospici potest, opportunas ac necessarias secundum quas ecclesiastici judices neque culpa et improbitate neque iuscientia ac ignorantia abrepti, cum disceptatiouem de validitate et nullitate matrimoniorum hujusmodi apud ipsos haberi contigisset, non pro ingenio sed pro justitia tuto sententiam suam ferre possent.

§ 3. Praeterea cum relatum objectumque esset malum hujusmodi inde evenire, quod commissiones, quae quoad secunda in causis matrimonialibus edita postulata et iustantias dabantur ad viros ad jus dicendum neque aptos neque idoneos sed judicandi prorsus incapaces dirigereutur: Nos uon solum per encyclicas alias literas uuiversis Antistitibus inscriptas singulis injuuximus et mandavimus, ut unusquisque cum Capituli Cathedralis snae consilio eorum virorum, qnos ad grave judicii hujusmodi ministerium probe et sapienter obeundum aptos et idoneos rebus omnibus considerato exacteque expensis in Domino reputasseut judicem confectnm ad apostolicam hanc s. Sedem mitterent; verum etiam in memoratis nostris sub plumbo expeditis literis addendum curavimus ne antedictae commissiones in secuudis instantiis super causis matrimonialibus deinceps ad alios dirigereutur, quam ad viuciniores Antistites; atque ut tuuc dumtaxat si forte contiugeret ita fieri non posse ad quempiam ex indicatis viris aptis et idoneis commissiones hujusmodi dirigantur.

§ 4. Ex praescriptis apostolicae providentiae auctoritatisque nostrae sanctionibus conceptam fiduciam sustentantes fore nimirnm, ut abusus antedictus et omnis inordinatio istinc potissimum quemadmodum alibi benedicente Domino evenire gratulabamur penitus auferretur; iugenti cum pontificii cordis nostri dolore accepimus istic novas fraudes adiuventas novaque effugia quaesita, quibus apostolicae salutares ordinationes eluderentur. Horret animus referre non solum pacta inter conjuges matrimonii dissolutionem contendentes vicissim conventa, ut alter eorum post latam ab ecclesiastico judice super matrimonii nullitate sententiam ab eadem appellare audeus ad quamdam certam pecuniae summam alteri de ipsa sententia acquiescenti solvendam teneatur verum etiam ab ecclesiastico judice apud quem appellatio*) instituta fuerit, Appellantem ad omnimodam summae hujusmodi solutionem damnari.

*) Vd. *Matrimonium* (judicium, clandestinum, contractum inter haereticos etc.)

§ 5. De hisce autem rebus accuratissime exquisitis plenissime docti Nos in ea sumus sententia inordinationem coufusionemque antedictam in regno Poloniae vigentem majorem in partem ex more modoque quo Matrimonia per Poloniam contrahuntur ac celebrautur omuino exoriri. *Saepenumero enim ac passim praesentia proprii parochi, dum matrimonium per verba de praesenti contrahitur, desideratur et cuilibet sacerdoti interessendi commissio interdum inscio etiam proprio parocho demandatur. Frequentissime etiam super denunciationibus per tres festos dies inter missarum solennia in parochiali tam viri quam mulieris de matrimonio contrahendo fieri solitis ac tantopere praescriptis dispensatur,* itaut nulla intercedente legitima et urgenti causa ne una quidem denunciatio fiat.

§ 6. Quamobrem obstrncta omni via, qua ad agnitionem perveniri posset an quodlibet matrimonium cum debita ntriusque contraheutis libertate et consensu celebretur iutercedatne inter utrumque contrahentem impedimentum aliquod cujus causa deinceps idem matrimonium jam contractum dissolvi et irritari debeat, hinc opportunus datur locus frequentissimis super nullitate matrimoniorum in facie ecclesiae etiam initorum disputationibus; interdum quidem contenditur matrimonium sive per vim sive per metum et sine alterius conjugis libero consensu contractum fuisse, interdum vero impedimentum obteuditur, quod caeteroquin legitimum ac canonicum ante resciri potuisset quam matrimoninm contrahereturne nisi de industria deditaque opera occultum esse voluissent; interdum etiam, qnod frequentius accidit inde matrimonii nullitas arcessitur, quod coram alio sacerdote licet de commissioue sive Autistitis Ordinarii sine tamen debitis consuetisque formis attributa celebratnm fuerit matrimonium. Nemo sane est, qui non in-

*) Vd. *t. I. p. 595. n. 12.*

telligat praemissa omnia tamquam perpetuum diabolicae nequitiae fomitem apertumque sceleri aditum in causa esse et ut canonicum appellationis beneficium a Nobis in ultimis nostris literis tantopere commendatum, quo alter conjugum post adjudicatam alteri super matrimonii nullitate causam frui potest per hasce fraudes et effugia impediatur et ut frequentiores sint non sine gravissima bonorum offensione et scandalo in Polonia hujusmodi connubiorum djssolutiones.

§ 7. Itaque, ut injunctis imbecillitati nostrae apostolici muneris partibus quantum cum Domino possumus satisfacere et opportunum perniciosissimo huic malo remedium adhibere adnitamur motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis plenitudine *tenore praesentium non solum omnia et singula ejusmodi pacta inter conjuges pro dissolutione matrimonii quandocumque facienda quomodolibet inita, verum etiam ea, quibus sive directe sive indirecte appellatio ab judicis sententia jam lata super matrimonii nullitate impediatur etiamsi utraque pacta interposita jurejurando approbata et confirmata atque etiamsi ante editas nostras memoratas ultimas literas quomodolibet conventa et facta fuissent, nulla, invalida, irrita, nullius roboris et momenti esse ac fore et imposterum futura et habenda esse declaramus et nunc pro tunc annullamus, invalidamus irritamusque*, ita aut nullo unquam pacto tam in foro interno quam externo obligatoria sint et habeantur sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda a qua nemo quicumque pacta hujusmodi celebraverit praeterquam a Nobis et romano Pontifice pro tempore existente Successore nostro nisi in mortis articulo absolutionem obtiuere possit. Praeterea eidem excommunicationis poenae ipso facto obnoxium esse et fore eamque incurrere et incursum esse pariter declaramus et nunc pro tunc pronuntiamus quemcumque judicem, qui pacta antedicta executioni demaudanda et servanda curare et prouuntiare ausus fuerit; ac propterea praefatas ultimas literas seu constitutionem nostram et quaecumque in iis sive in ea contenta ac praesertim omne id, quod quoad ordinem seriemque appellationis a deputato matrimonii defensore *), semper ac ab judice contra ejusdem matrimonii nullitatem sententia prouunciata fuerit, interponendae, continetur, statuitur ac praecipitur, quatenus opus sit, iterum innovamus et confirmamus denunciamusque et Fraternitatibus Vestris easdem nostras literas iterum proponendas evulgandasque in virtute s. obedientiae jubemus perinde ac si de verbo ad verbum iisdem praesentibus expressae et insertae fuissent, quemadmodum earumdem tenorem ipsis praesentibus pro expresso et inserto haberi volumus.

§ 8. Quamquam vero quaecumque hactenus gessimus retulimus, praescripsimus, satis esse intelligimus, ut fideles istic praesertim matrimonii sanctitatem cognitam habentes ad Sacramentum hoc magnum ea qua decet animi reverentia ac pietate in eundum accedant eamdemque sanctitatem mutuamque animorum concordiam perpetuo inviolatam indissolubilemque servent, tamen nostrae hac in re gravissima apostolicae sollicitudini haud satis esse ducimus nisi Fraternitatibus Vestris proponamus praeclaras salutaresque leges ac regulas aliarum bene constitutarum dioecesum in quibus fere nunquam aut raro lites super contractis matrimoniis agitantur et sententiae super eorumdem matrimoniorum nullitate prouunciantur.

§ 9. *Ac primum omnium munus, quod ad proprium parochum jure spectat interessendi matrimoniis celebrandis per se ipse parochus nisi legitima gravissimaque de causa impeditus obire tenetur.*

§ 10. *Onus pariter proprio parocho injunctum est ut antequam denunciationes de ineundo matrimonio publice in ecclesia inter missarum solemnia fiant ipse tum sponsum tum sponsam seorsim caute et ut dicitur ad aurem explorare studeat an ex voluntate, sponte ac libenter et vero cum animi consensu in matrimonium vicissim conjungantur necnon ut quantum fieri potest inquirere nitatur ullumne et cujus generis impedimentum inter contrahentes intercedat, aliisne fidem sponsionemque alter ex contrahentibus dederit, de consensune parentum filii filiaeque familias contrahant: Haec aliaque hujusmodi momenta postquam parochi accuratissime exploraverunt, si aliquod eorumdem momentorum sive deficere aut nocere posse deprehenderunt suspensis interea denunciationibus illud quod obstare possit deferre tenentur ad proprium Antistitem, qui, prout res postulaverit pro auctoritate munerisque sui debito opportune provideat.*

§ 11. Quod si parochi nihil, quod denunciationibus publice et de more faciendis

*) Vd. *Defensor matrimonii. p. 962.*

obstet, tuto animadverterint, tunc illas per tres festos dies continuos in ecclesia inter missarum solemnia juxta tam Concilii Lateranensis sub fel. rec. Innocentio PP. III. Praedecessore nostro quam Concilii Trid. praescriptum proponent, ut impedimentum si quod prius resciri non potuerat ab interessentibus auditoribus indicetur.

§ 12. Etsi autem Antistites super ovibus sibi commissis vigilias ea quam ante diximus salutari ratione custodientes non ignorant matrimonium coram quolibet sacerdote non parocho facta illi copia dataque licentia sive a proprio parocho sive a loci Ordinario Antistite validum esse auctoritatemque super denunciationibus dispensandi atque ut una pro tribus et ne una quidem urgente legitima gravissimaque causa denunciatio fiat permittendi se habere, tamen diligentissime cavent ne ad libitum hac sua auctoritate, tum super denunciationibus dispensandi tum cuilibet potius sacerdoti quam proprio parocho facultatem ut in contraheudis matrimoniis interesse possit committendi nisi ubi iueluctabilem necessitatem ita exigere animadverterint utantur. Immo cum ut praemissum est commissionem hujusmodi necessario daudam esse perspexerint eam non statim sed postquam ex adhibitis diligentiis acceptisque certis notitiis sibi tuto constiterit nullum inter contrahentes interponi impedimeutum et impertiuntur.

§ 13. *Quoad dispensationem vero super denunciationibus* semper prae oculis Concilii Trid. decretum de reformatione matrimonii habentes apertissime intelligunt facultatem in hujusmodi dispensationibus effraenatam immoderatamque sibi nullatenus inesse sed facultatem ad prudentiae rationem legitimarumque causarum emergentes occasiones dirigendam eaque caute uti, ita ut hac in re semper recitent haec ejusdem Concilii Trid. verba: *Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiose impedire posse, si tot nempe tres praecesserint denunciationes, tunc vel una tantum denunciatio fiat vel saltem parocho et duobus vel tribus testibus praesentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denunciationes in ecclesia fiant, ut si aliqua subsunt impedimenta facilius detegantur.*

Die 18. Maji 1743.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 28.)

n) Obligatus quis est ad denuntiationem?

Vd. lit. *m; Denunt. matrim. in Cathedrali etc.* p. 999.

Bovinen.

Vix Bovinensem ecclesiam regendam suscepit hodiernus Episcopus efferbuit lis inter Canonicum Tiberium de Pompa Decanum curatum Cathedralis et Canonicum cantorem Josephum Santoro quoad jus denunciationum matrimonialium, quem praesul ille ita s. Congregationis judicio submisit: *Inveni in hac mea Cathedrali Bovinensi excitatam quaestionem valde implexam inter decanum et cantorem ecclesiae praedictae super jure faciendi denunciationes ante celebrationem matrimonii. Quum enim dignitati decanatus sit adnexa cura animarum contendit decanus jure proprio tamquam parocho ad se privative spectare ejusmodi denunciationes facere. Ex opposito contendit cantor se justum titulum habere ejusmodi denunciationes emittendi, cum agat nomine Capituli cujus est radicalis cura animarum, ipsi praeterea favere possessionem centum quinquaginta annorum circiter ac proinde manutenendum esse in ejusmodi jure ac possessione.*

Auditis partibus quoniam inveni cardinem quaestionis omnino versari circa intelligentiam et interpretationem textus s. Concilii Trid. sess. XXIV. de ref. matrim. cap. 1. *quo statuitur denunciationes faciendas esse a proprio contrahentium parocho, necessarium duxi etiam de consensu partium negotium remittere prout de jure remittendum est ad istam s. Congregationem s. Concilii Trid. interpretem, cui transmitto originales probationes et documenta utrinque deducta, ut iis perpensis dignetur ista s. Congregatio decernere quod menti Tridentini est magis consentaneum.*

Ex tribus potissimum fontibus rationum momenta deducit decanus curatus, ut probet ad se privative pertinere jus denunciationum matrimonialium nimirum ex veteribus libris parochialibus, ex s. visitatione ab Episcopo Justiniani peracta 1584 et ex juris dispositione. Et primo quidem ex libris parochialibus apparere dicit triplicem denunciationem matrimonialem 1608 emissam fuisse a tunc temporis decano curato Damiano de Luca easque et inposterum factas fuisse per decanos ad annum usque 1683. Fatetur tamen se ab anno 1684 expoliatum fuisse hujusmodi denunciationum jure. Jam vero libri

parochiales in iis quae parochi officium respiciunt plene probant, cum ad id electa fuerit a Concilio Trid. *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.*, parochi fides et industria, ut docent Pax Jordan. *t. 3. de fid. Instr. n. 48.*, *Genova de script. priv. cap. 2. qu. 1. et 2.*, *Mascard. de prob. Concl. 673. n. 1. et seq.*

Addit deinde decanus jus istud confirmari ex s. visitatione Episcopi Justiniani anni 1584 in qua cum erecta fuerit in novam paraeciam seu potius redintegrata fuerit ad veterem curam animarum ecclesia s. Petri in eadem civitate Bovini extructa statutum fuit: *che detto parroco* (scilicet ecclesiae s. Petri) *non possa affidare, e sposare, se prima non avra avuto fede da chi prima siano state fatte le monizioni dalla chiesa cattedrale*, quod jus nonnisi decano curam animarum exercenti competere poterat.

Ad juris vero dispositionem quod attinet, profert decanus decretum Concilii Trid. *sess. XXIV. cap. 1. de reform. matrim.*, ubi praecipitur *ut inposterum antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum*; at parochi nomine ille intelligitur a s. synodo, qui habet curam animarum actualem et excluditur quicumque alius actualem curam non habens. Jam vero decanus curatus Cathedralis Bovinensis est verus et solus parochus, qui per concursum et canonicam institutionem assequitur decanatum cum jure perpetuo ac privativo fnuctiones omnes titulo suo adnexas ac praesertim munia parochialia exercendi; quique assumit sibi coadjutores in exercitio curae iisque de proprio mercedem laboris solvit, ut patet ex transmissa legale attestatione. Inter munera autem mere parochialia recenseutur matrimouiales denunciationes ex s. Congregationis Episcop. et Reg. resolutione in *Firmana 3. Junii 1615* ac proinde ad unum decanum spectare coucludit jus hnjusmodi denunciationes explere.

Totus deinde est, ut ostendat paraeciam exortam non fuisse ex Capitulo sed quidem Capitulum in illa suum ortum duxisse. Nam vel a saeculo tertio locum habere caeperunt paroeciae; in civitatibus enim primariis aderat ecclesia ad quam confluebant fideles; hornm deinde aucto numero aliae paroeciae fundatae sunt in pagis et minoribus civitatibus, quibns praeficiebantnr secundi ordinis sacerdotes, qui jnre proprio sed dependenter et sub auctoritate Episcopi animarum curam gerebant. Ex his deducit praesnmi nou posse Capitulnm apud quod est cnra habitnalis sibi reservasse jus istud denunciationum, de qua quidem reservatione nulla datur probatio, quae imo numeris omnibus absoluta afferri deberet, ut legitimus parochns a suo certo jure detruderetur. Quin etiam passim receptnm est ac praesertim a *Monacello in formul. legal. pract. edit. Venetae 1751 t. 2. pag. 367.*, *Barbosa de parochis part. 1. cap. 1. a n. 56. ad 58.* et *s. Rota in Mediolanen. Jurium parochialium 3. Junii 1673.* Canonicos apud quos residet cura habitualis non posse se intromittere in cnra animarum invitis vicariis perpetnis, qui proprie habere dicuntur exercitinm curae.

Quo vero ad consuetudiuem favore cantoris eam in unllo pretio habendam esse putat decanus etsi illa etiam centenarium cursum excedat. Acta enim denunciationum, si quae facta sunt a cantore aut ab illo expleta sunt tanquam subsidiario et coadjutore decani, quo in casu subsidiarius non praescribit contra principalem cujus persouam jure delegato repraesentat, aut illa proprio marte peregit ac nulliter et illicite parochialia jura iuvasit et tunc consuetudo illa, cum sit contraria*) juris dispositioni, decretis Tridentini, utilitati ac disciplinae ecclesiae, abusus et corruptela est dicenda.

Negat e contrario cantor Sautoro proclamationes matrimouii semper factas fuisse a decanis ad annum usque 1683 cum de his sileant parochiales libri ac unum dumtaxat in medium afferatur exemplum emissarum denunciationum a decano Famiano de Luca 1608. Relata vero particula s. visitationis Episcopi Justiniani nednm decano haud prodesse dicit sed praeterea favere cantori, ut innuunt verba *da chi prima siano state fatte le monizioni*, cum jus istud semper penes cantorem fuerit citatque alteram visitationem 1680 peractam ab Episcopo s. Severi deputato a s. m. Innocentii XI. in qna (ut ait) declaravit decanus tunc temporis denunciationes matrimouiales a se emitti non proprio sed nomine cautoris cujus praebenda tunc vacabat. Osteudit deinde paroeciam reapse exortam fuisse in cathedrali. A primis enim ecclesiae temporibus non in oppidis aut pa-

*) Vd. *p. 743. n. 6.*

gis sed in primariis civitatibus Episcopis suam cathedralem habuisse, iu qna clericorum collegium aderat, *s. Basilius epist. 319.*, qui illius erant ecclesiae adscripti canoni seu albo, ex quo omnes illi Canonici nuncupabantur, *Thomassin. Vet. et nov. eccl. disciplin. pag. 1. lib. 2. cap. 22. n. 2.*

Et certe animadvertendnm est per tria fere priora saecnla nullam in ecclesiasticis monumentis parochorum meutionem occurrere. Una enim in principe dioeceseos civitate erat ecclesia ad quam christiani omues non modo urbis illius sed etiam viciuorum pagorum confluebant praesentibusque Encharistia dispensabatur, absentibus vero per diaconos mittebatur, *s. Inst. M. Apolog. 1. n. 67. pag. 83. edit. Maur. Parisis.*, qui iu praefato Episcopi senatu sua munera gerebaut. Aucto deinceps fidelinm nnmero aliisque in civitatibus aedificatis ecclesiis certi presbyteri ad eas diebus festis mittebantur, quorum erat sacra obire muuera populoque praeesse, qui tamen perpetui nou erant earum ecclesiarum rectores. Serius autem constitutae sunt paroeciae primo quidem iu vicis et pagis deiu in civitatibus, si majores quaedam romaui Imperii excipiantur urbes, ut probant *Henric. Vales. in Not. ad Sozomen. lib. 1. cap. 15. pag. 31. edit. Taurin. 1747*, *Petav. in Epiph. haeres. 69. Arian. tom. 2. p. 276. edit. Col.* et *de eccl. Hierar. lib. 2. Theolog. dogmt. cap. 12. n. 2. et seq. t. 6. pag. 128. seq. edit. Venet. 1757*, *Thomassinus loc. cit. cap. 21. et 22.*, *Muratorius dissertazioni sopra le antichità Italiene. diss. 47. pag. 324. t. 3. p. 2. edit. Romae* et *Marius Lupus de Parochis ante annum Christi millesimum.*

Cum itaque antiquior fuerit Cathedralium erectio sequiori vero aevo constitutae fnerint paroeciae ac usqne ab initio Cathedralibus ac Canonicis adhaeserit cura animarum autumat cantor rectissime potuisse Capitulnm sibi reservare aliquod jus paroeciale usque ab initio sibi competens quod iu themate Capitulum cessit cantori, ut hujus tennis praebenda ex dennnciationnm emolumentis aliquod augmentum acciperet. Licet autem ob commodum et utilitatem animarum constituti fuerint vicarii perpetui in cathedralibus attamen nou desuut exempla ecclesiarum in quibus anuuatim per turuum a Canouicis cura exercetnr,*) ut fit in Cathedrali Arianensi; sicuti etiam non desunt exempla, ut alicui Canouico reservaverit Capitulnm jus denunciationnm, nt reapse apparet in Cathedrali ecclesia Marsicensi, ubi denunciationes ab Archidiacono fiunt, et iu aliis Neapolitanae ditionis cathedralibus ecclesiis jus istud est penes primicerios, quos pro cantore accipi docet *gloss. in tit. 25. cap. un. de offic. Primic.* Ex his iufert, quae ex jure commune deducta fnere a decano respicere quidem parochialium ecclesiarnm rectores non autem vicarios perpetuos, qui habituale carent cura animarum.

*) Vd. *p. 779. II; 781. III; 815 n. 10.*

Ad consuetudinem vero respondit cantorem suum titulum desumere ex dispositione Concil. Lateranensis IV. ubi in *cap. 1. cum inhibitio 3. de clandest. sponsation.* § *1.* praescribitur, *ut cum matrimonia fuerint contrahenda in ecclesiis per presbyteros publice proponantur*, quod decretum non fuit sublatum a Trideutino sed potius innovatum ut pandunt verba *sess. 24. c. 1. de ref. matrim. sacri Lateranensis Concilii sub Inn. III. celebrati: »vestigiis inhaerendo«* unde praescriptnm coutrahentium parocho respicit potius parochialium ecclesiarum rectores quam vicarios ex superius dictis; posito autem hoc titulo licitam dicit introductam consuetudinem.

Licet vero haec consnetudo sit contra legem non tamen est contra jus naturale vel divinum positivum neque contra utilitatem ecclesiae aut bonos mores, ita ut peccandi licentiam vel occasionem praebeat unde rationabilis esse potest et ex legitima centum annorum praescriptione stabilienda. Jam vero pro *abolenda et abroganda lege canonica vel ecclesiastica requiritur spatium quadraginta annorum, Rot. recent. par. 1. decis. 497. n. 4.*, *gloss. in cap. Cum tanto. 11. tit. de consuetud.* verbo: *legitime*, quae eo magis est attentenda, cum numquam fuerit impugnata a tot tautisque Episcopis spectatae probitatis et doctrinae ac novissimis temporibus ab Episcopo Geraso, Molinari et veu. Lucci unde dici potest superaccessisse etiam Superioris consensum.

Haec ex utraque parte afferuntur, quibus nonnulla tum in jure tum in facto superaddam. Et primo quidem, quae ex visitatione Episcopi Justiniani allata sunt nil certi statnunt favore tum decani tum cantoris, cum id in dubium veniat a quo tunc emitterentur denunciationes idque sit probandum, quod tamen a neutra parte demonstratur. Cantor quidem a capitulo reservari potuisse

sni favore jus denuuciationum praesumit et non tantum centenariam sed immemorabilem consuetudinem conatur asserere, quin tamen documenta obtulerit. Parochus vicissim ex libris parochialibus erui affirmat denuuciationes emissas fuisse a decanis ad annum usque 1683 quo fuerunt tali jure expoliati sed unam dumtaxat particnlam exhibet ne parochiali quidem sigillo munitam triplicis denunciationis factae 1608 ut initio retuli. Licet antem ex tritissima juris regula actore scilicet non probante reus absolvitur prima fronte videatur parocho qni restitutionem sui juris urget incumbere onns probationis attamen fallit in themate regula, quia pro parocho stat legis dispositio et cantor debet ostendere quo jure emittat denunciationes, *arg. cap. 2. de rest. spol. in 6.* Et revera certum est a Tridentino saucitum fuisse ut *antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium parocho . . . in ecclesia . . . publice denuncietur;* quod ita interpretantur doctores, ut scilicet dennnciationes fieri debeant vel a parocho vel ab alio sacerdote de ejus licentia; ita *Barbosa de off. et pot. paroch. par. 2. c. 21. n. 17., Fr. Emanuel. in summ. par. 1. c. 217. n. 6., Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 6. n. 4., Egidius de Koninch. de Sac. et cens. t. 3. disc. 27. dub. 5. n. 59, Bonacina de matrim. quaest. in punct. 6. n. 12.*

Exploratum pariter in jure est, dum erigitur vicaria perpetua habitualem curam residere qnidem penes capitulum at actnalem sive illius exercitium transferri *omnimodo* in vicarium perpetnum, *Vital. in Clem. 1. n. 18. de excess. praelat., Navar. Cons. 21. n. 7. et seq. de Cler. non resid., Gonzalez. ad reg. 8. canc. gloss. 5. § 3. n. 23. et seq., Camp. in divers. juris can. rubr. 7. c. 6. n. 114*, quia dum vicarius dicitur habere curam actualem *est habere cum effectu, L. nomen ff. de verb. signif., Host. in cap. Nonnulli de Cler. non resid.* Hiuc nullo modo potest principalis spreto vicario se ingerere in cura animarum, sicut nec Episcopus inrito rectore eam potest assumere, ut in terminis docent *Abbas in cap. extirpan. § Si qui vero n. 15. de praebend. n. 6. in fine.* vers.: *Vicarii, Monacell. in Form. legal. pract. edit. Venet. 1751 tom. 2. p. 367.* idemque firmavit *s. Rota in Barchinonen Vicariae 17. Maji 1624 cor. Merlino.*

Post haec decernent EE. VV. utrum locum habere possit ea distinctio proposita a cautore; ac praeterea utrum statim ac est electus vicarius perpetuus ipse jus habeat ad exerceudos omues actus ad jura parochialia spectantes cujusmodi sunt denuuciationes ex s. Congr. *Episc. et Reg. in citat. Firmana 3. Jun. 1615* vel potius has potuerit sibi vel alteri personae reservare capitulnm. Certe hujusmodi promiscuitatem in exerceudis juribus parochialibus et curam animarum semper aborruit s. haec Congregatio, nt videre est in *Card. de Luc. lib. 14. par. 5. Annotat. ad Conc. Trid. disc. 9. sess. 7. cap. 7.*, qui testatur de praxi s. hujus Congregatiouis, quae dnm respoudit relatiouibus transmissis ab Episcopis occasioue visitationis ss. Liminum toties praecepit deputationem vicarii, quoties cognovit promiscuum curae exercitium esse penes omnes de collegio.

Animadverteudum praeterea est quoad consuetudinem quam immemorabilem asserit cantor adeoque uon revocatam ob defectum clausulae *non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili* nou probari certis documentis, cuinam ex duobus concertantibus ipsa faverit aute Concilium Trid.

Si antem velint EE. PP. acquiescere illi particulae a decauo transmissae, ex qua eruitur triplicem denuuciationem emissam fuisse 1608, tuuc patet eversam fuisse praecedeutem cousuetudiuem juxta *Rot. decis. 162. n. 9. cor. Ludovis.* et *decis. 74. n. 16. cor. Falconer. tit. de Miscellan.* Insuper ponderandum est nullam contra Tridentinum dari consuetudinem, nt docet clarissimus Devoti *in Prolegomenis ad jus canon. cap. 16. § 6. tom. 1. pag. 326.* Cum enim ejus singula decreta vel ad dogmata fidei haeresumque extirpationem vel ad mores emendandos abususque tolleudos fuerint conciuuata, ea ut *diligenter* observarentnr ab ecclesiarum Praelatis quacumque dignitate fulgentibus atque hi a suis subditis *inviolabiliter observari* facerent imposita contradictoribus poena mandavit s. m. Pius IV. in bulla confirmatoria ejusdem Conciilii incipien. *Benedictus Deus.* Hinc omnia et singula decreta Concilii Trid. etsi non muuita clausnla irritanti praescribi non posse sapienter advertit Bened. XIV. *in inst. ecclesiast. 60. n. 7.* pluribus citatis doctoribus; idemque fuso calamo probavit *Piton. in Controv. patron. alleg. 5. per totum*, ubi multa afferuntur argumenta et auctoritates ex doctoribus et s. Rotae decisionibus depromptae.

Vestrae sapientiae ac jurisprudentiae erit EE. PP. respondere dubio:

An possit et debeat decanus curatus ecclesiae Bovinensis emittere denunciationes matrimoniales seu potius sit substinenda praxis favore cantoris in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad I. partem et negative ad II.

Die 27. Maji et 17. Junii 1820.

Bareu.

Ad dub.: An denuuciationes et publicationes, quae fiunt iuter missarum solemnia pro contraheudis matrimoniis, promovendis ad s. Ordines, excommuuicationibus et indulgentiis, pertineant privative ad Archipresbyterum seu potius constet de contraria consuetudine favore Canonicorum Primiceriorum sitque servanda in casu?

S. C. C. resp.

Affirmative ad I. partem salvo jure Archiepiscopi; negative ad II.

Die 28. Aug. 1756; 3. Decb. 1757.

o) Omissa.

Vd. *Matrimonium (secretum, clandestinum)*; constit. Bened. XIV.: *Nimiam licentiam etc. § 5.* 11. etc. p. 1007. etc. *Matrimon.* (contractum fraudulenter, ex improviso); *Denuntiat. matrimonii* (de essentia etc. *p. 1000.)*; p. 1002. g.

I. Utrum Matrimon. licitum sit et validum sine denuntiationibus.

Vd. *Matrim. occultum. Matrim.* (contrah. inter eos, qui in regno Turcarum etc.); p. 1002. g.

(Conc. Tr. c. 1. s. 24. de ref. matrim.)

In nounullis dioecesibus mos inolevit celebrandi quaedam matrimonia secreta, quae etiam dicuntur *Conscientiae*, modo sequenti: Habetur a futuris conjugibus recursus ad Episcopum et facta eidem expositioue, quod Cajus et Berta cupiunt matrimonio copulari et quod exoptant, quod id ad aliorum notitiam non deveniat vel quia sunt disparis conditiouis vel quia usque tuuc habiti fuerunt pro legitimis conjugibus licet essent concubinarii vel qnia aliae consimiles urgent circumstantiae.

Ordinarius nedum indulget, ut deveniatur ad celebrationem matrimonii absque denunciationibus sed ulterius mandat parocho aut alteri sacerdoti sibi beneviso, ut matrimonio contrahendo intersit una cum 2 testibus, imposita tum sacerdoti tum testibus lege inviolabilis secreti et quod ad calcem licentiae sic contrahendi fiat a sacerdote attestatio de matrimonio contracto eademque intra tres dies ad se deferatur asservanda inter matrimouia secreta suae dioecesis et in hypothesi in qua subdelegetur sacerdos, qui non sit contrahentium parochus, ut matrimonio intersit demandatur, ut restauretur damnum bursale parocho, qui ad tramites juris debuisset matrimonio interesse.

Contractis hisce matrimoniis secretis sive conscientiae datur aliquando casus, quod vel filii ex illis nati vel consanguinei ad haereditatem primi mariti vocati casu quo mulier transeat ad secunda vota aut alii quomodocunque interesse habentes instent penes Episcopos pro authentica fide matrimonii contracti et in praedictis circumstantiis insurgit disputatio an petita attestatio sit necne extradenda?

Episcopus qui degit in regionibus in quibus matrimouia haec passim contrahuntur oraculum expossit hujusce s. Congregationis super dubiis iufra referendis.

Ad calcem folii nonnullae adsunt secretarii adnotationes; omuibusque perpensis dignabuntur EE. VV. decernere:

I. *An praedicta matrimonia secreta seu Conscientiae sint licita in casu etc.?*

II. *An instantibus interesse habentibus extradenda sit authentica attestatio matrimonii contracti in casu etc.?*

S. C. C. resp.: Ad Mentem.

Die 9. Sept. et 2. Decbr. 1724.

Circa Matrimonia secreta seu occulta et quae dicuntur Conscientiae.

1. Nonnulla in s. antiquitate et in jure canouico vestigia de matrimoniis secretis et occultis licet siue nomine Matrimoniorum Conscientiae inveniuntur. Sed his omissis quae infra in hisce adnotationibus commodius exponentur transitus faciendus est ad eas matrimoniorum secretorum et occnltorum et qnae Conscientiae dicuntur species de quibus apud recentiores auctores sermo habetur et quae in nonnnllis regionibus passim contrahuntur.

2. *Prima species* est earum sacrilegarum conjunctionnm, quae matrimonia Conscientiae dicta sunt et quae de consilio impii Apostatae Marci Antonii de Dominis secreto con-

trahi debebant et semoto quocunque arbitro *a viris licet constitutis in s. ordinibus* ad avertendum ut ipse profitebatur frequens incontinentiae periculum.

3. At haec est abominatio desolationis stans in loco sancto; caeteris etenim praetermissis *anathema est, quicunque dixerit clericos in s. ordinibus constitutos vel regulares castitatem solemniter professos posse matrimonium contrahere et contractum validum esse* juxta *canon. novum sess. 24. de matrim.* et pluribus hanc speciem matrimonii Conscientiae docte de more impugnat *Theophylus Rainaud.* oper. tom. 16. in opere, cui titulus: Heteroclita spiritualia pag. mihi 183. num. 28.

4. *Secunda species* matrimoniorum Conscientiae ea est, *quando inter virum et foeminam matrimonium de facto contrahitur sine denunciationibus et sine praesentia parochi et testium.* Matrimonium hoc revera dicitur clandestinum sed a plerisque etiam denominatur matrimonium Conscientiae, *teste Carolo Feuret. in tractatu de Abusibus tom. 2. lib. 5. cap. 2. n. 38.*

5. Verum in hujusce generis assertis matrimoniis vel ut aptius loquar in eorum examine tempus terendum non est vel enim in locis in quibus contrahuntur publicatum fuit decretum Concilii Trid. *sess. 24. cap. I. de reform. matrim.* et matrimonia nulla sunt vel decretum non fuit publicatum et matrimonia ad summum erunt valida sed illicita juxta textum in *canon.: Aliter, in can. Nullus,* in *canon. Nostrates 30. quaest. 5.* et in *canon. Lotharius 31. quaest. 2.*

6. *Tertia species* matrimoniorum conscientiae est, *quando vir et mulier fide sibi conjugii invicem data matrimonium contrahunt antequam dispensationem obtineant, quae pro dicto matrimonio valide contrahendo erat necessaria* et hoc interim copulam exercent data tamen promissione de celebrando deinde solemniter conjugio coram parocho et testibus, quando supervenerit dispensatio vel adimpleta fuerit alia conditio sub qua matrimonium contractum est.

7. At usus conjugii in praedictis circumstantiis nefarius est nec ullo modo tolerabilis, uti late ostendit *Theophyl. Raynaud. loco supra citato pag. mihi 184. n. 29.*

8. *Quarta species* matrimoniorum conscientiae est, *quando obtenta ab Episcopo dispensatione a proclamationibus necnon facultate, ut alienus Sacerdos qui non sit contrahentium parochus matrimonio intersit contrahitur matrimonium per procuratores*, qui ut plurimum sunt contrahentium confessarii *binique testes advocantur inter se et contrahentibus et parocho incogniti*, hac intentione ut ex saturata libidine aut excitata ut facile fit offensione conjnges impune separentur, ut unusquisque acquirat libertatem alterum contrahendi matrimonium, remanentibus interea liberis natis in classe illegitimorum.

9. Simplex facti expositio detestabilem patefacit hunc agendi modum et sic contrahentes si non resipiscant sunt in statu perpetuae damnationis, uti late et docte de more ostendit saepe citatus *Theophyl. Raynaud. pagina mihi 184. loco allegato n. 30. et 31.*

10. *Quinta* matrimoniorum Conscientiae *species est, quando ad avertendum scandalum conceditur a superiore* et signanter a Cardinali Majori Poenitentiario *dispensatio a denunciationibus unacum facultate, ut parochus contrahentium qui sunt veri concubinarii sed pro legitimis conjugibus passim habentur matrimonio eorum intersit unacum duobus testibus confidentibus*, apposita in literis s. Poenitentiariae consueta clausula *Laccratis*, quae alias dicebatur *Laniatis* in cujus sequelam contracto matrimonio epistola dicti Tribunalis laceratur et matrimonium in libro non adnotatur.

11. Non videtur esse dubitandum de validitate et legitimitate hujus matrimonii, cum in eo adsint omnia substantialia et certa sit facultas ss. Poenitentiarii quoad dispensationem a denunciationibus et difficile sit circumstantias aptiores invenire pro concedenda absolutione a dictis denunciationibus; si etenim concubinarii passim habentur pro legitimis conjugibus, quotquot andirent matrimonium esse inter eos contrahendum scandalum absque dubio paterentur.

12. Ab hac tamen facti serie nemo est, qui non videat mala aliqua derivare posse; utque res fiat clarior exemplo, sciendum est, olim contractum fuisse coram parocho et testibus matrimonium inter duos, qui habebantur pro legitimis conjugibus sed erant concubinarii et laceratam fuisse a porocho epistolam s. Poenitentiariae et matrimonium non fuisse in libro adnotatum.

13. Mortuo parocho qui matrimonio interfuerat conjuges petierunt a parocho successore attestationem de matrimonio contracto,

ut prolis indemnitati consulerent sed parochus successor nullam fidem praestans sive conjugum assertioni sive testibus, qui matrimonio interfuerant et adhuc vivebant ad amputandam quamcunque controversiam, virum et foeminam admonuit, ut iterum coram se et 2 testibus contraherent.

14. Difficultate excitata an posset consensus hic matrimonialis iterari *) coram parocho et testibus, quando contrahentes asserunt medio juramento se eum alias coram parocho et testibus praestitisse et quaestione delata ad hanc s. Congregationem disputatum fuit die 19. Sept. 1684 sequens dubium:

An in conscientia et absque peccato possent praefati contrahentes coram dicto parocho et testibus renovari consensum? et responsum fuit: *Negative et ad mentem*, et mens fuit, uti invenio adnotatum ab R. P. D. Altovito tunc Secretario, *quod modernus parochus recepta etiam oretenus depositione testium qui interfuerunt contractui matrimonii atque recepto ipsorum Conjugum juramento super veritate dicti contractus matrimonii sibique per eosdem conjuges exhibito duplicato literarum Poenitentiariae matrimonium describeret in libro.*

15. Salva reverentia quicunque summis, uti dicunt, labiis stylum s. Poenitentiariae degustavit bene dignoscere poterit responsum s. Congregationis inexequibile fuisse; si etenim in epistola s. Poenitentiariae nec nomina contrahentium nec parochi exprimuntur, expeditio duplicati literarum Poenitentiariae non erat ullo modo practicabilis; qualis fuerit memoratae causae finis ignoratur; at ad avertenda consimilia inconvenientia mos subinde in s. Poenitentiaria inolevit, ut petentibus concubinariis qui habentur pro legitimis conjugibus facultatem contrahendi matrimonium sine denunciationibus et coram proprio parocho et 2 testibus confidentibus eadem concedatur sed absque clausula *Laceratis et cum positivo mandato, ut matrimonium a parocho in libro describatur* et quia aliquando inter concubinarios adest impedimentum impediens et dirimens matrimonium, sed occultum, binae fiunt in s. Poenitentiaria expeditiones, altera, quae confessario dirigitur pro concedenda dispensatione super impedimento et in hac apponitur clausula *Laceratis*, et altera, quae dirigitur proprio contrahentium parocho, ut matrimonio intersit unacum 2 testibus confidentibus post receptam tamen dispensationem a confessario super impedimento et in hac expeditione, quae dirigitur parocho non apponitur uti supra dictum est clausula *Laceratis* sed additur, ut matrimonium describatur in libro et si in aliqua urgentissima sed rarissima circumstantia haec expeditio alteri sacerdoti facto verbo cum Sanctissimo et non parocho dirigitur, huic demandatur sacerdoti, ut post aliquod tempus determinatum adnotare faciat in libro parochiali matrimonium unacum facultate sibi data eidem assistendi.

16. *Sexta* matrimoniorum Conscientiae *species est, quando vir et foemina obtenta a superiore dispensatione a denunciationibus matrimonio copulantur aut coram sacerdote ab Episcopo delegato aut coram parocho aut 2 testibus confidentibus*, quod signanter, ut plurimum contingit, quando vir et mulier sunt disparis conditionis vel quando consanguinei contrahentium matrimonio adversantur et matrimonium a parocho describitur in libro, ita tamen, ut hujus matrimonii partita obsignetur de mandato Episcopi et cum praecepto, quod non aperiatur nisi de Episcopi pro tempore consensu, qui modus passim practicatur hic in Urbe, vel si non describitur in libro, describitur in pagina, quae Episcopo consignatur, ut in actis Curiae episcopalis conservetur inter matrimonia secreta, et in Germania, quando viri illustres qui primam habuerunt uxorem nobilem et ex ea filios procreaverunt et ad evitandam fornicationem mortua prima uxore contrahunt cum faemina inferioris conditionis sed secreto licet coram parocho et testibus et praevia dispensatione a denunciationibus pactum apponere consueverunt, ut haec uxor et liberi ex ea procreandi certa portione ad substentationem necessaria contenti esse debeant sed conditionem et dignitatem mariti non participent et a caeteris bonis avitis et paternis et titulis et insignibus abstineant et *haec matrimonia Conscientiae in Germania passim dicuntur ad Morganaticam;* Morganegiba etenim apud Saxones donum appellabatur, quod maritus uxori afferebat in die nuptiarum, uti habetur in *spicilegio Acheriano t. 12. pag. 153.* et in *celebri Glossario Domini Ducange t. 2.* in verbo: *Morganegiba.*

17. Pugnant pro validitate horum matrimoniorum Conscientiae *quae dicuntur ad Morganaticam* theologi et canonistae Germani; dicunt etenim nullam hoc matrimonium

*) Vd. *p. 703. VI; 719. VIII.*

prae se ferre turpitudinem sed honestatem ex fine relucere, tum ut vir non valens continere sit extra periculum illiciti concubitus tum ne liberis prioris matrimonii aut agnatis per divisionem bonorum praejudicium afferatur, ut inter theologos et canonistas ex Benedictina familia bene docent *Koningb. ad titulum de sponsal. et matrim. n. 91. quaest. 1.*; *Schmier in tractatu de successionibus haereditariis par. 2. cap. 3. n. 45. et seqq.*, *Merl. in tract. juridico de sponsal. et matrim. par. 2. cap. 1. sect. 2. § 4. n. 72. et seqq.* et ex PP. Societatis Jesu *Vitus Pichler. in summa jurisprudentiae canonicae lib. 4. tit. 1. de Matrim. § 1. sub n. 75.*, *Schmalzgrueber ad lib. 4. Decretal. tit. 1. de sponsal. et matrim. sect. 2. § 1. n. 237.* et pluribus seqq.

18. At quidquid sit de hisce matrimoniis, quae dicuntur *ad Morganaticam*, quae hic in Italia non sunt in usu, in eo quod attinet ad ea occulta et quae dicuntur matrimonia Conscientiae, quae contrahuntur aut coram sacerdote ab Episcopi delegato aut coram parocho et testibus confidentibus praevia dispensatione a denunciationibus et cum hoc, ut matrimonium vel adnotetur in libro, itaut partita obsignetur non aperienda nisi de ordine Episcopo pro tempore vel adnotetur in pagella Episcopo consignanda et ab eodem inserenda in libro particulari matrimoniorum secretorum, *videtur, quod hujusmodi matrimonia sint valida et licita.*

19. Et quidem *quod sint valida patet, quia denunciationes non sunt de substantia matrimonii**) *et matrimonium sine illis contractum validum est*, juxta communem opinionem de qua ad tramites resolutionum hujusce s. Congregationis late prosequuntur *Gonzal. in cap. Cum inhibitio n. 7. de clandestina desponsatione*, *Vallensis ad eundem titulum Decretal. n. 5.*, *Pirhing. ad lib. 4. Decretal. eodem tit. de clandestina desponsat. § 4. n. 28.*, *Beccanus in summa tract. de Sacram. matrimonii resolut. 62.*

20. *Rursus matrimonium hoc licitum dici posse videtur;* licet enim denunciationes fuerint a Concilio Lateranensi praescriptae in *cap. Cum inhibitio de clandestina desponsatione* eademque iterum fuerint demandatae a *Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.*, justa nihilominus subsistente causa potest Episcopus dispensare, ut vel eaedem non praemittantur ante contractum matrimonii sed post illum et ante consummationem vel ut eaedem omnino praetermittantur, uti late ostendunt *Salmaticenses in cursu Theolog. moral. tom. 1. tract. 9. de Matrim. cap. 8. punct. 7. n. 81.* et in matrimoniis hisce Conscientiae, quae fiunt coram parocho et 2 testibus confidentibus, difficile admodum est, quod non adsit sufficiens causa dispensandi; ut plurimum etenim haec matrimonia contrahuntur vel inter concubinarios qui habebantur pro legitimis conjugibus vel inter virum et faeminam disparis conditionis vel in hypothesi in qua consanguinei matrimonio adversantur, cumque nihil aliud ad rem de qua agitur supersit, quam verba facere de descriptione horum matrimoniorum in libro, mandat utique *s. Synodus sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.* quod parochus habeat librum in quo conjugum et testium nomina diemque et locum contracti matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat et hoc ipsum describitur in Rituali romano; sed praetermisso quod defectus adnotationis in libro non irritat matrimonium juxta *decis. 251. n. 36. coram Otthobon.* et quod aliunde quam ex parochi libro matrimonium probari valet, juxta *decis. 301. n. 5. et 6. parte 11. recent.* et *decis. 184. n. 13. coram Priolo*, vis stat in hoc, quod matrimonia de quibus agitur describuntur in libro et de mandato Episcopi partita obsignatur non aperienda nisi de suo vel successorum assensu, ita ut adimpletum dici debeat totum id, quod a Concilio statuitur et a Rituali circa matrimoniorum descriptionem in libro; parum urgente, quod aliquando matrimonia a porocho describuntur in pagella, quae Episcopo consignatur, ut inter matrimonia secreta conservetur; haec siquidem accidentalis differentia apta nata esse non videtur ad efficiendum, ut matrimonium quod seclusa ipsa esset licitum per ipsam illicitum evadat; et multo magis cum juxta praxim plurimarum dioecesum, quae ex synodis dioecesanis desumitur, exemplaria librorum matrimoniorum proprio subscripta caractere parochorum quolibet anno sint deferenda ad Praefectum episcopalis archivii *), ut in eodem custodiantur et ne obeuntibus parochis libri remaneant in manibus haeredum tradendi vel igni vel falsamentariis vel sordidis aliis usibus adhibendi, cum nimio detrimento parochianorum et civilis vitae

*) Vd. *p. 1000.*

*) Vd. *t. I. p. 1092. n. 4.*

atque commercii, uti pluribus habetur apud *Franziscum Geneltum in Theol. moral. tom. 5. tract. 9. cap. 4. de Sacram. Matrim. quaest. 6.*

21. Absque eo, quod ulla adversus haec matrimonia excitari valeat oppositio, ex quo aliquando non parochus sed alius sacerdos iisdem interest; matrimonium etenim contrahi debet *vel coram proprio contrahentium parocho vel coram alio sacerdote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia*, juxta *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim.*, et quando huic sacerdoti onus imponitur, ut matrimonium unacum facultate sibi data intra tempus determinatum debeat adnotare facere in libro parochi vel notam ad Episcopum delegantem deferre, ut ea inter matrimonia secreta in archivo episcopali conservetur, omnis cessare videtur amaritudo.

22. Nonnullae ex antiquo jure canonico sanctiones afferri posse videntur pro assumpto corroborando; in *can.* etenim *Christiano dist. 34.* ita legitur: *Christiano non dicam plurimas sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut uxorem aut certe loco uxoris si conjux deest concubinam;* et in *canon. Is, qui eadem dist. 34.* haec habentur: *Is, qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habet a communione non repellatur, tamen ut unius mulieris aut uxoris aut concubinae sit conjunctione contentus.* Duplex est horum ss. canonum intelligentia. Altera est singularis eruditi alioquin viri *Ferdinandi de Mendoza ad lib. 2. Comment. in Concilium Eliberitanum*, ubi ait canones praedictos intelligendos esse de concubinis, quae erant illicite conjunctae cum viris, qui tamen erant soluti; licet enim taliter conjuncti viverent in statu damnationis ea nihilominus macula adeo tunc communis erat, ut ad vitandum scandala et plurima gravissima mala visum fuerit non negare eis communionem.

23. Altera communior intelligentia est, ut nomine concubinae legitima uxor intelligatur sed copulata cum minori solemnitate aut sine solemnitate, uti adnotavit *Gratianus ad finem Canonis Omnibus dist. 34.*, ibi: *Concubina hic ea intelligitur, quae cessantibus legalibus instrumentis unita est et conjugali affectu adsciscitur. Hanc conjugem facit affectus, concubinam vero lex nominat* — et hanc intelligentiam late exornant *Cardinalis Bellar. lib. 3. de Consil. cap. 8. ad 11: objectionem, Cardinalis de Aguirre in notis ad can. 17. Consil. I. Toletani tom. 2. pag. 148. n. 25.*, latissime *Pontius de Matrim. lib. 7. cap. 54. per totam*, novissime *Canonicus Raynaldus voto 181. per totum.*

24. Adeoque si juxta antiquam ss. canonum disciplinam matrimonia erant valida et licita, licet nonnullae solemnitates deficerent, nonnisi quia caetera quae erant necessaria et substantialia non deerant, hoc ipsum asserendum esse videtur in matrimoniis Conscientiae de quibus agitur, cum omnia in illis concurrant, quae sunt necessaria et ea quae desunt inter solemnia sint referenda, uti ad rem argumentatur *Theophil. Raynaud. oper. tom. 16.* in eo, cui titulus *Heteroclita spiritualia pag. 186.*, ibi: *Existimo posse in hanc rem transferri, quae de immuni culpa concubinarum idest uxorum absque solemnitate ductarum usu etiam post Christum scribit Basilius Pontius etc.*

25. Hucusque deducta suadere posse videntur, *sextam hanc matrimoniorum conscientiae speciem esse validam et licitam*, sed praedictis minime obstantibus scandalum urget, quod ea matrimonia reddere potest illicita; multi et multi etenim ignorantes virum et faeminam esse matrimonio conjunctos scandalizantur, cum vident eosdem insimul cohabitare nec ullum a Superioribus ecclesiasticis verbum moveri adversus praedictas cohabitationes. *Theophil. Raynaud. loco citat. sub n. 33.* proponit adversus haec matrimonia malum memorati scandali, ibi: *Certum est unumquemque teneri bene proximum aedificare et nulli scandalum sive offendiculum praebere juxta illud Christi: vae Mundo a scandalis. Nec ago de scandalo speciali, quod admittitur per directam damni spiritualis a proximo incurrendi volitionem; id enim est peccatum plane satanicum vix cadens in pectus humanum. Ago igitur de scandalo dumtaxat generali in quo volitio ruinae spiritualis alienae non est nisi indirecta nec est peccatum speciale sed pertinet ad eam malitiae speciem in quam is qui scandalum patitur verbo vel exemplo aliave occasione sive causa occasionem datam excusantem inducitur, quantum est ex vi verbi vel exempli aut occasionis.*

26. Cumque idem auctor dicat non esse habendam hujusce scandali rationem, quando adest justa causa matrimonium modo praedicto contrahendi, ibi: *at si justa causa clam contrahendi interveniat, vacabunt culpa conjuges sic contrahendo et scandalum non erit*

datum sed acceptum neque enim quisquam cum gravi suo damno spirituali aut temporali tenetur consulere evitationi peccati alieni, quod contingat admitti, male accepta occasione ex facto ipsius, alioquin bono vel indifferenti etc., ex quo fundamento excusantur a culpa, qui vendunt res differentes easve exhibent illis, quos vident culpa sua iisdem abusuros etc. et ex eodem fundamento immunes sunt a culpa, qui per aliquod tempus, dum commodam opportunitatem praestolantur, fidem catholicam publice profiteri differunt ne incurrant in grave periculum vitae aut fortunarum, quamvis alii ex eo tantum, quod videant eos non profiteri publice catholicam fidem existimaturi sint, eos esse haereticos.

27. Infertur ex his in abstracto dici posse *valida esse et licita praedicta matrimonia*, si sufficiens adsit sic contrahendi causa a Superiore ecclesiastico approbata sed a singularibus factorum circumstantiis pendere, an hoc et illud matrimonium praedicto modo contractum licitum sit et in abstracto pariter dici posse, *exhibendam esse authenticam attestationem matrimonii contracti, si petatur ab his, qui habent interesse*, sed a singularibus pariter factorum circumstantiis pendere an hic et nunc attestatio in hoc et in illo casu sit exhibenda. Atque haec dicta sint sub censura salvo semper etc.

Die 9. Sept. 1724.

Casertana.

(Conc. Tr. c. 15. sess. 24. de ref. matr.)

Joseph Jaquinto annorum 13 et in III. consanguinitatis gradu conjunctus Constantiae Fatinae die 2. Apr. superioris anni »coram parocho et testibus per dolum (ut refert Episcopus) in propria domo tunc adductis dispensationibus super gradu prohibito et super defectu aetatis minime obtentis et denunciationibus praetermissis« matrimonium cum dicta Constantia contrahere praesumpsit, comparente et stipulante nomine ejusdem Constantiae Dominico Russo asserto procuratore, qui praeteusum mandatum procurae exhibuit in parva schedula nullis testibus munitum, tribus distinctis conscriptum characteribus et tot tautisque vitiis refertum, ut Episcopus testetur de nullitate et falsitate ejusdem nou ambigi et addit: »Constantia jurejurando affirmabat schedulam assertae procurationis a se minime subscriptam, quod aliis scripturis itidem convincebat ac proinde conscriptores si qui fueriut comperti aliosque, qui eo mandato usi fuerint, uti falsos rigorose puniendos fortiter instabat, prout et scriptis in actis instare nou destitit«; ulterius idem Joseph Jaquinto seu ejus pater et patruus literas pro iuformatione hujus s. Cougregatiouis immediate post praetensum matrimouium Episcopo praesentarunt obtentas super supplici libello inscripto nomine Catterinae Lombardo matris dictae Constantiae recursus et instantiae omniuo ignarae. Iu hoc rerum statu cum Petrus Lombardus et praefata Constantia Fariua in tertio consanguiuitatis gradu conjuncti siguari supplicationem dispensatiouis obtiuuerint, ut rite et valide matrimouium contraherent expeditioui dictae dispensationis se opposuit dictus Joseph Jaquinto et eminentissimus Prodatarius remisit controversiam EE. VV. decidendam; Joseph Jaquinto vim metumque inferri Constantiae Fariuae couqueritur sed Episcopus testatur »in praeseuti facto tam abesse, quod potius ad libertatem tueudam ipsam juvenem inexpertem ne dote pro sui conditione superfluente miuus congruo pretio iniquitatis intercedente nuptui traderetur paterne fuisse tutatam.« Praefata insuper Constantia solemniter constituit procuratorem ad impugnandum praetensum matrimonium cum dicto Jaquinto et ad obtinendam dispensatiouem pro matrimonio cum Petro Lombardo contrahendo hancque ejus esse liberam et determinatam voluntatem pleuissime Episcopus testatur, ut ex ejus informatione in summario exhibenda: Quare ab EE. VV. requiritur:

I. *An constet de valido matrimonio inter Constantiam Farinam ac Josephum Juquintum?*

Et quatenus negative;

II. *An et ad cujus favorem sit relaxanda dispensatio?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Negative,

Ad 2: Affirmative favore Lombardi.

Die 30. Jan. et 22. Febr. 1717.

Placentina.

Die 27. Maji 1721 contractum fuit matrimonium per verba de praesenti in facie ecclesiae videlicet s. Pauli civitatis Placentiae inter Bartholomaeum Malaspinam et Rosam de Corvis coram 2 testibus et coram parocho

ejusdem Rosae nullis praecedentibus denunciationibus parochoque praedicto sub alio praetextu vocato et reluctante; cumque die 19. Juuii ejusdem anni procurator Bartholomaei comparuisset coram Ordinario et exposuisset, quod agebatur de matrimonio rato et non consummato et quod suus priucipalis inteudebat ad religionem transire die 23. Julii ejusdem auui prolata fuit a memorato Ordiuario sententia iu qua pronunciatum fuit pro validitate matrimonii sed ex quo contractum fuerat sine denunciationibus, itaut illicitum reputandum esset, additum fuit, quod coujuges incurrerant poeuam excommunicationis necuon subjecti remauserant mulctae scut. 100 pro uuoquoque locis piis applicaudorum ad tramites constitutiouum synodalium prohibitumque iisdem fuit ne insimul cohabitareut nisi post obtentam absolutoriam et quia uti supra dictum est Bartholomaeus animum aperuerat religionem ingredieudi fuit ipsi praefixus terminus 2 mensium, ut eam ingrederetur debitoque tempore professionem emitteret imposita excommuuicationis poena in hypothesi, qua praedicto termino elapso nec ingressu facto in religionem cohabitare recusaret cum Rosa, quam etiam judex liberam a vinculo matrimoniali declaravit, si Bartholomaeus religionem ingressus fuisset et in ea solemnem professionem emisisset.

Bimestre a judice assignatum elapsum est absque eo, quod Bartholomaeus religionem ingressus cumque alii terumini subinde fueriut assignati nec idem alicui ordini regulari nomen dederit promota fuit instautia, ut ad excommunicatiouem et cedulonum affixionem judex deveuiret, qui sub obtentu contumaciae et posthabitis protestationibus interpositis a procuratore Bartholomaei super coutinuatione desiderii religiouem iugredieudi, quod exequi non potuerat licet reverenter instetisset, ut reciperetur inter Canonicos regulares s. Euphemiae civitatis Placentiae et inter mouachos monasterii sancti Theodori civitatis Januen. die 4. Maji 1722 Bartholomaeum excommunicavit et cedulones affigi mandavit et die 27. ejusdem meusis stetit in decretis.

Contendit Bartholomaeus, quod quidquid sit de validitate matrimouii a se cum Rosa contracti, nuuquam tamen esse possit locus executioni censurarum; in eo enim, quod attinet ad modum, quo praedictum matrimonium contractum est coram videlicet parocho reluctante et omissis denunciationibus nec Episcopus nec ejus constitutiones synodales impouere poterant poenam excommunicationis, cum haec nec a sacris canonibus nec a s. Concilio Trid. sit imposita et eo fortius, cum alia adsit in iisdem constitutionibus imposita poeua scutorum videlicet 100 pro unoquoque conjuge locis piis applicandorum; haec si quidem incompatibilis dicitur cum alia poena excommunicationis et in eo, quod spectat ad non cousummatiouem matrimonii subdit se uou potuisse ex hac causa excommunicari cum ante consummationem possit conjux iutra bimestre religionem ingredi juxta textum iu cap.: »ex publico de conversione coujugatorum« et anathema sit quicumque dixerit matrimonium ratum non consumatum per solemnem religionis professiouem alterius coujugum non dirimi, uti definitum est a Concilio Trid. *sess. 24. cap. 6. de matrimonio;* parum urgente lapsu bimestris absque ingressu in religionem quandoquidem aliquando prorogationes a judice obtinuit, quod judici vetitum non est juxta ea, quae docet *Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 24. quaest. 3. n. 12.* et tam tempore prorogato quam extra praedictum tempus diligentias adhibuit, ut religionem inveniret et demum quia benevolum invenit receptorem, hoc est patrem priorem conventus b. Mariae V. assumptae in quo rerum statu licet elapsum sit bimestre et licet elapsi sint termini prorogati potest coujux religionem ingredi et in ea professionem emittere, cum nequeat praejudicare privilegio religiosae professiouis, ut per eam videlicet dissolvatur matrimouium ratum non consummatum, uti late ostendit *Sanchez de matrim. lib. I. disput. 24. quaest. 6. n. 27., Salmaticenses in cursu moral. t. 2. tractat. 9. de matrim. cap. 4. puncto 4. n. 90.*

Alia plura ab eodem Bartholomaeo cumulautur contra validitatem censurarum, quae legi possunt in ejus iuformatione per manus circumferenda.

Adversus haec autem Rosa excipit asseritque uullum dubium moveri posse de validitate matrimouii cum fuerit coutractum coram parocho et 2 testibus nec ullum pariter dubium moveri posse adversus censuras, cum clarissimum sit Bartholomaeum nectere moras nec animum habere iugrediendi religionem et in eadem profitendi, uti ex ejus facto desumitur, cum nec religionem ingressus sit iutra bimestre eidem a judice praefixum nec intra terminos prorogatos nec postquam in-

venisse dicit benevolnm receptorem; agitnr quippe de matrimonio contracto die 27. Maji 1721 pluresque anni elapsi sunt tum a die praefixionis termini tum a fine prorogationum obtentarum et demum a die, qno se invenisse dicit benevolum receptorem absque eo, qnod religionem ingressus sit; non attento, qnod valida sit professio etiam post bimestre et etiam post terminum prorogatnm, quia valida est professio sed illicita, uti docent *Salmaticenses loco citato* et valida est sententia excommunicationis a judice lata ob non ingressum intra terminum prorogatum eademque durat usqneqno religionem ingrediatur, cum tunc sic a judice absolvendus, uti docet *Innocentius in cap. »Ex publico« num. unico de conversione conjugatorum.*

His stantibus dignabuntur EE. VV. decernere:

I. *An constet de validitate matrimonii de quo agitur?*

Et quatenus affirmative,

II. *An censurae sint exequendae in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative;

Ad II.: Sustineri censuras latas a Constitutionibns et qnoad alias latas ob contnmaciam procedat ex integro, praefixo termino unius mensis, quo elapso et non parito omnino procedat ad ulteriora et amplius.

Die 13. Jan. et 3. Febr. 1725.

Caesennaten.

Nicola de Campagnolis e civitate Aesii Caesennam tradncta mense Febr. proxime elapsi a Francisco patruo matrimonium die 13. Maji sequentis contrahere praesumpsit cum Carolo de Receptis coram parocho habitationis dictae Nicolae adhibitis quidem necessariis testibus sed clandestine nullis praeviis denunciationibus neque exhibitis testimonialibus status liberi Ordinarii Aesini; quinimo parochus cum praesensisset matrimonium contrahendnm cnravit se subducere et clausa sacrarii janua cum presbyterium percurreret, Carolum Receptnm vidit manu ducentem d. Nicolam ad cancellos presbyterii accurrere clamantem »Signor curato, Signor curato?« ex quibus verbis perculsus velocius ne simili matrimonio interesset deponit, se intra mansiones recepisse et earum occluso ostio aliorum verborum sensnm *) nullatenus percepisse. Testes antem 2 rogati et alii tres concorditer testimoninm perhibent de expresso consensu Recepnti ad matrimoninm et tacito Nicolae iteratis nntibns capitis inclinatione annnentis, quae ita deposuit: »Entro dentro la porta della sua stanza di modo tale, che non ebbi tempo di dire si Signore, se non che d'inchinare dne volte la testa, che non tal' atto m'intesi di dire, che lo volevo per mio marito.« Franciscns Antonius Pasquini qui sponsalia cnm eadem Nicola praecedenter iniisse praetendit nnllitatem hujnsmodi matrimonii promovet, eo quia non sit contractum neqne coram proprio parocho Recepnti nec coram parocho Nicolae nullnm Caesennae habentis domicilium et eo qnia neque moralis neque materialis parochi praesentia perfectioni actus intervenerit. Sponsalia antem ex depositionibus plurinm testium probare contendit et praecipue ex confessione ipsiusmet, Nicolae ingenue fatentis impedimentum testimonialium status liberi fuisse appositnm a dicto Francisco Antonio: »perchè pertendeva di sposarmi lni per averli io promesso in voce per dne volte«, et rursns ibi: »è vero, che quando dissi a detto Pasquini le dette parole: non si dnbiti, che non pigliarò altri, che lei; intesi mantenerglile, ed esser sna, ma oggi non intendo mantenerglile«; nihilominus etiamsi matrimouinm nullum esset et valida sponsalia ex pluribns causis dissensus nempe patrui et augumenti dotis ab eodem facti in scnt. 500 pro secundo sponso tantum ac ignoratae conditionis et qualitatis primi sponsi, Nicola de Campagnolis ab illorum exequutione jnre se excnsandam esse deducit, maxime quia juramento asserta sponsalia non sunt munita et firmata, ex quibus aliisque aliis a partibus deducendis EE. PP. decernent:

I. *An matrimonium contractum inter Carolum de Receptis et Nicolam de Campagnolis sit validum?*

Et qnatenus negative,

II. *An d. Nicola possit matrimonium valide et licite contrahere cum dicto de Receptis seu potius obstent sponsalia per eam ut praetenditur contracta cum Francisco de Pasquinis?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative;

Ad 2: Provisum in primo.

Die 3. Oct. 1716.

*) Vd. *p. 703. V.*

II. Omissionis poenae.

Dicit Benedictus XIV. de synodo dioeces. lib. 8. cap. 69. n. 2.: Parochus matrimonio interesse praesumens cui legitimae non praecesserint dennnciationes suspensione ab officio triennio duratura aut etiam atrociori poena plecti jnbetnr in *cap. Cum inhibitio § fin.*, a qna quidem suspensione cnjns tempns est a jure determinatnm non posse eundem intra triennium ab Episcopo absolvi docet *Sanches de matrim. lib. 3. disp. 42. n. 2. etc.* Ipsis vero contrahentibns quia ecclesiae mandatnm in re gravi contemnnnt condiguam poenitentiam injnngendam in eo *cit. § fin.* statuitur.

p) Origo.

Vd. supra decret.: *Catanien.* p. 1000.

q) Quoties facionda?

Vd. p. 997. a; 1006. m; infra: *Tudertina.*

Vetus est ecclesiae praxis matrimonia antequam celebrentnr *tribus* diebus festis continnis in ecclesia inter missarum solemnia denunciandi, ut ita si qnod forte lateat impedimentum detegatur, *Pirhing. Jus canon. lib. 4. tit. 3. n. 28.* Disciplinam hanc ex speciali nonnullorum consuetndine repetit Concilinm Lateranense *in cap. 3. de clandestin. desponsat.*, qnam ubique deinde servandam esse constituit. Lateranensis Concilii decreto inhaerens Trid. synodus *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* praecepit, ut »antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentinm parocho *tribus* continnis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum.«

r) In vesperis.

Vd. supra decr.: *Brunen* p. 997.

Denunciationes matrimoniales ex justa causa possunt etiam fieri diebus festivis dum cantantur vesperae.

S. C. C. 25. Oct. 1586.

Tudertina.

Dubitatum est in Tudertina dioecesi an denunciationes matrimonii rite recteque publicari possint diebus festis, quibus ex apostolicae Sedis dispensatione operibus servilibus vacare licet omnisque etiam andiendi ss. Missae Sacrificium obligatio fuit sublata: cumque dnbium hujnsmodi observantiam respiciat Decreti Trid. Concilii, ideo pro ejusdem decreti interpretatione haec s. Congregatio consulitur. Requisitus Tudertinus Antistes ut audito praesertim promothore fiscali et transmissis particulis synodornm ad rem faciendis referret de consuetudine qnoad praeteritum tempus suumque votum aperiret haec in sua informatione retulit: Consuetudo proclamandi matrimonia tribus diebus festivis juxta mandatum Tridentini unica vel ad summnm duplici vice diebus festis snppressis ab anno reductionis festorum 1798 invaluit et servata est in hac civitate et dioecesi sub praedecessoribus meis Episcopis Lotrecchi et Cioja; et hoc rationi consonum est, tum quia mandavit ss. Pontifex fel. rec. Pius VI., ut in omnibus diebus festis dispensatis omnes ecclesiasticae functiones et sacra exercitia haberentur in Cathedralibus et parochialibus absque ulla innovatione, tum denique, quia oraculum istius s. Congregationis Concilii sub die 17. Jnnii 1780 in una *Brunen.* in Bohemia decrevit: Fieri posse dennnciationes matrimoniorum inter missarum solemnia in diebns olim festivis de praecepto *et nunc dispensatis.* Hisce positis pntarem servari posse consuetudinem huensque introductam et consonam decretis alias a s. Congregatione emissis eo vel magis, quod ex ea nullnm adhnc exortum est inconveniens, quia quando dispensantur accedente justa et rationabili causa duae proclamationes, tertia publicatio semper habetur die festo de praecepto. Promothor qnoqne fiscalis Tudertinae curiae testatur plerosque dioecesis parochos etiam diebus festis abrogatis indiscriminatim dennnciationes matrimoniales in suis ecclesiis pnblicare et in reliqnis idem cum Episcopo seutit.

Vetus est ecclesiae praxis matrimonia antequam celebrentur tribns diebns festis continuis in ecclesia inter missarum solemnia dennnciandi, nt ita si quod forte lateat impedimentum detegatur, *Pirhing. Jus canon. lib. 4. tit. 3. n. 38., Reiffenstuel. ibid. n. 6., Pichler ibid. n. 4.* Disciplinam hanc ex speciali nonnullorum locorum consuetudine repetit Concilium Lateranense in *cap. 3. de clandestin. desponsat.*, quam ubique deinde servandam esse coustituit. Lateranensis Concilii decreto inhaerens Trid. synodus *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* praecepit, nt »antequam matrimoninm contrahatur ter a proprio contrahentium parocho tribus continnis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos ma-

trimouium sit coutrahendum«. Qnamvis autem hujnsmodi decretum viguerit semper quoad snbstantiam et nunc etiam vigeat, uti notat *Benedictus XIV. de synod. dioeces. lib. 13. cap. 23. n. 13.*, plnrimum tamen disputatnm est inter doctores, ntrum diebns quoque ferialibns et extra missarum solemnia matrimonii denunciationes pnblicari legitime valeant vel saltem diebns festis abrogatis iu qnibns ex apostolica dispensatione opera servilia permissa atque ab omni christifideles missam audiendi obligatione solnti fuernnt. Pro denunciationibus etiam ferialibns diebns atqne extra missarnm solemnia peragendis non panci enumerantur doctores ac primum *Barbosa de off. et potest. Episc. alleg. 32. n. 15.*, qni apertissime docet denunciationes fieri posse alio die quam festo eo scilicet, quo iugeus homiuum mnltitudo ad ecclesiam accedit . . . cum Concilii fini hoc modo satisfactum sit. Hnic consona est sententia *Pirhing. Jus canon. lib. 4. tit. 3. n. 28.*, *Sanchez de matr. lib. 3. disp. 6. n. 9. 10.*, *Reiffenstuel. lib. 4. decretal. tit. 3. n. 7.* ac novissime etiam *b. Alphonsus de Liguorio Theol. moral. lib. 6. tract. 6. de matr. cap. 3. de imped. matr. dub. 1. n. 992.* idem docuit eamdemque ac alii affert rationem quia jam satis ımpletur finis Concilii. Atque haec s. Congregatio in *Avenionen. diei 25. Oct. 1586* rescripsit Ordinarium posse ex causa dispensare,*) nt dum canuntnr vesperae possint fieri denunciationes diebus tamen festivis. Inde vero inferri posse videtur Concilii verba uon adeo strictim esse intelligenda, ut inter missarum solemnia publicandae omnino sint matrimonii deunnciationes sed decreti finem praecipue attendendnm, ut scilicet ad mnltorum notitiam matrimonia perveniant; quod obtineret aeque sive inter missarum solemnia sive dnm vesperae cantantur; atque ex identitate ratiouis diebus quoqne ferialibns, dum adsit ingens popnli concursns.

De festivis autem diebus licet abrogatis illud etiam animadvertendnm est, ss. Pontifices jussisse, ut functiones ecclesiasticae sicuti antea in quacumque ecclesia celebrari debeant. Quare cum in iis qnae ad ecclesiae functiones pertinent nihil in abrogatione festorum sit innovatum ne in matrimoniorum quidem publicationibus aliquid mutatnm fuisse videtur. Idqne confirmatur ex omnium pene locorum et hujus etiam Urbis praxi, nbi in festis qnoqne abrogatis matrimonii deunnciationes publicari plerumque soleut.

Contrarium tamen alii sentiunt doctores, qui tenent ea Tridentini verba: *tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur inter quos matrimonium sit contrahendum* ita esse taxative intelligenda, ut uulla prorsns ratione possint praeteriri, nti videre est apud *Ferraris* verb.: *Matrimonium quoad denunciationes in addit. ex aliena manu n. 80. et seqq.* aliosque idem sentientes recenset *Riccius in praxi for. eccles. resol. 235. n. 3.* Haec autem s. Congregatio in *Brunen. 17. Junii 1780*, quam Tndertinns Antistes in sua Informatione indicavit, Episcopo Bruuensi in Moravia sciscitanti, num iis quoqne diebns festis in quibns ex indnlto s. m. Clementis PP. XIV., omui audiendi missam obligatione sublata, operibus servilibus vacare permissum fuit matrimonia ineunda uunciari possent, minime decrevit denunciationes matrimonii absolnte fieri posse; verum proposito dubio respondit: scribatnr Episcopo: juxta mentem. Literis deinde datis ad Brunensem Episcopuum die 5. Julii 1780 s. Cougregationis mens hisce verbis fuit paudita: »Cavendum abs te maxime atque enixe providendum, ut sarta tecta salnberrima s. Concilii sanctio de nuntiandis populo matrimoniis in tribus diebns festivis omnino servetur. Quod enim a tauti Concilii Patribus praescriptis atque conceptis verbis statutnm est, id plaue est religioseque retinendnm. Sed quoniam eo loci relinqunnt Patres Episcoporum judicio ac prudeutiae, nt si qnandoqne expedire judicaverint una ant plures hujnsmodi matrimoniorum pnblicae denunciationes remittantnr, hinc rebns omnibns quae ab A. T. exposita sunt in s. Cougregatioue Concili matnre perpensis annnente etiam SSmo D. N. Pio PP. VI. decretnm est: Tno pariter jndicio ac prudeutiae permitti posse, nt si quaudoqne gravis aliqua causa intercesserit matrimonium quodpiam citius iuiri debere, prinsqnam expectari possint tres dies festivi, ut populo dennncietur, indulgeas in singulis casibns parochis tuae dioecesis, ut peragant denunciationes in iis etiam diebus in quibus juxta snpra relatum Clemeutis XIV. Indultum sublata festivitas est remissumqne praeceptum audiendi missam, retenta tamen in ecclesiis officii ac missae celebratione. Utere igitur hac Tibi concessa facnltate,

*) Vd. *p. 999. b.*

arctis tamen prudentiae discretisqne arbitrii legibus; atque ea praesertim sub conditione, qnae ejusdem facnltatis Tibi elargiendae potissima causa est, qnod nempe in illis diebns qui festi non snnt freqnens adhuc perseveret populi ad ecclesiam concursns, ut qnantum fieri potest salnberrimae legis a Concilio Trid. praescriptae finis ac scopus habeatnr, qni uon alins certe fuit nisi ut iu popnli frequentia inennda matrimonia deunnciarentnr, quo facilins si qnae forent impedimenta detegerentur.«

Vestrum erit EE. PP. dirimere

Dubium:

An in diebus festis abrogatis fieri possint matrimoniorum denunciationes in casu?

S. C. resp.:

Negative nisi de licentia Episcopi cum conditionibus ad formam Bruuen. diei 5. Jnlii 1780 facto verbo cum SSmo.

Die 19. Apr. 1823.

3) Officiorum ecclesiasticorum.

Vd. p. 999. d; 1006. i.

4) Ordinaudorum.

Vd. *Denunciat. Matrim.* (dies, obligatio); p. 999. §: *An*; p. 1006. i; p. 1013: *Baren.*

Innocentius XIV. ad Episcopos Hispaniae.

Ne incertitndo an ipsi ordinationes sint habituri nimis grave afferat incommodnm promoveudis varia dioecesis loca inhabitantibus, per mensem ante singnlis vicibns pnblico edicto ab iisdem Episcopis denuncietur, se ordinationes esse habituros, adeo ut quoties dennnciatio hujusmodi facta non fuerit inde satis intelligant Regulares, Episcopum dioecesanum ordinationes ea vice minime esse habiturum sibiqne idcirco licitnm futurum ordines ab alio Episcopo suscipere cnm literis dimissoriis a suorum Superiorum ad enm directis.

Dat. Romae 23. Maji 1723.

(Bnll. r. t. XIII. p. 63. Ed. Lnxbg.)

5) In Sollicitationibus.

Vd. Complices p. 96. n. 3; *Sollicitatio.*

Depositarii monasteriorum.

Vd. *Officiales monasteriorum.*

Bened. PP. XII. de ref. Ord. Cisterc. Monach. s. Benedicti.

Quia ubi prndentia et moderantia fidei firmitate vallatae non vindicant sibi locnm lnxus inest longique temporis victum brevis hora consnmit decet et expedit, ut per dispeusatores prndentes et fidos qnaeque manuteneatur substantia et etiam dispensetnr. Unde statnimus et ordinamns, qnod in singulis monasteriis et aliis couventualibus locis praedicti ordinis per Abbatem seu alium regimini praesidentem de seuiorum sui conventus consilio duo depositarii vel bursarii deputentur, quorum unus principalis existat. Qui siquidem bursarii omnes pecunias ipsius monasterii vel loci conventualis undecumque provenientes universaliter recipiant et de dicti Abbatis vel regimini praesidentis mandato caeteris officialibus et aliis distribnant, pront fuerit opportnnum; ipsique bursarii qnater in auno sed officiales et receptores proventnm semel et etiam pluries si eidem Abbati vel regimini praesidenti videbitnr expedire de omnibns receptis et expensis coram praedicto Abbate vel regimini praesidente ac senioribus de consensn ipsius monasterii seu loci conventnalis teneantur plenissimam et fidelem reddere rationem.

Abbates etiam vel regiminibns praesidentes coram dictis senioribus et bursariis annis singulis de receptis et expensis per eos plenam et fidelem rationem reddere teneantnr. Recipiantque ipsi abbates vel regiminibus praesidentes a dictis bnrsariis pecunias pro expensis eorum. Et si dum ipsi extra monasteria vel alia conventnalia loca eornm accesserint, eos pecnnias contingat de proventibus monasteriorum seu locorum conventnalium eorum aut aliunde recipere hujusmodi pecnnias in ipsorum regressu tradant bursariis praelibatis, computatis si qnas de ipsis pecnniis expenderunt: abbates vero seu aliis regiminibus praesidentes si secus attentare vel sibi alia retinere praesumpserint ab ingressu ecclesiae ac divinis officiis post lapsum dnorum mensium a die regressus hujusmodi computandorum tamdin suspensi existant douec ea tradunt bursariis memoratis.

Die 12. Julii 1335.

(Bull. r. t. IV. p. 333. Ed. Aug. Taur. 1859.)

Depositiones.

(Quibus estne deferendum.)

Vd. *Matrimon. rat. et non cons. adest* (continuat. *Neapol.* §: *Defensor*); *Impotentia*; *Septima manus.*

Deputatus communitatis.

(Clericus esse potest.)

Vd. t. III. p. 1033: *Gallien.*

Descendentes.

(Qui sunt?)

Vd. t. III. p. 56. §: *Ex quo.*

Fabrianen.

Nomine descendentium per lineam masculinam etiam faeminas contineri post *Glos. in l. Gallus* § *Nunc ff. de liber. et postum.* fuse docent *Piton. discept. eccl. 14., Rot. decis. 100. n. 3. part. 13. recent.*, in *Lucana Jurispatronatus 5. Aprilis 1688.* §: *Demum cor. Emmerix* et in *Mantuana Beneficii 3. Junii 1689.* §: *Cui, cor. Ursino*; atque id solummodo verba illa per lineam masculinam efficiunt, ut existentibus masculis ipsi praefaeminis gaudeant praelatione ac faeminae dumtaxat peremptis masculis sive ut ajunt per posterius jus nominandi sibi asserere valeant, *Piton. loc. cit. n. 6. et sequ., Fargn. de jurepatr. part. 2. can. 1. et 2. cas. 13. n. 9., s. Congr. in Tudertina Jurispatronatus 27. Januarii 1827.* §: *Francisca.* Quae quidem vim suam potissimum exercere debent, ubi agitur de faeminis ex masculis familiae natis, quae agnationem retinent. *Peregrin. de fideicom. art. 26. n. 30., Rot. cor. Pamphilio decis. 313. n. 5.* et in *Romana Jurispatronatus 1. Junii 1708.* §: *Sententiarum cor. Ansaldo.*

Die 3. Dec. 1831.

Ripana.

Sub nomine descendentium tum agnati veniunt tum cognati, *Piton. de controv. patron. alleg. 37. n. 10., Rota decis. 140. n. 1. et 2. cor. Staunitz.*

Die 28. Jan. 1837.

Desertio conjugis.

Vd. *Divortium*; *Separatio thori.*

Lucia jam vidua anno 1853 nupsit iterum Joanni in oppido N. Uterque conjux ejusdem oppidi non ejusdem erant aetatis; Lucia enim aetate longe major. Concors vitae consuetudo non fuit diuturna: namque elapsis vix paucis mensibus jurgia et dissensiones subortae adeo conjugum animos exasperarunt, ut maritus ab uxore iterum atque iterum brevi recessisse atque inde rediisse dicitur donec ita recessit, ut non amplius ad uxorem redire velle videretur: in irritum cessis officiis et consiliis tum parochi tum parentum, tum amicorum.

Hoc modo decem annos vita transacta

tandem Lucia die 11. Octobris 1865 per parochum loci penes episcopalem curiam canonicam postulavit separationem varia allegans in virum accusationum capita: idest: 1°, quod Joannes indolem praeseferret iracundam et duram adeo, ut cum ipsa quadam die de mala ejus vitae consuetudine etsi leviter objurgavit ira succensus eam injuriis et contumeliis affecerit quae ad conjugale quoque debitum referrentur; et ante ultimam longamque separationem nulla justa ac legitima causa praehabita ab se ter recesserit: 2°, quod paulo post initas nuptias cauponas frequentare ibique inebriari coeperit consueveritque; unde dissensiones, jurgia et convicia derivarent: 3°, quod ejusmodi vitae indulgens totum ejus patrimonium fere obliguriverit, quin sibi necessaria vitae suppeditaret imo et parva dotalia sua bona ab eo administrata in discrimen adduceret.

Hoc parochus accepto libello ut ad episcopalem curiam eum transmitteret accersivit conjuges eosdemque coram interrogavit. Sic autem interrogavit Joannem: *Uxor tua cum videat te venumdare usque ad minima res fundosque tuos atque pretium harum rerum adeo celeriter obligurire, timet ne sua bona eamdem patiantur sortem; ideoque petit a te separationem quoad torum et bona: cedisne ejus votis?* Cui interrogationi Joannes respondit: *utique cedo.* Iterum parochus: *renuisne omnibus singulisque bonis, quae Luciae supervenerunt post separationem ac superventura erunt? Utique sincerissime renuo*, respondit Joannes.

Hanc viri declarationem a muliere confirmatam et ab utroque conjuge subscriptam una cum mulieris libello ad episcopalem curiam parochus transmisit.

Idem parochus ad haec validius roboranda se paratum exhibuit sub juramento quoque omnibus testari, si opus fuisset, Joannem accersitum se coram stitisse eumdemque de petitione ab uxore facta monitum fuisse; gravamina a muliere exposita eidem patefecisse; ac denique eumdem virum hisce omnibus refragatum non esse, quin imo libenter separationi corporum et bonorum consensisse.

Habitis hisce actis curia episcopalis quin aliud exequireret die 3. Novembris 1865 hanc tulit sententiam: »Considerando, quod dicti conjuges jam ex facto sint separati et eorum unio gravia incommoda secumferret: considerando, quod dicta Lucia petat canonicam separationis sententiam et Jannes consentiat absque ulla oppositione declaramus locum esse exauditioni petitionis mulieris: quamobrem auctoritate nostra episcopali sententiam tulimus ac ferimus separationis quoad torum et habitationem inter dictos conjuges Luciam et Joannem, eosdem declaramus canonice sejunctos eos remittentes ad civilem judicem pro bonorum separatione.«

Hac sententia ad parochum missa ab eo notificata fuit tantummodo Luciae, quae eam tribunali civili obtulit ad Decretum habendum de separatione bonorum. In more enim esse dicitur apud eos populos, ut tribunal civile decernat de bonorum separatione statim ac constet de canonica sententia separationis a judice ecclesiastico edita, qui mos a sacris canonibus non est profecto alienus.

In hoc civili tribunali certior a suo defensore Joannes factus esse dicitur de sententia ab Episcopo lata atque die 4. Februrii 1866 ad Internuntium seu negotiorum Gestorem s. Sedis in ea ditione existentem appellavit; quamquam hic, cum Nuntius Apostolicus non esset, competens judex non erat in causa judicanda.

Petiit interea Joannes a suo Episcopo apostolos*), quos Episcopus denegavit ea de

*) Si qui sint lectores nostri, qui in jurisprudentia canonica non sint versati, fortasse nescient quid sint ejusmodi *apostoli*†) qui petuntur a judice a quo quis judicatus est. Apostoli a graeco verbo *ἀποστέλλω* latine *dimitto* dicti sunt: hi non sunt aliud nisi literae judicis, qui sententiam tulit, per quas causa dimittitur ad eum judicem qui appellatus est. Ejusmodi libelli dimissorii juxta vetus jus civile scriptum continebant, quis, adversus quem et a qua sententia appellaverit, de qua re loquuntur leges *106. ff. de verb. sign., l. un. ff. de libell. dimiss. l. 1. fin. l. 5.* § *Ult. ff. de adpell. l. 9. de jure fisc.* Hoc nomen cum juridico suo valore invexit in jus canonicum. Gratianus in suo *Decreto can. 31. c. 2. quaest. 6.* formulam Apostolorum his verbis proposuit: *Ego sanctae Bononiensis ecclesiae Episcopus te Presbyterum Rolandum capellanum s. Apollinaris ad Apostolicam Sedem quam appellasti ab observatione mei judicii his apostolis dimitto.* Ejusmodi apostoli dandi et petendi erant intra praestitutum tempus (quod varium fuit pro diversitate temporum), ne ille, qui appellavit, appellationis beneficio se abdicasse videretur, *cap. 6. de appell. in 6., Clem. 2. eod. tit.*

Si quaeras praxim juridicam horum apostolorum penes auctores et tribunalia reperies confusionem maximam. Cf. Lancellotti de *Attentatis p. 2. c. 13. de attentatis p. 2. c. 13. de attentatis pendente tempore apostolorum petendorum.* Card. de Luca *de judiciis disc. 37.* quamvis hic auctor apostolos expresse non nominet. Breviter hac in re

†) Vd. *l. l. p. 658. III; 578.*

causa, quod sententia ob lapsum fatalium*) in rem judicatam transiisset et elapsum quoque esset tempus dierum triginta ad peteudos apostolos.

Verum cum Joanues per suum Causidicum insisteret apud dictum negotiorum Gestorem affirmans, se non posse damnari, cum nec citatus esset uec sibi seutentia esset intimata, denique causa per Secretariam Status delata est s. Congregationi Concilii. Cum autem constaret ex habita Episcopi relatione et attestatione parochi sententiam separationis Joanui non fuisse rite deunnciatam die 19. Augusti 1867 rescriptum prodiit: *In casu de quo agitur esse locum appellationi coram quo de jure.*

Hoc edito Rescripto Episcopus illico dedit apostolos iique transmissi fuerunt ad S. C. C. unde alterum consuetum Decretum prodiit: *Ponatur in folio**) et notificetur R. P. D. negotiorum Gestori s. Sedis . . . ut moneat partes ad deducendum quatenus velint ulteriora jura sua coram s. Congregatione et de resultantibus certioret.*

Hoc Decreto executioui mandato Joannes declaravit, se praeter ea quae jam deduxerat apud negotiorum Gestorem uihil aliud deduceudum habere: Lucia autem novum libellum obtulit in quo expositas causas allegaus ita concludebat: *me condemnare ad convivendum cum eo* (Joanne) *idem esse ac ad mortem condemnare: invincibiliter enim ab eo abhorreo.*

Causa itaque proposita est coram S. C. sub iufrascriptis dubiis.

Quouiam duplex agitaretur qnaestio, quarum una formam judiciariam respiceret, altera vero meritum causae, uonnulla ex officio sunt animadversa super utraque quaestione.

Cousideratum est favore Joaunis ejusmodi quidem causas quae respiciuut separatiouem tori illis accenseri, quae summario modo et absque judicii strepitu pertractari possiut, *Clement. 2. Dispendiosam de Judiciis*, in qua haec dispositio legitur Clemeutis V. ex Concilio Viennensi: *Dispendiosam prorogationem litium (quam interdum ex subtili ordinis judiciarii observatione causarum docet experientia provenire) restringere in subscriptis casibus cupientes statuimus, ut in causis super electionibus . . . seu quibusvis beneficiis ecclesiasticis aut super decimis . . . necnon super matrimoniis vel usuris et eas quoquomodo tangentibus ventilandis procedi valeat de caetero simpliciter et de plano ac sine strepitu judicii et figura.*

In comperto autem esse in judiciis summariis ea quidem omitti posse, quae requirantur ex mero positivo jure non autem quae ex naturali jure ad causae definitiouem sint necessaria: quae autem haec siut, ita idem Poutifex in *Clemen. 2. Saepe de Verb. signific.* ad rem uostram declarat: *Non sic tamen judex litem abbreviet, quin probationes necessariae et defensiones legitimae admittantur .... Sententiam vero definitivam (citatis ad id licet non peremptorie partibus) in scriptis stans vel sedens proferat.*

Jam vero haec omuia substantialia in praeseuti themate neglecta fuisse: nulla enim judicii forma servata seutentiam prolatam esse partibus nou citatis. Se stitisse quidem conjuges coram parocho et examinatos fuisse juxta ea quae diximus circa separationem sed nullum verbum de judicio habeudo sententiaque formalis divortii ferenda: immo ex iis quae gesta scriptaque essent a parocho apparere quidem eumdem parochum autea studuisse animos conjugum conciliare: postea vero uihil aliud prae oculis habuisse, quam ut viri conseusum haberet ad separatiouem, quin curaverit de causis iuquirere, quae formale divortium suaderent, quin testes vocaret atque audiret, quiu juramentum partibus deferret, ita ut omnia in simplici parochi assertioue cousistere viderentur.

Et quoad ipsum separationis consensum, quem coram se parochus Joannem emisisse testatus fuerat, haec exposuit Joaunes in supplici libello: *petitum sibi directe a parocho non fuisse separationis consensum sed sermonem quemdam vagum fuisse institutum de voluntaria separatione: idque se posse suo juramento firmare.*

Neque sententiam in ignoto judicio a Curia emissam fuisse unquam Joauni notificatam. Verum quidem esse Episcopo testante eam consuetudinem iu ea dioecesi vigere, ut sententia divortii ad parochum mitti soleat, ut parochus eam tradat ad illum ex conjugibus, qui ea uti possit in tribunali civili, quod decernere debet de separatione bonorum: sed hujusmodi consuetudinis ratiouem habendam uon esse, cum haud rationabilis videretur: agi enim de jure conjugi tollendo, quod ex matrimonio rite inito derivat: neminem autem inauditum et iuscium legitimis suis juribus spoliari privarique debere.

Sed coutra consideratum est Joannem post ea quae gesta erant coram parocho inscium remanere uon potuisse de causa sua: quod et ipse parochus animadvertit, qui non siue admiratione Episcopo haec retulit: *dimidium horae spatium insumpsi, ut ei exponerem clarissima ratione et optima fide petitiones ejus uxoris. Profecto de re simplici agebatur . . . Tantum temporis requiritur ut comprehendatur quid sit separatio corporis et bonorum? Ego claris verbis eidem dixi negotium de corporum separatione praesentandum esse Episcopo . . . ego legi clare et distincte documentum quod Joannes libentissime subscripsit, ita ut dum illud legebam sub ejus oculis singulas literas propemodum tangerem. Et ipse nunc dicere audet me eum decepisse!*

His parochi verbis suffragari nou modo ejus dignitatem et religionem ab Episcopo probatam verum etiam ipsum documentum declarationis a Joaue subsignatum: nec in pretio habeudas esse videri contrarias Joannis assertioues cum in medium tum essent deductae, cum se totum Causidicis tradidisset.

Caeterum nec opus fuisse iuquirere de causis divortii probatiouesque colligere, cum notorium jamdiu esset, Joannem uxorem suam deseruisse et decennium in ea desertioue jam perseverasse: quod si de gravi animorum dissensione constare deberet ipsam subsignatam declarationem argumentum de ea suppeditasse.

Quod si uihilominus emissa seutentia defectibus scateat animadvertendum esse, ut Episcopus retulit, tribunalis ecclesiastici institutiones juxta sacros canoues servari in ea dioecesi haud posse ex temporum locorumque adjunctis. Haec quoad iucidentem quaestionem, quae formam respicit judicii.

Animadversum scilicet est, perpetuam et individuam esse debere inter conjuges vitae consuetudinem: odiosum ideoque esse maritalis consortii individuitatem dissociare; neque id fieri posse uisi graves habeantur causae.

Porro ex parte Luciae ejusmodi graves causas ad divortii sententiam habendam existere easdemque esse viri saevitias, ejusdem ebrietatis vitium, dilapidationem patrimonii atque incorrigibilitatem ejusdem, ita ut Lucia se adhuc vitam vivere affirmaret, quia Joannes ab ea separatus vixisset.

Porro quoties vir iujuste saevitiis in uxorem iuvehat satis conuenire Auctores ad eas sufficientes existimandas ad perpetuam decerneudam separationem, ceu opinatur Cosci *de separat. tori conjug. l. 2. c. 6. n. 23.* dicens: »Si maritus sine justa seu ex levi causa frequenter male tractet uxorem, evidentissimo decipiuutur aequivoco, qui hujusmodi malas tractationes si non sint atrocissimae spernendas esse putaut nou ex alia ratione, quam liceat marito levibus etiam percussionibus corrigere uxorem ut emendetur; uam sublata justa causa cessat necessitas correctionis: neque per correctionem speranda est emendatio de errore seu culpa uon commissa; ideoque in hoc casu sive leves sive graves malae tractationes fuerint ad separatiouem devenieudum esse omnis ratio suadet.« Cui consonat s. Rota *decis. 248. n. 9. p. 6. recent.*

Inter ejusmodi saevitias recensendas esse injurias etsi verbales, quae diffamatiouem quamdam secumferant, quaeque ingenium mulieris houestae et piae concutiant.

Haec quidem graviora evadere, tum ex eo quod vir coutinuo renuerit alimenta Luciae necessaria suppeditare tum ex desertione pluries a viro repetita, quae denique usque ad decenuium fuerit protracta: eaque gravissima esse argumenta capitalis implacabilisque odii; et ejusmodi desertionem quae proprio iugenio fiat contra bouos mores factam ceuseri, *l. 5. C. de Inst. et subst., Cap. Porro de Divortiis.*

His accedere habitualem viri ebrietatem, quae ut causa separationis tori ad tempus

---

sese expedivit Devoti in suis aureis *Institutionibus canonicis*, qui referens in *t. 3. tit. 15. de appell.* per summa capita horum apostolorum notionem concludit: *Sed nunc fere nullus in foro est apostolorum usus, ac per libellum appellationis intra decendium in actis exhibitae appellatio interponitur.* Quod jam dixerat Voet. in *Pandect. l. 49. tit. 6. n 2.* cum caeteris ibi allegatis auctoribus agentibus de praxi tribunalium civilium. Hodie autem regula, quae universim videtur in praxi Curiarum ecclesiasticarum satis servata, est, ut appellatio interponatur infra decem dies*) a lata seu intimata sententia in ipsis actis causae inserenda apud judicem, qui sententiam tulit, ut ita tam ipse Judex quam victor scire valeant appellationem fuisse interpositam tempore debito: atque ut tempus prosequendae appellationis apud superiorem judicem sit annus et ex justa causa etiam biennium.

*) Vd. *t. I. p. 657. n. 61.*

**) Vd. *p. 526.* §: *Itaque.*

saltem admittitur, Sanchez *de Matr. l. 10. disp. 18. n. 18.*, Cosci *loc. cit. c. 17. n. 28.*

Insistebat denique Lucia praesertim in eo, quod Joannes patrimonium suum in cauponis frequentandis fere dilapidaverit et uxoris dotem dilapitandam appeteret: quo posito auctoritatem adducebat Clericati de *Sacr. Matr. dec. 39. n. 18.*, Card. de Laurea *disp. 42. n. 272.*, qui inter saevitiae actus refert dilapidationem et dissipationem bonorum, scribens: »Quarto videtur reduci posse ad saevitiam, si conjux bona omnia vel majorem partem dissipare velit et de facto id exequi coeperit, hoc enim grave est innocentis onus non facile tolerandum.«

Cum autem in facto haec omnia plus minusve comprobata haberentur tum ex parochi attestatione tum ex testibus extrajudicialibus adductis tum ex facto desertionis decennalis neque spes haberetur virum ab hac mala agendi ratione recessurum plurium annorum experientia docente locum esse canonicae tori separationi Lucia concludebat.

Joannes inquiebat non quamvis sed justam et legitimam causam concurrere oportere ad tori separationem decernendam, cujusmodi esset causa saevitiarum vel implacabilis odii vel quidquid aliud grave, ex quo conjugum animi ita exacerbati evadant, ut alterutrius vita graviter periclitetur: idque exigere non qualemcumque sed rigorosam evidentemque probationem: hinc si in saevitiis causa reponatur non quamlibet saevitiam causam esse posse, ut saepe tradidit s. Rota et nominatim in *decis. 39. n. 12. p. 6. recent.*, ubi legitur, ut non quaelibet saevitia sufficiat sed illa tantum, quae resultat ex pluribus et reiteratis actibus et iis quidem atrocibus; adeo ut nec plures moderati nec unus atrocissimus sufficiant.«

Rursus si implacabile odium inter conjuges obtrudatur inspiciendum esse, utrum revera conjuges odio exardescant, unde emanaverit, utrum perpetuo duraturum, utrum nulla reconciliationis spes affulgeat.

Si denique maximum proferatur alterius conjugis vitae periculum sedulo perpendendum esse an istud in simplici metu aut suspicione consistat, s. Rota *Avenionen. Separationis tori 6. Junii 1766 coram de Comitibus.*

At vero si de saevitiis sermo habeatur inquiebat Joannes, primo eas non ostendi, cum in assertione Luciae totae consisterent neque parocho esse credendum, tum quia unus testis tum quia hac in re suspectus esset: secundo saevitiarum facta quae a Lucia narrarentur inter saevitias connumerari non posse, quia leves essent actus et momentanei vel ex primo impetu et ex magna animi commotione vel ob uxoris culpam, inobedientiam et pervicaciam prodire potuerint, ex quibus argui non posse consuetudinem insaeviendi, quae consuetudo necessaria esset pro decernenda tori separatione, Rota *in Signina Separat. tori 4. Junii 1790 § 5. coram Malvasia.* Idipsum de injuriosis verbis sentiendum esse inquiebat, quae praeterea totidem injuriis lacessita a Lucia essent: actum profecto esse ait de universis fere conjugiis, si ex inofficiosis parumque urbanis verbis conjuges separari deberent, contra dispositionem textus *in cap. Literas de Rest. spol.* ideoque s. Congregationem Concilii in casu duriori separationem tori negasse in *Firmana* die 16. Maji 1789.

Ad excludendam autem dictarum causarum existentiam allegabat Joannes testimonia tum Magistratus loci, qui inter caetera testatus est: *quoad ego sciam Joannes est vir tranquillus et incapax ad malum cuivis faciendum*: tum quatuor incolarum ejusdem loci qui testati sunt: *Joannem numquam brutalitatis actum in suam uxorem exercuisse neque injuriarum inurbanarum neque eam unquam male tractasse.* Porro testibus de injuriis saevitiisque illatis deponentibus eos esse praeferendos, qui eas excludant, s. Rota in *Valentina Separat. 12. Feb. 1751 coram Elephantutio.*

Odium autem Joannes a se removere curabat, tum ex suis christianis moribus tum ex adductis testimoniis tum denique ex ipsa sua cura ad uxorem reducendam ad maritalia obsequia.

De negligentia in agendis ministrandisque domesticis negotiis si ea haberetur nullo modo inquiebat inter legitimas separationis causas esse recensendam: et huic negligentiae occurri posse per legitima juris remedia, cum daretur actio de repetenda dote coram tribunali civili.

Neque habendam esse rationem dati utrinque consensus de separatione tum quia passione abreptus illum dederit tum quia pendente lite illum revocaverit.

Cum itaque causae deessent ad separationem curiae sententiam esse infirmandam.

D u b i a :

I. An constet de legitima appellatione in casu?

II. An sententia Curiae episcopalis sit confirmanda vel infirmanda in casu?

S. Congregatio Conc. die 31. Julii 1869 respondere censuit

Ad I et II: *Esse locum separationi quoad torum.*

Ex quibus colliges:

I. Causas plures in curiis ecclesiasticis jure pertractari posse non solemniter sed summarie.

II. Causas summarie pertractandas non exigere omnes eas formas, quae praeceptae sunt ex mero jure humano ad ordinarium solemnemque judicii ordinem; sed eas tamen formas exigere, quae ex justitia aut aequitate necessariae aut opportunae existimentur.

III. Justitiam et aequitatem exigere, ut qui judicandi sint vocentur in judicium, ut cognoscant eorumdem causam esse judicandam et si velint jura sua testesque in sui defensionem adducant atque ut sententiam quae inde emittatur ignorare non possint.

IV. His substantialibus solemnitatibus non servatis etsi emissa sententia justa forte fuerit, eam tamen sententiae vim non habere: ideoque illos juridicos parere non posse effectus, quos sententia rite lata parit *).

V. Colliges praeterea matrimoniale divortium semiplenum seu separationem perpetuam quoad torum decernendam non esse nisi graves justaeque habeantur causae, quae dictam separationem decernendam esse persuadeant.

VI. Etsi harum causarum praecipua in jure sit alterutrius conjugis adulterium quod tribuit insonti conjugi jus a se adulterum perpetuo reppellendi: ad hujus quoque causae imitationem alteram subsequi, quae sita est in diuturna et injuriosa desertione.

VII. Quemadmodum enim adulterium, ita diuturna et injuriosa desertio fidem conjugalem graviter violat, quae individuam vitae consuetudinem exigit.

VIII. Eo vel magis, si causae, quae talem desertionem causatae fuerint, sint jam ex sese idoneae ad suadendam canonicam separationem ac perpetuo videantur duraturae.

IX. Hisce in adjunctis insonte conjuge separationem perpetuam postulante eam a judice esse decernendam.

*) In praesenti themate valde probabiliter Joannes latam sententiam novit priusquam Lucia eam sententiam detulisset tribunali civili ad bonorum separationis Decretum obtinendum: cum tamen hanc notitiam Joannes habuisset aliunde quam ex aliquo ministerio curiae, non poterat eidem nocere: ideoque dies praescripti ad appellandum, quos fatales dicimus, in eum non decurrebant. Ad summum ejusmodi dies decurrere potuissent a die quo a Tribunali civili eam sententiam noscere debuit: sed etsi tum incipi poterant, iisdem tamen diebus transactis sine appellatione potuisset Joannes infirmare sententiam ex capite *nullitatis*: quia sententia judicialis lata erat quin ipse fuisset vocatus et auditus in judicio. Vocatus quidem fuerat a parocho, qui forte ex mandato curiae Joannem accersivit et a Parocho fuit interrogatus, sed hi non erant judiciales actus.

D e v o l u t i o.

1) Non adest.

Vd. t. II. p. 140. §: *Quoad primam.*

Paulus Greco supremis tabulis testamentariis conditis die 30. Aug. 1725 reseratis die 7. Apr. 1736 praescripsit, ut in Castro »Orta« Aversanae dioeceseos ex dimidio suae haereditatis erigeretur »un Beneficio patronato sotto il titolo dell Bma Vergine del ss. Rosario . . . . . coll' autorità dell' Ordinario . . . .« Contulit juspatronatus tum activum tum passivum in suae familiae descendentes certo ordine certisque legibus vocatos, ita tamen, ut si quando »occorresse la totale estinzione di tutti i chiamati . . . . . non si debba preferire o istituire altra persona, ma resti incorporato (il beneficio) alla detta ven. capella seu chiesa dell ss. Rosario di detto Castello.« Perfecta erectione nihil notatu dignum perhibetur usque ad annum 1824, quo suborta patronos inter est quaestio de pertinentia et jure praelationis. Victor extitit per binas fori laici quae in rem judicatam transiere sententias presbyter Nico-

laus Greco, qui capellaniae possessionem inivit absque canonica institutione retinuitque pacifice ad snum nsque supremum diem 16. Jan. 1857. Tunc statim ejus ex fratre nepos acolythus Josef Greco degens in oppido »Valle Maddaloni« dioecesis s. Agathae Gothorum nulla adhibita solemnitate veluti capellanum se gerere coepit cnravitque colonis aliisque capellaniae debitoribus iudicendum ne alteri quam sibi solverent. Verum curia episcopalis Aversana cum patroni infra ntile tempus nemiuem rite praesentasseut prolatis edictis ceterisque de more peractis sententia diei 25. Jnnii 1857 pronnnciavit factum fuisse locnm devolutioni et jure isto capellaniam contnlit sacerdoti Michaeli Greco ad fundatoris familiam ex alio stipite pertineuti. Quae vix cognovit praedictus acolythus Josef, hunc s. adire Ordiuem properavit, nt infirmata senteutia sna sibi jnra quae potiora quam ceteri habere existimat viudicare liceret. Ejus preces ut moris est ad Praesulem Aversanum missae fuerunt, qui sententiam suae curiae subseqnntamque collationem studiose satagit. Nec tamen acta quae requirebantur trausmittere censuit affirmaus utile ad appellandum tempus inutiliter praeterlapsum fuisse. Ipse quoque sacerdos Michael nihil deducere arbitratus est eo forte contentus, quod Episcopus iu suis literis animadvertit. Uno igitur iustante Josef hodie quaestio sapienti EE. VV. judicio discntienda subjicitnr. Ait imprimis Josef, episcopalem sententiam nullitate laborare propterea quod agatur iu themate de capellania mere laicali. Hauc vero qualitatem uno tantum probare aggreditur argumento, quod peremptorium existimat nempe re judicata. Laicalis enim capellania declarata est.*) Porro neminem latet in capellauiis laicalibns quae omnimode pendent a patronis opns non esse institutione Ordinarii nec fieri locum devolutioni, S. C. in *Lauretana Capellaniae 9. Maji 1840.* § *In vehementiori*, *Fargna de jurepatr. par. 6. can. 16. cas. 2. n. 10.* Nec posset opponi fori non competentia; etsi enim verum sit, utriusque Siciliae Regem decreto diei 18. Maji 1857 Episcopis exclusive jndicandnm reservasse de qualitate et natnra beneficiorum, hoc tamen expresse in eodem decreto cautum fuit: »Conserveranno pieua fermezza le cose irretrattabilmeute giudicate fin oggi sugli oggetti contemplati nei due articoli precedenti.«

*) Vd. *t. III. p. 587. n. 21.*

Sed etiamsi capellania vere esset ecclesiastica*), nihilominus Aversanae curiae sententiam hand firmam putat Josef. Ad rem euim animadverteudum est, devolutionem esse poeuam a Sede apostolica latam ad compescendam puuiendamque patronorum culpam et negligentiam, *Gonzalez ad regul. 8. Cancell.* § *5.*, *Fargna de jurepatr. par. 3. can. unic. cas. 1. n. 12.* Qni ergo expers est culpae justitia exigit, ut sit etiam immnnis a poena. Ast nulla Josepho qui procnl in alia dioecesi morabatur imputari potest culpa vel negligentia. Ipse quidem apprime novit vacatiouem sed vacationem capellaniae, quae declarata fuerat laicalis et cujus possessionem de plano ceperat ejus patruus absque Ordinarii iustitutioue et pacifice retiuerat per annos plusquam trigiuta, sciente, sileute adeoque probante curia Aversana. Quae vero Aversae post vacationem gerebantur penitus ignorabat eaque postea nonnisi fortuito ad ejus notitiam pervenerunt.

Ex quo Josef aliam coujicit infirmandae senteutiae rationem admonens absque edictorum affixione quamlibet beneficiorum de jurepatronatus provisionem irritam nullamque esse**), *Vivian. de jurepatr. p. 2. l. 9. c. 1.* Vires antem edictorum non exteudi ultra dioecesim in qua vulgantur, cum praesertim ne per publicas quidem ephemerides vulgata fuerint, *Piton. de controv. patr. all. 100. n. 592.* Quae proinde Aversana curia publicanda curavit ad valvas tantum suae Cathedralis et ecclesiae parochialis loci »Orta« nullum habuisse effectum iu dioecesi s. Agathae Gothorum et affigeuda potius fuisse ad valvas illius ecclesiae, ubi erectum est beneficium, *s. Congreg. in Romana Canonicatus 3. Decb. 1713.* Porro ex defectu edictorum vel ex edictis nulliter affixis irritam fieri sententiam perinde ac si inauditis partibus lata esset docet idem *Pitonius alleg. 40. n. 27.* Praeterea observat personaliter ac determinate citandos esse patronos, si probe sciatur, nbi adsint et commode citari possint, quod si factum non fuerit acta infici vitio nullitatis, *cap. final. Quoniam de elect. in 6.*; *s. Rota in Cremonen. Praepositurae 23. Maji 1644 apud Fargna de jurepatr. par. 3. can. unic. cas. 1. num. 36.* Id etiam in casu privationis ob uon residentiam adamnssim servari; id communiter tradi a doctoribus et

*) Vd. *t. III. p. 570. d.*
**) Vd. *p. 254. IX.*

congruere naturali aequitati et ratioui ne scilicet quis iuscins et inauditns suis juribus extemplo privetur. Porro res facti est Josef non fuisse personaliter citatum, quin Aversana curia ignorautiam praetexere possit circa domicilium ejus et jura; sciebat euim eum degere in oppido »Valle Maddaloni«, esse acolythum et novissimi capellaniae possessoris ex fratre nepotem. Luculentissime id iunotuerat ex quadam epistola, quam Ordiuarius s. Agathae Gothorum miserat ad Provicarium geueralem Praesulis Aversani die 5. Junii 1857, antequam proponerentur edicta nllaque coepisset devolntionis fieri mentio.

Ineptam iusnper esse conteudit objectionem in eo positam, quod senteutia in rem judicatam trausiverit proindeque fieri nequeat amplius appellationi locns. Etenim potius quam de appellatione hic agitur de nullitate declaranda seu de sententia per viam nullitatis infirmanda ex iis omnibns, quae hucusque perpensa sunt. Dictio vero de nullitate moveri jure optimo potest iufra tempus triginta annorum, usquedum scilicet agendi jns integrum salvumque manet, *Leuren. de appell. q. 102. n. 3.*, *Maschat. eod. tit. not. 1.*, *Gailus lib. 1. pract. observat. 127. n. 23.* Praeterquamquod falso etiam dicerentur in themate dies ad appellandnm ntiles inntiliter effluxisse; exploratum quippe est, fatalia*) interponeudae appellationis iguoranti non currere sed scienti, cnrrere nempe ex die, qno quis noverit sibi per seutentiam praejudicium fuisse illatum, *cap. Concertationi de appellat. in 6.* § *sciverit*, *Reiffenst. jus can. univ. lib. 2. tit. 28.* § *6. n. 157. et seq.*, *Voet. ad pandectas lib. 49. tit. 14. n. 2.* Jauvero Josef postquam de actis curiae Aversauae fortuito uotitiam accepit, illico ad s. hunc Ordinem convolavit.

Sed esto: firma stricto jure habeatur sententia episcopalis; ipsa tameu aequitas in hisce rerum adjunctis postularet, nt illa omuino infirmanda esset. Ex una siquidem parte prae oculis est habeudum agi de poena devolutionis in odium negligentis iuducta a qua nt excuseutur patroui omuis possibilis interpretatio est sumenda, qnaevis probabilis dubitatio recipienda, *Fargna de jurepatr. par. 5. can. 9. cas. 1. n. 58.*, *Lambertin. de jurepatr. lib. 2. par. 2. quaest. 1. art. 24.* Imo a devolutioue excusare bonam fidem et justam credulitatem, qnamlibet etiam irrationabilem causam, colorem ipsum seu probabilitatem credulitatis docet *Pitonius discept. 156. n. 26. 27. 28.*, *Gratian. discept. 575. n. 33.* Ex altera vero parte certum est, Josef ejusque familiam esse in quasi possessione praelativi juris ad capellaniam, eum non fuisse personaliter citatum, nullam actorum curiae tempore habili notitiam habuisse, non constitutum iu mora, non contumacem, iuuixum rejudicata 1827, exemplo sui patrui ultimi et pacifici possessoris ac tacita ipsius curiae approbatione pleuissime iu bona fide versatum. Quae si quamlibet a Josef negligentiam culpamque removeut, omne pariter ab eo damnum avertere debent, *Reiffenst. cap. 2. regul. jur. in 6. regul. 41.* Absonum porro esset, ut quae bona fides alienos percipiendi fructus quaudoque prodest, nihil in themate Josepho prodesset, non quidem ut aliena perciperet sed ut ne amitteret sua.

Ex adverso Episcopus, nt ostendat capellaniam obnoxiam esse devolutioni, contendit eam dici nequaquam posse laicalem sed esse proprie vereque ecclesiasticam. Hoc satis perspectum compertumque haberi tum ex tabulis fundationis, nbi testator absolute erigi jussit »un beneficio coll' autorità dell' Ordinario«, tum etiam ex canonica erectione rite perfecta: quae quidem duo sunt principaliora argumenta ad cujuslibet capellaniae naturam qualitatemque internoscendam, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 5. n. 14.*, *s. Congreg. in Pletien. Canonicatus 30. Maji 1829.* § *Principis.* Nec obstant quae objiciuntur laici fori sententiae, quippe quae nonnisi pertiuentiam juraque praelationis directe respiciunt. Laicalem quidem illi judices iu parte enunciativa sententiarum capellaniam declaraverunt, ut suam competentiam ita firmarent; sed pars earum dispositiva uon potuit nisi pertiuentiam attingere de qua tantnmmodo jndicium fuerat institutum. Unde tribunal possessiouem adjudicavit presbytero Nicolao Greco.

Deinde monet patronos in poeuam devolutionis per suam culpam et negligentiam iucidisse. Judicium vero rite expletum fuisse, quatuor namque et nltra meuses ab obitu uovissimi capellani transierant, citationes per edicta praemissae sunt ac nemiue comparente et contradicente ad normam ss. canonum dicta demum senteutia est. Hinc jure devolnto legitime iustitutum immissumque in possessiouem Michaelem Greco dignum ut ceteris praeferretur, utpote qui ex vocatorum

*) Vd. *t. I. p. 657. n. 61.*

familiis*) unus aderat sacerdos et confessarius. Possessionem vero in qnam Josef sese ipse intnlit et intrusit irritam nullamque omnino dici oportere, quia beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione obtineri nequit: quin imo ne ille quidem, qui fuerit institntus quoad titulum, potest anctoritate propria possessionem apprehendere, *Reiffenst. lib. 3. Decretal. tit. 7. n. 52.* Porro institutionem legitime factam revocari nequaqnam posse, si postea patroni compareant et quidquid velint objiciant, *cap. Consultationibus cum concord. de jurepatr.* et *cap. Querimoniam 9. de jurepatr. apud Gagliardi de jurep. cap. 22. n. 7.*

Ulterius animadvertit Episcopus, utile quoque ad appellandnm tempus praeteriisse**) adeoque sententiam pro re judicata firmissime habendam esse. Jam vero res judicata tantae est auctoritatis, ut faciat etiam de albo nigrum ac de falso verum neque admittat probationem in contrarium pro se habens praesnmptionem juris et de jure, *Reiffenst. lib. 2. tit. 27. n. 106.*, *cap. Suborta 21. de sent. et re judic. l. Julianus verum debitorem n. 2. ff. de condict. indeb.* Nec juvaret objicere in causa beneficiali sententiam numquam transire in rem judicatam, *arg. cap. 2. de transl.* et juxta quod notat *Abbas in cap. Cum Dilectus de election. n. 5.* Siqnidem id verum est, si sententia in re beneficiali attingat praejudicium ecclesiae secus vero si partinm jura vel institutionem et collationem a legitima auctoritate rite peractam, *Reiffenst. la cit. n. 124.*

Aggressus insnper objectionem circa edicta perpendit, haec in themate non fuisse necessaria sed potius ad cautelam proposita. Elapso enim quadrimestri statim quaeritnr Ordinario jus conferendi libere beneficinm, *cap. Nulla ecclesiastica de concess. praeben. 2.* Solent equidem praemitti edicta in vacationibus beneficiorum jurispatronatus sed eam tantum ob causam ne patroni absentes ignorantiam allegare valeant, *cap. fin. de election. in 6.*, *Rota decis. 298. lib. 1. coram Putio* et *glossa in dicto cap.* At ignorantiam vacationis nonnisi ridicule adversarius allegare posset, quia suis ipse oculis novissimum capellanum obeuntem inspexit.

Nec quidqnam prodesse arbitratur privatam opinionem Pitonii asserentis edictorum vires ultra dioecesim non porrigi; id enim etiamsi absque ulla exceptione admittetur, certissimnm tamen esset causam finalem semper eo spectare, ut scientia patronis in alia dioecesi commorantibus traderetur. Qnae causa cum in themate omnino cessaverit, legis dispositio cessasse dicenda esset. Perperam quoque opponi textum in *cap. fin. Quoniam de election. in 6.*, personalis qnippe citatio ibi praescribitur, quando in judicio plures adsint praesentati sibi invicem adversantes, *Gagliardi de jurepatr. cap. 7. n. 32.* Si vero absentes vocari debeant sufficiunt citationes per edicta, qnae affixa jannis majoris ecclesiae loci in quo curia degit arctant citatum ac si ad eum personaliter devenissent, ut loquitur *Clementina 1. de judiciis.*

Quod attinet ad decisionem s. Rotae in *Cremonen. 3. Maji 1644* advertit negari non posse requisitam fuisse citationem personalem sed in casu omnino peculiari, qui parum aut nihil commune habet cum praesenti qnaestione. Res enim erat in una parte inter presbyterum in Ostunensi urbe degentem, immissum in possessionem jnre devoluto, ex altera inter patronum Bononiae domicilium habentem: qui duo sunt loci a se invicem remotissimi. Praeterea vacatio beneficii fugiebat absque culpa patronnm, cnjus persona tamen ac domicilium fngere nequibat Episcopnm Ostunensem. Hic insuper jam concesserat canonicas institutiones favore eorum, qui ab eodem patrono ad idem beneficium successive nominati ac praesentati fuerunt. Qnae quantum differant a casu hodie in quastionem adducto per se quisque perspiciet.

Erit igitur EE. VV. dirimere

D u b i n m:

An et quomodo sententia curiae episcopalis sit confirmanda vel infirmanda in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem; affirmative ad II. et esse locum praesentationi per patronos faciendae servatis servandis et successivae institutioni.

Die 18. Aug. 1860.

Spoletana.

Familia Toni Catenacci de civitate Trebiae Spoletanae archidioecesis juspatronatus activum habet capellaniae erectae in ecclesia collegiata ejusdem civitatis snb invocatione

*) Vd. *t. II. p. 404. n.; 412. V. VI. XI.*
**) Vd. *t. I. p. 657. n. 61.*

b. Mariae V. de Monte Carmelo ejusque rectori onus inest celebrationis missarum atque adsistendi choro in vesperis diebus festivis totius anni.

Per obitum sacerdotis Josef Toni vacavit 1856 praefata capellania ac statim Cajetanus Toni Catenacci Ameriae degens ad quem jus nominandi spectabat adsistit penes apostolicam Datariam atqne rei familiaris angustiis premi asserens, utpote qui novem filiorum onere gravatur petiit, ut capellaniae nominatione ac institutione snspensa redditus ejus familiae favore*) impenderentur.

Hisce praecibus in irritnm cessis novas iteravit ad hoc, ut collatio beneficii nunc pro tunc tribneretur uti ajebat in supplici libello favore sui filii Instrum**) vix attingentis. Et hae secundae preces sno caruerunt effectu.

Per archiepiscopalem curiam Spoletanam sub die 16. Januarii 1857 notificatum fnit praedictum rescriptum Cajetano Toni patrono, qui die 2. insequentis mensis Martii ad capellaniam nominavit ac praesentavit sacerdotem Vincentinm Cisoletti Amerinum parochi vices agentem in archidioecesi Spoletana. Verum hic animadvertens capellaniam ad quam nominatus fuerat incompatibilem***) esse cum officio quo jam fungebatnr sub die 7. Junii 1857 sponte ac libere cessit juri, quod ex nominationis actu ad eum devenire poterat.

Putavit Cajetanus Toni se preces renovare posse penes s. Sedem et per hanc s. Congregationem statim post renunciationem de qua supra petiit, ut redditus capellaniae impenderentur ad sublevandam familiae snae inopiam donec ad aetatem canonicam perveniret unus ex novem filiis, qni jam dnodenis erat, deputato interim administratore, qui oneribus capellaniae satisfaceret. Remissis hisce precibus Archiepiscopo Spoletano mihi innotuit jam alias a Tonio preces oblatas fuisse penes apostolicam Datariam ad quam idcirco snb die 24. Augusti 1857 supplicem Tonii libellum remittendnm curavi neque hic destitit apnd illam curare, ut compos fieret. Verum accidit, ut elapso jam anno post notificationem rescripti apostolicae Datariae cujus verba supra relata sunt Archiepiscopus Spoletanns sub die 20. Jan. 1858 ratus jure devolutivo ad se spectare capellaniam novo rectore providere eam conferret cuidam sacerdoti, quem etiam in realem possessionem immisit. Hoc vix innotuit apostolicae Datariae precibus Tonii ultimo loco allatis rescribendum putavit sub die 2. Febr. 1858: »Attenta collatione jam sequnta utatur jure sno quatenus et coram quo de jnre.

Animo haud concidit patronus ac sub die 5. insequentis Martii ad hanc s. Congregationem convolavit nonnulla adstruens rationnm argnmenta ob quae postulavit, ut nulla declararetur collatio ab Archiepiscopo facta sibique jus esse ad capellaniam novum praesentandi rectorem. Preces ad Archiepiscopum ablegavi, qui narrata factorum historia eas rejiciendas esse putat. Argumentorum summa qnae exhibet haec est:

Pervnlgatnm in jure est patronis laicis quadrimestre dumtaxat concedi ad praesentandum*), *cap. unic. de jurep. in 6.*, *Piton. de controvers. patron. alleg. 1. n. 9.* et *s. Congregatio* in *Nepesina Capellaniae 1. Martii 1834. § Id.* Quo termino elapso quin patronus penes episcopalem cnriam expleat praesentationem jus nominandi ad superiorem devolvitur seclusa omni morae pnrgatione, *cap. Si vero 12. de jurep.*, *Piton. loc. cit. alleg. 88. n. 3. et 9.* aliiqne passim doctores. In themate autem recolendum maxime est, praeter juris communis sanctionem haberi quadrimestre expressis terminis praefinitum Tonio per rescriptum supremi Principis ad explendam praesentationem; ac nemo dubitare poterit, qnin praeterlapso post intimationem praedicti rescripti tempore ntili ad nominandum in potestate curiae archiepiscopalis fuerit capellaniam de sno rectore providere.

Jam vero capellania vacavit a mense Julio 1856 nec Tonio capellanum nominavit nisi post intimationem pontificii rescripti videlicet die 2. Martii 1857. Praeterea non solum a praefata intimatione, verum etiam a rennnciatione praesentati videlicet a die 7. Junii 1857 usque ad diem 20. Januarii 1858 quo jure devolntivo a curia archiepiscopali collata fuit capellania non solum quadrimestre sed semestre et ultra intercessit. Quapropter extra dnbitationis aleam est, quod archiepiscopalis curia jure suo usa est ad tramites ss. canonum et in vim pontificii rescripti.

Neque suffragari patrono aut obesse Archiepiscopi juri poterat instantia, quam Tonius penes H. S. O. exhibuit, quia triplici

*) Vd. *t. II. p. 706. o.*
**) Vd. *t. II. p. 133. n. 2; p. 366. n. 9.*
***) Vd. *t. III. p. 558. n. 11; t. II. p. 590. n. 56; 614. IV.*

*) Vd. *t. II. p. 502. yy; p. 503. zz.*

ex capite posthabenda ac nullius effectus reputanda est. Siquidem falso exposuit capellaniam vacasse per memoratam Cifoletti renunciationem, cum reapse hic nunquam fuerit capellanus, quia nunquam ivit in capellaniae possessionem. Praeterea in instantia per subreptionem reticuit Tonius praecedentes apud apostolicam Datariam recursus, hinc ortas precum rejectiones ac praesertim injunctionem nominandi capellanum intra quadrimestre ab intimatione rescripti supremi Principis diei 12. Jan. 1857. Tandem ne praedicta instantia suo careret effectu necesse erat, ut Tonius antea peteret ac reportaret aperitionem oris, quae necessaria erat, ut penes s. Congregationem pertractari posset petitio jam a supremo Principe per rescriptum nuper memoratum definita.

Nec attenteuda est paupertas, qua se Tonius laborare iterum asserit penes s. Congregationem in ultimo supplici libello. Demonstratum enim est penes apostolicam Datariam, gratis omnino eam asseruisse Tonium et inde factum est, ut ejus iteratae petitiones inibi rejicerentur. Postremo animadverteudum est nominationem sacerdotis Cifoletti a Tonio peractam haud caruisse simoniaca labe, quae licet legitimis destituatur probationibus animum tamen Emorum Patrum movere debet ad hoc, ut petitionem illius rejiciant ac Archiepiscopi juribus faveant.

Contra vero patronus Cajetanus Toni contendit post praesentationem favore sacerdotis Cifoletti ejusque renunciationem jus sibi iterum nominandi sartum tectumque fuisse ad tramites juris et haec affert argumenta.

Ex facti serie et ex rescripto Datariae apostolicae edito nomine ss. Pontificis liquido constat se legitime peregisse nominationem ac praesentationem sacerdotis Cifoletti eo quia nunquam a jure nominandi antea deciderat. Atqui post hujus renunciationem iterum quadrimestre ad nominandum incepit. Siquidem notissimum in jure est patronos peracta praesentatioue eaque effectu careute per praesentati renunciationem novo quatuor mensium termino ad nominandum gaudere.*) Ita *Pitonius de controver. patronor. alleg. 78. n. 8.* Doctores firmant, quod si praesentatus intra terminum renunciat suae praesentationi, tunc patroni habent novum terminum quadrimestris a die renunciationis. Haucque sententiam confirmat Pitonius auctoritate *Card. Zabarell. in cap. fin. de jurep. sub n. 4. circa finem*, ubi ait: »Quaero circa hoc, patronus elegit praesentandum, qui renunciavit antequam praesentaretur; habebitue integrum tempus sicut habent electores de elect., *cap. Si electio.* Dico quod non, quia patronus non fecit. quod in eo est, ex quo non praesentavit Instituenti; secus, si praesentavit. Nec aliter *Schmalzgrueber de jurepr. part. 4. tit. 38.* Hoc casu (si praesentatus renunciaverit vel mortuus sit ante institutiouem) patrono conceditur novum quadrimestre vel semestre ad faciendam novam praesentationem numerarique hoc tempus debebit a tempore recusationis, renunciationis, mortis.«

Neque hic novus quadrimestris terminus expiravit prius quam Archiepiscopus Spoletanus capellaniam par assertum jus devolutum contulit. Patronus enim Cajetanus Toni statim post renunciationem a sacerdote Cifolettio emissam recursum habuit apud hanc s. Congregationem a qua quum supplex libellus ad apostolicam Datariam remissus fuerit et apud hanc Tonius instaret, ut ejus petitioni indultum tribueretur inopinato rescivit ab Archiepiscopo collatam fuisse capellaniam, quae collatio nullius effectus ac irrita declaranda esse videtur ob juris axioma: pendente recursu ad Superiorem nihil esse innovandum.

Posthaec nihili facieuda sunt ea, quae relevat Archiepiscopus ad ostendendum nullius roboris habendam esse instantiam a patrono Toni ad hanc s. Congregationem transmissam post renunciationem sacerdotis Cifoletti. Posito enim, quod hujusmodi renunciatio consideretur in jure quoad patronum veluti nova capellaniae vacatio, Archiepiscopi observationes haud illius juribus praejudicare valent nec legitimam demonstrare capellaniae collationem ab ipso contra ss. canonum sanctiones peractam sicuti nec patrono obesse potest simoniae imputatio, quae probanda ad juris tramites esset, ut jure nominandi destituatur.

Hisce perpensis argumentis ab utraque parte allatis dirimere EE. VV. rogantur

D u b i u m :

An collatio capellaniae jure devoluto ab Archiepiscopo Spoletano peracta sustineatur in casu?

S. C. resp.: Dilata ad sequentem.*)

Die 24. Novb. 1860.

*) Vd. *t. II. p 703. III; 706. q.*

*) Vd. *p. 985.*

Continuatio.

Redit in hodiernis comitiis causa haec quae in postrema Congregatione proposita decisa ab EE. VV. fuit: *Dilata ad sequentem.*

Praestat autem heic paucis perstringere quae tam in facto quam in jure in anteacta propositione fusiori calamo exposita sunt. Vacavit capellania de qua agitur mense Julio anni 1856 ac Patronus Cajetanus Toni penes apostolicam Datariam supplicavit ut suspensa nominatione ejus redditus in suae familiae utilitatem converterentur. In irritum primis hisce precibus cessis iterum instituit, ut beneficium filio suo quinquenni conferretur. Sed nova haec petitio rejecta pariter fuit et ex mandato Sanctissimi injunctum sub die 12. Februarii 1857 Archiepiscopo, ut id ad notitiam patroni deduceretur »affichè dal giorno di tale denunzia o'inteuda decorrere il nuovo tempo al patrono a presentare altro idoneo soggetto.« Hujusce rescripti notificationem accepit Patronus die 16. Jan. 1857 qui die 2. insequentis mensis Martii ad capellaniam nominavit et praesentavit sacerdotem Viucentium Cifoletti: hic vero renunciationem edidit die 7. Junii 1857. Tunc patronus quin alteram perficeret nominationem novas preces penes s. hanc Congregationem exhibuit eodem mense Junio rogans ut dispeusatio pro assecutione capellaniae tribueretur alteri filio suo in duodecimo aetatis anno coustituto, quae preces ut inquit Archiepiscopus in sua relatione cum ven. Epistola 20. dicti mensis (quae tamen mihi non pervenit ante diem 4. successivi Augusti) remissae fuerunt pro informatione. Cum vero ex hac informatione innotuisset, Tonium jam antea ad apostolicam Datariam habuisse recursum, hinc ad illud tribunal preces remissae fuere sub die 24. Augusti 1857. Plures interea praeterlapsi sunt menses quousque succedente mense Januario 1858 Archiepiscopus censuit jus devolutum sibi fuisse ad capellaniae collationem, quam revera die 20. dicti mensis contulit et capellanum in possessionem immisit. Tunc demum apostolica Dataria, cui res innotuit, ultimis a Tonio oblatis precibus rescripsit die 2. Febr. 1858: »Attenta collatione jam sequuta utatur jure suo, quatenus et coram quo de jure«; in cujus rescripti sequelam Tonius ad s. hunc Ordinem contra Archiepiscopi collatiouem provocavit.

Jam vero ab exposita rerum historia deducitur primo: intra novum quadrimestris termiuum qui decurrere incepit a renunciatione praesentati scilicet a die 7. Junii 1857 juxta doctrinas in praeterito folio relatas, preces huic s. Congregationi patronum exhibuisse; deiude intra eumdem termiuum, nempe vertente insequente mense Augusto, Archiepiscopum easdem recepisse et requisitam dedisse informationem: tandem pendente adhuc in apostolica Dataria ad quam remissus fuerat recursu collatioui capellaniae per Archiepiscopum locum factum fuisse, quippe post collationem sequutam prodiit memoratum Datariae rescriptum diei 2. Febr. 1858.

Itaque cum collationem jure devoluto sanciverit Ordinarius quando nondum de postulatione rescriptum fuerat quidquam, urget proinde patrouus ejusdem collationis nullitatem ex ea recepta sententia »regulare esse, quod recursus ad principem impediat lapsum cujusque temporis a lege vel ab homine praefiniti« juxta *L. Cum anterioribus § si tamen C. de temp. appell., s. Rota in Hispalen. 23. Junii 1755 coram Crispolto n. 19., s. Congregatio in Assissien. 18. Sept. 1819 ad 1. dub., Constantin. ad Statutum Urbis adnot. 11. n. 253. 303.* Eo vel magis quod id acciderit postquam ex ss. Pontificis seu s. Congregationis mandato Antistes de sententia circa patroui preces interrogatus fuerat. Verum ex quo Pontifex uti superior se ingessit sicque manum apposuit non licet amplius inferiori se obtrudere, ceu monet *Pignatell. Consult. 68. n. 4. t. 4., s. Congregatio in Firmana 13. Julii 1795 § Parochia.* Quocirca nullitatis vitio inficitur quidquid interea gesserit Ordinarius etiamsi petitionem ignorasset, ceu ibid. prosequitur *Pignatell.* Ligatur appositione manus Pontificis manus Ordinarii etiam ignorantis, cum ipsa contineat in se inhibitionem ipsaque habeat vim decreti irritantis, ita ut mox acta per Judicem inferiorem sint omnino irrita. Nec secus *Menoch. cons. 83. n. 13., Lancellott. de attent. cap. 10. n. 7.*

Accedit ex decreto Concilii Lateranensis relato in *cap. Nulla de concess. praebendae* promulgatam fuisse devolutionis poenam contra negligentes, ut decernit Innocentius III. in *cap. Quia. 5. eod. tit.* propterea que quaelibet vel levis causa etiam probabilis patronos excusat et a poena devolutionis liberat ad monitum *s. Rotae Compostellana Beneficii super novis literis 14. Apr. 1752 § 2. coram Bussio, in Alatrina Beneficiorum 27. Junii 1796 n. 4. coram Caesarei.*

Hinc qui devolntum jus urget probare debet, patronum ex sola secordia nominationem omisisse ceu eadem s. Rota monet in *Palentina Canonicatus 11. Martii 1757 § 10. coram Canilliac.* Ad rem facere videretur resolutio s. Congregationis in s. Severini 7. Sept. 1836. Narrabatnr ibi, patronum quin intra quadrimestre tempus nominationem ad vacans beneficinm ederet, preces ss. Pontifici obtulisse ut sibi in administrationem illud conferretnr vel dispensaretur super aetatis defectu pro suo filio qui in pnerili adhuc aetate versabatur: transacto autem quadrimestri sollicitus fuit Patronus nt prorogationem temporis praefiniti ad praesentationem impetraret ab Episcopo ad qnindecim alios dies; qnibns nondnm elapsis Episcopus interea a secretaria Brevium ad qnam preces remissae fuerant rogatus de sententia fuit. Plures post menses, cum lateret snpplicis libelli exitus, patronus ab incepto desistens idoneum virum ad beneficium praesentavit sed quia Episcopns jure devoluto pancis ante diebns beneficium idem jam contnlerat excepta a Cnria non fuit Patroni praesentatio.

Duo igitur disputata fuere dubia:

I. *An collatio Capellaniae Coscio facta ab Episcopo favore Clerici Salvatori valida sit in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An nominatio Canonici Laurentii Paladini a patrono edita substineatur in casu?*

S. Congregatio censnit respondendnm

Ad 1: Negative attentis pecnliaribns circumstantiis.

Ad 2: Affirmative.

Nihilominns erit EE. VV. perpendere utrum inhibitionis in themate effectum praepedire valnerit circumstantia illa, quod nimirum jam semel ac iterum patroni preces rejectae fuerant, nt adeo facile sibi persuaderet Archiepiscopus renovatam petitionem non plane diversnm habuisse vel habituram fuisse exitnm; praesertim quia licet non parum temporis decursum fuisset a die exhibitae petitionis, nnnquam tamen probitium Rescriptum patronns exhibuerat. Gravis igitur urgebat ratio ut Antistes ad collationem deveniret ne diutius beneficium suo rectore in ecclesiae detrimentum careret.

Sed observandnm ex alia parte venit postremas preces a patrono datas non omnino similes fuisse illis quas prima ac secunda vice obtulerat, qnippe in spem fortasse venerat fore, nt dispensatio filio suo decimnm annnm agenti facilins tribueretur, quae alteri filio quinqnenni fuerat denegata. Ceterum non est inferioris jndicinm snperioris praevenire, qui quidem rerum mutatis adjnnctis aliter ac antea de oblatis precibus sentire ac decernere potest.

Resumpto itaque anteactae propositionis folio rogantur EE. VV. definire

D u b i u m:

An collatio Capellaniae jure devoluto ab Archiepiscopo Spoletano peracta sustineatur in casu?

S. C. resp.:

Negative.

Die 22. Decb. 1860.

2) Ad Capitulnm.

Firmana.

In paroeciali ecclesia Montis Viridis Firmanae dioeceseos institutum extat simplex ecclesiasticnm beneficium a Livis Liberatore et Vitale nomen habens cujus jnspatronatus ad nobilem Firmanam familiam e comitibus Porti, jus antem canonicae institutionis ad Capitulum metropolitanum pertinet. S. m. Pius VII. apostolicis literis diei 22. Jannarii 1822 hnjusmodi beneficium in administrationem adimpletis oneribus concessit ejns tunc temporis patronis Xaverio, Josepho, Alderano, Julio et Alexandro fratribus Porti, qnousque filius ex iis beneficio capessendo idoneus non extitisset. Ceteris absque prole defunctis 3 filiae adnatae snnt Julio nimirum Elisabeth nuptui tradita Antonio Salvini, Julia matrimonio juncta cnm Carolo Ribighino et Aloysia adhnc innnpta, omnes nnnc sospites; nnicam antem filiam habuit Alexander Mariam scilicet, quae pariter sospes est ac sub tutela matris Comitissae Christianae Bonandrini manet et in qnam ob actum universalis donationis inter vivos, diserte etiam comprehensis juribus patronatns favore ejus Patris Alexandri a singulis fratribns Porti 1825 peracta omnia bona ac jura familiae Porti translata snnt. Nemini itaque ab indultariis idoneo extante Julins, ultimus ex fratribus Porti snperstes titulo administrationis beneficium retinuit usque ad diem 3. Martii 1852, qua die per ejus obitum vacavit.

Octo post menses a vacatione mense scilicet Novembris 1852 supplicem dedit libellnm sacratissimo Principi Comitissa Bonandrini tutorio nomine filiae suae Mariae in quo excusationem a devolutione juris nominandi ob elapsum quadrimestre praetexens, eo quod tempore vacationis Florentiae moraretur, postulabat, nt suspensa nominatione beneficii administratio eidem filiae suae ad instar praecedentis indulti concederetur. Alterum supplicem libellum mense Februario 1853 obtulit Capitnlum metropolitanum sibique jns nominandi pro hac vice devolutum asserens ob neglectam intra ntile tempus nominationem ejnsdem beneficii administrationem pariter exposcebat ad annos quindecim, ut ex ejus redditibus qui oneribus adimpletis snperessent consulere posset splendori ecclesiae qnae nomen habet a s. Maria ad mare et sub regimine manet ejusdem Capituli. Denique insequenti mense Martio ejusdem anni accessere preces sororum Elisabeth, Juliae et Aloysiae Porti quae patronali qualitate innixae, quam quidem una cum ceteris juribns in donatione ab Julio earum patre alienatis judicio jamdin institnto sibi vindicandam assumpserunt, necnon rei familiaris angustias causatae idem indultum quo earum pater ad mortem usqne gavisns est, sui favore prorogari postularunt.*)

Super hisce supplicibus libellis rogatus Emus Archiepiscopus informationem ac votum, anditis partibus contendentibus, retnlit: Beneficium de quo agitur redditus habere scnt. centum et amplius dempto etiam onere unius missae in qnalibet hebdomada. Donationem a Julio peractam quamvis in judiciali modo controversia versetnr, hactenus tamen firmam manere, quin imo et jndices apnd qnos causa dicitur de firmitate ejus bene opinatos fuisse. Quidquid vero sit de jnre patronatus oratricnm, cum illud tempore ntili ipsae non exercuerint, dubitari non posse, quin nominandi facultas pro hac vice metropolitano Capitnlo devoluta sit. Quoad imploratam ab eodem Capitulo gratiam id unum monendnm censet; nullnm ex ea praejudicium oratricibus inferri, qnamvis ad annos quindecim prorogetur, cnm Maria Porti adhuc sit innnpta et filiae Julii, quarum dnae matrimonio jnnctae snnt, prole masculina inpraesentiarum careant. Capitulum itaqne oratricum precibus adversari; ita filias Julii refragari petitioni tam Capituli quam Mariae Porti. Hanc vero contradicat hactenns votis filiarum Julii quoad Capituli tamen petitionem snam mutasse sententiam; quippe ei assentitur ea sub conditione, ut elapsis quindecim annis administratio beneficii sibi suisque descendentibus in infinitum concedatur.

Hanc porro petitionem novis datis apud acta precibus confirmavit oratrix illud praeterea rogans, ut si appositae conditioni inhaerendum non judicaverit s. Congregatio liceat sibi Capituli precibus rejectis nominationis jure uti.

Comitissa Maria Porti sive ejns mater Comitissa Bonandrinis cujus alternativa petitio est vel habendi scilicet administrationem beneficii quindennio elapso vel nominationis jure utendi praetensam devolutionem pluribus rationum momentis excludere connitur. Perpendit etenim devolutionem juris nominandi quae a ss. canonibus infligitur patronis si intra quadrimestre non nominaverint poenam esse eorum negligentiae impositam. Nam ex decreto Concilii Lateranensis relato *in cap.: Nulla de concess. praeb.* promulgata fuit devolutionis poena contra negligentes, nt decernit *Innocentius III. in cap. Quia § 5. eod. tit.* Quamobrem quamlibet vel levem causam etiam improbabilem patronos excusare et a poena devolutionis exsolvere, ut tradit s. Rota *in Compostellana Beneficii super novis literis 14. Apr. 1752. § 1. coram Bussio* et in *Alatrina Beneficiorum 27. Junii 1796. § 4. coram Caesarei;* et ei qui nrget jus devolutum onns inesse ostendendi patronum ex sola secordia nominationem omisisse, ceu monet eadem s. Rota *in Palentina Canonicatus 11. Martii 1757. § 10. coram Canilliac* et s. Congregatio *in Mantuana 24. Febr. 1720.* Atqui nedum id non probari ex adverso sed imo constare potius de adhibita diligentia statim ac vacationis notitia ad ejus aures peregre commorantis pervenit, nt cognito antea rei statu perquisitisque opportunis informationibus quid consilii capiendum esset probe edoceretur. Loci autem distantiam minime vero oratricis desidiam causam fuisse cur tamdin tempus duceretur antequam omnia scitu necessaria negotio rite absolvendo suppeterent.

Sed praeterea ex hac loci distantia in qua ipsa versabatur cum beneficium vacavit alteram excnsationis causam desumit oratrix, ex qua nimirum factum sit ut serius notitiam vacationis habuerit; quocirca hand ipsi

*) Vd. *t. II. p. 917. II; 922. c.*

obesse quadrimestris lapsum, quod quidem non a die vacationis sed a die habitae scientiae quoad patronos decnrrere incipit, ceu in jure tralatitium est. Ignoranti enim imputari nequit defectus adimplementi, cum ignorans non dicatur contemnere vel negligere aut non adimplere ex textu *in Leg.: Ex maleficiis § longius ff. de action. et oblig. Leg. 1. Si ignorans ff. de locat., cap. Quia diversitatem de concess. praeb.* Quandoquidem vero ignorantia non solum praesumatur nisi probetur scientia; *cap. Praesentia de probat. et in leg. 3. ff. eod. tit.*, verum probabilissima ob exposita rerum adjuncta reddatur in casu, plane contrariae probationis onus in adversarios pariter refundi necesse est. Perperam autem scientiae probationem eos arguere ex quo in vim donationis anni 1825 redditibus beneficii ipsamet frueretur annuaeque praestationis obligatione erga Julium beneficii titularem teneretur unde ejus obitus tamdiu ignara esse nequiret. Nam observat, cnm patrimonii sui gestionem absentiae tempore procuratori commisisset facile praesumendum est eam per aliquot menses in ignoratione rerum versatam fuisse quae ad patrimonii administrationem pertinerent atque in dies contingere potuissent.

Sed nbi *facti* ignorantia excludi vellet *juris* saltem ignorantiam sibi suffragari contendit ne in poenam devolutionis incidat. Ignorantiam enim juris mulierem excusare cum agitur de damno vitando ac amittendo jure quaesito, nti in casu docet textus *in leg. fin. Cod. de juris et facti ignorantia*, Reiff. *ad Reg. 13. in 6., Sperelli decis. 91. n. 83.* In quacumque demum dubietate patrono favendum et contra devolutionis poenam, uti de re odiosa judicandum esse.

Quae cum ita sint vel devolntionem locum non habere concludit vel ob peculiaria rerum adjuncta sanationem concedi oportere, ut ad beneficiati nominationem deveniat, quae in similibus casibns denegari non solet juxta monitum s. Congregationis *in Nepesina Jurispatronatus et reductionis 19. Julii 1806. § Sin vero*, quod demum ea ratione expostnlat oratrix, quatenus in beneficii administratione Capitulo substitui nolit. De filiabus autem Julii rationem habendam non esse censet, cum in implicito validitatis statn donatione manente jus nullum ad patronatum jactare qneant.

Aliter tamen istae edisserunt nimirum praetensam jnspatronatns donationem, quae sub judice manet, quamvis perspicuum earum favore patronatus titulum inpraesentiarum nequeat constituere attamen non ita eas extraneas facere a praesenti quaestione, ut in dubio saltem cum dubius sit exitus litis non liceat ipsis beneficii controversi administrationem exposcere. Ad devolutionem autem quod attinet praeter recensita momenta rationum et illud eisdem favere addunt, quod juspatronatus etiam existentiam in sua familia penitus ignoraverint. Utcumque vero se res habeat denegari non posse quin ad patronorum familiam pertineant, uti manifestum pariter est ipsas in misera relative saltem conditione versari, cum illarum patrimonium collective sumptum vim scut. 7000 non excedat (de earum paupertate nihil edixit Emus Archiepiscopus). Sane patronis vel patronorum consanguineis indigentibus suppetias ex canonica aequitate ferre solet s. Congregatio vel decreta suspensione onerum vel beneficii administratione concessa, prout rerum suadent circumstantiae, uti *in Segovien. Capellaniae 17. Nov. 1731, in Camerinen. 12. Febr. 1803* et in *Sabinen. Suspensionis nominationis 22. Junii 1805.* Accedere etiam domestica hujusmodi indultorum exempla, qnorum duo recentiora commemorant alterum diei 18. Aprilis 1815 favore Comitis Vincentii Porti alterum 1822 de quo superius mentio facta est.

Qua quidem in re praeferendus sese contendunt tam Mariae Porti quam Capitulo metropolitano; illi siquidem cum diviti admodum censu potiatur; huic autem sive quia nullo legitimo ad gratiam consequendam titulo fulcitur, cum non patronatu super eodem beneficio potiatnr sed jus tantum nominandi ob devolutionem eidem competeret, quod quidem jus devolutione admissa unice exercere deberet; sive quia ejus votis patronae adversantur, quibus ex tam diuturna beneficii administratione a Capitnlo retenta praejudicium inferretur praesertim ubi tractu temporis aliquis ex eorum descendentia idonens extaret.

Capitulum metropolitanum innixum jure quo fruitur canonicam concedendi institutionem in beneficio de quo agitur devolntionem primo sibi vindicat juris nominandi in hac vacatione ex eo, quod intra quadrimestre spatium patronis laicis concessum nominatio beneficiati neglecta fuerit. Compertissimum enim in jure est negligentibus patronis nominationem ac praesentationem edere intra

utile tempus jus nominandi ad eum devolvi cui canonicae institutionis jus inest. Porro quamvis a poena devolutionis excusentur patroni, siquidem beneficii vacationem ignoraverint, id tamen suffragari non posse in casu nec filiabus Julii etsi uti patronae haberi velint, quippe quae profecto haud ignorarunt patris mortem quae spectantibus ipsis contigit, nec Mariae Porti filiae Comitis Alexandri nisi supponatnr eam ignorasse vel jurispatronatus existentiam in familia Porti *vel* Julii funus.

Atqui neutrum consistere, non primum sive quia redditibus beneficii Comitissa ipsa in vim donationis frueretur sive quia in correspectivitatem donationis in qua redditus etiam beneficii comprehensi fuerant annua sexcentum scutorum praestatio ab eadem Comitissa Julio rependeretur sive demum quia ipsamet curante onera beneficio inhaerentia adimplerentur juxta ea quae ad rem habet *Fargna de jurepatr. part. 3. can. unic. cas. 1. n. 25. et 29*, non alterum, cum inverosimile omnino sit obitus patrui nuntium ad ipsam missum continuo non fuisse, ceu nobiles praesertim inter familias officii gratia factitari solet. Porro hac in materia sufficere scientiam verosimilem et tempus currere nedum a die quo probatur patronum vere et certo scivisse sed ex die quo potuit id vero similiter scire, auctoritate s. Rotae docet *Lott. de re benef. lib. 2. quaest. 24. n. 12. et seqq.*

Sed de Julii funere certiorem factam fuisse Comitissam insubito ut accidit saltem non multo post (semper tamen eo tempore a quo quatuor menses et amplins lapsi sunt antequam petitionem suam exhiberet) ex memorata obligatione annuae praestationis qua ipsa erga Julium tenebatur arguit Capitulum. Cautum enim in donationis instrumento fuerat hujusmodi solutionem faciendam esse »*in rate quadrimestrali anticipate a contare dal primo Genajo*«, qnoniam vero conventum fuerat praestationem deberi Julio *vita ejus naturali durante*, ita plane improbabile omnino deprehendit, ut adveniente prima die mensis Maji 1852 in qua altera praestationis quota solvenda erat vel ab ipso procuratore certior non fuerit de Julii funere. Ceterum scientiam vacationis beneficii ad devolutionis effectum satis evinci in patrono ex praesumptionibus et conjecturis judicis arbitrio perpendendis nec plenis ac directis opus esse probationibus tradit *Fargna cit. op. part. 3. can. unic. cas. 1. n. 23.*

Perperam autem negligentiam, quae juris nominandi omissionem secumfert, potiusquam patronae seu Mariae Porti ejus matri Comitissae Bonandrini attribui; ceu enim ad rem observant *Card. de Luca de jurepatr. disc. 64.* et *Fargna cit. loc. cas. 2. n. 5.*: »non est novum, quod aliquis pro facto alterius etiam sine culpa puniatur. Et Tutor, curator aut alius administrator rerum patroni infantis, pupilli aut amentis si habeat scientiam vacationis beneficii et non praesentet in tempore ista scientia praejudicat et lapsum termini inducit etiamsi infans aut pupillus aut amens non sit in culpa.

Nequidquam pariter patronae negligentiam excusari sub praetextu quod de femina agatur, cui ideo licitum sit ignorare jus. Nullam enim patronos masculos inter ac feminas distinctionem faciunt jura ss. canonum cum in cap. *Quoniam in quibusdam 3.* et *in cap. Cum propter discordias 27. de jurepatr.* devolutionis poenam in negligentes patronos decernunt. Accedit hujusmodi dispositionem publicam pertinere utilitatem ne scilicet beneficia diu maneant in suspenso, ceu monet *Lotter. de benef. lib. 2. quaest. 24. in princ.*, cujus ideo ratio in patrono masculo perinde ac in femina viget. Eo vel magis quod nullus fere momenti damnum est quod patrono irrogatur ex temporanea juris nominandi amissione, dum juspatronatus eidem sartum tectumque manet veluti in casu de pupillo perpendit *Card. de Luca cit. disc. 64. n. 2. de jurepatr.*

Denique etsi privilegium hujusmodi feminis a jure concessum extendi vellet ad legem quadrimestris eo tamen uti in praesentiarum non posse patronam Porti urget Capitulum, quippe quae cum primum beneficii vacationem novit omnino ea neglexit, cnm potuisset inquirere quae agenda sibi essent in casu, uti ex notissimo juris principio tradunt *Gothofred. ad Leg. 9. ff. de jur. et facti ignor. n. 21.*, Brunnemannus *ibid. n. 9.*

Cum itaque Capitulo devolutum sit pro hac vice jus nominandi ad vacans beneficium plane aequissimam snmmaque commendatione dignam ejus videri petitionem, ut suspensa nimirum nominatione adimpletisque oneribns beneficii ejus redditus in manutentione ad quindecim annos erogentur celebratissimae ecclesiae s. Mariae ad mare cujus regimen et

administratio Capitulo ipsi concredita est. Agitur profecto de ecclesia de qua testatur curia episcopalis: »*in causa di deperimento di parecchi capitali censi avvenuto nel tempo del regno italico, ed in causa dell' aumentata mercede e prezzo di ogni genere di cose, e di servigi, non ha tanto oggi di rendita quanto basti a sostenere i di lei bisogni ordinari; e per supplire all' accenato difetto di rendita è stata costretta di contrarre debito, e profittare di qualche suo capitale colle debite licenze, palliativo, e non rimedio a suoi disesti.*« Nemini autem ex petita gratia detrimentum inferri, non filiabus Julii quae juspatronatus frustra jactant quod illarum pater una cum ceteris bonis ac juribus in donatione alienavit non Mariae Porti, quae unica licet patrona sit attamen negligentiae suae causa jus nominandi pro hac vice amisit, non demum beneficii fundatori, cum licet suspensa nominatione onera tamen missarum Capituli ipsius cura religiose adimplerentur. Porro hisce concurrentibus extremis in more habet s. Congregatio beneficiorum administrationem concedere et aliquando etiam onera missarum suspendenda censuit, ut illorum redditibus alicui ecclesiae vel reparationibus vel sacra suppellectili indigenti occurreretur ceu *in Civitatis Castelli Suspensionis onerum 7. Maji 1817* et in *Lisbonen. Applicationis 28. Decb. 1791.*

Proponuntur itaque dubia:

I. *An constet de devolutione juris nominandi favore Capituli in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo annuendum sit precibus ejusdem Capituli in casu?*

Seu potius

III. *An et quomodo sit annuendum precibus sive Comitissae Bonandrini sive sororum Porti in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II. et III.: Negative in omnibus.

Die 22. Decb. 1855.

3) Causae.

Vd. p. 1036. n. 2.

Devolutionis poenam culpam supponere et negligentiam inexcusabilem patroni ad quam unice compescendam effugiendamque a ss. canonibus introducta est, *Gonzal. ad regul. 8. cancell. n. 5.*, *Fargna de jure ap. 3. n. 12.*, *Rosa de exec. liter. apostol. t. 2. addit. ad part. 1. cap. 7. n. 189. et 204.*, *Rota decis. 134. sub n. 14. coram Cerro*; hinc unum quodque non improbabile impedimentum jura patroni praeservat a devolutione ad Superiorem ut ait s. Congregatio in *Mantuana 24. Febr. 1720.* § *5.*, *Vivian. de jurep. par. 2. l. 7. c. 2. n. 7.*, *Castropal. oper. moral. t. 2. tract. 13. de benef. disp. 2. punct. 5. a n. 3. ad n. 6.*

Cum agatur de provisione pro *devolutio* in quacumque dubietate judicandum est pro patrono, quia devolutio a jure tamquam poena inflicta est negligentiae patroni. Nam ex decreto Concilii Lateranensis relati *in cap. Nulla de concess. praebendae* promulgata fuit devolutionis poena contra negligentes, ut decernit *Innocentius III. in cap. Quia 5. eod. tit.*, proptereaque quaelibet vel levis causa etiam improbabilis patronos excusat et a poena devolutionis liberat, ut tradit *Rota in Compostellana Beneficii super novis literis 14. Apr. 1752.* § *2. cor. Bussio* et in *Alatrina Beneficiorum 27. Junii 1796.* § *4. cor. Cesarei.* Quocirca qui urget jus devolutum ostendere debet patronum ex sola secordia nominationem omisisse ad tradita per *Rotam in Paleutina Canonicatus 11. Martii 1757.* § *10. cor. Canilliac.* et s. Congregatio *in Mantuana 24. Febr. 1720.*

4) Ad Episcopum.

Vd. *t. II. p. 415. Hortana*; 706. m; supra *p. 1029. n. 1; p. 1041. n. 7.*

Fanen.

Nominationis jus quod ad Capitulum olim spectabat Capitulo extincto ad Episcopum devolutum fuit eadem ratione quae defecto certo genere personarum cui beneficii nominatio fuerat relicta libera ejus collatio devolvitur ad Episcopum Dioecesanum juxta communem Doctorum sententiam inter quos *Barbosa jus eccles. cap. 12. n. 154.*, *Pirhing. lib. 3. Decret. tit. 78. n. 138.*, *Reiffenst. Jus canon. lib. 3. de jurep. n. 125.*

Die 10. Sept. 1835.

Albinganen.

Sacerdotis Vivaldi Defensor contendit elapsum fuisse quadrimestrem dissidentibus Patronis, quo in casu jubent s. Canones, ut Episcopus jure devolutionis beneficium conferat, *cap. unic.* § *Verum de jure patron. in 6.*, *Ancharan. super 6. Decr. cap. eod. n. 5.*, *Garzias de his ad quos spect. provis. part. 5. cap. 9. n. 209.*, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quaest. 6. n. 22.*, *Card. de Luca disc. 64. n. 3. de jure Patron.*, *Vivian. juris patr. par. 2. lib. 7. cap. 1. n. 2.*, *Rota in recent. decis. 25. n. 4. decis. 30. n. 6. part. 12.* Quae vim eo magis habent in beneficio residentiali.

Si vero quis nominatus fuerit a minori parte cum haec non sit electio jus devolvitur ad superiorem, *Passerin. de Elect. cap. 13. n. 40. et seq.*, *Pignattel. Consult. 34. n. 13. et seq. t. 8.* quod de Patronis speciatim tradunt *Piton. loc. cit. discept. 156. n. 24.*, *Rota in decis. 16. num. 1. coram Falconer. de jurepatr.*, quae definiit: *subsistente etiam nullitate praestationis a patronis facta . . . . illis competere novum terminum ad denuo praesentandum, qui illis vertere incipit a die dumtaxat declaratae et acceptatae nullitatis primae praesentationis.*

Die 19. Sept. 1878.

Albinganen.

Lege cautum est, ut elapso quadrimestri ubi per patronorum culpam et negligentiam nemo ad beneficium praesentatus fuerit nominandi jus ad Ordinarium illico devolvatur, *cap. unic.* § *Verum de jurepatr. in 6.*, *Card. de Luca disc. 64. num. 3. de jurepatr.*

Die 20. Mart. 1830.

Ad legitimam nominationem et ad impediendam devolutionem haud sufficere simplicem nominationem sed insuper requiri ejusdem praesentationem Episcopo faciendam, antequam quadrimestris terminus elabatur, *Piton. de controv. patron. alleg. 78. n. 2.* et *Lotter. de re beneficiaria lib. 7. quaest 6. n. 33. (Ibid.)*

Devolutio ex absoluta tantummodo et omnimoda patronorum negligentia et culpa derivat ubi omnis defuerit intra quadrimestris limites nominatio et praesentatio *ad text. in cap. 5. de concess. praebend. Piton. discept. eccles. 156. n. 22. (Ibid.)*

5) Jus quod tradit Episcopo.

Albinganen.

Devolutio omnia secum fert onera et qualitates, quae sive ex lege fundationis sive ex legitima consuetudine inhaerent juripatronatus nec aliud quidpiam nisi nominandi facultatem in Episcopum traducit, *Lotter. de re benef. lib. 4. quaest. 24. n. 61.*, *Monacel. formul. legal. tit. 2. n. 13.*

Die 20. Mart. 1830.

6) Jus devolutionis differt a jure reservationis.

Vd. p. 1045. I. etc.

7) Poena est.

Vd. p. 1029. n. 1; 1036. n. 2; 1045. I. etc.

Devolutio est poena secordiae Patronorum, ut docuit *Rota in Postanien. Canonicatus 10. Maji 1748* § *10. cor. Molino* et *in Faventina Canonicatus 28. Novbr. 1757* § *15. coram Olivatio.*

Die 12. Maji 1804.

Nepesina.

Devolutio juris nominandi quae a ss. canonibus infligitur Patronis si intra quadrimestre non nominaverint poena est eorum negligentiae imposita, ut docent *Piton. de controv. Patron. allegat. 12. n. 6.* Ubi igitur abest negligentia Patroni, profecto vel devolutio locum non habet vel saltem ei concedenda est sanatio, si nominationem facere omisit.

Die 19. Julii 1806.

Albinganen.

In poenam negligentiae datur devolutio *ex cap. 5. de Concess. Piton. discept. eccl. 156. n. 22.*

Die 19. Septbr. 1818.

Devolutionis legem contra negligentes promulgatam fuisse testatur Innocentius III. Pontifex cap. Quin. de concessis praebendis ideoque causam quamlibet vel levem, imo et improbabilem patronos excusare et a poena devolutionis liberare palam est, *s. C. C. Camerinen. 17. Febr. 1816* § *Cum agatur*, *Rota Compostellana 14. Apr. 1652* § *2. coram Bussio*, *Alatrina 27. Jun. 1796* § *4. coram Caesarei.*

8) Ad Sedem apostol.

In quodam oppido dioecesis N. extat unica ecclesia parochialis 24000 animarum, quae die 31. Decb. 1847 vacavit. Mens erat Episcopi eidem paroeciae providendi non Archipresbytero titulari sed rectore amovibili ad nutum eo quod se ipsum existimaret parochum esse totius dioecesis:*) contradicebat communitas exhibitis Bullis institutionis plurium Archipresbyterorum, quibus tanquam titularibus collata fuerat paroecia.

*) Vd. *p. 865. n. 11.*

Cum tamen anni pertransirent nec Episcopus a proposito dimoveretur communitas litem movit apud laicum tribunal (quod in jure est absonum) juxta morem regionis illius: et sententia lata est 1853, qua dicta paroecia declarata est verum parochiale beneficium per concursum conferendum. Cum autem in hac controversia etiam alia mota esset, qua communitatis syndacus contendebat paroeciam esse jurispatronatus communitatis ejusdem, priori controversia resoluta syndacus quievit alterique quaestioni a se motae nuncium misit.

Verum Episcopus ab indicendo concursu alios 5 annos abstinuit uno alteroque oeconomo curato succedente. Tandem 1859 edictum pro concursu*) ad paroeciam publicatum est in quo praefixo termino 15 dierum ad proferenda requisita sibi Episcopus reservabat indicendum diem examinis. Interim illius loci clerus existimabat ob decursum 12 annorum spatium jus omne Episcopi cessasse et ad s. Sedem devolutum fuisse. Unus tamen extitit Titius sacerdos, qui nomen suum hoc dierum spatio curiae dedit, qui solus ad concursum deinde admissus adprobationem pro Archipresbyteratu retulit. Nonnulla intervenerunt hoc tempore, quae videntur obscurare ulterius rationem agendi Episcopi. Namque concursu nondum habito alter sacerdos coram Episcopo se stitisse affirmabatur, ut ad examen admitteretur, qui rejectus est.

Audita ejusmodi adprobatione a clero et populo excitati sunt clamores; ac 30 presbyteri supplici libello subscribentes ab Episcopo petierunt ut maturius saltem procederet et inquireret vel per se vel per alium ante paroeciae collationem in crimina pravosque candidati mores. Cui et alter adjectus est libellus ejusdem indolis nomine plurium oppidi.

Cum antem Episcopus hisce reclamationibus non moveretur clerus institit penes Archiepiscopum, qui rem deferendam esse dixit ad s. Sedem. Precibus itaque ad s. Sedem missis s. Congreg. Conc. rescripsit tum Episcopo, qui referret de causis retardatae collationis forma habiti concursus necnon aetate, moribus, scientia ac idoneitate provisi; tum Archiepiscopo pro informatione et voto et ut referret de antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus collationem enunciatae paroeciae ac praesertim de sacerdotis Titii moribus, scientia ac idoneitate ad animarum regimen.

Episcopus respondens paucis se expediebat verbis dicens se monia ad ss. canonum normam peregisse. Interim literas collationis paroeciae omnium admiratione Titio dedit, qui in beneficii parochialis possessionem immissus est.

Post haec Archiepiscopi informatio advenit; interim Episcopus mortuus est. Ultro citroque novae literae habitae tum Archiepiscopi tum Vicarii generalis referebant de moribus Titii minime laudandis, qui quamvis doctrina sufficienter instructus non tamen idoneitate praestabat, quae ad animarum regimen requiritur, qui insuper eo ipso tempore gravis calumniae reus et falsarum attestationum auctor ad laica tribunalia tractus dicebatur.*) Ad concursum vero quod attinet tres praesertim defectus adnotabantur:

1. quod in edicto concursus dies praecise examinis indicta non fuerit nec postea clero patefacta licet in ipso edicto promissa fuerit diei examinis determinatio;

2. quod examinatores prosynodales**) constituti fuerint cum assensu quidem Canonicorum eo die in ecclesia cathedrali divinis officiis vacantium, quin tamen essent capitulariter congregati;

3. quod in actis concursus duae tantum repertae fuerint attestationes oeconomi curati, quibus mores Titii commendabantur.

Titius ex mandato s. C. pluries excitatus ut jura sua deduceret is praeter nonnullas literas in quibus de suae electionis validitate ambigendum non esse ajebat aliasque non paucas quibus declarabat contradictionem omnem in ipsum derivare ab aemulatione suorum inimicorum nihil aliud deduxit. Potissimum vero conquerebatur de Vicario capitulari cujus adnotabat familiaritatem cum altero ex suis adversariis.

*) Vd. *t. IV. p. 254. IX.*

*) Haec veniebant in iis regionibus in quibus gubernia licet catholica haberentur tamen considerare s. Sedem videbantur non uti matrem sed uti suspectam novercam, ac impediebant praetextu legis regni, regio placet, regio exsequatur liberam ejusdem jurisdictionem.

**) Vd. *t. IV. p. 280. XXVI.*

Quoniam Titius sese non defendebat, ex officio favore ejusdem sequentia dicebantur. Episcopus non videbatur amisisse jus conferendi paroeciam quamvis longum temporis spatium elapsum fuerit a paroecia vacatione; namque impeditus eo temporis spatio Episcopus fuit ob judicia quae ferenda erant super jure parochialitatis et patronatus: porro legitime impedito tempora non currunt, ut communiter tradunt auctores. Quamvis autem quaestioni jurispatronatus nuncium missum fuisse dicatur attamen ex regali decreto expedienda erat sententia; qua sententia lata Episcopus rite sequiori mense concursum indixit.

Vitia insuper concursus quae adnotata sunt videbantur respicere formam dumtaxat accidentalem non vero substantialem.

Odium praeterea et aversio populi injusta comprobabatur: nam si Episcopus aliquid Titii moribus obesse intellexisset post populi reclamationes certe nec literas collationis paroeciae expedivisset neque Titium in beneficii possessionem immitti passus esset. Quod si postea populus et clerus insurrexit, mirum non esse videbatur, tum quia Titius scandala compescere debebat, tum quia clerus facile invidia movebatur, quod juvenis ecclesiasticus qualis erat Titius dignitatem in propria cleri ecclesia obtinuisset.

Clerus ut sua jura tueretur causidicum in Urbe constituit. Defensor initio ajebat, si ad formam in ejusmodi concursu servandam quis respiciat, sacros Canones pessumdatos fuisse facile percipi. Praescribitur enim in literis encyclicis Clementis XI. *diei 10. Jan. 1721**) quod in edicto quo clerus ad concursum invitatur apponi debeat dies certa examinis; haec diei determinatio facta non est, qnamvis fuerit promissa. Cancellarius ex constitutione Benedicti XIV. *Cum illud § 16. n. 3.*,**) eveniente die concursus requisita tempore utili exhibita summatim redigere et tradere Episcopo et examinatoribus debet: neque id factum est. Vult constitutio s. Pii V. *In conferendis*,***) quod si transacto tempore edicti concursus nondum sit habitus et aliquis legitimo impedimento detentus deinceps compareat et adscribi velit rejici non possit. Comparuit autem alius sacerdos, qui examine nondum habito rejectus est, quamvis antea fuisset impeditus.

Jubet Tridentinum *sess. 24. c. 18. de reform.* concursum fieri coram 3 examinatoribus synodalibus,*) idest electis in synodo: ejusmodi autem non fuerunt examinatores de quibus agimus. Quod si possunt alii loco examinatorum synodalium deputari cum assensu Capituli vigore facultatis, quae conceditur a s. C. C. ad annum duratura, praeterquamquod de hac impertita dubitabatur, defuit Capituli consensus collegialiter congregati. Jubet denique dicta constitutio *Cum illud* examinatores in judicio ferendo solertiam adhibere in perscrutandis qualitatibus regimini animarum consentaneis nempe suorum honestate, gravitate, prudentia etc. Porro examinatores duo tantum conspexere documenta oeconomi curati, quae fidem faciebant de bonis Titii moribus; quae tamen si bene perlegissent atque contulissent cum scriptis Titii ab uno eodemque Titio utraque conscripta esse agnovissent. Haec enim testimonia de morum honestate a Titio exorata fraude deceptus subscripserat oeconomus curatus.

Porro hos omnes defectus secumferre concursus nullitatem contendebat defensor; non enim ad formam accidentalem sed omnes ad formam concursus substantialem pertinere inquiebat; nempe ad formam praescriptam sub clausula irritante. Haec enim leguntur in constitutione citata s. Pii V., ad quam constitutionem caeterae sese referunt: »Volentes quantum cum Deo possumus . . . futuris periculis occurrere . . . auctoritate apostolica tenore praesentium omnes et singulas collationes, provisiones, institutiones parochialium ecclesiarum ab eisdem Episcopis et Archiepiscopis ac quibusvis aliis collatoribus . . . praeter et contra formam a Concilio Trid. praesertim in examine per concursum faciendo praescriptam, factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas ac nullius roboris vel momenti fore et esse nullumque provisis jus ant titulum etiam coloratum possidendi praebere et parochiales ecclesias hujusmodi et prins ante collationes hujusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus ac declaramus.«

Nominatim autem ad exclusionem alterius sacerdotis, qui concursu nondum habito sese stitit coram Episcopo ac rejectus est, obser-

*) Vd. *t. IV. p. 303. XXXII.*
**) Vd. *t. I. p. 608.*
***) Vd. *t. I. p. 425.*

*) Vd. *t. IV. p. 280. XXVII.*

vabat ejusmodi repulsam secumferre concursus nullitatem, qnamvis ille qui fuit expulsus non reclamaverit; *Ferraris, Biblioth. can.* verb.: *Concursus n. 9., s. Rota in Monopolitana Praebendae theologalis 25. Junii 1756 coram Stadion §§ 7. et 8.*

At vero maxime insistebat defensor in vindicanda paroeciae collatione s. Sedi ob jus reservationis vel devolutionis ex temporis lapsu. Nam parochiali vacanti providendum est intra semestre a die vacationis, quo tempore elapso collatio reservata est s. Sedi, qnemadmodum statuitur in allegata s. Pii V. constitntione in qua legitnr: »*Insuper reservamus.**)

Porro in praesenti casu non quidem 6 menses sed circiter 12 anni praeterlapsi erant, cnm gravi detrimento divini cultus. Nec obstabat jactatum impedimentum quo illi qui legitime est impeditns tempus non currere dicitur: in praesenti enim casu ejusmodi principium locum habere non poterat. Caeteris enim omissis cnm de jnre devolntionis agitur notum est in quod statutum reperitur, in *cap. Si vero de jurepatronat.* et in *cap. Cum propter eod. tit.* Qnare s. Rota in *Senogallien. Archipresbyteratus 22. Martii 1761 coram Olivatio § 11.* haec docet: »Utcumque longius lis progressa fuisset, cum tamen in controversiam adduxerit modnm exercendi jurispatronatus activi, quin ulla interim acciderit praesentatio, donec justae legitimaeque induciae praeterfluxerint, non patuit ideirco intercipere devolutionem ejusque poenam arcere. Aliud enim est quando facta praesentatione intra moram tempusqne concessum lis oriatur inter praesentatos uter utri praeferatur: alind qnando emerserit quaestio in jure nominandi quod alter alteri stndet anferre. Primo casu ob jus quaesitum praesentatis et ex munere, quo patroni semel functi sunt licet iidem praesentati vicissim de praelatione contendant adhuc locum non habet devolutio. At contra est secundo casu, qnia quod otii praesentationi datur, idem datur liti patronos inter snper jurepatronatus absolvendae, sic ut, otio sine nominatione consumpto, pertineat ad Ordinarium collatorem beneficio cavere illudqne jure devoluto conferre ne longam propter litem longius haereat illius vacatio.«

Hisce aliisque per defensorem consideratis rationem deinde agendi Episcopi impetebat. Etenim Titius haud obstantibus reclamationibus populi et cleri immissus fuerat in beneficii possessionem. Animadvertebat scilicet defensor in praesenti casu Episcopum sibi invocare non potuisse, post appellationem interpositam penes s. Sedem, in quod statuit s. Pius V. in citata const. in qua non conceditur appellatio in suspensivo sed in devolntivo. Ibi enim ss. Pontifex agit de ea appellatione, qnae sit circa irrationabile judicinm Episcopi*) et malam relationem examinatorum: **) in praesentia autem quaestio praecipne fiebat super incompetentia Episcopi conferendi paroeciam, quam conferre ex utili tempore elapso jure reservationis et ob negligentiam jnre devolntionis spectabat ad s. Sedem. Quare de appellatione agebatur non in devolntivo tantnm sed et in suspensivo, quae omnia suspendit eaque pendente nihil potest innovari. Quod et in constitutione Benedictina citata cavetur: in ea enim unico excepto quodam devolutionis casu, qui ad rem nostram non pertinebat, statutum reperitur: veteri non immutato more abstineat Episcopus a ferendo dignioris judicio et acta concursus ultro Datariae exhibeat.

Plnribns denique defensor contendebat adeo iujustum fuisse Episcopi judicium, ut quamvis irritum non esset ob dictas rationes nihilominus sustineri omnino non posset: namque in Titii persona omnia ea concurrebant adjuncta ob quae parochus recte institutus removendus esset a suo beneficio: videlicet ob plebis odium, quamvis existimari velit irrationabile. Quibus ampla eruditione ostensis proposita sunt resolvenda

D u b i a:

I. *An constet de nullitate***) concursus in casu?*

Et quatenns negative,

II. *An et quomodo sustineatur collatio paroeciae favore Titii in casu?*

S. C. C. die 25. Junii 1864 respondere censuit: Ad I. et II.: Collationem non sustineri et provisionem spectare ad s. Sedem.

Hac sententia se gravatum existimans Titius beneficium novae audientiae impetravit,

*) Vd. *t. II. p. 426. § 4.*

*) Vd. *t. IV. p. 280. XXVIII; p. 288.*
**) Vd. *t. IV. p. 270. 276.*
***) Vd. *t. IV. p. 307.*

verum controversiam deinde deserere visus est. Quare instante cleri procuratore ut litis pendentia cessaret, iternm de more propositum est S. C. C. dubinm:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

Cui die 28. Jan. 1865 responsum fuit: In decisis: et amplius.

Ex iis colliges:

I. Distinguendum esse jns devolutionis a jure reservationis.

II. Jus devolutionis a ss. canonibus constitutum esse in poenam negligentiae, nt elapso legitimo tempore beneficii vacantis collatio ad eum devolvatur ad quem de jure spectabit.

III. Qnare ejusmodi negligentiae poena locum non habet, quoties collator demonstretur ignarus vacationis vel legitime impeditns. Non enim tunc negligens repntatur.

IV. Haec autem omnia locum non habere in iis beneficiis conferendis, quae, ex aliqna canonica ratione reservata manent sanctae Sedi. Reservatio enim non secnmfert necessario ideam poenae.

V. Paroecias autem juxta s. Pii V. constitutionem elapso inutiliter statuto vacationis tempore reservatas esse s. Sedi, ne in detrimentum animarum parochiales ecclesiae diu in suspenso maneant.

VI. In praesenti autem casu locum habuisse jus reservationis ob multiplices causas.

9) Ad Sedem apostol. quando non transit.

Vd. t. III. p. 145: *Romana.*

D i a b o l u s.

Vd. *Daemon*; *Divinatio*; *Sortilegia*; *Conventicula.*

D i a c o n a t u s.

Vd. *Ordinatio* (vis et metus etc.)

1) Dispensatio concessa.

(Vis et metus.)

Vd. *Ordinat. ad Subdiac.* (Valide ordinati quamvis inviti); *Subdiaconat.* (Non dispens.)

(Conc. Tr. c. 5. s. 22. de ref.)

Parisien.

Insignis ss. Canonum Doctor et in romana Curia per multum temporis spatinm laudabiliter versatus Martinus Navarrus testatur ss. Pontifices saepe cum Diaconibns dispensasse, nt matrimonium contrahere possent, quemadmodum colligitur ex ejus *consil. 37. n. 12. lib. 3.*, ibi: *Frequentissime ss. Pontifices dispensaverunt super Voto solemnizato per susceptionem Subdiaconatus in Hispania praesertim ubi etiam nos cognovimus dispensatos et in Italia ut frequenter audivimus*, quod ipsum repetit *sequenti consilio 38. n. 11.* et concordat nonnulla referens exempla *Card. de Laurea in quart. sen. tom. 3. disp. 9. art. 9. § 5. n. 204.* nec dissentit *P. Maurus in Theologia to. 3. lib. 13. pag. 289. n. 16.*, ibi: *Pontifex saepe dispensavit, ut Sacerdotes et Diaconi ducerent Uxores, non enim dispensat in Jure divino observandi votum sed relaxat votum factum per voluntatem hominis, itaut amplius non obligent.* E contra autem *Card. Albitius in suo tractatu de inconstantia in fide cap. 36. n. 134.* haec habet: *Ego tempore mei Assessoratus vidi plures ss. Pontifices dispensasse, ut qui erat in Ordine Subdiaconatus posset contrahere matrimonium, in Diaconatu constitutos fere nunquam, in Sacerdotio nunquam dispensatos, multo minus in Episcopatu.*

At quidquid sit de his, quando constat ss. Ordines fuisse receptos per vim et metum cadentem in constantem Virum circumstantia haec dispensationem efficit absque dnbio faciliorem adeoque quidquid sit de disputatione quae fit inter Doctores an sicuti recipiens s. Ordinem per coactionem non absolutam sed conditionalem, non praecisam sed causativam vere recipit characterem, ita etiam teneatur ad continentiam, ex quo votnm

contiuentiae est s. Ordiui aunexum uti videri potest *in prima et secunda decis. coram Caesare de Grassis tit. de his, quae vi metusve causa fiunt*, hoc uuum certum esse videtur, quod metus licet conditionalis praestat Pontifici justam causam dispensandi a Voto continentiae, quod est s. Ordiui annexum, uti habetur in citata *decis. prima in fine*, ibi: *Ideo Domini magis securum esse existimabant, quod iste Franziscus impetraret dispensationem omnino a Papa et dicebant, quod hujusmodi metus praestat justam causam illam concedendi*, et cohaerenter ad haec, quando iu s. Cougregatioue non fuit comprobatus metus eadem Sauctissimo consilium praestitit abstiuendi a dispensatione, uti contigit in *Hispalen. Nullitatis Ordinis 25. Martii* et *2. Maji 1716* et e contra cousilium praestitit pro dispeusatioue, quando sufficieutes allatae fuerunt metus probatioues, uti contigit in *Ipren. Dispensationis 16. Decb. 1719*. Haud urgente, quod haec exempla procedunt in terminis Subdiaconorum et non Diacouorum, cum in utroque casu eadem militat ratio, quod scilicet votum coutiuentiae non est de substantia Ordinis sed illi accidentaliter annexum ex statuto ecclesiae, ita ut ad sui essentiam requirat liberam voluntatem, qua cessante non obligat, uti recedeudo a binis praecedentibus decisionibus, firmavit *Rota decis. 870. num. 1. et 2. coram Emerix juniore.*

Per hanc semitam procedendo Carolus de Coetlogon Vir nobilitate conspicuus cujusque Familia inter Britaniae antiquiores adscripta, consauguinitatis et affinitatis viuculo conjuncta est cum Illustrioribus Regni Franciae Familiis, Sanctissimo Dmo Nostro exposuit, se per vim et metum a Patre incussum Subdiaconatum et Diaconatum recepisse, enixe supplicando pro dispensatione super voto continentiae et a Sauctitate Sua preces fuerunt remissae ad s. Congregatiouem.

Ad probationem autem metus descendendo Carolus inquit se eam fecisse eo modo, quo fieri potest juxta praxim Galliorum et hisce potissimum turbulentissimis temporibus affertque epistolam Sanctitati Suae scriptam ab Emo D. Card. de Bissi, quae in Summario exhibetur et in qua praeter caetera in ipsa legenda continentur haec quae sequuntur:

Dicit Eminentia Sua in citata epistola, primo se audivisse Patrem de Tournemine Religiosum Societatis Jesu et Sanctitati Suae bene cognitum et Carolique Oratoris nepotem, qui asseruit sibi constare, Marchiouem de Coetlogon suum magnum Avuuculum violentae admodum naturae minatum fuisse Carolo filio exhaereditationem, ni ss. Ordines Subdiaconatus et Diacouatus suscepisset eamque utpote spatio sex annorum Ordiues recipere recusantem spoliasse annuo redditu duarum millium ceutum et amplius librarum Turonensium ipsi assiguatarum et Carolum deiuque manifesta semper iuditia dedisse suae aversiouis a ss. Ordiuum susceptioue uti fusius legitur in citata epistola.

Refert secuudo, se audivisse Ludovicam de Coetlogon Caroli Patruelem, quae post redditam attestationem de violenta memorati Patris natura addidit notorium toti Familiae fuisse, Oratorem per vim et metum sibi a Patre iucussum fuisse ss. Ordiuibus iuitiatum Patremque voluisse, ut ille a Seminario s. Sulpitii exiret, ex quo Superiores, qui ejus aversum animum bene noverant, uolebant, quod ad ss. Ordiues promoveretur.

Refert tertio, se audivisse Sacerdotem Laurentium de la Garde Ceremoniarum Magistrum in Parochia et Seminario s. Sulpitii, virum tum aetate tum moribus gravem quique a Patre electus fuit, ut filii curam haberet et eum induceret ad statum ecclesiasticum dictumque Sacerdotem narrasse se pluries Patri notificasse, quod filius nolebat ss. Ordinibus iuitiari et quod ad eos vocatus non erat quodque Pater obduratus respoudit ad se et nou ad alios pertinere judicium ferre de vocatione filii sui, addendo Carolum aliquando uoluisse suum nomen inscribi in Albo Ordiuaudorum nec se eum uuquam vidisse subdiaconalia aut diaconalia munera exercentem, quae circumstantia fuit etiam exposita a Ludovica secunda Teste.

Refert quarto, se audivisse Joannem Sourdrille Civem Parisiensem, qui per multum temporis spatium Cellerarii Officium exercuit in domo Marchionis de Coetlogon, qui iuquit ab eo fuisse Carolum filium bis e domo ejectum et pluries percussum propter aversionem, quam habebat a statu ecclesiastico et a ss. Ordinibus, fuisse ulterius a Patre spoliatum annuo redditu duarum mille centum et triginta quiuque librarum, itaut Carolo ad miseriam redacto ipse pietate motus nummos pro substentatione aliquando submiuistraverit.

Refert denique se audivisse Parochum s. Sulpitii Languet de Gergis, Pastorem maxim-

opere commendabilem tum propter zelum animarum tum propter eximiam veneratiouem, quam erga apostolicam Sedem profitetur, qui dixit, se suis literis Sauctissimo Dmo Nostro exposuisse, quod Carolus invito animo fuerat ss. Ordiuibus iuitiatus.

Praeter epistolam memoratam Emi D. Card. de Bissi affertur epistola Patris de Taurnemine scripta Sauctissimo Dmo Nostro una cum testimonio relati Parochi s. Sulpitii in quibus invitus Caroli animus, Patris durities ejusque malae artes, ut filius ss. Ordines reciperet, exponuntur.

Quibus proiude coucurrentibus onus erit EE. VV. decernere:

An sit locus dispensationi super voto continentiae in casu?

S. C. C. resp.:

Dilata et coadjuveutur probatioues juxta instructionem.

Die 25. Jau. 1721.

Continuatio.

Descendendo ad instructionem fuit illa trausmissa ad eminentiss. D. Cardinalem de Bissi et in ea fuit dictum

I, quod, quia metus coustituebatur iu timore incusso exhaereditationis in sublatioue assignamenti, iu verberibus et in ejectione e domo paterna de quibus omnibus testabantur tantummodo Testes singulares, Emiuentia Sua curaret, ut super unoquoque capite Testes et contestes deponerent et quod ulterius sublatio assignamenti coadjuvaretur ex documentis et partitis aedis publicae,

II, quod ignorabatur praecisum tempus obitus Marchionis Patris et quod idcirco necessarium erat, ut illud s. Congregationi notificaretur,

III, quod liquido non constabat an minae Oratori illatae praecesserint tantum receptionem Subdiaconatus, an vero fuerint repetitae inter Subdiaconatum et Diaconatum in quo rerum statu opportunum admodum erat pro Causae resolutione, ut minarum tempus statueretur,

IV, quod de oblata a Patre pecunia filio et ab ipso recepta, sicuti ignorabatur an praecesserit omnium ss. Ordinum susceptionem vel potius fuerit intermedia inter Subdiaconatum et Diaconatum, sic congruum omuino erat, ut tota haec series facti fideliter exponeretur,

V, tandem insinuatum fuit, quod Testium depositiones iu scriptis reducerentur et juramento coufirmarentur, tam loquendo de Testibus, quorum meminit eminent. Cardinalis in prima epistola, quam de aliis, quos ad primorum coufirmationem afferri contigeret.

Receptis una cum iustructione literis hujusce s. Congregationis Eminentissimus D. Cardinalis de Bissi manum statim admovit, ut quaesitis satisfaceret et adimplenda adimpleret; novam eteuim transmisit epistolam una cum documentis, quae parari potuerunt.

Ad I. itaque instructionis caput dicitur in II. epistola moraliter esse impossibile plures reperire testes et contestes super eodem facto seu super eodem actu, cum agatur de factis uon palam sed intra domus penetralia secutis, sed videri, quot sufficiant Testes singulares siugularitate admiuiculativa utpote tendentes ad eundem finem per diversa media juxta ea, quae plene habentur in celebri quaestione de Testibus singularibus impressa post Aphorismos Inquisitorum editos ab Antonio de Sousa nec pariter possibile esse coadjuvare ex documentis et partitis aedis publicae sublatiouem assignamenti, cum in vim Regii diplomatis editi anuo 1713 antiqui coutractus fuerint suppressi et de medio sublati, itaut ad rem de qua agitur suffragari posse videatur quoddam excerptum, quod transmittitur, ex inventario confecto post obitum Caroli Patris, ex quo colligitur tres contractus sub nomine filii et in ejus favorem initos post septem annos fuisse Genitori retrocessos.

Ad II. instructionis caput dicitur in eadem epistola, Caroli Patrem mortuum fuisse 1712, uti etiam desumitur ex fide Parochi sed tanti temporis acquiescentiam non videri, quod obsit Oratori,

1) quia notorium est, quod ille statim post obitum Patris exuit habitum clericalem,

2) quia bini jam sunt anni elapsi, ex quo promovit instantiam pro dispensatione et demum quia habita ab Expeditore notitia expensae ascensurae ad non exiguam nummorum quantitatem pro dispensatione obtinenda coactus fuit petitionem ad tempora opportuniora differre.

Ad III. dicitur minas Subdiaconatum praecessisse et fuisse ante Diaconatum re-

petitas, cum Pater de Tournemine in suo, quod transmittitur, jurato testimonio referat, Patrem comminatum fuisse filio exhaereditationem, ni ss. Subdiaconatus et Diaconatus Ordines suscepisset; additque Informans in sua Scriptura non esse de hoc dubitandum, cum Patris intentio ex dicto alterius Testis desumpta in eum finem collimaret, ut filius ad Sacerdotium et deinde ad Episcopatum ascenderet.

Ad IV. dicitur fuisse a Patre ante Subdiaconatum ipsi solutam summam viginti trium millium librarum, quae non fuit donum sed restitutio partis contractuum ei antea subductorum et rursus fuisse eidem filio a Patre promissas ante Diaconatum sed nunquam solutas alias viginti mille libras.

Transmissae ulterius fuerunt a saepe memorato D. Cardinali Bissi receptae et juratae Testium depositiones, quae videri possunt in Summario Scripturae; ex quibus omnibus quidquid sit an frequentia adsint exempla dispensationum quoad Diaconos, qua in re affirmative respondet *Navarrus consil. 37. n. 12. et consil. 38. n. 11. lib. 3.* et negative respondet *Card. Albitius de inconstantia in fide cap. 36. n. 134.* Orator sperat se voti compotem fieri posse, ex quo votum continentiae sicuti ex statuto ecclesiae est dictis ss. Ordinibus annexum, sic ad sui essentiam exposcit liberam voluntatem, qua cessante licet character imprimatur votum tamen continentiae Ordinibus annexum non est obligatorium juxta bene firmata per *Rotam decis. 870. n. 1. et 2. coram Emerix Jun.*

Quocirca dignabuntur EE. VV. decernere:

An sit locus dispensationi super voto continentiae in casu?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 12. Julii 1721.

2) Dispensatio non concessa.

Potentina.

Ex Neapolitanae Ditionis Clericis tertius est Ascanius Siani, qui Nullitatis ss. Ordinum Litem instaurat. Non unius Subdiaconatus sed et Diaconatus s. Ordinis nullitatem ac apostolicam dispensationem tum a continentiae voto tum ab aliis oneribus s. Ordinibus adnexis postulat.

In Civitate Potentiae Ascanius clericali Militiae nomen dedit, anno autem 1797 ad Subdiaconatus ss. Ordines promotus fuit, vi ut ipse ait et Saevitiis a Patre et Fratre natu majore illatis. Fatnae Libertatis defensorum seu verius legitimae Potestatis ipsiusque Religionis inimicas phalanges sequutus e Patria migravit ad annum 1804, quo ex Regis indulgentia ei Patriam remeare permissum fnit. Temporum calamitates ss. Pontificis exilium incusans nonnisi mense Augusti 1816 post annos fere duodeviginti a susceptis Ordinibus facultatem imploravit sua jura experiundi postquam scilicet tum Pater tum Frater vitam cum morte commutaverant. Preces Potentino Episcopo illico ablegatae fuerunt cujus nedum exquisita sententia sed et Processus Confectio ad formam *Const. S. M. Benedict. 14.: Si datam* commissa fuit. Haec est facti series quam fusius EE. PP. noscent ex impressa et distributa a defensore Ascanii allegatione necnon ex animadversionibus defensoris ss. Ordinum. Nunc itaque causa proponitur sub duplici dubiorum formula, quorum prima Nullitatem susceptorum Ordinum, altera Dispensationem a voto continentiae respicit.

Quoad *I. dubium* Siani defensor leviter dumtaxat agit de nullitate s. Ordinis omnesque vires ad dispensationem intendit. Nihilominus ad metum incussum et vim probandam plures affert testium depositiones, ex quibus colligitur Ascanium a sacris suscipiendis Ordinibus omnino alienum quapropter verbera minusque exhaereditationis ac expulsionis a paterna domo perpessum fuisse. Frequentes hinc cum Patre et altero fratre Antonio natu majore contentiones habuisse. Adhuc in minoribus Ordinibus constitutum ecclesiastica Insignia pluries scidisse, pedibus protrivisse, paternam deseruisse domum ad propinquos in proximo commorantes Balii oppido confugiendo mortemque potius sibi violenta manu inferre velle, quam sacros suscipere Ordines. Eadem autem Ordinationis die tum ante tum in ipso s. Ordinationis momento plures referunt eum audiisse dicentem se vel in praecipitem manum conjicere vel laqueo sese suspendere velle potius quam s. Ordinis vinculis constringi. Addunt etiam ejusdem Patris saevitiis actum sequenti anno fuisse ad Diaconatum accedere, quin unquam divinum persolverit officium. Ex his Ascanii defensor concludit Oratorem reluctantem et invitum fuisse attractum ad ss. Ordines ac proinde nullas esse hujusmodi ordinationes.

Defensor autem ex officio horum testium depositionibus haud fidendum esse contendit, quin imo et processum insanabili nullitate laborare. Acta enim quibus innititur querela in plurimis peccant contra Benedictinam Constitntionem *Si Datam* cnjus formam servari praescripsit Sacra Congregatio. Vult ibi s. Pontifex, ut legitimus conficiatur processus in quo articuli exhibeantur ab Actore. Interrogatoria vero a defensore ss. Ordinum dentur et Testes debeant tam super articulis quam super interrogatoriis hujusmodi examinari, secus nullitatis insanabili vitio corruant tum processus tum sententia. Jam vero articuli decem ab Ascanio producti fuere et defensor ss. Ordinum vix generica quaedam dedit Interrogatoria de patria, conditione, aetate, affinitate cum actore, haud sollicitus de *factis* coactionis, *tum antecedentibus, tum concomitantibus, tum subsequentibus Oratoris Ordinationem de quibus omnibus exquirere* Testes debebat ex Sacrae Congregationis Rescripto; cum e contra eos examinari curaverit *super iis solum articulis*, quae Actor composuerat. Sorores quae examinari debebant tam super actoris articulis, quam super defensoris interrogatoriis fuere dumtaxat rogatae super quibusdam circnmstantiis et quaesitis ab uno Ascanio propositis. Addit praeterea eos dumtaxat Testes anditos fuisse, quos Ascanius in notnla exhibita relegerat nullumque a Defensore ss. Ordinum inductum fuisse ex officio Testem; inductos vero Testes adeo concordes fuisse, ut etiam aperte falsa asserere et jurare non dubitaverint. Tandem Ascanium nulli *formali* subjectum fuisse constitnto, quo vis et metus circumstantiae probari possent et ipsius juramento confirmari. Ex his autem testibus nihil aliud desumi posse demonstrat nisi metum et vim *conditionalem* et *causativam*, quae voluntatem non excludit, cum haec licet coacta semper tamen adsit ac proinde semper sit voluntas, non autem desumi posse metum et vim *absolutam* et *directam*, qua voluntas omnino tollatur et consequenter non imprimitur caractber, prout unanimiter sentiunt Theologi et Canonistae. Nullo autem in pretio habendam dicit fidem triginta seu Concivium, qui ad vim adstruendam inducuntur, qui cum Testes extrajudiciales sint nequeunt legitimam constituere probationem in Causa in qua probationes ex formali Processu tantum sunt desumendae.

In II. dubio: Sermo est de voto continentiae de quo magis sollicitus est Siani Defensor contendens a Theologis post longas controversias statutum fuisse, continentiae votum ex ecclesiae disciplina Sacris Ordinibus inhaerere, at non ita *essentialiter* ut ab iis et impresso caracthere separari nequeat, si ob coactionem causativam et conditionalem ordinatus quis fuerit ut eruitur ex *Rota decis. 870. coram Emerix* et ex *s. Congregatione in Parisien*) Dispensat. 25. Jan. 1721* in qua dispensatus fuit Diaconus Carolus Coetlogon a voto continentiae ob coactionem causativam in Ordinatione perpessam. Idemque clare doceri ab eadem s. Congregatione aliis omissis in *Ramurcen. Dispensationis 19. Novb. 1729*, in qua reapse a continentiae voto solutns fuit Subdiaconus simnl et Cauonic. Joannes Franciscus Germain, qui conditionalem et causativam coactionem qnoad Sacri Ordinis susceptionem demonstravit. Cum autem et in praesenti Casu vera adsit conditionalis coactio Siani dispensandum esse a voto continentiae antumat.

Defensor autem ss. Ordinum negat votum continentiae separari posse a ss. Ordinibus, si impressns est Caracther in Ordinatione, cum necessarium sequi debeat naturam principalis ex Canonistarum doctrina, quin suffragium afferri possit a coactione conditionali et causativa prout definivit s. Congregatio in *Arelaten. Dispensationis 17. Febr. 1731, Osnabrugen. Disp. 15. Decb. 1764, in Neapolitana Ordinis Subdiaconatus 21. Febr. 1818*, in quibus omnibus licet probaretur coactio conditionalis et causativa in ss. Ordinum susceptione, attamen voto continentiae Ordinatos teneri definivit s. Congregatio, quae dispensationem ab hoc onere ipsis denegavit; nulla proinde auctoritate fulciri decisionem 561. *coram Caesare de Crassis* ejusque transcriptam sententiam in alia decisione 870. *coram Emerix*, cum absoleta et vetustissima sit. Quod si prodesset in destructionem solemnis voti continentiae deberet esse ille qui cadit *in fortem et constantem virum* praescriptosque a doctoribus caractheres habere, quorum *alter* si deficiat levis metus habetur a doctoribus; in praesenti antem casu plures ex hisce caractheribus conditionesque deficiunt. Addit relatas a diaconi defensore definitiones s. Congregationis valde distare a praesenti casn. Nullimode denique dispensationi locum esse concludit, cum haec inter

*) Vd. *p. 1045.*

majores adnumeretur *Causas* pro qua dispensanda *gravissima* est opus cansa sive *intrinseca* haec sit a juris censnra dimanans sive *extrinseca* in Pontificiae potestatis plenitudine residens. *Intrinseca* cansa nulla pro Diacono militat. Si vero de *extrinseca* Causa sermo sit haec duplex esse potest dispensatio vel reditus ad laicam communionem firmo remanente voto Castitatis et hanc Episcopus efflagitat dispensationem, cui ipse defensor ss. Ordinum non obstat vel dispensationis voti Castitatis, ut Matrimonium contrahat Orator et hanc denegandam esse probat cum desit *publica Causa*.

Hisce perpensis proponuntnr dubia:

I. *An constet de Nullitate ss. Ordinum in Casu?*

II. *An sit consulendum SSmo. pro dispensatione a voto continentiae in Casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative et Amplius.

Ad II.: Negative et Amplius.

Die 16. Jan. 1819.

Diaconus.

(Baptizans et matrimonio assistens.)

Ceramen.

Ad quaesita reverend. Domini Episcopi Ceramensis Vicarii apostolici Tunkini Occidentalis, scilicet:

1. An extra casum necessitatis urgentis seu extra periculum imminens licite possit sacerdos simpliciter abluere infantes vel adnltos omissis omnibns baptismi caeremoniis?

2. An id saltem permitti possit sacerdoti suspenso vel etiam interdicto ac tantum approbato pro decumbentibus et aegrotis?

3. An in his locis ubi non est ecclesia seu oratorium commune liceat sacerdoti solemniter, id est adhibitis omnibus caeremoniis et precibus in rituali romano praescriptis, baptizare liberos christianorum in eorum domibus privatis?

4. An id pariter liceat, ubi quidem est ecclesia sed ita distans ut ad eam infantes suos deferri nolint parentes, ne quid ipsis ex aeris intemperie accidat mali, qnod supra modum reformidant Annamitae?

Et qnatenus negative,

5. Utrum possit et debeat permitti, qnod ipsius catechista vel alius quispiam laicus eos vice sui tunc aqnis baptismalibus ablnat?

Parum enim admodnm videtnr decere id genus ministerium usurpari ab homine prophano sen laico existente in loco sacerdote.

S. Congregatio Propagandae fidei respondit

Ad 1: Non posse. Verumtamen non solum imminens pericnlnm mortis esse posse causam legitimam omittendi solemnitates baptismi, verum etiam aliam quamcumque rationabilem et gravem, quae impediat earumdem solemnitatnm administrationem, ut exempli gratia, si tempus omnino deficiat, si instet a paganis, si sacerdos non habeat neque commode habere possit oleum catechumenorum, sanctum chrisma, sal benedictum aliaque necessaria pro perficiendis iisdem solemnitatibus; in his autem casibus monendnm esse missionarium, quod si non omnes sed solnm aliquas caeremonias baptismi adhibere possit, eas adhibeat ac deinde cum tempns et occasio opportuna adfuerit easdem caeremonias vel omnes vel quas omisit in ecclesia vel oratorio supplere teneatur.

Ad 2: Sacerdotem suspensum vel interdictum nullo unquam tempore administrare posse baptismum cum solemnitatibns sed quando propter necessitatem urgentem debeat baptizare, bapticet private.

Ad 3: Non solum licere sed debere.

Ad 4: Ne in hac re a sanctissimis ecclesiae institutis recedatur omnem cnram adhibere debet missionarius, ut parentes ab hac sna irrationabili contradictione recedant: qnod si suis persnasionibus et monitis nihil proficiat, tum sibi persuadere poterit rem esse deductam ad casum necessitatis; impossibile enim erit hos infantes baptizare repugnantibus parentibns in qnorum snnt potestate:

proinde licitum erit iis infantibus baptismum conferre extra ecclesiam et in privatis domibus, vel ubi a parentibus permissum erit, omissis sacris ritibus et caeremoniis animo tamen eas supplendi in ecclesia quam primum hoc fieri permissum erit.

Si vero praevideatur, quod parentes infantium neque decursu temporis infantes ad ecclesiam pro supplendis caeremoniis deferri permittant, tunc satius erit, ut in ipsis privatis domibus ritus ac caeremoniae per Rituale romanum praescriptae in actu collationis baptismi adhibeantur; potius enim erit, ut laudabilis consuetudo quae tantum concernit majorem erga hoc sacramentum decentiam et reverentiam celebrandi baptismum in ecclesia omittatur, quam ut priventur parvuli baptizati non exiguis spiritualibus bonis, quae ex adhibitis super eos ss. caeremoniis ab ecclesia institutis in eos derivantur.

Ad 5: Servandum esse ordinem in rituali romano praescriptum, titulo de *ministro baptismi, sed si adsit etc.* Quantum attinet ad baptismata solemniter ministrata est advertendnm quod orator erat *diaconus* simulque curatus, ut supponitur in facto et quamvis diaconus incidat irregularitatem si baptizet solemniter, ut tradunt *Hurtadus de sacramento baptismi disput. 2. difficult. 4.*, quem sequitur *Diana in coordin. tom. 1. tract. 7. resolut. 47. n. 2. vers. Quare diaconis alias p. 5. tract. 3. resol. 28.*, *Gonzalez in c. 1. De clerico non ordinato ministrante, sub n. 12. ad 14.*, attamen cum diaconus ex Episcopi vel parochi delegatione possit solemniter baptizare, ut advertunt iidem auctores, vel itidem ipsum potest ex officio, dum est parochus, ut parvus Episcopus animarum curam gerens, quod videtur de mente Illiberitani Concilii *can. 77.* a Gonzalez explicato *sub n. 15.*, vel saltem immunis est a poena irregularitatis, sive ad cautelam tamen dispensandus, dum probabiliter credere potuit sibi licere uti parocho simnlque diacono solemnis baptismi administrationem.

Ad certum vero reatum irregularitatis necessaria est mala fides ac temeritas, ut inquit textus in allegato *cap. 1.*, ibi: Ob temeritatem, et notant *Hurtadus de irregularitate disput. 2. difficult. 2. n. 5.*, *Diana in coordinatis tom. 5. tract. 5. resolut. 25. n. 2. et 4.* alias *p. 4. tract. 2. resol. 56.* plenius *Barbosa de offic. parochi cap. 18. n. 2. cum seq.*

Quantum denique attinet ad sacramentum matrimonii, cum parochus non sit minister, sed tantum assistens utique potuit orator etiam non promotus assistere matrimoniis et esse immunis a reatu irregularitatis, cum haec assistentia non sit actus ordinis, sed jurisdictionis, ut satis probat *Barbosa in collectan. ad concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matrim. circa n. 81. et 88.*; specialius quoad irregularitatem *Diana in coordinat. tom. 5. tract. 5. resol. 24. n. 4. vers.: Qui tamen; alias p. 10. tract. 11., Miscell. 2. resol. 21.*

Carnoten.

Andreas Tuffi diaconus prior commendatarius prioratus curati post adeptam possessionem dicti prioratus licet nondum presbyter panem et aquam in missa parochiali benedixit ac infantes baptizavit necnon matrimonia celebravit: nunc per supplicationem a Dataria remissam supplicat pro absolutione cum rehabilitatione ad ordines et beneficia ac retentione dicti prioratus, ex quo post praemissa nullos fructus percepit.

Datur super praemissis attestatio Vicarii generalis, qui subdit nullum aliud impedimentum juris et facti in eo inveniri, quominus dictam absolutionem et rehabilitationem obtineat, si SSmo placuerit.

Haec instantia per summarium *) relata EE. PP. mandarunt describi in folio. Nunc itaque quaeritur:

An absolutio et rehabilitatio petita sit concedenda?

S. Congregatio censuit: Concedendum ad cautelam.

Die 2. Decb. 1679.

(Anal. J. P. 1865 p. 1703. 1705.)

*) Vd. *p. 526.*

Diaconus et Subdiaconus.

(Electionis jus pro functionibus in ecclesiis filialibus.)

Melevitana.

(Conc. Tr. c. 1. s. 23. de ref.)

Recurrentibus festivitatibus titularibus Ecclesiae b. Virginis assumptae necnon Ecclesiae s. Rocchi respective sub anno proxime elapso controversia invaluit inter Jo. B. Sagnanum Rectorem Ecclesiae parochialis Casalis Zebbug ex una et Servientes sive Custodes jam dictarum Ecclesiarum, quibusnam eorum competeret electio sive deputatio Diaconi et Subdiaconi aliorumque Ministrorum, qui in Missae et Vesperarum solemnibus in iisdem Ecclesiis celebrandis assisteutiam praestare tenentur. Equidem Parochus ejusmodi jus sibi vindicat, tum quia memoratae Ecclesiae intra fines parochiales, ut inquit, jacent neque Rectorem sive Beneficiatum proprium habeut, sed tantum committuntur quorundam Ministrorum etiam saecularium custodiae, qui ab Episcopo deputari solent, cum etiam ex afferta pacifica observautia, qua omnia comprobari, idem Rector iuquit, ex processiculo in Curia episcopali compilato in summario *) exhibendo. Contra vero insurgunt memorati Custodes, qui ex Episcopi electione id jus sibi ipsis asserunt neque Rectorem extra propriam parochialem se ingerere posse inquiunt ex latius in summario adducendis. Hinc remissa hujusmodi causae decisione ad s. Congregationem ab R. P. Auditore SS. D. N. proponitur infrascriptum dubium monitis partibus sapienter ab EE. VV. decernendum:

An electio et deputatio Assistentium pro Diacono et Subdiacono in Missis et Vesperis solemnibus, quae celebrantur iu Ecclesiis B. Mariae V. assumptae et s. Rocchi sitis intra limites Casalis Zebbug spectet ad dictum Parochum vel potius ad Servientes seu Custodes dictarum Ecclesiarum?

S. C. C. resp.: Affirmative quoad I. partem et negative quoad II.

Die 23. Febr. 1715.

Iterum proposito dubio S C. C. resp. sub die 22. Juni 1715: *Praevio recessu a Decisis spectare ad Servientes.*

*) Vd. *p. 526.*

Dies Sabaoth.

(Qui sunt?)

Vd t. III. p. 1154: *Gallipol.*

Dignitas.

1) Aetas.

Vd. t. III. p. 410. a etc., t. I. p. 312. n. 10; p. 283. n. 5.

2) Beneficium est.

Vd. t. II. p. 522. III; 523. §: *Majora.*

3) Canonicatus estne dignitas?

Viterbien.

Capitulum Cathedralis Viterbiensis praeter Dignitates pluribus constat Canonicis et qui inter simplices Canonicos antiquior est receptione Decanus appellatur ac digniori post Dignitates gaudet stallo. Contendente autem Petro Ossicini Canonico Decano ad se pertinere executionem Literarum apostolicarum, quae committuntur *Canonico antiquiori*, Archidiaconus Franciscus Maria Zelli Jacobuzi prima Dignitas, rude jam donatus et ipso Canonico Decano possessioue antiquior, preces obtulit s. Congregationi, ut decernatur cuinam competat jus exequendi ejusmodi apostolicas Literas. Vicarius capitularis, quem Viterbiensi Ecclesia tunc Pastore viduata requisivi pro informatione et voto, folinm transmittit, qno Petrus Ossiciui suadere nititur ad Canonicum Decanum spectare jus exequendi Literas apostolicas; nam hoc Decani titulo non Dignitas licet possessione antiquior, sed Canonicus tantummodo receptioue senior insignitur. Dein subdit: »Archidiaconi precibus Capitulo hujus Viterbiensis Cathedralis commnnicatis respondit: *sebbene sul proposito non vi sia alcuna determinazione, e statuto; contuttociò dagli ultimi due Decani Predecessori si è veduto darsi i possessi de' Benefizi ecclesiastici in esecuzione delle Bolle pontificie.* Animadvertendum tamen est, dnos ultimos Canonicos Decanos hnjus Cathedralis fuisse etiam antiquiores possessores Canonicatus.«

Quoniam vero memoratae Literae ut plurimum per Datariam apostolicam expediuntur, hinc ejusdem Officialium votum exquirendum censui, quod ad literam exscribo.

Rogati Officiales Datariae apostolicae, ut votum aperiant super *postulatu* Francisci Mariae Zelli Jacobuzi obtinentis Archidiaconatnm, primam Dignitatem Cathedralis Viterbiensis, coucepto verbis »*Se l'Arcidiacono prima Dignità sia insieme Canonico, e come il più antico di possesso debba spettare ad Esso, e non al Canonico Decano dare esecuzione alle Bolle Apostoliche dirette al Canonico più antico per i possessi*« hand melius quam sese conformare tum consuetudini tnm sententiae s. hujus Congregationis obsequi posse mandatis arbitrantur.

Obtineri enim in universa fere Italia consuetudinem, quae praestat, ut ubique Diguitates tamquam Canonici ac de Capitnlo reputeutur. Obtinentes quippe Dignitates ad instar aliorum Canonicorum interveniunt in Choro aliisqne vacant cultum et servitium Ecclesiae coucerneutibus; aeque habentes Praebeudas sive participationem distributionum, quae in majori parte Ecclesiarum stat loco Praebendae; simulque participaut de quotidianis, adeo ut iu substantia sint Canonici licet magis qualificati cum nomine et praeeminentiis Dignitatum. *Ita Cardinalis Petra in Constit. Leonis Magni t. 1. sect. 2. n. 9., Cardinalis de Luca disc. 46. de Benef. n. 5. et seqq.*, ibi: Conclusio siquidem, quod sub numero Canonicorum non veniant Dignitates, quae non sunt de Capitulo, procedit magis juxta usum antiquum sacrorum Canouum, quod Diguitates nullam habebant Praebendam neque Ecclesiae cultui aut servitio vacabant more aliorum Canonicorum sed eornm munus consistebat in jurisdictione spirituali vel temporali, ut erant Archidiaconns et Archipresbyter Vicarii nati Episcopi etc. Quando igitur ut fere generale est in Italia Dignitates de consuetudine sunt de Capitulo atque ad instar aliorum Canonicorum in Choro interveniunt aliisque vacant cultum ac servitium Ecclesiae concernentibus aeque habentes Praebendas sive participationem illius Massae grossae distributionum, quae in majori parte Ecclesiarum Italiae succedit ac stat loco Praebendae, necnon participant etiam de distributionibus quotidianis minutis, adeo nt in substantia sint Canonici sub nomine illarum antiquarum Dignitatum, quae hodie ab aula recesserunt, sed sunt *abusive* ac in sola nuncupatione magis qualificati cum aliquibus praeeminentiis supra alios et tunc jure aliorum Canonicorum dicuntur de Capitulo, tam ad effectum vocis quam ad effectum accipiendi possessionem capitulariter cum similibus.

Sententia s. Congregationis eruitur *ex fol. in Marsicana Vocis in Capitulo* utpote quod a solis Canonicis constituitur*) etiam si haberent stallum in Choro. Ab hac regula excipiuntur tres casns:

I, quando Dignitati est adnexa aliqua Praebenda canonicalis, tunc enim ratione canonicatus dicitur in capitulo habetque in eo vocem. Idque procedit, etiamsi esset adnexa Praebenda non vere canonicalis, qnae est, quando eam habens reputatur pro Canonico et habet vocem in Capitulo ut Canonicus licet non sit Canonicus;

II. casus est, quando in ipsa erectione Dignitas effecta fuit de Capitulo cum Stallo in Choro et voce in Capitulo;

III, si vigore statuti vel consuetndinis dictae Ecclesiae Dignitates reputentnr de gremio Capituli ant observantia invaluerit, per quam ipsae fuerint admissae ad pertractanda negotia capitularia ac in iis vocem activam et passivam habueriut.**) Ista tamen observantia elici debet ex interventu in illis actibus, qui proprii sunt Capituli et privative spectant ad Capitulares videlicet si intervenerint in condendis statutis Ecclesiae, in electione Vicarii capitularis, in traditione

*) Vd. *t. III. p. 740. c.*
**) Vd. *t. III. p. 423. e.*

possessiouis novo Episcopo aliisque Praebendatis et similibus.

Hisce positis quid sentiendum de postulatu Archidiacoui Cathedralis Viterbiensis, plane jam liquet. Non enim constat, enunciatam consuetudinem, quae in universa fere obtiuet Italia, haud servari in Cathedrali Viterbiensi. Non constat obtiueutem Archidiaconatum primam Dignitatem de qua agitur hactenus fuisse repulsum a pertractaudis capitularibus negociis et ab activae passivaeque vocis exercitio. Item neque constat vel nullam esse Archidiacouatui aduexam Praebendam canouicalem, quae una sat est, ut ratione Canonicatus de gremio Capituli Archidiacouus reputetur vel in ejusdem Archidiaconatus erectioue fuisse distinctam a meusa Capituli, Archidiacouum nedum ditatum bonis omniuo distinctis fructibus distinctisque redditibus sed etiam expresse prohibitum ne quidquam de ipsa Mensa Capituli consequi unquam inposterum posset.

Sunt haec, quae ex jure Dignitates extra Capituli gremium reputari constituunt, prout casus est *Decisionum s. Rotae in Cingulana Archipresbyteratus 22. Febr. 1771 et 11. Junii 1773 cor. Origo.*

Nihil horum autem in themate prorsusque nihil. Interrogato siquidem Cathedralis Ecclesiae Capitulo: *Se l'Arcidiacono prima Dignità sia Insieme Canonico e come il piu antico di possesso debba spettare ad esso, e non al Canonico Decano dare esecuzione alle Bolle apostoliche dirette al Canonico piu antico per i possessi?*

Responsum datum est: *Che sebbene sul proposito non vi sia alcuna determinazione, e statuto; con tutto ciò dagli ultimi due Decani predecessori si è veduto darsi i possessi de' Benefizi ecclesiastici in esecuzione delle Bolle pontificie.*

Id porro satis ad rem. Statim ac enim nulla est dispositio, nullum statutum, quod exceptionem faciat Regulae totiusque Italiae consuetudiui, quae Dignitates inter Canonicos adcenset nihilque tum ex erectionis titulo, tum ex Praebendae adsignatione, tum ex peculiari observantia erui potest, quod Archidiaconatum extra Capitulum vel a Capitulo sejunctum commonstret; ac ipsum pro tempore Archidiaconum utcumque supra Canonicos praeeminentiis ornatum, procul tamen arceat ab exercitio capitularium jurium et privilegiorum, quibus caeteri omnes Canonici perfruuntur, sua sponte consequitur neque a consuetudine recedendum esse neque dubitandum, quin Archidiaconus imo primus inter Canonicos reputari et haberi ad omnes juris effectus possit ac debeat.

Quidquam nec turbat aliquando Canonicos Decanos atque ultimos duos praesertim, qui Decauatum nunc obtinentem antecessere, operam prae Archidiacono dedisse executioui Bullarum apostolicarum.

Harum enim executione non Archidiacono, non Decano sed antiquiori Canonicorum commissa; si Archidiacouus uti alter Canonicus habetur neque inter Canonicos antiquior existit hac imo antianitatis et majoris antiquitatis praerogativa fruitur alter et Canonicus decanus; planum est ipsum Decanum seu Canonicum, qui in actu praesentationis Bullarum repertus est antiquior, prae aliis et prae ipso etiam Archidiacono dare operam commisso muneri executionis debuisse.

Atque hac de causa profecto contigit, ut ultimi duo Praedecessores Decani de quibus loquitur Capituli responsum, cum forent prae caeteris et prae ipso Archidiacono antiquiores, Bullarum apostolicarum executores extiterint. Id scatet ex informatione Vicarii generalis: Iuibi siquidem legitur: *Animadvertendum tamen est, duos ultimos Canonicos Decanos hujus Cathedralis fuisse sicut etiam antiquiores Possessores Canonicatus.*

Quamobrem dum quaeritur an Archidiaconus, qui modo antiquior est in Capitulo Cathedralis Ecclesiae Viterbiensis, executor esse debeat apostolicarum literarum, quae nullius qualitatis vel Dignitatis ratioue habita uni dumtaxat antiquiori commissae conspiciuntur, seu potius Decanus, qui licet Decani nomine praefulgeat, prae Archidiacono tameu modernior est; ex omnibus, ut supra expositis, consequens plane videtur, Archidiacano Zelli Jacobuzi jus competere controversae executiouis, quatenus in actu praesentationis earumdem Literarum praesens existat. Eo vero absente vel deficiente ad alterum spectare de gremio Capituli seu Decanum seu alium, qui juxta ordinem autianitatis in eodem actu praesentationis Literarum apostolicarum prae caeteris antiquior esse comperiatur.

Ex hoc elaborato Officialium Datariae apostolicae voto Emi Patres deprehendent:

An et cui competat jus exequendi Literas apostolicas in casu?

S. C. resp.: Affirmative favore Archidiaconi Francisci Mariae Zelli Jacobuzi, attenta anterioritate ejus possessionis.

Die 22. Julii et 16. Septb. 1826.

4) Capituli membrum quando est?

Vd. t. III. p. 427: *Piscien*; 431. f; 741: — *Quadalaxirien*; p. 118. §: *Ad alterum, Dignitas* (suffragia.); supra n. 3. p. 1052.

5) Celebrans.

Vd. t. I. p. 694. VI.

Lucana.

Quartam Diguitatem in Capitulo metropolitanae Ecclesiae Civitatis Lucae fundavit sibique ac Familiae suae juspatronatus reservavit Joannes B. Spada eamque a s. M. Paolo V. per apostolicas Literas diei 9. Junii 1618 erigi impetravit simulque titulo *Abbatia* insigniri adjecta lege, ut ejus possessor *Abbas Spada* perpetuis futuris temporibus esset appellandus ac »omnibus et singulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, praerogativis, praeeminentiis, antelationibus, honoribus, insignibus ac illis facultatibus, indultis et gratiis quibuscumque tam spiritualibus quam temporalibus, quibus alii Diguitates in dicta Ecclesia obtinentes de jure, usu, consuetudiue aut privilegio vel alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent: ac uti, frui, potiri et gaudere possuut et poterunt, quomodolibet in futurum pariformiter et aeque priucipaliter in omnibus et per omnia absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri et gaudere necnon horis canonicis aliisque actibus in dicta Ecclesia illiusque Choro et extra eam celebrandis et peragendis interesse ac immediate post alias tres Dignitates obtinentes et ante omnes ipsius Ecclesiae Canouicos, videlicet in quarto stallo et loco sedere et incedere vocemque activam et passivam si legitimae aetatis fuerit in Capitulo ejusdem Ecclesiae illiusque rebus, actibus et negotiis spiritualibus ac mixtis, necnon, postquam ad participationem infrascriptarum distributionum admissus fuerit, mere temporalibus habere ac etiam postquam ad instautiam et requisitionem dicti Joannis B. seu eamdem Abbatiam obtinentis, tot ex praesentis dictae Abbatiae seu aliis forsan assignandis proprietatibus, censibus et Locis Montium Urbis eorumque fructibus, quot illorum annuus valor ad mediam partem per unumquemque ex Canonicis et Dignitates obtinentibus, praesertim de distributionibus, obvenientibus et emolumentis Mensae capitularis dictae Ecclesiae percipi et lucrari solitis, judicio Episcopi Lucani sufficiet eidem Mensae in usum et augmentum distributionum et emolumentorum eorumdem per eumdem Episcopum Lucanum, tamquam ad id ab apostolica Sede delegatum, juxta decreta Concilii Tridentiui incorporata fueriut, medietatem distributiouum, obveutiouum et emolumentorum hujusmodi percipere et lucrari et de illis participare libere ac licite possit, debeat ac teneatur.«

Nihil nunquam Capituli Massae in augmeutum distributionum communium tributum fuit; ideoque nunquam Abbas Spada de iisdem distributionibus participavit. Novae tamen Dignitatis erectio compluribus originem praebuit controversiis: nam contendere coeperunt Canonici, Abbatem Spada obire minime posse capitularia munera, quae *interiore Sacrista e Loco posito* nuncupant et administrationem Sacrarii ac redditnum Capituli respiciunt; nullum ipsi jus esse neque ferendi suffragii neque iuteressendi Capitulo, cum de rebus mere temporalibus agebatur; nullam deuique portiouem eidem deberi emolumentorum, quae ex auniversariis ac defunctorum associatioue et exequiis proficiscebautur, necnon aliorum quorumcumque ad communem distributionum massam, sive *Massa grossa* nou pertinentium. Concordia tamen 1689 inter Canonicos et Bartholomaeum Spada tunc Abbatiae possessorem fuit inita cujus vigore Canouici omuia Bartholomaeo concesserunt quae iu coutroversiam veuerant; ac vicissim Bartholomaeus ad complura Canonicorum ouera ferenda sese diviuxit. Verum addita Coucordiae fuit clausula: *che s' intenda durare, ed avere il suo effetto solo sino, che detto Signor Abbate Bartolomeo Spada goderà detta Abazia.* Igitur e vivis erepto Bartholomaeo res ad pristinum statum rediit: et quamvis diutissimum intercesserit silentium, nuper tameu veteres excitatae sunt querelae; ac insuper negant Canonici jus esse Abbati Spada cauendi Missam solemnem, quaudo tres priores Dignitates illam canere vel uoluut vel nequeunt. Quamobrem Sacerdos Bartholomaeus Bartelloni Parochus Collegiatae ss. Paulini et Donati qui nunc Abbatiam obtinet controversias omnes ab EE. VV. definiri exorat.

Archiepiscopum rogavi de more, qui et Oratorem et suae Cathedralis Capitulum audivit ac scripta ipsi utriuque tradita trans-

misit, a pandendo tamen animi sui sensu abstinuit. Animadvertunt Canonici, jura Beneficiatorum aut a fundatione aut a benigna concessione Pontificis aut demum a consuetudine pendere: in themate vero apostolicas Literas Pauli V. et fundationis legem et pontificiam concessionem amplecti. Duas autem asseruut iisdem in literis occurrere distinctas et perfectas orationes ac separatas dispositiones, quarum altera amplissima honores, privilegia, praerogativas, praeeminentias, indulta et gratias, altera vero certis finibus coercita facultates, jura et actiones possessori Abbatiae Spada tributas respicit.

Ultro concedunt Canonici Abbatiam esse, quoad honores et gratias quascumque, tam spirituales quam temporales, tribus aliis Metropolitanae Dignitatibus parem: in reliquis autem negant Abbatem Spada sibi quidquam arrogare posse praeter ea, quae indigitantur verbis: *necnon horis canonicis aliisque Divinis Officiis atque processionibus et aliis actibus interesse ac immediate post alias tres Dignitates et ante omnes Canonicos in quarto stallo et loco sedere et incedere etc.* Contendunt idcirco jus non esse eidem Abbati Missam solemnem canendi, cum divinis officiis tantummodo *interesse* possit, quorum nuncupatione Missam praedictam venire non ambigitur et post alios docent *Navarr. in Man. cap. 27. n. 177.*, *Barbos. Appell. variae appell. 176. n. 5.*; ac proiude ad ipsum facultate canendae Missae destitutum pertinere nequaquam posse decreta s. Rituum Congregationis, quae in impedito vel nolente Episcopo Missam a Dignitatibus caneudam esse respondit in *Adrien. 22. Januarii 1618*, *in Gerunden. 11. Febr. 1702* et in *Gerunden. Juris officiandi 24. Novb. 1703.**)

Neque iis verbis: *privilegiis, exemptionibus, immunitatibus etc.* designari apostolicis in Literis dicendam esse Missae solemnis celebrationem subdunt Canonici, quia vel eaedem literae contradictionem involverent vel superfluitatis vitio laborarent, quorum utrumque ab iisdem abesse pro certo habendum est, *Gloss. et Doctores in cap. solitae vers. tamquam de major. et obed.* Contradictorium enim foret, ut post tributam amplissimam canendae Missae facultatem illico ea facultas tolleretur ac jus tantummodo divinis officiis ideoque et Missae *interessendi* indulgeretur. Supervacaneum vero esset ac inane, potestatem Abbati facere iuteressendi Missae, quando non interesse tantum sed et Missam canere potest. Clausulas autem: *pariformiter et aeque principaliter in omnibus et per omnia absque ulla prorsus differentia*, quae in Apostolicis Literis leguntur, nullum Abbati Spada praesidium afferre ajunt Canonici, cum primam orationem et dispositionem honores tantum respicientem claudant; et quamvis unica supponeretur oratio, clausulae illae utpote in medio positae ad antecedentia non ad subsequentia esseut referendae, *Barbos. claus. 69. n. 1.*, *Card. Petra ad constit. Innoc. IV. sect. 1. n. 40.*, *Rota in recent. part. 1. dec. 257. n. 7.*; praesertim cum antecedentia generalia et amplissima siut, subsequentia vero specialia et jamdiu sit traditum, geueri per adjectam speciem derogari, *Barbos. Diction. 110. n. 36.*

Illud quoque perpendendum inquiunt Canonici, Apostolicas Literas clausula *sine alicujus praejudicio* esse munitas: ipsis autem, quorum singulis post Dignitates jus est Missae canendae ordine antiauitatis servato, *Barbos. de Canon. cap. 5. n. 43. et seq.*, *s. Rit. Congr. in Juvenaten. 6. Maji 1609*, *Rot. in Viterbien. Celebrationis Missarum 11. Decb. 1609*, et uon leve detrimentum et quoad honorem et quoad emolumeuta infe-ri, si Abbati Spada praelatio in Missa post tres alias diguitates cantanda coucedatur. Exploratum vero esse praedictam clausulam vires suas exercere in iis omuibus, quae actus qualitatem et essentiam nou afficiuut, *Card. Petra loc. cit. n. 36.*, *Rot. cor. Seraphin. dec. 1445. n. 4.*: nec ad essentiam dignitatis pertinere jus Missae solemuis caueudae sed dignitatem constitui tribus requisitis, scilicet ut habeat *administrationem rerum ecclesiasticarum cum jurisdictione*, *nomen dignitatis cum praerogativa tam in choro quam in capitulo et quod de consuetudine habeatur pro dignitate*, uti communiter tradunt doctores ac praesertim *Ricciardell. Licaeum Eccles. cap. 8. § 3. n. 1.*

Inde vero inferuut Canouici non jus tantum cauendi Missam solemnem, sed neque participationem distributionum et obveutionem ad Massam capitularem sive *Massa grossa* non pertinentium neque administrationem Sacrarii ac redditnum Capituli neque vocem activam et passivam in eodem capitulo praesertim ubi de temporalibus negotiis agatur ad diguitatis essentiam spectare. Omnia haec proinde ope clausulae *sine praejudicio etc.* ipsis sarta tecta servata fuisse dicunt a Pontifice cujus literae, etsi ea clausula destituerentur, ita semper esseut interpretandae, ut gratiae Abbati Spada indultae neminem laedereut, *Barbos. claus. 157. n. 1.*, *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. § 4. proem. n. 2.*, *Card. Petra ad Constit. Innoc. IV. Sect. 1. n. 31.* Monent praeterea, Parochum Bartelloni, non re, sed nomiuetenus esse *Abbatem Spada*, cum praeteritorum temporum calamitatibus Abbatia suppressa ejusque boua ablata fuerint neque in Metropolitaui Capituli reintegratione ulla de eadem inciderit meutio fueritque recensita inter Beneficia jurispatronatus Locorum, quae tuuc in pristinum statum restituentur, quum a *Commissione* Bonorum ecclesiasticorum administratioui praeposita illis congrua dos fuerit assiguata; quod de Abbatia Spada nondum evenit.

Itaque contendunt, Abbatiae Patronum perperam nominationem cui locus non erat in Parochum Bartelloni contulisse: cumque nominationis inanitas nunquam ab Ecclesiastica Auctoritate sanata osteudatur, ne audiendas quidem nuuc esse dicunt preces Parochi Bartelloni, qui nondum existeutis Abbatiae jura proponit; et cui caeteroquiu absque periculo scandali petita facultas Missam cauendi tribui nequiret. Ipse enim potest, at non teuetur Choro interesse: hiuc non raro eveniret, quod Abbas Spada abesset, quando Missam canere caeterae Diguitates vel noluut vel impeditae suut neque Canonici id ignorantes ad supplendum parati sese curarunt, adeo ut a Choro absque Missa solemni esset discedendum. Idque cum semper tum facilius de hodierno Abbate contingere posset, quia Parochus est atque ad parochialia munera obeuuda quovis tempore vocari potest. Caeremoniarum quoque Praefectus et Acolythi, qui servitium praestant in missa solemni, mercede soluta non ab Ecclesia, sed a Canonicis, neque ad illam persolvendam cogere Abbatem Spada ab hoc onere exemptum valent; praedictum servitium non sine gravi dedecore eidem deuegare possunt. Quoad reliqua vero controversiae capita absurdum esset, ut Abbas Spada, qui nullam in temporalibus Capituli negociis partem sibi arrogare potest, ad ea munera exercenda eligi valeret, quae ipsi omnem eorumdem negociorum gestionem et administrationem tribuerent.

Consuetudinem denique plusquam biscentenariam sibi favere asserunt Canouici, quam summo in pretio esse habendam nemo iguorat et docet s. Congregatio praesertim in *Praenestina Reparationis Ecclesiae 6. Maji 1820 § Haec.* Cum enim Abbatia erecta fuerit 1618, numquam Abbatem juribus hodie controversis ac signanter cauendi Missam gavisum esse affirmant; tum quia nihil in capitularibus Codicibus adnotatum reperiatur, tum quia 1689 praedicta jura (Missae tamen cantu excepto) sibi non aliter concedi obtinuit Sacerdos Bartholomaeus Spada quam ope transactionum, quando Abbatia ab ipso amplius non possideretur. Dimisit Abbatiam 1712 Sacerdos Nicolaus Burlamachi, qui 1714 preces obtulit Capitulo ut transactio cum Antecessore iuita ad ipsum proteuderetur: at repulsam tulit acquievitque et 1726 Abbatiam abdicavit, quae ad Sacerdotem Bartholomaeum Spada reddiit, cum quo iterum servata fuit antiqua Transactio. Verum ipso post quinquennium vita functo ac Transactione denuo sublata, quotquot successerunt Abbatiae possessores ad haec usque tempora a qualibet moveuda controversia abstinueruut. Inde vero consuetudinem hauriunt Cauonici bisceutenariam et ultra contradictione etiam et successiva Abbatum acquiescentia roboratam, quae omnem removeat ambiguitatem quoad Literarum Apostolicarum dispositionem, ad quam caeteroquin interpretaudam *decennalis**) observantia satis superque fuisset, *Reiffenst. Jus canon. lib. 1. tit. 4. § 7. n. 153.*, *s. Congr. in Anconitana 8. Junii 1782.*

Verum reponit Parochus Bartelloni, se et nomiue et re esse *Abbatem Spada*, quia emissa a Patrono nominatio fuit pluries a s. M. Pio VII. probata et confirmata ejusque confirmationis vigore Capitulum in possessionem Abbatiae quam antea per quinque menses denegaverat ipsum nomiuatum induxit; qui, licet congrua dos nondum fuerit Abbatiae assignata, ex concessione tamen laudati Poutificis fructus percipit Locorum Montium sive Crediti (*Consolidato* dicimus) illis subrogati et ad Abbatiam spectantis. Scandala vero et absurda metui sine causa dicit, cum eo ipso, quod Abbas Spada officiis divinis iuteresse queat sed nequaquam teneatur, si Missa canenda sit, declarabit expresse an illam cantare velit: declarationem autem emissa injuriose supponitur, datam fidem

*) Vd. *Decreta auth. S. R. C. t. I. p. 474. d.* Edit. Mühlbauer; *suppl. t. II. p. 66. n. 2.*

*) Vd. *p. 743. n. 7.*

esse ab eo fallendam. Caeremoniarum vero Praefectus et Acolythi, qui caeteris Dignitatibus Missam solemuem caneutibus inservire debent idem servitium iisdem conditionibus etiam quartae Dignitati procul dubio praestabunt ne apostolicis Panli V. Literis contradicant. Absurdum nec est imo neque novum ueque insuetum, ut quis ad munera eligatur, ad quae ipse alios designare uequit, poterit ergo Abbas Spada passiva voce pollens officia quaecumque capitularia obire, etsi voce activa destitutus aliis eadem officia demandare non valeat.

His vero missis, quae inania vocat Parochus Bartelloni, ad quaestionem omnem absolvendam praedictas apostolicas Literas profert, quibus Abbas Spada donatus est *omnibus et singulis privilegiis, praerogativis, praeeminentiis, antelationibus, honoribus, insignibus ac aliis facultatibus, indultis et gratiis quibuscumque tam spiritualibus quam temporalibus, quibus alii Dignitates in dicta Ecclesia obtinentes de jure, usu, consuetudine aut privilegio vel alias quomodolibet potiuntur . . et potiri poterunt quomodolibet in futurum pariformiter et aeque principaliter in omnibus et per omnia absque ulla prorsus differentia.* Cum enim Pontifex nou de privilegiis tantum, honoribus, iusiguibus et gratiis locutus sit, verum etiam de *praerogativis, praeeminentiis et aliis facultatibus quibuscumque tam spiritualibus quam temporalibus*, quibus aliae ejusdem Ecclesiae Dignitates gaudent etiam *de jure, usu, consuetudine*, cum omnia quoad quartam Dignitatem ab ipso erectam *pariformiter et aeque principaliter in omnibus et per omnia absque ulla prorsus differentia* procedere voluerit: silentium imponendum esse dicit Canouicis, qui Pontificiae dispositioni repugnantes tautam reprobaudam differentiam iuter Abbatiam caeterasque Dignitates invehere nituntur.

Eoque certius, quia generalia et amplissima sunt Literarum apostolicarum verba, hinc nullam limitatiouem admittunt, sed generaliter suut accipienda, *Leg. 1. ibiq. Glossa in verb. omnibus ff. de alien. judic. mutan. caus. fact., Rota decis. 64. n. 5.* et *decis. 101. n. 2. cor. Me*, qnia praeterea tam aperta sunt ac perspicna, nt interpretatione non indigeant, nullam imo interpretatiouem patiantur ad regulam de qua Textus *in Leg. 25. ff. de Leg. et Fideicom. 3.*, qnia deuique si interpretationi locus esset ea tenenda foret interpretatio, qnae Abbatiae possessori favoret, qnoniam Principis *beneficium plenissime interpretari debemus, Leg. 3. de constit. Princ., cap. In his de privileg.* Haec autem ad omnia pertiuent, qnae hodie iu controversiam veninut; praecipue vero ad solemnis Missae cantum, quem Episcopo nolente aut impedito spectare ad Dignitates Capituli earum ordine servato ac deinde ad Canouicos juxta eorum antianitatem; ideoque jus praedictam Missam cauendi inter praeemineutias Dignitatibus competeutes recenseri plnries definivit s. Rituum Congregatio, nt ipsi fatentur Canonici et moneut *Card. de Luca de Praemin. disc. 19. n. 11., Scarfanton. ad Ceccoper. Addit. 7. n. 13.*

Perperam autem snadere tentant Canonici (pergit Parochus Bartelloni) duas in Apostolicis Literis adesse dispositiones, qnae vel invicem pugneut, si Abbati Spada controversa jnra tribuantur, vel certe earum altera snperflua sit ac inanis. Unica enim non dnplex est oratio, qnae finalibus verbis: *possit, debeat ac teneatur*, perspicue informatur et clauditur; ea vero duas habet partes, quae verbis: *necnon* vim et effectum particulae et copulativae aut dictionis *etiam* continuativae habentibus invicem connectuntur. Nulla vero ant contradictio ant snperfluitas occurrit, cnm Pontifex prima orationis parte non modo honores et privilegia sed jura qnoque omnia et facultates caeteris Dignitatibus praesertim ratione praeeminentiae competeutes Abbatiae possessoribns tribuerit; secunda vero statuerit eosdem posse *horis canonicis aliisque divinis Officiis atque processionibus et aliis actibus in dicta Ecclesia illiusque choro et extra eam celebrandis et peragendis interesse* ac munera obire, qnae ad Canonicos pertineut; necuon impletis qnibusdam conditiouibus etiam partem communium distributionum lucrari. Itaque primae orationis parti jnra Dignitatem respicienti aptissime jungitur et adhaeret secnuda, qnae Abbati facultates etiam et jura ad Canonicos spectantia adscribit.

Quoad si clausulam addidit Pontifex: *sine tamen alicujus praejudicio*, cnm Parochus Bartelloni commnnes distributiones minime petat illam sibi non obesse contendit. Neque enim clausula hujusmodi ad erectionem quartae Dignitatis evertendam trahi absurde potest: hac autem erectioue maneute jus Canonicorum canendi Missam solemnem a conditione pendet, si Dignitates eam canere

vel neqneant vel nolint. Conditione non purificata nullum est juris exercitium; nulla proinde illius laesio excogitari potest, quando Abbas Spada Missam canat. Quod ad caeteras etiam facnltates caeterosque actus est porrigendnm: neqne enim quisqnam laeditur aut cuiquam praejudicium infertur, si inter plures ad idem eligibilium genus spectantes eademque voce passiva polleutes unus eligatur ab iis qui eligendi facultate gandeut isque muneribns fungatnr, quae et alii si pariter nominentur aeque obire valeut.

Consuetudinem vero frustra a Canonicis proferri animadvertit Parochus Bartelloni, cnm Paulus V. apostolicas Literas erectionis Abbatiae Decreto *irritanti* muniverit: qno *ex nunc* (sunt Pontificis verba) *irritum decernimus ac inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari*, ideoque contrariam consuetudinem induci vetuerit, *Card. de Luca de Regular. disc. 3. n. 8.* et ad *Concil. Trid. disc. 33. n. 9., Piton. de controv. Patron. Alleg. 5. n. 16.* Praesertim cum interpretativa consnetudo in tanta Literarum Apostolicarum perspicuitate locum habere neqneat et a rei veritate sit devium consnetudinem centenariam et plusquam biscentenariam adesse. Nam 1618 erecta fuit Abbatia; inde vero contentiones obortae, quae 1689 per Transactionem cum Sacerdote Bartholomaeo Spada iuitam fuere ad tempus ablatae. Abbatiam 1712 obtinuit Sacerdos Nicolaus Burlamachi, qui memoratae Transactionis favorem exoptans 1714 a Capitulo responsum habuit negativum: ipse deinde Massiliam petiit et 1726 Abbatiam dimisit, quam denno Sacerdos Bartholomaeus Spada Transactione pristiuo vigori restituta possedit usque ad annum 1731, quo decessit.

Nulla igitur nsqne ad praedictum annum 1731 indnci potuit consuetudo, quae si tunc incipere potuisset ac jugiter servata fuisset, cum anno 1821 praesens controversia initium habuerit, non biscentenaria, non centenaria esset sed vix ad annos 90 protenderetur. Patet autem, cur Sacerdos Burlamachi Abbatiae jura viudicare neglexerit; quia scilicet aberat et in longinqna regioue vivebat. Post Bartholomaeum Spada nullus Abbatiae possessor ante Parochum Bartelloni fuit Sacerdotali charactere insignitus: nil ergo mirnm, si de Missa canenda nulla incidit qnaestio; et aeque manifestum est nullam invehi potuisse consuetudinem Abbatibus infensam.

Quod si Abbatiae possessores caetera quoqne jura neglexerunt, quae ab ipsis exerceri poterant, eorum oscitantia unllum successoribus detrimentum inferre potuit. Ad destruendam enim fundationis legem, ad vertenda jura in ipsa fundatione tribnta neque negligentia neqne ipsamet Partium placita valeut et quaevis vel longissima iu coutrarium observantia, tanqnam abusns et corruptela a Trid. Synodo improbatur; et semper haec s. Congregatio fundatiouis leges ab iuductis abusibus et a quavis coutraria desuetudine viudicavit, ut *Nullius s. Aedisti 11. Junii 1684, in Romana Capellaniae 30. Julii 1768* et in *Comaclen. 8. Julii 1818.*

D u b i a :

I. *An Abbati Spada competat jus Missam canendi diebus solemnioribus illam non canentibus Archiepiscopo et aliis Dignitatibus in casu?*

II. *An Abbas Spada in rebus spiritualibus et mixtis vocem activam habeat in Capitulo in casu?*

III. *An dum agitur de rebus temporalibus intervenire possit Capitulo absque voce activa in casu?*

IV. *An Abbas Spada eligi possit ad munera capitularia et illa obire in casu?*

V. *An Abbati Spada competat jus percipiendi emolumenta non procedentia ex Massa communi seu Massa grossa in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative.

Ad III.: Affirmative absque voce activa et passiva.

Ad IV.: Affirmative qnoad munera spiritualia et mixta; et qnoad temporalia adimpleta conditione ad formam Bullae erectionis

Ad V.: Affirmative, dnmmodo non agatnr de legatis erectis ante fundationem Abbatiae.

Die 29. Jan. et 26. Febr. 1825.

Continnatio Lucana.

In Comitiis diei 29. Jan. snperioris anni proposita fnere 5 dubia *ut supra.*

Contendentibus vero Canonicis, Abbatem Spada chorali servitio nt caeteros Canonicos

non esse adscribeudum multoque minus inter eos cooptandum, qui Archiepiscopo extraordiuarias Functiones obeunti ministrant in Officio Diaconi et Subdiaconi, vel inter eos qui muuus sortiuutur Iuterioris Sacristae ad hunc s. Ordinem iterum confugit Parochus Bartelloni actualis Abbas Spada ut quaelibet dirimatur coutroversia.

Rogatus de more Archiepiscopus, ut audito Capitulo referret super novis precibus, haec edisserit: Quae in resolutiouibus s. Congregatiouis mihi fuerunt imposita iutegre et fideliter ut mei muneris erat observavi et plene exequuta fuerunt. Mandatis iterum hac de re acceptis obtemperavi Capitulum ipsum audiendo, uti ex foliis aunexis et ipsius Capituli et Abbatis Bartelloni indubie coustat. Et cum difficile admodum quaestionem amicabiliter componere cognoverim, hinc ut nullius jura laedautur et unusquisque jus suum absque dubio prosequi possit uecesse est, ut ista s. Congregatio suam sententiam aperire dignetur.

Ex memoratis Foliis haec, quae ad factum pertinent, eliciuntur. Capitulares duas in partes dividuntur, quae alternatim per quindecim dies Choro iuserviunt. *) Quatuor in Sacrario extant Urnae, quarum in unam omnia conjiciuntur Canonicorum nomiua, ex quibus sortitione eliguntur, qui Missam quibusdam solemuioribus diebus cauere vel in officio Diaconi et Subdiaconi Archiepiscopo Sacris operanti inservire debeut. In aliis duabus Urnis, quarum altera appellatur la gita di s. Croce, altera la gita di s. Martino, eorum recouduutur nomina, qui per quindecim dies alternatim Choro iutersunt: ex ea vero Urna, qua nomiua coutiueutur Canonicorum tuuc Choro nou inservientium, sortiuntur Diacouus et Subdiaconus, quorum est Archiepiscopo aliquam extraordinariam functionem veluti Ordinatiouem Clericorum, chrismatis confectionem, Virgiuum consecrationem peragenti ministrare.

In quartam denique Urnam nomina immittuntur Canouicorum, qui per secreta suffragia electi fueriut ad munus Interioris Sacristae. Hoc muuus, qui forte eductus fuerit, accepto habere et sex meusibus exercere compellitur sub poena libellarum triginta. Elapso vero sex meusium termino novam extractionem curare debet Sacrista et si ipse sive illius Locopositus praedictam extractiouem fieri non fecerit per trieuuium Capitulum ingredi vetatur et distributionibus duorum meusium privatur.

Interior Sacrista caput est Capituli et ex Constitutiouibus capitularibus debet esse, justo impedimento cessante personaliter et praesentialiter iu quolibet Capitulo primae sextae feriae cujuslibet mensis sub poena unius Floreui aurei . . . interesse et cuilibet alteri Capitulo per ipsum toto aduuato sub eadem poena: item omni die interesse semel ad minus in dicta Ecclesia Lucana ad inquireudum, si Officium divinum ipsa die factum fuerit et debito ordiue et cum debita devotione ac negligentes ad formam Constitutiouum punire. Sin vero justo detineatur impedimento debet officium saltem committere Hebdomadario et eo absente uni ex Cauonicis, qui omuia referat dicto Sacristae. Si vero dictus Sacrista propter suam absentiam vel impedimentum legitimum non potuerit providere, tunc notificet Capitulo, ut provideat opportune. Et si sic non fecerit, ipse Sacrista incidet in poenam praestiti jurameuti et alius Hebdomadarius vel alter substitueudus praedictus incidat in poeuam librarum decem Camerario Capituli solvendarum infra meusem.

Nomeu Abbatis Spada in urnas ex quibus sortitione extrahuntur Diaconus et Subdiaconus pro extraordinariis functionibus conjiciendum esse deneganut Cauonici, quia s. Congregatiouis Rescriptum, quo Abbatem Spada ad munera spiritualia eligi posse decretum fuit, illo admisso ad officia ordiuaria, plenum sortitum esse effectum arbitrantur; sacra enim Cougregatio verba adhibuit generalia, quae ad insolitos casus non sunt trahenda, *Flores de Mena varior. lib. 2. quaest. 24. n. 33.* et *Barbos. axiom. 222. n. 43.* Praeterea Abbati Spada apostolicis Literis Pauli V. ea tributa fueruut, quae privilegium, praerogativam et gratiam secumferrent; nulla vero iujuncta lex ouera Capituli perferendi: at ministrare Archiepiscopo extraordinarias functiones peragenti uec privilegium nec gratia est sed onus. *Pacian. de Prob. lib. 2. cap. 27. n. 37., Barbos. de Canon. cap. 4. n. 24.* et s. Cougregat. in *Casertana 2. Augusti 1825* § *Qui vero.* Nam qui hujusmodi officium sortiuutur illud ex capitularibus Constitutionibus explere debent, adeo ut negligentes poena etiam plectantur.

Similiter ad muuus iuterioris Sacristae eumdem Abbatem eligendum non esse cen-

**) Vd. *t. III. p. 1061. II.*

sent. Quamquam enim s. Congregatio declaraverit, Abbatem Spada ad muuera spiritualia et mixta eligi posse, nihilomiuus Officium Interioris Sacristae sileutio praeteriit adeoque ipso silentio exclusisse videtur; cum enim hujusmodi muuus iuter alia capitularia Officia princeps sit speciali mentione diguum erat, ut illud quoque comprehenderetur. Quin imo expresse exclusum authumaut a s. Congregatiouе, quae declaravit munera Capituli temporalia in Abbatem Spada non esse conferenda usque dum couditionem impleverit ad formam Bullae erectionis. Jam vero munus iuterioris Sacristae (iuquiunt Canonici) est un complesso di facoltà spirituali, temporali, e miste, ac proinde Interior Sacrista licet aliquaudo negotia spiritualia et mixta exerceat, attamen ut plurimum in capitularibus sessionibus res mere temporales Capitulo expeudendas propouit et cum Cauouicis defiuit. Abbati autem Spada fas non est in hisce temporalibus Capituli negotiis sese immiscere et idcirco nequit interioris Sacristae officium gerere.

Deuique si Abbas Spada vel Officium Diaconi et Subdiaconi pro extraordinariis functionibus sortiri vel ad munus interioris Sacristae eligi posset timendum foret ne ipse suo muneri deesset. Eteuim praeterquam actualis Abbas Paroeciam possidet et idcirco animarum curam non potest citra piaculum deserere, ut capitularibus sessionibus aut sacris functiouibus intersit; illud etiam accederet, quod ipse, cum nulla servitii choralis aut residentiae Lege obstriugatur, pro suo lubitu modo officia respueret, modo accepto haberet, modo eisdem satisfaceret, modo etiam negligeret, quin ulli poenae aut quotidianarum distributionum quibus nou fruitur privationi obnoxius fiat.

Verum Abbatem Spada quoad Chori servitium eodem quo caeteri Cauouici jure esse ceuseudum contendit Parochus Bartelloni, imo ait eumdem Abbatem alterutri delle gite adscribere oportere ne in emolumentis, quae ex Legatis post Abbatiae erectionem Capitulo relictis proficiscuutur, aliquid capiat detrimeuti. Dein affirmat inservire Archiepiscopo extraordiuarias functiones obeunti non esse munus extraordiuarium sed ordiuarium ad tradita per *Pignat. t. 1. cons. 130. n. 4.* et *cons. 348. n. 1.*; ac subdit, quod etiamsi inter extraordinaria munera receuseutur ejus nomen in urnas foret immitteudum, quaudoquidem verba generalia quibus usa est s. Cougregatio generaliter sunt intelligenda, *L. 1.* § *quod autem ff. de aleat.*, *Marcus Anton. variar. resol. lib. 2. res. 40. n. 11.*, *Barbos. axiom. 222. n. 36.*, praesertim quia Literae apostolicae Pauli V. Abbatem Spada aliis Metropolitauae Dignitatibus in omnibus et per omuia absque ulla prorsus differentia aequiparandum praecipiaut.

Iu dubium quoque revocari non posse autumat, Abbatem Spada ad munus interioris Sacristae eligi et illud obire posse. Profecto officium istud non est inter officia mere temporalia receusendum, quae tantummodo ad rerum Ecclesiae temporalium administrationem, defensionem vel custodiam ordiuantur, *Reiffenstuel lib. 5. Decret. tit. 3. n. 25.*, *Pirhing. Jus canon. lib. 5. tit. 3. sect. 2.* § *5.*, *Leuren. For. eccles. lib. 5. tit. 3. quaest. 70.*, sed iuter officia mixta, quae ad rerum tum spiritualium tum temporalium administrationem sunt instituta. Officium itaque interioris Sacristae, quod ipse fatentibus Canouicis facultates complectitur spirituales ac temporales, munus mixtum est appellandum ac propterea Abbas Spada ad illud eligi potest.

Neque eumdem Abbatem utpote in rebus Capituli temporalibus voce activa et passiva destitutum a muuere iuterioris Sacristae repellendum esse censet; nam ipse Capitulis etiam dum negotia geruntur temporalia interesse non prohibetur et idcirco si electione Caput efficiatur Capituli poterit capitularibus sessionibus praeesse, negotia etiam mere temporalia propouere et resolutiones a Canonicis accipere non secus ac aliarum Ecclesiarum prima Dignitas, quae ob non susceptum s. Ordinem voce caret in Capitulo,*) s. Congregatio *in Sabinen. 31. Maji 1783* et in *Oppiden. Vocis in Capitulo 25. Maji 1822*, et nihilomiuus jure gaudet convocandi Capitulum illique praesideudi ac negotia proponendi, **) *Card. de Luc. de Canon. dec. 39. n. 5.*, *Barbos. in Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. de ref. n. 8. et 10.*

Ex sortitione vero Abbatis Spada sive ad Officium Diaconi et Subdiaconi sive ad munus interioris Sacristae nulla inquit metuenda esse scaudala aut incommoda, perraro siquidem contiuget, ut idem Abbas haec munera sortiatur. Paroecia quam regit Orator non est incompatibilis cum Officio interioris Sa-

*) Vd. *t. III. p. 431. f.*
**) Vd. *t. III. p. 748. n. V.*

cristae, nam 1689 sua sponte Canonici in Capnt Capituli elegerunt Abbatem Spada, licet Priorem Ecclesiae s. Paulini et ad tramites capitularium Constitntionum interior Sacrista absens aut justo impedimento detentus potest officium suum Locoposito vel uni ex Canonicis committere. Quod si muneri suo deesset Abbas Spada, posset Capitulum illum punire ant mulcta aut etiam privatione emolumentorum, quibus gaudet ad formam rescripti s. Congregationis diei 26. Febr. 1822 ad V. dub.

Igitur dirimenda proponuntur

Dubia:

I. *An Abbas Spada adscribi debeat servitio Chori per turnum in casu?*

II. *An Abbati Spada jus competat sortiendi munus Diaconi et Subdiaconi etiam pro extraordinariis functionibus in casu?*

III. *An Abbas Spada eligi possit ad munus interioris Sacristae in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative, quatenus aliae Dignitates munus Diaconi et Subdiaconi sortiantur.

Ad III.: Affirmative ad formam resolutionis diei 26. Febr. 1825 ad III. et IV. dubium.

Die 25. Febr. 1826.

6) Collegiatae.

(Habitus, praecedentia.)

Vd. t. I. p. 67. c.

7) Collatio.

(Quibus personis non est danda?)

Vd. *t. II. p. 435. mm.*

8) Doctoratum habere debetne?

Vd. *t. I. p. 1182.* decr.: *Montisfalisci*; *t. III. p. 383. n. 16.*

9) Electio, Qualitas etc.

Vd. *Episcopus* (processus de electione; *Canonicus.*

10) Electio a Municipio in regnlari conventu facta. Firmata.

Andrien.

Utitur ab immemorabili aevo Andriense Mnnicipinm jurepatronatus seu eligendi potestate V. Cathedralis dignitatem, cui nomen est Prior Ecclesiae s. Richardi Flato.

Factnm inde est, ut Syndicus quin opus haberet novum indicendi conventum ad Decuriones jam rite et frequenti numero duo praeter 20 congregatos die 23. ejusdem mensis inter alia negotia illud etiam de Priore eligendo retulerit. Atque reapse, suo utens jure, Canonicum ejusdem Cathedralis Vincentium Latilla ad dictam dignitatem eligendum desiguavit et mira animorum consensione Decuriones Latillae suffragati snut.

Ast vix electio in vulgus prodiit, concitasse eorum animos visa est, qui dictam dignitatem forsitan inhiabant; ideoque ingenia admovere, ut si fieri potuisset ab initio dicta electio subverteretur, quae tamen haud multum abfuit ut a Provinciae Praeside rata firmaque declararetur. Quocirca adiit Syndicus Episcopum atque efflagitavit *volersi benignare di conferire al cennato Signor Canonico Latilla la debita investitura del beneficio, di che tratassi.* Per publica edicta ut moris est praefatus Episcopus, antequam ad institutionem praesentati procederet, *monebat, citabat, requirebat omnes*, qui interesse habere putarent, ut infra terminum dierum trium dicerent quidquid contra praesentatum sentirent. Illico nonnulli ex Canonicis in sceuam prodiere, qui indicto festine Capitulo per majorum suffragiorum numerum in eam venerunt conclusionem, ut scilicet ad electionem veluti haud legitime et simoniace peractam nullo robore incusandam Episcopus adeundus esset. Capitulo praeeunti accessere nonnulli ex Decnrionibus, qui privatim et verbotenus coram Episcopo de nominatione facta conqnesti sunt; quorum tamen querelas pluribus adeo rationibus ille retudit, ut eos nihil ultra obloquentes tandem dimiserit. Sed jam actus capitularis ad Syndici et aliorum Decurionum aures notitia pervenerat et turbae a laicis in Capitulum movebantur; quas tamen ut vix dum rumpentes extinguueret prudens ille Syndicus sine mora per epistolam rem omnem denunciabat Antistiti.

Placuit hujusmodi consilium pientissimo Episcopo, qui ad praepedienda laicos inter et clerum suboritura scandala die I. Aprilis decrevit, ut capitularis conclusio omnino deleretur ex libro conclusionum tamquam *infamatoria ipsius magnificae Universitatis* sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda a quocumque qui illam retinere voluerit;

utque praesentatus Canonicus Latilla in prioratus possessionem rite et solemniter immitteretur, reservato cuique jure querelam proprio nomine apud Curiam exhibendi; Canonicum autem Vitum Fortunato ipso decreto suspensionis poena mulctabat, ntpote qni publice et notorie seditiones inter Capitulares ciebat et contumelias circa Latillae electionem effuderat. Reque vera eadem decreti die, quae erat feria quinta *in Coena Domini*, antequam sacra ejus diei solemnia inchoarentur, Episcopus ipse publice in Ecclesia nonnullis de Capitulo adstantibus nominatum Latilla canonica institntione donavit.

Ast magis ob id exasperati snnt Capitularium animi potissimum Canonici Fortunato, qui eo audaciae devenit, ut spernere omnino fas sibi censuerit latae suspensionis decretum et in Episcopum, veluti contra jus agentem canonicas censuras retorqnere non erubnerit. Tantam audaciam necnon alia attentata ac nova Capituli molimina repressurus Episcopus bina edidit monitoria; quorum altero die VII. Aprilis lato et anteacta omnia confirmabat et novas conclusiones de eadem re fieri vetabat commiuata in transgressores excommunicationis poena reservata semper cuique facultate prout de jure agendi; altero prohibebat quominus inposterum deleretur ex missarum aliisque capitularibus libris: *il nome del Signor Priore di san Riccardo Don Vincenzo Canonico Latilla* sub poena suspensionis a Divinis ipso facto incurrenda. Reliquum tunc sibi esse agnoverunt nil aliud Canonici nisi recursum ad s. Sedem habere ad quam ipso annuente Episcopo per supplicem libellum die IV. Maji s. huic Congregationi porrectum reapse habuerunt postulantes ut dignaretur *di dichiarar nulli gli atti di nomina e di possesso a favore del Canonico Latilla, non che tutti gli altri* (scilicet Episcopi decreta dierum 1. 7. et 22. Aprilis) *che sonosi fatti in appresso per costringere il Capitolo a riconoscere contro la voce della propria coscienza, il detto Latilla.* Huic accessit declaratio duorum ex Decurionibus videlicet Nicolai Canosa et Nicolai Conti ad acta s. C. exhibita die 17. Julii.

Preces prout par erat ad Episcopum remissae sunt, qui audito Capitulo in scriptis et Promotore fiscali suam senteutiam panderet. Hisce mandatis sedulus ille Praesul satisfecit transmittens tum Capitularium tum Fiscalis deductiones: quae is ut accuratius pateret quomodo se res circa electionem habuerit aduexit etiam formale examen tum eorum omnium qui aliquid scire de eadem potuissent, tum illorum Capitularium, qui vel in habita deliberatione prohibiti fuere quominus suum suffraginm in scriptis ferrent vel quodam turbarum metu a capitularibus comitiis abfuere.

Omnia haec una cum aliis documentis habebunt EE. VV. in summario, quod typis commissum ad sua tuenda jura exhibet Latilla, una cnm inserta Episcopi relatione ac Fiscalis voto sibi nsquequaque faventibus ex rationum momentis de quibus infra agendi erit locus. Quoniam vero Canonico Latilla aliisque grave visum est, ut vi deliberationis capitularis adigerentur ex communi arca expensarum onus pro praesenti controversia ferre, quam neutiquam Capituli jura afficere posse existimant, ideo per suum Procuratorem instant, ut praeter alia quaestionum capita disquiratur etiam utrum a Capitulo an potius *dai singoli Canonici e Mansionari, che hanno preso parte attiva nella medesima* litis expensae sustinendae sint.

Quatuor itaqne quaestionum capita ex hactenus narratis, ut quisque videt, sese offerunt pertractanda, queis totidem respondent dubiorum formulae in calcem relatae: scilicet inquirendum est de validitate electionis et institutionis, de vi trium decretorum, quae Episcopus edidit, demum de expensis.

De singulis ratiouem habet strenuus Orator a Capitulo assumptus in sna allegatione cujus synopsim de more damus.

Et ad I. quod attinet dubium super nullitate electionis Canonici Latilla contendit prioratus s. Riccardi nominationem non *singulariter sed collegiative* a Decurionibus fieri debuisse eo quod patronatus jus ad Communitatem pertineat docente *Card. de Luca de jurepatron. disc. 61. n. 26.* Unde infert in ea perficienda regulas illas fuisse servandas, quae ss. Canones in materia electionis constituunt.

Idem *Card. de Luca dict. disc. 61. n. 24.*, *Lambertin. de jurepat. part. 2. lib. 2. art. 8. quaest. princ. n. 1.* Prima vero ex dictis regulis prosequitur ipse illa est, ut electio fiat *praesentibus omnibus qui debent et volunt et possunt commodo intervenire*, textu expresso in cap. *Quia propter de elect. sive*, quod idem sonat omnes sunt vocandi*)

*) Vd. *t. III. p. 758. XI.*

qui aliquod in electione jns habeant, Glossa *ad dict. text. sub* verbo: *qui debent.* Hinc etiam in collegiali nominatione omnes qui Collegii partem efformant vel per edictum vel per citationem vel alio quocumque modo debent vocari, *Fargna de jurepat. part. 1. can. 5. quaest. 7. n. 1.*, *s. Rota coram Molines decis. 691. n. 12.* Nec sat est, quod *intimatio* generica sit, sed expresse continere debet vocationis causam, ne secus vocati nominationi vel electioni interesse negligant, *Pignatell. t. 10. consult. 58. n. 3.* Optime vero statutum est, ut jus habentium vocatio nominationem praecedit, quia scilicet dari potest, ut minor vocatorum pars atque etiam unus majorem partem vel ceteros omnes in suam trahat sententiam, *Murga de benef. quaest. 3. n. 65.*, *Piton. de controv. Patron. alleg. 25. n. 10.* Jam vero hujusmodi regulas spretas omnino fuisse in Canonici Latilla nominatione eruitur ex eo quod sex Andriae Decuriones narrant Lindicium nempe ad quem id muneris spectabat nemini diem indixisse, qua s. Riccardi Prioris nominatio perfici debuisset: sequitur ergo nullam ipsam esse renunciandam; *Card. de Luca de jurepat. disc. 34. n. 12. disc. 61. n. 1.*, *Lambertin. de jurepat. part. 2. lib. 2. art. 8. quaest. princ. n. 2.*, *Piton. de controv. Patron. alleg. 95. n. 18.* Frustra autem objiceretur eos solum de infirmanda nominatione agere posse, qui contempti fuerunt. Nam praeter Capitulum praesenti in causa actoris gerunt personam duo ex contemptis Decurionibus scilicet Nicolaus Canosa et Nicolaus Conti, qui postquam inutiliter penes Episcopum Andriensem conquesti de nominationis nullitate fuerant declarunt *di prendere parte attiva in detta causa.* Dubitari itaque nequit, quin electio in themate sit infirmanda; quia, etiamsi unus dumtaxat ex vocatis fuerit contemptus in totum corruit electio, *cum plus in talibus consueverit contemptus unius obesse quam multorum contradictio in praesenti*, uti sunt verba text. in *cap. 36. de elect.*, *cui plaudunt Pignatell. t. 10. consult. 53. n. 10.*, *Murga de benef. quaest. 3. n. 65.*

Nec ullo in pretio habenda est objectio Episcopi Andriensis et Curiae Promotoris, quod scilicet, cum fas sit Decurionibus, qui ob militum delectum conveniunt »*in seduta permanente*« nulla praevia denuntiatione caetera etiam pertractare Communitatis negocia cumque id probe scirent contempti Decuriones, sibi culpae vertere debeant si Municipali Concilio non interfuerunt ea die, qua Prioris nomiuatio expleta fuit. Ista enim objectio corruit omniuo eo quia primo nulla adducitur lex, cui illa inniti videatur. Quin immo contrariam prorsus extare demoustrant fide dignorum testium depositiones, quorum veritatem confirmat ipsa Syndici agendi ratio, qui etsi nosceret Decuriones ob militum delectum convocari debere »*in seduta permanente*« attamen specialem postulavit a Provinciae Propraeside veniam Decuriones convocaudi pro nominatione Prioris; quod quidem non peregisset, si quando Decuriones conveniunt »*in seduta permanente*« cetera possent pertractare Communitatis negocia.

Et dato etiam, quod id *administrativae* leges ferant nihilominus obesse nequit. Agitur enim de jurepatronatus, quod spirituales inter res recensetur, *Card. de Luca de jurepatr. disc. 5. n. 10.*; ac proinde civilium legum dispositione ejusdem exercitium moderari minime potest sed canonicae dumtaxat leges circa ipsa sunt attendendae ex doctrina laudati *Card. de Luca de benef. disc. 16. n. 13. et de jurepatr. disc. 60. n. 20.* Atqui juxta canones patronorum omnium convocatio necessaria est in collegiali nominatione; sequitur ergo administrativas leges a themate esse prorsus eliminandas.

Idque facto suo demonstravit etiam Provinciae Praeses: nam etsi juxta admiuistrativas sanctiones in qualibet electione tres debeant Provinciae Praesidi personae praesentari, ut Praeses ipse illam, quae sibi magis lubeat, eligere possit, attamen secus se habuit in s. Riccardi Prioris electione. Imperavit quidem initio dictus Praeses, ut Andriensis Magistratus tres nominaret ecclesiasticos viros, quos inter unum ipse seligeret Episcopo praesentandum; sed re dein maturius perpensa declaravit rite recteque sese Decuriones gessisse unum solummodo nominando, quod sane demonstrat alienas esse a jurispatronatus exercitio administrativas sanctiones, quemadmodum Episcopus etiam fatetur, qui quoties agitur de memorata *terna* excludenda canonicas solum leges in collegiali jurepatronatu servandas esse affirmat.

Porro hanc tenuisse sententiam in simili casu s. Rotae Auditorium probatur *decis. 48. n. 7. coram Lancetta*, in qua haec leguntur: *Quin urgeat in oppositum observantia cujus-*

dam particularis decreti statuentis certas dies, quibus electores congregati publica negocia definiant ac si facta in uno ex praescriptis diebus electione superflua videretur absentium convocatio; quoniam cum actus electionis ad beneficia non cadant sub ordinario munere magistratus, nulla urgebat necessitas electionem festinandi sed durante adhuc quadrimestri convocandi erant alii electores, ut sine tanta temporis coarctatione commode possent intervenire.«

Accedit ad rem plenius evincendam observantia. Quoties euim Prioratus s. Riccardi vacatio obtigit toties Decuriones intimati a Syndico fuerunt eorumque ad notitiam dies perducta, qua novi erat Prioris electio facienda, veluti apparet ex testium depositione necnon ex consiliari deliberatione 1830.

Neque satis haec suut: nam quum nulla fuerit deliberatio capta ea die, qua de electione Prioris est habitus in Municipali Concilio sermo et solum fuerit deliberatio ipsa exarata ac subsignata a Decurionibus post eorum discessum ab aula consiliari, veluti testantur Decuriones nounulli, sequitur electionem alio etiam nullitatis iufici vitio, quia nempe haud *collegialiter sed specialiter fuit ad exitum perducta. S. Rota coram Rezzonico decis. 95. n. 7.*, *coram Rotto decis. 278. n. 4*, *coram Buralto decis. 225. n. 4.*

Nec rem immutat epistola quaedam Provinciae Praesidis jam ab anuo 1843 ad Syndicum Andriensem data, qua ei nil aliud hanc in rem significabatur, nisi quod Decnriones suam pandere possent sententiam usquedum de negocio aliquo disceptatur non vero postquam deliberatio prodiit, scilicet *quando il verbale gira per essere sottoscrito.*

Ex hisce autem verbis haud profecto statuendum cum Promotore Fiscali et Episcopo, proditam deliberationem a Municipali Secretario per Decurionum domos posse circumferri, ut eorum subscriptionibus communiatur sed potius ipsam singulis Decurionibus in consiliari aula adhuc consistentibus in orbem tradi subscribendam.

Tertium deuique nullitatis caput ex simonia a lingua et *obsequio* proficiscitur: nam Canonicus Latilla uti testes enarrant prioratum obtiunit, se per patrem, per fratrem et per amicos Decurionibus commendando iisque praesertim, ubi ipse Prorectoris munere fungebatur, verentes ne erga illos hujusce minneretur benevolentia, certo certius eidem favissent. Hujusmodi vero agendi rationem simoniaca labe coinquinari admonet textus *in decret. caus. 1. quaest. 1. cap. 113.*

Nulla igitur est electio, quia simonia commissa cum uno ex praeseutantibus, quando praesentatio collegialis est, totum actum corrumpit ac vitiat.*) *Murgade benef. quaest. 3. n. 1135.* Quin valeat ad nonnullorum Canonicorum et duorum Decurionum Marziani et Brudaglio depositionem confugere: Canouici euim ii utpote qui Tortio tum Generali Vicario addictissimi ab ejus ore penitus dependent nihilque aliud deponunt nisi quod Latilla honestus sit, dum e contra Decuriones simoniam intercessisse ex facto proprio confirmant. Martianius vero et Brudaglius nullam fidem merentur; primus enim in simoniaco patrando crimine suam principaliter Canonico Latilla operam praebuit, alter sibi contradicit, quia Canonico Avolio rem secus locum habuisse narraverat ac eam postea pro testimonio dixit. Neque mirum esse debet si Incalzius in fiscali munere coustitutus caeteros Decuriones audiri non postulaverit. Homo etenim familiae Latilla amicissimus metuebat, ne, si ceteri interrogarentur Decuriones, factorum omnim historiam in praejudicium Canonici Latilla ingenue pandidissent.

Snper II. dubio ita brevi ratiocinatur ipsemet capitularium jurium Assertor. Nulla esse debet possessio a Canonico Latilla capta, quia possessio accessorium**) est quod suum sequitur principale scilicet nominationem; unde posita nullitate nominationis nulla etiam est possessio. Idque magis magisque tenendum eo quod *capitulariter* non fuit eadem possessio capta ad monitum *s. Rotae in recen. part. 18. t. 2. n. 24. cor. Ludoviso, dec. 364. n. 6.*

Quoad III. dubium ad trutinam revocat decreta a Curia episcopali lata diebus 1. 7. et 22. Aprili 1847. Et a primo incipiens, quo imperata fuit delectio capitularis conclusiouis diei 30. Martii sub poena excommunicationis atque indicta poena suspensiouis a divinis contra Canonicum Vitum Fortunato, statim animadvertit capitularem illam conclusiouem exaratam fuisse, Episcopo ipso suadente, qui monnit omnes interesse habentes, ut quae obstabant Canonici Latilla institutioni significassent; quique proinde, si id serio voluerit conclusionem ipsam fir-

*) Vd. *t. II. p. 706. p.*
**) Vd. *t. I. p. 173.*

mam stare immotamque voluisse diceudus est, eo quod nonnisi per eam Canonici electiouis uullitatem ostendere potuissent. Tum etiam injustitiae iusimulat suspensionem a diuiis, quia quum poena crimen sequatur ea mulctari ueutiquam poterat Canonicus Fortunato, qui nullum crimen admiserat. Neque enim is reus potest haberi, qui crimen detegit sed is tantum qui delictum patravit. Decretum igitur diei 1. Aprilis infert esse infirmaudum. Id ipsum quoque vult de altero decreto diei 7. quod nil aliud prae se fert nisi antecedentis coufirmatiouem. Nec secus seutit de tertio, quo sub poeua suspensionis prohibetur Canonicis quominus Prioris s. Riccardi nomen deleaut e libro missarum seu alio capitulari libro; quum receptum in jure sit, Capituli silentium pro ratihabitione haberi, quoties possessio non fuit capitulariter capta, si externo aliquo modo suam voluntatem uou paudant Canouici inutiliter captae possessioni resistendi, *s. Rota cor. Ludovis. decis. 364. n. 6.* Quam ob rem nou poterat Episcopus sub poeua suspensionis decernere, ut Capitulares suis juribus mitterent nuncium nominationi perperam factae, perperam dein captae possessioni acquiescentes. Quantum ad quartum dubium de expeusis ageus notum in jure esse monet, lites ab aliquo Collegio aut Universitate susceptas Collegii ipsius vel Universitatis sumptibus perageudas esse, *Barthol.* et *Bald. in leg. Ab omnibus* § *Si a Titio ff. de legat. 3.* Atqui, ut rem urgeam cum eodem Oratore, Audrienses Canouici qui contra Canonicum Latilla judicium moveruut Collegium efformaut; sua ergo sponte consequitur litis expensis ex massa communi solvi debere.*) Quin juvet regerere nonnullos ex Canonicis suum liti assensum non praebuisse immo vero aperte dissensisse. Nam quum major pars Canonicorum in litem consenserit miuor pars quae dissentit absorbetur ac suffocatur a majori, quemadmodum tradit *Card. de Luca de benef. disc. 30. n. 8. Accedit*; causam utilitatem Ecclesiae respicere; pessimi euim exempli res essent, si Canonicus Latilla contra Canonici juris regulas electus et simoniaca etiam labe coinquiuatus ecclesiasticam dignitatem qua indignus omuimode existimandus est retineret. Jam vero quando agitur de Ecclesiae uegotio litis expeusas ex massa communi solvendas edocet s. Rota *decis. 138. part. 1. recent. decis. 157. coram Manzaned. decis. 499. n. 6. et 8. coram Penia, decis. 402. n. 1. coram Cavaler.* Sed in hypothesi etiam quod lis injusta judicaretur conseusus majoris partis adhuc minori praejudicaret et litis expensae ex massa commuui detrahi deberent ad mouitum *Laurea, decis. granat. 88. part. 2. per totum.*

Contra haec plura opponit Latilla; atque illud e vestibulo mouet, ut scilicet tum Canonici qui causam moverunt tum biui Decuriones a praesenti judicio repellantur.

Canonici, pergit ipse, quia quum uullum interesse aut jus probeut nec quoad activam nec quoad passivam eligeudi facultatem legitima persona standi in hoc judicio carent.

Jure namque cautum est de actus uullitate agere tantum posse eum, qui jus ad actum ipsum faciendum habeat; et quoad uullitatem electiouis uuauimi Canonistarum seutentia receptum est, ut *contempti* tantum agendi jure polleant. Hinc cum de jure tertii seu Decurionum certent Capitulares, causa cadere necessario debeut ex validissima exceptione non juris, uti post *text. in l. 1. ff. de appellat. non recip.* et *c. Ille a quo* § *Si de testament. ff. ad Trebelianicam* et *cap. Cum inter de elect. docet Argel. de legit. contradict. quaest. 11. art. 3. n. 42. cum Rota decis. 408. t. 2. n. 3. coram Lancetta.* Decuriones vero ideo repellendi sunt quia primo, cum iutegrum municipium trigiuta Decurionibus componatur, vix attendeuda videtur unius alteriusve reclamatio ad effectum evertendi actum qui a reliqua Universitate vel expresse vel tacite consentiente perfectus fuit: arg. *ex cap. 1. de iis, quae fiunt a major. part. capit., Rota decis. 423. n. 14. part. 19. t. 2. recent.**)

Eoque vel magis, quod juspatrouatus pertinet ad Decuriones non uti singulos, sed uti universos; et nemiuem latet, Universitatem esse quid diversum et personam omnino distinctam a singulis de Universitate, tamquam totum a partibus seu membris.

Mansi consult. 34. num. 9, *Passerin. de Elect. cap. 14. n. 7., Vivian. de jurepatr. lib. 8. cap. 2. n. 6.*

Et s. Congr. *in Turbina Benef. 26. Jan. 1828* § *Neque.*

Secundo, quia, cum ex actis electionis coustet de legitima convocatioue eo ipso corruit actio de contemptu. Nec euim ipsis suffragari posset assertio, quod scilicet non

*) Vd. *t. III. p. 780. p.*

*) Vd. *t. I. p. 104. k.*

fuerint nomiuatim vocati, quia, uti optime observat *Pignatell. t. 10. consult. 53. n. 4.: nihil relevaret, si suffragatores aliud non opponant, quam fuisse contemptos; si dixerint fuisse contemptos, quia non fuerint nominatim vocati: nam sufficit vocatio generalis, quae semper praesumitur, quia non est verosimile quod Capitulum congregitur absque vocatoria satisque remaneret probata ex relatione capitulari, si in illa enunciaretur.*

Tertio, quia licet coutempti fuissent jure tameu agendi de contemptu cecidissent, quia nec legitimo ritu nec tempore utili egerunt. Constat namque ipsos ueutiquam de hujusmodi contemptu reclamasse apud Praesidem Provinciae nec formaliter peues Episcopum, quem extra judicium et privatim adieruut.

Nec legitimo tempore reclamasse diceudi suut, si post coufirmatiouem electi et institutionem ab Episcopo factam reclamarunt, quum jure cautum sit coutemptis agendum esse de contemptu ante confirmationem; postea vero non posse nisi constet ipsos ignorasse electionem et confirmatiouem, ceu docent *Passerin. de elect. cap. 11. n. 121., Piton. discept. eccl. 155. n. 19., Rota decis. 467. n. 36. part. 19. tom. 2. recent. Quibus consonat prae caeteris Ferraris biblioth. canonica art. de elect. n. 4.* ubi haec habet opportuna: *Etiam electio valide subsistit si vocalis contemptus sciens electionem factam et potens contradicere nihil opponit, quia in tali casu censetur tacite ratihabere electionem et juri suo renunciare, adeo ut non sit postea amplius audiendus.* Atqui hodiernos allegare posse ignorautiam actuum, qui sub ipsorum oculis et quadragenario fere dierum spatio interjecto explebantur nemo nisi temere asserere auderet.

Nec pro recursu habenda reclamatio oretenus facta coram Episcopo; quin imo ex ea ipsorum aquiescentiae et ratihabitionis argumentum validum exurgere quisque sibi facile suadebit, qui animadvertat quod ageus de contemptu haud satis est ut *protestetur et reclamet* sed requiritur omnino (sunt verba *Piton. loc. cit. n. 18*) *quod non desistat sed prosequatur contemptum suum*; alias si tacuerit et acquieverit dicitur potius ratam habuisse electionem. Consonat *Rota decis. 33. part. 19. t. 2. recent. et decis. 351. n. 4. et 5. coram Buratto.* Ceterum ex unanimi Canonistarum senteutia et illud pro certo statui posse videtur, quod qui appellare post confirmationem voluerit id iutra terminum juris, scilicet decem dierum facere opus habet;*) secus audiendus miuime est. *Piton. loc. cit. n. 20., Barbos. in cap. Ut circa n. 17. de elect. in 6., Passerin. de elect. cap. 52. n. 39., Rota coram Coccino decis. 2088. n. 48. et seq.* Quod quidem jure optimo statutum et servandum ad unguem videtur ue diu nimis in incerto maneat conditio ejus, qui per coufirmatiouem et institutiouem jus iu re acquisivit.

Post haec haud legitimum et calumniosum prorsus esset factum adversariorum si adhuc judicium persequi conareutur simoniam praetexentes, utpote quae cuique de populo agendi copiam tribuit *ex cap. Si dominus 3. de simon.* Ut euim hujusmodi actio odii pleua admitti et electo nocere posset intentari ex jure debuisset nonnisi per concludeutes probationes vel saltem adminicula, quae judicis animo valerent tauti criminis suspiciouem injicere, et per juramentum, quo omnis calumniae arceretur judicium, prout de forma a s. Rotae *Auditorio requiritur in decis. 467. part. 19. om. 2. n. 46. recent.* Quae autem omnia si defuisseut post factam oppositionem majus robur acquisivisset electio. Sed neutrum horum in themate praestitum fuit, etiamsi per Episcopum semel et iterum publice omues mouiti fuerint, ut *unusquisque propriam querelam suo nomine subscriptam, uti de jure (ipsi Episcopo) non ultra trium dierum intervallum a publicatione praesentium computandorum praesentet.* Hinc profluit coutradictores sive de contemptu sive de simonia agere vellent ab actione excludendos esse, cum eorum nemo adamussim servaverit in denuntiatione ritum, quem in terminis tradit *Pignatell. consult. 40. n. 3. t. 10.: Si fuerit confirmata nedum a Commissario et praesidente Capituli sed etiam a tota Provincia recognita et approbata, ut proinde non sint audiendi pauci tantum opponentes, si non appellaverint intra tempus praescriptum nec servata forma a jure praescripta, scilicet, cum expressione causarum praetensae nullitatis electionis ac praestito juramento eas esse veras et credere eas posse probari, ut decernit textus in cap. Ut circa de elect. in 6. et magis ad rem in consult. 18. n. 2. eod. tomo. Quod eo libentius admittendum est, si electiones fuerint confirmata a superiore. Quo in casu ad eas irritandas requiruntur exactae et concludentes probationes. Eoque praesertim, si contra electos nullus*

*) Vd. *t. I. p. 657. n. 61.*

exhibetur processus legitime factus sed dumtaxat quaedam extrajudiciales et secretae denunciationes, quae si emanaverint, parte non citata et absque interrogatoriis nullum gradum probationis constituunt. Aut si testes ad id inducti complures patiantur defectus tum circa dicta tum circa personas in quo casu etiamsi formite examinati nihil roborent non obstante numero. Esto etiam tum Capitulares tum Decuriones jus habeant praesenti judicio sistendi, non ideo tamen de validitate electionis vel minimum foret dubitandum. Ab ea siquidem stat inprimis praesumptio juris, quae regulariter militat pro validitate cujusque actus humani per text. *in c. Quoties ff. de reb. dub. et c. Quoties de verbor. oblig.*, ita ut non electo validitatem electionis sed oppositori illius nullitatem probandi onus incumbat, ex communi Doctorum assertione, Abbas *in cap. Licet Episcopus n. 3. et de praeb. in 6.*, *Passerin. de elect. cap. 32. n. 69.*, *Rota decis. 289. n. 25. et 26. part. 6. recent.* Crescit imo quammaxime hujusmodi praesumptio eaque peremptoria omnino in themate evadit, ex quo actus confirmatione Praesidis Provinciae roboratus fuit, ut optime docet *Piton. discept. eccles. 155. n. 5. et seqq.*: »*Talis electio majorem pro se obtinet praesumptionem pro validitate, quoties etiam confirmata reperitur per legitimum superiorem, cui jus confirmandi pertinet . . . . tunc enim eo magis valida praesumitur electio sive ex parte formae sive ex parte personae; nam jura nostra praesumunt pro qualibet sententia judicis et sic etiam pro confirmatore, qui rite et recte praesumitur ad confirmationem processisse; confirmatio enim quaedam sententia est, ut ait Passerin. de elect. cap. 32. n. 32., omnisque sententia praesumitur justa et ad justitiae terminos prolata.*« Peremptoria inquam: usque dum enim suis stabit viribus Praesidis confirmatio electionis validitatem in discrimen adducere haud fas esset; neque alio ab illa provocari posset nisi ad laicos magistratus ad quos unice jus spectat acta laici collegii quoad formam cognoscere; ne secus facili sententiarum et jurisdictionum conflictui occasio praebeatur. Cujusmodi sane argumenti vim vel ipsum Episcopum ponderasse ex responsione Decurionibus reclamantibus data apparet.

Praeter hasce autem juris praesumptiones argumenta etiam intrinsecus petita praesto sunt. Siquidem eorum quae ad legitimam convocationem et celebrationem Collegii decurionalis jure praescribuntur nihil prorsus in comitiis diei 23. Febr. desiderari licet, si amplissimis testimoniis fides habenda est. Quoad convocationem ipse Syndicus qui illi conventui praeerat pluribus etiam Decurionibus adstipulantibus illud juramento affirmat, quod ad actum etiam electionis extenditur, scilicet omnes Decuriones rite fuisse convocatos »*previa legale chiamata*«. Imo ad cavillationes praecidendas monet vir ille in suo testimonio, quod haec formula ideo non legitur in exemplari actus electionis ab adversariis exhibito, quia cum eodem die et eadem sessione plura decreverit concilium municipale et omnia acta ut solet unico contextu exarata fuerint satis erat enunciatam clausulam legitimae convocationis semel tantum ab initio sessionis non cujusque actus proposuisse. Hinc falsitatis redarguendi sunt testes ex adverso producti, qui negant legitimam convocationem: quamquam ipsorum depositio accuratius perpensa defectum convocationis satis superque excludit; ultro enim et ipsi fatentur Decurionatum convocatum fuisse pro delectu militum nec inficiantur validitatem aliorum actorum, quae praeter militare negotium eodem die et contextu per decurionatum absoluta sunt. Quae quidem omnia, ubi aliquod vitium irrepsisset, haud quaquam stare potuissent et quin eadem Praeses Provinciae approbasset ab albo potius deliberationum penitus deleri praecepisset.

Perperam etiam argueretur nullitatis vitium ex eo, quod de negocio electionis in ea sessione tractando Decuriones praemoniti haud fuerint. Hoc quidem quamvis nequeat denegari attamen validitati actus nec vel minimum obesse potest. Nam nec lege loci nec consuetudine cautum nullateuus reperitur, *ut praeventive in ipso intimationis actu* res pertracta ita deducatur; quin imo obtinuit ubique consuetudo, ut semel collectis Decurionibus plura nec ante denunciata negotia proponantur et absolvantur.

Sane hujusmodi testimonio tum ob auctoritatem tum ob perspicuitatem longe majorem fidem habendam, quam iis, quae ex adverso afferuntur nemo ibit inficias.

Atqui, uti ex municipali lege praemonitio electionis faciendae non requiritur, ita ne jure quidem canonico necessaria est. Nam lex canonica in jurepatronatus Collegii seu Universitatis id tantum exigit, ut collegialiter illud exerceatur non secus ac cetera Universitatis negotia suas cuique Collegio

leges et consuetudines permittens. Quod prae ceteris docet *Piton. de controv. Patron. controv. 95. n. 18.*: *Controverti amplius non posset, quominus jurati obtinuerint juspatronatus nomine Universitatis et tamquam ejus officiales cum obligatione praesentandi collegialiter eo modo, quo alia Universitatis negotia exercent collegialiter congregati.* Patet hinc Collegium Andriense in sui convocatione canonice egisse, eo ipso quod nihil praeter vel contra leges municipales egit.

Idipsum sentiendum de ejusdem actus celebratione; nam quidquid a jure vel loci statuto ad eam rite explendam requirebatur, examussim servatum fuit. Ex triginta quibus Concilium conflatur Decurionibus viginti duo praeter Syndicum aderant et docet *Constantin. vot. 20. n. 2. t. 1.*: »*quod facta legitima convocatione concilii Universitatis valeant gesta a duabus ex tribus partibus illorum qui intervenerunt licet deficiant multi qui non accesserunt.*« Cui consonat Abbas cap. Prudentiam n. 8. de off. Jud. deleg., Calderin. de jurepatr. consil. 11., Decius consil. 466. n. 12. Praeterea omnes Decuriones in aula conciliari libere ac viva ut ajunt voce consensum praestitere; et mentiri potius videntur duo ex Decurionibus, qui multo post expletam electionem asserunt se inopinata Syndici propositione veluti obstupefactos non voce sed silentio assentitos fuisse. Quod non solum ipso actu electionis refellitur sed et culentissimo mox exhibito Syndici et caeterorum Decurionum testimonio.

Illud nec autem denegari potest, quod etiam ex adverso opponitur, scilicet conciliari Deliberationi postero die exaratae extra aulam nonnullos Decuriones subscripsisse; sed una simul fatendum est hoc legitimae celebrationi minime afficere, tum si juri tum si ipsius loci consuetudini respectus habeatur.

Nam quivis actus generatim consensu perficitur, de quo ubi satis constet subscriptionis defectus haud quaquam ejusdem validitatem ac firmitatem labefactare valet. Deliberationes vero de quibus in themate non ipso momento quo fiunt in regulari forma scriptis tradi solent sed ei ad quem pertinet id muneris committitur; a quo cum conscriptae fuerint ad singulos Decuriones domi subsignandae deferri possunt, ceu ex officiali litera ipsius Praesidis Provinciae diei 22. Apr. 1843 aperte evincitur.

Rursus ubi actum electionis non legibus Universitatis eligentis sed jure canonum metiri lubeat nihil etiam est quod ipsum infirmare valeat. Etenim non agitur in themate de electione canonica, quae vertat circa majorem dignitatem, uti sunt Episcopatus, Abbatiae, Praelaturae regulares aliaeque dignitates cum jurisdictione pro quibus certa ac determinata forma statuta est ex *cap. Quia propter de elect. in 6.*, *sed agitur de dignitate nominetenus seu sine ulla animarum cura aut jurisdictione, pro cujusmodi dignitate ex unanimi Canonistarum sententia tantus formalitatum rigor haud requiritur sed satis superque est, ut actus collegialiter fiat, cum re ipsa desinat ratio legis dicti cap.*: *Quia propter. Affabre Reiffenstuel. lib. 1. tit. 6. § 5. n. 10*: »*Dispositio cap.*: »*Quia propter*« *solummodo procedit ac necesse est observanda in electionibus illorum Praelatorum per quorum mortem Ecclesiae censentur viduatae* . . . Et infra n. 12. addit: *Ceterum in electionibus inferiorum, ut puta Canonicorum Cathedralium . . . . rigor iste in eorum electione non necessario est observandus: nam per eorum mortem non censetur Ecclesia viduata, ut omnes censent, cum non habeant ejusmodi generalem jurisdictionem ut Abbates ac verus sponsus ejus videlicet Episcopus. Unde ad valorem talium electionum satis est, si Capitulares collegialiter congregati per vota majora quempiam ceteroquin habilem eligant, quomodocumque consensum suum exprimant; adeo ut sufficiant etiam singulares consensus dummodo praestentur in Capitulo.* Consonat *Fagnan. eod. tit. n. 15*, *Pirhing. h. 1. n. 203.*, *Passerin. cap. 9. n. 53. 58. de elect.*, *Piton. discep. eccl. 100. n. 45.*

Nec secus censet Sacrum Rotae Auditorium, uti ceteris missis habetur in *decis. 210. n. 9. part. 19. t. 1. recent.*: *Hujusmodi vero electio jure fuit valida, quia cum non agatur de electione Praelati per quem Ecclesia viduatur sed de electione Canonicatus in qua de jure nulla requiritur forma specialis et sufficit consensus capitularis quoquo modo praestitus.*« Et infra n. 16. 17.: *Quando vero prout in casu nostro non est data certa forma, tunc licet per consensum singulorum electio non convalidetur, convalidatur tamen per consensum collegialiter praestitum et sic valet prout ex nunc, quia adest consensus et solemnitas pro qua requiritur solum, ut consensus praestetur collegialiter.* Porro si tanta juris remissio obtinet in electionibus, quae a Capitulis aliisque Collegiis ecclesiasticis fiunt eo magis attentenda videtur quoad

Communitates Laicorum; quarum nominationes auctore *Pitonio de controv. Patron. alleg. 100. n. 5.*, *Passerin. de elect. cap. 1. n. 32.* nec electionis quidem nomen merentur.

Hac igitur obtinente juris regula doctrinas ex adverso allatas utpote themati extraneas mole sua corruere concludendum est. Si enim de relata doctrina *Pignatell. t. 10. consult. 58. n. 3.* sermo sit, ea praeterquam quod unica est respicit casum electionis canonice faciendae juxta citatum cap. *Quia propter*, uti ex integro ejus consultationis contextu apparet. Et reapse ubi de minoribus electionibus aliisque negociis collegialiter pertractandis agebatur, sacra etiam haec Congregatio contrariam doctrinam probavit, haud scilicet necessarium esse in ipsa Capituli convocatione rem pertractandam significare.*) *Sic in una Balneoregien. Electionis Alumni 26. Aug. 1769 § Si quae*, hoc est: *Si quae de Capituli convocatione a Doctoribus traduntur transferre licet ad convocationem Congregationum quae a confratribus haberi solent compertum erit moneri praesentes per diem ante opportere de die, hora et loco etc. . . . non ita tamen necesse esse, ut in ipsa convocatione res pertractanda significetur, quemadmodum tradit Cardinal. Petra com. ad constit. 1. s. Leonis M. sect. 2. n. 44. et refert decisum in Lunen. Sarzanen. 12. Martii 1635 ad IV. dub. Ratio autem est, quia qui suffragium ferre debent possunt dilationem exposcere, ut consultius respondeant de re ad deliberandum proposita. Nec aliter sensit in Senogalien. Convocat. Capit. 9. Maji 1829, ubi ad dubium:*

*An convocatio Capituli fieri debeat per nuncium***) *seu potius per schedulam, quae res pertractandas exhibeat in casu?*

Respondit: Affirmative per nuncium ad formam constitutionum, qui tamen singulis Capitularibus pridie exhibeat schedam sive scriptam sive impressam cum indicatione diei et horae tantum.

Minusque etiam obesse potest auctoritas *s. Rotae in decis. 48. coram Lancetta*, quae singillatim expensa a praesenti themate toto coelo distare cognoscitur. Rationes enim, quibus s. Auditorium ibi infirmandam electionem judicavit, fuere:

1, quia Andreas fuit electus a tribus tantum e sex electoribus contra statutum Civitatis Capuanae, quo decernebatur nonnisi quatuor uniformibus suffragiis publica negocia esse expedienda;

2, quia ex aliis tribus electoribus unus dissentiebat aliique duo nullatenus convocati fuerunt, uti legere est in prima ejus causae propositione, quae est decisio 29: *Movit Dominos quoad priorem dubii partem nullitas primae praesentationis ex eo deducta, quod tres numero electores ex illis sex civitatem constituentibus Andream praesentarunt, cum tamen juxta inveteratam civitatis Capuanae consuetudinem determinatio negociorum, quae illius jura concernunt, numerum exigat uniformium suffragiorum etiamsi omnes electores ad Concilium non convenerint. Itaque nullitas augeri videbatur ponderando, quod omnium electorum convocatio non praecessit servatis solemnitatibus a jure praescriptis in eadem praesentatione;*

3, quia nimis praepropera apparebat electio, quae absque ulla convocatione expleta eodem mane quo justa persolvebantur antecessori Thesaurario, urgens suppeditavit Patribus argumentum studiosi spretus contemptusque, cum praesertim nulla adesset properandi necessitas, prout ex eadem *decisione n. 4.* eruitur: *Quodque in eadem praesentatione nimia processum fuerit celeritate;*

4, quia nullitas in actis Curiae ante institutionem opposita a contemptis fuerat. Hisce positis nil mirum, si Sacrum Tribunal a sententia non recesserit despexeritque replicationem quae fiebat a succumbente, quod scilicet opus non esset convocatione, quia certa dies erat ex observantia publicis negotiis definiendis destinata.

Nam praeterquam quod per istud objectum haud evanescebat argumentum studiosi contemptus ex nimia festinatione resultans, id maxime ponderandum occurrebat, quod s. Ordo circa objectam rationem velut in casu illo nihil faciendam negative se habuerit, quippe quia aliis prorsus rationibus ante memoratis innitebatur decisio.

Verum haec omnia exulant a praesenti specie. Nam ut supra demonstratum nedum legitimus sed immo tantus fuit suffragiorum numerus, ut etsi ceteri omnes Decuriones interfuissent et dissensissent validitati tamen electionis id minime nocuisset. Quod quidem plurimi faciendum videtur ex *Rota decis. 67. par. 19. t. 2. n. 32.* Non defuit praeterea legitima convocatio, quippe facta »*previa legale chiamata*«. Nec praepropera renunciari

*) Vd. *t. III. p. 754. VII.*

**) Vd. *Capitulum* (convocatio *t. III. p. 754. VIII.*)

potest, cum plures dies ab obitu ultimi Rectoris dilapsi fuerint: nec ulterius differri licuisset Syndico testante. Nulla denique legalis protestatio a Decurionibus veluti contemptis coram Curia episcopali emissa fuit, antequam electus canonica institutione donaretur.

Ad alterum nullitatis caput modo gradum faciendum, ut quovis demum simoniae crimine electio de qua sermo liberetur. Non enim tantum scelus praesumere licet in virum cujus mores et vita ipsis adversariis nihil opponentibus satis Episcopi ac aliorum testimonio commendantur. Hinc enim tantum scelus praesumere non licet sed ab ipsis adversariis illud plene et concludenter probandum ex *cap. Veniens. 10. de testib.* et *Natta cons. 299. n. 13. lib. 2.*, *Rota coram Seraphin. decis. 1099. n. 1.* et *in Tullen. Simoniae 21. Aprilis 1597 coram Urano.* Atqui allata ab ipsis testimonia multis exceptionibus laborant, tum si intendatur animus ad testium qualitatem, tum si indoles depositionum inspiciatur.

Nam testes vel cognatione vel familiaritate addicti iis, qui ad dignitatem illam inhiabant.*) Testimonia vero nonnullis scatent mendaciis nec juramento firmata et fere omnia de auditu: omnino insuper exploduntur contrariis in summario distribuendo exhibitis attestationibus et numero et auctoritate et perspicuitate praecellentibus.

Ceterum etsi rite constaret quod illi asserunt, scilicet eligendi propinquos precibus et obsequiis institisse penes Decuriones, ut sibi suffragarentur, electio nihilominus haud simoniae labe exinde foret contaminata: *Quia (ita Passerin. de elect. cap. 7. n. 165.) dare propter preces non est vendere nec precibus impetrare est emere; non est vero simonia ubi non est emptio vel venditio. Quod enim precibus datur, gratis datur.* Et lucu-lentius infra n. 166: *Hoc vero ampliatur, ut verum sit sive quis preces fundat pro seipso sive pro alio; et si petat pro se ipso sive sit dignus sive non; et si petat pro alio sive petat pro digno sive pro indigno; et sive petat immediate sive mediate petendo ab amico, ut apud rei spiritualis collatorem intercedat. Quoniam nunquam preces inducunt obligationem in eo qui rogatur, ut det id quod petitur et licet quis ex primaria intentione obtinendi petat et roget et rogatus annuat et petita concedat ex intentione exaudiendi preces, nunquam pro se loquendo adest obligatio et pretium et emptio vel venditio; sed qui preces audit gratis id agit.* Haec quoad primum dubium. Ad alterum quod attinet circa institutionis validitatem omnis disputatio paucis absolvitur, quandoquidem institutionis validitas ex electionis validitate potissimum dependet.

Nec valet vitium in ipsa institutione deprehendi ex eo quod non praecesserit specialis Capituli convocatio vel ex eo quod paucis adstantibus pars aliqua Capituli ab actu possessionis renuens recesserit. Nam alterum fuisset supervacaneum, si jam aderat Capitulum licet ob alia negotia congregatum, uti erat in casu in quo Canonici Sacra facturi convenerant; alterum infirmare nequiret possessionem, quia utpote actus necessarius ad eam non consensus sed tantum Capituli advocatio requirebatur. *Barbos. de Canonic. et dignit. cap. 15. n. 2. et seqq.*: *Dicitur autem capitulariter capta possessio in Capitulo etiam aliquibus Canonicis contradicentibus et vel ipsis ad alia negocia ibi congregatis.* Et n. 11. limitatur regula capitulariter possessionem capiendi: *Quando Capitulum nulla urgenti ratione denegavit tradere possessionem, quia tunc aliter capta habetur ac si capitulariter facta fuisset.*

Quod magis autem mirari videtur ex adverso nempe institutionem feriato die intempestive peractam nullum re ipsa negotium facessere potest. Nam haec inopportuna quam ajunt institutio nequaquam a jure adhorreret. Apte observat *Pignatel. t. 10. consult. 16. n. 12. electionem in hebdomada majori validam esse, quia (sunt ejus verba) textus ex cap. Conquestus de fer. loquitur de actibus judicialibus, qui prohibentur fieri diebus feriatis, quales sunt dies hebdomadis majoris; non autem de extrajudicialibus, qualis est actus electionis, qui nullum ordinem judicii requirit. Quod sine dubio procedit, quando necessitas vel pietas suadet etc.* Et *Viviani praxis jurispatr. part. 2. lib. 12. cap. 4. n. 19.*: *Cum autem institutio sit actus extrajudicialis, quando nullus adest contradictor, potest fieri etiam die feriato, sicuti fit ipsa praesentatio, dummodo fiat extra formam sententiae et figuram judicii. Ceterum non inconsulto sed gravibus causis suadentibus se institutionem festinasse probat Episcopus.*

Restat ut caeteris super dubiis aliquid e nostro munere dicamus. Et ad tertium quod

*) Vd. *t. III. p. 416. b; 64. n. 4. a.*

spectat, an scilicet sint infirmanda decreta ab Andrieusi Episcopo lata, ex supradictis sua velut spoute exsolvi posse arbitramur. Nam si valida fuit electio et iustitutio Latillae, procnl dubio calumniosa erat capituli deliberatio et caeteri actus, qui illam subsequuti sunt: ideoque sufficiens ratio erat Episcopo imperandi, nt deliberatio facta deleretnr, neve alia ejusdem generis ederentur. Reapse, nbi legitima nrgeat causa, potest etiam ab Episcopo praeceptum poeuale edi adversus Canonicos execntione demandandum, ne se cougregent absque ejus licentia,*) nti observat *Pignatell. t. 4. consult. 154. n. 4.* Idque eo vel magis ubi verèrentur scandala et dissensiones ex facto Capituli oboritura; quod idem *Pignatell. ibidem seq. n. 5.* refert decisnm a s. Congregatione *EE. et RR. in Regiensi 4. Junii 1602 cujus verba fuerunt haec: Per evitare gli scandali imminenti può il Superiore proibire e impedire la convocazione del Capitulo.*

Neque novum est s. etiam hunc Ordinem mandasse deletionem coucionis a libris capitularibus, qnae injuriam alteri injurebat, uti evenit *in Verulana diei 11. Martii 1843 ubi* sub § *De concione* memoratur id ipsnm jussum fuisse a quadam *Theatina* in pecnliaribus comitiis proposita. Suspensio vero a diviuis, qua Episcopns in Canouicum Fortunato brevi tempore animadvertit, ne injusta quidem fuisse videtnr; neque enim jus Episcopo deerat mediciualem poenam irrogandi ueque graves rationes defuisse patet ex ipsius Episcopi dictis, cnjus attestationibus docente *Piton. de controv. patron. alleg. 100. n. 185.* fides omnino est habenda.

Dnbium IV. agit de expensis praesentis litis, quas tum Latilla tum alii plurimi e Capitulo contendunt ferendas esse ab iis tantum, qui huic liti subscripserunt, haud qnaquam e commnni Capituli arca sumendas.**)

Tum enim re ipsa universnm Capitulum ad contributionem teneretur, cum lis justa esset et necessaria ad jura ipsius Capituli tneuda secus vero quando lis promota fuit ex mera voluntate vel ex injusta oppositione; nam hoc casu ii tantum tenerentur, qui litem moverunt, quique se subscripserunt *in mandatis procurae. Costantin. ad stat. urb. annot. 59. n. 314., Ceccoper. lucubrat. canon. libr. 4. titul. 13. t. 2. n. 2., Rota coram Coccin. decis. 1911. n. 13. et decis. 1111. n. 2. part. 6. recent.*

Perpendendum hinc jure an injuria lis haec agatur an iuterfuerit universus coetus capitularis, ut ea iustitueretur ad propria jura servauda auve ex ea aliquid commodi vel utilitatis percipiat uuiversum capitulum. Ubi enim unum vel alterum ex hisce extremis deficiat, ratio et jns dictaut nou a coetu sed a singulis expensas fore sustineudas. Ex supra relatis jam satis habent EE. VV. nude colligaut, juste, an animo contradiceudi mota haec lis fuerit. Si Promotorem fiscalem pluresque Canonicos audias ii libere omnes ad nuum velnti calumniosam agnoscunt litem *et in expensas protestantur.* Quod autem nou de juribus Capituli vindicaudis sed forte potius alieuis de causis contestatio eveuerit, tum ex documentis tum ex antea demonstratis evinci posse videtur; nam jam dictum est et doctriuis firmatum, Capitulum in hac causa non esse legitimum contradictorem.

Haec snper re constans videtur s. Congregatiouis senteutia, quae sapienter, nbi capituli commodum aberat, nunquam passa est, expeusas litis aere communi solvi. Ita *in Leodien.**) *Indulti 28. Augusti 1731* iu qua, cum major Canonicorum pars injuste litem iustituisset contra Canouicum ex indulto absentem, proposito dubio:

An expensae hujus litis detrahi debeant ex massa capitulari seu potius an et qui ad illas teneantur in casu?

Responsum prodiit: *Negative et teneri Canonicos, qui litem moverunt.* Quod insuper confirmavit iu comitiis 15. Aprilis sequentis anni rescripto: *In decisis et amplius.* Similiter in *Gavallicen. Residentiae et Distributionum die 30. Sept. 1702* conteudentibus Canonicis cum Beneficiatis quoad distributionum divisiouem faciendam ad dubium II:

An expensae factae et faciendae per Canonicos pro sustinendis litibus coram sacra Congregatione et aliis Tribunalibus adversus Beneficiatos sint extrahendae ex massa communi in casu?

S. C. respondit: *Negative.*

Nec secus censuit in Viterbien. Expensarum 28. Januarii 1769, ubi iu simili *specie cum disceptaretur: An et qui teneantur contribuere expensis litis in casu?*

Definitum fuit: Teneri eos, qui expresse in litem consenserunt.

*) Vd. *t. III. p. 744. III.; 754. VI.*
**) Vd. *t. III. p. 780. p.*

*) Vd. *Distributiones Canonicor.*

Hisce positis sunt solvenda

D u b i a:

I. An constet de nullitate electionis Prioris s. Richardi in casu?

II. An constet de nullitate possessionis in casu?

III. An et quomodo sint infirmanda decreta Episcopi Andrien. dierum 1.7. 22. Aprilis anni 1847 in casu?

IV. An expensae hujus litis detrahi debeant ex massa capitulari seu potius an et qui ad illas teneantur in casu?

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Negative.

Ad III.: Negative in omnibus.

Ad IV.: Negative ad I. partem, affirmative ad II. scilicet teneri eos qui iu litem consenserunt.

Die 8. Apr. 1848.

11) Electio a Canonicis confirmata.

Juvenacen.

Caetera inter jura ac privilegia quae Capitulo Collegiatae Spiritui s. dicatae in Civitate Juvenacensi contulit ejusdem Fundator Pavo de Grifio Episcopns Tropiensis illud iusigne recensetur, quod Praepositus qui caeteroquin Caput et Gnbernator Collegii ac Ecclesiae renunciatur ab eodem Capitnlo seligeretur. Verumtamen electoribus haec praestituta fuit lex, quae in fundationis tabulis diei 23. Novbr. 1397 per apostolicas literas idibus Decb. ejusdem anni a sa. me. Bonifacio IX. expeditas confirmatis sic statuit:

»Quod vacante praepositura ipsi Canouici dicti Collegii teneantur et debeant nominare et eligere unnm de ipso Collegio iufra mensem a die notitiae vacationis numerandum, si idoneus inventus sit in eodem, alias ita extra Collegium eligere valeant unum providum et utilem dictae Ecclesiae Grammaticum, si habere possunt, et talis sit, qui prodesse valeat et praeesse et talem electionem concordem vel a majori parte teneantur praeseutare Domino Archiepiscopo Baren. qui pro tempore fuerit et examinata persoua electi si fuerit idonea, provida et honesta, nt supra infra dies quindecim a die requisitionis et praesentationis numerandos pure et libere in periculo Animae suae debeat eum auctoritate apostolica confirmare . . . . et si cum debita reverentia humiliter requisitus in forma publica confirmare distulerit . . . . electus severe administret, si a toto Collegio sit electus nisi eidem electo objiciatur defectus notorius et manifestus, qui nulla possit tergiversatione celari, quo casu merito sit expulsus et tunc Collegium alinm idoneum ut supra nominare et eligere teneatur.«

1845 mense Junii ultimus illius Ecclesiae Praepositus Raphael Sagariga vita fuuctus est: quare cum de successore eligeudo agendum esset, coacta capitularia Comitia fuere die 3. Julii, ubi reapse posthabitis omnibus e gremio majori suffragiorum numero electus fuit Josef Illuzzi Canonicus Cathedralis ejusdem Civitatis. Factum hinc est, nt quae alias anteactis saeculis de electione ad eamdem Dignitatem exarseraut judicialia jurgia iterum reviviscereut. Nam nimis gravate id pertulit Decanus ejusdem Collegii Canonicus Josef de Sanctis, utpote duobus tantum suffragiis donatus atque extraneo postpositus: nnde edita in coutinenti protestatione de nullitate electionis Canouici Illuzzi ac de sui validitate Curiam episcopalem conuolavit idipsum judiciali libello repetens. Verumtamen in irritum haec omnia cesserunt, siquidem acriter coutra ipsum decertantibus Illuzzio atque Capitulo, quod sponte judicio sistere obtiuuerat, frustra petente actore inducias, confirmata illico fuit electio sententia edita die 12. Augusti sequentis atque triduo post in realem Praeposituraе possessionem Illuzius immissus.

Animum sed minime despoudens Canouicus de Sanctis per appellatiouem rite interpositam quaestiouem ad S. H. O. dirimendam detulit. Quapropter post requisitam de more iuformatiouem ab Episcopo Juvenaceusi, quam ille una cum actis integrae causae transmisit, ubi seutentiae sui Vicarii geueralis prorsus adhaerere profitetur pluraque disserit ut Praepositurae incapacem de Sanctis ostendat; dubia in calce legenda a Procuratoribus ntriuque accitis conciunata suut hodiernis Comitiis dirimenda.

Hisce in facto praejactis meum est quae utrinque iu allegatiouibus praelo commissis a Defensoribus disceptantur. Atque qui Canonici de Sanctis partes tuetur probare prae primis adlaborat nullam prorsus esse electionem Illuzzi a Capitulo factam ob defectum qualitatis gremialis a fundatore luculenter praescriptae dictione: »teneantur et debeant nominare et eligere unum de dicto Collegio«

cum compertum in jure sit activo patronatus jure pollentibus nonnisi quam sub nullitatis vitio licere a fundationis lege deflectere, ut tradit *Lambert. de jurepatr. lib. 2. par. 1. quaest. 10. art. 4. n. 16.*, *Vivian. cod. tract. lib. 6. cap. 7. n. 69.*, *Rota in Firmana Canonicatus 6. Decb. 1839* § *3. coram Bonini*. Maxime quia in themate nedum hortatoria et deprecativa verba adhibuit fundator, quae tamen satis in ultimis voluntatibus esse ad necessitatem et praeceptum inducendum docet *Piton. de controv. patron. alleg. 30. n. 30.*, *Card. de Luca de jurepatr. discurs. 50. n. 5. et 6.*, *Lotter. de re benef. lib. 2. quaest. 21. n. 39. ad 61.*, sed praeceptive prorsus loquutus est: »teneantur et debeant nominare,« quae verba arbitrium quodcumque excludere nemo est qui non videat.

Equidem ex hujusmodi praecepto electoribus dato certum passivae et mediatae vocationis jus erga gremiales desumit, fretus auctoritate *Pitonii citat. alleg. 30. n. 6. et Rotae coram Molines decis. 1175. n. 4.*, ubi id juris statuitur quoties fundator vel per se ipsum de tempore fundationis beneficii certas et designatas personas eligit et nominat vel quoties per verba praeceptiva mandat eligi aliquem de certa civitate familia vel collegio.*) Quod etiam confirmat pluribus rebus judicatis a s. Rota editis de hac ipsa praepositura, scilicet *coram Josso 1447*, *coram Ubaldo die 2. Apr. 1612.*, *coram Colatajù 28. Junii 1673* et *coram Ubago 12. Junii 1676*, demum *coram Corio 23. Apr. 1725* in quibus omnibus semper gremialis qualitas ratio decidendi ita fuit, ut inter provisos ab Apostolica Sede vel nominatos a Capitulo praepositura illius favore adjudicaretur, qui eam praerogativam prae se ferret.

Nec minimum efficere, prosequitur, dictionem illam »si idoneus**) inventus fuerit in eodem, alias extra Collegium eligere« perinde ac si verba arbitrium secum ferrent qualemcumque eligendi sive de gremio sive extraneum juxta idoneitatis aestimationem ab electoribus ex informata conscientia edendam. Primo namque animadvertit locutionem illam nil prorsus peculiare innuere, cum idoneitatis conditio cuivis vocationi ex jure semper tacite insit, uti post text. *in leg. 11. ff. de munerib. et honorib.* monet *Piton. alleg. 68. n. 7.* ideoque licet expressa nullatenus tribuere valet libertatem extra primum vocatorum genus vagandi nisi primum istorum omnium comperta sit ad juris tramites incapacitas, scilicet a competenti judice agnita, nec secus quaecumque passiva vocatio suo effectu pro electorum lubitu fraudetur. Nec insuper subsistit, iis tributum fuisse judicium idoneitatis, quibus imo et praesumpta fundatoris mens et patula institutionis verba refragantur; nam quemadmodum ipsum latere haud poterat continuam id praebiturum causam legem fundationis impune spernendi, ita magis congruum erat ut judicium idoneitatis Archiepiscopo Barensi committeretur veluti reapse eumdem fundatorem credidisse patet ex lectione superius relatae particulae fundationis.

Dato sed parumper, quod etiam contra legem et rationem ejusdem personae idoneitatis examen esset geminandum, ita ut id etiam Capitulo liceret, nunquam tamen ex informata conscientia sed ad juris tramites, scilicet vera, justa et rationabili causa exclusionis expensa judicium emittendum fuisse urget laudatus Defensor, ne secus eo res rediret ut semper et impune passivum Collegii jus frustretur atque ob paucorum invidiam nota dedecoris etiam dignus inureretur, quod tam juris quam aequitatis devium esse tradit Rot. in *Terracinen. Deputat. Vicarior. 4. Julii 1759* § *12. coram Herero*, ubi etiam refertur auctoritas *Card. de Luca de benefic. discurs. 80. n. 19.* et *Rota in Tridentina Praemissoriae super Manutentione 11. Junii 1745* § *8. cor. Lana* et *17. Junii 1736 cor. Millino*. Si namque lex fundationis Archiepiscopo ipsi omne denegavit arbitrium dum eidem omnino mandavit institutionem electi »nisi eidem defectus notorius objiciatur et manifestus, qui nulla possit tergiversatione celari« multo magis id volitum fuisse praesumendum est ubi capitulo judicandi facultas competeret.

Hinc arguit quanta cum injuria gremiales in themate a Praepositura exclusi fuerint, nam si idoneitas commensuranda fuisset vel ex jure ad cujus tramites ea in morum probitate et sufficienti literatura consistit veluti statuit cum communi *Rota cor. Molines dec. 1311. n. 24.* vel ex lege fundationis quae id ipsum quoad mores exigit, quoad scientiam autem mitissime se habet commendans ut eligant »unum providum et utilem dictae Ecclesiae Grammaticum si habere possit et talis sit, qui prodesse valeat et praeesse«

*) Vd. *t. II. p. 401. m*; *412. r*; *429. hh.*
**) Vd. *t. II. p. 404. p*; *411. q.*

nemo sibi suadebit quod hujusmodi requisita omnibus gremialibus defuerint, dum cuilibet ecclesiastico ad s. Ordines evecto insint illa oportet. Quin verba postrema »prodesse valeat et praeesse« difficultatem ingerere valeant, ea namque in praesenti specie nihil aliud sibi volunt nisi requisitae unius prudentiae, experientiae et providae aetatis vel aliqua negotia communia gerere et moderare, cum caeteroquin Praepositus nullo speciali munere gravetur, quod praeclariores requirat qualitates.*) Hinc si nemo de Collegio inhabilis judicandus erat eo minus repellendus Cliens, quo magis de praeclaris ejus moribus, pietate ac solertia in gravioribus Capituli agendis negotiis vindicandisque juribus etiam judicialiter attestationes Episcopi ipsiusque Capituli tempore non suspecto editae fidem obfirmabant, ita ut nullus ipso dignior haberi Praepositus potuisset.

Perperam post haec afferentur nominationes extraneorum in antecessum patratae ad adstruendam observantiam; hanc namque commentitiam prorsus esse patet tum eo quod tres tantum in diuturno quinque fere saeculorum spatio prodiere, tum etiam quia cum haud constet de dissensu electorum argui non posset num jure vel injuria fuerit pro gremiali extraneus electus; quippe electiones communi omnium placito factae facile conciliari possunt cum arbitrio: hinc nec interpretative nec praestrictive auctoritatem ullam mereri possent. Praeterea accedit quod si una tantum excipiatur nominatio anni 1671 quae pariter nullius ponderis est caeterae in judicio coram s. Rota felici exitu pro gremialibus contradictae fuere, quemadmodum pandunt decisiones cor. Colataju et Ubago et cor. Corio et Crispolto.

Causam hinc judicandam esse favore Canonici de Sanctis licet minori suffragiorum numero suffulto contendit: quando enim a majori electorum parte incapax nominatur veluti consectarium juris est, ut actores hujusmodi nominationis pro ea vice a quolibet jure decidant et minori electorum parti habilem eligenti totum jus electionis accrescat ac consolidatum remaneat, quin nova opus sit nomine, ceu post text. *in cap. Dudum 22. de elect. tradit* Rota in citata *Firmana Canonicatus 6. Decb. 1839* § *9. cor. Bonini* et *in Confirmatoriis 15. Maji et 7. Decb. 1840 cor. eodem* necnon in alia *Confirmator. 20. Novb. 1742* § *12. cor. Bofondi*, quae etiam porrigunt vim regulae ad causam nominationis collegialiter factae.

*) Vd. *t. II. p. 185. n. 27.*

Caeterum ubi etiam minoris partis nominatio haud consisteret, tunc quoniam certum est majorem partem in themate scienter indignum nominasse, quia in ipsis comitiis fundationis legem audivit et protestationem de nullitate electionis incunctanter factam despexit, ut in terminis post *Lotter. de re benef. lib. 2. cap. n. 654.* monet Rota in *citata Colonien. Abbatissatus 25. Aprilis 1767* § *12. cor. Frangipane*, sequeretur jus omne nominationis ad s. Sedem devolutum fuisse; quo in casu nec leviter dubitandum esset clientem de Sanctis in Praepositura confirmandum, utpote qualitate gremiali juxta fundationem pollentem, cum scitum in jure sit devolutionem cum sua causa procedere easdemque secum ferre qualitates quae ex institutione et natura beneficii sunt praescriptae, quemadmodum in specie controversae Praepositurae tenuit s. Rotae Tribunal in citatis decis. cor. Ubago et Ubaldo et est juris canonici regula exploratissima vigens etiam in quibusvis ad s. Sedem devolutionibus teste *Rebuf. in prax. benef. tit. de devolut. n. 46.*, *Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 46. n. 33.*, *Lotter. de re benef. lib. 2. quaest. 24.*, *Rot. in citat. Colonien.* § *13.*

Sed non ita ratiocinatur qui Praepositi Illuzzi jura defendit. Is namque satis sartam tectamque electionem a saniori ac majori Capituli parte factam existimat, tum ex fundationis lege idoneum virum ecclesiasticum qui prodesse valeat et praeesse ad Praepositurum exigente, tum etiam ss. canonum dispositione, qua sane statuitur, ut in patronalibus electionibus qui majorem suffragiorum partem obtinuit reapse electus, qui vero minorem, exclusus censendus sit, ceu post text. in *cap. Quoniam de Jurep.* monet *Rota cor. Molines decis. 1175 n. 1. et 2.* Nec nullitas electionis inferri posset ex defectu gremialis qualitatis, perinde ac si haud liceat Canonicis ejusdem Capituli veluti passivo patronatus jure pollentibus deflectere. Nam primo animadvertit nullimode jus hoc subsistere favore gremialium, cum haud constet quod fundator vel per se ipsum pro vacationum tempore certas et designatas personas elegerit vel patronis praeceperit ut illos omnino eligerent, quae duo extrema concurrant oportet, ut certo generi personarum reservatum jus dicatur utque extra illud nulla sit

patronorum nominatio, prout docet *Rot. cor. eod. Molines citat. decis. n. 4. et 5.* Sequitur proinde quod electio unius de Collegio non semper necessario et absolute, sed dumtaxat quoties idoneus inventus sit, alias extra collegium expleri valet, prout a fundatore ipso mandatum fuit, ita ut qualitas gremialis in casu tantum praelationis concurrente idoneitate in pretio sit habenda.

Quod apertius constat tum ex discretiva dispositione eodem contextu facta, qua volens juspatronatus passivum ad canonicatum favore 4 clericorum qui Capitulo sunt mancipati reservare expresse id cavit dictione: »illi de Collegio teneantur eligere dictum Sacerdotem« nulla relicta electoribus extra designatum genus potestate eligendi, tum ex jugi observantia qua patet Collegium toties extraneum elegisse quoties inter gremiales idoneus non adfuit, ceu pandunt tria quae in id adducit exempla quaeque inutili studio ex adverso oppugnantur, quasi eadem penes s. Rotam contradicta ac profligata fuerint, addicta iis in casibus praepositura gremialibus. Nam monet nihil causas illas commune habuisse cum praesenti controversia; deinde in omnibus actum fuisse de praelatione inter provisos Apostolicos et electos a Collegio; et licet ibi pariter decreta fuerit praepositura favore gremialis attamen minime qnaerebatur de idoneitate, quae imo tamquam probata ac demonstrata habebatur.

Ita jure quovis privativo gremialium excluso gradum facit ad idoneitatem expendendam eamque contendit hand snfficere qnalem in genere *) requirunt ss. Canones pro Beneficiis sed praeterea quae hominem commisso muneri substinendo aptum paremque reddit oportere; ita ut inepte ex idoneitate ad canonicatum habilitas ad praepositnram inferatur, cum haec semper referenda sit ad officium explendum. Atqui urget fundator voluit Praepositum esse caput et capituli gubernatorem, qui curam animarum ipsius Ecclesiae gereret; voluit insuper ac requisivit unum providum et utilem dictae Ecclesiae Grammaticum, quae vox tunc temporis scientia imbutum significabat; denique expresse cavit ut talis eligeretur qualis prodesse valeat et praeesse: luculentius ergo ostendere nequivisset habilitatem in eligendo hisce constituto requisitis nempe sanctitate morum, scientia, prudentia, vigilantia, honestate, solertia atque peritia.

Hic ex hoc ipso censet fundatorem constituere debuisse ac voluisse eos, qui cognoscerent an reapse idoneus in collegio reperiretur eoque deficiente extraneum quaererent; cujusmodi judicium nonnisi ab electorum opinione et conscientia obtineri apte potuisset, cnm agatur de idoneitate quae a multiplicibus iisque variis praerogativis constitnitur praesertim in casu, qno pro temporum circumstantiis major vel minor idoneitas ad Ecclesiae et Capitnli regimen requiri potest. Sed reipsa a fundatore jus hoc tributum Canonicis fuisse ostendit institutionis verbis superius relatis, dum scilicet iis mandavit, ut eligerent unum de ipso collegio si idoneus inveniretur, alias extra collegium; voluitque talem electionem concordem vel a majori parte praesentari Archiepiscopo Barensi atque ita idoneitatis judicium proferri autumat, dum pro sua conscientia aliquem eligendum judicaverint.

Si itaque major ac sanior Capituli pars idoneum Illuzinm declaravit e contra defectum idoneitatis in Canonico de Sanctis agnovit »essendo sfornito di ogni fondatore medesimo« ideoque decrevit quod »per nessum titolo può egli pretendere la dignità di prevosto« jam acquiescere judicio huic idem de Sanctis debuisset nedum in obsequium legis fundationis sed etiam ob vehementissimam jnris praesumptionem de sententiae rectitudine, quae praesumptio nonnisi contrariis evidentissimis probationibus vinci posset, cen in casu patronorum eligentium vel Episcoporum qnoad provisiones parochialium Ecclesiarum tradit post Concil. Trid. *Rot. cor. Ludovisio decis. 11. n. 5., cor. Remboldo decis. 422. n. 4., cor. Olivatio decis. 369. n. 2.* et *cor. Tanara decis. 131. n. 17.* Ast quod gravius est in probatione propriae idoneitatis deficere prorsus de Sanctis arguit ex eo quod nullum documentum vel testimonium nunc exhibet, nnde qualitatibus requisitis se praeditum ostendere valeat nec afferre potuisse, addit quippe nnmquam ad excipiendas fidelium confessiones probatus fuit, numquam animarum curam gessit vel praedicationi vacavit vel ecclesiae bona administravit; quin imo omnes illum norunt hucusque exigui ingenii nulliusque doctrinae adeoque ex communi opinione ne dignus quidem canonicali praebenda haberetur, ceu ipse Episcopus in suo epistolio refert.

*) Vd. *t. II. p. 232. n. 28.*

Notat demum pro coronide, qnod cum in ferendis judiciis super voluntate fundatoris illud semper sequi oporteat, quod is pandidisset si viveret, ceu post text. in *leg. Cum res. ff. de legib.* tradit *Piton. alleg. 30. n. 21.* procnl dubio censendum Pavonem praetulisse Illuzzium a majori parte Capituli electum omnibusqne requisitis affulgentem prae adversario una tantum qualitate gremiali praeditum.

Hactenus contendentium jura. Pro meo munere animadvertam post concinatas jam dubii formulas Capitulum praedictae Collegiatae institisse pro admissione ad causam. Ast Canonico de Sanctis acriter obstante remisi instantiam prout moris est ad hodierna comitia.

Uterque itaqne Defensor sollicitus de hac est, alter nempe qui Canonicum de Sanctis tuetur, ut rejiciatur ea potissimum de causa, quia neqne uti singuli tueri jus Capituli queunt cujus defensio ad Collegium pertinet neque collegialiter urgere valent, quia nullo actu capitulari redditur legitima eorum oppositio. Alter ut admittatur animadvertit jam adstitisse coram Judice Juvenacensi satisque constare de interesse, cum agatur de defendendo facto proprio, quod in discrimen adducitur. Quid antem de hoc statuendum sit videriut EE. VV.

Bina sunt dirimenda

D u b i a :

I. *An sit locus confirmationi electionis Canonici Illuzzi, ita ut sit danda immissio seu manutentio in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An constet de electione Canonici de Sanctis, ita ut sit danda institutio et immissio in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Provisum in primo.

Die 6. Mart. 1847.

12) Eligunt simnl Canonicum.

Vd. *Canonicatus* decr.: *Quadalaxarien* t. III. p. 115.

13) Erectionis causa.

Dignitates in Ecclesiis praesertim Cathedralibus ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam eriguntur, *Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reform.*

14) Examen Dignitatum promovendarum.

Vd. *Examen Dignit.* (constit. Greg. XIV.: *Onus apost. etc.*)

15) Nnmerus.

Imolen.

Decretales recensent potissimum inter Dignitates Archidiaconum et Archipresbyterum, *cap. 1. de offic. Archid.* et *cap. 1. de offic. Archipr.*, attamen nullibi cautum reperitur ne aliae quoque praebendae ad Dignitatem evehantur; hinc idem non est in omnibus Cathedralibus et Collegiatis Dignitatum numerus et ratio totumque conficit vel fundationis lex vel peculiaris locorum consuetudo, *Rigant. ad Reg. Cancel. 18. § 1. n. 20., Devot. Instit. canon. lib. 1. tit. 3. sect. 8. § 67.* Quamobrem etiamsi ex canonum jure neque Theologus neque Poenitentiarius Dignitatis praerogativa fruatur et nnusquisque sedeat in choro servato ordine possessionis, cum merum officium exerceant, ut respondit *s. Congr. in Murana 12. Apr. 1699* et in *Senen. Poenitentiariae 16. Aprilis 1691,* nihilominus in quibusdam locis utrumque eorum Dignitatem habere vel novissimum inter Dignitates locum obtinere testantur *Concil. Mediol. XI. tit. monit. exec. decret. pag. 415., Rot. decis. 353. n. 14. cor. Ansald., s. Congr. in Mediolanen. Praecedentiae 19. Sept. 1761.*

Die 20. Nov. 1830.

16) Ordinatio.

Vd. t. III. p. 410. a. etc.; t. I. p. 312. n. 10; p. 283. n. 5.

17) Quae sunt?

Vd. n. 15.

Vd. *Beneficium* (divisio multipl.)

18) Sacerdotalis praefulget ante potestatem laicalem.

S. Hormisda PP. I. presbyteris, Diaconis et Archimandritis secundae Syriae.

Alia est potestas hominum, alia ministeria sacerdotum: incitavit potius Dominum, quam placuit, qui externum ignem divinis adytis sacrorum temerator invexit. Quis est, qui sibi ab alienis institutis jubendi auctoritatem possit assumere, cum non sit ambiguum, offerentis honorem debitum pro sola officii

praesumptione punitum? Ut regia Ozias reverentia et administratione permansisset, si monitus tantae destructionis exemplo ac religiosis institutis timendo quam assumendo meliora temperasset. Sed dum nec perhibentibus cultoribus templi pertinax temerator obsistit inter ipsam leprae abominationem percussus, altaria et officia regni perdidit, dum ministeriâ sacerdotis invadit. Sciant ergo non esse accepta a Deo quae de mandatis ejus a praesumptoribus assumuntur, quando unum ad desertationem sententiae vivacis dedecoris poena servavit. Alios velox fama consumpsit: quod si sunt, quae religionis aliquo colore contempta sint, vires habere nequeunt, quae tantis auctoribus reluctantur. Clamat Paulus apostolus: Licet nos aut angelus de coelo evangelicet vobis, praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.

Die 9. Febr. 518.

(Bull. r. t. I. p. 137. Ed. Aug. Taur. 1857.)

19) Suffragia quando cum Canonicis ferre potest?

Vd. t. III, p. 118. §: *Ad alterum etc.*; supra n. 12.

Dilata.

(Sensus hujus verbi.)

Vd. p. 985 *).

Dimissoria.

Vd. *Literae dimissor.*

Dimittatur.

(Declaratio.)

Feria II die 21. Junii 1880.

Sacra Indicis Congregatio habita in Palatio Apostolico Vaticano die 21. Junii 1880 declaravit quod Formula *dimittatur* hoc tantum significat: Opus quod dimittitur non prohiberi.

Quibus Sanctissimo Domino nostro Leoni Papae XIII. per me infrascriptum S. I. C. a Secretis relatis Sanctitas Sua Declarationam probavit. In quorum fidem etc.

Datum Romae die 28. Junii 1880.

Loco † Sigilli.

Fr. Hieronymus Pius Saccheri
Ord. Praed.

S. Ind. Congr. a Secretis.

Dioecesanus.

(Revocatio.)

Vd. *Dioecesis* (regressus et revocatio.)

Victorius F. quum nullam praeberet aptitudinem in escolendis studiis dimissus fuit a servitio cujusdam Oratorii, cui se mancipaverat. Verumtamen Archiepiscopus T. haud rennit ut ille se examini subjiceret eo consilio ut saltem reciperetur in Seminario Dioecesano: a quo examine plenis fere suffragiis rejectus fuit.

Patriam derelinquere infelix juvenis ob eam rem constituit atque in proximam Dioecesim P. sese transtulit; ubi eidem concessum fuit clericales induere vestes et philosophicis studiis operam navare.

Aeris insalubritas tamen, quae ejusdem sanitatem in discrimen adducebat, coegit juvenem illinc abire, qui cum facultate Episcopi P. in Dioecesim E. se contulit studiorum causa. Hoc in loco quum plena uteretur valetudine enixe adprecatus est ut clero adscriberetur. Quamobrem anno 1874 vertente Vicarius Capitularis P. remisit juvenem inscio Archiepiscopo T. ad Dioecesim E. ibique moram duxit studiis vacans. Quod aegre ferens Archiepiscopus T. utpote qui erat quoad illum juvenem Episcopus originis plures dedit literas Episcopo E., ut vellet sibi juvenem restituere. Operam perdere quum prospiceret hoc expostulans, S. C. Congregationem adiit atque supplici libello adprecatus est, ut ejus jussu dictus juvenis sibi restitueretur.

Quum s. Congregatio supplicem accepisset libellum Episcopo E. literas dedit jubens ut ad rem facientes rationes exhiberet. Respondit hic Victorium F. Curiae suae remissum fuisse regularibus literis Vicarii Capitularis P. quin unquam Rmus Archiepiscopus T. juvenem reclamaret.

Communicato hujusmodi epistolio Archiepiscopo T. statim reposuit: sese nunquam dicto juveni dedisse excardinationis literas et totum hujus rei implicationem ex quodam errore Vicarii Capitularis P., ut ipsemet fatetur, contigisse ex quo nullum suffragium capi posse indubium est. *)

Res amice componi nequiverunt; ideoque partes monitae fuerunt causam esse disceptandam plenis comitiis.

Ab ipso limine judicii esse rejiciendam petitionem Archiepiscopi T. asseruit Episcopus E. dum iste in suam recepisset Dioecesim praedictum clericum Victorium F. ex literis remissorialibus Curiae P. quarum hic erat tenor: »Cum de licentia Exmi ac Rmi Archiepiscopi T. . . . cleri candidatus Victorius F. filius equitis Petri natus die 17. Julii 1851 huic Dioecesi cleri fuerit adscriptus atque valetudinis causa ob aeris inclementiam in hac civitate morari nequeat, ipsius precibus benigne annuentes ut studiorum causa in Dioecesi E. obtenta ab Illmo ac Rmo Episcopo facultate ad annum manere queat opportunam licentiam in Domino concedimus.«

Cum aeris dulcedo maxime faveret juveni clerico in mea Dioecesi ait Episcopus E. ab eodem clerico una cum ejus Patre enixe rogatus sum, ut clero meae Dioecesis eumdem adscribere vellem. Oratorum precibus annui visis atque examinatis literis remissoriis Ordinarii sui, quae ita sese habebant: »Dilecto Cleri candidato Victorio F. . . . Cum juxta canonicas institutiones huic Dioecesi P. adscriptus fueris, tuis precibus benigne annuentes et declarantes te bonis moribus praeditum Illmo et Rmo DD. Episcopo E. remittimus omnemque jurisdictionem quam in te habemus in ipsum conferimus, ita ut inposterum tamquam ipsius filius sis habendus. Datum P. quarto nonas Martii 1874.«

*) Ex litera ipsius Vicarii Capitularis ad S. C. C. quae existit penes acta satis patet literas excardinationis praedicto juveni concessas fuisse a Curia Ordinarii T. quamvis postea deperditas. Ideoque nullo amplius gaudet jure super juvene illo Archiepiscopus T. quocumque modo res inspici possit.

Quapropter prosequutus est Episcopus E. cum excardinationis negocium inter me et Curiam P. totum intercesserit haud prospicio quaenam actio Archiepiscopo F. suppetere possit ad restitutionem dicti juvenis a me expetendam.

Neque ullus titulus, ex Constitutione *Speculatores domus Israel**) patrocinatur Archiepiscopo T. ut ex eo valeat a mea subtrahere jurisdictione juvenem clericum.

Sane haud *ordinationis* titulus suffragatur, quia nedum ordines sed ne tonsuram quidem ab eo recepisse videtur; neque titulus *originis et domicilii* quia tritum in jure est nemini interdictum eligendi ubi velit domicilium, ceu prae caeteris monet lex *31. ff. ad Municipal.*, ibi: »*Nihil est impedimento quominus quis ubi velit habeat domicilium, quod ei interdictum non sit.*« Imo ne filio quidem familias domicilii acquisitio interdicta est ex Ulpiani responso in *leg. Placet 3. et leg. 4. ff. ad Municip.*, ibi: »*Placet etiam filios familias domicilium habere posse non utique ibi, ubi pater habuit sed ubicumque ipse domicilium constituerit*« Quod etiam probasse videtur s. Congr. Concilii in *Bononien. seu Ferrarien. Ordinationis 14. Novembris 1733.* Multoque minus ei patrocinari posse videtur titulus *familiaritatis* trium annorum, cum nulla umquam intercesserit. Proinde patet nullo Archiepiscopus T. jure frui posse ut a mea subjectione revocare Victorium F. valeat.

Verumtamen his praetermissis in facto est adjecit Episcopus E. Curiam Archiepiscopalem T. literas excardinationis seu remissionis praefato juveni dedisse ut Dioecesi P. inscribi posset, ceu clarum fit per literas ad meam Curiam missas per Vicarium Capitularem P. Quae literae cum deperditae fuerint earum existentia ex depositione duorum testium fide digniorum evincitur: qui referunt se eas legisse et nonnulla verba in ipsis existentia adhuc meminisse.

Ex nunc adductis tum in jure cum in facto conclusit Episcopus E. nulla facultate pollere Archiepiscopum T. super praefato juvene ideoque ut primum innuimus ejus preces esse omnino rejiciendas.

*) Vd. *Ordinatio (subditorum alienor.*; ordinans originis, domicilii). *Domicilium.*

Euixe adductis rationibus sese Ordinarius iste opposuit edisserens quod Victorius F. omnino ad eum titulo *originis* et domicilii pertineret. Nam dubitari nequit quod quilibet illius fiat Episcopi subditus *) in cujus Dioecesi nisi per accidens natus fuerit. Ad rem probe facit Constitutio Innocentii XII., cujus initium: *Speculatores domus Israel*, ibi: »*Caeterum subditus ratione originis is tantum sit ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Dioecesi in qua ad ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, mercaturae vel cujusvis alterius temporalis morae seu permanentiae ejus patris in illo loco: quo casu non ejusmodi fortuita nativitas sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda.*«

Insuper subditus Episcopi quis fit ratione *domicilii* quando aliquo in loco vel per decennium vel per notabile tempus cum instructis aedibus et translatione majoris partis bonorum habitaverit et pro utroque casu juramentum de animo vere ibi perpetuo manendi emiserit. Ad rem praecitata Constitutio, ibi: »*Subditus ratione domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censetur, qui licet alibi natus fuerit illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco vel per decennium saltem in eo habitando vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis aedibus in locum hujusmodi transferendo ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit et nihilominus in utroque casu se vere et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmat.*« Jamvero prosequutus est Archiepiscopus dubitari nequit Victorium F. ortum esse in mea Dioecesi, ubi etiam nunc ille ejusque pater domicilium retinent; ergo subtrahi a mea subjectione nequit. Et insuper palam fit, me a quocumque et ubicumque vindicare eumdem posse ut quilibet ex jure rem suam ubicumque et a quocumque vindicat. Quapropter a veritate abest id quod innuit Episcopus E. mihi nempe haud competere actionem ex citata Constitutione ad repetendum juvenem.

Praetensae vero excardinationis literae haud adversae parti prosunt donec exhibeantur; ex quo fit quod jus meum immobile

*) Vd. *Subditus.*

super juvene maneat saltem donec suus canonicae jurisprudentiae honos relinquatur.

Neque testimonia quoad literas dimissorias aliquid valent tum quia hoc in puncto facile sit errorem irrepere, tum quia praesumi nequeat testes tot post annos clare atque dilucide de re meminisse.

Quum itaque liquidum sit jus meum ait Ordinarius iste in juvene ideo conclusit sibi eumdem fuisse restituendum.

Quae relata sunt exposita fuere ad jura utriusque partis protuenda; atque insuper enodandum propositum fuit EE. Cardinalibus

D u b i u m:

An et quomodo precibus Rmi Archiepiscopi T. sit annuendum in casu?

S. C. C. die 16. Decembris 1876 responsum dedit:

Juxta ea quae deducuntur negative.

Causae prosequutio.

Ad novum judicium causa submissa fuit proponendo sequens

D u b i u m:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. sub die 28. Julii 1877 respondit:

In decisis et amplius.

Ex quibus colliges:

I. Cum jure optimo Dioeceses distinctae et unicuique proprii attributi fuerint Pastores ideo exurgit ullum Episcopum nequire alterius Dioecesanum ne jurisdictio alteretur ad ordines promovere.

II. Qua de causa Tridentinum *sess. 23. c. 8.* statuisse: *quod si quis ab alio promoveri petat nullatenus ei permittitur nisi ejus probitas et mores Ordinarii sui testimonio*) commendentur. Si secus fiat Ordinans a collatione Ordinum per annum et ordinatus a susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur, sit suspensus.*

III. *Ex cap. Cum nullus de tempore ordinat. lib. 6. et ex Constit. Innoc. XII. Speculatores*, colligi Episcopum dici proprium alicujus clerici ratione *originis*, *beneficii* vel *domicilii.*

IV. Ex S. C. C. *Larinen. 30. Augusti 1732* posse Episcopum proprium etiam sub poena prohibere quominus Ecclesiasticus ullus etsi in minoribus constitutus a sua Dioecesi absque licentia discedat.

V. Ex differentia inter clericum et laicum exurgere quod dum nequit Clericus alicui Ecclesiae adscriptus aut beneficium possidens quod residentiam requireret ad aliam Dioecesim transire absque Ordinarii licentia, liceat tamen laico etiam filiofamilias quocumque abire et domicilium constituere etiam in loco quo suum domicilium Pater non habet.

VI. In themate non clericum (nequidem in minoribus constitutum) sed juvenem laicum deseruisse Archidioecesim T. patrisque domicilium, ut proprium poneret domicilium in Dioecesi P. ubi adscriptus fuit albo illius Cleri vestesque induit clericales evadens ex tunc quoad ordinationes subditus Episcopi istius.

*) Quilibet videt hoc in casu Episcopum proprium Victorii F. esse Episcopum P. qui de probitate et moribus testimonium praebet et valetudinis causa remissoriales literas concessit ut in dioecesi E. studiis incumbere posset; in qua dioecesi tandem mansit et illius clero adscriptus fuit, evadens ob hoc subditus Episcopi istius.

Dioecesis.

a) Divisio.

Vd. t. III. p. 1299. n. 15; *Dioecesis* (limites, dismembratio, permutatio.)

b) Dismembratio etc.

Vd. *Parochia* (dismembr.); *Dismembratio* (ecclesiarum a dioecesi etc.)

Ex Trident. *sess. 24. cap. 9. de reform.* habetur jure optimo distinctas fuisse Dioeceses et Parochias, ut Ordo ecclesiasticus non confundatur et una eademque Ecclesia duarum quasi Dioecesium sint non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint, quae Dioecesium distinctio et divisio facta constat a ss. Pontificibus praesertim vero a Dionysio I. uti habetur in *c. l. 13. q. 1.* utque tenent communiter Canonistae ac pluries s. Rotae Tribunal firmavit; quare cum Episcopi non habeant Dioecesim ex se sed a ss. Pastorum Rectore ac Principe, nou possunt auctoritate propria illam minuere aut dismembrare constituendo Territorium distinctum a proprio Territorio, quod solum pertinet ad ss. Pontificem ad tradita per *Host. in cap. Cum contingat n. 1. de foro competenti.* ubi *Joan. Andr. sub n. 4. vers.: Alii dicunt, Butr. sub n. 11. vers.: Si quaeritur.* Ex auctoritate enim ss. Pontificis pendet mutatio Dioecesium; et receptissima apud Catholicos sententia est, solum Papam posse Dioeceses et Territoria spiritualia constituere, unire vel separare. *Abb. in cit. cap. Cum contingat n. 18. de foro competenti* et ceteri apud *Gratian. Discept. 212. n. 17., Buratt. dec. 912. n. 1. decis. 324. n. 2. part. 1. recent.*

Quae praeterea Dioecesium distinctio, divisio et constitutio a ss. Pontificibus semper fieri consuevit independenter a divisione et constitutione Provinciarum seu diversorum Principum saecularium et Dominationum; unde a finibus temporalibus miuime ad Spirituales inferri potest vel contra quemadmodum tenet *Rota Decis. 324. n. 10. Recent.* et in *Pampilonen. Decimarum de Taffalla lib. 3. sub Tit. de Praeeminentiis disc. 29.* et rem indubitanter docet totius Orbis praxis, cum de facto videamus plures Dioeceses complecti Oppida et Loca diversorum statuum; quae cum ita sint videtur posse concludi Decretum Episcopi Fallot de Beaumont latum super Territorio nullimode suae Dioecesi ab auctoritate pontificia unito sed tantum cesso a proprio Episcopo *obligato nell' organizazione del Governo Francese, perchè situate* (Paraeciae di Revigozzo aliaeque limitrophae) *nel centro della Diocesi, e Ducato Piacentino,* insanabili nullitatis vitio laborare.

Die 20. Novb. 1819.

c) Egressus.

I. Celebrandi causa.

Vd. *Residentia.*

S. Congregationis Episcoporum et Regularium Decretum.

Episcopus nequit suo decreto prohibere, ne Sacerdotes nulla alia beneficii aut Capellaniae obligatione detenti absint etiam die festo a Dioecesi ut alibi Missam celebrent. Cum enim Episcopus NN. videret, quod festis diebus Sacerdotes suae jurisdictioni subditi in vicinam dioecesim transmearent ad Missam inibi celebrandam ideoque in suae dioecesis ecclesiis Missarum defectus haberetur, suo decreto sancivit: *che nessun prete specialmente nelle feste si trasferisca a celebrare la Messa in qualunque Chiesa extradioecesana sotto pena della sospensione ipso facto incorrenda.* Re ad s. Congr. Ep. et Reg. delata dubium concinnatum est: *Se, e come si debba sostenere il decreto emanato da Monsignor Vescovo di NN.?*

In Congr. generali 4. Martii 1842 rescriptum fuit: »*Quoad censuras negative in omnibus, in reliquis ad mentem: mens est: che ad eccezzione di quei Sacerdoti, i quali hanno l'obligo di celebrare entro in confini della dioecesi, la Circolare del Vescovo non può sostenersi per gli altri Preti.*

II. Licentia Episcopi in quantum est necessaria?

Vd. t. I. p. 128. 2; t. III. p. 1299. n. 15; vd. n. 1.; p. 1086. f.

d) Limites.
(Variatio.)

Vd. lit. *a.*

In confinio duarum paroeciarum extra urbem N. existebant nonnullae domunculae suburbanae, quas municipium demolivit. Ejusmodi domunculae erant sub paroeciali cura Plebani s. Joannis.

Sed domus quaedam demolita fuit tantum ex parte atque ejus dominus Ubaldus ea occasione hanc domum auxit longius eam protrahens in hortum conterminum; atque in eodem horto januam posuit per quam non solum aditus patebat in novum aedificium extructum sed etiam in veterem partem domus, quae ex demolitione supererat.

Hoc novum aedificium in contermino horto extructum est causa praesentis controversiae. Namque cum versemur in confinio duarum paroeciarum controversia orta est sub cujus cura paroeciali esse deberet.

Vetus Ubaldi domus erat, ut dixi, sub cura Plebani s. Joannis, qui adhuc contendebat sub sua cura esse. Hic Plebanus est Vicarius ad nutum amovibilis Capituli cathedralis, cui illa ruralis paraecia seu Plebania subest.

E converso alter Parochus s. Secundi condendebat in suam paroecialem curam novum aedificium transiisse atque Ubaldum ejusque familiam suos esse paroecianos.

Coutroversiam diremit Episcopus, qui praemisso summario processu, audita deputati Architecti relatione circa paroeciarum limites sententiam edixit novum aedificium curae paroeciali subesse non quidem Plebani sed alterius Parochi s. Secundi.

Cum denique ab ejusmodi sententia Plebanus appellaverit ad S. C. C. servatis de more servandis controversia iterum disceptata est.

Duplex dubitandi formula in calce prostat, quia duplex controversia mota est, incidens una, princeps altera.

Hic Parochus (cujus favore militabat sententia Episcopi) contendebat ante omnia, Episcopi sententiam non admittere appellationem, eo quod Canonici antea dixeriut, se nolle provocare formalem sententiam sed paratos esse stare arbitrali judicio Episcopi: in comperto autem esse, quando judicium arbitrio alicujus committatur partes stare debere sententiae arbitri, sive aequa sive iniqua sit, dummodo dolus absit, *l. 27. ff. de receptis qui arbitr. § 2.* ubi legitur: »*Stari autem debet sententiae arbitri, quam de re dixerit, sive aequa sive iniqua sit et sibi imputet qui compromisit.*« Item *l. 1. C. de receptis arbitris,* ubi legitur: »*Ex sententia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi appellari non posse saepe rescriptum est, quia nec judicati actio inde praestari potest et ab hoc invicem poena promittitur ut metu ejus a placitis non recedatur.*«

Inde vero idem Parochus contendit, nullam esse appellationem ex alio quoque capite, idest quia Plebanus appellaverat, qui est tantum Vicarius ad nutum amovibilis Capituli cathedralis. Vicarius enim cum sine mandato Capituli appellaverit ejus appellationem esse rejiciendam contendebat. Sane Pirhing. tit. *de Vicariis, § de Vicariis temporalibus n. 21.* haec cum caeteris auctoribus tradit: »Vicarius temporalis non se habet ad instar Beneficiarii, quia titulum et jus parochiae non habet sicut Vicarius perpetuus sed jure parochiali et cura animarum penes Rectorem principalem manente Vicarius solum eam exercet non loco, sed ex commissione et nomine Rectoris principalis.«

Immo et ipse Vicarius perpetuus in iis quae spectant ad forum contentiosum exercitium juris non habet, quod sic tradit Pirhing. *l. c. § de Vicar. perpet.*: »Porro quod dictum est, curam actualem ecclesiae parochialis accessorie et in perpetuum unitae alteri Beneficio, assignata Vicario perpetuo in ea constituto certa portione reddituum, esse penes ipsum Vicarium, id ita intelligendum est, ut exercitium juris parochialis in spiritualibus et pertinentibus ad curam animarum sive forum internum spectet ad Vicarium: *in iis vero, quae ad externam defensionem, vindicationem jurium parochialium adeoque ad forum contentiosum pertinent, exercitium juris parochialis ad Rectorem principalem spectat,* saltem si is majorem partem reddituum percipiat, quia et ipsa Capella seu parochia unita quoad proprietatem dicitur esse Rectoris principalis non Vicarii.« Et paullo inferius: »*Pro iis juribus ecclesiae quae remanent penes Rectorem principalem Vicarius perpetuus agere non potest nisi ab illo mandatum habeat.*«*)

His autem positis nullam dicendam esse appellationem et Episcopi sententiam in rem judicatam transiisse.

Ad quaestionem principem quod attinet, facta hypothesi valere interpositam appellationem contendebat Parochus ex documentis veteribus adductis quae referuntur ad primae-

*) Vd. *t. I. p. 629. n. 42.*

vam circumscriptionem paroeciarum, ex testimoniis virorum peritorum, qui hac de causa fuerunt in praesenti judicio delegati, ut ex indiciis topographicis limites paroeciarum quinam olim fuerint adamussim declararent, arguebat, novum aedificium Ubaldi transiisse limites veteris paroeciae et in suam paroeciam esse ingressum cum sua janua, quae ad vetus aedificium duceret: ideoque in suam curam paroecialem Ubaldi domum transiisse. Quod nobis satis sit iudicasse cum agatur de implexa quaestione topographica cujus expositio Lectoribus nostris nullius esset utilitatis.

Plebanus e converso circa incidentem quaestionem animadvertit appellationem a se interpositam, quamquam ab initio sine mandato factam, ratam habitam fuisse a Capitulo per formale capitulare decretum, quo decreto etiam appellatio prosecuta est.

Circa alteram incidentem quaestionem est animadversum, neminem arbitrum voluntarium constitui posse nisi per compromissum partium; compromissum autem in themate penitus deesse, cum ipse Parochus s. Secundi, ut demonstraret, Episcopum statutum esse ut arbitrum, nihil aliud adduxerit, quam quod Canonici ex publica voce dixerint se stare velle arbitrio Episcopi: cum e converso ipse debuisset in compromissum convenire et ipsum compromissum nunc exhibere; quod exhibere non poterat, quia nunquam factum fuerat. Compromissum enim in eo consistit, quod litigantes compromittere idest simul et invicem poenam promittere soleant si non steterint sententiae arbitri; arbiter autem est judex libero partium consensu controversiae terminandae gratia electus. Cum itaque compromissum desit frustra iuvocari jura de arbitris.

Sed ad causam principem quod spectat, affirmabat Capitulum, novam domum extructam esse in horto contermino praeexistenti domui Ubaldi et per hanc praeexistentem domum novam domum suburbio conjungi, quod suburbium est sub cura Plebani: ideoque tamquam partem suburbii ipsius ad suam Plebaniam pertinere eo modo quo accessorium pertinet ad principale.

Praeterea ipsum hortum in quo antea quaedam consurgebat domuncula fuisse semper habitum sub cura Plebani: facta ideoque hypothesi ejusmodi hortum juxta primaevos limites non pertinuisse ad Plebaniam confusione limitum superveniente, ex praescriptione modo pertinere. Neque deesse praeterea topographica nonnulla indicia ad ostendendum intra limites Plebaniae novam domum esse extructam, Capitulum affirmabat.

Ex officio est animadversum satis constare novam domum esse extructam extra limites Plebaniae ex multis adductis documentis.

Praeterea novum aedificium suam habere peculiarem jannam in eodem horto: id quidem tanti ponderis esse, ut Ferraris *Bibl. can.* verbo *Parochia n. 37.* plurium doctorum auctoritate nisus tradat: »quando quis habitat in coufinio duarum ecclesiarum parochialium censetur Parochianus illius in qua domus *aditum magis frequentatum habet.*«

Neque invocari posse praescriptionem limitum, resistente capite *super eo 4 de Parochiis*, quo sic Urbanus III. respondit: »Super eo vero, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus et his quae finibus cohaerent non praescribendis statutum per canones esse dignoscitur sit in paroeciarum limitibus sicut in provincialibus admittendum, *respondemus, quod bene videtur in utroque servandum, si fines legitima probatione vel alias indubitata fide constitit ecclesiastica ordinatione statutos.*«

Quem textum sic exornat Pirhing. *lib. 3. tit. 29. § 2.*: »An fines parochiarum praescribi possint? Ad hanc quaestionem respondetur, sicut fines seu limites provinciarum et dioecesium secundum jura praescribi nequeunt, ita neque limites parochiarum et quae finibus cohaerent unquam praescribi possunt, prout statuitur in cap. *Super eo 4. de Parochiis* . . . . Ratio est, ne dioecesium seu provinciarum et parochiarum termini confundantur, *c. Quicumque 4. et 3. seq. causa 16. q. 3.*, et ne usurpet quis terminos alienos, *c. Inter 6. ead. caus. et quaest.* Nam alias privata cujusque auctoritate sublatis autiquis passim novi limites constituerentur et tam in jurisdictione quam in aliis ad publicam auctoritatem pertinentibus frequens daretur occasio incertitudinis et confusionis, ideo termini seu fines hujusmodi publica auctoritate constituti ac distincti immutabiles esse debent et merito prohibentur praescribi; Barbosa *in Collectanea loc. cit. n. 2.*....«

D u b i a:

I. An constet de jure appellandi in casu?

Et quatenus affirmative:

II. An sententia Episcopi sit confirmauda vel infirmanda in casu?

S. C. C. die 17. Augusti 1872 respondere ceusuit

Ad I.: *Affirmative.*

Ad II.: *Sententiam esse confirmandam.*

Ex quibus colliges:

I. Appellationem ab eo interpositam qui mandatum appellandi a domino non habeat plenum valorem obtinere posse si deinde a domino rata habeatur. Quod enim nomine alieno gerimus mandato aeqniparatur si accedat ratihabitio.

II. Maxime vero, si ei qui appellat intersit nt appelletur, quod in causa non sit penitus extraneus; cujusmodi est Vicarius Parochus in iis quae pertinent ad jura temporalia paroeciae, quamquam hoc onus pertinet ad Rectorem principalem.

III. Sine compromisso quod in pacto consistit non dari voluntarium arbitrum *) qui ad normam juris rem definit neque arbitratorem qui ex bono et aequo rem definiat licet unus litigantium judicem adeat Ordinarium tamquam arbitratorem: ideoque compromisso non existente non posse invocari jura, quae de arbitris sunt constituta.

IV. Limites dioecesium et paroeciarum auctoritate ecclesiastica semel definitos non posse privata auctoritate mutari; immo neque praescribi, quoties documenta supersint, quae limites, quinam olim fuerint, satis clare designent.

V. Domum in limite paroeciarum constructam ad eam paroeciam pertinere in cujus territorio sit janua principalis.

e) Permutatio non concessa.

Vd. lit. *a* p. 1082.; lit. *d. Dioecesis* (dismembratio.)

Aquipendien.

(Conc. Tr. c. 9. sess. 14. de ref.)

Singularem apostolicae Sedis praerogativam in componendis dividendisque dioecesibus quam demisse imploravit Episcopus Aquipendien. ut Oppida Proceni et Ouani in statu ecclesiastico, quae sub ditione Soanensi extant, ejus dioecesis fiant, Soanensi Praesuli, titulo permutationis adjudicatis aliis binis Mauciani et Capalbii Oppidis, quae modo sub dioecesi Aquipeudieusi connumerantur ac sub ditione Magni Etruriae Ducis extant. Equidem primodictus Episcopus Aquipendii plures ab aequitate urgentique necessitate ratioues adducit, ut voti compos fiat ac praesertim, cum Manciani et Capalbii loca dioecesis Aquipendiensis longe a Civitate distent spatio 46 ac respective 34 milliarium, at vero Mancianum Civitatis Soanae Territorio contermiuum ac circumdatum, ut asserit, comperitur septemque mille passibus ab ipsa tantummodo disjungitur; Capalbium autem Mauciani Territorio est contiguum.

E converso quidem Onani et Proceni Oppida dioecesis Soanensis Civitati Aquipendii prope sunt unius milliarii cum alterius dimidio itinere ac respective tribus passuum 1500; a Civitate vero Soanae 17 et respective 13 milliarium iutercapedine sunt remota.

Ex commemorata locorum situatione jamdictus Episcopus Aquipeudien. argumentum desumit rationabilis expetitae permutationis tum erga Pastores ex difficultate invigilandi super hujusmodi portione gregis sauctasque visitationes iustituendi, cum etiam respectu Populi, qui ab Episcopis louge dissitis spiritualibus remediis juvari vel difficillime et raro potest. Alterum quoque saepedictus Episcopus exaggerat motivum ex aeris insalubritate, qua est obnoxium Coelum totius dioecesis Aquipendiensis, adeo ut periculum maximum Exteris invehat, si aestivo tempore perseverare in ipsa velint sicque ipse modernus Episcopus nt ejus Praedecessores mensibus aliquot extra dioecesim fugere aunuatim soleat ac in alterius ditione residere cogatur, ex quo facile perturbationes exoriuutur. Caeteroquin vero Onannm saluberrimo aere fruitur in quo, ut asseritur, Episcopi Soanenses residere non fuerunt soliti. Postremo hauc permutationem ad justitiae commutativae terminos commensurari idem Episcopus exponit tum ex Cleri numero cum etiam ex beneficiorum ac proventuum episcopalium quantitate; si quid vero discriminis et praejudicii ab Episcopo Soanensi comprobaretur, Praesul ipse, qui lucra haud quaerere asserit, compensare se promptum paratumque exhibet. Hisce remissis precibus a SS. N. ad EE. VV. Conventum Episcopus Soanensis acriter praetensam hanc permutationem impugnat ac documentis adductis omnes assertas causas iuficiari contendit plerasque ratioues adducit, quibus attentis

*) Vd. *t. I. p. 582. n. 5.*

nec quidquam conturbandum esse autumat. Reliquum itaque est, quod EE. PP. qua solent sapientia et prudentia definire dignentur:

An sit locus permutationi?

S. C. C. resp.: Negative et ad mentem.

Die 9. Febr. 1715.

f) Regressus et Revocatio.

(Facultas Episcopi.)

Vd. *Dioecesanus* (revocatio.)

Livius Presbyter expleto studiorum curriculo in Seminario dioecesano, praeceptor et Capellanus constitutus est ab Episcopo in quodam ejusdem dioecesis oppido; hoc munus adimplevit per annum: deinde in Seminario ipso praeceptor puerorum fuit ab anno 1860 usque ad exitum anni scholastici 1866. Hoc tempore venia ab Episcopo (quemadmodum Livius exposuit) ad tres menses obtenta in aliam se contulit dioecesim.

Ad exitum properante trimestri tempore Livius Episcopum dicitur rogasse, ut sibi facultatem faceret in ea aliena dioecesi permanendi ea de causa, ut ibidem in universitate humaniores literas doceret: hujusmodi petitioni Episcopus non respondisse dicitur sed e converso completo trimestri tempore die decima Novembris per alium significasse Livio: »quo, quum contra regulas ipse dereliquisset munus et propriam dioecesim, eum suspendit a Diviuis usque dum resipisceret.« Die vero 17. ejusdem mensis Episcopus formale suspensionis Decretum illi indixit per Vicarium Capitularem ejus dioecesis in qua Livius degebat.

Quum autem Livius in dioecesim redire nollet, eum Episcopus a suspensione non solvit. Livius itaque s. Congregationi preces admovit ut consequeretur id quod ab Episcopo consequi non poterat.

Precibus Livii ad Episcpum remissis pro informatione et voto inter cetera rescriptum est: expositionem factam a praedicto Livio falsa continere et plura reticere quae narrari debuissent: eum sacris canonibus et ordinationibus ecclesiasticis dioecesanis usque in praesens non satisfecisse: injuriam et damna illata Seminario et ecclesiae quae illam aluit Presbyterumque fecit non resarcivisse: scandala Clero et populo dioecesis data non reparasse: idcirco preces a Livio oblatas s. Sedi esse rejiciendas. Nihilominus eum qui tribus ferme annis leges ecclesiasticas et censuras nihili fecerat, contumax permanens, haud amplius in dioecesi bene se esse forte gesturum.

»Sed (sic prosequebatur Episcopus) in tirocinio clericali, quod septem annis constat et in Convictu pro collationibus theologiae moralis practicae in quo tribus annis Neo-Sacerdotes excipiuntur, Seminarii beneficiis et subsidiis abunde usus est: huic ipsi damnorum causa fuit sua desertione ac ecclesiae pro cujus utilitate seu necessitate sacris ordinibus insiguitus est eamque dereliquit ut pinguiora quaereret pascua. Igitur inprimis ecclesiae et Seminario compensationem faciat, ipsimet Seminario absolute remittendo tot chartulas vulgo dictas *Cedole del Consolidato romano*, quae annuam daut responsionem ducentum quinquaginta libellarum. Deinde per actum formalem in Curia dioecesana declaret, se origiuariae ecclesiae N. renuntiare seque numquam ne una quidem vice Sacra facturum in territorio ejusdem absque licentia in scriptis obtinenda ab Ordinario, idque sub poena suspensionis ipso facto incurrendae. Hisce praestitutis et censura revocata abeat in pace. Propositam vero compensationem debitam esse ac justam inferri posse videtur per analogiam ex disertis a Frances *de Eccl. cath. c. 28.*; Chrispin. *de Visit. p. 2 § 31.*; Monacelli *Form. p. 2. tit. 13.* atque ex responso s. Congreg. Conc. in *Cesenaten. Synodi* 26. Febr. 1699.«

Haec ab Episcopo. Quaestio itaque videbatur pendere ab altera quaestione, utrum Livius teneretur compensare sumptus quos Semiuarium pro ejus ecclesiastica educatione impeuderat: sed proposita causa in comitiis habitis die 18. Decembris 1869 responsum prodiit: *Dilata et ad mentem.*

Novis itaque habitis ab Episcopo epistolis haec quae sequuntur sunt fusius exposita et narrata: id est, Livium e sua dioecesi abiisse, in qua natus, altus et Presbyter factus erat absque permissione ac facultate Ordinarii, quod plurimi sacri canones, qui ab Episcopo allegabantur, omuino reprobareut: officium laicalis magisterii extra dioecesim expetivisse, assumpsisse, id prorsus ignoraute Ordinario et despectis dioecesanis et provincialibus ordinationibus: contractum violasse, quo a sex annis adstringebatur Seminario dioecesano ut magister grammaticae, in quo cum habitatione et mensa stipendium quoque haberet

libell. 300: mouitum fuisse a Seminarii Rectore ut rediret ac renuisse: monitum de ceusura infereuda suspensionis et perstitisse contumacem: praeceptum deinde ei fuisse, ut se conferret ad paroeciam O. Iudimagistri officio functurum ut Municipium afflagitabat cum stipendio libell. 650 et ut Parochum septuagenarium coadjuvaret et noluisse. Exinde iudicabat Episcopus scandala orta et dicteria in Clerum, praesertim ob Presbyterorum penuriam in summis christiani populi necessitatibus.

Suspeusioui subjectum uec damna nec scandala umquam reparasse: quod si excardinari vellet e dioecesi id sub conditione ei coucedi, dummodo damna illata per exercitia spiritualia repararet et obligationibus satisfaceret, repensis scilicet sumptibus, quos pro ejus ecclesiastica educatioue Semiuarium impeuderat.

E couverso Livius inquiebat, se jam fuisse e dioecesi ab Episcopo emissum; ideoque totam controversiam reduci, utrum ipse teneretur solvere Semiuario sumptus quos consumpserat: atque coutendebat se ad id nou teneri.

Episcopus in suis epistolis commemorabat cauones tum veteres tum recentiores, quibus jus firmatur cogeudi Presbyteros ut in propria cujusque dioecesi permaneant, videlicet *can. 5. Concilii Nicaeni*, *can. 5. Antiocheni*, *can. 13. Sardicensis*, statuentes Clericos debere esse subjectos Episcopis a quibus, si recedant, excommunicari possint et sic excommunicatos quocumque se conferant nequaquam ad communionem posse ab ullo alio admitti donec a proprio, qui eos ligavit, Episcopo exsolvantur aut a provinciali Synodo, si ad eam appellaverint. Can. 3. Concilii Autiocheui vetare, quominus Clerici sine literis Episcopi peregrinari possint, alioquiu decernere deponendos e gradu suo. Cauones Apostolorum 15, 16, 32 Syuodumque Sardicensem c. 16, 18 et 19 prohibere ne Presbyter, Diaconus aut Subdiaconus in miuisterium aut communionem recipiatur, si sit alterius dioecesis siue Episcopi proprii commendatitiis literis; vel ne in clerum admittatur vel ordinetur sine ejusdem dimissoriis literis. Easdem prohibitiones repetere Concilium Carthaginense sub Julio Papa canoue 5. Eo denique spectare Coucilium Tridentinum *sess. 22.* in Decreto *de observandis et evitandis in celebr. Miss.* his verbis: »*Deinde ut irreverentia vitetur singuli Episcopi in suis dioecesibus interdicant ne cui vago et ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat.*« Itemque in *sess. 23. de reform. c. 8.* statutum esse: »*Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur. Quod si aliquis ab altero Episcopo promoveri petat, nullatenus id ei etiam cujusvis generalis aut specialis Rescripti vel Privilegii praetextu etiam statutis temporibus permittatur nisi ejus probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.*«

Sed Causidicus nomine Episcopi ad haec confirmanda alia adjecit jura. Commemoravit videlicet Tridentiuam dispositionem *sess. 23. de ref. c. 16.* haec sancientem: »*Cum nullus debeat ordinari, qui judicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis, Sancta Synodus vestigiis sexti canonis Concilii Chalcedonensis inhaerendo statuit, ut nullus inposterum ordinetur, qui illi ecclesiae aut pio loco pro cujus necessitate aut utilitate assumitur non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei Sacrorum exercitium interdicatur.*« Atque s. Congregationem Concilii huic dispositioni inhaerentem saepissime confirmasse Episcoporum Decreta quae prohiberent sub gravibus poenis quominus Clerici a dioecesi discederent sine Episcopi venia, ut in *Larinen.* 30. Aug. 1735; in *Segnen.* 13. Septemb. 1749 et in *Tinen.* 15. Martii 1625 *lib. Decret. 93. p. 33.*; in *Amerina* 8. Maji 1756.

Quum itaque Livius ab ecclesia N. et Seminario altus et educatus fuerit, quumque ob ecclesiae ejusdem necessitatem vel utilitatem fuerit ordinatus non posse e dioecesi abscedere eaudemque relinquere absque Episcopi venia.

Quod quum fecerit contra Episcopi voluntatem atque admonitiones, recte suspensionis censura fuisse mulctatum juxta eandem Tridentinam dispositionem eodemque Livio in sua contumacia perseverante locum haud esse absolutioni suspensionis, Benedictus XIV. in opere *de Synodo dioeces. l. 10. c. 1.* et auctores passim. Quare aptaudam in praesenti themate Orator inquiebat dispositionem, quam S. C. fecerat in causa Amerina die 8. Maji 1756, cujus haec fuerat facti species: Juvenis quidam Romae studiis operam navans ab Episcopo originis petiit, ut clericali militiae adnumeraretur. Adscriptus itaque est ecclesiae urbis patriae Presbyteris destitutae

et dimissorialibus literis ab Episcopo acceptis quibus necessitatis ejusdem ecclesiae expressa mentio facta erat minores ordines accepit. Postea titulo Capellaniae manualis a s. Congregatione vero ipso petente perpetuatae ad sacros ordines ascendit repetita ab Episcopo in literis dimissorialibus iterum dictae ecclesiae necessitate. Reversus in patriam discedendi veniam petiit ut Romam rediret; negavit Episcopus; indictaque suspensionis poena ipso facto incurrenda vetuit ne discederet. Quum tamen discessisset quaestione proposita coram S. C. I. »An Sacerdos N. N. adscriptus servitio parochialis ecclesiae N. et pro necessitate ejusdem ecclesiae ad sacros ordines promotus titulo Capellaniae obtentae et a S. C. perpetuatae potuerit contra formam praecepti Episcopi ab eadem ecclesia discedere ut valeat in Urbe permanere? II: An et in quas poenas conciliares sibi intimatas inciderit in casu?« Quibus S. C. respondit: ad I. *Negative, assignata Congrua per Episcopum.* Ad II. *Consulat conscientiae suae.*

Ad compensationes quod spectat Seminario faciendas animadvertit Orator, eas esse sub conditione positas si *excardinationem* per fas vel nefas obtinere Livius vellet: sed re etiam considerata tamquam a conditione soluta contendebat, Livium ad compensandos sumptus Seminarii teneri; qua de re allegavit causam Tiburtinam diei 11. Martii 1752, in qua dubiis propositis: II. »An liceat Episcopo Tiburtino arctare Seminarii Alumnos ad emittendam obligationem reficiendi alimenta Seminario in casu quo vel non ascendant ad sacros ordines vel ante completa studia discedant e dicto Seminario sine licentia Episcopi? Et quatenus affirmative: III. An et in quam causam sit eroganda summa per eosdem alumnos vigore hujus obligationis reficienda in casu:« S. Congregatio respondit ad II: *Affirmative*, ad III: *In commodum Seminarii arbitrio Episcopi cum consilio Deputatorum et amplius.* Quam quidem obligationem confirmare curavit allegata auctoritate Synodi provincialis Burdigalensis, in qua fuit statutum: »Si sine licentia Episcopi alieno loco vel personae se mancipaverint aut extra dioecesim in qua servire debent transfugerint, teneantur ad restitutionem alimentorum et aliorum sumptuum.« Item auctoritate Cecconi, Episcopi olim Montisalti, qui in opere *Dell' istituzione dei Seminarii c. 4.* plura ad rem habet eandemque obligationem eruit ex contractu innominato, do ut des, do ut facias vel facio ut des.

Livius e converso affirmans se e dioecesi jam fuisse ab Episcopo dimissum quod Episcopus declaraverit haud amplius ipsum recepturum fore universam quaestionem coercuit ad obligationem compensandi Seminarium: hanc autem obligationem sibi esse pluribus de causis denegabat; tum quod in usu non fuerit compensatio, tum quod Seminarium compensationem ex parte acciperet ex alumnis non ecclesiasticis, tum quod per magisterium sex annos in Seminario exercitum jam uberrime compensasset si aliquid compensandum foret, tum quod pensionem solverit neque fuerit omnino gratis enutritus.

De auctoritatibus in contrarium adductis animadvertit eas agere de alumnis gratis altis qui postea, habitu clericali dimisso, viam deserunt ecclesiasticam: quavis autem in hypothesi restitutionem faciendam non esse nisi quando ex lege aliqua sive ex legitima consuetudine id fuerit praescriptum, cl. Lucidi in recenti opere *de Visit. ss. Liminum vol. 2. § 6. n. 20.*

D u b i u m:

»An et quomodo Sacerdos *(Livius)* cogi possit ut in propriam dioecesim revertatur in casu?«

S. Congregatio Concilii causa iterum cognita die 19. Februarii 1870 respondere censuit: *Posse cogi ad revertendum in propriam dioecesim, dummodo ibi absolutionem a censuris posteaquam humiliter petierit peractis spiritualibus exercitiis per tempus ab Episcopo designandum obtineat eique de Congrua per Episcopum provideatur.*

Ex quibus colliges:

I. Juxta veterem disciplinam neminem potuisse utiliter sacris ordinibus initiari qui adscriptus seu incardinatus non esset alicui peculiari ecclesiae cui inservire teneretur. *)

II. Concilium Tridentinum vestigiis hujus disciplinae inhaerens **) statuisse nullum ordinari debere, qui illi ecclesiae aut pio loco pro cujus necessitate aut utilitate assumitur non adscribatur.

III. Temporis lapsu laxiorem quoque ejusmodi disciplinam evasisse, ita ut vix amplius in consideratione haberi soleat necessitas vel utilitas alicujus peculiaris ecclesiae vel pii loci sed potius utilitatis spes, quae obventura sit dioecesi vel saltem ecclesiae indeterminate consideratae. *)

*) Ejusmodi incardinatio erat intime conjuncta cum s. Ordinatione, ita ut nec Episcopus nec Presbyter dici posse videretur, qui cum ecclesia aliqua non esset conjunctus cui inservire deberet.

**) Synodus Tridentina *c. 16. sess. 23. de ref.* commemoravit canonem sextum Concilii Chalcedonensis cujus vestigiis inhaesit; ille autem ita se habet juxta accurratissimam lectionem Eminentissimi Card. Pitra: »Nullum absolute ordinari debere Presbyterum aut Diaconum nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesiae civitatis aut possessionis aut martyrii aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur. Qui vero absolute ordinantur decrevit sancta Synodus irritam haberi hujuscemodi manus impositionem et nusquam posse ministrare ad Ordinantis injuriam.« Erat videlicet sic Ordinatus perpetuo suspensus ut modo diceremus.

*) Ejusmodi laxior disciplina tamquam consequens descendit ex variis titulis s. Ordinationis pedetentim in ecclesia admissis. Namque si quis ordinari potest non ratione tantum ecclesiae cui inservire perpetuo teneatur sed etiam ratione alicujus capellaniae vel pensionis vel patrimonii etc. eo ipso consequi debuerat hujus disciplinae relaxatio; quamquam in subsidium tantum hos titulos Tridentina Synodus admiserit. Eo magis laxius praesenti aetate evasit hoc disciplinae caput, quod, in adjunctis in quibus nunc versatur ecclesia, etiam subsidiarii s. Ordinationis tituli plerumque fere umbratiles evaserint. (Vd. *Titulus ordinationis.)*

Dici passim solet, titulum s. Ordinationis ideo a ss. canonibus postulari et exigi, ne clerici in dedecus coetus clericalis mendicare cogantur; sed inspecta horum titulorum origine haec neque unica neque praecipua ratio est: si enim fuisset unica ratio, quisquis vere dives potuisset antiquitus facile ordinari, quin alicujus ecclesiae ministerio manciparetur: at contra erat: namque, qui absolute ordinabatur, erat perpetuo suspensus tamquam si ordinatus non fuisset. Praecipua autem ratio, cur veteres canones exigebant s. Ordinationis titulum, ex eo derivabat, quod Clericus sine ministerio determinato dari non posset, quod sine gradu ecclesiastico cum proprio ministerio conjuncto Clericus quisquis nec appellari quidem posset: unde passim legitur generalis sanctio ob quasdam graves culpas: *Clericus e gradu suo deponatur; e loco suo dejiciatur* et similia; quae supponunt omnes clericos semper habuisse ecclesiam et gradum quem occuparent: eo fere modo, quo nec ordinabatur Episcopus sine ecclesia cui perpetuo vinculo praesideret. Ex hac arcta conjunctione s. Ordinationis cum peculiari ecclesia ortae sunt reliquae praecipuae ecclesiasticae leges, ut lex residentiae, qua Clerici vagari non poterant, jura et officia per canones accurate determinata tum Clericorum tum Episcoporum: et supervenientibus beneficiis, perpetuitas eorundem. Atque totius ecclesiasticae disciplinae robur tamquam ex suo praecipuo fundamento repetebatur ex dicta conjunctione Clerici cum peculiari ecclesia cui per

IV. Quare infirmiorem quoque evasisse Episcopi facultatem denegandi Clericis a se ordinatis perpetuum e dioecesi discessum seu excardinationem, cum plerumque vix et ne vix quidem Clerici vero canonico sensu incardinati dici possint.

V. Eandem tamen facultatem non adeo infirmam esse, ut Episcopus cogere non possit ecclesiasticis poenis Clericum suae dioecesis si paratus sit congruum eidem Clerico adsignare officium et stipendium.

VI. Maxime vero si Clericus Seminarii impensis et ejusdem ecclesiae curis fuerit enutritus et educatus.

VII. Non posse tamen tamquam ex justitiae debito cogi Clericum e dioecesi demigrantem ad restituendos Seminario sumptus nisi forte id fuerit ex aliqua peculiari lege constitutum.

VIII. Videri tamen posse Ordinarium, aequitate suadente eosdem sumptus exigere tamquam rationabilem conditionem, si Clericus obtinere cupiat excardinationem, quam ex jure vel aequitate obtinere non possit.

Nucerina.

De inflicta suspensionis poena pariter conquestus est contra Episcopum Nucerinum Sacerdos Salvator Biaschelli usque a Mense Aprilis 1816. Placuit huic Antistiti post suum ab exilio reditum cogere omnes qui tempore suae absentiae ad ss. Ordines evecti fuerant revocare ad dioecesanum Seminarium, ubi tum morum tum scientiae specimen darent donec ab ipso Episcopo dimitterentur. Sacerdos Biaschelli, qui jam extra Dioecesim morabatur et in altera Fabrianensi beneficium obtinuerat huic Episcopi mandato acquiescere noluit et hinc causa inflictae suspensionis, quae per literas Provicarii generalis indicta est.

Hic Sacerdos Biaschelli dum in minorili versabatur aetate septennii spatio in dioecesano Clericorum Seminario vixit soluta pensione et ad titulum Patrimonii sacri a suo Ordinario Ordinem subdiaconatus recepit. In literis testimonialibus diei 3. Sept. 1808 haec habentur: *Die 28. Augusti D. Salvatori Biaschelli de Villa Costae Arceriae nostrae*

s.) Ordinationem perpetuo mancipabatur: ideoque ea relaxata conjunctione reliquae leges ex ea derivantes nutare coeptae sunt, quarum nonnullae nomine permanentes indolem primaevae originis amiserunt.

Dioecesis V. Seminarii alumno examinato et admisso ob servitium suae parochialis Ecclesiae vel alterius arbitrio nostro s. Subdiaconatus ordinem ad titulum Patrimonii s. rite contulimus. Quod si dictum servitium deseruerit atque e Dioecesi nostra animo non breviter redeundi nobis et Episcopis Nucerinis pro tempore improbantibus deseruerit ss. Canonum ac praesertim Trid. et Concilii romani poenas nunc pro tunc incursurum monemus atque declaramus. Quae quidem verba *per modum regulae* addunur in ea Dioecesi actis promotionis ad ss. Ordines ex decreto moderni Episcopi Nucerini in prima Visitatione lato snb die 17. Sept. 1803.

Expletis studiis et jam matnrus aetate cum non posset Sacerdotii Ordinem a proprio Episcopo accipere, quippe quia jam ab invasoribus pulsus fuerat in exilium, praeviis dimissorialibus literis de licentia ipsius Episcopi a Vicario generali subscriptis ad Fabrianensem Episcopum sese contulit, qui rite ei manus imposuit die 9. Angusti 1812. Paulo post requisitns a Vicario generali, ut tanqnam Oeconomns vacantem Gualdi Paroeciam administraret, ubi rescivit a tnnc temporis Magistratn, qni dicebatnr *Maire l'Ordine, che l'obbligavo al Giuramento il detto Signor Biaschelli francamente rispose, che quando un tal' atto fosse inevitabile egli non credeva accettare il nuovo officio, ed in fatti senza altre riserve se ne parti.*

Tunc statim petiit oppidum La Genga in Etruria positnm sed snbjectum Dioecesi Fabrianensi et a Feudi Dominis ad Capellaniam ibi residentialem nominatns est, ibi usqne in hanc diem est commoratus. Sed cnm transacto uno alteroqne anno vellet, ut propriis et Genitorum consuleret negociis, sese ad Patriam conferre, suplex hanc adiit s. Congregationem ne ob indictam snspensionem quidqnam molestiarum ab Episcopo Nucerino pateretur. Ejns preces sub die 27. Apr. 1816 ablegatae sunt utrique Episcopo nimirnm Nucerino nt referet *de canonica Oratoris promotione ad Sacerdotium, de ejusdem idoneitate ad exercitium Ordinis et Causa indictae suspensionis: Fabrianensi*, ut pariter referet *de canonica Oratoris promotione ad Sacerdotium, de ejus vita et omnibus et officio aut Beneficio obtento in Dioecesi, ex quo se nequeat conferre ad Convictum in Seminario Nucerino.*

Paruit mandatis Episcopus Fabrianensis ita in suis literis referens: Ut vero de iis referam quae signanter mandant EE. VV. RR. id certissime constat Oratorem vigore literarum dimissorialium per R. D. Laurentium Maroni, Episcopo tunc temporis absente, Provicarium ejns generalem in Civitate Nncerina specialiter Depntatum expeditarum, cnm facnltate insnper enmdem ordinandi extra tempora ab apostolica Sede vigore rescripti pontificii in praefatis literis dimissorialibus enunciati impetrata snb die 9. Augnsti 1812, pront in precibus Orator ait, ad s. Presbyteratus Ordinem rite ac legitime fuisse a me promotum.

Post haec 1813 ad quandam Capellaniam nutu amovibilem seu ejus exercitium a DD. de Montanto de Civitate Aretina in Etrnria Castri Genga in mea hac Fabrianensi Dioecesi Condominis electns ibidem ab eo tempore semper commoratus est et commoratur inpraesens et Fidelium confessiones, praevio ut moris est examine super idoneitate per Examinatores a me Depntatos peracto et ipso insuper Nucerinae Dioecesis Provicario generali qni tunc temporis Fabriani aderat oretenus snper ejus moribns andito atqne iterum etiam in concursn cujusdam Paraeciae repertns sufficienter idoneus et approbatus, ibidem non solnm plurima Missarum onera ad praefatam Capellaniam spectantia adimplet sed etiam Parochum et in Confessionibus andiendis et in Populo instruendo aliisqne sacris et ecclesiasticis Fnnctionibus et Paraeciae mnneribus maxima ipsius Parochi satisfactione qui caeteroquin unicus Sacerdos est in dicto Castro diligenter coadjuvat, morum praeterea probitate et vivendi ratione prout Virum ecclesiasticnm decet omnino laudabilem se praebet ita nt nihil unquam habuerim, in quo redargui mereretur, pront ex ipsius parochi testimonio compertum habeo.

Din expectatae sunt Nucerini Episcopi literae, quas dedit sub die 8. Angusti 1817 haec referens: Presbyterum Salvatorem Biaschelli hujus Nucerinae Dioecesis cujus preces ad EE. VV. Rmas remitto sacris vacasse studiis hoc in episcopali Seminario sufficienti vivendi ratione et sine aliqna animadversione dignnm praesertim postremis temporibus procnl dnbio omnino est. Me absente hujus Ecclesiae necessitati consnlendi gratia ei de mea licentia impertitae fnerunt dimissoriales Literae, quatenus posset s. Presbyteratns Ordine initiari. Ab eo usque tempore, quo

ad s. Subdiaconatns Ordinem fuit promotus, in testimonialibns literis solitae fuere clansulae appositae, tnm nimirum generales, ut destinatnm se sciret ad servitium Nncerinae Ecclesiae juxta monita s. Concilii Trid. et romani, tnm peculiares hujus Curiae fere ab initio mei regiminis per modum regulae opponi solitae ut ex Cancellarii docnmento ne auderet servitinm hujus Ecclesiae deserere, qnod si fecerit Episcopo inconsulto aut improbante nunc pro tunc nosset ss. Canonum poenas et praesertim ss. Conc. Trid. et romani esse incnrsurum, ut ex Copia Testimonialis eidem Biaschelli concessae. Inde per menm Vicarinm generalem deputatus fuit ad Oeconomiam cujusdam parochialis Ecclesiae ipsius Dioecesis suo viduatae Pastore a qua mentito praetextu illico discessit, constanter illuc redire recusans non obstantibus saepe repetitis ejusdem Vicarii exhortationibus. Hinc idem Vicarius ob ejusdem Sacerdotis importunitatem annuit, ut extra Dioecesim se ad tempus transferret, Episcopi tamen reservato beneplacito, ad cujus reditnm a deportatione deberet Dioecesim repetere. At nil ex istis. Vocatus Presbyter Biaschelli una cnm caeteris tempore meae absentiae promotis, ut in episcopali Seminario specimen tum morum tnm scientiae praeberet, rennit, quamvis omnes alii paupertate etiam laborantes vel alicui addicti Ecclesiae non interposita mora paruerint. Iternm iterumqne sub poena suspensionis reditns fuit Biaschelli injnnctus, quam quidem poenam usqne a sua ad Subdiaconatum promotione ipsi fuisse intimatam jam supra memini eamqne incurrisse videtur, nam cessabat facnltas extra Dioecesim manendi, statim ac conditio sub qua fuit concessa adimplebatur.

Ut antem praesens ipsius vivendi ratio mihi innotesceret opportunas sum notiones percontatus, tum a 2 ecclesiasticis Viris omni exceptione majoribns, quorum nnus Paraeciam parnm remotam administrat, tum etiam a Laico quodam sed omni fide digno, a quibus certior sum factus ejus vitam valde esse reprehensibilem. Et revera cohabitatio cum muliere minime gravis aetatis vel eximiae virtutis cujus etiam non absqne communi admiratione aliquo tempore Confessiones excepit, ipsam ad Nundinas comitari, ipsius aliorumq. Laicorum agere negotia, consona haud sunt ss. Canonibus et apostolicis constitutionibus nec effugiunt populi censuram. Non me latet, Emnm et Rmnm Cardinalem de Genga in cujus Feudo versatur Biaschelli ipsius agendi modum omnino improbare, eoqne magis, quia hncusque expositis adjungit professionem Fabri Ballistarnm ignearum non quidem animi relaxandi sed lucri gratia, non sine Matrum Familias querelis.

Et ut unde discessi redeam, nnm nimirum fas sit Biaschelli se ab obedientiae jugo snbtrahere, qnin impositas incurrat poenas, ex eo quod non beneficinm sed patrimonium pro suae ordinationis titulo sit constitntum, EE. VV. RR. me docent s. Concilium Trid. *sess. 23. c. 16. de Ref.* Inculenter praecepisse, neminem inposterum ordinandum nisi snis Ecclesiis utilem vel necessarium et nisi Ecclesiae vel pio loco adscribatur ubi suis fungatur mnneribus. Jam vero cum Biaschelli ex necessitate et utilitate hujns s. Nucerinae Ecclesiae fuerit promotns sequitur, non posse absque Ordinarii consensn ejus deserere servitinm.

Cum vero ex hac Informatione valde reprehensibilis vitae nota inureretur Sacerdoti Biaschello statim hic plura attulit monumenta in sui nominis defensionem. Attulit prae caeteris juratas Depositiones tum Parochi Ecclesiae in qno Capellani mnnere fnngitur tum 4 aliorum Parochorum, qui finitimas regunt Ecclesias qnique uno ore testantur de irreprehensibili illins Vita, de continua ejns cura in sacris Ministeriis et in operibus pietatis et Charitatis. Referunt insuper ipsum habere domicilium *in Casa della Signora Lucia Vedova del fu Signor Conte Stefano della Genga Donna di anni 42.* (ex fide Baptismi constat natam esse die 30. Maji 1775) *d'insigne pietà, e religione a cui assiste nel Carteggio la di cui dimora, e conversazione mai é stata, come è nepure al presente di ammirazione a veruno, essendo da tutti conosciuto si l'uno, che l'altra di onesta, ed esemplare condotta.* Addnnt demnm *passa qualche ora del giorno in lavori meccanici, come lavoras di torno, incassare qualche schioppo, ed altri Lavori, cose tutte, che credo non disconvengano al suo Stato, nè ha mai dato motivo di ammirazione impiegandosi in tali Lavori.* Id ipsum confirmant Villae Genga Moderatores aliique illins Incolae.

Haec fusins retnli nt quae facti snnt probe noscerent EE. Patres, quaeqne vero snnt juris abnnde colligi possunt ex praecedenti Causa pariter Nucerina qnoad Sacerdotem Gervasi.

Dubium:

An sit locus suspensioni in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 5. et 19. Septbr. 1818.

g) Sumptus pro educatione in seminario dioecesano quando retribui debent?

Vd. p. 1086. f.

h) Unio.

Vd. *Synod. Dioecesium unitar.*; *Episcop. Dioeces. unit., Concursus pro parochia etc.* (Dioecesium unit. p. 247. VII.)

Director chori.

Vd. t. III. p. 1203. XV.

Disciplina ecclesiastica.

(Episcopi facultas extraordinaria de disciplina in clericos.)

INSTRUCTIO

Pro Ecclesiasticis Curiis quoad modum procedendi oeconomice in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum.

Sacra haec EE. et RR. Congregatio, mature praesenti Ecclesiae conditione perpensa, quae pene ubique impeditur, quominus externam explicet suam actiouem super materias et personas ecclesiasticas et considerato quoque defectu mediorum aptorum pro regulari Curiarum ordinatione constituit facultatem Ordinariis locorum expresse concedere, ut formas magis oeconomicas adhibere valeant in exercitio suae disciplinaris jurisdictionis super Clericis. Ut autem tota justitiae ratio sarta tectaque maneat serveturque processuum canonica regularitas et uniformitas opportunum censuit sequentes emanare normas a Curiis servandas.

I. Ordinario pastorale onus incumbit disciplinam correctionemque Clericorum a se dependentium curandi, super eorumdem vitae rationem vigilando remediisque utendo canonicis ad praecavendas apud eosdem et eliminandas ordiuis perturbationes.

II. Ex his remediis alia praeveniunt, alia reprimunt et medelam afferunt. Priora ad hoc diriguntur ut impediant quominus malum adveniat, ut scandali stimuli, occasiones voluntariae causaeque ad delinquendum proximae removeantur. Altera finem habeut revocandi delinquentes ut sapiant reparentque admissi criminis consequentias.

III. Conscientiae et prudentiae Ordinarii horum remediorum incumbit applicatio, juxta canonum praescriptiones et casuum adjunctorumque gravitatem.

IV. Mediis quae praeservant praecipue accensentur spiritualia exercitia, monitiones et praecepta.

V. Has provisiones praecedere debet summaria facti cognitio quae ab Ordinario notanda est, ut *ad ulteriora* procedere quatenus opus sit et certiorem reddere queat superiorem Auctoritatem in casu legitimi recursus.

VI. Canonicae monitiones fiunt sive in forma paterna et secreta (etiam per epistolam aut per interpositam personam) sive in forma legali, ita tamen ut de earumdem executione constet ex aliquo actu.

VII. Quatenus iufructuosae mouitiones evadant, Ordinarius praecipit Curiae, ut delinquenti analogum injungatur praeceptum, in quo declaretur quid eidem agendum aut omittendum sit, cum respondentis poenae ecclesiasticae comminatione, quam iucurret in casu transgressionis.

VIII. Praeceptum intimatur praeveuto a Cancellario coram Vicario Generali sive coram duobus testibus ecclesiasticis aut laicis probatae integritatis.

§ 1. Actus subsignatur a partibus praesentibus et a praeveuto quoque, si velit.

§ 2. Vicarius Generalis adjicere valet juramentum servandi secretum, quatenus id prudenter expetat tituli indoles, de quo agitur.

IX. Quoad *poenalia* media animadvertant reverendissimi Ordinarii, praesenti instructione haud derogatum esse judiciorum solemnitatibus per sacros Canones, per apostolicas Constitutiones et alias ecclesiasticas dispositiones imperatis, quatenus eaedem libere efficaciterque applicare queaut; sed oeconomicae formae consulere intendunt illis casibus Curiisque, iu quibus solemnes processus aut adhiberi nequeant aut non expedire videantur. Plenam quoque vim servat suam extrajudiciale remedium *ex informata conscientia* pro criminibus occultis, quod decrevit s. Tridentina Synodus in *sess. 14. cap. 1. de reform.* adhibendum, cum illis regulis et reservationibus, quas constanter servavit pro dicti capitis interpretatioue s. C. Congregatio in pluribus resolutionibus et praecipue in *Bosnien.* et *Sirmien.* 20. Decembris 1873.*)

X. Quum procedi oporteat criminaliter sive infractionis praecepti aut criminum communium vel legum Ecclesiae violationis causa processus confici potest formis summariis et absque judicii strepitu servatis semper regulis justitiae substantialibus.

XI. Processus instruitur ex *officio* aut iu sequelam supplicis libelli et querelae aut notitiae alio modo a Curia habitae et ad finem perducitur eo consilio, ut omni studio atque prudentia veritas detegatur et cognitio tum crimiuis cum reitatis aut innocentiae accusati exurgat.

XII. Processus confectio committi potest alicui probo atque idoneo ecclesiastico adstante Actuario.

XIII. Unicuique Curiae opus est Procuratore fiscali pro justitiae et legis tutela.

XIV. Quatenus pro intimationibus aut notificationibus haud praesto sit opera Apparitorum Curiae, suppletur exhibitione earumdem explenda per qualificatam personam, quae de facto certioret; sive eas transmittendo, ope commendatiouis penes tabellariorum officium, illis in locis in quibus hoc invaluit systema, exposcendo fidem exhibitionis receptionis aut repudii.

XV. Basis facti criminosi constitui potest per expositionem in processu habitam, authenticis roboratam informationibus aut confessionibus extrajudicialibus vel testium depositionibus et quoad titulum transgressionis praecepti constat per novam exhibitionem decreti et actus indictionis perfectorum modis enuntiatis Art. VII. et VIII.

XVI. Ad retinendam iu specie culpabilitatem accusati opus est probatione legali, quae talia continere debet elementa, ut veritatem eviucat aut saltem inducat moralem certitudinem, remoto in contrarium quovis rationabili dubio.

XVII. Personae, quas examinare expediat, semper audiuntur separatim.

XVIII. Testes ad probatiouem aut ad defensionem, quoties legalia obstacula haud obsistant, sub juramento audiri debent, quod extendi potest si opus sit ad obligationem secreti.

XIX. Testium absentium aut in aliena Dioecesi morantium exposcitur examen in subsidium ab Ecclesiastica loci auctoritate eidem transmitteudo prospectum facti; et Auctoritas requisita petitioni respondet servando praesentis instructionis normas.

XX. Quoties indicentur testes ob facta aut adjuncta essentialiter utilia merito Causae, qui examini subjici nequeant, eoquod censeatur haud convenire ut vocentur aut quia vocati abnuant mentio eorumdem fit in actibus et curatur supplere eorum defectui per depositiones aliorum testium, qui de relato aut alia ratione noverint id quod exquiritur.

XXI. Quum collectum fuerit quidquid opus sit ad factum et accusati responsabilitatem constituendam vocatur iste ad examen.

XXII. In indictione nisi prudentia id vetet exponuntur ei per extensum accusationes adversus eum collatae, ut parari valeat ad respondeudum.

XXIII. Quando autem ob accusationum qualitates aut ob alia adjuncta prudens non sit in actu intimatiouis eas patefacere in hac solum innuitur eumdem ad examen vocari ut sese excuset in Causa, quae ipsum respicit uti accusatum.

XXIV. Si judicio sistere abnuat, iteratur iudictio, in quo eidem praefigitur congruum peremptorium terminum eique significatur, quod si adhuc obedire renuat habebitur ceu contumax; et pro tali iu facto aestimabitur, quatenus absque probato legitimo impedimeuto istam quoque posthaberet iutimationem.

XXV. Si compareat auditur in examine; et quatenus inductiones faciat alicujus mo-

*) Vd. *t. I. p. 643. n. 59.*

menti debent istae, quantum fieri potest, exhauriri.

XXVI. Proceditur inde ad contestationem facti criminosi et conclusionum habitarum, ad retinendum accusatum criminosum lapsumque in relativis poenis canonicis.

XXVII. Quum accusatus tali modo habeat plenam cognitionem ejus quod in actis extat contra se, ultra quod respondere possit jure se defendendi a semetipso etiam uti valet.

XXVIII. Potest quoque, si id expetat, obtinere praefixionem termini ad exhibendam defensionem cum memoria in scriptis praecipue quando ob dispositionem *Art. XXIII.* nequiverit paratus esse ad responsa pro sua excusatione.

XXIX. Expleto processu actorum instructor restrictum conficit essentialium conclusionum ejusdem.

XXX. In die qua Causa proponitur est in facultate accusati faciendi se repraesentare et defendere ab alio Sacerdote aut laico Patrocinatore, antea approbatis ab Ordinario.

XXXI. Quatenus praeventus constituere defensorem renuat, Ordinarius consulit constituendo aliquem ex officio.

XXXII. Defensor caute notitiam haurit processus et restricti in Cancellaria, ut paratus sit ad defensionem peragendam, quae ante propositionem causae exhiberi potest in scriptis. Ipse quoque subjicitur oneri secreti jurati, quatenus Ordinario videatur indolem Causae id expostulare.

XXXIII. Transmittitur dein Procuratori fiscali processus et restrictus, ut munere suo *ex officio* fungatur; uterque Ordinario traditur qui plena Causae cognitione adepta diem constituit in qua disceptanda et resolvenda sit, curans ut accusatus certior de hoc fiat.

XXXIV. Die constituta proponitur Causa coram Vicario generali, interessentibus Procuratore fiscali, Defensore et Cancellario.

XXXV. Post votum Procuratoris Fisci et deductiones defensionis profertur sententia, dictando dispositivam Cancellario, cum explicita mentione in casu damnationis canonicae sanctionis accusato applicatae.

XXXVI. Sententia indicitur praevento, qui appellationem interponere potest ad Auctoritatem Ecclesiasticam superiorem.

XXXVII. Pro appellatione servantur normae statutae a Constitutione *Ad militantis* s. m. Bened. XIV. 30. Martii 1742*) aliaeque emanatae ab hac s. Congregatione Decreto 18. Decembris 1835**) et Litera circulari diei 1. Augusti 1851.

*) Vd. *t. I. p. 583.*

**) En in commodum lectorum decretum hujusmodi. Haud referimus literam prolixam diei 1. Augusti 1835, quoniam praecipuae ejusdem praescriptiones in praesenti Instructione relatae nobis videntur.

Decretum pro causis criminalibus.

Non ita pridem a s. Congregatione negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae nonnullae regulae praescriptae fuerunt pro recta et expedita definitione causarum criminalium, quae a Curiis Episcoporum vel Ordinariorum ad eamdem s. Congregationem in gradu appellationis deferuntur. Quas quidem praescriptiones, quoniam impedimenta subiata sunt, quae aliqua ex parte earum executioni interposita fuerant, visum est Eminentissimis Patribus in Conventu habito XV. Calend. Januar. MDCCCXXXV. uberius explicare et cum assensu et approbatione S. D. N. GREGORII XVI. iterum promulgare, ut ab omnibus, ad quod pertinent, accuratissime serventur. Sunt autem quae sequuntur:

I. Reis a Curiis episcopalibus criminali judicio damnatis spatium dierum decem conceditur, quo ad s. Congregationem Episcoporum et Regularium appellare possint. (Vd. *t. I. p. 657. n. 6.)*

II. Decem dies numerari incipient non a die, quo sententia lata est, sed a die, quo reo vel ejus defensori per Cursorem denunciata fuit.

III. Eo tempore elapso, quin reus vel ejus defensor appellaverit, latam a se sententiam Episcopus exequetur.

IV. Interposita intra decem dies appellatione Curia episcopalis acta autographa totius causae ad s. Congregationem continue transmittat, nempe:

1. *Processum* ipsum in Curia confectum.
2. Ejus *restrictum* seu compendiariam expositionem eorum, quae ex eodem processu emergunt.
3. Defensiones pro reo exhibitas.
4. Denique sententiam latam.

V. Ipsa Curia reo ejusque defensori denunciabit, appellationem coram eadem s. Congregatione prosequendam esse.

VI. Si nemo compareat aut si appellationis acta negligenter vel malitiose protrahantur, congruens tempus a s. Congregatione praefinietur, quo inutiliter elapso causa deserta censeatur et sententia Curiae episcopalis executioni mandetur.

VII. Reo aut illi, qui ejus defensionem suscepit, tradendus est *restrictus* processus, qui a Judice relatore conficitur.

VIII. Allegationes seu defensiones Eminentissimis Patribus distribuendas typis non committantur, nisi Judex relator imprimendi veniam dederit.

IX. Causa definietur stata die ab Eminentissimis Patribus in pleno Auditorio congregatis.

X. Eidem Congregationis Procurator Generalis Fisci et Judex relator intererunt.

XI. Judex relator de toto statu causae ad Eminentissimos Patres refert et Procurator Generalis Fisci stabit pro Curia episcopali suasque conclusiones explanabit.

XII. Post haec Eminentissimi Patres judicium proferent, sententiam Curiae episcopalis aut confirmando aut infirmando aut etiam reformando.

XIII. Prolata sententia unacum omnibus actis causae ad eamdem Curiam episcopalem remittitur, ut eam exequatur.

XIV. *Revisio* seu recognitio rei judicatae non conceditur, nisi ejus tribuendae potestas a Sanctitate Sua facta fuerit et subsint gravissimae causae, super quibus cognitio et judicium ad plenam Congregationem pertinet.

XV. Sciant denique Curiae episcopales per novissimas leges, quae ad investiganda et coercenda crimina pro Tribunalibus laicis promulgatae sunt, nihil detractum esse de formis et regulis canonicis, quas proinde sequi omnino debent, non modo in conficiendo processu, ad quam spectant haec verba Edicti die 5. Novembris 1831: — *Nihil innovetur, quantum ad judicia ecclesiastica pertinet* — verum etiam in poenis decernendis, quemadmodum in appendice ejusdem Edicti ita cautum est: — *Tribunalia jurisdictionis mixtae Clericos et Personas ecclesiasticas iis poenis mulctabunt, quas secundum Canones et Constitutiones Apostolicas Tribunal ecclesiasticum iisdem irrogaret.* —

J. A. Card. SALA Praefectus.

I. Patriarcha Constantinopolitanus Secr.

XXXVIII. Comparitio pro appellatione facienda est infra terminum decem dierum a notificatione sententiae; quo termino inutiliter elapso sententia ipsa in executionis statu reperitur.

XXXIX. Interposita appellatione infra decem dies Curia absque mora remittit ad Auctoritatem ecclesiasticam superiorem, apud quam appellatio facta est omnes actus Causae originales, idest processum, restrictum, defensiones et sententiam.

XL. Auctoritas ecclesiastica superior capta cognitione actus appellationis intimare facit appellanti, ut infra terminum vigiuti dierum Defensorem constituat, qui approbari debet ab eadem superiori auctoritate.

XLI. Decurso dicto termino peremptorio absque effectu ceusetur appellantem nuncium misisse appellationis beneficio et haec consequenter perempta declaratur a superiori auctoritate.

XLII. Quum appellatio producitur a sententia alicujus Curiae episcopalis ad Metropolitanam, Archiepiscopus pro cognitione et decisione Causae sequitur normam procedendi in hac instructione traditam.

XLIII. Si contingat quod Clericus non obstante fori privilegio ob crimina communia subjiciatur processui et judicio laicae potestatis, Ordinarius, hoc in casu, summariam sumit criminosi facti cognitionem atque perpendit an ipsum ad tradita per sacros canones locum faciat infamiae, irregularitati aut alii ecclesiasticae sanctioni.

§ 1. Donec judicium pendeat aut accusatus deteutus sit prudens est, quod Ordinarius sese limitet ad media provisoria.

§ 2. Expleto tamen judicio et libero reddito accusato Curia juxta exitum informationum ceu superius assumptarum procedit ad tramites dispositionum praeseutis iustructionis.

XLIV. In casibus dubiis et iu variis practicis difficultatibus, quae contingere possiut, Ordinarii consulaut hauc s. Cougregat. ad vitandas contentiones et nullitates.

Ex Aud. SSmi. diei 11. Junii 1880.

SSmus Dnus Noster Leo div. prov. PP. XIII. audita relatione praesentis Instructionis ab infrascripto Sacr. Congreg. Episcopor. et Regularium Secretario eam in omnibus approbare et confirmare dignatus est.

Romae die et anno quibus supra.

I. Card. Ferrieri, Praef.

J. B. Agnozzi, Secretarius.

Quae ab Amplitudine tua relata fuerunt Sanctissimo D. N. Pio IX. circa Monasterium ad s. Mariam monialium Ordinis s. Benedicti a Sanctitate Sua benigne excepta sunt; ex iis enim apparet a Te maximas curas adhibitas esse ad evellendos abusus qui iu dicta monastica familia irrepserant et ad restituendam mouasticam disciplinam et ea quae a Te praescripta sunt prompto hilarique animo ab omnibus fere mouialibus excepta fuisse. Perge igitur in omni patieutia et charitate, studio in pascendo et regendo hoc pusillo grege, ut tandem aliquando perfecta in eo regularis disciplina vigeat ad propriam monialium et ad populi christiani aedificationem. Iuterim vero Sanctitas Sua ob difficultatem inpraesens servandi iu praefato Monasterio perfectae clausurae legem, Tibi facultatem tribuit in eo rigorem clausurae moderaudi,*) prout speciales illius circumstantiae exegerint facta adnotatione hujus apostolici indulti in episcopali archivio ut de illius forma ac tenore imposterum coustare possit. Haec quidem Amplitudini Tuae ex maudato Sanctitatis Suae significamus et prospera ac felicia omnia adprecamur a Domino.

Datum Romae 14. Sept. 1853.

*) Vd. *t. III. p. 1238. c.*

Dismembratio.

1) Causae.

Vd. *Dismembratio* (Episcopi jus, ecclesiae filialis etc.); t. II. p. 517. n. 38.

Terracinen.

Trid. Synodus distinguendo decrevit: *Episcopi etiam tamquam apostolicae Sedis delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus vel baptismalibus*, in quibus Populus ita numerosus sit *ut unus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis et cultui divino peragendo, cogant Rectores vel alios ad quos pertinet sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda et cultum divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Constitutionis Alexandri III.*: Ad audientiam *) *constituere possint.*

Die 17. Mart. 1781.

Placentina.

Loci distantia justam praebere potest causam dismembrationi Parochiae secundum *Barbos. in Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. n. 11. de reform.*, sed eam in proximis terminis denegavit s. Congregatio *in Eugubina Dismembrationis 31. Julii 1790 ad I. et II. dub.*

Brevis contra non est inter unam et alteram Parochiam distantia duplicis lapidis cum dimidio eamque graviorem reddit via *nemorosa, deserta, aspera, montuosa quavis anni tempestate, praeter aestatem, difficilis.* Ex utroque sane incommodo novae Parochiae erectionem permittit *Trid. Synodus sess. 21. cap. 4. de reform.* Licet vero in jure definitum non sit, quanta esse debeat conciliaris distantia ideoque Judicis arbitrio relinquatur, ut ait *Fagnan. in cap. Ad audientiam de Eccles. aedifican. n. 18. in fin.*, sufficiens tamen ab aliquibus reputatur, si in secundo consistat lapide, *Ursaya discept. eccles. 14. n. 11. et seqq.* et *n. 22., Pirhing. in jus canon. cap. 16. n. 31. t. 1.*, maxime ubi *asperitas* accedit viae, *Fagnan. in cit. cap. Ad audientiam n. 19., Amost. de caus. piis cap. 4. n. 10.* et *s. Congregatio in Meliten. Dismembrationis 29. Jan. 1736.*

Die 28. Maji 1791.

Firmana.

Repugnat Ecclesiae disciplinae dismembratio Parochialium, *in cap. 8. de Praeben.*, nisi justa adsit et necessaria causa *et ii consentiant* quorum interest Parochias non dismembrari, *Fagnan. in cap.: Ad Audientiam. 1. de Eccles. aedif. n. 29., Garzias de Benef. part. 12. cap. 3. n. 3.* et s. Congregatio in *Januen. Translationis Parochiae 25. Jan. 1724* et in *Parmen. 12. Decb. 1732.*

Ex Concilio vero Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.* rata habetur ea dismembratio, quae fit in iis parochialibus Ecclesiis in quibus *ob locorum distantiam sive difficultatem* Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt.

Adverti nihilominus posset, quod ad dismembrationem obtinendam non sit habenda tantum ratio commoditatis Populi quantum impossibilitatis ut ad Parochialem quasi omnino impervius sit accessus, *Barbos. ad concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref. n. 11., Fargn. de Jurepatron. part. I. cap. 4. n. 2., Rot. decis. 484. n. 2. et 3. part. 1. Recens.* Rursus notandum, quod dismembratio tum decernenda est, *cum alio modo Parochianorum necessitati occurri nequeat*, ita sane Alexander III. in cap.: *Ad Audientiam de Ecclesiis aedifican.* Parochianis (qui ab Ecclesia parochiali interposito flumine distabant, ut tempore hiemali cum pluviae inundarent illam adire non possent) consuluit, ut instituretur Sacerdos ad praesentationem Rectoris parochialis. Hinc constat apud Canonistas, ut *dismembrationi locus non sit quoties per Vicarium curatum* perpetuum Populi necessitati *suppleri queat, Barbos. in cap. Ad audient. n. 2.* et in *adnot. ad Concil. Trid. cap. 3. n. 7., Rota decis. 178. n. 4. part. 19. t. 2. Recen.* et in *Leodien. Dismembrationis 15. Febr. 1712 coram Falconer.* et s. Congregatio in *Lunen. Sarzanen. 14. Aprilis 1764* et in *Adrien. Parochialis 18. Decb. 1713.*

Die 21. Novbr. 1801.

*) Vd. *p. 1201*.

Anconitana.

Tria profecto suadere videntur dismembrationem Paroeciae, scilicet: *distantia Regionis* di Firmerino dismembrandae a Paroecia di Falconara, *periculum*, ne illi Incolae Sacramentis careant, tandem *Vota Episcopi et Populi*, quae in dismembrationem tendunt. *Trid. in sess. 21. cap. 4. de ref.* has dismembrationes permittit, quatenus ob locorum distantiam sive difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt.

Die 12. Febr. 1803.

Senogallien.

Quaeritur de suppressione trium Paroeciarum quae in Civitate Montis Bodii constitutae sunt, ut tres novae erigantur, una in Civitate, reliquae in ea agri parte, quae ultra flumen *Misa* et torentem *Triponzo* est ab Ecclesiis parochialibus remotior. Capitulum urget *locorum distantiam et itineris difficultatem*, ut non sine magno incommodo possint vel Parochiani ad Ecclesiam vel Parochus ad regiones istas accedere. Quae sive unitim sive divisim concurrant sane dismembrationem permittit tum Alexander III. in cap.: *Audientiam de aedifican. Eccles.* tum Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.* et tradunt *Fagnan. in allegat. cap. 3. de Eccles. aedifican., Pignatell. Consult. 230. n. 9.*, et *s. Congregatio in Adrien. Parochialis 18. Decb. 1773. Distantiam* vero esse adeo *magnam* contendit Capitulum, ut Parochi 7 Lapides percurrere debeant, ut ad ultimos Paraeciarum fines perveniant, et Parochiani saltem 4000 passuum, ut ad Paraecias se conferant. Quae distantia cum a ss. Canonibus definita non sit, ex communi Canonistarum idonea ad dismembrationem obtinendam aestimatur, si duplicis sit *milliarii*, ut docet *Ursaya discept. 14. n. 11. t. 1.* et *Rot. decis. 39. n. 4. cor. Peutinger.*

Iter vero intercisum est a flumine Misa et torrente Triponzo, unde hyberno tempore inundantur viae et impervius redditur accessus. Hinc senes, pueri, valetudinarii accedere non possunt ad Parochialem et destituuntur Sacramentis et Sacris. Hinc aliquando sine Sacramentis aliquem decesisse constat. Hinc magnum incommodum, ut ad Ecclesiam Parochiani accedant. Quae omnia Capitulum testibus probare studet et judicio Episcopi, cui in hac re ss. Canones totum detulerunt negocium ad tradita per *Pignatell. allegat. Consult. 230. n. 3.* Quibus incommodis subvenire posse negant per deputationem Coadjutorum, quae tum obtinet, quando est Populus numerosus, non quando concurrit distantia et iter incommodum ad notata per *Costantin. Vot. Decisio 343. n. 17.* Nonnulla tandem addit Capitulum, ut demonstret omnes Parochianos suppressioni et dismembrationi Paraeciarum assentiri et dissentientes circumventos fuisse, ut assensum negarent.

Parochus vero Manelli ut necessitatem dismembrationis excludat, maxime nititur, quod semper antea flumen Misa et torrens Triponzo interfluerunt agrum Montis Bodii, nec umquam actum fuisse de dismembratione nec ullam querelam Parochianorum delatam fuisse. Non enim adeo peruptum est iter, ut incedi non possit et pontes superimpositas esse flumini et torrenti probatur testibus (id quod tamen ab aliis contrariis testibus contradicitur). Vix antem unum afferri contendit exemplum defuncti sine praesentia Parochi, quod non evenit ob difficultatem itineris sed quia Parochus erat aliis curis distentus. Ex quibus concludit, quod aut nulla subsit necessitas dismembrationis aut si quae sit distantia et incommodum iter satis Parochianis consultum erit per deputationem Capellani Curati, ut semper facere consuevit s. Congregatio potius quam dismembrationem decerneret, ut videre est in *Eugubina Dismembrationis 31. Julii 1790* et in *Firmana Dismembrationis 1. Decb. 1801* et in *Nullius Nonantulae Erectionis Paraeciae et Unionis 12. Febr. 1803.*

Die 16. Aug. 1806.

Lunen-Sarzanen.

Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.* dismembrationes Paroeciarum praescribit etiam *invitis Rectoribus si ob locorum distantiam sive difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt*, deputationem vero Capellani, *si Populus ita numerosus sit, ut unus Rector sufficere non possit ecclesiasticis Sacramentis ministrandis et cultui divino peragendo.* Hinc deducit Populus *Cadimare* quod cum petita sit dismembratio ob distantiam unius milliarii ab Ecclesia *Cadimare* et ob difficultatem itineris quo Parochiani ad eam accedunt locus esse

non possit deputationi Capellani, quemadmodum Episcopus in *II. informatione* proponit. Maxime cum deputatio Capellani penitus non tolleret rixas, quae ex sola dismembratione extirpari poterunt.

Quamquam vero distantia a s. Concilio definita non sit, attamen cum alternatim sive ob distantiam dismembratio permittatur, sequitur ut dismembratio concedatur licet distantia non sit immodica, si difficultate viarum multi sacrificio diebus festis caruerint aut destituti Sacramentis obierint (quemadmodum in casu accidisse ex *I. informatione* Episcopi atque ex testibus constat) ut tradunt *Pignatell. Consult. can. t. 4., Consult. 230. n. 6.* et *Garz. de Benef. part. 12. cap. 2. n. 88.*

Die 12. Julii 1817.

Reatina.

Cum constet ex informatione Episcopi atque ex testibus de *asperitate viarum, de difficili accessu* ad Ecclesiam parochialem, *de distantia* atque *de incommodis* inde sequutis, ita ut Populus Collis careat spiritualibus subsidiis et Infirmi siue Sacramentis decedant, concedenda profecto videtur petita dismembratio, nam Trid. *sess. 21. cap. 4. de ref.* dismembrationem permittit *in iis Ecclesiis parochialibus in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem Parochiani nisi magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt.*

Die 20. Sept. 1817.

Vintimilien.

Negat Parochus dismembrationi locum esse posse ob quamlibet distantiam ab Ecclesia parochiali vel quamlibet Viarum difficultatem, sed eo tantum in casu, in quo nonnisi cum *magno incommodo* ad parochialem Ecclesiam patet accessus, ut tradunt *Lauren. Jur. eccles. lib. 3. tit. 8. quaest. 994. n. 2., Fagnan. in cap. Ad Audientiam* *) *de Eccles. aedifican. n. 18.* et *Reiffenstuel Jur. can. lib. 3. tit. 4. n. 13.*

Cum Dismembratio sit remedium subsidiarium et extraordinarium, ei favendum non est quoadusque *ordinario modo*, scilicet per destinationem Capellani a Parocho deputandi necessariae Sacramentorum administrationi suppleri queat, quemadmodum respondit *Rota decis. 34. n. 10. coram Falconerio in Miscellan.* et *s. Congregatio in Cassanen Dismembrationis 17. Decb. 1740* et *in Aquilana Dismembrationis 8. Februarii 1744.*

Ubi res non de aucto Populi numero sed de distantia et difficili Viarum transitu, necessaria videtur materialis dismembratio Paraeciae, ut ita novus constituendus Parochus vere Pastor non mercenarius suas agnoscat oves, eas frequeuter et etiam dietim inviset eorumque necessitatibus paterno occurrat amore. Hanc tenent Sententiam *Van Espen. Jur. eccles. univ. part. 2. lit. 6. cap. 2. § 24., Ursaya t. 1. part. 1. discept. 14. n. 95.* et s. Congregatio *in Comen. 5. Decb. 1750.* Quod quidem eo magis tenendum in casu suadent rixae, dissidia atque odia utriusque Populi plurimis abhinc annis exorta et quae perpetua tantum dissociatio compescere valeret, ducto exemplo a dismembratione, quam probavit s. Cougregatio *in Lunen Sarzanen.**) *Dismembrationis 12. Julii 1817.*

Die 8. Aug. 1818.

Firmana.

S. Congregatio justa et rationabili concurrente causa Parochiarum dismembrationem et novae erectionem saepe concessit ut in *Aquen. Dismemb. 13. Julii 1720, in Imolen. Dismemb. 8. Junii 1720, in Asculana Dismemb. 15. Decb. 1719.* Praecipua vero causa ad suadendam novae Paraeciae erectionem est *magna difficultas seu magnum incommodum* Parochianorum adeundi Ecclesiam matricem ad percipienda Sacramenta et diviua officia audieuda, quo quidem in casu statuit s. Trid. Synodus, ut *Episcopi novas Paraecias etiam invitis Rectoribus juxta formam Constitutionis Alexandi III.* Ad audientiam *constituere possint, sess. 21. cap. 4. de ref.*

Nec requiritur, ut Parochiani aliquando decesserint sine Sacramentis sed satis est ad validitatem erectionis, ut *immineat periculum*, ne sic decedant: neque hujusmodi eventus est expectandus, quin potius praeveniendus ne contingat, cum satius sit occurrere in tempore quam post exitum vindicare seu post vulneratam causam remedium quaerere, ut ait *Fagnanus in III. libr. decret. de Eccles. aedific. n. 16.*

Die 3. Julii 1819.

Placentina.

Dismembratio et novae Paraeciae erectio *ob itineris et accessus difficultatem locorumve*

*) Vd. *p. 1201*.*

*) Vd. *p. 1097.*

distantiam conceditur juxta formam *Constit. Alexandri III. Ad Audientiam* et *s. Trid. Synodi praescriptum sess. 21. cap. 4. de ref.* Ubi etiam animadvertere praestat in casibus, in quibus res est non de aucto Parochianorum numero quibus per deputationem Capellani Curati satisfieri queat sed de difficili viae transitu, necessariam quodammodo videri materialem Paraeciae dismembrationem, ut ita novus constituendus Parochus vere Pastor non mercenarius suas agnoscat oves, eas in eorum augustiis inviset eorumque necessitatibus paterno occurrat amore, uti tenet *Van. Espen. Jur. eccles. univers. part. 2. tit. 6. cap. 2. § 24., Ursaya t. 1. part. 1. discept. 14. n. 95.* et *s. Congregatio in Comen. 5. Decb. 1750,* quod eo magis teuendum in praesenti casu suadere videntur rixae et dissidia populi partis utriusque superioris et inferioris *in due partiti* (uti monet Episcopus) *come in due parti diviso*, quae perpetua ac funestissima fore praevideri possuut nisi aliter per causae remotionem, provideatur, ducto etiam exemplo a dismembrationibus, quas s. Congregatio probavit in *Lunen. Sarzanen. Dismembrationis 12. Julii 1817* et in *Vintimilien. Dismembrationis 8. Augusti 1818.**)

Die 20. Novbr. 1819.

Sipontina.

A Paroeciarum dismembratione, quae *animarum utilitati et divini cultus splendori detrimentum affert*, Ecclesia semper abhorruit, *Card. de Luca de Paroch. disc. 34. n. 4.*, adeo ut Alexander III. *in cap. Ad audientiam. de aedific. Eccles.* ac Trid. Synodus *sess. 21. cap. 4. de ref.* vetuerint, ne Paroeciarum fieret dismembratio nisi ea occurreret *locorum distantia sive difficultas*, qua Parochiani sine magno incommodo ad antiquam Ecclesiam accedere prohibeantur. Quamobrem novae Parochiae erectioui non est locus, neque si fidelium numerus ita creverit et unus Parochus Sacramentis ministrandis Sacrisque functionibus perageudis non sufficiat, quoniam hoc casu alios Sacerdotes sibi adjungere est cogendus, *Trid. Synodus loc. cit.*, neque ibi locorum distantiae aut difficultati consuli queat per Ecclesias coadjutrices et per Capellanos, qui in eisdem moram ducant, Sacramenta ministreut Sacrisque opereutur, *Card. de Luca loc. cit. disc. 42. n. 3.* et *in Annot. ad Concil. Trid. disc, 16. n. 5., Rota in Comen. Dismembrationis 22. Juni 1648 cor. Corrado*; sed tunc solum quando ob magnam viarum distantiam itinerisve difficultatem aliter spiritualiter fidelium saluti prospici nequeat quam per dismembrationem antiquae Paroeciae alteriusque erectionem, *Rota in recent. part. 10. dec. 224. n. 4. et part. 19. dec. 578. n. 1. et 5.*

Die 14. Maji 1825.

In dioecesi G. recens erecta paroecia N. amplissima extabat. Duo erant pagi A et B ab ecclesia paroeciali remotiores, quos Parochus per duos sic dictos *vicendarios* seu viceparochos administrabat.

Pagus A anno 1855 Auctoritate Apostolica fuit avulsus a paroecia et in novam et independentem paroeciam erectus.

Jam inde Apostolica Sedes conjecisse videtur hujusmodi dismembrationem satis non esse: in literis enim Apostolicis eodem anno datis quibus paroecia N. novo Parocho conferebatur eidem significata fuit nova dismembratio forte facienda per haec verba: *Per praesentes autem* (literas) *declaramus, quod tu quibusvis dispositionibus circa novam praedictae paroeciae dismembrationem aliaque qualiacumque, legitima auctoritate constituenda te subjicere debeas.*

Nunc primores ex pago B supplicem dederuut libellum SSmo Patri, quo proprio atque iucolarum nomine exposuerunt, ea in regione templum extare sub titulo Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis tribus altaribus muuitum atque satis amplum ad integrum populum quem ad 800 individua dixerunt ascendere continendum. Exposuerunt praeterea eundem pagum remotissimum esse ab ecclesia paroeciali N.; qua de re primum praesertim ejus dioecesis Episcopum paroecianos sollicitasse, ut filiale illud templum erigeretur in paroeciam: concludebant, ut eorum vota exaudirentur pro paroeciae erectione in eorum spirituale bonum.

Ejusmodi precibus ad Episcopum de more remissis, ut audito Parocho in scriptis referret de canonica causa dismembrationis et quomodo providendum esset tum pro congrua Parochi tum pro manuteutione Ecclesiae, hisce omnibus factum est satis.

Sane Episcopus retulit necessitatem novae paroeciae pro eo pago B jampridem esse a s. Sede quodammodo cognitam, quum in nova paroeciae N. provisioue jus sibi reservaverit dismembrandi paroeciam, ut superius indi-

*) Vd. *p. 1098.*

cavi; atque inde sic est Episcopus prosecutus: »plures circumstantiae concurrunt, quae si non absolutam necessitatem ostenderent, certe spirituale bonum patefacerent ejus populi ad ss. canonum normam, nominatim vero Concilii Tridentini *sess. 21. de refor. c. 4.* Idem pagus B extat in remotiori paroeciae parte, quae paroeciae extensione et paroecianorum numero est major omnibus post paroeciam ecclesiae cathedralis. Pagus ille constat fere mille individuis, satis honesto censu ditatis. Raro hi fideles accedunt ad paroecialem ecclesiam nec Parochum vident nisi matrimonii occasione, praecepti paschalis aut alia spiritualis indigentiae causa, ex quo plura animadversione digna inobservata aut male reparata manent. Non enim eosdem producunt effectus Vice-parochi verba, quos producerent verba Parochi. Adsunt in eodem pago quatuor Presbyteri, quorum tamen unus aut alter ad Missam celebrandam accedunt ad paroecialem ecclesiam quae aliis Presbyteris non indiget atque sic defraudati manent Missa dicti pagi fideles quod interdum contingit diebus dominicis et festis. Haec quae minus conveniunt per paroeciae erectionem auferentur, quum hi Presbyteri paroeciae incardinabuntur.« *)

Post haec Episcopus distincte est loquutus de congrua assignanda novo Parocho, ostendens et facilem modum satis superque prospiciendi tum dictae congruae tum paroeciali templo.

Denique exorabat ut ejusmodi nova paroeciae erectione admissa eadem paroecia indepeudens omnino maneret ab ecclesia matrice ne simultatum occasio illis in regionibus daretur.

Ex officio de more est animadversum, ss. canones a dismembratione Beneficiorum esse alienos, quia speciem praesefert alienationis: ex eo autem quod alienationem dismembratio sapiat omnia concurrere oportere tum causas tum solemnitates, quae in alienatione requiruntur**) juxta ea quae veteres tradiderunt, ut Abbas in cap. *Ad audientiam n. 2. de Ecclesiis aedif.* et passim recentiores. Praesertim vero in themate in quo agebatur de plenaria dismembratione, ita ut ecclesia dismembrata omnino sejuncta et independens ab ecclesia matrice constituenda esset.

Auctores probatissimos inde tradere dismembrationem admittendam non esse, si alius suppetat modus providendi (ex. gr. per vicarium aut capellanum) fidelium necessitatibus, Barbosa *Jus eccles. lib. 2. c. 2. n. 8.*, ubi pluribus auctoritatibus innixus scripsit: »Parochias novas erigendi justa causa videtur incommoditas populi ad recipienda Sacramenta et ad audienda divina officia et non sufficit quaelibet distantia sed ea dumtaxat quae praebet difficultatem parochianis adeundi cum magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda . . . . *Quod quidem limitatur nisi in loco minime difficili nec incommodo Oratorium adesset vel ecclesia* cum fonte baptismali et ceteris ad parochiam necessariis ibique poneret Rector Sacerdotem in sui adjutorium, nt per Menoch. *cons. 477. n. 9.*, Joan. Bapt. Cosa *Remed. 76.*, Alois. Ricc. *Resol. 476. n. 6.* Quando vero solus Curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non potest, tunc non datur justa causa providendi Parochiam sed adhibendi ministros coadjutores, Rota *decis. 488. recent. n. 5. in fine.* Unde s. Congregatio censuit Episcopum in vim Decreti Concil. Tridentini *cap. 4. in princ.* non posse erigere coadjutoriam sed utique cogere Rectorem ad adjungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant ecclesiis in Sacramentis administrandis, prout refert Armendar. etc.«

Unde doctores constanter tradidisse dismembrationem paroeciarum haberi ut remedium subsidiarium et extraordinarium eandemque sententiam s. Congregationem Concilii esse secutam ut in *Cassanen. Dismembrationis* die 17. Decembris 1740; in ea enim causa, exaggerata per Episcopum distantia cujusdam populi ab ecclesia paroeciali s. Juliani factaque dismembratione paroeciae, praesertim ob paroeciae amplitudinem, quae continebat tria prope animarum millia, reclamante denique Clero ecclesiae paroecialis contra dismembrationem ab Episcopo factam, ad dubium:

I. An constet de nullitate dismembrationis ecclesiae s. Juliani Castri villarum in casu?

Et quatenus affirmative:

II. An et quomodo sit providendum in casu?

*) Hic, ni fallor, per incardinationem intelligitur ea adscriptio de qua Concilium Tridentinum loquitur in *sess. 23. c. 16. de ref.*, quae quidem adscriptio ex Pontificiis declarationibus fieri quoque potest post sacram Ordinationem.

**) Vd. *t. p. 472. aa.*

S. Congregatio respondit

Ad I.: *Affirmative.*

Ad II.: *Deputandum esse ab Episcopo in Coadjutorem alterum a Presbyteris participantibus, qui resideat penes ecclesiam s. Joseph ibique curam animarum exerceat, juxta modum ab eodem Episcopo praescribendum cum exemptione a servitio chori in ecclesia s. Juliani.*

Huic causae non multum absimilis est altera *Aquilana Dismembrationis*, agitata die 8. Februarii 1744 in qua pariter ex defectu solemnitatum et ex carentia necessariae causae ad dubium: »An dismembratio parochialis ecclesiae s. Pauli Baretis et respective novae paroeciae in Villa et ecclesia s. Viti ab Episcopo expleta sustineatur in casu«? S. Congregatio respondit: *negative et Episcopus mandet deputari Capellanum Coadjutorem in ecclesia s. Viti sumptibus Parochi.*

Animadversum praeterea est ejusmodi vetustissimam jurisprudentiam, quae exigit et solemnitates et urgentes causas ad dismembrationem paroeciarum faciendam, mutationem non subiisse per Concilium Tridentinum *cap. 4. sess. 21. de reformat.* In hoc enim statuitur, ut in paroeciis »*in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias etiam invitis Rectoribus juxta formam Alexandri III. quae incipit:* Ad audientiam*) *constituere possint.*«

*) Constitutio Alexandri III. quae legitur in *cap. 3. de ecclesiis aedific.* ita se habet: »Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod Villa quae dicitur H. tam perhibetur ab ecclesia parochiali distare, ut tempore hyemali, cum pluviae inundant, non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire. unde non valent congruo tempore ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta ecclesia ita dicitur redditibus abundare, quod praeter illius Villae proventus minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus, quatenus si res ita se habet, ecclesiam ibi aedifices et in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad praesentationem Rectoris ecclesiae majoris cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem Villae obventiones ecclesiasticas percepturum: providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci matrici ecclesiae servetur: quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem Villae dominus viginti Acras terrae frugiferae velit ad usus Sacerdotis conferre. Si vero persona matricis ecclesiae virum idoneum praesentare distulerit vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci et virum bonum appellationis cessante diffugio instituere non omittas.«

Ex his enim et confirmari antiquos canones et rursus statui, nt juxta eosdem canones Episcopus quando necessitas et utilitas urgerit possit devenire ad paroeciae divisionem, ceu etiam post Tridentinum omnes docent auctores et passim s. Congregatio Concilii firmavit.

Hinc quum dismembratio in jure odiosissima sit cumque exigat utilitatem et necessitatem evidentem, *cap. 1. de Rebus eccles. non alien. in 6.*, videri rejiciendas preces incolarum pagi B, propterea quod ejusmodi necessitas aut utilitas ad peragendam paroeciae dismembrationem non adesse viderentur.

Sane non necessitatem: ex actis enim non constare ea concurrere extrema, quae veram necessitatem constituant: incolas enim et Episcopum asserere tantum, pagum B situm esse in remotiori parte ab ecclesia paroeciali: hoc autem non esse satis ad distantiam locorum judicandam quae exigatur ad dismembrationem faciendam; neque ostendere vias esse confragosas et difficiles, ita ut nonnisi cum magno incommodo fideles ad paroecialem ecclesiam accedere possint. Quod si perraro ut Episcopus asseruit paroeciani proprium viderent Parochum, hoc ideo contingere, quod in commodiori loco haberent templum et Presbyterum, qui eorum spiritualibus necessitatibus inserviret: ipsumque Episcopum denique fateri, plures circumstantias concurrere »*quae, si non absolutam necessitatem ostenderent, certe spirituale bonum patefacere ejus populi*«, haec autem verba innuere quidem aliquam utilitatem non vero necessitatem.

Neque concurrere eam utilitatem evidentem, quam ss. canones requirunt: si enim excipias viciniorem Parochi praesentiam, nullam aliam utilitatem ex hac dismembratione provenire: nihil enim eisdem incolis pagi B in spiritualibus deesse; nunquam esse conquestos aliquem absque sacramentis decessisse, quum haberent Vice-parochum, qui et sacramenta administraret et praesto esset infirmis quique testante Episcopo omni ope niteretur ad eum populum colendum. Hisce autem positis quaeri forte posse, utrum aliquid amplius novus Parochus efficere posset.

His autem in adjunctis dismembrationem paroeciarum consuevisse a S. C. denegari, nt in *Cajetana* 24. Maji 1659 *l. 2. Decret. p. 632.* et in *Balneoregien.* 19. Julii 1698. Pariter s. Rota quae cohaerenter tenuit, satis

consultum esse bono spirituali fidelium si iu remotiori paroeciae parte Vicarius constitueretur, ut in *Decis. 578. n. 4. et sq. p. 19. t. 9. recent.*; in *Leodien. Dismembrationis* 1. Februarii 1712 *coram Falconieri* et iterum 3. Julii 1713 *coram Crispo* et 22. Julii 1714 et 15. Januarii 1715 *coram Lancetta.*

Immo in durioribus etiam factorum speciebus s. Congregationem petitionem pro paroeciae dismembratione rejecisse. Hoc ostendebatur ex causa *Lunen. Sarzanen.* agitata die 27. Septembris 1732 et 24. Januarii 1733: paroeciani enim, qui in Villa Meridii domicilium habebant impigre instabant, ut nova ibidem erigeretur paroecia, quia villa 1500 passus ab ecclesia paroeciali distabat, viae ita asperae et arduae erant, ut neque Missae interesse neque fidei rudimenta a Parocho possent excipere atque aegroti absque extrema sacramentorum expiatione saepe decederent. Episcopus justa eorum desideria agnovit et petitam dismembratiouem peregit. Reclamante vero Parocho, a quo Meridienses peudebant, quamvis congruam portionem aliaque necessaria suppeditaturos promitterent, s. Congregatio coustituit, erigendam esse Vicariam perpetuam cum assiguatioue congruae portionis a communitate Meridii retribuenda. Pariter in altera *Novarien.* 17. Maji 1749, quamquam praeruptissimae esseut viae, ita ut ad ecclesiam paroecialem in monte positam praesertim hiemali tempore nedum pueri et seues sed et juvenes robustiores aegre sese conferre possent, tamen dismembratio denegata fuit et per Capellanum fidelium necessitatibus provisum: atque dismembratio denegata est in *Saucianen.* die 18. Novembris 1747, in *Derthonen.* 11. Junii 1766, in *Adrien.* 18. Decembris 1773.

Neque objici in themate posse auctum populi numerum: his enim in rebus juxta Trident. *c. 4. sess. 21. de ref.* Parochum tot adsciscere debere Presbyteros, quod sufficiant ad populi necessitatem. Quin immo in themate, cum incolae pagi B neque pertingerent ad 1000, non posse dici ita auctos, ut nova provisione indigerent.

Post haec nonnulla notabantur circa congruam novi Parochi portiouem, quae brevitatis causa omittimus.*)

E coutrario est animadversum, Tridentiui Decretum indicare tamquam dismembratiouis causas distantiam et difficultatem locorum.

In themate autem licet incolae pagi B et Episcopus louginquitatem et asperitatem viarum fuso calamo uon describerent, si tameu consideraretur et paroeciam N. esse paroeciarum dioeceseos amplissimam et pagum B in remotissima paroecia parte extare facile intelligi posse distantiam locorum ejusmodi esse, ut gravissimi esset incommodi maxime hiemali tempore illis incolis, qui paroecialem ecclesiam petere velleut. Atqui id satis superque esse juxta citatum Tridentini Decretum, ut divisio permitteretur. Ejusmodi distantiam ut Emi Judices oculis percipereut, incolae pagi B chartam chorographicam paroeciae exhibueruut, ex qua patebat ecclesiam paroecialem et pagum B in extremis oppositis finibus esse sitas.

Neque utiliter semper opponi posse eam sententiam, quae dismembrationem ceu subsidiarium et ultimum remedium indigitat, potiusque suadet, ut Vicarius constituatur in ecclesia dismembranda: hoc enim remedium non adeo generale habendum esse, ut omuibus casibus applicari possit; idque erui quoque ex praxi s. Congregationis, quae saepe ob locorum distantiam dismembratiouem concessit. Atque recte; namque Parochus, qui iu exercitium muueris pastoralis ex canouica dispositione advocatur, paroecianos tamquam oves sibi concreditas agnoscere debere, verbo diviuo pascere, sacramentis reficere, frequenter invisere earumque necessitatibus pateruo amore succurrere ac reformaudis moribus curam impendere; quae quidem omnia per Vicarium difficile saltem praestarentur. Hinc citabantur plures causae agitatae coram S. C. C. in quibus s. Congregatio dismembratiouem indulsit ut in *Lunen. Sarzanen.* 16. Julii 1712; *Papien.* 10. Aprilis 1717; *Comen.* 5. Decembris 1765; *Firmana* 15. Decembris 1759; *Novarien.* 13. Decembris 1765; *Ventimilien.* 8. Augusti 1818; *Imolen.* 7. Juuii 1820; *Fesulana* 4. Juuii 1836; *Melevitana* 4. Febr. 1843.

Atque est animadversum cum Card. de Luca *adnot. ad Conc. Trid. disc. 16. n. 2.* in hujusmodi causis certam regulam dari non posse, quum judicium peudeat a singulis factorum adjunctis. Sic enim scripsit *loc. cit.* Card. de Luca: »In hoc certa regula generalis cuicumque casui applicabilis utique statui non potest ideoque manifestus est error illorum, qui cum aliquibus s. Congregationis Resolutionibus vel cum Rotae Decisionibus

*) Vd. *p. 570. d.*

*) Vd. *p. 1103*.*

aut aliquorum Doctorum traditiouibus pro hujusmodi nova erectione facienda vel deueganda iu sola litera proceduut, cum sit potius quaestio nudi facti ex singulorum casuum particulari qualitate ac individuis circumstantiis decideuda.« Item Leurenius *Forum Benef. t. 1. c. 3. q. 159.*

In themate autem haec quoque concurrebant adjuncta, quod supplicautes teuereut sibi jam promissam esse paroeciae dismembratiouem et Apostolicam Sedem aliquo modo agnovisse dismembrationis necessitatem; si eorum vota rejicereutur pertimescenda essent odia et simultates inter Parochos et paroecianos; concurrebat praeterea exemplum alterius partis ejusdem paroeciae jam ex iisdem causis, quae pro praesenti dismembratione prostabant, dismembratae: quum itaque nemo dissentiret et dismembratio in votis esset tum Episcopi tum paroecianorum ad dismembratiouem videbatur deveuieudum.

Hisce aliisque animadversis propositum est resolvendum

D u b i u m:

Au sit locus dismembratioui veteris et erectioui novae parochiae iu casu?

S. Congregatio Concilii causa coguita die 16. Septembris 1871 respondendum censuit: *Affirmative juxta votum Episcopi.*

Ex quibus colliges:

I. Paroeciarum dismembrationes, secuudum veterem jurisprudentiam, consideratas fuisse tamquam rerum ecclesiasticarum alienatioues.

II. Proiudeque ejusmodi dismembratioues subjectas esse iisdem legibus, quae alienationes dirigerent.

III. Ejusmodi leges fuisse existentiam cauonicae causae scilicet necessitatis vel evidentis utilitatis in judicio cognitae et solemuitatem idest interventum in causa eorum quorum dismembratio iuteresset.

IV. Nou quamvis necessitatem vel evidentem utilitatem fuisse consideratam tamquam canonicam dismembrationis causam sed eam tantum necessitatem quae utiliter superari nou posset per Parochi vicarium seu Capellanum.

V. Ejusmodi cauonicam jurisprudentiam ab elapso saeculo declinare paulisper iucepisse ita ut exempla data sint dismembrationis paroeciae iu locis in quibus per Parochi Vicarium consuli satis potuisset populi necessitatibus.*)

VI. Hujus disciplinae temperamentum frequeutius evasisse praeseuti saeculo, cujus exemplum videri a praesenti quoque causa suppeditari.

Civitas I nobilissima propter nimium iucolarum iucrementum ita ad aquilonem longe lateque amplificata fuerat, ut ex novis viis

*) Quod scripsit Card. de Luca *Adnot. ad Conc. Trid. disc. 16 n. 2.*, quod constitui non possit *certa regula cuicumque casui applicabilis*, locum habet non solum in causis dismembrationis paroeciarum, sed in quovis causarum genere: quando enim agitur de applicatione juris ad facta, quum facta sint indefinite variabilia, non potest dari certa regula cuicumque casui applicabilis: quod quisque facile intelligit. Sed aliud est quaerere, utrum detur aliqua regula cuicumque casui applicabilis; aliud est quaerere, utrum dentur generales normae quibus aliquod causarum genus dirigatur. Prima inquisitio in jure est fere absurda; altera inquisitio si universim non haberet affirmativam responsionem, non modo canonica, sed quaevis jurisprudentia cessaret.

Quaenam autem sint normae, quae dirigant paroeciarum dismembrationem, si de supremis quaeratur, sunt illae in jure scriptae, nominatim vero Tridentinum Decretum *c. 4. sess. 21. de ref.*, si vero quaerantur practicae normae, quibus Decretum Tridentinum sit exsecutioni mandatum, hae desumendae sunt ex decisionibus supremorum Tribunalium in hoc causarum genere.

Porro si consulantur veteres decisiones s. Rotae apparebit constanter, non fuisse admissam paroeciarum dismembrationem si necessitati prospici utiliter potuisset per Parochi Vicarium, ita ut dismembratio habita constanter fuerit tamquam remedium extremum.

In ejusmodi normas pariter concessit s. Congregatio Concilii Tridentini interpres: quod mihi constat ex multis resolutionibus quas consului: ita ut ad dismembrationem s. Congregatio non devenerit nisi post pluries iteratas earundem causarum discussiones.

Haec tamen disciplina, quae originem suam ducebat a veteri jurisprudentia, quae Tridentinum Concilium praecessit, temperamentum paullatim accepit a medio fere saeculo elapso, ita ut evidens ecclesiae utilitas non eo rigore considerari coepta sit, qui cum absoluta necessitate confunderetur, sed multo mitius: quod quidem videtur magis consonum cum citato Tridentini Decreto. Ex recentiori itaque praxi vix et ne vix quidem habita ratione remedii subsidiarii vel extremi, si satis utilitatis in bonum fidelium appareat et adsint sufficientes redditus, quibus novo Parocho et paroeciali ecclesiae prospici possit dismembratio paroeciarum non difficile decernitur; aut, si facta fuerit ab Episcopo, non adeo facile ut olim ex aliquo causae vel solemnitatum defectu improbatur. Harum rerum exempla nonnulla in hoc articulo prostant.

novarumque extructione domorum nova civitas antiquae addita videretur. Amplum hoc territorium, olim ferme desertum sub paroeciae s. Mariae de Consolatioue quae a religiosa familia regebatur, constitutum mauebat. Ut gregis sui saluti consuleret Ordiuarius penes S. C. C. institit, ut attenta populi frequentia, templorum haereticorum propinquitate necnon difficultate accedendi ad Ecclesiam parochialem propter uovarum domorum distantiam, sibi facultas fieret antiquam dismembrandi novamque erigendi paroeciam in Ecclesia Virgini Immaculatae dicata, quae recentissime aere collato a fundamentis erecta est.

Antequam preces hujusmodi porrigeret Ordiuarius commissionis novae Ecclesiae administratricis consensum obtinuerat omniaque paraverat pro novi parochi congrua in tuto poueuda ac etiam Metropolitani Capituli votum exquisiverat, quod sibi favorabile expertus fuerat.

At obstitit religiosa familia quae Ecclesiam s. Mariae de Consolatioue regebat, quaeque necessitatem dismembrationis impugnaus ac detrimentum sibi imminens causata instabat ne dismembratio concederetur vel saltem ipsi suae religiosae familiae novae paroeciae cura committeretur.

Quaestio ad plenam EE. PP. Congregationem demandata est.

Quoniam duo proposita sunt dirimenda dubia, alterum de parochiali Ecclesia s. Mariae de Consolatione dismembranda vel nou, alterum de novae Ecclesiae regimine religiosae familiae tradendo, qui Episcopi I. partes gerebat, primo loco, ut dismembrationis necessitatem evinceret nimis auctum parochianorum numerum adducebat. Coustare enim sub paroecia s. Mariae de Consolatione sex supra viginti mille animas comprehendi, quae in tanta ditionis amplitudine per unum parochum absque animarum curae discrimiue regi nequeunt. Id omnes uno ore profiteri tum proximarum Dioecesum Episcopi tum ipsius I. civitatis Municipium et Proceres.

Dismembrationem esse concedendam, quia nihil deest erigendae paroeciae nihilque deperit antiquae. Siquidem Ecclesiam Deiparae Immaculatae ad hoc fuisse aere collato extructam, ut ad secundam curam inserviret: ad eumdem finem congrua dote ab Archiepiscopo fuisse ditatam. Antiquam autem paroeciam quod respicit, teste Metropolitano Capitulo etiam in superextaute territorio talem haberi populi augmentum, ut una ex principalioribus civitatis paroeciis procul dubio remaneat. Nam dismembratione peracta adhuc superesse illi duodecim capitum millia, quae satis sunt ad retinendam nobilitatem hujus paroeciae, cujus sub regimine anno 1856 nonuisi quam undecim capitum millia existebant. Quamobrem ex dismembratione nonnisi indebiti augmenti partem amittere et tantum superesse regularibus, quantum antea possidebant.

Nec oggerendum, Parochianorum necessitatibus subveniri posse per unius vel plurium vicariorum ministerium, qui etiam in nova Deiparae Immaculatae Ecclesia possent inservire: hoc enim moderamen nouuisi raro, prudenter ac non sine delectu admitti debere, *Van Espen Jus eccles. univ. part. 2. sect. 2. tit. 1. cap. 3. num. 30., Ursaya disc. eccles. tom. 1. part. 1. disc. 14. num. 93.*: »Est procedendum discrete et distinguendo inter remedium quod habetur ex concessione novi pastoris et illud quod habetur ex deputatione capellani per quem certum est quod consultum non remanet eo modo quo consultum esset per deputationem parochi, tam ratione persouae, quae semper habebitur dignior iu parocho, quam ratione dignitatis et proventuum ipsius officii, in quo parochus, utpote suae Ecclesiae sponsus et suarum ovium pastor, majori studio et charitate curat parochianorum salutem, quod non facit simplex mercenarius, qualis in proposito dicendus est capellauus seu vicarius.«

In hujusmodi quaestionibus procedendum esse cum distinctione casus a casu. Certe ubi populi augmentum minimum fiat, aequum esse succurrere per Vicarii deputationem, ubi vero maximum, veluti iu themate et duplo majus, contrarium esse teuendum.

Notum omnibus esse Pium VI. fel. record. in literis Apostolicis *Quod aliquantum* quaestum fuisse, exeunte superiore saeculo, quod in Gallia unus parochus in singula sex hominum millia constitueretur eo quia nullo modo unus parochus sufficere posset tanto curando populo. Leonem vero XII. per Constitutionem *Super universam* novam paroeciarum circumscriptionem in urbe decrevisse sola populi amplitudine motum.

Ceterum hunc esse revera casum novae erigendae paroeciae ad *Tridentin. Synod. cap. 4. sess. 21. de reform.*, quia distantia a parochiali Ecclesia maxima est.

Praesidium haud esse captandum ex eo quod aliae sunt Ecclesiae intra paroeciae fines in quibus urgente necessitate et Sacramenta infirmis miuistrantur et Cathechesis traditur et Evaugelium explicatur. Nam 1. Sacerdotes voluutarium praestare ministerium et minime necessarium: 2. plura a parocho peragenda esse quae ab aliis haud peraguutur aut peragi possuut: uec 3. aliunde parochum excusari a suo fungendo munere, si alii adsint Sacerdotes qui et Sacramenta miuistrant et religionis documenta tradunt: 4. in facto iu Ecclesiis intra paroeciae fines positis curam animarum exerceri nequire.

Ad secundum dubium descendens Episcopi Advocatus religiosam familiam a nova parochia esse rejiciendam tenebat, quia sacri Canones Saecularibus presbyteris paroecias committi jubent; et nouuisi quam urgente uecessitate et praevia pontificia dispeusatione regularibus paroeciae regimen esse committendum *) ceu post Coustitutiouem Gregorii XIII. de anuo 1581 tradunt *Thomassin. vet. et nov. Eccles. disciplin. par. 1. lib. 3. cap. 22. num. 9, Barbosa collect. Doct. lib. 3. tit. 35. num. 3, Pellizar. in Manual. regul. tract. 8. cap. 4. sect. 4. num. 104, Rota decis. 676. num. 23. seq. coram Molines et decis. 18. num. 1. seq. cor. Riminaldo.*

Ad hoc autem ut dispeusatioui locus fiat, duo requiri: *primo* Episcopi suffragium, *secundo*, quod desiut presbyteri saeculares vel saltem saecularis clerus beneficiis abuudet. *Fagnan. in cap. Quod Dei timor de statu Monach.* num. 17. seq. — Et *Card. Petra* ad *Constit. Anastas. IV. Sect. 1.* docere: *non debent proinde (regulares) provideri in detrimentum clericorum, qui praecise ex beneficiorum proventibus debent consulere sibi et ecclesiis ac populis sibi commissis.*

Nec subdere fas esse rerum conditiouem ob calamitosam regularium ordinum eversiouem esse immutatam, 1. quia rationis paritas valet et pro clero saeculari, 2. quia facta dismembratione nihil regulari familiae deest pro honesta sustentatione, 3. quia ipsis lex obest fundationis novae Ecclesiae Virgini Immaculatae sacrae; dum fundatores ea mente Ecclesiae exstruendae operam dederunt, ut »ad populi commodum in paroeciam erigeretur et saeculari sacerdoti conferri posset«.

Ex parte Parochi s. Mariae de Consolatione exordium sumitur a juris principio quod habet paroeciarum dismembratiouem utpote odiosam nonnisi in casu verae necessitatis et seclusa quacumque alicujus incommoditate esse concedeudam, at quaudo caetera canouica remedia incassum fuerint adhibita. — *Fagnan. cap. Ad audientiam*) lib. 3. Decret. num. 17.* Ita tenuisse *s. Rotam* pluribus iu decisionibus quas commemorat et s. Congregationem non modo in *Casitana 24. Maji 1659* et *in Placentina 13. Aprilis 17.26* vel iu *Derthonen. Dismembrationis 5. Aprilis 1732*, sed etiam nuperrime in *Januen. Dismembr. 15. Augusti 1875.*

In casu agi de praejudicio Matrici Ecclesiae iuferendo, quod maxime in facto confirmatur, propter iugentes expensas ab actuali Parocho peractas et de jure tollendo per bullam acquisito praefato ordini, qui actualem paroeciam compeusatiouis titulo videlicet loco perantiquae paroeciae s. Jacobi consequutus fuit.

Causam et quidem unicam in jure assignari pro dismembratione concedenda in nimia locorum distantia, cui aliud remedium uon suppetat, *Rebuff. prax. benef. part. 1. De erect. in Cur. et Paroec. et Fagnan. cit. cap.* — Ad audientiam — *num. 19.* — Hanc sed vero distantiam ita notabilem esse debere, ut impossibilitatem secumferat adeundi paroeciam pro Sacrameutis recipieudis.

In facto revera non existere magnam hauc difficultatem accedendi ad Ecclesiam parochialem manifeste patere tum ex experientia sexaginta anuorum tum ex unanimi Fabriceriorum suffragio: distantiam enim unum milliarium uon excedere et facilem aditum parochialem Ecclesiam esse per vias curriculis secandas. Jamvero compertissimum esse distantiam duorum vel trium milliariorum insufficientem declaratam fuisse ad dismembrationis uecessitatem evincendam a S. C. C. iu *Constantien. 27. Junii 1761* et in *Pisauren. 19. Apr. et 10. Maji 1766.*

Adesse tandem praeter Ecclesiam Immaculatae Conceptionis alias Ecclesias Baruabitarum et Cappuccinorum, qui spontaneam Parocho s. Mariae de Cousolatione adjutricem operam praestant. Posse etiam provideri per Vicarium seu Capellanum iu ipsa Ecclesia Immaculatae Conceptiouis deputandum, ut parochiauorum necessitatibus consultum sit. Ipsam autem possibilitatem tali modo providendi quamcumque dismembrationis necessi-

*) Vd. *p. 888. n. 21.*

*) Vd. *p. 1201*.

tatem excludere. Rota in *Oveten Erectionis Parochialis 12. Maji 1681* et *Decis. 13. Jul. 1731 cor. Crispo num. 20.*, *Constantinus in add. voti 343. num. 28. seq.*

Exclusionem causarum pro dismembratione concedenda confirmare causas in themate justas et idoneas ne dismembratio fieret; quae sunt: 1. quia deterior paroeciae pars per dismembrationem religiosae familiae remaneret: 2. quia parochus impar esset ad solvenda debita jam contracta pro templi restauratione.

Post haec causas dismembrationis ab Episcopo adductas impugnabat Parochus contendens, nec spirituale parochianorum bonum nec haereticorum insidias nec numerum et distantiam dismembrationi concedendae opitulari. Quae omnia adserta factis ad rem adductis confirmare satagebat.

Ultimo loco, posita dismembrationis concessione, quaestionem aggrediens de nova paroecia suae religiosae familiae concedenda vel non, monebat: 1. dismembrationem faciendam esse cum minori possibili Ecclesiae Matris praejudicio: 2. exquirendum esse interesse habentium et praesertim Parochi consensum, excepto casu quo irrationabiliter oppositio fieret. Jamvero parocho praejudicium gravissimum per dismembrationem fieri, ad quod minuendum nullum alium suppetere remedium, quam perpetuam Vicariam erigere eamque ejusdem religiosae familiae praesbytero committere. Ordini religioso jus esse praesentandi parochum — *Reiffenst. Decr. lib. 1. t. 28.*, *Pirhing. eod. tit.*, *Fagnan. cit. cap. Ad audientiam num. 35.*: *Unde tunc quoties erit nominandus novae paroeciae Parochus jus habebit Parochus antiquae Paroeciae illum eligendi et praesentandi.*

His aliisque late hinc inde allatis EE. PP. proposita sunt dirimenda

D u b i a:

I. *An constet de causis dismembrationis paroeciae in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An annuendum sit precibus Patrum Augustinianorum de nova paroecia iisdem concedenda in casu?*

Causa proposita in plenis comitiis diei 25. Januarii 1879 responsa edita sunt:

Ad primum: affirmative et amplius.
Ad secundum: negative et amplius.

Ex his colliges:

I. Auctum nimis populi numerum et distantiam a parochiali Ecclesia praecipuas esse ex jure canonum causas dismembrationis concedendae.

II. Praesertim dismembrationi locum fieri, cum ostendatur in facto nihil deesse erigendae Ecclesiae, nihil antiquae deperire.

III. Erigendae Ecclesiae nihil deesse intelligitur cum omnia parata habeat, ut saeculari curae inserviat et congrua dote ad eumdem finem fuerit ditata.

VI. Antiquae Ecclesiae nihil deperire dici potest, si post dismembrationem ad eumdem statum redeat, in quo erat antequam populi augmentum inciperet.

V. Vicariorum seu capellanorum ministerium raro, prudenter ac non sine delectu admitti debere, nam decidendi rationem in hujusmodi quaestionibus esse hauriendam ex facti circumstantiis, cum distinctione casus a casu.

VI. In novarum paroeciarum concessione saeculares presbyteros esse praeferendos et nonnisi urgente necessitate et obtenta Pontificia dispensatione regulares ad paroecias regendas admitti.

VII. Dispensationis obtinendae causas recenseri Episcopi suffragium et presbyterorum saecularium defectum.

VIII. Verum si saecularium presbyterorum defectus haud existat, regulares cum saecularium detrimento non esse providendos.

Parochialis Ecclesia loci *Scarmagno* duos inter suos fines complectitur pagos, Scarmagni Communitatem efformantes, ferme aeque inter se ac a parochiali Ecclesia distantes, quorum alteri 223 capitibus frequenti nomen *Bessolo*, alteri *Masero* 140 habitatoribus constanti inditum est. In horum primo extat satis ampla sacrisque suppellectilibus provisa Ecclesia s. Joanni dicata, in qua fundatum est beneficium pluribus stabilibus conflatum de jurepatronatus nobilis familiae Perrone Saladino. Labente anno 1878 plures incolae Bessoli et Maseri adiverunt Antistitem enixe flagitantes ut Ecclesia s. Joannis Baptistae in novam erigeretur Paroeciam idque propter distantiam utriusque loci a Parochiali Ecclesia s. Michaelis loci Scarmagni viarumque asperitatem hiberno praesertim tempore.

Ut autem Parochi congruae alimoniae prospici posset nobilis comes Perrone Saladino ultro suum praebuit assensum, ut beneficium de suo jurepatronatus in memorata Ecclesia existens ad parochiale evehi posset. Neque ad haec deesset ipsius Gubernii assensus, quod, dum exquirit pro Parocho congruam in annuis libellis 800, instat ut bona praefati beneficii convertantur in schedulis vulgo *Cartelle di Consolidato*.

Pia mulier ad ostendendum dotem beneficii summam libellarum 800 constituere prompta esset beneficii coemere fundos, excepta domo urbana et rustica una cum adnexo viridario, quae Parocho remanerent atque pro iis syngrapham traderet Consolidatus annui fructus libellarum 800, a taxa quam dicunt *di ricchezza mobile* prorsus immunis. Cui propositioni nedum consensit patronus sed et ipsum gubernium atque actualis beneficii rector, quem et zelo salutis animarum et doctrinae merito plurimum commendat Antistes. Imo praefata mulier ut animarum saluti novae paroeciae erectione quamprimum prospici posset oraliter spopondit expensas omnes tam pro erectione quam pro bonorum cessione soluturam esse atque congruam ad annuas mille et centum libellas augere, dummodo tesserarum consolidatus valor non excresceret.

Antistes de more rogatus utilitatem et necessitatem hujus dismembrationis evincit et orat ut juspatronatus beneficii in novam paroeciam erigendi maneat uti nunc sese habet.

Neminem latet quantopere ss. Canones a beneficiorum maxime parochialium dismembratione abhorreant, utpote quae alienationis speciem praesefert atque ideo odiosissima in jure reputatur, *Abb. in cap. 3. Ad Audient. de Eccles. aedif.*, *Reiffenst. lib. 3. Decret. tit. 48. § 2.*, *Amostaz. de caus. piis lib. 5. cap. 3.* Nullatenus igitur ad hoc dismembrationis remedium deveniri debet, quoties exulat canonica causa, quae in actis per legitimas probationes constare debet, ita ut sola Episcopi assertio non sufficiat, *Card. de Luca de benef. disc. 45. num. 6.* et *disc. 25. de Paroch. num. 6.*, *Rota coram Othobon. decis. 6.* Causae autem canonicae pro dismembratione Paroeciarum decernenda in necessitate vel evidenti Ecclesiae utilitate consistunt veluti fluit ex Tridentini dispositione in *sess. 21. cap. 4. de reform.* docentque *Rebuff.* in sua *praxi tit. de revoc. union. num. 6.*, *Reclusius De re paroc. part. 4. tit. 12. n. 63.*, *Rota part. 4. decis. 68. num. 15. et part. 10. decis. 224. num. 4. recent.*

Sed in themate neutra verificari videtur. Abest sane necessitas sive a magna distantia sive a viarum emanans asperitate. Locus namque *Bessolo* aeque ac alter *Masero* vix uno distat lapide a Parochiali Ecclesia. Talem vero distantiam satis non esse ad inducendam novae parochiae necessitatem docet Fagnanus in *cap. Ad audientiam num. 23.*, centiesque retinuit S. C. C., quemadmodum caeteris missis videre est in *Lancianen. 18. Novembris 1747* et in *Novarien. Dismembrat. 12. Augusti 1747 conf. 18. Novembris ejusdem anni.* In quarum postrema rejecit preces pro paroeciae dismembratione oblatas, licet ageretur de trium milliarium distantia, juncta cum nulla securitate viarum.

Neque secus dicendum de viarum asperitate: quandoquidem via, quae ad parochialem ducit Ecclesiam, omnibus numeris absoluta manet pro facili ad eamdem accessu. Ipsa enim non difficilis, non ardua vel torrente aut flumine interjecta extat ita, ut nec Parochianos impediat, hyemali praesertim tempore, Ecclesiam petere sine evidentissimo vitae discrimine nec Parochum illuc contendere pro Sacramentorum administratione occasione infirmitatis, quod alteram necessitatis peragendae dismembrationis causam suppeditaret, ex Tridentino *sess. 24. cap. 4. de reform.* *Rota decis. 476. num. 3. part. 10.*, *decis. 224. num. 6. et 8. part. 17. rec.*, s. Congr. in *Januen. 6. Januarii 1694 lib. 44. Decret. pag. 5.*, *Puteolana Erectionis Paroeciae 18. Januarii 1701 lib. 51. Decret. pag. 340.*, *Novarien. Divis. seu Dismembr. 20. Septembris 1760.*

Parochus hucusque dicta confirmat. Quare unica ratio dismembrationis ad solam utilitatem reduceretur, quae praecisa, evidens atque absoluta esse deberet juxta *cap. 1. De Rebus Ecclesiast. non alienandis* et *Lotterius De Re benefic. l. 1. cap. 28. n. 30.* Ast, si unam excipias in casu viciniorem Parochi praesentiam, nulla alia utilitas Oratoribus incolis obvenire potest. Nunc temporis enim nihil ipsis in spiritualibus deest, nusquam queruntur aliquem absque sacramentis decesisse. In loco *Bessolo* adest Ecclesia cum beneficiato, qui Missam celebrat diebus festis atque fidelium Confessiones audit. In altero *Masero* pariter beneficiatus residet, qui ex fundatione tenetur et Missam in Sacello D.

Eusebio dicato diebus festis celebrare et catechesim pueris tradere. Qui porro beneficiati etiam in casu urgentis necessitatis valerent Parochi munia obire, quin necesse sit ad odiosum dismembrationis remedium deveniendi. Quapropter cum utilitatis ratio neque evidens, neque praecisa, neque absoluta esse videatur Oratorum preces in totum rejiciendae viderentur, cum ipsae ambitiosam pietatem praeseferre videantur ad hoc, ut matrem deserant Ecclesiam.

Verumtamen dato, at numquam concesso, quod sit in casu deveniendum ad dismembrationem, tamen numquam permitti posse videtur, ut locus *Masoro* sejunctus ab Ecclesia matre uniatur novae erigendae Paroeciae. Quod et jus et congruentiae ratio suadet. Jus quidem, monendo dismembrationem odiosissimam esse, exigit ut minus quam fieri potest dismembrandae Ecclesiae praejudicium afferatur. Congruentia vero, quia ipsa non patitur ut incolae *Masero* Bessolum petant pro explendis religiosis actis et dein Scarmagnum contendant pro actorum civilium implemento. Hinc est quod ipsi hac de re queruntur habitatores suasque preces tum Ordinario tum civili gubernio obtulere, ne a Paroecia Scarmagni separentur.

Sed contra perpendendum occurrit, quod in jure quanta esse debeat conciliaris distantia pro dismembratione peragenda definitum adhuc non est; ideoque judicis arbitrio relinquendum docet *Fagnan. loc. cit. n. 18. in fine;* maxime vero deferendum hac in re Episcopi prudentiae tradit *Rebuff. in praxi benef. part. c. 1. de erect. in Cur. et Paroch.* cui profecto locorum indoles et sibi commissi gregis necessitas atque utilitas magis quam cuilibet alteri notissima merito censentur. Graviter subinde erraret qui, nisus quibusdam s. Congregationis declarationibus vel Rotae decisionibus vel quorumdam doctorum sententiis, in sola litera procederet pro nova Paroeciae erectione statuenda vel deneganda, veluti optime perpendit *De Luca adnot. ad Conc. Trid. discep. 16. et Lauren. for. benef. tom. 1. quaest. 154. num. 4.* Cum enim quaestio haec nudi facti sit, ex individuis circumstantiis singulorumque casuum particulari qualitate dicenda est. Notum namque est, sanctam matrem ecclesiam optime tenentem salutem animarum pro suprema lege parochumque populo, non populum Parocho dari, disciplinares suas ordinationes ad varias etiam temporum vices attemperasse, ut inquit *Thomass. de nov. et vet. discipl. part. 1. lib. 1. cap. 18. num. 17. lib. 3. cap. 56. num. 19. et part. 2. lib. 1. cap. 45. num. 13. et 14.* Unde fit, quod etiam pro majori populi commoditate dismembrationes concessit, ceu legitur in *Laquedonien. Dismembrationis Paroeciae 16. Decb. 1776 §. Addi.*

Hisce in jure praemissis, in facto considerari debet quod praefati vici uno milliario cum dimidio a propria paroecia distant et via quae ad ipsam ducit collis radices lambit ita ut, eveniente nivium dissolutione aut imbre furente, sit prorsus difficilis. Qua posita distantiae ratione viarumque asperitate hiberno praesertim tempore, neminem latere potest, justam necessitatis causam peragendae dismembrationis reperiri. Quandoquidem, ut quis posset suum convenire pastorem, inter gelidas nives vel sub ardenti canicula solis eundo et redeundo tria passum millia percurrere deberet, quod fortem fastidiret virum, ac difficile pericolosumque esset pueris, debilibus, foeminis et senibus, qui numquam pastoris vocem audirent. Quare et ipse praedefunctus Antistes exponebat: evidentem esse utilitatem et necessitatem petitae erectionis in paroeciam.

Praeteriri ulterius non debet quod nova erecta paroecia nonnulla stabilia beneficii s. Joannis intacta remanerent: adnexa nempe domus cum viridario, quae tractu temporis et ipsa in perditionem abirent. Imo et caetera beneficii bona servarentur. Recognita enim a gubernio nova paroecia etiam congrua pro parocho sufficiens sarta tectaque maneret, quae ex liberalitate dictae mulieris constitueretur in annuis libellis 800 et mille, si tesserarum consolidatus valor non excrescat. Verum est quod ipsa pro hoc annuo redditu omnia ferme beneficii stabilia acquireret, sed dum ex una parte venditio vitari non potest, id exquirente gubernio ex alia ecclesiae utilis est, dum neque ad hoc patronus, neque beneficiatus, neque Episcopus obstaculum ponat, imo tam hic quam ipsius praedecessor, enunciando hanc mulierem tamquam insignem benefactricem, ostendunt venditionem maxime utilem esse et stante evidenti utilitate ecclesiae bona ad ipsam spectantia alienari posse docet Petra in *Comment. ad constit. 1. Leonis Magni sect. 4. num. 110, 111, 121 et 147.*

Minusque officere videtur quod refert parochus, novae paroeciae haud locum *Masero* adjudicandum esse; nam incolae illius loci percupiunt novae adjungi paroeciae et cum incolis *Bessolo* ad hoc enixe contenderunt. Incolis siquidem e Masero commodior est locus Bessolo tam pro rebus civilibus quam pro rebus religiosis; quod ex factis quotidie evenientibus confirmatur.

Hisce expositis remissum fuit EE. PP. judicio decernere quonam responso sequens dimittendum esset

D u b i u m:

An et quomodo sit locus dismembrationi veteris et erectioni novae Paroeciae in casu?

Sacra Congr. Concilii die 20. Septembris 1879 respondere censuit:

Affirmative in omnibus, oblata quotannis Parocho loci Scarmagno aliqua cerae quantitate ab Episcopo determinanda in signum matricitatis.

Ex quibus colliges:

I. Viarum locorumque asperitatem et distantiam a paroecia efficere, ut dismembratio concedatur, etiam renuente parocho, dummodo novae ecclesiae nil desit.

II. Haberi pro suprema lege, etiam in hoc, animarum salutem: ita ut sancta mater ecclesia retineat parochum dari populo, non parocho populum.

III. Relinqui arbitrio et prudentiae Episcoporum decernere quaenam esse debeat distantia pro dismembratione concedenda, eo quod a jure definita non fuerit.

IV. Quum hujusmodi quaestiones sint *nudi facti*, ideo rite deferendum esse Ordinariorum prudentiae, qui satius locorum indoles gregisque sibi commissi necessitates et utilitates pernoscere valent.

V. Si adsint causae canonicae, quae reducuntur *ad magnum incommodum* accedendi ad ecclesiam pro recipiendis sacramentis, dismembrationem concedi etiamsi bono animarum occurri potuerit per capellanos seu per Vicarios, juxta *Trid. sess. 21. cap. 4. de ref.* si majus populi commodum id expetere visum fuerit.

VI. In themate majori populi commodo consultum fuisse per novam paroeciae erectionem, ad quam facilius patet iter pro incolis loci illius, ceu ex quamplurimis testimoniis evictum fuit.

2) C o n s e n s u s i n t e r e s s e n t i u m.

Tudertina.

De communi incolarum dissensu semper plurimum sollicita fuit s. Congregatio tum in concedendis translationibus tum in dismembrationibus Paroeciarum, et in jure quaesito tollendo ut in Placentina Paroeciae diei 20. Novb. 1819 ad I. et II dubium..

Die 27. Apr. 1822.

In Archidioecesi N. extat paroecialis ecclesia loci S., cui nonnulli subsunt vici seu oppidula inter quae recensetur oppidulum P., in quo extat quaedam Capella. Pius ac dives Sacerdos hujus oppiduli indigena sibi proposuit hoc cum aliis adjacentibus vicis a paroecia sejungere et in paroeciam propriam erigere. Hujus erectionis rationes sic exposuit in libello, quem Gubernio exhibuit ad obtinendum regium ut ajunt *placet* juxta quaedam commenta civilis potestatis adversus Ecclesiam.

Exposuit scilicet, dictam paroeciam praeter principem locum sub se comprehendere alia oppidula, inter quae dictum oppidulum P. dissitum a paraeciali ecclesia per mediam horam et amplius itineris: convenientius populo illi oppiduli esse consultum, si in propriam erigerertur paroeciam:

1. propter viae montanae asperitatem qua oppidani non commode ad paroeciam accedere possent;

2. ob Parochi incommodum, qui nec prompte ut par est posset illi populo conferre religiosa auxilia, eo vel magis quod non soleret aliis presbyteris Parochus uti;

3. ob simultatum rationes, quae intercedebant inter paroecianos horum disjunctorum locorum; quae simultates et dissensiones erectione novae paroeciae cessarent. Ideo Sacerdos B. unicus suae familiae superstes paratum se exhibebat suae familiae bonis ad paroeciam erigendam, cum jam existeret in oppidulo F. Capella satis ampla et sacris suppellectilibus ditata etc. Et designans quosdam fundos, quos novae paroeciae reliquisset, subjungebat, ejusmodi separationem non cedere in damnum existentis Parochi, cum hic non perciperet ex incertis proventibus hujus oppidi nisi quinque italicas libellas annuas.

Ejusmodi Sacerdotis B. propositum valde commendari meritum est a Curia, cujus Vicarius Generalis ne ex inopinato aliquo infortunio res praepediretur non solum per se,

sed per interpositi etiam religiosi viri opportuna officia suasit Sacerdoti, ut ad rei securitatem dotem novae paroeciae testamento constitueret. Cui obsequens Sacerdos testamentum condidit, in quo relicto pro haeredibus pingui censu pro paroecia reliquit fundum, qui annuas daret libellas italicas 1200, distributas in nonnullis portionibus sive pro Parocho sive pro Capella: et officia praeterea descripsit a Parocho constituendo obeunda inter quae officium docendi oppidanos pueros diebus ferialibus eidem injunxit. Ut autem haec voluntas exsecutioni mandaretur, si interea vitam fineret, Executores testamentarios constituit.

Mortuo paulo post Sacerdote tetamentarii ad suum implendum officium manum apposuerunt: cum interea aliquae intercessissent morae haeredes curiam rogarunt, utrum paroeciae erectio confirmata reapse fuerit, vel potius sibi liceret substantiam pii legati inter haereditaria bona adjudicare: cui rogationi Vicarius generalis respondit *non esse locum erectionis novae paroeciae.* Hinc nulla interjecta mora haeredes caducitatem legati judicialiter declarari petierunt et propitiam laici tribunalis retulerunt sententiam. Sed Executores testamentarii, interposita statim appellatione, a Curia quaesiverunt utrum superius judicatum rescriptum perpetuam paroeciae rejectionem praeseferret. Cui Vicarius respondit: dictum rescriptum emissum fuisse ex eo quod non adessent *rationes quae sufficientes judicarentur ad erectionem paroeciae deveniendam, quod tamen intelligeretur idem rescriptum referri ad futurum tempus.* Qua declaratione permoti Judices civiles priorem sententiam revocaverunt.

Tunc haeredes rursus Curiam adeuntes petierunt, ut quaevis ambiguitas removeretur ac absolute tandem definiretur, utrum controversa paroecia erigi deberet necne. Tunc Vicarius tertio rescripsit: *Declaramus nec in praesentia nec in futurum locum esse erectioni donec perseveret actualis administratio.*

Tunc Executores ad s. Sedem nomine suo et incolarum oppidi F. libellum obtulerunt ut determinaretur, an locus esset paroeciae erectioni.

Remissis de more precibus ad Archiepiscopum ut informationem et votum super iisdem daret atque auditis Parocho etc. referret super necessitate seu utilitate propositae erectionis novae paroeciae, sin minus, quae essent legitimae causae quae obstarent praedictae erectioni: mandatis satisfaciens inter cetera rescripsit: »Mortuo Sacerdote B. quatuor viri comprehenso vico F. institerunt pro erectione paroeciae, quae constat octoginta mille parochianis, reducta tantum fuisset ad 600. Tunc temporis, attento, ut videbatur, consensu plusquam 500 parochianorum propositam erectionem utilem ego judicabam, ideoque Vicarius ad se recurrentium spem fovebat. Verum 1857 mense Majo ipse . . . pro pastorali Visitatione paroeciam et loca omnia lustrans animadvertit minime concurrere causas canonicas ad petitam erectionem, neque distantiam a paroecia, neque arduum etiam hyemali tempore accessum ad paroeciam pro administratione sacramentorum. Accedit etiam quod tres vici mutata sententia a veteri paroecia separari nolebant, adeo ut novae paroeciae adhaesisset unus vicus F. Capellae finitimus, qui medius intersecuisset territorium antiquae paroeciae. Ad hoc scissurae et dissidia oritura videbantur in populo. Unde ego existimabam prudens erectionem suspendere. Vicarius meus, cum lis agitaretur, apud tribunal civile inter haeredes Sacerdotis B., ipsis instantibus, recusare minime potuit declarationem, in qua testabatur, locum inpraesens non fieri erectioni novae paroeciae.

Hac decisione evulgata aliqui ex incolis loci F. jurgia et lites exercitarunt sub praetextu administrationis bouorum Capellae, adeo ut oblivisceretur iterum atque iterum reverentiae loco sacro debitae. Capellam tunc ego interdixi atque post 15 menses, cum cognovissem pacatos esse animos, illam divino cultui restitui, et ab eo tempore res omnino tranquillae processerunt in paroecia loci L. Super novis precibus Oratorum interpellavi Parochum et consilium Fabricae paroeciae L. eorumque authenthica responsa in quibus nil a veritate alienum inveni EE. PP. transmittam.«

Post hujusmodi informatiouem de more decretum prodiit: *Ponatur in folio et notificetur Archiepiscopo, qui moneat interesse habentes et praesertim Parochum, Exsecutores testamentarios et haeredes defuncti Sacerdotis B. ut quatenus velint deducant ulteriora jura sua coram s. Congregatione et de resultantibus s. Congregationem certiorem faciat.*

Pervenerunt Romam post decretum nonullae Parochi deductiones; Exsecutores autem Causidicum constituerunt, qui pro ipsis causam diceret.

Qui partes agebat Exsecutorum, notum esse inquiebat pro erectione novae paroeciae duo ex jure requiri videlicet legitimam causam et solemnitates: causam legitimam consistere in necessitate vel evidenti utilitate; necessitatem collocari solere in difficultate itineris et locorum distantia; quam quidem distantiam quanta esse debeat cum ex jure definitum non sit remitti Judicis arbitrio; praesertim cum omnes tandem necessitatis causae ad incommodum et difficultatem adeundi ecclesiam paroecialem reducantur, ceu inter caeteros docet *Fagnanus in cap. Ad audientiam n. 16. et seqq.*

Has porro necessitatis causas in praeseutia concurrere recognovisse monebat Orator ipsam Curiam, dum causa cognita expetitam erectionem primitus late commendaverit, foverit et adjuverit. Haec confirmari testabatur *tum* ab ichnographia loci quae exhibet iter inter oppidum F. et Paroeciam in montana regione per duo millia passuum et amplius serpens et rapido torrente intersectum tum a testimonio incolarum oppidi F. atque ipsius Sacerdotis testatoris, cum illi conclamarent novam paroeciam esse necessariam populo 400 incolarum, qui sine nimia difficultate accedere non possent ad ecclesiam paroecialem. Nunc autem duobus consiliariis ipsius paroeciae L., tempore non suspecto, regium placitum efflagitasse pro hujusmodi erectione, quam perutilem oppido ex eadem ratione judicavit.

Addebat Orator, moralem gravioremque difficultatem in simultatibus et dissidiis esse positam inter utrumque populum teste eodem Sacerdote testatore, qui in sua prima supplicatioue hanc causam interserait. Hinc subdebat, vix in discrimen optata erectio revocari coepit per posteriora Curiae decreta, adeo excrevisse dissidia, ut dicta Curia interdictioni ecclesiasticae diu subjecerit Capellam oppidi F.

Quod si necessitas non adesse judicaretur nullimode denegari posse contendebat utilitatem: cum enim legitima causa novae erigendae paroeciae sit necessitas vel utilitas, ambigi nou posse inquiebat quin utilitas adesset: constitueretur enim proprius Pastor qui agnoscens oves suas omnibus earum necessitatibus praesto esset, proniores redderet oppidanos illos ad pietatis exercitia; augeretur divinus cultus in Capella ejusdem oppidi eaque pingui legato ditaretur.

Hisce autem animadversis non esse quaerendum, inquiebat, de solemnitatibus, scilicet de Parochi et paroecianorum consensu cum ejusmodi solemnitates requirantur, non quidem ad formam actus, sed ratione praejudicii declinandi, quod quidem praejudicium idest populi gravamen et damnum Parochi praeexistentis cum in praesentia deessent, spernendum esse, concludebat, quemlibet eorum dissensum, juxta *Trid. Conc. sess. 21. c. 4. de ref.* et juxta ea quae tradit *Barbosa de offic. et potest. Epis. par. 3. alleg. 67. n. 20., Pax Jordanus Elucubr. t. 2. l. 10. tit. 31. n. 6., Monacelli p. 1. t. 2. fovm. 3. n. 3.*

At in praesenti themate, subjungebat, neque defuisse paroecianorum consensum juxta ea quae testabatur Archiepiscopus et ab initio testatus fuerat Vicarius, qui fassus est ejusmodi paroeciae erectionem esse in spe et desiderio populi oppidi F. Et quamvis postea studia partium excitata fuerint, quatuor tamen supra triginta patresfamilias, haud veritos aliorum indignationem, preces s. Congregationi erigendae paroeciae causa oblatas subsignasse.

Et hunc quidem juris rigorem locum habere inquiebat in casu, ubi dismembratio secumferat suppressionem alicujus Beneficii vel paroecialis mensae divisionem aut contributionem paroecianorum, uno verbo, praejudicium antiquae paroeciae: quibus in adjunctis erectio novae paroeciae cum speciem habeat alienationis graves requirit causas a jure praefinitas: ubi vero erectio nullum pariat praejudicium, eam omni favore dignam renunciari, ceu traditur in *Pisauren. 19. April. 1766 §: Caeteroquin.* Post haec enarrabat Orator quomodo Sacerdos testator ex suis bonis apprime consulueriit novae paroeciae erigendae necessitatibus: neque vero antiquo Parocho damnum inferri, cum ex ea populi portione non perciperet nisi quinque italicas annuas libellas, quod quidem damnum facile compensari posset, ut indicatum fuit in *Anglonen. die 20. Decb. 1704.*

Quinimo, prosequebatur, justitiam id hodie exposcere. Antecessoribus enim Sacerdotis pergratum erat, ut eorumdem haereditatis portio ad novam paroeciam constituendam impenderetur; si vero id fieri non potuisset, profecto iidem voluissent in aliud pium opus eamdem substantiam erogari. Curia autem archiepiscopalis Sacerdotem B. impulit ad novae paroeciae erectionem. Cum porro penes civilem magistratum nihil jam adesset medium inter peremptionem legati et paroe-

ciae erectionem, justitiam haud sinere, inquiebat, ut plebs oppidi P. tanto beneficio, ecclesia pingui legato et Sacerdos B. debitis suffragiis fraudarentur.

Quamobrem etsi justae causae abesseut, quominus auctoritas ordinaria ad erectionem procederet, cousuleudum esse concludebat ss. Patrem, cujus auctoritas omnes supplet canonicos defectus: *Pyrrhus Corradus, prax. benef. lib. 3. c. 2. n. 4.*

Parochus et Aeditui nullam esse inquiebant legitimam causam ad dismembrationem veteris et erectionem novae paroeciae; e contra gravissimum damnum eam esse allaturam. Quoad defectum legitimae cansae, inquiebant, fractiouem oppidi F. citeriorem distare ab ecclesia paroeciali spatio, quod infra horae quadrantem quisque commode percurrere posset: aliam vero superiorem fractionem, quae per mediae horae itineris spatium distaret, sese opponere dismembrationi: commodam esse viam quovis tempore sive aestivo sive hiemali sive die nocte terendam, parvum esse integrae paroeciae numerum paroecianorum, qui vix nongenti numerarentur; fractionem superiorem, de qua diximus, jam possidere Capellam et Capellannm, ita ut necessitatibus illius fractionis distantioris jam esset cousultum.

Ad damuum quod attinet, inqniebant, panca qnidem esse emolumenta incerta totius paroeciae, quae minora evaderent ex dismembratione, et Parochi damno accessnrum esse etiam damuum paroeciae, quae privaretur parte suorum subsidiorum; novam praeterea paroeciam subsistere non posse ob mediorum defectnm; parvam esse capellam et novam oportere aedificari ecclesiam etc. cni qnidem oppidani illi providere non posseut; eo vel magis quod paroeciauorum nniversale votum adversaretur erectioni.

Ob ejusmodi ratioues negabat Parochus expedire nt sna paroecia divideretnr, quam ipse canonice possideret, et cui provide hactenus consuluisset.

His deductis propositum fuit resolvendum dnbinm:

»*An et quomodo sit locus erectioni novae paroeciae in casu?*«

S. Congregatio respondit die 18. Aug. 1866:

Affirmative in omnibus: et ad mentem: mens est ut Archiepiscopus quamprimum proponat limites novae paroeciae erigendae et doceat de damno, quod exinde proveniet Parocho loci vulgo L., ut possit provideri.

Transmissa ejusmodi Resolutione Curia archiepiscopalis scitata est a s. Congregatione, an in statuendis limitibns uovae paroeciae *audiendus esset populus ab antiqua paroecia disjungendus, ne inposterum inconsultae familiae dismembratae aggregationem recusantes majores dissensiones excitarent vel potius hujusmodi limitum definitio fieri deberet partibus omnino inconsultis, qualiscumque futurus esse possit exitus.* Quo in casu se optare ajebat, *ut aliquis specialis delegatus a s. Congregatione deputaretur ad limites determinandos, ut omnes suspiciones et querelae contra se sive ex parte parochianorum sive ex parte Parochi amoverentur.* Ita vero *definitis limitibus facile computari posse* concludebat *damnum proveniens Parocho.*

Perveuit Romam et libellus a quinquagiuta quatnor paroecianis subscriptus, qui sustinebant superins adductas Parochi rationes. Huic libello accessit et alter signatns a triginta dnobus incolis oppidi F. seu circumstautium vicorum, qui respuebant erectionem, ea praecipne de causa, quia ipsi non possent multis subjacere expensis quibus indigeret uovae paroeciae erectio.

His accedebaut novae Parochi querimoniae qnibus compatiebatur statum haeredum, qui eo legato ad erigeudam paroeciam indigentes esseut evasuri et indicabat dissensiones ortas et orituras etc.

Ex parte Executorum testamentariorum eadem fere repetebantur, quae supra descripsimus, qnibns haec Orator adjungebat: videlicet consensum Parochi iu dismembratione paroeciae requiri non pro forma quae essentialis sit ad validitatem dismembrationis, sed audiendum enm esse ratione praejudicii, quod posset eidem inferri ut dictum fuit iu *Ravennaten. die 18. Febr. 1854 §. Unum.* Praejudicium autem Parochi si consideraretur quoad jurisdictiouem, iu quavis dismembratione occurrere, quin idcirco compensari necessario debeat. Quodsi hinc incommodo provideri velit, id fieri posse inquiebat reservatis juribus matricitatis Paroeciae L. Quodsi praejudicium consideraretur quoad emolumenta quae vulgo audiunt *jura stolae*, tenuissimum omnino esse, de quo neque conqueri quidem posse Parochum, qui a partiali muneris sui labore sublevaretnr. Sed etiam huic tenuissimo detrimento satisfieri posse, inquiebat, vel persoluta aliqua summa pro nnica vice, ut factum fuit in *Novarien. 22. Martii 1766*, vel injuncto onere novo Rectori annuae cu-

jusdam praestationis in recognitionem jurium ecclesiae paroecialis L., ut factum est in *Anglonen. 20. Decb. 1704.*

Ast, pergebat Orator, neque ipsum Parochum de aliquo suo praejndicio in praeseutia conqneri, cum is unice urgeret detrimentum populi quem falso supponebat perferre debere impeusas erectionis, necnon detrimentum haeredum, qui licet consecuti fuissent patrimonium iu actis denuuciatum libell. 988 23, tamen pium legatum persequerentur contra dissertam testatoris legem, qui caducitatis poena mnlctavit *quemvis ex haeredibus qui litem movere auderet aut violare quacumque ratione ordinem et dispositionum suarum naturam.* Quare concludebat orator dissensum esse irrationabilem; ideoque novam paroeciam esse erigendam, Parocho etiam invito, juxta textum in *cap. Ad audientiam**) *de Eccles. aedif.* et *Conc. Trid. sess. 21. c. 4. de reform.*

Minus vero negotii, addebat, facescere parochianorum dissensum. A doctrina enim canouum aliennm esse in erectione Beneficiorum contradicentium inteutiouem exquirere quemadmodum hodie fieri videmus in politicis vicissitndinibus a magistratibus qui plebiscitum exquiruut. Hiuc sententiam, quae cousensum majoris partis paroeciauorum requireret, pro erectione paroeciae improbari a *Barbosa de offic. et potest. Episc. part. 3. alleg. 68. n. 4.*

Quodsi suppoueretur necessarius consensus plebis dismembrandae, eamdem tempore utili consensisse animadvertebat: quodsi postea paroeciani senteutiam mutassent, nihil proficere, tum quia quod semel placuit displicere non debet, re non amplius integra; postquam scilicet Sacerdos paroecianorum votis et Curiae suasionibus obsequens erectionem paroeciae praetulit cuilibet alteri piae causae, tum etiam, quia ejusmodi posterior contradictio excitata dicebatur studio praesertim Parochi, qui iutegram paroeciam percurrit quaerens omuium subsignationes, eos deterreus ingentium expensarum praetextu, quibus populus subjaceri debere fingebat pro necessitatibus erectionis.

His aliisque dedactis propositum est

D n b i u m:

An et quomodo sit standum vel recedendum in decisis in casu?

S. Congregatio C. die 24. Augusti 1867 respondere ceusnit:

In decisis et amplius; et in casu de quo agitur non esse exquirendum consensum neque Parochi neque populi constituto tamen annuo canone librarum sex cerae albae elaboratae favore paroeciae loci L. *in signum matricitatis.*

Ex quibus potest colligi:

I. Dismembrationem paroeciarum fieri non posse sine legitima necessitatis vel evidentis ntilitatis causa, extrinsecis adhibitis solemnitatibus.

II. Ejusmodi solemnitates consistere in audiendo Parocho aliisque, quorum id intersit, quamvis eorumdem dissensus, si irrationabilis sit, sperui possit ac debeat.

III. Distinguendum tameu esse casum dismembrationis, quae fieri non possit sine gravi jactura existentis Parochi et populi, ab ea quam fieri contingat ex nova dotatione et fundatione sine illorum temporali jactura.

IV. Existente evideutis ntilitatis causa, novis advenientibus ex peculiari fundatioue et dotatioue redditibus necessarium uon censeri neque Parochi neqne populi consensum exquirere.

V. Quod enim tibi non nocet et aliis prodesse dignoscitur, id qnominus fiat impediri non potest.

VI. Maxime vero iu praesenti casu, iu quo sine defraudatione voluntatis pii testatoris, ad erigendam paroeciam a populo et a Curia provocati, erectio paroeciae impediri uon potuisset.

De Parochi Populique Consensu in Paroeciarum Dismembratione.

Praesenti aetate nihil frequeutius auditur quam *populi consensus* in rebus publicis gerendis qui consensus non solnm consideratur tamquam conditio, humana lege fortasse constituta vel constitueuda ad rempublicam rite gubernandam, sed laudibus effertur tamquam supremum et inalienabile populi jns: nihil ergo est facilius quam nt rei canonicae ejusmodi praeingestas opiniones aliqua ex parte applicemus; quamvis tota traditio clamet iu Ecclesia jure divino alios constitutos esse qui praesnnt, alios qni subsnnt, alios qui imperant, alios qui obediunt.

Hisce postremis annis nouuullas acriter agitatas causas ex Italia Romam delatas vidimus, in quibus populus de paroeciarum negotio interpellatus ea propemodum ratione se gerere

*) Vd. *p. 1101.*

visus est, quasi vero plebiscitum esset editurus, ita ut ex ejusdem consensu aut dissensu canonica quaestio esset jure definienda.

Quare expedit nonnulla memoria recolere, ut justo pretio aestimari possint ejusmodi solemnitates in paroeiarum dismembratione.

Nullum habemus juris canonici textum, qui praescribat in paroeiarum dismembratione exquiri debere consensum populi: pauci insuper sunt Interpretes, qui de hoc consensu exqnirendo, ne dicam tractent, sed mentionem faciant: multi siquidem commemorant, audiendum esse Rectorem ecclesiae paroecialis dismembrandae, quamvis et hi non in eodem sensu loquantur, sed plerique prorsus silent in quaestione de audiendo populo, multoque magis de ejus consensu exquireudo.

Sed nt rei originem quaeramus interpretes juris canonici innitnntur illi principio, quo traditur, in alienatione rerum ecclesiae praeter canonicam causam audiendos esse eos quorum intersit, prout nominatim eruunt ex *cap. 1 de Rebus ecclesiae non alien. in 6.°* cujus haec est facti species: vacaverat qnaedam paroecia; Episcopus cum consensu sui Capituli hujus ecclesiae vacantis decimas sejuuxit, easque univit et Archiadiaconatui, nullo praecedente tractatu: novus Parochus decimas sicut suus antecessor petiit; at Archidiacouo coutradicente quaestionem resolvit Innocentius IV. qni ita rescripsit: *Quia vero in consessione hujusmodi praedicta ecclesia (cum vacaret) legitimo caruit defensore, qui sibi prius ab eodem Episcopo debuerat deputari: quia etiam tractatus solemnis et diligens, qui in talibus concessionibus perpetuis et alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eadem: ordinationem et concessionem ipsam (praesertim cum evidens necessitas, quare fieri deberet, vel utilitas non subesset) de fratrum nostrorum consilio decerninus non valere.«*

Ex qua eruitur, praeter evideutem necessitatem vel utilitatem in sejunctione rerum ad aliqnam ecclesiam pertinentinm, fieri debere solemues tractatus atque judiciali qnidem ratione citandum esse Rectorem ecclesiae, vel ejns defensorem constituendum si ecclesia vacet, eumque audiendum, ne absqne proprio defensore,*) illa laesiouem patiatur. Ex qno inferunt Auctores, citandos et audiendos esse eos omnes, quorum alienationem rerum ecclesiasticarum intersit.

*) Vd. *t. II. p. 1078. c.*

Cum dismembratio paroeciae *speciem* habeat alienationis, citandum audiendumque esse deducunt Rectorem, Patronos, si qui siut, nonnulli adjunguut populum: quin imo scribunt nonnulli (ex miuus accurata ratioue loquendi) necessarium esse consensum Parochi et populi. Interest enim Rectoris seu Parochi ob immiuutiouem oblationum emolumentorum etc. interesse populi potest, cujus gratia dismembratio fit, quin nimium posset gravari, si satis redditnum non habeatur, quibus Parochi sustentationi consulatur.

Ex his autem facile unusquisque percipit, quam umbratilis sit ea deductio de Parochi populique conseusu exquireudo in dismembratione paroeciarum; quae deductio nulla profecto esset, si Parochus et populus grave detrimentum quoad temporalia bona non esset passurus.

Ejusmodi deductiones minorem valorem habere videntnr, si consideretur Constitutio Alexandri III. *in cap. 3. Ad audientiam de Eccles. aedif.*, quae in paroeciarum dismembratioue prae oculis est apprime habenda, tum quia Trid. Concilium eam tamquam specialem uormam constituit *in sess. 22. c. 4. de Reform.* Ea autem sic se habet: *Ad Audientiam nostram etc.**)

Iu hac Constitutione si ad solemnitates respicias nihil reperies quod referatur ad consensum Parochi, cum contra statuatur, Parochum impedire opus non posse, quare, existente canonica causa, nullimode ejus exigitnr conseusus: quod et Trideut. Concilium *loc. cit.* expresse constituit; edixit enim: *in iis vero, ex quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possent, novas parochias etiam invitis Rectoribus juxta formam Alexandri III., quae incipit:* Ad audientiam *constituere possint.* Ex quibus apparet, quam improprie mentem snam aperiant illi Auctores, qui de his solemnitatibus loquentes doceant requiri consensum Parochi.

De populo in Constitutione Alexandri III. nec verbum quidem fit; nihilomiuus incidit populi nominatio in constitutione Trid. *loc. cit.* quae sic prosequitur: Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocunque pertinen-

*) Vd. *p. 1101*.*

tibus et si necesse fuerit *compellere possit populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentendam.* Quare ex falso supposito illi pauci Auctores, qui de dismembratione paroeciarum agentes mentionem faciunt de populi ceusensu exquirendo, questionem instituunt, an omnes paroeciani debeant consentire et utrum sufficiat major paroecianorum pars, aut saltem tertia pars; quos Auctores citat *Barbosa de Epis. All. 68;* nullibi enim praescribitur, consensum populi esse necessarium ut Ordinarius ad dismembratiouem deveniat: sufficit enim ut canouica causa existat et compelli potest populus, nt alimenta novo Parocho subministret.

At, licet neque Parochi neque populi conseusus sit necessarius in paroeciarum dismembratioue, quaestio tamen institui potest, an Episcopus teneatur citare et audire Parochum antequam deveniat ad actum dismembratiouis, sive hic dissentiat sive consentiat et quatenus teneatur an neglecta hac citatione irritus ipso jure sit actus aut sit resciudendus ad instantiam.

Veteres Auctores mordicus insisteutes in forma *cap. 1. de reb. eccles. non alien.* supra allegati similiumque juris capitum doceut ejusmodi citationem adeo uecessariam esse etiam in dismembratione paroeciarum, nt sine ea nullus sit actus, ita ut haec citatio requiratur *pro forma*, nou vero ad declinandum dumtaxat praejudicium; et hanc veterum doctriuam plerique Auctores Concil. Trid. posteriores sequuti sunt, eaque reperitur inserta in nonnullis decisiouibus s. Rotae et juxta *Fagnanum* S. C. Concilii in antiquioribus resolutionibus seqnuta est. Expedit rem exemplis osteudere. *Pyrrhus Corradus in Praxi Beneficiaria l. 3. c. 2.* haec scripsit: »Quoties hujusmodi dismembratio fit per Ordinarinm, ntrumque omuino requiritur scilicet solemuitas et causa; licet secus dicendum sit quando fit per Papam; quia quoad solemnitates ad id requisitas suppleutur ejus auctoritate. Ratio autem cur requirantur istae solemnitates et causa, declarantur in una *Toletana Parochialis de Madrid 1. Febr. 1602*, nempe quod requiritur consensus Rectoris, non solum pro ejus interesse, sed pro forma inducta ad rigorem juris observandum in favorem publicum, ne ecclesiae pauperarentur ut dicitur ibi late deductum in una *Senogallien. Spolii 10. Decb. 1568 coram Finetto*, ubi fuit dictum, quod consensus subsequens Rectoris non convalidat alienatiouem nullam sed operatur quod ipse Rector non possit contradicere.«

Faguan. in cap. *Ad audientiam* supra allegatum n. 29. rescripsit: »Tertio principaliter requiritur ad erectionem novae parochiae, ut citetur Rector matricis ecclesiae; nam etsi erectio fieri possit etiam ipso invito, tamen non potest fieri nisi eodem citato et requisito, ut *cap. Multis* . . . . . et jam ceusuit S. Congregatio, ad erectiouem uovae parochiae uou esse procedendum aliter, quam citato Rectore parochialis, iutra cujus fines nova Parochia fuerit erigeuda; et erectionem omissa ejusmodi citatioue ab Ordiuario factam nullius momenti existere. Nec tantum Rectoris ecclesiae, sed etiam aliorum omuium quornm interest, praerequiretur citatio. Uude quaerenti, an requiratur consensus Rectoris vel Commeudatoris ant Magni Magistri ad erigendam novam parochiam infra limites parochialis subjectae Ordini S. Joan. Hierosolimitani, respousum est: ad erectionem posse procedi etiam iuvito Rectore, dum tamen praecesserit citatio tam ipsius quam omnium aliorum, quorum interest.«

At vero inspecta praxi, quae obtinet penes s. Congregatiouem Coucilii, quamvis S. C. nou patiatur dismembrationem ab Ordinario factam, illis omuibus penitus insciis, quorum id intersit, non excluso popnlo tameu non videtur cousiderare actum citationis eorum, quorum intersit, tamquam formam, qna neglecta nulla sit dismembratio, sed tamquam solemnitatem, quae conferat ad causae cognitionem et ad decliuandum praejudicium. Et in hac re expedit recolere causam peues s. C. agitatam in *Spoletana Dismembrationis Parochiae die 3. Octobris 1716*, quam refert *Ursaya Discept. eccles. t. 8. p. 1. discept. 29.* Haec erat facti species: Parochus quidam cognomeuto Petronius, cujus paroeciae comprehendebat nonnulla oppida, vocatus fuit in judicium a paroecianis Vallis Lougae, qui contendebant ea iu Valle Parochum residere debere: causa agitata Parochus fuit absolutus, nihilomiuus eidem impositum fuit, ut Capellanum ea iu Valle coustitueret, qui aleretur expensis ipsius et populi; haec iujunctio uon fuit executioni maudata. Post 16 aunos occasione Visitationis in dicta Valle Longa turmatim ad Episcopum accesserunt villici insistentes pro dismembratione illius Vallis a paroecia; post multos tractatus Petronius Parochus

conseusit sub pluribus conditiouibus. Tum Episcopus decretum emisit dismembratiouis et novam contulit parochiam.

Parochus deinde iustitit peues s. C. C. ut decretum dismembratiouis rescinderetur; Ursaya causam diceus pro Parocho, sic quoad solemuitatum defectum disceptabat: Iujustitiae dismembrationis jungitur illa evidens nullitas, ex quo ad illam deventum fuit siue solemnitatibus et forma judicii, dum non fuit citatus Petronius, minusque deputatus Defensor successorum in parochia, quae omuia omniuo praecedere debebaut, pro validitate dismembrationis ex punctualiter firmatis per *Rotam in decis. 1048. n. 5. et seqq. coram Emerix juniore* ubi dictum fuit: *Non suffragante quod in literis dismembrationis asseratur Episcopum processisse causa prius cognita, in actu visitationis et insimul accessisse consensum populi et ipsiusmet Archipresbyteri. Quoniam ista non debent pendere ab assertione partium vel etiam ipsius Episcopi auctliorizantis dismembrationem, sed debet de iis positive constare ex processu desuper fabricando.*« Nihilomiuus, proposito s. Congregationi C. dubio, die 9. Octobris 1716:

Au sustineatur dismembratio cum conditionibus in ea appositis?

Respousum prodiit:

Dilata et firmetur status utriusque paroeciae, non retardata interim exsecutione dismembrationis.

Ex qua apparet s. Congregationem ratam habuisse dismembrationem, quamvis ea facta non fuerit iu forma judiciali.

Haec quidem procedeudi ratio conformior esse videtur Trideutinae dispositioui, quae non cousideravit paroeciarum dismembrationem ut rerum ecclesiasticarum, in qua solemnitates illae suut ex jure servandae, uon excluso Capituli couseusu, sed potius praescripsit specialem formam et modum, quod facilius Ordinarii consulere possiut spiritualibus populorum indigentiis in illis paroeciis, in quibus ob locorum distantiam et itineris difficultatem paroeciani accedere ad proprium Parochum siue gravi iucommodo non possunt, eo vel magis, quod paroeciis accurate determinandis pro tutiori auimarum salute ampla tributa fuerit Episcopis potestas in *cap. 13. sess. 24. de ref.* §: *In iis.*

E contra, cum ageretur de nuda Beneficiorum dismembratione aut unione (quae quoad canonicas solemnitates iu jure aequiparantur) districte Tridentiui Patres eas prohibueruut, nisi fierent in solemni forma judicii iu *sess. 7. cap. 6. de ref.* edicentes: »*Uniones perpetuae . . . . quae deinceps ad cujusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis aut alias rationabilibus causis, coram loci Ordinario, vocatis quorum interest, verificandis . . . viribus omnino careant.*«

Fesulana.

Ad dismembratiouem concedeudam requiritur couseusus Rectoris paroeciae, a qua fit dismembratio, *cap. 1. de eccles.: non alienan.*

Die 27. Apr. 1826.

Disseusus Rectoris plurimum sibi vindicat, si justa causa nitatur. Alioquin ipsum Trideutinum permittit dismembrationes *invitis rectoribus sess. 21. cap. 4. de reform.*, s. Cougr. iu *Anconitana Dismembrationis 30. Aprilis 1803.*

3) Dioecesis.

Vd. *Dioecesis; Dismembratio ecclesiar. a dioecesi etc.*

4) Ecclesiae Cathedralis parochialis concessa.

Reganateu.

Decedens 1786 Maria Melchiorri fiduciam a praefuncto viro Tiberio Cruciam acceptam declaravit maudans ut integra haereditaria substantia, nouuullis piis legatis exceptis, iu erectiouem ac dotationem impeuderetur unius aut duarum paroeciarum prudeuti Reciuetensis Episcopi arbitrio erigeudarum in satis amplo ejusdem civitatis agro. Porro primae paroeciae s. Crucis nuncupatae erectio facta est 1796 congrua eidem bonorum assignata a quibus redibant annua scuta 120. Reliqua vero bona quae majorem patrimonii partem coustituebant administrationi supposuit Episcopus ejus temporis, secundam alibi erecturus quum primum extructa fuisset Ecclesia et domus parochialis. At Recinetenses Agricolae copiam ex una parte bouorum haereditatis Cruciam, gravissimam ex altera territorii perquam lati indigentiam perspicientes, tertiam duabus paroeciis addeudam optarunt iu districtu paroeciae Montis Murelli. Ad hoc perficiendum modum proposueruut assignaudi III. Parocho congruam ex redundanti summa redditiuum Gruciani et ex annuis scutatis quinquaginta quae Parochus Montis Murelli praestare debebat rurali capellano Curato, quandoquidem isthaec paroecia licet iutra urbis moenia posita sit

multum tamen per agros protenditur. Conveuientibus in id cousilii Patronis de Turri, Melchiorri necuou Parocho Montis Murelli preces s. huic Ordiui oblatae suut apposita in iis conditione acquisitionis jurispatrouatus super tertia paroecia aequis partibus favore utriusque familiae patrouae et Parochi, cui iusuper aliquod honorificum jus supra novam paroeciam reservabatur; et praeeunte proposito Ordinarii suffragio proposito dubio:

An et quomodo sit locus erectioui tertiae Parochiae iu casu?

propitium pariter prodiit responsum die 26. Sept. 1795:

Affirmative juxta consensum Turri et Melchiorri et Parochi Montis Murelli excepto tameu praeteuso siguo honorifico cujus loco habeatur rata patronatus.

Videbatur itaque nounisi post duas alias paroecias tertiam hauc erigi potuisse. Attameu factum est ut, secundae erectione suspeusa, tertia in ambitu paroeciae Montis Murelli iustituta fuerit quae a s. Petro Apostolo uomen habet et congrua peritorum judicio ex tunc assiguata ad 120 circiter scutata constituta pariter est. Excogitatum exinde fuit secundam erigere paroeciam eo usque posthabitam: ast ob aes alieuum haud exiguum iu supradicta tertiae erectione contractum factum est, ut haereditatis operisve pii Cruciani residuum sub admiuistratioue manere debuerit; et maneat adhuc; quippe licet ex dicto residuo quivisset utique, volveutibus anuis, novo Parocho congrua sufficiens assignari, deerat tameu uummorum copia ad Ecclesiam et parochiales aedes construeudas. Huic difficultati sedulo ut occurreret cl. me. Episcopus Bernetti petiit obtiuuitque rescripto s. hujus Congregatiouis diei 18. Decb. 1843, suspensiouem ad viceuos auuos collatiouis beneficii simplicis sub invocatioue ss. Jacobi, Christophori ac B. Mariae V. Pietatis ejusque redditiuum erogationem in expositam causam.

Res ita se habebant quum fere iusimul gemini supplices libelli porrecti s. huic Ordini fuere 1847., primus scilicet ab hodierno Antistite quo facultatem poscebat applicandi residualia Cruciani bona Paroeciae s. Dominici jam praeexistenti, quae in civitatis hypodromo sita parvoque spatio circumscripta latius exteudeuda esset, praesertim in agros, ac fere millibus hominum capitibus augenda ex iis qui modo Paroeciae Cathedralis uimis amplae ac frequenti subsunt. Alter vero libellus a Parochis s. Crucis et s. Petri quo urgebant ut superextantia bona causae piae Cruciani iuter eos aequis partibus dividerentur. Tam Episcopus quam Parochi in eo potissimum concordes erant, quod necessitas secundae erigendae paroeciae, hucusque uti uarratum suspensae, modo evanuerit per supremum quoad Placidi Conti elogium, quo duae aliae rurales paroeciae in territorio Recauateusi suut erigeudae et fortasse quam cito opus perfectum erit. Parochi vero ulterius addebant sese congruae augmentum*) exposcere quia secus necessaria ad vitae sustentationem sibi deesseut, idque testimouio eorum qui iu parochiali muuere ipsos praecesseruut comprobaut.

Utrumque libellum Episcopo eidem remisi, ut super omni negotio scitu necessaria referret, auditis iuteresse habentibus exquisitoque consensu Parochi Cathedralis super proposita dismembratioue, ab eoque accepi responsum quo narrata confirmat, atque haec addit; »Quautumvis mihi ut verum omniuo fatear summopere sit cordi erectam sive ut rectius loquar adauctam conspicere paroeciam s. Dominici agrestes aliquas familias ei subjicieudo etsi euim opere pio Conti gravi sit necessitati haud parum consultum, perutilis tamen mihi videtur semper ceuseuda paroeciae s. Dominici ampliatio, quum de territorio agatur quod octo et quadraginta millibus passuum in gyrum comprehenditur uec habet nisi quatuor dumtaxat rurales paroecias, quantumvis iuquam Ecclesiae s. Domini favere optem, nihilominus tamen secius maximo quoque afficior studio, ut parochi praesertim rurales congruam habeant, quae plusquam satis eis esse valeat.

Hic autem notatu diguum est quod si nude ac simpliciter dictorum parochorum s. Crucis et s. Petri votis annuatur, prout ipsi expouunt ac prout etiam Patroni desiderium quoddam uuper mihi siguificaruut, ad majorem eorum utilitatem video non referre. Enim vero ex rationum redditioue hodierni Administratoris pii operis Cruciani liquido patet, aunuum fructum sicut ex decennio desumitur adscendere ad scut. 69. 52. 2. queis adjecta summa prope scut. 25., quae pro quibusdam admiuistrationis impensis, si rerum gestio ipsis Parochis cedat, non suut inposterum fundenda, superesset in-

*) Vd. *p. 570.*

teger proventus scnt. 94. 52. 2. aeque divisibilium inter utrumque Parochum.

Ast prae oculis habendnm, quod Parochus Montis Murelli sese obligavit ad praestandum qnotannis Parocho s. Petri sc. 50 tantummodo in supplementum haereditatis Cruciani ea lege, ut ex superextantibus Cruciani bonis non modo duae sed tertia qnoque erigeretnr paroecia et quidem haec intra Suae paroeciae limites.

Item Prior Parochus Collegiatae Castri Novi, cui a Parocho s. Crucis sc. 12 unoquoque anno snnt solvenda ob adventitios proventus vulgo incerti qni in hujus novi Parochi favorem imminuti sunt Collegiatae, etiamsi recensita duodecim scutata cum potnisset exigere, cognita tamen illius inopia, usque adhuc tenni re contentus, ceterum ei libenti animo remisit.

Verum in casn qno tertia paroecia qnae ceteroqnin velnt indicavi secunda esse debuerat non ultra erigatur, nihil profecto facilius, imo pro certo habeo, quod tam Parochus Montis Murelli denegaturus sit 50 scut. qnia deesset conditio de jure apposita, quam Prior etiam Parochus Collegiatae integram snmmam sibi debitam petiturus qnia paupertatis titulus in favorem Parochi s. Crucis jam non amplius urgeret. Inde ergo sequeretur nt Parochi dum postulant divisionem inter se sc. 95 52. 2. amitterent aliunde sc. 62, ideoque dividenda inter eos remanerent sc. 32. 52. 2. qnae qnidem utilitas qnam modica sit nemo non videt. Itaque ut landati Parochi Oratores qnoad fieri potest invidentnr, quin tamen effugiat desiderinm meum jam patefactnm augendi paroeciam s. Dominici post multas variasque indagines, post sedulnm diuturnnm examen, tandem coepi, qnod nunc EE. VV. hnmillime subjicio, quodque enixe rogo atque obtestor nt sanciatnr. Eqnidem fateor hujusmodi consilinm multas amplecti disparatas res pluribusque indigere apostolicis sanctionibus: verum ad utrumqne supra descriptum finem asseqnendum singulae partes sunt eodem modo necessariae:

1. autem haec est nt bona pii operis Cruciani qnae administrationi subsnnt infra duos Parochos s. Crucis et s. Petri jnxta eorumdem preces pro rata aequali dividantur,

2. ut parochns Montis Mnrelli debeat et inposterum pro Parocho s. Petri 60 scntata persolvere, stante quidem pro eo lege jurispatronatus ab ista s. Congregatione Concilii statuta;

3. ut reductio sive imminutio pensionis, quam Prior Parochus Collegiatae Castrinovi jamdiu sponte concessit Parocho s. Crucis, quin tamen juri suo renunciarit, talis perpetuo sit mansura;

4. ut mihi detur facultas ampliandi paroeciam s. Dominici tribnendo illi aliquot familias intra urbem de vico emporio, dicto vulgo mercato, plures etiam de agro;

5. ut eidem paroeciae s. Dominici, nltra triginta septem scutata quae actualiter possidet, in perpetuum applicetur beneficium simplex sub titulo ss. Jacobi, Christophori ac B. M. V. Pietatis, quod uti liquet e folio redditionis rationnm, sublatis impensis Administrationis, quae beneficio ad parochum devoluto non amplius sunt compntandae, attingit fructum omni onere purgatnm scutatorum 65;

6, ut scut. 362, asses 58 de redditibus ejusdem beneficii extantia penes administratorem investiantur in favorem ipsins Paroeciae s. Dominici, qnae ferrent fructum scutatorum prope 18. His ergo adjectis scnt. 37 quae actn possidet aliis sc. 65 ex beneficio haberetur congrua circiter scut. 120,

7, nt (quoniam dicta congrua remissior fortasse videatnr pro ecclesia sita in medio urbis, satis ampla popnloque nt plurimum referta) uterque Parochus s. Crucis et s. Petri adstringantur ad praestandam annuam pensionem sc. 20 pro nnaquaque in favorem Sacristiae ejusdem ecclesiae s. Dominici. Nec porro ejusmodi onus grave ipsis Parochis judicandnm est, cnm praeter bona operis pii Cruciani assignarentur ipsis hanc ob causam sc. 50 a Parocho Montis Murelli provenientia,

8, nt in electione ac nominatione Parochi s. Dominici qnodlibet juspatronatns excludatnr, cum ipsius congrua efficeretur e fundis in quos nullam omnino habet influentiam haereditas Cruciani,

9, Superexstantibus apnd administrationem ejusdem pii operis Cruciani sc. 599. 59. 1. licet in ea parochi Oratores nihil habeant juris, praeterqnam qnod enim totum Cruciani Patrimonium ipsis obveniret, obtinuerunt nlterius usque adhuc per 34 annos a Parocho Montis Murelli quinquaginta scntata qnae summam efficinnt sc. 1700, sine quibus procul dnbio non modo non haberetur hodie snmma snperextans, sed ne fieri quidem potuissent quaedam in fundis beneficia, quae modo ipsis cederent; nihilominus censeo atque exoro, ut illis indulgeatur assignando eis saltem sc. 200 super aliquo praedio fructivero investienda ut inde fructus pro rata ipsorum praebendae addatur,

10, tandem ut residualia sc. 399. 59. 1. impendi liceat in ecclesiae s. Dominici restauratione atque in iis quae possunt occurrere si forte ampliatio paroeciae sequutura sit.

Porro de propositae compositionis utilitate haud videretur ambigendum per ea quae subnectit idem Episcopus.

Ait enim: »Tale consilium profecto utilius undequaque mihi videtur; utilius quidem Parochis oratoribus qui majus ita subsidium conseqnerentur, qnam postulaverint; utilius populo agricolisque Recinetensibus, qui in extensione paroeciae s. Dominici compensationem quamdam reperirent de omissa tertia paroecia pio opere Cruciani erigenda; utilius Patronis, qui auctis congruis parochorum s. Crucis et s. Petri facilius poterant exercere jus suum de quo interdum questi sunt; utilius ecclesiae s. Dominici in qna Imago maxime prodigiosa B. M. V. Rosarii ab universis civibus praecipuo honore semper colitur, quia dotem habens pro Sacristia et sufficientem congruam pro Parocho sacra officia decentius videbit in suis aedibns exerceri, quin Episcopus adigatur aliquem pium sacerdotem efflagitare, qui solo devotionis spiritu ejus labores curamque snstineat, veluti in praesentia quoque accidit; utilius demum ecclesiae in genere, nam haec Paroecia s. Dominici non subjaceret Patronatui, sed liberae esset collationis.

Jam praeter haec qnae fuso satis calamo exponit Episcopns, pauca de praecipuis articulis juverit addere. Et quoad primnm inquirendnm esset, nnm jure congruae augmentum petant Parochi Oratores; quandoqnidem ex enarratis patet eam in fundatione fnisse rite statutam in scut. 120, quae limites in constitutione S. Pii V. *Ad exequendam* statutos nednm attingit, sed etiam excedit. Scitum autem est, congruam assignatam non este augendam, *Gregor. decis. 429. n. 2., Pignatell. t. 10. consult. 126. n. 1.*, nisi superveniat notabilis mutatio et intersit nova rationabilis causa, ceu etiam ex Rotae decis. tradit *Ferrar.* verb. *Congrua art. 2. n. 50.* Qnod eo magis obtinere videtur in themate qnia congruae assignatio facta favore paroeciae in aequali redditnum summa sc. 120 agnita a s. hac Congregatione fuit resolutione superins memorata 26. Sept. 1795. ac saltem implicite probata quoad binas alias tnnc erigendas paroecias.

At vero proposito augmento favere posset votnm Tiberii Cruciani testatoris dum mandavit nt ex universa re sua vel duae paroeciae erigerentur ac ditarentur. Quod si exinde derogatum ex parte, suprema auctoritate, voluntati fuit, id nonnisi necessitate suadente factum est; hac autem ob immutatam rerum conditionem evanescente, cum etiam desierit derogationis ratio, nil magis juri ac aequitati conforme quam ut testatoris dispositio etiam suae integritati restituatur; pias enim defunctorum voluntates sancte religioseque esse servandas omnia jura clamant. Nihil autem impedimento esse assignationem jam factam quominns congrua augeatur quia quoties ea insufficiens deprehendatur poterit utique snccessive angeri ab Ordinario*) cui ea super re omne defertur a jure arbitrium, cum a Concilio nil fuerit in specie definitum, *Frances. de Cathedr. cap. 1. n. 111., Pignatell. consult. 44. n. 10. t. 8., Giraldi in Barbos. de off. paroch. cap. 415. append. 2. n. 31. et seqq.* ubi etiam animadvertit., Bullam Pianam, quae ceteroquin afficit dumtaxat Vicarios perpetuos paroeciarum quae monasteriis, collegiis, beneficiis et locis piis unitae sunt juxta declarationes PP. Innocentii et Benedicti XIII. et XIV., nnllum praestare impedimentum huic augmento, in quo quidem statuendo prae oculis habendam esse rerum, temporum ac locornm imnntatam conditionem apte monent *Reiffenstuel lib. 35. tit. 3. n. 23.* et *Giraldi loc. cit. n. 32.*

De II. et III. articulo gravamen aliquod inferri posset ab utroque Parocho Montis Murelli et Castrinovi, perperam tamen uti sentit Episcopus. Illi enim haud fas esset excipere, tres paroecias fore erigendas, qnnm potius conditionis ab ipso appositae vis ea fuerit nt tertia in sno districtu erigeretur paroecia, quod utique adimplementum est. Praeterea, nisi daret Parocho s. Petri quinqnaginta scutata, ratam ipse patronatus amitteret et totidem solvere teneretur ex lege collationis suae paroeciae rurali Capellano. Parochus antem Castrinovi in divisione Collegiatae per institntionem novae paroeciae s.

*) Vd. *p. 579. c.*

Crucis minimum quidem incommodum sentit ex imminutione emolumentorum, quae adventitia appellantur, propter miseriam familiarum quae a Collegiata dismembratae paroeciae s. Crucis subjectae fuerunt; multum vero sentit commodi ex laboris imminutione, cum familiae illae maxime distent a Collegiata, facilis ad easdem habeatur accessus. In hypotesi quod placeat Parochum s. Crucis ab annua solutione erga Parochum Castrinovi prorsus exonerare (latet quid ab hoc Parocho alteri hodie remittatur), videant Emi Patres num forte deceat ut aliquid honoris seu matricitatis signum sit ipsius favore subrogandum.

Agitur in quarto capite de probanda dismembratione paroeciae Cathedralis cujus quidem utilitatem multis extollit Episcopus.

Perquam clare traditur a *Concilio Trid. sess. 24. cap. 4. de ref.* quibus in casibus dismembratio admitti valeat, ut statui possit utrum in themate remedium illud excipiendum sit necne. Nemo sane nescit beneficiorum maxime parochialium dismembrationem in jure esse odiosissimam, quippe quae alienationem sapit. *Abbas ad cap. 3. ad Audientiam de eccl. aedif., Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 28. n. 4.*, adeo ut nonnisi in subsidium ac gravissimis suadentibus causis quae sunt urgens necessitas vel evidens Ecclesiae utilitas permittendum esse doceant jura.

Unum nihilominus quatenus petitio probetur nimirum nullum Episcopus de reportato consensu a Parocho Cathedralis vel etiam a Capitulo quatenus cura habitualis penes ipsum resideat verbum faciat. Nec ceteroquin adeo negligendus est Parochus, ut illo prorsus inaudito dismembratio decernatur. Omnes sed aeque conveniunt, consensum in casu non exigi pro forma, sed tantum ratione praejudicii, *Rota cor. Crispo*; praejudicium infertur vel inferatur quidem, ast si justae ac legitimae concurrunt causae dismembrationis, nil curandum an ante vel post sequutam dismembrationem interpellatio fuit; quandoquidem Parocho etiam contradicente deveniri potest ad necessariae dismembrationis actum, *cap. Ad audientiam, Fagnan. in id cap. n. 16. et 20., s. Congregatio in Derthonen. Dismembrationis 11. Apr. 1739.* et *Firmana 15. Decb. 1759.* § *E contra.*

Quae quinto loco proponitur perpetua unio beneficii simplicis ss. Jacobi et Christophori ad augendam congruam satis exiguam Parochi s. Dominici a Trid. synodo adamussim probatur ex *cap. 5. sess. 21.* et *cap. 13. sess. 23. de ref.* ubi inter praecipua remedia consulendi tenuitati parochiarum beneficiorum unio recensetur. Absque eo quod referat an beneficia unienda sint apostolicae Sedi reservata vel affecta;*) verificata enim unionis necessitate omnis affectio vel reservatio nullas eserit vires. *Riganti ad reg. 13. Cancell. n. 135. et 126 t. 2.*

Super reliquis capitibus respicientibus vel divisionem fructuum hucusque extantium beneficii uniendi ac haereditatis Cruciani vel libertatem beneficii parochialis s. Dominici vel annuam pensionem parochis imponendam favore ejusdem Ecclesiae, haud immemorandum censeo, quum ex iis quae expendit Episcopus apte deliberari valeat utrum et quomodo ea admittenda sint.

Meum est proponere dirimenda

D u b i a:

I. *An et quomodo superextantia bona operis pii Cruciani assignanda sint parochis s. Crucis et s. Petri in casu?*

II. *An parochus pro tempore Montis Murelli teneatur etiam inposterum solvere annuam pensionem scutatorum 50 favore parochi s. Petri in casu?*

III. *An et quomodo parochus s. Crucis exonerandus inposterum sit a solutione pensionis favore Parochi Castrinovi in casu?*

IV. *An et quomodo permittenda sit dismembratio paroeciae Cathedralis in casu?*

V. *An permittenda sit perpetua unio simplicis beneficii favore paroeciae s. Dominici in casu?*

VI. *An et in quem usum assignandi sint paroeciae s. Dominici fructus ejusdem beneficii hucusque extantes in casu?*

VII. *An paroecia s. Dominici sit declaranda liberae collationis in casu?*

VIII. *An et quomodo sit probanda proposita divisio ac erogatio fructuum hucusque superextantium haereditatis Cruciani in casu?*

S. C. resp.:

Dilata auditis interesse habentibus, exquisito etiam voto parochi Cathedralis.

Die 18. Febr. 1854.

*) Vd. *t. II. p. 366. n. 10. 11.*

Continuatio Reganaten.

Ad hujus rescripti tramites Recinatensis Antistes quoad dismembrationem paroeciae Cathedralis sciscitari e re sua censuit sententiam tam Parochi quam Capituli Cathedralis ejusdem, quo vero ad congruae augmentum perconctatus est parochos Montis Murelli, s. Crucis et s. Petri et Priorem parochum Collegiatae Castrinovi. Inutile autem duxit iterum audire Patronos ex quo juxta novam quammodo proponit rationem, omnia superextantia bona operis pii Cruciani dividenda essent inter Parochum s. Crucis et alterum s. Petri, in quo quidem patronorum votis fit omnino satis nec ullo pacto eorum jura laeduntur. Quid vero illorum quisque sentiat, satis patebit ex relatione ejusdem Antistitis, quam heic ex integro exscribere praestat; in ea enim singulorum ex ordine ac perspicue expositae sententiae ad trutinam revocantur ac nova proponitur facilius rei componendae ratio.

Ecclesiae Cathedralis Parochus (inquit) suae paroeciae dismembrationi plane assentitur. Convenit imo ut paroeciae s. Dominici ampliatio eo modo fiat, de quo in precibus, videlicet juxta consilium ipsius Praedecessoris, modo Canonici Joannis Paccazocchi. Duo tamen enixe rogat:

I., ut circa s. Baptismatis fontem, quo paroecia s. Dominici hactenus semper caruit, nihil modo innovetur;

II., ut de lucris incertis seu obventitiis, quae ex dicta dismembratione foret admissurus, a Parocho s. Dominici aequa sibi reddatur compensatio.

Capitulum vero, quatenus administrandae rei Cathedralis curam gerit, assensum praebere renuit propositae dismembrationi, utpote quae praejudicium inferret Cathedrali nullamque ceterum populo Recinetensi pareret utilitatem. Quod ostendere conatur

I. quia Cathedralis ipsa Sacerdotum copia abundat, per quos fidelium devotioni valeat satisfieri; nec alioquin ruricolis censenda est difficilior accessus quam ecclesia s. Dominici, a qua parum distat,

II. quia breve post tempus Cathedralis paroecia rursum dismembranda erit in erectione proxime futura novae paroeciae; proindeque veretur, ne postea futurum sit ut animarum numerus, quo constat Cathedralis paroecia, restrictior fortasse habeatur quam altera quaedam paroecia computet;

III. quia opportuna foret dismembratio, si caderet super longinquioribus familiis, quae Parocho Cathedralis gravi sunt fastidio;

IV. demum quia, cum olim Recineti suppressae fuerint duae paroeciae, Ordinarius, qui tum eam Cathedram regebat, illas subjicere maluit Cathedrali quam paroeciae s. Dominici.

Dum autem sermo agitur de Parocho Montis Murelli quemadmodum ipse teneatur quinquaginta annua scutata persolvere favore Parochi s. Petri, liquet ex iis, quae in prima relatione fuse exposita sunt. Nunc porro idem Parochus asseverat sese dicto canone exonerandum, quia cum necessitas erigendi tertiam paroeciam ex bonis Cruciani amplius non urgeat, satis esse debet utrique Parocho s. Crucis et s. Petri, si eis, veluti jus postulat, cedantur singula bona haereditatis Cruciani eorumque fructus omnes penes administrationem extantes.

Quodsi sublato ejusmodi canone privaretur ipse jurepatronatus, quo Parochus pro tempore Montis Murelli gaudet in paroeciam s. Petri; subdit tamen utilius impendi posse eadem 50 scutata pro capellano, qui ecclesiae Montis Murelli praesto sit cum missam solemnem ibidem celebrando diebus festis tum Sacramenta fidelibus administrando. Praeterea demonstrare pergit congruam s. Dominici nullo indigere augmento, sed admissa quoque hujusmodi egestate nefas tamen dictitat vel levissimam rem ex haereditaria Cruciani substantia ad hunc finem detrahere.

Item Parochus s. Crucis contendit:

I. eadem bona universa aequis partibus dividenda esse inter eum et Parochum s. Petri;

II. Parochum vero M. Murelli teneri et inposterum ad solutionem Canonis scutatorum 50 favore Parochi s. Petri;

III. priorem Parochum Castrinovi nil juris habere in pensionem scutatorum duodecim contra paroeciam s. Crucis;

IV. denique aliam pensionem scutorum 20, quae pro Ecclesia s. Dominici vellet imponi super congrua ejus et s. Petri, graviorem sibi esse atque nullatenus ferendam. Quoniam autem fatetur oportere, ut subsi-

dium quoddam detur Parocho s. Domiuici, proponit, ut de fructibus bonorum Cruciani, quae adhuc administrationi subsunt, biscenta scutata investiantur favore ipsius ecclesiae s. Dominici.

Parochus quoque s. Petri instantius rogat ne sibi pensio ejusmodi imponatur propter tenuitatem suae congruae. Quiuimo asserere nou ambiguit conditionem suam in pejus immutatum iri, si consideretur praecipue cura et sollicitudo cumulandi quotannis vicena scutata, quod rurali parocho molestissimum est. Attamen conciliandae rei causa lubenter iuquit se cousensurum, si placet, discretam dumtaxat haereditatis Cruciani portiouem applicari ecclesiae s. Dominici, reliquum vero cedatur omnino ipsi Parochoque simul s. Crucis.

Demum prior Parochus Collegiatae Castrinovi per me requisitus utrum perpetuare vellet pensionis reductionem, percipiendo a Parocho s. Crucis pro scutatis duodecim duodenas tantum libras cerae elaboratae, reposuit cuncta obventitia lucra dicta pensione haud excepta formaliter cesisse sacristiae ejusdem collegiatae, cujus administratio est apud capitulares. Quamobrem auditi Canonici assensum praebere noluerunt

I. quia canonicales eorum prebendae longe sunt remissiores, quam fueriut ante Gallicam Collegiatae suppresionem;

II. quia in illa ecclesiasticorum bonorum dispersione etiam Collegiatae omnimodam passa est expoliationem, ita ut nunc temporis Canonicorum ope omnino egeat. Hinc totam revocant pensionis solutionem contra Parochum s. Crucis, quippe qui

I. plura quam caeteri Parochi Recinetenses obventitia lucra trahit ex numerosis familiis sat opibus refertis,

II. restitutione superexstantium bonorum Cruciani auctiorem congruam est obteuturus.

Verumtameu recensitae singulorum difficultates, si quae sunt quae rei directe officiant mihi sane videntur elui tuto posse. Enim vero quoad Parochum Cathedralis notare praestat, eumdem juxta praedisposita in Poutificia collatiouis Bulla pro eo expedita die 9. Sept. 1853 se valida juris forma subjecisse quibusvis dispositionibus circa dismembrationem dictae paraeciae inposterum efficiendam.

Quod attinet ad ipius Cathedralis Capitulum, coruit

I, ratio ab eo adducta; licet enim in hac ecclesia continuo Sacerdotes habentur, qui Sacramenta fidelibus admiuistrent, inde tamen non sequitur Confessarios deesse in ecclesia s. Dominici. Contra utillimum est si copioso animarum numero duo Parochi quam unus assigneutur. Insuper distantia, quae minimam asserit, intra Cathedralem et ecclesiam s. Dominici etsi talis foret, nullus tamen inficiari auderet ecclesiam ipsam s. Dominici quibusdam saltem propiuquioribus esse facilius iueundam;

II. ratio nulli innititur fundamento. Paraecia siquidem Cathedralis postea etiam quam subierit dismembrationem pro ampliauda paraecia s. Dominici et pro nova paraecia erigenda opere Pio Conti in agro Receneteusi numerosior semper erit caeteris paraeciis ejusdem diecoeseos. Nequeo autem aliunde praeterire difficultatem ejusmodi, quamvis vera existeret, nullius esse roboris;

III. Capituli rationem infirmat votum tam actualis quam praeteriti Parochi ipsius Cathedralis, quorum ego consilium secutus fui iu designandis familiis, super quibus fieri vult dismembratio;

VI. Denique mea sententia ad rem minime facit; quandoquidem cum Recineti supprimerentur duae Paraeciae, quae Cathedrali adadjectae fuere, non autem paraeciae s. Dominici, haec administrabatur ab Instituto Regulari Patrum Praedicatorum s. Dominici. Videant ergo Eminentiae Vestrae an prudeuter se gesserit Ordinarius Reciuetensis; quidvis enim de ejus arbitrio dici velit, nihil exiude potest deduci in favorem Capituli.

Dum vero ad Parochum M. Murelli sermonem convertimus, difficile fortasse est indicere, an ejus respousio sit potius calculus admiuistrativus, quam rationis momentorum expositio. Hic nihilominus opere pretium reor nonnulla praelibare, quae illis aperte adversantur; I. quidem, mortno Tiberio Cruciani Ordinarius Recinetensis Testatoris voluntati adhaerens statuit ut ex integra ejus substautia duae paraeciae erigerentur una scilicet quae nomeu haberet a s. Cruce, altera intra limites paraeciae s. Augustini. Sed tum Parochus M. Murelli efflagitavit, ut geminis hisce paroeciis competeuti congrua adsignata si quid ex Cruciani bonis superesset tertia quoque adderetur, illico tamen et ante

secundam erigenda in agro paraeciae suae; quo in casu ipse praestitisset quinquaginta annua scutata pro tertio Parocho iu supplemento haereditatis Cruciani. Itaque conveutum fuit, impetratisque ab hac s. Congregatioue Concilii opportunis facultatibus tertia paraecia mox locum habuit sub invocatione s. Petri, pro qua Parochus N. Murelli sese adstrinxit aunuatim praestare dictum Cauouem sc. 50, concessa quidem ei rata Patronatus in Parochum s. Petri;

II. ille conditionem aliam uon apposuit, nisi ut intra limites paraeciae suae uulla iuterjecta mora couderetur tertia. Porro haec couditio adeo impleta est, ut familiae quibus constat paraecia s. Petri pertinereut omnes ad paraeciam M. Murelli hujusque Parocho molestiores essent tam longitudine quam viarum asperitate;

III. huc accedit quod Parochus M. Murelli ex lege collationis antea tenebatur persolvere totidem scut. pro rurali Capellauo, quo onere ideo postmodum solutus est quia paraecia s. Petri in ipsius levamen condita fuit;

IV. praeterea non abs re memorare est ejus congruam longe ditiorem esse ceteris omnibus parochialibus praebendis tum urbis cum agri Necinetensis. Quae cum ita sint intelligi nequit, quo jure dicti Canonis solutione ipse liberari expostulet.

De his, quae Parochus s. Petri enumeravit, brevibus expediar:

I. euim dimidiam petit portionem haereditatis Cruciani, quam uullus ei negat;

II. rogat, ut declaretur Parochum M. Murelli teneri vel inposterum ad solvenda scut. 50 favore Parochi s. Petri: de hoc autem et ego EE. VV. preces e fundo;

III. exonerari vellet peusione anuua sc. 12 quam praestare cogitur priori Parocho Castrinovi; et super hoc etiam EE. VV. ego ipse efflagito. Unum ergo est de quo ille mecum dissentiat, prout etiam Parochus s. Petri, videlicet eorum congruam sustinere non posse pensionem scutatorum viginti favore ecclesiae s. Dominici. Ast ubi perpendatur ipsi accedere annua sc. 50 a Parocho M. Murelli solvenda, praeter singula Cruciani bona, omnis statim labitur difficultas.

Quoad alteram peusionem, quam Collegiatae Capitulum poscit a Parocho s. Crucis, facile esset transigere, parvi etenim momenti res est. At caeteroquin si animadvertatur tum exignus familiarum uumerus, quae Collegiatae demptae fueruut, cum etiam eorum miseria ac longitudo, quo distant a parochiali resideutia Castrinovi, haec omnia utique favent Parocho s. Crucis, qui si forte aliquid lucri subtrahit Collegiatae ejus Rectori abunde compensatiouem reddit, liberando eum fastidio, quod secumfert pars illa Paraeciae superius descripta. Quocirca ex iis quae hacteuus enarrata suut mauifeste apparet nihil obesse consilio Emiuentiis Vestris per me antea proposito.

Nihilo tamen secius, ut quantum fieri potest facilius quoque reddatur, circa duo moderandum putarem;

I. nempe quoad s. Baptismatis Foutem ac funera;

II. quoad pensionem contra Parochos s. Crucis et s. Petri impouendam favore ecclesiae sancti Dominici.

Ad I. maudari forsitan expediret, ut penes cathedralem Paraeciam perpetuo maneat jus baptizandi necnou tumulandi, veluti hucusque semper actum est. Ita quidem Cathedralis aliud lucrum non annitteret, uisi tenuissimum illud ex connubiis proveniens, quod ab eodem Capitulo computatum est obulorum sexaginta unoquoque anuo. Ita Collegium Altaristale seu Beneficiatorum Cathedralis, quatenus ad ipsum pertinet de associatione et exequiis Defunctorum, nullum prorsus ex dicta dismembratione sentiret incommodum. Ita demum evanesceret difficultas illius Rmi Capituli quoniam damnum Cathedralis foret tantummodo, prout, notavi, obolorum 60; quod pro nihilo haberi potest, cum agatur praesertim de ampliauda Paraecia in media Urbe sita frequentique populi concursu ut plurimum referta. Hic praeterea Imago asservatur B. Mariae Rosarii maxime prodigiosa, quae a cunctis Civibus Recinetensibus summa religione colitur, quaeque, ubi cholericus morbus paucis ante mensibus illam Urbem invadere caepisset fidelium adorationi exposita tali fiducia omnium animos roboravit, ut inquam fere nullam postea ejusdem mortem secutam fuisse; quare gratia eidem B. Virgini refertur accepta.

Ad II. posset decerni ut universa Cruciani boua reliuquantur Parochis s. Crucis et s. Petri aequis partibus inter sese dividenda absque ulla pensioue, siuguli vero fructus apud

administratorem pii Operis Cruciani superextantes investiantur favore ecclesiae vel Sacristiae s. Dominici. Neque id grave iisdem Parochis putandum est. Et requidem vera supersunt penes ipsum administratorem scutata circiter 738; 93: 5. Porro haec ideo habentur, quia Parochus s. Petri 36 annos percepit a Parocho M. Murelli sc. 50, secus enim ex redditibus Cruciani implementum congruae obtinere debuisset. Unde residualis illa pecunia summa videtur potius considerauda tanquam proventus Canonis a Parocho M. Murelli persoluti. Quin imo fructus qui asseruntur haereditatis Cruciani hodiedum non excedunt sc. 738; 63: 5, ex contra 37 annis accesserunt eidem haereditati sc. 1800 per relatum Canonem favore Parochorum s. Petri et s. Crucis. Patet igitur nullam prorsus injuriam ipsis irrogari si recensita sc. 738: 63. 5. applicentur ecclesiae Dominici.

Firma itaque congrua Paraeciae s. Dominici secundum ea quae dicta sunt in prima relatione subsumo meum consilium hac ratione temperatum:

I, ut bona pii operis Cruciani quae administrationi subsunt infra duos Parochos s. Crucis et s. Petri pro rata aequali dividantur,

II, ut Parochus M. Murelli adigatur et in futurum ad praestationem Canonis sc. 50 favore Parochi s. Petri,

III, ut Parochus s. Crucis exoneretur pensione favore parochi Castrinovi,

IV, ut amplietur Paraecia sancti Dominici juxta exposita,

V, ut eidem uniatur in perpetuum Beneficium simplex, de quo in relatione,

VI, ut fructus extantes qui praesumuntur pii operis Cruciani investiantur omnes favore ecclesiae vel Sacristiae s. Dominici,

VII, ut Paraecia s. Dominici carere debeat fonte baptismali atque etiam, quoad portionem augendam, jure funerandi.

Post haec nihil addendum superesse videtur; jura enim quae in rem obtinent satis enucleata habentur in folio primae propositionis quod iterum recolere grave non erit EE. PP. Moneo autem, quod cum Antistes primum mutaverit consilium imponendi pensionem Parochis s. Crucis ac s. Petri favore Parochi s. Dominici, locus amplius non est disputationi septimi dubii, in quo de hujusmodi impositione pensionis agabetur. Octo igitur tantum reliqua sunt relsolvenda

Dubia

I. *An et quomodo superextantia bona operis pii Cruciani assignanda sint Parochis s. Crucis et s. Petri in casu?*

II. *An Parochus pro tempore Montis Murelli teneatur etiam inposterum solvere annuam pensionem scut. 50 favore parochi s. Petri in casu?*

III. *An et quomodo parochus s. Crucis exonerandus inposterum sit a solutione pensionis favore Parochi Castrinovi in casu?*

IV. *An et quomodo permittenda sit dismembratio paraeciae Cathedralis in casu?*

V. *An permittenda sit perpetua unio simplicis beneficii favore paraeciae s. Dominici in casu?*

VI. *An et in quem usum assignandi sint paraeciae s. Dominici fructus ejusdem beneficii hucusque extantes in casu?*

VII. *An paroecia s. Dominici sit declaranda liberae collationis in casu?*

VIII. *An et quomodo sit probanda proposita divisio ac erogatio fructuum hucusque superextantium haereditatis Cruciani in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo.

Ad II.: Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad III.: Affirmative juxta votum Episcopi.

Ad IV.: Affirmative prudenti arbitrio Episcopi et reservato favore Parochi Cathedralis jure baptizandi tantum.

Ad V. et VI.: Affirmative juxta votum Episcopi, facto verbo cum SSmo.

Ad VII. et VIII.: Affirmative juxta votum Episcopi, facto quoad octavum verbo cum SSmo.

5) Ecclesiae filialis a Cathedrali concessa.

Segobricen.

Cum Animarum cura Cathedrali Segobricensi adnexa protendatur ad oppidum seu villam de Torcas, quae ab eadem Cathedrali una itineris hora dissita est, bini vero dictae Cathedralis Canonici, quibus exercitium praefatae curae committitur, socordes in eo obe-

undo munere erga Incolas memorati oppidi comperirentur, Joannes Basilius Castelvi ejusdem oppidi seu Villae Marchio animadvertens, plurima spiritualia detrimenta sive ob assertam Canonicorum negligentiam sive ob loci distantiam praefatos Incolas pati, curavit sub annum 1734 in ecclesia seu Oratorio saepedicti oppidi Capellaniam erigi imposito illius Rectori praeter annuam quarumdam missarum celebrationem onere occurrendi quantum fieri potest spiritualibus eorumdem Incolarum necessitatibus, novissime vero supplicem ss. Pontifici porrexit libellum, quo recensitis periculis, quae adhuc animabus illarum gentium imminere non desinunt, tum quia in enunciata ecclesia seu Oratorio erectus non reperiatur Fons baptismalis, tum quod ibi non asservetur s. Synaxis, subjunxit, se ad occurrendum ejusmodi incommodis »plurimum cupere dictam capellaniam in parochialem erigi cum totali separatione a jurisdictione Capituli Segobricensis illiusque Canonicorum Curatorum et dismembratione Decimarum omnium vel saltem illarum, quae exercitio Curae animarum correspondent ad hoc, ut pro congrua manutentione Parochi pro tempore existentis applicari possint, ut in erectione Parochialis loci de Naaxas ejusdem Dioecesis alias eidem ecclesiae Segobricensi quoad exercitium Curae Animarum, ut Locus de Torcas, annexi practicatum fuit«; ut autem voti sui compos facilius efficiatur, addidit se paratum »ad praestanda omnia ornamenta dictae ecclesiae necessaria, erectionem Fontis baptismalis et custodiam pro ss. Sacramento ac manutentionem lampadis, cum hoc tamen, quod semper perpetuis temporibus sibi suisque Successoribus Juspatronatus et praesentandi ad dictam parochialem personam idoneam ab Ordinario Loci approbandam reservatum maneat.« Hisce itaque precibus s. hnic Consessni a Sanctitate Sua remissis consentanee ad eas tria subscripta sunt Dubia, quae ad calcem praesentis restrictus opponentur. Capitulum Segobricense super enunciata petitione Marchionis de Torcas jussu s. Congregationis ab Episcopo excitatum plura in Folio eidem Praesuli exhibito adnotavit, quibus evincere nititur, magnificatam duorum Canonicorum negligentiam in exercenda animarum cura sibi commissa veritati non respondere: »Nihilominus (sub illius finem ita concludit) cum Capitulum totam suae mentis aciem ad illorum Animas eorumque salubrem, opportuniorem et undequaque perpetuam culturam Sacramentorumque frequentiam divinique cultus augmentum toto corde totoque animo conversam habeat, libenter annuit praetensae dismembrationi et novae Parochialis erectioni cum Juribus Sacramenta administrandi et emolumenta et proventus percipiendi, salvis tamen ipsi Capitulo suis partialibus Juribus primatialibus (quae certo parcissima sunt) in omnibus et per omnia perpetuis futuris temporibus. Et quin illo unquam tempore obnoxium sit neque obligatum censeatur pro futurae dotationis securitate neque pro congrua Vicarii perpetui pro tempore existentis: Et sic, et non aliter, nec alias, et cum eo, quod aliquis competens honor in dicta filiali ecclesia nostrae Cathedrali ut ejus Matrici in perpetuum servetur.« Episcopus vero in relatione, quae per extensum datur in Oratoris *Summario num. unico*, post comprobata pericula et incommoda, quae in spirituale detrimentum populi dictae Villae in dies impenduut, sententiam suam hisce verbis aperuit: »Censeo gratissimum fore Deo divinique cultus augmento et incolarum commoditati tum temporali tum spirituali magni referre, si dicta capella ab hac Cathedrali dismembretur et in parochiam antedictaque capellania in rectoriam erigantur, cum hoc tamen, quod modernus Marchio sive Dominus temporalis praedictus ejusdem oppidi de Villatorcas ejusque in eodem Marchionatu Successores ad omnia ornamenta dictae ecclesiae praestanda, erectionem Fontis baptismalis, custodiam pro ss. Sacramento faciendam ac manutentionem perennis Lampadis, ut pollicetur, formiter obstringantur, praedictaeque Rectoriae ejusque Possessorum congrua eadem Bona, quibus capellania antedicta erecta fuit juraque parochialia assignanda et aliqua portio a vicinis praestanda, ut commode Rector vivere possit, applicata remaneant, cum ex fructibus decimalibus et primatialibus ob eorum jam dictam exiguitatem portio aliqua assignari nequeat et quod primus caeterique ejusdem Rectoriae Possessores aliquo annuo clientelari Feudo ex personali et regali mixto suam Matricem hanc Cathedralem agnoscant sicuti in aliis hujus dioecesis cum suis Matricibus a quibus olim separatae fuerunt mos viget.

Reliquum igitur est, ut hisce perpensis unacum juribus Oratoris dumtaxat nomine circumferendis dignentur Eminentiae Vestrae pronunciare:

I. *An concedenda sit dismembratio Villae de Torcas a Cathedrali Segobricen?*

Et quatenus affirmative,

II. *An concedenda sit reservatio Juris-patronatus Domino temporali praedicto suisque Successoribus?*

III. *An novo Paroco concedendae sint decimae correspondentes Curae animarum in Villa de Torcas in casu?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative salvis juribus matricitatis favore Cathedralis et reservato competenti honore a Rectoribus pro tempore novae parochiae quotannis eidem Cathedrali praestando arbitrio Episcopi.

Ad II.: Affirmative juxta modum.

Ad III.: Negative.

Die 16. et 30. Jan. 1740.

6) Ecclesiae filialis a Collegiata concessa.

Melevitana.

Vetus ac omnium ore celebrata est pietas praecipua ac religio, qua s. Apostolum Paulum Melitenses prosequuntur, quippe qui naufragium perpessus Melitam tandem appulit ac inibi quievit. Hujus naufragii et appulsionis memoriae in aevum perennandae ecclesia erecta fuit a saeculo fere XVI. a s. Paulo Naufrago nuncupata in civitate Valletta parochialis ac postmodum congruo Capitularium numero aucta et Collegiatae titulo insignis. Parochiae hujus ambitus late protenditur etiam extra moenia ac praesertim ad eam regionem, ubi ad civitatem ab hostili incursu protuendam aedificata prostat arx munitissima ab artifice suo nomen mutuata — Floriana —, cujus in circuitu frequeus lapsu temporis factus est incolarum numerus domusque passim extructae sunt. Pluries quidem actum est superioribus saeculis de praefata praaecia s. Pauli dismembranda aliaque erigenda, ubi praedicta adest Arx Floriana: at res in eodem statu permanent adhuc. Ut iustantiam praeteream ab Episcopo Gorio hac super re 1724 rejectam, prima dismembrationis petitio solemniter porrecta extitit s. huic Ordini 1727, quum jam Florianum fortalitium construi coeptum fuerat: praestat factorum seriem ex regestris haustam breviter deliberare. Cum situs Arcis Florianae, quae multis abhinc annis construi coepta est (ita in praefatis regestris legitur) repleri coeperit habitatoribus et in dies habitatorum uumerus augeatur et tractu temporis fortalitio Floriano completo opus sit, ut claudatur, habitatores memorati manebuut expositi periculo carendi sacramentorum administratione, saltem nocturno tempore, cum ecclesia s. Pauli sit in civitate Vallettae, quae de nocte clauditur, et ecclesia s. Mariae Pietatis clauso fortalitio Floriano extra ejus circumdarium sit remansura. Ut huic animarum periculo provideatur Magnus Magister religionis Hierosolymitanae SSmo D. N. supplicavit pro facultate erigendi novam Parochiam in ecclesia Immaculatae Virginis sita intra Circumdarium Florianum, et quae intra illud est remansura, etiamsi Fortalitium claudatur. Ecclesia haec Virginis Immaculatae a religione Hierosolymitana fuit a fundamentis excitata et est sub cura unius ex fratribus capellanis obedientiae. Quocirca idem Magnus magister exoravit, ut hic capellanus debeat esse novus Parochus, debeat eligi a Magno Magistro; debeat ad ejus nutum removeri, sacramenta admiuistret tam Fratribus Hierosolymitauis quam aliis quibuscumque habitatoribus, et quod demum tam ecclesia quam Parochus regularis sint subjecti omnimodae jurisdictioni s. Religionis et ab episcopali non minus ordinaria quam delegata jurisdictione etiam quoad animarum curam prorsus exempti.

His super precibus qui tunc munere fungebatur a Secretis s. Ordinis s. M. Benedictus XIV. cum ab Episcopi relatione (ut ipse ait) accepisset commode posse occurri necessitati habitatorum absque dismembratione Parochiae per assignationem videlicet situs in arce Floriana, in quo nova Vicaria parochialis erigi posset et nova per consequens ecclesia construi: cumque contra urgeret Magnus Magister pro Paroeciae ut supra dismembratione remisit decreto diei 27. Jan. 1727 Magni Magistri instantiam ad s. Congregationem jussitque, ut interim sine praejudicio jurium partium Magnus Magister desiguaret situm pro aedificanda ecclesia, in quo tamen nec ecclesia construeretur nec ullum aliud fieret aedificium, inconsulta eadem s. Congregatione, cui etiam situm designatum notificaret. Mox vero dum moram traheret Ordo Hierosolymitanus quoad designationem situs, instante acriter Parocho s. Pauli eoque, ut videtur, dumtaxat informante

proposita sunt in comitiis diei 20. Decbr. 1727 et deinde in aliis diei 26. Jau. 1728 dubia:

I. Quomodo sit consulendum SSmo in casu?

II. Au, qualis et iu quo loco in executionem decreti hujus s. Cougregationis facti sub die 27. Jan. 1727 sit assignaudus situs pro aedificauda ecclesia parochiali filiali intus fortalitium Florianae?

III. An hujusmodi situs desiguatione secuta sit locus coustructioni ecclesiae in casu?

S. Ordo respondit

Ad I: Negative. In reliquis *dilata* et decretum editum die 27. Jan. 1727 exequtioui mandetur intra quatuor meuses et interim fiat plauta judicialis coram Domino Iuquisitore.

Vix tandem hujus resolutionis vi excitata est in regioue Floriaua ecclesia B. Mariae V. sacra ac s. Publio qui prior ab Apostolo Paulo fuit Melitae adlectus Episcopus, iustetit denuo ab anuo 1770 Sacerdos Cajetanus Buttegieg pro dismembratione Paroeciae s. Pauli; ac alterius erectione in s. Aede s. Publii; at iustantiam peremit Monitorium ab R. P. D. Auditore R. C. A. latum, quo preces rejiciebantur: atque eamdem fere sortem nacta sunt porrecta in id vota ad apostolicam Datariam de anuo 1788, quae neglecta steterunt. In ecclesia interim s. Publii constituebantur Vicarii Curati, qui Floriauam iucoleutibus sacramenta ministrarent; ac ss. Eucharistia necnon baptismalis fous et sacra olea asservari coepta suut.

Ast hodie tandem certa spes animis insedit Florianensium, ut optatam assequantur novae Parochiae erectionem, rebus, ut ajunt, prorsus immutatis, in ecclesia s. Publii: quare haud fracti negativis responsis, quae vel a Secretaria Brevium vel alias retulerunt, a ss. Principe tandem assequuti sunt rescripto diei 2. Novb. 1839, ut causa a s. hoc Ordiue pensaretur, deductis hinc inde juribus concinuatoque dubio, quod de more ad calcem exscripsimus. Adest porro veluti orator pro dismembratione obtiuenda Episcopus ipse Melevitanus, qui praeter multa in sua relatione deducta, quae typis tradita circumfertur, nuperas mihi literas dedit, quibus dum monet, sese ad augeudam congruam pro uovo Florianae Parocho jam designatam in scutatis 37 beneficium cedere liberae collationis et redditus scutor. 9, quod nuper vacavit, ac Florianenses ipsos fundum dedisse investiendum ut inde congrua Parochi pertingat annuum proventum scut. 80 praeter incertum utriusque stolae, haec insuper adprecatur impensissime »Colgo l'opportunità per rinnovare un' altra volta le mie più calorose premure per la supplicata dismembrazione e della Floriana imperiosamente richiesta dal complesso di tante circostanze, che la rendono non solo oltremodo convenevole nel senso de' sacri canoni, ma assolutamente necessaria, dovendo continuare a soffrire viepiù il bene delle anime, non realizzandosi«.

Sane veteris Paroeciae dismembrationem ac novae erectionem demandari legitime posse etiam invitis rectoribus, ubi justae exigunt rationes, dubitare non sinunt textus in *cap. ad Audientiam**) *de eccles. aedific.* et s. Conc. Trid. *sess. 22. cap. 4. de ref.* Has autem justas necessitatis ac evidentis utilitatis urgere causas in themate pluribus conficere studet argumentis Florianensium Adsertor.

Notabilem hinc profert distantiam, quae Florianam plebem divisit ab ecclesia s. Pauli: ipsa enim testibus binis artis peritis ad id a Populo adlectis, quibus consonat Episcopi relatio, est unius milliarii lapidis quoad incolas proximiores: quoad remotiores vero ad bis mille et amplius protenditur. Porro hanc distantiam auget incommoditas viae, quae agris circumsepta patet frequenti latronum aggressioni; ac tandem cum extra moenia civitatis fortalitium positum sit, quae noctu occluduntur vel claudi quomodocumque possunt, carere plebs illa posset praecipuis Religionis auxiliis, ubi Viceparocho quid humani contigerit. Accedit auctus ad nimietatem populi numerus: etenim vel in ipsa Civitate Valletta (uti constat ex publicis census tabulis diei 21. Martii et Antistitis testimonio) Paraeciani plebs s. Pauli ad undecim millia assurgit capita; et in regione Floriana ad 6114: praeter ea quae complectitur Militare Catholicorum praesidium: et ea quae in dies augeri palam visuntur; adeo ut merito in praefatis tabulis et in edictis Praesidis Provinciae veluti disjuncta a Valletta civitas censeri potuerit. Culmen tandem imponit pervetustum, illudque acerbissimum odium, quod in Capitulares omnes s. Pauli excrevit

*) Vd. *p. 1101*; p. 1109. n. 2.*

in animo Florianensium ob pluries impeditam Paraeciae erectionem; quod sane erumpens persaepe gravissima protulit scandala et offensiones, quae referuntur; s. Congregatio minoribus etiam urgentibus adjunctis pro dismembratione indulsit, ceu in *Lunen. Sarzanen. Dismembrat. 12. Juli 1817, in Massanen. et Populoniae 19. Maji 1840.*

Et perperam rebus sic stantibus provisum iri instat per Vicarii Curati institutionem: siquidem de jure ea sit Trid. Synodi *sess. 21. cap. 4. de reform.* intentio juxta Canonistarum commentaria, ut electioni Coadjutoris locus esse debeat, ubi populus in eodem loco auctus fuerit: secus vero si de eo agitur, qui distet notabiliter ab ecclesia paraeciali et distinctum gregem et populum constituat, *Constantin. vot. decis. 343. n. 17, Ursaya discept. eccl. 14. n. 50. part. 1.* et s. Congr. in *Aquen. Dismembrat. 14. Julii 1820* §: *Communitas.* De facto vero Suburbium Floriana pessime administrari constat per Viceparochos, qui alternatim in singulos menses curam gerunt; amovibiles ad nutum ac a Parocho s. Pauli dependentes, qui vel ipse quolibet biennio a Capitulo eligitur et removetur. Atque hinc furente peste sub Anno 1813 et asiatico morbo sub anno 1837 factum est, ut grege relicto sibi unis illi prospexerint. Ceteroquin si quis locus est, qui mercenario rejecto a vero seduloque Pastore dignus est, ut gubernetur, is profecto est Floriana regio, ubi Catholici haereticis admixti diutino subsunt subversionis periculo. Confer *s. Rotam coram Olivatio dec. 543. n. 13.* et in *Colonien. Parochialis 9. Maji 1732* §: *Praemissa, cor. Calcagnino.*

Haec de necessitate dismembrationis: de utilitate autem ambigere prohibet ipsius Regionis conditio, quae et numero ac qualitate civium et commercii amplitudine et piis institutis nemini praeter Vallettam est secunda, dum ceteri fere omnes, qui sunt in Insula pagi, pro singulis fere trecentis incolis, Paraeciam distinctam ob auctum praecipue populi censum identidem consecuti fuerint. Nihil omnino detrahitur congruae paroeciali s. Pauli; nam Florianenses ex superius relatis ipsi congruam novo Parocho constituerunt. Id geminatis votis appetunt innumeri Patresfamilias ac multi pia adpromittunt instituta dotaturi in Regione Floriana, ubi haec distincta Paraecia donetur; contra hodie etiam vetusta languescunt. Id demum approperat Antistitis spectatissimi impensissimum studium.

Contra ss. Canonum rigori insistens Capituli s. Pauli Vindex eam esse clamat eorum mentem, ut ob locorum distantiam Paroeciae non separentur, nisi hoc grave afferat incommodum et Sacramentorum usum intercipiat: ad cit. *cap. Ad Audientiam* et *Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref.* De quo juris rigore nihil a s. Ordine remissum fuisse colligit vel ex nuperima *Mutinen. Dismembrat. Paraeciae diei 17. Dec. 1842*, ubi graves licet ab Episcopo afferentur causae etiam quoad distantiam, tamen nonnisi ex peculiaribus circumstantiis peracta ab eo dismembratio sanata est. Ita etiam auctum nimis populi numerum in pretio haberi posse, si copuletur cum aliis extremis distantiae, difficilis itineris et defectus Sacramentorum, secus ordinario remedio utendum esse, scilicet constitutione Capellani et Vicarii Curati.

Jam vero negat in themate eam probari distantiam ita cum difficultate viae conjunctam, ut grave afferat incommodum cum periculo defectus Sacramentorum. Via poro teste eodem Duce aliisque pluribus in planitie patet, curribus aptissima, et nocte etiam facibus undequaque illustrata, ac a vigili militum lustratione defensa. Incolarum catholicorum census si paraeciales libri spectentur de anno 1834 confecti ad capita evehitur 4500, si autem qui ab hodierno Parocho conscripti sunt, 4600; hinc ad augendum ex adverso incolarum numerum perperam recensitas fuisse, clamitat, Virgines in domo dicta dell' Industria degentes, quae propriis reguntur Capellanis, aliosque hujus generis homines.

Negat praeterea vel minimam exspectari posse utilitatem ex petita dismembratione: scilicet demonstrat, optime a saeculo provisum fuisse spiritali Florianensium incolumitati per Viceparochum a Capitulo constitutum, et innumera pene pia opera, instituta, quae capitulo curante in ecclesia s. Publii virescunt cum omnimodo divini cultus splendore. Negat ex aucto dumtaxat incolarum censu paraecias in insula Melitae dividi consuevise, sed aliis insimul urgentibus gravioribus causis. Negat Florianam civitatem constituere et populum a Valletta distinctum; siquidem cum infra istius fortalitium posita sit, ejusdem pars censeri merito debet, ac tum in litteris apostolicis tum in actibus ss. visitationum, tum in testimonio Britannici gubernii vici vel surburbii nomine fuerit designata; atque adeo magis congruere instat, ut civitati ipsi Vallettae sub eodem parocho unita maneat ac ab insigni Capitulo regatur, ex quo tanta profluit utilitas et a quo si dividatur multa amitteret commoda, praesertim largitiones ex legato pio Grima profectas, quas inter pauperes paraecianos s. Pauli oportet distribui. Heic autem dolet injuria assertum fuisse ex adverso, Capitulum populi necessitati defuisse, dum Asiatica lues grassaretur vel pestis, quum potius deductis in id monumentis constet ita Capitulares singulorum subsidio praesto fuisse, ut nonnulli caritatis hostia facti fuerint. Quidquid demum sit de asserto populi voto erga petitam dismembrationem, id conficere numquam posse urget ut eadem contra ss. canonum disciplinam et spirituale bonum concedatur, eo vel magis quod animarum cura hodie universo Capitulo concredita sit cum omnibus emolumentis etiam incertis ad augendas Canonicorum praebendas, et quod non una, sed plures res judicatae, quae ex superius relatis profluunt, huic eodem voto perpetuo restiterint.

Haec mihi delibasse sufficiat. EE. VV. sapientia omnibus apprime degustatis, quae hinc inde fuso calamo deducuntur, dirimat

D u b i u m:

An et quomodo sit locus dismembrationi Paraeciae s. Pauli Civitatis Valletta et respectivae erectioni alterius Paraeciae in ecclesia s. Publii in Pago Florianae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus, a Florianensibus idoneo fundo ab Ordinario approbando pro manutentione lampadis tam diuturnae quam nocturnae ante ss. Sacramentum, et pro tuitione Fabricae ecclesiae ac ss. Suppellectilium, necnon pro congrua novi Parochi saltem in scutatis centum monetae Romanae, reservato tamen favore Collegiatae annuo canone librarum decem cerae albae elaboratae in Festo s. Pauli Naufragi tribuendo in signum Matricitatis, facto verbo cum SSmo.

Die 4. Febr. 1843.

Continuatio.

Pluries quidem destinata sunt novo huic certamini comitia et pluries dilata; hodie moniti de more Capituli defensores facti sunt in judicio contumaces: itaque causa reponitur, distributa tantum ex parte plebis Florianae allegatione.

His praetermissis, quae alias enucleata sunt, sollicitus est Florianensium Adsertor, ut unam vel alteram refutet rationem, quae adversus s. Ordinis oraculum insinuabatur in supplici libello a Capitularibus porrecto pro obtinenda causae revisione.

Negat hinc fidem plurium Valettae incolarum subscriptionibus, quas Canonici sibi procurare visi sunt, ut populo injucundam fuisse s. Ordinis resolutionem ostenderent: nec enim ex aliorum opinione causam dijudicatum iri clamat, sed ex rationum pondere et efficacia multos itidem ex iis illiteratos deceptos probat sub ea specie, quod iis adsertum fuerit a Capitularibus s. Ordinis Florianensium Deputatos insinuasse, populum in eo esse, ut fidei catholicae valediceret: quod et ipsi in laqueum abrepti contestantur hodie fallacia detecta et canunt palinodiam. Et sane hujusmodi testimonia contradicerent evidentissimis factis de anno 1725. aliisque posterioribus, quibus constat pluries Florianenses postulasse s. Sedem pro dismembratione. His denique obstant innumera quae longo ordine recensentur testimonia, quae communem portendunt laetitiam ac satisfactionem pro dismembrationis voto tandem expleto.

Decor autem Capituli, prosequitur, nullam patitur imminutionem: non enim pendet a majori vel minori paraeciae amplitudine, sed hujus vera gloria est, ut inquit pontifex in literis datis 1833, in s. functionibus sancte ac decenter obeundis aliisque sacerdotalis virtutis fructibus edendis.

Demum perutilem hodie attentis peculiaribus adjunctis esse potissimum petitam dismembrationem et Melitensium Parochorum Collegium et multi Religiosarum inibi degentium familiarum Rectores ultro obtestati sunt.

Dirimendum venit

D u b i u m:

An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. resp.:

In decisis et amplius.

Die 29. Julii 1843.

Reatina.

Alabri quod oppidum est in Reatiuo extat ecclesia collegiata et parochialis, cui subjiciuntur octingenta fere animarum Capita, quorum 200 intra moenia ejusdem oppidi, reliqua per agrum dispersa sunt. Collegiata ecclesia coustat Archipresbytero et duobus Canonicis Massae communis de jurepatrouatus Familiarum Vitelleschi, Crispoldi et Communitatis Alabris. Tertius est adjunctus Canonicatus, qui peculiares habet redditus quique pertinet ad Patronatum Sodalitii ss. Virginis Lucis et omnes Chori servitio sunt adstricti.

Cura animarum geritur ab Archipresbytero adjuvantibus duobus Canonicis de Massa. Remotiores ruricolae Villam constituunt nuncupatam Colli di Labro, quae per plura millia passuum distat ab ecclesia parochiali, ad quam utpote in Monte positam difficilis patet accessus ob viarum asperitatem hyemis praesertim tempore, ob iuterjectas Forentium aquas. Hinc vetus incolarum querela ob deficientiam spiritualium subsidiorum cum diebus tantum festis Sacerdos ad Villam accedat, ut in ecclesia s. Mariae Magdalenae Sacrum faciat. Narrant enim se Cathechesi deficere, non solum pueros sed etiam adultos rudimenta fidei ignorare; perrarum esse et vix semel in anno ut ad s. Synaxim accessum habeant: Iufirmos sine Sacrameutis decedere; mortuos sine Sacerdote ad ecclesiam tumulandos deferri.

Ut spiritualibus illius populi necessitatibus occurreret Episcopus Marini 1795 unum ex Canonicis ad Villam Collium 1795 et rursus 1800 misit, ut in ea Villa resideret et sub dependentia Archipresbyteri Alabris Sacramenta administraret, sed ob tenuitatem stipendii una alteraque vice recessit.

Nunc tandem populus ille a s. Cougregatione imploravit dismembrationem paroeciae ejusque preces remissae fuerunt Episcopo pro Informatione, ex qua ea quae hacteuus narravi desumpsi. Testatur Episcopus in s. Visitatione habita proxime praeterito meuse Maji novisse ea incommoda, ex quibus populus Villae Collis dismembratiouem postulat. Multos praeterea in Iuformatione allegat testes etiam ex vicinioribus locis, qui asperitatem, difficultatem viarum et exposita mala confirmant. Affert relationem peritorum, qui distantiam ab ecclesia parochiali metiti sunt eamque constituunt a tribus ad quinque passuum millia, prout propius aut longius ab ecclesia positae sunt incolarum domus. Parochum sive Archipresbyterum rogare nou potuit, quia vacans est ecclesia parochialis. Oecouomus curatus, patroni et Canonici dismembrationi repugnant ex rationibus inferius recensendis atque contendunt per deputationem capellani curati hisce incommodis subveniri posse.

Secus censet Episcopus et dismembrationem uecessariam ducit; maxime cum nuuc illius Villae auimarum numerus excreverit ad capita 360. Populus pro congrua spopondit solvere decimam veluti familiarem pro conditioue redditnum subministrandam. Familia porro Laurentii cedit pro augmento cougruae capellaniam sui jurispatronatus, ex qua redeunt annua scuta 25. Haec sunt media ad cougruam novi Parochi constituendi in ecclesia s. M. Magdalenae sita in Villa Collis.

Quaeritur igitur sub I. dubio de dismembratione et cum constet ex Iuformatione Episcopi atque ex testibus de asperitate viarum, de difficili accessu ad ecclesiam parochialem, de distantia (quam ii ipsi qui dismembratioui contradicunt fatentur tamen esse in tribus passuum millibus) atque de incommodis inde sequntis, ita ut populus Collis careat spiritualibus subsidiis et Infirmi sine Sacramentis decedant; concedenda profecto videtur petita dismembratio. Nam Tridentinum *sess. 21. cap. 4. de ref.* dismembratiouem permittit *in iis ecclesiis parochialibus, in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem Parochiani nisi magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt.*

At Oeconomus parochialis, Canonici et Patroui dismembrationi repugnant et satis provisum putant administrationi paroeciae, quae constat animabus 800, per Archipresbyterum cum tribus Canonicis, quorum duo sunt coadjutores in animarum cura. Nimirum decurtari ajunt jurisdictionem parochialis et Collegiatae, si haec dismembratio fiat, ob diminutionem quam ferret animarum et incertorum stolae: eamque dismembrationem secumferre divini cultus detrimentum, cum dies festi Sauctorum celebrentur ex collata symbola ab omnibus parochianis, ita ut facta dismembratione populus Collis nihil contribueret pro festis celebrandis in ecclesia Collegiata Alabris; tandem contendunt satis

animarum necessitati opitulari posse per deputatiouem capellani curati, qui sub dependentia Archipresbyteri et Capituli inter Incolas Collium eorumque sumptibus viveret, quin ad extremum dismembratiouis remedium confugere necesse sit.

Haec tamen omnia in pretio minime habenda esse putat Episcopus in sua Informatioue. Si ait distantia locorum, asperitas itineris, difficultas cum magno incommodo accedendi ad paroeciam et Sacramenta administrandi Populo causae sunt pro dismembratioue paroeciae uti EE VV. nimis notum pervulgatumque est certe Collium incolis concedenda paroecia in ipsorum regioue, cum omues supradictae causae concurrant in praeseuti casu, ut superius innui, et testibus probatur et ipsemet vidi. Hiuc hodie erectio ab EE. VV. petitur, tanta majori necessitate, quantus major est numerus animarum cum ad tercentum sexagiuta quinque creveriut et proinde majori assistentia Parochi est necessaria. Injuste vero Patroui se oppouuut, utpote nihil detrahitur ipsorum jurispatronatui, neque boua dividuntur Paroeciae, uti pariter Capitulum non laeditur, cui omnia boua illaesa remanent. Nec dismembratio parochialitatis dici potest laesio jurium parochialitatis, quae servanda forent cum damno spirituali Populi sed potius provisio pro Collium fidelibus; Archipresbyter euim, qui tenetur administrare Sacramenta Alabri et Collibus cum sit impeditus hoc ultimo loco difficultate viarum, asperitate loci, parochiale miuisterium exercere, jus non habet amplius exercibile vacuumque ad summum retinet, et puri nominis est. Sed quaenam ratio patitur ut Collium habitatores careant Sacramentis caeterisque spiritualibus bonis, ex causa tantum Alabri Archipresbytero servandis, jus, quod exercere non potest, licet sine culpa Collium incolarum et Archipresbyteri? Jus igitur dici nou potest amissum, quod actu non existit.

Posita vero necessitate providendi Animarum Curae et Sacramentorum Administrationi inquirendum erit num Populo Collium satis subveuiri possit per deputationem Capellani Curati, vel unius ex Canonicis, aut etiam ex novo Canonico uunc instituendo, sumptibus tamen Oppidanorum *Collium*. Nam cum dismembratio tendat semper in praejudicium paroeciae, facienda non est nisi in casu, quo aliter saluti animarum consuli non possit, ut tradit *Pignatell. consultatione 230. n. 3.* et alias statuit s. Congregatio in *Lunen. Dismembrationis 27. Aprilis 1738.* Hinc dissentientes huic dismembrationi contenduut quod alias Capellanus ab Episcopo Marini missus fuerit in Villa Collis, a qua recessit ob denegatum ab Oppidanis congruum stipeudium.

Sed huic Capellani deputationi non adhaeret Episcopus. Ait enim: *dum autem Capitulum et Patroni proponunt constitui Collibus Capellanum Curatum amovibilem atque dependentem ab Archipresbytero, provisum tamen de congrua a fidelibus Collium, extra ordinem rem petere mihi videntur. Si enim ab iisdem Capellanus provideretur de necessariis ad vitam, nulla esset difficultas vel actus irregularitatis: ast congrua, quae a Collium incolis pacta est, Parocho assignatur, unde pro Capellani Curati deputatione converti minime potest, paciscentium deficiente consensu et voluntate imo absulute animis repugnantibus, quae responsio datur illis, qui novum Canonicatum vellent erigere, cum onere residendi Collibus; congrua enim non assignatur ab iisdem unde per deputationem Capellani Curati suppleri non potest, cum non sit, qui de congrua provideat. Nec unus ex Canonicis deputari poterit, nam tunc servitio chorali perpetuo valedictum erit, eo quod a quatuor, Archipresbytero numerato, Capitulum constituitur, et insuper onus Paroeciae redditibus Canonicatus substineri non potest, cum redditus sit circa scutorum 30 uti in s. Visitatione comperui. Quod si necessitas ex una parte urgeat de Parocho constituendo Collibus, ex altera per Capellanum provideri non possit, videtur deveniendum ad confirmationem Erectionis novae Paroeciae.*

In II. Dubio deliberandum erit quomodo providendum sit congruae novi Parochi sive stipendio Capellani Curati, prout EE. PP. censeaut providendum esse curae Animarum Villae, sive per erectiouem novae Paroeciae sive per deputationem Capellani Curati. In primo casu Populus Collium spondet se decimam familiarem praesentaturum tum tritici tum frumenti. Hanc autem decimam ita inter se diviserunt, ut omnes familiae in 5 Classes divisae pro modo facultatum hanc decimam pensitarent, atque etiam Parocho concedunt, ut conquirere possit symbolam musti voluntarie tamen a Populanis retribuendam. Episcopus tameu haec observat: *sed*

putarem novo Instrumento conficiendo, Vestra Suprema Auctoritate delegata, ita firmari jus decimandi, ut jus ipsum inhaereat per S. Sedis confirmationem in rebus et omnibus bonis obligatorum, sicuti est jus decimandi aliis Parochis. Haec congrua ex supradictis frugibus resultans dat redditum Scutorum circiter 50, sed additus est redditus Capellaniae de jurepatronatus olim Laurentii, et nunc cessae Parocho, qui ascendit ad Scuta 25 circiter, quae omnia simul sumpta dant scuta circiter 75 pro Parocho sufficientia, dummodo Parochus nec ad manutentionem lampadis nec ad alia onera teneatur, de quo Instrumento cavendum mihi videtur. Ast ut magis magisque congrua Parochi assecurationem habeat EE. VV. expono, Dominicum Marcucci de Collibus ipsis Alabri defunctum sua bona ecclesiae reliquisse pro Erectione Capellaniae cujus Rector missam celebrare debet in Oratorio ipsius domi construendo; quae omnia locum habere voluit si non esset filius de Uxore, quam putabat praegnantem, et si non esset filius reliquit usumfructum Matri et Uxori in statu Viduitatis permanenti: Filius nullus natus est ex Uxore Dominici Marcucci; hereditatem post cessationem usufructus mihi asseritur ascendere ad 2000 scutata, cum nunc tota haereditas sit usufructui Matris et Uxoris Marcucci subjecta, de quo post Inventarium completum in hac mea Cancellaria actus efformantur pro liquidatione Creditorum. Possent igitur EE. VV. Parocho assignare medietatem hacreditatis et reliquam Capellano.

Quatenus vero EE. PP. censerent deputandum esse Capellanum Curatum, tum sane statuendum erit, cujus sumptibus id faciendum sit. Nam Populus Collis congruam spondet pro novo Parocho non vero Capellano Curato. Si igitur Patroni et Canonici urgent hanc deputationem ab ipsis stipendium retribuendum videtur.

Gemina proponuntur dubia:

I. An et quomodo sit locus dismembrationi Villae Collis a Paroecia ecclesiae Alabri et Erectioni novae Paroeciae in ecclesia s. M. Magdalenae Collis seu potius deputationi Capellani Curati in casu?

II. An et quomodo sit providendum congruae novi Parochi in ecclesia Collis seu potius et a quo sit solvendum stipendium Capellano Curato in casu?

S. C. resp.

Ad 1: Affirmative ad I. juxta votum Episcopi reservato favore Matricis aliquo honoris signo arbitrio ejusdem Episcopi, negative ad II.

Ad II: Affirmative ad I. partem per unionem Capellaniae Laurenti et assignationem Decimarum, facta tamen prius per Populum Collis obligatione in forma juris valida de solvendis decimis in perpetuum, et constituto fundo pro manutentione Lampadis; negative ad II.

Die 20. Septbr. 1817.

In civitate M. dioecesi N. duae erant paroeciae altera s. Georgii altera s. Petri, utraque a saeculo decimoseptimo ineunte Collegiali Capitulo decorata, cum tribus suffraganeis, in quibus per capellanos, quos vocant sacramentales, parochialis cura commodius ac utilius geritur. Ecclesia s. Georgio dicata, utpote antiquior, (nam a saeculo duodecimo inter ecclesias s. Sedi Apostolicae immediate subjectas recensetur) Matricis titulo insignis, jurisdictionem exercebat super totam civitatem M., quam ei confirmavit anno 1636 S. Rituum Congregatio per sollemnes resjudicatas dierum 24. Maii et. 6. Septembris 1636, Pontifex autem Innocentius XI. sancivit Litteris Apostolicis »*Alias emanarunt*« editis sub die 4. Iunii 1689, contradicente s. Petri Capitulo, quod ea privilegia ac ipsum Matricis titulum impugnaverat. Sed cum a perturbationibus haud abstinuissent s. Petri Capitulares et populares factiones seditionesque in aevum producerentur, anno 1757 volvente saecularis potestas rebus ecclesiae sese immiscens, quin potius literarum Apostolicarum observantiam indiceret ac tueretur, decreto ad hoc edito, etiam s. Petri Collegiatae Matricis titulum tribuit eamque absolute independentem a s. Georgii ecclesia fecit, utrique proprium territorium constituens, limitibus descriptis interceptum.

Per istam civitatis divisionem a functionibus peragendis extra proprium districtum abstinere debuerunt s. Georgii Canonici: mansit sed utrique Capitulo jus se statis diebus ad proprias filiales ecclesiae conferendi ut functiones peragerent, prouti ab utriusque Collegiatae erectione in usu erat. Ita perfectum quodammodo aequlibrium inter aemulas Collegiatas se instaurasse rata est saecularis potestas et cujuslibet perturbationis occasionem in futurum removisse.

Ast Collegiatae s. Georgii jus ad functiones peragendas acriter inficiabantur administratores (qui et oeconomi vel procuratores vocabantur) temporalium bonorum ecclesiae s. Joannis, quae una ex filialibus erat ejusdem ecclesiae Collegiatae s. Georgii et anno 1599 per Episcopales Litteras fuerat in suffraganeam erecta. Licet enim hujusmodi oeconomi omnibus in civitatis M. ecclesiis existerent ad temporalium bonorum administrationem gerendam et duarum Collegiatarum Capitulis jus competeret eos etiam inter laicos eligendi et cuique filiali ecclesiae praeponendi; tamen isti qui ecclesiae s. Joannis bona administrabant, cum de clero essent, bellum Capitulo indicere ceperunt. Itaque primo jus electionis absolutum Capitulo detrectare, dein anno 1660 volvente conventione cum eo inita jus obtinere valuerunt per triennium successores sibi eligendi a Capituli praeposito approbandos: tandem absolute opponi ne Capitulum, vel ejus pars, statis diebus jus exerceret functiones peragendi in ecclesia s. Joannis, foedere ad hoc inito cum Capellanis in eadem ecclesia, a Capituli Praeposito deputatis. Et licet eos constanter damnassent uno ore Episcopi et saecularis potestas, ab instituto non destiterunt; anno 1824 canonicalibus stallis in eadem ecclesia proprio marte constructis capitulari more sese gerere et factionibus popularibus scandalisque excitatis, armaria quandoque claudendo ne paramenta aliaeque sacrae supellectiles in promptu essent, quandoque tintinnabulis mallia auferendo, quandoque organa vitiando, praesertim solemnioribus diebus, ab ecclesia quam suam dicebant, Capitulum arcere studuerunt.

Obstitit illis praedecessorum suorum vestigiis inhaerens postremus omnium Episcopus N. qui anno 1874 in discursu s. Visitationis decreto constituerat:

1. Praeposito Capituli s. Georgii jus competere sacramenta ministrandi vel per se vel per Capellanos ad hoc deputandos et ab Episcopo approbandos.

2. Eidem praeposito, utpote primae Capituli dignitati, jus pertinere functiones peragendi in solemnitatibus quae de jure parochiali non essent; et prima dignitate absente, jus ad secundam transire. Hisce in solemnitatibus in quibus unus de Capitulo functiones peragit, jus interventus integro Capitulo competere.

3. Capellanos dependenter a Praeposito Sacramentorum administrationi incumbere debere.

4. Oeconomis seu procuratoribus nudam competere bonorum administrationem, cujus rationum redditionem Praeposito adprobandam quotannis ostendere debent.

Cum vero per hujusmodi decretum clausa tergiversationibus via esset, administratores anno 1875 ecclesiam s. Joannis a jurisdictione matricis subtrahere nisi sunt, oblatis s. Congregationi Concilii precibus pro ejusdem paroeciae dismembratione; sed Episcopi informatione contraria petitioni recepta s. Congregatio die 8. Maji 1875 rescripsit: *non expedire.*

Accidit interea ut episcopali ab Sede N. ad Metropolitanam eveheretur qui tali modo omnia disposuerat: et in contrariam prorsus sententiam iret qui ei Successor dioecesi N. regendae datus est. Hic nonnisi per substantialem rerum mutationem pacem in civitate M. duraturam obtineri posse pro certo tenens et Capitulo prohibendum esse duxit ne ad ecclesiam hanc filialem functiones celebrandi causa accederet, salvo eidem jure in petitorio jus suum ostendendi; et ejusdem ecclesiae dismembrationem esse promovendam. Itaque iteratis a s. Joannis oeconomis precibus pro dismembratione obtinenda, Episcopo eas in sua informatione et voto commendante, causam *in folio* poni jussit s. Congregatio.*)

Ex alia parte Capitulum s. Georgii contra Episcopum, qui juris peragendi functiones exercitium praepediverat, idem jus sibi competere decerni postulavit. Et haec quoque causa per decretum *uniatur* alteri super dismembratione conjuncta est. Ita binae propositae sunt s. Congregationi dirimendae quaestiones, altera super dismembratione cujus actores erant administratores ecclesiae s. Joannis, altera super jure peragendi sacras functiones, quam Capitulum s. Georgii promoverat.

Quinque praecipue dismembrationis causae enumeratae sunt:

1. Distantia et difficultas ad paroecialem ecclesiam accedendi.

2. Nimia populi celebritas.

*) Vd. *p. 527 n. 6.*

3. Insufficientia et socordia capellanorum.

4. Antipathia inter populum s. Joannis et s. Georgii fideles existens.

5. Reddituum ecclesiae in parochialem erigendae pinguedo.

Primam causam dismembrationis aperte indicari a s. Tridentina Synodo *cap. 4. sess. 21. de reform.* ubi statuit novas parochias etiam invitis rectoribus esse erigendas illis in locis *in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt.* Huic dispositioni inhaerentem s. Concilii Congregationem pluries paroeciarum dismembrationes decrevisse et praesertim in recentissimis causis *Laquedonien. 16. Decembris 1876 et 19. Maji 1877* et in *Januen. Dismembrationis paroeciae 25. Januarii 1879.* Hanc in themate causam haberi ostendere ipsas literas episcopales quibus anno 1599 s. Joannis ecclesia in matricis suffraganeam erecta est, quae distantiam ecclesiae s. Joannis a matrice et accessus difficultatem inter ejusdem erectionis motiva reposuit. Talibus existentibus causis per capellanos suppleri non posse: monere namque *Ursaya discept. eccles. tom. 1. part. 1. disc. 14. n. 95 et seq.: Quotiescumque paroeciae amplitudo et respective loci distantia, torrentium excrescentia, itineris asperitas supradictorum inconvenientium productiva talis ac tanta est, ut oves faciem pastoris non de facili videant neque pastor oves frequenter cognoscere et personaliter ac quotidie visitare valeat, talisque sit provisio, prout in casu nostro, ut antiquae ecclesiae matricis dignitas non vilescat ac nova filialis congrue dotetur; tunc omnino ad dismembrationem, non autem ad deputationem capellanorum deveniri debet.*

Quoad populi celebritatem tenendum esse cum *Maupied Com. jur. can. vol. 1 pag. 1244 quod in iis parochiis in quibus numerus parochianorum ita exorbitanter auctus est, ut ad viginti millia et amplius pertingat . . . . certe . . . . adest causa necessaria dismembrationis et erectionis novarum parochiarum:* ea praesertim de causa, quia in tanto incolarum numero nedum difficultas sed impossibilitas habetur sacramenta ministrandi. Hanc quoque ob causam saepius S. C. dismembrationes decrevisse et etiam in memorata recenti *Ianuen. Dismembrationis.* Notum namque esse Summum Pontificem Pium VI. fel. rec. in Apostolicis Litteris diei 10. Martii 1791 graviter questum fuisse, quod uni parocho in Gallia lex civilis sex millium animarum curam concredidisset, esti lex ipsa vicarios haud excluderet: et alium Pontificem Summum Leonem XII. in *Constit. Super universam*, sola populi amplitudine motum, novam paroeciarum circumscriptionem in urbe Roma decrevisse. In casu agi de civitate quam Episcopus asserit quadraginta civium millibus constare, quorum vigintiquatuor mille ad s. Georgii paroeciam pertinent.

Praesertim vero, juxta Episcopi informationem et votum, dismembrationem ex hoc capite necessariam fieri, ad aequilibrium inter unam et alteram Collegiatam instaurandum: cum enim habeat paroecia s. Petri sexdecim tantum animarum mille, ei praevalere paroeciam S. Georgii, quae e contra ad aequalitatem reduceretur si novem mille civibus privaretur ecclesiae s. Joannis in paroeciam erectae adscribendis.

Tertium pro dismembratione argumentum convalidabat administratorum orator, allatis S. C. resolutiouibus, quibus planum fit, ab aula recessisse veterum Canonistarum theoriam quae habebat: paroeciarum dismembrationem minime esse concedendam si animarum bono per Capellanos succurri possit. Certum namque esse quod Capellani cum sint minus practici et etiam minoris aestimationis, ea omnia praestare nequeunt quae proprius parochus praestat. Rationem praevalentiae hujus opinionis penes s. Concilii Congregationem esse, quod magis cohaereat Tridentinae dispositioni *sess. 24. cap. 13 de reform.* Etenim parochum proprium melius oves suas agnoscere ac tueri quam Capellanum, qui mercenario Evangelii aequiparari potest, oves tamquam suas non agnoscenti. In facto vero haberi eos qui Capellanorum officio in civitate M. funguntur vix tales esse, qui confessionibus fidelium recipiendis approbari valeant: et data occasione vere mercenarios sese ostendisse.

Quartam petitae dismembrationis causam sumebat orator ex diuturnis quaestionibus quae inter s. Joannis et s. Georgii clerum semper, sed nostro hoc tempore acrius flagraverunt, quarum populus et testis et particeps fit, cum bonorum scandalo et ecclesiae Dei hostium exultatione. Ideo non presbyteros tantum s. Joannis ecclesiae mancipatos,

sed et laicos dismembrationem postulasse. Justam ex hoc causam dismembrationis haberi docere *Fagnan. in casu ad Aud. de Eccles. aedif. num. 19.*

Petitam dismembrationem necessariam quinto loco facere redditum abundantiam quibus s. Joannis ecclesia gaudet. Etenim in *cap. 3 de eccles. aedif.* Alexandrum III. praecipere ut ubi ecclesia redditibus abundat *ecclesiam ibi aedifices: et in ea sacerdotem sublato appellationis obstaculo . . . . . instituas.* In casu de reddituum ecclesiae s. Joannis abundantia ambigi nequire. Siquidem annuum redditum ecclesiae haberi in summa libellarum 5637: 21, cui addendi sunt alii redditus cujusdam pii operis C. in libellis 1827: 41, unde in totum colligi summam libellarum 7764: 62. Sed missis etiam pii operis redditibus, cum ecclesiae expensae ordinariae sint libellarum 2014: 45, his subductis a libellis 5737: 21 adhuc superesse pro congrua libellas 3722: 76.

Adjiciebat postremo loco administratorum orator, non modo necessarium sed urgens esse per petitam ecclesiae in paroeciam erectionem providere, ne ejusdem ecclesiae bona regio quod vocant dominio addicerentur, cujus ad instantiam lis penes supremum Italicae Signaturae Tribunal pendebat. Hujusmodi urgentiam ex eo quoque ostendi, quod haereticorum nisus in dies crescerent, quorum opera templum fuerat apertum.

Administratorum orator contendebat: hoc jus nonnisi ex habitualitate curae animarum Capitulum s. Georgii sibi vindicare posse. Habitualem vero curam in casu deesse omnino, quia in Bulla erectionis ecclesiae s. Georgii in Collegiatam dictum fuerat a Summo Pontifice Urbano VIII. in ecclesia s. Georgii »Praepositum . . . . . omnia onera parochialia supportare et Capellanos et ministrantes eum adjuvantes, prout Rector qui suo tempore fuit ipsius ecclesiae s. Georgii hactenus facere prout solitus fuit manutenere teneatur.« Neque in ecclesia s. Georgii Parochum qua Capituli Vicarium constitutum inveniri; quod cum accidit habitualis cura Collegio adscribitur.

A jure autem devium non esse ecclesiam aliquam curatam in Collegiatam erigi et curam *remanere penes parochum* prout antea erat, *non autem in collegium vel dignitatem transferri, teste Ferraris* in *Biblioth. Verb. Collegiata num. 75.* Et dato etiam quod cura habitualis penes Capitulum esset, nunquam posset parochialia jura invadere. Unde s. Congregatio Concilii in *Baren. 26. Julii 1756* cum quaeretur »*an supra enunciati actus seu functiones quatenus spectent privative ad Archipresbyterum eo absente vel impedito expleri valeant ab ejus substituto etiam non Canonico in casu, affirmative* respondit.

Ceterum rem absolvere, quod hoc jure peragendi functiones frui nequeat Capitulum neque ordinaria potestate neque privilegiata. Non ordinaria, quia etiam parochi jus ad functiones extra propriam ecclesiam agendas non extenditur: prouti s. Rituum Congregatio definivit in decretis Urbis et Orbis anni 1703:*) non privilegiata quia privilegium non praesumitur: ad monitum ejusdem s. Rituum Congregationis diei 4. Maii 1857 quod habet: »*Quodcumque privilegium ad augendum insignium quarumdam ecclesiarum splendorem ab Apostolica Sede dignitatibus, Canonicis . . . . . concessum utpote laesivum Dignitati Episcopali de jure strictissime est interpretandum: quamobrem nil aliud concessum intelligendum est, nisi illud quod speciatim expressum, neque ex indulto uno alterove privilegio trahi potest consequentia ad aliâ, quae singillatim descripta non fuerint.*«

Cum primum causa isthaec die 26. Aprilis plenae Congregationi proposita fuit, ex parte Capituli s. Georgii praejudiciali exceptione excitata de carentia legitimae personae standi in judicio actio denegabatur administratoribus ecclesiae sancti Joannis. Exceptionis fundamentum ponebat in juris axiomate: *interesse non habens audiendus non est (De Luca de Donat. disc. 2 n. 19).* Cum enim preces pro dismembratione quae judicio causam dederant a procuratoribus oblatae fuissent, inspecta autem eorum qualitate hi nec paroeciam neque ecclesiam repraesentarent, sed unice temporalium bonorum administrationem, planum esse, ajebat Capitulum, eos nihil commune habere neque cum ecclesia neque cum paroecia, quae ad praepositum et ad Capitulum pertinet.

Novum huic argumento robur adjiciebat ex eo quod, ceu Capitulum contendebat, actuales procuratores qui judicium instituerunt, nec tales in facto haberi possent, quia juxta transactionem anni 1660 nequirent administrationem suscipere, nisi a Praeposito suae nominationis approbationem quaererent: hanc

*) Vd. *Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. I. p. 818. Edit. Mühlbauer.*

vero nullimode petiisse qui anno 1877 fuerant a praedecessoribus tamquam successores designati: et nonnisi ex abusu eos rei ecclesiae s. Joannis gerendae operam dedisse.

His iisdem de causis procuratorss legitima carere persona standi in judicio quoad quaestionem de jure peragendi sacras functiones, cum illi tantum qui ecclesiam in spiritualibus repraesentant functionibus interesse valeant. Procuratores nonnisi accidentaliter inter Sacerdotes fuisse electos, cum nihil impediret quominus et inter laicos eligi possent. Tandem hac in quaestione non contra administratores, sed contra Episcopum, qui jus Capituli inficiabatur, judicium fuisse institutum.

His adductis rationibus Capitulum a quaestionibus immerito pertractandis abstinebat, dilationem postulans, si Patres Eminentissimi satis in his non haberi putarent unde procuratores repellerent.

Utraque causa ita a partibus pertractata proposita fuere resolvenda

D u b i a:

I. *An sit locus dismembrationi parocciae in casu?*

II. *An constet de jure peragendi sacras functiones in ecclesia s. Joannis Baptistae in casu?*

S. Concilii Congregatio die 26. Aprilis 1879 respondit

Ad I: *Affirmative.*

Ad II: *Sacras functiones a Capitulo peragendas non esse.*

Continuatio.

Capitulum s. Georgii novae audientiae beneficio impetrato certamen funditus instaurabat super utraque quaestione, seorsim et contra dismembrationem et pro jure sacras peragendi functiones tractatione instituta.

Contra Dismembrationem triplici capite divisam orationem proponebat, quorum in primo argumenta ipsa ab adversariis allata quovis robore destitui ostendendum aggrediebatur. Etenim cum in casu a facto ad jus arguere adversarii debuissent, et facta documentis probare, documenta attendi non posse ajebat quae pars contendens sibi ipsi ad commodum paraverat, ex notissimo juris principio, quod »*nemo simul actor et testis esse possit.*« Jamvero ex Episcopi declaratione, ex interventu in causam cujusdam Confraternitatis, ex solidali scopo quo s. Joannis procuratores cum aemulo Capitulo s. Petri jungebantur, hos omnes in causa actores esse eorumque attestationibus et narrationibus pro rei opportunitate conditis probationes ex adverso allatas omnes confici demonstrabat: et concludebat, hujusmodi probationes tantum valere potuisse quantum fidei testes promerebantur, quae cum nulla esset ob actorum personam qua induebantur, sequi et ipsas probationes nullo modo consistere posse et pro non existentibus habendas esse.

Latius extendebatur secundum capnt, quo, dato et non concesso, posse procuratores ecclesiae s. Joannis documentis nti ad acta exhibitis, argumenta quae inde hausta sunt se destructurum pollicebatur Capitulum, demonstrando; vel dismembrationis causas in jure recensitas nihil cum subjecta materia commune habere vel intrinseca falsitate laborare, quae in attestationibus, quibus adversum summarium fere ex integro constabat, pro veris narrata sunt.

Itaque primo procuratorum argumento respondens, dismembrationis causam ex distantia et accessus difficultate promanantem, a casu alienissimam ostendebat, quia de hac sermo fieri solet cum ad paroeciam accedere coguntur fideles, ut sacramenta percipiant et divina audiant officia. Hanc fuisse sacrosancti Tridentini Concilii mentem in *Cap. 4. ses. 21 de reform.* In casu nullam existere necessitatem Collegiatam s. Georgii adeundi, cum omnia ad parochialem spectantia in ipsa ecclesia s. Joannis inveniantur ab anno 1599, cum primum Episcopus O. eam suffraganeam Matricis constituit. Sane in ea et sacramenta ministrari fidelibus et Evangelium praedicari et olea sancta servari et functiones quamplurimas celebrari, ex ipsis ejusdem ecclesiae administrationis libris ad acta exhibitis probari. Quapropter remota quavis occasione ad Matricem s. Georgii ecclesiam accedendi absonum omnino esse quod distantia et accessus difficultas in medium proferrentur.

Celebritatem populi non ita numerice magnam esse ac eam Episcopus una cum procuratoribus proprio marte asserebant, ex municipalibus aeque ac ex ecclesiasticis animarum descriptionibus erui. Hujusmodi celebritatem non numerice ab Episcopo opponi, sed ut per dismembrationem aequilibrium

aemulas inter ecclesias s. Petri et s. Georgii obtineretur. Atqui omnia e contra ostendere, per dismembrationem propositam aequilibrium reapse existens turbari: nam quae minor est et esse debet Collegiata ecclesia s. Petri major fieret, et numerice alteri praevaleret, et dum haec tres super suffraganeas jurisdictionem snam servaret, ecclesia s. Georgii duas tantum suffraganeas haberet. Hoc facto magnam insignis Matricis depressionem orituram, quam avertendam esse monent ipsi auctores ex adverso citati. Nam *Ursaya discept. Eccles. tom. 1 par. 1 Disc. 14 n. 95 et seqq.* monet: tunc esse ad dismembrationem deveniendum cum *antiquae ecclesiae Matricis dignitas non vilescat.* Ergo contra Episcopum et procuratores argumentum converti, cum non aequilibrium, sed aequilibrii perturbatio ex dismembratione orietur.

Ex demonstrata ecclesiae s. Georgii constitutione necnon ex Capellanorum nominibus, quorum plerique de procuratorum coetu fuerunt, animarum perniciem et ipsorum capellanorum ignorantiam respuebat. Cum enim Episcopus procuratores undequaque commendasset, fieri non potuisse ut et capellanos una simul haud commendaret qui de procuratorum coetu vel fuerunt vel sunt adhuc. Attestationibus eos omnes ad confessiones audiendas habiles esse evincebat; quosdam vero et verbo Dei praedicando insignes. Facta ad eorum socordiam probandam ex adverso edita undique falsitate laborare, ac eo usque spiritu partium ductos administratores fuisse, ut ad sine sacramentis mortuos quaerendos, etiam vivos inter mortuos numeraverint.

Populi antipathiam tantum in mente procuratorum ecclesiae s. Joannis existere, qui sacerdotali charactere insignes, nulli non pepercerunt artificio ut scandala fidelium oculis subjicerentur atque ut factiones exurgerent. Non enim populum paramenta abscondisse, mallea tintinnabulis abstulisse, organa vitiasse, sed procuratores ut Capitulum s. Georgii a functionibus peragendis arcerent.

Ceterum quae gravissima omnium est pro dismembrationibus impetrandis et omnibus praeire debet congruae existentia, hanc desiderari omnino in casu. Nam ipsis libris administrationis reddituum ecclesiae s. Joannis ostendi: ejusdem ecclesiae redditus comprehensis pii operis C. contributionibus (quae annuas libellas 150 haud excedunt) redditus haberi in media pro summa libellarum 5612: 94, expensas in libellis 5712: 75 ideoque exitum excedere pro summa annua libellarum 99: 87. Quapropter vel Missas vel onera vel pensiones vel variabiles expensas minni oportere vel congruae inveniendae nuntium mittere, quae in annuis libellis 850 ad minus esset constituenda.

Periculum bonis ecclesiae s. Joannis imminens ob judicii coram civili signatura pendentiam inter somnia esse relegandum; cum a die 21. Aprilis, antequam causa primum coram S. C. proponeretur, sententia prodiisset procuratorum votis omnino consona. Haereticorum templa in procuratorum mentibus extitisse, aeque ac populi desiderium novam habendi paroeciam; cum e contra s. Joannis fideles fere omnes protestati fuerint se nolle a paroecia s. Georgii dismembrari, ne immediatae sancti Georgii totius civitatis M. patroni praecipui protectioni subtraherentur.

Tertio in capite mala ex dismembratione oritura enumerabat Capitulum: quae sunt Collegiatae moralis materialisque depressio, tertiae matricis erectio; et in ea novarum dissentionum ac scandalorum fomites in dies crescentes. Etenim indubium esse, suppressis per Italicam legem Collegiatis, ad servandum Matricis suae honorem et s. Georgii Patroni sui primatum praesbyteros inveniri qui insignis Collegiatae clero cooptari exoptent: sed hac depressa et presbyterorum animos deprimi, squaloris ecclesiae suae participes effectos. Huic rationi accedere proventuum quorumdam amissionem quae certissima ex libris deprehenditur.

Tertiae Matricis existentiam indubie esse expectandam: quia authonomam s. Joannis paroeciam privilegiis illis omnibus frui debere procul dubio clamabunt s. Joannis procuratores et parochus, ac alia fruitur paroecia s. Petri quae ex abusu et vi promotarum factionum saeculari a potestate Matricis titulum sumpsit: quaeque potissima consilia ac adjumenta s. Joannis procuratoribus praestitit ad victoriam iisdem comparandam. Nam aemulae majoris Collegiatae cladem in proprium triumphum converti.

Haec omnia evincere: casum omnino diversum proponi ac illum causae *Januen. Dismembrationis 25. Januarii 1879.* »Siquidem hac in cansa de civitate agebatur ita ad Aquilonem longe lateque amplificata, ut ex novis viis novarumque extructione domorum

nova civitas antiquae addita videretur« deque dismembratione attenta vera, populi frequentia et accessus difficultate, nam populus reapse creverat, et ob civitatis amplificationem quidam longe a parochiali templo distabant: agebatur de populi voto excipiendo necnon de vere erectis templis haereticorum novas inter domos, deque nova funditus aedificata aere collato magna ecclesia Deiparae Immaculatae dicata, in qua congrua constituebatur ab Episcopo ad paroeciam in ea instituendam. Iamvero nihil hujusmodi in casu haberi ex demonstratis constare: immo contrarium omnino, attentis loci circumstantiis et fidelium animis.

Concludebat itaque Capitulum, perditam operam se facturum si de juris principiis casui aptandis disputaret. Ius enim omnibus notum esse in hujusmodi causis applicandum praesertim hoc nostro tempore, quo dismembrationes maximo favore excipiuntur. Sed factis casum a casu ita diversum exhiberi ut quae dismembrationes communiter opportunae atque salutares recensentur inopportunae quandoque ac etiam perniciosae futurae sint. Talem esse, attentis temporis et loci circumstantiis petitam a procuratoribus dismembrationem, ut utilitate nulla foveatur, et perniciem potius allaturam fore appareat.

Pro jure sacras peragendi functiones triplici quoque argumentatione utebatur Capitulum. Ostendebat primo jus quod sibi vindicat validissimum fulcrum habere in decretis s. Congregationis Rituum editis diebus 24. Maii et 6. Septembris 1636. Cum enim sacra Congregatio die 24. Maii declaravisset *ecclesiam s. Georgii civitatis M. esse Collegiatam insignem et Matricem eique uti tali deberi praecedentiam et praeeminentiam super omnes alias ecclesias ejusdem civitatis* et die 6. Septembris eadem sacra Congregatio, pro pono pacis, enumeravisset quaenam essent ejusmodi praeeminentiae, et sub numero *sexto* aperte expressisset *quod accedente clero s. Georgii ad ecclesiam s. Petri pro exercenda publica functione spectet et pertineat ad Praepositum s. Georgii et hoc casu praecedentiam deberi eidem clero s. Georgii*, cumque Litteris Apostolicis diei 4. Junii 1689 Summus Pontifex Innocentius XI. haec eadem decreta confirmasset: jam ambigi amplius nequire de jure Capituli s. Georgii pro exercendis functionibus. Orta tali ac tam sollemni rejudicata non amplius quaeri an male vel bene fuerit judicatum, sed an fuerit judicatum: quod cum constet, remjudicatam pro jure habendam esse.

Atque hoc loco monebat Capitulum, etiam hisce non existentibus decretis haud arduum sibi futurum fuisse evincere hoc se jure pollere, quia in Bulla qua in Matrici Parochiali s. Georgii Collegiatam erexit verba adhibuit Summus Pontifex Urbanus VIII.: »titulum collativum, denominationem, naturam et essentiam Parochialis ecclesiae ... Auctoritate Nostra perpetuo supprimas et extinguas ipsamquae ecclesiam in saecularem et collegiatam insignem ..... et in ea unum Praepositum quae prima et principalis dignitas etc..... erigas et instituas«; et quia Capitulo assiguavit »fructus, redditus et proventus, jura, obventiones et emolumenta universa tam certa quam incerta etiam ratione exercitii curae animarum, lucrifieri et percipi solita, ac ex pede altaris provenientia, necnon etiam omnia et singula, census, redditus et bona ..... similiter perpetuo applices et appropries ..... ita quod ..... Praepositus intuitu exercitii et oneris curae animarum illi incumbentis, hujusmodi duas, quilibet vero ex reliquis Dignitates obtinentibus ac Canonicis uuam aequalem portionem omnes singuli habeant.«

Data in facto Parochialis ecclesiae suppressione et loco ejus Collegiatae erectione, data fructuum perceptione universo capitulari Collegio attributa, applicandum esse illud Pignatelli *(Consul. eccles. tom. IX. consult. 169 num. 9 et seq.)**) qui auctoritati innixus

*) Auctor loc. cit. ita se habet: His tamen minime obstantibus tenendum est hujusmodi curam saltem habitualem illiusque titulum residere apud Capitulum, actualem vero apud Archipresbyterum. Probatur primo ex ipsa erectione parochialis ecclesiae in collegiatam, in qua instituti fuerunt unus Archipresbyter principalis Dignitas, qui curam animarum per se ipsum exercere deberet, duodecim Canonici qui unacum ipso Archipresbytero Capitulum ejusdem ecclesiae Collegiatae constituerunt. Unde sequitur curam animarum, quae residebat penes ecclesiam parochialem esse in proprietate ac titulo apud eamdem ecclesiam erectam in Collegiatam illiusque Capitulum, quod constituitur ex Archipresbytero et Canonicis. Rom. conc. 325. n. 2. et Gabriel cons. 199. n. 7. lib. 2. Deinde quia in Bulla erectionis Collegiatae disponitur, quod cura debet exerceri per Archipresbyterum. Quod demonstrat proprietatem curae residere apud Capitulum illiusque exercitium et curam actualem penes Archipresbyterum, Lott. d. lib. 1. qu. 14. n. 101. ac seq.. Rota dec. 316. p. 4. t. 2. rec. Et Archipresbyterum exercere curam uti ministrum Capituli et Collegii, Gabriel loc. cit. num. 10 A.

Ad hoc quia in Bulla erectionis assignantur Archipresbytero ex fructibus et bonis ecclesiae in Collegiatam erigendae annua scuta centum, reliqua vero omnia et singula ejusdem ecclesiae fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta, census, possessiones, proprietates ac bona quaecumque et qualiacumque mensae Capitulari pro canonicatuum et praebendarum dote applicavit. Ex hac autem dispositione etiam infertur curam habitualem residere penes Capitulum. Barbos. ad Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 4. n. 22, Cavaler. dec. 595. n. 2. et 3. et dec. 289. n. 2, Rota dec. 202. n. 10. p. 1. rec. et dec. 204. n. 2. p. 2. et fuit declaratum a s. Congr. Concilii in Coimbricensi 14. Nov 1646.

Postremo quia cum assignata fuerit Archipresbytero dicta portio et caeteri omnes fructus, praesertim decimae primitiae oblationes percipiantur a Capitulo, signum est indubitatum quod penes Capitulum resideat cura habitualis illiusque proprietas et titulus. Abb. in c. pastor n. 2. de his quae fiunt a Prael., Lott. d. l. 1. q. 20. n. 126.

Idem auctor § 13. ad 15: »Non obstat quod in Bulla erectionis non legatur Canonicis fuisse unitam et assignatam curam animarum. Quia satis apparet curam animarum ecclesiae parochialis erectae in Collegiatam fuisse translatam in ipsam Collegiatam exercendam ab Archipresbytero. Unde cum ecclesia Collegiata constituatur ab ipso Collegio et Capitulo sitque cum ipsa individua et inseparabilis, sequitur manifeste curam animarum respectu proprietatis residere apud solum Collegium et Capitulum quod constituit ipsam ecclesiam Collegiatam: exercitium dumtaxat remanere penes Archipresbyterum. Ac ita ut ne quidem relevaret si in provisionibus obtentis a Sede Apostolica hujusmodi Archipresbyteratus, legatur Archipresbyteratui imminere curam animarum. Quia est narrativa provisionum, quae non debet praejudicare Capitulo: et in omnem eventum esset intelligendum de cura actuali, remanente habituali apud Capitulum. Ut per Duran. dec. 214. n. 5. seq. ac Rot. dec. 376. n. 9. p. 4. tom. 2. ac dec. 445. n. 9. et 10. p. 5. et in Romana Jurium parochialium 4. Decembris 1651 cor. Celso. (Vd. *p. 815. n. 10.)*

aliorum auctorum tradit: talibus in rerum adjunctis habitualem curam penes Capitulum residere. Jamvero si Capitulo ea quae ecclesiae sunt et paroeciae privilegia competunt, cum ad ecclesiam spectet praeeminentia et praecedentia super omnes alias ecclesias ejusdem civitatis, et Capitulo easdem praeeminentias et praecedentias spectare deducendum esse.

Verum haec argumenta ad abundantiam afferri: siquidem in decretis s. Rituum Congregationis et Litteris Innocentii XI. aperte dictum fuit: *Ecclesiam s. Georgii esse Collegiatam insignem et matricem eique »uti tali« deberi praecedentiam et praeeminentiam super omnes alias Collegiatas ejusdem civitatis.* Per haec namque verba privilegia ecclesiae s. Georgii competentia dicta esse, *uti Collegiatae Insigni* et *Matrici*, independenter a cura vel actuali vel habituali. Neque privilegiorum exercitium ad unum Archipresbyterum coarctari: etenim in *articulo secundo* processionem Corporis Christi spectare *ad Praepositum s. Georgii uti primam dignitatem et eo absente ad aliam dignitatem ejusdem Matricis ordine successivo.*

Multominus objici posse quae inter Capitula s. Petri et s. Georgii judicialiter acta sunt ad alias ecclesias non extendi; etenim si talibus fruebatur privilegiis et functiones peragendi jure in aemula Collegiata et paroecia authonoma s. Georgii Capitulum, eo fortius tenendum esse hoc jure ipsum pollere quoad ecclesiam filialem suffraganeam ac omnino ab ipsa Matrice dependentem, qualis ab antiquis usque temporibus fuerat s. Joannis ecclesia.

Hisce etiam missis jus Capituli pro functionibus peragendis in ecclesiis filiabus ostendi absolute contendebat consuetudine ab immemorabili existente undique documentis apertissimis probata, contra quam nihil unquam potuerunt procuratorum turbativae: cum omnes ecclesiasticae etiam potestatis sententiae unanimes Capituli jus s. Joannis procuratoribus contradicentibus confirmaverint. Postremum omnium esse Decretum Episcopi N. actualis praedecessoris in discursu visitationis anno 1874 editum. Thesim confirmare etiam documenta ex adverso allata ad ostendendum quot et quantis reclamationibus causam dederit jus hoc peragendi functiones; reclamationes enim omnes pertinaciam procuratorum eorumque attentata, Canonicorum vero jus ac possessionem in aperto ponere.

Ipsam aequilibrii legem ab Episcopo contra Capitulum invocatam ejusdem juris manutentionem suadere; nam cum Capitulum s. Petri in omnibus suffraganeis suis et filiabus ejusmodi jure utatur necesse esse ut non minoribus polleat facultatibus Capitulum, cujus privilegia saeculare brachium minuit, sed coram ecclesia eadem semper tenenda sunt ac Pontifex Innocentius XI. sancivit.

Ceterum observantiam, quae per se solam meliorem de mundo titulum supplet, invincibilem fieri, quoties titulo solidissimo innitatur. Jamvero in casu resjudicatas s. Rituum Congregationis et Bullam Innocentii XI. observantiae fundamentum praebere quo validius nullum.

Tertio loco allata est resjudicata ecclesiastici judicis in subjecta materia edita anno 1634; qua explicatum est dictionem *propriam ecclesiam s. Georgii* ad omnes ejus filiales extendi debuisse, ideoque, omnia quae in propria s. Georgii ecclesia fieri poterant et in omnibus aliis filiabus ecclesiis fieri potuisse. Quamobrem decidere in casu argumentum quod Episcopus tamquam potissimum contra jus peragendi functiones attulerat, asserendo functiones in alienis ecclesiis non esse peragendas. Etenim quod jus sibi vindicavit s. Georgii Capitulum, non alienas sed proprias matricis ecclesias respiciebat; proprias quidem in sensu juris et in facto: cum constet saeculo XII. unam s. Georgii ecclesiam civitatis M. sub B. Petri et Sedis Apostolicae protectione immediata susceptam fuisse, ceteras autem omnes alias ecclesias ejusdem civitatis illi uni subjectas mansisse: et nonnisi ab anno 1504 in s. Petri ecclesia paroeciam existere cepisse.

His aliisque fuso calamo a Capitulo adductis (quae tamen omitti posse duximus) Eminentissimis Patribus pro duplici primorum dubiorum ordine *bis* eadem dubitandi formula proposita est.

In primo et secundo Dubio:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu? Ipsi autem in generalibus comitiis diei 20. Decembris 1879 responsa dederunt:

Ad I. In decisis et amplius; firma obligatione Episcopi constituendi securam congruam Parocho impositoque eidem Parocho onere praesentandi ecclesiae s. Georgii in festo Titularis ac Patroni Principalis M. cereum trium librarum in signum matricitatis.

Ad II. In decisis et amplius.

Quibus omnibus inspectis

colligere poteris:

I. Distantiam et difficultatem ad parochialem ecclesiam accedendi necnon nimiam populi frequentiam inter causas dismembrationum praecipuas recenseri.

II. Dismembrationum favorem maximum in praesenti haberi in causis dismembrationis alicujus paroeciae, cui fundamentum praestat Tridentina Synodus *sess. 21. cap. 4. de reformatione.*

III. Nec satis validum obicem parari per capellanos animarum curae satis consultum esse; etenim capellanis praevalere parochos fidelium proprios, qui oves suas cognoscere eisque melius ac opportunius adesse valent.

IV. Verum in dismembrationibus decernendis parochi substentationi potissime esse consulendum per congruae constitutionem, sine qua novae paroeciae erectioni locus fieri nequit ex eodem Tridentini *cap. 4. sess. 21. de reformatione.*

V. Congruam pro non existenti habendam esse nisi sit undequaque secura. *)

7) Ecclesiae filialis a Praepositura concessa.

Mutinen.

Decreto diei 16. Martii 1842 Mutinensium ejus temporis Episcopus Aloysius Reggianini dismembravit subsidialem ecclesiam s. Geminiani Castellini de Brocco a praeposituali ecclesia s. Laurentii de Serpiano, cui eam jampridem 1831 decessor Episcopus Adeodatus Caleffi solemni decreto plenarie unierat. Ut autem ejusmodi dismembratio perperam patrata fuisset, inaudito nimirum prorsus praeposito Serpiani nullaque intercedente canonica causa et cum flagranti jurium matris ecclesiae jactura, ita e re sua censuit ipse praepositus querelas ad S. H. O. protinus deferre ut tum dismembratio tum provisio novae paroeciae inde per concursum sequta irrita ac nulla pronunciaretur. Demandata controversiae cognitio Amplissimis Patribus binis sub dubiorum formulis:

I. An et quomodo episcopale decretum super novae paroeciae erectione sit confirmandum vel infirmandum in casu?

II. An et quomodo sit confirmanda vel infirmanda novae paroeciae collatio in casu?

In Conventu diei 17. Decb. 1842 definita fuit responso ad utrumque: Attentis peculiaribus circumstantiis consulendum Sanctissimo tum pro sanctione dismembrationis et erectionis novae paroeciae tum etiam pro confirmatione electionis novi parochi cum omnibus

*) Cum notum nobis sit, per rescriptum diei 28. Junii anni currentis, ad instantiam Capituli s. Georgii, quatuor plenae Congregationi fuisse ablegatas quaestiones circa interpretationem ac extensionem resolutionum hujus causae, ab aliis edendis deductionibus abstinemus, ne supremum s. Congregationis judicium praevenire velle videamnr, quod suo loco, Deo favente, lectoribus nostris erit tradendum.

inde sequutis ad quoscumque juris effectus, dummodo tamen conficiatur redditus novae paroeciae absque detrimento bonorum praepositurae et praefinito annuo tributo trium librarum cerae albae elaboratae Praeposito in festo s. Titularis offerendo in signum matricitatis. Hujusmodi resolutio approbata ac plene confirmata fuit a s. m. Gregorio XVI. in audientia diei 19. ejusdem mensis et anni.

Sedulus inde Praepositus penes Curiam egit ut Bullae expedirentur et exequutioni committeretur indulta dismembratio juxta formam et tenorem enunciatae resolutionis; cujus effectus in eo potissimum esse confidebat, ut bona quae ob causam dismembrationis fuerant per Episcopum avulsa a praepositura omnino redintegrarentur. Frustra tamen: siquidem Bullae adhuc expeditionem praestolantur; s. Geminiani Parochus bonis sibi tributis quousque paroeciam tenuit et impune gavisus est; et annuum tributum cerae nunquam matrici ecclesiae fuit oblatum. Dum hinc aditus intercIusus ad negotium absolvendum penes Curiam sibi cerneret Praepositus, reliquum sibi esse agnovit s. hanc Congregationem iterum adire.

Episcopus Reggianini qui adhuc in humanis erat de informatione et voto rogatus est.

Inter caetera addebat, injuria queri Praepositum de tenuitate reddituum sibi superextantium eam documentis refellendo.

Reque vera triennio fere siluit quaestio, nimirum ad ineuntem usque annum 1848, quo, e vivis elato Episcopo Reggianini, Vicarius Capitularis eidem suffectus in dioecesis regimine et mox Episcopus ipsius Mutinensis ecclesiae renunciatus, aliter prorsus de negotio sibi pandito a Praeposito Serpiani sentire visus est. Nam haud mora die 25. Febr. 1848 per literas commisit Vicario Foraneo loci Pievepelago, ut coram se collectis tum Parocho tum patribusfamilias paroeciae s. Geminiani iisdem significaret procedendum omnino esse ad plenam decreti s. Congregationis exequutionem, proinde agendum esse de congrua novo Parocho stabilienda absque detrimento bonorum praepositurae, de taxatione annui tributi cerae albae, de apostolicarum demum literarum obligatione in forma juris valida. Quod si hisce praestandis vel desides vel reluctantes forent, declarabat, quod »non potrà più farsi luogo alla sanazione della dismembrazione, ed erezione della nuova parrocchia, ed alla conferma dell'elezione del Parroco; così intimerà, e farà loro conoscere che non potremo esimerci dal rimettere, siccome in effetto verranno tosto, in tal caso, rimesse le cose in pristino.«

At vero Episcopi propositum distulit Parochus s. Geminiani, qui referens rem quoad patresfamilias perarduam ac inutilem fore, se potius paratum exhibuit negotium omne absolvere per tractatus amicabiles coram Curia cum Praeposito habendos, tum quoad abdicationem bonorum, quae in controversia venire possent, tum quoad Bullarum expeditionem. Porro ipsa Curia assentiri visa est, ut hac methodo contentio omnis componeretur; quare omnem suam contulit operam, ut pars unaquaeque suas scripto conficeret propositiones.

Folia utrinque exhibita sunt, quibus complectebatur quid cuique reddere vel habere sibi in animo erat. Ast patuit vel ab initio nimium paciscentes inter se dissidere. Parochus namque Castellini contendens manuteneri in pacifica possessione omnium bonorum, quae suae ecclesiae assignata fuerant in vim decreti dismembrationis, restitutionem ad unum alterumque praediolum coercebat.

Praepositus contra Serpiani quamvis universa bona ad suam pertinere ecclesiam asseveraret, nihilominus pro bono pacis nonnulla abdicare favore novae Paroeciae paratum se exhibebat, nonnullis sub conditionibus infra recensendis. Quae proponebat Praepositus ut ex adverso admitterentur pluribus suadere studuit ipse Episcopus: sed difficilem nimis expertus est Parochum Castellini, qui suam reluctantiam tueri posse arbitratus est suorum etiam parochianorum contrario suffragio. In hoc rerum statu, vacata ob renunciationem Parochi ecclesia s. Geminiani, Oeconomus, qui interim illius regimini suffectus est Aloisius Fontana, novum tractatum concordi parochianorum animo confectum exhibuit, fidens rem tandem hac ratione absolvi posse. Sed neque illud placuit Serpiani Praeposito ob rationes de quibus inferius.

Defatigatus Episcopus tam diutinis disceptationibus, perpendens summopere interesse, ut controversia aliquando definiatur et sic novo Rectore ecclesia s. Geminiani provideatur.

Antequam EE. PP. de praemissis hinc inde articulis judicium proferant sinant per-

contari utrum propositae speciei obstare quodammodo queat regula XIII. Cancellariae apostolicae.*) Per eam sane Pontifex revocare, annullare, cassare intendit omnes uniones, adnexiones et dismembrationes etiam perpetuas de quibusvis Cathedralibus necnon aliis ecclesiis . . . et beneficiis ecclesiasticis, quae vivente ss. Pontifice qui eas explevit, vel ante renovationem dictae regulae effectum suum sortitae non fuerint. Quae regula complectitur etiam dismembrationem partis fructuum ad dictas ecclesias pertinentium, quod a Clemente VIII. primum opponi solitum fuit, ut notat Rigantius ad eamdem regulam. Eapropter ne dictae regulae dismembrationes subjaceant, cavendum omnino est, ut postquam probatae fuerunt expleantur vivente Pontifice ceu unanimiter eandem regulam commentantes tradunt *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 29. n. 28., Turicell. de Union. cap. 15. n. 10., Rigant. ad dict. regul. n. 24., Reclus. de re paroch. part. 1. tit. 12. 208, Rota decis. 275. n. 3. part. 5. decis. 446. n. 21. par. 4. t. 2. decis. 614. n. 62. par. 4. t. 3. Recent.*

Ad hoc autem, ut parochialis ecclesiae dismembratio dicatur effectum suum sortita, sentiunt Doctores id requiri, ut a novo Parocho capta sit ecclesiae ejusve bonorum ac jurium pacifica possessio, quos inter habetur *Barbos. de jure eccles. univers. lib. 3. cap. 16. n. 61., Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. n. 281., Mandos. super Regul. Cancellar. quaest. 5. n. 3. vers.: Et vere, Rota decis. 90. n. 8. part. 4. t. 2. Recent.*, quibus consonant quae habentur in *decis. 2005. n. 12. coram Lancetta.* Ineffectuata contra dicitur dismembratio quotiescunque conditiones a Superiore in actu dismembrationis adjectae minime fuerunt executioni commissae, uti docet *Rota decis. 204. n. 3.* et *decis. 274. n. coram Ratto.* Hinc ineffectuata remanet ob non adimpletam conditionem, ex. gr. adsignationis congruae quae a ss. Canonibus omnino praescribitur pro novae parochiae erectione, *Fagnan. cap. 3. ad Audientiam n. 52. de eccles. aedific., Azor. Instit. moral. par. 2. n. 9. cap. 3. qnaest. 1., Barbos. de offic. et Potest. Episcop. par. 3. allegat. 64. n. 3., Reclus. loc. cit. n. 211., Rota decis. 2. n. 16. coram Herrera.*

Quibus praejactis observari posset, quod licet dismembratio expleta in themate videretur ab Episcopo Reggianini, attamen nonnisi per sanationem a s. Sede decretam die 17. Decb. 1843 vires suas ipsam exerere potuisset palam est. At vero, ut ad tramites ejusdem resolutionis sanationi fieret locus, opus omnino fuisset conditionibus ibidem adjectis parere; ut nimirum redditus novae paroeciae absque detrimento bonorum Praeposituraе conficeretur; ut annuum tributum eidem Praeposito quotannis exhiberetur, ut demum Literae apostolicae de hisce omnibus expedirentur. Hinc, quum vivente Pontifice haec omnia minime executioni fuerint mandata, haud levis enascitur dubitatio, utrum dicta dismembratio sub censura relatae regulae XIII. venire potuerit ita ut ad pristinum statum omnia regredi opus sit.

Quatenus autem censeatur haec utique in casu praeteriri posse, utrinque propositi conventionum articuli ad trutinam veniunt revocandi. Pluribus sane urget Praepositus, ut quos ipse edidit undique confirmentur,

I., quia juxta decretum S. C. nihil sibi ex bonis Praepositurae conferendum foret ad congruam novae paraeciae,

II., quia etiam bona illa, quae sibi tamquam propria afferere praesumit Parochus s. Geminiani continuo pertinere ad ecclesiam s. Laurentii, cui etiam accesserunt bona collapsae antiquae paroeciae nuncupatae ss. Laurentii et Geminiani de Brocco, utpote huic in juribus parochialibus subrogata. Erratum autem fuisse dum in folio s. C. super controversia dismembrationis exarato veluti in controversum ponebatur ecclesiae s. Geminiani sua semper fuisse bona; id siquidem aperte excludi probat decreto unionis anni 1831 a decessore Episcopo Caleffi exarato ubi inter alia rationum momenta, quibus ad unionem devenire profitebatur, haec etiam recensentur: si perchè la Chiese di Castellino non è provveduta di beni proprii, mentre quelli che furono assegnati in godimento a quel Vicario pro tempore, spetavano dapprima al beneficio parrochiale di Serpiano, e fu questo un compenso dell' ajuto che veniva prestato dal Vicario medesimo al Preposto di Serpiano. Quod si ex Praepositurae bonis nonnulla inscripta in censualibus tabulis reperiuntur favore ecclesiae Castellini, id perperam factum fuisse. Verumtamen per censuales tabulas rerum dominium non probari rem compertissimam in jure dicit et pluries definitum habetur a s. Rotae Auditorio, novissime autem coram *Muzzarelli in Ferentina Proprietatis 12. Junii 1853 § 13.* et in *Sabinen. Responsionum 30. Aprilis ac 5. Julii 1841 coram de Silvestris.* Idque vel magis in casu quo omnium bonorum pacificam ipse nactus fuit possessionem usque de anno 1831 dum praepositus fuit renunciatus,

III., quia si secus bonorum assignatio fieret, haudquaquam congrua ipsa sustentatio superesset. Siquidem lamentatur congruam maxima ex parte confici pluribus iisque longe sejunctis terrae fructulis quorum nonnulli exiguum, alii autem nullum dant redditum; adeo ut iniquum foret ipsum mendicitati subjicere ad ditandam novam paroeciam, contra apertam ss. Canonum censuram, qua sancitur nihil bonorum esse detrahendum a dismembrata paroecia, cui congruam haud superese patet. Ceteroquin vel ipse Episcopus, qui dismembrationem demandavit, in supra relata informatione asserere non dubitavit, quod annuus Praeposituraе Serpiani certus redditus pertingeret summam scutatorum nonaginta quinque, dum ex jure ac praxi S. C. praebenda parochialis congrua habetur, quae saltem redditum annuum scutatorum centum suppeditat. Contra satis consultum novae paroeciae evincere est tum ex redditibus bonorum cedendorum tum ex aliis prodeuntibus nimirum ex congura L. 383 tum demum ex aliis praediis a defuncto Episcopo cessis, quae omnia sane conflant annuam fructuum symbolam L. 963. 6. Ceterum nec illud minoris momenti esse putat, quod nimirum etiam hodiernus Episcopus conventionis articula plene probare visus fuerit, dum per suas literas diei 23. Sept. 1848 significabat Rectori Castellini: a lui non rimanere altro partito se vuole che si conservi la nuova parrocchia, che di accettare il progetto di accomodo tal quale fu presentato dal Preposto di Serpiano sotto il 16. Luglio, e di provvedere che sia compita la congrua canonica della sua nuova parrocchiale, ove non bastassero i beni che a lui rimarrebbero.

Nec minus justitiae aequitatique consonas dicit conditiones, quibus alligatam voluit conventionem. Siquidem quoad primam quae territorii partitionem respicit, eam approbandam esse urget, quia sic recta habetur ejusdem territorii demarcatio.

De II. autem conditione quae annui cerae elaboratae tributi praestationem respicit haud esse obloquendum existimat, ex eo quod id profluat a decreto S. C. quod servandum esse suadet etiam jugis hac in re praxis, de qua testatur *Ferrar.* verb.: *Dismembratio n. 21.* ubi refert sic decisum a s. C. in *Anglonen. 20. Decb. 1704.* Justitiam pariter conditionis, quae sub numero III. recensetur, evincit, ne dum ex resolutione S. C., quam, praeter beneficium parochiale, implicite etiam respexisse, ait, ad decentem ecclesiae matricis tuitionem, sed etiam ex eo quod bona dell' Illuminaria nuncupata dismembratae Praeposituraе originem trahunt praecipuam a collapsa ecclesia ss. Laurentii et Geminiani de Brocco, cui, uti jam dictum, subrogata fuit ecclesia Serpiani. Proinde fabricae necessitatibus providendum esse urget restitutione saltem tertiae partis bonorum eorumdem dell' Illuminaria, quae nonnullis abhinc annis filiali ecclesiae tributa fuerunt, et praecipue restituenda ea quae intra ambitum matricis continentur.

Demum de postremae conditionis justitia suadere conatur etiam ex eo, quod perspicuum undique sit Parochum injuria diu nimis tenuisse bona eorumque fructus insumpsisse, quae exclusive ad matricem pertinebant: idque pessima quidem fide, attento decreto S. C., quod minime ipsi ignorare licuit. Illegitimum autem detentorem seu malae fidei possessorem nullo modo fructus suos facere posse, ideoque ad eorumdem restitutionem teneri, tradit cum communi *Rota in Reatina Beneficii 27. Junii 1764 § 9. cor. Mellino* et S. C. in *Forosempronien. 29. Julii 1848 §: Refragari.* *)

Ex altera vero parte Oeconomus s. Geminiani putat rem, prout ipse proposuit, esse omnino absolvendam. Siquidem observat injuria ecclesiam s. Laurentii jactare superioritatem prae ecclesia s. Geminiani, quam potius subrogatam fuisse antiquae paroeciae di Brocco, monumentis probari asserit. Injuria itidem bonorum restitutionem ex adverso peti, quam tum ultronea cessione in manibus defuncti Episcopi Reggianini Praepositus ipse ante dismembrationem explevit, tum sententia diei 3. Septembris 1842 a Delegato Episcopi tributa ipsi fuerunt atque in eorumdem pacifica possessione permansit.

Probari autem haud posse conditiones a Praeposito adjectas, praecipue quae respiciunt territorii novam divisionem, evincit ex decreto S. C. ubi nec vola nec verbum de ea habetur; potissimum autem ex libello,

*) Vd. *t. II. p. 823.*

*) Vd. *t. II. p. 564. g.*

quem parochiani dederunt Episcopo, quo apertissime refragantur unioni Casalenorum di Pradisotto, delle Macchie e Lamarine, protestando essere stati noi e i nostri antenati sotto la parrochia del Castellino, d'essere stati battezzati ed averne ne' medesimi Casali impartito le pasquali benedizioni i Curati del Castellino, e seppellito i cadaveri. Nec aliunde sufficiens extat ratio, cum territorii divisio semel rite peracta inde reformetur. Qua super re perpendit, quodsi prudenti Episcopi arbitrio relinquitur statuendm quantum una ecclesia ab altera distare valeat, ut parochiani sacramenta commode inde sumere possint, ceu tradunt *Barbosa collect. doct. in Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref. n. 8.*, *Rebuff. in prax. benef. par. 1. tit. de erect. in curat. et paroch. n. 9.*, *Menoch. de arbitr. cas. 497. per tot.*, *Ricc. resolut. 476. n. 5.*, profecto tenendum est defunctum Episcopum Reggianini ideo divisionem inivisse, ut ita optime animarum bono consultum foret.

Post haec sedulo erit perpendendum, utrum admittenda sit necne fructuum restitutio a Praeposito Serpiani reclamata. Id enim potissimum pendere videtur ab altera eaque praecipua facti quaestione, an scilicet et quae bona controversa reapse ad matricem ecclesiam pertinuerint. In casu quippe affirmativo nullum dubium, quin eorumdem respectivae fructuum restitutioni locus esse deberet: tanti siquidem haud fieri posse vel cessionem a Praeposito factam, utpote quae ob sollemnitatum defectum nullius momenti est habenda, vel decretum Vicesgerentis anni 1842 ut bonae fidei possessorem constituat Parochum s. Geminiani, putat vel ipse hodiernus Episcopus, propterea quod il decreto . . . era stato proferito pendente lite, ed in aperta opposizione alla definitiva ed inapellabile risoluzione emanata prosterioramente dalla s. Sede, a cui esclusivamente spettava la cognizione di una tale vertenza. Ast hoc in casu durissimam sane conditionem incideret novus Parochus, cui per plures annos maxima congruae sustentationis pars deficere deberet. In casu vero negativo esset ambigendum, utrum ceteras etiam conditiones, quae decreto S. C. non continentur, admittere expediat. Siquidem matrici ecclesiae reservatum non censetur, nisi quod in litteris dismembrationis continetur. *Rota decis. 213. n. 1. et decis. 351. n. 1. Recent.*

Haec EE. VV. sapientiae erant subjicienda, ut dirimere valeant

D u b i a :

I. *An sit danda exequutio Rescripti S. C. diei 17. Decb. 1842 in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quae cessio ac respectiva assignatio bonorum sit approbanda, ita ut et quae conditiones sint admittendae in casu?*

S. C. resp.

Ad I. Affirmative, facto verbo cum SSmo.

Ad II. Dilata et scribatur Episcopo qui magis praecise referat de bonis quibus fruebatur tam Praepositura quam ecclesia Castellini ante unionem peractam ab Episcopo Caleffi.

Die 24. Aug. 1850.

Continuatio.

EE. PP. mandatis obsequens Episcopus remisit folium accurate exaratum a Vicario foraneo Archipresbytero loci Pievepelago, quo describuntur bona, queis respective fruebantur tam Praepositura Serpiana quam ecclesia Castellini di Brocco ante enunciatam unionem.

Advertit Episcopus relatum prospectum concordem esse folio ab praeposito Serpiani exarato.

Superest, ut resumpto folio diei 24. Augusti, in quo facta ac jura late recensentur, alterum definiant EE. PP.

Dubium:

An et quae cessio ac respectiva assignatio bonorum sit approbanda, ita ut et quae conditiones sint admittendae in casu?

S. C. resp.

Affirmative juxta votum Episcopi per Breve facto verbo cum SSmo.

Die 14. Decb. 1850.

8) Ecclesiae filialis a parochiali et erectio novae parochiae concessa.

L u n e n.

(Conc. Tr. c. 4. sess. 21. de ref.)

Perspecto facti themate descripto in folio Congregationis diei 28. Febr. anni proxime

effluxi super praetensa dismembratione Castri Pontis Bosii a parochiali ecclesia Oppidi Licianae, cum EE. PP. consultissime oraculum proferre non duxerint, nisi formiter verificata distantia jam d. Castri atque difficultate accessus ad eandem Parochiam, quapropter dubio tunc proposito:

An sit locus dismembrationi ab ecclesia parochiali s. Jacobi Licianae ac erectioni novae parochialis in Castro Pontis Bosii seu potius deputationis Coadjutoris Parochi in d. Castro Pontis in casu etc.?

responsum prodiit:

Dilata et Episcopus conficiat processum, auditis interesse habentibus, non retardata deputatione Capellani sumptibus petentis et deinde cujus de jure.

Quibus sane, ut par est, obsequendo mandatis post receptas remissoriales literas idem Episcopus tredecim testium examen sub interrogatoriis recepit, quin etiam, ut EE. VV. facti veritatem ad oculum perspectam habeant, binos eligi peritos curavit, qui perlustrato dimensoque controverso locorum intervallo jurejurando peritiam exhibuerunt atque eorum alter ichnographicum typum delineavit, quae sane aliaque documenta in summario exarentur cum nupera relatione Episcopi. Interea vero quo hujusmodi probationes parabantur, Incolae jam dicti Castripontis sibi ipsis persuadentes, quod Capellanus pro spirituali eorum subsidio deputatus munia quaelibet parochialia in Oratorio praememorati Castri Pontis obire potuisset, s. Baptismatis lavacrum atque sepulchra ibi construi curarunt aliaque composuissent, quae in parochia optime ordinata exiguntur, nisi Jacobus Mariottus parochus Oppidi Licianae in Congregatione diei 28. subsequentis Martii modum ponere ita obtinuisset: *Pro facultate Capellani administrandi Sacramenta poenitentiae, Eucharistiae et extremae unctionis ac celebrandi missas, exceptis solemnioribus, nempe diebus Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes et Nativitatis Domini:* atqui Marchione et hominibus saepedicti Castri Pontis adversus recensitum decretum reclamantibus sub die 16. Maji s. eidem Congregationi visum fuit in decretis persistere. Subinde vero iterum conquerens praelibatus parochus cum supplex exposuisset, quod recurrentibus Paschatis et Pentecostes praelapsi anni festivis diebus jam d. Capellanus imperia s. Congregationis detrectans missae sacrificium offerre ausus fuit in praememorato Oratorio omnesque Castri Pontis Incolae Paschale praeceptum illic perfecerunt; atque Marchione Malaspina cum hominibus saepedicti Castri praetexentibus Sacrum in die potissimum resurgentis Domini peractum fuisse ante denunciationem secundo dicti decreti, jam sub die 23. Junii subsequentis mensis EE. PP. respondere placuit:

In decretis et conficiatur processus intra tres menses, quo termino elapso Capella remaneat interdicta, reservatis attentatis in fine litis.

Verumtamen perseveravit saepedictus parochus pro attentatorum purgatione, exaggerando, ex supremi hujus Senatus indulgentia homines Castri Pontis audentiorem animum in dies concipere, quo triduo post paschalem solemnitatem fluentis anni propriae parochiae desertores s. Pascha celebrarunt in ecclesia plebana s. Mariae plebis montium Simonis; neque tamen sibi ipsis defuerunt iidem Incolae asserentes ob temporis angustiam, qua prohibebantur ad s. Congregationis praesidium confugere, ad id facultatem summo jure ab Episcopo obtinuisse; siquidem ob nonnulla jurgia et contentiones, quae inter homines utriusque oppidi ex hujusmodi litigii causa etiamnum exardescunt, majora exoriri poterant scandala, nisi provide ab Episcopo fuisset consultum, ne invicem eodem loco convenirent. Quapropter iterum in Congregatione sub die 30. Apr. jampridem effluxi placuit EE. VV. rescribere:

Proponatur causa omnino in secunda, una cum dubio super attentatis et quatenus non informent homines Castri Pontis, subjiciatur eorum Capella Interdicto.

Itaque post reportatas ab hominibus Castri Pontis iteratas prorogationes, eodem dubio super attentatis tandem concordato, saepedictus Parochus Oppidi Licianae inpraesentiarum diem illuxisse autumat, quo omnia ab ipsis innovata sedulo animadverti debent. Verum quidem mox dictis hominibus asseverantibus supremi hujusce Senatus oraculis humillimum semper morem gessisse nulliusque attentati incursus sese insimulari posse, quin etiam contemptus reum esse Parochum Licianae, quem militum manu stipatum cum aliis Terrigenis impetum fecisse asserunt in Peritum, dum perlustrabat controversa loca, eique peritiam seu plantam

quam prae manibus gerebat, divulsisse dilaniasseque atque alia perpetrasse in assertum contemptum s. Congregationis mandatorum, pro quibus explendis Peritus ipse tunc insudabat. Reliquum itaque est, quod EE. PP. prudentissimo eorum judicio ex his aliisque utrimque prolixius deducendis super infrapositis dubiis oraculum pandere non dedignentur:

I. *An sit locus dismembrationi ab ecclesia parochiali s. Jacobi Licianae ac erectioni novae parochialis in Castro Pontis Bosii seu potius deputationi coadjutoris Parochi in d. Castro Pontis, in casu etc.?*

II. *An et de cujus attentatis constet in casu etc.?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative quoad I. partem et negative quoad II.

Ad 2: Provisum in I.

Die 12. Oct. 1711.

Mileten.

(Conc. Tr. c. 4. s. 21. de ref.)

Ante 1690 Bernardinus de Urso Archypresbyter ecclesiae s. Mariae de Latinis in oppido Aquarrii Arenarum jampridem erectae alteram administrabat parochialem ecclesiam s. Nicolai loci Simiatorii praedictae suae ecclesiae uti opponitur unitam, sibi adjuncto subsidiario Presbytero, qui populo sub dicta paraecia degenti Sacramenta administraret caeteraque munia ad animarum curam spectantia exerceret.

Defuncto 1690 memorato Archipresbytero Homines loci Simiatorii sub fundamento, quod populus oppidi Aquarii Arenarum et loci Simiatorii ascenderet ad mille et biscentum incolas, proindeque non posset ab uno eodem Parocho recte gubernari, quodque ob flumen hyberno praesertim tempore viam interscans non posset aditus ab ecclesia s. Nicolai ad alteram s. Mariae de Latinis haberi, coram Episcopo Miletensi instantiam promoverunt ut ecclesiam s. Nicolai ab ecclesia s. Mariae de Latinis dismembraret seu potius separet.

Existimans autem Episcopus concurrere causas approbatas ab Alexandro III. in cap. *Ad Audientiam**) *de eccl. aedific.* et a s. Concilio Trid. in *cap. 4. sess. 21. de ref.* ita decrevit: »Visis ejusdem populi supplicationibus nobis humiliter porrectis earum parochialium separationem et dismembrationem petentis necnon praevia informatione per nostram Curiam capta ex fide dignorum Testium depositionibus, ex quibus constat, preces veritati fundari, necnon Parochi hodierni consensu, considerans, etiam quod si talis separatio et dismembratio fieret, cuilibet ipsarum parochialium Rectori disjunctim congrua ad se substentandum honeste et commode vivendum portio remaneret ac omnia quae ad dictam dismembrationem non inducunt veritate niti, dicimus, decernimus et providemus, parochialem Simiatorii cum omnibus suis incolis, honoribus et oneribus fore et esse separandam et dismembrandam ab ecclesia parochiali Aquariae Arenarum in perpetuum etc. destinantes tamen Rev. Parocho Simiatorii duc. 60, super fructibus et redditibus et proventibus parochialis eccl. Arenarum per communes Arbitros peritos aestimandis et per Rever. Rectorem Aquarii servatis servandis assignandis.«

Nunc vero post lapsum quadraginta circiter annorum Marius de Antona Archipresbyter ecclesiae s. Mariae de Latinis assertam dismembrationem impugnat, contendens, servatas non fuisse solemnitates, quae ad validam ecclesiarum dismembrationem a jure communi fuerunt praescriptae, tum quia in ea non intercesserit consensus Capituli Cathedralis, tum etiam quia ecclesiae s. Mariae Latinis utpote tunc suo pastore viduatae defensor non fuerit deputatus, additque praeterea, causas adductas pro ea obtinenda falsas fuisse, praesertim vero quod ab asserto flumine via, qua itur a loco Simiatorii ad oppidum Aquari, intercidetur, minusque ait veritate niti, quae annua summa tunc primum assignata novo Parocho Simiatorii in ducatis sexaginta, et postmodum in concordia 1716 inter ipsos Parochos inita ad annuos ducatos 40 redacta solvi posset a Rectore Aquarii salva ejus congrua.

His autem omnibus contradicit Simeon Marzanus modernus Rector ecclesiae dicti Simiatorii, qui separationem Parochiarum authoritate Episcopi factam pro viribus nititur sustineri.

Pluries in s. Congregatione actum fuit de simili controversia. In Syracusana dissolutionis unionis ad dirimenda gravia dissidia exorta inter populos duarum ecclesiarum parochialium, quae simul unitae jampridem reperiebantur proposita fuerunt duo haec

D u b i a:

1: *An sit concedenda petita dissolutio unionis itaut una ecclesia remaneat independens ab alia?*

Et quatenus negative,

2: *An sit indulgenda ex gratia?*

Rescriptum vero fuit: Pro gratia divisionis juxta modum praescribendum ab Eminentissimo Praefecto.

In *Lunen. Sarzanen dismembrationis* petita fuit rescissio duarum ecclesiarum parochialium, quae per centum et triginta annos conjunctae fuerant; at non obstante, quod duobus milliaribus inter se distarent, quia Episcopus s. Congregationi exposuit, annuos redditus impares esse futuros congruae sustentationi duorum Parochorum die 3. Maji 1703 responsum fuit: locum non esse petitae unionis dissolutioni.

In alia itidem *Placentina* contendebant homines Villarum Silvae et Retorti separari debere eorum parochiam s. Mariae ab altera s. Michaelis, cui ex parvo numero populi et ex reddituum tenuitate fuerat uti afferebatur unita atque ad obtinendam petitam dissolutionem iis potissime nitebantur rationibus, quod parvus numerus habitantium in dictis Villis notabiliter adanctus esset, quod inter ecclesiam s. Mariae et ecclesiam s. Michaelis intercederet Flumen impossibilem aliquando reddens aditum ab una ad aliam ecclesiam, quodque demum ipsi parati essent augere summam annuam pro novi Parochi sustentatione necessariam, at contra opponente Parocho s. Michaelis, unam ecclesiam ab alia non distare nisi per spatium unius milliarii et praedictum flumen per modicum dumtaxat tempus aliquando tumescere ita tamen, ut haud aegre quisque posset illud praetergredi, dummodo fieret Pedagium juxta regulas artis, disceptatis binis hisce dubiis

1: *An sit locus dissolutioni unioni ecclesiae Parocialis Villarum Retorti et Silvae ab altera ecclesia parochiali Villae Rompeggi sive potius servanda sit unio in casu etc.?*

Et quatenus affirmative quod 1. partem.

2. *An modernus Parochus ecclesiae Pompeggi teneatur ex nunc restituere omnes reditus alterius ecclesiae parochialis dictarum Villarum Redorti et Silvae pro sustentatione novi Rectoris in casu etc.?* S. Congregatio die 13. Aprilis 1726 ita rescripsit: Capellanus Curatus pro nunc constituatur in ecclesia s. Mariae Retorti expensis Parochi et scribitur Episcopo juxta instructionem.

Et demum in *Causa s. Miniatis Dissolutionis Unionis*, postulante populo parochialis ecclesiae s. Reguli, ut dictae ejus ecclesiae separaretur ab altera ecclesia s. Jacobi Pagi Balconevisii, cui ob redditum tenuitatem adnexa fuerat, quamvis Episcopus pluribus adductis rationibus putaret esse petitioni annuendum attamen ad dubia hisce verbis concepta:

1. *An sit locus dissolutioni unionis?*

Et quatenus negative,

2. *An sit erigenda Vicaria perpetua in ecclesia s. Reguli in casu* etc.?

Die 12. Decb. 1733 prodiit rescriptum

Ad 1: Negative.

Ad 2: Affirmative cum assignatione congruae per Episcopum facienda ad normam Constitutionis s. Pii V. et cum collatione ejusdem Vicariae per concursum; illudque confirmatum fuit die 3. Julii superioris anni.

Episcopus refert, se audivisse Collitigantes qui se habuerunt remissive ad jura utrinque deducta in processu in illius episcopali Curia confecto.

Deliberandum igitur erit:

1. An dismembratio ecclesiae s. Nicolai Oppidi Simiatorii ab ecclesia parochiali s. Mariae de Latinis Oppidi Aquarii sustineatur in casu etc.?

2. An sit servanda concordia anni 1726?

Et quatenus negative quoad utrumque,

3. An locus sit novae dismembrationi sive potius deputationi Vicarii perpetui in d. ecclesia Simiatorii et cum qua congrua?

4. An sit locus restitutioni annuarum praestationum persolutarum et a quo tempore in casu?

S. C. C. resp.

Ad 1 et 2: Affirmative.

Ad 3 et 4: Provisum in superioribus et amplius.

Die 15. et 29. Jan. 1735.

*) Vd. *p. 1101.**)

Imolen.

(Conc. Tr. c. 4. s. 21. de ref.)

Cum Eminent. D. Cardinalis Gozzadinus in relatione status suae ecclesiae Imolensis ad hanc s. Congregationem transmissa exposuisset, quod ad succurrendum animarum saluti expediebat parochiam ruralem s. Bernardini in Silva in duas dividere, fuit Eminentiae Suae insinuatum, quod oberiorem super hoc facto exhiberet informationem, antequam ad dismembrationem procederet, et quod a suo Promotore fiscali terminus praefigeretur interesse habentibus ad sua jura deducenda in hac s. Congregatione.*)

In hujus insinuationis executionem Eminentia Sua uberiorem transmisit informationem in qua post expositam *longitudinem et latitudinem parochiae* s. Bernardini refertur

I., quod per d. parochiam interfluit Flumen Santerni, quod hiemali praesertim tempore est impervium,

II., quod parochiani vel propter viarum difficultatem pro majori anni parte accedere non possunt ad ecclesiam parochialem, ita ut nec missae interessent diebus festis, nisi a piis quibusdam benefactoribus nonnulla Oratoria constructa fuissent, in quibus missae dictis diebus celebrantur;

III., quod attentis distantia et viae difficultate supra expositis *nonnulli parochiani non sunt sufficienter instructi in rebus fidei et aliquando sine Sacramentis decesserunt* et decedunt;

IV., quod se hortante quidam Sacerdos Franciscus Belletti aere proprio a fundamentis extruxit ecclesiam sub invocatione s. Joseph, una cum commoda domo pro residentia novi Parochi et accedente ulterius ejusdem Sacerdotis promissione de facienda assignatione tot bonorum stabilium fructiferorum pro annuo redditu scutorum 69, ultra nonnulla alia annua legata scut. 25 relicta ab alio benefactore et eroganda in celebratione missarum in dicta ecclesia adimplenda;

V., quod ad reparandum quodcunque damnum, quod Parochus s. Bernardini ex dismembratione pati posset, licet habeat in redditu scuta 200 circiter, posset novus Parochus obligari ad consignanda eidem 7 aut 8 annuas corbas frumenti, quae summa fere ascendit ad medietatem corbarum frumenti, quas antiquus Parochus a familiis perciperet, si non fieret earum dismembratio. Cumque ad hujus uberioris informationis tramites propositum fuerit in s. Congregatione habita die 22. Junii anni prox. praeter. dubium: *an esset locus dismembrationi et erectioni novae parochiae?*

nulla tunc fuit capta resolutio, sed responsum est: *quod scriberetur Eminent. Episcopo pro nova informatione juxta mentem, quae fuit, ut instructa redderetur s. Congregatio de annuo redditu, qui quolibet anno habetur ex foculariis novae parochiae assignandis, facto calculo reddituum per decennium ad tramites Juris et quod ulterius edoceretur de modo, quo Eminent. D. Episcopus subvenire intendit aliis domibus descriptis in plancta exhibita et aequali si non majori auxilio indigentibus et novae parochiae nullatenus assignatis.*

Ad effectum satisfaciendi hisce novis petitionibus tertia informatio ab Eminent. D. Cardinali Gozzadino ad s. Congregationem transmissa est. Et in eo quidem, quod attinet ad interesse primitiarum a domibus dismembrandis percipi solitarum, dicitur totum interesse consistere in scutis 26 et obulis 60 tam habita ratione frumenti, quod a nonnullis domibus consignatur, quam pecuniae, quae ab aliis persolvitur et idcirco in secunda informatione propositum fuisse, quod Parochus novae parochiae ex dictis primitiis contribueret 6 vel 7 annuas corbas frumenti antiquae parochiae s. Bernardini in signum matricitatis, quae corbae aestimari possunt ad rationem juliorum quatuordecim pro qualibet, facto calculo super pretio frumenti per decennium; in eoque, quod spectat ad subministrationem auxilii pro aliis domibus in plancta exhibita descriptis, subditur, sic rem componi posse assignando novae parochiae centum et quinquaginta focularia et extendendo limites novae parochiae per lineam directam versus antiquam ecclesiam, ad occasum per duo milliaria circiter usque ad inclusionem loci, qui lateralem ad meridiem per milliare circiter usque ad locum, qui dicitur *via de Traversagno Oratorio della pianta* et per lineam dicitur, et ab aliis lateribus usque ad confinia dioecesis Imolensis cum dioecesibus Ravennatensi et Faventina, concludendo vel quod reliqua focularia non ita distant ab ecclesia s. Bernardini, vel si quae sunt distantia, non esse in tali numero,

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

ut iisdem in casu indigentiae a novo Parocho succurri non possit, et quominus homines in dictis domibus degentes tempore hyemali accedere ad novam parochiam, licet alienam, valeant, vel ut functionibus intersint ecclesiasticis vel ut doctrinam ediscant christianam.

Haec sunt, quae pertinent ad dismembrationem et erectionem novae parochiae, sed cum post aliam hujus causae propositionem habitam die 22. Junii 1720 fuerit a me petitum, ut dubio super dismembratione et erectione novae parochiae aliud superadderem circa pertinentiam seu reservationem jurispatronatus, novum antiquo dubio fuit dubium superadditum sacerdosque Franciscus Belletti contendit Juspatronatus sibi et non antiquo Parocho esse reservandum, tum quia aere proprio novam ecclesiam a fundamentis unacum domo pro Parochi residentia construxit, tum quia promptus et paratus est ad faciendam consignationem stabilium fructiferorum in annuo redditu scutorum 60 absque eo quod ulla sit habenda ratio vel aliorum legatorum novae ecclesiae relictorum vel primitiarum, quas ex domibus dismembrandis antiquus Parochus solitus erat percipere; legata etenim non sunt gratuita, sed cum onere celebrationis missarum et primitiae novae parochiae consiguantur in recoguitionem laboris et sollicitudinis, quam Parochus habet in cura animarum, absolutumque est in Jure, quod Parocho matricis ecclesiae in tantum competit Jus praesentandi ad parochiam noviter institutam ad terminos *textus in cap. Ad audientiam il primo de ecclesiis aedificandis*, in quantum ecclesia antiqua de suo contulit pro aedificatione aut fundatione novae ecclesiae, secus autem quando eadem, prout hic, sumptibus Sacerdotis Francisci Belletti fuit fundata et aedificata, cuique idcirco jus praesentandi ad ipsam est reservandum, uti adnotarunt in dicto *cap. Ad audientiam Abbas n. 10., Fagnan. n. 39. de eccles. aedificandis, Adden. ad Lap. allegat. 66. lit. N., Lambertin. de Jurepatronatus parte I. primi libri quaest. 8. art. 1. per totum, Pirhing. ad tit. 3. decret. tit. 48. § 2. n. 12., Lotter de re benef. lib. 1. quaest. 28. n. 40. et seqq.*

Quocirca diguabuntur EE. VV. decernere:

I. *An sit locus dismembrationi et erectioni novae parochiae in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et ad cujus favorem sit reservandum Juspatronatus in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative, dummodo Oratorium della Janta remaneat sub antiquo Parocho.

Ad II.: Juspatronatus pertinere ad Sacerdotem Belletti solutis corbis septem frumenti annuis a novo Parocho ecclesiae matrici et reservato competenti honore ab ecclesia filiali exhibendo erga matricem arbitrio Episcopi.

Die 21. Junii 1721.

Ariminen.

Villa Vallechii Ariminensis Dioecesis, quam incolunt sex rusticorum familiae, duobus milliariis distat ab ecclesia sua parochiali s. Felicis de Arboreto, ad quam nequit patere accessus, nisi per semitas impervias ac dirutas ob rupes et aquarum cursus duarum, qui eas intersecant, torrentium, itaut nec parochiani, tempore potissimum hiberno, ipsam parochialem ecclesiam adire possint nec Parochus ad villam accedere, spiritualia et Sacramenta populo ministraturus; quare debiliores, pueri et senes privantur nedum commodo audiendi Sacrum diebus festis et Sacramentum Poenitentiae et Eucharistiae suscipiendi, sed etiam necessaria Evangelii et Doctrinae christianae explanatione, vitam misere ducentes, in magna rerum ad fidem pertinentium ignorantia et plures occumbunt sine debita sacerdotis existentia et sine necessaria Sacramentorum praesidiis.

Habitatores ejusdem Villae, suarum animarum saluti prospicientes, oblatis ss. Domino Nostro precibus, quae ad s. Congregationem remissae sunt, postularunt, ut praevia dismembratione nova erigeretur parochia in ecclesia s. Blasii, quae extat in eadem villa satisque ampla est ad incolarum numerum complectendum, adsignatis in sustentationem novi parochi redditibus et proventibus beneficii simplicis in eadem ecclesia erecti sub titulo Abbatiae, ascendentibus ad annua sc. 75 monetae romanae, postquam tamen secuta fuerit ejusdem beneficii vacatio.

Eminent. Ordinarius de more auditus confirmat narratorum veritatem, cum fuerit testis oculatus occasione pastoralis visitationis accedens ad eandem villam humeris homi-

num delatus, propter viarum asperitatem; et refert, quod commotus parochianorum miseriis auctor ipse fuit, ut preces Sanctissimo porrigerentur pro hujusmodi novae parochialis erectione, quam sua autoritate perfecisset, nisi affectum et reservatum esset s. Sedi beneficium praedictum modo obtentum a sacerdote Monte-maggio Secretariae status inservienti; praesertim quia ob parochianorum et hodiernae parochialis inopiam alia via consultum esse non potest illarum animarum saluti: et quia, ut ex pluribus pastoralibus visitationibus depromitur, ecclesia s. Blasii olim fuit parochialis dictique beneficii redditus praecipue constant ex decimis, quas annuatim pendunt homines d. villae Vallechii.

Auditi pariter fuerunt ministri Datariae, qui assentiuntur unioni sive assignationi dicti beneficii favore novae parochialis erigendae.

Et hujusmodi erectioni suum praestat consensum parochus s. Felicis de Arboreto cum cessione jurium et onerum Curae super habitatoribus villae ac emolumentorum funeralium, juxta documentum in secretaria exhibitum, sive incertorum emolumentorum funerum, ut legitur in alio documento in actis producto, sibi tamen reservato jure baptizandi pueros novae parochiae et interveniendi cum suo Capellano, praelative quoad alios presbyteros, in omnibus illius functionibus digniorємque locum occupandi post novum parochum, ac dummodo non minuantur redditus suae parochiae nec sibi onus augeatur.

Petitae igitur erectioni locum esse disputant oratores, juxta votum Eminentissimi Episcopi, et servatis conditionibus in consensu parochi expressis cum omnes urgeant causae dismembrationis enumeratae in *cap.: Ad Audientiam de eccles. aedif.* et a *s. Conc. Trid. in sess. 21. cap. 4. de reform.* et extrema parochianorum et hodiernae parochialis inopia legitimam reddat unionem simplicis beneficii favore *) novae parochialis, juxta mentem ejusdem Sacri Concilii Trid. *sess. 21. cap. de ref.*

Erit itaque ab EE. VV. definiendum:

I. *An sit locus dismembrationi ecclesiae parochialis s. Felicis de Arboreto?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit facienda dismembratio in casu?*

*) Vd. *t. II. 965. h. I.*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Affirmative, juxta votum Emi Episcopi, servatis conditionibus in utroque consensu parochi expressis, facto verbo cum Sanctissimo.

Die 26. Mart. 1763.

Novarien.

Anno 1500 ex oppidis Culma, Cisara, Oyda, Brolio et Nunio, quae sub una parochia erant oppidi Eumeniae dioecesis Novariensis, nova parochia erecta est in Nunio ad ecclesiam s. Blasii adjecta lege 5 oppidis pendendi ecclesiae matrici, quam relinquebant, annuas lib. 24 imperiales cum aliquot cereis. Anno 1607 Cisara et Culma suam peculiarem parochiam constituerunt, relicto Nunio cum duobus illis Brolio et Oyda.

Exemplum secuta communitas Brolii suam sibi parochiam constituens a Novariensi Episcopo proxime elapsis annis expostulavit, ad vitanda incommoda jam aucti sui populi ac detrimenta et damna, quae ob longas vias et asperas in diem patiebatur. Haberi decentem ac aptam in loco ecclesiam. Offerre se pro sui parochi sustentatione congruos redditus et opportunam domum. Nihil causae esse, cur inviti a suis laribus abstrahantur, pro fidei rudimentis addiscendis et pro sacramentis ecclesiae recipiendis; cur voce et manu pastoris carere debeant, qui in re praesente doceat, pascat et oves suas distincte noscat? Cur sine ecclesiae sacramentis non perraro obire cogendi sint?

Usque ab anno 1756 actum est de ea re pro concordia cum Nunio et Oyda, quae relinquebantur. Non impugnabant istam divisionem: petebant unice, ut communitas Brolii eam ratam, quam Parocho Nunii dabat, praeberet inposterum. Sed concordiae spes evanuit. Hinc instaurata controversia ac re cognita die 2. Augusti 1758 curia Novariensis per sententiam novae parochiae erectionem rejecit ac declaravit »dumtaxat ad majus populi commodum licuisse atque licere erigere vicariam seu capellaniam perpetuam cum assignatione congruae a communitate villae Brolii et dummodo provideatur et provisum remaneat indemnitati parochi Nunii, cujus jura semper et quandocunque si contingat erigi memoratam vicariam seu capellaniam intacta et illaesa remaneant et remanere debeant et non aliter.«

Appellavit proinde Brolium ad Mediolanensem Metropolitanum qui die 13. Augusti 1760 locum esse edixit »petitae per communitatem et homines loci Brolii separationi ac dismembrationi ab ecclesia parochiali Nanii ideoque deveniendum fore et esse ab illustrissimo et reverend. D. Episcopo Navarien. ad erectionem novae parochiae in loco Brolii, ita tamen ut ejusdem congruae assignatio nullo modo constituatur ex fructibus parochialis ecclesiae loci Nanii, in omnibus et per omnia ad formam dismembrationis Cisarae et Culmae 1607 die 5. Novb.

Reclamavit propterea Nunium. Interim denuo de concordia actum est, quae inita tamen fuit inter Joannem Paulum Sozani procuratorem Nunii et Antonium Mariam Sozani procuratorem Brolii.

Conventum est

I. de remissione expensarum hinc inde;

II. de tribuendis ecclesiae Nanii lib. 200 pro instauranda ecclesia ac lib. 1000 pro illius parocho, qua solutione Brolium ab omni onere erga Numium et erga matricem s. Ambrosii liberaretur;

III. quod liberum esset novo parocho Sacra omnia in sua ecclesia celebrare et ea etiam, quae antea ad parochum Nanii pertinebant atque alpes de Brolo pro suo implendo muere adire.

Non placuit ea inita concordia populo Nanii, qui illam nunc impugnat. Hinc de ejus vi agitur primum ac deinde ex integro de novae parochiae erectione quam omni casu expostulat Brolium.

Communitas Brolii rite initam concordiam ait, cum legitimo procuratore et re mature perpensa ideoque exequendam omnino, *cap. Contingit de transact. l. legem. cod. de pact., Rot. rec. dec. 452. n. 4. part. 4. t. 2.*

Immerito objici, mandatum procuratori datum revocatum fuisse. Non probari hoc ex affirmatione unius testis et quidem suspectae fidei. Propterea transactionem utilem fuisse communitati Nanii. Sic eam liberari a dispendio et periculo litis. Nihil ejus parocho detractum, imo meliorem illius et suae ecclesiae factam conditionem solutione non modicae quantitatis lib. 1200.

Multo magis quia de jure nihil ecclesiae Nanii debebatur, cum vera matrix parochia semper ecclesia s. Ambrosii Eumeniae fuerit, cui adhuc a quinque oppidis hoc nomine praestatio solvitur. Ideoque neque consensum Nanii ad hanc novam divisionem requirendum fuisse, quemadmodum in divisione Cisarae et Culmae consensus quaesitus non est. Agnovisse hoc Parochum ipsum Nanii, qui ob eam rationem non contradicit, simulationem hanc et invidiam esse incolarum, dum Parochus ipse, de cujus jure agitur, silet et quiescit.

Necessariam insuper fuisse transactionem. Hinc ad alteram petionis partem descendit. Probatam esse et quidem ex peritis mensoribus loci distantiam, probata impedimenta, praesertim hiberno tempore, alpestrium praeruptorum, pluviis ac perpetuo gelu horrentium viarum. Probata inde mala et detrimenta quae evenerunt et quae futura certe sunt. Quae omnia necessariam faciunt divisionem, *cap.: Ad audientiam 3. de eccles. aedific., Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref., Barbos. ibidem n. 11., Clericat. de benefic. disc. 89., n. 8.*, s. Congreg. in *Puteolana Erectionis parochiae 18. Junii 1701.*

Compertam fuisse curiae Novariensi ipsi hanc necessitatem providendi tot malis. Re plenius animadversa curiam Mediolanensem judicavisse non sufficere vicariam, sed necessariam divisionem ac novae parochiae erectionem, quemadmodum et ipsa Novariensis curia nunc profitetur.

Addunt se omnes ob easdem causas matricem veterem s. Ambrosii deseruisse. Duos ex 5 populis, ut sibi providere potuerunt, sibi ipsis sine ullius querela consuluisse. Cur invidendum Brolio, quod Cisarae et Culmae permissum est. Separatos suum Parochum velle alere. Instructa esse omnia ad novam parochiam erigendam. Praeter haec ad emercandam pacem etiam de suo insignem pro iis locis quantitatem obtulisse. Causas concurrere omnes pro hac divisione demandanda quam nunquam in his rerum circumstantiis s. Congregatio denegavit, ut in *Aquen Dismembrationis 13. Julii 1720 et 2. Augusti 1721, Firmana Dismembrationis 15. Dec. 1759.*

Interrogata de hac transactione curia Novariensi die 17. Augnsti 1762 respondit: »Hujus transactionis approbationem in hac curia obtinere curarunt et consul et homines Brolii, verum cum praeventione ad eandem pervenerit notitia, quod ad illius stipulationem deventum fuerit post revocatum integra

adhuc re mandatum insuperque videretur per hujusmodi transactionem minus tribui ecclesiae parochiali Nanii, quam ferret ipsamet sententia Metropolitani, a qua Consul et homines Nanii appellaverant, ideo nullum super ea impositum fuit decretum.«

Adjicit novum inde caeptum tractatum concordiae quae effectum non habuit concluditque: Interim vero animi mei sensum aperiens censeo annuendum esse petitae separationi seu dismembrationi non solum quia homines Brolii tempore hiemali cum pluviae inundant non possunt sine magna difficultate parochialem Nanii ecclesiam adire, sed etiam quia posita tenuitate redditui ipsius parochialis parochus ipse impar est manntenendo coadjutori propriis expensis; cumque piorum benefactorum concurrat oblatio assignandi de proprio novo futuro parocho congruam sustentationem, non videtur differenda haec spiritualis consolatio eisdem hanc gratiam enixe postulantibus.

Ex parte Nanii nihil adhuc datum est.

Alexander III. statuit in *cap.: Ad audientiam 3. de eccles. aedificand.:* »Ad Audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa quae dicitur T. tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare ut tempore hiemali cum pluviae inundant non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire, unde non valent congruo tempore ecclesiasticis offiicis interesse. Quia igitur dicta ecclesia ita dicitur redditibus abundare, quod praeter illius villae proventus minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus quatenus si res ita se habet ecclesiam ibi aedifices et in ea sacerdotem sublato appellationis obstaculo ad praesentationem Rectoris ecclesiae majoris cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villae obventiones ecclesiasticas percepturum, providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci matrici ecclesiae servetur.«

S. Congregatio divisionem aliquando admisit ut in *Aquen. Dismembrationis 13. Julii 1720 et 2. Augusti 1781, Imolen. Dismembrationis 8. Junii 1720.*

De congruae tamen quantitate assignandae quaesivit primum, ut *Fagnan.* in cit. cap. *Ad audientiam n. 16.* et s. Congregatio in *in Aquen. Dismembrationis 15. Maji 1723.*

Necnon de perpetua obligatione populi ad eam congruam omni casu supplendam.

Denegavit aliquando et praesertim si necessitati satis consultum sit cum capellano coadjutore sive vicario parochi ut in *Cassianen. 17. Decb. 1740, in Aquilana Dismembrationis 8. Januarii 1744* et in terminis oblati per populum stipendii sine ulla divisione reddituum ecclesiae parochialis in *Lunen. Sarzanen. Dismembrationis 8. Martii* et *27. Sept.* et in *Constantien 27. Junii 1761.*

De ejusmodi materia actum est praeterito anno in foliis *Lunen. Sarzanen. diei 14. Aprilis* et *Derthonen. Dismembrationis 2. Junii 1764* Advertendum tamen, quod hic non agitur de divisione a prima matrice ecclesia. Considerandum quid adjumenti afferat aliorum duorum oppidorum jam antea similis permissa divisio. EE. PP. quid sit censendum edicent.

Inquiritur

I. *An sit locus approbationi concordiae 1471 in casu?*

Et quatenus negative

II. *An admittenda sit dismembratio seu separatio ab ecclesia parochiali loci Nanii et erigenda nova parochia in castro Brolii?*

S. C. resp. ad utrumque: Affirmative.

Die 23. Novb. et 14. Decbr. 1765.

Fesulana.

Paraecia ss. Viti et Modesti in Soppiano posito constabat olim ex capitibus fere 1040 et ex fundis atque et incertis stolae redibant annua scuta 464. 37, ex quibus deductis oneribus in scutis 224. 82 libera erat Parocho congrua in scutis 239. 55. Antecessor Episcopus Fesulanus, ut saluti animarum satius consultum esset opportunis facultatibus auctus dismembravit portionem hujus paraeciae atque ex ea novam Plebaniam erexit in ecclesia s. Alexandri all' Luccia. Ita autem utriusque paraeciae ratio constituta est. Parochiae ss. Viti et Modesti assignata fuerunt capita 270 atque tot fundi, unde praecipuuntur una cum incertis annua scuta 219. 72, ex quibus demptis oneribus libera Parocho supersunt scuta 110. 37. Plebano vero s. Alexandri data fuerunt capita 1080 et fundi unde redeunt comprehensis incertis scuta 244. 65, quae deductis oneribus reducuntur ad scutata 114. 45. In hac tamen assignatione fundorum evenit ut nonnullae terrulae quae datae fuere paraeciae ss. Viti et Modesti intersecent fundos, qui assignati fuerunt Plebaniae s. Alexandri all' Incisa. Quare modernus Episcopus Fesulanus vacante nunc paraecia ss. Viti et Modesti postulavit facultatem dismembrandi et applicandi has terrulas Plebaniae s. Alexandri. Injunctum est Episcopo ut *audito praesertim* Promotore fiscali referret de terrenis et *in specie dismembrandis et uniendis favore paroeciae s. Alexandri eorumque valore, annuo redditu ad monetam romanam per Peritum ex officio, de vera necessitate.* Quibus Episcopus in sua informatione ita respondit: *Audito jureconsulto hujus dioecesis, qui praemissis omnibus actis necessariis opportunis mihi dedit judicium: justum esse censeo petitam dismembrationem, respectivam unionem sicuti constat per supradicta acta exhibita in hoc archivio a dicto jureconsulto, ideo spero ab EE. VV. rescriptum in favorem dictae paroeciae s. Alexandri.*

Ex hac relatione constat quinque esse petia in totum, Stariorum 5 et domum ad portam castri dell' Incisa, quae dismembranda sunt a paraecia ss. Viti et Modesti. Haec omnia aestimata sunt scutis 800 et fructus dant annuos in scutis 17. 99, (quae sint speciatim non adnotantur), residua sunt libera scuta 3 et oboli 21.

Sane cum facta jam sit dismembratio fundorum a paroecia ss. Viti et Modesti, ut nova erigeretur paroecia s. Alexandri all' Incisa, iterum nunc facienda proponitur, quae esset iterata dismembratio, a qua jure repugnat. Et quamquam non idcirco petatur haec iterata dismembratio, ut nova constituatur Paroecia, sed ut jam constitutae augeantur redditus; attamen de necessitate constare debet, qua remota dismembratio numquam concedi solet *ex text. in cap. 8. de Praebend, Fagnan. in cap. Ad Audient. de eccles. aedifican. n. 20., Garz. de Benef. part. 12. cap. 3. n.* et s. Congregatio in *Januen. Translationis paraeciae 16. Januarii 1724* et in *Firmana Dismembrationis paraeciae 21. Novb. 1801.*

Necessitas vero ex eo deducitur, quod Plebania sancti Alexandri habet capita 1080 et egenis abundat, ita ut Plebano pinguiori congrua opus sit, qua pauperibus opem ferre possit. Contra vero Parochus ss. Viti et Modesti exiguo gravatus est parochianorum numero ad capita 270 et onere liberatus est retinendi Capellanum Curatum. Quibus ex rebus aequum videtur, ut Plebano s. Alexandri congrua augeatur ex iis terrulis, quae fundos eidem assignatos intersecant, ex quo saltem exurgit causa, ut harum intersecantium terrularum applicatio fiat, ne Plebano possessio intercisa sit. Observant tamen EE. PP. quod postulatur dismembratio terrarum quantitatis Stariorum 5 et paullo amplius, atque cujusdam domus. Haec autem aestimata sunt cum scutis 800, ex quibus redeunt annua scuta 21 et deductis oneribus in scutis 17. 99 supersunt libera scuta 3, obuli 21. Incredibilis sane videtur tam exiguus fructus ex satis amplo capitali scutorum 800, cum ad taxam legalem scutorum *4 in singula 100* reddere deberent saltem annua scuta 32. Rursus incredibile videtur, quod super annuo fructu scutorum 21 imposita sint onera scutorum 17. 99. Ponderandum quoque est quod ad dismembrationem concedendam requiritur consensus Rectoris paraeciae, a quo fit dismembratio, *cap. 1. de eccles. non alienan.* Nunc paroecia ss. Viti et Modesti Rectore caret, neque insolens est, ut differatur dismembrationis cognitio donec ecclesia de Rectore provideatur qui ejusdem jura defendere possit. Vel si una ratio praecavendarum dissentionum inter utrumque Parochum pro terrulis ecclesiae ss. Viti et Modesti intersecantibus praedia paroeciae s. Alexandri all' Incisa ex nunc dismembrationem suaderet, haec ipsa ratio porrigi nequit ad domum ejus Castri Januae contiguam; pro terrulis vero secum deliberent Emi Patres, an congrua illarum pretio indemnitas a Parocho s. Alexandri favore alterius foret praestanda.

Haec EE. PP. prae oculis habeto responsuri ad dubium:

An et quomodo sit locus dismembrationi et domus a paraecia ss. Viti et Modesti et applicationi Plebaniae s. Alexandri all' Incisa in casu?

S. C. resp.:

Affirmative soluto pretio reinvestiendo cum solitis clausulis favore paraeciae ss. Viti et Modesti, aut redindegrata eadem paraecia cum aliis fundis ejus valoris et redditus spectantibus ad Plebaniam s. Alexandri arbitrio Episcopi seligendis praevia aestimatione per Peritum ex officio deputandum in dicta provenientia translatis.

Die 27. Apr. 1816.

Vintimilien.

Paroecia quae est in Oppido Pennae Vintimiliensis Dioecesis sub invocatione s. Marci plures complectitur Pagos vulgo Massagi in declivio Appennini Montis positos et in quibus 500 capita numerantur.

Quod ex locorum distantia et ex aspera ac difficili via hyberno praesertim tempore Pagorum Incolae necessariis carerent spiritualibus subsidiis, veterna querela fuit, quam 1767 Vicarius capitularis Sede episcopali vacante excepit deputato Capellano in ecclesia s. Antonio Patavino Olivettae dicata, cui facultatem dedit *di fare tutte le funzioni ad uso delle Parochie, e con l'incarico allo stesso di amministare ai Popoli de sudetti Villaggi tutti i Sagramenti* jussitque ut a Parocho s. Marci huic Capellano quotannis solverentur librae 200 Januensis monetae ipso Parocho opponente et appellante. Sed 1768 novus Episcopus de consensu partium sententiam tulit, qua praestationem librarum 200 a parocho s. Marci faciendam Capellano pro tempore ab ipso nominando ad libras 150 redegit.

Res ita processerunt usque ad annum 1799 quo plurima jurgia, odia atque dissidia exarserunt inter Pennensem populum et pagorum Incolas, inter parochum et Capellanum, quorum semina adhuc extincta non esse testatur praesens controversia. Eo tunc tempore facta est Olivetae erectio Fontis baptismalis et Coemeterii. Interea per plures annos vacavit paroecia s. Marci ejusque administratio concredita fuit Oeconomo, donec e mense Aprili 1817 per apostolicam provisionem parochus institutus est Sacerdos Aloysius Trucchi.

Paucis vix interjectis mensibus Deputati pagorum preces Sanctissimo obtulerunt postulantes parochiam. Vicarius capitularis cujus rogata est sententia auditis partibus omnia quae a Deputatis pagorum exponebantur de distantia et difficili via ab ecclesia parochiali et de necessitate administrandi Sacramenta in ecclesia s. Antonii Patavini probavit, putans per deputationem Vicarii Curati posse suppleri.

Ex Allegationibus hinc inde distributis habent EE. PP. rationum momenta, quibus tum parochus tum incolae pagorum inter sese disputant sub infrascripta *3 Dubiorum* formula.

Quoad *I. dubium* in quo quaeritur de facienda necne Dismembratione negat parochus huic locum esse posse ob quamlibet distantiam ab ecclesia parochiali vel quamlibet Viarum difficultatem, sed eo tantum in casu, in quo nonnisi cum magno incommodo ad parochialem ecclesiam patet accessus, ut tradunt *Leuren Jur. eccles. lib. 3. tit. 8. quaest. 994. n. 2., Fagnan. in cap. Ad Audientiam de eccles. aedifican. n. 18.* et *Reiffenstuel. Jur. can. lib. 3. tit. 4. n. 13.*

Hoc magnum incommodum excluditur a testibus, qui deponunt unius tantum horae itinere posse incolas pagorum ad parochialem ecclesiam accedere. Quin etiam ex hisce testium depositionibus inverosimilia redduntur, imo excluduntur mala, quae Vicarius capitularis obvenisse enumerat ex distantia et asperitate Viarum, quae hyemali tempore nive, ventis glacieque plurimum dominantur; nimirum quod nonnulla hominum, mulierumque Cadavera antequam ad ecclesiam parochialem deferri potuissent insepulta per 3 et 4 dies aliquando remanserunt quodque nonnulli Infantes in eorum delatione ad matricem pro susceptione Baptismi ob praefatas causas in via perierunt sine sacro regenerationis lavacro.

Affert parochus in suae oppositionis praesidium exemplum petitum a Resolutione hujus s. Congregationis in *Novarien. Dismembrationis diei 9. Maji 1749* in qua licet eadem ab Episcopo informante enumerarentur incommoda ad suadendam dismembrationis necessitatem, tamen negativum sub eadem die prodiit responsum.

Eo vel magis haec amplectenda videtur sententia, quia cum Dismembratio sit remedium subsidiarium et extraordinarium, ei favendum non est, quoad usque ordinario modo scilicet per destinationem Capellani a parocho deputandi necessariae Sacramentorum administrationi suppleri queat, quemadmodum respondit Rota *decis. 34. n. 10. coram Falconerio, in Miscellan.* et *s. Congregatio in Cassanen. Dismembrationis 17. Decb. 1740* et in *Aquilana Dismembrationis 8. Febr. 1744.* Porro adest jam plurimis abhinc annis Capellanus in Pago Olivettae, qui a parocho Pennae stipendium habet. Frustra igitur petunt pagorum Incolae, quod jam assecuti sunt. Nec parochus deputationi Capellani refragatur, dummodo munus suum exerceat *sub debita obedientia et sine praejudicio jurium parochialium.*

At Incolarum pagorum Defensores propositam Dismembrationis actionem tuentur ex notissima Constitutione Alexandri III. relata *in cap. 5. de eccles. aedificand.* quam probavit et exequi mandavit s. Trid. Synodus in *cap. 4. sess. 21. de reform.* Siquidem ubi difficultas in administratione Sacramentorum et in exercitio divini Cultus oritur tantum ex numerositate populi, tunc parochus tot sibi adsciscere debet Sacerdotes, quot necessarii sunt ad exhibenda Sacramenta et ad divinum Cultum celebrandum. *In iis vero ecclesiis* (ita praescribit Trid. Synodus loco cit.) *in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et Divina Officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Constitutionis Alexandri III. quae incipit.:* Ad audientiam, Episcopi tamquam Sedis apostolicae delegati *constituere possint.*

Non in I. sed in II. casu versari probant ex Informatione Vicarii capitularis, quam per extensum exhibet Summarium Incolarum, et ex plurimis testibus, qui distantiam non unius tantum horae, sed ad duas etiam extendunt quique de maxima itineris asperitate hyberno tempore et de sequutis infortuniis deponunt. Quae quidem probationes eo magis in calculo habendae sunt, quia famulantur Decreto deputationis Capellani facto usque ab 1767.

Hisce autem testibus magis fidendum esse autumant, quam caeteris, qui pro parocho deposuerunt, tum quia hi posteriores sunt numero pauciores, tum maxime quia *negativi*, qui certe postponendi sunt testibus affirmativis ad tradita per Rotam *in decis. 53. n. 3. coram Molines* et in *decis. 13. n. 8. cor. Falconerio tit. de probat.*

Nec satis consultum putant Incolarum Defensores spiritualibus populi necessitatibus per deputationem simplicis Capellani, quemadmodum in suo Voto proponit Vicarius capitularis. Ubi enim res non de aucto populi numero, sed de distantia et difficili Viarum transitu, necessaria videtur materialis dismembratio paroeciae, ut ita novus constituendus parochus vere pastor, non mercenarius, suas agnoscat oves, eas frequenter et etiam dietim inviset eorumque necessitatibus paterno occurrat amore. Hanc tenent sententiam *Van Espen Jur. eccles. univ. part. 2. tit. 6. cap. 2. § 24., Ursaya tom. 1. part. 1. discept. 14. n. 95.* et s. Congregatio in *Comen. 5. Decb. 1750.* Quod quidem eo magis tenendum in casu suadent rixae, dissidia atque odia utriusque populi plurimis abhinc annis exorta, et quae perpetua tantum dissociatio compescere valeret, ducto exemplo a dismembratione, quam probavit s. Congregatio *in Lunen Sarzanen. Dismembrationis 12. Julii praeteriti Anni.*

Quoad *II. Dubium* dum parochus s. Marci fasces submittit quoad deputationem Capellani et solutionem ejus favore librarum 150 nonnullas tamen adjici postulat conditiones nimirum, ut nominetur a parocho, ut sit amovibilis ad nutum et Sacramenta ministret *de ipsius parochi licentia*, utque Incolae pagorum pro satisfactione praecepti paschalis teneantur quotannis ad matricem ecclesiam accedere. Econtra pagorum Incolae quatenus non sit locus dismembrationi postulant Capellanum Curatum deputandum cum omnibus juribus parochialibus, cui sese exhibent constituere congruam scutorum 100 comprehensis decimis, quae parocho Pennae solvebantur.

Animadvertendum hic est conditiones a parocho propositas in aliquo differre a conditionibus, sub quibus usque ab anno 1767 facta est pro prima vice nominatio Capellani.

Tandem in *III. Dubio* tamquam jus suum sibi parochus vindicat decimas, quarum perceptio non competit Capellano, qui fixum habet emolumentum, easque decimas recuperare sperat a die suae Institutionis idest a die 20. Aprilis superioris anni. At contra opponitur, plurimis retro annis parochum nec decimas exegisse nec annuales libras 150 representasse. Hac vigente consuetudine Curam adeptum fuisse; unde concluditur nullam eidem inferri injuriam, si dum Decimarum exactione privatur uno eodemque tempore ab onere annualis praestationis librarum 150 immunis evadat.

Dubia erunt:

I. *An et quomodo sit locus dismembrationi et erectioni novae paroeciae in ecclesia s. Antonii Oppidi Olivettae in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An et quomodo et quibuscum juribus sit locus deputationi Capellani Curati in casu?*

III. *An, cui, a quibus et a quo tempore sint solvendae decimae in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative in ecclesia s. Antonii Olivettae consituta prius in forma juris valida a parochianis congrua scutor. 100 comprehensis decimis et reservato aliquo honoris signo favore matricis arbitrio Ordinarii.

Ad II.: Provisum in I.

Ad III.: Affirmative a paroecianis octo pagorum favore Capellani usque ad erectionem novae paroeciae et deinde favore novi parochi ut in I. ac sublata praestatione librarum 150 debita a parocho Pinnae.

Die 8. Aug. 1818.

Mutinen.

Ecclesia s. Geminiani Castellini de Brocco dioecesis Mutinensis duobus abhinc saeculis subsidialis apparet ecclesiae praeposituralis s. Laurentii de Serpiano ejusdem dioecesis. Quamvis enim sua semper fuerint ecclesiae s. Geminiani bona et proprius Sacerdos, hic tamen pro incolis Castellini vices gerebat Parochi et Vicarius habebatur. Hector Molza Episcopus Mutinensis 1633 quoad subjectionem hujus ecclesiae ab altera de Serpiano decrevit plura quae ab ejus successoribus fuerunt confirmata.

Cum vero 1831 ecclesiae s. Geminiani suus deesset Sacerdos Adeodatus Caleffi Episcopus Mutinensis die 4. Augusti 1831 solemniter decrevit omnimodam unionem ecclesiae s. Geminiani cum ecclesia s. Laurentii de Serpiano, revocavit omnia et singula privilegia a suis praedecessoribus concessa ecclesiae s. Geminiani, voluit, ut praepositus ecclesiae s. Laurentii solus esset Parochus omnium incolarum tum Serpiani tum Castellini ac proinde omnium bona et proventus ecclesiae s. Geminiani applicavit et incorporavit cum caeteris bonis ecclesiae praeposituralis s. Laurentii de Serpiano ea lege ut Parochus praepositus hujus ecclesiae omnibus festis de praecepto celebrare faceret suis sumptibus unam Missam in ecclesia s. Geminiani.

Episcopus Caleffi pluribus de causis istam unionem decrevit nempe

1. ut plures abusus compesceret incolarum Castellini de Brocco;

2, ut prospectum esset decori supplicationum et omnium Sacrorum, quae celebrabantur in parochiali et matrici ecclesia s. Laurentii, qua incorporatione de qua supra facilius alterum sacerdotem Parochum ministrantem habere potuisset;

3, quia tam exiguus erat numerus eorum qui tum Serpiani tum Castellini incolebant ac tanta inter locum utrumque proximitas ut commodissime possint omnes ab uno Sacerdote gubernari.

Res ita processerunt ad 1838 quo tempore hodiernus Mutinensis Episcopus magis animarum utilitati conducere sibi proposuit, si utraque illa ecclesia suum denuo Parochum consequeretur. Hinc cum actuali parocho Serpiani agere primum coepit obtinuitque, ut ille bona redderet, quibus ante parochus Vicarius in ecclesia s. Geminiani fruebatur, ac nonnulla parocho ipso consentiente decrevit circa usum et exercitium curae parochialis inter praepositum et Vicarium in ecclesia s. Geminiani iterum constituendum. Mox vero mutato consilio ac ita exigentibus ut ait rerum adjunctis ecclesiam ipsam s. Geminiani in absolutam paraeciam erexit parocho constituto a praeposito prorsus independenti: quod praestitit suo decreto diei 16. Martii anni labentis: *Quum nobis constet de necessitate segregandi ecclesiam s. Geminiani Castellini de Brocco a jurisdictione praepositi s. Laurentii de Serpiano cui ante subjecta erat illamque erigendi in novam paraeciam eo quod potissimum ob difficultatem itineris incolae dicti loci nequeant commode accedere ad dictam parochialem quumque pariter nobis constet dictam ecclesiam Castellini nunc esse congrua dotatam utentes ideo facultate a s. Concilio Trid. sess. 21. cap. 4. de ref. nobis tributa et insimul votis incolarum dicti loci obsecundare cupientes praedictam ecclesiam s. Geminiani Castellini Brocchi illiusque Territorium cum hominibus, incolis et familiis in eadem nunc commorantibus et inposterum commoraturis a jurisdictione praepositi Serpiani separamus, dividimus ac perpetuo dismembramus ac sejungimus illamque ecclesiam s. Geminiani illiusque Territorium in parochialem ecclesiam seu in novam paroeciam perpetuo erigimus et constituimus cum plena et libera facultate in eadem ecclesia ss. Sacramentum perpetuo retinendi et Campanile et campanas et alia parochialia insignia et alia quae ad paraecialem spectant construendi et constructa retinendi. Reservamus Nobis et successoribus nostris . . . dictae ecclesiae noviter in paraeciam erectae praevio concursu ad formam s. Conc. Trid. jus eligendi Rectorem seu Parochum . . . quem incolae praedicti*

loci uti verum et proprium eorum Parochum recognoscere debere . . . decernimus et declaramus.

Gravissimum id accidit praeposito Serpiani qui datis in id ad s. hunc Ordinem precibus nullam declarari postulavit novae paraeciae erectionem pluribus ex momentis inferius enucleandis moxque cum non attenta precum pendentia concursum convocarit Episcopus et novam paraeciam contulerit et hujusmodi acta irrida pronunciari flagitavit.

Habent EE. VV. in accepta Episcopi relatione, quae peractam ab ipso erectionem protueri possunt.

Addidit Episcopus ad tutiorem rei cognitionem periti Geometrae relationem de via, quae utramque dividit ecclesiam. Porro viam quae utramque ecclesiam intercipit »*esser in alcune parti assai angusta e continuamente limitata da pericolose rupi*« necnon quinque interruptam euripiis omnibus fere difficilibus transitu, quorum praesertim alter. Nihilominus idem peritus non diffitetur alium praeter antedictum adesse transitum.

Hisce de causis rite sese gessisse in novae paroeciae erectione substinet Antistes: atque id sane ss. Canonum et Trid. Synodi censurae consonum reperiri: etenim ex locorum distantia justam exurgere causam erectionis novae paroeciae scatet ex cap. *Ad Audientiam de eccles. aedificandis*, quod confirmavit Trid. Synodus *sess. 21. cap. 4. de ref.* commentatore *Fagnano n. 18.*, ea scilicet, quae efficiat, ut paroecianis sine magno incommodo non pateat accessus ad ecclesiam parochialem, *Van-Espen In jus eccl. univ. p. 2. tit. 16. n. 14. cum Rota decis. 484. n. 2. § 1. Recen.* praesertim vero si asperitas accedat viarum, *Gonzalez. ad praed. cap. ad Audientiam n. 4., Fagn. n. 1 et 2., Piton. discept. eccl. 160. n. 10 et 11:* Hujusmodi attentis adjunctis pluries s. Ordine approbatas fuisse paroeciarum divisiones refertur in una *Massanen. et Populoniae Dismembrat. Paroch. diei 9. Maji 1840 §: de distantia, et sequen.* Quoties porro justae adsint dismembrationis et novae erectionis causae, spernendum esse parochi et interesse habentium dissensum docet cum pluribus idem *Fagnanus loc. cit. n. 30 et 52.* praesertim quia tunc dismembratio ommissa interesse habentium *) citatione invalidanda denuo fieri oporteret, eruiturque ex praefata *sess. 21. cap. 4. Conc. Trid.* Ceterum ex eadem Trid. sessione provideri posse paroeciae legitime erigendae *de bonis ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus* non ambigitur.

Econtra vero Praepositus Zanotti dismembrationem praedictam non jure fuisse factam defendit; quippe ante divisionem citandus et audiendus erat parochus antiquus, ut censuit ista s. Congregatio, teste *Reiffenstuel. lib. III. tit. XLVIII. n. 15.* et *Fagnano loc. cit. n. 29.* Licet enim possit parochia aliquando dividi, etiam invito Rectore seu parocho antiquo, ex *Conc. Trid. sess. XXI. cap. 4.*, tamen ille citari et audiri debet, sicut et alii quorum interest, arg. can. *Felix 10. et seq. can. 16. quaest. 1.* Si secus actum fuerit, nullam esse dismembrationem etiam ex mente s. Ordinis tradit idem *Fagnanus loc. cit.* etiamsi Episcopus processerit uti Delegatus Sedis apostolicae, uti advertit *Rota in dec. 294. n. 13 ad 15. p. 10. recen.*

Praepositus autem se non citatum nec ab Episcopo rite auditum contestatur. Insuper nec jus praesentandi ad novam parochiam nec aliquis competens honor favore praeposituralis et matricis ecclesiae quae de suis bonis in id contulit in peracta divisione fuit reservatus, contra ea quae statuta fuerunt ab Alexandro III. cap. *Ad Audientiam de ecclesiis aedificandis*, quodque alteram constituit ex solemnitatibus de jure necessariis ad validam dismembrationem, auctore *Fagnano ibid. n. 35.*

Conqueritur etiam Praepositus Zanotti de bonis, quibus se violenter expoliatum dicit, ut ex eis nova paroecia locupletaretur cum jactura congruae Praeposituralis. Contestatur hinc, adductis in testimonium binis villicis, qui praedia praepositurae excolerunt plures annos, post cessionem eorum bonorum de quibus actum fuit die 6. Julii 1838 ut Capellanus Vicarius ecclesiae s. Geminiani restitueretur, sibi e bonis suae praebendae annuatim superfuisse redditum scutorum 53 et obolorum 50.

Ex nupero autem decreto episcopali cum plura alia praediola ablata fuerint Praepositurae ac novae paroeciae assignata, redditum Praepositi cohibitum fuisse affirmat ad scutata annua 32: quod nec minimam cujusque paroeciae congruam attingit.*) Atqui ex laudato saepe *cap. Ad Audientiam* tunc dumtaxat detractio bonorum permitti potest, quando mater ecclesia redditibus abundat.

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

*) Vd. *p. 586. h.*

Pergit autem Praepositus ostendere, etiam abfuisse necessitatem pro perficienda paroeciae divisione. Nec enim (inquit ille) necessitas desumi poterat a difficultate itineris, quod nec tam asperum nec tantis plenum periculis dici potest, quantum conficere conatus est Geometra peritus ex adverso productus.

Hujus assertioni opponit facta superius relata Episcopi Caleffi, qui rebus apprime cognitis ad unionem processit aliorumque illius Praedecessorum, quibus ille se retulit, necnon testimonia duorum (ut dicitur) peritorum. Quodsi etiam vera essent ea omnia, quae peritus scripsit, tamen idem ipse non diffitetur, quod ecclesia praeposituralis adiri possit ab incolis Castellini per alteram viam quae duobus circiter milliariis lapidibus protenditur. Animadvertit autem hic opportune incolas Serpiani et Castellini vix ad tercenta capita recenseri.

Negat subinde, adductis pariter testibus, ea scandala, dissensiones ac mala, quae exadverso exagerantur ad episcopale decretum protuendum: eadem etsi paulisper admittantur, his malis satis et abunde provisum fuisse inclamat Praepositus, cum 1838 Capellanus Vicarius ecclesiae s. Geminiani Castellini fuit ab Antistite, obtento ut asserit qua precibus qua minis sui consensu, restitutus. Nec hodierni Praepositi Zanotti erga Capellanum et incolas Castellini, si quae fuit asperitas, (a qua tamen imputatione plurima eum purgant testimonia uti asseritur omni exceptione majora) causam sufficientem praebuisse censendum est ad omnimodam Castellini divisionem, cum permanenti damno praeposituralis ecclesiae, etenim juxta *reg. 76. juris n. 6.: Delictum personae non debet in detrimentum ecclesiae redundare.*

Caeterum si novae paroeciae erectio illegitima declaretur et irritanda, consectarium est, ut etiam sequnta collatio irritetur, prout insuper postulat Praepositus: nisi tamen quoquo modo infirmanda videatur, quod pendente recursu Oratoris ad Sedem apostolicam eoque cognito fuerit absoluta.

Erit EE. VV. sapientiae dirimere

D u b i a:

I. *An et quomodo episcopale decretum super novae paroeciae erectione sit confirmandum vel infirmandum in casu?*

II. *An et quomodo sit confirmanda vel infirmanda novae paroeciae collatio in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Attentis peculiaribus circumstantiis consulendum SSmo tum pro sanatione dismembrationis et erectionis novae paroeciae tum etiam pro confirmatione electionis novi parochi cum omnibus inde sequntis ad quoscumque juris effectus, dummodo tamen conficiatur redditus novae paroeciae absque detrimento bonorum Praepositurae et praefinito annuo tributo trium librarum cerae albae elaboratae Praeposito in festo s. Titularis offerendo in signum matricitatis, per Bullas.

Die 17. Decb. 1842.

Camerinen.

Conflatur Plebania Castri s. Angeli Camerinensis Archidioecesis ex nonnullis pagis hac illac circa montem positis, qui omnes uno parocho reguntur residenti in ecclesia s. Michaëlis in castro s. Angeli infra Territorium Cingulanum. Sequuta 1840 morte parochi Sestiti adfuit huic s. Ordini populus s. Stephani, Cicogna, Pietraui, Mascioni et Ciarli et additis rationibus postulavit di esser distaccato dalla parrochiale di Castel s. Angelo, e la creazione d'una nuova parrochia nella Villa di s. Stephano, come luogo centrale delle altre quatro Ville prenominate ove anticamente esisteva la cura.

His attexuit populus orator testimonia quamplurima, quae adserta in precibus confirmarent. Adest autem fides contermini parochi Seraltae dioecesis Septempedanae testantis sese attenta difficultate viarum »aver dovuto replicate volte accorrere per prestare gli estremi sussidj nella Villa di Collerasa attigua alla Villa di s. Stephano. Adest agronomi periti relatio absoluta: »dopo di aver misurato, ed osservato il territorio« ac topographicum schema ab eodem exhibitum quibus probantur ea quae in precibus adserta fuerant de asperitate viarum et de locorum distantia ab Aede parochiali. Adsunt testimonia plurium parochianorum, quorum alii affirmant sese pluries debuisse Sacrum vel diebus festis non audire et difficilem ad ecclesiam parochialem accessum, alii autem e majoribus suis paraeciam et animarum curam perstitisse olim in ecclesia s. Stephani, alii patrem vel matrem aut amicum ex hac vita migrasse sacramentalibus subsidiis destitutos: Alii Gabriellio cuidam infantem mortuum fuisse paucos dies post acceptum baptisma.

Precibus at vero per populum oblatis obstitit acriter tunc temporis Archiepiscopus in sua relatione quam praestat exscribere. Super supplici libello populi Ruris s. Stephani aliorumque limitrophorum referre juvat:

1. Solus parochus ab immemorabili sedit in ecclesia dicti Castri nec ulla extat memoria filialem s. Stephani juribus parochialibus unquam fuisse potitam. Enim vero perquisitis actis nostrae Cancellariae archiepiscopalis nullum occurrit vestigium indicatae suppressionis, nisi dicere velimus aliquando hanc crisim fuisse passam eo quod alius Rector in ea inutilis reputaretur: nullum enim suppetit fulcrum quominus aliquam ex causis quae in Tridentino exprimuntur militasse credamus.

2. Cum populus recusaret suum sensum per distinctas Congregationes aperire . . . Oeconomum antea a me missum ad illam regendam ecclesiam Angelum Travaglini, modo Canonicum perinsignis Collegiatae s. Venantii consulere duxi, ut statum veridicum exitus et introitus supradictae ecclesiae conficeret et quantum approximative inter sese rura ab ecclesia principi distent indigitaret: non enim id exequi legaliter fas erat stante fundorum inopia. Perpensis ergo statibus a praefato Oeconomo ostensis qui adnectuntur in foliis B. C. arguere licuit post accuratiores indagines, introitum illius Plebalis haud nitidum ad 333 scutorum et obulorum 53 summam ascendere non habito respectu ad duo Capitalia, quae resultant ex quadam pro memoria defuncti parochi, unum scutorum 700 contra familiam Formaggi Montis Atti et aliud scutorum 885 apud familiam Mattioli; cum exitus missis pro populo non computatis conflet summam scutorum 174 et obuli unius, unde redditus ab oneribus depurgati annuam summam constituunt scutorum 149 et obul. 52. Asseruit insuper integram ejusdem paraeciae populationem 226 familiis constare intra Territorium sex milliarium circuitus degentibus, quae complexive 699 animarum numerum attingunt et aliunde appareat ruris s. Stephani populum reclamantem aliis esse viciniorem cum nonnullae illarum familiarum nonnisi per medium vel integrum ad summum milliarium sint dissitae nec viae facile desint quocumque tempore uti testes probi comprobant mihique compertum est, cum loca illa occasione visitationis pastoralis pluries inviserim et brevitatem facilitatemque viarum experiri potuerim.

3. Quod autem jactitant vel adolescentes non esse in fidei materiebus instructos vel parvulos absque baptismo decessisse vel postquam illud sero receperunt ob itineris longitudinem vel adultos diem obiisse supremum absque Sacramentis et Sacerdotis praesentia difficillime probare potuerunt nec tamen consequens ab eis concupitum fluet, cum toto ferme mei Episcopatus munere et jam quintum currit lustrum nullus rumor subauditus fuerit de iis, quae recurrentes exposueruut. Praeterquam quod defunctus parochus nullam omittebat curam, ut juventus fidei praeceptis imbueretur et rurium reclamantium indigentiae provideret Capellano de quo sermo inferius ibi residente. Ad parvulorum autem baptisma quod attinet ponderare inane non erit Camerini nimirum in loco alpestri nec facilis accessus, uti semita s. Augeli, unum tantum esse Baptisterium, quod 20 paraeciis intra flumina Potentiae et Cluenti existentibus inservit licet aliquae per 4 milliaria distent nec unquam contigit, quod recurrentes in suis finibus asserunt evenisse, et si quandoque quid sinistri successit nunquam difficultate viarum locique distantiae ecclesiae s. Stephani a Matrice foret tribuendum. Quoad vero infirmos qui absque Sacramentis obiisse dicuntur non parochi sed domesticorum incuria aliquando contigerit, qui nedum spiritualem sed corporis Medicum non semel vocare negligunt unde utriusque destituti subsidio moriuntur aegroti; quamvis tamen ut laus vero detur illius Terrae Physicus testatus est quatriennio, quo ibi commoratur ipse nullum evenisse casum de quo populo recurrens conqueritur, quod et Capellanus a defuncto Plebano conductus plene confirmat.

4. Jam superius innui populationem omnem castri s. Angeli animarum numero 693 esse constitutam, ex quibus 126 familiae sunt collectae; inter has itaque 32 familiae incolas comprehendunt loci s. Stephani aliorumque, qui eidem sunt contermini unde animarum numerus computatur 175. Ad providendum ergo spirituali commodo illius populi diversimode in circumdario siti Plebanus pro tempore Capellanum secum semper habuit, ut populo ab ecclesia dissito ubi opus semper praesto esset.

5. Item Parochus Sestiti modo defunctus ab anno 1801 cum chirographo solemni diei 8. Junii etiam paudit viam, ut meliori bono spirituali populi reclamantis consuleret; statutumque namque fuit retinere Capellanum Curatum pro rure s. Stephani, unde homines illi sese legaliter obstrinxerunt ad solvendum scutata 31 quotannis et Plebano incubuit onus suppeditandi alia 5 scutata necnon ligna combureuda, dnm ad populnm spectare debuisset congruae domus provisio ad commodum Capellani, firmo tamen jure pro ejusdem Villae habitatoribus ipsum eligendi, quem Capellanum Ordinarius approbare debuisset pro necessariis facultatibus quemque parochus poterat confirmare vel removere. Verum quidem est hujusmodi providentiam tam salutarem pro spirituali profectu illins populi fuisse neglectam et plerumque quin statnta pacta servarentur: quod tamen Possidentium avaritiae, non jam parochi demortui incnriae tribnendum.

6. Factis tamen expositis quae semper sub oculis habui non obstantibus, supradictum supplicem libellum a supradicti ruris hominibns exhibitum benigne accepi; venernnt enim statim ac eorum parochus diem clausit extremum, et eorum precibus iudulsissem non ad vota satisfacienda pro divisione plebalis aliam erigendo paroeciam in Villa s. Stephani, sed ut ipsorum conditio meliororaretur Capellannm Curatum instanrando. qui penes eos residere debuisset, collato illi majori stipendio, quod onns ad fnturum parochnm spectare debebat; sartis integrisque manentibus pactis in citato chirographo expressis diei 3. Jnnii 1801.

7. Perpendendo modo illius popnli petitionem pro nova erigenda parochia in Villa s. Stephani ex iis quae supra diximus optime noverint Emae Vrae Rmae necessitatem praetensae divisionis haud exequi, nedum ob falsitatem expositorum, sed admissa qnoqne hypothesi damuata de assertis incommodis, semper spiritnali bono totius populi per duos Capellanos Curatos provisum esset, quorum unus penes parochum in ecclesia matrici ad totius popnli commodum sedeat et alter in Villa s. Stephani ad opitnlandnm peculiariter reclamantibns. Sicque firmis semper conditionibus pluries citati folii 1801 ejus essem submissae opinionis, ut emolumentum pro Capellano s. Stephani et limitrophorum ad scutata 40 ascenderet, nullo ipsi adjecto onere pro missarum celebratione, eidem quoque facultates concedendo plus minusve amplas, prout Archiepiscopo pro tempore oportunum videbitur. Quodsi Eminentiis Vestris aliter judicare placuerit, ingenue fateor, me non esse tam facilem ad praestandum pro divisione illius paroeciae conseusum, ratus istiusmodi inuovationem maxime spirituali bono dioecesis obesse.

Consideraudo nunc supradictum statum introitus et exitus plebalis nemo est qui non videat, detractis oneribns nou levibus, quae ad ecclesiam spectant, praeter congruum rectoris substentamentum, nonuisi summam scutorum circiter 60 remanere, quae multum levis est in manibus parochi honorem Domini zelantis et necessitatibus proprii gregis snccurrere debentis, quem finem nullus parochorum actualibus circumstantiis plene attingere valeat. Praeterea inter multas Archidioecesis parochiales ecclesias rarae quidem snnt, quae congruam habent excedentem, nude sequitur difficultas maxima providendi illis exigui redditus, quarum magna pars per multos annos viduata remanet Pastore. Probi quoqne ac docti ecclesiastici alio se transferre, cnm in Dioecesi non inveniant quae nutrit ecclesiam coacti sunt. Hiuc cum parochia, de qua sermo, inter illas paucas boni redditus adnnmerari queat, ubi divisionem patiatur, illis accensebitur, quae parocho carent ob fructuum inopiam et modns ecclesiasticum doctrina et probitate clerum remunerandi frustra desiderabitur.

Archiepiscopo sic referenti plansit popnlns s. Angeli ac nonnulli ex aliis regionibus, qni nihil innovari cnm spirituali detrimento petierunt. Plausit et ipse hodiernns Archipraesul, nuper rogatus, qui re nt ait matnre perpensa in sententiam venit Decessoris sui parumper immutatam; recito ejusdem verba: At quamvis ego credam non esse petitioni nomine incolarum s. Stephani adhaerendum, tamen juxta Antecessoris mei sententiam existimo emolumentum pro Capellano s. Stephani nsque ad 60 scutata angeri debere eo pacto, ut populus juxta conventionem antiquitus cum plebauo factam summam 31 scut. solvat et 29 parochus qui nunc quiuque tantum scutata tribuit quotannis Capellano Curato illo in loco residenti. Simili modo paroecia detrimentum haud patitur et meliori, qua fieri potuit, ratioue bono spirituali incolarum s. Stephani providetur.

Iu hoc partium et factorum conflictu placuit ex vicinis Praesidibus virum insignem rogare qui de negocio uuiverso referret.

His de facto fuse ut par erat disputatis pauca recolam de jure in re de qua pluries mihi datum est EE. VV. disserere. Scitum est nimiam distantiam locorum vel un amlegitimas inter cansas dismembrationis censeri, veluti quae uecessitatem aut evideutem saltem ecclesiae utilitatem inducit. Text. *in cap. Ad Audientiam de eccl. aedific.* et *Trident. sess. 21. cap. 4. de ref.* Scitnm pariter hujusmodi distautiam nou tautnm ex viarum longitndine dimetiri oportere, quautum ex incommodo, quod paroecianis inde derivat; qnare talis esse sufficiat, ut propterea parochianis sine maguo incommodo non pateat accessus ad ecclesiam parochialem, teste *Van-Espen in Jus eccles. univ. p. 2. tit. 16. de aedif. eccles. n. 14.* cnm *Rota decis. 494. n. 2. § 1. recen.* Hinc pronnm, probe attendendam esse asperitatem viarnm, *Fagnan. in. cap. ad Audient. de aed. eccl. n. 1 et 2.* et probabiles eventns spiritnalis detrimeuti, quibus cum agatur de animae periculo satius esse occurrere iu tempore, quam post exitnm vindicare, admonet opportune idem *Fagnanus loc. cit. n. 17.* Porro in hujnsmodi facti disqnisitionibns plurimum deferendum esse Episcopis, quibus locorum qualitas, personarum uecessitas perspecta prae caeteris esse debet et ratio dictat; docetque in s. Ordinis sensu *Rebuf. in praxi benef. part. 1. de erect. in Curat. et Paroch.*

Quoad provisionem explendam Capellani Curati institutione haud improbata est distinctio, quam *Tridentina sess. 21. cap. 4. de ref.* genuine perlecta admittunt doctores. Trid. Synodus ajunt duos casus proponit, ubi scilicet populus ita uumerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere, mandat Sacerdotes alios pro necessitate adjungi; ubi vero locorum distantia ant difficultas intercedit, novas jubet erigi paroecias etiam invitis Rectoribus, s. Congr. in *Cam. Paroch. 18. Junii 1795 § 7, Carpen. Dism. 30. Julii 1785 § 9., Derthon. 18. Julii 1789 § 5.*

Ceterum qnaestionem hujusmodi potius quam juris facti plerumque esse ex particulari singulorum casnm qualitate et individuis circumstantiis decidenda iu optime perpensis inspectis s. Ordinis resolutionibus, *Card. de Luca in adnot. ad Conc. Trid. disc. 16. n. 2.* Hinc factnm ut aliquando denegaverit hujusmodi dismembrationes, prout probant exempla per me relata in una *Massanen. et Populoniae Dismembrat. parochiae 9. Maji 1840* §: *Sane.*

His praejactis proponitur

D u b i u m:

An et quomodo sit locus dismembrationi paroeciae in casu?

S. C. resp.

Dilata et scribatur Archiepiscopo, qui accuratius referat de distantia et difficultate viarum, de redditibus paroeciae s. Angeli, de mediis providendi tuitioni novae paroeciae quatenus dismembratio concedatur, necnou congrnae uovi parochi et manutentioni lampadis.

Die 2. Deb. 1843.

Continuatio Camerin.

Refero nunc qna ratione EE. VV. mandatis satisfecerit Archiepiscopus cujus recito verba: »Ut veritas clare eluceat (ita ille) iu primo mandati hujus capite, hic snb n. I. adjnngam cum schemate topographico relationem tyrononii perito, ex qua colligitur quales sint viarum difficnltates. Et interim referre jnvat minime aliennm esse a veritate quidquid de hac re dictum fuit a cl. me. decessore meo. Quod autem homines s. Stephani narrant pueros nempe in fidei praeceptis non erudiri, infirmos absque Sacramentis decedere et alia hujnsmodi esse inane commeutum affirmo, eo quod uunquam iu hac Curia reclamationes supra id pervenerint; Oeconomns antem s. Angeli rem negat ut patet ex epistola u. II. signata. Illa in ecclesia autem diebus festivis nnnc quoque Sacrum perficitur et Capellauus Curator non defuit, cni ab incolis debentnr 31 scutata juxta conventionem, quam Eminentiae Vestrae Rmae sub n. III. videbunt.

Redditus paroeciae s. Augeli ab anno 1840 usque ad annum praesentem fuere ut apparent in statu a spoliorum subcollectore confecto et hisce meis literis n. IV. adjuncto. Ex eo liquide patet divitias beneficio tribuitas iuter populares fabulas esse adscribendas: et reapse 163 scutata 63 obulos 25 redditns scutatorum 700, quae a familia Formaggi et 785 quae a familia Mattioli sunt vindicata, quaeque modo erunt fructifera, et cnm emolumentis stolae, de quibus nullus sermo

in statu et quae calculari possunt ad 20 scutata pro quolibet anno, dabunt nitidum redditum scutatorum 257 obulorum 88 decimorumque 5. Talis dos modica absque dubio est: veritati itaque innixus hauc quoque super rem s. huic Congregatioui scribebat laudatus decessor meus. Advertere hic oportet quinquenuii accepti et dati rationem esse peractam a subcollectore spoliorum, nempe a viro impartiali, cui divisio vel unio paroeciae nihil saue interest.

Ad dismembrationem quod attinet, quateuus ab Eminentiis Vestris Rmis concedatur, puto esse faciendam juxta Schema adnexum nempe villam Ciaroui quae constat ex duabus tantum familiis non segregando a s. Angeli paroecia ne fiues sint iucerti.

Submisse quoque existimo hoc tantum pacto devenire posse ad dismembratiouem, ut summa scutatorum 1485 ut superius dicebam a familiis Forouaggi et Mattioli accepta cedatur novae paroeciae a beneficio curato s. Angeli, quod ne nimium pauperetur, nihil aliud certe dare potest. Fructus hujus summae scutatorum 74 et obulorum 25 erunt his adjuctis scutatis 3, ab habitatoribus s. Stephani jam sno Capellano juxta documentum n. III. debitis, necne decimis villarum s. Stephani, Cicogna, Petrani et Nascioni quae ad normam documeuti n. V. signati attingere possunt scutatorum 22 circiter summam et stolae emolumeutis 6 scutatorum 134 obulorumque 25, quae sufficiens mihi videtur ad tuitionem paroeciae, ad congruam parochi et ad manuteutionem lampadis. At priusquam de parocho ecclesia illa provideatur, cum his redditibus qui assignaudi erunt ss. suppellectiles providere et e fundamentis erigere Sacristiam domumque parochialem quam falsum omnino est Sopranzetti, Gabrielli et Lucarelli familias esse aedificaturas, uam econtra nunquam de hac re cogitasse nec esse facturos illi declararunt ut videre est in epistola n. V. ex qua colligitur ecclesiam s. Stephani omui re vel ad divinum cultum uecessaria esse destitutam et Sacristia domoque pro parocho carere.

Quapropter haec couditio mihi videtur in erectione necessaria, ut Oeconomus tantum sit in ecclesia illa usque ad tempus quo domus, sacristia et suppellectiles erunt, quae facienda crederem ex 74 scutatis et 25 ob., fructus praedictae summae scut. 1485 qui annatim usque ad rei perfectionem ad hoc erunt statuendi, detracta tantum ab iis manutentione lampadis. Pro Oeconomo eruut 31 scutata ab hominibus, ut dixi, Capellauo solvenda uecne decimae quatuor villarum et stolae emolumenta. De redditibus paroeciae s. Augeli nihil tempore suae viduitatis fieri potest eo quod auctoritate apostolica applicati sint fabricae ecclesiae Camertinae s. Venantii.

Distractione ingentis illae summae multum certe amittit plebale s. Angeli beneficium, quod absque dubio aegre fereutes accolae illius loci ut qua par est reverentia Emarum Vrum maudatis obtemperent curabo; hoc tantum necesse est ad illorum animum mulcendum, ut mihi quam primum detur facultas indicendi concursum pro electione pastoris, quo a 5 auuis paroecia sit viduata.

De documentis ab Archipraesule allegatis nou est cur plura referam; etenim revera et summatim continent, quod ab ipso Archiepiscopo in sua relatione satis indigitatum est: juvaret sane schema thopographicum exhibere unacum animadversionibus desuper confectis a Perito in actis repositum: at prohibet brevitas ipsa syuopsis et s. Ordinis stylus, quare, ui partes (ut eis injunctum est) copiam EE. VV. exhibebunt, mei mueris erit aute EE. VV. oculos subjicere die propositionis causae. Iuterim definiendum exscribo

D u b i u m:

An et quomodo sit locus dismembrationi paroeciae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative satis tamen quoad modum conditionibus ab Archiepiscopo propositis et adjecta novae paroeciae Villa Ciarroui, uecnon reservato annuo Canoue unius librae cerae albae elaboratae plebanae ecclesiae s. Augeli in signum Matricitatis offerendo a novo parocho iu festo s. Titularis uec retardata provisione paroeciae s. Angeli.

Die 15. Mart. 1845.

Masseu.

In Massanensi Dioecesi ad radices Appennini montis circum Sarchium flumen prostant 7 pagi, qui in unam conveuiunt paroeciam Saraggio uuncupatam. Ex his oppidum Villa Comparauda dictum Rocca et Colechia adhaerent, cetera quatuor oppidula trans flumen magis dissita jacent. Quorum

cum difficilior sit accessus ad parochialem ecclesiam pius quidam Sacerdos Petrus Salati miserans spirituale damnum animarum testamento jussit, ut de universo patrimonio nova paroecia Metelli erigeretur. Et quidem grati animi sensu vivo adhuc testatore Metellini oratorium, quod jam exstabat antiquitus, de novo fulcire et ad usum paroeciae ampliare coepernnt. Ipsoque demum vita functo precibus sollicitarunt Episcopum pro novae paroeciae erectioue juxta praescripta testamenti Salatti.

Precibus at vero obstiterunt acriter parochus et iucolae viri Villa et Rocca et Colechia illud inter caetera afferentes petitam dismembrationem e diametro adversari transactioni a SSmo approbatae 1767, scilicet scire est olim ecclesiam parochialem Soraggii in pago Arcis fuisse positam, cum autem ipsa prope rueret cetera sex Oppida cum Episcopi adsensu de erigenda parochia Villae conuenere, utpote quae commodior omnibus evaderet. Translationem injuria factam impugnabant Arcenses diuque inter ipsos ceterosque populos. Soraggi fuit apud hunc s. Ordinem agitata quaestio, cui tandem imposuit finem transactio, qua perpetuo fuit Villae constituta parochi residentia cum pacto adjecto de celebrandis officiis alternatim sex mensibus Villae totidemque in pago Arcis et oppidis trans flumeu positis consultum fuit per capellanum diebus festis mittendum pro Sacro faciendo iu ipsorum Oratorio. Ad firmandam hanc transactionem suum Breve apposuit Pontifex S. M. Clemens XIII. incipien.: *Exponi nobis*, cui singulis rite habitis haec addidit: »decernentes easdem praesentes literas semper firmas et validas et efficaces existere et fore suosque pleniores et integros effectus sortiri et obtinere ac illis ad quos spectat inviolabiliter observari sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etc. Sapienter itaque Episcopus manus suas huic causae apponere renuens suasit populi Oratoris Procuratori ut universitatum Metelli, Briccae, Costae et Vicaliae nomine supplicem libellum ad Pontificem transmitteret, quo ab Auditore SSmi ad hunc s. Ordinem remisso cum clausula »quatenus opus sit de aperitionis oris arbitrio,« post quaesitam uti mos est Episcopi informationem cum voto hodie EE. VV. causa decidenda proponitur.

Inprimis itaque praestat perpendere quae Episcopus hac de re consultus retulerit. Ille s. Visitationis causa iter faciens per oppida Soraggi occasionem non praetermisisse refert singula scitu oportuna adamussim propriis oculis inspicere. Narrat itaque Metelli, Bricae, Costae et Vicaliae incolas numero 14 (populus vero universae paroeciae prope 900 attingit) difficilem habere accessum ad parochialem Villae positam ecclesiam, partim quod oppida isthaec absint ab ea quae milliario, quae milliarii dimidio, quae milliario cum dimidio, longinquitas non tam ex se nimia, quam situ ipso regionis et viis asperis per Appeniui praerupta; partim vero et magis propter iutercisum flumen confluentibus hybernis pluviis saepe redundans, quod modo sit plenum periculis, modo impossibile vadatu. Refert praeterea se jam convocasse parochum Soraggii et omnes quorum interest, ut jus suum proponere vellent et unam fuisse ipsorum omnium petitae dismembrationis adversam sententiam.

Inprimis hic animadvertere est Episcopum posse ex se paroecias dismembrare *) cum urgeat necessitas per facultatem sibi traditam a Conc. Trid. *sess. 21. cap. 4. de refor.*, dubitavit tamen et merito an ob Breve illud Pontificis de quo supra potestas conciliaris circumscripta maneret in casu de quo agitur. Per illud enim vero Pontifex quae suut in transactione de Soraggii parochia statuta vult inviolabiliter observari et irritum et iunane, si secus a quocunque coutigerit attentari. Quapropter cum dismembratio in casu si nou directe indirecte tamen trausactionem laedat ideo in casu oris aperitio impetranda videtur ut enim docet *Devoti inst. can. (l. 3. t. 16.)* non licet de vi rescripti vel confirmationis apostolicae disputari, quin prius oris aperitio impetretur.

Nunc quid juris sit pro utraque parte contradicente praestat adnotare: »In rebus novis constituendis evidens esse debet utilitas«, *L. 2. fi. de const. princ.* Huic Ulpiani sententiae perbelle conforme est quod ab ecclesia constitutum est pro novae paroeciae erectione. Siquidem in cap.: *Ad audientiam* **) *de ecclesiis aedificandis* eo tantum in casu uovae paraeciae erectio et a matrice dismembratio permittitur, quo sine magna difficultate populus ad veterem ecclesiam pro Sacris peragendis accedere nequeat. Et ejusdem propositi tenore *Trid. cap. sess. 21. de refor.*

*) *Dismembratio* (Episcopi jus).
) Vd. *p. 1101.)

veterem doctrinam hac in causa reproducit ac illis verbis siue magna difficultate haec sufficit sine magno incommodo qnae recidunt in idem; nam quod valde incommodnm est etiam valde difficile imo et impossibile in jure pntatur juxta *C. Nepos ff. de verb. signif.*: »illud solnm possumus quod commode possumus.« Incommodum vero ad dno capita reducit Tridentinum, uti ex ipso contextu eruitur, ad distantiam nempe locorum et ad difficultatem accessus; ibi »enim dismembrationem permitti quoties ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possnnt.« Et cum Tridentinum non copulative sed disjnnctive loquatur, unam aut alteram causam doctores pro dismembratioue sufficere docent. Ab ntraque causa copulata simul petitam dismembrationem efficacius sollicitant:

Distantia primum; nam snpradicta 4 oppida, quae plus quae minus millibus passunm a parochiali absunt ecclesia nec viae planae et faciles sed praecipites et asperae ad eam ducunt; quapropter distantia si non ex se situ ipso regionis certe nimia censenda videtur. Nihil praecise defiuitum in jnre est de hac conciliari distantia, ac ideo arbitrium judicis eam metitur auctore *Fagnano in c.: Ad audientiam n. 18.* scilicet respectu habito ad causas a Trid. Synodo designatas. Difficultas praetera accessus ad ecclesiam Villae satis probatur vel ex una vi fluminis confluentis populum inter et ecclesiam, quod sane novae paroeciae erigendae necessitatem inducere docet *Fagnanus in cit. cap. n. 19., Amort. de causis piis, Card. de Luca de decim. disc. 12. n. 7., Ursaya discept. 14. n. 23.* necnon s. hic Ordo in *Mileten. Dismembrationis 29. Jan. 1735.**) Animadvertere est in themate, quod fluentis violentia nec navim nec pontem patitur, unde parochus qui omnes in dies horasque oportet sit paratus ad subsidia regionis aegris ferenda nec transmeare quandoque hyemali tempore valet. Et factnm revera est, nt parochus J. Bortelli ferens Metellnm cnidam infirmo s. Viaticum super Sarchi ripa consisteret et nepos laicus fluentis periculo se committens illud ad Sacerdotem Antonium Radini super altera ripa transferret. Ita ipse Aloysius Bertelli jnramenti fide obtestatur. Quodsi opponeretnr unnquam forte propter expositas difficultates siue sacramentis decessisse homiuem de paroecia reponunt illico Oratores, posse in hora contiugere, quod non contigit in anuo; casusque hujnsmodi non exspectaudos, sed praevidendos, ut inquit *Fagnanus loc. cit. ducto arg. ex l. 1. Cod. quando liceat sine jud.*

Nec aliquid obstare causae videtur transactio, de qua supra per breve Clementis XIII. firmata, licet ea quidem impedimento sit, quominus nulla inposterum amplius possit agitari qnaestio circa ecclesiae parochialis translationem vel circa parochi residentiam (de hoc enim lis erat), nihil tamen prohibet, ut aliquod ex illis oppidum, positis conciliaribus cansis, novam sibi ecclesiam parochialem erigere possit, cum praesertim redditus veteris beneficii in sua integritate relinqnat: novae antem erigendae paroeciae consultum sit ex fructibus haereditatis Salatti, qui modo ad sc. 90 circiter assurgunt et brevi ad 100 assurgent cessato quodam vitalitio; pro ecclesiae vero parochialis efficiendae manutentione redditus sit sc. 20, quibus populus ipse Orator addere paratus est quidquid amplius necesse fuerit. Quidquid denique esset per pacta cautum pro animarum periculo vitando totum corrnat necesse est »ne contiugat siqnidem infantes morituros siue Baptismo et iufirmos siue sacramentis, talibus periculis et saluti animarum omniuo occurreudum est per novarum ecclesiarnm extructiouem.« Ita *Barbosa in Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref.*

Parochus vero cnm populo Villae Colechiae et Arcis erectionem propositam impugnans jura sna in medium producit. Impugnat inprimis necessitatem, propter quod refert attestationes quorundam incolarum Bricae et Netelli, qui simul cum parocho et aliis Villae Colechiae et Arcis incolis contra Edictum de novae paroeciae erectione ab Episcopo latnm reclamarunt. Et sane nulla tristis alicnjus eventus historia in medium adducitur nec adduci potest; quod prorsus iuverosimile videtur, si gravissima illa viarnm asperitas iutercederet, quae ab Oratoribns assiguatur. Dismembrationem uti odiosam nonuisi cansis apprime probatis indulgeri debere passim edocemns, *Abbas ad d. Caput:* Ad Audieutiam *in1. Notat. de eccl. aedific., Lotter de re benef. lib. 1. quaest. 28. n. 4.*

Subjungit praeterea parochus non aliter dismembratiouem iu casu posse fieri qnam pactum transactioni adjectum violando; per

*) Vd. *p. 1146.*

eam enim populus Metelli, Bricae et Vicaliae uti ex instrumento eruitur separetnr.

Facit item pro parochi jure tuendo id quod cautum est iu cit. *cap.: Ad audientiam de eccl. aedif.*, ut aliter dismembratio non debeat impertiri quam si post ipsam parochus convenienter valeat sustentatiouem habere, nam vulgatum est juris adagium, quod aegris suis sitientibns alieni nou non sunt irrigandi. In casu autem teunes snnt redditus parochiae Soraggii et ipso attestanti Episcopo computatis cnm praebenda etiam decimis proveniant redditus 60 scut. Et merito parochus veretnr ne absque snstentatione maneat amissis 4 pagorum decimis. Episcopus autem ut ex suo voto exuitur vult ut parocho cautum sit de decimis praestandis a populo etiam e gremio parociae dismembrato. Quod emolumenta vero quae sub nomine incerti veniunt utut exigua et tenna amittat parochus necesse est quae tameu Episcopns vellet cum diminntione servitii et non levis incommodi compensari.

Erit nunc prudentis consilii EE. VV. dirimere

D u b i a:

I. *An intret arbitrium de aperitione oris in casu?*

II. *An et quomodo sit concedenda dismembratio in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Affirmative et esse locum dismembrationi jnxta votum Episcopi, qui praefiniat annnam summam a novo parocho praestandam parocho ecclesiae Matricis in compensationem decimarum necnou in oblationem unius librae cerae albae elaboratae in festo s. Titnlaris in obsequinm matricitatis ecclesiae necnon assignato a populo idoneo fundo pro manutentione tam ecclesiae quam Lampadis sive diurnae sive nocturnae facto verbo cum SSmo.

Die 15. Mart. et 19. April. 1845.

Lucana.

Moriani Oppidum quod extat iu Lucana Archidioecesi in duas partitur regiones quas vocant »sezioni« cui alteri a s. Stephano, alteri a s. Cassiano nomen est. Unaquaeque regio propriam habet ecclesiam, quarum altera ab altera per asperum iter millibus passuum circiter distat ac utraque olim paroecialis erat. Initio autem saecnli 15. paroecia s. Cassiani causa tenuitatis redditnum paroeciae s. Stephani unita fuit ac nsque in praesens manet, assumpto a parochis pro tempore titulo Rectoris ecclesiarum unitarum s. Stephani et s. Cassiani.

Sed nec ob temporis lapsum nec ob unionem peractam pristinae conditionis immemores incolae s. Cassiani hujusmodi invectum rerum ordinem aegre nunquam non tulerunt. Hinc perpetua querelarum occasio et magna inter utriusque regionis Oppidanos animorum aversio nunquam intermissa ac veluti dixeris hereditaria, ex qua frequentia recentiori praesertim aevo et gravissima jurgia ac rixae ortae sunt, qnibus compescendis tam ecclesiasticae quam civilis auctoritatis animadversione non semel opus fuit. Atque inde etiam petitiones pro dismembratione obtinenda toties iteratae qnoties paroeciae vacatio contigit.

Hisce malis occurrere cupiens sacerdos Franciscus Martini 1821 testamento condito optimum legatnm reliquit Ecclesiae s. Cassiani.

Proxime itaque seqnenti anno Archiepiscopus tunc temporis Lucanus Capellanum Curatum ad nutum tamen amovibilem et dependentem a Parocho s. Stephani constitnere in ecclesia s. Cassiani ceusuit. Haec tamen provisio displicuit his Oppidanis, qui imo majorem in spem erecti fore, nt ex legati redditibus facile ibi veri nominis paroecia erigi posset; eveniente parochiae s. Stephani vacatione 1843 iternm pro dismembratione penes Curiam archiepiscopalem institerunt. Ac denique in postrema vacatione 1853 instantius per adlectos deputatos easdem renovarunt preces, paroeciarum scilicet divisiouem postulantes sive per resolutionem unionis ob cessatam in s. Cassiani ecclesia exiguitatis redditnum causam ob qnam unio decreta fuit sive per dismembrationem ob distantiam et difficultatem viarum et ob summam animorum aversionem qua utriusque regionis incolae ad invicem maxima cum religionis bonique publici jactura fernntur.

Ut in re tanti momenti tutius ageret Archiepiscopus deputato pro paroecia s. Stephani defensore ex officio primum examini suppouendum censuit statum activum ac passivum bonorum utriusque ecclesiae comprehenso Legato a Sacerdote Martini relicto, qui status Archiepiscopo ipsi exhibitus fuerat in postrema s. Visitatione 1852, qnamobrem publico Perito suae fiduciae Basilio Gianni commisit, ut bonis omnibus antea aestimatis

aptiorem proponeret modum illa dividendi ac assignandi utrique paroeciae, quatenus dismembrationi locus fieret. Concreditum munus explevit Peritus ac triplicem prospectum Curiae exhibuit, generalem alterum, in quo universi redditus demptis oneribus nec comprehenso legato Martini conficiunt summam libell. Lucae 1001. 5. 3, alios duos partiales, qui nempe redditus et onera designant uuicuique paroeciae distinctae attribuenda. Juxta hosce prospectus paroeciae s. Stephani superessent annui redditus oneribus detractis libell. 771. 5. 2. seu scut. 102 l. 6. 5. 2. Paroeciae autem s. Cassiani obvenirent quotannis redditus ab omni pariter onere purgati libell. 230. 1. quibus tamen addendi sunt redditus satis pingues legati Martini a Perito non computati. Post haec votum Capituli Cathedralis exquirendum duxit Archiepiscopus, quod propositam separationem plenis probavit suffragiis. At vero cum defensor paroeciae s. Stephani ex officio deputatus contrarium edidisset votum et acriter separationi obsisterent plures ejusdem Loci parochiani hiuc Archiepiscopus ipse Oratoribus suasit, ut quatenus in dismembrationis obtinendae proposito persisterent ad apostolicam Sedem sese verterent uti reapse supplici huic s. Congregationi oblato libello ab ipsis factum est.

Archiepiscopus in sua relatione omnia undique confirmat quae narrata sunt ac una cum documentis deductiones pro parochianis s. Stephani exaratas trausmisit.

Hinc minus iis deferendum addit qui asserunt congruam a ss. Canonibus requisitam non superesse ex dismembratione Parocho s. Stephani.

Adlectus a RR. Populi s. Cassiani Defensor in sua Allegatione distribuenda paucis praeprimis jus ad resolutionem unionis paroeciarum protuetur. Exploratum enim in facto cum sit ecclesiam s. Cassiani olim paroecialem fuisse ac ob census exiguitatem ideoque ad tempus paroeciae s. Stephani unitam, cumque in praesens ex legato eidem a sacerdote Martini 1821 relicto satis abunde redditibus aucta fuerit ut ibi commode Parochus constitni valeat, profecto consequitur, peractae unionis exinde causam jamdiu cessasse, cujus ideo resolutioni locus esse debeat; cessante enim causa cessant effectus. Et ad rem de qua agitur probe *Card. de Luca de Paroch. disc. 35. n. 8.*, ibi: Cessante causa depauperationis, ob quam unio facta erat, eadem manus quae ligaverat solvere poterat atque ecclesias ad primaevum statum reducere, quod quidem generatim obtinet cessantibus causis, etsi unio perpetua fuerit, *Reclus. de re paroch. part. 1. tit. 12. n. 74*, *Seraphin. jus eccles. part. 2. tit. 21. de union. Eccles.* § *8.*

Perperam vero ex adverso contra resolutionem subsidium immemorabilis praescriptionis invocari, non enim immemorabilis consistit, ubi ceu in casu de origine ab initio constet, *s. Rota decis. 6. n. 2. part. 4. tom. 1.*, *decis. 299. n. 1. part. 7. recen.*, nec melius ordinariam praescriptionem objici, quando quidem vulgatissimum in jure est, contra non valentem agere praescriptionem non currere, qua quidem in conditione versata est ecclesia s. Cassiani quousque laboravit inopia, quae causa unionis fuit. Minus quoque obesse assertam Curiae sententiam in impropriam remjudicatam transactam, qua 1815. petitio nullitatis unionis ob solemnium defectum rejecta fuit, quippe in praesens non nullitas sed resolutio unionis et quidem non ob defectum solemnitatum sed ob cessatam paupertatis causam postulatur. Haud vero rei-judicatae exceptio nocet, uisi concurrant idem corpus, eadem quantitas, idem jus ac eadem petendi causa et personarum conditio, ex textu in *L. 12. 13. 14. ff. de except. reijud.*

Sed hisce penitus posthabitis legitimas subesse causas subsumit Defensor, ut dismembratio et novae paroeciae erectio decernatur. Inprimis inter hasce causas recenset tum distantiam aedium a paroeciali ecclesia cum asperitatem ac difficultatem viarum, juxta apertam censuram Concilii Trid. *sess. 21. cap 4 de Ref.*, ibi: In iis vero parochiis in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani siue magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt novas parochias etiam invitis Rectoribus juxta formam Constitutionis Alexandri III.: *Ad Audientiam* constituere Episcopi possint. Porro non levem distantiam unius milliarii censendam esse, quae nnam inter alteramque intercedit ecclesiam s. Stephani et s. Cassiani accedente praesertim asperitate viae quam adversarii ipsi non denegant; hine profecto fit nt duae hae regiones distiucta civili administratione regantur et gubernentur et ut Parochus s. Stephani vicinioris Parochi auxilio indigeat, qui certam quotannis pensionem ob id solvere tenetur. Accedit et altera gravissima causa animarum scilicet aversitas, livor, aemulatio ac odium diuturnum nullo pacto extinguendum inter utriusque regionis Incolas vigens etiam post deputationem Vicarii Curati ceu testatur Archiepiscopus; ex quo maximum saluti animarum detrimentum imminet. Quo quidem in casu ad paroeciae dismembrationem novaeque erectionem necessario deveniendum docet *Card. de Luca in adnot. ad s. Conc. Trid. disc. 16. n. 4.*, idque prudenti beneque regulato arbitrio totum commissum affirmat.

At sane urget hisce iisdem causis motus Archiepiscopus animi sui sententiam pro dismembratione pandere non dubitavit.

Plurimi vero in hac potissimum re faciendum Episcoporum suffragium, quorum prudenti arbitrio relinquitur videre, quaenam causae novam paroeciae erectionem suadeant ceu docet s. Congregatio in *Aversana Dismembr. Paroeciae 18. Sept. 1824.* § *Tridentina.* Eoque magis in hanc sententiam concedendam suadet defuncti sacerdotis Martini voluntas, qui hoc potissimum consilio legatum ecclesiae s. Cassiani reliquit, nimirum »per stabilire la calma in quella populazione, e provvedere ai bisogni spirituali« neque id alia consequi ratione licet quam dismembratione decreta ceu probatum est. Re quidem vera ex deputatione Capellani Curati ad nutum amovibilis ab anno 1822 peracta haud satis hujus regionis utilitati consultum fuisse recentia demonstrant jurgia et dissidia ac fervens adhuc livor et aemulatio, qua populus Cassiani abreptus alteri paroeciae subjici aegro animis fert animo. Ceterum monet ob locorum distantiam vel difficultatem non Capellani Curati ad nutum amovibilis sed perpetui Parochi deputationem ac ideo novae paroeciae erectionem a Tridentino Concilio permitti.

Ad congruam vero quod spectat uuicuique Parocho assignandam ex iis quae in facto relata sunt satis huic rei provisum contendit ex divisione quam Peritus a Curia deputatus proposuit quamque Archiepiscopus etiam probandam censet, exinde enim congrua quae parochis tribuetur illam longe excedit quae in Archidioecesi Lucana pro paroeciis ruralibus constituta est, in scut. nimirum 87 annuis ceu Curiae Cancellarius testatur. Qua quidem in re non praeterit Defensor ex proposita divisione Parocho Cassiani nonnisi minimam obvenire partem bonorum, quae ante unionem ad eamdem spectabant ecclesiam quamvis resoluta unione omnium restitutio bonorum quae ab ipso coliata fuere eidem ex jure competeret; unde nulla ex hoc capite justa querelarum causa parochianis s Stephani subesse potest.

Ex altera parte qui jura tuetur ecclesiae s. Stephani dissolutioni unionis primum obsistit fretus potissimum praescriptione quae eidem ecclesiae favet ne ullum in suis juribus detrimentum exinde patiatur. Quaecumque enim fuerit unionis causa constat ineunte saeculo 15. paroecialem ecclesiam s. Cassiani jam alteri s. Stephani unitam fuisse unione subjectiva,*) quae omnium in supressa paroecia jurium peremptionem secumfert, quamobrem, quin opus sit ad immemorabilem possessionem provocare, quae plane cum incertum sit tempus quo unio decreta fuit allegari jure merito posset in themate vel ipsa centenaria sat superque est ad manutenendum in possessione unionis paroeciam s. Stephani, ac retinendum praetensum adversariorum jus ad dissolutionem obtinendam ceu pluries definivit s. Rota ac signanter in *decis. 280. n. 6. 7. coram Bichio*, *decis. 47. n. 2. coram Ansaldo*, *decis. 133. n. 5. part. 1. recent.* Exinde enim cujuslibet melioris tituli praesumptio derivat ceu ad rem tradit eadem s. *Rota in Lucana Unionis 31. Decbr. 1719 n. 1. 3. 8. cor. Falconerio.*

At vero centenaria etiam deficiente, justi attamen tituli praesumptio non deesset vel ex eo, quod in ss. Visitationibus quae a tot saeculis saepe ab Ordinariis habitae sunt numquam unio haec revocata imo semper recognita, sancita et confirmata fuerit. Ac augetur praesumptionis vis si perpendatur, unionem peractam fuisse ante Concilii Trid. celebrationem, quod *sess. 7. cap. 6. de Ref.* cavit, »ut uniones perpetuae a 40 annis citra factae examinari ab Ordinariis tamquam a Sede apostolica delegatis possint et quae per subreptionem vel obreptionem obtentae fuerint irritae declarentur«. Hinc ubi intra hujus temporis 40 annorum a publicatione Concilii periodum unio in casu peracta censeatur praesumendum est (cum extent visitationis actus quoad paroeciam s. Stephani) ejusdem unionis titulos ad trutinam revocatos fuisse, facto ac insimul legitimos deprehensos, quandoquidem unio reprobata non fuit. Quod si lubeat supponere uti in facto est unionem

*) Vd. *t. II. p. 1033. x.*

effectnm sortitam fuisse ante praescriptum hujusmodi temporis spatium profecto supervacaneum est de tituli existentia vel justitia quaerere, cum ipsum Concilium hujusmodi unionum examen haud Episcopis permiserit, ne scilicet induceretur summa aliqua rerum perturbatio ceu monet *Lotter. de re benef. quaest. 19. n. 23.* Ceterum opus non est praesumptionibus et conjecturis ubi cum adversariis vel ipsis admittatur unionis cansam fuisse redditnum exiguitatem qua laborabat ecclesia s. Cassiani, quo quidem in casu etiam unionis remedio providendum esse statnit idem Tridentinum *sess. 24. cap. 13. de reform.*

Atqui falso ex adverso affirmant hanc unionis cansam cessasse in praesens. Nam etsi ecclesia s. Cassiani novis aucta fnerit redditibus ex legato Martini attamen non exinde congrua praebenda constitui novo Parocho posset, nisi aliqua bonorum pars adjiciatur, uti proponit peritus a Curia deputatus, qnae nunc congruam efformant utriusqne ecclesiae Rectoris. Ast ubi huic bonorum dismembrationi locns fieret, jam sufficiens congrua Parocho s. Stephani deficeret. Non euim probandam censet Orator peritiam mandato Curiae redactam, ex qna juxta propositam divisionem snmma libell. 751. 5. paroeciae s. Stephani superesset. Plures siqnidem partitas ibi auctas ac exaggeratas deprehendit. Ita Oliveti aestimatio ad libell. 155. 10. juxta alteram peritiam Joseph Ginsti cohibenda ad libell. 95. 8. Expensas pro festo Titnlaris s. Stephani non libell. 15. 15. sed libell. saltem 45. importare experientia constat. Praetermissi insuper sunt in peritia Gianni snmptns annui pro manutentione canonis seu domus paroecialis non minores libell. 20. Omissae pariter aliae expensae sive pro Missa de Requiem qnotannis post festum s. Stephani celebranda in libell 9. sive pro schedulis paschalibus in libell. 7. sive pro jentaculis ac venditori della parocchia dari solitis in libell. 15. Nec ratio in peritia habetur tum diminutionis canonis qnam nnper obtinnit alter ex conductoribus bonorum paroeciae tum deficientiae emolumentorum stolae qnae vocant, quae dismembrationem consequitur. Deniqne pensio libell. 264. nti in peritia assignata est Capellano Stephani a parocho pensitanda, exigua nimis videtur oneribus perpensis qneis Capellanus ipse subjicitnr. Porro hisce omnibus detractis expensis in peritia non compntatis vix summa libell. 591. superest pro Parocho s. Stephani, qui ideo sufficienti congrua careret, qnod quidem aequitatis etiam ratione inspecta absonum omnino est. Quamobrem nedum perdurare adhuc peractae nnionis causam nrget Orator, ut adeo dissolntioni locus fieri non possit, sed et illud consequi, exiguitatem hanc redditnum impedimentnm omnino esse, quominus dismembratio et novae paroeciae decerneretur erectio, qnamvis urgentes cansae hujusmodi provisionem ceteroqnin suaderent. Hisce enim in casibus id praeprimis provideri solet, ut Parochis tam novae quam matricis ecclesiae sufficiens congrua non desit.

Ast quod magis est legitimas dismembrationis causas haud in themate comprobari sustinet. Ad objectam enim locorum distantiam et viarum asperitatem observat rem hanc jam alias a Congregatione quam vocant Synodi Archidioecesis Lncanae examini snppositam fuisse, qnam 1815 eamdem petitionem Curiae obtnlere incolae s. Cassiani.

Qninimo asseverat extremas aedes Regionis s. Cassiani propins ab ecclesia paroeciali exstare quam aedes ipsae Stefani qnae sitae snnt in ea hnjns Regionis parte quam appellant Castello. Levis antem viarum tunc asperitas in pretio ad hunc effectum non habenda, cum exinde gravia occurrunt itinerantibns discrimina, ob inaccessabiles montes, ob nivium frequentiam fluminumqne inundationes etc. ceu monet *Chokier tract. de commut. benefic. sect. 10. n. 10. 12.* quae tamen non comprobantur in casn. Demnm ubi sive ob distantiam locorum sive ob asperitatem itineris difficilis reapse in casu foret ad ecclesiam paroecialem accessus nihilominus dismembrationis evanuisset necessitas ex institutione Capellaniae curatae in ecclesia s. Cassiani jam ab anno 1822 peracta, qua spiritnalibns incolarum necessitatibus satis consultum est.

Despiciendam vero alteram qnae affertur causam, aversionis scilicet, aemulationis ac odii.

Postremo loco obstare adversariorum petitioni contendit ipsius Curiae sententiam latam ut asserit 1815 et in remjudicatam transactam, quae eadem petitio et ob easdem superius expositas causas rejecta fuit. Obstare etiam Curiae Decretnm quo 1822 depntatione potius Capellani curati ad nntum amovibilis quam dismembratione paroeciae consuli melius posse spirituali Cassanensium

utilitati visum fuit, quamvis eaedem quae nunc eo temporis objicerentur causae dismembrationis. Non probatur antem immntatam esse in praesenti rerum conditionem, quae imo eadem omnino perstat.

Hae sunt majoris momenti rationes quae utriusque afferuntur, reliquum est ut EE. PP. ea qua praestant scientiae ac prudentiae laude definiant quod proponitnr

D u b i n m :

An et quomodo sit locus resolutioni unionis seu dismembrationi ecclesiae s. Cassiani in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Archiepiscopi.

Die 27. Junii 1857.

Brixien.

Inter fines Paroeciae Civitatis Rovati Brixien. Dioecesis regio extat quam vocant Duomo tribus milliaribus cum quadrante mensurae Brixiensis seu metris linearüis 4830 ab ecclesia matrici distans, quae 800 circiter incolas in 180 familiis comprehensos enumerat. Adest ibi ecclesia satis ampla in qua Capellanus residet Parochi Rovati coadjutor qni baptismi Sacramentum administrat ac funera ducit ad coemeterium ejusdem loci quod ab illo Rovati discretum est.

Itaque loci Duomo Incolae nnper supplices Episcopum adiverunt ad hoc, ut illorum ecclesiam a matrici segregaret ac in proprii nominis Paroeciam erigeret. Sed cnm Rovati praepositus Parochus votum suum rogatns hujusmodi, contra Episcopi consilium, obsisteret petitioni, hinc Episcopus idem ut tntius hac in re procederet s. Congregationis oraculum percontari e re sua censuit.

Pro dismembratione consequenda Incolae Regionis Duomo varia momenta rationum allegant.

Quo vero pateat praesto esse congruam snfficientem novo parocho assignandam, quin opus sit ut aliquid praebendae parochiali ecclesiae matricis detrahatur vel detrimentum patiantur pia legata animadversiones super redditibus pro congrua constituendis apnd acta exhibentur.

Post haec quae in facto ab exhibitis relationibus minutim exscripta sunt, satis habent EE. PP. nt quid consilii in re capiendum sit tuto decernent. In jure autem ad rem quod attinet haec adnotare sufficiat. Dismembrationem paroeciarum rem odii plenam esse, quippe quae alienationem sapiat. Abbas in cap. *Ad audientiam in 1. notab. de Eccl. aedif., Lotter. de re benef. lib. 1. 9. 18 n. 4., s. Rota part. 7. recen. decis. 68. n. 1.* adeoque nonnisi in subsidium ac gravissimis nrgentibus causis necessitatis vel utilitatis ecclesiae permittendam esse, ceu ad tramites *cap. Sine except. 12. 9. 2.* et *c. Hoc jus. 10. q. 2.* docet eadem *s. Rota decis. 578. n. 17. part. 19, § 2 recent.* Qnod si tamen haec extrema in causa dismembrationis concurrant, nulla esse poterit contraria ratio quae illam impedit ceu monet s. Congregatio in *Massanen. et Populoniae Dismembrationis paroeciae 9. Maji 1840 § Nescit nemo,* adeoque nec dissensus Rectorum ceu patet ex ipso Concilio Trid. in *sess. 21. cap. 4. de Ref.*

Porro duplicem distinguit casum in cit. capite s. Synodus, alter est quando, »populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis et cultui divino peragendo« et pro eo statuitur, ut Episcopi »cogant Rectores vel alios ad quos pertinet sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quod sufficiunt ad Sacramenta exhibenda et cultum divinum celebrandum«, alter vero casus est, quo »ob locorum distantiam sive difficnltatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt« et tunc sancitur, ut Ordinarii »novas parochias etiam invitis Rectoribus juxta formam Constitutionis Alexandri III. *Ad audientiam* constituere possint«.

Hinc ex ipsa Tridentini sanctione, qnoties magna cen in casn intercedit loci distantia vel viarum difficultas, permittitur paroeciae dismembratio novaeqne erectio, nec populi necessitatibus satis consultum erit Capellani coadjutoris deputatione; mercenario enim multo praestat proprius Parochus, qui ovium suarum saluti personaliter invigilet, ut perpendit s. Congregatio in *Pisauren. 19. Aprilis 1766 § Et licet,* in *Camerinen. Dismembrationis Paroeciae 8. Julii 1843. § Quod dismembratio.* Praeterea nnam vel alteram ex memoratis causis sufficere ad dismembrationem concedendam communiter tradnnt Doctores proindeque vel unam distantiam loci ab ecclesia parochiali justam dismem-

brationis praebere causam docet *Fagnan. in cap.: Ad audientiam n. 18.* qui iusuper addit, non requiri nimiam longinquitatem et asperitatem viarum sed sat esse ut distantia ea sit, ut parochianis sine magno incommodo ad matricem ecclesiam non pateat accessus, ac tandem concludit, hujusmodi distantiam cum de ea nihil sit in jure definitum arbitrio judicis esse demetiendam.

Praeter haec aliae etiam causae in praetio haberi assolent, ut dismembrationi locus fiat. Ad hasce autem causas refertur animorum aversio et aemulatio, quae in Matricis et succursalis ecclesiae incolas ferveat, ex qua non leve saluti animarum detrimentum imminet; pro quidem in rerum eventu paroeciae dismembrationem necessariam putat *Card. de Luca cit. loc. n. 4.* quod quidem prudenti beneque regulato arbitrio commissum monet. Inspici quoque solet numerus populi, qui dismembrationem efflagitat, quo enim numerosior populus est, eo magis parochi praesentia necessaria dignoscitur ad praecavenda mala, quae crebro coutingere posseut. Hinc in oppidis 150 vel 200 incolis constantibus proprium Parochum constitutum fuisse plures demonstrant s. Congregationis resolutiones, quarum nonnullas refert *Ursaya t. 1. part. 1. discept. 14. n. 89.* Denique plurimi hac in re faciendum Ordiuarii suffragium, cujus prudenti arbitrio relinquitur videre, quaenam causae novae paroeciae erectiouem efflagitent ceu docet s. Congregatio in *Aversana Dismembrationis paroeciae 18. Sept. 1821 §. Tridentina.*

Si quidem s. hujus Ordiuis resolutiones recolantur, deprehenditur, iuterdum denegatam fuisse paroeciarum dismembrationem, aliquando tamen concessam uti liquet ab exemplis adductis in *Massanen. et Populoniae Dismembr. paroeciae 9. Maji 1840 §. Sane.* Unde eruitur quaestionem de paroeciarum dismembratione rem facti potius quam juris definiendam scilicet ex singulorum casuum qualitate ac variis rerum adjunctis ceu perpendit *Card. de Luca. cit. loc. n. 2.* Utrum momenta quae allegaut oppidani Loci Duomo hujusmodi sint ut hanc provisionem suadeant erit EE. VV. decernere. Ceterum ubi ex Capellani curati deputatione spiritualibus hujus populi necessitatibus satis provisum videatur, praesertim vero, ubi incommodis quae in medium proferuntur occurri facile possit per ea remedia, quae Parochus proponit ad praedictam dismembrationem, devenire fortasse non expediret, deficiente ratione ob quam Trid. Synodus eam fieri permittit. Et in hanc sententiam pluries concessit *s. Rota ceu in recent. decis. 578. n. 7. part. 19. tom. 2. coram Falcon., decis. 3. n. 12. de Miscell. coram Crispo, decis. 221. n. 21. coram Lancetta, decis. 856. n. 10.* Et conveniunt resolutiones s. Congregationis *in Dertonen. Dismemb. 3. Aprilis et 30. Augusti 1732*, in *Terracinen. 6. Junii 1739*, in *Cassanen. Dismembr. 17. Dec. 1740* aliisque pluribus.

Attameu praeter ceteras quae allegantur dismembrationis causas quas provisio haec fortasse non submoveret est plane posthabenda ea quae depromitur ex pio relicto Cavalli unde opportuna datur occasio, congruam satis pinguem assignaudi novo Parocho, quin redditus ecclesiae matricis, ex quibus ceteroquin competens portio detrahenda foret, ullam imminutiouem patiantur. Quateus vero aliter judicaudum ceuseaut EE. PP. non absre saltem erit, eas adhibere provisiones pro recta succursalis ecclesiae admiuistratione ac regimine, quibus ad expositа praecavenda mala et incommoda libenter parochus assensum praestat.

Reliquum igitur est

D u b i u m :

An sit locus dismembrationi paroeciae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative solutis tameu quotannis favore matricis in festo ejusdem Titularis decem libris cerae albae elaboratae iu signum Matricitatis.

Die 26. Sept. 1857.

Spoletana.

Sacerdos Joseph Maria Giancinquanta vel ab annis 25 in pacifica versatur possessioue plebaniae sub titulo s. Maximi, quae in civitate Leouissae Spoletanae Dioeceseos sita reperitur. Vastum ejusdem territorium et extra moenia protenditur atque caeteros inter pagos amplectitur illum quem nuncupant Villa Bigioui. Loci distantia semitarum asperitati hyemali praesertim tempore adjuncta pio cuidam incolae nomine Viucentio Bigioni suasit conspicuam sui patrimonii partem in couterreneorum spirituale bonum erogare eamque proinde Spoletano Praesuli offerre ea adjecta lege, ut praefatus pagus Villa

Bigioni a plebanali ecclesia disjunctus iu novam paroeciam sub invocatione s. Vincentii Ferrerii erigeretur. Archiepiscopus oratoris votis benignissime annuens hodierni Plebani consensum requisivit *), qui paroeciae divisionem haud improbavit adjiciens tamen: »Senza che rimangano per altro lesi con ciò i diritti dell' attuale parroco della Pieve di s. Massimo vita sua naturale durante, ceu in solemnibus fundorum donationis tabulis confectis ad novam paroeciam constituendam expresse cavetur. Ad cujus reservationis tramites in decreto dismembrationis plebauiae s. Maximi et erectionis novae paroeciae Villae Bigioni die 16. Novb. 1847 edito ita Spoletanus Antistes sancivit: »Quod Rector paroeciae s. Maximi a quo dismembratio fit ruris Bigioni suum assensum praebuerit salvis juribus parochialibus ejus vita naturali durante.« Et enucleato infra »Quod jura actualis parochi plebani s. Maximi R. D. Joseph Mariae Giancinquauta ejus vita naturali durante miuime laesa siut et his frui debeat eodem modo quo usque adhuc potitus est: hoc autem vita functo parochum Villae Bigioni a praedicta paroecia s. Maximi omnino volumus exemptum et favore ejusdem cedant tam decimae sacramentales Villae Bigioni quam omnes cespites.« Huic legi tam primus novae paroeciae Rector quam oeconomus ejus successor per 10 annos religiosissime paruerunt bonis a pio fundatore statutis satis contenti viventes. At non ita hodiernus memoratae villae parochus Alois. Bigioni, qui Plebano s. Maximi praeter jurisdictionis actus ea quoque emolumeuta, quae vulgo dicuntur incerti di stola, acriter denegare non dubitavit. Solemnem protestationem in Metropolitana Curia Plebanus iterum iterumque edidit. At res in irritum cessit cum Spoletauus ille Praesul auctoritatem suam hac in quaestione derimenda interponere noluerit, plebanum potius consulens ut universum negotium huic S. O. deferret. Id praestitit Plebanus et hodiernis comitiis sub dubiis de partium consensu concinuatis controversia proponitur.

Plebani defensor universa parochialia jura clienti suo reservata fuisse contendit, sive in donatiouis tabulis sive in dismembrationis decreto, uti ex verbis superius recitatis evincitur. Quae quidem jurium reservatio terminis adeo claris expressa hodieruum inter Plebauum et novae paroeciae fundatorem jampridem fuerat pacto firmata et legitima Ordiuarii sanctione solemuiter adprobata. Porro reservationis iudoles ea est, ut jus primaevum cum suis qualitatibus conservet, ceu saepe tradidit *s. Rotae* Tribuual praesertim in *recen. part. 14. decis. 70. n. 14., decis. 522. part. 19. n. 9. part. 19., decis. 464. n. 3.* Exinde incunctauter concludit iu plenissima possessione universorum jurium, quibus antea pollebat, Plebanum fore manutenendum. Quinimmo etsi aliquod dubium ex reservationis terminis oriri posset, subdit tamen eam interpretationem fore perpetuo sectandam quae magis reservanti faveret ad *text. in L. si debitor ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvatur, Decius cons. 79. n. 37. Rota decis. 229. part. 5. recent. n. 13. part. 9., decis. 158. n. 20.*

Ad rem confirmaudam invocat diuturnam consuetudinem et pacificam observantiam, quae nou tantum legum, beue vero et conventionum optima interpres merito nuncupatur. Jam vero universa parochialia jura sarta tectaque servavit tum Carolus Bigioni ab ipso fundatore nominatus, qui decem fere per annos jurgiis procul ac dissidiis parochi munia iu s. Vinceutii ecclesia obivit, tum ejus successor qui octo circiter per menses vicaria potestate memoratam paroeciam est moderatus. Verum ubi se aliter res habuisset, profecto reclamassent sive novus parochus sive pius paroeciae fundator sive praesertim Spoletanus Antistes, qui tolerare minime debuissent, plebanum s. Maximi parochialia jura proprio marte exercere proventusque omnes sibi vindicare in residentis parochi detrimentum. Ast universi alte siluerunt. Accedit politicos Neapolitani Regni magistratus civium statum publicas in tabulas recensentes quoad incolas Villae Bigioni haud umquam novo parocho sed uni plebano s. Maximi et post peractam dismembrationem requisitoriales literas transmisisse.

Frustra autem jura plebano solemniter reservata coarctari posse perpeudit ad decimarum tantummodo perceptionem, cum reservatiouis verba geuerica prorsus et absoluta existant nullique limitationi obnoxia, ac proinde universa jura sive jurisdictionalia sive pecuniaria amplectantur, quibus plebanus frui debet eo modo quo usque adhuc potitus est, prouti in dismembrationis decreto sancitur.

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

Injuria prorsus observat adversarium queri, quod ipse seminet, plebanus vero metat et colligat. Istius siquidem jura nullatenus imminuit dismembrationis decretum, vi cujus sancitur ut novus parochus curas et labores ferat conteutus congrua a pio fundatore constituta usque dum plebanus vitae usura perfruatur. Imo injustum deprehendit ulla absque causa spectatissimum sacerdotem iis juribus expoliare, quae sarta tectaque conventiones, ecclesiastica auctoritas ac diuturna consuetudo adversarunt. Ceterum animadvertit adversarium suum cum de lucro captando decertet, validis atque indubiis argumentis thesim evincere debere, infirmiores e contra probationes satis superque clientem suum protueri, qui damnum devitare conatur. *Rota in Recent. decis. 149. n. 12. part. 5. tom. 1.*

Denique Archiepiscopo in relatione scribenti quod »res foret profecto moustruosa et sacris adversa canonibus eam (ecclesiam s. Vincentii Villae Bigioui) duos simul habere parochos« *) reponit monstrum quodlibet evanescere jurgiorumque periculum procul abesse, quoties recolatur aliqualis illa dependentia, qua ex dismembrationis literis erga plebanum novus parochus adstringitur. Cujus dependentiae vim in eo sitam esse affirmat, non quidem ut neoparochus in omnibus et praesertim in sacramentorum administratione plebani voluntati subjiciatur, sed potius ut iste, suo lubitu, ecclesiasticas functiones in nova paroecia valeat peragere necnon emolumenta omnia et oblationes sibi vindicare.

Ex adverso novi parochi orator in antecessum ponit absolute peractam fuisse praefatam dismembratiouem seu depromit ex archiepiscopali decreto, ibi: Dictam Villam Bigioui cum ecclesia s. Vincentii Ferreri homiuibus, incolis et familiis a parochiali ecclesia s. Maximi separamus, dividimus et dismembramus et dictam ecclesiam s. Vincentii Ferreri cum suo loci districtu accedente etiam concensu nostri capituli Metropolitani in paroeciam sub titulo s. Vincentii Ferreri erigimus, coustituimus et fundamus cum facultate omnia parochialitatis iusignia et quae ecclesiae parochialis propria sunt ibi construendi et retinendi etc.« Quam porro dismembrationem legitimis ex causis fuisse coustitutam fusiori calamo commonstrat. Hinc ipse deducit Plebanum. s. Maximi nullatenus erectam super paroeciam jactare posse privativum spiritualis jurisdictionis exercitium, sic ut eidem liceat adhuc sacras fuuctiones ibidem peragere et parochialia munia vel per se vel per alium pro lubitu exercere. Semel enim hoc posito stirpitus everteretur universum dismembrationis decretum, quod ex verbis nuper allegatis rectorem Villae Bigioni verum propriumque parochum apertissime renuntiavit. Et heic loci recolit nec parochum per legem concursus fuisse rite approbatum et ab ecclesiastica auctoritate paroeciali officio solemniter institutum.

Ita vindicata clientis sui nativa jurisdictione pergit orator primitivum parochum expoliari universis illis juribus, quibus ipse super laudata s. Vincentii ecclesia antiquitus fruebatur. Siquidem ex canonicis sanctionibus certum exploratumque dicit in unaquaque parochiali ecclesia unicum esse posse rectorem, qui eandem exclusivo jure moderetur, *can. Ecclesias qu. cap. 15. de Praebend.*, *can. In apibus 41. quaest. 1.* et s. *Trid. Synod. sess. 24. cap. 13. de ref.* Ad cujus juris tramites haec s. Congregatio perpetuo damnavit alterius parochi ministerium ac promiscuum hujus muueris exercitium, prouti videre est in *Bovinen. Jur. parochialium 27. Maji 1820.*, *Nullius Orbetelli Jurium parochialium 14. Apr. 1821*, § *Habemus*, *Ceneten. Jurium parochialium 19. Aprilis 1834*, quibus consonat *s. Rota in decis. 39. n. 1. part. 15. recent.*

Ex hactenus disputatis animadvertit reservationem quoad jura hodierui Plebani minime laedenda, quibus ipse frui debeat eo modo quo usque adeo potitus est, nullo pacto extendi posse ad jurisdictionis exercitium: secus enim dismembrationis decretum omniuo pesumdaretur. Hiuc momoratam reservationem cohibendum autumat ad ea jura dumtaxat, quae cum novae paroeciae erectione facile componi possint, nimirum ad temporales proventus, quos Plebano ultro concedit. Quam interpretandi rationem Spoletanus ipse Praesul iu sua informatione sectandam propouit. Verum a temporalibus redditibus excipiendos acriter protuetur eos proventus ita nuucupatos »lucerto di stola.« Si enim et hi Plebano forent addicendi novus profecto parochus in deteriorem dejiceretur conditionem ac simplex quilibet capellanus, cui ratione laboris et officii deberet aliquid rependi. Eo vel magis quia attenta praesertim locorum

*) Vd. *t. I. p. 948. XXVI.*

distantia ac viarum asperitate haud valeret unus Plebanus et in ecclesia s. Vincentii per se parochiali ministerio vacare. Aequitas deinde expostulat, ut isthaec saltem accedentalia emolumenta residenti parocho adjudicentur.

Ad haec sacras functiones dispescit in eas quae uon sunt parochiales et illas quae cum parochiali munere naturaliter connectuntur, seu traditur *Senogallien. 13. Junii 1789*, *Massen. Taxae Seminarii 17. Decb. 1836.* Priorum redditus dubio procul resideuti parocho tribuendos conteudit, tum ex generali juris sanctione, vi cujus universae oblationes ad parochum loci spectare iudubium est, tum praesertim ex voluntate, quibus si forte innotesceret delatas eleemosynas in alterius utilitatem cedere a piis largitionibus certo certius removerentur. Item proventus, qui ex alterius generis functioiubus profluunt, locali parocho minime denegandos propuguat. Quandoquidem Plebanus ob loci distantiam ac itineris difficultatem sane quidem debuisset alterius ministerio uti in hisce functionibus perageudis: cujus miuistri labores compensandi profecto fuissent. Pari ergo jure novo s. Vincentii parocho in laboris praemium obventiones omnes cedant oportet. Secus peracta dismembratio Plebani onera minueret ac una simul emolumenta augeret, si exercenti presbytero nihil foret tribuendum. Insuper accidentales hujusmodi proventus personali spiritualis jurisdictionis exercitio absolute adnectuntur, uti habetur ex *c. 1. De Sepultur.* et apprime defiuitur a s. Rota *decis. 402. n. 8. et seqq. part. 5. tom. 1. recent.* Aequum sane est ut commodum ille persentiat qui incommodum sustinuit, aliter enim sacri ministri ruinus prompti alacresque rebus divinis deservirent.

Postremo adnotat decennem observantiam in Plebani favorem tantopere jactatam quoad jura sive spiritualia sive temporalia in pacto peuitus deficere. Verum etsi decem per annos iu nova paroecia uterque Rector Plebanum aliquot jura exercere permisisset, nil tamen exinde coufici posse deducit. Siquidem hujusmodi facultativi actus nullam omnino in Plebani favorem parerent obligationem. Caeterum asserta observantia, cujus veritas in dubium jure merito posset revocari, nullatenus praejudicium iis juribus creare valeret, quae luculentissima sanctioue ecclesiastica auctoritas comprobavit. Nihil autem subdit Plebanum proficere ex eo quod civiles magistratus de Villae Bigioni incolis ipsum sint aliquando sciscitati. Id enim asserit factum ad instituendum militum delectum, qui dubio procul circa juvenes ante novae paroeciae erectionem in lucem editos dumtaxat versabatur. Hinc Plebani s. Maximi hac in re erat necessario exquirenda informatio.

Placeat EE. VV. defiuire sequentia

D u b i a:

I. *An post institutionem parociae in pago nuncupato Villa Bigioni liceat adhuc Josepho Giancinquanta Plebano s. Maximi ss. functiones ibidem peragere et munia parochialia per se vel per alium pro lubitu excercere in casu?*

II. *An et cui debeantur emolumenta sic dicta incerti di stola pro ss. functionibus quae non sunt parochiales in casu?*

III. *An et cui debeantur emolumenta sic dicta incerti di stola pro ss. functionibus quae sunt stricte parochiales in casu?*

Et quateuus affirmative favore Plebani s. Maximi,

IV. *An, quomodo et pro qua summa teneatur Aloysius Bigioni ad restitutionem indebite perceptorum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative, ita tamen ut liceat plebano s. Maximi munera parochialia per seipsum tantum exercere diebus ab Archiepiscopo praefiuieudis et amplius.

Ad II.: Affirmative favore Aloysii Bigioni et amplius.

Ad III.: Affirmative favore plebani s. Maximi subducta quarta parte emolumentorum tribuenda Aloysio Bigioni et amplius.

Ad IV.: Affirmative a die captae possessionis per Aloysium Bigioni in summa ab Archiepiscopo de bono et aequo liquidanda.

Die 28. Apr. 1860.

(Conc. Tr. c. 4. sess. 21. de ref.)

Subversa et absorpta a Pado flumine 1630 parochiali ecclesia Glareae parochiani illius, homines villae Veruvae, ut ecclesiae sacrameuta recipereut, propinquiori parochiae oppidi Mezzani sese adscripserunt. Aucto autem populo dictae villae Veruvae 1653 etiam ratione incommodi itineris facultatem ab Ordinario erigendi in territorio eorum

capellam seu oratorium ad solam missae celebrationem obtinuerunt. Successive 1693 Flumen Padi, mutato antiquo cursu et alveo, territorium Veruvae ab illo Mezzani separavit, ita ut populus Veruvae non sine incommodo et periculis, quin etiam cum impensa nauli trajicere navigiis omuino illud debeat, ut ad ecclesiam parochialem accedat. Hinc ab anno 1703 oratores praetensionem dismembrationis excitarunt, quae composita fuit cum deputatione capellani coadjutoris, ea iuter caeteras apposita conditione, quod liceret partibus a transactione resilire et cum Ordinarii consensu variare juxta exigentiam majoris divini cultus et animarum salutis. Quare dicti Veruvae populares cum oblatione integre assignaudi novo parocho congruam pro dismembratione supplicaut, dum concurrit utraque causa a Concilio desiderata, distautia nempe trium et ultra milliariorum comprobata cum assensu vicarii generalis et Mappa periti cum suis geometricis dimensionibus confecta, item *difficultas itineris* non solum *cum maximo incommodo, sed cum evidenti periculo* in necessaria trajectione fluminis Padi, cum venti perflant vel flumen aquarum copia abundat. Praeterea trajecto Pado flumine iter dirigendum est per 4 valles, quae frequentissime ex redundantibus et excrescentibus Padi aquis ita operiuntur, ut neque pedestri itinere neque remigiorum ope populares valeant illas pertrausire.

His accedit, quod villa Veruvae de tempore accidentalis et voluntariae unionis parochiae Mezzaui quatuor tantum familiis constabat, nunc autem excrevit ad 179 earumque animae ad numerum 958 asceudunt, ita ut etiam post capellani coadjutoris deputationem plures sine sacramentis decesserint. Quae omnia aliaque uberius a partibus informantibus enarranda ex relatione vicarii generalis praevio cum perito judiciali accessu facta et ex testibus formiter examinatis plene comprobantur, et inixe populares Veruvae pro resolutione sequeutis dubii EE. VV. exorant:

An sit locus dismembrationi et erectioni novae parochialis in loco Veruvae?

S. C. C. resp.:

Affirmative assiguata congrua novo Parocho arbitrio Episcopi et amplius.

Die 13. Mart. et 10. Apr. 1717.

Massaneu et Populaniae.

Parochialis praeposituralis ecclesia sub invocatione s. Jacobi Majoris Apostoli Oppidi Rivi in Ilvae Insula, quae ex cessione excellentissimi Principis Antonii Boucompagni Ludovisi nunc est de jurepatronatus tam activo quam passivo familiae Taddei Castelli ejusdem oppidi tam late jurisdictionem suam protrahit, ut praeter 2000 oppidanos, quibus in spiritualibus praeest, complectatur quoque populum quemdam elapso saeculo paucis familiis comprehensum, per mille et amplius passus a superiori oppido divisum, secus maris oram incolentem. At quanto magis hominum ibi manus excrevit confluentium maxime ad ferrariis metallis operam dandam, eo fortius novum rerum ordinem exigi quoad curam amimarum compertum est. Quare primum 1767 cum 1400 capita maritima Rivi ora numeraret, pientissimus Etruriae Princeps jussit, ut Capellanus qui Oratorio addictus erat sub titulo ss. Marci et Rocchi inibi existenti diu noctuque resideret, ut pueros christianae fidei rudimenta imbneret, Sacrum faceret singulis diebus festis ac ad repentinos casus incolis adesset, salvis juribus Paroeciae. 1796 matricis ecclesiae Praeposito regio etiam diplomate permissum fuit »*di prevalersi de Capellano nelle funzioni ecclesiastiche, quando egli non potesse farle personalmente*«. Proinde ipse Dioecesanus Antistes, cum hodierno Capellano Presbytero Alessaudri ad Capellaniam ut ajebat manualem nominato patentales literas daret, in iis expresse jubendum ceusuit ut oueribus injunctis fuugeretur »*in subsidium et defectum proprii Parochi . . . ad spirituale commodum et beneficium incolarum inibi existentium . . . absque tamen praejudicio Ven. Praepositi pro tempore existentis.* Hisce Capellanis ob nova ouera adjecta stipeudium pluribus abhinc annis adauctum est ad libellas 60 pro quolibet meuse. Inductum etiam identidem ut sacra olea, ss. Eucharistia et fons baptismalis eodem in Oratorio asservarentur.

Ast hodie quoniam geus illa ad 2000 fere homines aucta est animum induxit nuperus Antistes Oratorium praedictum in novam Paroeciam converteudi, qua singulos maritimae partis incolas complecteretur a Praepositura praedicta avellendos, qua posset legitimus Rector liberius sua munera fungi et gregem quaqua versus custodire.

Actum est primum hac de re apud Ducem Magnum Hetruriae, cujus regio patri-

monio pertinet ora illa; atque ille ultro anuuere sese ostendit votis Episcopi: eo facilius, quod jam decretum fuerat, ut in eodem Oratorio augustius Templum a fundamentis in re sua impeusa extrueretur et dotaretur: ac dein, negocio cum ipso Antistite composito, congruam pro novo Rectore (ut ipse Episcopus refert) assignatam voluit in libellis annuis florentinis 720 per regiam Administrationem »*delle Miniere*« peusitaudis.

Hiuc latum dismembratiouis decretum et petitam veniam seu cousensum Patronorum, cousecuturum facile Episcopus sibi suaserat. Aliter tamen sese res habuit: illi enim, quos iuter hodiernus Rivi Praepositus, acriter obstiterunt et protestati sunt. Tunc vero s. Ordinis auctoritatem adprecatus est Autistes.

Precibus acceptis ipsimet Episcopo literae remissae sunt sub die 31. Januarii 1838 ut in scriptis Parochum ecclesiae Matricis ejusque Patrouos andiret, referret pariter de houoris signo servando favore ejusdem matricis, ac cur deputatione Capellani Curati provideri nequeat spiritualibus indigentiis incolarum prope litus inhabitantium. Dato sibi munere perfuuctus haec quae sequuntur retulit Episcopus:

»Parochum et Patronos rogavi per adjunctas literas, ut rei magni decoris quoad Deum, tautae utilitatis quoad populum fidelem, tam denique necessariae ob circumstantias omnibus compertas velleut bono animo asseutiri. Cougressi sunt insuper rationum momenta ad persuadendum magis valida. At frustra uegaruut. Sed quam perperam nemo uou videt. Agitur enim primo de nova erigenda Parochia pro multitudine hominum duorum fere millium, quorum pagus distat per mille passus a majori oppido ubi sita est matrix ecclesia . . . Dehinc novum Templum extructum fuit a magno Hetruiae Duce in fundo sui regalis dominii suoque aere: postremo dos pro nova Parochia constitnitur ab ejusdem Principis munificeutia. Quae hinc injuria, quod damnum infertur matrici ecclesiae vel Parocho aut Patronis? Quae jura laesa? Qui redditus imminuti? Cur autem non sufficiat Capellani Curati deputatio jam innui. Ea est enim numerositas plebis orae maritimae Rivi atque ita disjuugitur a caeteris superioribus incolis, ut proprium pastorem jure merito postulare videantur nec matricis ecclesiae Rector cui oves 2500 pascendae supersunt in superiori oppido posset satis commode reliqui gregis prope littus inhabitautis etiam Capellano adjutore curam gerere . . . Adde quod ipsemet piissimus Princeps uovae ecclesiae fundator omuesque illius litoris incolae a maximo usque ad minimum, qnidquid contra manifestam rei veritatem dicant Adversarii, instaut certatim pro canonica uovae Paroeciae erectione. Quid plura? dicam fidenter. Nemo est in universa Dioecesi qui non fateatur expetitae erectionis necessitatem, nemo qui non vituperet contradicentium seu pervicaciam seu amentiam. Non tamen oblitus fuero debitum ecclesiae illi matrici, juxta Canonum praescripta, honorem deferre; statuam enim Rectorem Cnratum uovae Paroeciae debere unacum incolis parochianis accedere quotaunis processionaliter ad matricem ecclesiam in Festo s. Jacobi Majoris Ap. a quo ea nuncupatur et in siguum recognitionis ad majus Altare cereum duarum librarnm pondere devote offerre«.

Nescit nemo qui vel a limine sacros Canones salutaverit beneficiorum dismembratiouem in jure esse odiosissimam: quippe quae alienationem sapiat, ut ajunt *Abbas ad cap. 3. Ad Audientiam in 1. notabilium de Eccl. aedif., Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 28. n. 4., Rota p. 7. Recent. Decis. 68. n. 1.* Hinc nonnisi in subsidium ac gravissimis patentibus causis quae sunt urgeus neccessitas vel evidens ecclesiae utilitas permittendam docent juxta cap. *Sine except. 12. quaest. 2., cap. Et hoc jus 10. qu. 2., Decius consil. 141. n. 1. vol. 2., Rota decis. 578. n. 17. part. 19. § 2. recent.*, praesertim cum de parochialibus ecclesiis sermo est: nihil enim magis alterat ecclesiarum praesertim parochialium statum, quam divisiones seu dismembrationes, ut ait *Lotter. de re benef. lib. 1 qu. 28. n. 1.* Quod si talia adsint in causa dismembrationis nulla esse posset contraria ratio quae illam impediat, s. Cougr. *in Imolen. Dismembr. 8. Junii 1726, in Aquen. 13. Julii 1726* adeoque nec dissensus Patronorum*) ut eruere est ex ipso Trid. *sess. 21. cap. 4. de reform.*

Inter necessitatis et utilitatis exempla recensetur etiam magnus oppidanorum numerus ac nimia distautia a paroeciali ecclesia, *Reiffenst. in lib. 3. decret. tit. 48. § 2. n. 12., Fagn. in cap. Ad Audient. 3. de eccl. aedific. n. 14*, Trid. Synodus *cit. cap. 4. sess. 21.* et passim s. Congr. Verum adnotant Doctores ob solum Parochianorum numerum, etsi exorbitanter sit auctus in eodem

*) Vd. *p. 1109 n. 2.*

loco ecclesiae parochialis, ad subsidiarium dismembrationis remedium nou deveniri, quum succurri possit semper per unius vel plurium Vicariorum deputationem, idque ex mente Trid. ad cit. sessionem tradit. *Constant. Vot. Decis. 343. n. 18. et seq.*, *Rot. Decis. 6. n. 18. et seq. cor. Ottobono.*

De distantia vero notabili non ambigitur, quod causa dismembrationis esse possit. –At quaeritur quaenam haec debeat esse. Qua in re quamvis Abbas aliique nimiam videantur exigere distantiam, attamen ut adnotat *Fagn. cit. loco n. 18.* magna longinquitas nou requiritur, sed solum talis, ut propterea Parochiauis sine maguo incommodo non pateat accessus ad majorem ecclesiam; *Vanespen. in Jus eccl. univ. p. 2. tit. 16. de aedific. eccl. n. 14. cum Rota Decis. 484. n. 2. § 1. Recent.* ubi advertitur, quod, cum jure statutum non sit, quanta debeat esse hujusmodi distautia ad hoc ut Parochiani dicantur non posse siue magno incommodo ad ecclesiam accedere, id judicis arbitrio relinquitur. Ceterum grave incommodum eo fortius clarescere, quo asperitas viarum accedat maxime in hyeme imbribus vel uivibus impedientibus nou dubitatur. *Gonzalez. com. ad cap. ad Audien. n. 4.*, *Fagnan. ibid. n. n. 1. et 2.*, *Piton. disc. eccles. 160. n. 10 et 11.*, *Constantin. vot. cit. n. 11.*

Sane si s. hujus Ordinis resolutioues recolantur, apparet interdum quidem concessisse Paroeciarum dismembrationem, ut iu *Segobricen.**) *Dismembrationis 30. Januarii 1740, in Nolana Parochialis 12. Febr. 1757*, interdum vero et saepius deuegasse ut ex una *Anconitana Dismembr. et Reintegrat. 12. Febr. 1803* et ex uua *Asculana Dismembr. 14. Januar. 1804*, in una *Ferrarien. 14. Dec. 1816 et 25. Januarii 1817* millibus omissis.

Quibus in causis etsi gravissima sane Paroeciarum amplitudo et ab ecclesia matrice distantia etiam per vias sive aestivo sive hyemali tempore difficiles, vel ob fluminum interjectionem afferentur, attamen s. Ordo maluit Capellaui Curato providere, quam ad subsidiarium remedium deveuire alterius Paroeciae suscitaudae.

Porro hiuc duo datur eruere: alterum: s. Congregatiouem iu ejusmodi concessionibus difficillimam extitisse; alterum: quaestionem de nova erigeuda Paroecia, quum vel distantia vel gravis alia intercedit difficultas, esse controversiam facti ex singulorum casuum particulari qualitate ac individuis circumstantiis decideudam, uti totidem verbis perpendit, s. Ordinis resolutiouibus inspectis, *Card. de-Luca in adnot. ad Conc. Trid. disc. 16. n. 2.* uecuon *Vanespen. loc. cit. part. 2. tit. 16. n. 13.*

His in jure praejactis excolere est quae de facto hinc inde recitantur. Episcopus asserit, et nemo contradicit, populum ad oras maris plurimum excrevisse ac in dies augeri ob vigens inibi commercium: condenditque unius et amplius milliarii lapidis ambitum satis amplum esse, ut oppidanis in eo contentis per novam Paroeciam succurratur; praesertim attentis incommodis, quae hyberuo tempore vitari uequeunt.

Nou meminit quidem aliquem decessisse sine sacramentis, ut alterius cujuslibet tristissimi eventus, at in promptu est Doctriua *Fagnani in lib. 3. decret. de eccl. aedific.*, *Reclus. part. 1. tit. 12. n. 93.* quod cum agatur de animarum periculo satis sit occurrere in tempore quam post exitum viudicare. Praeterea Episcopi arbitrio et prudentiae valde deferendum esse in judiciis ejusmodi tradit *Rebuf. in praxi Benef. part. 1. de erect. in Curat. et Paroch.*, cui profecto locorum iudoles et commissi gregis necessitas magis quam alteri cuilibet notissima merito ceusetur. Revera vel Decessorem suum uecessitatem hanc agnovisse refert ac dismembrationem provocasse, inde ss. Eucharistiam servandam curasse ac fontem baptismalem iu praedicto rurali Oratorio. Quin imo vel ipsum pientissimum Haetruriae Principem id ipsum veluti suasisse, quum Oratorium ipsum ampliandum esse suo aere ac iu re sua demandarit; quare uovam erigeudam Paroeciam sub ejusdem juspatrouatu merito committi postulavit.

Ceterum assidua quae hacteuus excitata identidem sunt jurgia inter Capellauos quosdam mauuales pluribus abhinc annis iu Oratorio memorato existentes ac Parochos matricis ecclesiae satis ostendunt per Capellauum Curatum male provisum iri Paroeciae, qua de agitur.

Accedit in themate uullum veteri Parocho praejudicium ut ait Episcopus inferri. Si euim excipiatur uonnihil de emolumentis, quae tamen a jure decernuutur favore Sacra ministrantis, tamquam pro mercede, nihil profecto de ejusdem congrua detrahitur; uihil pariter de honoris praerogativa remitti, quamvis ouere pastorali multum sublevetur.

*) Vd. *p. 1124.*

Contra hodierni Patroni, praesertim Paroeciae Praepositus, acriter pugnant ne dismembratio decernatur. Negant assertas adesse causas: et quidquid sit de populi frequentia huic succurri debere clamant per Capellanum Curatum: distantiam vero contendunt eam non esse in casu ut extraordinarium imperet remedium. Profecto singulae quae in eadem insula prostant Paroeciae late imo latius per plura passuum millia patent quam ea de qua sermo; ac in ipsa Urbe Romae Paroeciae visuntur, quae multum per agros extra maenia protrahuntur.

Et sane id ipsum ostendunt et viae delineatae ichonographia, quae in actis exhibita est, et populi ad oras maris assidue confluentis et ad oppidum accedentis frequentia et transitus quotidiauus curruum sive qui ferream struem adsportant sive qui novo inaedificando templo materiem.

Quare satis provisum pergunt per Capellanum qui congruo stipendio donatus est: quum enim hic singulorum votis ac uecessitatibus respondeat eo iu loco, jam exulare dismembrationem firmant cum *Menochio consil. 477. n. 9.*, *Joan. Bapt. Costa remed. 76.*, *Ricc. resol. 476. n. 6.* Quod si aliquod inter Capellanos et Parochos ortum est aliquando jurgium, id evenisse ajuut quia nou satis determinatae fuerant leges, quibus Capellani cohiberentur; quae hodie poterunt optime designari. Juvat etiam meminisse jam baptismalem fontem, sacra olea et ss. Eucharistiam ab eodem Capellano cum consensu saue Praepositi jamdiu ad populi commodum ibidem asservari.

Ceterum haud levi affici detrimento hodiernam Paroeciam, instat Praepositus, ubi praecipua ab ea portio, in qua locupletiores familiae Regiorum officialium ac Mercatorum degunt, avellatur: sic uamque potioribus incertis emolumentis orbaretur Paroecia, cui certa canonica congrua vix constituta est. Quin accolis orae ipsius maritimae consultum plene sit: siquidem nova Aedes, quae aedificatur, vix capax est capita continendi septingenta, uti ex schemate topographico quod in actis reperitur. Quare nec ipsum fortasse Magnum Hetruriae Ducem iu animo id habuisse, ut paroecialis inibi surgeret ecclesia, arguit; aut saltem nullam hac de re sollicitudinem fovere; praesertim quod ne vota quidem id uegocii sacratissimae Sedi commendaverit.

Postremo parvipendendum nou esse in themate interesse habentium dissensum inclamat;*) quippe rationi et ss. Canonum disciplinae undequaque consonum: hinc veluti uecessariam solemnitatem a jure habitum illorum consensum ut ait *Rota decis. 165. n. 9. et seq. part. 13.*, *decis. 6. n. 4. part. 7. decis. 29. n. 8. part. 13. Rec.*

Sapientia EE. PP. definiet

D u b i a:

I. *An et quomodo permittenda sit dismembratio Paroeciae Rivi in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Attentis peculiaribus circumstantiis esse annuendum votis Episcopi assignata prins dote et praeter honoris signa ab eodem Episcopo proposita reservato etiam jure Praeposito solemnis supplicationis ad maritimam oram et benedictionis diebus Rogationum et s. Marci, facto verbo cum SSmo.

Ad II: Provisum in I.

Die 9. Maji et 22. Aug. 1840.

9) Ecclesiae filialis cum segregatione bouorum confraternitatum concessa.

Extant in eo Helvetico Confoederationis statu quem vocant Cantone di Vallese duo oppida, quorum uni Vallis Iliacae, alteri Camperiaci uomen est. Camperiacenses incolae quemadmodum in temporalibus Iliacensi Communitati subjecti usque ad haec suprema tempora persistere, ita pariter in spiritualibus parochialis ecclesiae Iliacensis Rectori usque nunc subditi sunt. Ne tamen ratione distantiae ab Iliacensi ecclesia aliquid in Divinis paterentur, jam 1723 Sedunensis Episcopi auctoritate ex fundo ab ipsis Camperiacensibus suffecto erectum fuerat beneficium seu Capellania perpetua in aedicula jam apud ipsos extante et s. Theodulo dicata cum onere Capellano pro tempore Sacrum quotidie celebrandi, vesperas cantandi, pueros cathechizandi, administrandi Sacramenta Confessionis et Communionis atque ex postremo s. Congregationis judicio etiam addita facultas defunctos sepeliendi in ipso

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

Oratorio salvis semper tamen juribus parochialibus ecclesiae Iliacensis.

Quamquam per hanc Capellani deputationem apud Camperiacenses commorantis cum supradictis facultatibus eorum spiritualibus necessitatibus sufficienter videretur prospectum, quia tamen aegro animo ferebant jurisdictioni Iliacensis ecclesiae Rectoris subesse, plura praesertim elapso saeculo moliti sunt, ut nova apud ipsos ab Iliacensi ecclesia independens erigeretur paroecia, ea spe freti, quod obtenta separatione in spiritualibus facilior ipsis aditus pateret ad civilem etiam consequendam, quod apprime ipsis erat in votis. Hinc est quod jam 1740 causa dismembrationis Vallis Iliacae et erectionis novae in oppido Camperiaci agitata fuit in Sedunensi Curia, a qua contra Camperiacenses lata est sententia. Isti ad apostolicam Nuntiaturam appellarunt, quae Episcopi Sedunensis sententiam confirmavit; hac minime satisfacti Camperiacenses hunc S. O. adierunt, cujus oraculo sub die 15. Decb. 1742 Camperiacensium petitio rejecta simulque declaratum loco Camperianei in spiritualibus satis provisum esse per praesentiam Capellani, qui praeter baptismatis collationem ac matrimoniorum celebrationem omnes alias peragit functiones, ac proinde separationi juste petendae locum non esse.

1753 instantiam dismembrationis renovarunt Camperiacenses penes episcopalem Curiam Sedunensem, quae laudatum H. S. C. decretum omnino servandum esse jussit et 1770 iisdem adhuc instantibus Sedunensis Episcopus strictissimum silentium juris ordine servato imposuit omnique eos actione privatos existere declaravit. Ac tandem 1788 s. Camerae apostolicae Auditor a ss. Pontifice specialiter super hac re deputatus, sub poena ducatorum mille, servandas omnino esse statuit »resolutiones s. Congregationis Concilii et omnia et singula in eis contenta et expressa inviolabiliter et ad unguem«. Ex tunc nihil novi usque ad 1840 a Camperiacensibus intentatum est. Quo anno rerum temporumque adjunctis mutatis factaque in civili admiuistratione separatioue Communitatis Vallis Iliacae Camperiacenses instantiam jam plures rejectam instaurarunt coram episcopali Curia Sedunensi, quumque praejudicialis quaestio discussa fuerit, utrum scilicet rei judicatae auctoritas obstaculo esset renovationi instantiae Camperiacensium Sedunensis Episcopus 1842 pro hisce sententiam tulit. Communitas vero Vallis Iliacae laesam se hac sententia existimans ad apostolicam Nuntiaturam appellavit, quae sequenti 1843 sententiam infirmavit a Curia episcopali contra Iliacenses latam eosque in jure suo restituit ea potissimum de causa, quia Camperiacensibus, ut actione destitutis, jus nullum esset praefatam causam iterum intentandi, nisi prius restitutionem in integrum adversus H. S. C. decretum obtinuissent. Camperiacenses prosecutioue causae iusistere de re sua non judicaruut; sed post aliquot annorum silentium sub die 11. Sept. 1847 per supplicem libellum ss. Pontifici porrectum ob assertam adjunctorum rerum temporumque immutationem instantiam resumere posse exoraruut; eorumque preces benigne exceptae ad hunc s. O. delatae fuerunt.

Eodem tempore alia quaestio exorta est circa segregationem redditnum et bonorum ad 4 Confraternitates spectantium et Loca pia dudum erecta in ecclesia priorali Vallis Iliacae necnon eleemosynarum quae colligi assolvent apud benefactores utriusque loci. Scire enim praestat a pio quodam donatore Canouico Antonio Gavre duobus distinctis actibus, quorum unus diei 3. Junii 1760 alter diei 15. Sept. 1764, summam 14000 florenorum in Municipium Iliaceuse fuisse collatam, ut quotannis quantitatem salis exinde compararet inter paroeciae pauperes distribuendi. Hujusce piae donatiouis administratio Confraternitatibus in paroecia seu antiquae Communitate Vallis Iliacae existentibus videtur fuisse commissa.

Semel ac Camperiacenses ab Iliacensi Communitate separationem in temporali administratione obtinuerunt, coram Sedunensi Episcopo segregationis bonorum ad dictas Confraternitates spectantium instantiam provocaruut. Episcopalis Curia Sedunensis jus in Camperiacensibus, quamquam in municipalitate ab Iliacensibus divisis, recognoscens de dictis proventibus participandis, sententia lata sub die 1. Martii 1844 mandavit ex utroque municipio Consilium seu Comitatum maximum eligendum pro aequali numero personarum, cui munus incumberet administrare fundos. Ab hac seutentia Seduneusis Curiae appellarunt Iliacenses ad apostolicum Nuntium apud Helveticos, qui sub 20. Novb. 1845 episcopalem seutentiam in omuibus confirmavit, a qua denuo appellatione interposita ab Iliacensibus ad H. s. C. delata res est unacum altera de dismembratione paroeciae.

Tam Seduneusis Episcopus quam s. Sedis negotiorum Gestor de sententia rogati Camperiacensium votis favent. Et paroeciae dismembrationem concedendam esse existimat Episcopus cum approbatione cujusdam conventionis initae die 20. Novb. 1848 inter utrasque Communitates et cum modificationibus ab ecclesiae Iliacensis Rectore propositis. Summa autem conventionis est ut

1. Iliacensis communitas oppositionis partes quas usque adhuc dismembrationi paroeciae egit deserat; atque ideo

2. renunciet, quatenus ad ipsam spectat, juribus super perceptione fructuum ex caseo, quos Rector Iliaceusis occasione benedictionis supra montes loci Camperiaci percipit; necnon

3. cedat omnia emolumenta quae idem Iliacensis Prior occasione funerum, baptismatum et matrimouiorum apud Camperiaceuses percipit. Ex parte vero Communitatis Camperiaci conventum est ut ipsa renunciet pariter omni juri quod habere potuisset super bouis et fructibus qui ad ecclesiae Iliacensis fabricam pertinent, sodalitatem ss. Sacramenti, Missionis necnon super beneficiis prioratus et vicariatus eorumque bonis et fructibus. Nonnulli autem adjiciuntur articuli qui puerorum utriusque Communitatis instructionem respiciunt.

Haec conventio a respectivis municipiis ratihabita fuit. Contra ipsam tamen Rector Iliacensis ecclesiae, qui in ea praetermissus fuerat cujusque maxime interest, protestatus est nec in eam consentire acquiescit nisi articulus 2. eliminetur et ejus loco haec substituantur:

1. Ut beneficio Curato sive Rectoriae Iliacensi conserventur primitiae in caseo ob benedictiones Auguriorum alpestrium percipi solitae ex alpibus ad siuistram torrentis Viesce (Viege) in territorio Camperiacensi usque ad locum Condictum sive torrentis scaturiginem sitis; dum primitiae ad dexteram Viesce sitis accipi solitae Capellaniae Camperiacensi in Rectorem (beneficium curatum) erigendae in futurum cederentur.

2. Ut in aliqualem hujus cessionis compensationem Rectoria Iliacensis liberetur ab onere 52 missarum, quae a Parocho sive rectore in sacellis intra territorium Camperiaceuse positis quotannis diceudae suut.

Ad I. dubium quod attinet, Camperiacensium jurium adsertor eorum votis suffragari affirmat quae apud Trid. Concilium habentur *sess. 31. cap. 4. de refor.*, ibi: Iis in casibus in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt novas parochias etiam iuvitis rectoribus juxta formam constitutionis Alexandri III. *Ad audientiam* constituere possint Episcopi. Porro ad justam dismembrationis causam suppeditaudam nou requiri, asserit, ut simul concurrant distantia a parochiali ecclesia et difficultas ad eam accedendi sed sufficere ut una vel altera verificetur; et hoc probat tum auctoritate Doctorum signanter *Fagnani in cap. Ad audientiam 3. de ecclesiis aedif. vel reparandis n. 19.*, tum s. Congregationis uti praesertim videre est in *Lunen. Sarzanen. Dismemb. paroeciae 8. Martii 1732 § 3.* et in *Adrien. Parochialis 17. Decb. 1774 § 12.*

Ad distantiae quantitatem quod attinet, quum haec a jure definita non sit, ex pluribus hujus s. C. resolutionibus et praesertim ex *Eugubina Dismembrationis 26. Maji 1791 § 5.*, *Faesulana Dismembrationis et erectionis paroeciae 30. Aprilis 1836 §. Perspiciendum* eruere satagit sufficere distantiam duorum millium vel etiam quadrigentorum supra mille passuum ad justam dismembrationis paroeciae causam suppeditandam.

A juris examine ad factum procedens ex topographica tabula necnon ex narratis in supplici libello a Camperiacensibus exhibito in primordiali judicio et in hac parte ab Iliacensibus minime contradicto deducit, plures Camperiacensium habitationes distare octo vel duodecim vel etiam sexdecim millibus passuum ab Iliacensi ecclesia.

Quodsi distantia duorum mille aut etiam quadrigentorum supra mille passuum sufficiens habita fuit ab H. s. O. pro dismembratione in regionibus quae in Italia sitae sunt sub coelo magis temperato ac in montibus minus eminentibus praeruptisque, quanto magis erit in proposita specie dismembratio concedeuda inquit, in qua non tantum distantia longe major est, sed etiam agitur de asperrimis alpium jugis quae nives et glacies hyemales occupant fere constantissimae.

A naturalibus causis ad morales et politicas progrediens, in circumstantiis valde immutatis ab eo tempore, quo denegata fuit dismembratio, etiam aliud argumentum in favorem Camperiacensium reperiri contendit. Quum enim postremis hisce temporibus in quibus a seipsis independentia municipia isthaec

Oppida separata fuerint, ea abrupta antiqua familiari consuetudine quae inter populos ejusdem Communitatis locum habebat spes non affulget, communionem sub unico Pastore et intra limites christianae charitatis perseverare posse eo vel maxime, quod infaustis intestinis discordiis, quae in universa Helvetia 1848 exarserunt, etiam memorati duo pagi commoti sunt, quamque diversis factionibus nomen dederint, ita sunt animo dissociati utriusque pagi incolae, ut difficile nimis sit sub ejusdem Rectoris spirituali jurisdictione eos ad concordiam componere. Hoc magis urget ex sententia s. Sedis negotiorum Gestoris apud Helveticos necnon Episcopi Sedunensis cui in re de qua agitur maxime deferendum esse pluribus auctoritatibus evincit. Hisce accedit votum etiam supremi Magistratus Regiminis Valesiae, tum etiam declaratio Praesidis tribunalis civilis et criminalis.

Hisce omnibus supremum veluti calculum accedit super extensa conventionter utriusque municipii repraesentantes inita, per quam de medio sublata est appositio Iliacensis Communitatis, quae obstaculum semper interjecerat concessioni dismembrationis paroeciae. Hinc arguit, nullatenus reijudicatae auctoritatem officere instantiae Camperiacensium, tum quia non agitur de interesse privatorum, sed de utilitate publica et praesertim de animarum salute, quae inter caeteras causas publicas principem tenet locum, tum etiam ob immutationem adjunctorum, quae alio tempore instantiae rejectionem consuluerunt.

Ad secundum dubium quod attinet Camperialium Defensor asserit quaestionem hanc de separatione bonorum esse alteri pedissequam de separatione paroeciae, adeo ut hac admissa et altera sequatur oportet. Quum enim in haec bona jus incontroversum haberent Camperiacenses, quatenus unum ovile cum Iliacensibus constituebant, separato spirituali grege etiam separanda juraque in origine integra competebant unico gregi populoque primaevo. Huic casui juris regulam quadrare affirmat de natura accesorii,*) quod semper et sine distinctione sequitur sui principalis naturam, quia cum jura et honores ad populum pertinentes sint totidem accessoriaque eumdem sequuntur ita fieri non potest, ut populus quidem quoad parochialem communionem quae est veluti principale divisionem subeat, quin etiam divisio locum habeat quoad accessorium, quod constituunt honores et jura particularia ad populum uti universitatem primaeva pertinentia.

Neque difficultatem facessere putat quod donatio communitati vel paroeciae Iliacensi facta dicatur: hisce enim in casibus inquit, paroeciae vel municipium non taxative, sed demonstrative est accipiendum ad effectum indicandi personas quae hujusce largitionis participes debent existimari.

Nullatenus pariter, inquit, officere quod habetur in lege *Civibus 3. ss. de rebus dubiis.* Civibus civitatis legatum vel fideicommissum datum civitati relictum videtur, quum enim populus idem sit, utcumque in duas portiones divisus idem jus manet, quod initio legitime quaesitum numquam amittatur sine renunciatione. Neque casui aptari posse exemplum illius, qui ab oppido discedit et juris civitatis privatur, quia civis*) non efformat civitatem cujus jura ipse amittere potest sed civitatem efformat portio populi a legitima auctoritate segregata, quae etiamsi alio habitatum abeat sua jura conservat.

Ex adverso quoad I. dubium quod dismembrationem paroeciae respicit animadverti posset, quod quum per Capellani deputationem spiritualibus parochianorum necessitatibus, qui ecclesiam parochialem adire nequeunt sufficienter sit provisum, non expediat ad praedictam dismembrationem devenire, deficiente ratione ob quam Trid. Synodus eam fieri permittit. Et hoc sensu pluries a s. Rota decisum fuit signanter in *recent. decis. 578. n. 7. pag. 19. t. 2. cor. Falcon., decis. 3. n. 12. de Miscell. coram Crispo, decis. 221. n. 21. coram Sancell., decis. 856. n. 10.* Et adamussim convenit S. C. C. in *Dertonen. Dismembrationis 5. Aprilis 1732 et 20. Augusti ejusdem,* in *Terracinen. 6. Junii 1739,* in *Cassanen. Dismembrationis* 17. Decb. 1740. pluribusque aliis. Quod eo maxime in proposita specie tenendum esset, quod praeter distantiam, quae vix unam leucam gallicam attingit, ut ex Episcopi relatione constat, quaeque populo in montibus enutrito, ubi et viridior aer et corporis habitus firmior, gravis haberi nequit, nulla alia occurrit difficultas itineris, non vadanda flumina nec superandi montes; utraque enim oppida sita sunt in valle montibus circumsepta, uti ex laudata Episcopi relatione colligitur.

*) Vd. *t. I. p. 173.*

*) Vd. *t. III. p. 1204. n. 2.*

Quod vero pertinet ad jurgia et dissidia, quae inter utriusque oppidi incolas oriri frequens dicuntur et veluti una ex potioribus dismembrationis rationibus adducuntur, quum haec a causa politica exordium duxerint ex disparitate scilicet opinionum in re politica, sperare juvat non esse diu perduratura sed factionum aestu sedato et pristino rerum ordine restituto ad concordiam et pacem animos etiam esse reversuros; quod facilius fortasse etiam obtineri posset, si unum gregem sub unico pastore constituere pergerent.

Nec valde etiam causam dismembrationis paroeciae suadere videtur separatio communitatis in rebus civilibus postremis hisce temporibus a Camperiacensibus obtenta; haec enim uti ex repetita Episcopi relatione constat a Camperiacensibus via minus honesta obtenta fuit videlicet eo tempore, quo pagum Vallesiae discordiae, turbae et violentiae in duas partes dividerant ac existenti legitimo Gubernio aliud novum idque minus legitimum opposuere..... ac facili negotio quantocius ab isto intruso Gubernio separationem adeo expetitam a municipio Iliacensi quod antiquo Gubernio ac ordini rerum firmissime adhaerere perrexit impetravit. Quum igitur haec separatio in civilibus potius violentiae quam maturi consilii effectus fuerit non eam profecto praeseferre videtur stabilitatem quae paroeciae etiam separationem suadeat. Si enim Deus dederit, ut primaevus ordo tandem aliquando restitueretur facile praesumi potest ut etiam haec municipalis separatio quam legitimum Gubernium dum libero regiminis exercitio utebatur semper servavit evanescat.

Neque pariter magni facienda esse videtur praestatio consensus ex parte Iliacensis municipii, quod attentis supradictis circumstantiis potius moralem vim in hac re subiisse quam rationabilibus ductum rationibus libere consensisse non immerito esset praesumendum nisi etiam id fecerit ad litis expensas vitandas uti ex Episcopi relatione eruitur: »Municipium Iliacense dispendiosae litigationis coram tribunalibus pertaesum est.; eo magis, quod multis jam expensis subjacuerit ulterioresque quas etsi vincat evitare nequit pertimescat; quum tot aliunde oneribus ipsum in praesenti temporum difficultate gravari contingat.

Forsitan etiam spirituali Camperiacensium bono per hanc separationem non prospicere-tur, quum enim ex ore Episcopi constet »meliorem clero ecclesiaeque magis addictum in Iliacensi quam Camperiacensi populo spiritum viguisse et vigere« non abs re esset sperare fore ut Iliacensium exemplo et religione adducti funestis quibus nunc blandiuntur opinionibus valedicant moresque in melius componant.

Ad II. dubium quod pertinet favet Iliacensibus dispositio juris in lege *Civitatis 125. ff. de Legatis,* ibi: Quod civibus etiamsi non omnibus sed senioribus puta vel pueris relictum fuerit ad honorem civitatis pertinere; necnon in *Leg. civibus 2. ff. de rebus dubiis.* In idem consentiunt Doctores, *Socinus in dict. L. civitati:* legatum intelligitur ut universitati non ut singulis civibus acquiratur, *Alber. de statut. q. 177 n. 15.,* ibi: Civium appellatione continetur civitas«, *Petra de Ubald. de Canon. Episcop. q. 14. n. 40. t. 15. pag. 2.* aliique communiter. Neque aliter rem se habere debere ratio ipsa suadet, ne scilicet in incertum jura vagari dicamus, quod profecto eveniret, si illi etiam legati civitatis participes essent qui civitatis statum amiserunt.

Jam vero bona de quibus agitur in communitatem seu paraeciam Iliacensem a pio donatore collata sunt; horum igitur dominium penes unam communitatem seu paraeciam Iliacensem adest. Cum itaque Camperiacenses ad Iliacensem paroeciam pertinere cessaverint, inhabiles evasere ad ea bona participanda omnique destituuntur actione ad jus super illa experiendum. Cui accedit quod admissa hac divisione legati adeo attenuaretur donationis beneficium Iliacensibus, ut exiguum nimis exinde persentirent commodum, quod equidem ipsius donatoris voluntati adversari videtur. Eo magis quia ipse ad Iliacenses directe respicieus, quippe donatio facta dicitur favore communitatis vel paroeciae Vallis Iliacae, nonnisi indirectam loci Camperiaci rationem habuit, quatenus scilicet pars erat Iliacensis paroeciae: atque ideo justitiae consonum esset, ut eo beneficio destituantur Camperiacenses, quo ex unione dumtaxat cum Iliacensibus ipsis perfrui datum erat.

Quin obsit, quod non agatur de uno vel altero cive, qui communitatem voluntarie deserat sed de notabili fractione seu parte Communitatis a legitima auctoritate separata: nam semel ac in jure est praestitutum, ut,

quae donata sunt civitati non habeantur donata civibus sed civitati; titulum sane efficacem ad frnendum bonis hujusmodi unus constituit civitatis status, quo amisso sive agatur de individuo sive de corpore morali omne primaevum jus una simul peremptum videtur.

Quod si quaedam aequitatis ratio exigeret juris rigorem moderandum favore illius, qui necessitate coactus separationi operam daret vel ob landabilem honestamque causam id ageret, hoc de Camperiacensibus asseri nullateuus potest, qui neque in hac necessitate sunt neque honesto ac laudabili consilio ad separationem postulandam ducuntur: »ad hanc namque separationem non sic Episcopus, eos primitus minus movit et adhuc non movet spiritualium emolumentorum desiderium, quam conata illi populo quaedam uota et a saeculo irrequieta superbia, vanitas et ambitio, quae in omnibus Illiacenses aemulari eisque comparari expedit.« Viderint post Emi Patres utrum in casu quo decernenda sit paroeciae dismembratio una cum bonorum segregatione ad Confraternites spectantium approbauda etiam sit inita conventio prout a Municipibus exarata est vel potius cum conditionibus a parocho Iliaceusi requisitis. Qua super re jnverit Episcopum audire.

Sciendum est parochiam Iliacensem in profunda Valle sitam, quae ex utraque parte bina altorum montium non paralleli procedentium serie continetur, atque ab hac in extremitate in unum coeunte demum concluditur. Vallem iuterfluit ac bifariam dividit amnis Viesa, quae in extrema vallis parte ubi duae montium series in unum coeunt angustum et alte positum transitum in Sabaudiam permittunt, exoritur, integram vallem in profundo percurrit eaque egressa in Rhodanum influit. Pars vallis illius anterior ad utramque amnis ripam sita municipium Iliacense constituit; pars interior sive profundior usque ad amnis scaturigiuem receus erectum municipium Camperiaceuse efficit. Unde unum municipium ab altero linea transversa angulum rectum efficiens amnis separat. In montibus ex utraque parte sese erigentibus Alpes sive pascua pro vaccis aestivo tempore alendis sita sunt. Ex his Rectori sive Priori ut ujunt primitiae quotannis debentur quae in caseo seu fructu lactis unius diei coustituunt, pro quibus Rector singulis Auguriolis benedictionem tribuere tenetur. Jam vero Camperiacenses primitias ejusmodi ex Alpibus in suo territorio sitis novo suo parocho attribui volunt; parochus autem Iliacensis pro pacis bono eas inter se et novum parochum Camperiaceusem ita dividi consentit, ut primitiae ex Alpibus ad dexteram Viesae amnis partem in territorio Camperiacensi sitis novo parocho Camperiacensi cedant; ex Alpibus autem ad siuistram Viesae partem usque ad locum Cou dictum etiam in territorio Camperiacensi jaceutibus parocho matricis ecclesiae Iliacensis conserveutur, ubi proiude ipse benedictionem tribuere perrectnrus esset. Aluutur vero iu Alpibus ad laevam Visae partem sitis vacae circiter 359, ad dexteram circiter 347 unde 12 vaccarum est differeutia. Primitiarum ex utraque Viesae parte perceptarum valor sese ad 200 Francos helveticos sive 300 circiter Gallicos efferre parochus Iliaceusis affirmat. Pro cessioue primitiarum ex Alpibus ad dexteram Visae jacentibus et jurium stolae quae ad quadragiuta circiter Fraucos Helveticos sive 34 circiter Gallicos efferuntur parochus Iliaceusis exigit a neoparocho Camperiaceusi ut is onus 52 Missarum dicendarum in se suscipiat; quarum celebratio in sacello et oratoriis in Camperiacensi territorio erectis ipsi beneficio curato Iliacensi incumbit sive adnexa est sine retributione: porro stipendium missae maunalis sex batzeorum sive 87 centesimorum gallicorum est.

Ut pars praedicta primitiarum Rectoriae Iliacensi servetur modernus illius possessor ea uititur ratione, quod in consimili separatioue parociae alterius in hacce dioecesi non solum pars, sed omues ejusdem naturae primitiae beneficio curato antiquo a quo facta est separatio conservatae fueriut; dum Rector Iliacensis mediam viam tenendam proponit in fraternamque primitiarum divisionem consentit.

Quamobrem s. Congregatio Rectoris Iliacensis iustantiae cedeudum seu annueudum esse ceusuerit, acrticulus II. Conventionis inter duo muuicipia conclusae elimiuaudus ac ipsi dnae modificationes ab eodem Rectore postulatae substituendae essent: Conventioni itaque modificatae ego qua specialis beneficii curati Iliacensis collator ob factam olim ab Ordinario Sedunensi ejus mensae episcopalis expensis redemptiouem adstipulor; eamque opportunum sive necessarium esse medium arbitror, ut litigio saepius innovato et expensis faciendis finis desideratus impouatur

ac quies et pax aliqua inter duo municipia enascatur; cujus absentia ipsi animarum saluti non modicum erat praejudicium.

Id demum adjungo desiderandum ut si dismembratio concessa fuerit, novi beneficii curati Camperiacensis libera collatio Sedi Sedunensi expresse reservetur; quia praesentationis jus non parum dioecesis administrationem impedit difficilemque reddit; quod eo facilius contigit cum vix sufficiens hic loci sit sacerdotum numerus, unde frequens est eorum ab uno beneficio ad aliud transitus, qui Episcopo per praesentationes coarctato nonnulla incommoda creare consuevit. Praeterea plebs in deligendo pastore rerum apparentia duci consnevit minusque sacerdotum qualitates et dignitatem aestimare novit demum si plebs eo jure gaudeat ob ejus usum in partes discinditur; unde nominato varia in parochiae regimine obstacula euascuntur.«

Proponuntur dirimenda

D u b i a:

I. *An sit locus dismembrationi paroeciae in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit locus segregationi bonorum ad Confraternitates et alia pia loca spectantium in casu?*

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative juxta votum Episcopi et ad mentem.

Mens est, ut scribatur Episcopo, qui in divisione fructuum curet, ut vitentur occasiones jurgiorum.

Ad II.: Affirmative ad formam decreti Curiae episcopalis diei 1. Martii 1844.

Die 23. Apr. 1853.

10) Ecclesiae filialis concessa parocho dissentiente.

Vd. p. 1144. n 8.; *Dismembr.* (consensus interessent. p. 1109.)

Lunen-Sarzanen.

Duo oppida secus mare Ligusticum posita Morola et Ca di Mare intermedio Monte distant inter se fere passuum mille et uno reguntur parocho, qui in ecclesia s. Viti Marolae residet. Populus Ca di Mare sive quod aspera et hyberno praesertim tempore difficilis esset via, ut populani nec accedere sine difficultate ad ecclesiam possent nec ad eos parochus, sive quod ex promiscuo accessu jurgia rixaeque oriantur inter populanos utriuspue oppidi veteri aemulatione dissociatos, dismembrationem postulavit a paroecia s. Viti cum haec vacans esset et erectio novae paroeciae in propria ecclesia s. Mariae nuper et decenter extructa et ss. suppelectilibus ornata.

Episcopus de sua sententia rogatus in I. informatione retulit: Distare oppidum Cà di Mare ab ecclesia parochiali s. Viti per unum lapidem, asperum esse iter tempore hyemis: hinc multos ex oppidanis diebus festis Sacro caruisse et a vita migrasse absque Sacramentorum subsidio, animarum capita Cà di mare excedere 500; parochum s. Viti Marolae habere congruam scutorum 400 monetae romanae; putare ad haec incommoda submovenda et rixas inter populos praecidendas optimum fore, si proprius parochus (ad minus Capellanus Curatus) deputaretur in ecclesia Cà di Mare, cui a parocho matricis ecclesiae s. Viti submiuistrareutur annua scuta 50, et quod ad congruam deest Municipium Cadimare suppeditaret.

Proposita haec causa fuit per *Summaria**) *Precum* in Congregatione *diei 14. Decb. 1816.* Vobisque PP. EE. placuit rescribere: *Dilata et audiatur in scriptis Curatus sive Oeconomus Marolae transmisso statu activo et passivo necnon annuo redditu et exitu et numero animarum.* Remisit Episcopus declarationem Oeconomi Sacerdotis Laurentii Rouanino, qui affirmavit annuos redditus paraeciae s. Viti consistere in Libris Jannueusibus 2400, incerta in Libris 5000, ouera vero in Libris 60.

Interea dum haec agebautur indicto concursu novus renunciatus est parochus s. Viti Marolae Sacerdos Malvanti, qui oblatis precibus petitae obstitit dismembrationi. Iterum die 1. Martii 1814 rescriptum fuit: *Scribatur Episcopo, qui audito in scriptis parocho Marolae referrat de annuo redditu et exitu paraeciae ad monetam romanam transmisso statu activo et passivo.* Novissime refert Episcopus: *a parocho Marolae juxta mandata postulavi de redditu in scriptis et exitu paroeciae per publicos peritos dignoscendo, quod cum factum fuisset, sane dignoscitur redditum paroeciae Marolae non ascendere nisi ad scuta 144. 81. scuta romana, exitum vero ad scuta 47. 89., ita ut redditus integer non excedit scuta 94. 90. ejusdem monetae romanae. Addo*

*) Vd. *p. 526.*

etiam quod presbyter Laurentius Ronanino tempore sui Oeconomatus auxit in scriptis redditum paroeciae sed insuper in scriptis pariter declaravit se in errorem incidisse. Opinor tamen optimum futurum, si parochus Marolae deputaret Capellanum Curatum, qui nocturno praesertim tempore Ca di mare moraretur expensis tamen ejusdem populi Cà di Mare. Statum tamen activum et passivum, relationes peritorum, novam declarationem Oeconomi Ronanino non remisit Episcopus.

Haec accuratius in facto EE. VV. explorata esse oportebat. Quae juris sunt noscent EE. PP. ex inpressa allegatioue a populo Ca di mare exhibenda. Parochus Malfanti dum Folium sub praelo erat Allegationem exhibuit quam in angustia temporis non potui iuspicere nec Vobis per summa capita referre.

Trid. Sess. 21. cap. 4. de ref. dismembratioues paroeciarum praescribit etiam *invitis Rectoribus, si ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, deputationem vero Capellani, si populus ita numerosus sit, ut unus Rector sufficere non possit ecclesiasticis Sacramentis ministrandis et cultui divino peragendo.* Hinc deducit populus Ca di mare quod cum petita sit dismembratio ob distantiam unius milliarii ab ecclesia Ca di mare et ob difficultatem itineris, quo parochiani ad eam accedunt, locus esse non possit deputationi Capellani, quemadmodum Episcopus in II. informatione proponit. Maxime cum deputatio Capellani penitus non tolleret rixas, quae ex sola dismembratione extirpari poterunt.

Quamquam vero distantia a s. Concilio definita non sit attamen cum alternatim sive ob distantiam sive ob difficultatem dismembratio permittatur sequitur ut dismembratio concedatur, licet distantia non sit immodica, si difficultate viarum multi sacrificio diebus festis caruerint aut destituti Sacramentis obierint (quemadmodum in casu accidisse ex I. informatione Episcopi atque ex testibus constat) ut tradunt *Pignatell. Consult. can. tom. 4. Consult. 230. n. 6.* et *Garz. de benef. part. 12. cap. 2. n. 88.*

Redire itaque videtur controversia ad modum, quo haec dismembratio concedenda sit, scilicet ad congruam novo parocho assignandam, id quod Tridentinum hoc citato fieri jubet ex fructibus *ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus et si necesse fuerit Episcopus possit compellere populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam.*

Qui jura populi Ca di mare tuetur, opulentam esse paroeciam s. Viti Marolae contendit, tum ex I. Informatione Episcopi, qui affirmavit redditus parochialis ecclesiae consistere in annuis scutis 400, tum ex I. declaratione Oeconomi, qui redditus evexit ad libras januenses 2900, tum demum ex assignatione facta a praecedenti parocho atque ex statu hujus paroeciae, qui in publico tabulario reperitur, ex quibus patet redditus hujus paroeciae consurgere ad scuta romana 276. 93. Quin sibi obesse putet, si Episcopus redditus depressit ad scuta 144. Id enim affirmavit se referens ad Peritias et ad II. declarationem Oeconomi Bouanini, quae cum lateant, assertio Episcopi haberi debeat ut referens sine relato. Statum vero activum et passivum non desumendum esse contendit ex relatione peritorum, sed ex antecedenti decenuio calculato ex libris administrationis parochialis, suspectas vero esse putat hasce Peritorum relationes, quia novus parochus semper repugnavit statum hujusmodi exhibere et interpositis officiis quaesierit suffragia populanorum, ut petitae dismembrationi repugnarent. Ex his concludit cogendum esse parochum Malfanti ad subministranda annua scuta 50 in partem congruae, et quod deficita populo Ca di mare esse suppeditandum.

Haec summa est *Allegationis* populi Ca di mare.

Dubium proponitur:

An et quomodo sit locus dismembrationi et erectioni novae paroeciae in ecclesia Ca di mare in statu?

S. C. resp.:

Affirmative pro dismembratione juxta I. votum Episcopi diei 24. Julii 1815.

Die 12. Julii 1817.

11) Ecclesiae filialis et incorporatio in alteram concessa.

Tudertina.

Uni parocho subsunt unaque parochiali ecclesia complectuntur habitatores Castri s.

Faustini et Castri Turris Laurenzettae, quorum alterum ab altero distat ultra unum lapidem, per iter hyemali tempore praeruptum et impervium; parochialis ecclesia et parochus manet in Castro s. Faustini quo fit, ut parochiani Turris Laureuzettae raro aut fere numquam ad parochialem accedant et parochus ob loci distantiam callisque asperitatem praesto eis esse nequeat. Ne vero terrigenae Turris Laurenzettae careant spiritualibus subsidiis, accedunt in conterminam paroeciam Castri Collis Petracei (quod pagum non hinc procul distat quarta milliari parte) ibique Sacris intersuut, verbum Dei audiunt et in extremo discrimine parochum Collis Petracei advocant. Hinc parochus iste ex Decretis s. Visitationis retinet a parocho s. Faustini traditam clavem Olei s., quod in ecclesia Castri Laurenzettae asservatur, suppeditat pro Sacramentorum administratione, funera ad propriam ecclesiam propriaque elata cruce ducit et quamdam fuueris portiouem percipit. Ex hoc veluti vinculo quodam et conjunctione evenit, ut Incolae Turris Laurenzettae habuerunt pro sua paroeciam Collis Petracei et legata saepe saepius in eadem adimplenda reliquerunt inter quae praecipuum illud est, ut Capellauus Castri Petracei geminam missam festivam per singulos menses in ecclesia Turris Laurenzettae celebraret.

Quamquam vero parochus Castri Collis Petracei impiger semper ex charitatis officio iucollis illis et suis ovibus praecipuo muuere adesse teneatur, majora mala evellere non potest, et aliquando fit, ut pueri instructione, infirmi Sacrameutis, morientes auxiliis spiritualibus careant. Ut his iucommodis subvenirent Oppidani Turris Laurenzettae nacti occasionem qua ecclesia parochialis per obitum postremi Rectoris Octavi Bacci vacans est postulaut, ut a paroecia s. Faustini dismembrentur et uniautur paroeciae Castri *Collis Petracei.* Pro rei gravitate Episcopus Tudertiuus sedulam remisit Informationem, cujus summam excerpam. Priucipio confirmat ea, quae superius exposita sunt, sed auditum Oeconomum ecclesiae parochialis aperte repugnare narrat. Negat enim Oppidanos Turris Laurenzettae tantum paucos, quorum mala est mens, malus auimus: nullo fuudamento hanc postulationem niti: et damnosam esse ipsi parocho dismembrationem, si ei nunc diminuantur redditus, dum aucta suut vectigalia. Verum haec reprehendit Episcopus affirmans saepe alias et apud suos antecessores et apud se instetisse Oppidanos, ut a paroecia s. Faustini dismembrationem obtinerent, sed modo etiam prope singuli orant obstinantque sibi spiritualem opem dum paroecia Rectore caret. Redditus vero parochiales ad scuta bisceutum pertingere poterunt minime comprehensis iucertis, si fuudorum cultum parochi curent. Grave vero esset parocho s. Faustini Capellanum curatum in Castro Turris Laureuzettae retinere, ut olim factum est, sed postea ipsis assentientibus Episcopis parochus fuit ab hoc onere sublevatus ex eo, quod habitatores Castri Turris Laureuzettae auxilia ad rem spiritualem mutari poterant a parocho Collis Petracei.

Hisce ita se habentibus concludit opportunius futurum et incolis et parocho, si dismembranda portio uniatur paroeciae Castri Collis Petracei, cujus parocho pro aucto labore compeusatio aliqua ex redditibus paroeciae s. Faustini tribuatur. *Hanc vero* (prosequitur) *congruam compensationem favore parochi Castri Collis Petracei assignandam arbitror esse posse annuam scutorum 20 ipso consentiente parocho, quae certe summa nec alia triplo vel quadruplo saltem major satis esset, si Capellanum assumere cogeretur. Pro hujusmodi vero summa annuus similis canon assignari eidem posset, quem Rector s. Faustini percipit ex quadam terrarum Emphiteusi, quam Familia Corsini ab ipsa paroecia usque ab anno 1633 retinet, quae quidem Emphiteusis ad tertiam usque generationem tantum contracta, cum jam pridem cessasse et ad ecclesiam devoluta putanda sit, per parochum s. Faustini actu promoveatur, id quod decessores parochi neglexerant, dubium non est, quin Praebendae redditus augeantur et nullum ex praedictae congruae praestatione idem parochus incommodum sentiat, nisi forte etiam aliquam bonorum seu terrarum portionem pro dicta congrua tradere quae eidem emolumento aequivaleat opportunius credatur, idque eo vel magis, quod nonnulla terrarum petita tenuissimi quidem redditus et dictae congruae prorsus insufficientia ad parochialem Praebendam Castri s. Faustini pertinentia in tenimento et aliis bonis annexa alterius parochi Castri Collis Petracei existunt, quae quidem recipere huic parocho commodum et perutile, alteri vero minus esset damnosum, si cederet.*

Tridentiuum *sess. 21. cap. 4. de reform.* has dismembrationes probat, quatenus *ob*

locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt. In re autem nostra non tanta est distantia hujusmodi, cum vix unum excedat lapidem et ad dismembrationem faciendam necessarium esset, ut saltem regio dismembranda distet per duplex milliare ab ecclesia parochiali, ut tenent *Fagnan. in cap. Ad Audientiam*) de eccles. aedifican. n. 34., Pirrhing. in Jus canon. cap. 16. n. 31.* Incommodum quidem est iter, sed hyberno tantum tempore, cum caeteroquiu possint accedere ad ecclesiam, et eo ipso tempore, quo ad parochialem contendere non possunt, facilem habent accessum ad conterminam paroeciam Castri Collis Petracei, ubi rem divinam faciunt. Quod adeo verum est, ut parochus s. Faustini exemptus fuit ab onere retinendi Capellanum in Castro Turris Laurenzettae, quia habitatoribus illis pro re nata praesto erat parochus Collis Petracei. Quare remotum esse videtur *magnum* illud *incommodum* parochianorum, quod unacum *locorum distantia et difficultate Tridentinum requirit et simul* ut concurrant necesse statuunt *Fagnan. loco citat. n. 8., Pignatell. consult. 230. n. 5. tom. 4., Reclusio de re parochial. part. 1. tit. 12. n. 87.* et *s. Congregatio in Asculana Dismembrationis 11. Aprilis 1739 ad I. dub.* Vel saltem incommodo parochianorum, si quod est, poterit occurri per deputationem Capellani Curati, ne dismembratio fiat, quae in subsidium est adhibenda, si aliter incolarum incommodo occurri nequeat, ut semper facere consuevit s. Congregatio et praecipue *in Asculana Erectionis paroeciae 26. Novb. 1796.**)* Haec obesse videntur petitae dismembrationi maxime obstante Oeconomo s. Faustini, qui nunc jura parochialia tuetur, semperque Rectoris dissensum plurimi fecit s. hic Ordo, ut videre est in *Anconitana Dismembrationis 30. Aprilis 1803.*

Nihilominus observandum est, quod licet saeviente tantum hyeme iter impervium sit, attamen hoc etiam tempore deessent Incolis Turris Laurenzettae spiritualia subsidia, nisi parochus Collis Petracei eisdem opem ferret. Sed ab hoc charitatis officio pro arbitrio potest cessare, et quantumvis in eo persistit, caret jurisdictione, ut nequeat caeteris pro imperio succurrere. Quo fit ut ipse aliquando curis suae paroeciae distentus presto esse non possit habitatoribus. Hinc pueri instructione carent, infirmi aliquando Sacramentis destituuntur, oves omnes fere non agnoscunt pastorem suum. Hisce concurrentibus videant EE. PP. utrum expediat dismembrationem facere, licet tanta non sit distantia, quanta in re hujusmodi requiritur. Dissensus quidem Rectoris plurimum sibi vindicat, si justa causa nitatur. Alioquin ipse Trident. permittit dismembrationes *invitis*)* rectoribus *sess. 21. cap. 4. de ref.*, s. Congr. in *Anconitana Dismembrationis 30. Aprilis 1803.* Hisce malis quidem mederetur per deputationem Capellani Curati. Sed hoc Episcopus fieri posse negat. Nam redditus parochiales ferre non possent stipendium Capellani Curati, quod pro temporum conditione saltem in annuis scutis 60 esset solvendum.

Hinc melius esse putat Episcopus tum parocho s. Faustini tum habitatoribus Turris Laurenzettae, si portio haec dismembretur et uniatur paroeciae Castri Collis Petracei. Jam enim re ipsa incolae illi habent cum hac paroecia quamdam conjunctionem et in eo Sacramenta accipiunt et tumulantur. Putat vero Episcopus (quod pertinet ad *modum* faciendae dismembrationis et unionis) quod pro novo onere assignanda sint parocho Collis Petracei annua scuta 20, quae in hanc causam ultro accipit parochus iste, quaeque haud multo gravare possunt parochum *s. Faustini*, certe quidem multo minus, quam si in regione Turris Laurenzettae alere Capellanum teneretur. Porro pro hac summa assignandum proponit vel canonem ejusdem summae paroeciae s. Faustini debitum a Gente Corsinia profundis in Emphiteusim retentis vel ex bonis paroeciae s. Faustini divelli poterunt nonnulla praediola quae possidet in agro Turris Laurenzettae et contigua contineutiaque sunt aliis Praediis, quae pertinent ad paroeciam Castri Collis Petracei.

Ex his dubium sequitur:

An et quomodo sit locus dismembrationi et respective unioni in casu?

S. C. resp.:

Affirmative assignatis annuis scutis 20 in fundis paroeciae s. Faustini arbitrio Episcopi.

Die 24. Novbr. 1804.

*) Vd. *p. 1101.*)*

**) Vd. *Parochia* (erectio.)

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

12) Ecclesiae filialis a parochiali non concessa.

Nolana.

Communitas Oppidi Turris Annuntiatae postulans, ut nova parochialis ecclesia ibidem suis sumptibus erigatur, in supplici libello s. Congregationi sub initium elapsi anni porrecto exposuit Patres Coelestinos animarum curam sibi ex apostolica concessione commissam adeo negligere, ut Infirmi sine extrema Sacramentorum expiatione et absque parochi assistentia in dies obire conspiciantur populumque praeterea ita nuper adauctum fuisse, ut unus Rector nequeat ecclesiasticis Sacramentis ministrandis divinoque cultui peragendo sufficere.

At memorati Patres huic petitioni sese opponentes primo in sui vindiciam proferunt non solum testimonium plurium Sacerdotum et parochorum qui conterminis praesunt ecclesiis sed etiam processum quemdam superiori anno confectum, unde satis constare videtur eosdem religiosos in ecclesia sui mouasterii et parochiali dicti Oppidi sedulo et laudabiliter animarum curam gerere neque in administrandis populo Sacramentis unquam deesse, quin vero summa charitate et vigilantia Infirmis jugiter astitisse, ita ut in hanc usque diem neminem ex parochianis ob negligentiam vel imperitiam dictorum Patrum sine Sacramentis obiisse fuerit deprehensum.

Deinde vero, ut excludant amplificatam populi multitudinem ostendantque nullam concurrere ex illis causis, quae ad justam et validam veteris ecclesiae parochialis dismembrationem et novae erectionem requiruntur juxta rescriptum Alex. III. in cap.: *Ad audientiam de eccles. aedif.* comprobatum a s. Trid. Concilio *cap. 4. sess. 21. de ref.* innituntur potissime relationi Vicarii generalis, qui supplendo vices Episcopi tunc absentis ad s. Congregationem in haec verba rescripsit: »Obsequenter significare authumo parochialem ecclesiam praenarratae universitatis quae confuse ad 1070 compouitur numero animarum ab anno 1498 die 29. Novb. Pontificatus Alexandri VI. sub PP. coelestinorum administratione et cura adesse, cui ultra Patrem Priorem parochum tres alii vocaut Patres confessarii ab hac Curia approbati nec in eadem praedicta Curia quam in s. Visitatione ejusdem Universitatis querulas voces ad meas aures et Domini mei Episcopi pervenisse.«

Ex parte Communitatis erectionem novae parochiae postulantis praeter quasdam simplices testium fides cum supplici libello ejus nomine jampridem exhibitas nil aliud hucusque delatum est.

Partes igitur Eminentiarum VV. erunt pronunciare:

An sit locus dismembrationi seu erectioni novae parochiae in casu?

S. C. C. resp.: Negative.

Die 14. Apr. 1736.

Cassanen.

Secuta vacatione parochialis ecclesiae s. Juliani unius ex 4 parochialibus in civitate Castrivillarum existeutibus Episcopus Cassanensis tria ab illius territorio divulsit loca novamque ex eis parochiam erexit in ecclesia s. Mariae Constantinopolis et s. Josephi. Ad sternendam vero semitam novae huic erectioni in decreto, quo praefata loca a parochiali ecclesia s. Juliani statuit dismembrari, asseruit compertum se habere ex documentis sive relationibus, quae citatis oeconomo et procuratore cleri ejusdem ecclesiae s. Juliani fuerunt in cancellaria curiae suae congesta: »Districtum dictae parochialis esse tam grandem, itaut habitatores supradictorum locorum distent a dicta ecclesia per medium milliare et filianos omnes esse in uumero 2800 circiter, et tempore hyemali ac nocturno praesertim pluviis inundantibus ob distantiam, asperitatem, periculum et incommoditatem itineris dictam parochialem petere non posse non sine permaximo eorumdem spirituali detrimento, ac parochum horum domum infirmitatis occasione pro Sacramentorum administratione siue periculo et magno incommodo accedere non valere praecipue in casibus nocturnis et repentinis maxime mulieribus parturientibus, necnon permultos filianos dictorum locorum vitam cum morte commutasse vel absque Sacramentis ecclesiasticis vel absque assistentia in eorum morte ob causas desuper narratas, adesse quoque in dictis locis non paucos habitatores praesertim ex civilibus parentibus ortos tam pauperes et miserabiles, qui cum suis mulieribus et familia vilibus et abjectis vestibus induti et quasi denudati diebus festivis ad praedictam parochialem accedere non possunt et cum divitibus se immiscere uon audent et praesumuut, quia exponerentur risui et derisioni aliorum, et ob dictas causas et

situationem dictae ecclesiae in medio publicae plateae a perceptione sacramentorum, a verbi Dei, christianae doctrinae ac divinorum officiorum auditione retrahuntur, vigilias quoque et quatuor tempora rudes et ignaros propter desuper expressas causas haud observare.«

Non arrisit clero parochialis ecclesiae s. Juliani ejusmodi dismembratio proindeque statim fuit ab ipso impugnata, sed cum Episcopus noluerit ab ea exequenda supersedere, postulat modo clerus praedictus, ut ab hoc sacro tribunali irrita declaretur, atque in hunc finem exponit primum, loca superius enunciata non ultra tertiam unius ab ecclesia s. Juliani milliaris partem distare, nullum unquam ex parochianis ob assertam itineris asperitatem sine sacramentis decessisse adeoque parochianos ipsos controversae dismembrationi suum non praestitisse assensum, solumque ab Episcopo requisitos ejus probasse consilium deputandi vicarium seu coadjutorem, qui in ecclesia s. Mariae Constantinopolis et s. Josephi Sacramenta et alia ad animarum curam pertinentia ministraret; deinde vero, ut validius adhuc ostendat nullam in magnificata viarum difficultate constitui potuisse legitimam causam decretae dismembrationis, profert attestationem quatuor peritorum.

His ita in facto propositis addit praeterea memoratus clerus in jure, non rite ad eamdem dismembrationem fuisse processum, cum enim tunc temporis ecclesia s. Juliani suo pastore viduata reperiretur, satis non erat illius oeconomum citare, sed peculiaris ei debuisset deputari defensor*), ut valide ab ipsa avelli possent praefata loca, uti per textum in *cap. 1. de reb. eccl. non alienan. in VI.* et in *cap. 1. Ne sede vacante* tradunt *Mandos. ad reg. cancell. 22. qu. 13. n. 13., Garz. de benef. p. 2. cap. 13.* et alii relati per *Rot. decis. 403. n. 1. cor. Celso;* minusque vim ullam fieri potuisse in amplificato populi numero, quia non debet vetus parochia ob populi affluentiam dismembrari, sed obstringendus est parochus tot sibi presbyteros in adjutores assumere, quot sacramentis exhibendis divinoque sufficiant cultui, juxta expressam Tridentini sanctionem *sess. 21. cap. 4*, quam exornant *Fagnan. in cap. »Ad audientiam« n. 24. de reb. eccl. non alienan., Barbos. de jur. eccl. lib. 2. cap. 2. n. 9 et 10., Leuren. in jus can. lib. 3. tit. 48. quaest. 994. n. 3., Pirhing. in 3. libr. decretal. tit. 48. n. 6;* vel ad summum, etiamsi verae probarentur expositae causae, priusquam dismembratio parochiae decerneretur, constitui debuisset vicarius, quo satis foret spirituali illius populi indigentiae consultum, uti pluries firmavit Rotae auditorium *dec. 578. n. 4 et seq. par. 19. tom. 2. rec.*, et in *Leodien. Dismembrationis 1. Febr. 1712 cor. cl. mem. Card. Falconer. et 3. Jul. 1713 cor. bo. me. Lancetta*, et censuit etiam s. hoc tribunal in *Cajetana 24. Maji 1669*, in *Balneoregien. 19. Julii 1668.* et in *Lunen. Sarzanen. Dismembrationis 8. Martii et 27. Sept. 1732.*

Spectant haec ad I. et II. ex dubiis, quae instante saepedicto clero s. Juliani disputanda proponuntur; at quia Episcopus, postquam in memorato dismembrationis decreto ad congruam sustentationem primi rectoris novae parochialis incerta dumtaxat emolumenta ex fueribus eorum, qui forent eidem novae parochiae subjecti, constituerat subinde praecepit, ut rector ille ad participationem massae communis aliorumque emolumentorum ecclesiae et cleri s. Juliani admitteretur, decernens praeterea, ut aliquot presbyteri participantes ejusdem ecclesiae s. Juliani parique nonnulli clerici deberent imposterum novae parochiali inservire et adhuc participes fieri de massa communi, caeterisque emolumentis a clero s. Juliani percipi consuetis, tametsi ab illo distenti onere divinis officiis in ecclesia s. Juliani non vacarent, ab hac quoque sanctione provocat praefatus clerus eamdem insimulans contrariam tum synodali decreto, quo statuitur, sacerdotes participantes teneri per se ipsos ecclesiae s. Juliani inservire missasque ibidem celebrare, tum apostolico brevi, a quo numerus viginti sacerdotum participautium fuit in eadem ecclesia praefinitus, ea sub lege, quod ipsi ab origiue debeant esse parochiani dictae ecclesiae eique servitium in minoribus et ss. ordinibus praestare autequam ad participationem massae communis aliorumque emolumentorum admittantur.

Auditus Episcopus super omnibus hisce querelis nomine cleri s. Juliani porrectis prolixam dedit epistolam, qua quidquid hac in re a se gestum est veluti pro divini cultus augmento ac animarum salute dispositum tueri satagit ac propuguare. Perpensis itaque juribus hinc inde circumferendis dig-

*) Vd. *t. II. p. 1078. c.*

nabuntur EE. VV. ad quatuor dubia controversias hactenus expositas complectentia respondere:

I. An constet de nullitate dismembrationis ecclesiae s. Juliani Castrivillarum in casu?

Et quatenus affirmative,

II. An et quomodo sit procedendum in casu?

III. An novus parochus ecclesiae s. Josephi ejusque successores debeant ad instar aliorum presbyterorum participare de massa aliisque emolumentis ecclesiae et cleri s. Juliani in casu?

IV. An aliqui sacerdotes et clerici dictae ecclesiae s. Juliani debeant inservire ecclesiae s. Josephi juxta ordinationem Episcopi et nihilominus participare de massa et emolumentis ecclesiae s. Juliani in casu?

S. C. C. resp.

Ad I: Affirmative.

Ad II: Deputandum esse ab Episcopo in coadjutorem alterum ex presbyteris participantibus, qui resideat penes ecclesiam s. Josephi ibique curam animarum exerceat, juxta modum ab eodem Episcopo praescribendum cum exemptione a servitio chori in ecclesia s. Juliani.

Ad III et IV: Satis provisum.

Die 3. et 17. Decbr. 1740.

Coutinuatio Cassauen.

Primum adversus hauc resolutiouem audiri postulavit Episcopus. At postmodum acquiescens Eminent. PP. judicio, quo satis animarum curae consultum esse putaret, literas deiude s. Congregationi dedit, in quibus explicans, modum quem ipse in destinatione praefati Coadjutoris ad nova ut ait evitanda jurgia statuendum esse ceuseret, ejusdem s. Congregatiouis oraculum sibi hac super re aperiri exorat.

Modus autem ab Episcopo propositus in his potissime versatur:

I., quod Coadjutor easdem familias, quae novo Parocho in Bulla erectiouis novae Parochiae destinatae fueraut, suae curae ita addictas habeat, ut istis minime liberum sit ecclesiam s. Juliani pro susceptione Sacrameutorum adire;

II., quod in eadem ecclesia s. Josephi Fons baptismalis collocetur, ut infantes Familiarum Coadjutoris curae creditarum lustralibus aquis ibidem regenerentur;

III., quod eidem Coadjutori debeantur emolumenta omuia, quae vocantur Stolae, ex dictis familiis ejus curae adscribendis proveuientia;

IV., demum quod aliqui ex Clericis parochialis ecclesiae s. Juliani servitio adscriptis atque ex Presbyteris supranumerariis diebus Dominicis et Festis praesertim solemnioribus ad inserviendum dictae ecclesiae s. Josephi teneantur accedere saltem donec occasio detur alios prima Tonsura initiandi et servitio ipsius ecclesiae s. Josephi adscribendi.

Verumtamen ne modus iste a s. Congregatione approbetur quam plurimum obsistit Clerus s. Juliaui exponens, eum adamussim praeseferre conditiones omnes, quas Episcopus praescripserat in sua sententia Dismembrationis Parochiae ab Eminent. PP. improbatae eumdemque modum in singulis suis capitibus nullo pacto convenire posse cum simplici Coadjutoris deputatione ab hoc s. Tribunali decreta, tum quia improvidum omuino sit, quod integra atque in omnibus suis partibus iudivisa remanente Parochia s. Juliani aliquae ejus familiae ita addicantur Curae Coadjutoris, ut habendae sint veluti ab eadem ecclesia s. Juliaui prorsus divulsae et abdicatae, dum eam pro suscipiendis Sacrameutis adire amplius non possent, tum quia expresse reprobatur a jure, duos fontes baptismales intra limites ejusdem Parochiae retineri juxta can. Concil. Tolet. relat. a *Gratiano in can.: Placeat 17. q. 1.*, tum demum quia soli Parocho non autem simplici Coadjutori congruant emolumenta stolae quae Parochialem denotat jurisdictionem ad tradita per *Monacell. in form. eccl. 1. tit. 10. form. 17. n. 4.* proiudeque idem Clerus demisse supplicat, ut praevia perseveratiouе in decisis omnimoda jubeatur amotio Fontis baptismalis ab ecclesia s. Josephi statuaturque, Coadjutorem ibidem deputandum dependere iu omnibus debere a Parocho s. Juliani et adscriptos cogeudos fore servitium aliquod saepedictae ecclesiae exhibere; deliberandum idcirco manet:

I. An sit standum vel recedendum a decisis? Et quatenus affirmative ad I partem,

II. An modus ab Episcopo propositus sit approbandus vel potius an et quomodo sit rescribendum in casu?

S. C. resp.

Ad I: In decisis et amplius.

Ad II: Negative ad I. partem et ad mentem.

Die 22. Julii 1741.

Novarien.

Ingiascha pagus est Novariensis Dioeceseos in edito situs monte: nullus in eo parochus, nulla parochialis ecclesia, in qua Sacramenta ministrentur, nam subjacet parocho Oppidi Cusonei, a quo mille passibus distat via asperrima et pene impervia. Constat pagus 400 Capitibus. Homines hujus pagi postularunt ab hoc s. Tribunali, ut ecclesia s. Petri, quae Ingiaschae est, in novam parochialem erigeretur et separaretur a parochiali ecclesia Cusonei. Auditus, ut fieri solet, Episcopus respondit secundum homines Ingiaschae placuitque ei hanc fieri debere separationem: contradicit parochus Cusonei. Causa nunc proponitur et homines pagi necessitatem separationis urgent, ita ut locus esse debeat dispositioni cognitissimi cap.: *Ad Audientiam de eccles. aedif.*; nam distantia a parochiali, licet sit mille passuum, nimia tamen est ob viae qualitatem, quae gressus retardat et ob praesentia pericula: teterrimae rupes et scopuli iter praestant; hinc mons praeruptus, inde Valles profundissimae visus mentem turbant, via scalpro excita est e saxis et scopulis, iter rivus intercipit, qui exundans pluviis et nivibus impossibilem reddit ad ecclesiam parochialem accessum: venti hyeme, nives et glacies, unde validi etiam juvenes dilabuntur quoquo passu, faciunt, ne senes, pueri, utero gerentes mulieres Sacrum audiant, Sacramenta accipiant et Fidei rudimenta discere possint in ecclesia parochiali Cusonei.

Parochus his praepeditur, ne Ingiascham pergat, hinc sine Sacramentis aegroti moriuntur; pericula infantium et obstetricum, quae eos portaut, ut Baptismate lustrentur in parochiali ecclesia manifestissima sunt: Defunctorum corpora feretro efferri non possunt, sed scalis religata aut funibus aut salicum ramis trahuntur, hinc qui ea trahunt hamatis licet pedibus cadunt. Longum esset omnia miseri illius populi incommoda recensere.

Parochus vias reparari posse dicebat, sed luctandum est cum saxis et scopulis, cum nivibus, glacie, pluviis, ventis; dicebat Capellanum praeponi posse; sed disputant Homines pagi non ob auctum populi numerum sed ob necessitatem peti separationem, et ideo huic remedio locum non esse. Videant igitur Amplissimi patres, qua ratione succurrendum sit his Hominibus.

Dubium Causae est:

An sit locus dismembrationi parochialis in casu?

S. C. resp.:

Negative et Episcopus mandet provideri juxta modum.

Die 17. Maji 1749.

Ferrarien.

Ferrariensis Archidioecesis plures complectitur rurales paroecias, quas inter est paroecia *di Boara*, intra cujus limites locus est vulgo dictus *la Pavorava*, in qua paucae familiae vitam ducunt quaeque ab ecclesia parochiali dividuntur per interpositum Rivum nuncupatum *Casal Bianco* ab eaque distant 3000 passuum itinere. Nomine populi postulatur, ut hae familiae e paroecia di Boara separentur et alteri di Francolino addicantur, quae proprior est et commodior, ut parochus possit aegrotis praesertim spiritualia praebere subsidia. Interrogatus Archiepiscopus respondit in Informatione gratis usurpari nomen Populi di Pavorava, cum paucissimae sint familiae, quae nunc quidem per tria milliaria ab ecclesia distant propria culpa, quia quinque abhinc annis tertium pontem supra Canale Bianco fregerunt, per quem iter ita contrahebatur, ut priores essent ecclesiae di Boara quam di Francolino. Viam vero non esse imperviam etiam rigente hyeme, cum hoc ipso anno munita sit, et plures remotiores esse incolas, quae tamen ad paroeciam di Boara accedunt. Ait praeterea Archiepiscopus, sciscitasse ab hisce habitantibus la Pavonara num infirmi obierint sine spirituali subsidio et negative deposuisse. Ex his putat *relinquendam esse paroeciam di Boara in statu suo et tantum cogendos vel adhortandos Recurrentes, ut sublatum ligneum pontem in antiquo loco iterum construerent pro faciliori accessu ad ecclesiam et pro commodiori ipsorum ac parochi mutua communicatione.*

Tridentinum *sess. 2. cap. 4. de Ref.* dismembrationes *ob locorum distantiam sive difficultatem* atque si populus *sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda* accedere non possit concedit. Satis vero habita est distantia duplicis milliarii ad dismembrationem concedendam, *Fagnan. in cap. Ad Audientiam de eccles. aedifican. n. 5., Pirrhing. in Jus can. cap. 16. n. 31.* Maxime si parochiani deficiant spiritualibus subsidiis ut s. Congregatio *in Asculana Dismembrationis 11. Apr. 1739 ad 1. Dub.* et in *Anconitana Dismembrationis et Reintegrationis 12. Febr. 1803.* Verum in casu licet intercedat distantia trium lapidum, non tamen constat subsidia spiritualia remotis parochianis defecisse. Dum vero dismembratio repugnet ecclesiae disciplinae nisi praecisa et inevitabilis concurrat necessitas *ad Text. in cap. 8. de Praeben.* et s. Congregatio *in Januen. Translationis paroeciae 21. Decb. 1801,* videant EE. PP. num in praesenti casu succurri possit incolis di Pavonara vel per restaurationem pontis, ut Archiepiscopus proponit, vel per deputationem Capellani Curati, quemadmodum s. Congregatio aliquando jussit et praecipue in *Adrien. Parochialis 18. Debr. 1813.* Sin vero EE. PP. secus putent, tunc statuere dignentur, num Incolae di Pavonara sint a paroecia di Boara dismembrandae et viciniori paroeciae di Francolino addicendae.

Dubium est:

An et quomodo sit locus dismembrationi incolarum di Pavonara a paroecia di Boara in casu?

S. C. resp.:

Negative et Archiepiscopus curet reaedificationem pontis.

Die 14. Decbr. 1616 et 25. Jan. 1817.

Bononien.

In ambitu Municipii Castri s. Petri Bononien. Dioecesis posita est parochialis ecclesia s. Laurentii Vico Varignana, cui subsidialis est ut vocant ecclesia s. Antonii Vico Gaiana, cujus patronae sunt nobiles familiae Bentivoglio et Agucchi. Quum una ecclesia distet ab alia circiter sex passuum millibus, utque per duo milliaria via ob clivos difficilis, hiemali praesertim tempore salebrosum ac incommodum praebeat iter, hujus loci incolae (qui constat novemdecim familiis ac fidelibus 260) exoraruut Eminent. Archiepiscopum, ut ecclesiam s. Antonii in parochialem erigeret quum ecclesia s. Laurentii suo pastore viduata esset ob decessum Archipresbyteri Angeli Monti Bugnoli. Amplissimus pater Cardinalis, ne quid sua prudentia non dignum decernere videretur, mandavit ut de tota re in municipalibus Comitiis ageretur. Parochiani enim jus habent nominandi Archipresbyterum ac Vicarium Foraneum Oppidi Castri s. Petri; deputavit qui iisdem interesset et jura parochi defenderet. Comitia coacta fuere die 26. Octbr. 1834 at quum suffragatores numerum implerent 181 atque ex iis 154 pertinerent ad ecclesiam parochialem s. Laurentii di Varignana, reliquis 17 ecclesiae s. Antonii della Gajana accidit ut negotium aliter ac Oratores vellent fuerit definitum. Schedis enim in urnam conjectis patuit nonnisi votis 17 probatam fuisse erectionem, infirmatam vero votis 154. Oratores tamen animum non despondentes precati sunt ss. Dominum Nostrum ut postulatam iis concederet ecclesiae parochialis erectionem, salvo jure Patronorum Bentivoglio et Agucchi, idque ob rationes superius expositas, atque insuper quia ecclesia a laudatis Patronis nuper paene a fundamentis fuerit excitata ac ss. supellectilibus ceterisque ad divinum cultum necessariis abundanter ac decore ornata, additaque turri campanaria et caemeterio et quia isthaec erectio ad ipsius ecclesiae decus ac fidelium bonum apprime conducat. Emus Archiepiscopus de more rogatus superius narrata confirmavit.

Paroeciarum dismembratio res est odiosa quia fideles veluti a sinu Matris abstrahit et concedi non solet nisi necessaria causa intercedat et animarum saluti aliter provideri non possit, ut statuit s. Congregatio in *Ferrarien. Dismembrationis 25. Jan. 1817.* Haec enim dismembratio damnum semper irrogat ecclesiae parochiali, quae parte fidelium suae curae commendatorum privatur, ut observat *Pignatell. consult. 230. n. 3. t. 4.* et s. Congregatio in *Lunen. Dismembrationis 27. Apr. 1738* atque ideo nisi certo constet de vera necessitate ita ut fidelibus subsidio Religionis desint ac eorum spiritualibus incommodis alia natione provideri non possit, haec divisio penitus est rejicienda ex textu *in cap. 8. de Praebend.* ac docet *Fagnanus in cap. 8. Ad audientiam de eccl. aedific. n. 29., Garzias de re benef. part. 12. cap. 3. n. 3.* ac statuit s. Congregatio in *Januen. Translationis Paroeciae 25. Jan. 1724* et in *Firmana Dismembrationis Paroeciae 25. Jan. 1724* et in *Firmana Dismembrationis Paroeciae 21. Nov. 1801.*

Porro Alexander III. in cap: *Ad audientiam 3. de eccles. aedificand.* Episcopo Eboracensi facultatem tribuit ecclesiam aedificare atque ibi Sacerdotem instituere ad praesentationem Rectoris ecclesiae majoris quia Villa ab ecclesia parochiali tantum distante perhibetur ut tempore hiemali cum pluviae inundant non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire. Quam Constitutionem confirmans Tridentinum *sess. 21. cap. 4. de ref.* novas parochias erigi ab Episcopis posse statuit in locis in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt.

Quibus in locis quum neque Alexander neque Tridentinum definierint et quanta esse debeat hujusmodi distantia, illam arbitrio Episcopi permittere voluisse censent prae ceteris *Fagnanus dicto cap.: Ad audientiam n. 18. et Pirrhing. in jus canon. lib. 3. tit. 3. tit. 48 n. 6.* Atque hi sane juris canonici interpretes docent praecipuam erectionis concedeudae causam esse magnam difficultatem seu magnum incommodum quamobrem fideles ad parochialem ecclesiam accedere nequeant nec opus esse ut aliquis sine Sacramentis decesserit, sed satis esse si periculum immineat ne decedat, nec hujusmodi eventum esse expectandum, quin potius praevenieudum ne contingat, quum satius sit occurrere in tempore quam post exitum vindicare, ut totidem verbis observat *Fagnanus loco citato n. 17.* qui addit: Et ita censuit s. Congregatio Concilii videlicet pro erectione uovae parochiae uon esse expectandum ut parochiani absque Sacramentis decesserint.

Porro in casu distantiam intercedere 5000 passuum dubitare non sinunt literae Emi Archiepiscopi atque ex hac distantia argui posse videtur nou deesse magnam illam difficultatem ac magnum incommodum quod pro Sacramentis percipiendis et divinis officiis audieudis requirunt Alexander III. et Concilium Trid. Audiendus tamen laudatus Emus Archiepiscopus, qui aperte declarat: Sebbene non si possa concludere per la vera necessità dell'erezione concorrano però molte circòstauze pel bene spirituale, perloché sàrrebbe utile.

Auimadvertendum nihilominus videtur ecclesiam parochialem s. Laurentii suo Pastore nuuc orbatam atque ideo qnum iu hujusmodi dismembrationibus faciendis aut parochi consensus accedere debeat ex *cap. 1. de eccles. non alienan.* aut saltem ipse vocandus ex Tridentino prout loco superius relato, videant EE. PP. num expediat negotium differre dum novus Rector illi ecclesiae sit constitutus*), qui ejusdem jura defeudere possit, ut s. Congregatio censuit in *Fesulana Dismembrationis 27. Apr. 1816 § final.*

Animadvertendum insuper s. Congregationem ab hujusmodi dismembrationibus abhorrere quam maxime atque ubi vera necessitas non intercedit (prout in casu evenire profitetur Emus Archiepiscopus) deputavit Capellanum Curatum. Atque hinc in *Placentina 13. Aprilis 1726* decrevit: »constituendum esse pro uunc Capellanum Curatum«; iu *Derthonen. Dismembrationis 30. Aug. 1832* censuit: »esse constituendum sumptibus Monasterii Capellanum saecularem Coadjutorem iu cura animarum«; in *Lunen. Sarzanen. Dismembrationis paroeciae 27. Sept. 1738* statuit: »esse erigendum Vicarium perpetuum assignatione congruae solveudae a Communitate Villa Meridii«.

Quod si nihilominus preces incolarum s. Autonii vico Gajana audiendas autument EE. VV. perpendendum simul erit quo pacto consuli debeat congruae pro parocho illi ecclesiae praeficiendo, num scilicet probanda sit ratio ab Emo Archiepiscopo proposita ex qua redditus ad argeuteos nouagiuta pertingeret, num aliquid ab Oratoribus addeudum ut congrua saltem in scutatis ceutum parocho assignetur: aequum enim esse videtur ut qui commodum sentiat aliquod etiam incommodum fere debeat. Porro Tridentiuum loc. cit. statuit, ut illis Sacerdotibus, qui de novo eruut ecclesiis noviter erectis praeficieudi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi**) ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocunque pertinentibus et si necesse fuerit, compellere possit populum subministrare quae sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentaudam.

Erunt itaque ab EE. VV. defiuienda sequentia

D u b i a:

I. An et quomodo sit locus Dismembrationi ecclesiae s. Antonii de Gajana a parochiali ecclesia s. Laurentii de Varignana in casu?

*) Vd. *t. II. p. 1078. c.*
**) Vd. *p. 546. n. 5.; 570. d.; 579. e.*

Et quatenus affirmative,

II. An et quomodo sit providendum congruae novi parochi in dicta ecclesia s. Antonii in casu?

S. C. resp.

Ad I: Negative et esse constituendum in ecclesia s. Antonii Capellanum Curatum servatis servandis cum assignatione primitiarum juxta votum.

Ad II: Provisum in I.

Die 30. Maji 1835.

Bononien.

Tribus circiter milliaribus a civitate Bononiae exstat sub invocatione b. Mariae V. in coelum assumptae archipresbyteralis ac matrix ecclesia Burgi Panigalis, quae pluribus abhinc saeculis est de jurepatronatus antiquissimae ac praenobilis familiae Ghisleriae, quae iuter suos Majores ss. Pontificem Pium V. ad altarium honores evectum recensere gloriatur. Quum labente mense Aprili superioris anni fatis cesserit Ludovicus Ambrosi praedictae ecclesiae Archipresbyter, duae Marchionis Hieronymi Ghislerii jam praedefuncti filiae, Isabella scilicet et Aloisia, quae solae de tam conspicua familia supersnut Datariam apostolicam adierunt mediis suis tutoribus ac curatoribus euarrantes, praedictam ecclesiam uuam esse ex opuleutioribus parochialibus Dioecesis Bouoniensis: familiam Ghisleriam anteactis vicissitudiuibus ingentia damna pertulisse atque e suo gradu admodum decidisse ac proinde earum patrem, in quo Masculina linea exaruit, ut familiaris rei angustiae quodammodo consuleret, pontificiae militiae sesse adscripsisse, qui dein paulo postquam cohortis dux fuerat renunciatns, sub finem Oct. 1843 diem supremum obiit exiguo relicto patrimonio, multis etiam oneribus obruto: Isabellam inprimis Hieronymi nuptiis progenitam ac Marchione Marco de Comitibus Scarselli viro nobilitate magis quam divitiis spectabili copulatam duas filiolas jam suscepisse, et quod tristissimum est meutis facultatibus laborare: Aloisiam vero ex secundis nuptiis natam nubilem adhuc esse ac minorennem ejusque matrem indodatam existere; ss. Pontificem euixe exorabaut, ut dignaretur: »infiggere al beneficio, ed Arciprete pro tempore della suindicata Chiesa l'obbligo di prolevare sull'annuo suddetto reddito una pensiuue di sc. 200 da somministrarsi annualmeute alle due Oratrici Isabelle, e Luigia Ghislieri, nou che alla madre di quest'ultima Marchesa Rosa Caleri Vedova Ghislieri ripartita mente ad ognuna, transitoria alli loro eredi rapporto alle due prime, sempre che siano discendenti da esse, altrimeuti che possa coucentrarsi nelli discendenti superstiti; rapporto alla terza, che alla sua morte sia divisibile per metà ad ognuna delle due figlie Ghislieri, o suoi discendenti, ed in mancanza di queste due senza successione si consolidi nella superstite e suoi discendenti«.

Interea vero ne praesentationi coustitutnm tempus praeterfiueret, Sacerdotem Leonardum Comestri ad dictam vacantem ecclesiam nominarunt eumque Eminentissimus Archiepiscopus admisit. Praefatas vero preces Eminent. Prodatarius pro iuformatione et voto, uti moris est, ad eumdem Eminent. Bononiae Archipraesulem ablegavit, qui ex uua parte pastoralem respiciens obligationem curandi majorem animarum utilitatem quam per matricis ecclesiae Dismembrationem ac novae paroeciae erectionem obventuram arbitratur, ex altera dijudicans Oratrices patronas in paupertate ac necessitate haud versari in voto fuit, ut earum preces rejicerentur et potius constitueretur aliqua pensio super matricis praebenda pro congrua Rectoris ecclesiae de Calderara, quam in paroecialem erigendam esse opinabatur.

Dismembrationis necessitatem confirmabat.

Pensionem Oratricibus denegandam esse duxit.

Haec cum Apostolica Dataria accepisset, super universo negotio hujus s. Ordinis sententiam exquirere duxit. Quapropter mei mnneris esse censui Eminent. Archipraesuli alias literas mittere, ut clariorem super re notitiam ad securius judicium ferendum hauriam. Retnlit ipse, paroeciae dismembrationem prorsus improbari a Curatore viduae ecclesiae deputato, qui spiritualibus subsidiis popnli Calderariensis satis posse consuli arbitratus est per Capellanum, qui in ecclesia de Calderara animarum curam gerat: familiam Ghisleriam jurepatronatus ab anno 1378 potiri eamque totis viribus dismembrationem oppugnare: vocatos pluries, etiam per Magistratum Calderariae populares, ut fundos exhiberent vel emitterent obligationem pro congrua, dote sacrisque supellectilibus, nihil respondisse: ex periti relatione ab ecclesia

paroeciali Burgi tribus Bononiensibus milliaribus ecclesiam de Calderara, quatuor vero cum dimidio remotissimam domum ejusdem regionis distare: vias quae a Burgi ecclesia ad aliam Calderariae adducunt esse, ut inquit peritus, »*in parte nationali, provinciali e communali, tutte in bona condizione anche nell' inverno*«, annuos redditus, qui ex paroecialibus fundis percipiuntur, ducto calculo per decennium demptisque expensis, ad scut. 237. 46, qui e primitiis ad sc. 342, qui ex censibus et canonibus ad scut. 49. 20: qui ex incertis proventibus ad scut. 150 assurgere, ideoque simul sumptos summam efformare scut. 778. 66; ex quibus deductis oneribus, inter quae recensentur Missae pro populo in scut. 16 et duorum Capellanorum exhibitio, quae in propria domo ab Archipresbytero suppeditatur in sc. 144, reliquos esse in scutatis 544. 76.; oblationes, quas Capellano Calderariae praebent illius regionis incolae, quaeque prorsus spontaneae sunt et incertae, sc. 68. plus minus conficere, primitias vero ab iisdem Archipresbytero praestari; denique pensionem, qua defunctus Archipresbyter fuerat gravatus favore Praesulis Ferrari, dum viveret, scut. 80 summam attigisse, eamque gravi rei familiaris ejusdem Archipresbyteri etsi propriis bonis pollentis jacturae cessisse. De Ghisleria vero familiae statu ea repetiit, quae jam supra exscripta sunt, addidit tantum, minoris puellae Aloisiae imminens esse matrimonium cum viro divite ac nobilium more viventi, ideoque filiarum ac viduae conditionem meliorem quidem nunc esse quam antea.

Hisce omnibus enucleatis quoad pensionem ab Oratricibus petitam concludit nullam rationabilem causam apparere, qua parochiale Beneficium onerandum sit stipendio, quod maximum afferet detrimentum novo Archipresbytero praesentato qui fortunae bonis caret redditusque beneficii impendere debet nedum ad sui ipsius binorumque Capellanorum congruentem sustentationem, sed ad consulendum etiam animarum curae in regione Calderariensi, (ubi nempe ab eo proposita ratio mox subjicienda approbetur) et ad sublevandam pauperum multitudinem sub ipsius cura degentem. Quoad vero paroeciae dismembrationem ac novae erectionem in ecclesia Calderariensi haec habuit: »Quamvis ad animarum saluti consulendum praefatae incolarum regionis hujusmodi institutio accommodata videretur, nihilominus ex superius deductis satis evincitur consuli posse deputatione Capellani curati, cui Vicarii nomen dari posset, ab Archipresbytero proponendi, ad Ordinarii nutum amovibilis, qui praemisso examine, idoneus compertus, patentibus litteris communiatur. Ab Archipresbytero et opportuna pensio erit suppetitanda, si tamen id expedire videtur, ad Capellanum substinendum, ratione habita ad spontaneas incolarum oblationes, quae Capellanum adjuvant auxilio. Capellano autem seu Vicario onus injungi posset Sacramenta administrandi, concionem diebus Dominicis habendi, christianas institutiones incolis et praecipue pueris et juventibus tradendi, aegrotis adjuvandi, incolis autem concedi posset paschalibus Feriis in ecclesia Calderariensi Sancta de altare libare, educto Archipresbytero et certiore facto de individuis, qui praeceptum paschale implerunt.«

Hisce fusius ut par erat expositis duo discutienda veniunt, alterum super ratione providendi spirituali bono incolarum loci ecclesia, praevia ab ea Burgi dismembratione, cui utrum Emus Archiepiscopus in postremis litteris valedixisse non satis aperte liquet. Ex Tridentina sanctione *sess. 21. cap. 4 de ref.* paroeciarum dismembrationes ac novae erectiones permittuntur, quoties »*ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt*«; necnon disponitur, ut novo parocho »*competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus*«. Unam vel alteram a Tridentino recensitis causis sufficere communiter tradunt DD., proindeque vel una distantia loci ab ecclesia parochiali justam praebere causam docet Fagnan. *in cap.: Ad audientiam n. 18.*: qui insuper addit, non requiriri nimiam longinquitatem et viarum discrimen sed sat esse, ut distantia ea sit, ut ob ipsam parochianis sine magno incommodo ad majorem ecclesiam non pateat accessus, vel, ut clarius explicat, *ut populus praesertim adversis temporibus non possit sine magno incommodo illuc horis congruis ad divina officia confluere;* ac tandem concludit, hujusmodi distantiam, cum de ea nil a jure sit definitum, arbitrio judicis esse dimetiendam. Adpendum etiam quod etsi ex populi multitudine ad paroeciae divisionem devenire nequeat, ea tamen justam suppeditat causam, ubi etiam loci distantiam concurrat, *Reclus. de re par. p. 1. tit. 13. n. 119.*

Porro cum in themate pro dismembratione assequenda praeter populi frequentiam distantia obtendatur legitima sane causa adesset; utrum vero illa ejus sit naturae, quae ex dictis exigitur, ex superius adnotatis deprehendent EE. VV. Illud etiam animadvertendum, quod illi oppidani, qui anteactis temporibus dismembrationem in votis habuerunt, modo ab Emo Archipraesule de ea sciscitati, nullum dederint responsum, ceu ipsemet Vir Emus refert. Tandem ponderandum est quanti aestimandus sit Patronarum dissensus (quarum iuterest, ut majorum suorum supremae voluntatis vota sarta tecta sint), necnon momenta, quibus illum communiunt. Sese enim dismembrationi assentiri nullo pacto posse contendunt, ex triplici ratione: I. quidem ob necessitatis defectum, tum quia ad curionalem ecclesiam viae, etsi longiores, planae sunt ac quovis tempore perviae, tum quia jam satis consultum Calderariae incolis, dum inibi »*trovasi una Chiesa sussidiale officiata da un Sacerdote, che oltre l'obbligo della celebrazione, e di procurare una seconda Messa ne' di festivi, ministra i Sacramenti, assiste agl'infermi, e spiega il Vangelo, e la dottrina christiana*«; II, ob novum onus, quo ipsae Patronae forent obnoxiae, manutentionis scilicet alterius ecclesiae, cum ipsis erigendae paroeciae juspatronatus obveniret. Demum ob imminutionem veteris paroeciae reddituum, tum propter pensionem novae paroeciae suppeditandam, tum ob decimarum jacturam, quae uberiores percipiuntur ex fundis Calderariae sitis, utpote qui feraciores sunt prae illis, quae Burgum circumstant: atque ex hac diminutione instant, plurima orientur incommoda, nempe magnificentia divini cultus decresceret, eleemosynarum in pauperes elargitio deficeret ac exinde murmurationes exurgerent in populo atque etiam dissidia inter binae paroeciae populares ceu nuper quoad alteram paroeciam dismembratam accidisse narrant; III, quia patronis spes abriperetur e beneficio auxilium consequendi, ubi ex rei familiaris angustiis eo ipsi indigerent, quemadmodum impraesentiarum contingit.

Alterum vero remedium esset institutio Capellani Curati in ecclesia Calderariensi. Hoc profecto magis juri consonum videretur. Cum enim dismembratio res sit odiosa atque subsidiarium et extraordinarium remedium, tum demum ad hoc extremum est deveniendum, cum nullum aliud minus odiosum et exorbitans suppetat atque aliter nequeat provideri. Rota *dec. 484. n. 4. p. 1. rec. dec. 289. n. 7. et 12. cor. Crescentio.* Atqui cum inter ordinaria remedia hujusmodi Capellani deputatio accenseatur, sponte sequitur, potius hujusmodi deputatione incolarum Calderariae spirituali bono consulendum esse, quam novae paroeciae erectione. Rota *dec. 178. p. 19. rec. Leodien. Dismembrationis 1. Febr. 1712* §. *Nec in totum cor. Falconerio*, s. Cong. *in Aquen. Dismembrationis 13. Julii 1720* §. *Porro.* Hoc unum advertendum, num necesse sit, ut ea in themate praecipiatur, cum ex his, quae superius ex patronarum dictis exscripsimus, eruere sit, jam inibi Capellanum adesse constitutum, qui ea fere omnia explet, quae deputando ex Eminent. Archipraesulis judicio imponenda forent. Caeterum EE. VV. sapientia dijudicabit, quodnam ex duobus allatis remediis magis in themate expediat.

Ad Oratricum petitionem quod attinet, norunt EE. PP. ex aequitate canonica inductum, ut patrono ad inopiam vergenti ex fructibus ecclesiae patronatae succurrendum sit,*) ceu statuitur in *can. Quicumque 30. caus. 16. quaest. 7.*, ac firmatur praxi hujus s. Congregationis; hanc vero aequitatem protrahi quoque ad patroni filios, uxorem aliosque consanguineos tenet *Barbosa in collect. de jurep. t. 2. p. 366 n. 7., Surdus de alimentis tit. 4. q. 28. n. 18., Lambert. de jurep. lib. 3. art. 6. n. 1.* et haec s. Congr. *in Camerinen. 21. Aug. 1784* §. *Patrono* et in *Lauretana Suspensionis Nominationis 28. Julii 1838* in qua favore patrui patroni decreta fuit alimentaria praestatio. Insuper haud controvertitur, quod non requiratur paupertas absoluta, sed relativa etiam sufficiat, ut nempe patrono desint media vitam ducendi juxta suum gradum et conditionem. Fargna *de jurep. par. 1. can. 3. cas. 1. n. 8.*, s. Congreg. *in Asculana Dispens. 23. Maji 1785, Aquen. Capellaniae 20. Jan. et 3. Febr. 1787.*

Hisce perpensis, cum certum sit Familiae Ghisleriae juspatronatus super paroeciali ec-

*) Vd. *Patronus*; cf. *t. II. p. 717. β; 588. q; 898. g; 914. n. 103; 917. II.*

clesia Burgi competere, nil dubii, quin Oratricibus jus sit ex illius redditibus alimenta assequendi: nil pariter dubii, quin ad earum relativam paupertatem sit respiciendum, cum ultimae superstites sint antiquissimae ac praenobilis Familiae Ghislieri, quam multis auctam fuisse asserunt privilegiis a fel. mem. Benedicto XIII. suis literis sub datum diei 24. Jan. 1724 confirmatis. Res igitur facti est, ut nempe dignoscatur, num reapse haec relativa adsit paupertas. Ad rem ex una recolent EE. PP., quae patronae de familiae suae conditione in supplici libello Apostolicae Datariae porrecto recitant, atque prae oculis habeant praesertim infelicem statum Isabellae quae cum mentis infirmitate laboret pro sua substentatione majoribus profecto expensis obnoxia est; ex altera vero parte ea, quae in binis suis relationibus animadvertit Eminentissimus Archipraesul, qui tamen, ubi de Familiae statu loquitur, non clare se explicat, utrum ille accipiendus sit ab omnibus oneribus liber, quibus econtra gravari Oratrices exposuerunt.

Ubi vero alimentariam praestationem tribuendam definient EE. VV., videant qua ratione et in qua summa decernenda sit. Eam sibi et descendentibus expostulant, et quidem cum jure accrescendi; expetitae perpetuitati obstare videtur praxis s. hujus Ordiuis, qui ut plurimum suevit hujusmodi praestationes temporis limitatione coarctare; jus autem accrescendi concessum edocet causa *Lauretana Capellaniae 4. Aprilis 1840 ad 1. dubium*; denegatum vero causa *Spoletana Commutationis voluntatis 8. Julii 1843*, ni forte dici velit ideo denegatum, quia inibi res erat non de patronis, sed de egenis Testatoris consanguineis, quibus opitulabatur. Quoad summam vero videant, an in efflagitata quantitate praefinienda sit. Profecto qualitas Familiae suadet, illam arctis limitibus non esse cohibendam: eo vel magis, quod paroecialis praebenda amplo censu ditatur. Econtra memoria repetenda sunt, quae circa redditnum imminutionem, quam paroecia inde pateretur, in suis literis perpendebat Eminent. Archipraesul, necnon ea, quae sunt animadversa, ubi de dismembratione actum est.

EE. VV. erit dirimere

D u b i a:

I. *An et quomodo sit providendum circa animarum curam incolarum loci Calderariae in casu?*

II. An et quomodo sit annuendum precibus Oratricum in casu?

S. C. resp.

Ad I: Quoad dismembrationem negative, in reliquis juxta votum Emi Archiepiscopi pro deputatione Vicarii Curati ad Ordinarii nutum amovibilis.

Ad II: Ex hactenus deductis non expedire et attentis peculiaribus circumstantiis Isabellae consulendum SSmo pro annua praestatione subsidiaria scutorum 60, ad vitam ipsius Isabellae.

Die 30. Aug. 1845.

Asculana.

Cum usque ab anno 1737 increverit animarum numerus in paroecia Cathedralis Asculanae nuper ad Basilicae dignitatem evectae, tum intra tum extra moenia urbis degentium, Episcopus tunc temporis Petrus Marana animo perpendens, *quod in praedicta paroecia vastae et diversae contradae complectabantur ac ideo animabus subjectis in spiritualibus necessitatibus ut par esset non poterat adsisti a parocho civitatis et Capellano rurali«* necessarium censuit tres instituere in dicta ecclesia Capellanos ab ipso deputandos suoque nutu amovibiles, qui Vicarium perpetuum dictae ecclesiae coadjuvarent in confessionibus excipiendis et pueros in fidei rudimentis imbuendis. Quapropter sub die 2. Julii ejusdem anni Decretum ad rem protulit atque meliori parochianorum commodo prospiciens unicuique Capellano certam partem populi extra urbem adsignavit peculiaribus finibus circumscriptam, inter quos munera exercerent atque adjutorium Vicario perpetuo Cathedralis praestarent. Ad eorum susteutationem vero providens statuit ut pro quolibet anno quatuor modia tritici a Ven. Seminario cuilibet Capellano penderentur super bonis ac Seredibus haereditariis quondam Joaunis Francisci Alvitreti quae legitime immutata testatoris voluutate eidem Seminario adscripta fuerant.

Verum ineunte hoc saeculo populo ulterius increbescente remedium haud efficax apparuit. Ideo cl. me. Card. Archetti ejus temporis Episcopus sa. me. Pio VII. vix ad fastigium Apostolicae Sedis evecto exponere festinavit, *quod quum Capellani hujusmodi Curati in Civitate residerent factum fuit ut nocturno tempore quo portae civitatis clausae reperiuntur spiritualibus parochianorum dictae Cathedralis extra Civitatem degentium ob tam vastum numerum eorumque distantiam singulos parochianos hujusmodi, in iisque ad catholicam religionem pertinentibus ut par est erudire et scandalis insurgentibus obviare minime valerent«* ac propterea *»easdem tres Capellanias supprimere ac earum vice tres ecclesias in suburbiis Civitatis Asculanae existentes in parochiales ecclesias erigere satius duxerit.«* Vota Episcopi commendans ss. Pontifex literis apostolicis in forma Brevis datis Venetiis 14. cal. Maji 1800 incipien.: *In supremo apostolicae dignitatis solio*, ut opus ejusmodi facilius conficeretur sinceris desiderans affectibus pensionem imposuit scut. 130 super vacanti beneficio s. Antonii Patavini *distribuendam arbitrio Episcopi praefatis tribus ecclesiis in parochiales erigendis earumque pro tempore rectoribus.«*

Gratia accepta cupieus Cardinalis Archetti eam ad executionem perducere habito patronorum consensu parochiales mansiones erigi jussit apud ecclesiam ss. Ap. Philippi et Jacobi circa primam lapidem extra Urbem positam. Deinde exequntoriali Decreto edito sub die 23. Aprilis 1805 *a pro nunc et per modum provisionis* injungebat presbytero Petro Cypriani uni ex tribus Capellanis *onus residendi in domo nuper extructa et adnexa dictae ecclesiae ad effectum peragendi omnia recensità in apposita Procuratoris fiscalis instantia* videlicet *evangelium explanare diebus festis de praecepto, vigilias ac festa annuntiare in Missa celebranda in praefata ecclesia ibique pueros, puellas et alios instruere in rudimentis Doctrinae christianae, sacramentales Confessiones audire, Sacramentum Eucharistiae retinere ut ad infirmos deferri prompte possit, quacumque hora et tempore, etiam benevolentibus administrare, excepta tamen prima die Paschatis Resurrectionis.* Eodem insuper decreto *»pro annua congrua dicti Sacerdotis praeter scut. 50 exigenda ex pensione in majori summa imposita assignavit 20 mensuras vulgo quarte tritici ab Oeconomo hujus ven. Seminarii subministrandas ac expresse denique reservans sibi et successoribus ejus facultates variandi aliaque peragendi prout in Domino magis expedire judicabunt.*

Quod actum est in ecclesia ss. Philippi et Jacobi exequntum pariter fuit in ecclesia s. Bartholomei sita in altera suburbana parte, atque eadem jura et onera fuisse tributa ejus Capellano constat ex pluribus posterioribus nominationibus tam per Card. Archetti quam per successores expeditis.

Volvente anno 1858 dum pastoralem visitationem hodiernus Episcopus perageret, utriusque memoratae ecclesiae Capellani Curati supplices eidem exposuerunt *»la necessità di avere il jus tumulandi nella loro Chiesa per evitare i continui lagni delle loro popolazioni ed in specie dei proveri che sono costretti andare sepolti nell' orrido cimitero«* atque ad hujusmodi fastidia tollenda ab Eo postularunt ut ipsis facultas tribueretur conferendi pueris baptisma, fideles matrimonio conjungendi ac cadavera in suis ecclesiis tumulandi, quae omnia ad unam paroeciam Cathedralis ejusque Vicarium perpetuum privativo jure hucusque spectasse indubium est; offerentes eapropter annuam pensionem scut. 15 memorato Vicario Cathedralis persolvere loco emolumentorum quibus deinde ex imminuto utriusque stolae exercitio carerent. Episcopo visum est bono animarum consonum supplicantium vota excipere, ideoque accepto consensu Vicarii Cathedralis diei 31. Augusti dicti anni Decretum tamquam Delegatus Apostolicus tulit quo petitas facultates Oratoribus tribuit, praecipiens ut inposterum parochiales functiones omnes exercerent, cum onere vero solvendi praedicta scut. 15 annuatim pro quolibet Capellano Vicario Perpetuo Cathedralis atque offerendi eidem ecclesiae matricis duas libras cerae albae elaboratae, addens quod titulum *di Vicarii Curati* assumerent.

Hanc dispositionem gravate tulerunt Canonici Cathedralis vel quia ipsis inconsultis decretum fuerat prolatum vel quia nullius utilitatis illud auspicarentur. Cumque in irritum cessissent officia penes Episcopum, ad Sac. hanc Congregationem convolarunt postulantes praefati decreti irritationem, ne jura ac prorogativae ecclesiae et Capituli violarentur, addita protestatione *pro omnibus damnis, titulis, proventibus, jurisdictionibus etc.*

Requisitus de more Episcopus votum Promotoris fiscalis transmisit suumque decretum hac ratione tuetur: Primam pastoralem s. Visitationem in Domino peragenti in hac Cathedrali nunc titulo Basilicae ss. Pontificis beniguitate decorata confestim mihi occurrit observandum, quod paroecia ibi instituta non solum magnam partem civium intra moenia degentium, verum etiam omne externum latissimumque territorium complecteretur. Quin-

que vero aderant Capellani Curati in totidem suburbariis ecclesiis residentes, qui et Sacrum diebus festis peragebant pro populo et sacramenta infirmis administrabant. Ast cum fideles adhuc cogerentur ad Cathedralem accedere vel ut matrimonia inirent vel ut Infantes baptizarent, non satis censui per hos provisum animarum saluti populique commoditati. Igitur et loci maxima distantia et animarum incrementum, quae ad quinque millia et tercentum pervenerunt, facile mihi suaserunt magnae utilitatis fore ad dismembrationem ejusdem paroeciae devenire.

Cumque haec animo volverem duo ex istis Capellanis Curatis nempe ecclesiarum ss. Philippi et Jacobi et s. Bartholomei Ap. mihi exposuere quod christifideles ipsis subjecti abhorrebant deferri sua cadavera in publicum non satis decorum Coemeterium attenta resolutione a Capitulo capta, ne amplius in Cathedrali tumularentur. Ad hoc addidere quod conventiouem inierant cum eo, qui Provicarii perpetui Cathedralis paroeciae munere fungebatur, solvendi isti scutata quindecim annua, si dictis Capellanis Curatis permitterem tumulare cadavera in suis ecclesiis ac ut omnes functiones parochiales exercerent proventusque stolae ipsimet addicerem; perpendeudo itaque quod hoc in parochianorum bonum redundaret Decretum confeci diei 11. Augusti proxime praeteriti anni prolatum, quo et jus tumulandi ac facultates peragendi omnes parochiales functiones praedictis Capellanis Curatis tribui, ea addita lege, ut non solum quisque praestaret scutata 15 annuatim Vicario perpetuo Cathedralis loco emolumentorum, quibus deinceps privabatur, sed et simul annis duas libras cerae albae insigni Basilicae Cathedrali in recognitionem in Dominum offeret. De hoc per me confecto Decreto nunc conquerentur apud Sacram Vestram Congregationem Canonici praefatae Cathedralis quasi eorum jura per illud imminuta sint. Attamen nullam mihi videtur gravamen ipsis exoriri cum nihil ab ipsis auferebatur et parochialis titulus non penes eos sed apud solum Archidiaconum resideat, cujus vices per Vicarium perpetuum ab ipso praesentatum et ab Ordinario approbatum exercentur. Ceterum dubitari nequit quod animarum salus gregisque augumentum hoc remedium exposceret; eo magisque iisdem de causis usque ab initio hujus saeculi Eminentissimo Cardinali Archetti tunc hujus ecclesiae Antistiti facultas tributa fuit a SS. Pontifice Pio VII. tres praecipuas Capellanias rurales in totidem paroecias convertere, atque per hoc pensio favore dictorum Capellanorum imposita fuit super bouis Beneficii b. Antonii Patavini, uti habetur in Brevi sub datum Venetiis XII. cal. Maji 1800. Quodsi hoc antecessor meus praeclarissimus non perfecit ac onus tantum residentiae Capellanis injunxerit, apertissime reservavit tamen sibi suisque successoribus jus alieni inposterum perageudi prout in Domino magis expedire videretur, sicuti legitur in Decreto ab ipso praelato diei 24. Apr. 1801. Itaque quod in animarum bono certe expediret recte valideque auctoritate mea fieri posse existimavi.«

Pro decreti robore et efficacia praeterea haec habet Procurator fiscalis:

Pastorale Episcoporum munus id praecipue exposcit ut animarum curae in Sacramentis administrandis assidue atque meliori quo fieri poterit modo provideatur. Quapropter locorum Ordiuariis facultatem Sacri Canones tribuunt novas ecclesias aedificandi novasque paroecias instituendi etiam invitis Rectoribus prioris ecclesiae,*) si hoc evidens utilitas suadeat vel necessitas exigat, prout arguitur ex apertissimo *textu cap.: Ad audientiam de eccl. aedific. Jura Episcoporum auxit et commendavit s. Trid. Synodus in sess. 7. cap. 6. 7.* et *sess. 21. cap. 5. de reform. mat.* ejusque robur *addidit Constitutio s. Pii V. quae est in Bullario n. 47.* At de evidenti utilitate vel etiam necessitate dismembrandi a Cathedrali Asculana Capellanias curatas extra moenia civitatis erectas ac eas speciatim quae majorem populi partem complectebant novasque paroecias erigendi tribuendique Capellanis Curatis ss. Apost. Philippi et Jacobi ac s. Bartholomei parochialia jura ac libertatem Sacramenta fidelibus ipsis subjectis administrandi haud ambigi valet. Quandoquidem necessitatem hanc recognovit et adprobavit usque ab initio saeculi ss. Pontifex Pius VII. in relato Brevi: In supremo apostolicae diguitatis Solio datum Venetiis XIV. Cal. Maji 1800 eamque recenseudo penuionem statuit supra Beneficium s. Antonii Patavini in Pariguauo, ut praedictae Capellaniae supprimereutur ac per Episcopum Asculanum adplicarentur paroeciis eorum loco erectis vel erigendis extra Urbem. Quodsi eo tempore

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

hoc necessitas requirebat cum auimae externi territorii vix attingerent numerum 2637 multo magis haec vim hodie habet quo praedictae auimae increvere usque ad termillium et 500 veluti ex hodierni Cathedralis Rectoris attestatione eruitur.

Caeterum patet uuicuique dissitos fideles cogi maximo iucommodo hyeme praecipue crudescente pueros externa die iu lucem editos ad Cathedralem ducere, ut in sacris aquis renovareutur. Patet quanta fuerit difficultas transferendi cadavera in remotum publicum Coemeterium. Patet quam inefficax adpareret sponsalium publicatio in Cathedrali cum de iis agebatur, qui quotidie foris versabantur. At sola moeuium divisio quandoque sufficieus videtur causa ad dismembrationem, veluti refert decisum *Lotterius de re benefic. lib. 1. quaest. 28. n. 26.*, itemque locorum distantia atque populi numerus ceu bene auimadvertit *Constantin. vot. 343. per tot.* ac de ea solum judicem competentem censendum esse Episcopum *tradit Barbosa de officio Episcopi alleg. 47. n. 2. 4. part. 3.* Itaque iuficiari nequit quin optime per Ordinarium provisum fuerit, cum Capellani Curati ecclesiarum ss. Philippi et Jacobi et s. Bartholomei degent extra Urbem, caeteris juribus parochialibus quibus potiebantur ea adjuxit ut conferre possiut baptismata pueris, defunctos in ecclesiis suis tumulare ac fideles in matrimonio jungere soluta tameu annua summa scut. 15 Vicario perpetuo Cathedralis ac praestita ecclesiae matrici oblatione duarum libr. cerae albae in testimouium filiationis ac subjectionis juxta tradita per Alexandr. III. in cit. *cap. Ad Audientiam de ecclesiis aedific.*

Quodsi unione vel dismembratione peragenda vocatio interesse habeutium de forma requiritur ceu innuit *s. Trid. Synod. sess. VII. de reform.* attamen animadvertere hic oportet jam adesse pontificium Breve cujus vigore praedictae Capellaniae Curatae poterant supprimi et eorum vice paroeciales ecclesiae erigi.

Cum vero ab Ordinario proceditur in vim facultatum sibi tributarum a ss. Poutifice, ac praesertim occasione primae s. Visitationis haud necessaria requiritur vocatio iuteresse habentium ut optime *docet Card. de Luca disc. 45. n. 9. de Beneficiis cum pluribus ibi* cumulatis, *Pirrhing. de reb. eccl. non alien. asser. 9.* praesertim cum non adesset clausula »vocatis vocaudis,« ac de evidenti utilitatis vel necessitatis causa dubitari nequit, *d. Card. de Luca disc. cit. et disc. 43. n. 3.*

Neque obstare videtur regula 12. alias 13. Cancellariae*) per quam uuioues et dismembrationis effectum non sortitae revocantur per obitum concedentis. Siquidem haec revocatio cessat cum unio vel dismembratio fuerit in parte effectuata sicut decisum reperitur a s. Rota *in decis. 394. n. 12. part. 4. F. 2., decis. 394. n. 4. part. 10.* At pontificium Breve fuerat jam in maxima parte absolutum usque ab auuo 1805 cum Capellanis praedictis peculiaris ecclesia impertita fuit in qua sua munera exercerent intra fines statutos, onus residentiae injunctum ac fori penitentialis jura concessa, absque ulla dependentia Cathedralis, quae omnia magnopere valeut ad constitueudam Paroeciam, uti habetur in *decis. 52. Divers. tom. 2. n. 26.* Et si aliquod adhuc deerat idem Emus Archetti jam expresse reservavit sibi suisque successoribus »facultatem variandi aliaque peragendi prout in Domino magis expedire judicabunt«. Profecto non est ambigendum quin posset Episcopus, ita suadente parochianorum utilitate, Capellanis Curatis dictarum ecclesiarum plurima parochialia munera independenter exercentibus reliqua etiam tribuere. Nec est dolendum quod egerit absque alicujus vocatione, cum haec solemnitas neque in pontificio Brevi neque in praecedenti exequutoriale Decreto locum ullum habuerit.

Accedit quod et ipsi Capellani ab Episcopo deputabantur absque alicujus dependentia eorumque congruae substentationi per Summum Pontificem et per Episcopum provisum fuerat siue ullo gravamine Cathedralis. Vocatio autem requiritur »*ut quilibet possit audiri in juribus suis per quae impedire queat dismembrationem, ut quia non adsit distantia vel fiat dismembratio partis fructuum antiquae parochialis ut assignentur de novo erigendae et in his terminis loquuntur decisiones contrariae, quarum neutra adest in praesenti hypothesi dum nova erectio ob magnam distantiam omnino fieri debuit et nihil prorsus detractum fuit de fructibus antiquae parochiae uti bene ad rem perpendit Constantin. in d. Voto 343. n. 21.*

Demum interesse habeutes existimari oportet in casu tum parochiani tum Archidia-

*) Vd. *t. II. p. 823.*

couus Cathedralis penes quem parochialia jura tantummodo resident cuique spectat deputare Vicarium perpetuum qui ejus vices gerat. Vocatio autem Capituli et Rmorum Canonicorum, qui nunc de re conqneruntur, non etiam videbatnr necessaria, cum ipsi nullum jus haberent nominandi vel Vicarinm perpetnum vel Capellauos Curatos ac nihil de suo conferant in Vicarii perpetui vel Capellanorum substentatioue. At si defuit parochianornm vocatio, ea ab nsu penitns inolevit ad tradita per *Ferraris Bibl. Jur. univ.* verbo: *Dismembr. add. in fine;* et si de Archidiaconi consensn uon constat uon ideo concedam Canonicis insurgere.

Contra tamen Canouici in allegatione circumferenda haec edisserunt. Monent praeprimis civitatem Ascnlanam loco valde amoeno ac omnino plauo sitam esse. Ecclesiam s. Bartholomei muris ipsius civitatis adhaerere et ecclesiam ss. Philippi et Jacobi nec unum milliarium a matrice Cathedrali Basilica abesse; idcirco nullam prorsus causam dismembrationis repeti posse ex locorum asperitate ac magna distantia cum in casu omnino exulent. Porro nemo ex doctoribus dicere ausit quod nec unius milliarii distantia legitima dismembrationis causa repntetur; qninimmo sola distantia absque viarum asperitate cansam dismembrationis minime praebet, *s. Congregatio in Bononien Dismembr. die 30. Maji 1835* §: *Porro:* ubi qnamqnam quinque milliariorum distantia snbesset, dismembrationem tamen denegavit. Quodsi distantia duorum vel trium lapidum conjnncta sit cum viarum asperitate, quae tamen accidentalis et discontinua reperiatur, nec eo in casu locum fieri dismembrationi contenduut. *S. Congreg. in Constantien. 30. Maji 1761* §: *Pro parte, Novarien. Dismembr. 12. August. et 18. Novb. 1747* et in *Lancianen. Dismembr. 18. Novb. ejusd. anni.* In themate nullam loci difficultatem haberi et distantiam milliarinm haud attingere, cen supra monitum.

Admissis sed etiam ejusmodi rerum adjnnctis nihilominns ad dismembrationem eo ipso hand deveniendum esse nrgent cum agatur de re iu jnre satis odiosa quippe quae alienationem sapit, *s. Congreg. in Massen. Dismembr. 9. Maji 1840, sed per Capellani* Coadjntoris deputatiouem esse providendum ad monitum *Barbosae in cap. 10. ad Concil. Trid. n. 10. Quod quidem procedit*, quatenus etiam parochianorum numerus valde excreverit, cum ex Trid. jure Episcopus possit utique parochum cogere ut Capellanum sibi adjnngat, quin ad dismembrationem deveniendum ab eo sit, *teste Barbosa loc. cit. u. 3. et 4., de Luca in adn. ad Conc. Trid. disc. 16. n. 2.* et *s. Congreg. in Firmana Dismembr. 24. Julii 1830* §. *At novae*, aliisque plena mann relatis auctoritatibns. Insurgnnt hinc in Promotorem fiscalem qui ad tuendam episcopalis decreti justitiam addncunt numerum parochianorum ab anno 1805 usque ad praesens 907 animarum incremeutum excepisse. Quidquid enim de hujusmodi angmento sit, animadvertunt in facto esse parochianos efficere numerum trium millium qninqeutorum, eumque inter quiuque Capellauos distributum reperiri. Observant insuper per tres ex *dictis Capellanis a Card. Archetti 1805* extra muros coustitutos satis abundeque singulis parochianorum necessitatibus spiritualibus consultum fuisse, ut ita quovis destituta legitimo titulo ceuseri debeat peracta dismembratio.

Futilem autem dicnut causam a Capellauis iu supplici libello Episcopo expositam, scilicet parochianos abhorrere a tumnlandis eorum cadaveribus iu horrido sepulchretto; qninimo falsum id omnino in facto apparere, quando quidem horridum haberi nequit coemeterium illud Ascnlanum, quod loco maxime amoeno situm, muris undique circumdatum floribus a cypressis ornatum est et in quo singulis diebus festis sacrificium missae litatur. Nec ceteroquin conqueri de eo licet exteruis parochianis, dum ipsi parochiani in civitate commorantes ab anno 1855 non amplius iu Cathedrali, sed iu eodem sepulchretto tumulantur.

Aliud nullitatis caput ex eo missa jnris solemuitate repetunt, ut enim rite ac valide dismembratio peragi queat, praeter legitimum titulum seu justam causam, juris etiam solemuitas copulative concurrat oportet ad monitum *Reclus. de re paroch. tit. 13. n. 55.* Unde evincnut necessitatem dismembratiouis legitimis modis, nimirum per confectionem processus esse probandam; assertioni enim Episcopi hac in re valde odiosa fidem hand esse praebendam tenent cum *Reclusio loc. cit. tit. 13.* Evincunt insuper onns parochum dismembraudae paroeciae audiendi per citationem.*). Quae parochi citatio ita necessaria

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

censetur ut nullam admittat excusationem. *Pignatell. cons. 230. t. 4. n. 18.* Atqui dismembrationem in themate nullo praeeunte processu vel examine peractam fuisse vel ex eo clamant quod brevi unius diei termino negotium omne absolutum fuerit; die *enim 30. Aug. porrectae a Capellanis preces fuere* et die *immediato 31. ejusdem* mensis dismembrationis decretum prodiit. Non fuisse insuper auditos vel citatos Capitulares et Archidiaconum prout fieri omuino debuisset cum cura habitualis penes utrumque resideat;*) quo in casu solius Vicarii perpetui *consensus haud sufficit, Lotter. lib. 1. de ben. cap. 28.* et *Reclus. lib. 12. loc. cit.* Quin officiat ad dismembrationem in actu s. Visitationis et tamquam Delegatum apostolicum Episcopum processisse; hujusmodi enim praerogativam ab adhibendis juris solemnitatibus haud eximere tenent *teste Pignatell. t. 4. consult. 230.* Nec utilius oggeri quod penes Archidiaconum non vero penes Capitnlum resideat habitualis animarum cura; id enim facto ipsius Episcopi refelli, qui eodem dismembrationis decreto praescripsit de ea Capitulum esse monendum, quod quidem supervacaneum fuisse dicnut, si Capitulum quovis jure super paroecia Cathedrali expers Episcopus ipse duxisset. Accedit Archidiacouum monuisse Capitulum ut contra decretum solemni protestatione sibi caveret. Verum citra etiam jus super habitualitate curae Capituli nihilominus consensum fuisse exquirendum in negotio dismembratiouis seutiunt cum *Leuren. in jus can. lib. 3. tit. 48. quaest. 996. n. 4. s. Congreg. in Anconitana Dismembr. 30. Aprilis 1803, Derthonen. Dismembr. 5. Aprilis 1734;* perperam invocari ajunt apostolicam potestatem iu dismembrationis negotio, quod ex jure praesertim *cap. 4. sess. 21. Conc. Trid. de ref.* expleri rite potest ab Episcopo; deteriorique consilio contendi auctoritatem apostolicam collatam iu memoratis literis sa. me. Pii VII. *1800, quibus pensio tantum scutator. 150 imposita fuit, ut Episcopus Capellanis,* quos extra moenia constituere in animo habebat, congruum stipeudium assignare posset. Ex disceptatis itaque decreti nullitatem tum ob legitimae causae defectum, tum ob dispectas juris solemuitates satis superque demonstrasse confiduut; proptereaque emolumenta veluti ab infecto titulo procurata et obventa restitui oportere matrici ecclesiae in

*) Vd. *p. 1109 n. 2.*

summa liquidanda concludunt, satis in facto probatum spolium existimantes.

Proponitur

D u b i u m:

An decretum dismembrationis sustineatur seu potius sit locus reportationi ejusdem decreti, reintegrationi favore matricis et restitutioni emolumentorum in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II., exclusâ restitutione emolumentorum bona fide perceptorum.

Die 30. Julii 1859.

Asculana.

Tria oppida Farni, Fleni et s. Gregorii ita jacent inter saltus Appeuinos ut Flenum medium sit distans a Farno secuudo lapide et a s. Gregorio supra mille passuum, a Farno vero ultra tria milliaria dissita sit Villa s. Gregorii. Via quae a Farno ad Flenum ducit intercisa est 2 torrentibus Triscino e Macchiolo, quae autem a Fleuo tendit ad s. Gregorium procedit per nemora et cacumina montium.

Una tribus hisce pagis est paroecia, quae hoc modo exercetur. Parochus residet in Farno, quod 17 continet familias et incolas 94. Ecclesia parochialis ss. Petri et Pauli una cum tabernaculo ss. Eucharistiae et Fonte baptismali exstat in Fleno, ad eamque ecclesiam parochus a Farno venit, ut universis ex tribus Oppidis parochianis baptisma ministret, matrimonia conjungat, funera curet. Caetera vero a Capellano Curato administrantur in Fleuo, quod incolunt 25 familiae et centum et 54 habitatores. Villa tandem s. Gregorii constans 10 laribus et capitibus 62 caret Capellauo et parocho, qui ad eam tantum accedit, ut Sacrum conficiat in 2. die festo Paschatis et Pentecostes, in festo s. Stephani, s. Gregorii Magni, s. Francisci Assisiensis.

Parochus autem congruam percipit in speciebus.

Quibus coguitis facile compertum erit quod Terrigenae Fleni et praesertim s. Gregorii spiritualibus subsidiis prorsus destituantur. Evenit enim iu Oppido Fleni ut mortui insepnlti jaceant. Nam parocho in Farno residenti hyberno praesertim tempore

impervium est iter ob interfluentes torrentes, ita ut promptus semper esse non possit ad mortuos sepelliendos. Major vero itineris difficultas paratur Oppidanis s. Gregorii, quibus impossibile est ad *Farnum* nec ad Flenum accedere cum aquae torrentium redundent et montes obrigent nive. Quo fit ut diebus festis careant Sacrificio Missae et divino verbo et plerumque mortem appetant sacramentis destituti et procul a praesentia parochi. Ideo cum saepius quoque inter parochianos et pastorem offensiones intercesserunt, timendum est, ne gravius aliquid secumferant.

Quibus commotus populus Fleni enixe ab hac s. Congregatione postulavit, dismembrationem paroeciae ita ut Flenum et Villa s. Gregorii subjiciatur parocho, qui in Fleno resideret, Farnum vero dismembretur et adjiceretur proximiori paroeciae s. Martini, a qua non procul abest, et aepe Farnenses illuc se conferunt, ut Sacris intersint, immo ex hac s. Martini paroecia suppeditatur infirmis Farnensibus ss. Viaticum. Eminent. Episcopus Administrator Asculanus, cui preces remissae fuerunt, curavit rem ad compositionem perducere, itemque proposuit »*ut e Villa Farni ad Flenum parochialis residentia traduceretur, idque ex eo, quia Flenum veluti in media via positum est s. Gregorium inter et Farnum, quod multo majori prae aliis animarum numero constat, et demum etiam nunc ibi ss. Eucharistiae Sacramentum custoditur, atque interim reliquis 2 Villis suus Capellanus residentialis deputaretur. Verum huic rei Farni Deputatus repugnavit*«. Abjecta omni compositionis spe Eminent. Episcopus rogavit sententiam illorum Oppidanorum et novit »*dissentientes esse animos populorum alterinsque in alteros pugnantes opiniones*«. Nam Farnenses omnino repugnant, ne quid de praesenti rerum statu innovetur. Flenenses quatenus a parocho Farni segregati parochus proprius ipsis et adjecto populo s. Gregorii concedatur, spondent augumentum decimae ad quartas frumenti 32, *Gregorienses* vero promittunt augmentum decimae ad quartas undecim, si Capellanus Curatus in Villa constituatur. Quare in sua informatione putat illis Oppidanis esse consulendum sed aliis quam ipsi postulant modis inferius recensendis.

Post haec, quae retulit Eminent. Episcopus, incolae s. Gregorii novas porrexerunt preces documentis roboratas, ut Sacerdos apud illos constituatur cum facultate administrandi Sacramenta.

Ex his igitur deliberandum erit num locus esse videatur dismembrationi paroeciae, seu potius aliis modis incolarum commodo consulendum sit. Profecto Tridentinum *sess. 21. cap. 4. de Reform.* jubet Episcopis, ut in iis parochialibus *in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt novas parochias etiam invitis Rectoribus constituere possint*«. Haec omnia incommoda in casu concurrunt et praeterea in Oppido s. Gregorii multi destituti Sacramentis decesserunt. Absurdum quoque videtur, ut, dum ecclesia parochialis, in qua asservatur ss. Sacramentum Eucharistiae, maneat in Fleno, parochus in Farno resideat. Ex quibus videtur facienda dismembratio, prout in similibus terminis definivit s. Congregatio *in Lunen. Sarzanen. Dismembrationis 8. Martii et 27. Sept. 1732* et in *Asculana Dismembrationis 11. April 1739.* Verum cum Dismembrationis remedium in subsidium adhiberi soleat, cum alia deficiant media, quibus saluti animarum prospici possit, ut statuit s. Congregatio *in Derthonen. Dismembrationis 5. Aprilis 1732* et in *Anconitana Dismembrationis 12. Febr. nuper elapsi anni*, inquirendum erit de iis mediis, quae ut superius dixi Eminentissimus Episcopus proponit.

Observat siquidem: *Fleni Oppidum uti alias diximus medium veluti inter Farnum et s. Gregorium positum est atque ab hac Villa paucis supra mille passibus distat nullo torrente aut flumine interjecto. Porro si Farni paroecia uti erat antiquitus relinquatur et Fleni Capellanus residentialis statuatur cum facultate Sacramenta administrandi, aliquo tamen Matricitatis jure penes Farnensem parochum relicto illius opera Incolae etiam s. Gregorii uti possent. Id enim si prestent, difficultates viarum atque alia incommoda, ex quibus divisionem a Farni paroecia expostulant, penitus excluduntur. Capellanus enim Fleni constituendus congruam suam reciperet et a s. Gregorii incolis (qui partem in Capellanum Fleni, partem in parochum Farni conferre possent) atque ut nunc ab hominibus Fleni ac demum sibi ex frumenti rubro, quod annuatim dicto parocho tradebatur, medietatem retineret. Hoc quidem satis aequum per se videtur, cum Farni parochus, si qua*

redditum parte spoliatur, labore etiam atque incommodo vacat, speciali videlicet animarum cura pro oppido s. Gregorii.

Animadvertendum tamen est, quod Gregorienses allatis testibus juratis probant, quod hyemali tempore impervius sit accessus etiam ad Flenum, cum nives per turbinem exagitatae ad extremum fere discrimen perducant itinerantes a s. Gregorio ad Flenum, vel a Fleno ad s. Gregorium. Inutilem proinde esse dicunt operam Capellani Curati, qui in Fleno maneat, cum nihilominus et Sacris carere et Sacramentis destitui in ipso mortis articulo cogerentur. Hinc etiam atque etiam presbyterum expostulant, qui in eorum Villa resideat.

Non repugnat Eminent. Episcopus, sed tamen necessarium esse putat, quod Gregorienses: »*Si suum desiderant Capellanum cum censibus ad vitam necessariis provideant. Idque sane nondum praestiterunt. Nam quod paucos assignent proventus, id quidem ad rem non pertinet. Pars enim in veteri congrua ad parochum pertinente includitur atque haec penitus tolli nequit ob gravem Farnensium inopiam, pars etiam inter bona communitatis recensetur, quae non sine opportunis facultatibus in Capellanum transferri possunt. Cum igitur eo in loco bona pro Capellani substentatione adhuc desint ejus erectioni locus esse non videtur. Qua de causa caeteris etiam attente consideratis, cum aliquo modo s. Gregorii Fidelibus succurrendum sit, opportunior mihi ea res videtur, ut cum Fleno in Sacris conjungatur et ab uno eodemque Sacerdote eadem Villa administretur*«.

Dubium proponitur:

An et quomodo sit locus dismembrationi paroeciae seu potius deputationi Capellani Curati in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II. juxta modum, nempe deputato Capellano Curato in Villa s. Gregorii cum congrua ab incolis assignanda et ab Emo Episcopo approbanda et cum facultate Capellani Fleni ss. administrandi Sacramentum baptismi et associandi cadavera.

Die 14. Jan. et 4. Febr. 1804.

13) Ecclesiae filialis cujus membra duobus parochis subjiciuntur non concessa.

Firmana.

Ager di Monte Fiore refectus est Incolis qui rura colunt et habitant quique subjiciuntur parochis in oppido curam animarum tam in Collegiata s. Lucae quam in ecclesia s. Petri exercentibus. Ex quo fit, ut agricolae habitantes extremam hujus agri regionem, cui ex rurali inibi constructa Aede inditum est nomen *della Madonna delle Fede*, cum tertio circiter lapide distent ab oppido, aegrius ad illud accedant praesertim hiberno tempore quo via deterrima fit et flumen quod interfluit Menochia ita redundat aquis, ut impervius sit vel a regione ad oppidum vel ab oppido ad regionem accessus. Quapropter saepissime ruricolae illi carent Sacris, fere numquam verbum Dei audiunt et non raro Sacramentis et aliis spiritualibus subsidiis destituti occumbunt.

Ad haec avertenda incommoda Sessores illius regionis della Madonna della Fede deprecati sunt s. Congregationem ut regio hujusmodi dismembraretur a paroecia oppidi novaque constitueretur in rurali ecclesia *della Madonna della Fede* in qua domicilium figeret novus parochus. Ejus vero congruae providendum fore proposuerunt per unionem et respectivam applicationem simplicis beneficii ss. Joannis et Vitalis erecti in ecclesia s. Vitalis, quae olim parochialis erat et deinde 1603 unita fuit Collegiatae s. Lucae oppidi Montis Florum. Qui nunc possidet hoc liberae collationis Beneficium Sacerdos Joseph Brignole assentitur, ut post ejus obitum novae paroeciae addicatur.

Parochi vero oppidi ad quos hujus regionis cura pertinet dismembrationi annuunt, 10 tamen adjectis conditionibus quae hujusmodi sunt:

I. Respicit prima ad statuendos novae paroeciae limites;

II, impositum novo parocho onus administrandi Curam Animarum habitantibus intra eosdem limites absque ullo praesentium parochorum incommodo;

III, jus tumulandi Incolas dismembrandae Regionis in ecclesia s. Mariae della Fede et percipiendi emolumenta Funerum in novum Rectorem collatum, quin parochi oppidi Montis Florum quidquam lucrentur;

IV, vicissim iisdem reservat omnia emolumenta Funerum simulque jus habendae functionis, si quis in ecclesia Montis Florum Sepulturam elegerit, proprio penitus rejecto parocho etiam ab associatione Cadaveris;

V, dismembrandos parochianos cogit ad implementum praecepti paschalis in respectiva Montis Florum paroecia independenter a proprio parocho;

VI, tribuit parochis oppidi vocatis occasione Funerum aut alterius Solemnitatis jus explendi Functionem;

VII, cautum ut in Solemnitate Ascensionis Domini quae celebrari solet in ecclesia s. Mariae della Fede non abbia il parocho alcun jus ma secondo il solito sia tutta di giurisdizione del Capitolo;

VIII, continetur reservata parochis oppidi libertas interessendi *anche non invitati* in dicta rurali ecclesia celebrationi Nativitatis Deiparae iisdemque interessentibus concedit *la giurisdizione di cantar Messa, e di far ogni altra casa indepentendemente dal proprio paroco.*

IX, injungit novo parocho onus accedendi ad oppidi Collegiatam in Sabbatho majoris Hebdomadae et Pentecostes, ut intersit *in totta alle Funzioni* et recipiat *l'acqua benedetta per il Fonte battesimale*;

X, tandem prohibet jus decimandi intra limites erigendae paroeciae illudque parochis actu residentibus reservat, dempto tamen novo parocho onere distribuendi Cereos benedictos in die Purificationis quod Montis Florum parochi sibi assumunt, erga Incolas *della Madonna della Fede.*

Erectioni novae paroeciae plaudit Archiepiscopus ne ea mala occurrant quae quandoque locum habuerunt, ut scilicet quis absque Sacramentorum ope et Sacerdotis praesentia decedat. At Sacerdoti praeficiendo bini parochi oppidi quibus est pro portione animarum cura in ea parte nil de eorum redditibus subministrare possunt cum tenues sint utriusque paroeciae fructus. Item incolae ipsi nihil contribuere valent cum paupertate laborent. Itaque petunt oratores incolae, ut redditus beneficii cui titulus est ss. Joannis et Vitalis novae paroeciae attribuatur. Hujus redditus si inspiciantur rerum pretia, quae nunc aucta sint, summam scut. 100 circiter attingunt. Ex quibus si subducantur onera, quae circiter scuta 36 quotannis occupant, residua est summa scut. 64 quae in stipendium novi parochi assignari potest.

At quartam et quintam ex volitis per oppidi parochos conditionibus reprobat. Reformandam enim saltem censet quartam quia licet recte conveniat, ut oppidi parochi functionem funebrem expleant, si ad oppidum tumulandi ruricolae deferantur, durum tamen est, ut parocho rurali simplex saltem associatio denegetur; abrogandam porro omnino putat quintam quae de praecepto paschali agit. Si enim ait ruralis haec paroecia eam ob causam est stabilienda, quia incolae distant ab oppido et non sine magno incommodo ad illud accedere possunt, eam ipsam ob causam ab onere satisfaciendi intus oppidum praecepto paschali liberandi videntur. Auditi quoque fuerunt Ministri Datariae apostolicae qui et ipsi causas petitae dismembrationis et applicationis probarunt.

Veruntamen cum haec applicatio fieri nequeat nisi ex nunc pro tunc scilicet quando beneficium vacaverit ideo sub die 12. Sept. proxime praeteriti Ruricolae ad obitum usque Beneficiati spirituali subsidio destituerentur, rescriptum est Archiepiscopo ut interim provideret Curae animarum *per deputationem Capellani Curati assignato congruo stipendio sumptibus utriusque parochi*, in reliquis ad judicium EE. VV. ablegatae sunt Preces. Interea dum haec agebantur Archipresbyter Collegiatae s. Lucae Joannes B. Manili qui alter ex parochis oppidi est supplicavit s. Congregationi pro unione Beneficii ss. Joannis et Vitalis favore suae paroeciae*) sibi assumpto onere retinendi Vicarium perpetuum ab Archiepiscopo approbandum cum annuo stipendio scutorum 100 ab Archipresbyteris pro tempore praestando sive pares sive impares huic oneri futuri sint redditus uniendi beneficii.

Repugnat ecclesiae disciplina dismembrationi parochialium *in cap. 8. de Praeben.* nisi justa adsit et necessaria causa et ii consentiunt quorum interest parochias non dismembrari. *Fagnan. in cap. ad Audientiam***) *I. de eccles. aedifican. n. 29., Garzia de Benef. part. 12. cap. 3. n. 3.* et s. Congreg. in *Januen Translationis parochiae 25. Januarii 1724* et in *Parmen. 12. Decbr. 1732.* In praesenti casu parochi s. Lucae et s. Petri oppidi Montis Florum inter quos divisa est cura Animarum, quae agrum incoluut, assentiuntur dismembrationi, qui consensus

*) Vd. *t. III. p. 985. VIII.*
**) Vd. *p. 1101*).

satis est ad actus solemnitaten, *cap. I. de ecclesiis non alienand., Pignatel. consult. 230. tom. 4. n. 18.* Ex Concilio vero Trid. *sess. 24. cap. 4. de Ref.* rata habetur ea dismembratio quae fit in iis parochialibus ecclesiis »in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta et divina Officia audienda accedere non possunt«. Quae certe conveniunt incolis Regionis della Madonna della Fede qui 3000 circiter passibus distant ab oppido et propter viae asperitatem et redundantiam aquarum Fluminis Menochia accedere ad oppidum nequeant et carent Sacris et in articulo mortis Sacramentis destituuntur. Ita enim testatur Archiepiscopus quem penes est arbitrium statuendi quae esse debeat distantia, incommoda, difficilis accessus ad dismembrationem obtinendam. *Menoch. de arbit. cap. 497. n. 4., Costa de remed. subsid. remed. 75. n. 4., Ricc. in Praxi Resolut. 476. n. 5., Pax Jordan. elucubr. canon. tom. 3. lib. 10. lit. 21. n. 5.*

Adverti nihilominus posset, quod ad dismembrationem obtinendam non sit habenda tantum ratio Commoditatis populi quantum impossibilitatis ut ad parochialem quasi omnino impervius sit accessus, *Barbosa ad Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. de Ref. n. 11., Fargn. de Jurepatron. part. I. Recen.* Rursus notandum quod dismembratio tum decernenda est cum alio modo parochianorum necessitati occurri nequeat. Ita sane Alexander III. in *cap. Ad Audientiam de ecclesiis aedifican.* parochianis qui ab ecclesia parochiali interposito flumine distabant, ut tempore hiemali cum pluviae inundarent illam adire non possent consuluit, ut instituteretur Sacerdos ad praesentationem Rectoris parochialis.

Hinc constat apud Canonistas, ut dismembrationi locus non est, quoties per Vicarium Curatum perpetuum populi necessitati suppleri queat, *Barbos. in cap. Ad audient. n. 2. et in adnot. ad Concil. Trid. cap. 3. n. 4., Rota decis. 178. n. 4., part. 19. t. 2. Recen. et in Leodien. Dismembrationis 15. Feb. 1712. coram Falconer., 1. Julii 1713 cor. Crispo* et s. Congregatio in *Lunen. Sarzanen. 14. Aprilis 1764* et in *Adrien. Parochialis 18. Decb. 1713.* Quamquam vero tenuis sit parochorum congrua et parochiani egestate laborent, ita ut Vicarium Curatum alere nequeant, attamen si erectioni novae parochiae consulendum non aliter est quam per applicationem Beneficii ss. Joannis et Vitalis jam ex eodem applicationis remedio Vicarii curati stipendium comparari posset quin necessaria paroeciae dismembratio videatur.

Quod si EE. VV. necessariam in casu existimabunt dismembrationem paroeciae tum inquirendum superest num parochis s. Lucae et s. Petri oppidi Montis Florum attribuenda sint ea jura pro decimis, pro praeeminentiis, pro jurisdictione et pro emolumentis funerum, quae dum assensum dismembrationi praebuerunt sibi praeservarunt expresse innixi juribus Matricitatis ecclesiae quaeque in superius enarratis conditionibus continentur. Haec quidem obtinerent si nova paroecia ex eorum redditibus esset erigenda ut tradit *Monacell. t. I. tit. 2. adnot. ad formul. 3. n. 12.* Aliter semper nova ecclesia parochialis jus habet ad decimas quae antea a Matrice percipiebantur ad *text. in cap.: Ad Decimas de restit. spoliat., cap. Ad Audientiam de eccles. aedifican.* ibique *Abbas n. 14.* et *Fagnan. n. 55.* praecipue si justa interfuit dismembrationis causa, *Barbosa de Offic. et Potest. parochi part. 3. cap. 28. n. 16., Louvrex. dissert. can. 15. n. 41.*, nec Matrici ecclesiae reservatur jurisdictio, *Rota in Melevitana Nullitatis Dismembrationis 17. Maji 1782 coram cl. me Card. Lancellotto*, sed aliqua tantum honorificentia in significationem matricitatis, ut statuit s. Congregatio in *Imolen. Dismembrationis 21. Junii 1729 ad II. Dub.*

Alterum proponitur Dubium ut EE. PP. consulant necessitati Incolarum Regionis della Madonna della Fede, si dismembrationem paroeciae denegabunt. His vero occurri posse videtur vel injuncto parochis onere assumendi Capellanum Curatum, qui his Incolis assistat atque ejus sustentationi ob inopiam paroeciarum per applicationem Beneficii ss. Joannis et Vitalis prospici posset vel eodem applicato Beneficio Archipresbytero s. Luciae ea lege ut Vicarium perpetuum assumat quemadmodum ipse a s. Congregatione deprecatus est. Cum tamen haec applicatio etiam in casu dismembrationis effectum sortiri nequeat nisi post obitum Presbyteri Brignole Possessoris Beneficii necessarium ideo, ut curae animarum interim consultum sit donec Beneficium vacaverit, et nisi jam imperata Capellani Curati provisoria deputatio arriserit, ut alia decernantur remedia quae magis apta ad spirituale ejus populi solamen videri poterunt. In quolibet tamen casu cavendum

ut beneficium vel in novum parochum vel in Archipresbyterum s. Lucae vel in Capellanum curatum transeat cum suis oneribus.

Duo sunt Dubia:

I. *An sit locus dismembrationi ecclesiarum parochialium Montis Florum et erectioni alterius in ecclesia della Madonna dell Fede in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An et quomodo sit providendum in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative in omnibus.

Ad II: Firma remanente provisione 2. Septembris proxime elapsi scribatur Episcopo juxta menten.

Die 21. Novbr. 1801.

14) Eccles. parochialis dismembratae congrua.

Vd. t. IV. p. 570. d.

15) Ecclesiae parochialis et unio cum Cathedrali concessa.

Forolivien.

Paroeciam s. Martini in Civitate Forolivii 1806 suppressit Foroliviensis Episcopus Mercurialis Prati, specialibus ab apostolica Sede facultatibus munitus et illius bonorum redditus parocho Hieronymo Sassi dum viveret concessit simulque statuit ut eo decedente bona parochis ageutibus praesertim iis, quibus suppressae parochiae populus committeretur, ab Ordinario essent applicanda. Antistite Prati jamdiu defuncto obiit parochus Sassi 1819 et hodiernus Foroliviensis Episcopus die 5. Julii decrevit, ut bona suppressae paroeciae s. Martini applicarentur paroeciae Cathedralis ecclesiae s. Thomae Cantuariensis, utpote nimium tenui dotatae censu, et cui populus s. Martini pro maxima parte fuerat adscriptus. *)

Quum vero dos ecclesiae s. Martini unico et pingui constaret praedio, idem Episcopus jussit, ut illud integrum unacum Domo parochiali dictae paroeciae s. Thomae assignaretur et 4 terrulae, ad ipsam paroeciam s. Thomae pertinentes, apostolico impetrato Beneplacito, paroeciae suburbanae s. J. Baptistae in Vico nuncupatae de Capuccini ad ejus levandam inopiam traderentur. Decreto suum praebuit assensum parochus Cathedralis Bartholomaeus Rinaldi, qui praevia declaratione dimittendi terrulas easque interea retinendi titulo administrationis, in possessionem praedictae Domus et praedii fuit immissus. Verum decessit parochus Rinaldi eique suffectus fuit Canonicus Aloysius Danesi, qui terrulas tradere detrectavit: quamobrem parochus s. J. Baptistae in Vico Franciscus Pastori supplex hanc s. adiit Congregationem atque ab ea terrularum applicationem suae paroeciae earumque traditionem decerni imploravit.

Requisitus de more Episcopus ut auditis interesse habentibus, ac praesertim parocho s. Thomae Cantuariensis, referret de annuo redditu et oneribus utriusque paroeciae comprehensis incertis stolae et de vera necessitate propositae dismembrationis bonorum; omnia hucusque narrata confirmavit et statum activum et passivum tum praedictae ecclesiae tum paroeciae s. J. Baptistae in Vico transmisit. Redditus paroeciae s. Thomae comprehensis incertis stolae et detractis tum stipendio duorum Capellanorum in annuis scutis 124 tum caeteris oneribus annua circiter attingere scuta 50. 30. affirmat parochus Danesi: contendit autem parochus Pastori unicum satis esse Capellanum et ita eosdem redditus pertingere ad scuta 143. Redditus autem paroeciae s. J. Baptistae anuuam conflant summam scut. 42. 90., ex quibus deductis sumptibus in scutis 25. 71. vix quolibet anno supersunt parocho scuta 17. 69. Sed hujusmodi calculum impetit parochus s. Thomae et asserit majores esse proventus, minores exitus.

Verum parocho s. J. Baptistae plenissime favet Episcopus, qui in sua informatione haec insuper habet: »*Patebit sane ex Inventariis redditnum onerumque utriusque paroeciae et tenuitas census ecclesiae s. J. Baptistae et commoda provisio parochi s. Thomae, qui praeter quamquod status ejus ecclesiae ab ipsa exhibitus fidelis et verus in omnibus non reperiatur, ut excipit parochus s. Joannis, nullis etiam subest oneribus (si demantur Census Principi solvendi) caeteris parochis communibus, non ecclesia vel Sacello manutenendo aut restaurando, non festivitatibus celebrandis, non sacrario vel sacris suppellectilibus ceterisque curandis: his enim omnibus aliunde providetur. Itaque cum constet de sufficienti provisione paroeciae s. Thomae,*

*) Vd. *t. II. p. 370. a; 965. I.*

etiam dismembratis quatuor petiis, de quibus supra, de utilitate ipsi obventa per assignationem bonorum paroeciae s. Martini ac tandem de nimia tenuitate census ruralis paroeciae s. J. Baptistae, censerem utique, annui posse precibus parochi Francisci Pastori, confirmando Decretum 5. Julii 1819, si tamen Emis et Rmis Patribus expedire videbitur.«

Congruam deberi animarum Pastoribus non solum eruitur *ex cap. de Monachis 12.* et *cap. Extirpandae 30. de Praebend.*; verum etiam ex *Concil. Trid. sess. 21. de Ref.* Haec autem congrua generatim sufficiens esse debet ad honestam parochi sustentationem atque ad tramites Concilii Trid. *sess. 24. cap. 13. de Ref.* pertingere deberet ad annua scuta 100. Attamen s. Pius V. in sua notissima Constitutione *Ad exequendum* mandavit ut portio parochis assignandam non major 100 nec minor 50 scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis et aliis obventionibus percipi solitis, eis omnino assignetur.

Itaque non satis provisum videtur parocho s. J. Baptistae, qui vix annua scuta 17. 69. percipit: quare causa dismembrandi 4 terrulas a paroecia s. Thomae Cantuariensis easque praefatae ecclesiae s. J. Baptistae assignandi nedum censeri potest aequa et conveniens, sed etiam summopere expediens ac urgens. Accedit 1806 ab Episcopo Prati decretum fuisse, quod bona suppressae paroeciae s. Martini post obitum parochi pauperioribus paroeciis essent assignanda; ideoque inter easdem distribuenda.

Commodam non patiebatur divisionem unicum sed pingue praedium, quo praeter parochialem Domum constabat dos paroeciae s. Martini, hinc integrum paroeciae cathedrali ob ejus redditnum tenuitatem fuit assignatum. Cum autem hujusmodi assignatione paroeciae cathedralis plusquam satis provisa esset adimplendum praedecessoris Antistitis Decretum censuit hodiernus Episcopus, ab ea posse memoratas terrulas dismembrari easque miserimae paroeciae suburbanae s. J. Baptistae adscribi. Igitur jam tum parochus s. J. Baptistae jus ad easdem terrulas habere incoepit, quod agnitum probatumque fuit a Sacerdote Bartholomaeo Rinaldi tunc parocho Cathedralis, qui terrularum administrationem suscipiens ad eas quandocumque dimittendas sese paratum exhibuit, quin ullam de redditnum deficientia exceptionem allegaret. Decessit parochus Rinaldi et animarum cura Aloysio Canonico Danesi concredita fuit, qui profecto melioris conditionis videri nequit; ac proinde terrulas dimittere debet, quas praedecessor retinere minime potuisset.

Dismembrationi tamen obstitit parochus Danesi ex eo imprimis, quia quotquot Rectores paroeciae s. J. Baptistae in Vico antea fuerunt nunquam de congrua deficiente conquesti sunt; quod non evenisset, si ea foret tenuitas redditnum, quam praesens parochus exponit. Animadvertit deinde, paroeciam cathedralis aliis Civitatis ecclesiis honore praestare ad redditibus esse inferiorem, quia gravioribus premitur oneribus: siquidem ob nimiam paroeciae amplitudinem duo millia animarum numerautis ad Sacramentorum administrationem parochus auxilio indiget duorum Capellanorum, pro quorum stipendio saltem annua scuta 124 sunt impendenda. Hisce addenda monet onera tributorum, vectigalium ac alimoniae praestandae igenti pauperum turbae: indeque factum dicit, ut dum ipse parochus designatus fuit in possessionem terrularum una cum caeteris paroeciae bonis absque ulla distinctione aut limitatione fuerit indictus.

Haec parochus Danesi: verum in facto constat tam ipsum quam ejus praedecessores parochos unius tantum Capellani opera et auxilio esse usos, Episcopus autem in sua informatione redditnum tenuitatem totque onerum gravamina a parocho Danesi exposita non obscure excludit et aperte confirmat non tam deficientiam congruae quam gravem inopiam paroeciae s. J. Baptistae in Vico. Restat igitur, ut Eminentissimi Patres pro sua sapientia dirimant quod proponitur

Dubium:

An sit locus dismembrationi et applicationi terrularum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative et esse servandam dismembrationem et applicationem factam ab Episcopo die 5. Julii 1819.

Die 26. Febr. et 16. Apr. 1825.

16) Ecclesiae parochialis a Prioratu concessa.

Camerinen.

Paroecialis ecclesia loci Mergo a D. Laurentio Martyre nuncupata unita prostat Pri-

oratui s. Angeli e Pino oppidi Serrae s. Quirici. Cum unionis decretum in tenebris delitescat, quo tempore facta fuerit, quaeque ejus causa, exploratum non est: traditione fertur tercentis abhinc annis decreta ad patratum in parochum homicidium vindicandum; interea populo Mergo vicariam praestat operam Capellanus a Parocho s. Angeli nominatus ad nutum et ab eo stipendio auctus. Modo supplices adstant Mergaueuses, ut post obitum hodierni Prioris dismembrationis ope ea ecclesia ad primaevum statum restituatur.

Parochus et paroeciani ecclesiae s. Angeli precibus adversantur. Rationes hinc inde deductae huc redeunt. Oratores certum retinentes olim utramque paroeciam fuisse divisam ita in supplici libello ratiocinantur: Qua vero de causa fuerit unio peracta, exploratum non est; quaecumque autem ea, si ob aliquod crimen poena ab integro populo soluta trium saeculorum spatio et iusuper utrum sufficiat Sanctitas Sua optime concipit; si ob necessitatem vel utilitatem paroeciae Merganae haec amplius hodie non cernitur, quia, perpensis omnibus, idonei Sacerdotes eam regendo deesse non possunt; habet ipsa parochianos 550 circiter (dum quo tempore habuit tantum 400 et insuper binas ecclesias filias habet parochialis): habet ecclesiam novam aedificatam proventusque semper, ut nunc, a Prioratu divisos inter 200 et 300 scutata versantes; aliunde s. Angeli Prioratus tantum habet circa tercentos parochianos, bona et ecclesiam propriam; imo ista necessitas vel utilitas ad unionem dissolvendam compellit, maximum enim in Merganum populum dimanat spirituale ac corporale detrimentum: Doctrinae christianae rudimenta parum traduntur, Sacramenta non crebro recipiuntur, Evangelium a perito Sacerdote raro explicatur, aegrotantibus et egenis parva adjumenta praebeutur. Ecclesiae suppellectiles sunt vel obsoletae vel dilaceratae et plerumque a locis piis suppeditantur; quibus invitis harum suppellectilium defectu ne functiones quidem solemnes, quae paucis vicibus peraguntur, exerceri nequirent; cuucta uno verbo non rite geruntur, cum persaepe Rectori ob haec moerore sine sua culpa affecto opus sit novum Ministrum Sacrorum praeficere, quia Capellanus mobilis parochi officio fungens, hac ecclesia non sponsa sua, totum seipsum non impendit, ut omuia exequatur; continuo dimitti periclitans meliora inquirit et statim ac voti compos sese hoc muuere abdicat atque discedit; ab unius discessu ad adventum alterius menses varii intercedunt et Archipraesuli Camerinensi, cujus pastoralis sollicitudo, doctrina et pietas insigui laude praefulget, ipsique Rectori s. Angeli summopere elaborandum, cum novus Capellauus difficile iuveuiatur: ab anno 1820 ad 1841 horum quinque demigrarunt. Haec omnia Oratores opportunis roborant monumentis.

Parochus contra et paroeciani s. Angeli nullam ajunt adesse causam, cur unio, quae perdiu stetit et perpetuo stare jussa est, ut in literis institutionis hodierni parochi legitur, modo destrui queat. Eteuim Mergi iucolis satis superque semper in spiritualibus provisum est per Vicarios Curatos, qui saue utpote stipendio aucti scut. circiter 90, comprehensis incertis emolumentis, spectatissimi semper et doctrina illustres Presbyteri inventi sunt; ac ad majora officia omues fere postea assumpti, ut ex impartiali coustat testimonio. Antiquitas et splendor ecclesiae s. Angeli postulat potius ut Mergana ecclesia ab illa nou separetur; viarum conditio, quae paroeciam s. Angeli a Mergana plebe dividuut, impervia est; etenim teste ipso Vicario apostolico Mergo ad s. Angeli del Pino Terrae s. Quirici ecclesiam tres semitae sunt: prima per viam Clementinam rotabilis et satis commoda, quae ad passuum 5000 circiter protrahitur: altera nuncupata delle stelle, prima milliario brevior, facilis accessus, si hyemale tempus excipias, cum senium Viatorum cursum retardet; postrema Forchiusa perhibetur 3000, accessus tamen nou facilis, maxime in hyeme. Illam autem ecclesiam Margani adire non solent, cum in propria plebali Vicarius parochus cuncta pastoralia muuia expleat. Sacris utensilibus magis pretiosis si caret ecclesia Mergana, si haud indigere docent, quando iuibi solemnes functiones non expleutur. Demum falso assertum fuisse doleut redditus actualis paroeciae assurgere ad sc. nummos biscentos vel terceutos: quum potius exhibito deceuali statu couficiant ex bouis paraeciae s. Augeli derivare quotannis redditum purum in scut. 104. 71, a bouis ecclesiae s. Laurentii Mergi in sc. 88. 60. compreheusis nempe in utraque incertis stolae emolumentis.

In hoc sententiarum conflictu hoc esset Vicarii apostolici suffragium: Rationibus ergo hinc inde mature perpensis, cum evidens sit,

numerum animarum Mergi plurimum excrevisse cumque Mergi Castrum antiquissimum sit et divites atque illutres amplectatur familias habeatque ecclesiam elegauter aedificatam, quae paroeciae titulum mereri est potis, et dato etiam quod parochi amissio fuerit in poenam, quodcumque scelus expiare tria saecula videntur sufficere, cumque boua Merganae ecclesiae qua ratioue nescitur sejuncta jugiter extiteriut, ejus essem submissae opiuiouis ut Emi Patres dismembrationem decernerent, sicuti in precibus, assignatis Mergauo templo bonis, quibus antiquitus fruebatur, relicta tameu Priori Piui pro tempori summa scutorum saltem quiudecim, quae superesse ex Mergi ecclesia dicuntur, tum in obsequium ecclesiae, quam tanto tempore Merganus populus tamquam Matrem est veneratus, tum etiam ne futuri s. Augeli Piui Priores petitae dismembrationis damnum experirentur.

Hoc Vicarii Apostolici votum in eo displicuit Merganensibus, quod respicit pensionem favore parochi s. Augeli: hanc neque redditus paroeciae substinere posse ferunt neque Capellanum hactenus hoc oneris substinuisse; ac propterea dicet multo minus, ut substineat parochus. Id iusuper adversum dicunt *Trid. Synodo sess. 24. cap. 13. de ref.* ubi disponitur pensionibus carere debere paroeciales ecclesias, quae summam annuam ducatorum centum non excedunt ut scilicet parochus integros habeat redditus, cum quibus pauperibus opem ferre possit, ceu explicat *Devoti Instit. can. XIV. sess. 4. n. 34.*

Quod dismembratio in jure odiosa sit nec absque urgenti necessitatis vel evidentis utilitatis ratione coucedenda nemo dubitat *ex cap. 3. Ad Audientiam in 3. Decret. de eccles. aedific.* sicut et quod magnus oppidanorum numerus et viarum distantia, quae sacramentis accessum valde reddat incommodum inter necessitatis vel utilitatis causas recenseantur, *Reiffenst. in lib. 3. decret. tit. 48. § 2 n. 12*; *Fagn. in dict. cap. Ad Audientiam n. 14.* atque in his rite dimetiendis multum defertur judicis arbitrio, ceu fuse enucleavi in una *Massanen. et Populoniae Dismembrat. Parochiae diei 9. Maji 1840.* Viderit itaque EE. VV. sapientia, num causae hujusmodi ita se exerant in casu, ut odium tollant dismembrationis. Equidem divisio illius ecclesiae, quae jam alias parochialis extiterat, facilius indulgetur quam novae parochiae erectio, *s. C. in Novarien. Divis. paroch. 19. Apr. 1760. § 4.* Ita etiam quamvis statutum ordiuario sit, ut, ubi per Vicarium provideri possit, paroeciae nou dismembrentur, *Constant. Vot. dec. 343. n. 8. et seq. cor. Ottobono:* tamen plures tradunt Doctores, quod si fieri potest, melius cousulatur per parochum, quia Vicarius mercenarius est et uon pertiuet ad eum de ovibus. S. C. in *Pisana 19. Apr. 1766 § 11.* Probe etiam pensandum num causae, quae adducuntur, perpetuae siut vel tolli aliter queant, secus haud convenit, ut ex precaria causa et tolli facili paroeciae perpetuo dismembrentur. Quateuus porro precibus Merganeusium annuatur, pensandum erit, num habito respectu ad redditus paroeciae, qui ex decennali statu superius memorato resultat, expediat impositio pensionis, quam proponit Vicarius apostolicus.

Dirimendum erit

D u b i u m:

An et quomodo permittenda sit dismembratio paroeciae in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus, restitutis bonis paroeciae Mergi quibus antiquitus fruebatur, facta quotannis in die festo s. Angeli oblatione ex librarum cerae albae elaboratae ecclesiae priorali Serrae s. Quirici in memoriam pristinae uuionis, facto verbo cum SSmo et notificetur Ministris Datariae apostolicae.

Die 8. Julii et 29. Julii 1843.

17) Ecclesiae parochialis unitae concessa.

Placeutina.

Unitae sunt ab immorabili tempore paroeciae s. Gregorii di Chiapeto et s. Christophori Arcis di Chiapeto, quarum una per duplicem lapidem cum dimidio viasque difficillimas distat ab altera. Qua de causa unitae fueriut latet; vixque ex actis Visitationis apostolicae expletae 1579 per Arimieusem olim Episcopum Castelli de perpetua coustat unione. Residere cousuevit parochus peues ecclesiam s. Gregorii, ubi parochiales tantum suut aedes, bisque ad summum in meuse ad alteram accedere s. Christophori et paucis ibi matutiuis horis morari. Quum

illius ergo loci populus *careret debita institutione in rebus fidei ac morum et Sacramentorum pabulo multaque laboraret ignorantia* Placentino Episcopo teste petierunt saepe idcirco propriae paroeciae dismembrationem, licet frustra ab ejus labente anno 1789 occasione concursus ad vacantem parochiam, seque paratos dixerunt ad parochialem novo parocho construendam aedem ejusque augendos redditus.

Justa Episcopo visa fuit *miserorum hujusmodi monticularum postulatio atque utrique populo satis profutura petita ecclesiarum separatio*, ideoque unum et alterum per edictum de hac re monuit populum incitavitque *ad sufficientem redditum pro singulo futuro parocho utriusque ecclesiae constituendum (utriusque enim ecclesiae proventus sunt admodum angusti)*. Statim parochiani s. Christophori solemnem emiserunt obligationem construendi domum parochialem et augendi annuos redditus ad scuta 75 cum incertis. Enixe contra parochiani s. Gregorii institerunt, ut res in antiquo relinqueretur statu eo quod tanquam pauperes nil hodiernis parochi redditibus addere possent. Sanctissimo igitur illi supplicarunt pro gratia dismembrationis sub oblatis conditionibus, precibusque ad s. Congregationem remissis, terminum interesse habentibus praefixit Episcopus ad deducenda eorum jura in eadem Congregatione ac de reliquis, ut in mandatis habuerat, distincte retulit.

Via, inquit, quae ab una ad alteram ducit parochialem ecclesiam, *nemorosa est, deserta, aspera, montuosa et quavis anni tempestate, praeter aestatem, difficilior ut tempore pastoralis Visitationis inspicere licuit.* Parochianos s. Gregorii, *dempta una aut altera familia, ceteros admodum pauperes esse nec nisi satis difficulter quidquam addere posse angustis parochi redditibus.* Ipsis propterea seu eorum paroeciae exhibuisse et exhibere *perpetuum augmentum annui redditus scutorum 18 etc. applicando eidem ecclesiae* pium legatum ejusdem redditus, quod est sub ejus dispositione; ita ut cum praesenti redditu scutorum 35, computatis incertis, annuus constitueretur redditus scutorum 53. cum quo confidit, ut *reperiatur Sacerdos, qui eam parochiam seorsim regat.* Eos tamen hoc non obstante renuere. Atque hinc censuit, *postulatam dismembrationem sub praemissa conditione augendi redditum ecclesiae s. Gregorii in memorata summa esse executioni demandandam et successive indicendum concursum pro utraque ecclesia.* Res igitur in contumaciam parochianorum s. Gregorii Vestrae proponitur deliberationi.

A tempore siquidem, cujus non est memoria, sub uno utrique populi fuerunt parocho neque ullus affertur casus, quod defecerit unquam parochianis s. Christophori Sacramentorum administratio vel aliquis sine spirituali decesserit assistentia aut infantes sine Baptismo. Haec namque, potius quam loci distantia, justam praebere possent causam dismembrationi parochiae secundum *Barbos. in Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. n. 11. de ref.*, sed eam in proximis terminis denegavit s. Congregatio *in Eugubina Dismembrationis 31. Juli 1790 ad I. et II. dub.*

Brevis contra non est inter unam et alteram parochiam distantia duplicis lapidis cum dimidio eamque graviorem reddit via *nemorosa, deserta, aspera, montuosa et quavis anni tempestate, praeter aestatem, difficilis.* Ex utroque sane incommodo novae parochiae erectionem permittit *Trid. Synodus sess. 21. cap. 4. de ref.* Licet vero in jure definitum non sit, quanta esse debeat conciliaris distantia, ideoque judicis arbitrio relinquatur, ut ait *Fagnan. in cap. Ad audientiam de eccles. aedifican. n. 18. in fin.*, sufficiens tamen ab aliquibus reputatur, si in secundo consistat lapide, *Ursaya discept. eccles. 14. n. 11. et seqq.* et *n. 122.*, *Pirhing. in jus canon. cap. 16. n. 31. t. 1.*, maxime ubi *asperitas accedit viae*, *Fagnan. in cit. cap. Ad audientiam n. 19.*, *Amost. de caus. piis cap. 4. n. 10. et s. Congregatio in Meliten. Dismembrationis 29. Jan. 1736.* Deficiunt quidem exempla, quod decesserint parochiani absque Sacramentis vel infantes sine Baptismo, sed aliud testimonio Episcopi est malum, quod *misellus ille Grex bis ad summum in mense sui Pastoris vocem audiat ejusque Missae in propria ecclesia assistat debitaque institutione in rebus fidei ac morum et Sacramentorum pabulo careat multaque ignorantia laboret.* Nil insuper per dismembrationem detraheretur de redditibus parochiae s. Gregorii, dum ei Episcopus, ad compensandam jacturam reddituum alterius parochiae s. Christophori, applicationem despondet pii legati annui redditus scutorum duodeviginti. Ac satis tandem consultum esset novo parocho per oblatam parochialis domus constructionem et scuta 57 cum incertis.

Decernere igitur dignentur EE. Vestrae:

An et quomodo sit locus dismembrationi parochiae s. Christophori in casu?

S. C. resp.:

Affirmative juxta votum Episcopi.

Die 28. Maji 1791.

18) Ecclesiarum parochialium a capitulo cathedrali dependentium concessa.

Vd. p. 1124. n. 5.

Bellunen.

Alias inter paroecias quae a Cathedrali Capitulo Bellunensi in ea Dioecesi dependent urbana ecclesia s. Blasii ac altera finitima ecclesia de Bolzano in suburbiis Belluni adnumerantur, quarum jurisdictioni aggregationes quaedam domorum 1860 subjiciebantur in interjecta agrorum regione, quae vulgo nuncupantur le Fornaci, la Cerva, Campaz, Catin, Belveder, Casenuove, la Vigna, Rumac e Mussoni. Praedicto anno Episcopo Bellunen. cum ecclesia Bolzani vacaret opportunum non modo sed necessarium etiam visum est, ut fines utriusque paroeciae rectius et utilius constituerentur. Antequam vero id perficeret, ita de statu utriusque paroeciae, de Parochianorum necessitatibus deque utilitate dismembrationis ad civilem auctoritatem literis diei 27. Sept. 1860 referebat.

Aperiens ergo Episcopus conceptum consilium Capitulo Bellunensi eidem ajebat literis 12. Sept.: »Prima di fare alcun passo bramo di conoscere se ad esso sembri in massima opportuna tale misura, e quali condizioni sieno da apporsi nel caso dell' alterazione.» Capitulum Ordinarii votis adhaerens literis diei 24. Sept. ita ad Episcopum rescripsit: »Questo Capitolo non ha difficoltà di concorrere in massima col suo voto, perchè la parte di quà del Rui di Mussoi venga smembrata dalla vacante parrocchia di Bolzano, ed aggregata alla parochia urbana di s. Biagio. Quanto poi alle condizioni .... in mancanza di dati concreti, si limita al riflesso, che da un lato sia da evitare per quanto è possibile la diminuzione delle rendite del Benefizio di Bolzano, già abbastanza povero, affinchè la troppo tenuità di essa non faccia ostacalo al concorso di Sacerdoti capaci, e d'altra parte non sieno da aumentarsi i pesi al Beneficio di s. Biagio senza la sicurezza di un congruo compenso. Alle quali difficoltà il Capitolo non può dubitare che la saviezza e prudenza di Mons. Vescovo non sia per possibilmente provvedere prima di decretare la progettata smembrazione.«

Nec aliter opinatus est civilis Provinciae Praeses, qui cum a Bellunensi Antistite notitiam accepisset de peragenda dismembratione (quod Episcopus praestitit ut concordiam inter utramque potestatem magis foveret) deque ipsius dismembrationis peragendae causis et de Consensu a Capitulo et a parochianis jam praestito, nihil obesse respondit, quin eadem dismembratio executioni committeretur.

His igitur praehabitis die 24. Oct. 1860 Episcopus dismembrationis decretum edidit.

Contra hujusmodi decretum nulla ab initio mota est querela. Quin imo imperialis Gubernii Venetiis Locumtenens die 19. Novb. illius anni ut ex actis eruitur Decretum ipsum tanquam consonum hac super re imperialibus dispositionibus acceptum habuit. Cathedrale vero Capitulum, cum interea temporis ecclesia Bolzani novo Pastore donata fuisset, die 5. Novb. Episcopo retulit: Che colla Bolla di canonica investitura del Beneficio parrochiale di Bolzano fu consegnato al nuovo provisto il decreto originale 23 (24) Ottobre sud. n. 301. relativo al parziale smembramento della parocchia di cui fu in oggi immesso nel possesso.

Ac tandem Incolae loci Mussoi numero decem et novem »Rappresentanti tutte la famiglie della Frazione Mussoi« audito in ecclesia episcopali decreto, profitentes se ben soddis fatti di una disposizione che ha per iacopo il nostro vantaggio, ut ipsi ajebant, id unice ab Episcopo expostularunt, ut opportune consulere vellet quoad oblationes aliaque onera ab ipsis sustinenda favore novi parochi simulque peculiarem administrationem bonorum ecclesiae Mussoi constituere dignaretur. Quibus votis ut satis fieret, sequenti alio Decreto diei 12 Octobris 1861 Episcopus praecepit:

1. I frazionisti di Mussoi corrisponderanno le tasse per nati, matrimonii e morti, e fedi parrochiali eguali a quelle che corrispondevano come parrochiani di Bolzano.

2. I funerali verrano fatti nella Chiesa succursale di Mussoi dal Parroco di s. Biagio, assistito dal Nonzolo di quella Chiesa, e i cadaveri verranno quindi direttamente trasportati al Cimitero Comune.

Displicuit quidem Capitulo Bellunensi nova haec dispositio, quippe quae eo inaudito edita; nil tamen ulterius Capitulum petiit, nisi ut factum illud exemplum in posterum suppeditare non deberet contra capitularia jura, utque ordinatio quoad funera villicis tantum faveret. Post haec quiete omnia juxta peractae dismembrationis decretum aliasque Episcopi ordinationes processerunt.

At die 8. Augusti praeteriti anni quidem Angelus Colle et Sebastianus Mares tamquam Fabbricieri ecclesiae Bolzani supplicem ss. RR. Congregationi libellum porrexerunt, quo peractam dismembrationem acriter impugnantes animadvertebant inprimis ss. Pontificem Gregorium XVI. f. r. natum in Mussoi et Bolzani s. fonte ablutum adeo utrumque locum dilexisse, ut nedum ea Monachus quotannis inviserit, sed iisdem ss. Reliquias et suppellectiles Pontifex donaverit ac praeterea fundum constituerit pro Missae Sacrificio singulis diebus festis in Mussoi aliudque etiam fundum dederit, cujus redditibus anniversaria suae Nativitatis dies et festum s. Gregorii ibidem a parocho Bolzani celebraretur.

. . . His tandem expositis rationibus i Fabbricieri interpreti di tutta la parrochia di Bolzano domandano, e pregano, che Mussoi sia ritornato sotto la parocchia di Bolzano . . . . . Cui etiam voto adstipulari retuleruut Oratores Joannem Antonium Capellari della Colomba magnum Ordinis Hierosolymitani Venetiis Priorem et Gregorii XVI. Nepotem. Hujusmodi preces ad hunc s. Ordiuem a ss. RR. Congregationis Secretario transmissae ablegatae per me fuerunt Episcopo, ut Capitulum et parochum in scriptis audiret et una cum informatione et voto documenta ad rem facientia transmitteret. Nil moratus est Bellunensis Antistes ut suo muneri satisfaceret, et una cum literis diei 17. Januarii h. a. acta omnia transmisit ex quibus expositam rei historiam diligeuter deprompsi. Et hic affert Episcopus eas omnes circumstantias et causas Dismembrationis quas ego ex aliis ipsius Antistitis literis EE. VV. jam exhibui.

Episcopo, ut ipse jam innuit, refragatur Capitulum; adhaeret vero in omuibus uterque parochus. Primum enim unanimiter ut in actis legitur declarat »doversi ricouoscere per parte sua che il ricorso è basato sulla verità dei fatti, meno alcune, non però sostanziali espressioni, le quali uou preguidicauo l'esseuzialita della questione.« Explicans deinde praestitum a se consensum pro dismembratione fatetur quidem verum esse »che per ragioni in parte accennate nel ricorso, ha concorso in massima col suo voto pel progetto di smembrazione,« addit tamen verum pariter esse »che quel voto fu limitato alla massima; . . . . . non essendogli stato sottoposto verun dettaglio nè su i precedenti, nè sulle conseguenze di tale smembrazione: e quindi ha creduto dover ritenere che la saviezza e prudenza di Monsignor Vescovo avvebbe proveducto per evitare gli scogli e gli attriti. Ma l'esperieuza ha mostrato che . . . il Benefizio parochiale di Bolzano di già abbastanza scarso rimase più ancora impoverito; che il Beneficio parocchiale di S. Biagio veune aggravato di nuovi non indifferenti pesi seuza congruo compenso, e che la generalità degli abitanti della parocchia di Bolzano, compresi quelli del' territorio scorporato, restò malcontenta di quella smembrazioue.« Hinc concludit desiderare e far voti anche esso, perchè la Frazione Mussoi e tutto il territorio scorporato . . . . . , venga riunito come prima alla parocchia di Bolzano.

Ambo vero parocchi hujusmodi Capituli deductionibus palam contradicunt.

Opponunt quidem Oratores Fabbricieri hujusmodi parochorum testimoniis auctoritatem Josephi Persicini, parochi olim Bolzani, nunc vero Cathedralis Capituli Canonici, qui affirmat, parochianos Bolzani semper obstitisse dismembrationi, eaque peracta non leve damnum illius loci parocciae obveuisse, itemque ss. functiones in Mussoi solemniori modo antea celebrari consuevisse; quanti tamen hujus Canonici testimonium ab oratoribus ad hanc s. Congregationem transmissum faciendum sit contra actualium parochorum attestationes et Dioecesani Antistitis informationem Emtiis Vestris judicandum relinquitur.

Haec ex productis documentis diligenti studio excerpta sunt, ut controversiae status plene dignoscatur quae certa regula definiri non potest: cum enim quaestionem potius nudi facti exhibeat, individuis circumstantiis juxta singulorum casuum particulares qualitates resolvenda est ad tradita per *Card. de Luca annot. ad Conc. Trid. sess. 21. 4. c. disc. 16. n. 2.* Nounulla modo subnectam in jure, quibus earundem circumstantiarum examen regi debet.

Neminem latet, quamlibet dismembrationem beneficiorum speciem quamdam alienationis prae se ferre, quae regulariter prohibita est: *Abbas Ad cap. ad Audientiam de Eccl. aedif., Card. De Luca 1. l. n. 3., Reiffenst. in lib. 3. Decr. tit. 48. §. 2.* Quod magis urget in dismembratione paroeciarum, quae veterem ovilis societatem disrumpit ejusdemque cum antiquo Pastore consuetudinem destruit ac res jamdiu bene constitutas subvertit. *Lotter de re benef. lib. 1. quaest. 28. n. 17.* Hinc nonnisi concurrente aliqua justa causa, et in subsidium, cum alia scilicet media deficiant, quibus saluti animarum consuli valeat, ad hujusmodi dismembrationes paroeciarum adveniendum est. *S. Congreg. in Derthonen. Dismembr. 5. Aprilis 1732; Terracinen. 17. Martii 1781; Anconitana 12. Febr. 1803.* At licet locorum distantia sive aliae difficultates, ob quas non sine magno incommodo parochiani accedere valeant ad paroeciam, legitimam exhibere possint dismembrationis causam: *S. Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref.*, vel ipsa duorum circiter lapidum distantia quae inter Mussoi et Bolzanum intercedit, non magnam in casu accessus difficultatem prae se ferre videtur. Via enim nec praerupta nec salebrosa est nec unquam Praedecessores Episcopi (qui ceteroque proprio defuisse muneri haud dicendi sunt) nunquam in hujusmodi distantia legitimam agnoverunt causam, qua Incolae Mussoi a parocho Bolzani dissociandi essent. Transitus vero parochi s. Blasii per alienae paroeciae territorium, ut ad suas oves accederent, nullam anteactis temporibus querelam excitavit. Tota igitur causa, cui episcopale dismembrationis decretum innititur non in absoluta et vera distantia ejusque difficultate versatur, sed unice in majori minorive itineris faciendi brevitate et commoditate consistit, comparatione instituta majoris propinquitatis inter Bellunum et Bolzanum. Quod tamen peractam dismembrationem minime sustinere posse videtur, ne secus ratione tantum majoris commoditatis, quae communissima esse potest, quamplurimae paroeciae dividendae sint.

Quod si praefata distantia aliquod etiam incommodum inferret, ut monet Episcopus, non illico extraordinarium remedium Dismembrationis adhibendum esset, sed potius per deputationem Capellani aut Vicarii subveniendum juxta praxim sacrae hujus Congregationis, ut videre est prae aliis in una *Sedunen. Dismembr. 11. Junii 1718.* in qua cum per delegationem Vicarii provisum jam

esset necessitatibus parochianorum, hic Ordo dismembrationi paroeciae locum esse denegavit. Nec mirum, quandoquidem dismembratio, quae subsidiarium remedium reputatur, aptari non debet nisi alia omnia media deesse compertum sit: *Rota Decis. 21. n. 10. cor. Falconerio et s. Congregatio in Cassanen. Dismembrationis 17. Dec. 1740 et in Aquilana Dismembrationis 8. Febr. 1744.*

Praeterea ad praecavendas fraudes, praeter justam necessariamque causam, ss. Canones quasdam etiam praescripserunt solemuitates, quas praeterire non licet. Inter praecipuas vero ea est, ut vocetur et audiatur ecclesiae Rector,*) eaque vacante Defensor ab Episcopo deputandus, itemque audiantur parochiani, Patroni aliique omnes quorum interest, uti eruitur ex *cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6; cap. 1. Ne sed. vacant. Rota par. 13. Dec. 165 n. 9. et seq., Barbosa de offic. et potest. Episc. par. 3. alleg. 67. n. 17, Ferraris v.: Dismembratio.*

At dismembratio territorii Mussoi perfecta fuit ab Episcopo, vacaute ecclesia Bolzani, quin aliquis ejusdem tuendis juribus fuerit constitutus defensor. Capitulum vero a quo paroecia Bolzani dependet itemque populus dismembrandae ecclesiae Episcopi interpellationi generice quidem assensum dederunt, specificum tamen nec requisitum est nec obtentum. Quare elapso nondum anno a primo episcopali Decreto, ad querelas parochianorum super incommodis a Dismembratione derivantibus amovendas novo alio Decreto Episcopus uti debuit, de quo cum ipso Episcopo non leviter conquestum est Capitulum. Si vero qui fabricae ecclesiae Bolzani praeficiebantur, quorum interesse quoad dissociatam ecclesiam in dubium revocari non potest, nullatenus interpellati fuere, quapropter acriter episcopale Decretum oppugnant.

Ita vero ad tramites juris quae contra Dismembrationem allata sunt, ea modo rationum momenta pertractanda veniunt, quae episcopale Decretum sustinere videntur. Occurrit imprimis animadvertendum, agi in casu de Dismembratione quae a tribus annis suum consecuta jam est exitum, ex quo forsan arguendum sero nimis hodie querelas moveri, nec immerito ex hoc ipso dubitari posse, utrum ex justitia causae vel potius ex studio partium eaedem proficiscantur. Praesertim cum uterque parochus nil contra episcopale

*) Vd. *p. 1109. n. 2; t. II. p. 1078. c.*

Decretum sentiat et ex Iucolis Mussoi nounisi tres reperti fuerint qui meuse Febr. 1863 Episcopum rogaruut per ritornare colla propria Chiesa di Mussoi ad apportenere alla Parrocchia di Bolzano.

At his praemouitis, si de distantia sermo sit ex qua ad Dismembrationem legitime procedi valeat, recolam Doctores, qui definire studeruut hujusmodi distantiam, de qua *Conc. Trid. sess. 21. cap. 4*, ubi constitutio Alexandri III. in *cap. Ad audientiam de eccl. aedif.* confirmatur, minime inter se cohaerere. Nonnulli siquidem teuent satis esse distantiam, si populus segregandus duplici regio lapide a parochiali ecclesia dividatur, *Pignatel. Consul. can. 230. n. 5. tom. 4*, *Reclus. de re paroch. p. 1. tit. 12. n. 87.* Verum prae ceteris optimam videtur tradidisse regulam *Fagnanus in cap. ad Audientiam n. 18.* Magna siquidem longinquitas juxta ipsum uecessaria non foret, sed talis ut exinde sine magno incommodo parochianis non pateat accessus ad ecclesiam, quanta vero eadem esse debeat, ut magnum incommodum adesse dicatur, cum iu jure defiuitum non sit Judicis arbitrio relinquendum est. Qua super re non aliter etiam docuerunt *Rebuff. in prax. benef. p. 1. tit. de erect. in curatam et paroch. n. 9.*, *Menochius de arbitr. cas. 497. per tot.*, *Barbos. Collect. Doct. in Conc. Trid. sess. 21. c. 4. de Ref. n. 8*, qui arbitrio Episcopi relinqui ajuut, quantum una ecclesia ab altera distare valeat, ut parochiani Sacramenta commode iude sumere possint. Judex euim prae omuibus competens qui locorum atque iucolarum adjuncta adamussim aestimare valeat est indubitanter Episcopus. At iucolae Mussoi duplici circiter lapide et ardui itineris via ab ecclesia Bolzani absunt: experientia praeterea docuit, easdem nounisi uno alterove solemniori festo ad parochialem accedere, ac potius propinquiorem Civitatem adire ibique Sacramenta suscipere et ss. functionibus interesse et extrema Religionis subsidia ab ejusdem civitatis sacerdotibus expetere ante dismembratiouem consuevisse. Hinc etiam eveniebat quod parochus raro gregem inviseret et pueri necessaria fidei rudimentorum instructione carerent. Quae quidem abnormis conditio ex locorum distantia et difficultate promanans, docente Episcopo, tunc cessare iucepit cum iidem ecclesiae s. Blasii adscripti fuerunt. Legitima ergo praesto fuisse causa videtur, ut Dismembratio decerneretur juxta resolutioues huj. s. Ordinis in *Aquitanen. seu Sorana 29. Januarii 1848 et in Verulana 10. Maji 1862.* Quarum in postrema nempe in Verulana Eminentiae Vestrae Dismembrationem juxta votum Episcopi perficiendam esse respouderunt, licet in agro Verularum providentia s. m. Pii VI. Capellani residentiales instituti fuerint, qui jam animarum curam sub respectivis parochis exercebant. Quoties euim non de adaucto tantum Iucolarum numero agatur, sed res sit de distantia et itineris difficultate, materialem potuis dismembrationem praeferendam esse, ut oves non per mercenarium sed per verum Pastorem agnoscantur et rogantur, docent *Fagnan. in cap. Ad audientiam n. 18*, *Reiffenst. lib. 3. Decr. tit. 4. n. 13*, *Leuren. Jur. eccl. Lit. 3. tit. 8. quaest. 994. n. 2.*

Post causae disquisitionem pauca circa solemuia Decreti Dismembrationis addenda videntur. Et revera admissa legitimitate causae, etsi solemnia neglecta fuissent, non inde Dismembratio nutaret, sed potius revalidari deberet, non obstante interesse habentium dissensu, qui tamquam irrationabilis sperneudus esset: *Fagnan. loc. cit. n. 30. et 52.*, *Ferraris v.: Dismembratio.* Sed in casu seponenda est hypothesis, cum facta diserte loquantur. Re quidem vera Belluuense Capitulum Episcopi interpellationi respondebat: »Questo Capitolo non ha difficoltà di concorrere in massime col suo voto«, deinde decretum ipsum dismembrationis novo Bolzani parocho incunctanter notificabat: ac tandem dum de alio decreto super parochialium proventuum divisione conquerebatur cavit tantummodo, ne illud exemplum inposterum contra jura Capituli adduceretur. Item incolae Mussoi quibus publice in ecclesia perlectum est dismembrationis decretum semet professi sunt »ben soddis fatti di una disposizione che ha per iscopo il nostro maggiore spirituale vantaggio.« Quapropter nullum adesse dubium videtur super consensu eorum qui ad tramites juris interpellandi erant: nec iidem audiendi forte sunt, si vel proprio marte vel ex aliorum impulsu palinodiam hodie canere nitantur: siquidem incivile sit contra propriam confessionem exsurgere, et quod semel mature perpensum placuit, reprobare.

Proponam EE. VV. judicio dirimendum

D u b i u m :

An et quomodo sustineatur episcopale Decretum Dismembrationis diei 24. Octobris 1860 in casu?

S. C. resp.: Affirmative in omnibus.
Die 23. Apr. 1864.

19) Ecclesiarum parochialium juxta regiones.

Senogallien.

Tres in Civitate Montis Bodii constitutae sunt paroeciae, quae subjectum habent populum nedum in Civitate morantem sed in circumstante agro, qui a Flumine Misa et Torreute Tripouzo intercisum longe ad millia passuum septem porrigitur. Divitem siugulae paroeciae habent ceusum et multum animarum numerum. Nam paroecia s. Crucis, quae sedente S. M. Pio VI. Collegiatae houorem meruit, annuum habet redditum scutorum 953. 60 et capita 2991., altera s. Luciae scuta 613. 55 et capita 1441. et tertia S. Gregorii scuta 556. 20. et capita 1373. Animarum numerus hujusmodi est ex descriptione facta 1802, sed nuperis hisce temporibus accrevit potius quam defecit. Ita vero parochi curam exercent, ut non certas regant distinctasque regiones sed familias, quae ubicumque loci in paroecia sint, ejusdem semper designatique parochi jurisdictionem agnoscunt.

Hanc quae hactenus obtiuuit paroeciarum administrandarum rationem nunc immutandam postulant Capitulum et Magistratus Montis Bodii. Plurima siquidem incommoda animarum saluti obvenire contendunt, cum remotiores ruricolae ob longum imperviumque ad parochiales ecclesias iter destituantur Sacramentis, Pastoris vocem non audiant Sacrisque saepe interesse nequeant. Quare a ss. Domino Nostro postularunt suppressionem trium paroeciarum Civitatis, ut 5 novae erigerentur paroeciae, simulque, ut ex superextantibus redditibus trium praesentium paroeciarum fabricae ecclesiae collegiatae consulatur. Modus vero quo haec fieri debent expositus fuit in separato folio, quod prospectum vocant, et uoscere praestat.

Quinque itaque erunt instituendae paroeciae ex tribus supprimendis, cum aut has sponte aut morte coacti presentes parochi dimittant. Archipraesbyter Collegiatae et actualis parochus s. Crucis curam in Civitate et suburbiis exercet cum annua congrua scutorum 200 et ipse paratus est paroeciam modo cedere, dummodo sibi suisque successoribus loco praebendae et congruae scuta haec 200 augeantur ad annua scuta 425 et dummodo habeatur tamquam praesens in choro et lucretur distributioues cum Sacramentales excipit confessiones.*) Alter parochus constituatur in ecclesia s. Gregorii eique subjiciatur illa agri pars, quae sita est in agro ad Septentriouem citra flumen Misa et Torrentem Triponzo. Tertius Parochus instituendus in ecclesia s. Luciae regat animas, quae habitant ad meridiem citra Misa et Tripouzo. Quartus et Quintus praeficiatur incolis ultra flumen Misa et torrentem Tripouzo iu ecclesiis eo loci extruendis cum annexis aedibus parochialibus. Siugulis hisce parochis per coucursum eligendis tribuatur cougrua pro nunc in scutis 100, augenda ad 150, cum expleta erit fabrica Collegiatae, et praeterea incerta Stolae, praeter fontem baptismalem (unus enim esse debebit iu parochiali ecclesia collegiata, ad quem uudique ex agro infantes deferri debent) et praeter ceram funerum, quae parimodo ad ecclesiam collegiatam ex universo rure efferenda erunt. Redditus supprimendarum paroeciarum administrabit Capitulum et deductis expeusis pro congruis parochorum, quod supererit, erogaudum erit iu fabricam parochialium ruralium et Collegiatae. His perfectis superextantes redditus impeudendi erunt pro scutis annuis 300 in Xeuodochium infirmorum, in manutentionem ecclesiarum aediumque parochialium, in utensilia aliasque expensas faciendas a parochis et tandem in auxilium pauperum.

Emus Cardinalis prodatarius cui praeces hujusmodi delatae fuere rogavit Emum Episcopum de sua Sententia. Hic omuia probavit paucis exceptis: scilicet melius fore existimat si uuus parochus in civitate constituatur, qui sit Archipraesbyter Collegiatae, qui populauos Civitatis et terrigeuas usque ad flumen Misa et torrentem Tripouzo regat habeatque congruam annuorum scutor. 425 et tres Coadjutores Capallanos, quibus dandum erit stipeudium scutorum 200 inter singulos repartiendum. Parochus vero omnibus coustituendis injungendum censet ouus applicationis Missae pro populo et manutentionis lampadis sed relinquenda incerta Baptismatum et cerae funerum, cum expediat singulis paroeciis habere fontem ne parvuli cum ad Civitatem deferantur in vitae discrimine veniant et habere Sepulchra ue rustica plebecula cadaveribus suorum se privatam obmurmuret. Administratioui tandem redditnum pa-

*) Vd. *t. III. p. 975. c. Distributiones.*

roeciarnm non nnum Capitnlnm praeficiendnm pntat, sed dno ex Capitulo, duo ex Patricibus, itidem dno ex civinm ordine. Ita in informatione ad Emum Prodatarium transmissa moderandnm censuit Emus Episcopus prospectum snppressionis paroeciarum. Sed nt haec omuia subolnerunt parocho s. Lnciae Alexandro Maunelli caeteris omnibus consentientibns nnus refragatns est. Qnare Emns Prodatarius Votum s. hujns Congregationis exquisivit. Quae, ut commissnm negotium tot intricatnm controversiis extricaret, mnlta ab Emo Episcopo percontata est, qnae necessaria sunt ad rectnm jndicium proferendnm.

In nova porro informatione se probare respondit Emns Episcopns snppressionem trinm paroeciarum iu Civitate ut tres aliae, una in Civitate, geminae in agro per regiones divisae erigantnr: redditns annuos praesentinm paroeciarnm attingere fere scnta 2144.70; expensas vero annas pro snbstentandis parochis scnta 925 et snperextantem annuam snmmam in scntis 1219.70 erogari posse in fabricam ecclesiae collegiatae post extructas ecclesias annexasqne Domns parochiales ultra Misa et Triponzo: necessariam esse novam fabricam ecclesiae collegiatae: expensam pro ecclesia hujusmodi liqnidatam fuisse a peritis in scntis 19770 et pro 2 ecclesiis ruralibns cnm annexa parochiali domo in scntis 3600.80: Capitnlnm, Magistratus, parochianos ruricolas hnic dismembrationi snffragari: Archipraesbyterum s. Crucis sponte paroeciam dimittere: Economnm paroeciae s. Gregorii (quae paroecia nunc vacat) precibns assentiri: Communitatem Montis Bodii impetrata venia a s. Congregatione B. Regiminis deposuisse penes Capitulnm scnta 2000 erogande in fabricam ecclesiae: Canonicos et Beneficiatos in eamdem cansam singulos ineqnalibns qnidem quotis, sed unitim esse daturos spopondisse scuta 800., itidem Cives scnta 1800, alios vero operas colonorum.

Nihilominns parochns Manelli constitnto vadimonio nnnc snmmo jnre experiendum sibi esse duxit. Interea parochiani s. Gregorii praeces dederunt, ne s. Congregatio hanc suppresionem paroeciarum probet jubeatqne immo, ut paroecia s. Gregorii de sno Pastore provideatur. Expetita snper hisce novis Precibus a die 29. Martii 1806 Informatio nnmquam adhnc pervenit; attamen dnxi non idcirco cunctaudnm adhuc esse in prorogauda causae propositione, cnm jura hornm parochiaunornm, quae communia sunt cum altero parocho s. Lnciae, indefensa hoc contradicente non jaceaut. Quae super tribus infrascriptis dnbiis proponuntur in Allegationibus hiuc a Capitulo et Communitate Montis Bodii, inde a parocho Manelli distribueudis, pancis excerpam.

In I. Dubio quaeritur de suppressione 3 paroeciarum, quae iu Civitate Montis Bodii constitntae sunt, ut tres novae erigantur nna in Civitate, reliqnae iu ea agri parte, qnae nltra flumen Misa et torrentem Triponzo est ab ecclesiis parochialibus remotior. Capitulum urget locorum distantiam et itiueris difficultatem, ut non sine magno incommodo possint vel parochiani ad ecclesiam vel parochus ad regiones istas accedere. Quae sive unitim sive divisim concurraut, sane dismembrationem permittit tum Alexander III. in cap. *Ad Audientiam de aedificand. eccles.* tum Trid. *Sess. 21. cap. 4. de Ref.* et tradnnt *Fagnan. in allegat. cap. 3. de eccles. aedifican., Pignatell. Consult. 230. n. 9* et s. Congregatio iu *Adrien. Parochialis 18. Dec. 1773.* Distantiam vero esse adeo magnam conteudit Capitulnm, ut parochi septem Lapides percnrrere debeant, nt ad ultimos paroeciarum fines perveniant et parochiani saltem 4000 passuum, ut ad paroecias se conferant. Quae distautia cnm a ss. Canonibus definita nou sit, ex commnni Canonistarnm Senteutia idonea ad dismembrationem obtinendam aestimatur, si duplicis sit milliarii nt docet *Ursaya Discept. 14. n. 11. tom. 1. et Rot. Decis. 39. n. 4. cor. Peutinger* ... Iter vero intercisnm est a flnmine Misa et torrente Triponzo, unde hyberno tempore innndautur viae et impervius redditur accessus. Hinc senes, pneri, valetudinarii accedere non possunt ad parochialem et destitunntur Sacramentis et Sacris. Hinc aliqnando sine Sacramentis aliqnem decessisse constat. Hinc magnum incommodnm, ut ad ad ecclesiam parochiani accedant. Quae omnia Capitulnm testibus probare stndet et jndicio Episcopi, cni in hac re ss. Canones totnm detulerunt negocium ad tradita per *Pignatell. allegat. Consult. 230. n. 3.* Quibus incommodis snbveniri posse negaut per deputatiouem Coadjutorum, quae tum obtinet, quando est Popnlus nnmerosns, non quando concnrrit distantia et iter incommodum ad notata per *Constantin. Vot. Decisiv. 343. n. 17.* Nonnnlla tandem addit Capitnlum, nt demonstret omnes parochianos snppressioni et dismembrationi paroeciarum assentiri et dissentientes circumventos fuisse, ut assensum negarent.

Parochus vero Manelli ut necessitatem dismembrationis excludat, maxime nititnr, quod semper antea flumen Misa et torrens Triponzo interfluerunt agrum Montis Bodii, nec umquam actnm fuisse de dismembratione nec ullam qnerelam parochianorum delatam fuisse. Non enim adeo praeruptum est iter, ut incedi non possit, et pontes superimpositos esse flumiui et torrenti probatur testibns (id quod tamen ab aliis contrariis testibus coutradicitur). Vix antem nnum afferri conteudit exemplnm defuncti sine praeseutia parochi, qnod non evenit ob difficultatem itineris, sed qnia parochus erat aliis curis distentus. Ex qnibus concludit, quod aut nulla subsit necessitas dismembrationis aut si qnae sit distantia et incommodum iter satis parochianis consultum erit per deputationem Capellaui Cnrati, nt semper facere consnevit s. Cougregatio, potius qnam dismembratiouem decerneret, ut videre est in *Eugubina Dismembrationis 31. Julii 1790* et in *Firmana Dismembrationis 1. Dec. 1801.* et in *Nullius Nonantulae Erectionis paroeciae et Unionis 12. Febr. 1803.*

II. Dubium respicit modum dividendi paroecias utrum per regiones seu potius per familias. Capitulum nititur Decreto Trid. *Sess. 24. cap. 13.* et jndicio Episcopi, qui putat melins fore si per regiones dividantur paroeciae quam si per familias, et iu hac re arbitrium Episcopi servaudum esse decrevit s. Congregatio in *Septempedana 10. Junii 1790.*, parochus vero Manelli contendit allegatum Decretum Trid. pertinere ad divisiouem paroeciarum quae promiscuae snnt; coutra si divisio per familias semper servata fuit nec nllum malum inde salnti animarum advenit, eamdem divisionem omnino esse retineudam docet *Barbos. ad Concil. Trid. loc. citat. 4. 7, Rota cor. Priolo Decis. n. 324. n. 4.*

III. Dubium pertinet ad aedificationem ecclesiae collegiatae. Probat Capitulum necessitatem aedificationis, quia ecclesia sordida est et incommoda. Hanc vero aedificationem faciendam collatis redditibus aliarum paroeciarum, quia agitnr de ecclesia Matrice. Non repugnat vero parochus Mannelli, quin ecclesia aedificetur, sed negat id fieri oportere sumptibus aliarum paroeciarum. Nam Trid. *Sess. 21. cap. 7 de Ref.* praescribit, ut primum ex redditibus ecclesiae tum Patronorum et Beneficiatorum sumptibus, tandem parochianorum coutribntu facienda sit aedificatio. Quare ad snmmum cogi poterunt paroeciae, ut qnotam aliquam tribuaut, non ut omnem impeusam ferant, et omuino subvertautur, et interea dum ecclesia aedificatnr careant parocho, ut redditus Capitulum percipiat et arbitratu sno administret.

Tria proponuntur

D u b i a:

I. *An et quomodo sit locus Dismembrationi paroeciarum Montis Bodii et quae et quomodo sint constituendae novae paroeciae in casu?*

II. *An sit facienda divisio paroeciarum per regiones seu potius per familias in casu?*

III. *An et quomodo sit locus aedificationi ecclesiae Collegiatae in casu?*

S. C. resp.:

Dilata et scribatur Emo Episcopo juxta mentem. Meus est, quod nulla supprimenda sit paroecia et Emns Episcopus deputet pro nnnc duos Capellanos curatos, quorum nnus resideat trans flumen Misa et alter trans torreutem Triponzo in loco ab eodem Emo praefiniendo assignato iisdem stipendio sumptibus parochorum pro virili necnon conficiat prospectum non constitneudis quinque parochis separatis vel 3 parochis et 2 Vicariis Cnratis a duobus ex his tribus parochis dependentibus, alium prospectum divisionis paroeciarum per regiones et tertium pro extruenda ecclesiae s. Crucis Fabrica juxta regulas praefiuitas a s. Concilio Trid. in *sess. 21. cap. 7. de ref.* transmisso statu activo et passivo trium paroeciarum.

Die 16. Aug. 1806.

Continuatio Senogallien.

Singulis hisce satisfacit Emns Episcopus in sua Informatioue. Nam quoad deputationem duorum Capellauorum quorum nnns resideat traus flumeu Misa et alter trans torrentem Tripouzo in loco ab eodem Emo praefiniendo assignato iisdem stipendio sumptibus parochorum pro virili respondit: Coufestim duos Capellanos Curatos unum qui nltra flumen Missa alterum qui ultra torrentem Triponzo inservirent delegi. Verum statim atque ad illud Officinm a me se delectos esse intellexerunt, illico recusaruut, tum quia ad eorum aures perveuit, qnod duo parochi Moutalbodenses litem iuchoare se velle declarasseut, ne nllnm emolumentum Capellauis Curatis daretur, tum quia trans

torrentem Tripontium deest Domus pro Capellani commodo et ecclesia pro sacris functionibus ab eodem explendis, tum alias propter causas, quae vel corruent ex se vel a causae exitu destruentur, quibus stantibus quidquam modo interponere supervacaneum judicavi.

Deinde agit de paroeciis constituendis. Ego vero, inquit, in ea opinione sum, ut 5 parochos separatos Vicariorum constitutioni praeferendos esse crediderim:

I, quia circumstantiae distantiarum loci, itinerum difficultas Torrentiumque nimia abundantia, quae ultra Misam et Tripontium impediunt accessum, si Canones recte consulamus et Decreta istiusmodi s. Congregationis, veterum parochiarum dismembrationem potius et erectionem novarum persuadent soloque in casu, quo numerus parochianorum accrescat, Vicariorum seu Curatorum Coadjutorum deputatio admittenda videtur;

II, si tanta difficultas subest, ut proprii parochi suas paroecias visitent et perscrutentur, quid sperandum est a mercenario Vicario, qui continuo tam longe moratur a vero pastore, ut ejus consilio juvari et auctoritate compesci uullimode possit?

III, cum cuilibet parocho actuali indispensabile sit jurisdictionis portionem non minus quam reddituum amittere, justum non est, ut Vicariorum electio a 2 tantum illorum dependeat, tertio penitus a nominandi jure repulso; contra si a 3 parochis id dependere omnino deberet, difficile dictu est, quot quantaeque quaestiones inter eos suscitarentur indeque dissidia orirentur. Haec quoad primum prospectum, veniam modo ad alterum.

Mappam siquidem delineatam Eminent. Episcopus transmittit in qua dividuntur paroeciae per regiones: Remanent saue tres, quae jam constitutae suut in Civitate, scilicet s. Crucis, s. Luciae, s. Gregorii et duae novae paroeciae eriguntur, altera ultra flumen Misa, altera ultra torrentem Triponzo. In hac perficienda divisione profitetur Eminent. Episcopus se in id potissimum incubuisse, ne ullus ex tribus parochis egrediendo e Civitate alienam regionem invadat, sed in sua quilibet se contineat et ne inposterum quidem jurgiis occasio praebeatur, non alios paroeciarum fines praefigi, nisi qui invariabiles sunt et a natura ipsa potiti esse videntur. Denique detractis regiouibus, in quibus novae parochiae erigendae sunt, illud quoque peregi, ut nempe eadem cuilibet parocho in reliqua Territorii parte quam modo habet quantitas tam animarum quam Decimarum remaneat, prout in Planta topographica et Folio lit. *A* notata perspicue inspicitur.

Tum Mappa tum Folium de quibus meminit Informatio oculis EE. VV. subjicietur. Caeterum prosequitur Eminent. Episcopus non negaverim, me opposite intactam voluisse relinquere Civitatem permittendo, quod quilibet parochus etiam comprehensa, quae extra Civitatem extat, patricia Antonini Domo, Familias, quibus modo gaudet, retineret,

I, quia in ea Civitate, quae parvo spatio temporis tota percurritur, divisio per Familias non ea inconvenientia pariat, quot vulgo dicuntur,

II, ne fibra irritabilis prioris s. Luciae utpote qui absque dubio principaliores loci Familias in sua paroecia continet magis magisque accendatur, si nova Familiarum commutatio fiat,

III, cum unus prae altero, uti evenire solet, sit bene vel male visus apud parochianos, valde formidandum est, quod scandala oriantur, praesertim inter Familias, quae ex una in alteram paroeciam transmigrare adigerentur. Inter alias diligentias eam quoque adhibui, ut, quamvis tres omnes parochi communis populationis portionem perdere omnino deberent, nihilominus s. Luciae Prior ad minus perderet idque tolerantius perferret; et re quidem vera inito calculo super Folio lit. *A*, quando caeteri parochi quintum perdere obligantur, s. Luciae Prior minus sexto perdere adnumeratur. Super decimis nihil dicere ausim, quae si in regiouibus, in quibus novae paroeciae erigendae sunt, parochiis erigendis concedi deberent, Priori s. Luciae omnis ratio habita fuit, ut minimum prae caeteris ipse cederet.

Haec habet Eminent. Episcopus pro constructione quinque paroeciarum earumque divisione per regiones. Pergit porro ad modum, quo consuli possit aedificationi ecclesiae collegiatae juxta regulas praefinitas a s. Concilio Trid. *sess. 21. cap. 7. de reform.* Primum agit de statu activo et passivo trium paroeciarum s. Crucis, s. Gregorii, s. Luciae, calculatis scilicet decimis, quae in frumento, quae in musto percipiuntur; calculatis, quae ex fundis, ex canonibus, pensionibus domorum, fructibus Censuum, iucertis stolae

redeunt. Paroecia s. Crucis habet redditus in annuis scutis 953. 60., onera vero attingunt scuta 445. 61., ut libera parochi supersint annua scuta 507. 99. Paroecia vero s. Gregorii habet redditus in annuis scutis 537. 20., expensas vero 217. 39.; proptereaque libera sunt parocho pro congrua annua scuta 319. 81.

De paroecia tandem s. Luciae si statum spectemus quem nunc exhibuit parocho Mannelli annuus introitus est in sc. 468. 13. 3. $3^1/_4$, exitus vero in scutis 663. 41. 3., ita ut parochus quotannis esset in damno in summa scutor. 195. 28. Sed si respiciatur ad alium statum exhibitum in Cancellaria episcopali ab eodem parocho 1802 constat annuus redditus in scutis 607. 95., exitus vero in scutis 485. 43., ita ut parocho tum libera superessent annua scuta 122. 52. Hinc mirum videtur Emo Episcopo, quod comparando modernum statum activum et passivum s. Luciae cum alio mihi exhibito tempore non suspecto in nihilo propemodum inter se correspondeant. Etenim activum a passivo superatum esse suppouitur suosque redditus in solis scutatis 468. 13. consistere opinatur. Hoc unum interim non omittam, scilicet syngrapham oblatiouis duorum ex primoribus Civitatis, qui se annuatim solvere sc. 730 obnoxii fiunt, ea insuper conditione, quod quidquid supersit titulo ecclesiae de novo erigeudae erogetur, sed si scrutentur singulae partitae status passivi nunc a parocho Mannelli exhibiti, duo praecipue sunt, quae inter onera referri non possunt, altera scilicet per Messe numero 84 pro populo scudi 12. 60. Missam namque pro populo quae celebranda est ratione officii*) pastoralis nec congruam minuere nec iuter onera a statu activo detrahenda receuseri posse definivit s. Congregatio passim et praecipue in *Spoletana Congruae***) *16. Augusti 1776.* Altera partita est per Cibarie per il Priore, per il Capellano, Donna di servizio, ed altro Giovane inserviente, come anche per il Vestiario del Priore scudi 280. Expensae namque hujusmodi, quae ad victum vestitumque parochi pertinent, non calcaudae sunt inter onera paroeciae sed parochus facere debet ex Congrua, quae ei libera superest. Quare si hujusmodi partitae, quae simul conflant summam scutorum 292. 60, deducantur ab annuo exitu nunc calculato in scutis 663. 41., diminuetur hic ad annua scuta 370. 81.

Hisce praemissis quoad tertium inquit juxta Concilii Trid. dispositiones paucis me expediam. Eteuim id singulare video, quod priucipaliter bona parochialia obligata fueruut et reipsa parochus seu Archipresbyter sua spontanea exhibitione bona parochialia gravare non detrectavit, quemadmodum et aliquot ex Canonicis fortunae bonis ditati ad praestaudum aliquod subsidium sese promptos declararunt. Nou sufficientibus his mediis, an adesset Patronus, consideratus est simulque parochiani considerati fueruut, sed nonne isti, qui II. loco aderant, se in omuibus praestiterunt? Nonne verum est, quod Communitas pro eo, quod ipsam spectabat, officio suo non defuit? Accedit cessio a Societate ss. Sacramenti facta, ut in Folio signato lit. *B* videre est, quae aliud nou exiguum affert compeudium ac emolumeutum. Quod si generalis super populo repartitio requireretur, donec vixero, nuuquam id fieri permitterem, cum causa nolim esse etiam remota eorum scandalorum, quae in priorem Maunellium forsitan reduudabunt. Non sum ignarus, quod parochiarum oecouomia s. Congregationi alias arrisit, cum aptiora non suppetant media, quibus recursus habeatur; sed quoties nullo modo placeat in casu, non aliud expecto, quam cum animi aegritudine tolerare, quod inconvenientia persevereut quodque illis opportune mederi uon potuissem.

Ex quibus cum putet omnia patefecisse de quibus percontatus est concluditque: Haec sunt mea seusa in Domino, nedum ut veritati satisfaciam, sed ut meo officio non desim, a me continuo prolata. Scio etiam, quod alterius potius, quam mea esse EE. VV. supponitur, sed utinam sanitati et perspicuitati mentis, quam sartam tectam possideo solique Deo acceptam referam, caetera membra corporis corresponderent, ut contiuuo iuter labores et dolores me versari non debere sentirem. Si haec, quae dixi, mea interessent neque ipsum respicerent, forsitan ego tacuissem; sed quia ecclesiae utilitatem respiciunt, ea proferre uou dubitavi.

Capitulum s. Crucis et PP. RR. impressam EE. VV. distribuent Allegationem, in qua Sententiam Episcopi tueutur. Parochus vero Manuelli nil adhuc mihi exhibuit. Quare deliberare dignabuntur tria supradicta Dubia

*) Vd. *t. I. p. 930. XX.*
**) *Congrua.*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative juxta modum ab Emo Episcopo propositum et ad Mentem. Mens est, quod Emus Episcopus proponat media extruendi novas ecclesias et aedes parochiales sumptibus trium paroeciarum jam existentium et signa matricitatis.

Ad II: Affirmative juxta votum Emi Episcopi.

Ad III: Dilata et habebitur ratio post expletam erectionem et aedificationem novarum paroeciarum.

Die 2. Maji 1807.

Continuatio Senogall.

Diu siluit ab hac edita Resolutione parochus Mannelli, qui partes contradictoris in hac causa sustinet et a nostra Secretaria data est fides quam vocant Resolutionis. Sed improviso parochi Manuelli Defensor instetit apud me pro impetranda nova Audientia, quam negare non potui juxta nostrum agendarum causarum institutum, cum in postrema ab EE. PP. suscepta deliberatione apposita non fuerit clausula: *Et amplius.**) Itaque Mannelli feci potestatem ut iterum sua jura deduceret tantum quoad I. et II. *Dubium*, cum quoad III. nulla suscepta sit deliberatio edito Rescripto: *Dilata*, simulque addidi, ut frueretur novae Audientiae Beneficio in statu et terminis, ne rescinderetur id quod ab Emo Episcopo in exequutionem rescripti gestum forte esset, atque hunc propositioni causae dixi diem. Nudius tertius Defensor Mannelli postulavit inducias ad orandam causam, eamque rejeci cum nullam, cur id postularet, idoneam rationem afferret.

Capitulum pro Reassumptione supplicat.

Quaeritur igitur:

An sit standum vel recedendum a decisis quoad I. et II. Dubium in casu?

S. C. resp.: In Decisis et amplius.

Die 22. Aug. 1807.

20) Ecclesiarum a Dioecesi et unio cum altera concessa.

Tiburtina seu Sabinen.

Pervetustum Crustumeriae oppidum quod audit Palombara supra omnium hominum memoriam sub sui populi frequentiam magna pars fuit suburbicariae Sabinensis Dioecesis; atque ut ad eam etiam in futurum spectaret decrevit s. m. Gregorius XV. in apostolicis literis: *Studium, quo impense* die 25. Nov. 1841 sub plumbo datis, quibus novam territorialem circumspectionem iuvexit in Sabinensi Dioecesi, novam Episcopalem Sedem Atandelae vulgo Poggio Mirteto erexit. Noverat siquidem laudatus Pontifex gubernationem Dioecesis Sabinensis tum ob itinerum asperitatem tum ob incolarum copiam perdifficilem ut plurimum expertos fuisse Cardinales, qui eidem praefuerunt, ideoque ad hanc de medio tollendam difficultatem studium impendens quamplurima ab ea dismembravit oppida quae in praefatis apostolicis literis memorantur. »Perpetuo praeterea dismembramus atque dividimus a Sabinensi Dioecesi oppida seu paroecias etc.«; sequuntur nomina. Horum autem quamplurima aggregata fuerunt recentiori Mandelensi Dioecesi, nonnulla vero subjecta jurisdictioni Episcoporum Narniensis et Tiburtini hisce verbis: Deinde ex oppidis a Dioecesi Sabinensi ut supra sejunctis ac dismembratis perpetuo unimus haec (sequuntur nomina) ad Dioecesim Narniensem ejusque territorium; et 4 alia ad Dioecesim Tiburtinam ejusque territorium. Praeterea quum in memoratis literis apostolicis singula oppida quae imposterum subesse debebant Sabinensi ecclesiae recensentur, ita proprio inscribuntur nomine. Posthac Sabinensis Dioecesis constare debet dumtaxat oppidis seu locis (sequuntur nomina).

Ut praefatae apostolicae literae plenum sortirentur effectum earum exequutorem renunciavit pontifex cl. me. Cardinalem Polidorium, cujus quanta fuerit in peragendis negotiis incorrupta fides ac summa diligentia, nemo est ut quem lateat. Eidem insuper facultatem fecit Definitivi pronuntiandi super quacumque oppositione adversus praedicta, ita tamen, ut ad Congregationem consistorialem intra tres menses ab expleta literarum executione exemplar authentica forma exaratum decretorum omnium quae in praefatarum literarum apostolicarum executionem emittet in ejus tabulario asservandum. Quod statuerat Gregorius XVI.: circa nuper relatam oppidorum dismembrationem eorumque quorundam ad Dioecesim Tiburtinam aggregationem necnon quoad noviter inductam Sabinensis territorii circumscriptionem suo decreto cujus initium: *De feliciori Sabinensis ecclesiae* etc. id totum plane rursus

*) Vd. *p. 528.* **)

declaravit deputatus Emus Exequutor die 25. Dec. 1841, caetera quae ad Mandelensem ecclesiam spectabant aliis decretis editurus.

Ovantes post haec Crustumeriae habitatores, quod ex veteri sua Dioecesi haud fuerant avulsi, solemnes Deo gratias egerunt publicaque grati animi signa erga ss. Pontificem pro accepto beneficio pandidere. Ast vix anno praeterlapso die 19. Febr. 1842 laudatus Eminent. Polidorius aliud edidit decretum, cujus verba hic referimus: »Inter oppida quae post novum praefinitum Sabinensis Dioeceseos statum in eadem relicta sunt Palumbaria recensentur, Cretone, Castel Chiodato. Agnita tamen eorundem locorum natura gravibusque ex causis deinceps in examen deductis habitoque consensu Emi ac Rmi Dni Cardinalis Episcopi Sabinensis placuit ss. Domino Nostro Gregorio PP. XVI. eadem quoque perpetuo a Sabinensi Dioecesi sejungi et Tiburtinae addici edito in eam rem Consistorialis Congregationis decreto. Hanc nos ss. Principis voluntatem pro nostro munere exequentes edicimus et declaramus memorata oppida Palumbariae, Cretonis, Castri, Chiodati a Sabinensi Dioecesi ablata in Tiburtinam adjecta esse unacum paroeciis, ecclesiis, locis piis, beneficiis, monasteriis ibidem existentibus etc. Novissima hac statuta dismembratione absque mora Card. Polidorius literas dedit ad Episcopum Tiburtinum quem certiorem sic de ea reddidit die 17. ejusdem mensis.

Inopinato hujusmodi decreto perculsi Clerus, proceres ac populus oppidi Crustumeriae, qui per Suffraganeum Episcopum Sabinensem de eo moniti fuerunt, sollicitas ad Sedem apostolicam extulerunt preces quibus de nobilioris eorum status dejectione deque plurimis damnis sibi allatis ex postrema dismembratione querebantur ac medelam enixe postulabant; sed eorum iteratae preces in irritum cesserunt statutaque dismembratio suum sortita fuit effectum. Haud tamen spe exciderunt supradicti oppidani sua jura vindicandi, quinimo postquam apostolicam Cathedram sapientissimus ac providentissimus Pontifex Pius IX. quo sospite laetamur conscendit, hujus adierunt solium suaque aperire vota ad pervetustam Sabinensem Dioecesem redeundi. Has preces benigne exceptas ss. Pontifex ablegavit ad H. S. Congregationem uti mox omnes facultates necessarias et opportunas concessit ad effectum decidendi, prout de jure salva deinde approbatione Sanctitatis Suae.

Itaque transmissa causa ad S. H. ordinem antequam EE. PP. judicio eam submitterem mei muneris duxi votum exquirere Emi Episcopi Sabinensis ac Antistitis Tiburtini necnon Cardinalis Polidorii utpote literarum apostolicarum Exequutoris, qui tamen omnium bonorum lacrimis morte praereptus nequivit de negotio a se gesto s. Congregationem iustructam reddere. Suffectus fuit Sabinensi Cathedrae Emus Cardinalis Brignole qui ad rem exoratus die 1. Julii ejusdem anni haec reposuit: »Quoad supplicem libellum populi Palombara quaesivi votum Capituli Cathedralis Sabinensis, qui libenter assensum praebuit instantiae supradicti populi, ut patet ex adnexo decreto capitulari. Causa autem quae movit populum Palumbariae ad unionem postulandam est damnum quod sentit ut ipse affirmat ex subsecuta avulsione a Dioecesi Sabinensi ad quam ab immemorabili pertinebat. S. Congregatio omnes et singulas rationes aequa lance ponderabat. Mihi vero aeque placebit quidquid a Sanctitate Sua constitueretur. Decretum praefati Capituli in libro capitularium Resolutionum scriptum reperitur.

Praestat modo audire quae. Episcopus Tiburtinus fusiori calamo exarata transmisit: Precibus quas hae literae adnexas referunt Sacerdotes et Magistratus Terrae Palumbariae petunt ut sibi in Sabinensem Dioecesim a qua jam ab anno 1842 auctoritate ss. Pontificis Gregorii XVI. fel. rec. divulsi fuere reverti posse concedatur. Ob justissimas rationes, uti loquitur Eminent. Polidorius in suo folio diei 17. Febr. 1842 atque graves ob causas sicuti legere est in decreto sejunctionis et addictionis placuit SSmo Papae oppida nuncupata Palumbaria, Castel-Chiodato et Cretone a Sabinensi Dioecesi divelli et huic Tiburtinae aggregari edito in eam rem consistorialis Congregationis decreto.

Quae nunc autem legitima causa sit quam EE. VV. a me exquirunt, cur nempe praedicti Oratores postuleut, ut in eam a qua segregati fuerunt Dioecesim iterum recipi possint mihi profecto haud innotescit. Nisi quod gravissima dicunt se hactenus ex hac sejunctione ferre damna, uti in precibus ipsis legere est. Plura Oratores commemorant ..... At nemo sapiens cogitabat ea

penitus latnisse ss. Pontificem qui sejunctionem illam decernebat, latuisse Eminent. Lambruschini qui uti Episcopus tnuc Sabinensis suum consensum praebebat, latuisse denique Eminent. Card. Polidori qui Bullarum apostolicarum de Sabinensi Episcopatn Executor apostolicus decretum evulgabat. Hinc existimandum est, ea ipsa non hujusmodi fuisse ponderis nt justissimas rationes et graves causas quae sejunctionem illius Terrae cousulebant superare potuissent. Neque putandnm est, brevi annorum 5 intervallo res ita conversas ut eae ipsae rationes et causae plane evanuerint.

Verumtamen nniversa damna quae Oratores ad coelum inclamant, meo sane judicio duo potissimnm sunt; qnorum alterum snmmam respicit scntatorum 7500, quae jam pro raedificatione ecclesiae parochialis s. Egidii super redditibus Abbatiae s. Mariae de Plano in territorio Canismortui sitae concessa fnerunt qnaeque postea ob erectionem novae Dioecesis Mandelensis Capitulo ejusdem Civitatis pro dote assiguata sunt. Alterum vero ad Alumnos spectat in dioecesano Seminario instituendos qui antea ab Emis Episcopis in illo vel ex parte vel ex toto gratis alebantur. Verum quoad primum res jam pendet pro compensatione obtinenda coram Emo Card. Prodatario, cui a ss. Domino Nostro examinanda demandata est et ab illo ad me remissa pro informatione et voto. Qna in re plurimnm sperare juvat, nam validissimae sunt rationes, quibns Oratores petitionis suae justitiam et probant et urgent. Ad secundnm quod spectat Seminarium Malleaneuse annuis fructibus atque redditibus gaudet Abbatiae s. Nicolai cujus bona exstant in territorio Terrae Palumbariae et quamvis Terra illa ab Malleanensi Dioecesi 1842 fuerit avulsa et per conseqnens etiam Alumni ab illo Seminario recesserint nihilominns memoratae Abbatiae s. Nicolai proventibus nou Tiburtinum sed Malleanse Seminarium fruitur. Hac igitur de causa Juvenes Palumbariae privilegia et utilitates qnibns antea gaudebant nnnc obtinere non possnnt.

Attamen quis nnquam negabit hac de re tandem aliquando aliqnid provisionis capessendum pro juventnte bonis instituenda moribus ecclesiasticisqne excolenda doctrinis nedum Terrae Palumbariae sed et alterius oppidi Canismortui huic Dioecesi similiter adjuncti, quae vi cujusdam iustitutionis ab isto s. Ordine probatae jus habet fruendi, nt vulgo dicitur, di posti grati, pro bonis in sno territorio positis, nuncupatis s. Joannis et quae adhuc nunc obtinet et gaudet Malleanse Seminarium?

Audito hujus Cathedralis Capitulo pluralitate suffragiorum precibus Oratorum censuit annuendum ea potissimum ratione ut qui ab uno Pastore regi nolunt habeant a quo volunt gubernari. At ego quid dicam? Sinitne honor atque dignitas Episcopalis, nt in eorundem preces concedam? ut uno temporis momento 5 annorum laborum fructus amittantur et in irritum cedaut? Si labor omnis juxta commune adagium mercedem quandam exigere quodammodo videtur hanc Episcopus Tiburtinus referret, ut ipse serere et metere non debeat, ipse insudare, ut curae et solicitndinis suae ferat alter emolumentnm? Videant EE. VV. ne plura dicam et Vos in re per se plenissima ultra mores, utrum Oratorum preces cxaudiendae vel potius ea capessenda media, quibus dum eorum votis, si ita expediat, fieri velit satis, Episcopalis dignitas non minuatur.

Haec sunt qnae nt Episcopus Tiburtinus EE. VV. judicio submittere censui, nam si unice, quae meam respiciunt persouam, spectare deberem, ultro precibus Oratorum annuerem; siquidem qnidquid cnrae iu eorum procurationem mihi est impediendum, pro spirituali bono ceterornm filiorum expeditius insumere diu noctuque valerem.

Capitulares Tiburtinae Cathedralis mature perpendentes ea quae Crustumeriae Incolae damna receperunt ex passa dismembratione, necnon librantes ex adverso illorum distantiam a Civitate Malleani ac proprinquitatem ad Civitatem Tiburtinam, in conventn diei 16. Julii cnrrentis anni pacto inter se consilium exquisiveruut. Et facta palluttatioue inventae fuere in nrna affirmativa pallulae N. 10 et urna negativa pallulae N. 5.

Expliceret hic factorum historia; verum ante juris disquisitiouem necessario mihi visum est fideliter EE. PP. oculis snbjicere responsum, quod adprecantibus Crustnmeriae habitatoribus peues Congregatiouis constistorialis Secretariam, ut eas panderet graves causas qnae in ejusdem Congregationis decreto innuebantur et quorum intuitu Pontifex eorundem dismembratiouem a Sabinensi Dioecesi ac ad Tiburtinam translationem decrevisse asserebantur, responsum prodiit die

7. Aug. proxime elapsi: Fattese nell Archivio della s. Congregatione consistoriale le opportune indagini relativemente al decreto con lui Monsignor Abbate Suffraganeo di Magliano annunciava, che Palombra veniva dopo la estrocitata Bolla *Studium quo impense* dismembrata dalla Dioecesi di Sabini ed incorporata all' altra Dioecesi di Tivoli, non ci è trovato di ciò alcuna traccia reppare nell' indice geuerale dei Decreti, che si emarano dalla s. Congregazioue.

Ex hisce praemissis unusquisque videt duo inquirenda esse in praesenti controversia primum scilicet, utrum oppidum Crustumeriae legitime avulsum fuerit a Sabinensi Dioecesi et Tiburtino territorio adjectum, alterum vero num adeo graves adsint causae nt etiamsi legitima dismembratio fuerit a vetustissima sua Dioecesi, ad eam tamen regressum facere debeat. Utrumque de more delibabimns sub dubiorum formulis in calce conscriptis.

Exploratum in jure est, quod ad solum romanum Pontificem tauquam universalis ecclesiae moderatorem spectet Dioecesium limites coustituere, perstringere ac partire territoria, nti notant communiter omnes Canonistae in cap.: *Cum contingat, de foro competenti* et observaut *Cocchier de Jurisdict. in exempt. par. 2. quaest. 53. n. 2., Barbos. de jure eccles. univers. lib. 1. cap. 20. n. 2.* et *Ursaja discept. 4. n. 55.* Hinc Pontifex summa qua pollet potestate ob justas causas ac etiam hisce non adstantibus potest Dioeceses partiri seu dismembrare, quemadmodum docet *Pignatellius tom. 7. consult. 71. n. 14.* ibi: Pontifex ea plenitudine potestatis inquirendo ex officio de justis causis ac sine eis etiam possit ad hujusmodi portiones procedere. Consonat *Lotterius de re beneficial. lib. 1. quaest. 11. n. 6:* »Dato quod territorium sen Dioecesis esset de dominio ecclesiae inferioris, non video quid inde seqnatur respectu supremae potestatis ss. Pontificis volentis ea plenitudine uti atque ita procedere ad dismembrationem sine causa«. Atqui quum sub 1642 Crustumeriae oppidum dismembratum fuit a territorio Sabinensi et Tiburtino adjectum apostolica intercessit auctoritas per Decretum Congregationis consistorialis; atque adeo id tantummodo sufficeret ad demoustrandum omnia fuisse legitime peracta.

Quod si dici velit praefatam s. Congregationem qnoties ad Dioeceseos dismembrationem decernendam a SS. Pontifice auctoritatem habuit procedere usque consuevisse juris ordine servato idest auditis interesse habentibus*) et existentibus urgentissimis causis, haec omnia in themate minime defuisse patet ex executoriali decreto diei 19. Febr. nuper dicti anni necnon ex literis post illud datis ab Emo Polidorio ad Episcopum Tiburtinum: nam ex istis agnoscere fas est, Antistites Sabinae et Tiburis auditos, exquisitum eorum fuisse consensum ac graves insuper cansas fuisse in examen deductas, priusqnam dismembratio de qua quaestio decerneretur.

Neque ex adverso objiciatur decretum s. Congregationis consistorialis inpraesentiarum reperire datum non esse. Etenim quidquid de eo evenerit certnm est purpuratum Exequutorem in suo decreto ennnciasse, se procedere ad Crustumeriae dismembrationem, quia placuit Pontifici Gregorio XVI. illam perpetuo a Sabinensi Dioecesi sejnngi et Tiburtinae addici, edito in eam rem consistorialis Congregationis Decreto. Purpuratorum autem Patrum dictis fides oppido praestanda praesertim si asserunt aliquid peractum fuisse coram romano Pontifice**) uti clare scribunt *Imolen. et Felin. in cap.: Quod super his de fide Instrumen., Caputaq. p. 1. dec. 95., Barbosa de praestant. Cardin. p. 2. quaest. 1., Card. Tusch. tom. 1. conclus. 103. n. 2.* et alii passim, quorum auctoritate inuixus *Ferraris* verb.: *Cardinales adn. 4. n. 19.* ait: »Cardinali asserenti aliquid actum in praesentia Papae vel dicenti sibi vivae vocis oraculo a Papa mandatum fuisse, credi debet«. Id ipsum videre est penes s. Ordinem fuisse resolutum in *Spoletana Impetrationis 22. Nov. 1825 §: Plurima.*

Pariter nil obest, quod graves causae dismembrationis quarum intuitu Papa eandem fieri jussit non fuerint speciatim expressae in decreto exequtoriali. Nam Pontifex non tenetur manifestare causas ob quas aliquid agit, *Glos. in can. Quamvis 23. in verb.: Deo de poenit. dist. 3.*, imo ex justa causa semper decernere ipse praesumitur ad tradita per *Lotter. l. c. n. 8.* Quare a ss. Pontificibus decernuntur non praesumuntur particulari aliquo affectn statuta, sed pro universali bono etc. at causa justa semper in eo praesumitur. Id ipsum docet *Gemin. col. 5.*

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*
**) Vd. *p. 538. n. 6; t. III. p. 827. n. 9.*

in princip. ver. per quod infert ad dubium et vers.: *In Papa autem*, necnon *Felin. in cap.: Quae in ecclesiarum sub n. 44. ad fin. vers.: Et in talibus, de constit.* Nec hujusmodi causae in Dioecesum dismembratione facile investigari possunt, quum non semper eaedem sint sed variae prout circumstantiae variantur, *Tholosan. in Syntag. jurium lib. 15. cap. 12. n. 4.* et tradit *Lotter. loc. cit. n. 16. et 18:* »Ratio distribuendi et limitandi Dioeceseos novasque Cathedrales constituendi, immutandi et alterandi nusquam stabilis fuit sed penitus mutabilis et cum multorum annorum evolutione multoties variata etc. proindeque penitus ab arbitrio SS. Pontificis pendet«. Nihilominus si aliquam in themate suspicari causam datum est, ob quam Crustumeriae oppidum ab ecclesia Sabinensi disjunctum Tiburtinae adjectum fuit, praesto erit major ab illa distantia ac ad istam propinquitas qua fit ut facilior pateat accessus ad Sedem proprii Pastoris, uti Capitulares Tiburtinos animadvertere supra relatum est. Hanc autem legitimam esse dismembrationis causam tenent Doctores post *textum in can.: Debere* et *can. Fraternitatem dist. 80.* et ibi *Gloss. in verb.: Longo intervallo.*

Quod si legitime peracta fuit Crustumeriae dismembratio, frustra nunc ejus habitatores iuclamant reditum ad Dioecesim Sabinensem, a qua jussu Pontificis discesserant; iis enim quae Pontifex mandavit sine tergiversatione est parendum, *cap. Si quando de Rescript.* Neque videtur illos fore audiendos propter damna quae subire coacti sunt in passa dismembratione quaeque adhuc perdurant; nam praeterquam quod alia adest ea reparandi via, quum in suis literis Antistes Tiburtinus praemoustravit, atque adeo haec potius est amplectanda quam nova invehenda dismembratio in jure odiosa, insuper atteudi non debent, si eveniant ob territorialem partitionem ac dismembrationem quemadmodum monet *Pignatell. loco supra cit.*, ibi: Neque in hoc haberi solet ratio praejudiciorum quae Capitulis ac Civitatibus aliisque evenire possunt, sed consideratur id solum quod magis expedit Dei servitio et animarum saluti; nam hujusmodi erectiones perpetuo sunt de sui natura praejudiciales, cum pro una ecclesia erigenda ejusque territorio assignando necessario oporteat illud ab alia ecclesia partiri. Atque ex hac juris dispositione repeteudum est, quod, etiamsi ea damna tum Pontifex tum Antistes Sabinensis ac Decreti consistorialis Emus Exequutor praesciverunt ut praesumitur nihil tameu ipsa merito fuerunt.

Tandem perpendeudum venit praejudicium quod Episcopus Tiburtinus sentiret, si Crustumeriae Incolae regressum facereut ad ecclesiam Sabinensem. Siquidem ut ipsemet monuit 5 annorum spatio multos impendit labores iu spiritualem culturam oppidorum quae ejus territorio per decretum diei 19. Febr. 1842 adjecta fuerunt, at haud aequum videtur, ut alter percipiat hujusmodi laborum emolumenta quae ex jure cedere debent in commodum illius de cujus cura et opera processerunt, *arg. leg. fin.* ubi *Glossa verb. Si quae ff. de fundo dotali.* Ausa praeterea daretur aliis duobus oppidis quae eodem decreto una cum Crustimeria Tiburtino territorio fuerunt adjecta: scilicet et ipsa in consilium veuirent petendi discessum a nova eorum Dioecesi et sic dedecus proprio iugereret Pastori, veluti si iu ipsorum spiritualibus necessitatibus medendis esset incuriosus.

Veruntameu ex iis, quae ad s. H. Congregatiouem Crustumeriae habitatores ad sua jura protuenda transmiserunt, videntur omnia ex adverso hucusque allata nullius esse ponderis. Et prae primis non legitime processisse eorum dismembratiouem ab ecclesia Sabinensi duplici ex capite colligi potest, scilicet tum ex eo quod pontificia non intercessit auctoritas tum quia in ea decernenda juris ordo servatus miuime fuit.

Et re quidem vera, si in Dioecesum limitibus constituendis requiritur apostolicae Sedis auctoritas, uti a jure docemur ac de ea clare et expresse constare debet, uti dixit *Rota decis. 324. n. 2.* et post *Tambur. de Jure Abbat. decis. 50. n. 20.*, indubium erit contra leges ideoque perperam peragi territorii alicujus dismembrationem ubi praefatam intercessisse auctoritatem eamque luculentam non appareat. Profecto hanc in themate defuisse asseritur. Affirmavit quidem Eminent. Exequutor per s. Congregationis consistorialis decretum jussisse Pontificem Gregorium XVI. ut Crustumeria aliaque supradicta oppida a Sabinensi territorio divellerentur ac Tiburtino adjungerentur; at res facti est quod hujusmodi decreti nec vola nec verbum extat (quo facto id acciderit divinari datum non est) penes Secretariam ejusdem Congregationis. Unde gravis urget praesumptio nunquam illud extitisse eoque vel magis quia de facto agitur quod paucis abhinc annis evenit.

Verum pariter est Emiuentissimorum Patrum dictis fidem praestandam esse hoc privilegium ex ipsa juris sanctione merito ad amplissimam eorundem accedere dignitatem; at quaeso ne pigeat audire ea quae post Doctores praesertim *Fagnanum in cap.: Rectoribus de Cleric. aegrot. n. 40. et seq.* notata reperi penes *s. Rotae Auditorium in decis. 220. part. 9. n. 40. Recent.:* Assertionibus Cardinalium standum sit donec contrarium probetur. Eadem fere verba habentur in *decis. 344. n. 1. et 405. n. 1. part. 1., decis. vero 630. part. 4. tom. 1. n. 2.* additur: Assertioni Cardinalis standum esse quando simul coucurraut infrascripta nempe quaudo Papa est praesens ad quem facile recurri potest pro certificatione, item quod asserat rem uou praejudicialem. Sed haec maxime perspecta sunt EE. Patribus ideoque plura addere supervacaneum puto.

Breviter interim animadvertendum est, Eminent. Executorem, dum declaravit Crustnmeriae dismembrationem vi nnper citati decreti cujus nec diem uec anuum adjecit minime osteudisse quanam suffultus auctoritate ad id devenerit, nisi dici velit, ita egisse vigore apostolicarum literarum diei 25. Nov. 1841. Et reapse suo executoriali decreto circa noviter iuvectam dismembrationem haec verba praemittit:

Paulus . . . Cardinalis Polidorius . . . Literarum apostolicarum ss. Domini Nostri Gregorii PP. XVI. de Sabinensi Episcopatu Executor apostolicus. Et postmodum in decreti cursu addit: *Hanc nos ss. Principis voluntatem de nova dismembratione pro nostro munere exequentes.* At in hoc casu perpendendum venit ipsum jam aliud tulisse decretum, quo Crnstumeria Sabiuensi Dioecesi adjudicabatur ad normam apostolicae Bullae; ideoque quidquid postea statuit, nulliter statuisse videtur tum quia non servavit formam in eadem Bulla praescriptam tam quia jam functus fuerat executoris munere ac proinde omnis potestas in eo cessaverat circa Sabinensis territorii circumscriptionem. Jure enim statutum est, quod Exequutor quicumque sit debet ad unguem servare formam praescriptam in literis quarum vigore procedit, nec potest excedere fines suae commissionis, secus nihil agit, nulliter procedit, idest reddit omnia ab eo gesta irrita et nulla, *Rota part. 6. decis. 200. n. 4. part. 5. tom. 1. decis. 344. n. 13. et par. 11. decis. 9. n. 15. et seq.* Item *Rota de executione liter. apostolic. part. 1. cap. 10. n. 18.* scribit: Adverteudum est, quod quum exequutor datur accessorie ad gratiam, tamdiu durat ejus potestas, quamdiu gratia fuerit executioni demandata, uam per executionem dicitur gratia consumpta, ut omnes advertunt: sic executor accipit suum officium ex gratia, ut iu puncto *ex Gigante de pens. q. 81. etc.*, quando vero gratia fuit jam executa, quia in possessionem fuit immissus provisns, quia gratia jam habuit suum effectum, executoris potestas statim finita censetur, quia jam per talem possessionem adimplevit suum officium ad quod fuit datus a Papa et ejus jurisdictio omuino cessavit ac illico expiravit juxta *text. in c. In literis de Offic. deleg.* et in *c.: Quaerenti eod. tit.*

At dato etiam, quod reapse intercesserit Decretum s. Congregationis consistorialis ac Eminent. Executor facta ad rem sibi facultate Crustumeriae avulsionem a Sabiuensi territorio decreverit, attamen alia adesset ratio cur ipsa adhuc non legitima dicenda foret. Etenim quotiescumque romanus Pontifex Dioecesum divisionem seu dismembrationem ad s. Congregationem consistorialem remittit ut plurimum assolet haec semper ad eam procedit juris ordiue servato. Quinam autem hac in re sit servandus ordo explicat *Pignatell. loco citat. n. 13.* ubi ait: Nihilominus solet idem Pontifex hujusmodi partitionem ad s. Congregationem consistorialem remittere, quae in illis procedit ordine juris servato. Juris autem ordiue servato uon proceditur ad partitionem nisi concurrentibus causis urgentissimis et nisi citatis*) et auditis in juribus suis iis quorum interest.

Quod si juridica haec procedendi methodus etiam in themate fuisset servata confidunt Crustumeriae habitatores s. illam Congregationem nunquam fuisse declaraturam eorum dismembrationem: nam primum nulla eam jubendi urgentissima causa intercessisse videtur, quae sistere debet in necessitate vel saltem in utilitate animarum, *Rebuf. in prax. benefic. lit. de erect. eccles. in Cathedr. in 2., Gonzal. in cap. Sicut unire n. 4. de excess. Praelat.* et *Frances. de eccles. Cathedr. cap. 7. n. 132.* Neque pro urgentissima causa eadem s. Congregatio respexisset longinquitatem Crustumeriae a Cathedrali Sabineusi ac propinquitatem ad Tiburtinam: alia siquidem adsuut oppida ab illa magis quam

*) Vd. *p. 1109. n. 2.*

Crustumeria remota atqne magis ad Tiburtinam Dioecesim propinqua, quae tamen Sabinensis Dioecesis partem efformant. Accedit, quod iter ad istam duceus adeo facile et cnrrni pervinm est, nt omnes Cardinales Antistites Sabinenses Crustumeriam se contnlerint ac etiam in ejus ecclesia spectabili decorata Clero Pontificalia quandoque expleverint quemadmodum de Eminent. Episcopis Litta ac Odescalchi narratur. Praeterea si partes quorum intererat de more vocatae fuissent, hand dubium quiu incolae Crustumeriae sua damna s. Congregationi pandidisseut, quae iisdem mature perpensis a dismembratioue declaranda forsan se abstinnissent, non secus ac alias se gesserunt etiam in casu, quo dismembratio necessaria videbatur ad erigeudam novam episcopalem sedem. Exemplum hujusmodi decreti sub die 27. Sept. 1669 edito relatum extat penes laudatum *Pignatell. loc. cit. n. 15.* ubi legitur: S. Congr. rebus consistorialibus praeposita iu causa dismembrationis a Metropolitana ecclesia Burgensi, ejus partis, quae vulgo dicitur le Montagne Casse, ad effectum erigendi novum Episcopatum iu Collegiata oppidi de Sautandes visis et mature discussis probationibus tam pro dismembratione quam contra legitime factis et una cum aliis documentis censuit uisi aliter SS. D. N. placuerit non esse locum dismembratioui ejusmodi. Et facta relatione Sanctitas Sua s. Congregatiouis senteutiam probavit.

Hncusqne in medium allata tanti ponderis esse videntur Crustumeriae incolis, ut non dubitent quiu EE. PP. responsum eorum instantiis propitium ferant. Quodsi ea tanti nou fecerint EE. VV. tunc ipsi et ob amissa privilegia et ob iugentia damna petitam gratiam praestolantur. Ac primo loco considerandnm proponunt deperditnm privilegium sibi habendi Pastorem in splendissima Cardinalis dignitate fulgentem seque spectaudi ad Dioecesim suburbicariam, quae procul dubio majori digna honori ab omuibus dignoscitur quam Dioecesis cui praeest Rector episcopali tantum charactere insignitus. Ex hoc deperdito privilegio alterius deducnnt amissionem, quo im. Mem. Leo XII. statuebat, ut ex coucurrentibus ad parochiales Urbis ecclesias praeeligerentur caeteris paribus Candidati inter Clerum romannm recenciti, hisque deficieutibus praeferentur aliis ii qni subessent Episcopatibus Suburbicariis.

Inter damna autem primnm recensent defectum alimentorum, quibus aut integris aut pro medietate plurimi Alumni Crustumerini ab immemorabili fruebantur in Seminario Malleanensi eo quod huic adjecta fuerant praedia ac pingnes redditus Abbatiae s. Nicolai quae extat Crustumeriae. Ab anno 1842, qno oppidum dismembratum fuit a veteri Episcopatu ejus habitatores hujusmodi utilitate orbati fuernnt; atque hinc factum est, ut parentes quamplurimi ob domesticae rei angustias obsecundare nequiverint filiorum suorum desiderio ecclesiasticae militiae nomen dandi, atque timor nunc insideat Incolarum animis, ne inopia Sacerdotum succedat uberimo eorum numero quo semper antea gavisi snnt, quum 5 annorum spatio vix unus ad sacerdotalem ascenderit Ordinem, 5 vero ad plnres abierint.

Secundo notant Bullarum apostolicarum impensas quas post aggregationem Crustumeriae ad Tiburtiuam Dioecesim facere debent ii, qui ad quaecumqne promoventur beneficia inibi existentia; quum antea ob privilegium quo gaudent Episcopi suburbicarii ad illa obtinenda sufficeret proprii Cardinalis Antistitis rescriptum exceptis primis tantnm Dignitatibus. Afferunt pariter augmentum taxae Tiburis vigentis favore Notarii in constitutione patrimonii sacri, in conficiendis actibns possessionis beneficiorum ac instrumentis emphyteuseon bonorum ad loca pia spectantium, necnon impositionem mediae annatae qnam Capitnlares Tiburtini juxta dioecesanam legem detrahere praesumunt favore Cathedralis ex quibuscumque beneficiis quae penes Sabinensem ecclesiam hujusmodi subjiciuntur oneri cum eorum redditns annnns summam scutatorum 100 excedat.

Tertio demum perpendunt maximae utilitatis jacturam perpessam ab iis qui ad ss. ordines ascendere optant; nam si ad suburbicariam Dioecesim spectarent, gratis omniuo reciperentnr in domo Patrum Missionis Urbis, ut vacare possent spiritualibus exercitiis sacris ordinibus praemittendis. Commemorant insnper sacras magni pretii suppellectiles interdum ecclesiae parochiali Crustumeriae donatas ac ingentes stipes saepenumero pauperibns oppidanis elargitas ab Eminent. Episcopis qui insuper ipso s. Visitationis tempore se abstinens ab exigendo procurationem a Clero, a piis locis et a communi aerario. Nec silentio praetereundum putant scutata 7500, quae pro instauranda ecclesia s. Egidii cura Viri Eminentissimi Cardin. Descalchi, qui tunc temporis ecclesiam Sabinensem regebat, obtinuerant super redditibus Abbatiae s. Mariae de Plano in oppido Canemorto existentis, quaeque eis postmodum fataliter ablata fuerunt ob erectionem novae Cathedralis Mandelensis.

Horum omnium mole perpensa factnm esse sibi suadent, nt hodiernus Episcopus Cardinalis Sabinensis, Capitulares Malleanenses iique etiam Tiburtinae infelici Crustumeriae sorte permoti assentiri non dubitaverint ut ea ad suum pristinum statum regressum faceret. Quod si Antistes Tiburtinus suum respicieus praejidicium dissentire videatur haud attendendum existimant hujusmodi dissensum ad tradita per *Piton. Discept. 144. n. 27.* ubi referens verba *Curt. jun. cons. 1. n. 24. lib. 11.* scribit: Qnando privilegium conceditur alicui, per quod reducitur ad illud jus quod sibi antiquitus competebat uon potest legitime conqueri ille cui ex hoc generatur praejudicium. Idem docet *Gozadin. cons. 1. n. 35.*, ibi: Quando aliquid conceditur per Principem, ita quod reducimur ad illud quod prius antiquitus competebat, tunc valet etiam in praejudicium tertii nec poterit quis conqueri. Adde Tiburtinum Antistitem uon omnia ponderavisse damna nec ea facile reparari possnnt, ipse sibi suadet.

His allatis rationum momentis EE. PP. adprecamur ut qua praestant sapientia et aeqnitate dignentur enodare

D n b i a:

I. *An constet de legitima dismembratione Crustumeriae vulgo Palombara a Dioecesi Sabinensi ejusque unione ad Dioecesim Tiburtinam in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo consulendum sit SSmo pro avulsione Crustumeriae a Dioecesi Tiburtina ejusque nova aggregatione ad Sabinensem Dioecesim in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Providebitur in II.

Ad II: Affirmative in omnibus.

Die 25. Sept. 1847.

21) Effecta quando est?

Vd. p. 1142. §: *Ad hoc.*

22) Episcopi judicium et jus.

Vd. n. 1—20.

Penes Archiepiscopum est arbitrinm statuendi quae esse debeat distantia, incommoda, qui difficilis accessus ad dismembrationem obtinendam, *Monach. de arbitr. cap. 497. n. 4.*, *Costa de remed. subsid., remed. 75. n. 4.*, *Ricc. in Praxi Resolut. 476. n. 5.*, *Pax Jordan. elucubr. canon. t. 3. lib. 10. tit. 21. n. 5.*

Quoniam saepenumero accidit, quod per hasce literas nostras referre oporteat qnaestiones actas apud s. C. Congregationem, quoad paroeciarum dismembrationem, haud ingratum fore credidimus lectoribus, si hac in materia aliquid innuimus, praecipue inhaerentes doctrinae clarissimi Fagnani. Ad notationibus praetulimns appendicem, ut fusius loqui liceret, tum quoad Episcoporum auctoritatem in subjecta materia, tum qnoad jurisprudentiam, quae tractu temporis apud sacra Romae dicasteria varias accepit modificationes.

Quamobrem exordientes a potestate ss. Antistitum thesim ponimus: Episcopos praeditos esse, pro dismembratione paroeciarum, tum auctoritate ordinaria tum delegata ab Apostolica Sede.

Quod Episcopis competat hujusmodi ordinaria potestas deprehenditur, jnxta Canonistarum sententiam, *ex Cap. Ad audientiam 3. tit. 48. de ecclesiis aedif. lib. 3. Decretalium*: »*Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod Villa quae dicitur H. tantum perhibetur ab ecclesia distare, ut tempore hyemali, cum pluviae inundant, non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire: unde non valent congruo tempore ecclesiasticis officiis adesse. Quia igitur dicta ecclesia dicitur redditibus abundare, quod praeter illius Villae proventus minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus quatenus, si res ita se habet, ecclesiam ibi aedifices et in ea Sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad praesentationem rectoris ecclesiae majoris, cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem Villae obventiones ecclesiasticas percepturum; providens tamen ut competens in ea honor, pro facultate loci, matrici ecclesiae servetur: quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villae dominus viginti acras terrae frugiferae velit ad usus*

Sacerdotis conferre. Si vero persona matricis ecclesiae virum idoneum praesentare distulerit vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci et virum bonum appellationis cessante diffugio instituere non ommittas.«

Quod autem Episcopi etiam habeant potestatem Apostolicam delegatam pro ecclesiis dismembrandis colligitur ex *Trid. sess. 21. cap. 4.*: »*Episcopi, etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati, in omnibus ecclesiis parochialibus et baptismalibus, in quo populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis ministrandis et cultui divino peragendo, cogant rectores vel alios ad quos pertinet sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda et cultum divinum celebrandum. In iis vero in quibus, ob locorum distantiam sive difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta et divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam Constitutionis Alexandri III. quae incipit* Ad audientiam *constituere possint. Illis autem sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis praeficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi, ex fructibus ad ecclesiam matricem quandocumque pertinentibus; et si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam*«. *)

Ex jure ergo seu ex textibus relatis absque controversia colligitur, Ordinarios locorum duplicem potiri auctoritatem, nempe ordinariam et delegatam. Delegata auctoritas, ut plurimum, conceditur Episcopis a Sede Apostolica, eo consilio, ut firmiori jure procedere possint adversus exemptos eidem Sedi apostolicae immediate subjectos **). Nam neque exemptiones violantur, quando Episcopi agunt ceu Apostolici delegati.

Utraque insimul aut separatim uti valent Episcopi auctoritate, quando paroecias sibi subjectas dismembrare debeant. Quoad paroecias exemptas uti debent auctoritate delegata quia in easdem hac sola potiuntur; et hoc in casu vice funguntur Sedis Apostolicae, cujus ceu Delegati agunt et solum agere valent *). Obvia tamen hic sese exhibet petitio: Episcopi qui caeteroquin haud plena fruuntur auctoritate ceu R. Pontifex liganturne ullis conditionibus et formalitatibus quum ecclesias dismembrant? Petitioni huic respondet Cardinalis De Luca *de parochis disc. 35. n. 6*: Recepta conclusio est, dismembrationem unius ecclesiae ab altera sapere speciem verae alienationis; ideoque requiri copulativum concursum solemnitatis ac justae causae, juxta doctrinam Abbatis«.

His adjici debet quod opportune in folio s. C. Concilii exscribitur in *Massanen. et Popul. Dism. diei 9. Maji 1840* §. *Nescit*: **) »Nemo nescit qui vel a limine sacros canones salutaverit beneficiorum dismembrationem in jure esse odiossimam, quippe quae alienationem sapiat, ut ajunt Abbas ad cap. *Ad audientiam* in §. notabilium, Lotter. de re benef. l. 31. quaest. 28. n. 4., Rota Rec. p. 7. dec. 68. n. 1. Hinc nonnisi in subsidium ac gravissimis patentibus cansis, quae sunt urgens necessitas vel evidens ecclesiae utilitas, permittendum docent juxta *cap. Sine exceptione* 12. q. 2. cap. Et hoc jus 10. q. 2., Decius Cons. 141. n. 1. v. 2., Rota dec. 578. n. 17. p. 19. § 2. Rec., praesertim cum de parochialibus sermo est; nihil enim magis alterat ecclesiarum praesertim parochialium statum, quam divisiones seu dismembrationes, nt ait Lotter. de re benef. l. 1. q. 28. n. 1. Quod si talia adsint in causa dismembrationis, nulla esse potest contraria ratio, quae illam impediat; s. C. in Imolen. Dismem. 8. Jan. 1726, in Aquen. 13. Julii ejusdem anni, in Asculana Dism. 15. Decem. 1719; adeoque nec dissensus patronorum, ut eruere est ex ipso Trid. Sess. 21. cap. 4. de ref.«

Consonat Cardinalis De Luca *de Regular.* disc. 5. n. 4: »Divisiones et dismembrationes, inquit, omnes et forte majores solemnitates exigunt cum justa causa necessitatis vel utilitatis; eo modo quo in formalibus alienationibus desideratur« *).

Ex dictis ergo colligitur adesse debere, ad rite valideque dismembrationem peragendam justam causam et formalitates nonnullas. Ast quoniam pia Mater ecclesia in omnibus nil aliud quaerit quam animarum salutem, hinc justa, pro dismembratione, nulla alia causa esse potest quam distantia vel alia difficultas pro Christifidelibus accedendi ad ecclesiam pro recipiendis sacramentis et audiendis divinis officiis. Ad rem clarissimus Fagnanus in *cit. cap. n. 23*: »Ex praedictis collige in effectu unicam esse causam erigendi novam parochiam, videlicet magnam difficultatem accedendi ad ecclesiam matricem pro sacramentis percipiendis et divinis officiis audiendis: nam aliae causae videlicet distantia loci, flumina intermedia, portae civitatis clausae, necessitas leprosorum et alia id genus impedimenta, in tantum justificant erectionem, in quantum pariunt difficultatem hujusmodi; alias secus ut ex jam dictis constat«.

Quae tamen distantia seu difficultas accedendi ad ecclesiam matricem non quaelibet esse potest, sed talis esse debet quae paroecianis magnum incommodum pariat. Idque ex ipsis juris verbis eruitur; nam cit. textus Decretalium habet: *sine magna difficultate ipsam adire* . ., et Tridentinum: *parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta* . . . Hinc ad rem Leurenius *For. benef. p. 1. q. 154. inquit*: »Caput citatum *Ad audientiam* non quamcumque distantiam, sed talem quae est cum magno incommodo; item necessitatem non quamlibet, sed evidentem, quae est talis ut ei aliud remedium aptari nequeat, pro causa sufficiente talis dismembrationis et novae parochialis constitutione requisivit«.

Non tamen ita sese res habet, ut ad rite dismembrandam ecclesiam semper adesse debeat utraque causa, nempe distantia et difficultas accedendi. Una tantum ex duabus etiam sufficere potest, dummodo ex una magnum enascatur incommodum **) ad accedendum ad ecclesiam pro recipiendis sacramentis. Sic si pars populi, quamvis parum distet ab ecclesia, tamen nequeat accedere ad illam, nisi per magnum incommodum, justam exhiberet dismembrationis causam. Fagnanus *cit. cap. n. 19.* opportune rem explicat: »inferetur secundo ut similiter justa sit erectionis causa, si inter populum alicujus Villae et parochialem torrens vel flumen aliquod intercedant, quae nec pontem habeant nec vado transiri possint... Undecumque enim proveniat magna difficultas percipiendi sacramenta, dicitur subesse justa causa erigendi novam parochiam, ut ex dictis patet. Ideoque Concilium Tridentinum alternative loquitur ibi: ob *locorum distantiam* sive *difficultatem*«.

Praeterea etsi ex duobus citatis textibus decretalium nempe et Tridentini de magno incommodo verbum fiat, ad validam reddendam dismembrationem tamen nulla fit declaratio ut dignoscatur quaenam sit magna difficultas et magnum incommodum. Ideoque arguunt Canonistae: quum sacri canones Episcopis contulerint facultatem dismembrandi in casu *magni incommodi* neque declaraverint in quo magnum stet incommodum, ideo retinendum esse Episcoporum judicio et prudentiae reliquisse in singulis casibus decernere, an adsit necne magnum istud incommodum. Quam sententiam habet Fagnanus *cit. cap. n. 18*: »Quanta autem debeat esse hujusmodi distantia, *) seu parochiae amplitudo ad hoc ut parochiani dicantur non posse *sine magno incommodo* ad ecclesiam accedere, cum jure definitum non sit, judicis arbitrio relinquitur«.

Innuimus jam, praeter legitimam causam quamplures requiri formalitates, ut dismembratio canonica fiat. Plures harum numerantur a Fagnano in *cit. cap. n. 28. et seq.*

---

*) Duo in hoc textu animadvertas velim. 1. Quod ex consensu Doctorum ordinaria potestas dismembrandi paroecias supponitur et confirmatur a Tridentino, quando concedit Episcopis potestatem delegatam. Vox *etiam* innuit, eosdem jam praeditos esse ordinariâ potestate. 2. Quod vi hujus decreti nulla superest controversia quoad consensum a parocho praestandum. Ante Tridentinum dubitabatur an parochus paroeciae dismembrandae praebere deberet consensum; quod dubium tollitur per verba; »*etiam invitis Rectoribus*«. (Vd. *p. 1109. n. 2.)*

**) Paroecia eximi potest ab Ordinarii jurisdictione, si adnexa sit alicui monasterio aut Capitulo exempto vel ob aliam causam.

*) In decreto dismembrationis notandum est quanam auctoritate processerit Antistes, ne decretum nullitate laboret; praecipue si agatur de ecclesiis exemptis.

**) Vd. *p. 1175.*

*) Fagnanus in cit. Cap. octo enumerat formalitates requisitas, praeter justam dismembrandi causam. (Vd. *p. 1096. n. 1.)*

**) Etsi quaelibet incommoditas non sufficiat, non tamen requiritur ut parochiani aliquando decesserint absque sacramentis Unde (ait Fagn. cit. cap. n. 16.) »satis est ad validitatem erectionis, ut immineat periculum ne sic decedant; neque hujusmodi eventus est expectandus, quia potius praeveniendum ne contingat, cum satius sit occurrere in tempore, quam post exitum vindicare.

*) Sacra Cong. Concilii opinionem in praxi saepe retinuit, duo millia passuum sufficere ut dismembratio rite fieri possit; sic resolvit in Ariminensi Erectionis parochiae 18. Junii 1789 et in Placentina Dismembrationis 28 Maji 1791. Sed decisiones istae sumi nequeunt pro regula: quia evenire potest ut pari distantia aut asperitate itineris dismembratio probata aut rejecta fuerit ob alias circumstantias, quae intervenire possint. Ideoque judicio Episcopi perpendi debet *magnum incommodum*.

Principaliter ad erectionem novae parochiae requiritur ut in illa parte parochiae antiquae, ubi nova parochia est erigenda, sit competens nnmerus parochianorum« *).

»Requiritur ad erectionem novae paroeciae ut citetnr rector matricis ecclesiae; nam etsi erectio fieri possit etiam ipso invito . . . tamen non potest fieri, nisi eodem citato et requisito . . .**) Nec tantum rectoris ecclesiae, sed etiam aliorum omnium, quorum interest, praerequiritur citatio.***)

Quod extensio novae paroeciae determinanda sit nulla quaestio; nam Leurenins *For. can. p. 1. q. 160.* ait: »Respondeo, parochiam quamlibet, regulariter loqnendo, debere habere territorium suum separatum et divisnm, in qno non est licitum alteri parochiae aliquid facere«.

Sub numero 49. *cit. Cap. Ad audientiam* Fagnanns docte expendit quaestionem: an dismembrationes paroeciarum fieri possint ab Episcopo inconsulto Capitulo. Conclusio autem verior esse videtur, quamvis olim inter canonistas controversa, qnod nou requiratur Capituli consensus quum Episcopus procedit ceu Delegatns Apostolicus in paroeciam exemptam. Nam hoc in casu Capitulum nequit conqueri, quod se inconsulto processum fuerit ad dismembrationem eo quod Papa, cnjus vices gerit delegatus, ad illius consensum reqnirendnm non adstringatur. Episcopns autem exquirere debet Capitnli consilium qnando procedit jure ordinario et etiam qnando procedit ceu Delegatus Apostolicns, dummodo paroecia ex iis sit, quas dismembrare posset jure ordinario. Superins enim innuimus Episcopum procedere posse utraque auctoritate, ordinaria nempe et delegata in dismembratione paroeciae non exemptae.

Praeter alia observanda in paroeciarum dismembratione dos competens assignari debet novae ecclesiae. Unde Fagnanns *loc. cit. n. 31.* ait: »requiritur ut ecclesiae construendae dos competens assignetur ut in capite *Nemo de consecr. distinct. 1.* Et jam censuit sacra Congregatio in erectione novarnm parochiarum prius cogitandum de dote.« *) Eruitnr tamen ex textu ipso Capitis *Ad audientiam* quod erectio novae paroeciae decerni nequit, nisi in hypothesi quod parochns antiquae, facta dismembratione, *convenienter valeat sustentationem habere.* Pariter matrici ecclesiae reservatur juspatronatus in novam, quatenus haec ex alterius redditibns dotata sit, et competens honor a filiali tribuendus est matrici. Filialis rependere debet annuum censum ju signum subjectionis.

Tandem erectio novae ecclesiae ex Fagnano *loc. cit. n. 41.* fieri debet ab Episcopo ipso vel ab ejus Vicario generali, qni ad id speciale mandatum habeat.

Ad secnndam hnjus appendicis partem gradum facientes memoria repetant lectores, nobis loquendum esse de jurisprudentia ss. Congregationum qnoad paroeciarnm dismembrationem. Hand obliviscendnm, quod alias innuimus, anctoritati Cardinalis De Luca innixi, quaestiones dismembrationis esse potins facti, quam jnris. Ideoqne multa habentnr exempla apnd Thesanrum resolntionum, quibns s. C. Concilii dismembrationem impertita est, multaque qnibus eamdem denegavit. A probatione facti seu magni incommodi accedendi ad paroeciam, pro sacramentis excipiendis, forsan repetenda est diversitas jndicii, quo admissa aut denegata saepenumero dismembratio fnit in variis casibns.

Verumtamen, posthabendo etiam probationes magni incommodi ex parte popnli in singulis casibus, alia olim invalnit opinio in foro in subjecta materia. Quum dismembratio beneficiorum in jure sit odiosa, quippe quae alienationem sapiat, ideo praxis apud tribunalia sacra obtinnit non dismembrandi paroecias. Quamobrem, concurrente etiam justa causa, hand deveniendum esse ad parochiae dismembrationem censebatur, qnoties per praesentiam Capellani in aliqua Capella prospici potuisset necessitatibus spiritualibus parochianorum, qui ecclesiam prae distantia vel prae itineris difficultate adire non possent. Ita respondit in quolibet casu s. Rota; cui concinnit etiam s. C. Congregatio. Nihilque intererat an paroeciae dismembratio peteretur ex impedimento temporaneo, ex. gr. fluminis ant torrentis hiberno tempore exundantis sive etiam ex impedimento perpetuo, scilicet distantiae, sive nova erigi vellet ex bonis veteris paroeciae, sive ex bonis aliunde provenientibns, sive jam fnerint vel non fuerint qui obierint sine sacramentornm auxilio.

Nostris vero hisce temporibus s. Concilii Congregatio in diversam ivit sententiam; sapienterque id factum esse deprehendes si parumper spectes aetatis nostrae ingenium. Mores depravati incautae juventutis, permulti lupi, qui furunt ut gregem devorent, nisi absolutam necessitatem, evidentem saltem utilitatem portendunt multiplicandi pastores.

Insuper opinio posterior s. C. Congregationis, nednm nostris temporibus aptior, verum conformior visa est tum Capiti *Ad audientiam* tum Tridentino *sess. 21. cap. 4. de ref.* Inter alios qui protuentur majorem hujusmodi conformitatem juri reponendus est Van-Espen *Juris eccl. univ. part. 2. tit. 6. cap. 2.* § *24.* qni ait: Sed tamen si causa legitima erigendi novam parochiam occurrat, non tam facile ob aliquorum interesse ad jam snggestnm remedium confugiendum, tam quod non omnia in capellis fiant, ad quae parochiani tenentur ex jure communi et Tridentino, quam qnod magna sit distantia inter pastorem, cnjus sunt oves propriae, nt instituitur in novis parochiis, et Sacerdotes, qui in Capellis nec omnia praestant, nec tamquam suis. Plenius ergo satisfit magno incommodo per erectionem novae parochiae quam per capellam; eaque in casu magni incommodi mens esse videtur Concilii Tridentini . . .«

Hinc etsi rectores paroeciarum oppositionem faciant ne deveniatur ad dismembrationem et saepe saepius adpromittant retinere unum vel plures capellanos, qui in capellis occurrere valeant indigentiis spiritualibus paroecianorum, tamen dismembratio, ut plurimum, conceditur. Recole paulisper exempla dismembrationis relata pag. 1096 etc. et reperies confirmatam praxim, de qua hucusque verba fecimus. Rector veteris ecclesiae curis omnigenis studuit dismembrationem praepedire; ast dismembratio locum habuit, eo quod majori paroecianorum commodo consultum sic fuit. Alia quamplurima prostant exempla, quae innuunt sacram jurisprudentiam nunc praeferre dismembrationem aliis remediis pro bono animarum. Sic a p. 1096. etc. relatas habes qnaestiones in quibus parochns nullum non movit lapidem ut impediret dismembrationem. Autumavit quidam parochus nullum adesse spirituale detrimentum pro populo: nam ecclesiae Barnabitarum et Capuccinorum intra paroeciae limites positae praesto erant pro bono animarum. Et Capuccini et Barnabitae operam adjutricem praestabant parocho in administrandis Sacramentis. Attamen dismembratio impertita fuit.

Ex quibus exemplis aliisque qnamplurimis relatis in Thesanro resolutionum s. C. Concilii pernoscere est jurisprudentiam antiquam temperamentum accepisse. Nam dismembratio tunc temporis habita est tantum uti remedium extremum ita nt locum non haberet quoties necessitati consnli potuisset per parochi Vicarium. A medio fere saeculo elapso mitius judicatnm est de evidenti ecclesiae utilitate, ita ut haec non confnnderetur cnm absoluta necessitate. Hinc praxi recentiori pene nulla habetur ratio de remediis subsidiariis vel extremis. Et quatenus utilitas in animarum bonum appareat, dismembratio decernitur neqne facili modo improbatur si ab Episcopo facta fuerit, praecipue si dos aut sufficientes redditus non desint pro novo parocho.

23) Jns functionum in ecclesia dismembrata.

Vd. *Dismembrat. concessa* (ecclesiae filialis a Collegiata p. 1126. n. 6.)

24) Limites assignandae.

Vd. n. 1. etc.

Ad divisionem paroeciarnm quod spectat limites describuntnr unius alteriusque paroeciae ut scilicet altera sit divisio paroeciae

*) Opinio communior videtur quae exposcit saltem decem familias pro nova erigenda ecclesia.

**) Cardinalis De Luca habere videtur pro necessaria formalitate nedum citationem, sed etiam consensum Rectoris ecclesiae dismembrandae; sed hoc eo sensu intelligitur, quod nisi consentiat potest appellare. Si appellans fuerit injuste gravatus, gravamen ejusmodi per superiorem poterit emendari. Fagnanus *loc. cit. n. 12.* innuit in omni casu appellari posse ad Papam, omisso medio. Regulariter tamen a sententia Episcopi appellatur ad Metropolitanum. Appellatur ad Papam, quoties dismembratio facta sit in paroecia exempta. Appellatur apud Metropolitanum quoties paroecia sit Episcopo subjecta, quacumque auctoritate sive ordinaria sive delegata processerit Episcopus. Notandum quoque est quod appellatio haec habet solum effectum devolutivum, minime suspensivum. Unde firmum manet Episcopi decretum, nisi a superiore annulletur, nec interposita appellatio impedit quin ad executionem deduci possit. (Vd. *Appellatio*); *p. 1109. n. 2.*

***) Quando paroeciae dismembrandae cura habitualis divisa est ab actuali, citatur rector habitualis.†) Si autem paroecia dismembranda vacua sit, tunc deputatur ab Episcopo aliquis cui competit exquirere de legitimitate et veritate causae. Quod si paroecia dismembranda sit jurispatronatus patronus citari debet; sed ejus consensus exquiri non videtur, praecipue si irrationabiliter sese opponat dismembrationi.

†) Vd. *p. 1124. n 5; 1126. n. 6.*

*) Vd. *p. 570. d.*

urbanae de janua ad januam oppidi, altera *rusticae*, quae per agrum certis praescriptis limitibus procedat et in XXXVI. praecavetur, ut si in futurum alterutrius paroeciae dismembratio fieret tum coequanda esset ex altera paroecia portio dismembrata. Consona haec sunt Decreto Trid. *sess. 24. cap. 13. de Reform.* quo mandat Episcopis *pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas propriasque parochias unicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat.* Utrum vero aeque commoda sit haec divisio relinquendum erit arbitrio Episcopi, cui id muneris a Tridentino mandatum est.

(Die 23. Novb. 1816. Votum Card. de Gregorio in causa *Maceraten*).

25) Modus servandus.

Vd. *Eccles. paroch.* (erectio per dismembr. non concessa, decr. *Adrien.* §: *Altera etc.*); p. 1096. etc.

Si aliter dismembratio fiat ab Episcopo quam a ss. Canonibus praescribitur, scilicet adhibitis solemnitatibus ex justis causis, dismembratio ipso jure irrita est, ut post *Text. in Can. sine Exceptione caus. 12. quaest. 2., cap. Dudum de reb. eccles. non alienan.* tradunt *Lotter de re benefic.*: *lib. I. quaest. 28. n. 2., Reclus. de re parochial. part. I. tit. 12. n. 55.* et s. Congreg. in *Derthonen Dismembrationis 5. Aprilis 1732* et in *Casanen. Dismembrat. 3. et 17. Sept. 1740* et in *Materanen Dismembrat. 9. Sept. 1741.* Inter solemnitates requiritur *consensus Capituli Cathedralis* *) *ex text. in cap. I. de his quae fiunt a Praelat.* et *citatio parochi ex text. in cap. I. de reb. eccles. non alienan.*

Quamquam vero a Tridentino permittatur dismembratio etiam invitis Rectoribus attamen non ex hoc excluditur, quod citandus sit parochus, ut illo prorsus inaudito dismembratio decernatur quemadmodum definivit s. Congregatio in *Materanen Dismembrationis* proposita diei 24. Januarii 1738, resoluta die 9. Sept. 1741.

26) Praestationes annuas solvere debetne ecclesia dismembrata ecclesiae matricis.

Vd. *Ecclesia dismembrata* (praestationes.); p. 1116 n. 4. etc.

27) Probatio.

Praecipua distinctionis paroeciarum indicia sunt parochiales libri sejuncti et sejuncta in utroque parocho applicatio Missae pro populo, *S. C. in Sutrina* *) *Missae pro populo 16. Julii 1791. § 2. et 3.*

28) Recursus ad laicam potestatem in causis dismembrationis.

Vd. t. III. p. 897. §. *Oppidana.*

29) Reddituum parochiae non concessa.

Vd. t. III. p. 1417. a.

30) Vicarii generalis jus.

Vd. p. 1230. §: *Tandem.*

*) Vd. *p. 1230. §. Sub.*

*) Vd. *t. I. p. 951.*

Disparitas cultus.

1) Utrum Impedim. dirimens inter Judaeum et mulierem haereticam?

Vd. *Matrimon. contrahend. inter Judaeum et mulier. haereticam.* §: *1. et 8.*

2) Origo hujus Impedimenti matrimonii.

Vd. *Matrimon. contrah. int. Judaeum et mulier. haeret.* §. *9. etc.*

Dispensatio.

1) Causae generales concedendi.

Tusculana.

In dispensationibus concedendis concurrere debent verae et idoneae causae, quae derogationem juris et voluntatis suadeant ut ex *Concil. Trid. sess. 6. cap. 2. de ref.* infert *Coradin. in Prax. Dispensat. apostolic. lib. I. cap. 1. n. 6.*

Die 8. Aug. 1801.

Firmana.

Dispensatio nonnisi justa et rationabili de causa a Pontifice concedi solet ex textu in *cap. I in fin. de Filiis Presbyt. in 6.* et *Gloss. in cap. Ordinar.* verb. *Dispensat. de Offic. Ordinarii*, eaque nunquam in praejudicium tertii vergere debet ex textu in *Leg. Rescripta cod. de precib. Imp., Lotter. de re benefic. lib. 2. quaest. 51. n. 2., Amostaz. de causis piis lib. I. cap. 14. n. 8.*

Die 18. Febr. 1832.

2) Causae et facultas.

Vd. t. IV. p. 618.*

3) Super defectu aetatis ad beneficia et Canonicatus assequendos.

Vd. *Beneficiatus* (sacerdotio nondum insignitus t. II. p. 236.): *Canonicus* (t. III. p. 354. II.; ordinatio t. III. p. 410.); *Canonicatus* (aetas etc. t. III. p. 48.); *Aetas* t. I. p. 278.); infra n. 3. 4.

3) Super defectu Natalium ad ordines suscipiendos.

Vd. n. 4; t. III. p. 410; t. II. 236.

Ad dub.: 1. An *Provisores et Vicarii gener.* a capitulis sede vacante deputati valeant concedere dispensationem super defectu Natalium ad Ordines suscipiendos?

2. An iidem valeant dispensare irretitos eodem defectu Natal. ad obtinenda beneficia curata?

S. C. C. resp.

Ad 1: Affirmative quoad Ordines min. tantum.

Ad 2: Negative.

Die 28. Jan. 1708.

Veneta.

(Conc. Tr. c. 4. 7. sess. 23. de ref.)

In facultatibus recognitis et collationatis in Secretaria Brevium quae a Sede apostolica Nuncio apud Venetos attribui consueverunt extat illa: *Et prorsus cum quibuslibet aliis Clericis et personis ecclesiasticis super quacunque Irregularitate ex delicto provenien. per eos, non tamen occasione homicidii voluntarii, haeresis et laesae Majestatis etc. dispensandi.* Et infra: *Similiter patientes defectum Natalium legitimandi et sine praejudicio venientium ab intestato Natalibus restituendi.* Porro de anno 1703 ad preces Marini Bizzae Clerici Arben. in minoribus ordinibus constituti et Natalium defectum ex soluto et soluta patientis, Nuncius apostolicus tunc temporis Indultum seu Commissionem extradedit directam Episcopo Arben. sive ejus Vicario in hunc tenorem: *Ut eundem Marinum supplicantem, qui, ut etiam asserit, defectum habens Natalium ex soluto et soluta genitus, petit legitimare et sine praejudicio Venientium ab intestato Natalibus restituere, de Benignitate apostolica dignaremus, ita ut defectu hujusmodi non obstante necnon Constitutionibus et Ordinibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque, si alias idoneus repertus fuerit et reliqua requisita habuerit, ad omnes etiam sacros et Presbyteratus Ordines promoveri et promotus in illis etiam in altaris ministerio ministrare et quaecumque et qualiacunque Beneficia ecclesiastica (sine tamen cura) etiam canonicatus et praebendas exceptis primis Dignitatibus in Cathedralibus et Metropolitanis et Collegiatis ecclesiis si alias et canonice conferantur aut ipse eligatur, praesentetur aut alias assumatur ad ea, ut instituatur in eis recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati Paternitati Vestrae, Pater Episcope, sive discretioni Tuae, Vicari, praedicta apostolica Auctoritate nobis concessa, quam virtute officii nostri fungimur in hac parte, per praesentes committimus, quod si est ita et consideratis diligenter circumstantiis universis, quae serio ad idoneitatem praedicti supplicantis fuerint attendendae si paternae incontinentiae imitator non sit, sed bonae conversationis et famae ac vitae aliaque merita sibi suffragentur, super quo conscientiam vestram oneramus, ipsum supplicantem ad hujusmodi legitimationem et reconciliationis gratiam obtinendam sine praejudicio tamen Venientium ab intestato admittat seu admittas, secumque juxta praenarratam petitionem Auctoritate praedicta dispenset seu dispenses,* quemadmodum latius ex copia dictae Commissionis ab Episcopo Arben. transmissa.

In vim cujus Indulti seu Commissionis idem Episcopus d. Franciscum ad ss. Ordines promovit sed dubitans subinde an Nuncius talem facultatem concedere potuisset, ut Illegitimus ad s. Ordines promoveretur, pro securitate gestorum humiliter recurrit ad hanc S. C. pro declaratione. Et proposita causa in Congregatione diei 26. Januarii proxime praeteriti demandatum fuit, ut poneretur in folio,*) prout hodie reproponitur EE. VV. snb infrascripto dubio sapientissime definiendo:

An constet de legitima dispensatione in casu etc.?

S. C. C. resp.: Negative et amplius.

Die 27. Apr. 1709.

Adjacen.

(Conc. Tr. c. 5. 7. sess. 23. de ref.)

Supplicatio porrecta extitit in Dataria ab Eminent. Prodatario ad hanc s. Congr. remissa pro parte Joannis Demetri Giacomoni Rectoris parochialis ecclesiae s. Luciae loci Bogognoni hujus Dioecesis exponentis, qnod alias Franciscus Quilichini Giacomoni et Maria de Paulis ejusdem Dioecesis in tertio gradu affines, snb spe Dispensationis apostolicae aliquo temporis spatio in figura matrimonii vixissent, ex quo Orator natus est, quique post Genitorum obitum in pupillari aetate existens ad Civitatem Januen. ductus fuerit, ubi lapsu viginti annorum et ultra commoratus literarum stndiis operam navaverit et deinde praevia fide legitimitatis suorum natalium hujusmodi a quodam Amico certior factus obtinuerit a Sacro Poenitentiariae officio secum dispensari ad omnes etiam ss. et Presbyteratus Ordines et rite promoveri se fecerit, subinde vero de parochiali ecclesia praedicta ordinaria anctoritate provisus fuerit et pro istius canonica retentione a praedicto Poenitentiariae officio uti de re occulta secum etiam indulgeri et dispensari meruerit, injuncta Oratori obligatione erogandi certam eleemosynam in piam causam convertendam, quam Orator prompte et fideliter erogavit. Nuper vero post lapsum 14 annorum, a quo sacerdotali militiae adscribi se fecit, et a novennio, quo de dicta parochiali ecclesia provisus fuit, impedimento illegitimitatis hujusmodi a dicto suo parocho publicato et re ad Forum contentiosum Curiae episcopalis Adjacen. deducta fnit ab eadem Orator ab exercitio suorum Ordinum suspensus, nt a SS. D. N absolutionis et dispensationis gratiam in praemissis obtinere valeret.

Episcopus desuper informare requisitus refert assertum matrimonium nunqnam fuisse celebratum, sed Oratoris Genitores per decennium vixisse in incaestu usque ad ipsius Sponsi obitum incertumque adhuc esse, an unquam petita fuerit suprarelata apostolica Dispensatio; verum nihilominus esse affirmat fidem legitimitatis ipsius Oratoris confectam fuisse a parocho exhibitam in actis suae Cancellariae; subdit tamen ipsummet parochum nuper examinatum deposuisse de ejus falsitate necnon in libro parochiali 1669 die 15. Novb. perlegi adnotatum Baptismum Oratoris in hunc tenorem: *Gio i Demetrio figlio di Francesco e di Maria sua pretesa moglie.* De Oratoris vero illegitimitate publicnm in ejus Patria pervagari rumorem subdit informans, atque ejusdem bonam fidem tutam non dijudicat, ex eo potissimum, quod per binas vices Patriam repetens Orator ipse, occasione deserviendi pro substituto praedictum parochum sibi conjunctum, pertractaverit librum Baptismi, ex quo agnoscere potnit propriorum natalium conditionem, nisi forte ex dispensatione obtenta a s. Poenitentiaria, inqnit Relator, bonam fidem suffragetur. Haec autem omnia informans patere testatur ex actis constructis in ejus Cancellaria, prout fusius in ejusdem relatione in summario danda. Hinc EE. VV. ex deducendis ab Oratore resolvere dignabuntur:

An Oratoris precibus sit annuendum in casu etc.?

S. C. C. resp.:

Affirmative ad cautelam et Ordinarius procedat contra parochum prout de jure.

Die 26. Jan. 1709.

4) Super gradibus prohibitis et defectn natalium ad matrimonia contrahenda.

Vd. n. 7. 10.

Mexicana.

In relatione status ecclesiae 1704 Archiepiscopus exposuit, quod provisores et Vicarii generales deputati a capitulis sede vacante, praetextn quarumdam opinionum dispensationes impertiri non dubitant in gradibus prohibitis ad matrimonia contrahenda necnon super defectu natalium ad ss. ordines suscipiendos ac beneficia curata asseqnenda; ac affirmare non verentur, quod provincialis ordinis praedicatorum vigore praetensi privilegii a S. M. b. Pii V. concessi dispensari valeat super bigamia vera et reali cum iis, qui habitum suae religionis, in eaque ss. ordines suscipere intendunt, quod etiam ad praxim deduci consuevit, non obstante, qnod praetensum privileginm fuisset revocatum ac a fel. rec. Gregorio XIII. in constitutione quae omnium regularium privilegia redegit ad terminos juris et communis et s. Concilii Trid.

Recitatis hujusmodi precibus in congregatione habita die 30. Augusti 1704 rescriptum extitit: »Archiepiscopus procedat prout de jure et scribatur Nuncio apostolico, ut moneat capitulum ejusqne Vicarium ne tempore sedis vacantis sese immisceant in ordinibus et dispensationibus hujusmodi«.

Datis autem literis pro parte Archiepiscopi instauratae fuerunt eaedem preces sub motivo, quod ntraeque praememoratae literae evaserint frustraneae; primae quidem ad apostolicum Nuncinm directae, quod ejus facultates ad Indiarum oras non protendantur, secundae vero ad Archiepiscopum datae, quod cum capitula ad fundandas suas facultates abducantur variis et singularibus opinionibus supra insinuatis nequeat Archiepiscopus suo jure uti, nisi EE. PP. super praemissis positivum responsnm edere dignentur, specifice declarandi defectum dictarum facultatum, signanter vero quod eadem capitula neutiquam snceduut in iis facultatibus, quibus fruuntur Episcopi Indiarum dispensandi super gradibns prohibitis ex speciali indulto apostolico,*) quod renovari solet pro singulis novis Episcopis, cum in comperto sit, quod in iis, quae Episcopis competunt jure delegati, capitula sede vacante non succedunt, ut in terminis matrimonii firmavit *Rot. dec. 16. cor. Pamphil.*, necnon ut irrita declarentur matrimonia hactenns inita, hisce defectuosis dispensationibus, sed ad submovendas deturbationes exorantur EE. VV. pro facultate ea revalidandi ipsi Archiepiscopo directa uti delegato apostolico. Cum autem fuerit iujunctum, ut causa haec poneretur in folio, ea modo proponitur sub infrascriptis dubiis a sapientissimo judicio EE. VV. resolvendis.

I. *An provisores et Vicarii generales a capitulis, sede vacante, deputati valeant dispensare in gradibus prohibitis ad matrimonia contrahenda?*

Et quatenus negative,

II. *Quomodo consulendum in matrimoniis jam contractis cum hujusmodi dispensationibus?*

III. *An provisores et Vicarii generales a capitulis sede vacante deputati valeant concedere dispensationem super defectu natalium ad ordines suscipiendos?*

IV. *An iidem valeant dispensare irretitos eodem defectu natalium ad obtinenda beneficia curata?*

S. C. resp.

Ad I: Negative;

Ad II: Dilata ad primam Congregat.

Ad III: Affirmative quoad ordines minores tantum.

Ad IV: Negative.

Die 28. Jan. 1708.

5) Differentia inter dispensationem et facultatem dispensandi.

Vd. t. IV. p. 615. §: *Propius.*

6) Extensio.

Placentina.

Dispensationes de casu ad casum extendi nequeunt tradit *Rebuff. in praxi Benefic. part. 1. Vit. de Dispensat. n. 48.*

Die 31. Jan. 1824.

7) In forma pauperum.

Vd. p. 614. d.

Supresso Tribunali quod Regiae Monarchiae dicebatur in Sicilia a s. m. Pio IX., edita ad hoc Constitutione *Superna*, die 28. Januarii 1864, quae in vulgus edita fuit die 10. Octobris 1867 per summam ejusdem Summi Principis clementiam, eodem tempore, Constitutione *Multis gravissimis*, tributa fuit Episcopis Siciliae facultas gratis concedendi matrimoniales dispensationes in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradu, sive simplici sive duplici ac etiam mixto, in favorem tantum eorum qui causa canonica haud destituti vere pauperes existerent.

Cnm vero Siciliae Episcopi uti vere pauperes retinerent, qui insimul possiderent libellas 306 aut uucias 24 annui redditus, uti dictum supremum tribunal in more habebat; Drepanensis Autistes a S. C. C. efflagitavit, num haec praxis tuto sustineri posset. Hujusmodi preces ventilatae in comitiis die 25. Maji 1875 dimissae fuerunt responso: *Dilata et audiantur sacra Poenitentiaria et Ministri Datariae Apostolicae.* Reproposita

*) Vd. *p. 527. n. 6.*

*) Vd. *p. 1230.* §: *Sub.*

at vero in comitiis diei 15. Junii 1878, una cum deductis a Poenitentiaria ac Dataria Apostolica, S. C. C. rescripsit: *Standum esse Decreto Benedicti XIV. sub die 26. Septembris 1754, dummodo constet de prorogatione facultatum.* Quo decreto pauperes declarabantur qui aut nihil possiderent aut summam non majorem scutorum 300 monetae Romanae, si citra montes degerent, sin vero ultra montes extendebatur, eodem pro effectu valor ad ducata de Camera 300 seu scuta 325 dictae monetae.

Quod tamen rescriptum non plene arrisit Siciliae Episcopis Cataniensi et Messanensi; quandoquidem, supplici oblato libello, die 24. Novembris elapsi anni, enixe exposuerunt esse factum constans, quod multi inter pauperes ad evitandam parvam s. Poenitentiariae taxam coeant solo legum civilium vinculo. His de cansis exorant Eminentiam Vestram ut Sapientiae Beatissimi Patris exposita submittere dignetur, eo consilio ut si expedire judicaverit, summam determinatam a Benedicto XIV. augeat ad mensuram, quam hisce temporibus convenire ceuseat.

Quod Oratornm precibns indulgendnm minime sit, evidenter patet ex decisione jam edita ab hoc sacro Ordine, qui minime attentis praesentibus circumstantiis standum esse censuit decreto Benedicti XIV. nuper enunciato. Nec aliunde major gratia concedenda est propter quorumdam pervicaciam. Noruut enim Oratores etiam *gratis* a sacra Poenitentiaria, post eorumdem attestationem, matrimoniales dispensatioues concedi solere, ad quam ceteri hujus peninsulae Episcopi confugiunt, qni in eadem ac ipsi conditione versantur. Quapropter ne perturbetur ordo ecclesiasticae disciplinae et ne insulani cives et Praesules, attento praesertim rapido commutationis commodo, meliori conditione quam ceteri evadant, obtento indulto contenti esse deberent nec ampliori gratia donandi.

Contra sed vero perspectes quod ecclesiastica disciplina, licet simillima semper sapientia et charitate condita fuerit, sui tamen non semper similis fuit, sed ad varias temporum vices attemperata est, nt inqnit *Thomass. de nov. et vet. discipl. part. 1. lib. 1. cap. 48. n. 17., lib. 3. cap. 56. n. 19 et part. 2. lib. 1. cap. 45. n. 13 et 14.* Jamvero si aetatis nostrae spectes tempora, non ea certo sunt quae Benedicti XIV. tempore volvebant; qui enim tnnc divites erant, inpraesens eadem fortunae quantitate coacti sunt ex laboribus manuum suarum, etiam pro sustentanda vita, queritare praesidinm. Neminem enim fugit enormium vectigalium onus in dies angentium, quemadmodum et ipsae annouae pretium, adeo nt merito vere panperes dici possunt, qui valorem duplo majorem a Benedicto XIV. statutum possideut.

Ad rem Oratores edicunt: hac in materia hand posse normam servari immutabilem, pro omnibus temporibus, quoniam pauperlatis et commoditatis mensura variat juxta temporum adjuncta. Nam si juxta decretum Benedicti XIV. anno 1754 pauper dicebatur familia possidens scutos 300, nunc ita miserabilis diceuda foret, ut quotidie laborare debeat ad victum sibi quaeritandum. Quapropter provida RR. Poutificum sapientia speciales indulsit s. Poenitentiariae facultates ad hoc, ut pro opportunitate moderari valeret mensuram pro suis temporibus constitutam a Beuedicto XIV. His etiam de causis Dataria a tempore remoto dispensavit in *forma pauperum* etiam cum iis, quorum patrimonium haud excederet vim scutatorum romanorum 1000. Animadversum praeterea fuit, repentinum trausitum a praxi Siciliae, qna uti vere pauperes ceusebantur, qui iusimul haberent annuum redditum libellarum 306, ad summam scutorum 300 juxta Benedictum XIV., conscientias multorum turbavisse. Hinc multi matrimonio ecclesiastico praetulerunt civile contubernium, forsan ope consilii perditorum; ex quo fit nt damna gignentnr innumera in civili societate. Et quamvis fatendum sit s. Poenitentiariae tribuual saepe saepius gratis dispensare cum iis qui nil rependere queuut, attamen potestne pro quolibet casu eadem exposci gratia? Dum pauperes quamplurimi ut parvam viteut taxam a s. Poenitentiaria quaesitam solo copulantnr civili viuculo.

Quibns serio perpensis attentoqne quod legis vinculum qnandoqne relaxare expedit, *Conc. Trid. sess. 25. cap. 18. de Reform.*, videretur quod Oratorum preces beuiguo essent suscipiendae favore.

Sacra Cong. Concilii sub die 20. Martii 1880 ceusuit respondere:

Attentis peculiaribus circumstantiis pro gratia ad effectum servandi consuetudinem, facto verbo cum SSmo.

Ex quibus colliges:

I. Pro temporum adjunctis suas moderari leges disciplinares Matrem ecclesiam; ita ut vinculum legis relaxet, quando animarum salus (ejus suprema norma) id exposcere censeat.

II. Hinc in themate ex charitate animarum indultum esse, ex gratia, ut posthabito decreto Benedicti XIV. quoad taxam, consuetudo vigens ab anno 1801 servaretur, in concedendis dispensationibus matrimonialibus; dum quamplurimi praeferant contubernium civile ecclesiastico matrimonio, ne parvam solvant s. Poeuitentiariae taxam.

8) Interpretatio.

Vd. n. 5; *Indultum.*

Romana.

Stricte interpretandae sunt pontificiae dispensationes nec ad alios casus non comprehensos extendi possunt vel ex identitate vel ex majoritate rationis, *Piton. Discept. ecclesiast. 30. n. 7., Rota coram Ansaldo decis. 30. n. 27., in Romana Nullitatis pensionum 19. Febr. 1753 § 11. coram Matthaejo* et in *Melevitana Mensae diei 5. Decbr. 1762. § 9. Coram Olivatio.*

Die 13. Febr. 1819.

Verulana.

Dispensatio defectus aetatis secum non ferat dispensationem ab obstaculo fundationis et poena nullitatis, nisi et id exprimatur, *Rot. dec. n. 12. et seq. cor. Kaunitz etc.* et *decis. 343. n. 14. et 20. cor. Olivat.*, cumque dispensationes non concedantur in praejudicium alterius praesertim *idonei*, *Rot. decis. 1224. n. 24. t. 4. cor. Molin.* et *s. Congr. in Sutrina Canonicatus 24. Januarii 1801.*

Die 12. Junii 1819.

Matrina.

Ea indoles ac vis est Pontificiae Dispensationis et Gratiae, ut stricte interpretari debeat nec ultra limites quibus ab eodem Poutifice dispensaute et Gratiam concedente coercita fuit extendi possit, *Piton. Discept. ecclesiast. 30. n. 7. Rota coram Ansaldo decis. 30. n. 27., in Romana Nullitatis Pensionum 19. Febr. 1753 § 11. coram Matthejo* et in *Melevitana Mensae diei 5. Decb. 1672 coram Olivatio.* Quod magis obtinet cum dispensatio et Gratia Pontificis in alterius detrimentum redundet. Tuuc enim quodammodo odiosa est nec quavis interpretatione extensionem recipere potest.

Die 26. Aug. 1820.

9) In Irregularitatibns.

Vd. *Irregularitas.*

10) In Matrimoniis contrahendis.

Vd. *Matrimonium; Consanguinitas, Affinitas.* (Super copula licita, copula illicita); vd. n. 4.

Episcopus Namurcensis admoto supplici libello petiit a s. Poenitentiaria Apostolica facultatem validas reddendi dispensationes quoad affinitatem, quae invalidae existerent propter affinitatis impedimentum, proveniens ex copula fornicaria seu antematrimoniali, quam orator vel oratrix habuerit cum conjuge defuncto, ante suum cum eo matrimonium ne novo pendente recursu ad s. Sedem oratores incontiuentiae periculo exponantur, quod fere semper timendum est.

Sacra Poenitentiaria sub die 7. Junii 1842, mature perpensis praedictis precibus Venerabilis in Christo Patris, Episcopi Namurcensis, earumque facta relatione SSmo D. N. Gregorio XVI. Eoque benigne approbante, praelaudato Episcopo respondit: »*Dispensationes in casibus expositis esse validas*«.*)

11) Nulla quando est?

Dispensatio obtenta quia utpote obreptitie et subreptitie extorta ipso jure nullius est valoris ad text. in cap. super litt. de rescriptis in 6. et Lott. de re benef. lib. I. quaest. 6. n. 47.

Patronis prodest obreptionis vitium, nam etiamsi per se fuisset clarum, tamen in suo robore stat dispensatio, usque ad legitimam nullitatis declarationem juxta Tridentinum *sess. 7. cap. 5. de ref.*

Die 14. Septbr. 1822.

*) Huic responso occasionem dedisse videtur praxis nonnullorum Episcoporum qui cum ageretur de nuptiis ineundis inter personas affines primi et secundi gradus investigabant etiam an inter easdem et suum maritum aut uxorem defunctos adfuerit copula illicita ante matrimonium, a quo affinitas nascitur *ex licita conjunctione.* Quodsi reperirent copulam adfuisse illicitam, tunc duplicem exposcebant aut exposcendam esse putabant dispensationem nempe super affinitate ex copula illicita sed antematrimoniali, atque ex copula licita seu matrimoniali exorta. Per hoc tamen responsum omni dubio obviam itur quoad affinitatem ex copula illicita exortam; quoniam validae declarantur dispensationes in quibus nulla mentio facta fuerit de copula illicita. Et ideo unica dispensatio super affinitate ex copula licita comprehendit etiam affinitatem ex copula illicita seu antematrimoniali. Et hoc responsum declaratum fuit generale per literas ejusdem s. Poenitentiariae diei *10. Decembris 1874.*

Distributiones.

1) Ab absentibus tempore servitii alternativi sntne lucrandae?

Vd. *Distribut.* (in feriis.)

Capitnlum insignis collegiatae ecclesiae S. Mariae Majoris loci B. Dioecesis T. supplicibus litteris sub die 21. Martii anni 1862 SSmo Domino Papae exposuit, qnod, Canonicis perfruentibus ab antiquissimo tempore alternativa in chorali servitio,*) piissimus Sacerdos Ignatius Q. testamento diei 28. Novembris 1762 quoddam praedium Legatum eidem Capitulo reliquerit, indicta lege ut fructns ejusdem fundi *aequis portionibus inter illos sive Dignitates sive Canonicos desiderentur, qui personaliter Choro eo tempore interfuerint, quo ob alternativae indultum abesse possent.* Id ideo injunctnm esse patet, nt spe lucri temporalis plures allicerentur Canonici, vacationis respectivae tempore, ad divinas laudes Deo persolvendas. Landabili testatoris voluntati diligenter usque ad annum 1862 adhaesere Capitulares; at eo anno tnm ob amissos fundos tum ob adaucta tributa imminutis praebendarum redditibus adigebantur ad quotidianum Chori servitinm, cum fructus praedii legati ab Ignatio constituerent praecipuum proventum congruae canonicalis. Exinde Capitulum Sanctissimum rogavit *ut dignaretur concedere Dignitatibus et Canonicis vel in perpetuum vel saltem quousque ecclesia archiepiscopalis B. erigeretur tres vacationum menses iis in hebdomadibus, quibus juxta testatoris Q. mentem Choro interesse debebant, atque interea distributionibus frui.*

Rogatns Archiepiscopus, nt, audito in scriptis Capitulo, referret de annno redditu et oneribns uniuscujusque Praebendae, transmissa particula fundationis, simulque doceret de qualitate servitii choralis et de cansis ex qnibus annui Capituli redditus imminuti sint, mentemque suam super porrectis precibns aperiret, respondit:

1. Annnnm cujnslibet Praebendae redditum, dedncto missarum onere, assurgere ad libellas 170.

2. Quotidianas distributiones ad libellas 90.

3. Servitium Chori alternativum esse, exceptis diebus festis in quibus omnes Canonici interesse debent sacris functionibus. Has vero consistere in divinis officiis sive cum cantu sive lectis juxta dierum solemnitatem et in missa conventnali canenda.

4. Redditus annuos praedii legati a pio testatore assurgere ad libellas plus minus 8211. 50. qui, nti quotidianae distributiones, ab iis solummodo percipiuntur qui Choro intersunt.

5. Multos ecclesiam illam Collegiatam praeterito tempore redditus amisisse, quos pariter Choro praesentes lucrabantur, quamvis qnantitas determinari non possit.

6. Ob adaucta tributa quinta parte redditus annuos esse plus minus imminutos.

Rogabat demum Episcopus S. Sedem pro gratia.

His acceptis epistolis causa proposita est.

Capituli precibus suffragare Tridentinam Synodum, quae sess. XXIV cap. 12. de reformat. trimestres vacationes indulget Canonicis omnibus tum Cathedralium tum Collegiatarum, *ut humanam sublevaret infirmitatem*, ceu notat S. Congregatio Concilii in Alexandrina *Servitii Chori 20. Martii 1790* § 3.

Et sane cum Canonici Collegiatae B. si eis redditum demas fundi legati, vix exiguum capiant lucrum, comprehensis etiam distributionibus, libellarum circiter 256, juxta Ordinarii relationem, jam in ea tristissima conditione versantur, ut vel cum gravissimo eorum incommodo chorum quotidie ac veluti sine ulla interspiratione petere teneantur, ne praecipunm redditum ex legato fundo derivantem amittant, vel si aliquandiu quiescere pro humana infirmitate voluerint, id amittant quod honestae eorum sustentationi necessarium veluti est. Atqui non desunt exempla concessae vacationis a choro quotidiano per aliqnod temporis ob nimis grave injunctum servitium cen concessnm fuit per duos menses in Atrien. 19. Dec. 1722 et in Signina 17. Februarii 1838. Residentia siquidem totius anni dura nimis apparet.

Accedit canonicalium proventuum imminutio post mortem fundatoris Q. secuta, quam si Fundator ipse praevidisset, indulgentior fortasse erga eos praesumi potuisset quibus directe legatum reliqnit atque adeo gratificari intendit. S. vero Congregatio Concilii non semel ob tenues vel imminutos redditus hujusmodi servitii reductiones concessit, sicut *in Romana 18. Aprilis 1722* et alias. Adnotandum est etiam, remitti ad arbitrium S. Sedis indultum vel perpetuum concedere vel saltem quousque Collegiata B. Cathedralis evaserit; ex quo etiam capite admitteuda videtur Canonicorum petitio, cui episcopalis etiam Curia ex parte favet.

Observatum est inprimis, gratiae concedendae obstare manifestam testatoris voluntatem, qui ad alliciendos Canonicos ad chorale servitinm pro tempore, quo ratione hebdomadae vacarent, redditum insigne destinavit veluti praemium singularis diligentiae, qnod vere praesentibus tantum, ut ait, accresceret, non secus ac distributiones ex pio legato provenientes, quae inter eos tantum ex voluntate testatoris partiendae sunt, qui realiter choro inserviunt. Quare non siue voluntatis hujus immutatione ac derogatione Capituli precibus annueretur, cujus derogationis haud evidens ratio subest. Etenim allegata redditnum imminntio, si eam demas, quae ex auctis publicis vectigalibus derivat, ceteros capitulares fundos potius quam fundum legatum respicere videtur. Aliunde vero Fundator in sua institutione non respexit meliorem Capitularium conditionem, sed plenins dumtaxat chorale servitium, proposito scilicet extraordinario praemio, obtinendum; cum *velim ut choro intersint numero plures Dignitates et Canonici ad laudandam et benedicendam SS. Trinitatem pro anima mea, Francisci fratris mei et Xaveriae sororis meae,* sunt testamenti verba. Jam vero si defunctorum voluntates integras expedit servari jugiter, fortius id tenendum est quoad ea quae tendunt ad angmentum divini cultus, quod eo melius obtinetur, quo plures in Choro divinae psalmodiae assistunt. S. Congr. Concilii in Signina Servitii Chori 16. Decembris 1837.

Tridentina porro Synodus etsi trimestres indulgeat vacationes cit. sess. 24. cap. 12. de ref. subdit tamen: *Salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus quae longius servitii tempus requirunt;* quod autem de constitutionibus dictum de peculiari benefactorum placito intelligendum esse ex paritate rationis facile patet.

Accedit quod etsi Canonici per aliquot menses honestae recreationis causa a choro vacarent atque ita respondentem praedii legati redditum amitterent, adhuc tamen singulis forte superesset quantum decenti eorum sustentationi sat est; siquidem praedii legati redditus qui in totum ad annuas libellas 8211 plus minus supputantur, singulis Capitularibus quotam praebere videntur libellarum circiter 525.

Quibus mature consideratis ad propositum dubium:

An et quomodo annuendum sit precibus Oratorum in casu?

S. Congr. Conc. respondit:

Negative in omnibus et amplius.

Quare colligant Lectores

1. Non esse licitum Canonicis abesse a Choro neque per tres menses quando constitutiones ecclesiarum suarum longius servitii tempus requirunt.

2. Multo minus licitum eis est a longiori servitio chorali abesse, cum ob servitium ejusmodi lucrantur distributiones speciales ea de causa a pia testatorum voluntate assignatas.

3. Nam velle distributiones ejusmodi lncrari et servitium praescriptum non praestare, sapit animum parum justitiae et religionis amantem.

2) Ab absentibus tempore vacationum lucrandae?

Viglevanen.

Capitulum Cathedralis Viglevanensis in 3 classes dividitur, quarum in I. sunt Dignitates et Canonici, qui Chorum superiorem seu Capitulum constituunt, in II. vero numerantur illi, qni generali vocabulo Residentes nuncupantur, et hi sunt parochi, Capellani, Levitae et Mansionarii, qui Clerum inferiorem constituunt: in III. demum Classe continentur Sacristae et Clerici Ecclesiae inservientes. Ex lege statutaria Viglevanensis Ecclesiae a s. Mem. Clemente PP. VII. confirmata jns habent omnes de Capitulo vacandi a Choro per duos menses. Cum autem in hac vacationis concessione nulla mentio facta fuerit de lucrandis distributionibus quotidianis, hinc Canonici Superiorem Clerum constituentes 1593 supplicarunt et obtinuerunt a SS. Pon-

*) Vd. *t. III. p. 1061; 1105.*

tifice Clemente VIII. jus percipiendi quotidianas distributiones etiam tempore ipsorum absentiae duorum mensium. Hanc ipsam facultatem lucrandi quotidianas distributiones tempore vacationis a residentia per aliquot dies infra annum nuperrime petierunt etiam illi, qui Clerum inferiorem constituunt, gemini duo nempe Mansionarii, 2 Levitae, 2 Parochi, 9 Capellani et 8 Sacristae ea innixi ratione, quia iidem, atteuto quotidiano Chori Servitio incumbere non possunt culturae Praediorum unicuique ex eis assignatorum, ob idque Praedia in deterius abeunt et fructus imminuuntur.

Super his auditus Episcopus retulit petitam gratiam necessariam esse pro Capellanis, quibus certe necessarii suut aliqui saltem dies absentiae, ut melius diligentiusque incumbant curae Bonorum Beneficii. Ast quoad caeteros, nimirum Mansionarios, parochos et Levitas licet quoad ipsos nulla urgeat positiva necessitas pro cura et administratioue Bouorum, quae non possident, nam omnia Praedia per Canouicos administrantur diciturque Massa communis, verumtamen, ut subdit Episcopus, cum rationabile et congruum sit vel saltem esse videatur, ut ex necessaria aliqua animi relaxatioue etiam ad ipsos vacatio aliqua extendatur absque amissione Distributionum, dummodo tamen moderata sit, pluribusque subjecta conditionibus tum de tempore tum de numero, ne una simul omnes, ita tamen ut 5 saltem e Capellanis Choro semper intersint, etiamsi aliqui ex iis essent infirmitate detenti, unus de 2 semper ex Mansionariis et unus ex Levitis, cui onus sit substituere aliquem ex Capellanis, qui ejus vices gerat eo die, quo abest: Sacristae vero nuuquam, cum eorum officium sit mere mercenarium, licet et ipsi participent de Massa residentiali. In hanc feror sententiam, quod si gratia istis limitata sit conditionibus, servitium Chori parum vel nihil detrimenti capiet.

Auditoque Capitulo prosequitur Episcopus: Licet se remiserit ad Episcopi votum, hisce tamen conditiouibus se praestitit videlicet, quod servitium Ecclesiae et Choro praestandum a Clero inferiori firmum ita maneat, uti praestitum fuit usque modo, et ita fruatur dictus Clerus petita indulgentia, ut nullum resultet gravamen in damnum Capituli ullo unquam tempore, circumstantia et occasione.

Quapropter proposita Cleri inferioris instantia per Summaria Precum in Congregatioue diei 17. Martii 1781 prodiit Rescriptum: »Quoad Sacristas: *Lectum.* Quoad 2 Capellauos: *Pro gratia* ad 40 dies uuicuique ita concessos, ut 5 saltem ex ipsis Choro semper intersiut etiam si aliquis ex ipsis iufirmitate aliove legitimo detineretur impedimento. Quoad Mansionarios et Levitas ad 30 dies, salvis etiam distributionibus, a Choro vacare licebit, ita tameu ut alteruter ex illis tam Mansionariis quam Levitis Choro semper personaliter intersit, abseus vero idoneum substituat Sacerdotem, qui vices suas absentiae tempore rite peragere valeat. Quoad parochos denique per idem spatium 30 dierum choralibus vacationibus tantum frui liceat, firma tamen mauente quoad residentiam parochialem Concilii Trid. dispositione aut Dioecesis consuetudine, cui per praesens rescriptum nullatenus derogetur.

Dubium nunc oritur super clausula *salvis etiam distributionibus* favore Mansionariorum et Levitarum apposita an scilicet distributiones salvae etiam intelligeudae sint pro Capellanis et parochis, super cujus Dubii dilucidatione et declaratione praefati rescripti Capellani et Parochi supplicem huic s. Congregationi porrexeruut libellum.

Atque hinc ponderaudum est Clerum inferiorem ex statutaria Capituli lege a SS. Clemeute VII. approbata confirmataque jam frui beneficio Vacatiouum per duos menses solumque petitam ab eo nuperrime fuisse facultatem sive Indultum lucraudi quotidianas distributioues tempore absentiae per aliquos saltem dies infra annum. Quemadmodum euim hujusmodi Indultum fuit a s. Cougregatioue coucessum *Mansionariis et Levitis* propter quaudam rationabilitatem et congruitatem, velut iuuit Episcopus, ut ex necessaria aliqua auimi relaxatione etiam ad ipsos vacatio aliqua extendatur absque amissioue distributiouum, adjecta in dicto rescripto clausula: *salvis etiam distributionibus*, ita examiuaudum erit, an haec clausula intelligenda sit pro apposita quoque in eodem rescripto nedum favore Capellauorum, qui petuut Indultum, ut retulit Episcopus, ex necessitate, sed etiam favore parochorum, quibus idem Indultum competere videtur ex eadem rationabilitate et congruitate, prout in voto fuit Episcopus.

Dubium est:

An Oratorum precibus sit annuendum in casu?

S. C. respoudit: Affirmative.
Die 23. Febr. 1782.

Indulgetur Canonicis Cathedralis ecclesiae Firmanae, ut abesse possint a servitio chorali per 2 menses non amissis distributionibus, praebendatis vero per unum mensem.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Rationi et aequitati congruit, ut illis, qui in totum anni decursum ecclesiae servitio diligenter insistunt, per aliquod modicum tempus et ubi sine divini cultus imminutione fieri liceat, ab eadem ecclesia abesse posse permittatur.

§ 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Canouici et capitulum metropolitanae ecclesiae Firmanae, quod licet vigore constitutionum capitularium dictae ecclesiae ad quotidianum personale*) chori et ecclesiae servitium teneantur, jamdiu tamen suscepit consuetudo, ut per tres menses vel continuos vel discretos absque conscieutiae scrupulo ad Concilii Trid. disposita ab eadem ecclesia abesse possint, sed ea lege, ut ab absentibus tertia amittatur fructuum seu distributionum quotidianarum pars, quae secus ab ipsis lucrareutur.

§ 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat Cathedralis Firmana in vertice collis posita sit, cujus clivus vel hyemali vel aestivo praesertim tempore arduus satis ac incommodus est, praecipua vero redditnum canonicalium summa ex distributionibus quotidianis confletur, hinc severa nimis ac gravis videatur in tam laborioso ac assiduo debito chori servitio consuetudo praedicta, ut videlicet neque per modicum tempus ab ecclesia hujusmodi abesse fas sit nisi amissa tertia fructuum parte. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere et ut infra iudulgere de beniguitate apostolica dignaremur.

§ 4. Nos igitur ut memorati exponentes alacrius Dei servitium suscipiant eosque specialibus gratiis et favoribus prosequi voleutes et supplicationibus hujusmodi inclinati, audita prius venerabilis fratris Andreae Archiepiscopi Firmani relatioue, exponeutibus praedictis ceterisque Capitularibus pro tempore existentibus, ut deinceps Canouici et unusquisque eorum per 2 solidos menses, praebendati vero et mansiouarii et uusquisque eorum per unum dumtaxat solidum mensem aut continuos aut discretos in quolibet anno, exceptis tameu quadragesimae et adveutus temporibus ac diebus, in quibus Archiepiscopus Firmanus pro tempore existens in pontificalibus celebrare solet, nisi tamen aliter ab eodem Archiepiscopo cognita causa ac pro sua conscieutia censeatur, a praedicta ecclesia et chori servitio pro suo arbitrio et conscientia abesse et nihilominus distributiones horis canonicis, missae conventuali aliisque solemnibus missis necnon defunctorum anniversariis addictas ac etiam quotidianas, si quae suut, ordiuarias et extraordinarias quomodolibet qualificatas et in quibusvis rebus consistentes et uudecumque provenientes ac etiam solis praesentibus ac divinis officiis singulisque diurnis et nocturnis horis interessentibus dari, praestari ac per eos percipi et haberi solitas et ad eos in dicta ecclesia personaliter residentes ac officiis, horis et missis et auniversariis praedictis assidue iuteressentes spectantes et pertinentes percipere, exigere et levare ac in suos usus et utilitatem convertere libere ac licite valeant in omnibus et per omnia perinde ac si in ipsis durantibus 2 mensibus pro Canonicis, ac mense praedictis pro praebendatis et mansiouariis discretis aut contiuuis in dicta ecclesia personaliter residerent et officiis, horis, missis ac anniversariis hujusmodi assidue interessent, dummodo tameu hujus indulti causa Dei servitium uullimode imminuatur, cui vel per eundem Audream Archiepiscopum cum capitulo per praescribendam methodum consuletur vel saltem nisi octo Canonici et sex ex praebendatis et mansionariis insimul et per idem tempus iudulto hujusmodi uti ac frui possint, alioquin ii, qui ultra hunc uumerum ab ecclesia et servitio praedicto aberunt, integra distributione multentur ac iis gratia hujusmodi suffragari uequeat ac nulla sit eo ipso auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus, mandantes propterea eidem capitulo ceterisque ad quos fructuum et distributionum hujusmodi traditio spectat uunc et quomodolibet spectabit in futurum in virtute sanctae obedientiae, ut omnia et siugula, fructus, redditus, proventus, jura, obentiones et emolumenta quaecumque necuon distributiones hujusmodi omni mora et dilatione postpositis iis, qui indulto hujusmodi uti intendant, seu illorum legitimo procura-

*) Vd. *t. III. p. 1202. XIV.*

tori ratione officiorum, horarnm, missarum ac anniversariorum hujusmodi dictis mensibus vel continuis vel discretis durantibus debita juxta tenorem praesentium realiter et cum effectn tradant et consignent seu ab aliis tradi et consignari curent et faciant.

Datnm Romae apud s. Mariam Majorem die 10. Novb. 1789.

(Bull. r. Contin. t. VIII. p. 361. Ed. *Romae.)*

Ipporegien.

Capitulum Cathedralis Ipporegiensis 16 tantummodo inpraesens constat Canonicis, qui cunctis horis canonicis qnotidie interesse, Missam conventnalem in orbem canere, in munere Diaconi et Subdiaconi ministrare, officium cantoris obire simulqne psalmos graduales ac poenitentiales et officium defunctorum ex rubricarum praescripto recitare obstringuntur. Singulis horis canonicis certae reperiuntur constitutae distributiones pro ratione dierum et horarum; sed ex immemorabili illius ecclesiae consuetudine cuilibet Canonico quoque anno condonantur punctaturae solidornm quadraginta, adeo ut qui hanc pnnctaturarum vim sive per absentiam continuam, sive nt inqniunt, interpolatam non praetergreditur, integras unius anni lucratur distributiones. Hujusmodi punctaturarum condonatio in eadem ecclesia vacationes nuncupantur, quae ad dies circiter quinque supra quadraginta pertingere solent. Quoniam vero chorale servitium, qnod Canonici praestare tenentur, grave admodum et assiduum esse facile conspicitur, Capitularium autem numerus et census ob praeteritas temporum vicissitudines valde est imminutus, ideo Canonici Emmos Patres enixis precibns obtestantur, ut memoratae vacationes ad alios solidos triginta protrahantur.

Qnae narrant Canonici, eadem confirmat Episcopus de informatione et voto rogatns ac propitiam Oratoribus pandit animi sui sententiam.

Oratorum petitio duplicem complectitur gratiam; postulant nimirum, nt chorales vacationes longius quam illius ecclesiae sit consuetudo protrahantur atque insuper ut absentes a choro vacationum tempore quotidianas lucrentur distributiones. Quod pertinet ad vacationum ampliationem, Oratorum preces ex Trid. Synodo *sess. 24. cap. 12. de ref.* forent quidem respuendae. Quamquam enim Tridentini Patres per tres menses a choro et a residentia quolibet anno abesse cunctis indulserint Canonicis, attamen excipiendas dnxerunt illarnm ecclesiarum Constitutiones, *quae longius servitii* tempus requirunt. Consuetndo igitur ecclesiae Ipporegiensis brevioris temporis, quam trinm mensium, vacationes concedens cohaeret Trid. Concilii sanctioni ac propterea vel inposterum foret observanda, eo magis quod ipsi Canonici conciliari beneficio per inductam consuetndinem renunciasse videantur, *argum. L. Si quis Cod. de Episc. et Cleric. L. penult. cod. de pact.*

Verum s. Congregatio severitatem indulgentia nonnnmquam temperavit ac modo ob aeris insalubritatem, modo ob imminutos redditus justamve aliam ob causam vacationes ad tres menses ampliavit, *in Isernien. 26. Junii 1723*, in *Vercellen. Servitii Chori 19. Junii 1790* et in *Oriolen. 14. Januarii 1798 § 3: In permittendis;* imo aliquando indulsit, ut Canonici per alternas hebdomadas choro inservirent, veluti in *Bituntina Servitii Chori 21. Novbr. 1829.* Hisce vero in casibus quaedam praescribi solent conditiones ne divinns cultns ex intempestiva Canonicorum absentia aliquid patiatur detrimenti, quemadmodum videre est in *Auximana 2. Julii 1631* qna cavetur: »*Canonicos abesse non posse ultra tertiam partem uno et eodem tempore et hujusmodi vacationem contingere non debere tempore quadragesimae et Adventus neque in principalioribus anni festivitatibus*«.*) Ipporegienses Canonicatns a florido, quo ante bonornm spolinm potiebantur, revera decidisse statu ac inpraesens annuos redditns minime pares esse congruae Canonicorum vitae exhibitioni narrant Oratores ac testatur Episcopns. Imminutus qnoqne est Capitularium nnmerns et Canonicis valde elaborandum est, ut integrum chorale servitium praestent aliaque subeant ecclesiae onera. Igitur digni sunt qni petita vacationum ampliatione donentur.

Si Emmi Patres vacationes ampliandas duxerint, decernere quoque dignabuntur, an Canonicis absentibns impertiri oporteat exemptionem a punctaturis. Hactenus quidem ea usi sunt Ipporegienses Canonici immemorabili innixi consnetudine; verum animadvertere praestat, ex Trid. Synodo *sess. 24. cap. 22. de ref.* Canonicos absentes a choro haud lucrari quotidianas distributiones

*) Vd *t. III. p. 1059. n. 9; 1132. VIII.*

etiamsi absint tempore vacationnm, easque praesentibns accrescere, *s. Congr. in Illerden. Absentiae et distributionum 3. Martii 1792 ad I Dub.* et in *Oriolen. 6. Sept. 1794 § 3: Quatenus*, neque ad hanc abrogandam legem qnidqnam prodest contraria consnetudo,*) quae, utpote a sacris canonibns improbata, abnsus et corruptela est potius dicenda, ut monet s. Congregatio *in Derthonen. Constitutionum capitul. 12. Sept. 1829. § 3. Dubium IV.* ac pluribus allatis resolutionibus demonstrat *Fagnan. in cap. Communes n. 34. et seqq. de constitut.* et in *cap. Licet. n. 92. de Praeben.* Nihilominus Summi Pontifices qnibusdam Capitnlis privilegium concesserunt lucrandi distribntiones etiam tempore vacationnm et ob redditnnm decrementum aut ob aliam rationabilem causam hic quoque sacer Ordo simile privileginm interdnm tribui posse respondit. Prostant exempla in *Oriolen. 14. Januarii 1792* et in *alia Oriolen. 6. Decb. 1794.* Erit itaque sapientiae Eminentissimorum Patrum decernere, ntrum praestet condonationem distributionum, qnas optima fide hactenus perceperunt Oratores, sitque eisdem indultum ejusmodi posthac concedendum. Sint

D n b i a:

I. *An et quomodo sint ampliandae vacationes in casu?*

II. *An Canonicis a choro et a residentia tempore vacationum absentibus sit concedendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu?*

III. *An sit consulendum SSmo pro condonatione distributionum quoad tempus praeteritum in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative ad tres menses conciliares juxta votum Episcopi, proviso ne unquam deficiat servitium chori.

Ad II: Negative quoad distributiones quotidianas, quae constare debent ex tertia parte redditnum, ad formam Concilii Tridentini sess. 21. cap. 4. de reform.

Ad III: Affirmative erogata in pauperes aliqua eleemosyna arbitrio Episcopi.

Die 30. Jan. et 20. Mart. 1830.

Continuatio.

Secnndi ac tertii dubii resolntionem Canonicis minus probari contingit, quippe qui ex capitularibus constitutionibus a Sede apostolica confirmatis ac plnrium saecnlorum consuetudine plane roboratis sibi jus esse arbitrantur lncrandi quotidianas distributiones, dum vacationum tempore absunt a choro et a residentia. Quocirca preces denuo obtulerunt, quibus jus suum ita tuentur.

Cathedralis Canonici id a se postulare officii sui rationem rati declarandum duxernnt, se qunm supplici libello SS. Pontifici oblato vacationum tempus, qnod brevius Statuta Capituli ejus ecclesiae a SS. Pontificibus approbata atque confirmata praefinierant, ampliari sibi orarent ne suspicatos quidem fuisse, nefas esse sibi, quando absentia a choro id tempus minime praetergrederetur quotidianas distributiones percipere; illudque adeo sibi persuasum fuisse, ut cum a proprio Episcopo s. Congregationi pro informatione et voto circa eorum petitionem responsuro de hujus Capituli Statutis interrogarentur, ejus Statuti, quo id sibi permissum foret, nullam mentionem fecerint, nemine scilicet dubitante, quin licite id retinerent, quod ab antecessoribus suis perpetno usurpatnm fuisset, scientibus ac probantibus Episcopis.

Haud ita facile esset definire, quo primum tempore antiquissima hujus ecclesiae Statuta confici coeperint, quornm antiquitatem vel id testatur, quod ipsorum mentio habeatur in actis 1334. Eadem Statuta renovata ac reformata sub annum fere 1500 a SS. Pontifice Julio II. fuere approbata Bulla diei 11. Maji 1506 et iterum confirmata a Leone X. Horum Statutorum nnm. 28. ubi de absentia a choro sermo est haec habentur: *Item statuimus et ordinamus, quod si casu (quod Deus avertat) aliquis Canonicus vel in Dignitate constitutus in dicta ecclesia gravem infirmitatem pateretur, et pro restauratione sua de consilio Marsorum vellet mutare aerem vel aliquod votum emissum ex aliqua causa reddere seu persolvere, quod tunc et eo casu liceat eidem, petita prius licentia in Capitulo (super quo Capitulum ipsum utatur discretione) absentare per unum mensem et plus vel minus secundum quod expediens videbitur juxta discretionem Capituli et eo medio tempore habeatur pro praesente et participet de distributionibus et aliis emolumentis ac si horis canonicis interesset. Similiter quia magna et multa onera tam nocturna quam diuturna et tam in cele-*

*) Vd. *Consuetudo.*

bratione Missarum quam aliorum divinorum officiorum per Canonicos Ipporegiensis ecclesiae supportantur, adeoque per longaevam et continuam residentiam et magnos labores corpora ipsorum Canonicorum multis infirmitatur gravantur et fere omnes intempestive moriuntur, statuimus et ordinamus per praesentes, quod quilibet Canonicus possit et valeat per tres dies singulo mense se absentare et ire quo voluerit et pro residente habeatur ac si interfuerit divinis. Addendo hujusmodi tempus trium dierum pro singulo mense colligere in una vice vel duabus, dummodo sit extra tempus quadragesimale.

Haec Statuta nullo temporis progressu reformata et immutata fuerunt. Quum vero procedente tempore id incommodi habere animadversum esset, quod tres vacationum dies unicnique mensi assignatos posset quisque pro libitu simul jungere atque ita per triginta sex dies continuos a choro abesse, nulla solemniorum ratione habita, praedictae vacationes ita probante Episcopo ordinatae fuerunt, quemadmodum in supplici libello enarratum est, annuo scilicet in 18 libellas tributo, quorum duae cuique Canonico pro vacationibus permitterentur, quae duae libellae nonam anni partem aequarent, hincque factum est, ut quandoquidem non singulis tamen diebus, sed unicuique horae canonicae et functioni propria esset punctatura adscripta, si qui continuatos dies vacationum sumere maluerit, vix ad 36 dies eas protrahere valeat, longiores habituros si interpolatos elegerit minus solemnes dies et functionibus minus frequentes. Cujusmodi mutatio, utut Canonicis minus commoda, quum eo spectaret, ut Chori servitio consuleretur, minus aequum fortasse videbitur, si eosdem eo jure privaret, quod Statuta ipsis tribuerent et Pontificia auctoritas sanciret.

Haec praefati Canonici jam alias expositis addenda duxerunt, ut liqueat, quibus fundamentis innixi consuetudinem, de qua agitur, usque nunc praedecessorum suorum vestigiis insistentes sectati fuerint, nec ipsorum animos aliqua subit dubitatio, quin Emmi ac Rmi Patres, superius allata expendentes in eamdem cum ipsis concedant sententiam et praedictam consuetudinem tamdiu vigentem legitimam sint habituri. Quae narrant Canonici, ea fideliter excerpta fuisse ex recensitis documentis, eorumque preces nihil praeter veritatem continere testatur Episcopus.

Canonicis tempore vacationum licere nedum a choro et residentia abesse, sed insuper suas facere quotidianas distributiones, ubi capitulares Constitutiones apostolicae Sedis auctoritate fuerint confirmatae, nemo ambigit. Illud nihilominus ad trutinam vocari posset, utrum eaedem Constitutiones expostero decreto Trid. Synodi *cap. 12. sess. 24 de ref.* sint revocatae: verum istas quoque suis pollere viribus declaravit s. Congregatio apud Benedictum XIV. *Instit. eccl. 107. § 7. n. 37.*, ubi narratur, quaestionem propositam fuisse:

An liceat Canonicis, qui haberent Constitutiones Sedis apostolicae auctoritate factas aut confirmatas ante Concilium Trid. quae concederent illis vacationem duorum mensium et quod interim haberentur pro interessentibus et lucrarentur distributiones, an hujusmodi Constitutiones censeantur revocatae a Concilio Trid. rescriptumque prodiisse: *Constitutiones a Sede apostolica confirmatas non censeri sublatas.*

Quamquam itaque Ipporegiensis Capituli Statuta a Sede apostolica iterum iterumque confirmata Concilio Trid. sint vetustiora, ea tamen in suo adhuc robore permanere et Canonicos jure suo lucrari quotidianas distributiones, dum ad triginta sex dies absunt a choro, perspicuum exploratumque est. Id vero nunc decernendum superest, utrum quemadmodum vacationes EE. VV. benignitate ad 3 menses conciliares fuerunt ampliatae, ita etiam jus percipiendi quotidianas distributiones ad illos tres menses pari clementia sit protrahendum. Quae petita ampliationem concedendam vel denegandam suadere queunt, eadem haurire dignabuntur Patres Emi ex Folio diei 30. Januarii elapsi anni, ubi hujus causae prostat species.

Dubia definienda sunt:

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in II. dubio in casu?*

II. *An sit standum aut recedendum a decisis in III. dubio in casu?*

S. C. resp.

Ad I: In decisis, exceptis diebus 36 ad formam Constitutionum.

Ad II: Recedendum a decisis.

Die 26. Mart. et 23. Apr. 1831.

Florentina.

Empoliae extat Collegiata Deo in honorem s. Andreae Ap. dicata, cui praeter Praepositum primam Dignitatem, qui animarum etiam cura fungitur, aliasque 2 Dignitates 9 Canonici et 28 Capellani inservire obstringuntur. Ex capitularibus Constitutionibus 1473 a SS. Pontifice Sixto IV. confirmatis Capitulares omnes quotidie Choro interesse tenentur ad nocturnas diuturnasque horas absolvendas, summo quidem mane ad Matutinum cum Laudibus et Prima, serius ad reliquas minores horas et Missam Conventualem, vespertinis autem horis ad Vesperas cum completorio ut plurimum cum cantu explendas. Pluribus praeterea gravantur Anniversariis atque etiam defunctorum officium ac Psalmos modo poenitentiales, modo graduales ex Rubricarum praescripto recitare consuescunt. Gravi hujusmodi choralis servitii sarcinae Canonici ac ceteri Capitulares haud respondere arbitrantur annuos redditus, quibus ipsi fruuntur. Quamquam enim ex distributionibus, quae Choro dumtaxat adstantibus tribuuntur, singulis Dignitatibus et Canonicis quolibet anno obtingant scutata romana sexaginta tria, Capellanis autem quinquaginta, nihilominus fere omnes Capitulares excepto Praeposito exigua aucti sunt praebenda atque octo inter Canonicos eadem penitus destituuntur. Hisce accedit, quod Capitulares conciliaribus non gaudeant vacationibus, quarum ulla in vetustis Constitutionibus fit mentio. Ut aliquod itaque inter tot tantosque labores praesto sit levamen Capitulum et Canonici enixis precibus EE. VV. obtestantur, ut triginta dierum vacationes sibi impertire dignentur, quin tamen quotidianarum distributionum jacturam faciant, sed eas lucrentur perinde ac si horis canonicis interessent.

Florentinus Archiepiscopus ea, quae superius recensui, plane confirmat animique sui sententiam ita pandit: Attenta inservientium Choro magna sollicitudine, studio, zelo ac tenuitate distributionum in quotidiano indefessoque servitio tam fere nocturno quam diurno Collegiatae s. Andreae Loci Empoli ab Oratoribus praestito, ipsi videntur mihi digni, qui obtineant enunciatam facultatem per mensem vacandi quotannis (percipiendo tamen integras distributiones) non tantum sibi, quam etiam pro Capitularibus futuris temporibus existentibus, ideo ipsosmet EE. VV. enixe in Domino commendo, ut petitam gratiam consequantur.

Trium quidem mensium vacationes Tridentini Patres *sess. 24. cap. 12. de ref.* Canonicis indulserunt, sed ea tamen mente, ne ope statuti aut consuetudinis ultra ejusmodi temporis spatium a Choro et residentia abesse liceret, non autem in indultum ejusmodi Canonicis omnium ecclesiarum impertiretur, quum illico adjecerint: *salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt.* Jam vero Constitutiones Collegiatae s. Andreae longius reapse, quam novem mensium, requirunt servitii tempus, siquidem nulla facta vacationum commemoratione, Capitulares omnes ter qualibet die Choro interesse jubent. Quamlibet dein, si qua forte suboriretur, dubitatione e medio tollit perennis plurium saeculorum consuetudo, qua ipsi nullo gavisi sunt vacationum beneficio ac propterea eidem renunciasse videntur, *argum. C. penult. Cod. de pact., s. Congr. in Ipporegien.**) *Servitii Chori 30. Januarii 1830 §. Oratorum.* Id profecto vel ipsi fatentur Oratores, qui gratiam petunt, quod sacrorum canonum jure sibi fortasse vindicare nequeunt. Voti autem compotes eo fidentius se facturos sperant, quod Tridentini Concilii limitatio videatur intelligenda de statutis et consuetudinibus, quae minores quam trium mensium, non item de iis, quae nullas concedunt vacationes; *nam si constitutio aut consuetudo ecclesiae requirit servitium totius anni, tunc locum habet absentia trium mensium a Concilio permissa; est enim dura residentia totius anni oporteteque maxime juxta fragilitatem humanam indulgeri aliquid ad recreationem corporis et animi*, ut scribit *Garz. de benefic. part. 3. cap. 2. n. 311, Monet. de distrib. quotid. part. 2. quaest. 12. n. 55., Bened. IV. quaest. canon. 293. §. Haec.* Huic sane opinioni adhaesit quoque s. Congregatio, dum severitatem indulgentia temperans modo ampliores modo breviores, prout rerum ac temporum ferebant adjuncta, tribuit vacationes. Prostant exempla *in Tarraconen. 18. Febr. 1764, in Vercellen. Servitii Chori 19. Junii 1790* et in *Ipporegien. Servitii Chori 20. Martii 1830.* Ne tamen ex intempestiva Canonicorum absentia divinus cultus aliquid patiatur detrimenti, quaedam praescribi solent conditiones nimirum: *Ca-*

*) Vd. *p. 1242.*

nonicos abesse non posse ultra tertiam partem uno et eodem tempore et hujusmodi vacationem contingere non debere tempore Quadragesimae et Adventus neque in principalioribus anni festivitatibus quemadmodum cautum legitur *in Auximana 12. Julii 1631.*

Si Emi Patres petitas vacationes Oratoribus impertiendas putaverint, perpendere quoque dignabuntur, utrum sit eisdem indulgendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones, dum tempore vacationum absunt a Choro et residentia. Id quidem Concilii Trid. sanctioni adversum tenere patet *ex sess. 24. cap. 12. de ref.* ac docet *s. Congr. in Illerden. Absentiae et distributionum 3. Martii 1792 ad I. dub.* et in *Derthonen. Constitutionum 12. Sept. 1829. §. Dubium IV.*, neque ad eam abrogandam legem quidquam prodest contraria, licet immemorabilis, consuetudo, *Fagnan. in cap. Cum omnes 34. de constit., s. Congregatio in Ipporegien. Servitii Chori 29. Martii 1830 ad II. Dub.* Verum SS. Pontifices tum ante tum post Trid. Synodum quaedam Capitula nonnunquam donarunt privilegio fruendi qnotidianis distributionibus etiam tempore vacationum, non secus ac si Choro astantes divinas laudes persolverent. *Bened.. XIV. instit. eccl. 107. § 7. n. 37., s. Congr. in Ipporegien. Servitii Chori 26. Martii 1831. §. Canonicis*, quin imo hic quoque s. Ordo ob redditnum decrementum justamve aliam ob causam simile privilegium tribui posse respondit *in Oriolen. 14. Januarii 1792* et in *Oriolen. 6. Decb. 1794.* Sint

D u b i a :

I. *An sint concedendae unius mensis chorales vacationes in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An Canonicis aliisque Capitularibus a Choro et a residentia tempore vacationum absentibus sit tribuendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative cum solitis clausulis.

Ad II: Affirmative, dimissa tamen tertia parte.

Die 18. Junii et 30. Julii 1831.

Florentina.

Capitulum insignis Collegiatae s. Hyppoliti in Castro Florentino constat Praeposito ac 11 Canonicis, quibus bini Honorarii accesserunt. Cautum ipsorum statutis est, ut omnes diurnis nocturnisque horis Choro quotidie intersint, si excipias la vacanza di lire sette l'anno, che corrispondono a 15 giorni incirca. *Capit. const. cap. 12.* Praebendis ipsi et distributionibus potiuntur, ita nimirum ut singuli praebendae titulo libellas 70 (scut. 10. 50) accipiant praeter distribntiones et redditus alios, quibus libellae congeruntur nna et 330 (scut. 49. 55). Canonicus autem Theologus fruitur praebenda libellarum 124 (sc. 18. 60) et distributionibus libellarum 390 (sc. 58. 52); Honorarii vero Canonici, qui festis dumtaxat diebus operam Choro praestant, libellis potiuntur fere 60 (sc. 8. 85) pro praebenda et aliis 132 (19. 80). Praepositus demum praeter peculiarem satis amplam praebendam communes percipit, quas recensuimus, distributiones. Redditus hosce longe inferiores esse oneribus, quibus premuntur, arbitrantur Canonici, qui proinde s. Ordinem adierunt, ac referentes l'assiduità dell' Officiatura, che si fa quotidie mattina e sera, e la tenuissima rendita dei canonicati, che non sorpassano scudi sessanta, calcolato un' anno per l'altro, postulant, tempus vacationum ad mensem augeri, facta insuper facultate, nt per id etiam temporis quotidianas possint distributiones sibi vindicare. Haec omnia a Canonicis enunciata probantur ab Archiepiscopo, qui de sententia rogatus haec animadvertit: Cum pateat ex illis assiduitas quotidiana Servitii choralis tenuitasque distributionnm choralium, Oratores mihi videntur digni, qui obtineant petitam ampliationem vacationum videlicet ab uno ad duo scutata choralia per annum; id est ut liceat ipsis Capitularibus, servato tamen tempore et modo a Constitutionibus statuto, per mensem quotannis a Choro vacare et integras distributiones percipere.

Hisce de postulatione propositis posset quidem adversus vacationum augmentum notari, Canonicos omnes onere adstringi, ut quotidie Choro intersint, quin ullum extet certum vacationum tempus ex canonum jure praefinitum. *Clement. 1. in fin. de reliq.* et *vener. Sanctorum.* et *Clem. 2. in ver. certis horis de aetat. et qualit., Fagnanus in cap. Ad audientiam 15 de Cleric. non resid. n. 15.* Hinc consuetudines et statuta, quibus longius, quam novem mensium, servitium requiritur, communi juri consonant ipsiusque observationem inducunt, ut notat Hostiensis

cap. un. de cleric. conjugat., *Fagnanus loc. cit.* Nec suffragatur Canonicis Concilium Trid. quod dum *sess. 24. de ref. cap. 12.* concedit Canonicis, ut abesse possint trium mensium spatio, salvas nihilominus edixit earum ecclesiarum constitutiones, quae longius servitii tempus requirunt, unde testatur *Fagnanus cap. Licet 32. de praeb. n. 48.*, s. hanc Congregationem obeunte ipso Secretarii munus consuevisse rejicere Canonicorum preces, qui ad illud adstricti identidem postularunt ex gratia vacationes sibi trium mensium sanciri. Non enim Tridentinos Patres id decernentes non processisse concedendo, sed prohibendo, ne ultra tres menses liceat quolibet anno abesse.

At cum ex Garziae testimonio *de Beneficiis par. 3. cap. 2. n. 311.* dura dici possit residentia totius anni atque oporteat maxime juxta fragilitatem humanam indulgeri aliquid ad recreationem corporis et animi, decrevit saepenumero s. Congregatio vacationes esse tribuendas, quarum tempus pro locorum redditnumque ratione praefinivit in *Tarraconen. 18. Febr. 1764, Vercellen. Servitii Chori 19. Jun. 1790* ea tamen lege, ut Canonicis liberum non sit vacare a Choro per Dominici Adventus et Quadragesimae tempus nec per principaliores anni festivitates neque ex ipsis plures simul ac par sit, S. C. C. *Auximana 12. Jul. 1631.* Teste autem ipso Archiepiscopo ista vacationum ampliatio nullum praejudicium allatura foret quotidianae officiaturae illius Collegiatae, quia praeter Capitulares quidam Sacerdotes et Clerici ejusdem Castri Florentini in festis praesertim illi Collegiatae inserviunt. Quod si votis Canonicorum obsecundandum censuerint Emi Patres, vacationibus ad mentem benigne protractis, decernendum etiam erit, an id tribuendum sit, quin ullam ipsi patiantur distributionum jacturam. Cum enim ex Concilii Trid. praescripto distributiones ii, qui statis horis interfuerint, recipiant, reliqui vero quavis collusione aut remissione exclusa iis careant, *sess. 24. cap. 12. de ref.*, eam ut plurimum conditionem s. Congregatio inditam declaravit, ut nemo datam absentiae veniam ita sibi prodesse arbitretur, ut eo tempore quotidianas distributiones percipiat, *s. Cong. in Derthonen. Constitutionum 12. Sept. 1829.* Cum vero ad statas s. Congregationis regulas redditus scutatorum 30 aut 40 satis sint oneri quotidiani choralis servitii sustinendo, *Massanen. 14. Dec. 1822*, potiori jure id existimandum videtur de Canonicatibus Castri Florentini, quibus liberum et explicatum scutatorum plus minus 57 censnm annuum tributum refert Archiepiscopus. Hinc Empulitano Capitulo in eadem Florentina dioecesi anno superiori distributionum acquisitio concessa fuit, dimissa tamen tertia parte, s. Cong. in *Florentina**) *Vacationum 30. Julii 1831.* Aliquando autem peculiares ob causas ac praecipue ob redditnum tenuitatem facultas accipiendi, etiam vacationum tempore, integras distributiones quotidianas ex speciali gratia facta est, *Oriolen. 4. Jan. 1792.*

Erunt igitur discutienda

D u b i a :

I. *An sint extendendae ad mentem chorales vacationes in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An Canonicis aliisque Capitularibus a Choro et a residentia tempore vacationum absentibus sit tribuendum privilegium lucrandi quotidianas distributiones in casu etc.?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative cum solitis clausulis.

Ad II: Affirmative dimissa tertia parte.

Die 24. Nov. 1832.

Derthonen.

Tria dum pastoralis a se expletae visitationis remitteret relationem postulata proposuit s. Ordini dirimenda Episcopus Derthonensis, quae subjiciuntur:

Hodiernus Episcopus Derthonen . . . . . enixe postulat ut

I. Concedantur Canonicis Cathedralis menses 2 vacationum, ita ut habeantur pro iisdem tamquam praesentes. Id fuit ipsis concessum a quopiam ex Praedecessoribus, qui credidit se potuisse. Nunc vero ex supra memorata hujus s. C. definitione diei 12. Sept. liquet, eam concessionem fuisse cassatam. Attamen cum sat aequa videatur nec nova sit hujusmodi concessio, quae nondum insuper remedium afferat ad penitus delendas praeteritas dissensiones, éam haberet Episcopus Orator tamquam gratiam latissimam.

2. In iisdem ferme causis suppliciter postulat, ut fiat ipsi facultas concedendi non

*) Vd. *p. 1245.*

solum Canonicis Cathedralis sed etiam Collegiatarum, ut tempore hyemali recitent Matutinum post Vesperas praecedentis diei, unicam Missam conventualem cum cantu quotidie celebrent et Vesperas diebus ferialibus sine cantu persolvant. Forsan tractu temporis obtineri poterit major disciplinae vigor. Nunc vero praeter memoratas rationes gravis aetas ac infirma plurium valetudo hanc indulgentiam suadere videtur.

3. Suppliciter petit utiliorem ecclesiasticae rei effectum, ut liceat Oratori immutare pro Theologis Novarum et Vigueriae lectionem s. Scripturae in aliquot hebdomadarias Congregationes habendas simul cum Clero illarum Civitatum circa doctrinam morum quibus Congregationibus ipsi praeesse teneantur easque dirigere.

Circa primam et alteram ex his postulationibus non est, cur multa loquar, cum jam satis disputatum sit deductis hinc inde juribus in folio diei 12. Septembris 1829 quando scilicet quae modo ex gratia petuntur potuisse jure suo praestare contendit Capitulum vi veteris statuti et observantiae, acriter contradicente decessore Episcopo, qui novas in his constitutiones obtendebat: propositisque dubiis:

1. *An matutinum sit mane recitandum in casu?*

2. *An Vesperae sint quotidie cantu persolvendae in casu?*

3. *An et Missae conventuales sint cantu celebrandae in casu?*

4. *An Canonici absentes a choro tempore vacationum lucrentur quoditianas distributiones in casu?*

Responsum fuit

Ad 1, 2 et 3: Affirmative ad formam constitutionum et ad mentem: mens est, ut Episcopus, justa accedente causa, possit dispensare pro anticipatione matutini et persolutione Vesperarum sine cantu necnon indulgere, ut una tantum Missa conventualis celebretur cum cantu, reliquae autem legantur, ad quinquennium.

Ad 4: *Negative.*

Jam vero viderit EE. VV. Sapientia, num quod de jure disceptantibus denegatum est expediat ex gratia largiri ob rationes ab hodierno Antistite allegatas, scilicet primo ad praecidendas dissensiones: narrat enim Capitulares vix primo anno post latam s. Ordinis resolutionem veniam petiisse ab Episcopo matutinum anticipandi et missas ut supra non canendi: postea vero (defuncto interim contradictore Antistite) ita processutos fuisse juxta veterem consuetudinem nemine auctorante. Sese autem nuper adlectum pro bono pacis abstinuisse a revocandis in officio capitularibus, ait etenim: »Experientia didicerat (hodiernus Episcopus) illam inter Episcopum et capitulum dissensionem (quae durante quaestione ann. 1829 orta fuerat) gravissimorum omnino malorum causam fuisse in dioecesi. Cum enim constaret eos, qui inter Capitulares eminebant, ita obfirmatos esse, ut nouuisi poenis inflictis revocare ad regulam posse viderentur, satius duxit suasiones adhibere ac tempus expectare. Nec videtur errasse. Nam etsi nondum penitus cessaverit oppositio supradicta, jam tamen plures ex Canonicis agnoscunt Capitulum extra regulam esse et cupiunt ad ordinem redire salva tamen pace inter Collegas.«

His adjicit Episcopus quoad anticipationem matutini et a cantu Sacrorum dispensationem, ut videre fuit, gravem aetatem ac infirmam plurium valetudinem. Quoad itaque postremam hanc petitionem eaedem prostare causae, quae s. Ordini suaserunt 1829, ut opportunas facultates hac super re Episcopo ad quinquennium impertiretur. De distributionibus autem tempore vacationum lucrandis quaenam sit et quam rigida ss. Canonum et s. Ordinis censura recolere erit in saepius memorato folio 1819 §: *Dubium IV.* Quatenus poro annuendum censeant EE. PP. Episcopi votis quoad Capitulum Cathedralis videant num satis congrua sese exerat causa facultatem secuudo loco optatam extendeudi etiam ad alias Collegiatas, prout idem expetit Antistes.

Ad III. postulatum quod attinet, mei muneris esse duxi, Episcopum postulare de canonica causa petitae commutationis necnon de numero lectionum quae annuatim habentur et quot supererunt, quatenus precibus annuatur. Quibus ille ita satisfecit: Ut obsequar jussionibus EE. VV. haec mihi sunt referenda:

I. Juxta usum nostrarum ecclesiarum Theogus Viquerieusis ac Novensis legere deberet et quidem publice seu etiam pro populo semel in hebdomada per totum annum scholasticum, exceptis festis solemnioribus,

Adventu ac Quadragesima. Ejusmodi lectiones sunt propterea ad summum quatuordecim;

II, ubi concederetur petita facultas, jam non esset amplius iisdem, ue semel quidem, publice legendum, sed tenerentur praeesse ac dirigere praefatas collationes de morum doctrina;

III. Canonica causa petitae commutationis in eo videretur haberi, quod tum officium praedictorum Theologorum vergeret in veram utilitatem Cleri utriusque Urbis ubi etsi deficerent publicae lectiones adhuc superesset Christifidelibus sat copiosum pabulum Divini Verbi.

Apprime facit hac in re oratio Benedicti XIV. *de synodo diocces. lib. 13. cap. 9. § 17.* Ibi enim postquam docuerit, inter saluberrima decreta a s. Trid. synodo renovata illud etiam censeri *sess. 5. cap. 1. de ref. ut in omnibus Cathedralibus et insignibus Collegiatis peculiaris praebenda constitueretur pro uno s. Theologiae lectore, cujus esset exponere et interpretari s. Scripturam, in qua continetur magnus ille thesaurus salutaris doctrinae, quem Spiritus s. liberaliter hominibus est elargitus*, inferius animadvertens juxta praesentem ecclesiasticorum studiorum methodum, ea in varias classes esse distincta, ita prosequitur: *»Haec diversarum classium distinctio occasionem dedit nonnullis Episcopis, ut s. Sedi aliquando in suis relationibus repraesentarent, pro Cleri utilitate et instructione magis expediens fore, si a Canonico Theologo in suis Cathedralibus et Collegiatis Theologia moralis traderetur, quam si idem divinas Scripturas exponeret, ex ea potissimum ratione, quod s. Scripturarum explanationem a Concionatoribus intelligere Clerus facile possit; Theologiam vero moralem ab aliis fere quam a Canonico Theologo addiscere nequeat. De hac etiam re actum fuit, cum nos a secretis essemus saepe dictae Congregationis Conc. quin etiam typis impressus fuit Discursus quidam noster, in ea Congregatione relatus, quae habita fuit die 5. Junii 1723, qui legitur in Thesauro Resolutionum tom. 2. pag. 329. In eo probavimus decretum illud Trid. Concilii, sive ejus verba considerentur sive ratio habeatur praxis et consuetudinis sequentium temporum aeque comprehendere Scripturarum s. expositionem ac Theologiae scholasticae Clerum eruditat: dummodo haec talis sit, qualem Melchior Canus tradendam addiscendamque suadet in suo lib. 8. de Locis Theologicis can. 1. et quidem nos etiam indicavimus in nostra institutione 42. pag. 220. et seq. quae scilicet circa quaestiones gravis momenti et utilitatis versetur, easque pertractet allatis divinae Scripturae testimoniis, Conciliorum decretis et Patrum auctoritatibus. Ulterius adnotavimus, nonnullorum Episcoporum mandato laudabiliter factum esse, ut per Canonicum Theologum ea traderetur Theologia, quae est de conscientiis et moribus dirigendis.*

Quodsi s. Ordinis praxim hac in re placeat perscrutari, occurrit copiose folium diei *14. Augusti 1765 in una Pacen.* §. *De eo vero*, ubi plura recensentur exempla similium concessionum. Cujusmodi sunt in una *Polignanen. diei 12. Nov. 1649, in una Ripana diei 12. Januarii 1692.* Refertur etiam in pluribus erectionibus praebendae theologalis extare praescriptum ouus vel conjunctim vel alternatim docendi Theologiam moralem et exponendi libros s. Scripturae; idque sanciturn edicitur in *Synodo Farfensi cap. 5. et Montis Falisci 1710.* Demum in ipsa cit causa Pacen. proposito dubio:

An Canonicus Theologus cogi possit pro arbitrio Episcopi etiam per mulctas loco s. Scripturae legere casus conscientiae seu Theologiam moralem in casu?

Responsum fuit die 28. Sept.: *Affirmative.*

His positis EE. VV. adprecamur, ut dirimant

D u b i a:

I. *An et quomodo annuendum sit postulato Episcopi circa distributiones vacationum tempore a Canonicis lucrandas in casu?*

II. *An et quomodo sit annuendum postulato super anticipatione Matutini et celebratione Missarum sine cantu in casu?*

III. *An et quomodo sit annuendum postulato super commutatione lectionis s. Scripturae in casuum conscientiae explicationem in casu?*

Continuatio.

Quum in eo praecipue instent Canonici, ut distributiones quotidianas vacationum tempore percipiant, absre non erit, aliquot s. hujus Ordinis resolutiones recenseri similibus editas in casibus.

In *Aquilana 16. Jan. 1644* Canonici Cathedralis Aquilanae obtinuerunt, ut sup-

ponitur, 1581 ab hac s. C. facultatem quotannis vacandi a Choro 4 mensibus, sub expressa tamen conditione, quod tempore vacationis teneantur ad musicam duplicatam, quam conditionem cum non impleant et insuper dicto tempore vacationis praetendant percipere distributiones quotidianas, saltem mediante substitutione aliorum, idem Episcopus pro quiete suae conscientiae et Capitularium supplicat pro responsione: An id debeat ab Episcopo permitti? S. C. censuit Canonicos teneri adimplere conditionem supra expressam *et tempore vacationis minime lucrari distributiones quotidianas.* Episcopum tamen permittere ut Canonicus in sua hebdomada servitio ecclesiae adscriptus possit substituere alium Canonicum, qui in ipsa hebdomada ejusdem servitio adscriptus non sit; et hoc casu distributiones quotidianas lucrari ac si Divinis personaliter interesset, ita tamen ut hujusmodi facultate substituendi non abutatur et Canonicus substituens sit praesens in Civitate et eam amissionem distributionum confirmavit 3. Decb. ejusdem anni *non obstante quacumque consuetudine etsi immemorabili.*

In *Fanen. 17. Nov. 1628:* Dentur Literae in forma Illmo Epo. Fanen., qui per Procuratorem pro 14. triennio ss. LL. visitavit, quae inter caetera contineant Canonicos Divinis non interessentes distributiones minime lucrari, nec etiam pro tempore vacationum ab eodem s. Conc. permissarum.

In *Nicien. 18. Nov. 1628. ad 4:* Canonicos absentes per tres menses eis a s. Conc. Trid. permissos lucrari fructus suarum praebendarum, amissis distributionibus quotidianis quae inservientibus accrescant, *quacumque consuetudine etiam immemorabili non obstante.*

In *Lunen. 2. Decb. 1634* s. C. attenta relatione et voto Emi Card. Episcopi benigne indulsit ut Canonici Oratores vacatione 3 mensium a servitio ecclesiae singulis annis frui et gaudere valeant, ita tamen ut uno et eodem tempore ultra tertiam eorum partem non absint et dies vacationum hujusmodi non sumantur tempore adventus, quadragesimae aut in Octava nativitatis Dni, Paschae Resurrectionis, Penthecostes, Corporis Christi neque in dictis Dominicis aut festivis et dummodo tempore hujusmodi absentiae percipiantur tantum fructus praebendae, amissis distributionibus quotidianis, quae inservientibus accrescant.

Hinc sapienter disserebat hac de re *Benedictus XIV. Inst. eccl. 107.* § *6. n. 36:* Neque omitti debet licere quidem Canonicis vacationis praescriptae tempore Chorum dimittere; id tamen solum suffragari, ut fructus praebendarum accipiant, non autem quotidianas distributiones, nisi forte peculiares ipsorum Constitutiones a Sede apost. confirmatae ante Synodum Trid. hoc etiam emolumentum ipsis Canonicis impertiant.

Scilicet *Trid. Synodus sess. 24. cap. 12. de ref.* trimestres vacationes indulsit, ut humanam infirmitatem sublevaret, ut ait s. C. in *Alex. Servitii Chor. 20. Martii 1790* § *3.* ac dum eas permisit vacationes, fructuum dumtaxat perceptionem legitimam reliquisse Canonicis ea de causa ab ecclesia absentibus satis ostendit, poenam, si secus factum fuerit, infligendo fructuum privationis. De distributionibus vero mox et immediate addidit: *distributiones vero qui statis horis interfuerint recipiant, reliqui quavis collusione aut remissione exclusa his careant juxta decretum Bonif. VIII. quod incipit:* Consuetudinem, *quod s. Synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus.* Porro ex praefata Constitutione Bonifacii VIII. sub tit. *de cler. non resid. in eccl. vel Praeben. tit. 3. cap. unico in 6.* expresse sancitum est, *ut ii tantum, quacumque consuetudine remota distributiones quotidianas percipiant, qui divinis officiis in ipsis ecclesiis adfuerint exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusarit.* Jam vero in his haud contineri patet, qui ex mero levamine et pro sui commodo ab ecclesia absunt.

S. C. resp.

Ad 1: Affirmative.

Ad 2: Praevia absolutione et condonatione fructuum ad aliud quinquennium ad formam praecedentis resolutionis, etiam quoad Collegiatas, facto verbo cum SSmo.

Ad 3: Non expedire et Episcopus curet executionem nuperrimae Encyclicae SSmi Dni Nostri.

Die 30. Mart. et 22. Junii et 27. Julii 1844.

Capitulum Metropolitanae ecclesiae R. massam communem habet, cujus tertia pars canonicales praebendas efformat, reliquae duae, ex tribus partibus, distributionibus

quotidianis applicantur. Licet autem ex juris dispositione distributiones lucrentur qui choro adsunt et ab absentibus amittantur, tamen Canonici trimestri vacationum tempore absentes easdem percipiunt, non modo ex inveterata consuetudine, sed vi Constitutionum capitularium in quibus id aperte cavetur. Constitutiones autem capitulares ab Ordinario loci promulgatae et editae sunt, quin fuerint Pontificia auctoritate roboratae. Quapropter Emus Episcopus in nuperrima ad SS. LL. relatione exquirere a S. C. C. curavit, num consuetudo isthaec, capitularibus Constitutionibus innixa, valeat sustineri. Episcopus retulit, originem delitescere consuetudinis hujus, existere tamen documenta, quae eandem probant usque ab anno 1718.

Pro parte affirmativa perpendi posse videtur, quod consuetudo distributiones lucrandi vacationis tempore a Tridentino permissae sustinenda sit. Omnem enim ecclesiasticam legem consuetudine*) legitime praescripta abrogari habetur in *cap. fin. de consuet.* docentque communiter Canonistae ac Theologi cum D. Thoma 1. 2. *q. 97. num. 8. art. 3.* Ea enim aequalem vim habet cum lege et ideo sicut potest legem includere ita etiam abrogare, *L. De quibus ff. de legib. et L. 2. Cod. quae sit longa consuet.* Idque locum habere non obstante lege resistente et prohibente consuetudinem introduci, nisi lex addat illam consuetudinem esse irrationabilem, ut multis citatis tradit *Bonac. Disp. 2. quaest. 1. pun. 6. num. 3. et 4., Anchar. cons. 51. in fin., Glos. in Clem. Statutum de elect. et cap. 1. de clerico aegrot. in 6, Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 4.* Atqui non videtur irrationabilis consuetudo percipiendi distributiones, vacationis tempore; imo quam maxime rationabilem esse docet *Cenedo part. 3. collect. 15. num. 7.*, ubi ait ordinationem, qua duo menses conceduntur clericis, ad res familiares componendas et honestam animi oblectationem, esse rationabilem et hujus consuetudinis vigore posse hos clericos percipere quotidianas distributiones. Sic etiam sentit *Monet. de distrib. part. 2. q. 12. num. 54., Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 5.* Et optimo quidem consilio, tali enim consuetudine praebendati facilius vacationibus sibi concessis uterentur, atque ita, animo aliquantisper relaxato, ferventius et alacrius ad recitandas horas canonicas aliaque ecclesiastica ministeria obeunda redirent.

Eo vel fortius quia ipsa quoque innititur Constitutionibus capitularibus. Neque obstat quod Probus *ad Monach. in d. cap. un. De cleric. non resid. in 6. num. 34.* asserat talem consuetudinem non valere. Nam in dicto capite unico improbatur consuetudo in quibusdam ecclesiis introducta, ut qui absint a choro absque justa et legitima causa de jure concessa percipiant distributiones, non vero improbantur futurae consuetudines legitimae praescriptae, sicuti nec ipsas improbat Tridentinum in *sess. 24. cap. 12. de reform.* ubi in usum revocat Bonifacii Constitutionem. Jamvero si lex non faciat mentionem de consuetudine futura, sed simpliciter tollat praeteritam consuetudinem, quod possit de novo induci consuetudo, eidem legi derogans, docent *Gloss.* in *Clem. Statutum de lect., Anchar. in cap. 1. de Constit. in 6. n. 30., Covar. loc. cit. num. 4, Vasquez 1. 2. disp. 177. cap. 8. num. 70.*

Pro negativa vero perpendendum est quod Tridentinum, renovando legem editam a Bonifacio VIII. in *cap. Consuetudinem,* quascumque consuetudines percipiendi distributiones absentiae tempore, nisi ex causa de jure permissa, tamquam irrationabiles reprobat. Lex vero quae reprobat consuetudinem, semper reprobat, ut notat cum aliis *Tiraquel. de retrat. in praef. n. 18., Alex. cons. 193. n. 8. lib. 2., Rota in Crac. jur. legendi 21. Martii 1627 coram Coccino.* Cum autem lex semper loquatur *L. Ariani Cod. De Haeret.* semper etiam reprobat consuetudinem supervenientem et complectitur quae de novo accedunt, ut notant *Franc. in cap. unic. De excess. Praelat. in 6., Gemin. ibid. n. 8.*

Sed et ulterius observandum est quod consuetudo de qua sermo irrationabilis est, subindeque nullimode sustinenda. *Fagnan.* in *cap. Licet de Praebendis num. 77.* ibi: »Ampliatur primo praedicta conclusio, ut procedat etiamsi consuetudine introductum sit, ut distributiones absentibus debeantur, ea enim consuetudo non valet: sive introducta fuerit ante Constitutionem Bonifacii in d. cap. unico, sive post, quia cum ea Constitutio non simpliciter deroget consuetudini, sed illi resistat, eamque reprobet ut iniquam et irrationabilem, ibi: *reprobantes:* ex hoc censetur non tantum praeterita, sed etiam futura sustulisse ut sentit *Innoc. in cap. Ex parte* . . . Et ob eam rationem

*) Vd. *Consuetudo.*

saepius respondit s. Congregatio . . . . . ; etiam immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam«. Idem sentit *Pignatell. loc. cit. cons. 115. num. 2. tom. 9.* aliis inibi recitatis.

Hanc autem sententiam indubitanter amplectendam esse suadet constantissima S. C. C. praxis ut in *Pisauren. 14. Junii 1670 lib. 26. Decret. pag. 353*, ubi fuit dictum, dandum esse decretum in dubio proposito die *3. Decembris 1644* ibi: »*Canonicos tempore vacationis non lucrari distributiones quotidianas, non obstante consuetudine immemorabili; Card. Petra Comment. ad Const. 9. Bonifac. VII. num. 23. tom. 3. parg. 297.*

S. Congregationis Concilii decretis ut verbis utar *Scarf. ad Ceccoper. part. 1. lib. 2. animad. ad tit. 8. n. 8.*, »obsequendum omnino est, cum faciant jus quoad omnes, quoties interpretatur canones ejusdem sacri Concilii propter facultates eidem concessas a Summis Pontificibus ex notatis per *Garz. de benef. in praefat.* et latius per *Fagnan.* in *cap. Quoniam a num. 70. et seq. De Constit. Rota . . . . .*« Ex quo fit ut illorum opinionem, qui putant eas resolutiones intelligendas esse vel de consuetudine non legitime praescripta vel de consuetudine interpretante, concilium concessisse etiam lucrum distributionum tempore vacationis permissae, *omnino* uti *falsam* reprobet Moneta, ceu illico notat Pignatel. in *recit. consul. 129. num. 5. tom. 1.*

Nam deficiente rationabilitate in consuetudine, *quae prima est et essentialis praerogativa consuetudinis*, ipsam numquam inolescere posse docet *De Angelis* in suo neoterico opere *Praelect. Jur. canon. tom. 1. tit. 4. num. 12.*

Neque obstat quod consuetudo in themate nedum immemorabilis dici valet, verum etiam aliquem titulum exhibet, dum hac in ecclesia duae portiones massae communis distributionibus adjudicatae sunt. Nam hoc minime obstante ipsam reprobandam esse docet s. Congreg. ceu refert *Pignatell. cit. consult. 120. tom. 1. n. 2.*, ubi habetur: extat declaratio s. Congregationis tenoris sequentis: »Canonicos non posse vi cujuslibet consuetudinis etiam immemorabilis frui quotidianis distributionibus illis tribus mensibus, quibus a Tridentino *sess. 24. cap. 12.* abesse permittuntur, etiamsi omnes fructus Canonicatuum consistant in distributionibus ex Moneta et Bonacina *De Horis Canonicis . . . .*«

Minusque officit quod consuetudo relata fuerit tamquam lex in statuto capitulari Episcopi auctoritate recognito. Scitum enim est quod inferior derogare non valet legi Superioris et quod ejusmodi statuta *expresse sublata sunt a Concilio in d. cap. 12. §. Praeterea* ibi: »*Cujuslibet Statuti:* ita *Pignat. cons. 115. n 3. tom. 9.* Ad rem S. C. in *Elborensi saeculi XVI. rel.* a Zamboni *loc. cit. verb. Capitulum § XI. num. 1:* »Quum Canonici Cathedralium et Collegiatarum suum statutum habere dicerent apostolica auctoritate firmatum, vacandi per centum dies et fructus omnes et distributiones percipiendi, ac postulassent declarationem non comprehendi in lege Concilii, respondit s. Congreg. comprehendi, nisi quatenus legitime probaretur ejusmodi statuta fuisse confirmata a Sede Apostolica«.

Hisce utrinque animadversis EE. PP. sapientiae diluendum remissum fuit

D u b i u m:

An Canonici Metropolitanae ecclesiae R. per trimestre tempus vacationum, absentes a choro valeant participari de distributionibus in casu?

Sacra Congr. Concilii, re ponderata sub die 20. Septembris 1879, censuit respondere:

Negative.

Ex quibus colliges:

I. Tridentinum reprobare consuetudinem percipiendi distributiones tempore absentiae, renovando legem editam a Bonifacio VIII. in *cap. Consuetudinem;* quae lex non simpliciter derogat consuetudini, sed illi resistit eamque reprobat ut iniquam et irrationabilem.

II. Etenim nullam praescribi posse consuetudinem, deficiente rationabilitate, quae prima et essentialis consuetudiuis praerogativa censetur.

III. Eamdemque S. C. Congregationem quamplurimas edidisse resolutiones, ut constitueret non licere Canonicos, tempore vacationis, facere suas quotidianas distributiones, non obstante consuetudine immemorabili.

IV. Neque officere an haec consuetudo relata sit in capitulari statuto, auctoritate Episcopi recognito, minime vero a Sede Apostolica confirmato; quum Episcopus derogare nequeat legi superioris.

V. Per actualem resolutionem confirmari opinionem illorum qui putant, nullam induci posse consuetudinem contra Tridentini sanctiones, propter decretum irritans a Pio IV. adjectum, quum per Bullam *In principis Apostolorum* Tridentinum confirmaret.

3) Absentium inter praesentes distribuendae.

Senogallien.

Ex Bulla erectionis Collegiatae *Senogalliensis* constat, quod Massa capitularis communis est etiam Mansionariis eosque distributionum participes fieri. Atque hinc concludunt, quod sive vacans sive plenus sit Mansionariatus distributiones debentur, easque acrescere non integrae Massae, sed aliis Mansionariis, qui praecipue ferunt laborem si alter ex eis servitium non praestet, ut definivit s. Congregatio *in Asculana 5. Junii 1706 ad V. Dub.* in quo disputabatur:

An distributiones non inservientium possint exponi in Massa communi et dividi aequaliter seu potius ad ratam servitii in casu etc.?

S. Congregatio rescripsit:

Negative quoad I. partem, affirmative quoad II.

Die 22. Junii 1805.

Distributiones a Canonicis absentibus amissae debentur Canonicis interessentibus, ex s. Cong. Concil. *in s. Severini 16. Julii 1695* et in *Cathanen. 18. Julii 1699.* Quae distributiones et fallentiae Canonicorum absentium debentur etiam Canonicis jubilatis vigore indulti etiamsi Choro non intersint, quatenus eis non obstet statutum vel consuetudo contraria ecclesiae ex s. Concil. *in Romana 19. April. 1692* et in *Aquipendii 23. Martii 1697.* Etiamsi distributiones essent auctae post obtentam jubilationem, ut s. Cong. bis declaravit *in Bononien. 16. Julii 1696* et *20. Apr. 1697.* Et istae fallentiae Canonicorum absentium debentur etiam Canonicis, qui Papae vel Cardinalibus inserviunt*) cum indulto percipiendi distributiones pro diebus et horis, quibus actualiter in tali servitute occupantur. S. Cong. Conc. *in Romana 27. Jan. 1691.*

*) Vd. *t. III. p. 1025. p; 987. g.*

Asculana et Cerinolen.

In Asculi Apuliae Cathedrali praeter Canonicos et Mansionarios Portionarii quoque recensentur, chorali et ipsi servitio mancipati ac insuper in munerum parochialium exercitatione parocho in subsidium addicti. Verumtamen portiones, quibus ipsi potiuntur, proximis temporibus veram beneficii naturam haud prae se ferebant, ideoque nil aliud iidem erant nisi ecclesiastici viri choralibus officiis mancipati, vulgo Servizianti, qui idcirco participationes in tot praefiuitas distributiones pro rata servitii lucrabantur ac deinde postquam per quinque annos hujusmodi officio rite perfuncti forent, ad mansionariatus gradum ipso jure conscendebant.

Cum vero editae fuissent Apostolicae literae S. M. Pii VII: *Impensa diei 13. Augusti 1819*, quibus praescribitur ut in receptitiis Neapolitanae ditionis citra Pharum ecclesiis praefinitae portiones nonnisi per examen rite peragendum deferantur, illud factum est in hujusmodi pontificia ordinatione exequenda, quae in Asculana Cathedrali 1837 locum habuit, ut portiones illius ecclesiae nedum sacerdotibus et Clericis qui commendatiores reperti essent, imposterum obtinendae assignarentur, sed et ipsae portiones a simplicium distributionum natura ad veri beneficii gradum eveherentur.

At vero Portionarii ex hac innovatione deteriorem suam conditionem evasisse arbitrati sunt, non solum quia pristino jure ad mansionariatus adipiscendos exciderunt, quod menti pontificiae consonum est, sed etiam quia participationum percipiendarum ratio gravis admodum et nimis iniqua ob onera noviter imposita sibi videretur. Cum enim portiones, quibus ipsi fruuntur, non constituant praebendas separatas ac certas, sed distributiones stent loco praebendae et caeteroquin distributiones ipsae pro rata servitii per eos, ut antea, dispertiantur, si quando abesse a choro contingat, non ex tertia omnium fructuum beneficiorum parte ceu praescribit synodus Trid. sed ex universo portionum redditu taxari adhuc soleat. Praeterea ipsi Portionarii non vocantur in lucri partem, quod ex absentium fallentiis praesentibus accrescit; quidquid enim inde

colligitur, iuter Canonicos et Mansionarios tantummodo diribetur.

Hinc penes hunc S. O. supplices insteterunt postulantes, ut »a suddetti Porzionari non solo sy dia la semplice puntatura, cioe la metà dj quella de' Canonici, e Mansionari di detta Cattedrale, perchè alla metà ascende la di loro rendita, ma ancora partecipazione de' punti buoni, quali beneficiati, e l'indennizzo dé punti caricati fin dall' anno 1837«. Ordinarius super supplici libello de more interrogatus ea quae exposuimus confirmans Oratorum precibus unam consuetudinem officere significavit. Hanc tamen in hoc novo rerum statum minime attendendam esse autumat: quando quidem (sic prosequitur) »omnia jura quibus olim gaudebant Portionarii iis dempta fuere hujusmodi Brevi *(Impensa)* et pluribus oneribus gravati sunt, quibus tum temporis eximebantur. Praeterea animadvertendum Portionariorum quotidianas distributiones seu puncta bona perexiguam 6 ducatorum summam non excedere; eosque quotidiana tum choro tum altari assistentia obligari. Quamobrem meo judicio eorum precibus indulgendum est; quod tamen judicium libentissime EE. VV. sapientiae librandum relinquo.

Haec autem per Episcopum renunciata cum ad plenam rei cognitionem minime suppetere viderentur, mandatum eidem fuit, ut Capitulum in scriptis super annuo praebendarum redditu ac distributionum praebendarum ratione audiret simulque de canonica minuendarum punctaturarum causa referret: quam ipse causam in admissione ad mansionariatum statim post servitium ipso facto ascendendi jure et quotidiano chori servitio quo ut antea obstringuntur constituendam esse suis alteris litteris declaravit; quibus insuper actum capitularem de 14. Decb. 1840 celebratum inseruit.

Ex his, quae enarrata sunt, facile colligitur, Oratorum petitionem ad 3 capita redigi,

I. ut punctaturae non amplius habita universi redditus ratione, sed ex tertia distributionum parte computentur ad tramites Trid. Synodus *sess. 24. c. 12*;

II. ut etiam Oratores ad participationum divisionem admittantur, quae a non inservientibus amittuntur;

III. tandem ut haec participatio ad annum 1836 retrotrahatur.

Concilium Trid. *sess. 21. c. 3. de ref.* statuit in ecclesiis tam collegiatis quam cathedralibus, in quibus nullae sunt distributiones quotidianae vel ita tenues ut verosimiliter negligantur, tertiam partem fructuum et quorumque proventuum et obventionum . . . . . separari debere et in distributiones quotidianas converti, quae inter dignitates obtinentes et caeteris divinis interessentibus proportionabiliter . . . . . dividantur: salvis tamen constitutionibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes seu non servientes nihil vel minus tertia parte percipiunt; quam Trid. Synodus sanctionem constanter secuta s. C. ut passim in ejus resolutionum thesauro legere est et praesertim in *Nullius Terrae Pontiani 1. Mart. 1733* et in *Praenestina Distrib. 25. Maji 1835*. Quando vero distributiones naturam assumunt praebendarum, ut evenit in themate, tum duas saltem partes a beneficiatis absentibus acquiri, tertia in distributiones conversa, docent auctores allati in *Valven. Serv. Chori* § *Ast, diei 24. Novb. 1838*.

Quamquam autem Concilium Trid. consuetudines retineri voluerit, quibus beneficiati nihil vel minus tertia parte percipiunt, nihilominus a severa hujusmodi praxi non semel deflexit s. Congregatio. Nam juxta benigniorem interpretationem *Bened. XIV. Quaest. can. 293* § *Haec procedant* elargita est indultum abessendi pro duobus mensibus amissa tertia parte distributionum Mansionariis, Portionariis ac Beneficiatis quorum dumtaxat praebendae distributionibus constabant, frustra contradicentibus Canonicis ob detrimentum, quod sese inde passuros reclamabant, ut in *Illerden. Absent. et Distr. 3. Mart. 1792*. Alias etiam in simili casu jussit statutum, quo infirmi distributionibus privabantur, reformari ad formam Canonum, ita ut duas ex tribus partibus distributionum lucrarentur juxta juris dispositionem ii qui fructus praebendae faciunt suos, integre vero perciperent ii, qui ex juris fictione habentur uti praesentes ad lucraudas etiam quotidianas distributiones: dato insuper indulto 2 meusium absentiae cum solitis clausulis, ut in citata *Valven. Serv. Chori 24. Mart. 1838*. Jam vero Portionarii vacationis beneficium non quaerunt (quod minus est), ut punctaturae, quibus absentes obnoxii sunt, ex mente Trid. Synodus ad unam ex tribus praebendae partibus coerceantur. Causam vero canonicam in eo statu-

unt, quod autehac portioues ab ipsis obtentae veris beneficiis non accensebantur, tantumque post invectam Brevis ordinationem beneficii naturam induerunt, iis proinde oueribus subjectae, quibus ss. Canones et praecipue Trid. Synodus *sess. 24. c. 12.* §. *Praeterea* una cum diguitatibus et canonicatibus praebeudas quoque ac portiones in Cathedralibus erectas oneravit.

Ad II. dubium quod attinet circa distributiones a non servientibus amissas S. C. in *Januen. 2. Junii 1838* §. *Verumtamen* regulam sequendam esse monet a Fagnano traditam *cap. 3. de Cler. non resid. n. 17*, ibi: Ubi redditus sunt communes inter participantes ex illis habet locum jus accrescendi seu non decrescendi; ubi autem sunt separati, redditus qui amittuntur nemini accrescunt sed ecclesiae applicantur. Inspecta hinc prima regulae parte eadem s. C. in *Asculana 5. Junii 1606* cum proponerentur haec dubia:

I. *An si aliqui ex Canonicis in sua hebdomada non inserviant ita ut duae tertiae illorum choro non intersint alii inservientes et interessentes lucrentur distributiones?*

II. *An distributiones non interessentium possint reponi in massa communi et dividi aequaliter seu potius ad ratam servitii?*

responsum prodiit

Ad I: Affirmative.

Ad II: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Quando vero Canouici et Mansionarii communem habent massam et Canonici de Mansionariorum fallentiis participare non solent et vicissim tunc s. C. hujusmodi consuetudini judicii sui robur adjcit, ut in *Senogallien.**) *Distr. 22. Junii 1805* in qua Emo Archiepiscopo mandavit, ut referret utrum Canonici participarent ex fallentiis Mansionariorum et Mansionarii ex fallentiis Canonicorum. Cum vero negativam accepisset responsionem, distributiones ex fallentiis cujusdam Mansionarii profectas Mansionariis tautummodo deberi declaravit die 23. Novb. ejusdem anni.

Hisce in jure praestitutis perpendendum est in facto, quod in Asculana Cathedrali communis adsit Canonicorum et Mansionariorum massa ut patet ex *Ascul. et Cerin. Voc. in cap. 24. Nov. 1838* §. *Mansionarii*, ex qua etiam detrahi participationes Portionariis distributas ex actu capitulari superius allato colligi videtur, cum aliunde nullus alius innuatur fundus, ex quo eae desumi dicantur. Cum itaque in themate Canonici et Mansionarii de Portionariorum fallentiis participent, justitiae ratio postulat, ut et Portionarii illorum fallentias invicem lucrentur; eo fortius etiam, quia distributiones a non inservientibus amissae praesentibus ideo acquiruntur, ut praesentes praemium habeant laboris, *Passerin. L. 3. de Cler. non resid. n. 4.*, *Moneta de Distrib. p. 1. p. 6. n. 11.*, *s. C. memorata Senogallien.* §. *Deinde.* Hinc est quod eadem s. C. eradicandam omnino jusserit abusionem, qua fallentiae non interessentium indiscriminatim inter Capitulares diviuntur. *Carpenctoracten. Proposita per summar. Precum 2. Junii 1731.*

Caeterum iniquitatem sapere clamant Portionarii, quod ipsi perpetuo choralis officii pondere gravati nullo ex absentium jactura praemio rependantur; Canonici vero ac Mansionarii, qui et simplicium punctaturarum et vacationum indulgentia perfruuntur, ex portionariorum detrimento locupletiores fiant; eoque iniquius, quod Canonici in trimestribus feriis distributiones non amittant, licet s. C. hujusmodi consuetudinem minime tolerandam saepius docuerit juxta ea, quae congesta sunt in *Derthonen. 27. Julii 1844* et novissime in *Mazarien. Applic. et Red. 14. Febr. 1846.*

Ajunt III. loco, quod cum causae ex quibus punctaturarum participationem exorant Portionarii ab eo tempore repetantur, quo per apostolicas Pii VII. Literas novus rerum status est invectus, hinc ipsi sibi suadent, idcirco itidem expetitae gratiae beneficium ad illud tempus retro trahendum esse. Neque vero Canonici et Mansionarii (pergunt Portionarii) habent, unde merito queri possint. Hac enim in re inspiciendum est quod aequitati ac disciplinae ecclesiasticae congruit, nequaquam vero quod in privatorum detrimentum redundare fortasse queat. At vero circa I. dubium Oratorum precibus adversatur, quod in Asculana Cathedrali consuetudo viget ut Portionarii si a choro absint distributione priventur habita ratione ad universum portionis proventum. Jamvero Concilium Trid. disertissime cavit salvas esse debere illarum ecclesiarum consuetudines, ubi absentes nihil vel minus tertia

*) Vd. *p: 1253.*

parte percipiunt, praesertim vero, quod hujusmodi mos sine tertii nempe ipsorum Canonicorum detrimento abrogari non posset.

Perperam autem Portionarii reducendarum punctaturarum causam in Brevis *Impensa* dispositione constituunt; ibi enim portionum natura non immutatur: nam constat nihil aliud ibidem sancitum fuisse nisi quod inposterum ad portiones suscipiendas . . . . illi tantum admittantur sacerdotes et clerici, qui . . . . pietate ac doctrina commendatiores fuerint inventi. Quod est reliquum, sartum tectumque relictum est; quin immo quum specialibus constitutionibus et consuetudinibus circa portionum collationem derogaretur, explicitis verbis clausula adjecta fuit: illis (constitutionibus et consuetudinibus) alias in suo robore permansuris.

Circa II. dubium adnotandum est, quod distributiones, quas Portionarii absentes amittunt, considerari possunt veluti pecunia e communi massa non separata; cum autem quod superest ex massa ipsa, postquam omne onerum genus impletum est, ad Canonicos et Mansionarios non vero ad Portionarios pertineat, hinc nullum sibi ex hac re Portionarii ipsi jus arrogare posse videntur. Idque eo fortius suaderi posse putatur, quod portiones, de quibus agitur, licet etiam in vera beneficia conversas fuisse admittatur, nihilominus non repugnat nullum onus Portionariis amplius impositum fuisse. Compertum est enim beneficiorum residentiam aliam esse praecisam aliam causativam juxta distinctionem a *Gonsalez datam ad Reg. 8. Canc., Gloss. 15. n. 21.* et receptam a s. C. in *Montis Alti Dispen. 3. Aug. 1782 §. Advertit.*

Jam vero in hac secunda beneficiatus, si absit a choro, praebendae fructus dumtaxat amittit, titulo tamen privari non potest. Haec autem beneficia in Cathedralibus etiam reperiri posse liquet luculenter ex *Ferrarien. diei 26. Martii 1707* et relata in *cit. Montis Alti §. In Ferrarien.*

Deinde eaedem portiones in novo statu possent considerari ut beneficia in Capitulum noviter recepta. At vero de Canonicis in Capitulum admittendis s. C. rogata declaravit ita esse admittendos, ut non participent de punctaturis non residentium quemadmodum eruitur ex *Sabinen. Erect. Can. 18. Novb. 1730.*

At tertium quod attinet perpendi potest a praxi hujus s. C. alienum esse, quod gratiae ad tempus praeteritum retrotrahantur et aequitati maxime dissonum, ut Canonici quod jure suo perceperunt, iterum persolvere cogantur. Si enim ad restitutionem ii non teneri videntur, qui bona fide distributiones indebitas sibi vindicaverunt juxta auctores citatos in *Nucerina Serv. Chori 14. Febr. 1839, §. Alterum* in fin. quos s. C. in eadem causa secuta est in 2. et 3. dubio, eo minus consentaneum videtur, ut fructus quos Canonici legitimo titulo fecerunt suos et consumpserunt, iterum aliis de penu proprio rependere compellantur.

Hisce delibatis dignentur EE. VV. dirimere

D u b i a:

I. *An et quomodo annuendum sit precibus Oratorum circa reformationem fallentiarum ad rationem a Conc. Trid. sess. 21. c. 3. traditam in casu?*

II. *An et quomodo annuendum sit precibus Oratorum circa participationem distributionum, quae a non inservientibus amittuntur in casu?*

Et quatenus affirmative ad II. dubium,

III. *An participatio distributionum retrotrahenda sit ad annum 1837 in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative erogata tertia parte in distributiones quotidianas ad formam S. C. Trid. sess. 2. cap. 5.

Ad II: Affirmative quoad individuos ejusdem coetus tantum.

Ad III: Negative.

Die 6. et 27. Mart. 1847.

4) Absentium applicantur fabricae ecclesiae.

Caurien.

(Conc. Tr. c. 3. s. 22. de ref.)

Adsunt in ecclesia Caurinen. aliquae dignitates quae habent fructus distinctos a mensa capitulari, quorum certa pars assignata fuit in distributionibus quotidianis juxta dispositionem s. Concilii Trid. *in cap. 3. sess. 23. de ref.*, unde propositum fuit in hac s. Congregatione dubium:

An hujusmodi distributiones, quae amittuntur ab iis, qui competens servitium non praestiterint, necessario fabricae ecclesiae, quatenus indigeat, an vero sit in facultate Episcopi stante etiam indigentia ecclesiae illas alteri pio loco pro ejus arbitrio applicare?

Sub die 7. Novb. 1621 s. Congregatio respondit:

Has distributiones esse primo applicandas fabricae ecclesiae cathedralis, quatenus indigeat, ac nisi indigeat, tunc demum esse in facultate Episcopi illas alteri pio loco suo arbitrio applicare.

Cum autem distributiones quotidianae quae amittuntur etiam a Canonicis et praebendatis ejusdem ecclesiae non residentibus neque interessentibus non accrescant caeteris residentibus, sed subsint dispositioni s. Concilii Trid. in d. *cap. 3. sess. 22. de ref.*, praetendente moderno Episcopo illas ad sui libitum applicare locis piis et pauperibus dioecesis, capitulum dictae Cathedralis, attenta fabricae necessitate, de qua deponunt duo testes formiter examinati, enixe supplicat declarari:

An distributiones quotidianae quae amittuntur a non interessentibus seu residentibus debeant vigore dicti cap. 3. sess. 22. applicari fabricae Cathedralis vel alteri pio loco arbitrio Episcopi in casu etc.?

S. Congregatio die 23. Aprilis 1701 distulit responsionem; die vero 4. Junii respondit: Applicationem in casu proposito esse faciendam fabricae ecclesiae et quoad assertam superfluitatem expensarum injungendum Episcopo, ut provideat etiam cum facultate s. Congregationis.

5) Absentium.

Vd. *Distribut.* (praesentibus etc.); 1285. p.

a) Propter bellum.

Duo Canonici ecclesiae Cathedralis P. saeviente bello in Hispaniis, ad evitandas factitiosorum minas et ut exilium, quod jam ipsis impendebat, averterent, castra et dominia Caroli VII. petierunt. Confecto bello in gallicas ire regiones coacti fuere.

Interea Gubernium Canonicos privavit fructibus praebendarum, relicta tantum tertia parte Capitulo pro oneribus satisfaciendis et quotidianis distributionibus solvendis. Capitulum, quum in patriam rediisset, renuit dare duobus Canonicis, quae supererant ex tertia fructuum parte, deductis oneribus: 1. quia absentiae causa neque ex officio neque officiose sibi fuit patefacta: 2. quia pro integro anno et ultra voluntarie absentes fuere, bello confecto.

Hac repulsa se praegravari censentes isti Canonici S. C. Congregationem adierunt declarari efflagitantes: *An Oratores jus habeant ad tertiam suae praebendae partem, oneribus sublevatis toto suae absentiae, utpote invite atque proinde legitima ex causa provenientis, tempore?*

Antistes de sententia rogatus retulit, Canonicos istos haud temere metuisse exilium aut deportationem, quam vitarunt aufugiendo in territorium D. Caroli; et Capitulum paratum esse dare eisdem distributiones, quatenus id licere S. C. Concilii declaraverit.

In jure saepe firmatum est principium, quo solum praesentibus atque interessentibus divinis officiis distributionum lucrum tribuitur. Bonifacius VIII. in *cap. unic. De cleric. non resid. in 6:* »*Statuimus ut distributiones ipsae quotidianae in quibuscumque rebus consistant Canonicis ac aliis beneficiatis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem adfuerint, tribuantur*«.

Quod Bonifacii decretum in usum revocavit Tridentina Synodus et observari mandavit, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus in *cap. 12. sess. 24. de ref.* Hinc S. C. Congregationis praxis constans et unanimis doctorum sententia habent, distributiones clericis deberi ratione servitii, non autem respectu tituli; neque dari tamquam Canonico sed tamquam inservienti divinis officiis, Bened. XIV. *Inst. 107. n. 58*, Piton. *discept. eccles. 1. n. 35.*, Rota *decis. 689. n. 7. part. 3. rec.* Nunc in facto est, praefatos Canonicos toto absentiae tempore haud servitium praestitisse ecclesiae cui erant addicti; et ideo participes fieri nequirent de quotidianis distributionibus.

Deest in casu canonica legitimae absentiae causa quae etiamsi adesset ad lucrandas distributiones adhuc in themate deficeret licentia Episcopi et capituli, necessaria ad hoc, ut absens ex legitima causa distributionum lucro frui valeat, *Gloss. in cap. Relatum V. Praelatorum de cler. non resid.* Adeo tamen ut non sufficiat licentia tacita, sed debeat esse expressa, Pignatell. *Consult. 36. n. 2. tom. 3.*, de justa vero causa est textus ad *d. cap. un. de cleric. non resid.*

post. med. ibi: »exceptis illis quos infirmitas seu justa et rationabilis corporis necessitas ant evidens ecclesiae utilitas excusaret, quod in nsum revocavit Tridentinnm dicta sess. 24. cap. 12. ac declaravit s. Congregatio Episcoporum in Lancianen. 4. Aprilis 1607 inqniens qnod causa justa debet approbari non solum a Capitulo sed etiam ab Ordinario«.

Neque ad gratiam recurrere licet; nam princeps non rescribit in praejudicium tertii, *cap. Dudum de privil., cap. Quamvis in fin. de rescript. in 6.* firmatque Lambertin. *de jurepat. lib. 2. p. 3. q. 9.*; in themate praejudicinm adest, nedum respectu ecclesiae qnae privatur quorumdam servitio, sed aliorum etiam respectu participantium, qnibus de jure dictae distributiones accrescere deberent, *Trid. sess. 21. cap. 3. de reform.*, Pignatell. *consult. 144. n. 17. tom. 1.*

Si dici velit qnod tempns urgeret nec poterat dispensatio haec impetrari, id valere posset pro tempore quo bellum seviit, non autem tempore posteriori; eo quod cum indultum a Gubernio datum fuisset, jure patriam remeare poterant Canonici. Et ideo legitima saltem destituuntur causa pro eo tempore.

Obliviscendum haud est, tres a jnre exhiberi causas, quibus exstantibus non modo absentes lucrantur suae praebendae fructus, sed et distributiones quotidianas. Quas causas recenset Bonifacius VIII. *decret. cit.* et sunt *infirmitas, justa et rationabilis corporis necessitas et evidens ecclesiae utilitas.* Qnod antem Canonici de quibus agitur excusentur a causa quae audit *justa et rationabilis corporis necessitas*, facile evincitur per S. C. C. qnae *in Fundana diei 3. Julii 1734 et in Carpen. 17. Sept. 1616* tennit, Canonico absenti e causa inimicitiarum vel propter metnm principis temporalis *utpote absenti ex justa causa* deberi distributiones qnotidianas et fructus ad normam absentium ex causa infirmitatis. Mens enim Pontificis, nt habet Rota *cor. Molines dec. 808. n. 8. seqq. in dicto cap. unico* »fuit ab istis excludere distribntionibus negligentes vel contemnentes residere, non autem impotentes et impotentia dicitur quando absentia non est volnntaria, sed ab aliqno facto cansatur, ita nt non stet per beneficiatum qnominns resideat«.

Quoad licentiam duobus Canonicis impertiendam ab Episcopo vel a Capitulo respondit Pignatell. *loc. cit. n. 4.* ibi: »Verum quoad licentiam obtinendam ab Episcopo et capitulo requisitam *d. cap. Relatum de Cler. non resid. atque ex Concilio Tridentino cap. 1. Sess. 23. de reform.* dicendum est, solum esse necessariam in Episcopis et Cnratis, non autem Canonicis non exercentibns cnram animarum, sed habentibus legitimam absentiae causam de jure permissam *ex Barthol. de S. Faust. de hor. canon. lib. 3. quaest. 9., Ricc. in Collectan. decis. 2437. par. 6.* et pluribus aliis tradit Barbos. *de Canon. et dignit. cap. 4. sub n. 26.*

Quare ut distribntiones qnotidianae debeantur Canonico absenti ex justa causa satis est quod faciat snas protestationes, saltem si causa non est notoria*), secus antem qnando est notoria, Rota apud Farinac. *p. 2. t. decis. 244. n. 1.*«

Quod antem prudentia suaderet Canonicis ne citius indnlto crederent, dubitandnm non est. Stultum nam potius fuisset fidem illico praestare *liberalium* verbis, cen tristis postea experientia docuit. Mnlti enim ex eis qui tantae clementiae innixi patriam protinus remearunt, poenis et aerumnis *liberaliter* pressi sunt.

Quibus praemissis in utramque partem enodandum propositum fuit

D u b i u m:

An et quomodo jus competat absentibus Canonicis participandi distributiones in casu?

Sacra Concilii Congr. snb die 20. Julii 1878, re mature perpensa, dubio proposito responsum dedit:

Affirmative pro toto absentiae tempore, deductis expensis pro stipendiis Missarum aliisque oneribus.

Ex quibus colliges:

I. Distributiones ex jure commnni deberi illis tantum qni divinis officiis celebrandis intersnnt; ideoque minime deberi clerico respectu titnli aut tamquam Canonico, sed tamquam divinis officiis inservienti.**)

*) Fuga duorum Canonicorum in parva civitate adeo pervulgata fuit, ut omnibus notissima esset.

**) Ivo Charnotensis in epistola 219. ad Paschalem Papam sic loquitur de hujusmodi distributionibus a se primitus invectis: »Cum in compluribus Canonicorum Charnotensium desuevisset disciplinae regularis observantia, ut de negligentibus facerem diligentes, de tardis assiduos ad frequentandas Horas canoniças, deliberavi apud me, ut darem eis di-

midiam Praeposituram, ut inde fieret quotidianus panis, quem acciperent assidui, amitterent tardi; ut quos panis externi dulcedo non movebat, panis corporis refectio provocaret, quamvis eorum annua Praebenda ad hoc sufficiens esset.« Jus Pontificium, idem constituit atque Tridentina Synodus eamdem confirmavit disciplinam.

II. Proinde Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de ref.* in usum revocando decretum Bonifacii VIII. »*Consuetudinem*« praecepisse: »*Distributiones vero, qui statutis horis interfuerint, recipiant; reliqui, quavis collusione aut remissione exclusa, his careant*«.

III. Neque licere Capitulo, aliquo sub praetextu, distributiones quotidianas donare, relinquere aut quavis collusione remittere alicni, qui ab ecclesiae servitio abfuerit vel alio quovis modo distributiones legitimas debeat amittere.

IV. Verumtamen ceu amantissima mater ecclesia humanitate ac pietate morbo vexatos prosequitur, eisdem distributiones concedendo ceu choro praesentibus sic agit cum illis qui ob legitimum corporis impedimentum divinis officiis interesse nequeunt.

V. Ideo Canonicum ob justum inimicorum metum domo non egredientem aut loco suae residentiae injuste exiliatum non privari distributionibus, quum jus naturale dictet, neminem sine calpa esse puniendum.

VI. Hujusmodi ecclesiae disciplinae spiritum esse, nt negligentes aut residere contemnentes a distributionibus arceantur, non vero impotentes sive per morbum sive per involuntariam absentiam.

VII. Canonicos in themate patriam dereliquisse et in exilium ivisse ob partium inimicitias; et ideo excusari videntur a choro praesentia per *justum ac legitimum corporis impedimentum* ceu excusarentur tempore quo vehementer pestis grassaretur.

b) Propter capitulum habendum tempore divinorum officiorum.

Vd. t. III. p. 757. X.

c) Propter celebrationem missae infra chorum.

Vd. t. III. p. 965. d.; *Distribut.* (confessarii.)

d) Propter curam animarum exercendam.

Vd. t. III. p. 981. f.; *Distribut.* (confessarii, Canonici parochi, concionatoris.)

e) Propter doctrinam christianam edocendam.

Vd. *Distribut.* (concionatoris.)

f) Ex Episcopi concessione.

Vd. t. III. p. 204: *Monaster.*

g) Ex Episcopi concessione et vi indulti apostol.

Beneventana.

Canonicatum in Metropolitana obtinuit 1800 Sacerdos Aloysius Coppola, per apostolicam collationem, quam praecesserat Commendatio Ordinarii, qui nonnullis retro annis eum in suum generalem Auditorem in Spiritualibus et Temporalibus elegerat. Servitium chorale suae praestitit ecclesiae usque ad exitum Septembris 1806, quo tempore obtinuisse ab Archiepiscopo veniam ad duos menses duraturam accedendi ad Urbem *pro nonnullis negociis ibi peragendis* constat ex literis die 25. ejusdem Mensis ab Ordinario obsignatis. Dum moram hac in Urbe trahebat, auctorante ss. Pontifice ab Emo s. Disciplinae Praefecto tnnc clarissimae mem. Card. Pignatelli obtinuit, ut inter Coadjutores a Secretis ejusdem Congregationis cooptaretur utque hujusmodi muneris causa *a residentia et chorali Servitio ad triennium dispensaretur ac omnes et quoscumque fructus et distributiones sui Canonicatus percipere posset perinde ac si Choro et divinis Officiis personaliter interesset.* Hoc Rescripto diei 17. Martii 1807 praelaudatus Card. Praefectus sibi reservavit facultatem Indultum porogandi, elapso etiam triennio.

At nondum elapso Triennio occupata ab hostibus Urbe ejectisque in exilium omnibus ecclesiasticis, qui Usurpatoris partes consequi constanter renuerant, Canonicus Coppola coactus est Beneventum remeare in exitu anni 1814, quo favente Deo ad Petri Sedem restituto Pontifice Optimo Maximo iterum sese Romam contulit. Hoc supra quinquennii tempore praestiterit necne Canonicus Coppola laudabile ecclesiae suae servitium plurimum disputat incusans illius negligentiam ex allato *Punctaturarum* elenco, ex altera parte Canonicus allegans modo adversae valetudinis, modo conscientiae causam abessendi a Choro in diebus praesertim solemnioribus.

Id certum in facto est, quod redditus Canonicatus positi sunt sub Sequestro (quin notum sit quo auctorante id auctum fuerit)

a tempore praelandati indnlti usqne ad praesens et nonnisi illorum pars Aloysio Coppola traditi snnt; ex qno ortum dnxere plurimae illius conqnestiones apnd SSmnm, qui eas die 28. Sept. 1815 remisit *A Monsig. Segretario del Concilio, con le facolta necessarie ed opportune.* Exqnisitnm tnnc est Emi Archiepiscopi votum, utque audito Capitnlo in scriptis referret *de causa non peractae exequdioms indulti et de legitima Oratoris causa non inserviendi post reditum ad residentiam.* Quid seuserit Emus Archiepiscopus, qnid Capitnlum, habeut EE. Patres in utroqne Snmmario a Partibns distributo.

Tunc iterum Canonicus Coppola iteravit preces ut absqne judicii strepitu res omnis componeretnr et potissimnm ut per modnm provisionis et ad snblevandam snam indigentiam cogeretur Capitnlum ad solvendum scuta quingentum ex redditibus sui Canonicatns, qnos penes se retinebat; cui instantiae rescriptum est snb die 13. Januarii 1816: *Lectum, ad instantiam et scribatur Archiepiscopo, qui mandet Oratori consignare fructus omnes ut distributiones quotidianas sui Canonicatus decursas a die 17. Martii 1807 ad diem 29. Octobris 1808 bonificatis tamen solutionibus in eamdem causam jam ab Oratore perceptis et in reliquis procedat contra Oratorem prout et quatenus de Jure ad formam ss. Canonum et s. Concilii Trid.*

Fortasse ad impediendam hujus decreti exequntionem appositum est ex parte Capituli de more *Nihil transeat**) unde concordatis Dnbiis, qnae inferius proponnntur, dies indicta est certamini, distributis, ex qnibus EE. Patres colligent rationnm momenta, qnae ab una alteraque parte afferuntur. Breviter nonnulla addam nt facilins, quae nimium concitatis animis dispntantur, sno restituantur lumini, atqne ita tutins ac rectius ferri possit jndicinm.

Dno suut absentiae tempora, de cujus legitimitate qnaerendnm est sub I. dubio:

alterum a primo discessu a residentia, idest exeunte mense Sept. 1806 usque ad Canonici Coppola reditum Beneventum circa finem anni 1808;

alterum ab ejus regressn ad Urbem in mense Junio 1814 nsque ad praesentem diem.

Qnoad *primum* jus snnm tuetur Canonicns Coppola tnm discessn Archiepiscopi tum Pontificio Indulto, qno ipsi data est abessendi facultas cum perceptione omnium fructnum et distribntionnm ac si Choro et Divinis officiis interfuisset, unde concludit per injuriam non sibi soli, sed magis Pontificiae anctoritati retentos fuisse sui Canonicatus redditus. Nihil contra Ordinarii licentiam opponit Capitnlum, sed plurimas excitat turbas contra apostolicum Indultum, tum quia nunqnam exhibitum fuit Curiae archiepiscopali ut exequtoriali decreto firmaretur; tum etiam quia nullum sit utpote infectum vitio obreptiouis ac subreptiouis ex falsa causa infirmae valetudinis.

Hic tamen praemonendam videtnr rem de apostolico Indulto, contra quod ob debitnm s. Sedi obsequium et obedientiam insurgere non licet sub qnovis etiam obreptionis praetextu, nisi obtenta prius de eo obloqnendi facultate ad *Text. in cap.: Si Capitulo* et ibi *glossa* verb. *Exequatur de concess. praeben. in 6.* Negaut vero Canonici Defensores necessarinm fuisse decretum exequntoriale in Indulto, qnod non *in forma commissaria, sed in forma* quam dicnnt *gratiosa* concessnm fuit. Hoc enim in casn absolutae concessionis nihil aliud ad gratiae complementum requiriri statnit *Rota cor. Seraph. decis. 338. n. 2.* et coram *Olivatio decis. 700. n. 12.*

Cansam vero infirmae valetudinis uec falsam esse, cnm de ea testimonium perhibeant Medici: nec quidquam ad gratiae validitatem conferre, cum ea non ob adversam valetndinem, sed correspective ad servitinm s. Sedi praestandum in s. Congregatione Disciplinae regularis concessa fuit his verbis: *Oratorem inter coadjutores a Secretis praefatae nostrae Congregationis admittimus: atque ex hujusmodi Causa a personali residentia Canonicatus penitus absolvimus et dispensamus.* (Vd. *t. III. p. 1025. p.)*

In hoc primo temporis spatio notandum est, ne in aliqno videar meo muneri defecisse, quod discessns ab Archiepiscopo obtentus ad dnos menses Novb. 1806 et primnm Rescriptum, quo Canonicus inter coadjutores a Secretis cooptatus est, diem 26. Febr. 1807 praesefert. Videant EE. PP. an habenda sit ratio trimestris, qnod intercessit.

Alternm absentiae tempus quod initinm ducit a mense Junio 1814 illegitimum dicit Capitnlnm nec jnstam suppeditabat cansam, *Rota cor. Seraph. dec. 426. n. 1.* et in *Recent. dec. 689. n. 2. part. 3.* E contra novi

*) Vd. *p. 527. n. 1.*

discessns excusatiouem petit Canonicus Coppola ex prudenti metu, ue quid cogeretur pati contra conscieutiam snamqne libertatem ab injusto occnpatore Beneventi, ex necessitate adenndi s. Sedem, nt sna jnra super Praebendae redditn vindicaret; utqne adversae semper valetudini prospiceret. Affert quoad legitimam metus causa absentiam s. hnjus Congregationis Resolutiones in *Reatina Fructuum et Distributionum 19. Augusti 1815* et in *Ferentina Fructuum et Distributionum 2. Decb. ejusdem anni.*

Urgeutem vero necessitatem abessendi non defuisse autnmant Defensores Canonici juxta praescriptum in Trid. Synodo *sess. 23. cap. 1 de Ref.* qnia injuste denegata Fructuum Canonicatus perceptione coactus fuit apud Sedem apostolicam sua viudicare jura, ue fame periret: unde colligunt justam absentiae cansam, licet uon accesserit Ordinarii licentia, itant nequeat redditibus suae Praebendae privari, *Barbos. de Canon. cap. 24. n. 26., Rota in recent. decis. 117. n. 17. part. 15. et cor. Seraph. dec. 1098. n. 5.*

Ac tandem hanc urgentis necessitatis legitimam causam confirmant ex titnlo infirmae Canonici valetudinis et inimici ejus saluti aeris Beneventani. Certe ob adversam valetudinem Canonicum excusari a Choro et residentia, praesertim cum ea causatur ab aeris intemperia, censnit s. Congregatio *in Vercellen. Servitii Chori 5. Junii 1790* et in *Casertana Indulti Abessendi 16. Decb. 1797.*

Haec quoad *I. Dubium:* quo vero ad *II.* postulat Capitulnm, ut Canonicus Coppola quibuscumque fructibus et distributionibus privetur pro toto absentiae tempore. Nam distributiones, quae dicnntur inter praesentes, vetitnm est lucrari ab absentibus contra voluntatem Fundatorum, s. Congregatio *in Mantuana Jubilationis 16. Martii 1737.* Inter has praecipuum habet locum legatum relictum ut ajunt ab Archiepiscopo Orsinio cum onere recitandi in Choro Officinm b. M. V. adjecta lege ut iuter Canonicos praesentes et Choro inservientes dividatur emolumentum atque id praesertim locum habere debeat in casn, in quo cum uon constet de legitima absentia Canonici Coppola nequeat ille tum legatum Orsini tum alias quotidianas distributiones vindicare. Addunt insuper reliquis etiam Canonicatus fructibus Canonicum esse privandnm,*) quia diutnrnissime ultra etiam Trieuii tempns abfuit a Choro et residentia nt post s. Tridentinnm in *sess. 24. cap. 12. de ref.* tradit Rota *in Recent. decis. 1. n. 11. part. 4.*

*) Vd. *t. III. p. 174. n. 9. etc.*

E contra Canonici Coppola Defensores contendunt omnes deberi tam ordinarios quam extraordinarios Praebendae fructns quia aut praesens in Residentia Choro et divinis officiis interfuit aut absens a pontificio Indulto tuetur et postea ex legitima causa residentiam ad tempus deseruit. Ut in hac disputatione facilins rei veritas et recta judicandi aperiatur via, distingnenda sunt tempora. In primo tempore, nimirum a primo discessu usqne ad reditum 1808 venia Canonico Coppola facta est discedendi ab Archiepiscopo ad duos Menses et postea ejus favore superaccessit pontificinm Indultum ad trieunium, in quo ita cautum: *ut quamvis inposterum non inserviat, nihilominus omnes et quoscumque fructus et distributiones sui Canonicatus percipere possit et debeat in vim praesentis Indulti, perinde ac si Choro et divinis Officiis personaliter interesset, contrariis quibuscumque non obstantibus.* Videant EE. Patres ntrum appositae clausulae quascumque distributiones complectantur, ac etiam eas quae proveniunt ex legato Orsinio cujns fundationis exemplar non affertnr.

Quoad tempus Residentiae ab exitu anni 1808 usque ad Juninm 1814 profert Capitulum in suo Summario Punctaturarum elencum, ex quo constat Canonicum servitio defuisse nt plurimum ob adversam valetudinem, quibusdam vero diebus nulla allata causa, idque contigit in diebus praesertim solemnioribus; qua in re vestrum erit EE. PP. judicare an id vitio verti debeat, quasi ex irrationabili causa ecclesiam deseruit; an potius laude sit dignus, quia ut ipse narrat a chorali servitio abstinnit iis diebus in quibus vetitae preces divinis miscebantur.

Tandem in tertio temporis spatio a Junio 1814 ad hanc usque diem producto nititur Coppola bonae fidei, quae putavit, restituto pontificio Regimine reviviscere Indultum, qno concessa ei fuerat abessendi facultas, nt snam praestaret operam s. Congregationi Disciplinae regularis, nititur etiam nrgenti neccessitati adeundi s. Sedem, nt jura sui Canonicatus vindicaret, ut propriae substentationi provideret utqne a Capituli aggressionibus sese tueretur, cnm illius nomine

supplici ejus libello appositum fuerit: *Nihil transeat.*

Dubia proponuntur:

I. *An et pro quo tempore constet de legitima absentia Canonici Aloysii Coppola a Metropolitana in casu?*

II. *An et qui fructus canonicalesque distributiones et pro qua quantitate debeantur in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative a die 25. Septb. ad diem 25. Novb. 1806 et a die 17. Martii ad diem 29. Octobris 1808 tantum.

Ad II: Affirmative, quoad omnes fructus praebendae hucusque decursos, quo vero ad distributiones a die 17. Martii 1807 ad diem 29. Octobris 1808 exceptis iis, quae ex Fundatorum Lege inter praesentes tantum dividi debent et ad D. Secretarium cum SSmo ad mentem.

Die 7. Mart. 1818.

h) Propter litem.

Vd. *Distributiones* (carcerati, restitutio ad Canonicum absent. propter litem.)

Reatina.

Inquisitus de praetenso homicidio una cum aliis complicibus Joannes Petrozzius Canonicus hujus Cathedralis etiam cum transmissione Commissarii de mandato Tribunalis s. Consultae coactus fuit a sua residentia et a servitio Chori abesse exindeque ubi alii Correi vel sententiam condemnatoriam vel processum ulteriorem fuerunt passi, ipse solus Canonicus ex eodem Tribunali evasit cum Decreto: *Non molestetur.* Recursum hinc habuit Orator ad s. C. pro assequendis fructibus sui Canonicatus decursis tempore suae absentiae qui omnes consistunt in quotidianis distributionibus. Episcopus informare jussus, comprobando praemissa, retulit se praefixisse octo dierum terminum Canonicis ejusdem ecclesiae ad deducendum sua jura in s. C. quodque Capitulum nullam in judicio partem facere intendat, etsi nonnullis Canonicis rescriptum s. Consultae non videatur suffragari Oratori, cum non sit absolutorium ex capite innocentiae.

Relata causa per Summarium die *3. Martii proxime praeteriti* rescriptum extitit: *Lectum.* Modo Orator ipse obtenta nova audientia ex novis juribus circumferendis humillime proponit EE. VV. consuetum dubium:

An sit standum vel recedendum a decisis sub die 3. Martii proxime praeteriti in casu etc.?

S. C. C. resp.:

Praevio recessu a decisis distributiones deberi usque ad diem obtenti decreti: *Non molestetur.*

Die 5. Maji 1708.

Constantien.

(Non concessae.)

Canonicatum Collegiatae s. Margaritae Waldkirchii Constantiensis Dioecesis obtinuit Godefridus Stapff Professor publicus in Academia Friburgi Brisgoviae, pactis et conditionibus quibusdam inter eum et Capitulum in actu electionis conventis et praesertim, ut per Vicarium praestare servitium posset ecclesiae, exceptis Festis diebus solemnioribus, quibus per se ipsum interesse deberet et confessiones Fidelium excipere teneretur. Post quaesitum Canonicatum dejectus deturbatusque fuit Godefridus e Cathedra Academiae et ad eam repetendam Viennam Austriae perrexit, ut jus et honestatem suam tueretur. Sed pendet adhuc post quinquennium lis haec inter eum et Academiam indefinita in Aula Imperiali. Hinc Capitulum Waldkirchii tam diuturnam indignatus absentiam, quae etsi ex justa causa proveniat, non ecclesiae tamen, sed personae utilitatem respiciat, absentem Canonicum ad servitium praestandum revocavit. Godefridus, cum causam deserere neque utile neque sibi honestum putaret, preces obtulit ss. Principi nostro, quibus rem omnem narravit, postulavit remissionem personalis residentiae, dum lis penderet, cum servitium ecclesiae ex pacto convento per Vicarium praestaretur, cum ageretur de simplici Beneficio, cum jure canonico data sit Professoribus immunitas a Residentia et pro praesentibus habeantur. Data fuit hujusce postulationis cognitio Amplissimis Patribus auditoque Episcopo Constantiensi, qui errare dixit Godefridum, dum asseruit Canonicatum esse simplex Beneficium, cum Collegiata curam habeat animarum adnexam censuitque indulgeri eidem posse Gratiam ad annum, quo elapso revocandum esse remediis juris: responderunt Eminent. Patres: Pro Gratia ad annum absque spe ulterioris dilationis. Cum autem anni terminus urgeat, Godefridus

duo, quae subjicimus, dubia disputanda proposuit, quae contra eum definiri postulat Capitulum Waldkirchii dato libello quo probat cogendum esse ad personalem residentiam nec excipiendae ex hoc libello rationes ejus videntur, cum quae in hac materia residentiae proponi possunt omnibus cognitissima sint. A Godefrido nondum libellum jurium habuimus: Dubia quae proponuntur sunt:

I. *An Canonicus Stapff teneatur ad personalem residentiam seu potius valeat alium substituere in casu?*

II. *An tempore absentiae participare valeat de omnibus distributionibus, tam ordinariis quam extraordinariis, prout participant caeteri Canonici interessentes, seu quomodo sit providendum in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Ad II: Negative extra casus a jure permissos.

Die 6. et 20. Maji et 15. Julii 1747.

i) Ob minas lethales.

Vd. p. 1257. a.

G. Canonicus ecclesiae Cathedralis civitatis S., ad declinandas minas, etiam lethales sibi a fratre illatas, coactus patriam fugere Romam se recipit; ibique, exhibito sui Episcopi testimonio a s. Concilii Congregatione sub die 15. Martii 1876 rescriptum dispensationis a choro et a residentia ad annum tantum obtinuit.

Quo elapso tempore iisdemque perdurantibus adjunctis Canonicus G. postulavit indulti prorogationem pro triennio scholastico 1877—78—79, ut novum theologiae curriculum, quod jam inceperat, ad exitum perduceret. Episcopus, ad quem preces remissae fuerunt, habito prius Capituli voto eique adhaerens, literis S. C. datis 24. Martii 1877, in ea fuit sententia, ut haec indulti ad triennium prorogatio Oratori non foret deneganda.

Verum S. C. attendens ad defectum personarum choro inservientium, quo Cathedralis S. laborabat, sub die 28. Martii anni ejusdem rescripsit: *Praevia sanatione quoad praeteritum, a die expirati indulti, pro gratia prorogationis usque ad exitum currentis anni scholastici, amissa tertia parte etc.*

Anno scholastico elapso Canonicus G. perdurante adhuc (ut ipse prolatis documentis probare nitebatur) fratris timore, ejusdem indulti prorogationem ad S. Sedis beneplacitum postulavit; simul addens, integros Canonicatus fructus sibi fore tribuendos, eo quod hi legitimum suae ordinationis titulum constituerent et ad congruam sui sustentationem essent prorsus necessarii.

Episcopus cui preces remissae fuerunt, audito Capitulo, literis datis ad S. C. tum die 16. Septembris 1877 tum etiam die 26. Novembris ejusdem anni retulit, chorale servitium Cathedralis ecclesiae, inde a proxime elapso mense Martio, per mortem unius ex Canonicis gravius adhuc passum esse detrimentum.

Relate vero ad timoris causam ab Oratore adductam fatebatur quidem Episcopus, fratrem Canonici G. perversae esse indolis et facilem ad iram, praesertim si nimio vino juxta morem indulserit. Verumtamen hujusmodi timoris causam plus aequo exaggerari et ex industria, ut domicilium Romae prolongaretur donec arrideret inibi permanere.

Testabatur deinde Episcopus Canonicum G. non beneficii titulo, ut ipse falso asserebat, sed patrimonii fuisse ss. Ordinibus initiatum; nec integris canonicatus fructibus ad congruam alimoniam indigere.

Tandem in praedictis literis die 16. Septembris 1877 datis proponebat Episcopus, ut Canonicus G. medietatem fructuum praebendae (quae medietas taxam dioecesanam pro patrimonio constitutam excedebat) renuntiaret favore alicujus clerici, qui illius vice fungeretur in chorali servitio explendo, usque dum ipse inceptum Theologiae curriculum absolveret.

Rebus in suspenso adhuc manentibus Canonici Cathedralis S. ex una parte preces Episcopo obtulere, ut contra Canonicum G. procederetur ad formam juris contra non residentes; ex alia vero parte Capituli Camerarius a solutione fructuum illi facienda cessavit. Huic dispositioni statim obstitit Canonicus G. et postulavit a S. C. ut Camerario demandaretur quam citius fructuum sibi debitorum solutio.

Sane non videretur Oratori deneganda indulti prorogatio. Inter causas enim, ob quas ex ipso jure licet praebendato beneficii locum deserere, adnumeratur etiam gravis

necessitas; nulla autem major et gravior illa esse potest, qua tenemur vitam nostram ab injustis illatis minis tueri. Hinc simili in casu S. C. consuevit literas dare ad Episcopos, ut praebendato veniam tribuant residendi in alio tutiori loco, donec sedatae sint inimicitiae. *Camerinen. 8. Maji 1785.*

Imo tradit Benedictus XIV. *Instit. eccles. 107. § 31.* quod »Distributionum participes esse queunt illi, quibus ob inimicitias atque injurias in chorum venire non permittitur; modo tamen has injurias immerito patiantur et ante illas in chorum frequentes esse consueverint«. Ita S. C. post accuratum examen definivit in *Majoricen. Distributionum die 14. Aprilis 1736.*

Jam vero persecutiones et minas lethales in themate adesse patet tum ex priori Episcopi testimonio tum ex pluribus parentum et amicorum literis praefato Canonico G. datis, quibus monetur iniquum ejus fratrem adhuc in suo proposito perseverare.

Praeter gravem necessitatem praesto esse videtur alia legitima causa, studiorum*) scilicet. Orator enim interim Romae studiis theologiae incumbit, ut perfectus theologus evadat. Postremo improbanda videtur agendi ratio Camerarii denegantis Canonico G. solutionem fructuum suae praebendae. Manifesti enim juris est, Canonicum, etiam absque causa non residentem, fructibus sui Canonicatus privari non posse, nisi forma canonica praecesserit: haec autem in themate servata non fuit.

Sed ex alia parte observabatur, quod indulta de non residendo licet ex justa causa concessa nequeunt esse perpetua, prout patet ex Tridentino *sess. 6. cap. 2:* »Nullique privilegia seu indulta perpetua de non residendo aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur«. Cohaerenter ad hujusmodi Tridentini dispositionem Fagnanus loquens de absentia a choro ob capitales inimicitias monet circa praxim s. Congregationis in cap. *Clericos, De cleric. non resident. n. 25:* »Quod si intra sex menses nedum sedatae sint inimicitiae, rescribit S. C. Episcopo, ut det illi sex mensium prorogationem . . . . . et sine spe ulterioris prorogationis, quae rarissime conceditur«. Hinc ubi inimicitiae sunt verisimiliter duraturae, consulendum videretur vel resignatione vel permutatione beneficii, prout docet idem Fagnanus *loc. cit.* Etenim cultus ecclesiae Dei, ad quem beneficia et chorale servitium ordinantur, privatorum bono est praeferendus. Jam vero ex ulteriori indulti prorogatione facta Canonico G. servitium chorale cathedralis S. ob personarum choro inservientium defectum grave detrimentum pateretur.

Addebatur insuper, in themate causam ipsam prorogandi indulti deficere. Enim ex Episcopi literis apparet praetensas minas ab Oratore in sui favorem adductas jam in comoediam versas fuisse ipsumque tuto posse in civitate S. residere, cum publica auctoritas onus in se assumpserit, perversum fratrem arcendi ab eadem civitate.

Adnotabatur etiam inaniter ad studiorum causam recursum fieri. Hac enim de causa indultum non datur, extante ecclesiae necessitate, nec Canonico G. utpote quia jam major 25 annorum obstaret aetatis impedimentum. Sacra enim Congregatio pluries statuit ut e. g. in Fulginatensi diei 14. Maji 1825 indulta studiorum causa non esse concedenda majoribus 25 annorum.

Sacra Congregatio Concilii die 20. Julii 1878 rescribendum censuit huic quaestioni: *Praevia sanatione a die expirati indulti pro gratia ad annum sine spe ulterioris prorogationis, dimissa medietate reddituum, juxta votum Episcopi in literis diei 16. Septembris 1877.*

Hinc colliges:

I. Quum Beneficiatus ex jure excusetur choro interesse et in Beneficii loco vitam degere ex gravi corporis necessitate, eo fortius censendum esse ab utroque excusari per graves inimicitias et mortales minas: nam nulla gravior corporis necessitas illa, qua tenemur vitam protueri nostram ab injustis et serio illatis minis.

II. Hujusmodi autem injurias et minas immerito patientes distributionum chori participes fieri, si praecipue anteactis temporibus in chorum frequentes esse consueverint.

III. An in themate vere adfuerint causae quae Beneficiatum a choro et a residendi onere dispensarent, beneficiatus ipse solus scire potest pro suae conscientiae tranquillitate: dum alii dubitare viderentur, saltem quoad earumdem causarum continuationem, usque ad praefinitum tempus pro studiorum curriculo.

*) Vd. *t. III. p. 1036. r; 1050. f.*

k) Propter munera temporalia et eccles.

Vd. t. III. p. 987. g. 1025. p; *Distribut.* (caeremoniarii; propter servitium Episcopi p. 1272; Magistri theologi; Confessariorum decr.: *Tranen.*; Canonici Episcopi); t. III. p. 416. n.

Leodien.

Suppliciter exponente Joseph Clemente ex Ducibus Bavariae Episcopo et Principe Leodiensi, quod pro impiorum dogmatum exstirpatione ac pro bono felicique regimine Dioecesis tum locorum numero cum Cleri saecularis et regularis copia undique amplissimae quamplurium ecclesiasticarum Personarum opera admodum indigeret, SS. D. N. ex voto s. hujus consessu cum hujuscemodi indulto cohonestare est dignatus:

Tibi ad quinquennium a data praesentium computandum octo Canonicorum d. Dioecesis Leodiensis opera in usu regiminis ejusdem Dioecesis necnon in quacunque functione seu munere, quod te, sive uti praedictae ecclesiae Leodien. quoad temporalia solum, quo vero ad spiritualia et ab eis dependentia una cum coadministratore ut praefertur deputato et pro tempore auctoritate Apostolica deputando, Administratorem, sive uti Principem in temporalibus ratione ejusdem ecclesiae concernat, ubicunque etiam extra Dioecesim praefatam degas, uti libere et licite possis; ita tamen ut ex quacunque ecclesia sive Leodien. sive alia civitatis et Dioecesis hujusmodi non plures quam duos assumas et dummodo ipsi Canonici se criminalibus negotiis non immisceant, licentiam et facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et impertimur, ac insuper Canonicis praefatis, quod donec in muneribus sibi per se quoad temporalia solum, quo vero ad Spiritualia et ab eis dependentia una cum coadministratore praefato vigore praesentium impositis fuerint occupati, ab eorum respective ecclesiis abesse ac interim omnia et singula, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones ac emolumenta quaecunque ac distributiones etiam quotidianas ordinarias et extraordinarias et ad eos ratione suorum canonicatuum et praebendarum, si in dictis ecclesiis respective personaliter residerent ac divinis officiis assidue interessent, auctoritate praesentis ac tenore concedimus et indulgemus.

Quoniam vero praelaudatus Episcopus et Princeps, qui in his temporum perturbationibus extra Leodiensem Dioecesim moram trahit, jam sub die 19. Novb. 1704 Pastoris turmarum ad sui corporis custodiam excubantium munus contulit Jo. Renero Berto Canonico Collegiatae Fossensis ejusdem Dioecesis cum communicatione privilegiorum praememorati indulti, contingit, quod ejusdem Collegiatae Capitulum in dubium revocet, numquid praelibatus Canonicus in sui absentia percipere valeat fructus et distributiones non secus ac si choro interesset. Quare juxta morem desuper informare requisitus Eminentissimus Bussius tunc Nuntius ad tractum Rheni, veritatem expositorum comprobavit propitiumque Oratori votum aperuit, eo sub obtentu, quod jam d. indultum Canonicis faveat in quacunque functione vel munere praelaudato Episcopo morem gerentibus. Ceterum idem Eminentissimus Relator quaedam jura sibi ex parte Capituli exhibita transmisit, quibus idem commonstrare nititur ejusdem indulti participes tantum fieri posse Canonicos, quorum opera in negotiis et gubernio Leodiensis Dioecesis saepedictus Episcopus et Princeps utitur; nequidem vero id allegari posse ab Oratore, qui pastorale munus inter militares turmas ejusdem Principis custodiae addictas exsequitur extra praelibatam Dioecesim. In obsequium igitur mandatorum EE. VV. describitur in folio isthaec causa, flagitante eodem Canonico Jo. Renero favorabilem hujus dubii resolutionem:

An Indultum concessum Episcopo Leodiensi suffragetur Canonico Jo. Renero Berto in casu et ad effectum, de quo agitur?

Die 2. Decb. 1713.

S. C. C. resp.:

Negative.

Leodien.

Indultum alias a ss. Pontificibus concessum Episcopis et principibus Leodiensibus novissime cum voto hujus s. Congregationis 1715. SS. D. noster Clemens XI. ad quinquennium prorogavit: summa privilegii est, ut Episcopus et princeps Leodiensis pro bono felicique ecclesiae ac dioecesis regimine, haeresum extirpatione, cleri reformatione

aliisque necessitatibus uti libere et licite possit opera octo Canonicorum dioecesis in usum regiminis ejusdem dioecesis in quacunque functione seu munere, quod ipsum sive uti praesulem ecclesiae Leodiensis seu uti principem in temporalibus ratione ejusdem ecclesiae concernat; Canonicis autem in muneribus vigore dicti indulti occupatis facultas conceditur, ut ab eorum ecclesiis abesse possint ac interim omnes et singulos fructus, redditus, proventus, jura, obventiones et emolumenta quaecunque ac distributiones etiam quotidianas ordinarias et extraordinarias percipere valeant, ac si personaliter residerent ac divinis officiis assidue interessent: Brevis dispositionem ultra amplissimam contrariis omnibus derogationem clausula haec concludit: »*Volumus autem, ut Canonicatus et praebendae hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, sed illorum congrue supportentur onera*«. Clerus civitatis et dioecesis Leodiensis praetendit, Canonicos vigore dicti indulti absentes consequi tantum debere fructus massae capitularis, non autem distributiones quotidianas et anniversariorum emolumenta, si tamen strictam annualem residentiam peregerint; cum municipalia statuta ita disponant: »*Canonicus receptus si annis carentiae lapsis fructus facere velit suos praesentabit se ad primam residentiam integro anno duraturam etc. Et ut novi Canonici facilius ecclesiae caeremonias addiscant et jugo Christi assuescant, non licebit, insposterum dictam primam residentiam remittere vel redimere*«, itaut ante dictam residentiam neque fructus massae capitularis debitos esse contendat, cum illos Canonici nullum habentes indultum non consequantur. His omnibus observantiam addit, qua consimilia Brevia executa fuisse juxta ejus praetensionem pluribus exemplis et documentis comprobat et particulas legatorum et fundationum producit, quibus emolumentum prasentibus tantum exclusis etiam infirmis esse distribuendum praecipitur. E contra vero promotor fiscalis dioecesis et principatus Leodiensis consimile indultum in Archiepiscopatu Coloniae juxta literae tenorem executum demonstrat et s. haec Congregatio in Colonien. distributionum super simili indulti executione proposito dubio:

An stante generalitate et amplitudine verborum indulti veniant omnes distributiones quotidianae sive annexae sive separatae a corpore praebendae sive in anniversariis seu aliis piorum memoriis et fundationibus consistant?

Die 8. Maji 1671 respondit:

Affirmative quando aliter non fuerit dispositum a testatoribus.

Reverend. auditor Sanctissimi super hac controversia sequens edidit decretum:

Praevia aperitione oris adversus ultimum indultum remisit causam ad s. Congregationem Conc. ad effectum recognoscendi, an idem indultum locum habeat quoad distributiones quotidianas, anniversaria omniaque alia emolumenta debita ratione personalis residentiae seu interessentiae, ac etiam quoad massam grossam fructuum respectu Canonicorum, qui non expleverunt praetensam *annalem et strictam residentiam juxta formam statutorum.*

Ex quibus aliisque a patribus informantibus deducendis EE. PP. sapientissime de more definient:

I. *An indultum pontificium concessum Episcopo et principi Leodiensi suffragetur Canonicis pro servitio illius dioecesis et principatus assumptis ad effectum consequendi distributiones quotidianas, anniversaria omniaque emolumenta, quae debentur ratione personalis residentiae et interessentiae in Choro?*

II. *An Canonici assumpti pro servitio ut supra et qui non explerunt annalem et strictam residentiam ad formam statutorum propriae ecclesiae gaudeant indulto praedicto tam quoad massam grossam quam quoad alia emolumenta?*

S. C. C. resp.

Ad I: Affirmative, dummodo aliter non fuerit dispositum a testatoribus;

Ad 2: Negative et amplius.

Die 10. Julii 1717.

Contin. Leodien.

Ad formam hujus resolutionis promota fuit instantia pro executione indulti coram Suffraganeo Leodiensi, tanquam judice in eodem Indulto specialiter deputato, sed se opponentibus Capitulis Cleri Leodiensis sub obtentu, quod Canonici non haberent necessaria requisita, exhibita fuit attestatio Episcopi et Principis Leodiensis, quod Canonici fuerant a se pro servitio assumpti et exhibita etiam fuit attestatio Secretariorum uniuscujusque Capituli, quod praedicti Canonici strictam et annalem peregerant residentiam et sic, quod fruebantur omnibus requisitis necessariis pro executione Indulti. At iterum opponentibus Capitulis, quod attestatio super assumptione Canonicorum ad generale servitium Episcopi et Principis Leodiensis non erat sufficiens, sed quod servitium erat individuandum, responsum fuit in Congregatione habita die 3. Sept. 1718: Exprimant coram s. Congregatione qualitatem servitii.

Cohaerenter ad haec novam Episcopus et Princeps Leodiensis dedit attestationem super qualitate servitii, proposita instantia pro executione Indulti inter Summaria precum in Congregatione habita die 26. Augusti 1719 rescriptum fuit: Quod proponeretur in filio in secunda post aquas.

Procurator Capitulorum fuit saepius admonitus de causa in folio describenda, sed cum nulla usque adhuc ejus scriptura haberi potuerit et Promotor Fiscalis Dioecesis et Principatus Leodiensis nimiae dilationis pertaesus pro causae propositione insteterit,

dignabuntur EE. VV. decernere:

An Canonici per Episcopum et Principem Leodiensem assumpti pro servitio expresso in attestatione ejusdem Episcopi gaudeant indulto de quo agitur in casu?

S. C. C. resp.:

Affirmative quoad Canonicos Perpetuum et Guilielmum, in reliquis: Dilata et ad mentem.

Die 27. Apr. 1720.

Inter Capitulares cathedralis ecclesiae A. nonnullae difficultates exortae fuerant circa distributiones quotidianas quas Canonici percipiebant dum ob varios titulos a choro abessent, innixi praesertim consuetudinibus suae ecclesiae. Quae difficultates ut de jure resolverentur, Archidiaconus illius ecclesiae supplicem libellum ad Romanum Pontificem misit, in quo varia postulata reperiebantur.

Remissis a SSmo ad S. Congregationem Concilii precibus et S. C. de more ad Archiepiscopum A. *pro informatione et voto, utque audito capitulo in scriptis referret super enunciatis titulis exemptionis,* idem Archiepiscopus responsa Capitularium exhibens super omnibus mentem suam aperuit.

Rationes Capitularium attingemus in sequenti synoptica disceptatione. Concinnata itaque *ex officio* fuerunt omnia Capitularium postulata sub dubiis in calce positis.

Plura *ex officio* in hac materia erudite afferebantur, eaque fere omnia heic exponemus.

Priusquam de singulis ageretur dubiis, haec generalia decreta praemittebantur. Bonifacius VIII. *cap. unic. De clericis non residentibus in* 6. haec edixit: *Consuetudinem quae ... inolevit, qua Canonici ... seu Clerici cathedralium .... distributiones quotidianas (quae alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur et tantum residentibus tribuuntur) qualitercumque in civitatibus seu aliis locis ... sint praesentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continue ipsis ecclesiis in eisdem officiis deservirent, penitus improbantes statuimus ut distributiones ipsae quotidianae, in quibuscumque rebus consistant, Canonicis ... ecclesiarum ipsarum qui eisdem officiis in ipsis ecclesiis adfuerint tribuantur .... Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat nec faciat eas suas, imo ad omnium restitutionem, quae contra hujusmodi nostram Constitutionem receperit, teneatur ....*

Concilium autem Tridentinum sancivit *sess. 24. de Reform. c. 12: Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipiant; reliqui, quavis collusione aut remissione exclusa, his careant juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit* Consuetudinem, *quod sancta synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus.* His in genere praestitutis ad singula dubia ita disputabatur.

I. Quoniam Canonici plus minusve consuetudini innitebantur, circa consuetudinem animadversum est, eam non suffragari perceptioni distributionum in absentia a choro; quod inferebatur, *tum* ex decreto Bonifacii VIII. juxta quod tantum illi absentes percipere distributiones possunt, *quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret,* reprobata consuetudine, *tum* ex citato Concilii decreto.

Et ad rem afferebatur auctoritas Fagnani, qui *lib. III. decr. de Praebend. c. licet n. 71.* ait: »ea enim consuetndo non valet, sive introducta fuerit ante Constitutionem Bonifacii VIII. sive post et saepius respondet S. Congregatio etiam immemorabilem consuetndinem fuisse sublatam«.

Quoad Canonicos, qui tempore divini officii confessiones audiunt, dicebatur eos non censeri praesentes in choro. Concilium enim Tridentinum *sess. 24. c. 8.* excepit solummodo Poenitentiarium, edicens: *qui dum confessiones in ecclesia audiet interim praesens in choro censeatur.* Et hujusmodi dispositio ad eos tantum Canonicos ampliata reperitur, qui pro muneris necessitate confessiones excipere tenentur. Ita S. Congregatio *in Lucana 8. Martii 1635;* censuit nempe: *Oratori ita in locum Poenitentiarii ad audiendas confessiones ex necessitate et legitima causa ab Episcopo deputato, dum tempore deputationis confessiones actu audit, deberi distributiones quotidianas, non secus ac si divinis in choro interesset; lib. Decretor. 15. p. 175.**) *Item in Nullius Putignani 6. Martii 1741 ad dubium IV;* et *in Maceraten. 20. Decb. 1768.*

Rejectis vero rationibus depromptis sive ex consuetudine sive ex quodam Decreto Archiepiscopi N. (qui anno 1707 in S. Visitatione hanc consnetudinem confirmaverat) eo quod neqne consuetudo neque episcopale decretum huic communi juri derogare possunt; excepto casn mox enunciato necnon casu in qno *ex lege fundationis* Canonici eximantur a pnnctaturis cum confessiones audiunt; in ceteris casibus eisdem punctaturis subesse debent.

II. Praemissa diversitate sententiarum quae apud auctores reperitur circa eos qui tempore divini officii Missam celebrant, siquidem Garzias *de Benef. p. 3. cap. 2. § 1. n. 441.*, Antonelli *de cler. non resid. l. 3. c. 16. n. 25.*, Moneta *de distrib. p. 1. quaest. 11. n. 52.*, Scarfant. ad Ceccoper. *lib. 3. tit. 2. n. 13. et 14.* ubi hic cum aliis docet: »posse ex justa causa consuetudinem introduci, qua Canonici tempore Divinorum celebrantes lucrentur distributiones; nam totum est divinus cultus«; alii vero hujusmodi consuetudinem rejiciendam esse dicunt; Covarruvias *varior. resolut. lib. 4. n. 3. a. 2.*, Gonzalez. *in lib. 4. decret. § 3. n. 18:* subjungebatur quamplurimos esse qui docent, Canonicos a choro discedentes ut Sacrum privatim absolvant distribntiones amittere, nisi illa hora ad Sacrum peragendum ab eo ad qnem pertinet compulsi fuerint. Fagnanus *lib. 3. Decret. c. licet. n. 118.*, Passerinus *in cap. Consuetudinem de Cler. non resid. in 6. reg. 10. n. 163.*, Benedictus XIV. *Instit. eccles. 107. n. 76.*

Quam sententiam jamdiu edocuit s. Congregatio; proposito enim dubio, anno 1583, hisce verbis concepto: »Quia quandoqne cathedralibus et collegiatis sunt aliqui Canonici vel alii officiales, qui in eisdem habent capellanias vel in titulum vel tanquam mercenarii, quaeritur an eo tempore quo in dictis capellaniis celebrant, distributiones recipere debeant, licet absint a choro; et quid de illis Canonicis qui celebrant in eadem ecclesia suae devotionis gratia? An et qnando hac de causa a choro absunt distributiones recipere possint; et dato quod non, quid si a Superiore ecclesiae injungatur ut eo tempore celebrent?«

Re ad SSmum delata responsum fuit: *SSmus D. N. etiam ex sententia s. Congregationis Concilii declaravit non posse, nisi quando sic jussisent Superiores; quos tamen admoneri voluit, ut ab ejusmodi jussu se abstineant.*

Et secundum tramites hujus declarationis qnamplurimae seqnntae snnt resolutiones, nti videre est in *Interàmnen. 23. Febr. 1771, in Comen. 23. Nov. eodem anno*, in qna proposito dubio: »An sustineatur consuetudo celebrandi Missas a Canonico tempore horarum canonicalium«? rescriptum prodiit: *negative nisi de legitima superioris licentia.* Nominatim vero *in S. Miniatis 8. Februarii 1817* et *in Anagnina 20. Nov. 1819*, in quarum prima ad dubium: »An et quomodo Canonici absentes ad Missam celebrandam tempore choralis officiatnrae lucrari possint distributiones quotidianas«? EE. Patres responderunt: *negative, nisi de Praefecti licentia in populi commodum;* in altera vero

*) Antiquiores resolutiones S. C. C. quae non extant in ea collectione, cui titulus *Thesaurus resolutionum S. C. C.*, cum citantur, praeter alia, indicatur etiam liber decretorum et pagina in qua extat resolutio in archivio S. C. Praesertim vero si antiquissimae sint, ut facilius reperiri possint. Hujusmodi enim codices manuscripti indicem non habent. Thesaurus vero resolutionum, qui factus est *publici juris* a R. P. Benedicto XIV. dum in minoribus esset incipit ab anno 1718.

pro affirmativa sententia steterunt, ad formam nempe Constitutionum capitularium, quae Constitutiones ab Apostolica Sede approbatae expresse requirebant causam necessitatis, ut Praepositus licentiam exeundi a choro tribueret.

III. Praemisso Concilii Trid. decreto *sess. 24. cap. 12. de reform.* quo statutum est, nt Canonici *Episcopo celebranti aut alia pontificalia exercenti assistere et inservire* debeant, allegabatur auctoritas Fagnani qui *l. III. decr. c. licet. n. 168. de praeb.* ex eo Decreto arguit, quotidianas distributiones deberi Canonicis, qui tenentur assistere et inservire Episcopo celebranti et postificalia exercenti tum in cathedrali tum in aliis civitatis locis atque ejus suburbiis. Quod etiam magis declarat Benedictus XIV. *Instit. eccles. 107. § 9. n. 60.* docens, Canonicos qui operam praebent Episcopo in cathedrali solemniter celebranti praesto esse debere eidem Episcopo, etiam extra cathedralem sive Ordinationes obeunti sive Pontificalia peragenti. Imo jam praeiverat s. Congregatio eamdem firmans doctrinam, praesertim *in Licien. 17. Augusti 1641*, cujus resolutionem videbis in calce *p. 1271.*

Quare subjungebatur, cum in hujusmodi circumstantiis Canonici adsistentes et inservientes Episcopo necessarium munus adimpleant, juxta praescriptum Tridentini Concilii, jam inde colligi posse videbatur, Canonicos Episcopo inservientes, Missam tantum privatam celebranti, distributiones non lucrari, ceu etiam s. Congregatio definivit in una *Pisarum. 25. Januarii 1625 lib. 12. Decret. p. 253.* Dubio enim proposito: »An Canonici inservientes Episcopo, Missam privatam celebranti, distributiones quotidianas lucrentur, censuit respondere: *non lucrari*«. Item alibi censuit.

IV. Quaerebant Canonici, an possent lucrari distributiones quotidianas illi, qui manent penes Archiepiscopum ob Curiae negotia expedienda et ii etiam qui Archiepiscopum per diversa dioecesis loca, vel alibi comitantur. Ad haec enodanda animadvertebatur tum ex capite *De caetero de cler. non resid.* tum ex capite *Olim. de verb. signific.* Canonicos quorum opera utuntur Episcopi, hujusmodi durante servitio, tamquam praesentes haberi ad effectum lucrandi *fructus* suarum praebendarum, non vero *victualia* (seu distributiones) *quae non consueverant absentibus exhiberi, vel manualia beneficia* quae dantur, singulis diebus, illis tantum qui intersunt divinis. Quibus dissona non sunt, quae a Concilio Tridentino sunt statuta *sess. 24. c. 12.* Nec aliter S. C. C. censuit. Etenim *in Sorana 1587. lib. 3. Decret. p. 301.* definivit: *Canonicos inservientes Episcopis lucrari fructus praebendarum, non autem quotidianas distributiones.* Et *in Brixien. 18. Sept. 1626 lib. 13. Decret. p. 3.* censuit: *unum vel duos Canonicos Episcopo inservientes, juxta privilegium ad favorem Episcoporum* in capite De caetero . . . *lucrari praebendam (seu fructus) suorum canonicatuum, non tamen distributiones quotidianas; si vero redditus omnes distributionibus constent, duas tantum ex illarum tribus partibus lucrari.*

Nec aliter dicebatur statutum fuisse a S. C. C. pro iis Canonicis, qui Episcopum in visitatione dioecesis comitantur. Benedictus XIV. *Instit. eccles. 107. n. 59.*, Fagnanus *loc. cit. n. 109.* Et attenta solummodo tenuitate redditnum S. Congregatio C. distributiones quotidianas quibusdam Canonicis, Episcopum in S. Visitatione comitantibus, concessit in una *s. Miniatis 8. Febr. 1817.*

V. Observabatur circa quintum dubium revisionem rationum redditnum capitularium comprehendi inter cansas abessendi a choro et percipiendi distributiones, juxta Decretnm Bonifacii VIII. Haec enim revisio spectat ad *utilitatem ecclesiae.* Ecclesia enim, juxta idem Decretum, ea intelligitur de cujus distributionibus percipiendis quaeritur. Fagnanus *loc. cit. n. 160.* Cum ergo dubitari non possit negotium esse Capituli, adeoque et ecclesiae capitularis, nt recte procedat bonorum ipsius administratio, ut statutis temporibus rationes peractae administrationis reddantur; non immerito Canonicis, qni revisioni rationum a Capitulo destinantur, videntur deberi distributiones tempore absentiae ceu s. Congregatio docuit *in Panormitana anni 1588 l. 5. Decret. p. 104.* aperte declarans: *Deberi oratori distributiones quotidianas pro tempore quo vere abfuit pro negotiis Capituli.* Ad tempus vero quod attinet determinandum pro hujusmodi negotiis impendendum officium esse Ordinarii s. Congregatio censuit in *Segobien. anni 1539 lib. 5. Decret. p. 287.* Archiepiscopus porro in praesenti causa quindecim dies satis esse putabat.

VI. Quaerebant Canonici, an lucrari possint distributiones quotidianas illi, qui intra paroeciae fines ministerium praedicationis exercent. Pro affirmativa sententia reportanda asserebant curam animarum residere penes Capitulum, cui assertioni tamen Archiepiscopus refragabatur. Verum *ex officio* observabatur, heic agi de ministerio praedicandi verbi Dei, quod ministerium adnexum non erat praebendae. Quare juxta ea quae tradit Fagnanus ex doctrina s. Congregationis *loc. cit. n. 114.* Canonici legentes vel sermocinantes frui non debent distributionibus, licet fructus praebendarum consequi non impediantur.

VII. Ad tuendam consuetudinem qua Canonici examinatores synodales distributiones percipiebant, dum a choro abessent ad examinandos Ordinandos novosque Confessarios approbandos, tum Archiepiscopus tum Capitulum innitebantur necessitati, qua fieri nequit, ajebant, ut alii inter Clericos ad munus examinatorum assumerentur.

Verum animadvertebatur, licet Barbosa in suo opere *De Canon. et dign. cap. 24. n. 9* et Zachias *De resid. eccles. tit. de beneficeat n. 13.* doceant, examinatores, qui causa examinis absunt a choro, gaudere distributionibus, attamen hujusmodi perceptionem distributionum constanter denegare consuevisse S. C. C. ceu videre est in una *Brixien. 19. Junii 1638 lib. 16. Decret. p. 38, in Cremonen. 20. Sept. 1642 lib. 17. Decret. p. 95.* et Fagnanus *loc. cit. n. 100 et 104*, qui addit hujusmodi examinatores distributiones non lucrari, etiamsi adsit contraria consuetudo in Synodo dioecesana confirmata.

VIII. Adnotabatur circa dubium octavum, multa privilegia Magistris juris pontificii aut s. Theologiae ex jure communi tribui, non excepto indulto abessendi a choro prout statuitur in *cap. super specula 5 De magistris*, quae privilegia ab ipso C. Tridentino confirmata sunt *cap. 1. sess. 5. de Reform.* Attamen hujusmodi privilegia fructus tantum praebendarum, non vero distributiones respiciunt. Glossa *in cit. c. 5. De magistris* et Sacra Congregatio C. *in Feretrana 12. Julii 1817* et alibi. Quod si nulli aut si exigui valde forent praebendae fructus, hoc in casu Canonicus hoc privilegio gaudens amittet tertiam partem universi proventus, duabus aliis sibi retentis, juxta ea quae Fagnanus docet de absentibus studiorum causa, *loc. cit. n. 127.*, quibus Benedictus XIV. *Instit. 107. n. 72* Magistros s. Theologiae vel juris pontificii aequiparat. Idem vero docet in specie s. Congr. C. de Professoribus in Seminario docentibus *in Limen 18. Decembr. 1627 lib. 13. Decret. p. 366.*

De Rectoribus Seminariorum laudatus Fagnanus *loc. cit. n. 109.* docuit, eos distributiones non lucrari. Et animadvertebatur nullum casum forsan reperiri in *Thesauro resolutionum*, quo Rectores Seminariorum distributiones quotidianas jure exquisierint; idemque dicendum esse videbatur de Canonicis, qui juvenes in traditis disciplinis vel humanioribus literis examini subjiciunt. Quidquid porro de hisce sit, praxis est S. C. C. qua, attentis peculiaribus circumstantiis, elargiri quandoque solet hujusmodi Canonicis Indulta pro absentia a choro, quae Indulta cohiberi solent clausula: *amissis distributionibus*, vel alia: *ex gratia in exemplum non adducenda.*

IX. Prono alveo dicebatur descendere responsionem nono dubio, ex iis quae dicta sunt in quinto dubio. Illi enim qui munere Provicarii vel Actuarii in Curia funguntur, licet universis Dioecesis negotiis pertractandis sint addicti, non tamen a choro absunt ob utilitatem illius ecclesiae, a qua distributiones expostulant; ideoque sic absentes hisce gaudere non possunt. Et ad haec confirmanda adducebatur exemplum Vicarii generalis de quo S. C. C. in una *Tarentina 9. Maji 1671* respondit: *Inhaerendo declarationibus alias factis Canonicum inservientem Episcopo in officio Vicarii non lucrari distributiones quotidianas pro illis horis divinis quibus non intersit.* Hinc Fagnanus *loc. cit. n. 12.* ex doctrina S. C. C. monet, non juvare hoc in casu consuetudinem vel ab immemorabili tempore invectam.

X. XI. Post haec nihil ultra observabatur circa duo subsequentia dubia, cum satis de hisce relatum sit in superioribus.

XII. Archidiaconus nomine omnium capitularium rogaverat SSmum Patrem, ut quoties adductae consuetudines approbari non mererentur plenariam absolutionem et condonationem super illegitime perceptis distributionibus concedere dignaretur.

Circa quam supplicationem observabatur dubitari non posse, male perceptas distributiones esse restituendas. Ferraris *v. Distributiones art. 2.*, s. Congregatio C. *in Maceraten. 24. Jan. et 14. Martii 1778:* attamen in praesenti causa agi de Canonicis qui bona fide, ut videbatur, innixi consuetudinibus sua ecclesiae, haud debitas distributiones receperant, easdemque bona fide consumpserant. Porro hisce in adjunctis saltem non immerentes videbantur, ut per absolutionem et condonationem conscientiae suae prospicerent.

D u b i a:

I. An et quomodo Canonici, tempore Divinorum Officiorum audientes Confessiones, censeri debeant praesentes in choro ad effectum lucrandi distributiones in casu?

II. An et quomodo iidem Canonici Missam celebrantes tempore Divinorum Officiorum tamquam praesentes haberi debeant in choro ad eumdem effectum in casu?

III. An et quomodo Canonici, assistentes Archiepiscopo in Pontificalibus aliisque functionibus vel Missam privatam celebranti absentes a choro lucrentur distributiones in casu?

IV. An et quomodo lucrentur distributiones iidem Canonici Archiepiscopo assistentes in pertractandis negotiis vel ipsum in Dioecesi extra residentiam comitantes in casu?

V. An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro, ad expendendas rationes Massae Capitularis in casu?

VI. An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro ministerio praedicationis vacantes in casu?

VII. An et quomodo Canonici lucrentur distributiones, dum absunt a choro pro examine Ordinandorum vel Confessariorum in casu?

VIII. An et quomodo Canonici Rectoris, Administratoris, Professorum et Examinatorum munus exercentes in Seminario a choro absentes lucrentur distributiones in casu?

IX. An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro, ut Pro-Vicarii Generalis, Cancellarii et Actuarii, aliaque munera in Curia archiepiscopali exerceant in casu?

X. An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro, Rerum Capitularium vel Mensae archiepiscopalis administrationi vacantes in casu?

XI. An et quomodo Canonicus Cancellarius Capituli lucretur distributiones pro Negotiis Capitularibus in archivio distentus in casu?

Et quatenus negative,

XII. An consulendum SSmo pro absolutione et condonatione perceptarum distributionum in casu?

Sacra Congregatio Concilii re mature discussa die *20. Decembr. 1862* respondere censuit

Ad I. *Negative in omnibus, excepto Poenitentiario.*

Ad II. *Negative, nisi de Praefecti licentia et in Populi commodum.*

Ad III. *Affirmative ad primam partem prout in Lycien.* 17. Augusti 1641, *ad secundam partem: Negative.*

Ad IV. *Negative in omnibus.*

Ad V. *Affirmative per tempus ab Ordinario praefiniendum.*

Ad VI. *Negative in omnibus.*

Ad VII. *Negative in omnibus.*

Ad VIII. *Negative in omnibus.*

Ad IX. *Negative in omnibus.*

Ad X. *Quoad Canonicum Administratorem Rerum capitularium affirmative pro diebus et horis quibus reapse incumbit in administrationem; in reliquis negative.*

Ad XI. *Negative, nisi in casu urgentiae.*

Ad XII. *Affirmative celebrata unica Missa cum cantu adstante universo Capitulo.*

In causa Lycien. 17. Augusti 1641 quam S. C. C. indicavit in dubii tertii resolutione haec habentur: cum quaesitum fuisset a S. C. C. »An Decretum Concilii cap. 12. sess. 24. de reform. vers. *Omnes vero* locum habeat quando Episcopus in aliis ecclesiis sibi subjectis in civitate existentibus pontificaliter celebrat vel paratus adsistit cum pluviali et mitra aut cum cappa divinis Officiis et Missae solemni vel alia pontificalia exercet... si numerus sufficiens Canonicorum et Ministrorum in ecclesia cathedrali remaneat«? S. C. respondit: *habere locum.*

Ex iis omnibus inter alia plura colliges:

I. Distingui apprime inter se debere, in

materia de qua agimus, *fructus* beneficii choralis et *distributiones* quotidianas.

II. Hujusmodi distributiones *regulariter**) consistere in tertia parte omnium beneficii choralis fructuum, qnae iis distribnenda est qui choro intersunt.

III. Dari posse plures causas ob quas qui a choro abest fructns faciat suos neque in poenas incnrrat contra absentes sancitas a Tridentino Concilio.

IV. Tameu non omnes causas, quae ab his poenis incurrendis excusant, facnltatem tribuere distributiones percipiendi.

V. Causas generatim qnae hanc facultatem tribuunt esse infirmitatem seu justam et rationabilem corporalem necessitatem ant evidentem ecclesiae choralis utilitatem.

VI. Solam autem consuetudinem abessendi a choro et distribntiones percipiendi, quamvis episcopali decreto confirmatam, non esse generatim legitimum titulum ad hanc perceptionem cohonestandam.

Quum pluribus de causis illae Resolutiones tum datae non fuerint exsecutioni mandatae, Archiepiscopo exulante, qnum, ex supervenientibns novis rerum adjunctis, Archiepiscopus, praeter absolutionem a Canonicis imploratam, postularet, ut illi, qui in Seminario docerent et curiae operam snam impenderent, percipere possent distribntiones qnotidianas tempore absentiae juxta ejusdem Archiepiscopi conscientiam, quum deessent redditus tum seminario tum curiae: S. Congregatio, re perpensa die 4. Septembris 1869, ita rescripsit: *Praevia absolutione et condonatione quoad praeteritum, pro gratia indulti abessendi a choro pro diebus et horis favore Rectoris et Magistrorum Seminarii tantum, dummodo nihil emolumenti in pecunia recipiant, amissis distributionibus quae inter praesentes distribui solent, ad triennium, facto verbo cum SSmo.*

Ex quibus colliges:

I. Licet evidens ecclesiae utilitas inter causas numeretur abessendi a choro et distributiones percipiendi, juxta cap. *Consuetudinem de Clericis non residen. in 6°*: attamen nomine ecclesiae intelligi eam ecclesiam, cui servitium chorale debetur.

II. Latiori sensu intelligi posse ecclesiam nniversam vel etiam dioecesim, ita tamen, ut hoc iu casu Apostolicum indultum sit necessarium ad distributiones tempore absentiae legitime percipiendas.

l) Propter officium legendi.

Vd. *Distribut.* (Magistri theologi.)

m) Propter servitium Episcopo praestandum.

Vd. t. III. p. 191. V. b; *Distribut.* (confessarior., decr.: *Tranen* §: *II. Quaesitum*; absentium propter munera etc. decr.: *Leodien.* p. 1265.; *Consuetud.* decr. die 19. Maji 1877.)

Romana.

Durantes de Durantibus Canonicus Collegiatae s. Mariae in Cosmedin Caudatarius Eminentissimi Bichii sub die 23. Aprilis 1701 obtinnit ab hac s. Congregatione consuetum Indultnm sub hac forma conceptum: *Ut pro illis dumtaxat diebus et horis quibus in functionibus Cardinalitiis, quae tamen a Cursoribus in habitu et forma Cursorum intimantur in Urbe, Orator ipse inserviet Eminent. Card. D. Carolo Bichio in munere Caudatarii, omnes fructus et distributiones sui Canonicatus percipere valeat, non secus ac si choro et Officiis Divinis tunc temporis personaliter interesset.*

Cum autem a Canonicis dictae Collegiatae denegatae fuerint Oratori distributiones, quae dari solent intervenientibus in Capitulis faciendis post absoluta Divina in diebus Dominicis, Quadragesima et Adventus ac aliis Festivitatibus in quibus Orator dicto servitio addictus interesse non valet, recurrit ad s. C. pro declaratione favorabili, nnde sub die 26. Martii proxime praeteriti rescriptum fuit: *Audiatur Capitulum.* Proposita itaque Oratoris instantia in Capitulo coadunato sub die 3. Apr. ejusdem anni resolutum fuit: Opponendum non esse, sed expectandam et exequendam mentem s. Congregationis, prout ex actu capitulari, qui exhibetur. Quibus attentis humillime rogat Orator ipse EE. VV. pro resolutione dubii:

An Distributiones debeantur in casu etc.?

S. C. resp.: Affirmative.

Die 23. Junii 1708.

*) Dixi *regulariter*, quia plura habentur beneficia choralia in quibus distributiones excedunt tertiam fructuum partem vel etiam omnes fructus in solis distributionibus consistunt. Quod si distributiones tertiam partem fructuum non attingeret, haec divisio inter abusus esset recensenda, nisi eam lex fundationis excusaret.

Colonien.

Hermanus Wernerus de Bossart praepositus Collegiatae s. Andreae et Canonicus alterius Collegiatae s. Gereonis civitatis Coloniae in supplici libello, quem ss. Pontifici porrexit, exponens, qualiter, dum antehac extitit in servitiis serenissimi Archiepiscopi Colonieusis praefata sua serenitas vigore indulti Pontificii ipsum a residentia et frequentatione chori in praedicta ecclesia ad s. Andream taliter liberaverit et nihilominus tam fructus quam quotidianas distributiones et quascunque obventiones canonicatus dictae praepositurae ex laudo antehac inter tunc temporis praepositum et capitulum inito et a s. Sede Apostolica approbato annexi perceperit et quamvis capitulum praefatae Collegiatae ecclesiae se opposuerit, attamen capta praecise informatione a tunc temporis Nuncio apostolico Coloniense sac. Congregatio Cardinalium Concilii Trid. interpretum utraque parte informante snb 24. Sept. 1729 censuit indultum suffragari; mox vero subjungens, quod propter sibi collatum a sacra Caesarea et catholica Majestate ministerium residentis in circulo Westphalico Servitia Archiepiscopi Coloniensis dimittere debuerit, modo autem pro sacra Caesarea catholica Majestate supremo ecclesiarum protectore et defensore et imperio romano pluribus negotiis, quam antehac, sit occupatus, atque inter haec saepius talia occurrant, quae magnam cum religione et rebus ecclesiae habent connexionem sicque penes ecclesiam collegiatam s. Andreae (ubi praeter corporalem certis diebus praesentiam ad nullum omnino vel altaris vel chori aut capituli officium obligatus existit) residere ibidemque chorum frequentare nequeat, humillime a Sanctitate Sua imploravit, quatenus ex speciali gratia quoad dictam residentiam canonicalem in Collegiata s. Andreae secum taliter dispensare clementissime dignetur, ut eidem de omnibus fructibus et emolumentis, ac si continuo in choro praesens esset, capitulum respondere debeat«.

Super hisce precibus a sanctissimo Domino nostro ad s. Congregationem remissis, jussus Ordinarius referre, audito capitulo, pleraque in memorato Hermanni Werneri libello exposita confirmans certiores reddidit Eminentissimos de capituli contradictione: quam ob rem opportuit, eodem capitulo citato, subscribere dubium, quod in calce praesentis restrictus sapientissimo EE. VV. judicio decidendum proponitur.

Momentum, ob quod confidit orator petitioni suae fore annuendum, tametsi Canonicus absens ex causa utilitatis religionis et ecclesiae, etiam universalis, non autem propriae ecclesiae commodum respiciente quotidianas distributiones de jure non lucretur, uti per text. in *cap.: Cum dilectus, cap.: De cactero* et *cap.: Ad audientiam de cleric. non resid.* communiter docent canonistae, inter quos *Fagnan. in cap.: Licet n. 160. de praeben.* et *Reiffenstuel in jus can. lib. 3. tit. 4. § 7. n. 199. et seqq.*, sistit potissimum in praxi s. Sedis, juxta quam contendit, ejusmodi indulta percipiendi quotidianas distributiones una cum ceteris emolumentis choro praesentibus dari solitis consuevisse impertiri Canonico, quem ex praemissa religionis sive universalis ecclesiae causa abesse contigerit, ut ex pluribus similium indultorum exemplis relatis per *Reiffenstuel. loc. supracit. n. 210 et seqq., Barbos. de offic. et potest. Episc. alleg. 43. n. 155., Garz. part. 3. cap. 2. n. 356.*, quibus consonant rescripta s. Congregationis edita in *Toletana 4. Junii 1594.* in *Ricineten. 27. Nov. 1600*, in *Anconitana 2. Augusti 1670*, in *Romana 28. Julii 1730* et in alia *Romana 28. Aprilis 1736.*

Hoc autem jacto principio, cum putet inficiari nou posse, quin ipse in exercitio ministerii sibi commissi publicam ecclesiae et religionis causam agat, eo libentius petitum indultum sibi concedendum esse arbitratur ob peculiares quas expendit circumstantias; prima nimirum est, quod collegiata ecclesia s. Andreae 24 constat Canonicis, 17 vicariis, tribus cantoribus ac binis choralibus, ita quidem ut illius servitium cultusque divinus nullum patiantur detrimentum, si aliquot Canonici justa absint ex causa; altera in eo versatur, quod praepositus ejusdem collegiatae 184 tantum diebus in singulos annos tenetur choro interesse, nullam vero vocem*) obtinet in capitulo nullumque aliud obstringitur obire munus, cui Canonici aliique ecclesiae ministri debent incumbere; tertia demum, quod ipse nuper simili potitus fuerit indulto, donec inservivit Archiepiscopo, proindeqne res minus aequa videri posset, si hoc ipso non frueretur, dum ex eadem utilitatis religionis ac praesertim Coloniensis Archiepi-

*) Vd. *p. 1078. n. 19.*

scopatus causa abesse cogitur, juxta luculentum ipsiusmet Archiepiscopi testimonium, quo sic habetur: »Sane pro parte venerabilis nobis dilecti Hermani Werneri Bossart sacrae caesareae Majestatis apud nos et circulum inferioris Rheni residentis humillime expositum fuit, quod ipse qua collegiatae ecclesiae s. Andreae Colonieusis praepositus ad residentiam ibidem faciendam per capitulum compellatur; a qua tamen utpote in pluribus tam in Archiepiscopatus nostri quam ipsius religionis utilitatem tendentibus uegotiis salubriter occupatus dispensari meretur; quia vero supradictum capitulum de istiusmodi negotiis penitus edocere consultum non est, hinc nos, qui plenariam super hujusmodi negotiorum natura habemus informationem, per praesentes testatum reddimus supra memoratam Archiepiscopatus nostri et s. religiouis utilitatem in illis summopere versari atque ideo rem uobis gratissimam futuram, si idem Hermanus Wernerus nunc eadem omuino exemptione fruatur, qua dum olim in nostris adhuc servitiis existeret gavisus est.«

Jura quae meditatur capitulum adversus oratoris petitionem deducere nondum allata sunt. Onus igitur EE. VV. erit pronunciare:

An sit locus concessioni petiti indulti etiam quoad distributiones quotidianas in casu?

S. C. C. resp.:

Pro concessione indulti ad triennium, si tamdiu orator duraverit in munere, omissis distributionibus quotidianis.

Die 1. Aug. 1739.

Venusina.

Ad dub. I: An duo Canonici, qui Episcopo inserviunt quique choro non interveniunt neque aliis functionibus ecclesiasticis assistunt possint ac debeant non solum participare de Praebendis, verum etiam de quotidianis distributionibus eo modo, quo participant alii Canonici praesentes et inservientes?

II. An, si in cathedrali non adsint Praebendae, sed tota massa capitularis consistat in distributionibus quotidianis, quarum tertia pars stat loco Praebendae et datur Canonicis praesentibus, ultra alias duas partes, quas habent cum Mansionariis communes, liceat in hoc casu duobus Canonicis servitio Episcopi addictis participare de alia portione consistente in distributionibus quotidianis, non obstante, quod choro aliisque functionibus ecclesiasticis non intersint?

III. An Episcopus ejus arbitrio possit assumere in suo servitio Canonicos vel etiam presbyteros mausionarios?

Et quatenus affirmative in utramque partem,

IV. An isti presbyteri mansionarii Episcopo servientes participare possint de massa deque quotidianis distributionibus etiamsi choro non interveniant, uti participant praesentes et interesseutes?

S. C. resp.

Ad I: Negative quoad distributiones quotidianas.

Ad II: Negative quoad tertiam partem, quae stare debet loco distributionum.

Ad III: Affirmative.

Ad IV: Provisum in I. et II.

Die 30. Julii 1763.

n) Studiorum causa.

Vd. t. III. p. 205. m.

Arianen.

(Conc. Tr. c. 12. s. 24. de ref.)

Clericus Josephus Antonius de Phillipis cum obtinuisset Canonicatum in Collegiata s. Joanuis B. Civitatis Arianen. impetravit ab Episcopo facultatem non residendi, ut studiis vacare posset. Itaque hac fretus facultate petiit 1729 a Capitulo, ut sibi traderetur portio fructuum, singulis Canonicis competeus. Repulsam tamen passus fuit propterea quod dictus Canonicus de Phillipis moram fecerat in oppido Sabiniani Dioeceseos Beneventanae apud Fratrem suum ejusdem loci Archipresbyterum ibique operam Grammaticae tantum dederat.

Haec ille postea exposuit' s. mem. Benedicto XIII. supplex postulans ut quamvis non moraretur in publica studiorum Universitate, nec jus canonicum aut Theologiam moralem condisceret, uihilominus percipere posset fructus Canonicatus tam certos quam incertos non solum deinceps sed etiam per tempus praeteritum. Prodiit autem die 24. Novb. 1729 per Secretariam supplicum libellorum hoc rescriptum: »Sanctissimus annuit petitis; et quatenus opus sit indulsit posse Oratorem per aequipollens, ut petitur, studere et abesse causa studii et deberi distributiones et fructus Canonicatus a die captae possessionis, quibuscumque in contrarium non obstantibus.«

Et ad hujus Indulti normam Canonicus de Phillipis omuium emolumentorum partem tunc fuit assecutus.

At sequente auno 1730 post memorati Pontificis obitum Capitulum constanter negavit, eum sic absentem posse participare distributiones destiuatas Canonicis inservientibus. Indultum quippe ei non suffragari existimat Capitulum, quia non fuerit Pontifici narratum, nullos esse in hac ecclesia fructus Praebeudarum, sed omnes Canonicatuum proventus constare ex distributionibus quotidianis, quae partem conferuntur in Massam, cujus partitio fieri solet mense Augusto inter eos, qui choro interfuerunt, partim vero traduntur Canonicis praesentibus sub eos ipsos dies quibus ecclesiae inserviunt.

Addit praeterea Capitulum, multo melius potuisse Canouicum de Phillipis operam studiis navare in ipsa Civitate Arianen., ubi existit Seminarium bouis Praeceptoribus instructum Convictoresque etiam excipiens, quam in Castellis Sabiniani et Zunculi, in quibus moram fecit; proindeque in rem quadrare egregium responsum Coelestini III. in *cap. Tuae Fraternitatis 12. de Cleric. non resid.* Capitulum denique infert gratiam quam Canonicus de Philippis obtinuit censendam esse alienam a mente ejusdem Pontificis, cum repugnet regulae, quae servarl in hujusmodi Indultis solet; per ea quippe permittitur Canonicis studiorum causa absentibus percipere vel fructus dumtaxat Praebendae vel si isti nulli sint aut admodum tenues, duas solum partes distributionum, tertia tamen amissa, quae inservieutibus accrescit, ut probant, relatis quoque hujus Sac. Congregationis decretis, *Fagnan. in cap. Licet. n. 127. et seqq. de Praebend., Eminent. Petra ad Constit. 9. Bonifacii VIII. n. 20. et seqq. tom. 3.*, accedente etiam generali Decreto, quod jussu san. mem. Innoc. XII. promulgatum fuit in haec verba: »Indulta causa studii pro lucrandis fructibus dumtaxat nec aliter pro lucrandis distributiouibus quotidianis esse concedenda, quam pro ecclesiis, quarum redditus consistunt vel in solis distributionibus quotidianis vel in iisdem distributionibus una cum aliquibus fructibus amissa tertia, quae servientibus acrescat«, ut in Bullario ejusdem Poutificis *pag. 262.*

Commissa itaque a SS. D. N. huic s. Congreg. decisione hujusmodi controversiae duo proponuntur

Dubia:

I. *An Rescriptum, de quo agitur, sit servandum?*

II. *An et quae distributiones competant Canonico Josepho de Philipis?*

S. C. C. resp.

Ad I: Affirmative pro tempore praeterito tantum;

Ad II: Competere duas ex tribus partibus, amissa tertia et amplius.

Die 18. Aug. 1731.

Senen.

Primicerius Capituli Metropolitani Senensis Jacobus Piccolumini ex rescripto hujus s. Congregationis die 18. Febr. 1815 exoravit indultum vacandi ad quadriennium ex causa studiorum a chori servitio, cum clausula *amissis distributionibus quotidianis* atque hac adjecta solita conditione *»quod si fructus omnes ipsis distributionibus constent vel si redditus Praebendae tertiam partem distributionum non attingant, duas ex tribus partibus distributionum vel praebenda ac distributionum insimul cumulatarum respective percipiat amissa tertia, quae inservientibus accrescat.* Nunc ipse primicerius, ut ea conditio amissiouis distributionum ab indulto deleatur, ex eo postulat, quod fructus suae dignitatis omues (ut ipse ait, sed non subsistit) in distributionibus quotidianis consistant, quae ex Constitutionibus Capituli a Beneficiato lucrantur, quatenus decurrente auno per *mille horas* servitium ita rigorose praestiterit, ut una hora deficiente distributiones omnes amittat. Quare si integras distributiones ex ea clausula percipere non posset ob non absolutum mille horarum servitium, Praebenda privaretur, propterea que urget, ut delecta illa clausula *Amissis* tantum privetur illis extraordinariis distributionibus, quae *ad manus* idcirco appellantur, quia solis vere praeseutibus tribuuntur. Rogatus est Eminentissimus Archiepiscopus, ut *audito Capitulo* referret *de consuetudine quoad praeteritum* et quoad *distributiones, de quibus agitur.*

Praestat ut noscatis, quae Capitulum profert, tum quoad modum percipiendi distributiones

a dignitatibus et Canonicis Capituli Metropolitani tum quoad consuetudinem circa distributiones amittendas ab eis qui ex iudulto causa studiorum a Choro absunt. Alii enim in hoc Capitulo habent distinctam a massa communi Praebendam, quam per se administrant et Praebendarii vocantur, atque praeter fructus suae Praebendae nouuulli omnes percipiunt distributiones, si *per mille horas* intra annum servitium praestant, alii partem tantum. Inter praedictos recensetur Primicerius, qui juxta Capituli asservativam coutinet »*La praebenda propria abondante.*« Quatuordecim vero sunt Canonici, qui nulla gaudent Praebeuda et propterea vocautur de *cumulo*, quia distributiones, iu quibus consistunt dumtaxat fructus beneficii, percipiuut, si intra auui spatium mille horarum adamussim compleverint. Praeter has ordinarias aliae suut extraordinariae distributiones, *ad manus* appellatae, quippe quae lucrantur ab iis, qui certis intersunt anniversariis et exiguae nimis sunt, cum quotannis attingant summam in Librarum sex; neque portiones eorum, qui absunt, praesentibus accrescunt, sed cedunt commodo haeredum, qui curare debent anniversaria, quique absentibus uihil persolvuut. Quamobrem Capitulum deliberaus circa primas preces de permittenda nimirum absentia a choro causa studiorum consonum dixit ss. Cauouum disciplinae: *l'accordarsi al detto Signor Primicierio la grazia di segnarglisi le ore corali, tutto che non si trovi presente adesse, per essere impedito dalle Lezioni dell' Universita etc. nei soli giorni di scuola, non puo in quelli, che sono prioi di lezione;* plenisque suffragiis favore Primicerii haec fuit adoptata sententia.

Quoad consuetudinem percipiendi distributiones ab absentibus causa studiorum haec Capitulum allegat scilicet:

Die 1. Decb. 1746 s. Congregatiò Coucilii indulsit Canonico *Horatio Bongognoni*, ut abesse posset causa studiorum et dies quibus ex hac causa choro nou interesset computandos esse iu servitio *mille horarum* et percipere posset fructus suae Praebendae, excepta *tamen tertia parte ex quotidianis distributionibus.*

Die 2. Sept. 1744 Canouicus *Thomas Maria Squarei* impetravit a Sauctissimo per annum absentiae indultum ex causa studiorum et interim perceptionem fructuum sui beneficii *amissis distributionibus quotidianis* et cum aliis conditionibus quoad amissionem tertiae partis adjectis juxta praxim eidem indulto et superius descriptis.

Die 14. Julii 1770 a S. M. Pio VI. consequutus est simile indultum Canonicus *Sansedoni* ita ut amitteret illas distributiones quotidianas iis debitas, qui personaliter choro intersunt.

Die 21. Januarii 1799 Canouicus *Ballati* exoravit absentiam a choro per trieunium iis diebus, quibus studiis vacaret et *interim fructus et redditus sui beneficii* perciperet, quin de quotidianis distributiouibus mentio facta sit. Atque hoc ipso anno simile indultum obtinuit Canouicus *Ginughi amissis tamen distributionibus quotidianis.* Nihilominus Eminentissimus Archiepiscopus favet instantiae ex ratiouibus inferius enucleandis.

Ex decreto Tridentini *sess. 5. cap. 1. de ref.* cautum est ut »*Docentes ipsam s. scripturam dum publice in scholis docuerint et scholares studeant privilegiis omnibus de perceptione fructuum praebendarum et beneficiorum suorum in absentia a jure communi concessis plene gaudeant et fruantur.* Quod Decretum non strictim interpretatur de studio tantum s. scripturae, sed de omnibus discipliuis ecclesiasticis teste *Pirhing. in jus can. lib. 5. tit. 4. § 2. n. 9.* Ut vero ii qui ad chori servitium tenentur percipere possint fructus suae Praebendae, continuo residere debeut *ex Trident. sess. 24. cap. 12. de Ref.*, at ad lucrandas quotidiauas distributiones et residere et choro interesse debeut, ex alio ejusdem Synodus Decreto *sess. 22. cap. 3. de Ref.* Iis vero qui studiis operam navant hoc privilegium a jure datum est a Pontifice Honorio III. iu *cap. Super specula de Magistris* ut per annos quinque si studueriut pro praesentibus habeantur et de licentia Sedis apostolicae proventus sui beneficii percipiant. Sed in altero *Can. Licet de Praeben.* uegat studentibus perceptionem distributionum quotidianarum, quae dantur iis, qui horis canouicis intersunt.

Ex hac juris dispositione solemne est, ut absentes studiorum causa eos fructus lucrentur, quos percipereut licet singulis horis canonicis uou interesseut; eam vero fructuum partem amittant, quam non perciperent, nisi choralem frequentiam praestiterint, ut docuit s. Congregatio *in Maceraten. 10. Decb. 1616.* Hinc inolevit mos, ut s. Congregatio indulta hujusmodi concederet cum clausula

Amissis quotidianis distributionibus, quas interessentes consequuntur, quia ex jure indulta hujusmodi supplent residentiam, non praesentiam in choro, quae ad percipiendas distributiones quotidianas necessaria est. Quod si praebenda tenuis ita sit, ut non attingat tertiam quotidianarum distributionum partem aut fructus beneficii omnes ex distributionibus quotidianis constent, tum in indulto praescribitur, ut indultarius amittat vel tertiam partem summae, quae ex fructibus praebendae una cum distributionibus quotidianis cumulatis conficitur, vel tertiam partem distributionum quae *ex tertia parte* fructuum praebeudae coalescere debeat.

Hinc meminisse juvabit ad praesentem controversiam dirimendam. Nam Primicerius Piccolomini delendam esse postulat clausulam illam *amissis quotidianis distributionibus* ex his rationibus, quas Archiepiscopus iu sua Informatioue affert. Primum, quia ex Constitutionibus Capituli distributiones non amittunt, qui uno aut altero die a chori servitio vacant, sed ii, qui intra anui spatium horarum mille servitium uou praestiterint. Quare ei distributiones dantur non singulis diebus, sed per modum unius impleto servitio horarum millium, non eas pro distributionibus habendas esse tenet Primicerius, sed pro fructibus praebendae, quos nou amittit is qui indultum absentiae obtinuit, cum hoc suppleat residentiam, quae satis est ad fructus Praebendae consequendos, ut distinguit *Engel in Jus can. lib. 3. tit. 4. n. 24.* et s. Congregatio iu *Spoletana Servitii Chori 28. Febr. 1795. Secundo* contendit Primicerius Piccolomini, quod distributioues amittere non debeat, quia studiis vacat in ipsa civitate Senarum, ita ut in horis a lectionibus non impeditis possit choro interesse et implere servitium mille horarum, quod ex Constitutionibus Capituli satis habetur ad lucrandas totius anni distributiones; ita ut si resident, si choro iutervenit, privari non possit distributionibus quae ex *cap. Unic. de Cleric. non residen. in 6.* percipit is, qui in loco resident et choro iutervenit ut docent *Passerin. in Comment. ad cap. unic. de Cleric. non residen. in 6.*, *Schmir. Jurisprud. canon. lib. 3. part. 1. tit. 2. cap. 3. n. 384.* et s. Congregatio in *Frisingen. Residentiae 3. Aprilis 1762* ad l. Dub.; id quod Eminent. Archiepiscopus defendit, uimirum *il Primicerio ricorrente nei giorni nei quali e stato impedito per le Lezioni dell' Universita, forse a mio parere potrebbe consi lerarsi come uno de Canonici legittimamente impediti; tanto piu che nei giorni non impediti, egli ha di gia nell' anno scorso sodisfatto all' obligo di molte centinajo di ore prescritte.*

Capitulum contra defendit, quod Primicerius Piccolomini habeat Praebendam seperatam a distributionibus et pignum seu *abondante*, ita ut illae haberi non possint pro fructibus Praebendae, sed pro veris distributionibus quotidianis. Ex his deducit, quod si iudulto absentiae uti velit, quotidianas distributioues amittere debeat. Nec rem mutare, ait, si ex peculiaribus Constitutionibus Capituli distributioues integri anni uon lucrantur singulis diebus ab iis qui choro adsunt, sed si per mille horas tot anuo inservierint. His enim uon attentis Constitutionibus alia indulta impetrata studiorum causa praeseferunt hanc conditionem, ut distributiones omnes absentes amitterent vel tertiam partem, si fructus omnes beneficii in distributionibus consisterent. Quare ex his inducta est consuetudo juris dispositioni conformis ut Canonici hujus Metropolitaui Capituli sufficiat servitium horarum millium intra annum ad lucrandas integras distributiones. His missis, jam annuit Capitulum, ut absenti commodo notentur *le ore chorali etc. nei giorni di scuola*; unde si servitium mille horarum in his et vacationum diebus praestiterit, nil videtur ab eo fore distributioues amittendas. Addit tandem nihil esse curandum, si Primicerius Piccolomini extraordinariis distributionibus reuunciet, quas *ad manus* appellant, cum istae admodum tenues sint et lucrentur solum ab iis, qui vere praesentes sunt et portiones eorum qui absunt uou coacrescerunt praesentibus, sed remaneut iu lucro haeredum Testatorum.

Ex his utrinque disputatis eo redire videtur controversia omnis, au Primicerius Piccolomiui, dum iudulto vacandi a choro causa studiorum gaudet, distributiones quotidianas lucrare possit, si resideat et praestet intra annum servitium mille horarum, vel potius ei obstent exempla a Capitulo adducta, ex quibus constet, eos qui in Capitulo Senensi indultis hujusmodi gavisi sunt semper distributiones quotidianas amisisse. Quae tamén exempla ad rem esse negat Primicerius, quia indultarii a civitate plerumque

abfuerunt et tamquam non residentes distributiones quotidianas consequi non poterant.

Dubium proponitur:

An et quomodo sit locus amissioni distributionum pro tempore, quo Primicerius Piccolomini ex indulto a choro abest causa studiorum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative quatenus Orator non praestet servitium mille horarum ad formam Resolutionis capitularis.

Die 3. et 24. Aug. 1816.

Arboren.

Binas canonicales praebendas in Metropolitana Arborensi 1774 constituit Marchio Damianus Nurra Arcaisius censuque pro distributionibus instruxit. Cumque quotidianum Sacrum praescripserit Fundator, addidit, tempus proscipiens, quo minor aliquis Canonicatu frueretur, che le Messe si applichino quotidianamente dagli Canonici Appuntatori come anche nel tempo di vacanza di qualunque prebenda si applichi dai medesimi: e cosi ancora che essi (i discendenti) in qualunque età che loro si conferisca il benefizio, possano per causa dé studi occuparsi per quegli anni, che sarà necessario in qualsivoglia luogo anche fuori di Sardegna, lucrando in tieramente le loro distribuzioni, messe e pedagi, se siano Preti, e che dopo querti la nomina passi al Capitulo.« Haec de patronatu: id praeterea jussit Fundator, ut utriusque praebendae census a ceterarum patrimonio sejunctos esset, atque a Canonicis primaevae instiutionis procuraretur, ita tamen »che le mancanze tanto delle distribuzione quotidiane e doppie, come i tributi, e processioni ed altri qualunque siensi emolumenti, qualora non vi intervenissero, loro si detraggano, appuntandore giornalmente, quali mancanze vadano in aumento dei medesimi benefici.«

Binas hasce praebendas duo Fratres Flores ab Arcais ex Auctoris descedentibus assequuti sunt, Raymundus nimirum, qui octavo Canonicatus anno eo se abdicavit et Josephus, qui 1830 possessionem alterius Canonicatus accepit. Cum vero uterque ad studiorum curriculum conficiendum alio secessissent, ita ut Raymundus annos ferme octo inde abfuerit alter vero annis tribus alibi sit immoratus quin tamen ipsius absentia »fosse dell tutto continua, perchè interrotta da qualche interessanza al coro,« quando illuc feriaturus remeabat, visum est Canonicis, quotidianas distributiones aliaque emolumenta Arcanis Fratribus denegare.

Memoratam quippe fundationis legem ita explicandam duxerunt, ut jus in distributiones iis dumtaxat collacatum pronunciaretur, qui optimis disciplinis imbuendi abfuissent, dummodo sacerdotii gradu pollerent. At Arcaisii supplices s. hujus Ordinis judicium postularunt ut re perpensa decernatur, »che essi debbano godere non solo delle respettive prebende, ma delle distribuzioni ancora e degli altri emolumenti, durante il corso de' loro studj, in nulla ostando la loro assenza dal coro, sia che il facciano in Sardegna, sia che il faciano altrove.«

Raymundus quippe in Nazareno Collegio primum annis tribus ac deinceps annis quattuor viris lectissimis instituendus traditus fuit. Joseph vero in Calaritana Academia laureae honorem adeptus Romam ex Antistis Arboriensis permissu se contulit, ubi in graviores Theologiae et juris disciplinas incumbit.

Haec testatur Archiepiscopus de sententia rogatus, qui de Canonicatus cujuslibet proventibus referret, eos demptis oneribus scutata ducenta 68 conferre. Praeter vero scutata 117 Sacrario persolvenda per Canonicos possessionem beneficii inituros annua scutata 31 designatas in causas impendantur oportet. De re autem, quae in disceptationem deducta est, nullam ex praeterito tempore consuetudinem praesto esse scribit, cum praeter Oratores nondum quispiam ex Canonicis Arcaisianis studiorum causa discesserit.

Acriter quidem Canonici postulationem oppugnant, per non dispartirsi da quanto prescrivono i sacri Canoni, non che per attenersi alla espressa volontà del Fundatore, ex qua contendunt, distributiones absentibus quoque diribendas tunc solum esse, se saranno Preti, prout sonant ipsa fundationis verba. Ceterum disserte profitentur Canonici, se quidem egisse, costretti dai principi della coscienza, e del dovere benchè non vi abbiano altro interesse, che quello della sorveglianza voluta dalle condizioni, sulle quali furono accettati tali benefizj; animo tamen lubenti s. hujus Congregationis placitis semper se esse obtemperaturos.

Hanc Canonicorum sententiam Oratoribus infestam sequi se haud posse fatetur Archiepiscopus. Explorati quidem juris est, fructus dumtaxat praebendae iis tribui, qui literarum ac studiorum causa absunt, licet justa facultate eorum absentia nitatur, *cap. Licet 33. de praeb. et dign.*, non vero quotidianas distributiones, quae iis solummodo traduntur, qui praesentes divina officia obeunt: ita sane in conditionibus de Beneficiariorum indultis decernendis sancitum fuit, ut indulta causa studiorum pro lucrandis fructibus dumtaxat, nec aliter pro lucrandis distributionibus quotidianis essent concedenda, *Congreg. partic. 1659*, S. C. C. *Romana. 6. Maji 1820.* Nimis quippe a rectae disciplinae ratione abhorreret, eos, qui praesentes non adfuerint divinisque rebus operati non sint, illa portiri mercede, quae tantum impensae operae laborique debetur, *Gonzal. in cap. 7. de Clericis non resid. n. 7.*

Cum vero liberum sit fundatoribus, leges de pio opere quod constituunt praefinire*) pro lubitu eaeque licet absonae a communi jure servandae sunt, dummodo nec turpes nec alias a jure ipso improbatae, *Lambert. de jure patron. lib. 1. part. 1. art. 2. qu. 9. n. 52.*, S. C. C. *Hortana 30. Januar. 1830*, memoratae juris regulae derogatum pro Arcaisiorum Canonicatibus a Fundatore videtur; eaque proinde in iis exceptio vim habebit, quam attendendam docet Fagnanus, si ex lege fundationis Canonicatus cautum sit ut absentes in aliquo casu percipiant de distributionibus quotidianis. Trid. enim Concilium *sess. 24. cap. 12.* fundationibus non derogavit, *Fagnan. in cap. licet de Praeb. n. 131., Schmalzgrueb. Jur. eccles. tom. 3. part. 1. tit. 4. n. 100.*, *Moneta de distrib. par. 2. qu. 13. n. 33.*

Sed Fundator quando et pueros annorum**) 14 Canonicos eligi posse edixit, eos post susceptam possessionem potiri illico possit della prebenda, e delle distribuzioni, pedagi, a processioni, e di più quando il diritto loro il permetta, quo tempore ne quotidiani Sacri procuratio interciperetur peragi illud mandavit dai Canonici Puntatori, prout ubi alia ex causa Canonicatus vacarint servandum declaraverat.

*) Vd. *t. II. p. 353. n. 1.*
**) Vd. *t. III. p. 354. n. 2.*

Perperam vero ac nonnisi ex contorta fundationis interpretatione obtrudi inquiunt Oratores, ut quasi conditio pro absentibus ad quotidianas distributiones accipiendas sacerdotalis gradus praescribatur, quando mandavit, ut e familia prognati in qualunque età, che loro si conferisca il beneficio, studiorum causa, possano occuparsi per quegli anni, che sarà necessario in qualsivoglia luogo, anche fuori di Sardegna, lucrando intieramente le loro distribuzioni, messe, e pedagj, se saranno Preti. Patet quippe, ut animadvertunt Oratores, discrimen a Fundatore designatum fuisse pro Sacrorum celebratione inter Canonicos Sacerdotio jam insignitos et inter eos, qui nondum illud sint assequuti: commemorat enim le messe inter ea, quae ab absentibus praestanda jubet: se saranno Preti: de iis vero siluit, quando de minoribus in Canonicos cooptandis verba fecit, celebrationem tunc imponens Canonicis Puntatori. Id sane legenti cuilibet vel primo obtutu palam est. Verba autem suboscura uno loco prolata ex iis, quae altero loco de eadem re clara et manifesta adhibita sunt interpretanda esse, recta ratio omnino efflagitat: incivile enim esset, nisi tota lege perspecta, una aliqua ejus particula proposita respondere, *L. Incivile D. de legibus.* Hinc arguunt Oratores »esser chiaro il motivo della distinzione fatta dal Fondatore (inter Canonicos nondum presbyteros et eos qui Sacris operantur): non potendo i primi celebrare la messa da se stessi, perchè non Sacerdoti, ha voluto, che fosse celebrata dai Canonici Appuntatori; avendo poi voluto lasciare ai secondi la facoltà di celebrare ovunque anche fuori di Regno, era necessario, che cio fosse specificato, come il Fondatore ha fatto, colle ultime parole del surriferito articolo di fondazione.« Neque dubitationis quidpiam injectum iri confidunt Oratores, quod dum minores ad Canonicatum admisit Fundator ipsisque distributiones emolumentaque decrevit, in ea verba locutus sit, eos scilicet frui debere delle distribuzioni, pedagi, processioni, e di più, quando il diritto loro il permetta, quasi scilicet Fundator concessionem illam praeter suetas regulas praescribens, eam tamen vim habituram esse denunciaverit, quando il diritto loro il permetta: frustra siquidem nec beneficentiae ac liberalitatis monumentum legasset, si prognatis, iis nempe, quos prae ceteris dilexit, id iterato concesserit, quod a jure da-

tum jam ipsis fuisset. Iis itaque verbis id potius pro sua erga gentiles suos benevoleutia sancitum voluit Fundator, ut nimirum et distributiones et vectigalia et supplicatiouum stipendia et omne illud, quod Canouicis jura tribuant, integre acciperent. Nisi enim hoc pacto voluntatem Fundatoris interpretemur absurda illa induci, inclamaut Oratores, quae vitauda omniuo sunt, cum imo congrue intelligendae sint fundationis leges, *Rota coram Emo Gamberinio Anconitana 15. Jul. 1822.* Fundatores vero singulari impensiorique in necessarios suos affectos esse studio benevolentiae eorumque idcirco voluntates favore eorundem beniguius, quo possit, esse explicaudas juris principium est, *S. C. C. Viterbien. 12. Julii 1823.*

Proponitur idcirco definiendum

D u b i u m:

An et quomodo Canonici fratres Flores de Aracais tempore absentiae a choro studiorum causa gaudere debeant quotidianis distributionibus aliisque emolumentis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus, exceptis eleemosynis Missarum per Canonicos Punctatores celebrandarum ad formam fundationis.

Die 19. Apr. 1784.

Canouicus ecclesiae Cathedralis A. iudultum studiorum causa a S. Congregatione Concilii obtinuit, ut abesse posset a residentia, additis solitis clausulis, nimirum: *et nihilominus fructus omnes sui Canonicatus percipere valeat, amissis distributionibus quotidianis. Quod si fructus omnes ipsis distributionibus constent vel si redditus praebendae tertiam distributionum partem non attingant, duas ex tribus partibus distributionum vel praebendae ac distributionum cumulatarum respective percipiat, amissa tertia, quae inservientibus accrescat.*

Cum dimidia pars redditnum praebendae canonicalis pro distributionibus quotidianis, altera vero dimidia pars pro fructibus assignata esset, putabat Capitulum, eumdem Canonicum indultarium non tertiam dumtaxat partem fructuum et distributiouum insimul cumulatarum sed omues distributiones, iu vim praefati rescripti, amittere debere; quod si tertiam tantum partem, ex omnibus cumulatis, amittere debuisset, distributiones saltem non lucrari, quae, pro diebus solemnioribus, assignatae habebantur.

Quaerebatur itaque a S. Congregatioue declaratio, quae pro futuris etiam casibus normam praeberet; insimul Canouicus indultarius postulabat ut sibi ex gratia coucederetur quod ex jure, si ita videbatur, denegaudum esset.

Episcopus pro iuformatione et voto rogatus Capitulum audire nou praetermisit, quod unauimi suffragio conseusum praestitit, ut Orator pro tempore quo residere nequibat, ut studiis vacaret, distributiouibus quotidiauis nou careret.

Ipse vero Episcopus mouebat praebendam Oratoris ascendere totaliter ad scut. 111, quibus demptis scutatis 50 pro oneribus, remanet liber auuus redditus scut. 61. Perpeudebat autem, juris esse tralatitii distributiones quotidianas non percipi ab iis, qui a divinis absunt officiis, neque ulla consuetudine posse iutroduci contrarium, *Conc. Trid. sess. 24. cap. 10. de Reform.*, nisi redditus omnes canouicatus distributionibus constent, quo in casu qui ex privilegio in corpore juris clauso*) vel ex indulto Apostolico choro abesse valeat, duas ex tribus partibus illarum lucrari potest. Benedict. XIV. *Instit. 107.* § *9. n. 58.* ceu ex coustauti praxi s. Congregatio Oratori etiam rescripserat.

Itidem clarum esse, aduotabat Episcopus, non licere Capitulo distributiones quotidiauas douare, reliuquere aut quavis collusioue remittere absenti vel qualibet de causa ei qui distributiones amittere debet; nec fas esse cuipiam illas recipere et si acceperit suas non facere et ad restitutionem omniuo teneri, *cit. Inst.* § *7. n. 92.*

Verum, addebat, S. Concilii Congregatio peculiaribus accedentibus circumstautiis ac praesertim ob praebendarum tenuitatem aliquaudo concessit, ut Canonici absentes lucrari possiut quotidiauas distributiones et

*) Privilegium in corpore juris clausum dicitur illud quod ex jure Decretalium derivat. Hunc modum loquendi, nimirum *in corpore juris clausum et extra corpus juris* induxerunt Doctores, post confectum corpus Decretalium, ad distinguendum illud jus quod in Decretalibus reperitur ab illo, quod statutum est in Constitutionibus RR. Pontificum, quae utpote non insertae in Decretalium collectione dicebantur *extravagantes*.

coucludebat: »Videant nuuc EE. VV. au, ex hisce expositis, Canonici Oratoris precibus respondeudum sit: gaudeat impetratis; vel potius aunuendum sit votis ipsius, nou obstantibus deductis ratiouibus.«

Plura hisce *ex officio* adjungebantur quae cum tenorem hujus Rescripti quo S. C. utitur in his indultis concedeudis admodum illustreut, fere omuia heic referimus.

Animadvertebatur nimirum, praesentem quaestionem in eo versari, an Canonicus Orator iu vim Rescripti tertiam tantum partem distributiouum et fructuum iusimul cumulatorum vel potius distributiones integras amittere deberet. In utraque autem hypothesi nulla videbatur ratio suppetere cur exceptio fieri deberet quoad dies solemniores. Jamvero indultum, ex constanti s. Congregationis praxi, concessum Oratori fuerat pro lucraudis dumtaxat fructibus, minime vero pro distributiouibus quotidianis quas omniuo amittendas praecipit »*amissis distributionibus*«. Exceptio fit solum duobus in casibus, ubi scilicet omnes fructus praebendae distributiouibus coustent, vel si redditus praebeudae tertiam partem distributionum non attingant et tuuc, coacervatione facta distributionum et fructuum praebeudae, duae ex tribus partibus Indultario tribuuntur, amissa tertia quae iuservientibus accrescat. Neuter porro ex praedictis casibus comprobari videbatur in themate. Nam neque solis distributionibus praebendae redditus constabaut et hi redditus non solum attingebant tertiam distributiouum partem, sed imo partem pro distributionibus adsignatam exaequabant. Quamobrem casus de quo agebatur non quidem in exceptione, sed in regula generali compreheudi videbatur, qua scilicet abseus ex causa studiorum lucrari potest fructus dumtaxat, non vero distributiones sui Canonicatus, ceu Innocentius XII. praevio voto Congregationis deputatae super Reformatione Indultorum eximentium a servitio Canouicos et Beneficiatos Urbis id demaudavit sub die 8. Maji 1693 ac coustauter tenuit S. Congregatio, ceu videre est apud Card. Petra *in Comment. ad constit. IX. Bonifacii VIII. per totum.*

Animadvertebatur insuper, cum olim S. Congregatio rescribere soleret, ut cumulus fieret »*Si fructus praebendae quartam partem distributionum non attingant vel non excedant*« disputatum fuisse, quomodo hisce in verbis Rescriptum foret intelligendum; an scilicet ad cumulum faciendum et lucrandas duas ex tribus partibus requiratur ut praebeuda non ascendat ad unam quartam partem tantum distributionum, an vero quod nou excedat tres ex quatuor partibus distributionum.

Pignatellius *consult. 83. tom. 9.* pluribus ratiouibus firmat, verba illa intelligi debere eo sensu, quo praebenda non excedat tres ex quatuor partibus distributionum, scilicet ut explicat Petra *loc. cit. n. 27.* ipse putat pro calculo debere dividi distributiones iu quatuor partes et si fructus praebendae non excedaut tres partes distributionum, nou dicuntur attingere quartam partem earum et sic detur locus coacervatioui; secus vero si fructus praebendae excedant tres partes distributionum, ita ut iu obolo attingant quartam partem. Ita ex. gr. si distributiones essent iu quantitate 40 scutatorum et fructus praebendae in scutatis 30 cumulus fieri deberet, quia non attingunt quartam partem: si vero fructus praebendae essent in scutatis 31, tunc fieri non deberet.

Hinc cit. Pignatellius impugnat Fagnauum, qui *cap. Quia tantum n. 33. et cap. Licet n. 139. de praeb.* docet tuuc esse tenues fructus praebeudae, cum quartam partem distributionum uon superaut vel nou attiuguut. Quae verba important, quod si distributiones essent iu scutatis 40 et fructus praebendae in scutatis 10, fructus praebendae tenues prae distributiouibus dicendi esseut; secus vero si ultra scutata 10 reddereut.

Subjungit autem Card. Petra *loc. cit.*: »Et vere seusus Fagnani debet atteudi, tum quia est fundatus in resolutionibus s. Congregatiouis, tum etiam uti versatus iu hac materia; et demum occurrit ratio etiam per privilegium, cum eo minus quo possit debeat vulnerari servitium chori et jus aliorum iuservientium.« Ac tandem coucludit: »Post tempora Fagnani, quod non advertit Pignatellius *cit. loc.*, inolevit ab anno fere 1669 iu Sac. Cougregatione Concilii formula supra adducta, quod, ad hunc effectum coacervatiouis distributionum cum fructibus praebeudae, isti tertiam partem distributionum attiugere uou debeaut, ut nunc servatur et debet intelligi juxta praedicta, quod scilicet, si distributiones sint in scutatis 30 et fructus praebendae sint in scutatis novem et

obolis 90, non dicantur attingere tertiam partem distributionum, secus si sint in scutatis decem, cum attingere tertiam partem hoc modo literaliter et rationabiliter consonet, non autem ut Pignatellius innuit, quod legenti et calculanti patet; eo magis quia hac nova formula pinguius consultum est, quam antiquitus per non excessum a quarta parte et quidem rationabiliter; nam sicuti Concilium voluit, ut, non existentibus distributionibus, tertia pars separetur pro istis, ita pro fructibus justum est ut saltem tertia pars quantitatis distributionum attingatur.«

In themate autem nemo non videt, subjungebatur, quod etsi fructus praebendae computari deberent juxta normam quam tradit Pignatellius, nihilominus coacervationi locus non esset, quia fructus praebendae nedum excedebant duas ex tribus distributionum partibus, sed distributiones ipsas aequant, ut supra notatum est.

Hisce omnibus accurate adnotatis remittebatur EE. Patribus decernendum, an, sin minus ex jure, saltem ex gratia indulgendum Oratori esset ut distributiones omnes quotidianas, amissis tantum distributionibus *inter praesentes*, lucraretur, ceu aliquando rescripsit S. Congregatio, vel saltem duas ex tribus partibus fructuum ac distributionum insimul cumulatarum suas faciat, amissa tertia, idque accedente praesertim consensu Capituli et tenuitate redditus praebendae, qui, amissis distributionibus et satisfactis oneribus, eidem supersunt.

Sacra Congregatio Concilii huic petitioni *per Summ. precum* expositae die 27. Aprilis 1861 respondere censuit: *In casu de quo agitur Indultarium amittere distributiones quotidianas: sed attento consensu Capituli, pro gratia, ut Orator, durante absentiae Indulto, duas ex tribus partibus distributionum ac fructuum praebendae insimul cumulatorum percipere queat, amissa tertia, quae inservientibus accrescat, facto verbo cum SSmo.*

Ex iis colliges:

I. Qui vi praefati Rescripti a choro absunt, amittere omnes distributiones quotidianas et inter praesentes.

II. Duos tamen excipi casus, nimirum si omnes praebendae redditus adsignati fuerint pro quotidianis distributionibus. Hoc enim casu, tertiam tantum distributionum partem, qui ita abest, amittit.

III. Alterum casum, qui excipitur, illum esse in quo tenuis sit praebendae redditus pro fructibus assignatus, in comparatione distributionum.

IV. Tenuem vero, juxta Fagnani sententiam, praefatam Indulti formulam declarantis, eum esse, si unam ex tribus distributionum partibus non attingat.

V. Quo in casu, coacervatione facta omnium reddituum, ex vi rescripti qui abest tantum tertiam hujus resultantis summae partem amittit.

VI. In praesenti themate neutrum exceptionis casum locum habuisse. Redditus enim adsignati pro fructibus exaequabant redditus adsignatos pro distributionibus. Quare talis absens vi Rescripti omnes distributiones amittere debuisset.

VII. Attenta vero Capituli liberalitate, in casu, s. Congregationem indulgendum censuisse, si SSmo placeret*), Oratoris supplicationi.

o) Propter suspensionem.

(Non concessae.)

Canonicus Theologus N. in Cleri institutionem incumbebat ex mandato Episcopi in seminario Dioecesano. Sede vacante, cum officium postulasset et accepisset regii Administratoris bonorum ecclesiasticorum sub Italico Gubernio spretis censuris Vicarius Capitularis eum removit ab illo docendi officio, accedente etiam renunciatione ejusdem Theologi.

Creato atque constituto novo Episcopo Theologus ille munus obivit declarandi in templo s. Scripturas populo et Clero quod est proprium Canonici Theologi officium.

Magno apparatu initium hisce scripturalibus lectionibus datum est die 20. Febr. 1868, ita ut adsisteret Episcopus, Vicarius generalis qui fuerat Vicarius capitularis, seminarium et magnus numerus Clericorum et populi.

In sermonis exordio inter caetera Theologus ille reprehendit electionem praeteritam Vicarii capitularis ut inconsultam, asseruit

*) Capituli consensus non est legitimus titulus ad percipiendas distributiones quas quisque amittere jure debet, uti recte adnotabat Episcopus in sua informatione. Quare licet ex Capituli consensu praecipue mota sit s. Congregatio ad indulgendum Oratori, adjecit tamen: *facto verbo cum SSmo.*

se injuria fuisse submotum ab officio Magistri in seminario non sine omnium admiratione aut dolore, atque deinde in propositiones injuriosas et calumniosas prorupit adversus regimen Vicarii capitularis sede vacante ejusdemque personae.

Episcopus his auditis cum Clericis seminarii e templo illico discessit ac emisso Decreto suspendit Theologum a Missae celebratione atque deinde injunxit eidem tum ad scandalum reparandum tum ad suam conscientiam componendam spiritualia exercitia octo dies.

Theologus obedivit quoad suspensionem, sed non item quoad spiritualia exercitia, rationes adducens, quae ipsum potius condemnassent si sanioris fuisset mentis, inquiebat enim se judicio plene deliberato ea dixisse seque sperare fore, ut ea quae dixerat essent inposterum profutura; seque reum non esse cum eximium officium implevisset praedicandi super tecta etc. Cum igitur obedire adhuc detrectaret, suspensus fuit plene a Divinis et ab ingressu chori in cappa canonicali.

Nihilominus, intercedente Vicario Generali, qui antea fuerat Vicarius Capitularis, Episcopus praeclarum dedit exemplum suae pastoralis indulgentiae. Namque Decretum edidit die 6. Aprilis his verbis: »Te Canonicum (N.) a censuris quas infliximus liberamus et solvimus et jurium tuorum exercitio restituimus. Memineris tamen, Nos te solvere non posse ab obligatione qua teneris vi legis Divinae reparandi scandalum gravissimum ... Et quousque hanc reparationem non dederis, tibi nunquam facultatem dabimus absolvendi a peccatis, quapropter caebis: neque consueta amicitiae signa quae aliis Canonicis et Sacerdotibus damus tibi dare poterimus.« In memoriam eidem revocavit non posse a Confessariis absolvi quin satisfaceret obligationi reparandi scandalum.

Haec obligatio reparandi scandalum ita declarata visa est ejusmodi Canonico illi, ut frustraneam redderet absolutionem a censuris, ideoque se abstinere perexit ab ingressu chori.

Denique in irritum cessis etiam fraternis Canonicorum consiliis ut Episcopi mandatis plene pareret, preces convertit ad S. C. Ep. et Reg. ut irritis declaratis suspensionis Decretis eidem restitueretur praesentia in choro cum ex facto non proprio sese abstinuerit atque reintegraretur in exercitio omnium jurium prouti ante suspensiones gauderet.

Servatis itaque de more servandis causa sub infrascriptis dubiis proposita est coram s. Congregatione.

Licet post absolutionem a censuris superfluum in praesentia fuisset de earumdem validitate disputare, tamen aliquid adnotare necesse erat, ut inde ferri judicium posset super secundo dubio. Quare ex officio nonnulla sunt animadversa favore Theologi, quae gravitatem injuriarum calumniarumque attenuare videbantur, posita autem culpae levitate, observabatur, suspensionem esse gravem poenam quae infligi non potest nisi ob ea delicta *propter quae* delinquentes suspendi debeant vel deponi, quemadmodum praescripsit *Alexander III. cap. 4. de jud.*, cujus integer textus ita legitur: *At si Clerici coram saeculari judice convicti fuerint vel confessi de crimine, non sunt propter hoc a suo Episcopo aliquatenus condemnandi. Sicut enim sententia a non suo judice lata non tenet, ita nec facta confessio coram ipso. Si vero coram Episcopo de criminibus in jure confessi sunt seu legitima probatione convicti, dummodo sint talia crimina, propter quae suspendi debeant vel deponi, non immerito suspendi sunt a suis ordinibus vel ab altaris ministerio perpetuo removendi.*

Item Benedictus XIV. in opere *de syn. dioec. lib. 10. cap. 1.* docet: »Quamquam pauci quidam Doctores affirment, suspensionem et interdictum ob levem culpam ferri posse, rectius tamen alii docent, suspensionem a Divinis seu ab officio et Beneficio ad longum tempus, atque interdictum etiam personale si non partiale sit, sed integrum et totale, nec valide propter culpam levem, nec prudenter propter lethalem, quae gravioribus non accenseatur, irrogari.«

Posita itaque levitate culpae primam suspensionem videri saltem exorbitantem, quae quoque major evasit ob indicta spiritualia exercitia multoque gravior per subsequentem suspensionem a Divinis et ab ingressu chori in cappa canonicali, atque uno eodemque titulo plures poenas fuisse cumulatas contra dispositionem ss. canonum *cap. 4. § 2. de judiciis*, cum Judex non debeat reum duplici contritione conterere: ibi enim legitur: »*De adulteriis vero et aliis criminibus, quae sunt minora, potest Epis-*

copus cum Clericis post peractum poenitentiam dispensare. Sed non debet quemlibet depositum pro suis excessibus (cum suo sit functus officio nec duplici debeat ipsum contritione conterere) judici tradere saeculari.« Quare videri revocandnm esse snspeusionis Decretum atque Canonicum reintegrandum esse in omnibns suis juribus.

His aliisque animadversis favore dicti Canonici consideratnm hinc est, non semel s. Congregationem Concilii declarasse deberi Beneficiariis a choro absentibus ob injustam inquisitionem ant vexationem omues qnotidianas distributiones caeteraque emolumenta, ac si choro praesentes fuissent, ut in *Arianen. 21. Apr. 1635*, in *Anagnina 23. Aug. 1681*, in *Imolen. 19. Nov. 1707*, in *Lucana 23. Jul. 1716*, in *Ferentina 2. Augusti 1721.* In specie vero quoad impedimentum ex censuris derivans scripsisse Ferraris *Bibl. can.* verbo: *Distributiones art. 1. n. 28:* »Canonico excommunicato ac postea per sententiam absoluto, qnae in rem judicatam transivit, deberi distribntiones qnotidianas et si quae alia sunt emolnmenta, qnae ab infirmis percipi consueverunt, censnit s. Congregatio Concilii, ut refert *Fagnanus* etc.« Item *Barbos. Jur. eccles. univ. lib. 3. cap. 28. n. 73:* Suspensus injnste ab officio vel Beneficio lucraretur distributiones qnotidianas, quamvis divinis officiis non intersit.

Commemoratis injuriosis verbis atque calumniosis, qnibns persona quae functa erat mnnere Vicarii capitnlaris graviter affecta fuerat, qnaeqne Archidiaconatus dignitate decorata tam Capituli quam novi Episcopi eximiam existimationem promerita fuerat tum in dicto mnnere Vicarii capitnlaris eidem collato, tum in novo mnnere Vicarii generalis, atqne proinde pnblicam existimationem animadversnm est, easdem injurias evasisse inspectis circnmstantiis concomitantibus superius judicatis: quare non videri Episcopum praetergressnm fuisse sni officii liuites si ob pnblicam injuriam calumniosamqne detractionem suspensione affecerit detractorem et calnmniatorem eumque coegerit ad scandalum gravissimnm reparandum, necnon, pertinacia perseverante, censuram auxerit.

Caeterum de censuris in praesentia eumdem Canonicum conqueri non posse, cum jam fuerit absolutus; neque eumdem liberari posse, cum jam fnerit absolutus; neque eumdem liberari posse ad scandalnm reparandum, cnm id ex divina lege sit praescriptum et ad calumnias retractandas, quemadmodum docent Auctores Theologiae moralis.

Quin imo in ipsum societatis commodum civiles etiam leges ad palinodiam auctorem injuriarum damnasse, *Voet. ad Pandectas lib. 47. tit. 10. n. 17. et seqq.* in qno inter caetera docuit: »Non in omnis generis injura locum habet palinodia, sed tantum in verbali, nt ita, verbis recautando, medelam adhibeat, qui verbis laesit et eodem modo purgetur injuria qno illata est. »Non itaque immerito Episcopnm incnlcasse Canonico obligationem reparandi publicam laesionem honoris, etiam indepenclenter a censuris.

Hisce autem positis facile consequebatur, nou potuisse Canouicum exigere quotidianas distribntiones et reliqua emolumenta quae praesentibus in choro obveniunt. Atque accurate distiuctis duabus temporum differentiis, idest a censuris inflictis usque ad earumdem absolutionem et ab absolutione et deinceps, animadversum est priori temporis spatio ob justam suspeusionem non potuisse distributiones percipere, *Ugolin. tract. de censur. 4. cap. 6.* aliqne et S. C. Coucilii in *Castren. 30. Martii 1726*, in qua Beneficiarius de inflicta ab Episcopo suspensione conquestus a s. Cougr. obtinuit responsum: *Non esse amplius molestandum.* Vi hujus responsi quaesivit etiam distributiones a tempore inflictae suspensiouis usque ad dictum responsum et proposito dubio coram eadem S. C.

An Sacerdoti Domiuico ... absenti debeantur distributiones et introitus *(id est caetera emolumenta)* ecclesiae receptitiae, iu qua adscriptus et admissus reperitur in casu? S. Cougregatio die 13. Apr. respondit: *Negative et amplius.*

Ad tempus subsequens quod spectat nihil impedimento fuisse Cauouico, quomiuus choro interveniret, ideoque ejusdem voluntati esse adscribendam a choro absentiam; proindeque easdem distributiones eidem non deberi juxta dispositionem Bonifacii VIII. *cap. unic. de Cler. non resid. in 6.* a Concilio Trid. iuovatam in *sess. 24. cap. 12. de Ref.*

His aliisque auimadversis proposita sunt resolvenda

D u b i a:

I. An et quomodo Sacerdos N. reintegrandus sit in libero jurium exercitio, quibus gaudebat ante actum suspensionis in casu?

II. An et quomodo concedenda sit eidem Sacerdoti praesentia in choro a tempore Decreti diei 20. Febr. 1868 usque iu praesens in casu?

S. C. Episcoporum et Regul. die 29. Febr. 1869 causa cognita respondere censuit

Ad I: *Provisum per Decretum Episcopi diei 6. Aprilis 1868 cui Sacerdos* N. *pareat.*
Ad II: *Negative.*

Ex quibus colliges:

I. Ad normam ss. Canonum suspensionem a Divinis idest ab officio et Beneficio ad longum tempus infligi non posse nisi ob graviores lethales culpas.

II. Canonicum a Diviuis suspensum non percipere distributiones chorales et reliqua emolumenta tempore absentiae causa hujus suspeusiouis de cujus injustitia non constet.

III. In praeseuti themate Canouicum injuriam et scandali auctorem Episcopo reluctantem sibi adscribere debuisse magna ex parte absentiam a choro, cui intervenire non semper fuerat prohibitus.

p) Timoris causa non concessa.

Vd. p. 1257. a; 1263. i.

In perturbatione rerum politicarum Hispaniae, dum novum Gubernium renueret solvere cauonicales peusiones, Josephus Canonicus dereliquit Cathedralis locum aufugitque in patriam suam. Idque ille fecit, ceu retulit, nedum ut devitaret pericula carceris, sed etiam ut propriae consuleret substeutationi. Rediit postea ad Cathedralis locum, sed novo orto civili bello, iterum patrios remeavit lares anno 1870, patefacta, ut ille ait, voluntate abeundi tum Episcopo tum Capitulo.

Confecto bello rebusque compositis ad residentiae locum remeavit die 10. Februarii 1877 et sui Canonicatus portionem a Gubernio solntam quae penes Capitulum loco depositi asservabatur repetiit. Sed incassum: quandoquidem Capitulum innixum cuidam dispositioni Statutorum capitularium portionem solvere renuit. Eapropter Canonicus Josephus supplici oblato libello die 21. Martii 1877 ad S. C. C. confugit, enixe rogans nt declararet sibi jus esse contra Capitulum, tempore quo abfuit, Canonicatus sui participationem tam persolutam qnam persolvendam viudicandi vel saltem ut cum eo benigne dispensetur.

Inprimis frustra Orator adlaborare videtur, nt suam diutiuam justificare absentiam valeat, tum metu carceris tum defectu congruae sustentationis. Nemiuem enim latet, metum ut excuset ab obligatione et in casu ab ouere residendi debere esse talem, qui in hominem constantem cadat: neque enim vani timoris ulla excusatio est, *L. Metum 6. 7. ff. quod metus causa l. 184. de Regul. 9;* nec sufficit quolibet terrore adducto quemquam timnisse, *l. metus 3. ff. ex quibus causis. majores.* Nec satis gravis est metus vexationis alicujus, nisi et vincula praesentia potens adversarius minatus sit, *L. ult. §. ff. quod metus causa;* metum enim non jactationibus tantum vel coutestationibus, sed atrocitate facti purgari convenit, *L. 7. et 9. cit. tit. et* Bossius *cap. 11. § 4. n. 14. 16.* statuit ad constituendum metum legaliter justum seu cadentem in virum constantem, nedum requiri *quod malum sit absolute et in se magnum et grave, sed etiam quod metuens non possit facile illud depellere aut illi occurrere.* Hisce in casibns vere quis dici posset impoteus ad resistendum: impotentia enim dicitur ut tradit *Barbos. de Canonicis cap. 24. n. 39.* quando absentia non est voluntaria sed ab aliquo facto causatur; ita nt non stet per beneficiatum quominus resideat. Deinde juxta famigeratam regulam quod metus non praesumitur sed esset ab allegante probandus et quidem plene et concludenter, ad tradita a *Piton. Discep. 110. n. 34., a Voet. lib. 4. tit. 2. n. 14.* Atqui haec omnia in themate deficere, facile ex ipsa relatione Episcopi patet: *Nec enim*, ait, *constat Oratorem juste aut injuste carceratum fuisse nec ad id coinquisitum scio, nec credo nec illi quemquam intendisse minas unquam audivi.* Non major igitur illi quam ceteris Cauonicis timor imminebat. Cum itaque hi beneficii sedem non reliqueriut, nec orator relinquere debuit.

Quare cum nec carceris nec vitae timor Oratori immineret, justa illi causa residentiae deserendae defuisse dicenda est, ac nedum distributiones amisisse dicendus est, juxta *Cap. unic. de Cleric. non resident. in 6.*, sed etiam fructus praebendae, quibus privandus est juxta sanctionem Trid. *cap. 12. sess. 23. de Ref.* quin effugium invenire possit si agatur de an. 1870 in statutis capitularibus quae decernunt, ad lucrandam grossam sufficere 4 menses sive continuos sive interpolatos. Scitum enim est quod inferior dero-

gare non valet legi superioris, idest legi universali ecclesiae quae ejusmodi statuta expressa sustulit in Concil. Trid. *d. cap. 12. §. praeterea* ibi: *Cujuslibet statuti*, ita Pignatelli *Consultat. 115. n. 3. t. 9.*

Posito etiam quod inopia pressus fuisset Canonicus, non proprio marte ei erat deserenda residentia, sed ea causa Capitulo et superiori erat patefacienda; a quibus nedum tacita sed expressa licentia tribuenda erat. Audiatur sane Pignatel. *consult. 26. num. 13.* ibi: *de justa vero causa est textus ad cap. un. de Cler. non residen. in 6° post mediet.* ibi: *exceptis illis quos infirmitas seu justa et rationabilis corporis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret, quod in usum revocavit Trid. d. sess. 24. cap. 12. et declaravit S. C. Episcoporum in Lancien. 4. Aprilis 1607, inquiens quod causa justa debet approbari non solum a Capitulo, sed etiam ab Ordinario.* Post hoc vero inutile foret ad dispensationis gratiam convolare ut dictus Canonicus fructus praebendae et distributiones repetere posset a Capitulo siquidem Princeps gratias non concedit in praejudicium tertii, *cap. Quamvis de rescriptis in 6°.* Praejudicium in themate adesset, cum Canonicis vel ecclesiae deberent dicti fructus et distributiones accrescere juxta *Glos. in Clem. 2. v. pars dimidia* et Trid. *sess. 21. cap. 2. sess. 24. cap. 12.*, Pignatell. *consult. 124. num. 17. t. 1.*

Contra vero expendendum quod, justa et legitima causa absentiae subsistente, Canonicus absens et fructus praebendae et distributiones lucratur. Causae vero recensentur a Bonifacio VIII. *in cap. unic. de Cler. non resid. in 6°* ibi: »*exceptis his quos infirmitas vel justa et rationabilis corporis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas . . .*« *quam Const. in usum revocat Trid. sess. 24. cap. 12. de Reform.*

Jam vero non residendi justam causam praebere Canonicis bellum *) ejusque metum firmat *Rota Decis. 141. n. 1. par. 17. in Recent.* ibi: »Cum bellum ejusque solus timor praebeat justam causam non residendi, ut tenet Barbosa in *collectan. ad Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. n. 100. de Reformat.*, Moneta *de distrib. quotid. par. 2. gloss. 5. num. 73 . . .*; ratio quia nemo tenetur vitam suam periculo exponere ut notatur in *cap. 1. De Cleric. non resid. et in capit. Cum personae ubi gloss. in verbo de pericul. n. 6.* Et ad hunc effectum idem operatur metus et suspicio belli quod ipsum bellum et sufficit justus timor, quamvis malum aut periculum non contingat, Cravet *n. 5. cons. 318.* cum aliis: et hoc valet etiamsi bellum non sequatur.« Cfr. etiam Piton. *discept. eccl. n. 11.* ubi citatur etiam dictum tragici Senecae »*Pejor est bello timor ipse belli.*« Ratio autem est, ut ait Barbosa *de Canonicis cap. 34. num. 39.* quia mens s. Pontificis *in cap. unic. de Cler. resid. in 6°* est excludere ab istis distributionibus negligentes vel contemnentes residere, non autem impotentes; et impotentia dicitur quando absentia non est voluntaria, sed ab aliquo facto causatur ita ut non stet per beneficiatum quominus resideat, *Calder. caus. 17. de praeben.* ubi considerat non solum vim de facto illatam, sed etiam probabiliter praevisam excusare a residentia, quia non debet quis expectare periculum personae, *Cfr. Rota coram Molines decis. 808. num. 8. et seqq.* Nec alia fuit mens S. C. Congregationis in *Fundana diei 3. Julii 1734, in Carpen. 17. Septembris 1616* et in nuperrima *Palentina distributionum diei 20. Julii 1778.*

Cum igitur, ut metus justus legaliter sit seu cadens in virum constantem, non oporteat ut adsit vera et realis magni mali illatio in metuentem, quia tunc non metus seu timor sed damnum diceretur, sed sufficiat malum inferendum seu mali periculum imminere, seu, quod idem est, sufficiat timor justus et probabilis illationis mali, ad tradita *per L. 1. nec timorem ff. de eo quod metus causa et L. 3. §. Armis ff. de vi et vi armata et tradunt Mascard. conclus. 1057. n. 17. et alii*, consequens est, justam et legitimam fuisse causam quae praefatum Canonicum a residentia arcuit. Quin juvare valeant capitulares defectus sive licentiae, quae ab Episcopo et Capitulo petenda erat ut fructibus praebendae et distributionibus frui posset, vel saltem protestatio facienda. Nam notat Piton. *discept. eccl. 36. num. 4.* quando agitur de Canonicis seu Beneficiatis et in his casibus in quibus sunt licentiati a jure, non requiritur licentia hominis seu superioris, ut distinguendo inter Canonicos et Curatos tenent Barbos. *de Canonicis cap. 24. n. 26.*, Pignat. *cons. 36. num. 4. t. 9.*, *Rota decis. 117. n. 17. part. 15. recent.*, Fagnan. *in cap. Relat. num. 18.*, Garz. *de benef. p. 3. c. 2. num. 95.*

*) Vd. *p. 1257. a.*

Hisce breviter tum in jure tum in facto rationum momentis praelibatis EE. Patribus remissum fuit sequens dirimere

Dubium:

An et qui fructus praebendae canonicalis et quae distributiones pro absentiae tempore debeantur sacerdoti Josepho in casu?

S. C. C. re disceptata sub die 14. Augusti 1880 respondit:

Negative, excepto tempore, quo judicio Episcopi rationabilis adfuit absentiae causa.

Ex quibus colliges:

I. Nullam esse excusationem vani timoris; sed solummodo metum cadentem in virum constantem excusare posse Canonicum ab onere residendi.

II. Ad constituendum metum legaliter justum et cadentem in virum constantem nedum requiri quod malum sit in se magnum et grave, sed etiam quod metuens non possit facile illud depellere.

III. Impotentem ad resistendum censeri, qui huic metui occurrere nequeat: etenim verificatur impotentia, quando absentia non est voluntaria, seu quando non stet per beneficiatum, quominus resideat.

IV. Metum, propter quem onera non implevit propria Canonicus in themate, videri haud esse legaliter justum neque excusare a residentia, quum debitis destituatur requisitis.

V. Constare enim, ait Episcopus, numquam Canonicum istum juste aut injuste carceratum aut conquisitum fuisse neque eidem minas quemque intendisse.

6) Administrationis modus vetitus.

Signina.

Ex pervetusta et immemorabili Signinae Cathedralis consuetudine omnia omnino bona ad Capitulum spectantia (exceptis dumtaxat Praebendis) pro distributionibus quotidianis assignata sunt. Porro in constitutionibus capitularibus *cap. IX. de officio Camerarii* haec ad rem habentur:

»Totius mensae capitularis exceptis singulorum praebendis erit (Camerarius) immediatus administrator et propterea . . .«

»Omnes Capituli pecuniarios redditus ipsius erit statutis temporibus exigere et capitularibus distribuere pro rata servitii praestiti juxta supputationem fallentiarum prius conficiendam etc.«

»Capituli frumenta, fabes, hordea et alias segetes quascumque in commune horreum fideliter congregari curabit, ... quae segetes omnes ex massa communi et anniversariorum collectae fuerint dividi faciet, ut superiori §. de pecuniis dictum est inter choro addictos etc.«

1758 Canonici ejus temporibus indictis die 2. Maji rite comitiis ab exposita administrationis methodo recedendum statuentes id consilii coeperunt ut singulis annis inter sese dividerent nonnulla praedia rustica et unusquisque in meliorem portionis suae culturam incumberet, ita tamen ut quidquid lucri ex iisdem fundis annuatim obveniret, integrum in communem arcam statuto tempore versari deberet et inde in distributiones quotidianas inter Capitulares juxta texationem inibi statutam, quae fere redditum medietatem pertingebat, partiretur.

Sensim sed vero portionem suam unusquisque Canonicus sibi addicere arbitratus est, quasi ex praebendis proveniret et seposita distributionum ratione haud amplius fallentiae ab iisdem detrahebantur donec jurgiis ac controversiis inter Capitulares obortis iisque ad s. Congregationem deductis tandem negotium omne die 4. Aug. 1830 per hujusmodi decretum definiri ac componi valuit, nimirum: »Praevia confirmatione resolutionis capitularis 2. Maji 1758 ac sanatione et condonatione summarum a Canonicis hactenus perceptarum imposterum servetur eadem resolutio et quilibet ex Canonicis praeter fructus agrorum deponere debeat in manus Camerarii summam pecuniae taxatam in praefata resolutione pro massa distributionum.«

Verumtamen ea fuit Capitularium aut pervicacia aut ignavia, ut posthabito prorsus decreto pecuniae divisio aequis partibus, nulla habita choralis servitii ratione prout abusus inveteratus ferebat, ad haec usque tempora peracta fuerit, quin ullus ex ipsis contradiceret. Id tandem contigit 1851 quo, quum distributionem scutatorum fere triginta solito more Camerarius inter Canonicos peregisset, oppositores expertus est Canonicos Josephum Manni, Joseph Forti et Anselmum Amadio. Ii siquidem primum rogatum adierunt Episcopum, ut praefata pecuniae

distributio ad tramites constitutionum capitularium ac Trid. Synodi expleretur. Reque vera querelas illico excepit Episcopus; qui exquisita super negotio Capituli deliberatione cunctisque rerum adjunctis mature perpensis die 25. Jan. 1852 recurrentes hortatus est ad uniformarsi alla risoluzione capitulare la quale tende a quietare la coscienza pei difetti passati, e a stabilire una norma indeclinabile, onde non abbiano a riprodursi per l'avenire, lasciando ai medesimi la libertà di sperimentare le loro ragioni nel modo che semprerà loro più utile e conveniente.

Reque vera postquam statum reddituum cujusque canonicatus confecerint, quotam vix scutatorum septuaginta duo praeferentem, supplices steterunt coram s. Ordine: »perchè degnisi dare effetto a quella loro risoluzione con fissare le fallenze in modo, che un Canonico illegalmente assente abbia a pagare quotidianamente bajocchi dieci.«

Sed jam memorati 3 Canoniei posthabita Episcopi hortatione praevenerant postulantes a s. Ordine: »perchè voglia ordinare che venga regolata la distribuzione suddetta (di scudi trenta) a norma delle capitolari costituzioni, non ostando aver già consegnato a molti de' Canonici la somma suiudicata pro rata aequali; giacchè devesi esiggere altra somma di scudi quarant'uno per l'istessa provenieuza, e sopra di questa può benissimo farsi cadere la puntatura dell' anno intiero.«

Relationem super negotio pleno calamo suamque sententiam tradit Episcopus de more rogatus. Et primo fatetur vel ipse inductam abusionem haud esse ferendam utpote e diametro puguantem cum capitularibus constitutionibus et praesertim cum memorato rescripto s. Congregationis: ast id potissimum culpae tribuendum antiquiorum Canonicorum, praesertim Manni et Toti, qui de tempore editi decreti in Capitularium albo recensebantur, quique nedum eidem sese conformare non cogitarunt, sed neque noviter receptos Canonicos de ejusdem existentia monuere: unde bonam horum fidem adstruit. Miratur imo quod Canonicus Toti de hodierni Camerarii facto queratur, cum vel ipse in eamdem culpam inciderit, dum idem munus 1832 gerebat, summam scutator. 100 inter Capitulares aequali portione distribuens, nulla habita ratione ad fallentias. Miratur etiam Oratores tantis conscientiae stimulis angi pro distributione 30 scutatorum sine fallentiarum supputatione peracta, dum satis pie arbitrantur summas alias ex toto accipere et retinere posse quae ex terris ab ipsis singulariter administratis obveniunt, quaeque eodem modo eaque regula dividi deberent. Eorum hinc querelas non bonae conscientiae, sed turbulento ingenio tribuendas esse.

Ad rem autem propius accedens animadvertit, nedum difficile, sed impossibile esse, distributiones factas ad tramites capitularium constitutionum nunc recomponere, quia fallentiarum tabulae frustra desiderantur. Quod locum etiam habere ait quoad distributionem, de qua questus movetur cum ipsa referatur ad pecunias lucrifactas superiori anno capitulari 1850 ad 1851, cujus punctaturae, reddita jam administrationis ratione, suum exitum et ipsae habuerunt, ac proinde eorum tabulae nullo prorsus modo asservantur. Quocirca s. Ordinem obtestatur, ut tribus Canonicis conquerentibus silentium imponat et summas pecuniarias a Canonicis hactenus perceptas sanare et condonare dignetur.

Ut autem norma tuta et iudeclinabilis inposterum statuatur, in votis ipsi Episcopo esset ut Capituli petitio benigne exciperetur, in eo posita, ut distributiones quotidianae pro supputandis fallentiis in summa unius julii quolibet die et pro quolibet Canonico taxentur; quod quidem dum aequum existimat, habito respectu ad peculiarium praebendarum exiguitatem, quorum pleraeque vix ad tria scutata pertingunt, quam maxime etiam expedire sibi pollicetur ad permultas in eodem Capitulo controversias praecidendas.

Quibus in facto positis paucis in jure controversia perstringi posse videtur. Nec enim Episcopus nec Capitulum inficiantur distributiones quotidianas interessentibus solum divinis officiis tribuendas esse, non obstante quocumque statuto aut consuetudine in contrarium: ita ut qui aliter illas receperit (exceptis casibus a jure statutis) ad earum restitutionem teneatur. Siquidem distributionum non jure perceptarum dominium non acquiri nec eas proprias fieri traditur in *cap. unic. de distrib. in 6.* et confirmatur a *Trid. Synodo sess. 24. cap. 12. de ref.* ubi ad observantiam revocatur dictum cap. non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus. Et consonat s. Congreg. in *Derthonen. 12. Sept. 1829* et in *Ipporegien. 30. Jan. 1830.*

Patet etiam prohibitam ex cit. cap. Trid. super distributionibus quamcumque remissionem aut collusionem, ob eam potissimum rationem, quia alioquin ansa praeberetur Canonicis sese eximendi a chori servitio sub spe condonationis earum distributionum quas ob ignaviam amittere deberent, quod quidem in diminutionem divini cultus vergere animadvertit *Pignatell. consult. 15. tom. 6.* et s. Congregat. in *Urbinaten. 19. Martii 1763* et contenis aliis. Neque hinc Episcopo vel Capitulo distributiones condonandi facultas inest, teste *Benedicto XIV. instit. 107. § 8. n. 42.*, quinimo, si Canonici hujusmodi distributiones sibi invicem remitterent, Episcopus deberet eas in poenam fraudis fabricae ecclesiae aut alteri pio loco applicare. Haud refragante vel quod Canonici divinis interessentes, postquam absentium portionem perceperunt, illas quibus placuerit dare valeant, *Reiffenst. tom. 3. tit. 4. de cler. non resid. § 6. n. 181.*, vel quod diu exactae non fuerint, quum et post annos 30 adhuc exigi posse demonstret *Moneta de distrib. par. 3. quaest. 3. n. 16. et 17.*

Videndum nihilominus num legis rigorem attemperandum suadeant rerum adjuncta. Duo Episcopus animadvertenda proponit, impotentiam nimirum praeteritas distributiones ad normam juris reducendi ob deficientes fallentiarum libros variasque Capitularium vicissitudines, necnon bonam fidem, qua in eorum agendi ratione versatos fuisse Canonicos existimat. Porro bonam fidem indulgentiae ac condonationi quoad praeteritas amissiones aditum reservare planum est et habetur exemplum pro eodem Capitulo in rescripto diei 1. Augusti 1830 et in *Turritana 14. Decb. 1839.*

Quaerendum potius est num ratio suppetat probandi distributionum seu fallentiarum supputationem quam Capitulum et Episcopus insinuant, ex qua haud exignam chorali servitio utilitatem oborituram sperant. Congrua profecto videtur summa distributionibus assignata in scutat. 36, cum oneri choralis servitii substinendo emolumentum etiam scutat. 30 s. Congregatio probaverit, ut in *Massanen. 14. Decb. 1822.* et *Florentina 24. Nov. 1832.* Ast perpendendum in themate, totam bonorum massam distributionum naturam induere in vim capitularium constitutionum; quo posito ambigi posset, num nova distributionum taxatio locum habeat: quandoquidem dispositio conciliaris *cap. 3. sess. 21. de ref.* tribuit in priori parte facultatem Episcopis tertiam fructuum partem ex quibuscumque proventibus ac proventionibus dividendi pro distributionibus quotidianis, ubi nullatenus statutae sunt vel ita tenues, ut verosimiliter negligantur.

At cum plenius per capitularia statuta fini legis provisum in themate videatur vel saltem per resolutionem capitularem 2. Maji 1758, cujus observantiam alias ipsimet Capitulo demandavit s. Congregatio satis eidem legi conciliari satisfactum fecerit, nil est cur distributiones non debeant normam sumere ab alterutra ex praefatis dispositionibus, siquidem Concilium in postrema parte cit. cap. 3. sartas tectasque servavit consuetudines earum ecclesiarum in quibus non residentes, seu non servientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt.

Sed erit EE. PP. ea qua pollent juris sacri peritia dirimere

D u b i a:

I. *An sit locus condonationi super indebita distributionum perceptione quoad praeteritum in casu?*

II. *An et quomodo sustineatur distributio reddituum facta a Camerario die 30. Decb. 1851 in casu?*

III. *An et quomodo probanda sit fallentiarum taxatio a Capitulo proposita in casu?*

S. C. resp.:

Attentis peculiaribus circumstantiis ad I. et II.: Affirmative celebratis 5 missis cum cantu facto verbo cum SSmo.

Ad III: Affirmative in omnibus ad annum et ad mentem: mens est, ut Episcopus proponat s. Congregationi modum restituendi communem administrationem substantiae distributionum quotidianarum juxta primaevam institutionem.

Die 29. Julii 1854.

7) In Alternativa concessa.

Vd. t. III. p. 1061. II; 1105. III.

8) Anni primi ex consuetudine non solvendae.

Vd. t. III. p. 1111.: *Tricaricen.*

9) Anniversariis interessentibus tantumne competunt?

Vd. *Distribut.* (infirmi; jubilati, caeremoniarii.)

Romana.

Reportato Indulto ex causa infirmitatis per Jo. Petrum Strada Canouicum Collegiatae ss. Celsi et Jnliani ab hac s. C. cum clausula consueta, *ut interim omnes fructus et distributiones quotidianas sui Canonicatus perciperet, non secus ac si Choro et divinis Officiis personaliter interesset*, plures exortae fuerunt controversiae inter ipsum et Capitulum, resolutae sub die 5. Maji 1703. et 27. Juuii 1705., et iuter alia dubia propositum fuit:

An Canonico Stradae, cui ex causa infirmitatis fuit concessum Indultum vacandi a Choro aliisque Officiis divinis, illud etiam suffragari valeat pro Laudemiis, Quindenniis, capitulis actibusque capitularibus, anniversariis, festivitatibus etc.?

S. C. respoudit:

Affirmative, etiam quoad Laudemia, exceptis anniversariis aliisque obventionibus non fixis et in quibus diversimode non fuerit a Testatoribus dispositum.

Sed uuper praetendente Capitnlo non deberi antedicto Canonico ratam partem qnorundam anniversariorum, quorum particulae in summario dabuntnr, ex qnibus ex testatorum praescripto excludi praetenduutnr, etiam Infirmi absentes; quocirca fuit concordatum infrascriptum dubium, quod ex deducendis hinc inde a partibus EE. PP. dignentur resolvere:

An debeantur Anniversaria Honuphrii Pontani, Antonii Landi et Vincentii Langerii in casu etc.?

S. C. C. resp.: *Negative.*

Die 17. Mart. 1708.

Bossanen.

Episcopns ss. Apostolorum limina visitaturus ad praescriptnm Constitutionis 15. Xisti V. exhibuit relationem Statns snae Ecclesiae ac inter cetera exposuit, qnae sequntur: »Quando pro re nata in mea Dioecesi, Palatio episcopali vel aliis Ecclesiis ejusdem Dioecesis Pontificalia exercere soleo, juxta Caeremoniale Episcoporum dnos Canonicos mihi astitnros adhibeo, sed multoties isti ad horam debitam et tempus opportnne assignatnm non accedunt iu illis diebus, in qnibus in Cathedrali quaedam Anniversaria legata celebrantur, qnae ad qnotidianas distributiones non pertiuent et ex voluntate talinm legatorum institutorum inter praesentes solum dividi consueverunt. Possem ex Pontificalibus ad libitum celebrandis in dies non impeditos aliqna trausferre; ast non possum ea sic mntare, qnae suos dies certos habent atque praefixos. Ne ab aliquibus Pontificalibus uecessariis abstinere cogar, et qnae sunt celebranda, careant debita solemuitate, rogo euixe S. V., ut dignentur super iutentione legatorum fundatorum dispensare, ut praefati duo Canonici pro praesentibus habeantnr, sicuti pro praesentibus habentur Capituli Exactores, Procnratores et etiam Canonicus Poenitentiarius, ob qnandam saltem juris fictionem, cum hi majori privilegio gaudere nou debeant, quam illi, qui ad Pontificalibus iuservieudum a me assnmuutur.« *)

Ad ineundam deliberationem de eo, quod sit Episcopo rescribendum, operae pretium erit nouuulla hic annotari. Porro certum est Canouicis, qui Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti assistere et inservire debent, ut a s. Coucilio statuitur *cap. 12. §. Omnes vero. sess. 24. de ref.*, distributiones quotidianas competere, dum id officii praestant erga Episcopum sive in Cathedrali sive iu aliis Civitatis locis ejusve suburbiis, quemadmodum a s. Congregatioue declaratum fuisse testatnr *Fagnan. in cap. Licet n. 168. de Praebend.* Quamquam si ex diverso assistere Canonici veliut Episcopo rem sacram privatim facienti, cum ad id miuime teneantur seclusa cousuetudine, distributiones quotidianas eo tempore amittant, juxta aliam s. Congregationis resolutiouem, quam citant *Fagnan. in cap.: Exposuisti n. 105. de Praebend., Pignatell. consult. 83. et recentius in Arianen. Assistentiae 17. Maji 1704.*

At non eadem videtnr esse ratio, qua ad emolumenta assignata iis, qui celebrationi Anniversariorum intersint. Haec enim non a Beneficii titulo proficiscuntur nec juxta naturam Distributionum destiuantur in mercedem servitii, quod praestetur Ecclesiae, sed cum a pecnliaribus Fundatorum legatis promanent, non alia mente censentur relicta, quam ut percipiantur ab iis, qui re ipsa intersint celebrationi Anniversiorum ad Divinam opem implorandam pro defunctorum suffragio, ut advertunt *Monet. de distrib. par. 1. qu. 3. n. 10. et seqq., Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. prax. for. Eccles. annot. 19. §. 2. n. 4., Panimol. decis 20. annot. 3. n. 72. et seqq., Piton. discept. Eccles. tom. 1. n. 35. et de controv. Patron. tom. 2. alleg. 64. n. 2. et 3., Eminent. Petra ad Const. 12. Innocentii III. sect. 2 n. 22. et 25. tom. 2., Rot. dec. 59. n. 6. et 7. par. 7. rec. et in Gerunden. Prioratus dec. 732. n. 12. et dec. 863. n. 9. i. et seq. cor. Molines.*

*) Vd. *p. 1265. k; 1272. m.*

Angetur vero etiam difficultas, cum ipse Episcopus referat ex voluntate eorum, a quibus Anniversaria sunt instituta, consuevisse inter praesentes tantum distribui eornm emolumenta. Id enim significare videtur Testatores expresse cavisse, ut nonnisi praesentes potiri ea mercede possent. Quamvis autem proposita simili quaestione de Canonico pontificium Iudultum habente multa in utramque partem argumenta circa Anniversariorum lucra colligat *Pignatell. consult. consult. 16 a n. 4. ad 17. et a n. 26. ad 37. tom. 3.* Haec tamen s. Congregatio perstitit in ea sententia, ut si Fnndatorum mens veram postulet praesentiam ad percipienda Anniversariorum emolumenta, minime competat eorum participatio Canonicis, qui justo etiam titulo absint vel pontificium Indultum ad percipieuda canonicalia emolumenta impetraverint, etiamsi divinis Officiis non intersint, ut tradit Emineut. *Petra loco supra citato num. 27. et seqq.* et compertum redditur ex inferius recensendis exemplis.

Electoris Coloniensis precibns annnens Pontifex indulserat, ut aliquot Canonici iu Ecclesiae illius gubernatione occupati proventus, distributiones et emolumenta quaecnnque percipere possent, quibus etiam soli praeseutes et divinis Officiis interessentes frui consuevisseut. Die autem 8. Maji 1671. disceptato hoc Dubio:

An stante generalitate et amplitudine verborum Indulti veniant omnes distributiones quotidianae sive annexae sive separatae a corpore Praebendae sive in Anniversariis seu aliis piorum memoriis et fundationibus consistant?

Rescriptum fuit: Affirmative, quando aliter non fuerit dispositum a Testatoribus.*)

Similis quaestio fuit etiam agitata in *Leodien. Indulti.* Indultum praeseferebat, ut Canonici, quorum opera uteretur Episcopus in Ecclesiae et Dioecesis regimine, lucrari possent omnes fructus, obventioues et emolumenta quaecunque ac distributiones etiam qnotidianas, ordinarias et extraordinarias, perinde ac si personaliter residerent divinisque Officiis assidue interessent. Ad Dubinm vero ita conceptum:

An Indultum pontificium concessum Episcopo et Principi Leodiensi suffragetur Canonicis pro servitio illius Dioecesis et Principatus assumptis ad effectum consequendi distributiones quotidianas, Anniversaria omniaque emolumenta, quae debentur ratione personalis residentiae et interessentia in choro?

Die 10. Julii 1717. rescriptum fuit: Affirmative, dummodo aliter uon fuerit dispositum a Testatoribus.*)

Ageudo autem de ludulto, quod vocant Jubilatiouis, tribui per illud solet jus percipiendi fructus et distributiones, *non secus ac si quis choro et divinis Officiis personaliter interesset.* Itaque iu *Novarien. Jubilationis 2. Oct. 1677.*, cnm ad Dubium istud:

An duo Canonici jubilati Collegiatae s. Gaudentii frui debeant emolumentis Anniversariorum, quae fiunt intra annum, licet non assistant?

Respousum fuisset: Affirmative.

Causa tameu iterum proposita die 29. Novb. 1681. rescriptum fuit: In decisis quoad Anniversaria fixa et in quibus cautum a Testatoribus, ut interessentes tantum participare debeant. Hujusmodi autem explicatio facta ideo fuit, quia post priorem illius Causae propositionem aliter fuerat Decretum iu *Bitnntina Anniversariorum*, in qua discussis die 1. Julii 1679 his Dubiis:

1. *An Capitularibus jubilatis, quamvis non intersint, vigore Indulti emolumenta Anniversariorum debeantur?*

Et quatenus negative,

2. *An Indultum praedictum veniat ampliandum etiam ad emolumenta Anniversariorum?*

Responsum fuit: Negative ad utrumque.

In *Lunen. Sarzanen. Jubilationis* discussa fuerunt die 30. Sept. 1684 haec Dnbia:

1. *An vigore Jubilationis praefatae debeatur Canonico portio licet non inservient ex Anniversariis fixis?*

*) Vd. *p. 1266.*

*) Vd. *Ibidem.*

2. *An debeatur portio emolumentorum provenientium ex funeralibus et Anniversariis incertis et extraordinariis?*

3. *An etiam in casu quo a Testatore dispositum reperiatur, nihil deberi eis, qui non sint praesentes?*

Rescriptum fuit

Ad 1: Affirmative.

Ad 2 et 3: Negative.

Sic in *Patavina Jubilationis die 9. Junii 1714. examinato* hoc Dubio:

An ultra distributiones quotidianas admittendus sit Canonicus jubilatus ad participationem Anniversariorum fixorum, in quibus non adest conditio dividendi inter praesentes tantum?

Responsum fuit: Affirmative.

Et in *Aquipenden. Indulti* proposito hoc Dubio:

An Canonicus vigore Indulti Jubilationis participare debeat de emolumentis adventitiis Anniversariorum et associationum cadaverum, si functionibus non intersit?

prodiit die 1. Aprilis 1719. Rescriptum: Affirmative quoad I. dummodo non obstet voluntas Testatoris vel dantis; quo vero ad II. partem: negative.

In hypothesi autem alterius Indulti pro Canonico studiis operam dante, ut interea percipere posset »fructus et emolumenta quaecunque necnon distributiones etiam quotidianas, ordinarias et extraordinarias quomodolibet nuncupatas et undequaque provenientes ac etiam solis praesentibus et divinis officiis interessentibus dari solitas«, propositis in *Neapolitana Indulti die 20. Febr. 1677.* his Dubiis:

1. An *Canonico Ragno debeantur integrae distributiones quotidianae et omnia quae loco distributionum quotidianarum succedunt?*

2. *An emolumenta interessentium Anniversariis?*

3. *Funeralibus?*

4. *Missis assignata?*

Rescriptum fuit: Affirmative quoad I. tantum.

Denique in specie alterius Indulti concessi Canonico valetudinario cum facultate percipiendi omnes fructus et distributiones quotidianas »perinde ac si choro et divinis Officiis personaliter interesset«, disceptatum fuit in *Romana Jurium canonicalium* sequens Dubium:

An Canonico Stradae, qui ex causa infirmitatis fuit concessum Indultum vacandi a choro aliisque Officiis divinis illud etiam suffragari valeat pro laudemiis, quindenniis, capitulis actibusque capitularibus, Anniversariis, Festivitatibus, Processionibus ac pro quibusvis functionibus in Ecclesia peragendis ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujusvis generis et speciei, communia nuncupata ac etiam victualia et candelas?

Et in die 5. Maji 1703. responsum fuit: Affirmative etiam quoad laudemia, exceptis Anniversariis aliisque obventionibus non fixis et in quibus diversimode fuerit a Testatoribus dispositum. Iterumque die 27. Junii 1705.

Neque vero s. Congregationis Decreta repugnant Rescripto Bonifacii VIII. in *cap. unic. de Cleric. non resid. in 6.*, ubi postquam Pontifex edixerat distributiones quotidianas tradendas esse iis tantum qui divinis Officiis adfuerint haec subjunxit: »Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens Ecclesiae utilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat nec faciat eas suas, imo ad omnium restitutionem, quae contra hujusmodi nostram Constitutionem receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum Anniversariis largiendis idem decernimus observandum.« Aut enim dici potest, postrema verba quae sunt de emolumentis Anniversariorum referri ad regulam supra constitutam de quotidianis distributionibus non percipiendis, nisi ab iis, qui divinis intersint Officiis et in hoc sensu exaequata distributionibus quotidianis in citato textu fuisse emolumenta Anniversariorum, ut explicant *glos. in dict. cap. unic.* verb. *Idem Geminian. ibidem n. 1., Passerin. dict. cap. unic. n. 132., Lara de Annivers. lib. 1. cap. 17. n. 1. et seqq., Azor. Inst. mor. Tom. 3. lib. 7. cap. 7. q. 4.* Vel si exaequatio emolumentorum Anniversariis assignatorum referri etiam debeat ad exceptionem in eodem Textu adjectam (videlicet quoad eos, *quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens Ecclesiae utilitas excusaret)* id locum sibi vindicare poterit, ubi non refragetur mens Testatorum, qui solum vere praesentibus emolumenta ab eis relicta

assignari voluerint. Caeterum *Sanchez cons. mor. lib. 2. cap. 2. Dub. 105.* putat non per hoc solum, quod testator dixerit eleemosynas dividendas esse inter eos dumtaxat, qui anniversario Officio interfuerint, exclusos a participatione censeri eos, quos Juris dispositio pro praesentibus et interessentibus habeat.

His praemissis videndum erit in casu proposito, quid possit ad Juris tramites declarari, quidve etiam deceat ex apostolicae Sedis benignitate indulgeri Episcopo supplicanti; habita potissimum ratione consuetudinis, quae ibidem vigere dicitur, ut hujusmodi Anniversariorum emolumenta participent Canonicus Poenitentiarius aliique Canonici fungentes officio Exactoris et Procuratoris Capituli.

Quamobrem proponitur deliberandum:

1. *An Canonicis Cathedralis assistentibus Episcopo Pontificalia exercenti vel in suo Palatio vel in aliis Ecclesiis suae Dioecesis debeantur Anniversariorum emolumenta, quae ex voluntate Fundatorum distribui consueverunt solum inter praesentes?*

Et quatenus negative,

2. *An sit consulendum Sanctissimo pro concessione Indulti ex gratia* in casu?

S. C. C. resp.:

Ad utrumque negative.

Die 6. Febr. 1734.

Tres Canonici germani fratres quorum duo munus etiam parochiale gerebant e propria sede inique et violenter fuerunt expulsi ab Italiae demagogis, ad quam sine carceris aut vitae discrimine redire non poterant. Fato absentiae tempore a caeteris Canonicis privati sunt emolumentis quae adventitia dicuntur, quae scilicet ex mortuorum associationibus, anniversariis, publicis supplicationibus aliisque sacris functionibus proveniunt: quae quidem emolumenta ob mortem 2 Canonicorum quatuor tantum qui supererant Canonici sibi vindicabant.

Tres itaque violentia absentes germani fratres Canonici sibi jus esse existimantes ad ea emolumenta duo dubia s. Congregationi proposuerunt quae in calce habentur.

Vicarius Capitularis rogatus a sua sententia exprimenda abstinuit. Canonici autem, qui adventitia emolumenta denegabant, inniti videbantur constitutionibus capitularibus in quibus tamen de absentiae eo actae casu mentio non fiebat, quamvis alios quosdam legitimae absentiae casus considerarent, in quibus Canonici adventitia emolumenta percipiebant.

Plura ex officio adducebantur, quae ejusmodi controversias respiciunt: propius autem ad rem observabatur, omnia choralia emolumenta, alia provenire a praebenda, alia vero ab adscitiis legatis piis pro emissis aliisque ss. functionibus peragendis; circa hujus secundi generis emolumenta quaestionem versari, quae quidem emolumenta duplicis pariter speciei sunt; alia enim sunt fixa ex perpetuitate legatorum, alia vero incerta et manualia quae ex eleemosynis vel transeuntibus legatis aliisque modis fidelium pietate obveniunt.

Ob quasdam autem peculiares absentiae causas s. Congregatio saepe declaravit emolumenta, quae proveniunt ex obventionibus fixis, dummodo non obstet testatorum voluntas, non vero emolumenta quae ex obventionibus non fixis proveniunt, absentibus Canonicis deberi. Sic ex. gr. in *Romana Jurium canonicalium diei 5. Maji 1703.* ad dubium propositum:

An Canonico Stradae, cui ex causa infirmitatis fuit concessum indultum vacandi a choro aliisque divinis officiis illud etiam suffragari valeat pro laudemiis, quindenniis, capitulis actibusque capitularibus, anniversariis, festivitatibus, processionibus ac pro quibusvis functionibus in ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujusvis generis et speciei, communia nuncupata ac etiam victualia et candelas?

Responsum fuit: Affirmative etiam quoad laudemia exceptis anniversariis aliisque obventionibus non fixis et in quibus diversimode fuerit a testatoribus dispositum.

In *Tranen. die 13. Januarii 1703.* cum quaesitum fuisset:

An Archipresbytero oratori tempore infirmitatis debeantur omnes et quaecumque distributiones quotidianae et signanter mortuaria et anniversaria?

Responsum prodiit: Affirmative juxta consuetudinem ecclesiae.

Item contigit in declarationibus Indulti Jubilationis causa concessi; sic in *Aquipendien. Indulti diei 1. Aprilis 1719.* ad dubium:

An jubilatus participare debeat de emolumentis adventitiis anniversariorum, associati-

onum cadaverum, si functionibus non intersit in casu?

Responsum est: Affirmative ad I. partem, dummodo non obstet voluntas testatoris vel dantis, ad II. partem negative.

Porro non erat in genere dubitandum, inter legitimas absentiae causas recenseri cansam inimicitiarum, seditionis injustaeque deportationis.*) S. namque Congregatio pluries rogata utrum *deportati vel profugi sub* gallica invasione ut semet subtraherent vel vetito juramento vel exilio fructus snarum Praebendarum et distributiones absentiae tempore lucrati fuissent, affirmativum Rescriptum constanter edidit.

Et sane ejnsmodi absentiae causae reducuntur ad causam corporalis necessitatis, ut ponderat *Fagnanus in cap. Licet de Praeben., Joann. Andr. in cap. unic. de Cler. non resid. in 6.* Cansa antem corporalis necessitatis jus tribuit etiam ad ea emolumenta, quae ex anniversariis proveniunt, ut juxta *cap. unic. de Cler. non resid. in 6* plures tradunt Doctores. Bonifacius enim VIII. in eo capite, postquam edixit distributiones quotidianas tradendas esse iis tantum qui divinis Officiis adfuerint, haec subjunxit: »Qui vero aliter de distribntionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas ..... excusaret), rerum sic receptarum dominium non acqnirat . . . De distributionibus etiam pro defunctorum Anniversariis largiendis idem decernimus observandum.«

Inde in *Fundana Distribudionum dici 3. Julii 1734,* cnm quidam Canonicns ex causa inimicitiarum vulnere recepto absens deinde manens a loco Beneficii distributiones quaereret, dubitatum est:

I. *An debeantur distributiones quotidianae in casu?*

II. *An et qui fructus debeantur in casu?*

Responsum est

Ad I: Affirmative usque ad praesens, quod vero ad futurum per dnos menses tantum.

Ad II: Affirmative ad normam absentium ex causa infirmitatis.

His aliisque adductis propósita sunt resolvenda

D u b i a:

I. An Oratores absentiae tempore lucrentur distributiones obvenientes ex mortuorum associationibus, processionibus, missis votivis aliisque adventitiis functionibus in casu?

Et quatenus affirmative,

II. *An et a quo tempore Canonici residentes restituere debeant Oratoribus praeteritas distributiones in casu?*

S. Congregatio die 8. Julii 1865 rescripsit

Ad I: Affirmative quoad omnes obventiones fixas tantum, in quibus non obstet specialis testatoris vel dantis dispositio durante necessitate absentiae.

Ad II: Provisum in I.

Ex iis colliges:

I. Dari causas legitimae absentiae a choro, quae non solum jus tribuunt percipiendi fructus et distributiones quotidianas, sed etiam caeteras extraordinarias et omnia emolnmenta, quae ex fixis obventionibus derivant, si non obstet specialis testatoris vel dantis voluntas.

II. Hujusmodi causis accenseri Canonicornm absentiam a Demagogis coactam durante ejusdem absentiae necessitate.

III. Canonicos praesentes, qui eadem absentium emolumenta indebite perceperunt, ad eorumdem restitutionem teneri.

*) Vd. *p. 1257. a; 1262—63.*

10) Archipresb. Collegiatae.

Vd. t. I. p. 1074. n. 1.

11) Assignatio et divisio pro singulis horis.

Mexicana.

Archiepiscopus Mexicanus, inter caetera ipsius pastorali curae commissa, suam non desinens sollicitudinem afferre modum, quo a Canonicis illius Cathedralis munus interessentiae choro persolvitur, praxim deprehendit:

Animadvertens laudatus Archiepiscopus, praxim hanc nedum a s. Canonum sanctionibus et H. S. C. decretis, sed etiam a peculiaribus illius Metropolitanae statutis absonam esse, privatim primo sub initio mensis Sept. 1853. Decanum super defectibus monuit, qui die 14. ejusdem mensis rem ad Capitulum detulit; deinde iteratis literis diei 13. et 24. Novb. ejusdem anni Capitulo datis exposuit quid Canonicis praestandum quoad interessentiam choro, ne a jure commnni et peculiaribus illins Ecclesiae in hac re statutis

discederent; eos interim admonens, ut, si quae forsan super legitima origine vigentis praxis documenta in promptu haberent, ipsi porrigerent, designatis ad rem duobus Canonicis, quibuscum collatis consiliis, quae nullo justo titulo innixa reperirentur, ad normam disciplinae universalis Ecclesiae et illius Metropolis statutorum componerentur.

Trium interea mensium spatium effluxit, ex quo Capitulum per Decanum monitum fuerat, jnxta Archiepiscopi mentem, de irregularitate servitii choralis, quin ejus votis satisfacere operam daret, rem in dies protrahendo praetextu capitulare Archivium scrutandi, ad quem effectum notabile tempus exigi autumabat. Aegre ferens Archiepiscopus abusus continuationem, attento praesertim, quod tribus recens provisis de medietate praebendae possessio tradenda erat, quos satius fuisset restitutae chorali disciplinae subjicere, sub die 18. Decb. 1852. ad H. S. O. rem detulit, et animadvertens, quod inter partes, queis servitium absolvitur, quaedam adeo notabiles sunt, ut impossibile sit aliqua aut rationis aut privilegii Apostolici fundamento niti, curaturum, inquit, ut ad erectionem et statuta redigantur. Ea deinde exponens, quae cavere in animo habebat, a S. C. expoposcit, nt de ceteris, quae forsan a privilegio aliquo aut decreto traxere originem, quid servandum sit, decernat.

Post alicnjus temporis lapsum, Archiepiscopus nihil sibi a Canonicis exhiberi videns, quo corruptelae notam a chorali servitio amoverent, die 10. Febr. 1853 decretum dedit Capitulo, quo haec servari mandavit — videlicet:

1. Ut dies ecclesiasticus relative ad chorum et ad distributiones quotidianas, ex quibus componuntur praebendarum fructus, in 8 diviclerentnr partes, quarum tres assignarentur matutino cum laudibus, aliae vesperis cum completorio et reliquis quatuor horis ex aequo partes residuae.

2. Ne, qui primae solum adfuerit, aliud quidpiam lucretur, quam stipendium huic horae proprium, et multo minus, ne lucretur, ut nsque nunc factum est, stipendium matutino et laudibus assignatum.

3. Ne qui celebrat missam, quam vocant erectionis, quae privata est, quaeque qualibet hora dicitur ad arbitrium celebrantis, aliud lucretur, praeter eleemosynam missae, quin ex ejusdem celebratione lucretur imposterum, quod itidem nsque adhuc factum est, stipendia respondentia matutino, laudibus et primae, nisi his horis intersit; atque idem servetur respectu cujuslibet aliae missae, nisi quid plus aliud aut erectione hujus ecclesiae aut statutis aut fundatione tribuatur celebranti.

4. Ne dies vacationis ultra tres menses protendantur neve vacationis dies additione seu summa punctaturarum efformentur, sed integri summentnr aut continni aut disjnncti.

Transmissa deinde super hac re die 24. dicti mensis ad H. S. O. informatione precatur primo, ut supradictas praeventiones et de earumdem observatione praeceptum suo signet judicio. Deinde resolvendum proponit, num restituendi sint fructus, quos contra monitionem de defectionibus in choro admissis a die 14. Sept. usque ad 10. hujus mensis percepere Canonici, et quid ipsi agendum, si hi praetermittent de hac re Sanctissimum consulere.

Canonici a relato Archiepiscopali decreto ad Sanctissimum provocarunt libello 14. Aprilis elapsi anni, H. S. O. remisso, in quo pro conservatione praxis vigentis acriter contenduut, protestantes, pro bono pacis tantum et ad boni animi indolem, in eo, quod justum fuerit significandum, Archiepiscopi mandatis interim acquievisse.

Plura deduxerunt Capitulares, ut tolerabiles suaderent eorum consuetndines. Quod attinet ad consnetudinem lucrandi distributiones Matutini et laudum favore illius qui Primae subsequentis diei interfuerit vel in ipsa hora missam de Prima vel de erectione celebravit, hanc a tribus saecnlis introductam et sine interruptione usque nunc continuatam et a primaevis illius Ecclesiae Praesulibus expresse probatam et sancitam esse affirmant a DD. nempe Joanne Zummaraga, Alonso Montufart et Carcia Mendova, accedente etiam Hispaniae Regis approbatione. Huic igitur derogari nequit ad tradita per *Reiffenst. in Comment. Lib. I. Decret. tit. 2. n. 73.* De hujusve consuetudinis introductione hanc fuisse rationem tradnnt, ut promoveretur Capitularium interessentia eidem horae primae, quae alioqnin nulla esset et mane dilnculo vigilarent, haec enim recitatur hora matutina septima cum dimidio, tum ut adversae quorumdam valetudini consuleretur, qni ab interveniendo Matutino et laudibus praepedirentnr, tum demum ut alternativa obligatione interessendi Matu-

tino aut Primae expeditiores atque promptiores fieri ad alia ecclesiastica munia obeunda, v. g. ad confessiones audiendas.

Relate ad alteram supputandi vacationis tempus a choro non per dies, sed per horas canonicas, hanc etiam vel ab ipsa illius Ecclesiae erectione inductam fuisse et ne minimo quidem temporis puncto interruptam. Neque adversari Trid. Concilii sanctionibus, quum Concilium nihil de punctaturis per dies aut per horas canonicas supputandis statuerit, et in utraque supputatione conciliari Decreto satisfiat, dummodo trium mensium spatium in requie adsumenda stricte servetur; quin imo utilius chori servitio aestimari debere autumant, quod absentium punctaturae per horas canonicas computentur; supposita enim computatione per dies, qui uni vel alteri horae intervenire quacumque de causa sit praepeditus, eligeret toto illo die a choro abesse; quod si e contra eventualis absentia requiem tantum illi eidem horae respondentem inducat, tunc et in ipso die aliis horis intererit suaque praesentia divino cultui operam dabit. Neque eos movet H. S. C. decretum ab Archiepiscopo adductum, hoc enim in Hispaniae Ecclesiis receptum non fuisse affirmant, teste *Garcia de Benef. p. 3. cap. 2. n. 330.*, ex quo ernunt, neque Mexicanam afficere Ecclesiam uti nec alias omnes Hispano-Americanas, quas sua statuta, mores, ceremonias et quidquid in praxi habent, ab Hispania tamquam a matre sibi assumpsisse, liquido constat. Hoc confirmari addunt ex diversis ejusdem Ecclesiae erectionis capitibus et ex quodam Archiepiscopi Montufar mandato typis edito, quod tamquam regula choro interveniendi existimatur quo punctaturae per horas canonicas considerantur. Hoc autem ideo obtinuisse tradunt, quia in illa Metropolitana Ecclesia ceterisque suffraganeis nulli agnoscuntur fructus proprie dicti: et tota massa decimalis sive quod ex decimis solutis colligitur distributionibus applicatur. Hanc praeterea praxim neque ab H. S. C. mente alienam dici posse probant ex quadam declaratione relata a *Scarfantonio in parte 1. Lib. 2. tit. 12. n. 11.* in haec verba: »Canonico non interveniente choro omnibus horis istae horae in fine anni tres menses absentiae numerantur.« Unde concludit laudatus auctor: »inter illas contrarias declarationes adhuc videndum quaenam fuerit mens s. C. seu litem adhuc sub judice esse.« Addunt praeterea Capitulum, quod olim 27 Canonicis constabat, nunc ad 16 reductum comprehensis Dignitatibus, multis gravari oneribus sive celebrationis missarum sive administrationis et alia hujusmodi; ex quo sequitur vacationis dies haud facile posse continuatos assumi, cuilibet impedimentum afferente aliqua ex illis obligationibus per se vel alium necessario obeunda.

Quoad vacationum terminum asserunt in § 23. Erectionis 4 menses Capitularibus concedi. Communiorem autem opiuionem esse, ajunt, a S. H. O. etiam approbatam, ecclesias illas, in quibus fundatio majorem tribus mensibus vacationem permittit, non tam stricte Decreto Trid. *sess. 24. cap. 12. de ref.* subjacere: ceu tradit *Fagnanus de Praeb. et Dignit. cap. Licet n. 58.* Ad indulgentiam autem cum ipsis agendam sufficit ratio, quod principaliores D. N. J. C., b. M. V. et aliorum Sanctorum solemnitates in illa Ecclesia spleudido cultu celebrantur, ita ut ex iis plurimae partes a pleue musicorum choro decantari soleant ac Vesperae et Matutinum ut plurimum a tertia et dimidia vesperis hora usque ad septimam, octavam vel novenam noctis horam protrahantur; quo fit, ut tales non infrequentes Capitularium assistentiae singularem cum requie compensationem requirant.

Quod attiuet ad duas requies de barba per hebdomadas concessas, observantiam hanc pariter diuturnam originem ducere adnotant ex concessione Hispaniae Regis olim in illis regionibus late dominantis et tamquam patroni de rebus ecclesiasticis saepius disponentis, contenta in quadam regali schedula ad venerabile Capitulum Michoacanense rescripta et inde ad alias omnes suae dominationis Ecclesias transmissa, Echagaras in quadrantis explicatione § *2. n. 7.*

Ad extremum demum favore Capitularium concionem habentium inductam consuetudinem, scilicet dies octo vacationis sive ante sive post concionem, coujectura supponuut ab Hispaleusi Ecclesia, ubi hanc vigere autumant, in Mexicauam traductam fuisse, attento quod in istius erectione generatim decernatur, Americanas Ecclesias iisdem regulis ac moribus, quibus Hispana Ecclesia, regi et gubernari.

Ceterum de hisce duabus postremis consuetudinibus non admodum sollicitos se praebent, quod eorum summopere interesse videtur, hoc est, ut duae priores de computatione temporis vacationis per horas canonicas et de alternativa interessentia Primae aut Matutino conserventur. Hucusque Capitulares.

Quum de asserta longaeva consuetudine supra varios servitii choralis punctos, de quibus in themate, nullas probationes aut documenta authentica adduxerint Canonici, hinc non essent in hac re audiendi, ad tradita per *de Luca de Feud. Disc. 53. n. 4. Disc. 100. n. 20. et de Jurisd. Disc. 46. n. 6.* Quia tamen Archiepiscopus nihil adversus eam sub hoc respectu objicit, quod probabiliter non omisisset, si in aliquo deficere compertum habuisset, eam reapse existere fortasse praesumi potest. Ejus igitur existentia supposita, quantum vis ipsi inesse possit, per singula discurrens Archiepiscopi mandata perpendam.

Ad 1. quod attinet mandatum, praeterquam quod statutis consentaneum videtur, juxta ea quae Archiepiscopus disserit, juri communi etiam congruit, *cap. unico in verb. Ordinationem de Clerico non resid. in 6., Conc. Trid. Sess. 24. cap. 12. de ref.*, S. C. in una *Tarvisina* et ad rem *Moneta Tract. de Distrib. quot. q. 3. n. 46;* rationabiliorem et honestiorem esse, ait, illam ordinationem quae omnibus horis ac singulis suam propriam distributionum portionem assignat, et num. 25. resolvit, quod ad Episcopum et unamquamque Ecclesiam spectat statuere quaenam portio distributionum utrique horae canonicae, divino officio ecclesiasticaeve functioni assignanda sit. Cui consentit *Barbosa de Canon. et Dignit. cap. 21. n. 21.* Neque in hac re consuetudini, si forte adesset, quam tamen Canonici non defendunt, videtur attendendum. Ut enim haec abrogandae legis vim habeat, debet esse rationabilis, ceu monet *Luc. Ferraris* ad verbum *Consuetudo;* rationabilis autem uou est, quin imo a communi sensu absoua, quae idem indiscriminatim stipendium officii partibus notabiliter ratione durationis diversis adsignat.

Relate ad secundum, consuetudiuem de qua in eo agitur valere tenent *Moneta loc. cit. n. 43., Barbosa loc. cit. n. 22.* pluresque alii, dummodo praeter spatium 40 annorum aliqua subsit ratio. Inter rationes autem quas afferunt Canonici ad eam cohonestandam ea non videtur contemnenda, quae se refert ad promovendam Capitularium interessentiam horae primae, quae proprie distributionum causam respicit. Et semel ac ex fundationis lege interessentibus matutino et laudibus commodum tributum fuit lucrandi distributionem horae primae adsignatam, vix contigisset, ut quis huic horae interveniret, nisi parem aut aliquem saltem alium favorem obtineret. Attamen contrarium tenuit H. S. Congregatio in *Seguntina 12. Decb. 1654. ad 1. Dubium* in quo definivit, assistentes horae tertiae non lucrari distributiones quae horae sextae assignatae sunt, si ei pariter non assistant, non obstante consuetudine in contrarium. Videant itaque EE. PP. utrum eadem responsio aptari valeat casui de quo in praesenti controversia res est.

De justitia mandati de quo in n. 3. nullum videtur excitari posse dubium. Juvat ad rem afferre s. C. decretum jussu Pontificis promulgatum 1573. Quaesitum fuerat:

Utrum Canonici qui absunt a choro ut rem divinam in eadem Ecclesia faciant distributiones recipere debeant?

SS. Dominus noster etiam in sententia Congregationis Concilii declaravit: Non posse, nisi quando sic jussissent eorum Superiores, quos tamen admoneri voluit, ut ab hujusmodi jussu abstineant. Eam perpetuo viam tenuit S. C. ut videre est in resolutione diei 14. Martii 1620. et 15. Martii 1692, *Passerinus cap. Consuet. reg. 10. n. 163. de Cler. non res. in 6.*, quaerit an contraria consuetudo in hac re probari debeat sibique his verbis respondet: »Praecisa deputatione vel legitima licentia superioris consuetudine introduci non potest, ut Canonici non interessentes choro causa celebrandi missas privatas lucrentur distributiones; nam causa excitandi Canonicos ad frequentem celebrationem cum praejudicio obligationis ad chorum nec est rationabilis nec est nova causa et specialis, sed generalis et praevisa a jure et reprobata.

Ad extremum Archiepiscopi mandatum quod attinet, perpendendum est duas in hoc praescriptiones contineri; excipit prima vacationum terminum, altera modum eas supputandi.

Affirmat Archiepiscopus relate ad primam a statutaria lege concedi tantum settanto giorni; autumant Canonici ab erectionis tabulis permitti 4 menses. Data etiam veritate ejus quod asserunt Canonici, nihil magis Doctoribus commune est, quam inter dispositiones sibi invicem repugnantes eam sequi oportere, quae juri sit conformior; hoc autem in casu, quae de 70 diebus concepta est, esset praeferenda. Consulto tamen se gessisse videtur Archiepiscopus ad tres menses vacationum terminum praefigendo, ut in eo comprehenderet ceteras fixas aut eventuales

abessendi causas consuetudine vel statuto inductas. Neque in hoc consuetudinem ultra tres menses jus abessendi a choro producentem utiliter Canonici invocare posse videntur. Consuetudinem enim abessendi a choro, utpote adversam chorali disciplinae, nullius roboris faciendam esse censuit s. C. in *Maceraten. 13. Apr. 1768, in Spolet. 18. Febr. 1795.* et in *S. Miniatis VV. ss. LL. 25. Januarii 1817*, ex Trid. Concilio *Sess. 24. cap. 12. de ref.* Contra Decreta autem Trid. Concilii nullam habere vim consuetudinem*) tradunt S. M. Benedictus XIV. *Instit. 60. n. 7.*, *Devoti in Proleg. ad jus can. cap. 16. § 6.*, s. C. in *Bovinen. Jurispatr. 27. Maji 1820. § Animadvertendum.* Nihil igitur in hac re Episcopus innovasse videtur cum Trid. Concilii decretum adamussim servari mandavit.

Ad alteram partem quod spectat, quae exposita sunt sufficient, ut quid in hac re servandum sit decernant EE. PP.

Excipit 5. Dubium morem compensandi absentiam a Tertia et Sexta per interessentiam missae conventuali. Si nil aliud in Statutis occurreret praeter id quod refert Archiepiscopus, haec compensatio horum dispositioni congruere non videretur. Dum enim statutum ad foveudam iuteressentiam Missae conventuali providit, distributionibus Tertiae et Sextae absentem privando, dici non potest, per solam interessentiam Missae conventuali distributiones dictis duabus Horis assignatas lucrandi jus fecisse. Nec consuetudine Canonici juvari posse videntur. Nam cum nulla consuetudine induci possit, ut qui uni vel alteri horae assistit distributiones ceteris horis assignatas lucraretur, juxta s. H. O. resolutionem in causa Segnntina superius relatam, idem ex paritate rationis dicendum forsan erit quoad erunt qui solae missae conventuali intersuut, quod nimirum non exinde valeant lucrari distributiones horae Tertiae et Sextae assignatas.

Respicit sextum dubium interessendi modum Missae conventuali initio tantum vel fini ejusdem adstando. Hic autem intolerabilis prorsus videtur, quidquid ad rem statuta disponant. Quamvis, quum sano modo leges et statuta interpretanda sint ad monitum *Luc. Ferraris.* ad Verbum: *Lex*, ea statuti verba, quae ad initium et finem missae relationem habent, procul dubio de interessentia ad integrum sacrificium intelligenda suut, prout Archiepiscopus prudenter animadvertit, eo vel magis quod interpretatio, quam eidem tribuit Capitulum, scandalum potius quam devotionem in fidelibus parere apta sit. Ad rem *Moneta loc. cit. n. 20.*, ibi: »Distributiones quotidianae assignatae intelliguntur horis ac diviuis officiis non quovis modo sed integris et completis.«

Ubi irregulare habeatur servitium chorale qualiter nunc praestatur a Canonicis, videant EE. PP. quomodo respondendum sit ad dubium septimum quoad restitutionem fructuum, ex quo Canonici ab Archiepiscopo de irregularitate servitii fuerunt admoniti. Quum per Archiepiscopi monitum sublata videatur bona fides, hinc restitutioni obuoxii forsitan tenendi essent. Quia tamen perspectas non habebat Archiepiscopus ratioues quibus capitularis praxis innitebatur, ut tanti facerent ejusdem monitionem Canonici, et immemorabili aliunde observantia freti nihil forsitan de legitimitate consuetudinis dubitarent, hiuc non videreutur ad restitutionem obligandi, eo vel maxime quod agitur de fructibus perceptis et consumptis, ad quos retinendos sufficit, ut absit mala fides positiva, ut literaliter probat *textus in l. Item veniunt § praeter haec ff. de petitione haereditatis et in l. 1. Cod. eodem, de Luca de fideic. disc. 186. n. 3.*

Sunt igitur dirimenda

D u b i a:

I. *An et quomodo servandum sit I. mandatum Archiepiscopi quoad divisionem diei ecclesiastici relate ad chori servitii et distributiones in casu?*

II. *An et quomodo servandum sit II. mandatum quoad perceptionem distributionis respectivae horae adsignatae in casu?*

III. *An et quomodo servandum sit III. mandatum quoad amissionem distributionum pro Capitularibus qui missam quam vocant erectionis vel quaslibet alias missas celebrant tempore officiaturae choralis in casu?*

IV. *An et quomodo servandum sit IV. mandatum quoad tempus vacationum et modum eas computandi in casu?*

V. *An sustineatur consuetudo lucrandi distributiones horae tertiae et sextae per solam assistentiam Missae conventuali in casu?*

*) Vd. *p. 743. n. 6.*

VI. *An sufficiat ad effectum lucrandi praedictas distributiones interesse initio vel fini tantum Missae Conventualis in casu?*

VII. *An et a quo tempore sint restituendi fructus seu potius consulendum sit SSmo. pro condonatione in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative juxta modum; nempe assignata congrua distributione etiam pro Missa conveutuali.

Ad II: Affirmative ita tamen, ut neque distributionem horae primae assignatam lucrentur qui eidem horae non assistunt.

Ad III: Affirmative nisi celebrent de licentia Praefecti chori.

Ad IV: Affirmative ad tres menses cum facultate dies computandi per horas canonicas.

Ad V. et VI: Negative.

Ad VII: Negative in omnibus ad I. partem, affirmative ad II.

Die 18. Mart. 1854.

Contin. Mexicana.

Cauonici Metropolitanae in reliquis omnibus acquiescentes nonnulla animadvertenda proponunt quoad II. Dubii resolutionem, quo desuper supplici oblato libello iterum audiri postularunt. Perpenduut enim, Archiepiscopi mandatum, ad quod II. dubium refertur, ita conceptum fuisse: »Ne Capitulares qui horae primae solum adfuerint aliud quidpiam lucrentur quam stipendium huic horae proprium et multo minus ne lucrentur stipendium Matutino et Laudibus assignatum, sicut in consuetudine positum fuerat.« Jam vero cum s. Congregatio in responsione nedum hujusmodi mandatum confirmaverit, sed insuper clausulam addiderit qua statuitur »ne distributionem horae primae assignatam lucrentur qui eidem horae non assistunt,« dubitatio in eorum auimis orta est utrum s. Congregatiouis mens fuerit cuidam Metropolitauae erectionis paragrapho (34. scilicet) contraire ac derogare, quo sancitur »ut quicumque Matutinis et Laudibus interfuerint triplum lucrentur et insuper stipendium primae, quamvis illi non interfuerint.« Fortasse, inquiunt, mens s. Congregationis non fuit hanc derogationem inducere, sed tautum praeter memoratum erectionis casum quoslibet alios excludere, necessariam eidem horae primae iuteressentiam solum in ceteris praecipiendo. Quod si vero contraria fuerit s. Congregationis seutentia, haec nova rationum momeuta sapieuti EE. VV. judicio perpendenda subjiciunt ut memorata clausula vel juxta priorem declaretur sensum vel omnino revocetur.

»Ex quo (inquiunt) hujus nostrae ecclesiae Mexicanae erectionem DD. Joanues Tumarraga, primum Archiepiscopus, excogitavit, sibi proposito ecclesiae Hispaleu. in autiqua Hispania exemplari hunc ad quotidianum chori servitium ordiuem induxit, ut cujuslibet diei vespere decautarentur hora nouae, vesperarum et completorii; nocturno tempore matutinum et laudes diei sequentis; mane diluculo, hora septima et dimidia prima tantum; et hora novena recitaretur tertia et sexta, Missa inter eas conventuali interjecta: et quamvis paulo post, ob nocturui aeris intemperiem, matutini et laudum recitatio ad vespertinum tempus finito completorio protracta fuit, tamen hae tres quotidianae diversae interessentiae ad chorum Capitularibus caeterisque subjectis personis usque adhuc permanserunt, nempe horae primae una, altera ad tertiam, Missam et sextam et altera ad nouam, vesperas ac matutinum prosequentis festi, ita ut Beneficiati omnes e suis domibus vel ex ecclesiis, quibus adscripti sua officia exercere soleut, tria quotidie ad hoc Cathedrale templum diversa itinera conficere teneantur ut suum munus adimpleant. Hanc ob causam minima ex illis interessentiis, quae est ad horam primae solam, molesta et onerosa ab initio existimata fuit, utpote ad brevem recitationem distinctum ac separatum tempus respicieus; idque in illa praefixa hora, qua Presbyteri Missam celebrare aliaque munia subire consuescunt.

Inde quantum ex traditione et scriptis confici potest derivatum fuit ac fere immemorabili consuetudine servatum:

I., quod in ipsa s. ecclesiae nostrae erectione statutum iuveniamus, ut horae primae stipeudium lucrentur, quicumque matutino et laudibus vespere praecedeute interfuerint;

II., quod primaevis illis ecclesiae nostrae temporibus ad aliquam horae primae tum Capitularium tum Capellanorum assistentiam procurandam (quam aliquaudo inter Canonicos solus hebdomadarius praestabat) et ad gravius ipsius assisteutiae onus sublevandum, diversa tentarentur media et arbitramenta

inter quae enumeranda est antiquissima consuetudo usque nunc temporis in Presbyteris Capellanis conservata interessendi horae primae alternatim per choros, ita ut in una hebdomada chorus dexteri lateris (quem dicimus D. Decani) interessendo obligatur et in altera hebdomada chorus lateris sinistri (quem D. Archidiaconi nominamus) succedat adeo, ut etiam hodie in choro tabella existat, quae in unaquaque hebdomada hujus alternativae latus designet:*) interessentibus etiam horae primae Cantoribus quos haec ecclesia nostra assignata mercede conducit (vernaculo idiomate Assistentes de choro) ac puerulis ecclesiastico cantui addictis, qui hic efformati choro quam maxime inserviunt et vulgo nominantur infantes;

III., ea ipsa ratione, promovendi primae horae debitum cultum Beneficiatorumque frequentiam, Capitularibus postea consensum fuit a primis Antistitibus, dein ab Hispano Rege tamquam Patrono privilegium lucrandi stipendium matutini et laudum cum sola horae primae interessentia: quod privilegium vos, Eminentissimi Patres, in vestro decreto (juxta quod intelligitur) reprobandum putavistis.

Ast vero, quoad perceptionem stipendii horae primae favore illorum qui matutino et laudibus die praecedenti interfuerint, expressa erectionis nostrae decisione nitimur in III. Concilio provinciali Mexicano approbatae ac postea a Sede apostolica cum vestrorum Decessorum audientia prolixius confirmatae die 27. Oct. 1589. Insuper et praecipuas rationes exposuimus quibus judicio nostro et illud statutum et caeterae inde profluentes consuetudines dimanarunt: tum etiam addidimus, quod Capitularis Missam conventualem hora novena celebraturus non sine maximo incommodo longum naturale jejunium servare teneatur, si horae primae interessentiae de necessitate obligetur. Quocirca ad secundam audientiam vestram confugimus, enixe deprecando ut praefatum secundum decretum Vestrum super necessaria horae primae interessentia ad ipsius distributionem lucrandam ita explicetur, ut salva maneat supradicta erectionis nostrae dispositio ad illorum respectum, qui antea matutino et laudibus praesto adfuerint, sive hac in parte tale decretum revocetur, si ita fieri oportuerit.

*) Vd. *t. III. p. 1061. II.*

Nos quidem et per nos ipsos et per dignissimum Antistitem nostrum DD. Lazarum de la Garra huic curae operam prolixiorem navabimus, ut debitus horae primae cultus servetur Beneficiatorumque major possibilis interessentia promoveatur. Ad quem finem obtinendum, in Capitulo quo de tali negotio tractatum habuimus, omnes Capitulares praesentes hanc suam mentem unanimiter significarunt, ut quoties a matutini et laudum recitatione abfuerint, horae primae sequentis diei adesse, nisi grave existat impedimentum, erunt conaturi; eaque procuratione nostra praemissa ac sincero vobis, Eminent. Patres, desiderio nostro manifestato humilem paulo antedictam petitionem reproducimus, Vestrae amplissimae benignitati in omnibus obsequentes.«

Quatenus mens s. Congregationis reapse, ceu videtur, fuerit derogandi relato statutorum capiti quo Matutino ac Laudibus interessentibus stipendium horae primae assignatum tribuitur, quamvis huic horae non assistant, praeter factorum adjuncta quae Capitulares in supplici libello exposuere pauca juverit in jure praelibare ex iis quae doctissimus Card. *Pignatellius* hanc eamdem quaestionem agens ad rem utriusque perpendit in *Consultatione canon. 52. tom. 6. per totum.*

Argumentum Consultationis est: »An Canonici et Praebendati interessentes Matutino et Laudibus lucrentur distributiones Primae, licet illi non intersint et a tempore fundationis ex Indulto ss. Pontificis ante s. Concilium Trid. existant in consuetudine immemorabili, quae continuata est a tempore publicationis dicti Concilii.« Ac primo rationes pro negativa sententia recensens monet, consuetudinem hanc tolerabilem non videri utpote juris communis dispositioni contrariam in *cap. Licet de praeb.* et *cap. fin. de Cler. non resid.* in quibus residentia ita intelligenda est ut Praebendati divinis officiis intersint necnon praescripto s. Concilii Trid. *cap. 12. sess. 24. de Ref.* Spectato enim jure communi praeceptum obligat omnes Cathedrales et Collegiatas ad recitandas horas in choro, juxta *Clem. 1. de celeb. miss.* Cum itaque divinum officium constet septem Horis canonicis ex Conc. Cabilonensis *can. 59.*, hinc integrum Episcopo videretur demandare ut inposterum interessentes Matutino nequeant lucrari distributiones Primae non obstante contraria consuetudine,

quae cum grave afferat detrimentum divino cultui ac omnino adversetur indoli ac fini distributionum quae invectae sunt ad augendum divinum cultum et ad Beneficiatos ut divinis officiis assistant alliciendos, posthabenda ac reprobanda est, ceu Auctor confirmat in altera *Consultatione 499. tom. 1.* ubi etiam non absimilem quaestionem pertractat.

Nihilominus quod propositam in rubrica Consultationis speciem in affirmativam concedit sententiam; quia nimirum agitur de constitutione adjecta in limine fundationis nec hujusmodi fundationis ordinationibus praecipue regiis derogasse s. Concilium Trid. declaravit haec s. Congregatio teste *Garzia de benef. part. 3. cap. 2. n. 493.* quas imo *sess. 22. cap. 1. de Ref.* in quacumque dispositione juris novi introductiva praeservat, juxta ea quae docet *Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 32. n. 18.* Ac praeterea receptum sit, Fundatorem posse in limine fundationis quascumque sibi libuerint conditiones apponere, etiam juri communi contrarias*) dummodo Ordinarii consensus accedat, uti docet *s. Rota coram Burallo Dec. 21. n. 3.* et *Decis. 61. n. 7.* ac sequuntur hanc doctrinam *Lotter. cit. op. quaest. 29. n. 2.* et *Vivian. de jurepatr. lib. 2. cap. 8. n. 10.*

Itaque minime obstare, quod Concilium Trid. juxta declarationes ab hac s. Congregatione saepe editas statuta et consuetudines reprobaverit ut interessentes uni Horae lucrentur distributiones alterius cui non intersunt: quandoquidem hujusmodi declarationes non loquuntur de statutis ac ordinationibus in limine fundationis adjectis et ab Episcopo, praesertim uti Sedis apostolicae Delegato, confirmatis; quo in casu idem est ac si Pontifex ipse approbasset ordinationemque fecisset, ut tradit *Rota Decis. 115. n. 25. part. 6. Recent.* Quod quidem Resolutionibus ejusdem s. Congregationis Auctor confirmat; quae pluries improbavit consuetudinem immemorabilem, qua licebat Canonicis ultra tres menses abesse, declarando eam esse sublatam per Concilium Trid. nisi tamen reperiatur confirmata a Sede Apostolica aut id adjectum in limine fundationis prout referunt *Garzias de benef. part. 3. cap. 2. n. 216.* et *Corrad. in praxi benef. lib. 2. cap. 14. n. 46.* Et in *Valentina 28. Januarii 1576.* censuit, quod per decretum Concilii *d. cap. 12.* non abrogatur statutum confirmatum

*) Vd. *t. II. p. 353. n. 1.*

a Sede apostolica, quo conceditur Canonicis abesse ultra tres menses ab ecclesia cathedrali et collegiata.*) Si autem hoc statutum in consuetudinem abiisset, contraria consuetudo servanda est.

Post quae inutile censet disserere, an pro tuenda hac constitutione in fundatione apposita suffragari possit consuetudo, quam profecto omnino probandam censet, cum expositae conditiones concurrent, nonnulla allegans ad rem exempla quoad consuetudines in distributionum materia, praesertim in ecclesiis Hispaniarum (a quibus normam sumpsere omnes ecclesiae hispano-americanae) vigentes, uti ea est, ut quis lucretur praebendae fructus residendo una Hora; quam consuetudinem esse validam tradit *Garz. de benef. part. 3. cap. 2 n. 330.*

Quae quidem videant EE. PP. qua ratione aptari valeant praesenti quaestioni, in qua notatu dignum est, consuetudinem de qua agitur inniti dispositione in erectione apposita et a s. Sede post Concilii Trid. promulgationem, ceu asseritur, confirmata.

Sit itaque

D u b i u m:

An et quomodo sit standum vel recedendum a decisis quoad *II. Dubium in casu?*

S. C. resp.:

In decisis dempta clausula: »ita tamen.«

Die 9. Junii 1855.

12) Augmentum.

Vd. *Missa* (reductio in augmentum distrib.)

Ecclesien.

Si redditus adhuc ad congruam quotidianarum distributionum taxam non sufficiant Episcopus pro sui arbitrio et conscientia utatur aliis remediis a Concilio Trid. praescriptis *cap. 3. sess. 21. et 22. et cap. 15. sess. 24. de reformat.*

Die 16. Aug. 1794.

Si nova reddituum accessione, massae distributionum facienda, haud pares Episcopo videantur fructus quotidiano chori oneri ferendo, alios etiam supplendi modos in promptu habet, quos idem Concilium Trid. ob oculos ponit *in sess. 21. et 22. cap. 3. et in sess. 24. cap. 15.*, nimirum potest Canonicos, qui praebendis fruuntur, ad ipsarum praebendarum fructus partem pro distributionum massa ce-

*) Vd. *t. III. p. 1059. n. 9.*

dendam coercere seu potius ex numero XXII. Canonicorum et Beneficiatorum, qui Cathedralem componit, unum vel alterum capta occasione supprimere ut redditus massae distributionum augeantur.

Ibid.

Nucerina.

Ad consulendum praebendarum tenuitati plura statuit s. Concilium; *sess. 24. cap. 15. de ref.* voluit enim, ut in illis ecclesiis, in quibus praebendae et distributiones quotidianae adeo tenues erant, ut habita ratione ad loci et personarum qualitatem Canonicorum sustentationi non sufficerent, Episcopus cum consensu capituli aliquot beneficia simplicia uniret vel si hoc modo provideri non posset, praebendae ad pauciorem numerum redigerentur, ita tamen, ut tot superessent, quot et divino cultui et dignitati ecclesiae responderent ac redditus praebendarum, quae suppressae forent, reliquis applicarentur. Videndum num remediis a s. Concilio praescriptis juvari possint Canonici collegiatae ecclesiae s. Petri Sassoferrati vel potius eorum petitioni sit annuendum. S. Congregatio in *Syracusana Missarum diei 10. Martii 1795.*, ut in Collegiata s. Bartholomaei civitatis Siclis massa distributionum quotidianarum augeretur, nonnulla missarum onera reduxit. Quid vero nunc agendum sit, definire dignabuntur EE. PP. a quibus quaeritur.

Die 13. Mart. 1784.

13) Beneficiati qui Canonicus honorarius est in alia ecclesia.

Vd. t. III. p. 356. n. 3.

(Concessae.)

Capitulum ecclesiae cathedralis M. in regionibus Neapolitano regno olim subjectis in supremum squalorem inciderat: atque ad id extremitatis pervenerat, ut plerisque ex Canonicis vel mortuis vel ob senectutem aegrotantibus pontificales functiones peragi amplius nequirent, divina psalmodia sacrarumque caeremoniarum decus in dies relaxaretur. Abscissa erat insuper omnis spes vacantia beneficia conferendi, quae sunt omnia juris patronatus regii vinculis devincta.

Talibus pressus angustiis Episcopus malis occurrere sategit ad honorariorum Canonicorum erectionem deveniens annuente capitulo. Canonicos ergo honorarios erexit, eisque onus imposuit ut choro adessent et ecclesiae servitium explerent.

Hisce ex canonicatibus annuae tantum libellae 200 propter adventitias functiones percipi poterant: quare sacerdotes ab Episcopo electi ultro honori nuncium mittebant.

Unus oblatum titulum accepto habuit Antonius, sacerdos participans ecclesiae receptitiae in oppido G. duodecim milliaria civitati M. propinquo. Huic Archidiaconus committebat ut suae hebdomadae onera impleret, annuis solutis libellis 200; capellanus etiam renuntiatus est sodalitii sub invocatione ss. sacramenti, annuas ex hoc munere libellas 85 percipiens. Sed haec imparia nimis erant ad vitam congrue ducendam. Quapropter Antonio indulsit Episcopus ut interdum a choro abscederet et instar veri Canonici conciliares vacationes haberet.

Quo tempore abscedendi facultate sibi concessa utens Antonius in patriam revertebatur ibique degebat, iterum sese receptitiae ecclesiae mancipabat functionibusque intererat tam certis quam adventitiis, distributiones percipiens.

Quaestio orta est an Antonio jus competeret lucrandi emolumenta certa et adventitia ecclesiae receptitiae: eique de bono et aequo rem definiens favit Episcopus decernens: Ipsum jure pollere acquirendi emolumenta tam certa quam adventitia, juxta statuta ecclesiarum receptitiarum.

Haec controversiae definitio non arrisit quibusdam ex participantibus, qui ad S. C. C. confugerunt ut tria dubia dirimere dignaretur:

I. *An Canonicus honorarius quoties praesens est in ecclesia receptitia, toties distributiones tam certas quam incertas lucretur?*

Et quatenus affirmative,

II. *An ei onus sit providendi missas turnatim celebrandas, functionum tam certarum quam adventitiarum causa?*

III. *An, hoc onere rejecto, jus sit ad redditus perceptionem?*

Quoad I. dubium: Non universalibus juris ecclesiastici regulis, sed peculiaribus legibus clerum neapolitani regni obligantibus pugnabant contra Antonium participantes: eique opponebant I: decisionem Episcoporum regni neapolitani ope ministerialis decreti latam sub die 28. Martii 1840. II: Sententiam cleri habitam anno 1790, III: consuetudinem. Ajebant in decisione Episcoporum haec legi:

»Cum Episcopus dioecesanus cuidam ex participantibus permittere vult ut e Dioecesi discedat in aliae ecclesiae bonum facturus, id potest quia non agitur de vero ecclesiastico beneficio: sed participans amittet distributiones quotidianas inter praesentes ac adventitias et missis satisfacere et pro missis turnatim celebrandis providere debebit.« Ex his prono alveo fluere ajebant, Antonium etsi aliqua vice divinis officiis praesentem omni penitus jure emolumenta percipiendi destitui.

His accedere cleri sententiam sub die 10. Junii 1790 emissam, qua retentum est: Sacerdotem absentem ac alteri ecclesiae non filiali mancipatum et sufficienti pensione provisum, quandoque si redeat et choro adsit, non posse accidentalibus ac adventitiis redditibus frui, ne fraus admitteretur quae frequenter accidere posset in pinguioribus funeribus; ac ne stimulus daretur saepe a propria ecclesia discedendi.

Huic sententiae firmiter esse adhaerendum quia eam firmavit consuetudo. Etenim haud semel distributiones fuisse denegatas participantibus presbyteris, qui in iisdem Antonii circumstantiis versabantur.

Quoad II. dubium: Contra Antonium afferebatur notissimum juris aphorisma, quod qui commodum persentit et onus subire tenetur, *reg. 55 de reg. juris in 6* ad arguendum quod si Antonius distributionum utilitatem consequitur et ipsum ferre debere onus missarum quae turnatim celebrantur.

Quoad III. dubium: Reddituum perceptionem Antonio denegandam suadere caput *Cum non deceat de elect. in 6.* Hoc enim in capite Bonifacium VIII. statuere ut ecclesiastici *fructus suorum beneficiorum quae obtinent in iis ecclesiis quorum negotia prosequuntur . . . recipiant.* Sed teste Episcopo Antonium cathedralis non receptitiae ecclesiae utilitatem prosequi. Praeterea beneficium propter officium dari. Hinc si beneficiarius absit et suo munere non fungatur fructus amitteret.

Responsio quoad I. dubium. In jure ea fuit distributionum origo (pro Antonio dictum est) ut choro addicti, hisce illecebris allecti, frequentius ad illam convolarent. Ivonis Carnotensis viri antiquissimi et eruditissimi epistola 75. haec habet: »Cum in quampluribus Canonicorum Carnotensium desuevisset disciplinae regularis observantia ut de negligentibus facerem diligentes, de somnolentis vigiles, de tardis assuetos ad frequentandas horas canonicas, deliberavi apud me ut darem eis dimidiam praeposituram, ut inde fieret quotidianus panis, quem acciperent assidui, amitterent tardi, ut quod panis interni dulcedo non monebat, panis corporei refectio provocaret: quamvis eorum annua praebenda eis ad hoc sufficiens esse deberet.« Idem probatur ex *textu in cap. de caetero de cleric. non resid. cap. licet de praeb. cap. unic. de cler. non resid., in 6. cap. fin.* § *si autem de concess. praebend. et cap. fin.* § *adjicimus de sent. excom. eod. lib. clem. ut ii qui de aetat. et qualit. et ord. praefic. extrav. 10 et 11 de praebend. inter commun.* Porro ubi Antonius etsi praesens choro distributiones esset amissurus, potiusquam allici ad chorale servitium, ab eodem arceri videretur.

Insuper notum est in jure distributiones deberi solum praesentibus atque interessentibus divinis officiis. Decrevit namque Bonifacius VIII. *in cap. unic. de cler. non resid. in 6:* »Statuimus ut distributiones ipsae quotidianae, in quibuscumque rebus consistant, Canonicis et aliis beneficiatis et clericis ipsarum ecclesiarum qui eisdem adfuerint tribuantur.« Hoc decretum in usum revocavit Concilium Trid. *in cap. 12. sess. 24. de reform.* firmavitque praxis Sacrae Congregationis Concilii.

Praeterea s. Rota in decisionibus quampluribus et praecipue *in decis. 483 num. 1. decis. 689 num. 7 part. 3 recent.* aliisque tenuit distributiones clericis deberi ratione servitii personalis, non respectu tituli, nec dari tamquam Canonico, sed tamquam divinis inservienti. Canonistae autem omnes docent, ratione laboris et operis impensi in ecclesia Christi clericis distributiones esse persolvendas. *Piton. discept. eccles. 1. num. 35., Benedict. XIV. inst. 107. num. 58., Gonzal. comment. ad reg. 8. cancell.* § *7. prooem. num. 162. et 165.* Cum itaque Antonius servitium choro praestiterit, necessario consequitur ejus favore distributiones cedere.

Notatum est etiam distributiones inventas et inductas fuisse ut cultus divinus in ecclesiis augeatur *ex Pii IV.* verbis qui *in constit. 55. in pr.* praemonebat: *volentes igitur quantum in nobis est divino cultui consulere. Conc. Trid. in sess. 21. cap. 3. de reform.* cum distributiones quotidianas in tertia parte fructuum constitueret haec monebat: »*Cum beneficia ad divinum cultum atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte*

minuatur divinus cultus sed ei debitum omnibus in rebus obsequium praestetur statuit s. synodus etc. Hinc maximo favore eos esse prosequendos, qui divino cultui reapse inserviunt.

Contra haec nihil facit Episcoporum resolutio ex adverso opposita, quae immo Antonio favet, quia ad ejusdem resolutionis tramites Antonius habetur qua vere participans ecclesiae receptitiae G. et legitime absens, dummodo missis satisfaciat quae massam cleri afficiunt et dummodo provideat ut missae turnatim ab eo celebrandae suppleantur.

Multo minus in themate facit cleri resolutio: quia misso eamdem nullo in pretio haberi posse eo quod pluribus defectibus laboret, ejusdem causa finalis fuit ut fraudi via praecluderetur. In casu fraudem nullam esse timendam cum civitas M. ab oppido G. duodecim passuum millibus distet.

Vanum tandem est objectum ex consuetudine depromptum: quia hujusmodi consuetudo Tridentini menti adversatur. Sana ea fuit s. synodi mens in distributionibus instituendis ut Capitulares ad excubias Domini alacriores redderet: Consuetudo vero per quam praesentibus distributiones negari vellent Tridentini sanctiones destrueret. Ideo non est attendenda, *Rota cor. Ottobono decis. 4. num. 36., S. Congr. Conc. in Senogallien. Procurat. 14. Decembris 1765 § Communitatis.*

Praeterea nullum affertur documentum quod assertam consuetudinem sustineat: ideoque hoc etiam ex capite rejicienda est, *cap. final. de consuet. in 6. Leg. quod non ratione ff. de legib. discept. forens. cap. 79. num. 10.*

Quoad II. dubium contendebatur: Ad alium subrogandum nequaquam obstringi Antonium ad providendum missas turnatim celebrandas functionum tam certarum quam adventitiarum causa. Oportere enim ut praesentes in choro absentium defectum suppleant in iis quae ad chorale servitium pertinent. *Garcias de benef. vart. 3. cap. 2. num. 197, Fagnan. in cap. Nullus de concess. praebend. num. 73., S. C. C. in nullius Farfen. Distribudionum quotidianarum 20. Decembris 1758 ad tertium dubium: in Reatina 22. Martii 1766 § Denique et in Forolivien. 27. Maji 1826.* Et merito. Nam qui legitime abest si ad praefata onera adimplenda teneretur, jam duplici mulctaretur poena, nimirum amissionis distributionis atque oneris alium in sui locum subrogandi, atque ita integrae praebendae fructus non lucraretur contra sacrorum canonum decreta.

Quoad III. dubium: Jus Antonii ad fructus lucrandos sarctum tectumque esse debere ex eo ostendebatur quod ipse in albo clericorum inservientium ecclesiae receptitiae adscriptus etiam nunc maneat. Ei ergo jus competit ad fructus percipiendos ad vitam ducendam, cum Dominus dixerit ad Aaron: *Omnia quae sanctificantur a filiis Israel, tradidit tibi et filiis tuis pro officio sacerdotali. Et Paulus in 1. ad Corinth. 9.* aperte praedicaverit: *nescitis, quod qui in Sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt? et qui altari deserviunt, cum altari participant, ita et Dominus ordinavit: qui evangelium annunciant de evangelio vivere: ipsoque Christo de operario in Evangelio dicente Luc. 10: dignus est enim operarius mercede sua.*

Animadvertebatur etiam, Antonium integrae ecclesiae M. servire cum in cathedrali ecclesia operam suam praestaret: nec operam quamlibet sed plenam et talem ut in omnibus cleri et populi necessitatibus praesto sit, ceu in Episcopi informatione relatum est. Nec facere quod beneficium detur propter officium. Non esse enim totam causam ob quam beneficium confertur ut clericus in sua ecclesia commoretur: etenim aliae causae esse possunt nimirum ut ex bonis ecclesiae vivat et non mendicet (quod pro clerici statu et conditione maxime indecorum esset), ut preces horarias recitet, ut missae sacrificium offerat vel sacerdoti offerenti in altari inserviat vel denique ut tamquam clericus militet in ecclesia universali.

Ultima objectio adversariorum refellebatur, hausta ex lucro quod Antonius nanciscitur cum penes cathedralem ecclesiam commoratur. Siquidem de eo testatur Episcopus, ipsum tamquam Canonicum pure et simpliciter honorarium ecclesiae cathedrali inservire, et nihil omnino ex canonicatu lucrari. Quae in M. lucra habet ex opere proprio Antonium nancisci.

His hinc inde praemonitis Eminentissimis Patribus oblata sunt

D u b i a:

I. *An Canonicus honorarius quoties praesens est in ecclesia receptitia toties distributiones tam certas quam incertas lucretur in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An Antonio onus sit providendi missas turnatim celebrandas, functionum tam certarum quam adventitiarum causa in casu?*

III. *An hoc onere rejecto jus sit ad reditus perceptionem in casu?*

S. C. die 8. Julii 1876 censuit:

Ad I. *Affirmative et amplius.*

Ad II. *Affirmative sive per se sive per alium, exceptis adventitiis, quando non est praesens et amplius.*

Ad III. *Provisum in praecedentibus.*

Ex his eruere poteris:

I. Distributiones ideo statutas fuisse, ut ad chori frequentiam Capitulares allicerentur.

II. Cum ratio distributionis concedendae in frequentia ad chorale servitium consistat, eas deberi interessentibus ac praesentibus officiis divinis.

III. Ideo in jure receptum fuisse distributiones clericis deberi non respectu tituli, sed ratione habita servitii personalis, nimirum ratione operis et laboris impensi in ecclesia Christi.

IV. Hinc eum etiam qui in una ecclesia beneficium possidet in alia vero Canonici honorarii titulo insignitur, quoties in prima chorali servitio adest, toties distributiones lucrifacere.

V. Nec distributiones tantum cum praesens est sed et fructus proprii beneficii dum quandoque abest suos facere beneficiarium: dummodo in animarum bonum et ecclesiae universalis servitium operam praestet.

VI. Eum vero absentem teneri ad providendum pro missis turnatim celebrandis functionum certarum causa; attamen hujusmodi onus ad adventitia non ferri.

14) Bibliothecarii.

Bibliothecariis Civitatis Valentinae, quoties ad hoc munus eligantur ab Episcopo beneficiati illius ecclesiae, ultra exemptionem a choro jam alias indultam facultatem facit percipiendi distributiones quotidianas, iis tantum exceptis quas testatores veris praesentibus tribuendas jusserunt.

Andreae Archiepiscopo Valentino.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Alias per similes Nostras in forma brevis literas sub datum 12. Martii 1760. nonnulla tibi indulsimus in gratiam publicae bibliothecae in isthac Valentina urbe studio ac liberalitate tua institutae atque inter caetera duobus bibliothecariis ex collegio beneficiatorum istius cathedralis a te assumendis, quo tempore in eadem bibliotheca studiorum commodis vacarent, exemptionem a servitute chori concessimus, ita ut fructus praebendae, si choro interessent, percipere possent, exceptis tamen quotidianis distributionibus, quas vere praesentibus atque inservientibus ut accesserent reliquimus, quemadmodum in iisdem literis fusius continetur. Deinde vero ex aliis literis fraternitatis tuae XIII. cal. Febr. praesentis anni ad Nos datis cum intellexerimus, beneficiorum fructus cathedralis istius ecclesiae ferme omnes ex quotidianis distributionibus existere, nihilque propemodum commodi ad beneficiatos illos bibliothecae addictos pervenire, si eae excipiantur, quemadmodum revera in praefatis Nostris literis erant exceptae, eaque propter enixe a Nobis postulaveris, ut iisdem beneficiatis etiam quotidianis distributionibus frui liceret.

§ 2. Hinc Nos qui fraternitatem tuam paterna vere charitate complectimur ob eximiam vigilantiam, qua urbis istius decus, bonarum artium incrementum, praecipue vero pauperum commoda promovere satagit, hac etiam in re votis tuis obsecundare cupientes, ut duo illi beneficiati bibliothecae custodiae a te designandi, quo tempore huic muneri incumbunt, beneficii fructus atque etiam omnes distributiones quotidianas, dummodo ex iis non sint, quas in ultimis suis tabulis testatores vere praesentibus jusserint dispertiri, libere et licite lucrari valeant apostolica auctoritate concedimus et indulgemus, firmasque praeterea, validas et efficaces praedictas Nostras literas in caeteris omnibus esse volumus atque jubemus: ac tibi, venerabilis frater, benevolentiae Nostrae pignus apostolicam benedictionem peramanter largimur.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 3. Junii 1762.

(Bull. r. Contin. t. II. p. 246. Ed. Romae.)

15) Caeci.

Vd. t. III. p. 212. a; p. 191. a; p. 959. b.

Ad dub.: An Canonico Joanni Josepho Caresti praetenso caeco debeantur distributiones quotidianae etiam provenientes ex Canonicorum fallentiis in casu?

S. C. resp.: Affirmative.
Die 7. Junii 1753.

16) Caeremoniarii aliorumque inservientium in divinis officiis.

Vd. *Distrib. Absentium* (propter servitium Episcopo etc. p. 1272; supra decr.: *Bossanen* p. 1290. *Caeremoniar.* (distributio). *Distribut.* (Jubilator., decr.: *Novarien.*); t. III. p. 12. *Capellania choralis* (beneficium etc. decr.: Novarien. t. III. p. 538. 545.

Pisana.

Insignes controversias quae non sine christianae charitatis jactura exagitantur jamdiu inter Canonicos et capellanos Metropolitanae Pisanae ea quae par erat et ecclesiastico doctrina explicat nitide Emus et Rmus Card. Patrizi nuper s. Congregationi Episcop. et Reg. omnium plausu merito praepositus, cui rem universam (pro voto) expendendam ablegavi. Accipite EE. PP. verba Emi Relatoris:

»Habet Metropolitana Pisana capellanorum beneficiatorum collegium*) 54 numero, quorum quisque peculiari gaudet praebenda, pluribus vel pancioribus missarum oneribus attributis. Communis praeterea ipsis est massa cujus procuratio per capellanum ab eodem collegio electum geritur. Punctaturis ii non subjiciuntur, si a choro absint: Qui vero intersunt, distributiones e massa sumptas accipiunt. De istius massae administratione pluries transactis quoque temporibus inter Archiepiscopos et capellanos obortae sunt quaestiones: Illi nempe jus habere se putabant ferendi leges et decreta negotiorum procurationem respicientia, quibus isti aegro quidem animo, sed re tamen et acquiescebant et obtemperabant. Inter Canonicos etiam et capellanos controversiae materiam suppeditavit chorale servitium: Isti namque se subjectos esse Canonicis negabant eosque non posse chori servitium et punctaturas quo vellent modo statuere contendebant.

Quaestiones hujusmodi, quae identidem antea erumpebant atque Archiepiscoporum auctoritate, aliisve rationibus, non tamen radicitus extinguebantur, nunc archiepiscopali illa Sede vacante vehementius inculuere. Siquidem ex parte capellanorum beneficiatorum supplex ad s. Congregationem delatus est libellus, qui tria capita complectitur. Primum namque in eo queruntur, quod nonnulli ex capellanis, qui a choro absentes aliis oneribus satisfaciunt aliisque serviunt officiis quotidianarum manualiumque distributionum choralium participes fiunt, licet ex oneribus vel officiis praedictis congruam aliam recipiant mercedem. Altera memorati libelli pars in eo versatur, ut capellanorum jus asseratur, cujus vi ajunt, se ad suorum bonorum administrationem quod attinet nullimoda erga Archiepiscopum subjectione teneri: quamvis autem praeterito tempore decretum aliquod ea de re, negotiorum scilicet procuratione, ab Archiepiscopo fuerit editum, hoc licet a capellanis ejus temporis receptum successoribus nocere non posse contendunt; idque eo magis, quod nuperrimis ex factis evincitur, Archiepiscopum quotiesque a capellanis consensum aliquem referre voluerit, orasse semper, jusisse nunquam. Postremo aliquot subjiciuntur dubia tum distributiones praefatas tum jus exemptionis ab Archiepiscopi decretis circa administrationem ipsam respicientia.

Vicarius capitularis, cui praefatus supplex libellus pro consueta informatione audito capitulo aliisque interesse habentibus missus est illum s. Congregationi remittens votum capellanis omnino adversum protulit. Inquit nempe expedire, ut coerceatur atque in subjectionem redigatur collegium numero haud parvum ac minus doctis hominibus constans, quod semper gravius dioecesis incommodum fuit: nihil de methodo percipiendi distributiones; nihil de divisione, quae quovis anno exeunte fieri solet, summae reliqua ob capellanorum absentiam immutandum ac postremo definiendum nullum capitulare decretum vim habiturum nisi Archiepiscopi approbatione fuerit roboratum.

Ad praebendarum redditus quod attinet, Vicarius capitularis refert, eos in singulis praebendis varios esse, cum gradatim a 5 vel 6 scutis ad 70 et 80 usque assurgant; communem massam scutis plus minus tribus millibus ac 300 divitem esse, ex his piorum Legatorum oneribus detractis quod reliquum est in chorales distributiones erogari; si quod vero superest ob capellanorum absentiam hoc ad Archiepiscopi nutum inter eos distribui, qui praecipuis in solemnitate vel longioris servitii diebus interfuerunt, quae quidem peculiares distributiones inibi *sedute* nomine appellantur; non tamen integram in id genus distributionum summam erogari, semper enim ejus partem, uti semper in more fuit, in fundi augmentum relinqui. Addit postremo chorales distributiones in annuis secutis fere sexaginta constitui posse, majus vero pro iis esse emolumentum, qui officio aliquo chorali inter eos funguntur, quotiescumque enim choro intersunt proprie servientes, officio duplici fruuntur distributione. Haec habet Vicarii capitularis informatio. Huic scripta mole non exigua accedunt, quibus Canonicorum animadversiones in ea, quae a capellanis exposita sunt, continentur: unde magis magisque involuta fit quaestio, nova enim in medium afferuntur jura, quae ad capitulum supra capellanos ipsos pertinere dicuntur. Cum itaque Eminentiis Vestris placuerit meam de propositis quaestionibus exposcere sententiam, ne in tot tamque diversis nodis solvendis confusio fortassis oriatur illud faciendum existimavi, ut votum tres in partes dividerem ac primo quidem de jurisdictione quae ad Archiepiscopum spectare potest circa massae capellanorum administrationem disseram, deinde quae jura possint esse capitulo super universitatem singulosque capellanos circa chorale servitium expouam; tertio demum inquiram an methodus, quae nunc in distributionibus observatur, cum canonicis regulis congruat, ideoque sit retinenda.

Freti auctoritate Averani in voto, cui titulus *Pisana Canonicatus*, relato a Scarfantoni *ad Ceccoper. decis. 59. n. 4.* contendunt capellani, sum collegium, cum iis omnibus praeditum sit qualitatibus quarum vi uti corpus morale atque universitas existimandum sit, jus habere liberae bonorum suorum administrationis. Re quidem vera ad constituendam universitatem, juxta praelaudati auctoris sententiam *n. 9.* sufficit arca communis, proprium sigillum, locus destinatus, ubi conveniant ad tractanda negotia communia et Actor *Sea Syndicus L. I. § quibus ff. quod cujusque universitat. roman. cons. 436. n. 6. 7, Mantic. dec. 215. n. 1. v. Unde.* Jam vero omnibus hisce praerogativis capellani beneficiati potiuntur, veluti probare pergit idem Averani, qui idcirco statuit eos ab Archiepiscopi jurisdictione ad suorum negotiorum procurationem quod attinet exemptos esse. Praeterea in quadam Bulla pontificia 1458 edita pro unione ecclesiarum s. Stephani et s. Lazari corpus capellanorum Pisarum nomine universitatis pluries vocatur. Idem Averan. *n. 9.* Et *Vivian. lib. 15. cap. 5. n. 157. de jurepatronatus*, qui fuit ejusdem ecclesiae Canonicus idem corpus appellat massam et universitatem.

Neque hujusmodi principium labefactatur ex facto Archiepiscoporum, qui identidem decreta administrationem respicientia ediderunt; neque Ordinarii voluntas universitatis juribus nocumento esse non potest, neque collegii libertatem tollere, cujus quoad administrationem tutoris, protectoris ac defensoris tantummodo personam gerit. Urget praeterea illud, quod ex praefato auctore cognoscimus, constitutiones nempe ab Archiepiscopo universitati datas, universitatis ipsius approbatione fuisse confirmatas: unde sequitur ideo vim legis obtinuisse, quod collegii consensione fuerint receptae.

Negat memoratis inscriptis capitulum capellanos beneficiatos universitatem vel corpus distinctum constituere, non enim potest, juxta ipsius Scarfantonii doctrinam, corpus aliquod esse ubi extat aliud, cujusmodi in Pisana Metropolitana Canonicorum collegium esse dignoscitur. Addunt, capellanis non licere conventus habere neque Archiepiscopum posse ipsis hujus rei facultatem facere; hoc enim contra jus foret. Auctoritate Vanespen contendunt, Episcopos, licet nunc quibusdam limitibus circumscripta sit eorum in administratione bonorum ecclesiasticorum facultas,*) adhuc tamen superintendentes et curatores quoad ecclesias et loca sibi subjecta, atque ad rem subdunt, Trid. Synodum *sess. 22. cap. 8. 9. de ref.* quemcumque locum pium visitationi subjecisse ac maudasse, ut quotannis Episcopo redderetur ratio. Pergunt praeterea dicentes, approbationem quae ex parte capellanorum dicitur accessisse memoratis constitutionibus ab Archiepiscopo d'Elci editis, gratis asseri, cum istud approbationis decretum extaret, ipsum veluti ultroneum beneficiatorum actum esse existimandum, unde nihil detrimenti posset inferri juribus Archiepiscopi, qui illud non requisivit. Facta a capellanis allata, quibus ii nituntur evincere, Archiepiscopos ipsos collegii exemptionem cognovisse, nihil ajunt in rem praesentem facere: adductis namque in factis Archiepiscopus vel peculiaris patroni personam gerebat, vel rem ejusmodi postulabat, quae non parvo beneficiatis incommodo futura erat; utroque igitur in casu non poterat quin eorum exquireret consensum. Simile est illud, quod sepulturae concessionem respicit, hoc enim ad administrationem nullateuus pertinet, ac

*) Vd. *t. II. p. 139. n. 11.*

*) Vd. *t. I. p. 185. c; 187. n. 3; 229. b; t. II. p. 1071. III.*

si ea concessio a beneficiatis tamqnam suae ecclesiae patrouis facta est, id probaudo juri, qnod nnnc defeuduut, nihil prodest. Coutra ea vero alia in medinm adducunt facta Canonici, quibus praetensa exemptio refellitur; cujusmodi sunt et approbatio qua ab anno 1584 Archiepiscopus del Pozzo regulas ad administrationem spectantes munivit et decretnm 1592 a Vicario generali latum quo leges aliae circa administrationem ipsam et distributiones jnbentur poeuis etiam, si quis secns faceret, constitutis, posterioribns antem temporibus, qnae per Archiepiscopos decreta fuere, iis omuibus adamussim capellani beneficiati sunt obsequuti. Juxta regulas juris quotiescnmque omnia membra quibus aliqnod constat colleginm explicite vel implicite cuidam juri abrenuuciant, eorum facto ceteri qni postea veniuut obligati censentur, *Rebuff. in prax. benef. tit. regular. benef., Gonzalez. ad regul. 8. cancell. gloss. 7. n. 8. et 25.*

Argumentis quae hinc inde afferuntur snmmatim expositis ut patefaciam quid seutio de jure plus minusve amplo, quod Ordinario esse potest in administratioues per corpora moralia gestas distinguendum puto. Si namque redditns qui in admiuistratiouem veninnt omnes in largitiones vel eleemosynas impeudi debent, veluti in dotes puellarum, in subsidia pauperum in Nosocomia, orphanotrophia, couservatoria alenda, tnnc ii profecto tamquam ad pia loca spectantes possunt haberi atqne inter eos merito recenseri, quorum administrationem Trid. Syuodus subjectam voluit immediate jurisdictioni Ordinarii, qui procuratores quotannis ad reddendam rationem potest adigere, si vero uti in casu praeseuti agitur de admiuistratione, quae peculiarem moralis cujusdam corporis oecouomiam attiugit cujusqne redditus membris quae illud constituunt alendis exclusive iuserviunt, tum profecto affirmari non potest, ad Ordinarium pertinere jus singula administrationis ejusdem negotia gubernandi, suo nutu decernendo qui coutractus inenndi qui rejiciendi sint et qna ratione administratio ipsa sit gerenda, *L. 1. § 2. ff. Quod cujusque univers. nomine* et *L. ult. Cod. de jurisd. omn. judic.*, *Ursaya Disc. eccles. p. 1. Dec. 15. n. 16. 17.* Haec est praxis, qnae constanter apud omnia Cathedralium et Collegiatarum capitnla ceteraque hujusmodi corpora observatur: ideoqne aliis argumentis opus esse non videtur, nt probemus Episcopum non posse iu singulis negotiis administratiouem reddituum ad memorata corpora pertiuentium respicientibns sese immiscere, sed eum tempore s. Visitationis tantummodo jus habere cognoscendi, quo modo ipsa gesta sit admiuistratio.

Perperam vero contenduut Canouici, capellanos beneficiatos universitatem vel corpus distinctum nou coustituere, eo quod agnosci nequeat corpus aliquod ubi aliud jam extat. Namque praeter auctoritatem a beneficiatis ad snum jus assereudum prolatam inficiari certe nemo poterit ipsos, ad redditnum admiuistrationem quod attiuet, distinctum a capitulo corpus coustituere, distinctam quippe ut praemouuimus habent massam. Quin omuia fere Urbis hujus capitula simile nobis exemplum suppeditant; beneficiati nempe licet in omuibus, quae chorale servitium respicinut, corpus nnum cum Canonicis efformeut, in suorum tamen redditnum admiuistratione tamquam distinctum a Canouicis corpus ceusentur.

Hoc nnnm praeseuti in controversia facere posset Archiepiscopo, biscentenaria videlicet cousnetudo, quae juris perquam optimi praesumptionem inducit: verum haec non ita demoustratur, quemadmodum uecesse foret; atque insuper illa dno saeculi sextidecimi, quae afferuntur, acta uon ejus sunt geueris ut plaue doceant, quam late pateret Archiepiscoporum in hanc admiuistratiouis materiem jurisdictio, nam iu ipsis leges tantum geuerales saucitae vel approbatae fuerunt, quibus iuposterum capellaui uti debebant pro recta negotiorum suorum gestione.

Quas ob res videretur faciendum, ut Archiepiscopo praeter jus cognoscendi tempore s. Visitatiouis quomodo gesta sit nuiversitatis admiuistratio (id euim ad ipsnm pertinere jam vidimns) nil aliud juris circa administrationem ipsam relinqueretur, quam generatim rectae ejus methodo consulendi. Praeterea de quibus hactenus disseruimns contendit etiam capitulum pertiuere ad Archiepiscopum jus approbandi concilia seu resolutiones, quae capellanorum collegium ineuuda censeat; ita nt haec nnllum sint pondus habitura, nisi Archiepiscopi ipsius accedat approbatio: quod etiam a Vicario capitulari postulatur, ut coutroversiis dissidiisque tollatur occasio.

Verum haec petitio, praeterquam quod non ita aperte consuetudine fulcitur, nimium gravis videtur oneris; et si quis ei obsecundare vellet, hunc oporteret etiam Archiepiscopo fatissimum illud jus attribuere, quod in admiuistratione redditnum collegii ad ipsum non pertiuere coguovimus. Requidem vera,

quoties ea quae in conciliis nniversitatis constitunntur ut vim obtinereut Archiepiscopi indigerent approbatione, hic approbationem ipsam negando beneficiatos in suorum negotiorum procuratione quoque omnino subditos haberet.

Ceterum Archiepiscopo non desunt rationes efficiendi ut cousilia nuiversitatis eo suscipiantur modo, ne controversiae et dissidia obveniant: S. autem Congregatiouis prudenti arbitrio judicandum relinquo, num expediat Archiepiscopo facultatem facere decernendi leges regulasqne generales, quibus nou modo admiuistrationis sed etiam collegialium coetnum rectae methodo consulatur.

De officialium electione quoque disputatur.*) Siquidem capellani, auctoritatem Averani praeferentes eo quod universitatem constituunt, se omuimodo putant libertate frui circa eorum electionem, quos ipsis placeat ad gerenda negotia assumere, quin Archiepiscopo approbatione sit opus; verba, quibus hanc in rem utitur citatus auctor, *eligunt*, *creant* satis demonstrare ajunt, solam electionem ab universitate factam sufficere, ut singuli officiales suo rite muuere potiantur, deuique addunt, in vetere qnodam libro, iu quem collegii consilia relata sunt, numquam deprehendi in memoratis dictionibus Archiepiscopi approbationem accessisse; imo e coutra licet iu constitutionibus ab Archiepiscopo d'Elci datis, quarum supra mentionem fecimus, decernatur nt camerarii electio Archiepiscopi approbatioui snbjiciatur, numquam tamen, ad annum usque 1799 hujusmodi decretum fuisse observatum.

At ne his quidem rationibus acquiescunt Canonici et reponnnt oportere ad probaudam consuetudinem, ut capellani peculiariter doceant de tempore quo liber ille conscriptus fuit, unde pateat nnm antiquior vel posterior sit decreto Archiepiscopi praefati, quem credi non potest, post decretum ipsum editum, parum aut nihil de ipsius observantia fuisse sollicitum; animadvertunt praeterea fieri potuisse, ut approbationes, de quibus agitur, siugularibus foliis consignatae fuerint, qnae postea sint dispersa.

Nil in jure defiuitum reperitur, quod ad approbationem officialium cujusmodi collegiorum vel universitatum, neque idcirco potest absolnte dici jus istud ad Ordiuarium pertiuere: igitur id totum a peculiaribus constitutionibus legem habet. Hoc tamen praeseuti in casu retineudum est, qnod juxta ipsum decretum Archiepiscopi d'Elci camerarii tantummodo electio Archiepiscopi approbatioui subjicienda erat, nihil vero de aliis officialibus deceruitur. Itaque ad hoc dnbium responsio pendere videtur vel ab iis qnae iu responsis ad superiora dubii deceruere placuerit vel a maturiore examine allatae consuetudiuis, quae saepe memorato adversatur decreto: cujus quidem decreti observantiam ab anno 1799 uou iuficiantur capellani; haec autem quadrageuaria fere cousuetudo alteri quam adducuut contraria assereudo juri Archiepiscopi sufficere fortasse posset.

Contenduut suis in auimadversionibus Canouici uti jam vidimus per capellanos reddendum esse quotannis Archiepiscopo suae admiuistratiouis rationem: id autem ut evincant, auctoritatem afferunt Trid. Syuodi, qnae in *cap. 8. et 9. sess. 22. de ref.* decernit, quemlibet pinm locum ad hauc reddeudam rationem quotannis teneri.

Ut congrua huic dubio detur responsio, animadvertendum est in memoratis duobus capitibus diversa praescribi de jure Ordinarii super pia loca: in 8. enim capite Episcopo attribuitur jus omnia pia loca visitandi, eaque ita lato modo accepta, ut collegia quaecumque inter eadem receuseantur; ideo negari hand potest, in actu s. Visitatiouis facultatem esse Episcopo iu examen vocandi administratiouis tabulas, agatur licet de capitulis aliisque nniversitatibus. Sequeuti autem capite nono scilicet omues piorum locorum administratores jubentur quotannis suae procurationis rationem reddere Episcopis: verum ex ipsius capitis coutextu argui posse videtur, onus hujusmodi pia loca stricto modo accepta tantum respicere, illa nempe, quae uti superius jam innuimus suos redditus iu charitatis opera impendunt, siquidem hoc in capite loca pia in antecedeute jam descripta rursus enumerantur, uullum vero de collegiis omuino fit verbum. Neque voces quorumcumque locorum piorum quae inibi reperiuntur hucusque dictis officiunt; haec namque dispositio ad nnguem convenit cum *Clem. Quia contingit* §. *Ut autem praemissa de religios. domibus* in qua tamen de hospitalibus tantummodo res est. Tandem observantia, quae semper fida legum interpres habita est, ouus istud a capitulis aliisque hujusmodi universitatibus amovet, qnae uou quotannis, sed sacrae

*) Vd. *p. 473. n. 11.*

tantum Visitationis tempore suorum redditunm Episcopo reddunt rationem: haec porro observantia non minns qnam alibi Pisis viget; neque infirmari potest ex nsu, qni fert, ut Archiepiscopns de snmmae quae snperest distribntione decernunt; ad hoc enim satis est, ut ipsi innotescat quod in arca reliqunm est, qnin ulla sit necessitas ejns examini singulas procnrationis tabulas snbjiciendi.

Quae hactenns exposuimns ad primam controversiae partem referuntur ad jurisdictionem scilicet, quae ad Archiepiscopum pertinere contenditur in nniversitatem capellanorum, qnoad ea omnia quae redditnum administrationem attingunt. Nnnc de altera parte verba faciemus, de juribus nempe qnae habere possnnt Canonici in nniversitatem ipsam circa ea quae chorale servitinm respicinnt: quaestio ista a capitnlo excitata est, et nihil ex parte capellanorum beneficiatorum in actis reperitur.

Inquiunt Canonici, se in chornm nna cum beneficiatis ad divinam Psalmodiam convenire atqne tnnc temporis unnm cum ipsis efformare corpus juxta decretum S. R. Congregationis in una *Januen. Rot. cor. Janara, Pignatelli 1. cons. 55. n. 7.* Inde vero arguunt sibi, quippe superioribns, beneficiatos omnibns in rebus snbditos esse debere, adeo ut liberum sit Canonicis beneficiatos ipsos mnlctare, a choro arcere atque officiis non idoneos declarare, quotiescnmqne propriis non satisfacerent mnneribus et e contra distribntionum praemiis diligentes donare. Scarfantonii auctoritate nitnntur Canonici; ille enim auctor *lib. 1. tit. 4. n. 8.* Beneficiatos relate ad Canonicos comparat Cardinalibns relate ad Papam, ajens qnod beneficiati snnt servi Canonicorum. Progredinntur cum *Pignatellio 6. cons. 55.* confirmantes Canonicis inesse jns ferendi statnta ad choralis servitii methodnm: Et cum *Rota in Patavin. Sedilium 26. Jan. 1618. cor. Sacrato*, se beneficiatis snperiores appellant; animadvertnnt denique si hoc de omnibus capitulis, mnlto potiori jnre de Pisano dicendnm esse, qnod a Nicolao II. erectum Ordinarii titulo est insignitum atqne hac auctoritate Metropolitanae capellanias confert, itemqne non pancas parochiales ecclesias, qnas qnidem antiqnitus et exclusive visitabat, hodie vero cnmulative cum Archiepiscopo; qnod postremo dandi canonicam institutionem et destituendi privilegio potitur, jnxta sententiam saepe citati *Scarfantonii et Piviani de jurepatronatus lib. 12. c. 3. n. 6.* Ex hisce profecto juribus aliud modicae coercitionis superius notatnm dimanat, aliter namqne fictitia prorsus illa evaderent, qnod reapse capitulum jurisdictionem hanc exercnerit, comprobatnr ex actis s. Visitationis 1611 et 1640 ex juramento fidelitatis, qnod capellani beneficii possessionem inenntes emittere consneverant, ac demnm ex testimonio 20 capellanorum, qnod refertur in summario *Pisanae Juris sedendi*, et in quo snbjectionem hujnsmodi ipsimet profitentur. Accedit quod sno etiam facto capellani jns istud capituli recognoverint; ad ipsum enim se converterunt postulantes nt statneretnr distribntionum percipiendarum snmma ad controversias, qnae hac de re contra jubilatos fuerant excitatae, dirimendas. Nunc etiam Canonici a capellanorum punctatoribus consuetnm exigunt jnramentnm, suo in sacrario punctaturarnm retinent librum et Archipresbyter unam arcae clavem apnd se servat.

Quamquam haec jura quae ad Canonicos supra beneficiatos pertinent satis probata sint, nihilominns fatendnm est, eorum exercitinm late nimis ultraque debitos fines protendi velle. Esto quod Scarfantonius, cnjus auctoritatem tantopere objicinnt, Canonicis jus tribuat mnlctandi ac distribntionibns privandi beneficiatos, nemo tamen neque in Scarfantonii ipsius opere neque in decisioue Rotae coram Olmo invenerit scriptum, quod Canonici jus etiam habeant beneficiatos e choro expellendi. Profecto gravis nimirn foret hnjusmodi poena, modicam coercitionem illam, qnam ad capitulum spectare vidimns, quoqnoversns excedens. Ipse etiam suspensus a divinis jns habet interessendi choro atqne interdictns ant excommnnicatus vitandus tantummodo ab eo excluditnr. Qno igitnr pacto admitti potest in capitulo privileginm irrogandi poenam adeo acerbam, quae perennis dissidiorum fons esset Canonicos inter et beneficiatos, qui procnl dubio, qnoties eam poenam irrogari contingeret exclusi collegae partibns faverent injustamque fuisse condemnationem et praedicarent et contenderent: ex qno pax illa everteretur qnam si inter omnes, mnlto magis inter ecclesiasticos viros ad populi exemplum positos florere decet? Itaque dum jurisdictionem Canonicorum super capellanos in genere admitti oportet, ea tamen in specie videtur esse debere, quae nltra modicae coercitionis fines non protendatur.

Jam in facti narratione retnlimns capellanos beneficiatos non modo distinctas inter

eos praebendas presbyterales nempe diaconales et subdiaconales non habere, sed ne teneri quidem choro interesse. Ne igitur ecclesiae servitinm deficiat, necesse est, alium ad officinm magistri chori sive praefecti scholae cantorum assumere, alios cantores, diaconos, subdiaconos, hebdomadarios, ceremoniarum magistros et Vicarios curatos eligere. Nunc horum qnoque officialium electio in questionem venit. Nam utrique Canonici nempe et capellani istins electionis jus sibi vindicare certant.

Canonici qnidem ab alio eorum jure ferendi leges et statnta pro chori regimine arguunt illud etiam ad se pertinere eligendi officiales, qui leges et statnta praedicta current observari. Subdnnt huic juri haud officere, quod officiales ipsi e massa capellanorum distributiones accipiant, haec enim massa non a capellanorum sed a ss. Pontificum largitionibus originem trahit, quae pure et simpliciter ideoque subordinatae ad ecclesiae methodnm et ad commune jus attributae fnerunt. Adjiciunt capellanos in choro corpus a Canonicis distinctum non efformare, ideoque ad hos uti corporis caput spectare Officialium electionem, non vero ad capellanos, qui uti singuli et individui considerantur. Haec omnia confirmant auctoritate *Viviani de jure patronat. lib. 12. cap. 2. n. 14.* Consuetudo demum favet etiam Canonicis, eamdem immemorabilem affirmant, velnti documentis in tabulario asservatis, et si quis foret, testinm qnoque examine comprobare possent. Ista autem consuetudo juxta doctrinam *Rotae in una Urgellen. diei 15. Martii 1697. cor. Ursino* eorum juri confirmando satis esset, a qua doctrina causam non video cur sit discedendum. Putant praeterea Canonici, officiales istos ab eis electos nullo pacto posse officio rennnciare. Haec doctrina statuitur a Rota in memorata *Urgellen.*, nam si quadam animi obstinatione capellani officium detractarent vel impositum rennnciarent, chori servitinm deficeret. Sed casus de qno in praelandata decisione res est, huic aptari posse non videtur, duabus potissimum rationibus, primo quod in illo beneficiati tenebatur interesse choro, e contra capellanis beneficiatis Pisarum onus hnjusmodi non est impositum; secnndo quod illi explicito juramento servire et obedire manualiter Canonicis sese obstringebant, isti antem Pisanae ecclesiae nullatenns id facinnt. Qno igitnr pacto hi cogi possent ad retinendum officium inviti, cum ne interesse quidam choro teneantur? Absurdum profecto esset levius ipsis in eodem choro onus imponere, dnm ab alio graviore cujnsmodi est interventus exempti coguoscuntnr. Quouiam vero nti jam praemonuimus officiales isti duplici distributioue fruuutur ob officii exercitium, mercedis hnjus ratione habita fieri non posse videtur, ut nemo deprehendatur qui officiis ipse fungi velit; ac si demus, etiam id evenire posse in Archiepiscopi potestate est ordinariae auctoritatis remedio hnic malo mederi.

Veniamus nunc ad postremam controversiae partem, quae respicit methodum in quotidianis distributionibus dividendis servandam. Ac primo qnidem de Vicariis curatis verba faciemus, qnibns beneficiati distributiones ipsas deberi negaut. Cura habitnalis animarum est penes capitnlum; hoc duobus capellanis munus istud gerendum committit, qui ad annnm 1783. ad annum amoveri poterant, ab eo antem tempore sunt perpetui et Vicarii curati vocitantur. His praeter praebendam et congrua in annnis scutis 50 constitnta. Insuper distributionnm semper participes fuere, licet ex officio abessent a choro.

Vicarii curati jnssnm tueutur auctoritate Scarfantonii contendentes aeqnum non esse privari se distributionibus, dum absunt causa officii a capitulo sibi commissi exercendi; atque eo vel magis, quod eorum congrua non ex arca nniversitatis aut capituli trahitur, sed a parochia persolvitnr. Adjicinnt ex decreto 1816, cnjus vi binae vicariae in pristinnm restitutae sunt, Vicarios necessario esse debere capellanos ut ajunt, di quinterno scilicet eos qui distributionibns fruuutur; quas quidem etiam ex juris canonici praescriptionibns percipere debent, quia ob publicum bonum gernnt officium suae praebendae annexum. *Engel lib. 3. tit. 4. § 31.*

Capellani e contra ajnnt cnm habitualis cura animarum sit peues capitulum, non vero penes nniversitatem capellanorum, non posse Vicarii officium istos gerere atque ita chori exemptione gaudere et distribntionum participes fieri, praesertim cum iidem praeter congruam obventionibus magni ponderis frnantnr.

At momenti admodum levis est argumentum istud: Cura non penes Canonicos sed peues capitulnm est; atqui capituli partem capellani qnoque constituunt; ideoqne et ipsi possunt ad officium Vicariornm assumi et

gaudere iudulto exemptiouis a choro, quiu distributionibus priveutur, quemadmodum pluries a s. Cougregatioue constitutum est. Relat. a *Scarfant. ad Ceccop., Pignat. consult. t. 1. consult. 279.*, nec quod in celebri quaestione: dubia Iudultorum 1820*) proposita decretum fuit, in rem praesentem cadere potest; quippe in ea uou agebatur nisi de modo utendi indultis, quae brevetti nominis veniunt ex parte eorum, qui s. Sedis servitio operam navant.

Igitur mea quidem seuteutia Vicariis curatis distributiones relinquam, quoties pro curae negotiis a choro absunt, exceptis tameu ejus generis distributionibus, quae mauuales vocantur, quaeque ex testatorum voluutate inter praesentes**) dividi debent, uti passim statutum est et praesertim in *Asculana 5. Junii 1706. ad 9. et 10. dub., in Rosanen. 6. Febr. 1734.*

Certant etiam capellani contra duos caeremoniarum magistros, qui antiquae consuetudinis vi ex eorum coetu eliguntur et uoluut, ipsos gaudere duplici distributione cum a choro absunt; quae quidem duplex distributio ipsis debetur tum ex antiqua cousuetudiue tum ex decreto Archiepiscopi Franceschi edito 1797. Ratio vero, quam capellani hauc in rem afferunt, in eo versatur, quod magistri caeremoniarum peculiarem jam habent constitutam mercedem in annuis libellis duodecim praetereaque obventionibus non paucis fruuntur.

Observantia major quadragenaria praesertim cum de decreto agatur, quod per capellanos ipsos receptum est, uon parvas habet vires contra id quod capellani petunt, ut nempe caeremoniarum magistri e gremio eligantur capituli ipsius, neque distributionibus privantur cum proprio serviant officio. Difficultatem tamen ingerere posset servitii qualitas ex. gr. cum ipsi Archiepiscopo extra Metropolitanam adsistunt. Namque s. Congregatio pluribus in resolutionibus contrariam regulam pro hujusmodi casibus inducendam censuit veluti in *Soanen. 17. Martii 1619.* et in *Bitecten. 18. Dec. 1627, Fagnan. in cap. Licet de praebend. n. 76. et seq., Scarfant. ad Ceccop. adnot. ad tit. 10. n. 5.*

Praeter caeremoniarum magistros qui ecclesiae vel Archiepiscopo serviunt eliguntur et alii, qui adsistant magistratui et collegiis universitatis quoties solemuiter Sacris intersunt. Disputatur an hi quoque distributionibus frui possint. Non tamen dubitarem uegative respondere, si de Sacris agatur, quae aliis in ecclesiis uou in Metropolitana fiunt; tunc euim eorum a choro absentia nullo potest pacto excusari. Cum vero in ipsa Metropolitana sive magistratui sive uuiversitati adsistuut, quouiam recto caeremoniarum ordini tunc etiam iuserviunt affirmative procul dubio rescriberem.

Aliud disputatiouis argumentum praebent capellani beneficiati, qui capellae musicae sunt addicti: quaeritur enim, utrum distributiones percipere debeaut, cum iu loco ipsi capellae de more assignato apud organum canant.

Canonici quidem affirmativam tueutur seuteutiam, freti consuetudiue et decreto Archiepiscopi d'Elci eo autem magis, quod tunc temporis cum nempe memoratum editum fuit decretum capella musica capellanis integre coustabat; nuuc vero unus tantum in ea est capellauus, cum reliqui omnes laici siut. Neque eorum sententiae quidquam obstat decretum s. Congregatiouis die 15. Nov. 1659. editum, quod pulsantibus organa distributiones nou deberi declarat, quando quidem organa pulsando haud satis fit officio cantus, quod officium canendo adamussim impletur.*)

Praefatus insuper capellanus, qui viginti tribus abhinc aunis huic officio inservit, argumentis per Canonicos prolatis adjicit, se hac conditione fruendi distributionibus munus ipsum suscepisse et locum postea recusasse in conventuali capella; unde infert habere se jus quaesitum percipiendi futuris etiam temporibus distributiones vel saltem aliquam aliam compeusationem obtiueudi.

Pluries a s. Congregatione decisum fuit quod Canouicus tempore divinorum officiorum organum pulsans vel cum musicis psallens amittat distributiones quotidianas si ex ejusmodi munere certum aliquod stipendium obtineat, ita in una s. *Severini 15. Novb. 1639.* et iu *Adjacen. 11. Julii 1671.* in aliisque. Hinc praefatis resolutionibus adhaerens absolute negarem distributiones capellauis dum in organo cantant cum musicis, nisi ex rationibus adductis a praesenti capellano dignus ipse tantum aliqua consideratione censeatur.

Camerarius qui ab universitate eligitur, praeter praebeudam annua scuta 36 habet et

*) Vd. *t. III. p. 1028.*
**) Vd. *p. 1253. n. 3.*

*) Vd. *t. III. p. 964. c; 1044. d.*

praeter ea quoque libellas 34 quotannis strenarum nomine percipit: is vi memorati decreti Archiepiscopi d'Elci tum quotidianis tum mauualibus distributiouibus frui deberet, cum abest causa negotiorum universitatis; verum hodie quotidianas tantummodo recipit, juxta id quod a s. Congregatione statutum fuit, quemadmodum ex decreto Archiepiscopi Franceschi 1797. patet.

Quouiam vero capellani jus istud camerarii velleut evertere, hic jus ipsum suum asserit objicieus commuuis juris regulas quae ferunt ut distributionum participes isti sint, qui choro non intersunt, dum ecclesiae servitio dant operam. Neque decretum Archiepiscopi d'Elci 1690. quo stipendium camerario conceditur impedimeuto esse potest, quominus ab eo distributiones hujusmodi percipiantur. Eteuim praeterquam quod stipeudium ipsum impar est oneribus, periculosi officii sustinendis, idem Archiepiscopus d'Elci in ipso decreto, quo stipendium ei constituit, distributiones etiam ei concessit pro mensibus Julio et Augusto ceterisque temporibus quibus in officii curis eum versari contingeret. S. quoque Cougregatio negotiis et consultationibus Episcop. et Reg. praeposita in una *Saonen. 21. Augusti 1604.* jus istud constituit atque ita sentiunt *Barbos. tract. univers. juris eccl. lib. 3. de distrib. quotid. cap. 18. n. 53., Scarfanton. part. 1. lib. 2. tit. 10. n. 30.* Accedit denique quod istud ipsum jus uuiversitatis ejusdem consilio confirmatum fuit 1823. cum statutum fuerit, licere camerario iu officii aedibus morari, cum opus fuerit, ejus hac in re tantummodo onerata conscientia.

Quod si capellani reponerent camerarium non posse quotidie negotiis officii detineri, atque idcirco inutiliter eum in officii aedibus immorari potiusquam choro interesse, responderi posset, quotiescumque camerarius in eis aedibus moratur ei favere praesumptiouem, quod ibi moretur ad communia negotia gerenda, quo quidem in casu jus habet percipiendi distributiones, nulla temporum distinctione, *Scarfant. ad Ceccop. lib. 2. tit. 10. n. 30. et seq.*, quod si vero camerarius facultate ista abuteretur eamque in privatum suum commodum converteret, liberum est capellanis Archiepiscopi auctoritatem exposcere, ut ille ad suum officium revocetur. Stipendium vero impar esse officii laboribus evincitur ex eo, quod au. 1830 consilio universitatis ipsius ab Archiepiscopo adprobato auctum fuit et ad scuta 36 perlatum; habita etiam fortasse temporum ratione cum 1690 quo quidem tempore scuta viginti quatuor tantummodo constituta fuerunt, haec tanto majori summae responderent; et nihilominus tum quoque nil de distributiouibus camerarii ademptum fuit.

Mihi profecto solidis nixae fundamentis videntur rationes, quae camerario faveut, cum omnium quoque capitulorum praxis s. Cougregatiouis confirmata decretis haec sit, ut quotidianas distributiones manualibus vero semper exclusis camerarii obtineant, licet a choro absentes officii causa, eorum couscieutia onerata circa plus minusve amplum usum hujus indulti, quod uti vidimus, non impedit adire Episcopum, qui quotiescumque contrarium evenisse videret et camerarium reapse indulto ipso abusum esse cognosceret, distributiones pro singulis iis vicibus ei adimere potest.

Ad parochorum atque ordinandorum utilitatem mos est Pisis semel quotannis duo vel plures spiritualium exercitiorum cursus fieri certo quodam in loco. Horum praeses eligitur sacerdos, qui plerumque e capellauis est. Hic ut officio tali serviat a choro abesse debet; ac tamen distributionibus gaudet. Id constitutum dicunt ad normam brevis Clemeutis XI., quo distributionum participes ii fiunt, qui chorali alicujus ecclesiae servitio addicti a choro absunt, ut semel in anno praevia Ordinarii facultate spiritualibus exercitiis per octo dies dent operam.

Verum difficultas oriri posset quoad latam iuterpretationem, quae hujus brevis praescriptionibus datur. Siquidem dum in eo indultum conceditur illis qui spiritualibus vacant exercitiis, non videtur omuino indultum ipsum eos quoque complecti posse, qui exercitiis iisdem praesunt: eo vel magis quod breve memoratum fert, ut exercitia in religiosa aliqua domo fiant, ubi non est necesse vocare sacerdotem, qui exercitiis operam dantibus praesit, cum domus ipsius Coenobitae hujusmodi officio fungi possint.

Aliud a capellanis dubium s. Congregatioui solvendum proponitur, num scilicet boua fides eorum omnium, qui indebite eorum quidem judicio distributiones huc perceperunt, esse desierit a die 4. Decb. 1837, qua die in publico coetu lecta sunt responsa s. Congregationis in causa, cui titulus *Dubia In-*

*dultorum**), quo facto ipsi in mala fide esse coeperunt.

Si tamen quaestiones eadem in causa propositae ad examen revocentur, liquido apparebit, diversas admodum illas ab his fuisse uti supra jam vidimus; quamobrem judicia circas eas prolata mea quidem sententia non poterant in malam fidem inducere capellanos, qui rationibus omnino aliis distributiones hucusque receperunt.

Tandem ex Vicarii capitularis relatione cognoscitur ea quae absentes a choro amittunt in utilitatem praesentium non cedere, juxta Trid. Synodi *sess. XXI. c. 3. de ref.* praescriptiones, sed in unum collecta ab Archiepiscopi arbitrio pendere, qui ea partim diligentioribus in chorali servitio, solemnioribus praesertim graviorisque laboris diebus, veluti in praemium attribuit; partim in fundi augumentum impendit, uti initio jam innuimus.

Quoniam vero usus iste contrarius fortasse ss. Canonum praescriptionibus dici posset, *Vivian. de jurepatronat. lib. 15. cap. 3. n. 164, Ursaga t. 5. part. 2. discept. 4. n. 114. et seq., s. C. in Asculana 5. Junii 1705. ad V. dub.* inter illud in peculiario dubio examini subjiciendum censui.

Nullis profecto argumentis non esset opus, ut persuasum generatim habeatur admittendam non esse consuetudinem quae opposita prorsus deprehenditur iis, quae in nuper citata sessione Trid. Synodi praecipiuntur, ut ea nempe quae ab absentibus amittuntur in praesentium utilitatem cedant. Nam licet praefata synodus in altera *sess. 22. cap. 3. de ref.* statuerit quod distributiones quibus carere debent dignitates aliique choro inservientes si muneri suo desint attribuendae sint fabricae**) ecclesiae aut alteri loco pio arbitrio Ordinarii. Haec tamen dispositio, ut optime advertit post *Fagnan. in cap. Quia nonnulli n. 22. et seq. de Cleric. non resid., Benedictus XIV. in Instit. 107. n. 41.* tunc habet locum quum dignitates distributiones non ex mensa capitulari percipiunt, sed secretas ab eadem mensa obtinent, quod in nostro casu non verificatur. Unica tamen ratio, quae consuetudini hujusmodi favere posset, in eo sita est, quod veluti capellani choralis servitii vinculo non obstringuntur, ita proprie loquendo punctaturis haud subjiciuntur, sed eam tantum amittunt distributionum partem, quae horae qua ipsi absunt est attributa.*) Haec porro distributionum pars ideo in praesentium utilitatem non videtur eroganda, quod cum interesse choro non teneantur distributionum ipsi retributionem, quando adsunt, jam accipiunt. Uno verbo punctaturae locus vere fieri non potest, ubi serviendi onus non est; atque ideo Trid. Synodi praescriptio praesenti casui aptari stricte posse non videtur; in ea namque de punctaturis proprie dictis sermo est. Ceterum, ut nil inobservatum relinquam contra rationes hasce facit etiam praxis. In hujus enim urbis capitulis distributiones quas amittunt absentes more punctaturarum inter praesentes distribuuntur, hac tamen non obstante censerem posse permitti, ut res quod hactenus processit modo inposterum quoque procedat.«

His expositis dirimenda veniunt sequentia dubia:

I. An et quae jurisdictio competat Archiepiscopo in administratione massae universitatis in casu?

II. An resolutiones universitatis et electiones officialium sint ab Archiepiscopo approbandae in casu?

III. An et quomodo Archiepiscopo competat jus exigendi redditionem rationum ab universitate in casu?

IV. An, quomodo et quae jurisdictio competat Canonicis in capellanos etiam quoad eorum coercitionem in casu?

V. An jus sit Canonicis eligendi et destituendi officiales chori et intervientes altari in casu?

VI. An officiales electi possunt munera collata renunciare in casu?

VII. An, pro quo tempore et quibus distributionibus frui debeant Vicarii curati in casu?

VIII. An idem jus competat caeremoniariis magistratus et publicae universitati inserventibus in casu?

IX. An capellani in organo canentes cum musicis frui debeant distributionibus in casu?

X. An et quomodo camerarius universitatis absens a choro lucrari possit distributiones in casu?

XI. An capellani praefati spiritualibus exercitiis occupati frui debeant distributionibus in casu?

*) Vd. *p. 1294. n. 11.*

*) Vd. *t. III. p. 1027.*
**) Vd. *p. 1256. n. 4.*

XII. An officiales capellani bona fide perceperint distributiones post diem 4. Decb. 1837. in casu?

XIII. An approbanda sit erogatio residui massae universitati in casu?

S. C. resp.:

Ad I, II et III: Expectetur electio novi Archiepiscopi et interim transmittatur copia literarum apostolicarum sa. me. Nicolai II., constitutio cl. me. Episcopi d'Elci, particulae capitularium constitutionum ceteraque documenta ad rem facientia.

Ad IV: Affirmative juxta consuetudinem et praesertim circa ea, quae rectam choralis servitii disciplinam respiciunt.

Ad V et VI: Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad VII: Affirmative pro diebus et horis onerata, amissis distributionibus inter praesentes tantum juxta votum Emi Relatoris.

Ad VIII: Affirmative in omnibus, dummodo in metropolitana tantum ecclesia munus exerceant juxta votum Emi Relatoris.

Ad IX: Negative, excepto actuali tantum capellano attentis peculiaribus circumstantiis.

Ad X: Affirmative pro diebus et horis onerata amissis distributionibus inter praesentes tantum juxta votum Emi Relatoris.

Ad XI: Negative juxta votum Emi Relatoris.

Ad XII: Affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Ad XIII: Attenta peculiari fundatione et in casu, de quo agitur, affirmative juxta votum Emi Relatoris.

Die 27. Julii 1839.

Continuatio Pisana.

Quum priora itaque tria dubia indecisa perstitissent, nonnullorum autem ex his resolutio minime arriserit capellanorum universitati, causa denuo ipsis exorantibus reproponitur.

Allegationem typis impressam distribuit, qui praefatae universitatis sibi assumpsit vindicias, unde nova juris factique monumenta haurient fuse EE. PP.; qui vero Archiepiscopo et cathedrali capitulo adstat defensor, causae definitionem postulat comperendinari. Quibus sane precibus mihi primum porrectis ex eo censui abnuendum, quod jam pluries causa eadem petente parte dilata fuerit, nunc autem novis induciis acriter contradiceret capellanorum collegium. Erit itaque EE. VV. prudentiae vel causae, si ita placuerit, definitionem ad alia comitia producere vel pro ea qua praestant sapientia definire

Dubia:

I. II. III. ut supra.

IV. An sit standum vel recedendum a decisis in IV. V. VI.—XI. dubiis in casu?

V. An sit standum vel recedendum a decisis in XIII. dubio in casu?

S. C. respondit

Ad I: Affirmative et competere juxta ss. canones jus cognoscendi tempore sacrae visitationis de gesta administratione juxta votum Emi Relatoris.

Ad II: Negative ad I. partem salvis juribus Ordinario juxta s. canones competentibus, affirmative ad II. quoad approbationem camerarii juxta votum Emi Relatoris.

Ad III: Provisum in praecedentibus.

Ad IV (id est ad IV—XI): In decisis juxta modum nimirum circa ea quae rectum choralis servitii disciplinam respiciunt.

Ad V: In decisis et amplius.

Ad VII: In decisis juxta modum nimirum quoad Archiepiscopum extra Metropolitanam functiones pontificales exercentem.

Ad VIII: In decisis et amplius.

Ad IX: In decisis et quoad actualem capellanum facto verbo cum SSmo et amplius.

Ad X et XI: In decisis et amplius.

Die 27. Apr. et 22. Junii 1844.

17) Canonicorum Coadjutorum.

Vd. t. III. p. 191. *nota; Distribut.* (Canonicor. jubilat., infirm., Coadjutorum Canon.)

Pro coadjutis et coadjutoribus adhuc attendendae sunt resolutiones sequentium dubiorum. Proposito enim dubio in s. Congr. Concilii:

An Canonicus senio confectus, cui datus est coadjutor cum clausula, quod coadjuto impotente aut inservire nolente teneatur coadjutor inservire, si hujusmodi coadjutor postea gravi infirmitate oppressus, adeo ut de illius salute nulla vere spes adsit et sic inservire

non valeat, teneatur idem coadjutus per se ipsum inservire, ad effectum percipiendi distributiones quotidianas?

S. Congreg. *die 2. Maji 1643.* respondit:

Coadjutum non teneri inservire.

Qnod postea ab eadem s. Congregatione *die 30. Maji 1677.* extensnm fuit ad casum, in qno coadjntor esset infirmus etiam extra civitatem. *Haec s. Congregatio censuit Canonicum non teneri inservire in locum coadjutoris infirmi, sed quia coadjutor est infirmus extra civitatem supplicatur declarari, an etiam in hoc casu resolutio praefata locum habeat?*

S. C. resp.:

Affirmative.

Et in una *Romana Distributionum die 19. Aug. 1730.* proposito a coadjutoribns dubio:

An lucra provenientia ex punctaturis et absentiis Canonicorum, quae praesentibus accrescunt, debeantur Canonicis coadjutoribus sive potius coadjutis in casu?

S. C. C. resp.:

Deberi Canonicis coadjutis. Sic apnd toties landatum Lambertin. *volum. 5. in regulis circa servitium Chori § 9. sive institut. eccl. 107. § 9. n. 65.*

18) Canonicornm Cnratornm.

Vd. t. IV. p. 322. XXXV.; *Distributiones* (confessarior., absentium propter celebration. missae; Canonici parochi; capellani curati). *Cura animar.* (exercenda a Cathedr.); t. IV. p. 596. II.

19) Canonicor. Episcopornm.

Vd. t. III. p. 188. IV.

20) Canonici Episcopi non residentis.

(Non concessae.)

Nullius Atinae.

Snppressa cathedra episcopali in ecclesia collegiata Atinensi ob secntam diminntiouem redditnum ejnsdem ipsins regimen concessum fuit praeposito mitrato, qui ultra praebendam praepositnralem participabat qnoqne de distributionibus quotidianis compositis ex certis redditibns praediorum anniversariorum et signanter ejnsdem Molendini, qui redditns quolibet qnadrimestri dividi solent inter Canonicos choro inservientes, deficientinm vero portiones accrescnnt interessentibus juxta antiquam consnetudinem; defuncto antem postremo ejnsdem ecclesiae praeposito concessa fuit dicta praepositura in commendam moderno Episcopo Aqninaten., cui ob non residentiam in civitate Atinensi denegatae fuerunt dd. distribntiones, snper qnibus precibus idem Episcopns anditus ait, adeo tennes effectos esse redditus praepositurae, nt nec pro ipsius vicarii generalis ibidem residentis congrua snstentatione sufficiant et insuper inqnit ipsnm esse in quasi possessione perceptionis fructnum dd. praediorum ac Molendini; contendentibus antem e contra Canonicis dictum Episcopum nnllnm jus seu qnasi possessionem habere exigendi praefatos frnctns seu distribntiones ex juribus hinc inde deducendis EE. VV. seqnens dubinm resolvendum proponitur: An Episcopo Aquinatensi praeposito commendatario ecclesiae Atinensis in eadem ecclesia nec divinis interessenti nec residenti debeantur distribntiones qnotidianae in casn?

S. Congregatio die 27. Maji 1702 distulit resolutionem et die 17. Jnnii respondit:

Negative.

21) Canonicor. erectionis secundae.

Vd. t. III. p. 170: *Sabinen.*; p. 385. n. 18.

22) Canonici infirmi.

Vd. *Distribut.* (infirmor.).

23) Canonici jubilati.

Vd. *Distribut.* (Jubilati, infirmi.)

24) Canonici Parochi.

Vd. *Distribut.* (absentium propter curam etc.; confessarior.); *Cura animar.* (exercenda a Cathedr.).

Extat in dioecesi A. parochialis ecclesia, in qna Archipresbyter parochns praeest septem aliis presbyteris praebendatis sive beneficiatis. Onns, quod in eos incnmbit, est celebrandi solemnitates in eadem ecclesia intra annnm occnrrentes, vesperis et missis cum cantn.

Insuper iidem fixa anniversaria celebrant, qnae ex benefactornm dispositionibus celebrari debent, ac distributiones et emolumenta pro his recipinnt, necnon propter cadaverum associationem aliasqne sacras functiones, qnae occurrunt, qnaeque adventitiae dicuntur.

Dicti praebendati licet Archipresbytero in curam animarum incnmbenti nltro concederent distribntiones, si consuetis anni solemnitatibns functionibns non adsisteret: tamen eidem jus quadam die denegarunt percipiendi ceteras distribntiones et emolumenta propter fixa anniversaria et functiones adventitias, quibus ratione curae animarum non intererat.

Confugit Archipresbyter ad Episcopum, cujus Vicarius generalis decretnm emisit favore Archipresbyteri ejusdem attenta praesertim consnetudine et ita, ut Archipresbyter redintegrari deberet in emolnmentis illis, qnae eidem denegabantnr.

Huic decreto non acqniescentes praebendati appellarunt ad S. C. Ep. et Reg., in qua audita Episcopi informatione qnaestio resolnta fuit per responsionem ad dubinm qnod in calce ponitur.

Utraque contendentinm pars innitebatur consuetndini. Contendebat enim Archipresbyter snos antecessores, licet absentes propter animarum cnram, percepisse dictas distributiones, quae cum fixis anniversariis cohaerebant. E contra praebendati ostendere curabant hanc consnetudinem, si intervenerit, respexisse solummodo nrgentes casns cnrae animarum, in quibus Archipresbyteri praesentia omnino exigeretur. Verum de hac consnetudine *in facto* sive favore unius sive favore alterius partis non plene firma et determinata videbatur. (Vd. p. 1371.)

Praemittebatur Concilii Trid. decretnm *cap. 3. sess. 22. de ref.* in qua legitur: »Quod si alicui ex praedictis dignitatibus in ecclesiis cathedralibus vel collegiatis de jure sen consuetudine jurisdictio, administratio vel officinm non competat, sed extra civitatem in dioecesi cnra animarum immineat, cni is qni dignitatem obtinet incumbere voluerit, tunc pro tempore, qno in curata ecclesia resederit ac ministraverit, tanqnam praesens sit ac divinis intersit, in ecclesiis cathedralibus ac collegiatis habeatnr.«

Proferebantur insuper Resolutiones S. C. C. quas refert Benedictns XIV. *in Inst.* 107, qnae quotidianas distribntiones respiciunt; nimirum in *Mediolanen. 3. Febr. 1609:*

Sacra Congregatio censuit: *Oratorem habentem onus curae animarum adnexum, si tempore, quo divina officia celebrantur, audiat confessiones vel alia ad ipsam curam spectantia exerceat, lucrari debere distributiones quotidianas, etiamsi divinis non intersit.* Item in nna *diei 19. Septembris 1643* idem firmatur, *si eo tempore sit in actu dictam curam exercendi et sacramenta administrandi.*

Observabatnr antem idem etiam obtinere in nrbe in capitulis, in quibus nnns ex Canonicis est Vicarins curatus, qui licet non intersit choro ratione muneris parochialis percipit tamen quotidianas distributiones pronti habetur in *Augustana Distributionum 14. Decemb. 1844.* Jndicandum itaqne erat, an idem jus applicandum esset in ecclesia parochiali de qua agitnr, qnae neqne est cathedralis neqne collegiata.

Ad distribntiones vero extraordinarias qnod attinet sen eventuales et incertas qnae commnni vocabulo appellari solent *inter praesentes* observabatnr, S. C. C. attendisse saepe ad capitnlaria statuta et pecnliares consnetndines cen in *Anagnina Servitii chor. et distribut. 20. Novb. 1819. ad dub. XII.*, in *Aquilana Indulti 26. Junii 1745, in Spoletana et Reatina 3. Aprilis 1841.*

Quod si in praesenti casn minns firma et determinata consnetndo videretur, tota qnaestio ad jnris tramites dijudicanda erat.

Ad normam itaque juris, qnod apnd S. C. C. obtinet, distingnebantur dictae extraordinariae distribntiones in eas, qnae determinatis anni diebns pro fixis functionibus conceduntnr, et in illas qnae adventitiae et incertae sunt quaeqne obveninnt ex. gr. propter fnnera, missas cnm cantn, preces novendiales etc., qnae pendent a libera fidelinm volnntate. Ad primas itaqne distribntiones qnod attinet, dicebatur eas percipi ab eo, qni licet non intersit, velnti praesens ex privilegio in choro habetur, dnmmodo tamen non obstet testatorum voluntas, nt S. C. C. definivit in *Lucana Exempt. et emolum. 30. Januarii 1858.* In ea enim recensetnr hoc dnbinm IV.: »An debeatur *(Jubilato)* portio emolnmentorum provenieutium ab anniversariis fixis in casn?« cui responsnm est: *Affirmative dummodo non obstet voluntas testatorum.* Et magis ad rem de qua agimns in *Asculana die 20. Novb. 1830 ad dub. IV.*: »An et qnae distributiones ac emolumenta percipere possint Canonici cnrati absentes a chorali servitio pro exercenda animarum cura in casn?« S. C. C. respondit: *Affirmative quoad omnes distributiones et emolumenta exceptis iis, quatenus non intersint, quae ex voluntate testatorum debentur tantum actu praesentibus.*

Ad adventitias distributiones quod attinet, dicebatur, S. C. C. consuevisse eas denegare iis qui realiter non intersunt. Ad hoc confirmandum allegabatur resolutio in *Lucana*

Exempt. et emolum. ad III. V. et VI. dubium quam videbis inferius.

D u b i u m:

An et quomodo et quaenam distributiones debeantur Archipresbytero parocho in exercitium officiorum parochialium incumbenti, ita ut locus sit redintegrationi etiam emolumentorum, quae eidem denegata sunt in casu?

S. Congr. Epis. et Reg. causa in examen revocata die 1. Martii 1861 censuit respondere: *Quoad distributiones et emolumenta provenientia ex anniversariis fixis affirmative, onerata conscientia Archipresbyteri; quoad reliqua dentur resolutiones dubiorum III. V. et VI. in Lucana; et juxta normas datas esse locum redintegrationi.*

Indicata porro dubia in *Lucana* eorumdemque respectivae resolutiones sunt ejusmodi:

III. An Canonico jubilato licet non intervenienti debeatur portio emolumentorum provenientium ex associatione cadaverum et ex respectivis funeralibus in casu?

V. An debeatur portio emolumentorum provenientium ab anniversariis incertis et extraordinariis in casu?

VI. An debeatur portio emolumentorum provenientium ex missis cantatis adventitiis, quae occasione festorum ad benefactorum petitionem celebrantur a capitulo in ecclesiis civitatis et territorii in casu?

S. C. C. die 30. Januarii 1858 respondit ad III.: *Negative in omnibus.*

Ad V. et VI.: *Negative.**)

Ex iis colliges:

I. Leges canonicas, quae pro capitulis cathedralibus sive collegiatis statutae sunt, facile proteudi ad eos, qui collegialiter ad instar Canonicorum quaedam choralia officia exercere debent. Ubi enim viget eadem legis ratio, ibi eadem esse debet legis dispositio.

II. Praebendatum cum onere aduexo curae animarum praesentem in choro ceuseri, ejus onerata couscientia, dum incumbit in parochialia officia; proiudeque huic omues deberi quotidianas distributiones.

III. Imo eidem deberi etiam distributiones extraordinarias, quae ob fixa anniversaria distribuuntur, nisi obstet beuefactorum voluntas vel statutum vel certa consuetudo.*)

IV. Percipere tamen non posse ea emolumenta, quae ob adventitias ecclesiasticas functiones iis qui iuserviunt distribuuntur.

Capitulum perinsiguis Collegiatae s. N. de Urbe sex constat Canonicis et nua dignitate Archipresbyteratus titulo insignita, cui animarum cura adnexa est. Inter capitulares et Archipresbyterum ministerii causa a choro absentem res pacifice processerunt usque ad aunum 1870, quo labeute nouuullae controversiae exortae sunt tum distributiones, quae *inter praesentes* audiunt, tum divisionem proventus falleutiarum et minora emolumenta respicientes. Ut autem hae dissentiones prorsus evanescerent et de jure resolvereutur, actualis Archipresbyter Antonius L. supplicem libellum ad H. S. O. transmisit exponens quod »Archipresbyter praeterquam quod nihil percipit ex emolumentis majoribus, quae in

*) Forsan quaeris cur S. C. dixerit in dubio III.: *negative in omnibus*, cum in aliis duobus dicit tantum *negative*. Ratio est quia in tertio dubio plura comprehendebantur, in aliis vero unum tantum quaerebatur.

*) Indicata regula habenda est prae oculis in casu, in quo quis a choro ita abest ex legitima causa, ut vel ex jure aut ex indulto sine exceptione consideretur uti *choro praesens*. Ita ex. gr. in *Savonen. Distributionum 18. Dec. 1745* ad dubium: »An Canonicus N. tempore infirmitatis participare valeat de omnibus distributionibus, tam ordinariis tam extraordinariis, ac quibuscumque aliis emolumentis et obventionibus, prout participant caeteri Canonici interessentes in casu«? responsum fuit: *Affirmative exceptis iis, quae sive ex voluntate Testatoris sive statuto et consuetudine ecclesiae debentur tantum actu interessentibus.*

Item in *Aquilana Indulti 26. Junii 1745* concessum fuerat indultum Canonico N. abessendi a choro ratione infirmitatis. Cum quaestio mota esset super emolumentis quae percipere debuerat ad dubium II. »An et quibus emolumentis perfrui debeat in casu:«? S. C. C. respondere censuit ad II: *Deberi omnia emolumenta exceptis iis, quae sive ex dispositionibus Testatorum sive ex statuto et consuetudine ecclesiae debentur tantum actu inservientibus: et amplius.*

Denique in *Spoletana seu Reatina Punctaturarum diei 3. Aprilis 1841* concessum fuerat jubilationis indultum Canonico N. cum solitis clausulis, nimirum: *Ut quamvis inposterum non inserviat, nihilominus fructus omnes et distributiones quotidianas sui canonicatus percipere valeat, perinde ac si choro personaliter interesset.* Nulla porro habebatur consuetudo vel statutum quod receptionem distributionum limitaret; dictus enim Canonicus fuit primus in ea ecclesia qui jubilationis indulto frueretur. Quaesitum est: »An Canonicus N. participare debeat de punctaturis seu fallentiis aliorum Canonicorum, si choro non intersit in casu«? S. C. C. respondit: *Affirmative cum nihil obstat vel ex statutis vel ex consuetudine.*

capituli favorem cedunt, nec baptismi candelam, excluditur etiam a perceptione distributionum *inter praesentes* atque illarum, quae ex aliorum Canonicorum fallentiis resultant, quamvis in antecessum contraria prorsus consuetudo obtinuerit.

Iusuper contra dispositionem statuti cleri R. quod statuit, ut parochi quam fieri potest hujusmodi processionibus intersint, et si alicui ex capitulis adscripti cum collegio parochorum incedant distributiones non amittant, capitulares Archipresbyterum ab hujusmodi distributionibus percipiendis removeut. Hinc ab H. S. O. exposcit:

1. An parochus parochialibus muneribus distentus debeat necne percipere distributiones inter praesentes praesertim in ecclesia s. N., in qua omnia emolumenta ad capitulum pertinent?

2. Cum desit generalis norma, quae fallentiarum partitionem definiat, quaerit an consuetudinem sequi debeaut Canonici?

3. Et quatenus negative, quid juris circa eos Canonicos, qui missam lectam celebrant?

4. An baptismi candela, quae ab omnibus parochis ubique percipitur, oratori sit tribuenda?

5. Quomodo intelligi debeat dispositio statuti cleri superius exposita?

Hisce acceptis precibus illico die 30. Januarii anni 1871 rescriptum fuit *Eminentissimo Cardinali V. pro informatione et voto, ut audito capitulo in scriptis referat de bono jure oratoris et consuetudine hactenus servata, transmissis particulis constitutionum aliisque documentis ad rem facientibus.* Mandatis H. S. C. morem gerens Eminentissimus Cardinalis V. die 9. Januarii 1872 ita respoudit: »Ut suum jus orator parochus tueatur contra capitulum, tam usum et consuetudinem in eadem ecclesia s. N. iuolitam et a Canonico antiquiori, ejusdem capituli decauo, maxime testatam affert tum factum innuit, quod ipse Archipresbyteratus et paroeciae possessionem iis stantibus juribus nactus sit, et quod iisdem usque ad praeseus nemine contradicente usus fuerit, ita quidem ut manuteneri in horum jurium possessioue non immerito expostulet. Postremo denique exempla plura congerit tum ex ecclesia parochiali et capitulari s. Mariae in C. tum ex altera ecclesia S. Joannis F. petita et testimonio parochi ejusdem ecclesiae s. Joannis firmata, quae juncto cap. II. § 7. Statuti quod cleri R. audit vim faciunt quammaximam, ut adstrui possit laesivam omniuo esse sententiam capituli, si pro ea sententia a S. EE. VV. Congregatioue jus diceretur.

E contra capitulum dum factum oratoris parochi admittit uegat tamen consuetudinem, quam is in medium posuit in eoque mirabilis se prodit dissentio cum antiquior Canonicus Cajetanus R. totius capituli decanus palam affirmet, quod alii juniores Cauonici capituli nomine prorsus negant.

Nollem equidem judicium anteire quod super iis quaestionibus EE. VV. sapienter ferent. Verum si me consulant EE. VV. prospicieudum esse puto in iis juribus discutiendis ac definieudis, ne parochorum officium, quod hisce praesertim temporibus tanti fieri debet, ita sordeat, ut saepe saepius cavillationibus et iis summis juribus subjaceat, quae summam injuriam pariunt, quaeque potissimum sunt impedimeuto, quominus parochialia muuia, quae ad animarum bonum tam salubriter ac divina ordinatioue constituta suut, rite ac omnimode exerceantur, aut sin minus vilescant et eo loco habeantur, quae perfuuctorio modo fiunt, quin ulla hujus tam sublimis officii et salutis animarum et ecclesiae ipsius decoris ratio habeatur.

Quidquid enim valeant parochi oratoris enarratioues, certum exploratumque est, quod uec capitulum inficias ivit, oratori lucra incerta, quae majora dicuntur, minimum redire sed Capitulo. Certum etiam exploratumque est non posse oratorem uno eodemque tempore sine gratia gratis data bilocandi seipsum, officiis parochi perfuugi, sive in cura spirituali infirmorum propediem moriturorum sive in baptismate aut poenitentiae sacramento suis parochianis administrando et interea temporis cum aliis Canonicis adesse choro ad psalmos et Sacra. Quidni igitur, ut saltem pars lucrorum quae minora appellantur, nempe candela, quam baptizati suo parocho deferunt, eidem adjudicetur? Quidni inquam ut, quod in omnibus fere capitulis curam animarum habentibus passim usuvenit ac praesertim in capitulo s. Mariae, parocho S. N. debeantur tamquam praesenti distributiones omnes et quod fallentiae nomine a Canonicis absentibus choro rependitur vel si idem absit, dummodo causa parochialis sui muneris constet abfuisse?

Nec satis esse, me judice, potest quod capitulum in sua enarratione asserit, statuta capitularia negare parocho incerta minora, negare distributiones et fallentiarum fructus,

si absens sit. Praeter enim quam quod haec statnta vel si tempore suo probe ac rite bono ecclesiae consuluisse videri possint inspecta temporis ac circumstantiarum ratione immutabilia tamen dici nequeant, cum potius et temporis et ecclesiae usibus ac circumstantiis sint quandocumque accommodanda et penitus si opns sit innovanda; profecto si laesiva parocho esse deprehendatur, prout probare factu difficile haud est vim nullam habere obligandi parochum, ut iis legibus semper teneatnr bonnmque propterea ei jus adesse deferendi preces s. ordini EE. VV. ut auctoritate Vestra, quod in iis statutis vitiosnm ant minus aeqnum existit, reformetnr atque ut omnia, quae capitnlnm inter et parochum s. Nicolai jnra intercednnt, dignitati ntriusqne, justitiae ac aequitati canonicae apprime respondeant.

Hisce acceptis litteris cansa proposita fuit snb dnbitandi formnlis inferius exscriptis.

Inprimis notatum fuit omnes Canonicornm redditus in solis distribntionibns qnotidianis consistere uti patet ex capite IX. constitutionum capitularinm. Istas antem qnotidianas distributiones parocho curae animarum tempore divinorum incnmbenti deberi docet nedum nnanimis DD. sententia, verum etiam resolutiones *H. S. O.* relatae a *Bened. XIV. instit. 107. n. 56.* Tota igitur qnaestio in illis distribntionibus versatur quae *inter praesentes* andiunt, quasque recenset H. S. O. in causa, cui titulns *Dubia indultorum 6. Maji 1820* § *Indulta**) ibi: »Distributiones *inter praesentes*, quae melins dici possunt extraordinariae, eventuales et incertae ita distinctae sunt a commnni massa et praebenda ut praesentibus tantum praestari soleant sive ex peculiari statnto ant consnetudine cujuslibet ecclesiae sive ab expressa benefactorum volnntate.« Hisce ad majorem claritatem praehabitis pressius ad qnaestionem animadvertebatur, distribntiones *inter praesentes* non percipere absentes a choro etiam ex justa causa vel etiam ex apostolico indulto ceu docent *Scarf. lib. 2. tit. 10. n. 1., Fagnan. in cap. Licet de praeb. n. 20. Bened. XIV. instit. 107. n. 58. et seqq., s. C. in Bosanen. Visitationis ss. liminum 6. Febr. 1734 et in Anagnina Servitii chori et distributionum 20. Nov. 1819., Dubia indultorum loc. cit.* Ad istas enim lucrandas *physica* et non *ficta* praesentia requiritnr. Hinc optimo jure in *Praenestina Fallentiarum 29. Julii 1837.* § *In 3. dubio* adnotabatur: »Herculem . . . non posse participem fieri . . . nec percipere emolumenta penitus incerta, quae ex missis adventitiis obveniunt, aliaque ex voluntate testatorum vel ex statuto aut consuetudine ecclesiae actu solum praesentibus tributa . . ., memorata emolumenta neque a Canonicis jubilationis indulto decoratis neque curam animarum exercentibus neque ob adversam valetudinem . . . choro legitime absentibus percipi valere. S. C. *in Terracinen Emolumentorum 23. Dec. 1826, Savonen Distributionum 15. Dec. 1746, Calaritana Onerum 17. Sept. 1731* § *quod reliquum*« et in *Reatina Jubilationis 28. Aprilis 1770* § *contra* traditur, ibi: »Itemque potiori jure procedere quoad emolumenta anniversariorum, processionnm aliorumque similium, quae ex praesumpta testatorum voluntate relinquuntur Capitularibns actu interessentibus, qui pro animabus benefactorum preces fuderint.« Hisce igitur omnibus attentis parochus L. a choro absens ob exercitinm curae animarum a perceptione *distributionum inter praesentes* arcendus esse videretur.

Altera sed vero ex parte in favorem parochi animadvertebatnr certi juris esse parochum animarum curae incnmbentem ita praesentem in choro reputari ac si divinis interesset. *Tridentina Synodus sess. 22. cap. 3.*; hinc non modo de distributionibus ordinariis ad rem *Scarfant. lib. 2. tit. 10. n. 9. et seq.* ibi: »Et eo magis certa capituli persona cui dumtaxat immineat cura animarum cnmulanda est distributionibus, si Divinorum tempore parochialia munia exerceat . . . Accipe de quibuscumqne distributionibus, tam ordinariis quam extraordinariis, ita contra Bonac. *de distrib. d. 2. quaest. 5.* § *7. in fine* absolute tenet *Trullen. in decal. lib. cap. 8. dec. 2. n. 7.* et declaravit s. Congregatio teste Nicolio in *Flor. V. distributiones n. 13.*« Et quidem jnre, si enim indultum jubilationis suffragatur pro participatione omnium fructuum et distributionnm etiam extraordinariarum, nt declaravit H. S. C. in *Burgi s. Domini 19. April. 1704*, imo si suffragatur ad percipienda praeter distribntiones ordinarias quaecumqne alia emolumenta, ut in *Aquipendien 27. Sept. 1659 ad dub. II., Perusina 17. Julii 1668, Romana 29. Jan. et 5. Martii 1678*, nulla pretiosa ratio suppetere videtur ad id negandum Canonico parocho, qui dum animarum curae incumbit habetur pro praesenti et interessenti, *Garc. p. 3. cap. n. 334.,*

*) Vd. *t. III. p. 1028.*

Trid. Synod. loc. cit. Neque quidquam facessit *Bituntina Anniversariorum 1. Julii 1679.* Canonicos jubilatos respiciens, ipsa enim intelligenda videtur non de anniversariis fixis, sed de illis, in quibus cautum a testatoribus fuit, ut interessentes tantum participare deberent, ut in *Novarien Jubilat. 2. Oct. 1677.*, in qua proposito dubio: An duo Canonici jubilati s. Gandentii frui deberent emolumentis anniversariorum, quae fiunt intra annum, licet non assisterent? responsum fuit: *Affirmative.* Causa tamen iterum proposita die 29. Jan. 1681 rescriptum fuit: *In decisis quoad anniversaria fixa et in quibus non est cautum a testatoribus, ut interessentes tantum participare debeant*, nt habetur in *lib. 32. decret. fol. 44.*

Ad secundum dubium, ntrum nempe parochus officii ratione absens a choro negligentium fallentias percipere valeat, animadvertendum occurrebat ex juris dispositione fallentias accrescere debere tantummodo interessentibus, qui ob aliorum absentiam majorem subennt in choro laborem, s. C. in *Reatina recit.* § *Contra.* Ipsae enim tamquam praemium interessentibus debentur et in poenam absentibns auferuntur, *Reatina loc. cit.* § *neque.* Hinc jure merito inquit Barbosa *de Canonicis et dignitatibus cap. 23. n. 18:* »Utrum autem distributiones absentium debeantur actu interessentibus, verum etiam aliis, qui juris fictione censentur interessentes, ut qui absunt ex causa infirmitatis vel in ecclesiae suae utilitatem . . . solum deberi actu interessentibus constat ex cap. unic. versic. Statuimus de cleric. non resid . . .« Concinnunt *Bonac. de distrib. quaest. ult. punct. 1. n. 6., Garc. de benef. p. 3. cap. 2. n. 465.* Hi enim DD. ad hanc tuendam sententiam ex eo moventur, quod absens ob legitimam causam reputatur praesens in choro ad lucrandas suas distributiones ex *Conc. Trid. sess. 24. cap. 12* non vero a negligentibus amissas, quia congruum est, nt hae illis accrescant, qui stante aliorum absentia majori labore gravantur. Cum igitur parochus in themate officii causa absens a choro juris tantum fictione censeatur interesse, negligentium fallentiis frui non posse videtur.

Verum ex adverso scitum est praesenti in choro juris fictione haec emolumenta tribui. Ipsa enim dantur et Canonicis indulto fruentibus infirmitatis causa uti in *Romana 5. Maji 1703. ad II. dubium* in quo propositae quaestioni »an Canonico (absenti a choro et aliis divinis officiis ex indulto propter infirmitatem) competeret pro sna rata parte etiam jus accrescendi earum distributionum et communium, quae ob absentiam vel vacationem Canonicorum interessentibus accrescunt et a qua die supradicta omnia deberentur in casu«? responsum prodibat: *affirmative* a die praesentationis indulti. Item confirmabatur pro jubilatis in *Aquipendii die 2. Martii 1697. ad III. dub., Aquipendii 1. April. 1619. ad dub. 1., Reatina 19. April. 1792.*, dummodo non obstent constitutiones particulares et consuetudo ecclesiae. Unde Scarfantonius loquens de Canonicis absentibus a publica psalmodia ob rationabilem causam facto sibi dubio, utrum istis debeantur distributiones, quas alii Canonici absque rationabili causa absentes a choro tunc temporis amittunt, profitetur se pro affirmativa stare sententia contra Bonacinam aliosque, ibi: »Si est verum, quod refert Barbosa in *collectanea V. Canonici* videlicet S. C. C. sub die *20. Novb. 1600* declarasse Canonicos ob legitimum impedimentum choro non interessentes non solum lucrari suas distributiones sed reputari praesentes qnoad acquirendam portionem earum, quae ab aliis absque justa causa a choro absentibus fuerunt amissae. Atque hanc opinionem etiam probabilem dicunt Castr. Pal. tom. 2 et Trullen. in dec. cap. 8. n. 7.« Et Benedictus XIV. *inst. 107.* refert S. H. C. *sub die 15. April. 1511 relatam in L. XI. decr. p. 98.* censuisse, eos qui absunt a servitio chori ob infirmitatem vel aliam causam non modo percipere debere distributiones quotidianas sui canonicatus perinde ac si statis horis interessent, sed etiam percipere augmentum distributionum, qnas amittunt illi, qui divinis non interfuerint. Quibus omnibns attentis fallentiae absentium a parocho L. actu quo abest a choro ob exercitium curae animarum percipiendae viderentur, cum eum abesse ex legitima causa in dubinm revocari nequeat.

Neque constitutiones capitulares huic sententiae refragari videntnr, siquidem hujusmodi distributiones tribui ab eis apparet etiam infirmis.

Ad tertium dubium, in quo qnaerebatur utrum saltem in vim consuetudinis ecclesiae Archipresbyter absens officii gratia supradicta emolumenta percipere valeat, adnotabatur hujusmodi consuetudinem nullimode probari propter irregularitates, qnae in fallentiarum libro reperinntur, et si temporis momento ea admitti velit nihili facienda foret ex Trid.

loc. cit. Sane eo in capite revocante SS. Synodo quaecumque contraria statuta et consuetudines, quae contra decretum Bonifacii VIII. forte invaluerint, jam planum videtur non satis esse consuetudinem ad percipienda hujusmodi emolumenta, quae actu interessentibus dari solent. Ad rem Fagnanus lib. 3. decret. de praeb. cap. licet n. 71: *ea enim consuetudo non valet sive introducta fuerit ante constitutionem Bonifacii VIII. sive post et saepius respondit s. Congregatio etiam immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam.*

Ex altera vero parte praetereundum non est ex irregularitatibus existentibus in fallentiarum libro non descendere consuetudinem non adesse, sed potius ex illo probari non posse. Consuetudo vero hujusmodi percipiendi emolumenta a parocho probatur per decanum, qui antiquior est et certe pluris facienda est istius assertio, quam omnium Canonicorum, qui omnes recenti tempore creati fuerunt. Consuetudines vero locorum robur et vim habere legis inducendae docent communiter *Pirhing. tit. 22., Reiffenst. lib. 2. tit. 26. n. 140., s. C. in Januen. 31. Julii 1819* § *Ut jus.* Quin imo ipsae tanti sunt roboris ut necessariis qualitatibus munitae legem ipsam abrogent *), *cap. ult. de consuet. Bened. XIV. de Syn. dioec. lib. 12. cap. 8. n. 8.* ibi: *Nihil magis tritum quam legem quamlibet humanam, etiam canonicam, posse contraria consuetudine, quae sit rationabilis et legitime praescripta abrogari.* Verum consuetudinem in casu ex dictis superius non contra sed secundum jus esse videtur, proindeque quantum robur acquirat nemo est qui non videat.

Quod vero pertinet ad alterum dubium respiciens facultatem abessendi a choro tempore divinorum officiorum ad effectum celebrandi missam notat Passerinius neque praecisa deputatione neque legitimi superioris licentia neque consuetudine introduci posse, ut quotidianas distributiones lucrentur, qui ad celebrandam missam a choro discesserint. Et haec opinio innititur antiquae ecclesiae disciplinae, qua tempore divinorum officiorum nemini a choro abesse permittebatur vel ad Eucharistiae Sacramentum administrandum vel ad missam celebrandam. Quod fortiori loco tenendum est de emolumentis ex distributionibus inter praesentes et negligentium fallentiis provenientibus. At vero cum anno 1753 dubium hac de re propositum fuisset SSmo, responsum prodiit etiam ex sententia S. H. C.: nequaquam licere ex relatis causis a choro abesse *nisi quando sic jussissent superiores, quos tamen admoneri voluit, ut ab hujusmodi jussu abstineant, lib. decret. XIII. p. 51.* Et s. Carolus Borromaeus in quarto concilio Mediolanensi *p. 2. cap. 13.* hujusmodi inhaerendo resolutioni statuit, distributiones amittere, qui ad effectum celebrandi missam divinis officiis non interfuerit *nisi pro absentia sacerdotum, qui ecclesiae sacrificium faciant, necessitas aliquando inciderit, ut praefectus Canonicum aliquem a choro exire jubeat aut a Sede apostolica aliter concessum fuerit.* Duplex igitur requiritur conditio, ut Canonicus ad celebrandam missam chorum deserere possit nempe jussio praefecti et necessitas celebrationis. Et ab hac norma non recessit s. C., ut in *s. Miniatis 8. Feb. 1817* et *Anagnina 20. Nov. 1819* in quibus innui videntur causae illius utilitatis vel necessitatis, quae in singulis casibus suffragari debet praefecto chori ad licentiam celebrandi concedendam. Emi enim PP. in dicta s. Miniatis proposito dubio: *An et quomodo Canonici absentes ad missam celebrandam tempore choralis officiaturae lucrari possint distributiones quotidianas?* respondentes *negative* nisi de praefecti licentia addiderunt *in populi commodum.* Quando igitur haec duo extrema verificantur, tunc procul dubio causa justa et legitima absentiae a choro perspicitur adesse. Jamvero in casu habetur Canonicos s. N. missam celebrare in commodum populi, statutis a sacrista horis, quin emolumentum aliquod ob incommodum percipiant, idque ex consuetudine fieri et propter deficientiam capellaniarum et redditum, hinc illa extrema in casu versificari patet. Sed ex superius allatis H. S. O. responsis liquet etiam Canonicis ex justa causa absentibus, servatis quae superius servata sunt circa anniversaria aliasque obventiones, deberi et distributiones inter praesentes et proventum fallentiarum. Ergo et ad Canonicos s. N. in themate distributiones inter praesentes et fallentiae absentium pertinere dicendae sunt.

Circa quartum dubium adnotatum est oblationes quascumque inter juria parochialia adnumerari post *cap. Quia Sacerdotes* et *cap. Sanctorum 10. q. 1.* tenuit *Rota recent. p. 18. dec. lib. 400. n. 21., Scarfant. lib. 3. num. 60., Rebuff. de Congrua num. 44., Barbos. de parochis cap. 2. n. 174.*, candelam autem, quae occasione baptismatis parocho offertur, oblationem esse nemo dubitat proindeque ad parochum pertinere. Neque quidquam facessit contraria consuetudo, quae veluti abusus et corruptela in jure reputatur. Ita enim habendas esse omnes consuetudines adversus parochialia jura statuit Pius IV. in constitutione *In principis Apostolorum* et firmavit H. S. C. in *nullius Sublacen. Jurium parochialium 18. Septembris 1824.* Quinimo contra quadragenariam vel centenariam eadem jura servare voluit in *Baren. Jurium parochialium 28. Augusti 1856., Bovinen. Jur. paroch. 27. Junii 1820., Pisana Emolumentorum funeris 14. Decembris 1872.* § *Ex quibus.* Neque constitutiones capitulares opponantur, quae prouti apostolica sanctione destitutae ad jura parochialia destruenda minime valere videntur, *Rota recent. p. 4. t. 2. dec. 473. n. 36.*

Multoque minus Canonicis juvare posse videtur has constitutiones auctoritate Cardinalis V. confirmatas fuisse. Scitum enim est in iis, quae juri communi adversantur Ordinarii potestatem certis limitibus contineri, *Firmana Distribut. et servitii chori die 13. Sept. 1872* § *Neque.*

Ex adverso vero notandum venit ex constitutionibus capitularibus proventus occasione baptismatis ad sacrarium prorsus pertinere, statuta autem cujuscunque ecclesiae habere vim legis et obligare singulos de Capitulo ad suam observantiam non secus ac jus commune habet, *Pignatellius tom. 4. consult. 76. n. 6., s. C. in Faventina Juris amovendi capellanum 30. Jan. 1873.* § *Commentum.* Neque oggerendum destitutas fuisse constitutiones Capituli apostolica sanctione, ipsas enim a Cardinali illius ecclesiae titulari confirmatas fuisse in dubium revocari nequit: quare praesumitur ad hoc facultates habuisse a Sede apostolica, ex tritissima juris regula: *Praesumitur factum, quod de jure erat faciendum,* praesertim cum et viva voce alias facultates a SSmo obtinuisset. Hisce accedit Capitulum onere gravatum esse expensas persolvendi, quae aliter ad parochum pertinerent in functionibus parochialibus, ut cera ad associandum viaticum etc. necnon menstrua summa libellarum 13 et cent. 43 favore viceparochi, quare cum persentiat onus et commodum persentire debet, *reg. 55. de reg. juris in 6.* Accedit et constitutiones parocho L. notas fuisse et juramento firmatas. *Juramentum autem factum alicui communitati de re honesta et licita semper obligat neque in aliam quamvis meliorem solo jurantis arbitrio commutari potest. Communis arg. cap. 28. de jurejurando et cap. 2. de pactis, ubi tamquam recepta juris canonici regula statuitur, quod sacramentum homini praestitum necessario sit servandum, quotiescumque sine peccato seu sine salutis aeternae dispendio et sine alterius praejudicio servari potest.* Ferraris *v. Juramentum art. 3. n. 18., s. C. in Hieracen. Fructuum et distributionum 24. Augusti 1872.* § *Verumtamen.* *)

Tandem ad ultimum dubium haec observanda proponebantur. Praescribit statutum quod cleri nuncupatur in cap. II. *De officiis, juribus et oneribus camerarii*, ut in processionibus generalibus videlicet »SSmi Corporis Christi, rogationum, jubilaei, Sedis apostolicae vacantis ac similibus quas fieri contingat, parochi, quam fieri potest, intersint; et si alicui ex Capitulis adscripti cum collegio parochorum incedant, distributiones non amittant«, § *7. loc. cit.* Quo posito videretur parochus L. incedens cum Collegio parochorum distributionibus, quas parochi tamquam tales percipiunt, frui posse non vero distributionibus ad Canonicos spectantibus. Primo quia praedictum statutum loquens de camerario cleri specifice has distributiones ipsi tribuit, dicens in § 3. *loc. cit.: In hoc obeundo munere distributiones perinde lucretur ac si cum Capitulo, cui adscribitur, interfuisset,* qui dicendi modus certe diversus est ab eo, quo idem statutum utitur loquendo de parochis. Ergo et diversus interpretationis sensus esse debet. Secundo, quia absonum est a sacris

*) Vd. *p. 747. n. 26.*

*) Inter informandum EE. PP. exhibita fuit a Capituli procuratore Bulla erectionis Archipresbyteratus Dignitatis principalis curatae in Collegiata s. Nicolai, a Benedicto XIV. fel. rec. emissa, cujus initium *Inter multiplices* in qua inter cetera haec habebantur: »Eadem vero primodicta Vicaria, quam dilectus A . . . C . . . primodictae Collegiatae ecclesiae Vicarius perpetuus ad praesens ut asseritur obtinet, ac cujus et illi forsan annexorum fructus, redditus et proventus vigintiquatuor, una vero cum incertis ducentorum ducatorum de Camera secundum communem aestimationem valorum annuum, ut etiam asseritur, non excedunt, ex nunc, pro tunc et e contra cum primum illam ex praesenti A . . . persona quomodolibet vacare contigerit, perpetuo supprimeretur et extingueretur, illiusque fructus, redditus et proventus certi et incerti majores, Cera Baptismatum et dimidia pars jurium et obventionum ad primodictam Vicariam ratione humationis Cadaverum nunc spectans et pertinens mensae capitulari primodictae Collegiatae ecclesiae, etiam ex nunc prout ex tunc et contra, ac cum primum suppressio et extinctio hujusmodi suum sortitae fuerint effectum, etiam perpetuo applicarentur et appropriarentur . . .«

canonibus, ut qui alio officio adstrictus pro servitio ejusdem ecclesiae, ex quo stipendium percipiat, tamquam praesens in choro reputetur et distributiones lucrari valeat. Sane petitum fuit in *s. Severini 15. Nov. 1657: An Canonicus sit punctandus ob ejus a choro absentiam vel potius interessentia in organis pro servitio ecclesiae sit reputanda ad effectum percipiendi distributiones?* S. H. O. respondit: *Gaudere si stipendium pro musica non recipiat.* Cui concordat *Adjacensis 11. Julii 1671.* Atqui parochum L. incedentem in praedictis processionibus cum parochorum collegio percipere distributiones tamquam tales spectantes in dubium revocari non potest. Ergo distributionibus, quae Canonicis competunt, frui non posse videretur.

Verumtamen, ne judicetur contra juris principia, verba illa statuti prorsus supervacanea esse, distributiones illas et parocho L. cum collegio parochorum incedenti spectare dicendae sunt. Quid enim sonarent verba illa, nisi de participatione distributionum canonicalium? Interpretatione enim legis opus est quoties occurrit verbum dubitabile, *L. et ideo 11 ff. de leg.*, non vero quando verba per se prorsus clara sunt. Neque enim novum est in jure, ut quis unico actu duas repraesentet personas, Rota *recent. p. 5. t. 2. decis. 79. n. 12.* etiam ad effectum duas percipiendi distributiones. Eadem s. Rota *tom. I. p. 5. decis. 150. n. 25,* ibi: »*Cum Canonicus et lector duplici fungatur officio, non est inconveniens quod recipiat duplicatum emolumentum.*

His igitur utrinque perpensis proposita sunt resolvenda

D u b i a:

I. An parochus s. Nicolai absens a choro ob exercitium curae animarum distributionibus *inter praesentes* frui valeat in casu?

II. An eidem parocho absenti ut supra ex jure debeantur fallentiae Canonicorum absentium in casu?

Et quatenus negative,

III. An eadem emolumenta saltem ex consuetudine ipsi debeantur in casu?

IV. An Canonici perinsignis Basilicae s. Nicolai missam celebrantes horis a sacrista statutis absque eleemosynae augmento emolumenta praedicta percipere possint in casu?

V. An candela occasione baptismatis oblata ad parochum vel ad Capitulum pertineat in casu?

VI. An parochus incedens cum collegio parochorum in processionibus generalibus praeter distributiones parochorum fruatur etiam distributionibus Capituli in casu?

S. C. C. instante Capitulo resolutionem distulit in comitiis diei 20. Decb. 1873 per rescriptum: *Dilata*, re autem mature perpensa sub die 9. Maji 1874 iterum respondere censuit: *Dilata;* tandem die 12. Septembris 1874 rescripsit

Ad I. Affirmative nisi obstet voluntas testatoris vel dantis.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Pro visum in praecedenti.

Ad IV. Affirmative quoad emolumenta prout in primo dubio.

Ad V. Affirmative favore Capituli ad formam Bullae *Inter multiplices* Benedicti XIV.

Ad VI. Affirmative ad formam statuti cleri.

Exinde colliges:

1. Distributiones quae *inter praesentes* audiunt ita distinctas esse a distributionibus quotidianis et praebenda, ut praesentibus tantum praestari soleant sive ex peculiari statuto aut consuetudine cujuslibet ecclesiae sive ex benefactorum expressa voluntate.

2. Has distributiones eventuales et incertas non percipere absentes a choro ex justa causa vel Apostolico indulto, nisi in ipso id cautum expresse non fuerit.

3. Lucrari tamen ex jure communi perinde ac si in choro praesentes essent, nisi obstaret voluntas testatoris vel dantis, Canonicos jubilationis indulto donatos, Canonicos actu curam animarum exercentes suae praebendae adnexam et Canonicos missam Divinorum tempore celebrantes de licentia praefecti chori et in populi commodum.

4. Ex juris dispositione fallentias accrescere tantummodo interessentibus, qui ob aliorum absentiam majorem subeunt in choro laborem.

5. Verum ad istas lucrandas non requiri physicam praesentiam sed fictam sufficere, proindeque absentes ob legitimum canonicum impedimentum praeter fructus praebendae quotidianasque distributiones et negligentium fallentias lucrari.

6. Canonicos missam celebrantes Divinorum tempore uti absentes reputari quotidianasque

amittere distributiones, nisi populi commodum id exigat et licentia intercedat praefecti chori.

Cum Matthaeus Bertolinus Archipresbyter Collegiatae civitatis Cunei simulque rector parochialis ecclesiae b. Mariae de plebe existentis in eadem civitate ac perpetuo annexae Archipresbyteratui contenderet sibi deberi non solum fructus praebendae archipresbyteralis, sed etiam quotidianas omnes distributiones, non secus ac si divinis officiis interesset eo tempore, quo abesset ob exercitium parochialis officii, contradicente Capitulo proposita fuit haec causa die 5. Apr. vertentis anni. Sed visa fuit differenda decisio, ut instructa reddi posset s. Congregatio, tum quid fuerit servatum tempore proximo promulgationi statutorum ejusdem Collegiatae et assignationi fundi pro distributionibus quotidianis factae tum etiam quantum pecuniae percipi soleat jure ac titulo distributionum ab aliis Canonicis assiduum servitium praestantibus.

Ad primum itaque rescripsit Episcopus: Non satis constare, quid superiori tempore servatum fuerit usque ad 1717. Ab hoc tamen anno usque ad 1726. (quo scilicet prodiit decretum hujus s. Congregationis in praecedente folio relatum) consuevisse ait *punctari* Archipresbyterum, quoties abesset, tametsi occupatus ministerio ecclesiae parochialis.

Ad secundum vero, quod exquirebatur, respondit: Singulos Canonicos per totum annum inservientes assequi nunc solere distributionum nomine annuas libras biscentum. Addit praeterea fundum, qui sub annum 1660. assignatus fuit Capitulo pro distributionibus quotidianis ab Archipresbytero percipiendis, aequasse aestimationem librarum 1793; cum tamen pro dotali fundo distributionum, quibus potituri erant alii Canonici, summa dumtaxat librarum mille tradi consuevisset Capitulo. Caeterum distributiones, quae Archipresbytero assignantur, haudquaquam pinguiores sunt, quam quae percipiuntur a Canonicis sed communis massae proventus aequaliter Archipresbyter et Canonici participant.

His cognitis ad quaestionis statum progrediendum est. Favere utique videtur Archipresbytero decretum s. C. Trid. *in cap. 3. sess. 22. de ref.*, ubi post traditam regulam de distributionibus amittendis ab iis, qui debitum servitium in choro non obierint, haec subjicitur exceptio: »Quod si alicui ex praedictis dignitatibus in Cathedralibus et Collegiatis de jure seu consuetudine jurisdictio, administratio vel officium non competat, sed extra Civitatem in dioecesi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in curata ecclesia residerit ac ministraverit, tamquam praesens sit ac Divinis intersit in Cathedralibus ac Collegiatis habeatur.«

Sancitum vero fuit a s. Pio V. in constitutione 64. eos, qui ex apostolica dispensatione retinet ecclesiam parochialem simul cum Canonicatu*) vel Dignitate in alia ecclesia, fructus quidem praebendae lucrari, dum residents in Parochiali, sed admittere distributiones quotidianas aliaque emolumenta, quibus potiri non solent absentes ex causa etiam justa. Quae tamen constitutio sic conciliatur cum Trid. Decreto, ut istud locum sibi vindicet, ubi cura animarum sit inhaerens Dignitati vel ei perpetuo annexa sit ecclesia parochialis. Constitutio autem Piana spectet casum, quo obtinens Dignitatem in Cathedrali vel Collegiata, ultro suscipiat etiam regimen ecclesiae parochialis alioqui non annexae et utramque ex apostolica indulto retineat, quemadmodum explicans *Garz. de Benefic. par. 3. cap. 2. n. 337., Barbos. ad concil. loc. cit. n. 7., Gallemart. ibid. n. 8., Gonzal. ad reg. 8., Cancell. Gloss. 6. n. 269., Fagnan. in cap.: Quia in tantum n. 25. et seqq. de Praeben., Reiffenstuel. in jus canonic. lib. 3. tit. 4. de Cleric. non resid. § 4. n. 99.*

Suffragari itidem sibi putat Archipresbyter declarationem a fundatore adjectam, ut scilicet Archipresbyter animarum curam subiturus in ecclesia parochiali non assiduum aeque ac Canonici servitium praestare teneretur Collegiatae. Id quod etiam ratum habuit confirmasse sa. mem. Clementem XI. in diplomate, quo ejusdem Collegiatae erectionem approbavit.

At Capitulum objicit: Archipresbytero statutum ipsius Collegiatae, cujus verba exscripta fuerunt in alio memorato folio ac praesertim illa, quibus cautum videtur Archipresbyterum, parochialis residentiae lege obstrictum ob annexam ecclesiam, lucraturum fore distributiones quotidianas *ad ratam servitutis, quae ad beneplacitum sit.* Ad hujus

*) Vd. *Applicatio missae pro populo* (obligatio Canonici parochi); *Canonicus parochus.*

antem statuti normam censetur postmodum facta assignatio fundi, de qno snpra actnm est, pro quotidianis distributionibus. Snbjnngit praeterea Capitnlnm moderationem oneris residentiae canonicalis expressam in fundatione et approbatam in Bulla Clementis XI. intelligendam esse ad effectum lucrandi fructus omnes praebendae, non vero etiam pro percipiendis quotidianis distributionibus tempore absentiae, quam postulet exercitium ministerii parochialis.

Non absimilis fuit quaestio olim agitata in *Melevetana Divinorum officiorum.* Cum enim in ecclesia parochiali institntum fuisset Collegium novem beneficiatorum cum onere obenndi quotidie divina officia in choro, Fnndator autem jussisset redditus assignatos dividi inter parochum et alios beneficiatos *pro rata servitiorum et non aliter, etiam ob quodcumque impedimentum*, die 29. Jan. 1718. propositnm fuit hoc dubium:

An Parochus impeditus ratione curae debeat haberi pro praesente ad effectum lucrandi distributiones?

Et s. Congr. rescripsit: Negative.

Dignentur itaque Eminentiae VV. decernere:

An debeat Archipresbyter Bertolinus admitti ad participationem fructuum et distributionum Collegiatae Cunei pro tempore, quo non intervenit choro sed incumbit ministerio suae ecclesiae parochialis in casu?

S. C. C. resp.:

Affirmative quatenus Archipresbyter eodem tempore sit actualiter occnpatus ministerio ecclesiae paroch. et amplius.

Die 22. Novb. et 6. Decb. 1732.

Alben.

Tribus parochis ditatam sed temporum calamitate oppressam et incolis pene vacnam civitatem Albae Pompejae 1677 cum reperiisset Episcopns Bergomensis visitator apostolicus decrevit, ut parochus tantnm Cathedralis omnia parochialia munera exerceat, reliqui vero duo parochi, nempe ss. Cosmae et Damiani et s. Jo. B., qni etiam Canonicatum in Cathedrali obtinebant, populnm instruerent, paschalem communionem administrarent et defunctornm exequias peragerent, relicta ceteroquin Episcopo Albensi pro tempore facnltate memoratos parochos ad plennm snorum jnrium exercitium revocandi, quando aucto civium numero opportunum esset judicaturus. Aucto revera civinm numero fere ad sex millia hodiernus Episcopus *die 23. Martii 1820.* duobus memoratis parochis onera et jura parochialia restituit. Factum hinc est, ut iidem parochi statis diebus et horis ut prius choro interesse non possent atque idcirco quotidianas distributiones amitterent: quam ob rem Episcopus assensnm Capituli obtinuit, ut iidem duo parochi distributiones lucrentnr *etiam quando choro non intersunt propter munia parochialia tota quindena paschali et omnibus diebus festis de praecepto, exceptis tantum diebus solemnioribus in quibus Episcopus pontificaliter celebrat quoad missam et vesperas.* Cum autem nunc concedenda sint Albensibus Capitnlis statuta postnlat Episcopus, ut ab hac s. Congregatione approbentnr ac in eadem statuta referri valeant, quae consentiente Capitulo de praedictis dnobus parochis fuere disposita.

Reqnisitns idem Episcopns de informatione et voto monuit, redditum parochi ss. Cosmae et Damiani 1823 et 1824, comprehensis incertis stolae necnon choralibus distribntionibus dednctisque omnibus oneribus etiam missarum et stipendii Capellani, quo indiget, attigisse libellas Pedemontanas 590, quae circiter *Romanis scutis 108* respondent, redditum vero parochi s. Jo. Baptistae similiter fuisse libellarum Pedemontis 1010, quae circiter romana scuta 185 adaequant. Addidit vero nihil ex descriptis redditibus detractnm fuisse pro inopinatis expensis pro periculo grandinis, cui regiones illae subalpinae sunt obnoxiae, nihilqne pro comparanda suppellectili, praesertim sacra, qua parochialis ecclesia s. J. B. post bellicas calamitates in pristinum restituta plurimum indiget. Retulit quoque animarum curam ecclesiae ss. Cosmae et Damiani et s. Jo. B. ad Capitulum non spectare licet uti animadvertit Capitulum *»sia sempre stata di diritto annessa ai due Canonicati«*, quos possident praefati parochi. Tandem inquit Episcopus »ex litteris apostolicis Pii PP. VII. datis XIV. calendas Augusti 1817 erectae amplius non fuere quatuor praebendae vacantes, videlicet: SS. Vincentii et Anastasii redditus annui 440 lib. circiter, s. Petri lib. 550, ss. Georgii et Nicolai lib. 350, s. Dorotheae lib. 260, has praebendas junxi mensae capitulari, ea conditione, nt Capitulnm consensum praeberet favore dictornm parochorum pro obtinenda dispensatione, de qua in precibus, quem re-

vera praestitit, ut saluti animarum consuleret, prout ex adjuncta resolutione capitulari constat, alioquin opportuna humiliter petita facultate praebendam s. Georgii jugendam duxissem paraeciae ss. Cosmae et Damiani et praebendam ss. Vincentii et Anastasii paraeciae s. J. B. dummodo distributionibus omnino renunciarent et solum tenerentur choro inservire in Pontificalibus, ut sic possent majori assidnitate oves suas pascere, quod erat et est in votis. Praevidens tamen super hoc Capituli dissensum, non feci. Si EE. VV. hoc medium magis opportunum videtur, oro, ut mihi fiat potestas hoc exequendi; sin minus oro obtestorqne, ut consulatnr animarum saluti et parochorum necessitati vel benigne annuendo precibus vel alio aliquo medio opportuniore viso.«

Verum quum in comitiis habitis die 5. Aprilis 1824 perpenderit Capitulum, redditus paroeciae ss. Cosmae et Damiani ad libellas 1500, redditus paroeciae s. J. B. ad libellas 1950, et quoad medium minus onerosum statuerit, ut parochi pro chori vacationibus tres menses atque Canonici duos solummodo haberent, in novissimis literis haec habet Episcopus, minutatim computato redditu hujus anni et duorum antecedentium post factam scilicet praebendarum separationem componi redditus praebendae cantoriae eique adnexae paroeciae ss. Cosmae et Damiani, deductis deducendis, pro sustentatione Canonici parochi non excedere libellas sexcentum, licet brevis spes sit attentis meliorationibus factis fore libellas septingentas, redditus vero praebendae et paroeciae s. J. B. deductis deducendis pro sustentatione Canonici parochi non excedere libellas nongentas; quoad medinm minus onerosum, de qno in eadem resolutione capitulari scilicet, ut dictis Canonicis parochis tres menses pro vacationibus sint, duo tantum reliquis Canonicis, humiliter expono s. Congregationi, non satis cohaerere medium hoc praecedenti resolutioni capitulari diei 11. Junii 1823, quando quatnor praebendas massae capitulari adjunxi hac conditione, ut Capitulum super hoc assensum praeberet, prout praestitit, ut ex adnexa resolutione capitulari constat et aliunde non satis medinm hoc provideret dictorum parochorum necessitatibus et spirituali parochianorum utilitati.

Hanc controversiam inter snpplices libellos propositam severiori judicio dignam arbitrati sunt Emi Patres atque ideo in Congregatione diei 16. Aprilis 1825. mandarunt, ut causa in folio describeretur.*)

Explorati qnidem juris est eos, qui in Cathedrali vel Collegiata Canonicatum ipsique conjunctam obtinent paroeciam in alia ecclesia erectam qnotidianas distributiones amittere, si tempore, quo Divina celebrantur, choro non intersint, licet in ecclesia parochiali resideant ibique Sacramenta ministrent aut alia ad animarum curam spectantia exerceant, *Barbos. ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de Ref. n. 83., Scarfant. animadv. ad Ceccop. lib. 2. tit. 11. n. 9.* Multoqne minus percipere valent emolumenta Anniversariorum aliasque distributiones ex voluntate testatorum inter praesentes dividendas, qnas nec illi lucrantnr, qui fictione juris ut choro praesentes reputantnr aut indulto gandent cum facnltate percipiendi quascumque distributiones ant rude sunt donati, *Piton. discep. eccl. 1. n. 35., s. Congreg. in Aquipendien. Indulti 1. Aprilis 1719. et in Lunen. Sarzanen. Indulti 14. Augusti 1824.* § *Audiendus.*

Verum indulta abessendi a chori servitio pro diebus et horis ratione munerum concedere consuevit s. Congregatio innixa dispositioni juris *in cap. unico de Cleric. non residen. in 6.* et sanctioni Trid. Synodi *sess. 24. cap. 13. de ref.* uti monet folium *in dubia Indultorum 6. Maji 1820.* § *Notandum.***) In themate autem hnjusmodi indulti concedendi intercederet utilitas ecclesiae, quae semper sollicita fuit, ne animarum curatoribus congrua deesset vitae tuitio, adeo ut Tridentini patres uti monet Barbosa apud *s. Congreg. in Tudertina 27. Aprilis 1822.* § *Ut haec* septies de ea mentionem fecerint ac praeterea *sess. 7. cap. 7. de ref.* caverint, ut si fieri posset super re certa assignaretur. Tridentini autem Concilii vestigiis inhaerens hic s. Ordo solet paroeciarum paupertati opitulari per Legatorum applicationem aut beneficiorum unionem***) ceu videre licet *in Sabinen. Unionis 16. Junii 1788*, in *Comen. 17. Julii 1802.* § *Nihilominus* et in *Reatina Unionis Beneficiorum 19. Novb. 1818.*

Jam vero praebendas Oratorum quibus imminet onus et animarum curam gerendi et choro inserviendi tennes existimat Episcopus. Illud quoque accedit valde grave, qnod Episcopus vacantes praebendas Capitulo nni-

*) Vd. *p. 523. c.*
**) Vd. *t. III. p. 1028.*
***) Vd. *t. II. p. 897. f; 965. I.*

erit, ut suum praeberet assensum, prout revera praestitit; ideoque videant EE. VV., an concedendum sit parochis petitum abessendi indultum ac lucrandi distributiones vel potius tribuenda Episcopo facultas, ut singulis paroeciis aliquam uniat ex memoratis praebendis.

At vero Canonici petitum abessendi indultum denegandum esse contendunt, tum quia parochorum redditus longe majores sunt, quam refert Episcopus, tum quia chorali servitio detrimentum inferretur; nam si parochi eximerentur a choro singulis diebus festis ac integra quindena paschali simulque trium gauderent mensium vacationibus, per quinque circiter menses a choro abessent. Addunt facultatem lucrandi distributiones adversum tenere instituto hujus s. Congregationis, siquidem eos, qui gaudent indulto abessendi pro diebus et horis ratione muneris, ex quo lucrum aliquod percipiant, quotidianas ammittere distributiones decrevit in *Dubiis Indultorum 6. Maji 1820.* et in *Romana Dubia Indultorum 25. Maji 1822.*

Atque eo promius sperant Canonici Emos Patres hanc sententiam probaturos, quod Albense Capitulum 18 constet Canonicis, quorum alter jubilatione est donatus, tres quadragenarium servitium jam sunt expleturi et quatuor chorali servitio non obstringuntur.

Itaque proponitur

D u b i u m:

An et quomodo precibus Episcopi sit annuendum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative pro petita exemptione parochorum juxta votum Episcopi.

Die 22. Julii et 16. Septb. 1826.

Capitulum cathedralis ecclesiae A. usque a primis temporibus curae habitualis atque actualis super universa civitate potiebatur; subindeque Capitulares animarum cnram exercentes nedum a punctaturis extorres erant, verum etiam distributionibus tam ordinariis quam extraordinariis fruebantur.

Volvente anno 1857 per apostolicum rescriptum, cui nomen brevis inditum est, cautum fuit ut sex praebendis canonicalibus suppressis pro congrua parochorum alimonia sex pariter in tota civitate novae et distinctae crearentur paroeciae, quas inter et una in Cathedrali existeret ab Archipresbytero secunda dignitate regenda. Ex hoc factum fuit ut ista secunda dignitas uberes fructus perciperet. Quandoquidem nedum ipsa ut caeteri Canonici potiebatur praebendam, sed et sextam partem praebendarum, quae ex Bullae dispositione suppressae fuerant, adeo ut fructus praebendae archipresbyteralis summam libellarum 3301,52 inpraesentiarum confleut. Id aegre ferens Capitulum per suum praesidem sub die 16. Septembris 1878. supplicem S. C. C. libellum porrexit, ut dirimere dignaretur dubia, quae in calce exscribuntur.

Distributionibus ab absente lucrandis obicem parare videtur praeprimis *caput unic. de cler. non resid. in 6.* Siquidem in hoc Bonifacii VIII. decreto haec leguntur: *Statuimus, ut distributiones ipsae quotidianae, in quibuscumque rebus consistant, Canonicis ac aliis beneficiatis et clericis ecclesiarum ipsarum qui eisdem adfuerint tribuantur . . . .* Quod Bonifacii VIII. decretum in usum revocatum a Concilio Tridentino in uotissimo *cap. 12. sess. 24. de ref.* non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus indubiam atque indeclinabilem legem firmavit in distributionibus percipiendis: »*Distributiones vero*, ita Tridentini Patres, *qui statutis horis interfuerint, recipiant, reliqui quavis collusione aut remissione exclusa his careant.*« Et jure optimo. Distributiones enim clericis debentur ratione servitii personalis, non autem respectu tituli, nec dantur tamquam Canonico, sed tamquam inservienti Divinis.

Quod si S. C. C. quotidianas distributiones iis aliquando attribuit, qui a choro abesseut propter animarum curae exercitium, perpendendum sedulo est, de illis tantum sic eam disponere, quorum canonicatui curae animarum onus sit adnexum, uti docent *Barbosa de Can. et Dignit. cap. 24. n. 11.*, *Moneta de Distr. quot. part. 2. quaest. 11. n. 69*, tenuitque s. Congregatio in *Montis Regalis Distributionum 6. Dec. 1732*, *Perusina 25. Junii 1765.* Id tamen in themate dici nequit, quia Archipresbytero adjudicata fuit portio extinctarum praebendarum, quae pro erigendis paroeciis suppressae fuerant, quaeque portio distincta est ab archipresbyterali praebenda; subindeque neque jus neque recta ratio pateretur, ut ipse aliis laboribus distentus, pro quibus mercedem et non levem percipit, etiam omnibus potiri debeat privilegiis, quibus ii fruuntur parochi, quorum dignitati vel canonicatui adnexum est onus cnrae animarum.

Idem consectarium potiori ratione tenendum videtur etiam in distributionibus, quae

audiunt inter praesentes. Maxime quia ad hasce lucrandas satis non est ficta, sed realis et physica praesentia beneficiati requiritur, ceu passim docet S. C. C. praecipue vero in *Reatina Jubilationis 28. Aprilis 1770.* § *Contra*, ubi traditur quod tribui debent »Emolumenta anniversariorum, processionum aliorumque similium, quae ex praesumpta testatorum voluntate relinquuntur Capitularibus actu interessentibus, qui pro animabus benefactorum preces fuderint.«

Quod vero spectat ad fallentias animadvertendum occurrit, ex juris dispositione accrescere debere tantummodo interessentibus, qui ob aliorum absentiam majorem subeunt in choro laborem. Ipsae enim tamquam praemium interessentibus dantur et in poenam absentibus auferuntur. Hinc docet *Barbosa de Canonicis et dignitatibus cap. 23 n. 18* — ibi: »Utrum autem distributiones absentium debeantur actu interessentibus, verum etiam aliis, qui juris fictione censentur interessentes, ut quia absunt ex causa infirmitatis vel in ecclesiae suae utilitatem . . . solum deberi actu interessentibus constat ex *cap. unic. vers. Statuimus de Cleric. non resid.*« Concinunt *Bonacina de distrib. quaest. ult. punct. 1. n. 6.*, *de Benef. p. 3. cap. 2. n. 465.* Hi enim DD. moventur ad hanc tuendam sententiam ex eo quod absens ob legitimam causam reputatur praesens in choro ad lucrandas suas distributiones ex *Conc. Trid. sess. 24. cap. 12.*, non vero a negligentibus amissas, quia congruum est, ut hae illis accrescant, qui stante aliorum absentia majori labore gravantur. Hisce igitur omnibus attentis prono veluti alveo fluit Archipresbyterum ad lucrandas distributiones inter praesentes necnon fallentias a negligentibus amissas bono jure destitutum fore.

Altera sed vero ex parte scitissimi juris est, parochum animarum curae incumbentem ita praesentem in choro reputari ac si Divinis intersit, *Trident. Synodus sess. 22. cap. 3.* Quare non modo de distributionibus ordinariis participem fieri debere, verum etiam de extraordinariis docet *Scarfant. lib. 2. tit. 10. n. 9. et seq.* — ibi: »Et eo magis certa Capituli persona cui dumtaxat immineat cura animarum cumulanda est distributionibus, si Divinorum tempore parochialia munia exerceat. . . . Accipe de quibuscumque distributionibus tam ordinariis quam extraordinariis, ita contra *Bonac. de distrib. d. 2. qnaest. 5. § 7. in fine* absolute tenet *Trullen. in Decal. lib. cap. 8. dec. 2. num. 7.* et declaravit sacra Congregatio teste Nicolio in *Glos. V. Distributiones n. 13.*« Et merito: Si enim indultum jubilationis suffragatur pro participatione omnium fructuum et distributionum etiam extraordinariarum ut declaravit S. C. C. *in Burgi s. Domini 19. Aprilis 1704;* imo si suffragatur ad percipienda praeter distributiones ordinarias quaecumque alia emolumenta ut in *Aquipendien 27. Sept. 1559. ad dub. II.*, *Perusina 17. Julii 1668*, *Romana 29. Januarii et 5. Martii 1678*, nulla pretiosa ratio suppetere videtur ad id denegandum Archipresbytero parocho, qui dum animarum curae incumbit inhaerenti suae dignitati, non minus quam Canonicus jubilatus pro praesente et interessente habendus est; *Garcias de benef. p. 3. cap. 334.*

Nec minus parochum, officii causa et propter exercitium curae animarum absentem a choro, negligentium falleutias constat lucrari. Nemiuem enim latet praeseuti in choro juris fictione haec emolumenta tribui. Ipsa enim dantur et Canonicis indulto donatis, infirmitatis causa, uti videre est in *Romana 5. Maji 1703. ad II. Dubium*, in quo quaerebatur: *An eidem Canonico* (absenti a choro et aliis divinis officiis ex indulto propter infirmitatem) *competat pro sua parte etiam jus accrescendi earum distributionum et communium, quae ob absentiam vel vacationem Canonicorum interessentibus accrescunt et a qua die supradicta omnia debeantur in casu?* Responsum prodiit: *Affirmative a die praesentationis indulti.* Item dantur et jubilatis uti videre est in *Aquipendii 2. Martii 1697. ad III. dub.*, *dummodo non obstent constitutiones particulares et consuetudo Ecclesiae.* Unde Scarfantonius loquens de Canonicis absentibus a publica psalmodia ob rationabilem causam, facto sibi dubio, utrum istis debeantur distributiones, quas alii Canonici absque rationabili causa absentes a choro tuuc temporis amittunt, profitetur se pro affirmativa stare sententia contra Bonacinam aliosque. Atque hauc opinionem etiam probabilem dicunt *Castr. Pal. tom. 2. et Trullen. in decis. cap. 8. n. 7.* et *Benedictus XIV. Instit. 107.* refert S. C. C. sub die *18. Aprilis 1511.* in decisione scripta in *L. XI. Dec. 98.* ceusuisse, eos qui absunt a servitio chori ob infirmitatem vel aliam causam non modo percipere debere distributiones quotidianas sui Canonicatus, perinde ac si statis horis interesseut, sed etiam percipere augmeutum distributiouum quas amittunt illi,

qui Divinis non interfnerint. Ex quibns colligitur, fallentias absentium a parocho actu qno abest a choro ob exercitium curae animarum percipiendas fore, cum eum abesse ex legitima causa in dubium revocari non possit.

Omnem praeterea amaritudinem hac super re tollit observantia. Observantia est enim fida interpres dispositionnm humanarum et maximnm valorem habet in distribntionum materia. Porro compertum est, dnce observantia, Capitulares munere parochiali fungentes pro praesentibus in choro habitos fuisse, consequenter distributiones ordinarias et alios proventus nactos esse. Ergo eodem jnre pollere Archipresbyterum actualem autumandum est, cum sit subrogatus Capitularibus animarum curam gerentibus; atque hoc eo vel maxime quia ab anno 1857 in quo curam obtinuit in pacifica adest possessione. Praeterea observandnm est qnod Capitulum ad sidera tollit Archipresbyteri redditus, omittendo redditus eosdem talibus affici gravaminibus, quae valde eorumdem summam extenuant.

Nnnc ad alterum dubium in qno quaeritnr an Archipresbytero onus sit conferendi tertiam partem fructunm praebendae distributionum quotidianarum gratia. Sententiae affirmativae subscribendum videtur. Scitissimum enim in jure est, qnod qui commodum persentit onns snbire teneatur, *reg. 55. de reg. juris in 6.* Ratio autem hujus principii fundatur in aeqnitate naturali, quam adeo agnovit etiam Imperator, ut illum nec ferendum nec tolerandum existimaret qui lucrum et commoda amplectitnr et annexa incommoda sufferre non vult, *L. un. § 4. ad fin. C. de Caducis tollend.* — ibi: *Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit.* Cum itaque Archipresbyter absens a choro ratione muneris parochialis distribntionum utilitatem consequatur, sustinendnm ab ipsomet fore onns contributionis in sua praebenda in aprico est.

Affabre quidem Cardinalis de Luca *Lib. 14. part. 5. adn. ad Sac. Conc. Trid. disc. 15.* docet, »in istis decretis pro ecclesiarum Cathedralium . . . . meliori servitio ac cultn prudenter disponitnr, quod ubi distribntiones qnotidianae tenues essent, adeo ut Canonicos ac Beneficiatos aliosque ministros ad servitinm non allicerent, qnia nempe ob tenuitatem de facili negliguntur, tunc tertia pars fructuum singularum praebendarum, cnm debita proportione, ut aequalis non autem inaeqnalis contributio sit, quotidianis distributionibus assignari debeat.«

Nihilo tamen secius non in tertia parte fructunm totius praebendae ipse obstringendus videtur, sed in contributione qua qnilibet Canonicus infandis nostris temporibus juxta redditus ecclesiae devictus manet. Alias enim Canonici lucrum captarent cum damno Archipresbyteri; quod quantum nefas sit, nemo est, qui non videat.

His itaqne expositis remissum fuit judicio Emmorum Judicum decernere quonam responso dimittenda essent

D u b i a:

I. *An Archipresbytero ob curae animarum exercitium absenti a choro debeatur participatio in distributionibus quotidianis necnon in emolumentis extraordinariis et adventitiis in casu?*

II. *An eidem Archipresbytero absenti ut supra debeantur fallentiae Canonicorum absentium in casu?*

Et quatenus affirmative ad utrumque,

III. *An et in qua quantitate fructuum suae praebendae Archipresbyter concurrere debeat pro distributionibus quotidianis in casu?*

S. C. C. snb die 23. Augusti haec dabat responsa:

Ad I: *Affirmative, dummodo non obstet voluntas testatoris vel dantis.*

Ad II: *Affirmative.*

Ad III: *Affirmative pro tertia parte praebendae canonicalis tantum.*

Ex quibus colliges:

I. Distribntiones chorales haud deberi clericis respectu tituli sed ratione servitii personalis seu qnia Divinis inserviunt juxta Tridentinum: *Distributiones vero qui statutis horis interfuerint recipiant, reliqui quavis collusione aut remissione exclusa his careant.*

II. Verumtamen ex *Trid. sess. 22. cap. 3.* parochum tempore qno *in curata ecclesia residerit ac ministraverit* tamquam praesentem haberi ac divinis interesse; ideoque frui distributionibus valere tum ordinariis tum extraordinariis.

III. Nam si Canonicus jubilatus aut absens infirmitatis causa ex praxi S. C. C. frui

potest distributionibus ordinariis et extraordinariis necnon emolumentis quibuslibet nulla adesse ratio videtur, qua privilegium hujusmodi denegandum sit Canonico parocho, qui Divinorum tempore munia exerceat parochialia.

IV. Neminem praeterea latere physice absentem rationabili de causa fictione juris haberi praesentem et lucrari negligentium fallentias; ast quomodonam his fallentiis carebit Canonicus parochus, absens ob curae animarum bonum, quum nulla sit absentiae causa rationabilior?

V. Ex omnibus praebendis contributionem fieri debere aequaliter pro distributionibus quotidianis erui ex ipsa naturali aequitate; nam tolerandum non est, quod incommoda ferre non velit, qui lucrum et commoda amplectitur.

VI. Hinc in themate liquidum esse Canonico parocho munia parochialia exercenti negligentinm fallentias omnesque distributiones deberi, nisi obstet voluntas testatoris vel dantis*); ipsumque Canonicum parochum concurrere debere pro distributionibus quotidianis pro tertia parte praebendae canonicalis tantum.

25) Canonici theologi.

Vd. t. III. p. 1008. n.; *Distribut.* (magistri theolog.)

26) Cantoris.

Vd. t. III. p. 964. c; 1044. d. *Distribut.* (caeremon., decr. *Pisana.)*

27) Capellanorum chori.

Vd. *Caeremoniar.* (distrib. decr.: *Lucana* t. III. p. 13.; mansionarior.) *Capellania choralis.*

Pisana.

Isthaec controversia, quae hodie dirimenda proponitur amplissimo EE. PP. Senatui, exordium repetit a rescripto, quod S. O. ferre dignatus fuit die 8. Julii 1843 in alia Pisana Indulti, cujus Syllabum reperient EE. PP. sub die 27. Maji praefati anni. Inibi cum Josephus Morosius alter ex capellanis primitialis ecclesiae Pisanae expeteret, sibi prorogari indnltum abessendi a choro ob infirmam valetudinem quin chorales amitteret distributiones, post alia dno hoc tertium dubium propositum fuit: An et quomodo sint eidem (videlicet Oratori Morosio) concedendae distributiones, quae dicuntur Sedute et Mancie in casn et dimissum responso: Negative in omnibus. At nonnullis ex Universitate capellanorum praedictae ecclesiae haud arrisit hujusmodi rescriptum, quia quamvis tunc respiceret tantummodo Oratorem Morosium, pro posterioribus tamen temporibus generalem firmaret regulam eorumdem juribus vulnus infligentem. Proclamarunt enim, distributiones, de quibus quaestio, concedendas esse etiam capellanis aegrotantibus ac jubilatis, dummodo diligenter antea chorali servitio satisfecerint. Qua de re ad Archiepiscopum Pisanum recursum habuerunt; qni negotium s. huic Congregationi definiendum remisit datis opportunis literis.

Praestat modo breviter referre ea, quae in suo voto adstruit Pisanus Jurisconsultus. Is ab initio adlaborat in enumerandis distributionibus, quibus capellani primitialis ecclesiae gaudent.

Primam earum classem constitui ait ab ordinariis distributionibus quotidianis, quas lucrantur Beneficiati, quoties choro intersunt, quaeque constantur a quibusdam mensuris (sacca) frumenti.

Alteram classem appellat distribntiones manuales, quae consistunt in quadam pecuniae summa proveniente ex piis Legatis, atque inter eos tantum partienda, qui realiter chorale servitium praestant.

Tertio demum loco ponit eas extraordinarias distributiones, qnae veniunt sub nomine di Sedute o Mancie. Deinde totus in eo est, ut harum postremarum originem et naturam expendat.

Quoad originem animadvertit, eas non provenire ex testatorum aut Benefactorum pia elargitione, sed ex censu quodam scntatorum millium, quorum vis collecta fuerat ex residuis praeteritarum administrationum; hujus autem census fructus annuales adsig-

*) Sacra C. C. dum indulget, ut qui rationabili de causa absens est a choro fictione tamen juris uti praesens habeatur et lucrari valeat omnes distributiones ordinarias et extraordinarias adjicit limitationem: *nisi obstet voluntas testatoris aut dantis.* — Etenim uti sacram et inviolabilem habet testatoris aut dantis voluntatem, qui caverint ut physice praesentes tantum participare debeant, ceu videre est in *Novarien. Jubilat. 2. Oct. 1677.* In hac quaestione proposito dubio: »An duo Canonici jubilati s. Gaudentii frui deberent emolumentis anniversariorum, quae fiunt intra annum, licet non adsisterent, responsum fuit: *affirmative.*« Causa tamen iterum proposita die 29. Jan. 1681 rescriptum fuit: »in decisis quoad anniversaria fixa et in quibus non cautum est a testatoribus, ut interessentes tantum participare debeant,« uti legitur in lib. 42. decret. fol. 44.

nati fuerunt pro distributionibus faciendis favore illorum capellanorum, qui ad chorum intervenirent quibusdam praecipuis Anni solemnitatibus ex capitulari constitutione emissa die 26. Aprilis 1831, cujus exemplar prostat apud acta s. Congregationis una cum placito Archiepiscopi Ranieri adprobantis eamdem capitularem constitutionem.

Quoad naturam vero conteudit, eas recensendas esse inter extraordinarias distributiones, quae debent concedi non tantum illis, qui praefinitis diebus choro intersunt, verum etiam iis, qui ob legitimam causam absuut. Hoc ostendere satagit ex praedicta archiepiscopali adprobatione, ubi cum Antistes loqueretur de elargiendis distributionibus *Sedute* o *Mancie* dictis haec habet: Non exclusi quei Signori capellani, che saranno occupati come cautanti nella capella musicale; necnou ex constanti observantia, qua factum est, ut ab anuo 1834 usque ad annum 1843 praenominatae elargitiones tribuerentur quoque legitime absentibus.

Post facti observationes ad juris auxilium confugit et quoniam extraordinariae distributiones, de quibus sermo, non a piis legatis originem ducunt, quemadmodum ostenderat, sed a capitularibus residuis, eas eodem privilegio gaudere ac jure uti deducit, quo utuntur distributiones quotidianae teste *Moneta de Distribution. quotidian. part. 1. quaest. 3. n. 10.* et *12.* Distributiones autem quotidianas percipi posse etiam a non intervenientibus ob infirmitatem atque jubilationem, notum in jure esse ait, ex *cap. 1. de Clerico aegrot. et cap. 1. de Cleric. non resid. in 6., Moneta de Distrib. quotid. part. 2. quaest. 11., n. 97., s. Congreg. in Eugubina Indulti 13. Januarii 1816.* Quinimo haec eadem s. Congregatio iu una *Burgi s. Domini Jubilationis 29. Aprilis 1804* resolvit Indultum Jubilationis suffragari non tantum pro ordinariis, sed etiam extraordinariis, quod semper tenuit dummodo non ageretur de distributionibus ex pia testatorum voluntate proveuientibus, ceu consonat in alia *Rom. Jurium canonic. 5. Maji 1703 Dub. I.*

Hisce praehabitis concludit Pisanus Jurisconsultus s. Concilii Congregationem 1843 negativum dedisse responsum tertio dubio in Pisana Indulti proposito, eo quia facti errore innixa putabat emolumentis, quae sub nomine *di mancie o sedute* capellanis ecclesiae primatialis obveniunt, originem dedisse bona relicta a testatoribus aut benefactoribus, qui eos obligare voluerint verae chorali interessentiae.

Hoc autem factum est, quia in Syllabo praefati anni non exacta fuit tradita distributiouum classificatio, quae in ecclesia primitiali vigent. In eo enim distributiones, quas supra dictum fuit proveuire a piis Legatis, commixtae fuerunt cum aliis, quae sedute o mancie appellantur, atque adeo harum origo et natura mutata fuit.

Ut integre noscant EE. PP. allegationes, quas in sui favorem in medium adducunt capellani, eorum oculis submitto verba cujusdam Epistolii in sui favorem ad Acta s. C. transmissi ab universitate capellanorum, quod Archiepiscopus Ranieri dedit sub die 13. Augusti 1831 Joanni B. Casetti exercenti tunc temporis officium nuncupatum di Magiscoro in ecclesia primitiali, quodque in ejusdem Universitatis Archivio asservatur. Ex eo colligere fas erit, ab eo tempore dubium inter capellanos insurrexisse, an absentibus ob legitimam causam a choro distributiones recenter additae deberentur.

Haec quoad capellanorum instantiam. Contra ipsam, cum tota quaestio circa factum versetur, animadverti tantum potest, in Constitutione capitulari, qua introductae fuerunt distributiones, de quibus agitur, miuime fieri meutionem, ut haec cedant etiam in favorem illorum, qui legitime a choro abessent, quinimo illius verba potius contrarium seusum inferre videntur; cum enim in ea habeatur hasce novas distributiones concedeudas esse capellanis ratione »del miglior servizio del coro, e più decorso in certi giorni, ed a certe fauzioui«, tacite statui videtur ab illarum perceptione excludeudos fuisse capellanos, qui reapse praefinitis diebus ad magis decorum servitium praestandum non concurrnut. Quod si hujusmodi argumentum valorem sibi viudicabit, addendum tunc erit, Capitularibus insimul collectis licere sibi legem dicere, ad cujus observantiam deinde obligantur, *arg. cap. 6. de constit. cap. 9. de consuet.* et *docet Ferraris V. Capitulum art. 3. n. 12. et 3., s. Congreg. C. 31. Martii 1607.*

Hisce positis novum exurgit dirimendum

Dubium:

An distributiones dictae Sedute et Mance debeantur etiam capellanis ob legitimam causam a choro absentibus in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 2. Maji 1846.

28) Capellanorum curatorum.

Vd. *Distribut.* (Caeremon., decr.: *Pisana* p. 1306; confessarior., Vicarii ecclesiae etc.; Canonici parochi); *Capellanus.*

29) Carcerati.

Vd. *Distribut.* (absentium propter litem; exulum); t. III. p. 991. i; 1022. o.

Theatina.

Lauretus de Grandis Canonicus Decanus Cathedralis Theatinae inquisitus et processatus in ea Curia archiepiscopali super praetensa iuhonesta consuetudine cum muliere uxorata et contraventione de non conversando cum d. muliere snb poena carceris necnon super verbis irreverenter effusis coram Archiepiscopo eaque de re detentus per biduum in carceribus, exiude elapsus, Urbem petiit ac constitutus coram Tribunali A. C. in criminalibus auditusque in suis defensionibus citato Promotore fiscali Curiae archiepiscopalis Theatinae fuit tandem per seutentiam diffinitivam latam 1705 in Summar. dandam a praedictis inquisitionibus absolutus, Processus abolitus Fiscoque et Adhaeren. perpetuum silentium impositum. Reversus ad Patriam Canonicus praedictus, aliquot post mensibus (ut ipse asseruit) eadem praetensa causa iuhonesti commercii cum muliere praedicta in carcerem per tres meuses inclusus indeque dilapsus iterum Urbem adiit ac ad ss. D. N. humiliter recurrit precibus ad S. C. Episcoporum et Regularium remissis, a qua pauco post tempore liber dimissus fuit; de quibus adhuc documenta desiderantur; sed petens a Capitulo distributiones decursas pro utroque supradicto tempore absentiae iisque denegatis recurrit ipse Canonicus ad hanc s. C. pro declaratione illas sibi deberi et citato Procuratore ejusdem Capituli in Curia concordatum fuit infrascriptum dubium, quod hodie propouitur EE. VV. ut ex deducendis resolvant:

An Canonico Joanni Laurcto de Grandis debeantur distributiones quotidianae decursae tam tempore ejus carcerationis quam tempore absentiae pro sustentatione litis?

S. C. C. resp.

Affirmative usque ad diem sententiae absolutae. In reliquis negative.

Die 18. Julii 1711.

30) Chorum gratis per tempus frequentantium.

Vd. *Chorus* (consuetudo gratis etc. p. 1111. VI. etc.)

31) Coadjutoris Canonici.

Vd. *Distribution.* (Canonicor. coadjutor p. 1315).

Die 22. Februarii 1862 agitata fuit causa in S. C. C. sub hoc *emolumentorum* titulo inter Ambrosium Canonicum et Aloisium ejus coadjutorem: atque propositis dubitandi formulis: I. »An coadjutor teneatur reficere coadjuto emolumenta proveuientia ex anniversariis, processionibus et capitulis quae ob suam absentiam amisit? II. An ex fallentiis a coadjntore coadjuto compensandis detractio facienda sit ad ratiouem quotae lucri, quam, super falleutiis coadjutoris, coadjutus recipit in generali divisione Capitularium? responsum prodiit

Ad I. *Affirmative et amplius.*

Ad II. *Affirmative et amplius et ad mentem.*

Mens fuit, ut scriberetur Ordinario ut divisio fallentiarum inposterum fieret ad tramites juris et resolutionum s. Congregatiouis.

Resolutio data ad primum dubium inuitebatur communi juri, quod exprimi solet in litteris Apostolicis coadjntoriae; resolutio data ad secnudum dubium iunitebatur consuetudini illi, quam s. Congregatio in hac ipsa resolutione delevit, idest, consuetudini, cujus vi, stato anni tempore, inter omnes Canonicos summa mulctatitiae pecuniae ex punctaturis seu fallentiis proveniens viritim dividebatnr, ita ut ex. gr. Canonicus, qui ob punctaturam seu mulctam amiserat libellas decem, in repartitione punctaturarum ex sua punctatura lucraretur ex. gr. libellam unam. Quare, cum Canonicus principalis seu coadjutus iu generali repartitione fallentiarum percipiebat partem fallentiarum, quas ejus Canonicus coadjutor amiserat, quaerebatur in secundo dubio, utrum coadjutor in reintegraudo coadjuto de fallentiis subtrahere deberet partem fallentiarum, quas coadjntus percipiebat in generali repartitione super fallentiis ipsius coadjutoris. Atque s. Con-

gregatio ejusmodi subtractionem faciendam esse respondit, ut vidimus.

Datis ejusmodi resolutionibus Ambrosius Canonicus coadjutus exhibuit Aloisio coadjutori supputationem fallentiarum ex qua apparebat Aloisium compensare debere Ambrosium summa scutatorum 141: cum abnormis haec summa Aloisio visa fuerit, quod facta non esset ad tramites datarum resolutionum, iterum postulavit ut s. Congregatio de hac re decerneret.

Conquerebatur Aloisius de computatione, 1° quod ratio habita non fuerit detractionis faciendae juxta secundum resolutum dubium (quam resolutionem tamen Aloisius visus non est intelligere; subtrahere enim intendebat quod coadjutus percipiebat ex aliorum Canonicorum fallentiis), adjungens, injuste praesumere Ambrosium ut sibi compensetur quidquid lucrari potuisset, si semper choro interfuisset: inquiebat enim coadjutorem teneri de damno vitando, non autem de lucro captando: 2° quod nullo in pretio habita fuerint Indulta abessendi a choro a se obtenta: 3° quod punctatus fuerit quibusdam diebus, quibus infirmus erat.

Remissis de more precibus Ordinario, ut audito Capitulo suam sententiam referret, Capitulum rejiciebat rationes adductas ab Aloisio, inter cetera animadvertens, coadjutoriam duplicem continere gratiam, idest jus successionis in Praebendam favore coadjutoris et gratiam favore coadjuti lucrandi omnia et singula emolumenta per coadjutorem.

Ad Indulta quod spectat putabat Capilum in partitione fallentiarum habitam non fuisse Indultorum rationem. quia tempore habili exhibita non fuerant, quod pluribus ostendere contendit, allegans aliqua Indulta, quae obtenta fuerant partitione fallentiarum jam facta.

Quoad eos vero dies, quibus Aloisius infirmum se fuisse inquiebat, Capitulum respondit juste punctatum fuisse, quia medici testimonium tempore utili non exhibuerit, atque insuper Capitulum asseruit, iis diebus Aloisium domo exiisse ideoque infirmum dici non posse.

Capituli voto consonum fuit Ordinarii votum.

Post haec Aloisius obtinuit, ut tribus deputatis Canonicis nova computatio fieret. Hi Canonici, re examinata, retulerunt, Aloisium diligentissime chorum frequentasse, cum per spatium quatuordecim annorum punctaturarum summa ascenderet tantum ad scut. 30. Indulta tempore utili fuisse Capitulo exhibita etc. atque inde nova computatio facta est, cui haeredes Ambrosii novis deductionibus responderunt. Hiis aliisque in facto expositis proposita sunt resolvenda

D u b i a:

I. An et quae computatio a Capitulo peracta servanda sit in casu?

Et quatenus neutra,

II. An et quae normae servandae sint in nova computatione peragenda in casu?

S. Congregatio Concilii die 12. Augusti 1871 respondere censuit

Ad I. *Providebitur in II.*

Ad II. *Affirmative et ad mentem.* Mens s. Congregationis fuit, ut nova computatio fieret cura Ordinarii, atque ita ut comprehendantur omnes redditus certi et incerti quos coadjutus percepisset si diligenter interfuisset singulis functionibus canonicalibus, salvo casu legitimi impedimenti coadjutoris; detracta tamen quota fallentiarum coadjutoris a coadjuto ex dictis fallentiis coadjutoris percepta: salvo coadjutori regressu contra quos et quatenus de jure ob Indulta et impedimenta si quae non fuerint legitime computata.

Ex quibus colliges:

I. Gratiam coadjutoriae canonicalis bifariam patere: idest tribuere jus coadjutori ad futuram successionem in canonicalem Praebendam: et tribuere indemnitatem coadjuto in perceptione omnium emolumentorum canonicalium, quasi esset praesens omnibus functionibus sive choralibus sive ceteris, quas Capitulum peragit.

II. Quare Canonicum coadjutorem teneri compensare coadjutum in iis omnibus, quae coadjutus a Capitulo non perceperit, quaeque sua praesentia percepisset.

III. Ideo si quaestio aliqua oriatur, quod non fuerit coadjutor legitime mulctatus, ejusmodi quaestionem non gravare coadjutum sed dirimendam esse inter coadjutorem et Capitulum coram quo de jure.

IV. Non tamen coadjutum percipere posse aliquid, quod non percepisset per suam

praesentiam si non haberet coadjutorem, cum, fictione juris, coadjutus et coadjutor unicam tantum repraesentent in juribus canonicalibus personam.

Non posse coadjutores lucrari distributiones quotidianas, quando coadjuti sunt praesentes ex quacunque causa.

S. R. C. Die 15. Apr. 1606.

Coadjutores lucrari distributiones quotid. absentibus coadjutis ad commoditatem tamen et utilitatem coadjuti.

S. R. C. Die 16. Sept. 1606.

Circa distributiones, quae dantur Canonicis vel Praebendatis, quando aliquas missas celebrant, coadjutores eas non lucrari, nisi quando celebrant pro ipsis coadjutis.

S. R. C. Die 3. Decb. 1616.

Die 18. Mart. 1617.

S. R. C. mandavit, ut coadjutores pro coadjutis absentibus possint lucrari distributiones et supplere vicibus eorum.

S. R. C. Die 12. Junii 1660.

Coadjutor Canonici justa de causa immunis et exempti a choro tenetur interesse ut Canonicus lucretur distributiones.

S. R. C. Die 20. Febr. 1627.

Coadjuto infirmo deberi non distributiones quotidianas de distributionibus capitularibus, sed de bursa ipsius tantum coadjutoris non inservientis pro suo coadjuto.

S. R. C. Die 2. Julii 1640.

Firmana.

Supremae Inquisitionis decreto perpetuo inhabilis renunciatus fuerat Viceparochi et Canonici muneri adhuc substinendo quod jamdiu exercuerat in Collegiata s. Bartholomaei in oppido Murrovalium Sacerdos Guidi Cajetanus. Placuit at vero ss. Principi coadjutorem perpetuum et irrevocabilem illi adsignare apostolicis literis diei 15. Sept. 1838 datis favore Joannis B. Riccitelli, atque huic omnino concredidit Canonicatus et paroeciae administrationem et jura, quae, ratione coadjutoris officii, competere valerent sequentibus legibus:

Singula bona, res et proprietates ad Canonicatum et praebendam praedictos quomodolibet spectant et pertinent administrare omnesque fructus, redditus et proventus ac etiam distributiones quotidianas et quaecumque alia emolumenta, tam certa quam incerta, ac etiam extraordinaria eidem Canonicatui et praebendae quovis modo obvenientia (praeter infrascripta Tibi ut infra cedenda) pro dicto Cajetano lucrari possis et valeas ac etiam debeas et tenearis.

De portione autem, quam ex redditibus Canonicatus et paroeciae retinere sibi posset Coadjutor, ita in postrema literarum cera disposuit: Volumus autem, quod ratione coadjutoris officii hujusmodi, atque ut tu curam animarum praedictam utilius exercere valeas, medietate omnium singulorum fructuum, reddituum et proventuum memoratis Canonicatui et Praebendae quomodolibet obvenientium ut praefertur dicto Cajetano reservata, reliqua illorum pars ad tui favorem titulo Congruae seu salarii officio coadjutoris hujusmodi tantum durante et non alias annuatim cedat et assignata remaneat.

Controvertitur hodie inter Riccitellium coadjutorem et coadjutum Guidi super distributionibus Canonicatus, quae ex illius Capituli more in frumento aliisque rusticis proventibus ex peculiaribus fundis derivantibus consistunt.

Etenim illas sibi ex integro adjudicavit Riccitellius, dum contra sibi omnino debitas vi apostolici diplomatis Guidius autumat: hinc rogat iste EE. VV. sapientiam »di definire se, ed in qual somma gli competano le distribuzioni indicate, e nel caso affermativo prescrivere, che gli si renda il fiu qui male percetto dal coadjutor Riccitelli.«

Transmissis partium commentationibus ita relationem suam absolvit Emus Archiepiscopus desuper rogatus, ut opinioni suffragatus fuerit Riccitellii iisdem sane rationum momentis, quibus ille usus est, quaeque aggredior referenda.

Tum ex juris dispositione tum ex voluntate Pontificis tum demum ex peculiaribus circumstantiis debitas sibi esse universas Canonicatus distributiones autumat Riccitellius.

In jure ea est distributionum origo et causa finalis, ut choro addicti facilius hac illecebra ducti ac frequentius ad illum convenirent. Textus in *cap. Licet de praeben.* et *cap. Olim de verb. signif.* et *cap. unic.*

de Clericis non resident. in 6., *Conc. Trident. sess. 22. c. 3. de ref.*, *sess. 24. cap. 12. de ref.* Cum itaque unus Riccitellius servitium choro praestiterit, imo ipse unus illud praestare potuerit, hujus favore tantum cedere debuisse distributiones necessario consequitur.

Sane res est in themate non de mero coadjutore, qui, ut in caeteris contigit casibus, coadjuti nomine et persona canonicalia munera explet, sed de homine, qui alterius omnino inhabilis vi rei judicatae declarati veluti personam assumpsit, ita, ut ipse potius personam et praesentiam coadjuto quam ipsi coadjutus praestitisse videatur: fuitque tantum ex Pontificis optimi clementia, ut ille ex suo crimine ad beneficia ineptus Canonicatus fructuum portionem pro sua alimonia consequeretur. Enimvero si de emolumentis stolae, quae percipit pacifice Riccitellius, ceu qui parochialis ministerii munera absolvit diligenter, nulla movetur quaestio, illegitimum est de emolumentis distributionum querelas ciere, quae ex eadem ratione debentur, scilicet ex personali labore et adsistentia divinis officiis.

Consonat (prosequitur ille) spiritus et litera ipsius apostolici diplomatis; siquidem ex una parte facultatem concedit Riccitellio percipiendi omnes fructus, redditus et proventus ac etiam distributiones quotidianas et quaecumque alia emolumenta, ex altera dum legem imponit portionem resignandi favore coadjuti Cajetani nulla prorsus distributionum facta mentione reservari praecipit illius favore medietatem omnium singulorum fructuum, redditumque et proventuum memoratis Canonicatui et praebendae quomodolibet obvenientium, id est medietatem tantum fructuum praebendae; siquidem translatitium in jure est, nomine fructuum, reddituum, proventuum non venire distributiones quotidianas. Ita *Ferraris* verb. *Distributiones art. 1. n. 6*, *Mascath. Instit. can. lib. 3. tit. 4. sect. 7.* et pluries resolvit s. Congregatio referente *Bened. XIV. de Synod. dioeces. lib. 5. cap. 25. n. 5.* et *institut. eccl. n. 60.* § *11.* necnon Hier. *Gonzalez in terminis literarum apostolicarum sup. Reg. 8. Cancell. de mensibus et alternat.* § *7. Proem. n. 190.* ibi: Tota die apponuntur ista verba: fructus, redditus et proventus in literis apostolicis ad narrandum valorem fructuum exclusis distributionibus et omnia insimul denotant fructus, non autem distributiones.

Non absimilis postulari dicitur interpretatio ex mente et scopo fundationis ipsius Canonicatus, ubi animadvertatur, non aliam ob causam ad eam devenisse Archiepiscopum Borgia ac bona contribuisse sua Capitulum, nisi ob eam, quam imposita in erectionis decreto onera designant, ibi: ita tamen, ut Canonicus dictum Canonicatum et praebendam pro tempore obtinéns personaliter ecclesiae praefatae in divinis officiis, sicut caeteri antiqui Canonici', inservire necnon ea, qua oportet sedulitate, curam animarum gerere et administrare valeat. Quare si Cajetano Guidi nec praesentis nec ad praesentiam idonei distributiones concederentur expetitae, jam vel ipsa fundationis Lex everteretur, quod ab apostolicis literis absonum esse oportet.

Deinque perpendendum proponit Riccitellius vel ipsam parochialem congruam sibi defuturam, si fructuum praebendae tantum medietas sibi adjudicaretur: constat enim ex Eminent. Archiepiscopi relatione fructus annuos praefatae praebendae ab omni onere puros vix summam attingere scut. 135. 56.

Verum quidquid sit de juris dispositione aliisque in adversum adlatis rerum adjunctis Guidius contendit, unum apostolicum diploma, tanquam peculiarem legem in themate, ita esse sequendum sicut venator sequitur leporem, ut in themate coadjutoris sapide ait *Gonzalez super Reg. 8. Cancell. de mens. et alternat. Glossa 5.* § *9.* Ubi autem ad genuinam tutamque lectionem Pontificis verba paulisper referantur, ambigi non posse arguit universas distributiones sibi fuisse reservatas.

Etenim vero in priori literarum apostolicarum parte, quae superius inscripta est, per modum regulae omnino praescribitur, ut Riccitellius coadjutor, cui ipsae literae directae sunt »omnes fructus, redditus et proventus ac etiam distributiones quotidianas et quaecumque alia emolumenta (praeter infrascripta sibi ut infra cedenda) pro dicto Cajetano lucrari possit et valeat ac etiam debeat et teneatur.« In altero autem ipsius Bullae articulo postremum relato per modum exceptionis ea indigitantur, quae Riccitellio coadjutori, veluti salarii loco, assignari deberent, ac inibi profecto nonnisi de fructibus, redditibus et proventibus, nunquam de distributionibus quotidianis mentio injicitur. Cum itaque ex concessis ultro ab ipso Riccitellio fructuum, redditumque et proventuum nomine distributiones non comprehendantur, planum est, inter fructus salarii loco Riccitellio tributos nec minimum distributionum quotam inclusam fuisse. Patet ex his nullum aliud jus competere Riccitellio, mero coadjutori, quam salarium ex medietate fructuum Praebendae, exclusis distributionibus.

Quod sane et juri communi, a quo quaelibet peculiaris Lex in dubio recipit interpretationem, consonum est. Sancitum enim a jure est coadjutorem acquirere quoscumque fructus, distributiones et emolumenta beneficio coadjuti, nulla sibi reservata portione, *Rota Dec. 295. lib. 3. part. 3. divers.*, *Novarr. Conf. 2. n. 3. de Cleric. aegrot.*, s. Rituum Congr. in *Elboren. 15. Apr. 1606* et *Conimbrien. 16. Sept. 1606* ad VI. dubium.

His autem constitutis et ea concidunt, quae ex fundationis mente opponebantur, cui plene satisfactum erit, ubi alter Presbyter Murrovallius et chorali servitio et animarum curae operam praestet, sicut et ea, quae opposita sunt de inhabilitatione Cajetani ad Vicecuram animarum canonicatumque regendum. Si enim vere coadjutor est Riccitellius ex Bulla declaratus, jam sese exerere in reliquis Guidius clamat regulam, de qua *Rota coram R. S. D. Odescalchi Senogallien. Redintegrationis et emendationis damnorum 17. Martii 1817* § *9.* Nou quae in legis discussione proponuntur sed quae in lege ipsa constituta sunt, vim habent. Cumque summa scutatorum circiter septuaginta quae ex medietate fructuum praebendae Riccitellio obveniret satis omnino sit cujusque decenti tuitioni, perperam opponi constat defectum congruae; qua super re quaestio in aliam judicii sedem ceteroquin esset rejicienda.

Hae partes utrinque pro integra distributionum quota. Ast quaeri fortasse posset, num in utroque Bullae articulo Pontifex mente sua compreheuderit quotidianas distributiones, adeoque coadjutorem inter et coadjutum sint dividendae, medietate utrique assignata, quod quidem aliquibus inititur momentis.

Principio vocabulo: omnesque fructus, redditus et proventus in casu de quo agitur, distributiones etiam quotidianas significare voluisse Pontificem indigitare possent contextus et verba: ac etiam distributiones, uam dictio *etiam* non extensiva saepe est, sed explicativa casus magis dubitabiles, ut ait *Rota part. 7. Recen. dec. 181. n. 4. part. 10.*, *decis. 351. n. 15. part. 12. coram Buratt.*, *dec. 689. n. 4.* Hinc, si in postrema literarum perydo, qua medietatem coadjutori assignavit, eadem verba iterum non repetivit, ideo fecisse videtur, quod jam explicasset, sese redditumque et proventuum nomine etiam distributiones intendisse. Profecto addidit in continenti effraenatas phrases: omnium, singulorum fructuum, redditumque et proventuum . . . quomodolibet obvenientium. In una *Auximana Distributionum diei 24. Novb. 1821* quum Canonicus a residentiae onere ad sex menses absolutus fuisset cum clausula ut nihilominus Canonicatus sui fructus, redditus et proventus percipere possit proposito dubio:

Au et quos fructus, redditus et proventus percipere debeat Canonicus Vagnozzi in casu?

S. C. respondit: Attento rescripto SSmi in casu de quo agitur affirmative in omnibus, exceptis tantum distributionibus inter praesentes et compensato arbitrio Emi Episcopi servitio curae, quatenus per alium non inservierit.

Contra vero ut substineatur nonnisi in priori peryodo Pontificem distributiones inteudisse faciunt praeter adductas doctrinas et Datariae praxim adminicula quae sequuntur: Enim vero dictio: An etiam explicat quidem, sed saepe insuper addit. Sancitum est enim in *Leg. ea tamen ff. de legat. 3.* et *in leg. scire debemus ff. de verb. oblig.* et firmatum per *Rotam dec. 652. n. 3. part. 19. tom. 2.* quod dictio: Ac ampliativa et extensiva, iucludit diversa ab expressis. Nec minorem vim praesefert vocabulum *etiam* quod pariter implicat casum majorem distinctum ab expressis, *leg. etiam ff. solut. matrim. legi etiam invitis cod. de acquir. rer. dom. leg. cod. de testibus*, *Surdus Dec. 8. n. 12. Rot. Dec. 721. n. 7. part. 12. rec.* Accedit et discretiva dictio concedentis. Si enim in prima tantum peryodo distributiones expresse meminit Pontifex, minime in altera, jam locus esse posset regulae, quod ubi lex aliquid compreheudere volens expresse declaravit, si in alio loco nihil dixerit, noluisse censeatur; *Rota cor. R. P. D. Tiberi Romana Pecuniaria 3. Julii 1818.* § *7.* Ex qua regula sequi animadvertit Cardinalis *de*

Luca lib. 10. de fideicom. Disc. 56. n. 11.: sub verbo *aequivoco seu generali* (Testatorem) non intellexisse comprehendere id, quod cum speciali verbo contradistinxit. Ceterum adjectas dictiones: omnium . . . singulorum . . . quolibet modo obvenien., perpendi posset esse praedicatas quae non immutant substantiam dispositionis, quaeque stricte referri debent ad subjectum, nempe fructus, redditus et proventus.

Porro ubi vel in totum vel ex parte competere distributiones Cajetano Guidi EE. VV. judicaverint, definire etiam dignentur, an et qua ratione distributionum hactenus perceptarum restitutioni locus esse debeat. Generali regulae de fructuum bona fide perceptorum consumptione innititur Riccitellius, ut restitutionem avertat scilicet ad lucrandum fructus decursos ante litem contestatam non requiritur bona fides positiva, sed sufficit abesse malam fidem et titulum putativum vel etiam nullum adesse, *Rota dec. 3. part. 7. n. 4. Rec.* et in *Ferrarien. Juris Decimandi super restitutione 26. Febr. 1823 n. 5. coram Gamberini* praesertim in *Tiburtina Fideicommissi super consuccessione 17. Jan. 1764 § 13.*

Guidius vero negat vehementer jactatam ex adverso bonam fidem, quippe quae cum pontificium diploma ex demonstratis ipsa sua lectione apertissime excludat Riccitellium a distributionum perceptione titulo quovis carebat, cui inuiteretur. In re autem adeo clara illegale est ignorantiam et probabilem errorem in Presbytero Canonico Viceparocho praesumere. Porro ait *Rota coram R. P. D. Odescalchi Urbevetana Pecuniaria 5. Jul. 1816 § 9.*: Neminem juvat ignorantia eorum, quae scire poterat aut debebat nec tamen studuit scire. Addit nec tempore habili paulo post datas apostolicas literas omisisse querelas admovere apud Firmanum Archiepiscopum de denegatis distributionibus, allegatque in id fidem Inquisitoris s. Officii id aperte testantis.

Tandem rem suam facili dirimi negotio concludit Guidius, si animadvertatur, nullimode a Riccitellio relata Juris principia facere ad casum; siquidem non expetit ipse distributiones quotidianas tamquam fructus ad rem principalem accedentes, sed ut praestationem annuam et sortem. Qua de re praestat audire, quae disserit s. *Rota Decis. 281. n. 1. et seq. part. 7. rec.*, ibi: Quamvis verum sit quod regulariter fructus non debentur nisi a die motae litis, quia tunc possessor constituitur in mala fide, quae mala fides radix est obligationis ad fructus restituendos, *l. 3.* ubi DD. *ff. de init.* etc., attamen quando non petuntur ut accessorii rei in judicium deductae, sed tanquam sors principalis et principaliter debita, ut in legato annuo, praestatione annua et pensione, in istis enim fit condemnatio etiam ante motam litem, quia pro istis vindicandis non mala fides ex lite proficiscens, sed alia antecedens obligatio ex contractu vel quasi vel alio juris legitimo fonte manans tribuit actionem: alioquin enim si fructus hujusmodi restituerentur solum a die motae litis non solveretur tota sors principalis et integra pensio in dictis fructibus consistens, quae non distinguitur a subjecto ex quo percipitur prout distinguuntur revera fructus accessorii.

EE. VV. sequentia dirimere dignentur

Dubia:

I. *An, cui et in qua summa debeantur distributiones in casu?*

Et quatenus affirmative favore Cajetani Guidi,

II. *An et quomodo sit locus restitutioni distributionum hactenus perceptarum in casu etc.?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative in omnibus favore Cajetani Guidi.

Ad II: Affirmative a die motae litis.

Die 2. Decb. 1843.

32) Concionatoris.

Vd. t III. p. 958. n. 2; 1008. n.

Setina.

(Conc. Tr. c. 11. s. 24. de ref.)

In Concilio romano *tit. 30. cap. 2.* ita statuitur: »Omnes ad ss. Ordines promovendos per sex saltem menses continuos ante ordinationem in Seminariis respective vel Episcopiis apud Episcopos omnino, sacro hoc etiam approbante Concilio, commorari debere decernimus; alias nunc pro tunc ab Ordinibus suscipiendis rejectos sese sciant, nec cum eis, nisi prudenti Episcoporum arbitrio, dispensandum.«

Ad hujus legis normam Ignatius Villalobos Canonicus Cathedralis Setinae, jam s. Diaconatus Ordine initiatus, ut ad Presbyteratum promoveretur, per spatium sex mensium fuit commoratus jubente Episcopo prius in Collegio Privernensi Patrum Doctrinae christianae deindeque in Seminario Signino. Cum vero per id tempus divinis Officiis in ecclesia Setina interesse non potnerit, putavit Capitulum distributiones quotidianas ei non deberi, multoque minus eum posse participare emolumenta, quae vocant Punctaturas, quaeque in communem Massam conferuntur.

Canonicus petitionem suam fulciri censet rescripto Bonifacii VIII. relato in *cap. unico de Cleric. non resid. in 6.*, ubi post constitutam regulam, quae a distributionibus quotidianis percipiendis arcet eos, qui Divinis Officiis non intersint, excipiuntur tamen illi, *quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret.* Necessariam vero suae absentiae causam fuisse subjungit, quia ex Decreto s. Concilii Trid. *sess. 24. cap. 11. de Ref.* Canonici tenentur suscipere ss. Ordines sibi assignatos;*) lex autem in Concilio romano lata, quam servari voluit Episcopus, imponebat Ignatio necessitatem manendi per sex menses in ecclesiastico convictu, antequam Sacerdos fieret.

Confirmat quoque interpretationem hanc exemplo eorum, qui juxta Constitutionem Alexandri VII. vacare debent per decem dies exercitationibus spiritualibus Domi Congregationis Missionis, antequam ss. Ordinibus initientur. Hi quippe citra ullam controversiam distributionibus quotidianis eo tempore potiri solent, non secus ac si ecclesiae inservirent. Quinimo san. mem. Clemens XI. 1710 sapientissime statuit, ut quicunque sive Canonici sive Beneficiati sive alii ad residentiam obligati hujusmodi spiritualia exercitia singulis annis peragant ad pie excolendum animum lucrentur quascunque quotidianas distributiones, periude ac si re ipsa intersint choro divinisque Officiis, ut videre est in Clementino Bullario pag. 547.

Ex diverso autem Capitulum existimat majorem cum casu proposito affinitatem habere exemplum Canonici studiorum causa absentis.**) Hic enim fructus quidem Praebendae facit suos, sed amittit quotidianas distributiones aut duas tantum earum partes lucratur, utpote subrogatas in locum fructuum Praebendae, si isti aut nulli sint aut admodum tenues, ut in hujusmodi Indultis semper servat haec s. Congregatio et cautum quoque fuit per generale Decretum sa. me. Innocentii XII., de quo in ejus Bullario pag. 262., cui inhaerendum itidem censuit haec s. Congregatio in Arianen. Distributionum 18. Augusti proxime praeteriti.

Praeterea exponit Capitulum non fuisse Canonicum Villalobos absoluta necessitate obstrictum, ut per sex menses moram faceret in ecclesiastico Collegio, tum quia jam erat Diaconus; decretum autem Concilii romani pertinere videtur potissimum ad Clericos, qui nondum sacro ullo ordine fuerint initiati; tum etiam quia ex vi ejusdem sanctionis in arbitrio Episcopi positum est circa id dispensare. Quod si Episcopus in casu, de quo agitur, minime censuit dispensandum, infert Capitulum, causam esse tribuendam ipsi Canonico, quem scilicet Episcopus fortasse nondum satis censuerit imbutum, ut par erat, literis et institutis ecclesiasticae disciplinae.

Denique adducitur etiam Decretum in simili *Causa Camerinen* editum a s. Congregatione. Siquidem Joseph Turchi Subdiaconus et Beneficiatus Collegiatae s. Urbani in oppido Apiri petiit Indultum ut quotidianas distributiones percipere posset, quum per sex menses mansurus esset in Seminario episcopali ad normam memorati Concilii romani, ut deinde ad reliquos ss. Ordines promoveretur. Die 18. Maji 1726 rescriptum fuit: ad mentem, quae hunc in modum explicata fuit: »Episcopus referat: an secluso Concilio romano ipse putet Oratorem indigere permanentia in Seminario per sex menses ex causa ignorantiae vel ex aliqua culpa commissa et an in casu indigentiae novi studii posset ei vacare extra Seminarium et in Terra Apiri.« Respondit Episcopus his verbis: »Puto Oratorem indigere aliqua permanentia in Seminario hujus Civitatis, non ex causa ignorantiae vel alicujus culpae, sed ad se magis instruendum tam circa ss. ritus quam materias morales.« Die autem 6. Julii 1726 relatis per Summarium precibus prodiit hoc Decretum: »Oratorem pro tempore sex mensium, quibus praemissa de causa permanserit in Seminario, frui debere omnibus fructibus sui Beneficii, amissis tamen distributionibus quotidianis.«

*) Vd. *t. III. p. 410. n. 29.*
**) Vd. *p. 1274. n.*

Quantum vero attinet ad casum praesentem Episcopus Setinus per suas literas significabat se cum Canonico Villalobos mandaverit, ut per sex menses in praedictis Collegio et Seminario commoraretur, eo solum fuisse animo, ut satisfieret praescripto Concilii romani, nulla habita ratione majoris vel minoris idoneitatis dicti Canonici. Censet denique idem Episcopus, eum participare posse distributiones aliaque emolumenta eo prorsus modo, quo solet illa obtinere Canonicus aegrotans.

Diguentur itaque EE. VV. determinare:

I. *An Canonico Villalobos per sex Menses, quibus jussu Episcopi et ad praescriptum Concilii romani permansit in Collegio Patrum Doctrinae christianae et in Seminario Signino, debeantur distributiones quotidianae?*

II. *An ei competat etiam participatio punctaturarum, quae sunt in massa communi?*

S. C. C. resp.:

Distributiones quotidianas deberi.

Die 1. Decb. 1731.

33) Concordia de eis.

Capitulum S. patronatu gaudet super ecclesiam ruralem sub titulo S. Mariae, quae ab urbe S. parum distat. Usque ab anno 1844 Canonicus B. jussu Episcopi excolere coepit sacrisque imbuere doctrinis plebem innumeram quae ecclesiam eamdem circumstat. Verumtamen quum populi cura exposceret residentiam Sacerdotis perenem, Canonicus B. exemptionem a choro petiit eamdemque obtinuit sub die 10. Septembris 1866 *ad triennium arbitrio et conscientia Episcopi.*

Mense tamen Octobris ejusdem anni in gravem incidit morbum Canonicus B., a quo morbo (hernia) imparem ad labores amplius tolerandos ille efficiebatur nullaque spes aderat amplius ut ab eodem sanaretur. Hinc medicorum consilio a choro abstinere omnino debuit; et eorumdem gravibus inuixus testimoniis die 2. Julii anni 1870 alterum consequutus est rescriptum: »*Pro gratia dispensationis a chori servitio et a residentia pro diebus festis tantum; amissis tamen distributionibus quae inter praesentes fieri dicuntur ad biennium.*«

Verumtamen biennio expleto etsi Capitulum annueret praedicti Canonici favore absentiae a choro, ob immensas curas quas ille impendebat in populum S. Mariae, reclamabat tamen ab eodem Canonico falleutiarum solutionem ab anno 1861 ex quo choro interesse destitit, ascendeutium ad libellas 3990:72. Canonicus vero B. repetebat impensas de proprio factas ad instaurandam decorandamque ecclesiam s. Mariae. Episcopus interdum ut nonnullos removeret abusus qui inter Canonicos irrepserant, praesertim in non solvendis falleutiis, hujusmodi quaestionem componere curavit cum Capitulo, habito respectu ad merita insignia Canonici B. Hinc in comitiis capitularibus conventum est ut omnes condonarentur falleutiae, dummodo Canonicus B. nil repeteret de impensis factis: immo cederet omnia utensilia et melioramenta in eadem ecclesia facta in bonum Capituli ejusdem ecclesiae patroni. Statutum insuper fuit quod Capitulum assentiretur ut Canonicus B. morari posset, causa suae valetudinis apud ecclesiam s. Mariae, in qua excolere prosequeretur plebem christifidelium: dummodo, apostolico praevio indulto, tertiam redditnum partem reliuqueret favore interessentium.

Ordinarius retulit redditus Canonicorum illius Cathedralis distributiouibus quotidianis coustitui et dispesci in sexceutum punctaturis. Cumque magnis prosequutus fuerit laudibus Canonicum B. ob assiduam animarum curam, pro qua exemplaris instar eumdem ostendit, eas quae sequuntur fecit propositiones:

1. Ut s. Cougregatio Concilii intuitu expensarum ingentium maximique boni spiritualis a Canonico peracti iudulgeret eidem ut retinere posset quidquid ex punctaturis habuit, quateuus indebite percepisset, idque eo magis quod in praeseuti mediis careret ad restitutionem peragendam.

2. Ut idem Canonicus dispensaretur ab assistentia chori absque ulla temporis limitatione tum ob ejus valetudinem, tum ne fructus spiritualis ex laboribus trigiuta annorum partus detrimentum pateretur, satisfactis tamen Missis hebdomadae et aniversariis.

Concilium Tridentinum in *cap. 12. sess. 24. de Ref.* sanxit: *Distributiones ..... qui statis horis interfuerint recipiant, reliqui, quavis collusione aut remissione exclusa, his careant juxta Bonifacii VIII. decretum, quod s. Synodus in usum revocat, non obstantibus*

quibuscumque statutis et consuetudinibus. Hoc loco animadvertit Bened. XIV. *Inst. 107. § 42.*: *duo nominat Concilium nempe collusionem ac remissionem. Primo evenit quando choro adscripti invicem conveniunt de non notandis absentiis, quamvis absentes revera fuerint. Remissio tunc habetur, cum pars una sponte ac sine ulla conventione distributiones quotidianas alteri parti remittit et relinquit. Utramque s. Concilium gravissime improbat atque interdicit, quamvis autem id severum nimis videatur, ut alteri donare non liceat ea, quae sibi quivis comparavit, tamen parendum omnino est, cum haec jussa indixerit, qui decernendi facultatem habebat.*

Et Suarez *Tom. II. de Relig. lib. 4. de horis canonic. cap. 10. n. 20.* s. Congregationis decretum his verbis conditum recenset: »*Non licet Capitulo aliquo praetextu distributiones quotidianas donare, relinquere aut quavis collusione remittere alicui, qui ab ecclesiae servitio abfuerit vel alio quovis modo distributiones legitimas amittere debeat; nec fas sit cuipiam eas recipere et si receperit suas ne faciat, sed eas restituere omnino cogatur.*

Hanc fuisse revera praxim s. Cougregatonis Concilii facile colligitur ex causa Taracinae diei 13. Jan. 1624 quae refertur in *lib. 12. Decret. pag. 149.* ibi: *Sacra Congregatio censuit Canonicum uti proponitur absentem punctari debere nec licere Canonicis eadem puncta seu quotidianas distributiones remittere aut condonare, cum ejusmodi collusiones aut remissiones prorsus sustulerit ejusdem Concilii decretum.*«

Ex rebus nunc praejactis facilis illatio descendere videtur, quod couventio in themate adprobari nequeat, utpote quae s. Concilio Trid. refragari videatur. Et eo minus atteudendum est quod Ordinarius retulit ajens: quamdam fuisse initam compensatiouem inter Capitulum et Canonicum B.; hic enim plurimum de proprio coutulit in restaurationem ecclesiae, ideoque ab eodem retineri posse distributiones indebite perceptas ob absentiam a choro. Etenim neminem fugit compensationem tum locum habere, cum utriuque adsit certum ac liquidum creditum ac debitum. Jamvero ex parte Canonici B. debitum certum est, ast creditum haud esse videtur liquidum, cum non constet quid et quantum impenderit. Insuper si Canonicus B. ut restauraret exornaretque ecclesiam plurimum de proprio impendit, nullo cogente id fecit et ut ostenderet suam erga Deiparam devotionem. Ergo nil repetere potest a Capitulo et nulla ratione excusari potest a fallentiarum solutione necnon a distributionum indebite perceptarum restitutioue. Ast dato quidem et non concesso quod vera compensatio locum habere potuisset, id tamen non licere ex dictis patet.

Neque concedi posse videtur Canonico B. indultum absentiae a choro ceu petit Episcopus, cum res sit omnino a jure et a praxi S. C. Cougregationis exhorbitans et in jure odiosa, nonnisi raro et gravissimis de causis aliquando conceditur. Infirmitas vero, quae favore Cononici B. allegatur, ea non videtur esse quae accessum ad chorum eidem impediat: si enim potuit confessionem excipere, verbum Dei praedicare aliaque quidem gravia s. ministerii munia peragere, sane minus erit choro interesse.

Cum tamen infici nequeat quod Canonicus B. bonum opus operatus sit, tum quoad animarum salutem, tum quoad ornatum et instaurationem, propriis impensis, ecclesiae, quae in patronatu Capituli est, conventio approbari posse videretur. Et re quidem vera optimo jure visum est Canonicis quibus fallentiae Canonici B. accrescere debuerunt, eas ab eodem haud repetere posse quia ipsis utpote patronis praedictae ecclesiae plura incumbebant onera circa eamdem, quae eo devenerat ut capellarum receptaculum effecta fuerit, nullaque adesset via quae ad ecclesiam duceret. Hinc quoniam Capitulo aliquid debebat Canonicus B. ratione punctaturarum et Capitulum Canonico ratione expensarum quae in ecclesia praedicta factae fuerant, ad evitandos inanes circuitus locus compensationi datus est. Cum ergo omnis collusio exulet atque remissio, praefata conventio Tridentino non adversatur, ideoque probari potest.

Quoad indulti concessionem observatum est, quod infirmitas in jure civili quoque a munere et officio semper excusaverit, ceu patet *ex l. 2., §. Si quis judicio ff. si quis cautionibus et l. 60. quaesitum ff.*: *De re judicata.* Ex parte juris canonici piissima Mater ecclesia morbo vexatos summa humanitate ac pietate jugiter prosequuta est. Hinc Bonifacius VIII. *in celeb. cap. Consuetudinem de Cler. non resid. in VI.*, quod a Concilio Trid. renovatum fuit, quum ge-

neratim constituerit absentes distributiones carere, adjunxit statim: »*exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret*« Quod etiam s. Concilii Congregatio pluries indultum ejusmodi concesserit facile videre est, nam usque ab anno 1511 15. Aprilis statuebat: *Eos qui absunt a servitio chori propter infirmitatem .... percipere debere distributiones quotidianas sui Canonicatus, perinde ac statis horis interessent:* ex lib. XI. Decretor. pag. 98. a tergo. Item in causa Distributionum diei 2. Dec. 1666.

Infirmitatem vero Canonici B. eam esse ob quam concedi soleat indultum ex medicorum depositione erui potest. Isti enim autumant quod ex speciali Dei auxilio repetendum sit quod Canonicus B. adhuc possit ea exercere, quae in animarum bonum illius ecclesiae redundant dum viribus corporis penitus destitutus sit.

Neque casus iste habet aliquid novi, nam evenit aliquando ut morbus de se levis gravior efficeretur per accessum ad chorum, ceu Passerinius notat, aliis omissis, ad *Cap. Consuetudinem regul. 4. Conclus. 5., n. 90., de cler. non resid. in VI.* ibi: *Posset tamen dari casus quod infirmitas permitteret Canonicos aliquantisper ex causa sanitatis exire e domo et non permittere adesse choro; unde in his arbitrium boni viri debet attendi.*«

Tandem haud obliviscendum est apprime aduumerari inter causas, quibus absentiae indultum conceditur, etiam ecclesiae utilitatem. Ex dictis siquidem cuique innotuit quare utilitas Canonici B. ecclesiae provenerit, neque id memoria repetere iterum oportet, quoniam ex relatis patet ecclesiam in qua sacra exercuit ministeria pro animarum bono Canonicus B ecclesiam Cathedralis succursalem fuisse, ideoque id peragendo ejusdem Cathedralis muuus officiumque implevisse.

Hisce praejactis quaesitum est quonam responso dimitteudae essent preces Canonici B.

Sacra C. Cong. animadversis expositis sub die 8. Julii 1876 responsum dedit:

Juxta votum Episcopi facto verbo cum SSmo. Ex quibus colliges:

I. Omnem collusiouem et remissionem quoad distributiones quotidianas ex jure prohiberi, dum Conc. Trid. ediserit: *qui statis horis interfuerint recipiant* (distributiones) *reliqui vero quavis collusione aut remissione exclusa his careant.*

II. Collusionem quoad chorales distributiones haberi, quaudo choro adscripti invicem conveniunt de non notandis absentiis, remissionem vero quando pars una sponte ac sine ulla conventione distributiones quotidianas alteri parti remittit ac relinquit.

III. Neque cuilibet easdem distributiones recipere neque suas facere si receperit fas esse.

IV. Conventionem in themate probandam fuisse videri: quum enim omnis collusio et remissio abfueriut, Tridentina dispositio, quoad distributiones chorales, haud laesa manet.

V. Indultum absentiae a choro haud denegari potuisse videri Canonico B. quum pro eo militarent praecipuae causae, quibus ejusmodi gratia concedi solet, infirmitas idest et evidens ecclesiae utilitas.

34) Condonandi facultas non est Episcopis et Capitulis.

Vd. t. IV. p. 1289. §: *Patet*; 1282*.

35) Confabulantium.

Vd. *Distribut.* (confessar. decr.: *Placentina* p. 1346. circa finem); t. III. p. 1110. V.

Nucerina.

Canonici confabulantes in choro sunt punctandi et privandi distributionibus tamquam absentes.

S. Congregatio Episc. 7. Sept. 1594.

36) Confessariorum.

Vd. t. III. p. 197. e; *Distribut.* (poenitentiarii; absentium propter curam etc. p. 1259. d.); t. III. p. 975. e.

Senogallien.

Ad dub. 1: An Canonici Collegiatae Senogall. lucrari possint distributiones, quoties tempore divinorum Officiorum e choro discedunt tam ex causa audiendi confessiones quam ex causa celebrandi Missam privatam in casu?

2: An Canonici, qui teuentur ex *asserta fundatione* audire Confessiones, lucrari possint distributiones, si tempore divinorum Officiorum illas audiant in casu?

S. C. resp.

Ad 1: Negative;
Ad 2: Affirmative.

Die 17. Novb. 1753.

S. Miniatis.

Episcopus vigilantissimus s. Miniatis tria postulata proponit, de quibus sententiam hujus s. Congregationis rogat. Quid Capitulum, quid ipse Episcopus in suo voto referant, exponam.

I. Non raro accidit, ut quivis Canonicus tum pro poenitentiae sacramento administrando seu missae actione exeqüenda ad sui privatam commoditatem abscedere a choro soleat suasque iuterim antiqua faveute consuetudine distributiones faciat. Praefata consuetudo*) in eadem Cathedrali obtinuit vigore constitutionum Capituli in limine fundationis sancitarum die 11. Augusti 1488. Massa insuper distributionum initium duxit ex tot bonis praeposituraе (cui etiam nunc cura animarum incumbit), quarum fructus 17 florenorum auri de Camera aequabant. Quaerit hinc Episcopus an super ista consuetudine aquiescere possit.

Et quatenus concedatur, ut iidem Canonici, ut supra a choro abscedentes lucrari debeant distributiones, dum in eadem ecclesia adsistant fidelium confessionibus, quaeritur ulterius, an id juris exteudi debeat etiam ad Canonicos, quorum praebendae post Concilium Trid. fundatae quotam pro quotidianis distributionibus in capitularem massam erogarunt juxta ejusdem Capituli constitutionem 1702.

Nouuulla in facto praemittenda sunt, quae suppeditat Capitulum suo in voto. Capitulum hujusmodi sub titulo s. Ginnesi et s. Mariae s. Miniatis institutum fuit a Pontifice Innoceutio VIII. in Bulla: *Ex supernae Providentiae Majestate* data apud s. Petrum pridie Nonas Decb. 1487., quam refert *Lami S. E. Florent. monumenta tom. 1. pag. 510.*, in qua Delegatis apostolicis jussit fundationem praeposituraе et 10 Canonicatuum, quibus indulsit: *Eidem praeposito ac Capitulo aliqua statuta laudabilia et honesta ss. Canonibus non contraria condere.*

Hisce facultatibus auctum Capitulum die 11. Augusti 1488. statuta vulgavit, quae post multos annos autoritate apostolica roboravit Clemens VII. in Bulla *Romanus Pontifex* data apud s. Petrum pridie *Idus Junii 1526.* apud *Hughelium Italia Sacra tom. 3. pag. 274.*

Ad Cathedralis honorem postmodum evecta ecclesia s. Miniatis a Pontifice Gregorio XV. posteriores constitutiones publicatae fuere ab Episcopo Michaele Carolo Cortigiani die 6. Decb. 1702, in quibus antiqua statuta translata sunt. His tamen posteriores constitutiones, haud constat, apostolicae confirmationis robur accepisse.

Ex veteribus Capituli statutis ortum ducit consuetudo, ut qui Canonici sacramentales confessiones excipiunt lucrentur distributiones quamvis a choro absint. Nam in *cap. VIII.* statutum est: *Quod si praepositus vel aliquis ex Canonicis fuerit occupatus in aliquo negotio pro Capitulo sive curae confessionis vel aliorum sacramentorum administratione lucretur distributiones quotidianas, ac si esset praesens.* Quae etiam recepta fuere in recentioribus constitutionibus *cap. VII.: Intelliguntur praeterea exempti a choro et divinis officiis participando semper de distributionibus ac si interessent, qui adsistunt confessionibus in Cathedrali tantum.*

Primae fundationis Canouici massam distributionum ex bonis dismembratae praebendae praepositurae constituere coeperunt, cum nihil in hanc causam a fundatoribus traditum fuerit et nunc e massa capitulari distributiones accipiunt. Canonici vero post Tridentinum erecti*) in massam capitularem immiserunt quantum necesse erat pro distributionibus quotidianis.

Hisce praemissis Capitulum putat servandam esse consuetudinem, ut Canonici instituti ante Tridentinum percipiant distributiones ac si choro interessent, dum sacramentales excipiunt confessiones. Nam haec consuetudo originem ducit a vetustioribus statutis Capituli a Sede apostolica praecipue probatis ante Tridentinum et postea in constitutiones recentiores translatis. Maxime cum censendum sit idcirco ita sancitum fuisse: Quia Canonicis primae erectionis constituta est massa distributionum ex dismembrata praebenda praepositurae, quae habet animarum curam, cui coadjuvant Canonici in administratione sacramentorum; quod utile Cathedrali esse videtur, praesertim cum in Capitulo deficiat Canonicus poenitentiarius, cujusque vices sub nomine Canonici propoenitentiarii suppleat Canonicus theologus, qui diebus ferialibus abest a choro.

Quoad vero Canonicos post Tridentinum constitutos putat Capitulum, ut eis ex indulto apostolico concedi possit, ut ad servandam uniformitatem distributiones percipiant quamvis a choro absint confessionum sacramentalium excipiendiarum causa. At Episcopus in sua informatione secus censet: Exiguum nam esse

*) Vd. *Distrib.* (consuetudo.)

*) Vd. *t. III. p. 385. n. 18.*

affirmat Canonicorum nnmerum, qui choro intersunt, cum alii frnantur jnbilationis indulto, alii impotentes sint ad ss. functiones obeundas. Ex novem vero capellanis quinque tantum de mane et quatnor ad vesperas choro intersunt, proindeque cnperet, ut omnes Canonici interessent, quin discedere possent ad sacramentales confessiones excipiendas, maxime cnm id necesse non sit: nam adest parochus et capellanus curatus et capita parochianorum sunt 300.

Quoad missae celebrationem observat Capitulum, non id fieri a Canonicis proprio arbitratu, sed jnxta ordinem Hebdomadae excepto praeposito ad nutum sacristae, qui cum munus simul exerceat caeremoniarii ac punctatoris curat rectum ordinem sacrarum functionum inspecto etiam interessentium fidelium commodo. De hac missarum celebratione nihil habent vetustiora statuta et constitutiones 1702, unum tantum praescribunt: *Inter missam unam et alteram sit aliqua distantia et mora in diebus praesertim festivis.*

Ex his in facto deductis dno emergnnt *dubia.* Quoad *I. postulatum: Unum* respicit confessiones sacramentales, quas excipiunt Canonici tempore divini officii et qnaeritur, num ex hac causa lncrari possint distributiones. *Trid. sess. 24. cap. 12. de ref.* jubet *distributiones recipi ab eis, qui statntis horis interfuerint, reliqui vero quavis collusione aut remissione exclusa his careant juxta Bonifacii VIII. Decretum, quod incipit*: Consuetudinem, *quae s. Synodus in usum revocat non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus.* Excitato vero *cap. Consuetud. de Cler. non residen. in 6.* nisi ex causa *infirmitatis, corporalis necessitatis et ecclesiae utilitatis* potest quis distributiones recipere, qnamvis choro non interveniat. Quare si Tridentinum revocat contraria statnta et consuetudines sequitur, ut satis non sit sola consuetudo, sed una simul concurrere debet ecclesiae utilitas.

Etenim in eodem *Trident. sess. 24. cap. 8. de ref.* sancitum est, *ut poenitentiarius etc. dum confessiones in ecclesia audiat interim praesens in choro censeatur.* Quae dispositio qnum ad eos tantum ampliata sit, qui pro muneris necessitate confessiones excipere tenentur, *Fagnan. in cap. Licet de Praeben. n. 118.*, ideo nisi, quis ex lege fundationis aut de mandato Episcopi absit ad sacramentum illud administrandum, distributionibus frni non posse videtur, ut pluribus relatis exemplis firmavit s. haec Congregatio *in Maceraten. 13. Aprilis 1768.* et *in Spoletana Servitii Chori 18. Febr. 1795.* in qua proposito III. dnbio:

An et quomodo Capitulares absentes ad audiendas confessiones in eadem ecclesia b. Petri quo tempore confessiones audiunt pro praesentibus haberi debeant?

S. Congregatio respondit: *Negative juxta votum Episcopi:* nempe *excepto parocho et capellano curato necnon deputatis in casu populi confluentiae.*

Inquirendum igitur erit, nnm Canonici primaevae erectionis teneantur ad confessiones excipiendas ratione muneris, sive quia in vetustioribus statntis eisdem concedntur distribntiones, qno tempore confessiones excipiunt, ita ut implicite eisdem injunctum videatur onus excipiendi confessiones, sive quia distributiones percipiunt ex dismembratione praebendae praepositurae cui animarum cura incumbit et idcirco teneantur Canonici coadjuvare praepositum in sacramentornm administratione.

Quatenus vero EE. PP. censeant Canonicos ante Concilium Trid. constitutos lucrari posse distributiones, quo tempore a choro absunt, ut sacramentales excipiant confessiones, videant num ex indulto id concedendum sit caeteris Canonicis post Tridentinum constitutis, ut in Capitulo uniformis servitii ratio servetur.

II. dubinm respicit missarum celebrationem tempore divini officii, quaeritur num Canonici ex hac causa immunes esse debeant a punctaturis. Qua quidem in re cum nihil decernent statnta et constitutiones Capituli inspiciendum erit, quid in jure constitntum sit. In hac porro controversia dissident Canonistarum sententiae. Alii tenent non posse Canonicos tempore divini officii missas celebrare et si id faciant distributiones illius horae ammittere, *Ceccoper. Lucubrat. canon. lib. 3. tit. 9. n. 10, Covar. var. resolut. lib. 3. n. 3. cap. 3, Gonzal. in lib. 3. Decret. § 3. n. 18, Zipeus lib. 3. Decret. de Cler. non residen.* Alii censent non esse reprobandam consnetudinem sed putant conjunctam esse oportere utilitatem ecclesiae, ita ut nisi de legitimi superioris licentia quis absit ad celebrandam missam in populi commodum distribntiones lncrari nequeat qualibet non obstante consuetudine. Hanc sententiam sequntus est *s. Carolus Borromeus in Concil. IV. Mediolan. part. 2. cap. 13, Bened. XIV. Instit. Eccles. 107. n. 74.*

Jamdin vero s. Congregatio hanc ipsam sententiam amplexa est. Nam 1573. ut legitur *in lib. 13. Decret. p. 51.* propositum fuit dubium:

Quia quandoque in Cathedralibus et Collegiatis sunt aliqui Canonici vel alii officiales, qui in eisdem habent ccpellanias vel in titulum vel tamquam mercenarii, quaeritur an eo tempore quo in dictis ecapellaniis celebrant distributiones recipere debeant, licet absint a choro, et quid de illis Canonicis, qui celebrant in eadem ecclesia suae devotionis gratia; an et quando hac de causa a choro absunt distributiones recipere possint et dato quod non quid si a superiore ecclesiae injungatur, ut eo tempore celebrent?

Re ad Sanctissimum relata *ex sententia s. Congregationis Concilii* declaravit: *Non posse, nisi quando sic jussissent superiores, quos tamen admoneri voluit, ut ab hujusmodi jussu se abstineant.*

Recentiores adstipulantur resolutiones s. Congregationis *in Comen Celebrationis missarum 23. Novb. 1771.* in qua disputato II. dubio:

An sustineatur consuetudo celebrandi missam a Canonicis tempore horarum canonicarum?

Rescriptum fuit: *Negative, nisi de legitimi superioris licentia. Et in Spolet. Servitii chori 28. Febr. 1795. disputato tertio dubio:*

An et quomodo Capitulares absentes ad missam in eadem ecclesia b. Petri celebrandam tempore choralis officiaturae lucrari possint distributiones quotidianas?

S. Congregatio resp.: *Negative juxta votum Episcopi.*

II. Postulatum: In Cathedrali adest consuetudo, ut interessentes choro medietatem quotidianarum distributionum percipiant ad missam cantatam conventualem et aliud dimidium ad vesperas et matutinum, non vero per singulas horas distribuunt contra statutum, quod nunc adhuc viget; supplicat Episcopus, an super ista consuetudine acquiescere debeat.

Ex Tridentino *sess. 24. cap. 12. de ref.* lucrantur distribntiones ab iis, qui *statis horis* choro intersunt. Cni decreto consonat statutum Capituli *cap. 9.*, in quo injungitur sacristae *tenere computum tam Canonicorum quam capellanorum et eos punctare singulis horis prout servient in Divinis.* Et alia qnoque adsunt statnti capita, quae brevitatis causa omittuntur, in quibus pro singulis horis singulis Canonicis quantitas distributionum statuitur.*) Habent ex his EE. PP., unde in tertio dnbio respondeant postulato et secum reputent qnanti facienda sit contraria consuetudo, quae juri et statuto adservatur, cujus statuti executionem pro suo munere urget Episcopus.

III. Postulatum. Episcopus supplicat, ut duo Canonici Cathedralis in Visitatione et Dioecesis eum comitantes veluti convisitatores quotidianas distributiones juxta antiquam ejusdem ecclesiae consuetudinem ratione tenuitatis praebendarum percipere possint?

De hoc quaeritur in IV. dubio. Censuit s. Congregatio *in Sulmonen. 5. Decb. 1626. lib. 13. Decret. pag. 329: Canonicos suum Episcopum in visitatione Liminum comitantes distributiones quotidianas lucrari debere; comitantes vero in visitatione dioecesis, si omnes fructus ut supponitur in distributionibus quotidianis consistant, lucrari duas partes, amissa tertia, quae inservientibus accreseat.* Notandum tamen est, quod in ecclesia s. Miniatis contraria viget observantia et Canonici comitantes Episcopnm in s. Visitatione ipsius ecclesiae utilitati inservire videntur. Quod si haec satis non sint Episcopus indultum postulat, etiam ex causa tenuitatis reddituum canonicalium.

Proponuntur dubia:

I. *An et quomodo Canonici Cathedralis s. Miniatis absentes ad audiendas confessiones in eadem Cathedrali quo tempore confessiones audiunt pro praesentibus haberi debeant, ita ut lucrari possint quotidianas distributiones in casu?*

II. *An et quomodo iidem Canonici absentes ad missam in eadem Cathedrali celebrandam tempore choralis officiaturae lucrari possint distributiones quotidianas in casu?*

III. *An distributiones quotidianae lucrari debeant a Canonicis singulis horis officiaturae seu potius dimidium ad missam cantatam conventualem et aliud dimidium ad vesperas et matutinum juxta introductam consuetudinem in casu?*

*) Vd. *p. 1294. n. 11.*

IV. *An et quomodo sit concedendum indultum absentiae a choro duobus Canonicis comitantibus Episcopum in s. Visitatione in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative in omnibus excepto poenitentiario.

Ad II: Negative nisi de licentia praefecti chori in populi commodum.

Ad III: Affirmative ad 1. partem, negative ad II.

Ad IV: In casu de quo agitur attenta tenuitate reddituum affirmative juxta votum Episcopi.

Die 25. Jan. et 8. Febr. 1817.

Placentina.

Ecclesia collegiata ac Basilica s. Antonini civitatis Placentinae constat 23 Canonicis una cum praeposito ac 19 beneficiatis, qui pro servitio chorali quotidianas lucrantur distributiones. Illustrissimus et Reverd. Antistes Ludov. Loschi votis adhaerens admodum reverendi et piissimi Comitis Danielis Salvatico antedictae Basilicae et capituli praepositi, qui persuasum habet ex hujusmodi concessionibus nequaquam imminutum iri conveniens servitium chori indulgebat . . distributiones concedi Canonicis et beneficiatis ad confessiones audiendas approbatis quotiescumque requisiti fuerint a poenitentibus in ecclesia existentibus etiam ultra dies assignatos (nempe festos, feriam sextam, sabbatum diesque di festa di devozione, quibus alio decreto sub die 15. Febr. 1834 indulserat, ut confessiones audirent et lucrarentur simul distributiones), qui exemologesim differre non patiantur, si attentis circumstantiis ipsi confessarii censuerint praeferri oportere officium charitatis penso justitiae.

Regula 14. inter cetera exhibet verba sequentia ex synodo Scappi deprompta: »Duo tantum Canonici et totidem beneficiati tempore divinorum officiorum possint abesse a choro pro celebranda missa: qui autem supra dictum numerum celebrare praesumpserint, notentur per punctatorem ut absentes.

Scitu necessarium praeterea est praepositum s. Antonini semper usum fuisse sacristia a ceteris Canonicis distincta, in qua sacerdotales assumit vestes ad missam celebrandam et insuper ex longa consuetudine divinorum officiorum tempore praeter duos de quibus agit regula nuper allata alios etiam Canonicos peragere missam adhibendo sacras suppellectiles, quibus uti solet Canonicus Thesaurarius ut Sacrum conficiat.

Quoad expositas regulas variae ortae sunt inter Canonicos et beneficiatos praedictae Collegiatae quaestiones quibus ut aliquod remedium afferrent Capitulares, comitia indixerunt die 18. Augusti 1841, ad quae cum 16 tantum Canonici se contulissent, nonnulla concinarunt dubia, quae ad Episcopum Placentinum per duos Canonicos specialiter ad id delegatos resolvenda transmiserunt quaeque inferius descripta reperient EE. PP. In hisce ab eo quaesierunt, utrum percipere possent quotidianas distributiones Canonici, qui ferme unaquaque die excipiunt confessiones, dum chorale absolvitur servitium, vel saltem amittere eas debeant illi, qui tempore choralis servitii tantummodo excipiunt confessiones, quin sive antea sive postea conspiciantur in sede confessionali et ii, qui choro supervenientes post auditas confessiones privatim recitare audent horas canonicas. Quoniam autem regula 7. statuebat, ut sufficiens Canonicorum numerus choro inserviret, quaesierunt pariter a quot Canonicis et Beneficiatis sufficiens hic numerus constituatur. Sciscitati praeterea sunt quodnam sit tempus notabile, quo Canonici in choro loquentes mulctari debeant a punctatore. Tandem petierunt, utrum praepositus adnumerandus esset inter duos Canonicos, quibus regula 12. sinit celebrare divinorum officiorum tempore et praeter eos ceteri etiam Canonici suppellectilibus Thesaurarii, ut supra dictum est, interim celebrare possent, saltem a die festo omnium Sanctorum usque ad diem resurrectionis Christi, quo tempore cum parum distet nocturna a diurna officiatura et quandoque celebrandum sit etiam aliquod anniversarium Capitularibus temporis spatium non superesset ad Sacrum perlitandum.

Ast Placentinus praesul videns ut ipsemet ait Capitularium animos plus aequo effervescere quamcumque sententiam ipse ferret tum ad effugiendam istiusmodi notam in eo qui praeest, summopere perniciosam, tum ad melius efficaciusque chorali disciplinae consuleudum nihil aptius esse duxit, quam Canonicorum petitiones ipsi demandatas ad s. H. O. deferre.

Idem Episcopus cui rescriptum fuit, ut audito Capitulo in scriptis hinc inde contendentium jura transmitteret, novas dedit literas, quibus haec exposuit: »Libenti animo EE. PP. desideriis semper obtemperans exemplar ipsum mihi per duos Canonicos exhibitum praesentibus adjunctum mitto. Mitto insuper autographum posterius porrectum nomine beneficiatorum ejusdem Basilicae et in eumdem finem spectans et quoad primum operae pretium puto causam adnotare, ob quam, cum Capitulum ex 23 coalescat, sexdecim tantum Canonici adfuerint. Canonicus Croci jam a 13 annis interdictus erat a choro, Canonicus Achilli a duobus annis continuo aegrotabat. Canonicatus de Scribanis vacabat, ceteri aberant causa negotiorum. Quoad secundum duos subscriptos oratores revera esse a ceteris beneficiatis delegatos.

Nunc vero ad jura quod attinet contendentium, liceat animadvertere Capitulum, ut videre est in adjuncto exemplari rem totam remotis quibusvis objectionibus detulisse arbitrio Episcopi, ut ipse canonicis perspectis regulis sententiam ferret. Quare ceteris omissis nihil dicam de institutione 107. sapientissimi Benedicti XIV. utpote notissima quaeque per se causam dirimit, sed leviter tantum attingam nostras synodales constitutiones.

Atque imprimis si sermo sit de Canonicis vel beneficiatis fidelium confessiones excipientibus tempore divinorum officiorum nulla reperiri datur inter multas quae habentur Synodos, quae iisdem concedat chorales distributiones. Hinc non video quaquam ratione moveute derogatum fuerit istiusmodi sanctionibus, decliuante ultimo praeterito saeculo, ni forte ea fuerit inopia confessariorum ob religiosorum ordinum expulsionem. At nunc temporis Deo opitulante praeter 32 parochos et plures alios confessarios tum simplices tum parochorum Vicarios nullique choro addictos habemus, insuper inter urbis moenia Fratres Capucinos, Minores reformatos, Ignatianam Familiam et nuper obtentos Fratres discalceatos a s. Theresia, extra vero ad unum milliare presbyteros Congregationis missionis, qui omnes certo zelo et charitate qua fervent abunde sufficiunt poenitentium votis. His adde facilius debito quosdam confessarios tum Canonicos tum Beneficiatos judicium ferre juxta mentem Ludovici Loschi, ut habeantur tamquam praesentes *»praeferri oportere officium charitatis penso justitiae«*, cum quavis occasione oblata chorum derelinquunt, ut ingrediantur sedem confessionalem. Sicque saepe saepius evenit, ut veram necessitatem chori non necessitati, non utilitati tantum sed cuicumque poenitentium commodo postponant. Attamen velint nolint praedicto solum exsistente judicio, etiam juxta indulgentiam laudati Antistis, possunt sibi lucrari distributiones.

Si vero sermo sit de celebrantibus missam praedicto tempore eaedem synodales constitutiones permittunt eisdem distributiones, si et quatenus bonum ecclesiae et fidelium adsistentium pietas celebrationem exposcat. In Synodo Scappi habentur verba: »Duo tantum Canonici et totidem beneficiati tempore divinorum officiorum possint abesse a choro pro celebranda missa, qui autem supra dictum numerum celebrare praesumpserint, multentur per punctatorem ut absentes.« Quod si sermo evadat in eos, qui etsi praeseutes in choro ceteris tamen vel recitantibus vel concinentibus haud se conformant pro iisdem horis, quibus sic se gerunt, eaedem saepius repetitae synodi tamquam absentes habeudos esse decernunt.

In actu capitulari supracitato die 18. Augusti cujus exemplar transmisit Episcopus nil habetur quod ad rem conducat praeter dubia a Canonicis concinnata et ad illum delata, ut circa ea suam aperiret sententiam. Hisce in facto expositis quid in jure seutiendum sit nunc praestat breviter exponere. Et quoad Canonicos vel beneficiatos confessarios qui ferme quacumque die excipiunt confessiones tempore servitii choralis non esse privandos quotidianis distributionibus, praescribit Decretum Antistitis Ludovici Loschi supra relatum; in eo enim facultas audiendi confessiones ad quosdam dies antea praestricta extensa fuit ad quodcumque tempus, quo illi requirerentur a poenitentibus. Consonant verba regulae 7., quae uti praesentes habendos esse statuit Canonicos »attualmente occupati ad udire le confessioni in ogni giorno della settimana«. Accedit demum consuetudo, qua ut ipsemet Episcopus fatetur jam a fine praeteriti saeculi introductum fuit, ut Capitulares fidelium confessionibus operam dantes distributionum participes efficerentur. Jam vero legitimam habeudam esse hujusmodi consuetudinem docent Canonistae uti *Barbosa de Canonicis et Dignit. cap. 23. n. 16., Moneta de Dist. part. 2. quaest. 11. n. 52. aliique.* Et *Card. de Luca adnot. ad ss. Conc.*

Trid. Dis. 15. n. 5. cum aliis docet vi praefatae consuetudinis participare eos Canonicos, qui ex mandato vel consensu superioris, imo et solius Capituli, confessionibus audiendis tempore choralis officii incumbunt. Praeterea Canonicos, qui sacramentales excipiunt confessiones, haberi pro praesentibus in choro dummodo de mandato Episcopi id gerant, vel ob commoditatem populi, videre est in *Spoletana Servitii chori 20. Febr. 1795.* Hujusmodi autem et superioris et Capituli consensum in themate intercessisse clare patet ex pluries citato decreto et regula septima capitulari.

Ex adverso perpendendum est praecipuum Canonicorum munus esse divina officia in choro persolvere, ut monet Fagnanus in cap.: *Cum percussio n. 16. de cleric. aegrot., Van-Espen. in jus ecclesiasticum univer. par. 1. tit. 6. per tot* et passim s. Congr. Hinc si quis ex Canonicis reapse non adfuerit divinis officiis amittit quotidianas distributiones ex *cap. Consuetudinem de cleric. non resid. in 6.* nisi a legitima causa excusetur, quam doctrinam innovavit Concil. Trid. *sess. 24. cap. 12. de ref.* eamque observari praecepit, non obstantibus contrariis quibuscumque statutis et consuetudinibus. Quod autem causa excipiendi confessiones non sit legitima ut Canonici excepto poenitentiario choro absentes uti praesentes reputentur, clare patet ex his quae traduntur ab institutione 107. Benedicti XIV. n. 76 ubi habetnr, »Canonicos, dum horae canonicae recitantur, non posse a choro abscedere ad confessiones audiendas .... ac qui discesserit, illius horae distributionem amittere.«

Neque juvat in medium afferre consuetudinem, episcopalia et capitularia statuta. Nam praeterquam quod haec omnia obstare minime queunt juxta Concilium Trid. loco citato quoad consuetudinem animadverti insuper potest introductam fuisse ex confessariorum penuria, quae late id probante Antistite in suis literis jam cessavit. Quocirca cum consuetudo aequiparetur legi ita ut tantum ea operetur quantum ipsa lex, *Glos. in l. de quibus in verb. tunc ff. de legibus*, eumque ubi non militat legis ratio ibi non procedat illins dispositio, *cap.: Cum cessante de Appel. leg. adigere* § *Quamvis ff. de jure par.*, atque legis dispositio deficiat, si ejus deficit ratio, *Glos. in leg. quod dictum ff. de pactis, Rota Decis. 328. par. 11. n. 14. Rcc.*, sponte sua sequitur haec quae de lege dicta sunt et de consuetudine asservanda esse; ipsamque propterea in themate penitus deficisse eoque vel magis quod jam cesserat in abusum, quum nonnulli Canonici quotidie excipiant confessiones cum praejudiciis servitii choralis.

Caeterum s. Congregationem nullam tribuere vim in hac re vel statutis capitularibus vel consuetudini declaratur in *Neritonen. 22. Jan. 1624, Taurinen. 4. Apr. 1637.* aliisque praesertim vero quadam *s. Miniatis**) *Visitationis SS. LL. 8. Febr. 1817*, ubi agebatur de consuetudine corroborata statutis in limine fundationis sancitis necnon recentiori episcopali decreto.

Si admittendum esset, Canonicos Placentinos excipientes confessiones dum explentur chorales functiones lucrari distributiones quotidianas, nec hisce erunt privandi, etiamsi solummodo eo tempore illud munus expleant juxta tradita a *Bonacina Disp. 2. de horis canon. quaest. 5. par. 3. n. 16.*, a *Castropalao Tract. 7. Disp. 3. par. 9.* § *3. n. 13.* qui asserunt, Canonicum privilegiatum licet de industria et ex proposito differat occupationem sui muneris ad tempus chori ut se choro subtrahat nihilominus lucrari distributiones, quia negari nequit illum occupatum esse in actuali exercitio sui muneris scilicet in audiendis confessionibus. Haec tamen sententia impugnatur a *Moneta de Distrib. par. 4. quaest. 5. n. 24. et 28.* necnon a *Ceccoperio lib. 2. n. 161.* quia esset operari in fraudem legis, »fraus autem et dolus nemini patrocinari debet, *cap. Sedes 15.* et *cap.: Ex tenore 16. de rescriptis.* Praeterea in casu, de quo agitur, refragantur etiam verba decreti Episcopi Loschi, ex quibus patet distributiones non esse concedendas, nisi adsit vera necessitas confessiones audieudi eaque talis, ut »attentis circumstantiis ipsi confessarii censuerint praeferri oportere officium charitatis penso justitiae.«

Circa Canonicos vero vel beneficiatos qui post auditas confessiones choro superveniunt, *privatim officium recitant* solamque exhibent praesentiam, animadverti potest eos donandos esse quotidianis distributionibus juxta *Sanchez Consil. moral. lib. 2. dub. 99. n. 2.*, qui suam opinionem confirmare conatur ex *Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. et sess. 24. cap. 12. de ref.*, ubi nulla sit mentio de cantu sed tantum dicitur: »Distributiones vero, qui

*) Vd. *p. 1343.*

statis horis intersunt recipiant.« Adversus hanc sententiam pugnat *Bened. XIV. in cit. Inst. 107. n. 16.* argumentum sumens ab eodem Trid. Conc. *sess. 24. de ref.* aliosque innuens Doctores, qui tenent, Canonicos non lucrari quotidianas distributiones, nisi elata voce psallant in choro. Ei iusuper contraria est praxis hujus s. Congreg. quae semper docuit, quod resolvit in *Vicentina die 7. Jan. 1626.* hisce verbis: »S. Congregatio respondit Canonicos alta voce in choro non psallentes distributiones quotidianas non lucrari, quavis consuetudine non obstante.« Advertendum demum est in themate synodales Placentinas constitutiones affirmante Episcopo statuere tamquam absentes habendos esse Capitulares, qui ceteris concinentibus haud se conformant.

Post haec nonnulla addenda erunt quoad Canonicorum et beneficiatorum numerum, qui in choro superesse debet, aliis absentibus ad hoc ut sufficiens sit ad explenda munia choralia.*) Qua in re mei muneris judico illorum doctorum referre sententiam, qui dum loquuntur de absentia Canonicorum ratione vacationum a Coucilio Trid. concessarum statuunt eos abesse non posse ultra tertiam partem uno eodemque tempore, ne ecclesia suo debito servitio destituatur. Ita Benedictus XIV. in relata *Instit. 107. n. 34. et 35.* et *Monacel. Formul. leg. tit. 13. form. 2. n. 65.* Hanc regulam semper tenuit in suis resolutionibus S. H. O. uti in *Interammen. 21. Jul. 1640.* relata a *Monacellio loc. cit.* eademque tenenda videtur, si ob aliam causam liceat Capitularibus choro abesse.

Requirebaut insuper Canonici Placentini quodnam sit tempus notabile, quo quis colloquens in choro amittere debeat quotidianas distributiones. Praenotandum est, confabulantes aequiparari absentibus a choro uti eruitur ex Persico de horis can. cap. 4. dub. 3. pag. 125. et seq., qui rationem reddens cur confabulantes amittere debeant quotidianas distributiones ait: »quia revera dici non potest formaliter praesens alicui rei, qui ad aliud attendit.« Eadem igitur regula statuenda erit pro confabulantibus, quae habetur de absentibus a choro per aliquod temporis spatium. Quoniam vero tempus hujusmodi absentiae pendet ex variis locorum statutis, uti monet *Scarfantonius ad Ceccoperium lib. 2. tit. 6. n. 8.* cum aliis, hinc observanda prius erunt statuta et mores Collegiatae s. Antonini quoad absentiae tempus, ut praefiniri possit quantum temporis spatium decurrere debeat, quo Canonici confabulantes in choro a punctatore mulctentur. Hic tamen referre juvat quod s. Carolus Borromaeus sancivit in concilio provinciali *Mediolanensi 1. part. 2.* quodque prae oculis habendum esse ait in pluries relata *Instit. 107. n. 23. Bened. XIV.* ad tollendas pravas consuetudines, quae invaluerunt, scilicet: »Si quis non venerit ad matutinum ante finem Capituli de b. Virgine, cum de ipsa officium celebratur, alioqui aute finem Psalmi *Venite exultemus*, in aliis etiam horis ante fiuem primi psalmi pro absente habeatur illiusque horae distributione careat. In missa vero nisi venerit ante finem ultimi *Kyrie eleison*, eamdem negligentiae poenam subeat.« Confabulatiunculas autem variis temporibus repetitas simul conjungi dicendum erit, si eadem hora canonica durante pluries fiant; nam et omissiones seu parvae absentiae a choro conjunguntur, si eadem incidant hora, ut tenet *Moneta de distrib. par. 2. quaest. 3. n. 22.* et *Diana tom. 3. tract. 6. resol. 47. n. 3.* Qui doctores id negant, si diversis in horis omissiones ejusmodi committuntur, quia unaquaeque hora sejuncta est ac unicuique pars distributionum respondet.

Ad praepositum s. Antonini quod spectat, nempe adnumerandusne sit inter duos Canonicos, quibus permissum est celebrare missam planam tempore servitii choralis, adeo ut si ipse Sacra peragat, non duobus sed nni tantum Canonico liceat celebrare, negant Capitulares Placentini, eo quia cum ille tamquam priucipalis Dignitas et caput Collegiatae fruatur privilegio sacristiae separatae, ubi sacra assumit paramenta et in hoc a ceteris Canonicis distinguatur, iis aequiparari non debet neque confundi, dum sermo habetur de actu celebrationis; privilegium enim late est interpretandum, *arg. Leg. Beneficium ff. de Const. Principum*, et *cap.: Quia circa 21. de Privilegiis.* Contra opponi potest Dignitates tam Cathedralium quam Collegiatarum de jure adstringi horarias supplicationes quotidie in choro recitare ac aequaliter cum aliis officia Canouicorum exercere, *Tamb. de jure Abbatis dis. 5. quaest. 2. n. 15., Barbos. in summ. collect. 87. n. 14.*, deficientes vero in praedictis punctari et mulctari, ut alii e collegio, *Rota in Piscien. Juris conferendi 24. Martii 1658. coram Albergato.* Quare dici debet ipsas

*) Vd. *t. III. p. 504. XIX.; 1110. IV.*

aequiparari ceteris Canouicis, quae cum his etiam comprehendi, quum agitur de regulis, quae chorale servitium respiciunt quaeque mulctam in absentem statuunt.

Ultimo loco rogabant Canouici Placentini, utrum ipsis suffragari posset consuetudo, qua factum est, ut praeter Canouicos duos missam privatim celebrantes sicut diximus eam et alii celebrareut sacris vestibus uteutes, quae Canonico thesaurario ad rem ipsam divinam faciendam inservierant, vel eadem consuetudine uti saltem possent a die omuium Sanctorum usque ad paschalis diem ob ratiouem jam ante allatam. Hic ut quisque videt, haud usus vestium cuique competentium in quaestionem adducitur, sed illud sane quaeritur utrum nempe Canonici tempore quo psallunt in choro valeant celebrare. Et certum est, Cauouicos discedentes a choro dum alicujus horae officium peragitur, ut Sacrum privatim absolvant, distributiones quotidianas amittere, nisi illa hora ad Sacra couficienda ob populi commoditatem compulsi fuerint ab eorum superioribus veluti passim docuit S. H. O. Neque contraria consuetudo in hac re probari debet juxta Passerinium ad *cap.: Consuetudinem de Cleric. non resid. in 6., Reg. 10. n. 163.* ubi ait: »Praecisa deputatioue vel legitima licentia superioris consuetudo introduci non potest, ut Cauouici nou interessentes choro causa celebrandi missas privatas lucrentur distributioues.« Ast diversam ab hac doctrinam circa praefatam consuetudiuem tradit cum aliis *Scarfantonius ad Ceccoperium lib. 3. tit. 11. n. 13. ac 14.* ubi ait suis hisce verbis: Posse ex justa causa cousuetudiuem introduci quod Cauonici tempore Diviuorum celebrantes lucreutur distributiones; uam totum est diviuus cultus«. Et nouuullis interjectis prosequitur: »Dixi ex justa causa, quam esse ceuseo, si his celebrantibus adhuc in choro remaueaut tot Canonici, quot debita cum solemnitate officia persolvant et sacrificautes siut multi, qui maxime hyemis tempore nequeunt unus post alium extra tempus diviuorum missam dicere nisi catervatim dicantur, de quo populus non reporteret commodum audiendi Sacrum eo Diviuorum intervallo.« Quibus expensis dirimenda proponuntur sequeutia

D u b i a:

I. *An Canonici beneficiati s. Antonini qui ferme quotidie audiunt confessiones tempore divinorum officiorum lucrari possint distributiones quotidianas in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An eas lucrentur si tempore tantum divinorum officiorum excipiant confessiones vel post confessiones supervenientes in chorum privatim recitent horas canonicas in casu?*

III. *An et quomodo computandus sit numerus adstantium in choro ad hoc ut ceteris absentibus sufficiens chorali servitio habeatur in casu?*

IV. *An et quomodo confabulantes in choro tempore divinorum officiorum amittant quotidianas distributiones in casu?*

V. *An confabulationes ob quas amittuntur distributiones constitui possint a pluribus parvis colloquutionibus in casu?*

VI. *An praepositus s. Antonini comprehendatur inter duos Canonicos, quibus permissum est celebrare tempore divinorum officiorum in casu?*

VII. *An Canonici praeter duos jam celebrantes uti possint sacris vestibus Canonici thesaurarii ad Sacrum faciendum saltem a die omnium Sanctorum usque ad diem Paschatis in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative.

Ad II: Negative in omnibus.

Ad III: Provisum in praecedentibus et ad formam ss. Cauonum.

Ad IV: Affirmative.

Ad V: Affirmative si pluries fiaut in eadem hora.

Ad VI: Affirmative.

Ad VII: Reliuquendum esse arbitrio et prudentiae Episcopi.

Die 6. et 7. Mart. 1847.

Romana.

Ex munificentia S. M. Leonis XII. 1828 anno exeunte substantia uuiversa aedis Suevorum ad s. Brigittae perpetuum in modum donata attributaque fuit Canonicis atque beneficiariis Basilicae s. Mariae trans Tiberim, ut supportatis nonnullis oneribus residuales illius fructus in eorum usum et utilitatem couverterentur. Inter cetera vero jussit Pontifex, ut firma remauente obligatioue penes Vicarium Curatum iidem personaliter per turnum singulis diebus Dominicis fidei rudimenta pueros edocerent atque absoluta christianae doctrinae

explicatioue catechesim ad populum haberent necnon singulis diebus festis de praecepto Christi fidelium coufessiones in s. poenitentiae tribunali exciperent. Apostolicarum literarum exequutor deputatus Cardinalis tunc temporis Basilicae titularis de confessiouibus excipiendis statuit: »Che un Canonico ed un beneficiato per turno assisteranno a seutire le confessioni per un qualche notabile spazio di tempo nella mattina di ciascuna festa.«

Progessu temporis habita ratioue ad fidelium commodum aliisque de causis ab hac s. Congregatione expostularunt Canouici ut obligatio singulis inhaerens audiendi fidelium confessiones uni tantum ex eorum coetu injungeretur, aliquo eidem impenso ex communi meusa stipeudio. Interim Cardinalis titularis de seutentia rogatus hoc edidit votum: »Uni tautummodo ex canonicalibus praebendis memoratum onus perpetuo imponerem, ita ut quivis ejusdem possessor instar Canouici poeniteutiarii singulis saltem festis de praecepto una hora ante matutiui initium in sacro poenitentiae tribunali omuino sedeat ibique suum obeat muus et dum confessiones audiet, nou secus habeatur ac si divinis in choro celebrandis officiis praeseus adesset.« Proposito itaque dubio:

An et quomodo sit annuendum precibus Canonicorum Basilicae s. Mariae trans Tiberim in casu?

S. Cougregatio die 1. Febr. 1831 respondit: Affirmative juxta votum Emi Titularis adaucto stipendio Cauonici confessarii ad scutata 24 etc.« Quam resolutionem SSmus ratam habuit ejusdemque exequutionem praefato Emo Titio mandavit qui meuse Julii decrevit quae sequuntur: »Canonicali praebendae primo vacaturae perpetuo injungimus onus audiendi Christifidelium confessiones, adeo ut quivis ejusdem praebeudae possessor ad instar Canonici poenitentiarii singulis saltem diebus festis de praecepto uua hora ante mututiui initium in sacro poeniteutiae tribunali omuino sedeat etiamsi nullus adsit poenitens ibique suum obeat munus modo et forma ab eadem s. Cougregatione praescriptis et a nobis uostrisque successoribus si opus esse videatur praescribendis.

Canonicorum exemplum paucos post annos sequuti sunt beneficiarii et s. Cougregationi supplicem exhibuere libellum, quo et ipsi eximi postulabant ab onere sacramentales confessiones excipiendi. Similiter de sententia rogatus Emus Titularis respondit his verbis: »Designetur altera ex beneficiariorum praebeudis cui tantummodo onus excipiendi Christifidelium confessiones singulis saltem festis de praecepto iucumbat ejusque possessor iis subjaceat legibus, quibus Canonicus confessarius.« Et in comitiis habitis die 16. Maji 1837. ad dubium:

An et quomodo sit annuendum precibus beneficiatorum s. Mariae trans Tiberim in casu?

Responsum prodiit: Affirmative juxta votum Emi Titularis, adaucto stipendio beneficiati confessarii ad scutata decem et octo etc.«

Quam pariter resolutionem Emus Titularis in exequntoriali decreto sancivit: »Praebendae beneficiariae qua nunc potitur R. D. Sanctes Piermattei ac futuri ejusdem praebendae possessores instar Canonici confessarii praedictae Basilicae, singulis saltem diebus festis de praecepto, aliis autem diebus ad libitum, una hora aute matutini initium in sacro poeniteutiae tribunali omnino sedeant, etiamsi nullus adsit poenitens, ibique suum obeaut munus modo et forma ab ipsa s. Cougregatione praescriptis et a Nobis Nostrisque successoribus praescribendis.« Ipsi autem beneficiario Piermattei infirmitate correpto uuus et alter ex eodem Collegio fuit suffectus ac novissime eodem assensum praebeute onus excipiendi confessiones iu praebeudam quam modo obtiuet beneficiarius Joseph Scagliosi decreto Emi Titularis fuit translatum.

Itaque hisce suffulti decretis Cauonicus et beneficiarius ad instar poeuiteutiarii in praefata Basilica, quo tempore in ecclesia coufessiones excipiuut, pleuo quaecumque emolumenta percipieudi jure potiri in animum suum induxerant. At vero aliter uounulli ex Canonicis et beneficiatis sentire visi sunt; hinc dubitabant quoad sensum verborum: »saltem diebus festis de praecepto« num scilicet praefati confessarii immues a chori servitio de praecepto vel aliis infra hebdomadam quibuscumque. Praeterea emolumenta vulgo manualia et reliqua inter praesentes dispertienda iisdem tribuere detrectabant. Accessit demum die 6. Juuii 1843. Capituli deliberatio qua decretum nonnullas distributiones adjudicandas esse praeseutibus tantum vere et realiter, quovis praetextu etiam utilitatis ecclesiae et quavis gravissima causa cessantibus quamvis Canonicus confessarius Capitulo declaraverit, se coram Emo Titulari protesta-

tionem emisisse, ne jura sua quoad hujusmodi emolumentorum inter praesentes perceptionem laederentur.

Quibus ita se habentibus e re sua duxerunt Canonicus et beneficiatus confessarii totius controversiae definitionem s. hujus Congregationis judicio submittere, propositis dubiis ad folii calcem relatis.

Rogatus pro informatione ac voto fuit Emus Commendatarius.

In specie itaque ad distributiones quod attinet num eas lucrari possint vel non oratores, ubi ratione officii divinis officiis non interint (quamvis annua ob novum id onus eisdem rependatur retributio, nimirum scut. 24 Canonico et scuta 18 beneficiario), nonnullas Emus vir profert s. hujus Congregationis Resolutiones seu Decreta (in partium deductionibus inferius recolenda), quibus innixus in ea videtur esse sententia, quod Canonicus et beneficiatus poenitentiarii actu quo confessiones in ecclesia audiunt percipere valeant aliquas etiam distributiones seu emolumenta, quae ceteroquin nonnisi vere et realiter praesentibus debererentur, nonnullis nimirum exceptis ut puta illis anniversariorum, quae voluntate fundatorum distribui consueverunt solum inter praesentes.

Canonicus et Beneficiatus confessarii Basilicae difficultatibus a Capitulo objectis ita occurrere satagunt. Perpendunt praeprimis, quod etsi s. Congregatio Ordinarium ut ajunt pro foro poenitentiali constituere pro universa transtiberina regione noluerit, nihilominus Canonicum atque adeo Beneficiatum, quorum praebendis onus excipiendi Confessiones fuit injunctum, iisdem subjecit legibus quibus Cathedralium Poenitentiarii subjiciuntur, vota excipiendo Cardinalis Titularis, ad tramites *Trid. synodi sess. 24. cap. 8. de ref.*, ceu arguunt cum Emo Commendatario. Porro Canonicum Poenitentiarium Cathedralium dum actu confessiones audit jus plenum habere nedum ad quotidianas distributiones, sed et ad emolumenta reliqua, quocumque appellentur nomine, ac si praesens in choro divinis persolveudis Officiis personaliter adesset, iuferunt ex verbis ejusdem Trid. synodi *loc. cit.*, ubi de Canonico Poenitentiario statuit: »Quidam confessiones in ecclesia audiet, interim praesens in choro censeatur;« praesentem vero in choro minime posse ceuseri quotiescumque et aliquid vel minimum ex emolumentis quae praesentibus inscribuntur denegaretur. Confirmant praeterea ex Decreto hujus s. Congregationis in causa *Januen. die 4. Sept. 1591* relata a *Garcia de Benef. part. 5. cap. 4. n. 125.* ubi sancitur: »Poenitentiarius dum actualiter audit confessiones in ecclesia, non solum censetur praeseus in choro ad lucrandas distributiones quotidianas, sed etiam eleemosynas ipsas, quae distribuuntur pro associandis et sepelieudis Cadaveribus defunctorum vel pro supplicationibus quae per Urbem aguntur.« Nec recentiori aevo editum a Canonicis Decretum Canonici Poenitentiarii juribus officere potuisse ex eo arguunt, quod tanta non erat in Canonicorum Collegio insita potestas, ut exceptionem in iis quae a Concilio Trid. vel a s. Congregatione statuta sunt apponere valeret ut adeo jure merito Canonicus confessarius contra ipsum Decretum explicitam edere potestationem non praetermiserit.

Atque heic haud in facto probandam censent distinctionem quam exponit Extensor capitularis relationis inter emolumenta quae a Basilicae s. Mariae Canonicis percipiuntur. Nam (inquiunt) in his recensendis in massam grossam uti vocant graviter offendit: »affirmans quod hujus distributiones« formano la prebenda di ciascun Capitolare, e si lucrano da quelli che nel mese hanno esaurito i loro punti di servizio;« cum potius officiant congruam seu vulgo mesata. Tenent autem praebendae locum quotquot supersunt emolumenta, quaeque ab iis quoque percipiuntur, qui integram choro servitutem non praestiterunt. Insuper gravissime errat recensendo inter distributiones, quae vere et realiter praesentibus distribuuntur, emolumenta decreta pro Comitiis capitularibus habendis vel Supplicationibus ad subditas ecclesias obeundis necnon anniversariis exequiis celebrandis: id quod ex indice allegato manifestum fit. Tandem concludit »solo le distribuzioni del terzo genere inter vere et realiter praesentes non si attribuiscono ai Penitenzieri ad instar, non già in forza del Decreto capitolare dei 6. Ciugno 1843, ma in vigore di antichissima ad immemorabile osservanza della chiesa, quale osservanza è stata richiamata nel detto atto capitolare.« Miramur autem relationis Extensorem ignorantia laborare Decretorum s. apostolicae visitationis 1828, in quibus sancitum legimus ut infirmi inposterum distributiones perciperent, quae diebus praecipuo chori servitio addictis assignantur, exceptis tantummodo die obitus et die festo s. Birgittae et exclusis pretiis probatae emptionis domorum atque vinearum vulgo laudemiis; quibus 1843 praefato Canonicorum Decreto nonnullae aliae distributiones accesserunt, quae recenserunt in cit. indice.«

Atqui perperam hujus praeteusae consuetudinis aequitatem et congruentiam adstrui, pergunt, etiam quoad poenitentiarios. Falso enim distributiones pro capitularibus Comitiis assignatae denegari vellent ex eo, quod »tale distribuzione veste la natura di una retribuzione a chi coll' opera e col consiglio si presta a buon andamento delle cose riguardanti la chiesa« perinde ac si praedicti confessarii dum actu confessiones excipiunt haud operam conferrent suam in rebus ad ecclesiae utilitatem spectantibus, quod sapit absurdum. Haud vero probari posse rationes eosdem confessarios excludendi a perceptione emolumentorum quae pro supplicationibus assignantur, vel quia scilicet hujusmodi functiones a chori servitio extraneae sunt, cum emolumeutis exiude provenientibus Poenitentiarius privetur, ceu a s. Congregatione fuit decretum in cit. *Januen. 4. Sept. 1591*, sicuti non privatur emolumentis ratione supplicationum quae per Urbem aguntur: vel quia Canonicum fallentiis adnotandis praepositum lateret, num eo tempore quo praedictae peraguntur functiones extra ecclesiam, Poenitentiarii constanter confessiones exceperint; cum in his omuibus cujuscumque oneretur conscientia, praeterquam quod ipsi Sacrario famulantes testari possent, num Poenitentiarii confessiones exceperint, quo tempore Canonici et Beneficiarii extra ecclesiam supplicationes obeunt.

Nec meliori consilio quoad anniversariorum emolumenta proferri et aptari Poenitentiario resolutionem s. Congregationis quam refert Benedictus XIV. in Instit. eccl. 107. § 62. Monent enim in universa Institutione 107. nullibi legi relatum ex adverso testimonium; in cit. autem § 62. hujus institutionis haec habentur: At silentio praeteriri non debet, quod petitum fuit a s. Congregatione die 6. Febr. 1734, videlicet (in causa *Bosanen)*:

An Canonicis Cathedralis assistentibus Episcopo Pontificalia exerceuti*) vel in suo Palatio vel in aliis ecclesiis suae Dioecesis debeantur Anniversariorum emolumenta, quae ex voluntate fundatorum distribui consueverunt solum inter praesentes?

Et quatenus negative,

an sit consuleudum SSmo pro concessione Indulti ex gratia in casu?

Responsum fuit ad utrumque: negative.

Porro praefatum Decretum ad Canonicum Poenitentiarium immerito referri conteuduut, cum diversae occurrant rerum ac personarum circumstantiae, quippe Poenitentiarius actu ecclesiae suae exhibet servitutem ac Trid. Synodi privilegio commuuitur ita, ut non secus sit habeudus ac si in choro divinis Officiis celebraudis interesset. Ceterum haud etiam illud verendum fore, ut ceteri indultarii Poeuiteutiariorum exemplo jus sibi vindicent ad emolumenta quae inter praesentes dividuntur (quatenus vetustissima ut asseritur cousuetudo ea deuegandi adesset); redit enim, Poeniteutiarios veram, realem atque actualem ecclesiae suae praestare servitutem, quod reliqui indultarii non faciunt.

Perdite taudem objici Poeuiteutiarios utpote ceteris Canonicis et Beneficiariis subrogatos, quibus singulis onus excipieudi confessiones antea iuhaerebat, privilegio exemptiouis a choro, quo illi non potiebautur, frui minime posse. Siquidem sub diversis legibus et conditionibus instituti Basilicae confessarii fuere, quibus qualitas ad instar Poeniteutiariorum attributa fuit, atque adeo exemptio concessa ex Decreto s. Congregationis.

Haec vero obtiuere etiam propugnant quaudo diebus ferialibus Poenitentiarii confessiones excipiunt cum eaedem et hoc in casu exemptiouis rationes occurrant.

Notum est distributiones quas vocant inter praesentes, quae nimirum utpote distinctae a massa commuui et praebeuda praesentibus tantum praestari soleut sive ex peculiari statuto aut cousuetudiue cujuslibet ecclesiae sive ex expressa Benefactorum voluntate, non deberi absentibus a choro etiam ex justa causa vel etiam ex apostolico Iudulto, ceu docet s. Cougregatio in *Dubia Indultorum 6. Maji 1820 §. Indulta**), ubi traditur insuper in casu apostolici Indulti cum facultate percipiendi quascumque

*) Vd. *Distribut.* (absentium propter servitium Episcopi p. 1272.)

*) Vd. *t. III. p. 1028.*

distributiones quotidianas ordinarias et extraordinarias, quas percipiunt personaliter resideutes, firma semper sententia censuisse s. Congregatiouem, ut exclusae remanerent eae distributiones, quas ex fundatorum voluntate iuter praesentes dividi debent, etiamsi ageretur de Canouico cum Indulto jubilationis et in casu etiam Canonici amplissimo causa infirmitatis Indulto donati, ceu ab exemplis ibidem allegatis. Imo nec secus censuit s. Congregatio de Canonicis, quibus ex fundationis lege onus inest sive in eadem ecclesia, ubi Praebendam retiuent, sive in alia ejusdem Civitatis exercendi curam animarum veluti patet ex causa Asculana Literarum apostolicarum 20. Novb. 1830, in qua ad dubium IV:

An et quae distributiones ac emolumenta percipere possint Canonici Curati absentes a chorali servitio pro exercenda animarum cura in casu?

responsum fuit: Affirmative quoad omnes distributiones et emolumeuta, exceptis iis, quatenus uou iutersiut, quae ex voluntate testatorum debentur tantum actu praesentibus.

Ad Canonicum poenitentiarum quod spectat, quamvis s. Cougregatio defiuierit in *Januen. 5. Sept. 1591* ei dum actu muus suum exercet deberi distributiones etiam exequiarum ac processionum ceterasque hujusmodi extraordinarias ac eventuales; attamen quoad hasce rationem quoque habendam censuit de peculiari ecclesiae consuetudine ac statutis capitularibus in Anagnina Servitii chori et distributionum 20. Novb. 1819 in qua proposito Dubio XII:

An Canonico Poenitentiario ejusdem Cathedralis absenti ad confessioues sacramentales excipiendas debeantur emolumeuta funeralia exequiarum, Anniversariorum, necnon processionum et litauiarum in casu cum obstarent statuta capitularia, quibus vigeutibus Poenitentiarius praebeudam acceperat?

respoudit: Negative ad formam Constitutionum capitularium.

In themate igitur videndum, uum cousuetudo (ubi reapse vigeat) denegandi distributiones quas vocant iuter praesentes absentibus ex quacumque gravissima causa etiam utilitatis ecclesiae confirmata et ampliata ex Cauonicorum Decreto 1843 afficiat quoque Canouicum et Beneficiatum confessarios in Basilica s. Mariae Transtiberim; qua quidem in re ea prae oculis habenda quae in deductionibus utrimque disseruntur. Videndum praeterea num exceptio saltem facienda sit quoad emolumenta quae ex disponentium vel testatorum voluntate inter praesentes tantum dividi consueverunt.

Reliqua igitur sunt

Dubia:

I. *An Canonicus et Beneficiatus confessarii Basilicae s. Mariae Transtiberim dum actu confessiones excipiunt, diebus quoque non festis de praecepto, frui debeant cunctis distributionibus iis comprehensis quae inter praesentes dividuntur in casu?*

Seu potius

II. *An obstet Canonico confessario Decretum capitulare diei 6. Junii 1843 in casu?*

S. C. resp.

Ad I et II: Dilata et coadjuventur probationes.

Die 25. Sept. 1858.

Coutinuatio.

Cum a Capitulo uovas nou acceperim deductiones, praestat heic exponere quae Canonicus et Beneficiarius confessarii Basilicae addenda existimant animadversionibus jam in praeterito folio relatis.

Praecipuis itaque difficultatibus ex adverso objectis occurreutes Oratores, quae versantur primo in defiuiendo sensu illorum verborum »ad instar et saltem diebus festis praecepto«, deinde in eo quod Vicarius Curatus ejusdem Basilicae emolumentis privetur quae iuter praesentes dividuntur, coutendunt quoad primum, quod etsi verba illa »ad iustar« similitudiuem importent, attamen cordatum uemiuem affirmare posse, similitudinem hanc cousistere in quadam exteriori specie, quemadmodum sedere in sacro Poeuitentiae tribunali excipiendo christifidelium coufessiones, quo quidem in seusu omnes coufessarii Urbis et Orbis tamquam ad instar Poeniteutiarii habendi forent, quod ridiculum affirmare.

Atqui similitudinem potius requirendam in iis omuibus, quae in Decreto iustitutionis sanciuntur, quod scilicet singulis saltem festis de praecepto una hora ante Matutini iuitium in sacro Poeuitentiae Tribunali et dum coufessiones audit nou secus habeatur ac si diviuis iu choro celebraudis officiis

praesens adesset; quamobrem in oneribus supportandis atque in immunitate a chori servitute utrumque confessarium Poeniteutiariis assimilari consequitur, juxta ea quae in Emo Commendatarii voto disseruntur. Optime *Barbosa in Tract. de claus. 5. n. 3.*, ibi: »Unde concessa participatio alienorum privilegiorum sive exemptionum ad instar importat ut sortiatur eumdem et parem effectum cum aliis ad quae adaequatur.«

Quoad particulam *saltem* adnotaut, eam in naturali sua significatione acceptam uon excludendi aut arctandi, sed includeudi et ampliandi potius vim et potestatem habere; ita ut cum s. Congregatio praeceperit Canonico Poenitentiario ad iustar, ut saltem diebus festis de praecepto Christifidelium confessiones excipiat, haud exclusit feriatos dies, immo complexa est, quoad votum, etsi legem non constituerit; cujus rei exemplum allegant ex Lateraneusi Concilio IV. *cap. Omnis* ubi statuit: »Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annum discretionis pervenerit semel saltem in auno confiteatur.« Alioquin absurdum consequi concluduut, ideo Canonicum confessarium diebus feriatis suo jure privandum esse quia legi obsequitur ultra praeceptum.

Ad difficultatem ex eo desumptam quod etiam Vicarius Curatus Basilicae hisce privetur emolumentis, observant primo, argumentum falso laborare supposito, quod uempe supponitur praefatos Canonicum et Beneficiarium iustitutos esse ad instar parochorum, cum instituti sint ad instar Canonici Poenitentiarii Quin regeratur difficultatem vim habere a majori ad minus: ubi enim lex positiva extat, frustra ad rationis argumenta confugieut: quidquid eapropter sit de parocho, semel ac ex lege iustitutiouis cautum est hujusmodi confessarios dum actu suo munere funguutur uou secus habeudos esse ac si choro divinis persolvendis officiis adessent, nihil plane interest, si parochus aut Canonicus infirmus vel Vicarius capitularis aut quivis alius quominus choro inserviat impeditus distributionibus inter praesentes privetur.

Sed praeterea proferunt testimonium Vicarii Curati Basilicae, in quo ipse testatur hanc sibi perpetuo opinionem fuisse, scilicet numquam privari quovis emolumeuto, quotiescumque Curionatus sui munere impeditus abest a choro in diviuis persolvendis. Ut autem cognovit quod elapso tempore de facto hujusmodi distributionibus quas inter praesentes vocant privatus fuit, affirmat et declarat sartum tectumque velle jus quod commune habet cum ceteris Vicariis Curatis Basilicarum minorum et Collegiatarum Urbis vigore Constitutionis S. M. Leonis XII. incipieu. *Super universam*, percipiendi scilicet iutegro fructus ac distributiones licet ex parochiali munere ne choro sacrisque adsint praepediantur.

Denique perpendunt nihil officere resolutionem s. Cougregationis in causa *Anagnina Servitii chori et Distributionum diei 20. Nov. 1819* quia in casu nec ecclesiae cousuetudo (agitur enim de brevi temporis lapsu a quo confessarii Basilicae constituti suut et ipsa protestatio a Canonico confessario emissa consuetudini obstaret) nec statuta aliquid contra decerauunt.

Benigne itaque resumpto praeterito folio rogantur EE. PP. definire quae iterum propouuntur

Dubia *ut supra*:

S. C. resp.

Ad I: Affirmative, exceptis iis distributionibus, quae ex voluntate Testatorum debentur tantum actu praesentibus.

Ad II: Provisum in I.

Die 27. Novb. 1858.

Tranen.

Inter Capitulares Cathedralis Tranensis nounullae difficultates exortae sunt distributiones quotidianas respicientes, quae ut de jure resolvereutur Archidiaconus illius ecclesiae supplicem libellum ad Rmum Patrem transmisit, in quo varia collecta reperiuntur postulata.

Antequam de singulis agam, nounulla in genere praemittam solutioni Dubiorum apprime utilia vel necessaria et inprimis celeberrimum referam Bonifacii VIII. Decretum *cap. un. de Cler. non resid. in 6.* »Consuetudinem, ait Pontifex, quae inolevit qua Canonici seu Clerici Cathedralium . . . . . distributiones quotidianas (quae alias manualia beneficia seu victualia uuncupantur et tantum residentibus tribuuntur) qualitercumque in civitatibus seu aliis locis siut praesentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continue ipsis ec-

clesiis in eisdem officiis deservirent, penitus improbantes statuimus ut distributiones ipsae quotidianae, in quibuscumque rebus consistant, Canonicis . . . . ecclesiarum ipsarum qui eisdem officiis in ipsis ecclesiis adfuerint tribuantur. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit exceptis illis quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret rerum sic receptarum dominium non acquirat nec faciat suas, imo ad omnium restitutionem, quae contra hujusmodi nostram constitutionem receperit, teneatur.« Quod Bonifacii VIII. Decretum in usum revocatum a Concilio Trid. in *cap. 12. sess. 24. de reform.* et observari mandatum non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus, indubiam et indeclinabilem legem firmavit in distributionibus percipiendis. Distributiones vero, ita Tridentini Patres, qui statis horis interfuerint recipiant, reliqui, quavis collusione aut remissione exclusa, his careant. Et iis praescriptionibus consona semper extitit praxis hujus s. Congregationis, uti manifestum ex innumeris ipsius Resolutionibus, quas inutile prorsus esset hic singulatim recolere. Ut vero collusiones omnes hac in re removeantur, ab ipsa lege desumendi sunt casus exceptionis: lex enim ipsa a Bonifacio VIII. statuta jam praeivit, docendo scilicet pro praesentibus etsi a choro absentes haberi tantum qui ratione infirmitatis aut necessitatis vel ecclesiae utilitatis abesse coguntur; *cit. cap. un. de cler. non resid. in 6.; Fagnanus in c. Licet de Praebendis n. 164. et seq., Van-Espen Jus eccl. n. 1. Tit. 7. cap. 11.* et communiter omnes Doctores.

Iis ergo in genere praehabitis examinandi nunc veniunt singuli casus qui in supramemoratis articulis judicio s. Congregationis proponuntur; utque sauiori ordine procedam, quemlibet articulum EE. VV. perpendendum exhibebo, prout super unoquoque in litteris Archiepiscopi una cum relatione Capituli quaestiones ipsae pertractantur.

In I. articulo de iis Capitularibus res est qui divinorum officiorum tempore sacramentales confessiones excipiunt et quaeritur utrum hac de causa absentes a choro distributiones lucrentur, praesertim ex consuetudine quae in Tranensi Cathedrali adesse renunciatur. Quanti facienda foret hujusmodi consuetudo non immerito dignosci valeret ex Trid. Concil. in cit. *cap. 12. sess. 24. de Ref.* Eo enim in capite revocaute s. Synodo quaecumque contraria statuta et consuetudines quae contra Decretum Bonifacii VIII. forte invaluerint, jam planum videtur nou satis esse consuetudinem ad percipiendas distributiones in absentia a choro nisi exceptiouis causa vel infirmitatis vel necessitatis vel ecclesiae utilitatis intercedat. Ad rem *Fagnanus lib. III. Decr. de Praebend. c. Licet n. 71.* ait: ea enim consuetudo nou valet sive introducta fuerit ante Constitutionem Bonifacii VIII. sive post et saepius respondet s. Congregatio etiam immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam. Praterea cum ab eodem Trideutino *sess. 24. cap. 8. de ref.* sancitum explicite sit, ut Poeniteutiarius »dum confessiones in ecclesia audiet, interim praesens in choro censeatur« et hujusmodi dispositio ad eos tantum Canonicos ampliata reperiatur, qui pro muneris necessitate confessiones excipere tenentur, s. Congregatio in *Nullius Putignani 6. Martii 1741 ad IV. Dubium*, in *Maceraten. 20. Decb. 1768*, praesertim vero in *Lucana 8. Martii 1635* iu qua censuit Oratori ita iu locum Poenitentiarii ad audiendas confessiones ex necessitate et legitima causa ab Episcopo deputato, dum tempore deputatiouis confessiones actu audit, deberi distributiones quotidianas, non secus ac si divinis iu choro interesset; minime superesse videtur dubium, quod nisi quis ex lege fundationis aut de mandato Episcopi absit ad Sacramentum confessionis admiuistrandum distributionibus carere debeat. Quidquid etiam in contrarium decernant vel ipsa statuta capitularia, quibus »nisi apostolico Beneplacito fulciantur« nulla vis a s. Congregatione tribuitur, ut iu *Placentina 6. Martii 1847 §. Caeterum.* Sane iu casu de quo agitur allatum est adesse Decretum Archiepiscopi de Forres 1707, nihil tamen docet hodiernus Archiepiscopus de vera necessitate, quae per Decretum illud statuta sit, ut uuus vel alter Canouicus praeter Poeniteutiarium confessiones audiat; de utilitate vero ecclesiae nonuisi hypothetice loquitur. Merito idcirco concludi posse videtur, nec ullam necessitatem nec evidentem utilitatem per modum regulae adesse iu Traneusi Cathedrali, ut Canonici loco servitii choralis jure audire valeant confessiones et ita legitime percipiant distributiones.

Haec de Canouicis confessiones audientibus et fere eadem animadvertenda veniunt de iis qui Missas tempore servitii choralis celebrant. Denegaudum haud est praesupposita etiam consuetudine Doctores adesse, qui eamdem probari posse autumant, cum ea de causa absentes actum divini cultus exercere dici possint: *Garzias de Benef. p. 3. c. 2. § 1. n. 441., Antonelli de cleric. non resid. L. 3. c. 16. n. 25., Moneta de distribut. pag. 1., quaest. 11. 52., Scarfantonius ad Ceccoper. lib. 3. tit. 2. n. 13. ac 14.*, ubi ait: »posse ex justa causa consuetudinem introduci, qua Canonici tempore Divinorum celebrantes lucrentur distributioues: nam totum est divinus cultus.«

Non desunt tamen alii Doctores qui hujusmodi consuetudinem omuino rejicieudam esse dicuut, ex quibus *Covarruvias Variar. Resol. lib. 4. n. 3. c. 3., Gonzalez. in l. 4. Decr. n. 18.* Quamplures vero docent, Canouicos a choro discendentes, ut Sacrum privatim absolvant, distributiones amittere, nisi illa hora ad Sacrum peragendum ab eo, ad quem pertinet, compulsi fuerint. *Fagnanus lib. Decret. c. Licet n. 118., Passerinus ad cap. Consuetudinem de Cleric. non resid. in 6. Reg. 10. n. 163., Benedictus XIV. Instit. eccl. 107. n. 76.* Quam sententiam jamdiu amplexa est s. Congregatio; proposito enim sequenti dubio 1583:

Quia quandoque in Cathedralibus et Collegiatis sunt aliqui Canouici vel alii officiales, qui in eisdem habeut capellauias vel in titulum vel tanquam mercenarii, quaeritur an eo tempore quo in dictis capellaniis celebrant distributiones recipere debeant, licet absint a choris; et quid de illis Canonicis qui celebrant iu eadem ecclesia suae devotionis gratia, au et quando hac de causa a choro absunt, distributiones recipere possint et dato quod nou, quid si a Superiore ecclesiae injuugatur, ut eo tempore celebreut?

Re autem ad Sanctissimum delata respousum fuit: »SSmus D. N. etiam ex seuteutia s. Congregationis Couc. declaravit non posse nisi quando sic jussissent superiores, quos tamen admoueri voluit, ut ab ejusmodi jussu se abstineant.

Ad cujus declaratiouis tramites quamplurimae secutae sunt H. S. O. Resolutiones, uti videre est iu *Interannen 23. Febr. 1771* et iu *Comen. 23. Novb. eod.* anno, iu qua proposito dubio: Au sustineatur consuetudo

celebrandi Missas a Canonico tempore horarum canonicalium?

rescriptum fuit: Negative nisi de legitima Superioris licentia. Quibus ad uostra usque tempora cousonant *Spoletana 28. Febr. 1795, s. Miniatis 8. Febr. 1817**) et *Anagnina 20. Nov. 1819*, quarum eae duae postremae causam etiam innuere videntur illius utilitatis vel necessitatis, quae in singulis casibus suffragari debet Praefecto chori ad licentiam celebrandi concedendam. Emi enim Patres in dicta s. Miuiatis proposito dubio:

Au et quomodo Canonici absentes ad Missam celebrandam tempore choralis officiaturae lucrari possiut distributiones quotidianas?

respondentes negative nisi de Praefecti licentia addiderunt: in populi commodum. Iu Anagnina vero pro affirmativa Emi Patres steterunt, sed ad formam Constitutiouem capitularium, quae Constitutiones ab apostolica Sede approbatae expresse exquirebant causam necessitatis, ut Praepositus licentiam exeundi a choro tribueret. His ergo perpensis Eminentiarum Vestrarum sapientiae erit judicium ferre, utrum prorsus rejicienda videatur allata consuetudo Capituli Tranensis vel si excipienda, qua limitatione juverit eamdem cohibere. Porro Archiepiscopus consuetudini faveret distributionesque concederet Canonicis Missam privatim in Cathedrali tempore diviuorum officiorum celebrantibus qualora la maggiora utilità dei fedeli il richiedesse; Capituli vero votum esset, ut in casu distributiouibus minime fruerentur Canonici che abitualmente celebrano, ma con discrezia no o per soddisfazione di obblighi Capitolari determinati con orario.

Quaesitum est in II. articulo, au frui valeant distributiouibus absentes a choro propter adsisteutiam Archiepiscopo praestitam et hujusmodi quaestio tum eos respicit Canouicos qui adsistunt Archiepiscopo in solemnibus functiouibus et iu Missis privatis in Cathedrali vel extra tum illos qui penes Archiepiscopum mauent ob quascumque causas exceptis negotiis Curiae parochialis vel taudem illos qui Archiepiscopum per diversa Dioecesis loca aut etiam alibi comitantur.**)

*) Vd. *p. 1343.*
**) Vd. *p. 1372 m.*

Statutum est a Concilio Trid. *cap. 12. sess. 24. de Ref.* ut Canonici Episcopo celebrauti aut alia Pontificalia exercenti assistere et inservire debeant. Ex quo *Fagnanus* ad tramites hujus s. Congregationis arguit *lib. 3. Decr. Licet. n. 168. de Praeb.* quotidianas distributiones deberi Canonicis, qui teneutur assistere et inservire Episcopo celebranti et Pontificalia exerceuti tum in Cathedrali tum iu aliis civitatis locis atque ejus suburbiis. Quod etiam magis declarat *Benedictus XIV. Instit. eccles. 107. § 9. n. 60.* doceus Canonicos qui operam praebent Episcopo in Cathedrali solemniter celebranti praesto esse debere eidem Episcopo etiam extra Cathedralem sive Ordinationes obeunti sive Pontificalia peragenti. Praeiverat enim hac super re s. Congregatio eamdem firmans doctrinam in *Januen. 20. Nov. 1616, ut in lib. Dec. 11. p. 185.* et in *Foro Cornel. 30. Martii et 17. April 1649* et praesertim in *Licien. 17. August. 1641*, in quo proposito Dubio:

An Decretum Concilii *cap. 12. sess. 24. de ref.* vers.: *Omnes vero* locum habeat quando Episcopus iu aliis ecclesiis sibi subjectis in Civitate existentibus pontificaliter celebrat vel paratus assistit cum pluviali et mitra aut cum cappa diviuis officiis et Missae solemnia vel alia Pontificalia exercet . . . . si numerus sufficiens Canouicorum et miuistrorum iu Cathedrali remaneat?

Respondit: Habere locum, *Ferraris v.: Distributiones art. 1. n. 44.* Cum ergo in hujusmodi circumstantiis Canonici adsistentes et inservieutes Episcopo necessarium munus adimpleant juxta praescriptum Trident. Patrum, *(Benedictus XIV. loc. cit. n. 6.)* jam ex hinc facile statui posse videtur ratio diversi juris obtinentis, quando Canonici Episcopo inserviant Missam tantum privatam celebranti. Idque praestitit s. Congregatio in una *Pisarum 25. Januarii 1625.* Dubio enim proposito: An Canouici inservientes Episcopo Missam privatam celebranti distributiones quotidianas lucrentur?

ceusuit: Non lucrari. Item in *Amerina die 3. Febr. 1629, Fagnanus lib. 3. Decr. c. Licet n. 105. de Praeb., Pignatelli consult. 83. n. 4. t. 5, Barbosa de Canonic. c. 33. n. 12.*

Et iis praejactis, si modo de praxi queratur, quae in archiepiscopali ecclesia Tranensi obtinuit quoad Canouicos adsistentes Archiepiscopo in Pontificalibus ceterisque functionibus et in privatis Missis, reperietur, omnes Canonicos iu omuibus hujusmodi circumstautiis gaudere distributionibus quotidianis etsi choro non intersint; eamque praxim probari posse censet Archiepiscopus. Reliquum ergo est, ut Emi Patres statuant quid iuposterum observari mereatur.

Succeduut modo Canonici qui praeter negotia Curae parochialis penes Archiepiscopum maneut et ii etiam qui Archiepiscopum per diversa Dioecesis loca vel alibi coniitautur. Tum ex *cap. de Cactero de Cleric. non resident., ex cap. Olim de verb. signifícat.* docemur Canouicos, quorum opera ututuntur Episcopi, hujusmodi duraute servitio, tanquam praesentes haberi ad effectum lucrandi fructus suarum Praebendarum, non vero victualia quae nou cousueverunt absentibus exhiberi *(cap. De caetero)* vel manualia beneficia, quae dantur singulis diebus illis tantum qui intersunt Diviuis. *(Gloss. in cit. cap. Olim.)* Quibus exceptiouibus consonat decretum Coucilii Trid. *sess. 24. cap. 12.* vers.: *Distributiones vero*, quo statuitur distributiones quotidianas lucrari ab iis qui statis horis iuterfueriut, amitti vero a reliquis; *Fagnan. loc. cit. n. 76.* qui etiam n. 105. monet, hujusmodi Canonicos Episcopi familiares etiam fructibus esse privandos, si uon resideant, uisi siut ii duo Canonici, quorum opera uti potest Episcopus ad praescriptum ss. Canouum, quique fructus Praebendarum percipiuut, amissis tantum distributionibus quotidiauis. Nec aliter sensit s. Congregatio, uti prostat iu *Sorana 1587* in qua censuit »Canonicos inservientes Episcopis lucrari fructus Praebeudarum, nou autem quotidiauas distributiones.« Et iu *Brixien. 18. Sept. 1626* iu qua item censuit unum vel duos Canouicos Episcopo inservientes juxta privilegium ad favorem Episcoporum in cap. *de caetero* . . . . . lucrari Praebendam suorum Canonicatuum, nou tamen distributiones quotidianas, si vero redditus omnes distributionibus cousteut, duas tautum ex illarum tribus partibus lucrari. *Barbosa de off. et potest. Episc. p. III. All. 53. n. 142.*

Nec aliter statutum est ab hoc s. Ordine pro iis Canouicis qui Episcopum in visitatione Dioecesis comitantur, ita ut, etiam iu casu quo redditus omues in distributiouibus consistant tertiam partem relinquere debeant, quae inservieutibus accrescat, ceu patet ex *Benedicto XIV. Jnstit. eccl. 107. n. 59.* et *Fagnanus loc. cit. 109.* Imo Fagnanus addit, s. Congregationem, rogante Archiepiscopo Januensi, ut duo Canonici eum comitautes in visitatione Dioecesis pergere possent iu percipieudis quotidiauis distributionibus juxta autiquam illius ecclesiae consuetudinem, ceusuisse nou esse coucedeudum. A qua doctrina miuime recessum fuisse videtur in una *s. Miniatis 8. Febr. 1817,**) quamvis Emi Patres distributiones ut apparet concesserint. Cum enim Episcopus in medium attulisset observantiam favore Canonicorum eumdem in sacra visitatione comitantium, vel si observantia satis non fuisset, rogaverit indultum, ex causa tenuitatis redditiuum canouicalium, proposito dubio:

An et quomodo sit coucedendum indultum?

Emi Patres responderunt: Iu casu de quo agitur attenta tenuitate redditiuum affirmative juxta votum Episcopi.

Iu themate vero de quo agimur, iuspectis actis ad s. Congregatiouem transmissis, ne verbum quidem adest de redditiuum tenuitate quae favere aliquatenus posset Canonicis Episcopum in Dioecesana visitatioue comitantibus. Imo Capitulum ipsam aperte renunciat non vi è consuetudine di esenzione dalla puntatura et reapse, perquisitis libris Decretorum, compertum habui, verum esse quod Capitulares (ceu supra) referunt de quodam rescripto diei 10. Maji 1698 quo s. Congregatio ceusuit Canonicos Traueusis ecclesiae Episcopo inservieutes lucrari debere fructus suarum praebeudarum amissis distributionibus quotidiauis; cui resolutioni Capitulares ipsi profitentur nullam contrariam consuetudinem invectam fuisse in eorum ecclesia, traune qualche fatto particolare tollerato con comune dispiacere. Nihilo tamen minus Archiepiscopus propitiam hujusmodi Canonicis sibi inservieutibus senteutiam Emorum Patrum optaret et receptam esse dicit consuetudinem, qua Canonicis Archiepiscopum in visitatioue Dioecesis comitantibus distributiones coucediuntur.

III. Articulus est de Canonicis in revisione rationum redditiuum capitularium occupatis. Tertia inter causas exceptionis iu Bouifacii VIII. Decreto conteutas utilitas erat ecclesiae, illius uempe iu specie ecclesiae, ut explicat *Fagnan. l. c. n. 160.*, de cujus distributionibus lucrandis quaeritur.

*) Vd. *p. 1343.*

Cum ergo dubitari non posse videatur, negotium esse Capituli, adeoque et ecclesiae capitularis, ut recte procedat bouorum ipsius administratio, reddantur, nou immerito pariter pro uegotiis Capituli et ecclesiae illos deteutos esse Canouicos dicendum videtur, qui rationum revisioni ab ipso Capitulo destinantur; eisque propterea distributiones deberi tempore absentiae, ut s. Congregatio docuit in *Panormitana 1588* aperte declaraus deberi Oratori distributiones quotidiauas pro tempore quo vere abfuit pro negotiis Capituli. Iis ergo praehabitis videant EE. VV. utrum probanda sit necue cousuetudo ecclesiae Trauensis, qua Canonici rationum Revisores licet abseutes a choro quotidianas distributioues percipiuut. Quatenus vero Emi Patres in affirmativam senteutiam iuclinaverint, illud etiam statueudum erit quautum nempe temporis pro hujusmodi revisione permittendum esset. Pro meo munere recolam s. Cougregatiouem in causa *Segobien. 1539* statuisse, officium esse Ordinarii in hujusmodi casibus examinandi an causa negotiorum vere subsit; ex quo deduci non illegitime posse videtur, ejusdem Ordinarii esse tempus etiam negotio expediendo praefinire ad quascumque collusiones eliminandas. Archiepiscopus vero Traneusis supramemoratae revisiouis negotio quindecim tantum dies satis esse putaret.

IV. Canonici praedicationis miuisterium exerceutes, de quibus iu IV. articulo agitur, votum Archiepiscopi foret, ut quacumque restrictione sublata ad recipieudas distributiones admittantur pro uuiversis Civitatis ecclesiis. Capitulares vero coucederent, hac de causa canonicas distributiones lucrari. Hac ergo super re tum ex Capituli responsione tum ex informatioue ab Archiepiscopo trausmissa eruitur, inprimis miuime hic agi de ministerio praedicaudi verbi Dei ex cura animarum, sed de voluntario hujusmodi muuere a Canonicis assumpto, vel etiam de speciali aliquo officio ab ipsis suscepto, quod tameu aduexum Praebeudae non foret. Locus proiude merito fieri videretur doctrinae a Faguano traditae ex auctoritate s. Congreg. iu pluries citat. *cap. Licet de Praeb. n. 114.*, qua statuitur Canonicos legentes vel sermociuantes miuime frui debere distributionibus*) licet fructus Praebeudarum cousequi non impediantur. Nisi potius Eminentiis

*) Vd. *p. 1338. n. 32.*

Vestris visum fuerit mitiorem in themate amplecti sententiam ex speciali ratione curae animarum quae in Cathedrali adest, licet ut ait Archiepiscopus minime constet eamdem saltem habitualem adnexam esse Capitulo.

V. Ad tnendam consnetudinem in V. articulo allatam de Canonicis Examinatoribus*) synodalibus qui frui solent distributionibus in Tranensi ecclesia, dum choro absunt ad Ordinandos examinandos novosque confessores approbandos, tum Archiepiscopus tum Capitulum innituntur necessitati, qua fieri nequit ajnnt, ut alii inter Clericos ad munus Examinatorum assumantur, nisi qui servitio chori sunt addicti. Et quidem refert *Barbosa in suo Opere de Canonic. et dignit. cap. 24. n. 9.* resolutionem s. *Congreg. Epis. et Regul. die 22. Martii 1600*, qua declaratum est, Examinatores synodales ceu praesentes habendos esse dum confessorum et Ordinandorum peritiam explorant. Ex quo forsan *Zachias de resid. eccles. de beneficiat. n. 13.* docuit, Examinatores qui causa examinis absunt a choro gaudere distribntionibus. Idque insuper pro Cathedrali Anagnina admittendnm esse judicavit s. Congregatio ad formam capitularium Constitutionnm; *(Anagnina diei 20. Nov. 1818 ad IX. dubium)* attamen seclusa hujusmodi peculiari dispositione Constitutionnm capitularium, quae s. Sedis approbationem in dicta Anagnina praeseferebant, perceptionem distribntonum Examinatoribus synodalibus H. S. C. constanter denegare consnevit, ceu videre est in una *Brixien. 19. Junii 1638*, in alia *Cremonen. 20. Septemb. 1642 l. c. n. 100. et 104.*, qni addit etiam hujusmodi Examinatores distributiones non lucrari, etiamsi adsit contraria consuetudo in Synodo dioecesana confirmata. Vestrum ergo erit, Emi Patres, judicare utrum necessitas superius per Archiepiscopum et Capitulum adducta momenti tanti sit, ut in casu remittendum aliquatenus esse videatur a consueta hujus s. Ordinis disciplina.

Pauca modo addenda snnt tnm de iis Canonicis qui Rectoratus et Professoris munus in Seminario suscipiunt tnm de illis qui Cancellarii et Provicarii, absente Vicario generali, in Curia archiepiscopali provinciam assumunt; tum denique de Canonico rerum capitularium et Mensae archiepiscopalis adniinistrationem gerente; de qnibus res est in VI. VII. et VIII. articulo ab Archipresbytero propositis.*)

Porro Magistris Juris pontificii aut s. Theologiae ut adnotat *Benedictus XIV. in cit. Instit. 107. n. 72.* multa privilegia a Jure communi tribuuntur, non excepto Indulto abessendi a choro, pront statuitur in *cap. Super specula 5.* de Magistris, quae privilegia fructus tantum Praebendarum, minime vero distributiones elargiuntur; *Glossa in cit. cap. 5. de Magistris,* nec unquam aliud ab hoc s. Ordine impetrari potuit, quam Praebendae fructibus non carere, ceu patet in *Feretrana 12. Julii 1817, in Romana Dubia Indultorum**) 6. Maji 1820 ad V. Dubium* et in *Piscien. Indulti 23. Martii 1839.* Quod si nulli aut exigui valde forent Praebendae fructus, tum Canonicus privilegio gaudens tertiam partem universi proventus, duabus aliis sibi retentis, amittet, juxta ea quae *Fagnan. in cit. cap. n. 127.* docet de Absentibus studiorum causa; quibus a Benedicto XIV. dicto loco Magistri s. Theologiae vel Juris pontificii aequiparantur. Idem vero in specie tradit de Professoribus in Seminario docentibus s. Congreg. *in Limen. 18. Decb. 1627.*

De Rectoribus Seminariorum landatus *Fagnanus loc. cit. n. 109.* docuit non lucrari ab ipsis distributiones. Et re quidem vera ne casum quidem mihi datum est reperire in Thesauro Resolutionum, quo Rectores Seminariorum distributiones qnotidianas exquisierint, quoties a choro causa suscepti muneris abfuerint: idemque fateri debeo de iis Canonicis qui juvenes in traditis disciplinis vel humanioribus literis examini subjiciunt. S. tamen Congregatio attentis peculiaribus circumstantiis elargiri quandoque solet hujusmodi Canonicis Indulta pro absentia a choro; quae cohiberi solent clausula: amissis distributionibus: vel alia etiam: ex gratia in exemplum non adducenda. In themate vero ut ajunt Capitulares memorati Canonici gratuito eorumdem operam praestant, nec aliunde media Seminarium habet, quibus hujusmodi assistentiam remuneret.

Ex iis tandem quae superius adnotata sunt de Canonicis qui ob evidentem utilitatem ecclesiae a choro absunt, prono alveo colligendum esse videretur, quid sentiendum foret de Capitularibus qui Provicarii vel

*) Vd. *p. 266. XXI.*; *p. 1394.*

*) Vd. *p. 1265. k.*

**) Vd. *t. III. p. 1030.*

Actuarii munere in Curia funguntur. Ipsi enim licet universae Dioecesis negotiis pertractandis sint addicti, minime tamen ob utilitatem ecclesiae, cujus distributiones expostulant, a choro abesse dicendi sunt, ut manifestnm apparet. Hinc conseqnens esse videtur, nullam exceptionis causam in eorumdem favorem adduci posse, ut choro non intervenientes distributionibus gaudeant. Ducto praesertim argumento ab ipso Vicario generali, quem etsi ratione muneris choro non intervenientem s. Congreg. constanter a percipiendis Distributionibus repellendum fore rescripsit, postquam in una *Tarentina 9. Maji 1671* respondisset: Inhaerendo declarationibus alias factis Canonicum inservientem Episcopo in officio Vicarii non lucrari distributiones qnotidianas pro illis horis divinis quibus non intersit. Hinc *Fagnanus in cit. cap. n. 12.* ex doctrina pariter s. Congregationes monet, non juvare in casu consuetudinem vel ab immemorabili tempore invectam. Judicent ergo Emi Patres, utrum ex hac parte audiri mereatur Archiepiscopus, qui pro memoratis Canonicis, Provicario generali et Actuario illud orat ex gratia quod ex jure denegandum videtur.

Postremo loco supersunt Canonici qui nullo statuto stipendio rerum capitularium et Mensae archiepiscopalis administrationi operam navare dicuntur; et iis addendus etiam est Canonicus Cancellarius, cui distributiones concedi consuevit pro iis horis, quibus pro negotiis Capituli in Archivio detinetur; sed ne iterum repetam quae hucusque animadvertenda EE. VV. exposui, ex jam praehabitis facile colligi posse videtur quid primis et ultimo in themate concedendum, quidve aliis denegandum foret, quod Eminentiarum Vestrarum sapientiae statnendum relinquitur.

Quodcumque vero futurum erit judicium, quod Eminentiis Vestris ferre placuerit super quaestionibus hucusque pertractatis antequam respectiva Dubia vestrae sapientiae resolvenda proponam, animadvertendum adhuc mihi superest, supramemoratum Archidiaconum SSmum Patrem nomine omninm Capitularium rogavisse, ut quoties adductae consuetudines ecclesiae Tranensis approbari non mererentur apud s. Congregationem, plenariam absolutionem et condonationem super illegitime perceptis distributionibus concedere dignaretur. Dubitari profecto non licet male perceptas distributiones fore restituendas; *Ferraris v. Distributiones Art. 2. n. 45., Van-Espen p. III. de tertio Canonic. offic. cap. § 4.*, s. Congr. in *Maceraten. 14. Jan. et 14. Martii 1778.* Viderint tamen Emi Patres, num in themate Canonici, qui bona fide, ut videtur, innixi consuetudinibus ecclesiae Tranensis haud debitas distributiones receperunt easdemque consumpserunt, gratiam in super allata hypothesi mereantur. Posita siquidem bona fide ad restitutionem minime teneri viderentur, juxta tradita per *Garziam de Benefic. part. 7. cap. 13. n. 12*, vel saltem non immerentes essent, ut per absolutionem et condonationem quae in similibus casibus ab H. S. O. denegari non solet conscientiae suae prospiciant.

Ex iis omnibus hinc inde perpensis sequentia veniunt resolvenda

Dubia:

I. *An et quomodo Canonici tempore divinorum Officiorum audientes confessiones censeri debeant praesentes in choro ad effectum lucrandi distributiones in casu?*

II. *An et quomodo iidem Canonici Missam celebrantes tempore divinorum Officiorum tamquam praesentes haberi debeant in choro ad eumdem effectum in casu?*

III. *An et quomodo Canonici assistentes Archiepiscopo in Pontificalibus aliisque functionibus vel Missam privatam celebranti absentes a choro lucrentur distributiones in casu?*

IV. *An et quomodo lucrentur distributiones iidem Canonici Archiepiscopo assistentes in pertractandis negotiis Dioecesis vel ipsum in Dioecesi extra residentiam comitantes in casu?*

V. *An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro ad expendendas rationes Massae capitularis in casu?*

VI. *An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro ministerio praedicationis vacantes in casu?*

VII. *An et quomodo Canonici lucrentur distributiones dum absunt a choro pro examine Ordinandorum vel confessariorum in casu?*

VIII. *An et quomodo Canonici Rectoris, Administratoris, Professorum et Examinatorum munus exercentes in Seminario a choro absentes lucrentur distributiones in casu?*

IX. *An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro, ut Provicarii generalis, Cancellarii et Actuarii aliaque munera in Curia archiepiscopali exerceant in casu?*

X. *An et quomodo lucrentur distributiones Canonici absentes a choro rerum capitularium vel Mensae archiepiscopalis administrationi vacantes in casu?*

XI. *An et quomodo Canonicus Cancellarius Capituli lucretur distributiones pro negotiis capitularibus in Archivio distentus in casu?*

Et quatenus negative,

XII. *An consulendum SSmo pro absolutione et condonatione perceptarum distributionum in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative in omnibus excepto Poenitentiario.

Ad II: Negative nisi de Praefecti licentia et in Populi commodum.

Ad III: Affirmative ad I. partem prout in *Lycien. 17. Augusti 1641*, ad II. partem negative.

Ad IV: Negative in omnibus.

Ad V: Affirmative per tempus ab Ordinario praefiniendum.

Ad VI: Negative in omnibus.

Ad VII: Negative in omuibus.

Ad VIII: Negative in omnibus.

Ad IX: Negative in oumibus.

Ad X: Quoad Canonicum Administratorem Rerum capitularium affirmative pro diebus et horis quibus reapse incumbit in administrationem, in reliquis negative.

Ad XI: Negative nisi in casu urgentiae.

Ad XII: Affirmative celebrata uuica Missa cum cautu adstante uuiverso Capitulo.

Die 20. Decb. 1862.

37) In congruam imputandae.

Firmana.

Quotidianae distributiones in congruam de jure imputantur. *Pitton. discept. eccles. 46. n. 9.*

Die 24. Maji 1788.

38) Constituendae ex tertia parte proventuum etc. Canonicatuum.

Vd. t. III. p. 177. II.

39) Constituendae non sunt ex beneficiis variarum dioecesum.

Vd. t. II. p. 1004. i. I; *Distributiones* (massam communem constituentes.)

40) Constitutionis obligatio.

Vd. t. III. p. 1100. §: *Pius; Distribut.* (massam constituentes.)

Cattaren.

1746 die 7. Oct. quum Cattarensis Antistes apostolicae Sedi exposuisset cathedrale Capitulum adeo exiguis frui praebendis, ut ex his aliqua vix unum vel alterum scutatum nummum quotannis ministraret et distributionibus omnino carere, obtinuit a S. M. Bened. XIV. propitium indultum hisce verbis conceptum: *SSmus attentis expositis quoad celebrationem missae conventualis firma remanente quotidiana ejusdem missae celebrationis obligatione applicationem pro benefactoribus ad dies festos ex praecepto dumtaxat ut petitur reduxit a ceteris ferialibus diebus pro gratia dispensando.*

Temporis progressu et praecisim 1828 auctorante S. M. Leone XII. aliqua facta est emendatio quoad Capitula Dalmatiae et Cattarense examussim ex 12 quibus componebatur Capitularibus ad 4 redactum est ac veteres praebendae, quarum potior florenos vix 61 50 id est scut. 29 21 circiter attingebat, auctae sunt a gubernio pinguiori dotatione, adeo ut praeposito annui floreni suppetant 800 id est scut. 380, tribus aliis Canonicis floreni 600, id est argentea 289 pro singulis.

Ratus hodiernus Episcopus cessasse sic eam reddituum tenuitatem, quae causam dedit pontificio rescripto circa missae conventualis reductionem Canonicos excitavit, ut quotidiauam ejusdem applicationem resumerent; sed incassum; etenim isti s. Ordinem adierunt postulantes, ut eadem ipsa reductio a Benedicto XIV. largita firma teneatur; quam ipsum saeculare gubernium firmam voluisse visum est in ipsius Capituli reformatione, dum inquit »I membri componenti il nuovo Capitolo deggiono sodisfare tutti gli oblighi inerenti all autiche prebende.«

Momenta quibus innisus Episcopus Capitulares invitaverat ad integrum restituendum onus missae conventualis explicat ipse idem in sua relatione, quae ita se habet: Ab inspectione perattenta status praebendarum hujus Capituli relate ad annum, in quo indultum ab applicandis conventualibus missis ferialibus a praelaudato Pontifice Capitulo eidem concessum fuerat, luculenter patet, tunc temporis redditus omnium simul praebendarum earumdem, etsi 12 essent, non confecisse summam florenorum sexcentorum, qua modo unusquisque Canonicorum fruitur. Hoc posito iuferri posse videtur: Si praebenda unius ex actualibus Canonicis propter census copiose ad tramites apostolicarum literarum a Leone XII. F. R. editarum 1828 pridie cal. Julii *Locum P. Petri* adauctos melior est quam eraut praebendae simul omnes Canonicorum antiquorum, certe aequum est, ut cum moderni Canonici multo majoribus censibus gaudeant, majoribus oneribus etiam sese subjiciant.. Necessitatibus singulis quas in precibus recensent et quarum etiam intuitu dispensari vellent ab applicatione quotidiana missarum conventualium urgebantur eo magis illi, qui eos praecesserunt, quia census quos a praebendis percipiebant valde tenuiores erant, quia illi cum duodecim numerarentur unam ad summum beneficium simplex cum obtinerent, stipendia pro missis privatis pauciora habebant, isti cum singuli tria beneficia simplicia ob defectum sacerdotum possideant, pro iisdem missis pluribus stipendiis gaudent, illi obventiones ex funeribus provenientes in duodecim partes dividebant: isti obventionum earumdem quartam partem percipiunt.

Verba ex guberniali decreto in precibus adducta a praeposito Capituli »i membri componenti il nuovo Capitolo deggiono sodisfare tutti gli oblighi inerenti alle antiche praebende« juxta ea, quae EE. VV. substraturus sum, Capitulo in iisdem refugium quaerenti minime favere videntur. Et re quidem vera indultum papale, de quo sermo est, gubernio Dalmatiae nunquam innotuit. Praeterea Canonici, quos adventu meo hic inveni, eidem gubernio quasi indulto fruerentur semper persuadere studuerunt, quamvis aliter se res haberet, se adhuc teneri singulis duodenis hebdomadis quotidianas missas conventuales applicare pro benefactoribus, prout antecessores eorum ante concessiouem indulti facere solebant... Ex quibus evincitur, verba supradicti gubernalis decreti referenda esse ad obligationes, quae inerant praebendis canonicalibus antequam eorum possessores vigore indulti ab applicatione missarum conventualium diebus ferialibus dispensarentur.« Sane die 10. Junii 1840 literae habitae sunt ab eodem gubernio, quibus applicatiouem missae couventualis expresse demandat.

Ceterum distributiones illae de quibus s. Concil. Trid. suis locis loquitur apud Capitulum hoc nunquam in usu fuerunt. Utinam EE. PP. s. apostolica Sedes, cujus praesidium et grande decus estis, proponentibus Vobis, distributiones modo dictas in hoc Capitulo introducere! Tunc certe servitium chori non tam facile, prout fit, negligeretur.

Capitulares contra animadvertendum proponunt, haud fortasse meliorem esse hodiernam ipsorum couditionem ab ea, cujus intuitu veteres reductionis indultum reportarunt. Siquidem isti si tenui potiebantur praebenda aliis tamen omnes fungebantur muneribus, maxime paroecialibus unde gravissimum referebant emolumentum, dum oratores nihil omnino praeter pensionem supradictam obtinent, etsi praepositus poenitentiarii, alter Canonicus theologi, tertius moderatoris studiorum et quartus parochi munere gravetur.

Addunt expensis veteres Capitulares valde minoribus ac hodiernos obnoxios fuisse; etenim illi indigenae erant ipsius civitatis, hodierni autem omnes exteri, quibus et decorae domus locatio et alia plurima ad vitae culturam praeterea necessaria sunt. Illos autem gavisos fuisse plurimis incertis emolumentis, quae modo defecerunt prorsus ex quo locupletiores familiae in miseram deciderunt fortunam et catholica plebs decrevit notabiliter, aucto ultra modum numero graecorum schismaticorum: geuera domum ad vitam substentandam opportuna cariora hodie facta fuisse perpendunt praesignata pensione vix decoram sibi substeutationem comparare valere. Quare inferunt, quod si in omnibus decet beneficium principis esse mansurum id, maxime decere debeat in casu, ubi eadem fere rerum adjuncta perdurant, quae alias principis sacratissimi benignitatem promerita sunt.

Profecto ubi ad levandam Canonicorum inopiam non suppetat ratio a Concil. Trid. *sess. 24. cap. 15. de ref.* praescripta, hujus s. Ordinis est: *Perspecto rerum statu quotidianam applicationem missae conventualis pro benefactoribus in genere ad dies festos tantummodo reducerè*, ut totidem verbis firmat

Bened. XIV. in celebrata Encyclica *Cum semper oblatas*) sub n. 9.* Etsi autem plerumque s. Ordo eam regulam sequutus fuerit in dimetienda praebendarum tenuitate ad reductionis effectum, ut illae non censeantur tenues, quae scutata triginta vel quadraginta pertingunt; attamen haud constans ea regula censenda est; nam saepe pro temporum, locorum et personarum ratione ab ea deflexit, ut nuper *in una Versalien.*, quae seorsim proposita fuit in comitiis mensis Julii 1838; et merito sane etenim Canonicatus et beneficia nedum ad implenda missarum onera et ad ferendum chori servitium, sed ad decentem quoque vitae alimoniam ecclesiae ministris suppeditandam eriguntur. S. Congr. in *Senogallien. Reduct. onerum 28. Apr. 1827.* § *Jam vero.*

In themate an peculiares factorum circumstantiae tales adhuc perseverent, ut indulgentia digni oratores appareant, EE. VV. sapientia judicabit. Vetus enim indultum elargitum revera fuisse videtur intuitu paupertatis, qua tunc temporis Canonici premebantur, ut clausula illa significat *»attentis expositis«*. Unum precor insuper, ut definiant, num ad formam Conc. Trid. *sess. 21. cap. 3. de ref.* adigendi sint Capitulares Cattarenses, ut distributionum massam constituant, quas eos carere dolet Episcopus: sic enim alacriores in chorali servitio Canonici efficerentur.

D u b i a:

I. *An et quomodo permanere debeat indultum Reductionis missae conventualis Cattarensi Capitulo concessum in casu?*

II. *An et quomodo distributiones quotidianae constituendae sint in Cattarensi Capitulo in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative in omnibus.

Ad II: Affirmative ad formam s. Concil. Trid. *sess. 21. cap. 3 de ref.* et Episcopus curet quamprimam exequutionem.

Die 13. Febr. et 13. Mart. 1841.

Triventina.

Capitulum Triventinae Cathedralis pinguissimo censu olim fruebatur, qui ex praedialium sacramentaliumque decimarum perceptione ex parte maxima redibat. At vero postquam 1809 hujusmodi decimas laica potestas abrogavit, tenuissima reddituum vis superexstitit, quibus hodie potitur. Ex hac jactura factum est, ut identidem obligationibus canonicalibus deesse caeperint Capitulares.

Canonici quidem ad haec usque tempora non destiterunt enixe contendere penes utriusque Siciliae regem, ut juxta conventum cum apostolica Sede celebratum congrua sibi dos in decimarum ablatarum locum sufficeretur, at frustra semper. Quum vero tandem tot tantasque omissiones animo revocantes conscientiae stimulis affici sentirent, apud hunc s. Ordinem supplices insteterunt, ut implorent *»dalla S. V. C. opportuna assoluzione, e supplicano pure che attesto la mancanza dei proventi sud. sieno sgravati in parte dai pesi corali ed altri oblighi.«*

De more rogatus Episcopus, praeter ea quae jam fuerunt exposita, retulit numerum Capitularium ad 18 capita assurgere id est 5 dignitates, 7 Canonicos (inter quos theologus et poenitentiarius) et 6 mansionarios.

Pecuniae vis, quae tam ex praedialium quam sacramentalium decimarum abrogatione defecit, summam circiter attingit ducatorum octingentorum. Nunc autem dumtaxat supersunt duc. 180, quae a municipio praebentur titulo dotationis parochi, nam cura animarum habitualiter penes Capitulum, actualiter penes vicarium inamovibilem residet. Huc accedit pecunia quae ex legatis Capitulo et ecclesiae relictis profluit. Horum autem plurima est series usque ad numerum 173, quorum redditus a vectigalibus purgatus ad summam ascendit duc. 388. 41. Haec simul collecta onus habent missarum legendarum 1200, anniversariorum 62 partim cum nocturno, partim sine nocturno. Quae omnia fuerunt fideliter a capitularibus adimpleta. Tandem duc. 18. 42. sunt accensenda, quae ex quadam granica et canonibus emphiteuticis et locatitiis proveniunt; hisce onus adhaeret 90 missarum lectarum.

Ratio, qua inter Capitulares haec pecuniae vis dispertitur, haec est: De ducatis 180 a municipio praebitis 15 ducatis ademptis, quae Vicario curato tribuuntur, caetera inter Dignitates et Canonicos aequali portione, curato non excepto, ita dividentur, ut mansionariis dimidium portionis debeatur, quae cuique Canonico obtigit. Sic Canonicis ducata 11, mansionariis ducata 5 cum dimidio obveniunt. De redditibus vero ex legatis proficiscentibus ita se res habet: Quilibet Capitularis 80 missas legit et hoc titulo percipit duc. 19. 66. Deinde 5 alia ducata obtinet ex anniversariis tam simplicibus quam solemnibus ad numerum 62, quae per turnum a Capitulo celebrantur. Sex Mansionarii dimidiatim circa haec onera et emolumenta in partem accedunt.

*) Vd. *t. I. p. 695.*

Quamvis in constitutionibus nihil de qualitate servitii chori praecipiatur, ex immemorabili tamen consuetudine nunciat Episcopus Capitulares quotidie ad chorum accessisse, ut integrum statis horis officium divinum recitarent missamque conventualem pro benefactoribus applicarent; ad eam rem in usu posita erat punctaturarum ratio, quae hodie non extat, cum etiam massa distributionum desideretur.

Taxa dioecesana pro missis et aliis functionibus sic se habet: Pro missa cantata cum nocturno, in qua diaconi et subdiaconi ministrant, statuti sunt caroleni 20, pro missa cantata, in qua ministri absunt, caroleni 10, et si nocturnus et laudes addantur, caroleni 15. Missa vero simplex ad granos vicenos adscendit.

Ceterum Episcopus nedum favet Canonicis oratoribus quoad absolutionem super praeteritis omissionibus servitii choralis attenta eorum bona fide, quam probat undequaque. Demum vehementer orat Sanctitatem Suam, ut elargiri dignetur »lo sgravamento in parte de' pesi corali in prosieguo al meno fino a che la munificenza del nostro Re Signore voglia degnarsi dotare questa Chiesa Cattedrale.«

Hisce ad rei narrationem expositis advertendum, quod quamvis Capitulares a culpa excusari jure summo non possint quoad praeteritas omissiones, quippe nemini liceat sibi jus dicere etiam justa intercedente causa et solius apostolicae Sedis sit a chorali servitio dispensare: attamen aliqua venia digni videntur, quia quolibet super his defectu absolvantur, ob ingentissimam reddituum canonicalium diminutionem et eorumdem bonam fidem, quam probat Antistes: jamvero hujusmodi causae pro legitimis habitae semper fuerunt ad hujusmodi absolutiones concedendas, ut in *Ravennaten 25. Nov. 1797.* et in *Mazzarien. 21. Jul. 1820.*

Hic autem videant EE. VV. num iisdem inspectis causis absolutio etiam extendenda sit ad missam conventualem; satis enim fecisse ejusdem celebrandae oneri arbitrantur Capitulares, quum missam pro populo ejus loco applicaverint. Porro missa conventualis ab omnibus Cathedralibus speciatim pro benefactoribus canenda et applicanda est juxta notissimam *Const. Ben. XIV. Cum semper oblatas*)*, neque sufficit canere in ejus locum missam pro populo, quae ab unoquoque parocho ex vi sui muneris applicari debet diebus festis, *Conc. Trid. sess. 83. c. 1. de Ref.* et *s. C. in Cajetana Missae convent. et pro populo 20. Jan. 1838. ad 1. dub.* Videant etiam an venia condonationis super qualibet negligentia in capitum nonnullorum jactura Capitulum dignum existimandum sit ad ea, quae optat Episcopus.

Subinde perpendere digneutur, num eorum precibus annuendum sit quoad reductionem servitii choralis. Quamvis enim Concilium Trid. *sess. 24. c. 12. de Ref.* salvas voluerit earum ecclesiarum constitutiones quae quotidianum servitii tempus requirunt, tamen reddituum imminutio legitima semper apparuit causa, ut chorale servitium diminueretur, ut *S. C. in Romana 18. Apr. 1722.* et in *Cathacen. 5. Sept. 1799.*, oneri enim emolumentum respondere debet, *s. C. in Veliterna Servitii chori.* In themate et annuus ille redditus scutorum 30 aut 40 deesse Canonicis constat, quem pro minima eorumdem congrua existimare s. Ordo consuevit.

Quod si in oratorum preces descendere EE. VV. dignarentur, decernendum erit de modo etiam reductionis an scilicet chorale pensum ad tertiariam an ad mediariam an ad certos dies coercere expediat, ut alias factum eadem de causa probant exempla in *Castrimaris**) 30. Julii 1735*, in *Cathac. 5. Sept. 1699*, in *Bituntina***) 15. Sept. 1770.* Speciatim decernent num etiam missae conventualis applicationem expediat imminuere; quandoquidem hoc indultum, accedente reddituum exiguitate, concessit *s. C. in Amerina missae convent. 12. Martii 1746. Placentina 30. Julii 1785*; hoc autem in casu ad solos dies festos reducitur, ut *Bened. XIV. in sua Encyclica* superius memorata.

Cum autem Canonici non solum choralis servitii reductionem petiverint sed etiam aliorum onerum videant EE. VV., num onera legatorum, quibus Capitulum satisfaciat ad

*) Vd. *t. I. p. 695*
**) Vd. *t. III. p. 1061.*
***) Vd. *t. III. p. 1067.*

ratam reddituum respondentium diminuenda sint et an potius anniversaria quam missae lectae juxta praxim hujusce s. Congregationis, de qua *Bened. XIV. in cap. ult. de syn. dioecesano.* Illud etiam prae oculis habentes, s. Ordinem quoties de onerum imminutione actum est alia potius onera ac ipsum chori servitium redigere consuevisse quam missas; prout legitur in una *Parmen. 6. Maji 1786. § 7.* et in *una Taurin. Reduct. 26. Nov. 1791. § 3.*

Tandem cum punctaturarum et distributionum ratio omnino oblita manserit in Tridentino Capitulo definiant, num ad formam Concilii Trid. *sess. 21. cap. 3.* adigendi sint Capitulares, ut distributionum massam sibi constituant, ut nuper Canonicos Cattarenses adigere placuit in *Cattaren*). Missae convent.* in comitiis superioribus *ad II. dubium.*

Hisce disquisitis proponuntur

Dubia:

I. *An et quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione et condonatione super praeteritis omissionibus in casu?*

II. *An et quomodo annuendum sit precibus oratorum quoad onerum reductionem in casu?*

III. *An et quomodo distributiones quotidianae constituendae sint in Triv. Capitulo in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Affirmative in omnibus celebrata unica missa cum cantu et integro officio defunctorum cum assistentia totius Capituli ac imposita salutari poenitentia arbitrio Episcopi firmaque remanente obligatione meliori, quo fieri potuit, modo curandi fundorum recuperationem.

Ad II: Affirmative juxta modum ad quinquennium, nisi prius augeantur, qua de causa instent pro supplemento juxta concordatum; et esse nimirum consulendum SSmo pro reductione servitii chori ad mediariam cum solitis clausulis necnon pro reductione applicationis missae conventualis ad dies festos etiam reductos, in quibus etiam Vicarius curatus missam pro populo applicare teneatur; ac tandem pro reductione missarum Legatorum cum cantu ad missas lectas erogatas superextante eleemosyna favore Capituli.

Ad III: Affirmative et esse per quinquennium, nisi prius augeantur redditus, ut in II., restituendas punctaturas ab Episcopo taxandas, deinde vero ad formam s. Conc. Trid. *sess. 21. cap. 3. de ref.*

Die 3. Apr. 1841.

*) Vd. *p. 1364.*

41) Constitutio ex variis pecuniis.

Januen.

Presbyteri capellani et mansionarii nuncupati de Massa insignis Collegiatae s. Mariae de Vineis Januae, quotidiano chori servitio addicti, necnon in quibusdam aliis functionibus in dicta ecclesia inservientes cum stipendio libell. 350 quae 1631 58 scutatorum summam constituebant, computatis eleemosyna missae quotidianae et distributionibus cujusdam legati Verme, supplici prece eodem anno 1631 rogarunt, ut ex redditibus capellaniarum et eleemosynis missarum votivarum seu manualium quisque eorum ex privilegio et gratia percipere valeret summam libell. 60 seu scutata 100 mon. rom. pro unica tantum missa in die celebranda, ne alias ex tenui stipendio ad eorum congruam insufficienti divinus cultus in ecclesia imminueretur. Et s. Congregatio die 10. Maji 1631 benigne annuens »auctoritate sibi tributa remisit petitionem hanc ad Archiepiscopum Januen. qui pro suo arbitrio et conscientia si ita expedire judicaverit concedat capellanis oratoribus, ut computatis missis votivis et fructibus capellaniarum si quas habent in totum percipere possent, quantum reddere solent loca 110 Montis s. Georgii ipsius civitatis Januae, uti manifeste eruitur ex libell. *Decret. 14. fol. 427.* et ex decreto Archiepiscopi illius temporis, qui reapse conditionem apposuit, ut iidem capellani quotidie in eadem Collegiata missam celebrare tenerentur.

Quomodo autem praedicti sacerdotes et mansionarii concesso privilegio perfrui in facto proposuerint, habetur ex quodam Brevi f. r. Innocentii XII. ad petitionem eorumdem sacerdotum emisso sub die 26. Martii 1695 »*Exponi Nobis*«.

Nonnulla praescribuntur circa effectum privilegii in casu infirmitatis praefatorum sacerdotum necnon alia quaedam circa ordinem in s. processionibus servandum vel relate ad obligationes, quibus in exitu cujuscumque administrationis Massarii tenentur.

Cum juxta praecitatam formam res ageretur prodiit 1698 ejusdem Inn. XII. constitutio *Nuper* confirmatoria simul et innovatoria notissimae constitutionis Urbanii VIII. *de celebr. miss.*, quare pertimescentes praefati sacerdotes, ne vi hujusmodi constitutionis praedicto privilegio essent orbati, appositis precibus H. S. O. rogarunt, ut declarare dignaretur,

I. An privilegium, ut supra . . . . sit sublatum per constitutionem s. m. Inn. XII. *super celebr. missarum?*

Et quatenus negative,

II. An et quae portio extrahenda sit ex redditibus, quos ut supradicti capellani percipere possunt ad effectum illam erogandi in distributiones quotidianas?

S. Congr. die 26. Nov. 1701 respondit

Ad I: Negative et apponatur tabella in loco conspicuo ecclesiae cum expressione privilegii,

Ad II: Dempta eleemosyna manuali missarum tertiam partem residui applicandam pro distributionibus.

Ita ad annum 1797 deventum est. Cum vero eodem anno ob temporum calamitates nequirent presbyteri redditibus ita determinatis decenti ipsorum sustentationi consulere, ad apostolicam Sedem iterum recursus habuerunt expostulantes, ut saltem ad alia 40 loca montium antiquum privilegium augeretur et ad porrectas preces s. m. ss. Pontifex Pius VI. per s. Congreg. Rdae Fabricae s. Petri die 7. Mart. 1798 rescripsit remittendo preces arbitrio Ordinarii tunc temporis Lercari, qui decreto die 28. ejusdem mensis privilegium universim juxta vota petentium ampliavit; legem tamen addidit:

1. ut annuus cujuslibet loci proventus computaretur quantus habebatur anno primae privilegii concessionis vid. anno 1631 proindeque redditus uniuscujusque sacerdotis ad loca 150 computati excedere haud deberent libellas 704, 16 veteris monetae; declaravitque;

2. se in totum confirmare onus quod ex eorum statuto 4. . . . . resultat . . . . vd. quotidie celebrandi in eadem Collegiata cum adjuncta poena obulorum 10 pro qualibet vice qua quis in eadem ecclesia celebrare praetermisisset,

3. confirmare onera quae, uti ait, illis presbyteris imposuimus et sub iisdem poenis, quas in delinquentes statuimus decreto nostro 1796. Quae onera et poenae ita in precibus nunc exhibitis describuntur: che i suddetti oltre il dover celebrare la s. Messa in detta Chiesa nei modi e sotto le pene indicate, debbano recitare in Coro le ore diurne e notturne, cantare Messe, servire alle Medesime, associare alla sepoltura i Cadaveri della Parochiani, dare ed assistere alle Benedizioni delle Novene e Tridui, intervenire alle Processioni e Vesperi canonicali e prepositurali sotto puntature e penali gravissime,

4. demum attenta privilegii ampliatione constituit poenam obol. 10 pro qualibet vice contra eos, qui ex integro non intersunt matutinis feriae currentis et adnexis matutinis b. M. V. aut defunctorum aut psalmis poenitentialibus vel gradualibus juxta rubricam et praecepta chori quolibet anni tempore.

Hisce ab Archiepiscopo Lercari constitutis nova quaedam veluti cumulus onera accesserunt. Archiepiscopus enim Lambruschini licet decreto quodam diei 1. Febr. 1820 quotidianae celebrationis obligationem aliquantulum relaxaverit, ita ut spatio 90 dierum quisque exinde libere extra Collegiatam celebrare sibique aliunde missas comparare valeret, eodem tamen decreto indixit, ut omnes de eadem massa singulis officiis hebdomadae s. choro interessent sub poena libellarum 10 per ogni officiatura che avessero tralasciato dalla sera del Mercoledi Santofino al Mattino del Sabbato et poenam praeterea constituit libell. 2 pro omissione celebrationis in dicta ecclesia quolibet festivo die.

Hucusque historica servata methodo in unum collecta prostant Emtiis Vestris, quae sive privilegium ipsum ejusque interpretationem et extensionem sive singulares praedictorum sacerdotum obligationes respiciunt. Et ne quid in facto desit, addam etiam memoratos presbyteros ministerium praedicationis exercere et sacramentales confessiones audire non modo parochianorum, sed et aliorum qui ad collegiatam ecclesiam deiparae Virgini dicatam frequentissime accedunt.

Archiepiscopus quem rogavi ut audito Capitulo super porrectis precibus referret votum transmisit Canonicorum diei 6. Sept. 1861.

Laudatus vero Archiepiscopus literis diei 9. Januarii 1862. confirmata primum expositarum rerum veritate ita rem omnem expendit: »Iterum atque iterum oratores audivi, qui pro viribus haud secus ac ceteras

gratias privilegii confirmationem implorant atque ob oculos ponunt, quod si idem cessaret eorum massa absque dubio dissolvi cogeretur, eo quia ex reliquis beneficii redditibus impossibile prorsus est non modo parem tot quibus gravantur oneribus retributionem, sed ne miserrimum quidem emolumentum ad magis necessaria vitae comparanda retrahere. Immo ajunt si duo et amplius ante saeculo et saeculo elapso labeute incompetens judicabatur redditus, quid dicendum inpraesens ubi difficultas temporum fere omnibus ac omnibus profecto religiosis viris angustissimam vitae conditionem effecit? Quae omnia cum vera sint, mihi videntur oratores aliqua indulgentia dignos efficere. Ad assertum confirmandum exhibita mihi est notula emolumentorum massae, in qua comprehenduntur pia legata, anniversaria peusio a guberuio persoluta et redditus incertorum proventuum ab ultimo quinquennio computati. Haec emolumenta attingunt summam libell. 8211. 74. Mon. novae quae singulis 20 Presbyteris praebet annuas libell. 410. 53. Addeudum etiam ad partem hujus summae percipiendam libellas scil. 192. 21. praeseutiam seu residentiam requiri.

Puuctatnrae Pontificis et Ordinariorum decretis statutae quotannis superaut L. 712. Usu aedis non omnes viginti presbyteri massae, sed decem ex eis tantum antiquiores frui possunt.

Addit demum quoad gratias ab oratoribus expostulatas: »illas, quae ad praeteritum tempus referuntur, idest absolutio a censuris et sanatio pro omissa tabellae affixione aliasque omnium praescriptorum munerum inadimplementis gratis a s. Sede concedi posse existimarem. Circa eas vero quae ad futurum referuntur, non iuficiabor affixionem tabellae privilegii hodiernis temporibus gravi scandalo fidelibus et presbyteris damno futuram. Verum cum illius subtractio videatur iucludere fraudem in fideles, qui suas pro missis offerunt eleemosynas et judicio presbyterorum hujusmodi privilegio existentia totius massae nitatur, nullam iu re tam ardua et gravi senteutiam ego andeo proferre ac omnia prorsus remitto sapieutissimo s. Sedis oracnlo ea libeuti animo exequi paratus, quae ipsi decernere visum erit.

Hucusque tum antiqua documenta, tum hodiernae oratorum preces, tum Ordinarii Januensis literae: uonnulla nunc adnotanda sunt quae singulas quaestiones attingunt. Indubium videtur esse quod privilegium, quo oratores ratione convenientis sustentationis gaudent, haud discriminetur a vera missarum reductione proportionate ad summam in privilegio contentam. Jam vero sive jus inspiciatur sive praxis hujus s. Congregationis, statui potest, reductionem missarum in adductam causam attentis tum locorum tum temporum circumstantiis concedi solere, imo pluries concessam fuisse, ut facile prostat ex innumeris sacri Ordinis resolutionibus *) tum antiquis tum recentioribus, quas inter exemplo esse possunt rescripta quae prodierunt in *Mediolanen. Reductionis missarum 9. Apr. 1718*, in *Tudertina Reductionis onerum 17. Martii 1827*, in *Mazarien. 14. Julii 1846. ad II. dub.*, rursus in *Mazarien 20. Decb. 1862*. Quare si ob allatas rationes praefatum privilegium a s. Congregatione concessum fuit, uti videre est in Januen. lib. Decret. 14. fol. 427., non immerito iisdem permanentibus rationibus et causa etiam inposterum servandum esse oratores confidunt.

Utrum vero ex nuperrimis adductis circumstantiis satis in themate habeatur pro extensione privilegii ultra praedictam summam vet. lib. 704. 16. sapienti judicio EE. VV. statuendum relinquitur. Porro contra petitam extensionem non levem difficultatem exernnt ex ea, quae a Capitulo afferuntur, quibus ut superius narratum est nec ipsi presbyteri refragari ausi sunt; singuli enim ultra privilegii summam percipiunt quotannis fere lib. 410, 53; et decem ex senioribus usu aedium etiam gaudeut. Attamen his non obstantibus aliquam extensionem oratores haud secus ac ceteras gratias et privilegii confirmationem implorant: et dum ipsi ex una parte oculos pouuut, quod aliter eorum massa absque dubio dissolvi cogeretur et ex altera Archiepiscopus addit »omuia cum vera sint »mihi videtur aliqua indulgentia dignos efficere« facile concludeudum fore ipsi arbitrantur, etiam quoad extensionem eorumdem preces s. Ordinis benignitate dignas esse ad juris assertum: Privilegium principis decet esse validum.

Haec in genere, in specie autem primum quod rogant est, ut ex indulgentia s. Sedis liberi evadant a nonnullis obligationibus, quae iu quibusdam articulis citati Brevis Innocentii XII. continentur; scilicet ab onere quo gravantur in art. 3.

*) Vd. *Missa* (reductio).

Observant enim ex hujusmodi observanda methodo sequi »che i diligenti che con mezzi leciti, ed onesti si procacciano le Messe non possono compiere le somme del privilegio, dovendone far parte agl'inerti i quali non curano di averne.« Cum igitur ex notissima *Reg. 55. in 6°.*: qui non sentit onus sentire non debet commodum, haud injustum esse contendunt, ut EE. VV. memoratas obligationes sapienti providentia moderentur. Nec adversus hujusmodi temperamentum objiciendum esse arbitrantur, quod adducto inconvenienti, si tale reputandum revera foret, jam ab ipso concessionis privilegii vel Innocentiani Brevis tempore locum esse debuerit. Animadvertunt enim refrigescente quodammodo caritate rariores tractu temporis evasisse qui missarum eleemosynas offernnt; quare denegandum hodie non esse dicunt ex mutatis temporum circumstantiis, quod olim ob rarissimos casus necessarium non videbatur. Ita fere praedicti oratores. Attamen quoad expetitam moderationem quatenus EE. VV. indulgendum oratoribus esse judicaverint, absonum forsan videri posset, citat. Articulos ex integro abradere, ita ut singuli presbyteri independentes prorsus administratores eleemosynarum sibi obvenientium evadant, licet id fiat intra privilegii fines.

Quoad petitas absolutiones animadverti debet ex praxi s. Congregationis omissiones circa onerum adimplementa, quoties id ex impotentia et cum bona fide locum habuisse probetur, ex benignitate piae matris ecclesiae remitti solere, uti videre est aliis omissis in *Faventina Reductionis Missarum 27. Novb. 1779;* in *Anconitana Missarum 16. Martii 1782;* in *Derthonen 9. August. 1862.*, in *Sorana Commutationis voluntatis et absolutionis 13. Sept. 1862*, in *Sabinen. Absolutionis et Reductionis Missarum 8. Aug. 1863*, quarum postremae tres inter supplices libellos propositae fuere. Revera utrum ex impotentia et bona fide ad hosce usque dies ita se gesserint oratores presbyteri:

1. in praetermissis s. functionibus haud solutis interim poenalibus;

2. in neglectis pariter statutis Inn. XII.,

3. in remotione tabellae privilegium exprimentis,

4. in occultanda privilegii ipsius existentia, occasione s. Visitationis,

5. demum in nunquam constitutis distributionibus juxta praescriptum s. Congregationis, haud injuria dubitandum superest.

Attamen cum et Capitulum exoret et in votis sit Archiepiscopi, ut hujusmodi venia tandem aliquando concedatur ad conscientiarum tranquillitatem conciliandam, prudenti EE. VV. arbitrio statuendum erit, quid magis expedire videbitur, maxime cum gravissimum videri posset, ut praeteritis omissionibus per oratores satisfiat. Disserendum quarto loco occurrit de distributionibus, a quibus oratores cupiunt dispensari. Manifesta lex est Concilii Trid. *in cap. 3. sess. 21. de res.* his verbis concepta: »Statuit s. Synodus in Cathedralibus et Collegiatis in quibus nullae sunt distributiones quotidianae vel ita tennes, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum tam dignitatum quam canonicatuum, personatuum, portionum et officiorum separari debere et in distributiones quotidianas converti, quae inter Dignitates obtinentes et ceteros divinis interessentes proportionabiliter dividantur. Et adamussim ad hoc Conc. Trid. decretum innumerae habentur resolutiones s. Congr. ut in *Nullius Terrae Pontiani 5. Martii 1735.*; *Praenestina Distributionum 25. Maji 1833*, in quibus demandatum est, ut distributionum constitutio vel reformatio ad normam praefati Trid. Decreti omnino locum haberet; eamdemque legem praeterea vel ipsorum oratorum Praedecessores ex speciali injunctione s. Ordinis superius relata jam ab anno 1701 debitae executioni committere debuisseut. His ergo stantibus perpendendum tantum superest, utrum ex specialibus circumstantiis in casu occurrentibus distributiones non ex tertia parte omnium proventuum constitui hodie debeant, sed satis sit ut ex massa tantum fallentiarum et poenalium accipienda sit. Enim vero cum fallentiae seu punctaturae licet sub nomine distributionum non comprehendantur, ut in *Reatina Jurium 28. Apr. 1770.* § *Neque*, quotidianarum tamen distributionum naturam prae se ferant et earumdem locum teneant, ubi nullae distributiones existunt, ceu in *Praenestina Distributionum 25. Maji 1833* §§. *Hoc pacto* et *ad Dub.* et in *Spoletana* et *Reatina Punctaturarum* §§. *Sane et seqq.* dubitare non debere videretur, quin eaedem fallentiae seu punctaturae in veras distributiones verti queant, quae diligentioribus pro interessentia debeantur, Conc.

Trid. *sess. 21. cap. 3. sess. 24. cap. 12 de Refor.* et s. Congreg. ceteris omissis in *Narnien. Servitii Chori et Punctaturarum 14. April. 1714*, ubi ad dubium: An et cui punctaturae sint applicandae in casu?

rescriptum fuit: Interessentibus.

At quoties fallentiae seu punctaturae et poenales tales sunt, ut verisimiliter non negligantur, nil aliud ulterius exigendum esse videretur ex ipso Concilio Trid. *sess. 22. cap. 3.* in quorum Tridentini Patres legem et normam constituendarum distributionum statuerint, generalem exceptionem iis verbis enunciant: Haec in iis tantum ecclesiis constituta intelliguntur, in quibus nulla est consuetudo vel statutum ut dictae dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem fructuum et proventuum ascendat. Quibus verbis apprime explicari videntur alia quae reperiuntur in *cap. 3. sess. 21. de Ref.*, ubi eadem s. Synodus statuit tertiam partem fructuum et quorumcunque proventuum separari debere et in distributiones converti . . . . quatenus in ecclesiis iisdem vel nullae essent distributiones vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur. Jam vero negligi posse fallentias et poenales in ecclesia s. Mariae Vinearum facile non contingat, cum earumdem integra summa ut habet Archiepiscopus L. 712. quotannis excedat.

Postulant praeterea oratores, ut s. Congregatio pro suo arbitrio et prudentia moderari dignetur

1. poenam obol. 10 pro omissa, quacunque die, celebratione in ecclesia Vinearum,

2. poenam libell. 2. pro omissione celebrationis in dicta ecclesia quolibet festivo die,

3. demum suspensionis poenam indictam 1705 contra transgressores art. 2. et 3. saepius citati Brevis Inn. XII.

Archiepiscopus in suae informationis literis nihil quod haec attingat adnotat: Capitulum vero praemonet quod »crederebbe necessario si richiamasse la massa alla esatta osservanza del loro dovere. Imo ulterius expostulat, ut definiatur an sustineri valeat necne venia ab Archiepiscopo Lambruschini iisdem concessa, vacandi scilicet spatio trium mensium a quotidiana celebratione in ecclesia s. Mariae Vinearum. Acta profecto non docent, utrum praelaudatus Antistes ex concessis sibi a s. Sede facultatibus vacationes concesserit et hac super re nil habet hodiernus Archiepiscopus. Atsi non levis heic oritur difficultas ex eo, quod hujusmodi concessio derogatoria fuisse videatur praescriptionibus s. m. Inn. XII. in art. 4., animadvertendum pariter est, eumdem Archiepiscopum Lambruschini onus etiam imposuisse, ut omnes de massa singulis officiis hebdomadae majoris interessent sub poena libell. 10 per ogni officiatura che avessero tralasciata dal Mercoledi Santo fino al mattino del sabbato, itemque poenam addidisse libell. 2. pro omissione celebrationis in dicta ecclesia in diebus festis. Nec alienum dici debet a praxi hujus s. Ordinis, ut aliquibus vacationibus ex speciali indulto gaudere valeant, qui toto anni tempore servitium haud leve ecclesiae praestant.

Quoad obligationem tandem apponendi in conspicuo loco ecclesiae tabellam exprimentem pri vilegium manifestum videtur esse, attenta Innocentiana constitutione *Nuper* necnon rescripto S. H. O. 26. Nov. 1701, agi hac super re de titulo justitiae, ne fideles stipendia missarum elargientes decipiantur. Merito idcirco Archiepiscopus animadvertit, quod tabellae illius subtractio videatur includere fraudem in fideles; Capitulum vero »non sembrerebbe . . . . conveniente si concedesse dalla S. S. alla massa stessa di togliere la tabella del privilegio, perchè è ben necessario che il benefattore annuisca concognizione di causa alla riduzione della messe.« His tamen animadversis congrue forsan in casu aliqua distinctio locum habere posset inter capellanias et legata, quae antequam privilegium concederetur jam existebant et caetera quae posterius accesseruut. Quoad prima siquidem absonum non esset animadvertere, in concessione privilegii Pontificem ipsum supplere voluisse fundatorum consensui. Videant ergo Emi Patres, quid magis justitiae consentaneum judicandum sit super hujusmodi appositione tabellae, quidve etiam concedendum foret hodiernis temporum circumstantiis, perpensis iis, quae hac super re Archiepiscopus monet.

Sequentia igitur dirimenda proponam

D u b i a:

I. *An et quomodo annuendum sit oratorum precibus quoad privilegii extensionem in casu?*

II. *An et quomodo consulendum sit SSmo super relaxatione ab observantia art. 3. et 5. Innocentiani Brevis in casu?*

III. *An et quomodo servandum sit decretum s. Congregationis dici 26. Novb. 1701 quoad distributiones in casu?*

IV. *An et quomodo consulendum sit SSmo super imminutione poenarum in casu?*

V. *An et quomodo sustineatur decretum Archiepiscopi Lambruschini super vacatione a celebratione missarum in ecclesia s. Mariae de Vineis in casu?*

VI. *An et quomodo servandum sit decretum s. Congregationis dici 26. Novb. 1701 quoad appositionem tabellae in casu?*

VII. *An et quomodo consulendum sit SSmo super absolutione a praeteritis omissionibus et censuris in casu?*

S. C. resp.:

Non proposita.

Die 25. Junii 1864.

Continuatio.

Altera haec est causa, quae in praecedentibus comitiis diei 25. Junii injudicata superfuit. Rogo igitur Emtias Vestras, ut ex consueta benignitate folium ea die distributum recolant et sequentes praeterea animadversiones perpendant, quas his ultimis diebus accepi a presbyteris s. Mariae Vinearum.

Primum quod oratores animadvertunt, secundum ex formulatis dubiis respicit super petita relaxatione ab observantia art. 3. et 5. Innocentiani Brevis et se quidem libenter eorumdem articulorum obligationibus etiam imposterum subjicere profitentur.

Demum quoad redditus annuos ipsis obvenientes folium quoddam transmiserunt, ex quo eruitur eosdem redditus attingere posse summam libell. circiter 1102, at monent privilegii summam, libell. scilicet 704:16, attesi i tempi e le vicende nunquam integre ab oratoribus percipi.

Haec ex noviter deductis animadvertenda erant, antequam judicio Emorum Patrum iterum subjicerentur

D u b i a (ut supra).

S. C. resp.:

Ad I., II., III., IV., V. et VI.: Dilata et ad mentem.

Ad VII.: Affirmative in omnibus imposita aliqua poenitentia arbitrio Archiepiscopi praefinienda.

Die 30. Julii 1864.

42) Consuetudines circa eas.

Vd. *Distribut.* (confessarior., decr.: *S. Miniatis, Placentina, Tranen*; parochor. civitatis etc.); Jubilati, decr. diei 28. Julii 1866; anni primi etc.)

Turritana.

Cum peste bellisque vastata fere esset 1441 antiqua Civitas Turritana, Eugenii IV., qui per ea tempora pontificiam dignitatem Romae obtinebat, auctoritate factum est, ut Episcopis illius Civitatis Cathedram a templo ss. Proti et Januarii nuncupato ad paroecialem ecclesiam s. Nicolai Sassaris transferretur, cui etiam omnia jura et privilegia et praeeminentiae veteris illius Cathedralis concessa sunt, ea tameu lege, ut Archiepiscopus et Capitulum Turritanum, ubi Cathedralem hanc obtinuisset ecclesiam, ne vetus illa ad profanos usus converteretur, per idoneum Sacerdotem eidem inservirent; pontificiae autem constitutioni obsequutum est Capitulum Turritanum Sassaris degens: modo autem per duos parochos ob Ordinario approbatos in ea ecclesia jura exercet parochialia et per Canonicum quotannis ad id officii constitutum illius Basilicae bona administrat.

Successu temporis Sassaritani Fideles, qui Torres vernali tempore ad otiandum se recipiebant, plures capellanias ad patronorum nutum amovibiles seu pia Legata in ea ecclesia constituerunt, quibus qui fruerentur missas celebrarent in Fundatorum suffragium, mane et vespere divina officia persolverent per 9 Anni Menses, reliquo temporis intervallo Sassaris in Cathedralis choro inservire tenerentur. De his haec ad Amp. V. O. scripsit Vic. cap. Turritanus:

Dicti capellani cum Ordinarii asseusu etiamsi Bullam pontificiam non habeant Beneficiati appellantur. In eorum autem choro non habent Missam conventualem, non choralem distributionem, non chori Magistrum, non cantum Gregorianum nec Missam capitularem et ea tantum percipere solent stipendia, quae a Patronis statuto tempore persolvuntur. A die 25. Julii ad diem 25. Octobris interesse tenentur choro Sassaritano juxta mentem Patronorum et dum choro intersunt · nulla gaudent distributione ac Massa capitulari nec jure pedagii et Anniversarii, atque ullo alio privilegio Turritanis Beneficiatis communi excepto usu mosetae quae quidem diversum subsutum habet colorem.

Verum est in more positum Turritani Capituli, ut Canonici aliquando se a choro avocent, ut se Torres recipiant tum devoti animi sensu, tum relaxandi gratia et per ea tempora cum supradictis capellanis in ecclesia praedict. ss. Martyrum divina officia persolvunt. Per id autem temporis quo choro intersunt cum Beneficiatis ita distributiones percipiunt ecclesiae Sassaritanae ac si praesentes in choro.

Porro et Angelus Manea Simon Archipresbyter Turritanus caeterorum exemplum sequutus quotannis vernali tempore Torres petebat ibique degens per 2 mensium spatium veteris illius Basilicae choro deservit, quin ecclesiae Sassaritanae amitteret distributiones. Ita egerat per 37 annos ferme, quibus Canonicatum obtinuit, cum mense Julii 1837 dubitans num bene se gesserit ad Ordinem Vestrum confugit: »*perche si degnino accordare all' Oratore per tranquillità della propria conscienza la grazia speciale di aver lucrato senza scrupulo per lo passato, e di poter lucrare per l'avvenire le distribuzioni, come se fosse presente nella Cattedrale di Sassari nel tempo di due Mesi della primavera, in cui è stato, e sarà in Torres, intervenendo al Coro de Beneficiati nella Basilica di s. Gavina, attesa la detta consuetudine, e la sua età di anni 63.*«

Oratoris preces identidem ad Ordinarium transmissae sunt. Cum autem ecclesia Turritana suo esset viduata Episcopo, Vicarius cap. ad hunc Ordinem plura rescripsit; ac praeter ea, quae hactenus enucleata sunt, haec praecipue habet super consuetudine memorata:

Quoad id vero quod consuetudinem respicit tot vicibus sub silentio praetermissa est, ac tot aliis agitata fuit quaestio absque eo, quod constet umquam Sedis apostolicae oraculum consultum fuisse. Nam 1596 sub die 5. Sept. ab Archiepiscopo Turritano Alphonso De Lorca simul cum Capitulo decretum est, unum tantum Canonicum cum uno Beneficiato pro praesentibus in choro habendos esse qui vespere Sabbati ad vesperas Sabbati sequentis hebdomadae in ecclesia ss. Gavini, Proti et Januarii devotionis et recreationis causa officium cum capellanis recitaverint et sic alternatim quocumque Anni tempore hac devotione et recreatione ut vellent et non aliter, salvo jure quindenarum. 1606 synodus provincialis Turritana Archiepiscopi Andreae Baccalar tit. *Distrib. quot. p. 13.* statuit *observandam esse disciplinam* s. Conc. Trid. 1633. Synodus provincialis Turritana Archiepiscopi Didaci Passamar. *tit. de Distr. quot. p. 3.* idem constituit. 1663 die 1. Junii a Capitulo congregato decretum fuit aliter lucrari non posse distributiones. Anno 1753 sub die 29. Apr. eodem sensu decretum fuit contrariam consuetudinem fuisse corruptelam, licet eodem Anno sub die 20. Apr. pro consuetudine immemorabili habita sit a majore parte Capituli undecim nempe suffragiis contra decem, ad quam confirmandam accessit signatura tunc Archiepiscopi Caroli Arnosio.

Certum in jure est, distributiones quotidianas solum praesentibus seu Divinis Officiis interessentibus tribui debere non obstante quocumque Statuto aut Consuetudine et qui aliter illas receperint (exceptis casibus in jure concessis) ad ipsarum restitutionem teneri. Haec est communis Canonistarum ac Theologorum Sententia quod etiam aperte decrevit *Bonifacius VIII. cap. unic. De Distribution. in 6.* et confirmavit Trid. *sess. 24. cap. 12.*, ubi s. Synodus in usum revocat praedictam Constit. Bonif. VIII. *non obstantibus quibuscumque Statutis et Consuetudinibus.* Et consonat s. Cong. in *Ipporegien. Servitii chori 30. Jan. 1830. §.: Si Emi*, in *Illerden. Absent. et distit. 3. Martii 1742 ad dub. 1.*, in *Derthonen. Const. cap. 12. Sept. 1829 §.: Dubium quartum.*

Hoc etiam procedit. Consuetudo contraria sit immemorialis, ait *Fagnanus cap. Licet. n. 77. 79. de Praebendis*, asserens s. Congregationem saepius respondisse, quod citato Decreto Conc. Trident. etiam immemorialis consuetudo sublata fuerit, quam Tridentinum reprobat ut *iniquam et irrationabilem.* Immo etiam si speciali cujuspiam ecclesiae statuto confirmata sit. Hujusmodi enim statuta expresse revocata sunt per Concilium Trid., adeo ut distributionibus quotidianis non gaudeant Canonici dum duobus aut tribus mensibus a Conc. Trid. permissis absunt. Ita s. Congregatio in *Meliten. Maji 1387 Dub. 3.*

Videat tamen EE. VV. sapientia num rei statum immutare valeant in casu peculiaria adjuncta, quae indigitat Episcopus et Canonici; maxime vero quod tempore absentiae a Cathedrali Sassaritana Capitulares divinis officiis in praedicta ecclesia ss. Martyrum Gavini et Sociorum intersint. Scilicet

quamquam distributionum amissio ad puniendam negligentiam inducta sit, s. Cong. in *Cephalen. Distrib. quotidian. 31. Martii 1770 § 9. et affirmat. Trident. sess. 21. cap. 3. de ref.*, negligentiae redargui non posse existimant Sassaritani Morales, ubi in veteri illa Cathedrali Sacris sedulo satisfaciunt.

Orator porro peculiare saltem sibi indultum concessum irri confidit ex gravi aetate annorum trium supra sexaginta; quae adversae, quibus laborat, valetudinis incommodis adjecta gravissimum eidem redderent aut veterem Torres non petere vires recreandi gratia aut distributiones pro eo tempore remittere, quarum emolumentum in sua maxime infirmitate necessarium est ad honeste vitam substendandam. Ceterum bona fides qua hactenus super sua agendi ratione usus est attenta pervetusta consuetudine illum indulgentia et condonatione dignum facere videtur quoad praeteritas amissiones. Hinc proponuntur

D u b i a:

I. *An et quomodo annuendum sit precibus Oratoris quoad perceptionem distributionum in casu?*

II. *An et quomodo consulendum sit SSmo quoad praeteritum in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative et esse improbandam assertam consuetudinem ac Archiepiscopus curet omnino observari praescriptum ss. Trid. Concilii *sess. 24. cap. 12. de ref.*

Ad II: Affirmative erogata aliqua eleemosyna ab Ordinario taxanda favore Sacrarii.

Die 14. Decb. 1839 et 1. Febr. 1840.

Praenestina.

In distributionibus praefiniendis, assignandis praerogandisque consuetudini peculiariter standum est et legibus cujusque ecclesiae, *Garcias de Benef. par. 3. cap. 2. n. 448.* Hinc edixerat Bonifacius VIII.: Statuimus, ut distributiones ipsae quotidianae in quibuscumque rebus consistant Canonicis ac aliis Beneficiatis et Clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem Officiis in ipsis ecclesiis adfuerunt, tribuatur juxta ecclesiae cujuslibet ordinationem rationabilem jam factam seu etiam faciendam (Cap. 24. de Cleric. non resid. in 6.)

Die 25. Maji 1833.

In relatione status ecclesiarum B. et F. Rmus Episcopus haec S. C. C. exposuit:

1. In Cathedrali B. tum celebraus tum adsistentes pro conventuali missa canenda initio *Tertiae* e choro descendentes ad *Sextae ac Nonae* recitationem amplius non redeunt; et nihilominus ex antiqua consuetudine distributioni quotidianae minoribus horis respondenti uti praesentes participant.*)

2. Ex antiqua item consuetudine Canonicus, qui Episcopo dioecesim perlustranti praesto est item vero ex consuetudine a dioecesana etiam Synodo sub duobus meis Praedecessoribus confirmata, tum Canonicus *convisitator*, tum ii qui Episcopo s. Ordines conferenti adsistunt vel ad Ordines aut ad beneficia promovendos actu examinant, licet choro non intersint, pro residentibus habentur et distributionibus omnibus gaudent.

3. Non multis abhinc annis consuetudo a ven. mem. Praedecessore meo Antonio Gara ut fertur adprobata invaluit, ut festis diebus (postremae missae immediate post missam conventualem in majorem, ut proferunt, in populi commoditatem celebrandae causa) quatuor minores horae conjunctim recitentur ipsaque conventualis missa post *Nonam* canatur.

Humillime quaero an praefatae consuetudines sustineantur.

Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 12.* Bonifacii VIII. decretum in usum revocans decernit: »Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipient, reliqui vero quavis collusione aut remissione exclusa his careant juxta Bonifacii VIII. Decretum, quod incipit *Consuetudinem*, quod s. Synodus in usum revocat non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus. Omnes vero divina per se et non per substitutum compellantur obire officia atque in choro ad psallendum instituto hymnis canticis Dei nomen reverenter, distincte devoteque laudare.«

Porro ex verbis mox recitatis patet omnes Canonicos et caeteros choro addictos ad integrum officium debitis horis persolvendum quotidie teneri, quin statuta et consuetudines obstaculum faciant, cum s. Synodus id observari mandet »*non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus*« hinc merito S. C. C. decrevit eos, qui adsistunt uni horae puta Primae, non lucrari distributiones ter-

*) Vd. *p. 1294. n. 11.*

tiae adsignatas, quin consuetudo suffragari valeat. Ita in *Seguntina 12. Decembris 1654. ad I. dub. Decretorum lib. 19. pag. 939.*

Verum ex alia parte animadverti posse videtur Bonifacium VIII. in cap. *Consuetudinem de cler. non resid.* in 6. a Tridentino renovato cit. loc. postquam constituerit generatim distributionibus absentes a choro carere, haec statim adjungere: »exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret.« Porro inter causas evidentis utilitatis ecclesiae adscribi posse videtur illa, ob quam Canonicus una cum ministris e choro abscedere debet finita *Prima* missam cum cantu celebraturus, ut juxta rubricas missalis § 1. *de celebr. missae* orationi aliquantulum vacet, paramentis sese induat et post *Tertiam* absque ullo intervallo missa canatur juxta easdem missalis rubricas *de hora celebr. miss.* Quod pariter dicendum occurrit, quando finita missa statim a choro Sexta inchoatur: siquidem celebrans et ministri sacristiam redeunt sacris vestibus sese exuendi causa. Quapropter tum ministri tum celebrans haec peragentes moraliter choro adesse censentur ac propterea distributionibus participare posse et debere viderentur. Idque eo fortius, quia omnium fere Capitulorum consuetudo est, ut tales Canonici nedum haud punctentur uti absentes, sed etiam distributiones percipiant velnti praesentes.

Quoad vero secundum petitionis caput de Canonicis convisitatoribus*) haec adnotari queunt. Ex cit. Decreto Bonifacii VIII. eruitur distributiones quotidianas lucrari Canonicos in absentia ratione evidentis ecclesiae utilitatis, *cap. unic. de Cler. non resid. in 6, S. Congreg. 31. Januarii 1603, Rota part. decis. 61. n. 7. et adnot. decision. 576. n. 125, 178 et seqq. part. 4. tom. 3.* Jamvero visitatio dioecesis habenda videtur ceu evidens ecclesiae utilitas, utpote quae ad animarum salutem valde utilis est, ideoque expresse jubetnr a Tridentino Concilio.

Verum contrarium S. C. C. pro his Canonicis qui Episcopum in Visitatione dioecesis comitantur; voluit enim eos fructus praebendae suos facere at carere debere distributionibus ita ut etiamsi redditus omnes in distributionibus consisterent tertiam tamen partem relinquere deberent, quae inservientibus accresceret, ceu patet in *Sulmonen. 5. Decembris 1626. lib. 13. Decret. p. 329*, in *Amerina 3. Februarii 1629. ex lib. 14. Decret. p. 17.* Bened. XIV. *Instit. eccl. 107,* Ferraris *verb. Distributiones quotidianae art. 2. num. 6.* Immo Fagnanus addit S. C. C. rogante Archiepiscopo Januensi ut duo Canonici eum comitantes in Visitatione dioecesis continuare possent in percipiendis quotidianis distributionibus juxta antiquam illius ecclesiae consuetudinem, censuisse *non esse concedendum.* Et nuper hoc confirmavit S. C. C. in causa *Tranen.* diei *20. Decembris 1862.*

Praeterea juxta cit. decretum Bonifacii VIII. et dispositionem Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 12,* non deberentur distributiones quotidianae Canonico qui adsistit Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti eo quod causae vel *infirmitatis* vel *necessitatis* vel *utilitatis ecclesiae* haud intercederent. Verum ex eodem Tridentino cit. *cap. 12. sess. 24. de Reform.* statuitur, *ut Canonici Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti assistere et inservire debeant.* Ex quo Fagnanus ad tramites S. C. C. arguit *lib. 3. decretal. cap. Licet num. 168. de praebendis* quotidianas distributiones deberi Canonicis, qui tenentur assistere et inservire Episcopo Pontificalia exercenti tum in Cathedrali tum in aliis civitatis locis atque ejus suburbiis. Quod etiam magis declarat Benedictus XIV. *Instit. Eccl. 107. § 9. n. 60.* docens Canonicos qui operam praebent Episcopo in Cathedrali solemniter celebranti praesto esse debere eidem Episcopo etiam extra Cathedralem sive ordinationes obeunti sive Pontificalia peragenti. Praeiverat enim hac super re s. Congregatio eamdem firmans doctrinam in *Januen. 20. Nov. 1616.* ut in *lib. Decret. 11. p. 185.* et in *Foro Cornel. 20. Martii et 17. Apr. 1649. lib. 18. Decret. p. 603. et 664,* et praesertim in *Lycien. 27. Augusti 1641,* in qua proposito dubio: »An decretum (Concilii *cap. 12. sess. 24. de Reform. vers. omnes: vero*) locum habeat quando Episcopus in aliis ecclesiis sibi subjectis in civitate existentibus Pontificalia celebret vel paratus assistat cum pluviali et mitra aut cum cappa divinis officiis et missae solemniaque alia Pontificalia exercet .... si numerus sufficiens Canonicorum et ministrorum in ecclesia cathedrali remaneat, respondit: »*Habere locum*«, *lib. 16. Decretorum p. 582 et 583,* Ferraris *verb. Distributiones art. 1. n. 44.*; s. Congreg. in citata causa *Tranen.*

*) Vd. *p. 1272. m.; 1265. k.*

Nunc ad Canonicos examinatores synodales. Ad tuendam consuetudinem de Canonicis examinatoribus synodalibus*), qui frui solent distributionibus dum choro absunt ordinandos examinandi novosque confessarios adprobandi gratia inniti posse videtnr necessitati qua fieri nequit, ut alii inter clericos ad munns examinatorum assumantur, nisi qui servitio chori sunt addicti. Equidem refert Barbosa in suo opere *de Canon. et Dignit. cap. 24. n. 9.* resolutionem s. Congreg. EE. et RR. diei 22. Martii 1600, qua declaratum est, examinatores synodales ceu praesentes habendos esse dum confessariorum et ordinandorum peritiam explorant. Ex quo forsan Zachias *de resid. eccles. tit. de benef. num. 13.* docuit examinatores qui causa examinis absunt a choro gandere distributionibus. Idque insuper pro Cathedrali Anagnina admittendnm esse judicavit s. haec Congregatio ad formam capitularium constitutionum: *Anagnina 20. Novembris 1819. ad IX. dub.* Verumtamen seclusa hujusmodi peculiari dispositione quae s. Sedis approbationem in dicta *Anagnina* praeseferebat perceptionem distributionum examinatoribus synodalibus S. C. C. constanter denegare censuit, ceu videre est in *una Brixien. 19. Junii 1638. lib. 16. Decret. pag. 38.*, in alia *Cremonen. 20. Sept. 1642., lib. 17. Decret. p. 95.*, et in *Fagnano loc. cit. num. 100. et 104.*: qui addit ejusmodi examinatores distributiones non lucrari etiamsi adsit *contraria consuetudo* in Synodo dioecesana confirmata: quod confirmavit S. C. C. in *Tranen.* cit. ad dnb. VII. et VIII.

Ad tertium denique quod attinet petitionis caput, haec praenotanda veniunt. Certum est missam conventualem canendam esse hora quam rubrica praescribit, *De hora celeb. missam.* Neque attendi posse videtur consuetudo etiam immemorabilis ut eadem post Nonam decantetur ceu docuit S. R. C. *die 9. Augusti 1766.* in *Perusina* a Gardellini relata n. 4114 ibi: »Porrecto S. R. C. nomine Canonicorum ecclesiae cathedralis Perusinae supplici libello pro resolutione sequentis dubii: An missa conventualis attenta immemorabili consuetudine cani possit post Nonam non obstantibus rubricis generalibus missalis in contrarium disponentibus? S. Congregatio ad relationem mei infrascripti secretarii respondendum censuit: *negative et quoad horas celebrandi missas conventuales, de Sanctis et de feria servandas esse rubricas missalis romani.*«

His favore consuetudinum et adversus easdem praenotatis EE. CC. prudentiae remissum fnit resolvere quid Episcopo sciscitanti esset respondendum.

S. C. C. temporis deficientia coacta haud disceptavit quaestionem die praedicta. Idque tamen fecit die 19. Maji 1877 sic respondens:

Quoad Canonicos examinibus actu vacantes aut Episcopum in dioecesis Visitatione comitantes et quoad missae conventualis celebrationem post Nonam expositam consuetudinem non sustineri; quo vero ad reliqua nihil esse innovandum.

Ex quibus colliges:

I. Haud improbari consuetudinem qua celebrans et ministri initio *horae tertiae* a choro discedentes pro missa conventuali canenda neque ad recitationem *Sextae* et *Nonae* redeuntes, tamen distributiones eisdem horis respondentes percipiant ceu si adfuerint.

II. Canonicos examinibus adsistentes aut Episcopum in dioecesis Visitatione comitantes haud posse facere suas distributiones inter praesentes, dum his in adjunctis pluries a S. C. C. resolutum fuerit quod *evidens ecclesiae utilitas* Canonicos istos non excuset a choro.

III. Missam conventualem ex generali rubrica missalis romani esse canendam post recitationem *horae tertiae;* neque generaliter admitti ullam causam aut consuetudinem, qua fieret, ut missa haec post *Nonam* caneretur.

IV. Sacram rituum Congregationem pluribus resolutionibus confirmavisse quod missa conventualis celebrari debeat immediate post *tertiam* juxta rubricas missalis romani;*) neque oblivisci debere decreta Congregationis hujus vim legis habere,**) quaeinvectas consuetudines deleant et obligent in conscientiam.

Anno 1586 a Sixto V. insignis erecta fuit Collegiata in dioecesi F. et Capitulum constitutum ex octo Canonicis, quos inter et parochus recensetur, cni exercitium actuale animarum demandatum est, remanente ha-

*) Vd. *p. 266. XXI; p. 1394.*

*) Vd. *Decreta auth. s. R. C.* art: *Missa conv.* Edit. Mühlbauer.

**) Vd. *p. 529. d.*

bituale penes Capitulum, tribus mansionariis totidemque clericis beneficiatis. »Qui omnes (sunt verba Bullae) horis canonicis diurnis pariter et nocturnis aliisque divinis officiis in dicta collegiata ecclesia devote ac servata disciplina ecclesiastica interesse ac inibi continuam ac personalem residentiam facere teneantur . . . . liceatque praeposito ac cuilibet ex Canonicis ac beneficiatis praedictis per bimestre quolibet anno a dicta collegiata ecclesia continuis vel interpolatis diebus abesse sine alicujus praejudicio.« Loquens autem Pontifex de distributionibus, quae ab absentibus amittuntur, pergit: »Absentium et non interessentium dictis horis et officiis portionem servientium et intervenientium portioni pro una et altera medietatibus sacristiae dictae collegiatae ecclesiae assignamus.« Aucto incolarum numero alter Canonicatus erectus fuit anno 1726 et huic viceparochi adjectum officium.

Porro Capitulum carens propriis constitutionibus servitium chorale expletum fuit juxta consuetudines, quae jamdiu moleverant, quaeque etsi abnormes a probata ecclesia disciplina insertae fuerunt in constitutionibus capitularibus, ab Ordinario approbatis die 6. Maji 1767, et inposterum ceu lex pro Capitulo statuta habitae atque servatae fuerunt. In *cap. 3. n. 2.* legitur: »Absens seu absentes integra die feriali mulctentur octo punctaturis ordinariis, secundum consuetudinem nempe una tantum punctatura pro absentia matutini cum laudibus, altera pro absentia primae, altera pro absentia tertiae et sic de singulis horis et missa conventuali . . . . Absens autem a caeteris missis cantatis, praescriptis sive a rubrica sive a Legatis punctetur ac si abfuisset illi horae canonicae, postquam immediate eaedem missae erunt canendae.« Insuper in *n. 7.* statuitur: »Punctaturae autem ordinariae computandae in numero vacationum et condonandae erunt 480, quae constituunt integrum sexaginta dierum spatium. Attamen quicumque illum numerum 480 superabit, etiamsi pro unica punctatura, eo casu teneatur ad solutionem omnium et singularum in vacatione comprehensarum et gaudeat distributionibus ratione tantum servitii secundum consuetudinem.«

Enato autem dubio inter Capitulares quoad valorem harum dispositionum nonnulli habuerunt easdem ceu ss. Canonum corruptelas, alii uti legitimas. Ordinarius censuit rem deferendam fuisse judicio S. C. Concilii.

Per supplicem eorumdem Canonicorum libellum S. C. Congregatio certior facta est, ideo Capitulares hanc pacifice sequutos fuisse regulam, quia nunquam in dubio ab Ordinariis revocata fuerit, occasione praesertim ss. Visitationum. Exponentes autem Capitulares, per has regulas spatio trium saeculorum chorale servitium adimpletum fuisse cum ecclesiae decore et absque scandalis, ideo exquisierunt, ut praxis ista trium saeculorum confirmaretur, utpote quae etiam innitatur Bullae fundationis.

Singulos defendunt Capitulares constitutionum articulos longissimae innixi consuetudini. »*Quae enim longa consuetudine comprobata sunt, non minus quam ea, quae scripta sunt jura, servantur; l. sed ea Pand. relata in Can. Consuetudo Dist. 2.*« Consuetudinem in themate jamdiu invaluisse nedum scientibus et non contradicentibus Ordinariis, sed ipsis comprobantibus in propatulo est. Quapropter constitutiones capitulares, quibus hujusmodi consuetudo inserta fuit, uti leges habendae sunt. Neque obest eamdem consuetudinem sacris adversari Canonibus, nam leges ecclesiasticae per contrariam consuetudinem centenariam atque immemorabilem moderari vel tolli queunt; etiamsi ipsae simpliciter ac generaliter ejusdem introductionem prohibeant ceu tradunt doctores teste Reiffenst. *Inst. Can. un. l. 1. tit. n. 49. et seqq.* Hinc dicendum est praedictos articulos esse sustinendos ex consuetudine, etsi ad tramites juris haud efformati fuerint.

Verum re intimius perspecta videtur agendi rationem Capituli in explendo chorali servitio haud esse reprobandam: praecipue quoad punctaturarum partitionem. Etenim quamvis s. Antoninus et Navarrus aliique autument, laudes efformare horam a matutino distinctam, contrarium suadent auctores quamplurimi et caput *Presbyter de celebrat. miss.* ibi: »*Septies in die laudem dixi tibi, qui septenarius numerus a nobis impletur, si matutini, primae, tertiae, sextae, nonae, vesperae et completorii tempore nostrae servitutis officia persolvamus.*« Hinc si matutinum cum laudibus unam efformet horam, congruit ut unum absentiae punctum assignetur ei, qui dictae horae non interest. Neque praeterea obliterandum esse, Episcopos et Capitula posse statuere quaenam portio

distributionum cuique horae canonicae, divino officio et ecclesiasticae functioni assignanda sit, Moneta *de Distrib. quot. part. 2. q. 3. n. 15.* Atqui Constitutiones capitulares quae unam punctaturam statuunt pro matutino et laudibus a Capitulo elaboratae et ab Ordinario approbatae fuerunt, cui mandatum est a Trid. *sess. 21. cap. 3. de Ref.*, ut in cathedralibus et collegiatis ecclesiis tertiam fructuum partem in Distributiones quotidianas convertat atque easdem proportionaliter dividat. Ergo videretur sustineudus articulus constitutionum quoad punctaturas, quia ad tramites juris facta divisio videtur et quia ejus favore militat consuetudo.

Quod autem una punctatura mulctetur, qui abest a missa vigiliae vel feriae vel ab ea quae a testatoribus praescripta sit, simulque ab hora his missis praecedente, id peragi posse ex consuetudine videtur et quia ex hoc nullum paruit incouveuiens.

Nec secus dicendum de articulo sub *n. 7.* in quo statuitur 1. quod Canonici per bimestre absentes a choro percipiant distributiones; 2. quod puncta per horas et minime per dies computari debent.

Per ipsam Bullam Xisti V. prima hujus articuli pars defeudi potest, quia habetur in ea praepositum et Canonicos abesse posse per bimestre a choro quolibet anno sine alicujus praejudicio. At si pro eo tempore absentes amitterent Distributiones, praejudicium verificaretur et sensu dicta verba carerent. Ideo cum ex Bullae verbis colligi debeat, Canonicos per bimestre a choro abesse posse *sine praejudicio* et cum poena statuta reperiatur in eos, qui ultra vacatiouum menses choro non intersint, pars haec articuli constitutionum sustinenda videretur.

Quoad modum supputandi tempus vacationum a choro non per dies sed per puncta sive horas canonicas Scarfantonius *par. 1. lib. 2. n. 19.* ait: »Canonico non iuterveniente choro omnibus horis istae horae in fine anni possunt colligi et ex eis constitui dies et ex diebus tres menses absentiae.« Cui sententiae plausisse videtur ipsa S. C. C. in Mexicana Servitii chori 18. Martii 1854, in qua proposito dubio 4: »*An et quomodo servandum sit quartum mandatum, quoad tempus vacationum et modum eas computandi in casu?*«*) responsum fuit: »*Ad quartum affirmative ad tres menses cum facultate dies computandi per horas canonicas.*«

Cum ergo et hic modus abnormis a jure nou sit, videretur sustinendus etiam in hac parte articulus constitutionum.

Quod si Emis PP. id non placuerit, non desunt rationum momenta, quibus concedi possit eisdem Canonicis tam facultas lucrandi distributiones vacationum tempore quam computandi puncta non per dies sed per horas. Nam praeter consuetudinem, quae eorum favore militat, praeter laudabile servitium usque adhuc praestitum sub eadem constitutionum dispositione, stat factum quod ab usurpatore Gubernio Canonicis nil aliud relictum fuit, quam vitalitia pensio, unde innovatio quaecumque facile jurgia et lites inter eos excitare posset et servitium grave detrimentum pati.

Cum a Tridentini dispositione articuli constitutionum abnormes apprime videantur, nullimode Capitulo prodesse potest consuetudo. Et re quidem vera si omnia quae in dicto Capitulo vigent confirmarentur, eveniret ut Canonicus quilibet omittere posset quotidie matutinum cum laudibus et insuper 115 missas feriae, vigiliae et imperatas a testatoribus cum hora his missis praecedente, quin tamen neque minimam distributionem amitteret. Si autem res specifice consideretur, liquet punctaturarum partitionem non esse aequali modo faciendam pro quacunque hora sed major statui debet pro horis majoribus, ut Canonicos alliciat ad choro interessendum. Secus enim finis legis in distributionibus statuendis facile eludi posset per Canonicos, qui praetermitterent horas majores. Hoc enim docuit, teste Nicolio in flosculis *verb. Distributiones n. 5.*, S. C. E. et R. in *Tarvisina* 17. Aug. 1575, in qua statuit distributiones in tres partes dividendas esse, quarum una pro matutino et prima; secunda pro tertia, missa, sexta et nona; tertia demum pro vesperis et completorio. Et S. C. C. in recitata Mexicana, cum Episcopus statuisset ut tres ex octo partibus distributionum assignarentur matutino cum laudibus proposito dubio primo: »*An et quomodo servandum sit primum mandatum Archiepiscopi quoad divisionem diei ecclesiastici relate ad chori servitium et distributiones in casu?* rescriptum fuit: *ad primum affirmative juxta modum nempe assignata congrua distributione etiam pro missa conventuali.*«

*) Vd. *p. 1298.*

Neque aliter dicendum de modo assignandi unum punctum ei qui vacat non solum a missa vigiliae vel feriae vel ab ea quae praescripta a testatoribus, sed etiam his missis praecedente. Missam enim tam de vigilia quam de feria partem divini officii efformare dubitari nequit post ea, quae praescribit generalis rubrica et Const. Bened. XIV. *Cum semper oblatas**) § *20*; ideoque pro ipsis, quae horae canonicae comparantur, aliquod punctum assignandum venit et quidem distinctum ab eo, quod statutum est pro deficientia horae has missas praecedentis. Ad rem Scarfan. *lib. 2. tit. 14. n. 47.*: »Denique quoniam missa venit appellatione Divinorum officiorum . . . . et aequiparatur horae canonicae . . . . propter quod missis, quae Canonicis a rubricis cantandae praescribuntur, assignantur distributiones veluti horariis precibus . . . Idcirco a punctatore cujus supra meminimus punctandi ac pro absentibus habendi sunt Canonici praefatis missis ante finem ultimi *kyrie* non venientes.« Quae pari ratione dici debent pro missis a fundatoribus relictis, Fagnan. *in cap. Cum creatura n: 9.*

Ad alteram constitutionum partem descendendo in qua praescribitur, Canonicos per bimestre absentes Distributiones lucrari, videndum est Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de Ref.*: »*Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipiant: reliqui quavis collusione aut remissione exclusa his careant* . . . .

Ex quo patet nullam hodie valere consuetudinem quantumvis longaevam aut statutum determinans distributiones deberi absentibus, Fagnan. *in cap. Licet de Praebend. n. 77. et 80.*, *Passerin. in cap. Consuetud. de cleric. non resid. n. 135. et seqq.* Hisce rejectis frustra Canonici effugium quaerunt in illis verbis Bullae Xisti V.: »*liceatque praeposito . . . per bimestre . . . abesse sine alicujus praejudicio*«, ut sibi intuitu privilegii apostolici vacationum tempore distributiones addicant. Nam ut ait Ordinarius in sua informatione nedum privilegium non probatur, sed ex Bulla Xisti V. contrarium potius inferri debet; idque probat disertis verbis.

Ut tandem reprobetur modus computandi vacationes, satis est prae oculis habere decretum S. C. C. in *Aquilana lib. 8. decret. pag. 192. a tergo.* »S. Congregatio censuit ad constituendum servitium novem mensium non esse colligendas punctaturas, quasi ii qui novem punctaturarum ex duodecim, quae ex servitio totius anni conflantur, deserviendo tulerint, servitio novem mensium debito susceperint, sed ipsos dies residentiae et servitii sive continui fuerint sive interpolati numerandos esse ut numerum compleant dictorum mensium.« Nec aliter deduci valet ex Mexicana *sup. cit.* de anno 1854; quandoquidem si in jure constitisset quod vacationes per puncta computari possent, haud certo S. C. C. usa fuisset formula illa *facta facultate* quae potius gratiam indicare videtur, quam juris explanationem.

Quamobrem ex dictis preces Capituli postulantis indultum percipiendi distributiones in bimestri vacationum ipsasque computandi per puncta rejiciendae viderentur, quia talis gratia magnum juri communi vulnus infligeret.

Quibus obiter expositis dirimenda proposita fuere

D u b i a:

I. *An articulus constitutionum mandans ut uno puncto mulctetur absens a matutino cum laudibus sustineatur in casu?*

II. *An modus mulctandi uno tantum puncto Canonicum, qui vacat a missa vigiliae vel feriae vel a testatoribus demandatae necnon ab hora his missis praecedente sustineatur in casu?*

III. *An Canonici per bimestre tempus vacationis absentes a choro valeant participare de distributionibus in casu?*

IV. *An bimestre vacationis computandum sit ex numero punctorum vel potius dierum in casu?*

Et quatenus negative,

V. *An et quomodo oratoris Capituli precibus annuendum sit in casu?*

S. C. C. re perpensa cum suis adjunctis sub die 25. Januarii 1879 respondere censuit

Art. I., II., III. et IV.: *Providebitur in quinto.*

Ad V.: *Affirmative.*

Ex quibus colligere est:

I. In themate, relicto juris rigore, benigne exceptas fuisse Canonicorum preces expostulantium, ut S. C. C. praxim trium saeculorum sanctionaret, bona fide innixam atque constanti roboratum consuetudine.

II. Luctuosa temporum adjuncta praeter laudabile servitium usque adeo praestitum, suasisse videri ne (relicto juris rigore) ulla fieret innovatio; a qua germinari possent lites et jurgia necnon choralis servitii terminus; eoquod Canonici illi loco praebendae vitalitiam tantum obtinuerint pensionem a gubernio usurpatore.

III. Caeterum indubium esse praxim hujusmodi abhorrere a Tridentina sanctione et punctaturarum partitionem apprime fini adversari, quo distributiones inductae fuerunt: si enim aequalis habeatur punctatura pro horis majoribus, Canonici haud allicerentur ad assidue choro interessendum.

IV. Parique modo certum esse ad tradita per *Trid. sess. 24. cap. 12. de Ref.* nullimode Canonicos absentes a choro suas facere posse quotidianas distributiones, quae illis debentur solummodo, qui statis horis interfuerint, reliqui vero his carere debent, quavis collusione aut remissione exclusa.

V. Tandem nihil valere juxta *Fagnan. in cap. Licet de Praeb.* quamlibet consuetudinem longaevam aut statutum contra sanctiones Tridentinas, a quibus ceu corruptelae reprobantur.*)

Praepositus, Archidiaconus et cantor cathedralis ecclesiae A. nomine totius Capituli sacratissimum principem supplici libello adiverunt exponentes »quod Episcopus G. decreto diei 1. Maji 1807. Capitulo instante expresse derogans statutis in hoc cohaerentibus Concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. de Reform. constituit, ut tempore vacationum scilicet absentiarum, quas a tribus ad duos menses et quinque dies reduxit, Dignitates, Canonici et capellani beneficiati lucrarentur non solum fructus praebendarum, verum etiam distributiones quotidianas. Insuper eodem decreto exemit ab interessentia ad matutinum choro addictos, qui aetatem 60 annorum explevissent, ipsis attribuens correspondentes distributiones quotidianas.«

Capitulum cupiens ad examen revocare ac meliori forma redigere propria statuta dubitavit circa valorem dispensationum quas Episcopus G. etiam tamquam Sedis apostolicae Delegatus indulserat; hinc sacrae huic Congregationi sequentes quaestiones solvendas proposuit:

I. An praefatae exemptiones et concessiones validae censeri queant ac utrum proinde licite a Capitulo observari possint.

II. An eaedem retineri ac observari saltem possint in vim consuetudinis post relatum superius decretum introductae ac usque ad hodiernam diem constanter ac sine interruptione obtinentis.

S. Congregatio hoc accepto libello die 28. Maji 1872. decretum edidit: »*Episcopo pro informatione et voto audito Capitulo in scriptis transmissaque resolutione capitulari ac particula statutorum et copia dispositionis Episcopi G. qua statutis ipsis derogavit: referat de redditibus et oneribus Canonicatuum.*«

Rmus Episcopus mandatis obtemperans H. S. O. particulam statutorum et copiam dispositionis Episcopi G. transmisit in quibus ea adamussim referuntur, quae in supplici libello exposita sunt. Transmisit insuper resolutionem Capituli, quae ita se habet: »Die 13. Maji 1872. feria secunda post completorium habitum est Capitulum spirituale, cui interfuerunt DD. praepositus, Archidiaconus, cantor, poenitentiarius aliique Canonici.

Praepositus rogat Capitulum, ut supplicem libellum pro resolutione dubiorum S. C. C. porrigendum et in praecedenti sessione lectum approbare velit. Canonicus V. propositionem recurrendi ad apostolicam Sedem pro resolutione dubiorum oppugnat, animadvertens:

1. Nullam allatam fuisse dubitandi rationem et consuetudinem plusquam quinquagenariam decretum Episcopi G. firmasse.

2. Episcopum G. non ordinaria tantum sed apostolica auctoritate praedictum decretum edidisse tamquam apostolicum Delegatum: eo magis cum Tridentinum Concilium sess. 21. cap. 3. de Ref. amplissimam tribuat Episcopis facultatem decernendi in iis, quae ad chorales distributiones pertinent.

3. Dubium propositum esse memoriae Episcopi de Capitulo optime meriti injuriosum, quem scilicet traducit ut imperitum vel improbum: imo injuriosum cunctis Episcopis et Canonicis decessoribus ab anno 1807.

4. Cum decretum Episcopi G. decem articulis constet, si in duobus defecerit, in reliquis etiam nutaturum indeque nullum dubitationibus modum ac finem esse cum gravi mutuae caritatis et pacis detrimento. Igitur concludit, abstinendum a dubiis proponendis quousque opere confecto Canonici ad id deputati integrum schema novorum statutorum

*) Vd. *t. 1. p. 695.*

*) Vd. *p 743. n. 6.*

Capitulo exhibeant discutiendum et approbandum.

DD. praepositus et Archidiaconus singulis difficultatibus a Canonico V. objectis occurrunt, respondentes

Ad 1. Allatam fuisse eamque gravissimam dubitandi rationem in pugna decreti Episcopi G. cum aperta lege Trid. sess. 24. cap. 12. de Ref. contra quam legem dubitari jure ac merito potest, num legitima possit induci consuetudo.

Ad 2. Nullum extare documentum, quo dignoscantur facultates forsan ab apostolica Sede Episcopo G. extra ordinem concessae; eas tamen esse non posse, de quibus in Conc. Trid. sess. 21. cap. 3.

Ad 3. Cum errare humanum sit, propositis dubitationibus nihil detrahi meritis Episcopi: secus reverentia erga majores quodcumque illorum erratum semper et omnino corrigi vetaret. Neque defuisse ab edito statim decreto Canonicos doctrina ac pietate insignes, qui decreti valorem vel impugnarent vel in dubium vocarent.

Ad 4. Canonicos deputatos sollicitos tantum fuisse de iis articulis memorati decreti, de quibus in recensendis statutis ratio habenda erat; reliquos non attigisse, utpote ad negotium sibi a Capitulo demandatum non pertinentes. Notant tandem, nisi dubia sint prius resoluta ad reformationem statutorum progredi non posse neque ad schema conficiendum, cum sciendum inprimis sit, quinam praesentes in choro et quinam ab eodem absentes censeri debeant ad lucrandas vel amittendas distributiones.

Exquisitis suffragiis Capitulum in hanc sententiam descendit, petendam esse ab apostolica Sede resolutionem dubiorum propositorum.

Quoad vero redditus Canonicorum haec Episcopus refert: »*Redditus annui singulorum Canonicatuum non computatis Distributionibus quotidianis deductisque cujusque generis tributis summam libellarum mille quingentarum attingunt. Distributiones quotidianae tenues sunt cum vix libellas tercentum annuatim excedant pro singulis Canonicis, Dignitatum et Canonicatuum liberae collationis praebendae massam communem constituunt, de qua singuli provisi aequaliter participant, proindeque pares sunt singulorum redditus.*« Tandem Episcopus animi sui sensa pandit quoad propositam quaestionem inquiens: »Duo sunt articuli decreti episcopalis super quibus dubium movetur, nonus atque decimus. Alter disponit, Dignitatibus, Canonicis et capellanis indulgendas esse vacationes a servitio chori per duos menses sive continuos sive interpolatos et per hoc vacationum tempus Distributiones quotidianas ab absentibus lucrari, etsi uti loquitur decretum deficiant punctaturae libellae 36 pro Dignitatibus et Canonicis et libellae 18 pro capellanis.

Ad cujus commatis intelligentiam notari oportet, in ecclesia cathedrali A. pro punctatura quotidiana singulis diebus assignatos esse solidos undecim (nisi interveniant functiones extraordinariae uti processiones, plures missae conventuales et similia, quibus in casibus solidi adduntur ultra numerum praedictum); viginti porro solidi libellam conficiunt; ideoque libellae 26 constituuntur solidis 720, scilicet diebus punctaturae ordinariae sexaginta quinque, cum residuo solidorum quatuor. Hinc fit quod non duo tantum menses integri, sed duo menses et quinque dies absentiae dignitatibus et Canonicis remittuntur, itemque capellanis, qui distributionibus participant perinde ac Canonici, sed non ad aequalitatem, bene vero pro medietate tantum.

Hic articulus IX. meo judicio pugnat cum jure communi et praesertim cum decreto Tridentini sess. 22. cap. 3. et sess. 24. cap. 12. de Ref.: quo in usum revocata fuit constitutio Bonifacii VIII. relata in 6. tit. 3 *de Clericis non resid.*

Pugnat item cum peculiaribus Capituli statutis, quae a tempore celebrati Concilii Tridentini et juxta dispositiones conciliorum provincialium Mediolanensium (provinciae quippe Mediolanensi usque ad saeculi praesentis exordium adscripta fuit semper dioecesis A.) abrogata contraria consuetudine, tempus absentiae ad tres menses pro quolibet anno contraxerunt concessis fructibus beneficii, sed missis Distributionibus quotidianis.

Pugnat tandem cum natura et ratione quotidianarum distributionum, quae ideo inductae sunt ut essent diligentiae stimulus et praemium, ut scilicet ad eas lucrandas prompti ac solliciti servitio chori incumberent Canonici et capellani.

Alter articulus decreti scilicet X. sexagenarios absentes matutinis horis ut praesentes habendos esse pronuntiat. Haec dispositio

est omnino singularis neque quod sciam exemplum habet in reliquis ecclesiis collegialibus istarum regionum et cum Canonici omnes provectae sint aetatis, nemo jam brevi matutinis horis interesse teneretur. Ad haec officium matutinum quod tempore editi decreti summo mane celebratur, inpraesens nunquam ante horam sextam gallicam tempore aestivo et in hieme hora septima cum semisse inchoatur. Praeterea ab exeunte mense Novembri usque ad Pascha recitatur officium in choro hiemali id est in sacristia, ubi Canonici et capellani a frigoris asperitate tum loci angustia tum ignis accensione caventur.

Itaque censeo utrumque articulum memorati decreti communi juri, statutis peculiaribus et chori servitio contrarium.

Quod attinet ad apostolici Delegati qualitatem quam sibi asserit Episcopus G. in archivo Curiae nullum reperitur documentum, quo hujusmodi delegationis limites et conditiones dignosci queant. Tunc temporis nondum erat Romanus Pontifex libertate privatus et negotia ab Episcopo G. in citatis articulis expedita adeo non urgebant, ut ad apostolicam Sedem recursus haberi non posset.

Utrum vero legitime introduci posset consuetudo contra Concilii Tridentini decreta, praesertim si clausula irritante munita existant, s. Congregationi definiendum relinquo.«

Hisce habitis proposita fuit quaestio sub dubiorum formulis in calce exscriptis.

Dubitari nequit, quod ex summi Pontificis privilegio Canonici et beneficiati vacantes a chorali servitio, conciliari vacationum tempore, queant lucrari distributiones quotidianas, ipse enim ex plenitudine potestatis disciplinae ecclesiasticae est moderator et arbiter. Porro Episcopus G. uti apostolicus Delegatus concessiones in themate indulsisse videtur: hinc de ipsarum valore atque efficacia ambigere nefas est. Porro quod Episcopus id egerit uti s. Sedis delegatus, eruitur ex ipsius decreti verbis. Quod autem id possint s. Sedis Delegati exinde patet, quod Delegati apostolici Pontificis potestate fungantur. Ita *cap. Sane de offic. et potest. judicis delegati*; ibi: *Judex a nobis delegatus vices nostras gerit.*

Neque juvat opponere prorsus ignorari utrum facultates hujusmodi in casu extiterint atque utrum eousque ampliatae fuerint, quandoquidem huic offendiculo obviam iri potest tritissima illa juris regula quod *praesumitur factum quod de jure faciendum erat.* Idque eo vel magis quia graves et legitimae causae aderant ad id statuendum impellentes, quas Episcopi decretum recenset, inquiens: »*Quum injuria temporis cathedralis nostrae praebendae pleraeque et quidem pinguiores necnon quotidianarum Distributionum massa . . . . praedius ac fortunis sic expoliata existant, ut ecclesiae ministri eidem jugiter inservientes etsi ad minorem redacti numerum sustentari perparve nimis valeant . . . . postulationibus vestris annuendum fore ducimus, auctoritate etiam qua fungimur apostolica concedentes ac indulgentes in Domino.*« Neque novum est hujusmodi indulta elargiri praesertim si praebendae fructus et Distributiones uti in themate adeo tenues existant, ut honestae sustentationi vix sufficere possint. Sane in una *Oriolen. 6. Decembris 1794* Capitulum attenta paupertate reddituum praebendae et Distributionum ampliationem vacationum una cum perceptione ipsarum Distributionum expostulavit ab H. S. Ordine et voti compos factum fuit. Quapropter concessiones in themate suo robore consistere videntur.

His accedit, quod s. Tridentina Synodus *cap. 3. sess. 21.* amplissimam tribuit Episcopis facultatem decernendi in iis, quae ad chorales distributiones pertinent.

At nedum jus adsistit, sed et consuetudo suffragatur, id est septem supra sexaginta annorum observantia sive in linea *praesumptiva* sive in linea *praescriptiva*. Sane assistit in linea *praesumptiva* eo quod praesumi legitime haud queat, quod Episcopi omnes, qui G successerunt, hujusmodi errorem vel non adverterint vel ei non occurrerint, si revera eis praesto non fuissent argumenta pro hujusmodi decreto sustinendo. Quod autem in linea *praescriptiva* adjuvet ex eo patet, quod consuetudo legitime introducta novum jus constituat. Ad rem *Can. Consuetudo dist. 2.* ibi: »*ea quae longa consuetudine comprobata sunt, non minus quam ea quae scripta sunt jura servantur.*« Neque minus certum est consuetudinem legitime invalere etiam contra canones, siquidem nec paucis nec parvae notae canonistis sententia arridet, quod lapsus decem annorum sufficiat ad eam inducendam, etsi rigidiores requirant plusquam quadraginta annos. *Reiffenstuel in lib. 1. Decret. tit. 4.* § *4. num. 102. et seq.* Quod

antem legitima*) fuerit hujusmodi consuetudo id facile suadetur, etenim nec rationi neque honestati repugnat et maxima fuit bona fide introducta, necnon legitimo tempore completa. Denique tradunt doctores valere consuetudinem, ut Distributiones dentur clericis senibus post septuagesimum annum quamvis divinis non intersint, inter quos Monet. *de Distrib. part. 2. quaest. 12. n. 57.*, Sanctarell. *variar. resol. quaest. 8. n. 14.*, Barbosa *ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. cap. 321. n. 62. circa finem.* Quare concludendum est, concessiones ab Episcopo G. factas sustinueri, tam jure quam consuetudine inspecta.

Altera sed vero ex parte perpendendum occurrit Bonifacium VIII. *cap. Consuetudinem de Clericis non residentibus in 6.* (quod a Concilio Tridentino renovatum fuit), postquam generatim constituit Canonicos et beneficiatos absentes Distributionibus carere, haec statim adjungere: »*Exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret.*«

Cum itaque has inter causas vacationum tempora haud recenseantur, videtur ex Tridentina Synodo *sess. 24. cap. 12.* vetitum esse Canonicis tempore vacationum distributiones quotidianas lucrari, quiu diversa interpretatio dicto capiti aptari valeat, quoties enim S. H. Ordo hac de re consultus fuit, jugiter declaravit Canonicos absentes a residentia seu vacantes a chorali servitio tempore conciliarium vacationum quotidianas percipere haud posse distributiones ceu tradit Bened. XIV. in sua *institut. 107. num. 36.*, nec hac in re aliquid operatur ipsius Capituli consensus, quaudoquidem adeo gravis est legum canonicarum rigor, ut Capitulares quibus uti praesentibus accresceret absentium portio ad evitandas collusiones et fraudes juxta praesciptum Concilii Tridentini in cit. *sess. 24. cap. 12.* nequeant distributiones amissas eoque minus amittendas cedere vel donare,**) nisi postquam fuerit peculiaribus Canonicis distributa fallentiarum quota, sub poena nullitatis donationis et transactionis, si forte intercesserit, prouti docent Fagnanus *in cap. Licet n. 90. et 91.*, Passerin. *reg. 8. n. 127. et seq.*, Bened. XIV. *instit. ecclesiast. 107. § 7. n. 42.*

*) Vd. *p. 748. n. 30.*
**) Vd. *p. 1342. n. 34.*

Neque oggereudum, quod propositus articulus si non jure inspecto, attenta tamen longi temporis consuetudine consistere possit. Quanti enim facienda sit consuetudo contraria s. Concilii Tridentini decretis, satis concludenter eruitur tum ex generali censura, qua in constitutione S. M. Pii IV. *In principiis apostolorum* vel irritantur, si praecesserint, vel interdicuntur ita ut incipere nequeant, tum ex Bened. XIV. *inst. eccl. 60. n. 7.*, Card. de Luca *de Canon. et Capit. discurs. 33. n. 3. in adnot. ad Concil. Trid. disc. 1. num. 16.*, Piton. *discept. ecclesiast. 23. num. 16. et 17.*, *discept. 112. num. 29.* Et s. Congregatio in causa *Derthonen. Constitutionum capitularium 14. Septembris 1829.* § *Dubium IV.*, apprime tradit: »*Absentes a choro tempore vacationum haud lucrari Distributiones, sed eas praesentibus accrescere, Trident. Synod. sess. 24. cap. 12. de Ref., s. Congregatio in Illerden. Absentiae et Distributionum 3. Maji 1792. ad primum dubium et in Oriolen. 6. Decembris 1794.* § *Quatenus. Quae quidem lex tanti est roboris, ut nulla invehi possit contraria consuetudo aut etiam jurata capitularis constitutio*, ut docet *Fagnan. in cap. Licet de praebend. num. 92., licet auctoritate Episcopi roborata, cum non valeat Episcopus quidquam statuere, quod juri communi adversetur.*« Et optimo sane jure, hujusmodi enim consuetudines nervum ecclesiasticae disciplinae paulatim disrumperent, ad quam instaurandam et confirmandam Trideutini Patres tantopere insudarunt.

Quod vero alterum spectat decreti articulum haec animadversa sunt. Certum exploratumque est a jure communi non decerni, ut immunitatem a choro obtineat et fructus ac distributiones accipiat, qui per annos quadraginta inservit, Navarrus *constit. 2. lib. 3. de Cleric. non residentibus*; sed cum nonnulla peculiarum ecclesiarum statuta immunitatem hanc impertirent, Gregorius XIV. ductus etiam consilio H. S Congregatiouis eadem statnta minime improbanda censuit, Garzia *de benef. part. 3. cap. 2.* § *1. num. 344.* Hinc s. Congregatio hujusmodi privilegium generatim elargitur Canonicis et beneficiatis, qui per *annos quadraginta assidue et laudabiliter munere suo perfuncti fuerint.* Cf. Bened. XIV. *instit. eccles. 107. n. 64.* Ex dictis itaque conseqnitur decretum Episcopi G. hoc super articulo praxim S. H. Congregationis evertere immnnes a choro declarando eos Canonicos seu beneficiatos, qui aetatem sexaginta

annorum expleverint, quin ulla de praestito chorali servitio ratio habita fuerit ideoque hujusmodi decreti articulus jure inspecto consistere haud posse videtur.

At ne consuetudine quidem attenta sustineri potest. Quandoquidem caeteris omissis rationi consona haud foret talis consuetudo, quae immunitatem a chori servitio tribueret non ob assiduitatem et laudabilitatem praestiti ecclesiae servitii, sed ex aetate vel Canonici vel beneficiati, quod a justitiae et aequitatis ratione quantum abhorreat, nemo est qui non videat. Porro scitissimi juris est, consuetudinem illam parvi faciendam esse, quae sive rationem sive legem vincat. Ad rem *lex 2. Cod. quae sit longa consuetudo*, ibi: »Consuetudiuis ususque longaevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sunt valitura momeuto ut aut rationem vincat aut legem.«

Nec movet hujusmodi concessiones ab Episcopo factas fuisse utpote Sedis apostolicae delegato. Hanc enim difficultatem diluit Episcopus in literis informatoriis, iuquiens: nullum reperiri in Curiae archivio documentum, quo hujusmodi delegationis limites queant dignosci.

Hisce aliisque animadversis proposita sunt sequentia

D u b i a:

I. An concessiones contentae in articulis nono et decimo decreti a b. m. Episcopo G. editi jure sustineantur in casu?

Et quatenus negative,

II. An dictae concessiones saltem in vim consuetudinis vigentis a tempore editi decreti usque ad praesens sustineantur in casu?

S. Congregatio Concilii, causa cognita, die 20. Junii 1874. respondere censuit

Ad I. et II.: *Negative.*

Ex quibus colliges:

I. Canonicos et beneficiatos absentes Distributionibus carere, illis exceptis quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excuset.

II. Canonicos et beneficiatos absentes a residentia seu vacantes a chorali servitio tempore vacationum conciliarium quotidiauas percipere haud posse distributiones, sed eas praesentibus accrescere.

III. Hanc vero legem tanti esse roboris, ut nulla invehi possit contraria consuetudo aut etiam jurata capitularis constitutio, quamvis episcopali auctoritate roborata.

IV. Immuuitatem a choro iis concessam, qui aetatem sexaginta auuorum expleverint, quin ulla de praestito laudabili chorali servitio ratio habita fuerit, jure inspecto nullatenus sustineri.

43) Contributio ad distributiones constituendas.

Vd. p. 1330 §: *Nunc;* 1333. V. VI.

44) Deputati.

Vd. t. III. p. 1299. n. 14.

Instante congregatione ecclesiastica civitatis Perusinae indulgetur ut Canonici Cathedralis electi in deputatos dictae Congregationis possint in absentia a choro percipere fructus canonicatus et distributiones quotidianas pro diebus et horis quibus suae deputationis officio detenti fuerint.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Expositum Nobis nuper est a dilectis filiis Congregationis ecclesiasticae Perusinae civitatis, cui ut asseritur legitimae institutae Ordinarius praeest, Congregationem hujusmodi solere eligere deputatos ad assistendum pro sua etiam parte consiliis, congressibus, sindactionibus aliisque actibus publicis, ubi de rebus agitur, quae sunt laicis quoque communes. Verum quia tales deputati nullo ad id munus aliciuntur lucro nulloque rependuntur emolumento, difficile saepe fieri viros de saecnlari clero invenire, qui istud onus moleste non ferant ac subire non renuant. Necessario idcirco debere illos exquiri in capitulo Cathedralis ecclesiae, quos tamen ne chori servitium a deputationis officio avertat, conferre plurimum posse, si Canonici Cathedralis in deputatos Congregationis electi a chori obligationibus eximantur pro tempore, quod ipsi in praedictorum negotiorum tractationem impendent. Quapropter postulare exponentes ac humiliter exorare ut Nos in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes

supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, si et quando Canonicos dictae Cathedralis in deputatos dictae Congregationis ecclesiae ab ea eligi ac nominari contigerit, ut ipsi deputationis munere perdurante et pro diebus tantum et horis, in quibus recensita negotia publica pertractanda fuerint, ipsique hujusmodi pertractationibus partes deputatorum expleturi intervenerint (super quo eorum conscientiam oneramus) a choro aliisque dictae ecclesiae servitiis functionibusque abesse ac interim omnes et singulos sui Canonicatus fructus, redditus et proventus necnon jura, obventiones etiam quotidianas et extraordinarias quomodolibet nuncupatas in quibusvis rebus consistentes et undecumque provenientes, quaeque solis praesentibus dari et praestari solent ac debent atque ad ipsos ratione Canonicatus spectantes et pertinentes lucrifacere, exigere et praecipere suosque in usus et utilitatem convertere in omnibus et per omnia perinde ac si cunctis nocturnis et diurnis horis caeterisque chori ecclesiaeque functionibus personaliter interessent, libere et licite possint et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus ac cum ipsis desuper ex specialis dono gratiae dispensamus.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 7. Febr. 1804.

(Bull. r. Contin. t. XII. p. 126. Ed. Romae.)

45) Differentia inter Distrib. et fructus praebendae.

Vd. t. III. p. 198. § *Docent etc.*

Praenestina.

Constans est s. hujus Ordinis sententia, fructus praebendarum ac distributiones quotidianas valde differre inter se: illorum enim nomine venit quidquid percipitur ex bonis vel juribus fixe ac perpetuo ipsi beneficio adnexis, ac beneficiato ex sola ratione beneficii absque alio onere vel servitio debitis: distributionum econtra appellatione intelliguntur ii redditus, quibus beneficiatus fruitur ex causa actualis servitii et interessentiae in choro ac divinis officiis, ac proinde eas docet *Redoanus de Spol. qu. 3. § 1. n. 4.* non imputari in valorem fructuum nec esse de corpore beneficii nec sub illo comprehendi. *S. C. C. Auximana 24. Nov. 1821 §. Docent., Card. Petra in Comment. Const. 12. Innocent. III. sect. 2. n. 4.* Numquam idcirco quotidianae distributiones successori reservatae fuerunt nec in ecclesiae utilitatem attributae, si illae subsint juri accrescendi, igitur nec Camera Spoliorum eas lucratur, cum nequeat ex juris praeceptis plus consequi, quam vel Successor in Canonicatu vel ecclesia, in quorum locum subrogata est, *cap. 46. de Reg. Jur. in 6.*

Die 25. Maji 1833.

Anagnina.

Fructus praebendarum ac distributiones quotidianas valde differre inter se non est ambigendum. Illorum enim nomine ut ita s. Congregatio *in Auximana Distributionum 21. Nov. 1821* venit quidquid percipitur ex bonis ac beneficiato ex sola ratione beneficii absque alio onere vel servitio debitis: distributionum econtra appellatione intelliguntur ii redditus, quibus Beneficiatus fruitur ex causa actualis servitii, interessentiae in choro ac divinis officiis; adeo ut his distributionibus non convenire vocabulum fructus tradunt *Card. de Luca de Canon. et Capit. disc. 16. n. 2. et 6., Gonz. ad reg. 8. Cancel. § 7. praem. n. 186., Piton. Discept. eccles. 1. n. 16.* et s. Congr. *in dubiis Indult. 6. Martii 1820.**)

Distributiones ejusmodi, quae quotidianae dicuntur et si valde differant ab iis, quae proprie dicuntur inter praesentes, quae ut explicat s Congreg. *in citat. dubiis Indult. §. Indulta* melius dici possunt extraordinariae, eventuales et incertae, quaeque ut distinctae sunt a communi Massa et praebenda, ita praesentibus tantum praestari solent ex peculiari statuto aut consuetudine cujuslibet ecclesiae sive expressa benefactorum voluntate, tamen in hoc aliquatenus conveniunt, quod utraeque in indultis absentiae concedendis excludantur; istae, videlicet de jure, etiam sine expressa clausula: amissis Distributionibus, quarum nomine in iis Capitulis, quorum universi redditus in Distributionibus consistunt, tertia pars venit, reliquis partibus praebendae naturam assumentibus, ut ad Trident. *sess. 21. cap. 1. de Ref.* docet cum communi *Reiffenst. in decret. lib. 3. tom. 4. § 7.* et eruitur ex s. Congr. in *Illerden. Absentiae et distribut. 3. Martii 1792.*

Die 22. Aug. 1840.

*) Vd. *t. III. p. 1027.*

Romana.

Nova in jure non est distinctio inter fructus praebendae et distributiones, quam distinctionem post decretum Honorii III. *in cap. Licet 42. de Praebend. et Dignitat.* fuse exornant *Fagnan. in cap. Gravis. de restit. Spoliat. n. 83., Piton. discept. eccles. 33. n. 18., Barbos. in Inst. canon. tit. 5. cap. 32. n. 3., Rota in Recent. decis. 449. n. 13. et seq. part. 14.*, s. Congregatio *in Tolentina 15. Jan. 1785.* Ex hac distinctione sequitur, ut distributiones *appellatione fructuum Praebendae nullatenus veniant: nam cum dentur ex labore praestito in ecclesia et ex servitio personali propter residentiam et interessentiam sic illas tanquam stipendium operae et laboris beneficiati acquirunt*, ut legitur in addition. ad *dec. 576. part. 4. tom. 3. Recent.*

Die 23. Junii 1821.

Auximana.

Docent canonistae fructus praebendarum ac Distributiones quotidianas valde differre inter se, illorum enim nomine venit quidquid percipitur ex bonis vel juribus fixe ac perpetuo ipsi beneficio adnexis ac beneficiato ex sola ratione beneficii absque alio onere vel servitio debitis: Distributionum econtra appellatione intelliguntur ii redditus, quibus beneficiatus fruitur ex causa actualis servitii, interessentiae in choro ac divinis officiis. Certum quippe esse tradit de *Luca de canon. et capit. dis. 16. n. 2. et 6.* dictis distributionibus non convenire vocabulum fructus, quodque magis praecise confirmat *Gonzal. sup. Reg. 8. Cancell. § 7. praem. n. 186.*; id ipsum tradit *Piton. discept. eccl. 1. 2. 16.* et *Rota in addit. ad decis. 576. part. 4. recen. sub n. 52.* docuitque s. Congregatio tum in *Dubiis Indult. 6. Martii 1820.**) tum in *Romana Pensionis 21. Julii proximi praeteriti.* Hinc ea est s. Congregationis praxis ut quoties conceduntur indulta absentiae vel causa studiorum vel ratione munerum quae non sunt adnexa praebendae semper quotidianae distributiones amittantur ab Indultariis, si excipiantur addicti s. Sedis servitio sive in ecclesiastico sive in temporali munere, prout jam statutum fuerat a Congregatione particulari deputata a S. M. Innocentii XII.

Die 24. Novbr. 1821.

*) Vd. *t. III. p. 1027.*

46) Dismembratio et aggregatio favore sacristiae.

Aversana.

E 30 Canonicis quibus componitur cathedrale Capitulum Aversanae dioeceseos 6 enumerantur praebendati, ita nuncupati eo quia praeter quotidianas distributiones, quas uti Canonici presbyteri e capitulari massa in frumento percipiunt, separata quoque praebenda singuli gaudent. Antiquis majoris altaris portionariis ipsi successisse feruntur, eorumque quatuor videlicet decanus, cantor, archidiaconus et subcantor impraesentiarum Capituli Dignitates constituunt, quibus accedunt theologus et poenitentiarius. Praebendarum autem redditus communem massam olim conficiebant, quam Capituli procurator in octo partes dividens sex attribuebat praebendatis reliquasque duas sacristiae ad tramites apostolici Brevis Clementis VIII. dati sub die 3. Jan. 1601. Verum praebendatos inter et Canonicum thesaurarium sacristiae praefectum conventio inita fuit die 15. Jan. 1756, qua communis massae divisio sancita fuit, sicut e 100 territorii modii singulis praebendatis 10, sacristiae 20 modiis (duabus antiquis portionibus respondentes) fuerint tributi et 20 reliquos adhuc indivisim Capituli procurator administraret ea lege, ut ex illorum redditibus 72 ducati Vicario curato Cathedralis solverentur et ea quae superessent paroeciae pauperibus distribuerentur, licet hoc postremum nunquam executioni fuerit demandatum. Hanc autem bonorum divisionem absque ullo ecclesiasticae auctoritatis placito peractam fuisse, quin imo immediatum hodierni Episcopi antecessorem vehementer eamdem reprobasse perhibetur. Praeterea cantoratus qui inter Capituli Dignitates secundum obtinet locum praeter praebendam caeteris communem ex quotidianis Distributionibus in frumento consistentibus portionem duplo majorem prae aliis percipit. Sed in superius memorato Brevi Clemens VIII. ad ecclesiae fabricam reficiendam sacrasque supellectiles comparandas Bernardino Morra tunc temporis Aversanorum Episcopo opportunam facultatem auctoritate apostolica impertitur »a dignitate cantoratus unam ex duabus partibus Distributionum quotidianarum quas nunc habet perpetuo dismembrare et hanc partem Distributionum quotidianarum a dicta Dignitate cantoratus dismembrandam . . . . fabricae sacristiae ejusdem ecclesiae

perpetuo applicare et assignare et unire et incorporare.« Quam quidem facultatem occasione litis Capitulum inter et Vicarium curatum exortae confirmavit Benedictus XIV. per literas in simili forma Brevis editas die 25. Sept. 1741., ubi prae caeteris habet: »Praeinsertas Clementis Praedecessoris praedicti literas et in eis contenta quaecumque auctoritate praedicta confirmamus et approbamus illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus . . . . ac fraternitati tuae et pro tempore existenti Episcopo Aversano per praesentes committimus et mandamus ut praeinsertas memorati Clementis Praedecessoris literas et in eis contenta quaecumque debitae executioni auctoritate nostra apostolica demandari cures et facias.« Jam vero uti ex laudatis literis apostolicis exploratissima constat ratione, altera ex memoratis cantoratus portionibus in sacristiae utilitatem dismembranda tunc temporis 150 circiter ducatos aequabat, quorum 100 dumtaxat ab Episcopo Morra sacristiae fuisse aggregatos exponitur. De cujus tamen facti veritate inter contendentes controversia movetur, ut infra patebit.

Hactenus exposita vix ac hodiernus Episcopus Aversanus, cum pastoralis Visitationis munere prima vice perfungeretur, rescivit, conscientiae suae tranquillitati consulens hunc s. Ordinem supplex adiit ac instantissime postulavit, ut praefata conventio de fundorum divisione inter Canonicos illegitime 1756. inita apostolico Beneplacito sanetur simulque sibi facultas tribuatur alteram ex duabus portionibus a cantoratu jamdiu vacante dismembrandi eamque integram sacristiae aggregandi ad formam literarum apostolicarum Clementis VIII. et Benedicti XIV.

Super hisce precibus Capituli sententiam in scriptis sum sciscitatus: et quas utrinque habui jurium deductiones breviter de more proponam.

Quoad conventionis sanationem non admodum immemorandum est, cum Capitulares in Episcopi sententiam abire non recusent. Mirantur nihilominus post adeo longum temporis intervallum de communis massae divisione quaestionem ab Episcopo moveri, cum praesertim ipsi praebendas jam divisas per apostolicas Bullas fuerint assecuti easque in bona fide ad hanc diem possederint. Addunt imo sibi quam maxime arridere ad communem massam restitui, quod tamen effici haud commoda ratione posse una cum Episcopo censent, cum per ultimum concordatum a rege utriusque Siciliae cum s. Sede 1818. initum praebendarum divisio in Gubernii actis fuerit inserta ac vacantium praebendarum redditus dioecesanae administrationi subjiciantur.

At non item Capitulum Episcopi sententiae acquiescit quoad cantoratus dismembrationem: quin immo acriter contendit eamdem jam executioni mandatam fuisse per ipsum Bernardinum Morra, cujus rogatu apostolicum Breve fuerat impertitum. Quod ut evincat in medium profert documentum quod legitur ad cujusdam libri secretarialis marginem pag. 8. hisce verbis conceptum: »Anno 1601 Bernardinus Morra Aversanorum Antistes auctoritate PP. Clem. VIII. duas ex octo portionibus altaris majoris suppressit et extinxit illarumque fructus, redditus et proventus necnon ducatos annuos centum ex redditibus et fructibus annuis cantoratus dismembratos fabricae et sacrario Cathedralis perpetuo applicavit, assignavit, univit atque incorporavit.« Cum vero Episcopus citati documenti authenticitatem in dubium revocare videretur, hinc Canonici aliud proferunt in Curia episcopali post diligentem investigationem repertum, quod nempe ex actis s. Visitationis 1611 institutae a Cardinali Philippo Spinelli ipsius Morra in episcopali Sede successore depromitur, in cujus corpore ita legendum occurrit: »Sacristia habet in redditibus ducatos 100 monetae regni solvendos a rev. cantore Cathedralis in perpetuum in vim dismembrationis factae a quondam Rmo Morra apostolica auctoritate prout ex Brevi Clem VIII. fel. rec. tenoris sequentis etc.« et hic literae apostolicae per extensum sequuntur. Nec allegatum documentum informe dicas et illegale eo quia ex postremorum foliorum defectu omnino destituitur subscriptionibus tum Emi Episcopi tum eorum qui convisitatorum munere fuerint perfuncti. Nam praeterquam quod hujus visitationis acta in episcopalis Curiae archivio ita lacerata reperiantur, dubio procul tamen valent ipsa praesertim cum superiori allegatione collata ad pariendam si non legalem moralem saltem de apostolici Brevis executione certitudinem, quae in facti quaestione satis superque prospicit Episcopi tranquillitati. Addunt praefatum visitationis codicem licet ultimis foliis carentem vel maxima semper auctoritate polluisse penes omnes Aversanorum Antistites, qui saepe saepius

eo usi sunt ad varias controversias inter Canonicos dirimendas, de eoque luculentissimum exhibent testimonium ipsae literae dedicatoriae capitularium constitutionum typis vel a saeculo editarum, quae in eo loci quo dicuntur exactae ad superioris codicis fidem, simul in nota ad calcem subjecta habent, inter acta s. Visitationis Philippi Card. Spinelli Episcopi Aversani peractae 1611.«

Ad haec affirmant Clementinum Breve facultativum esse non praeceptivum, uti satis clare colligitur tum ex verbis Pontificis, qui plenam et liberam facultatem Episcopo largitur, tum ex decisione cl. canonistae Jos. Alexandri Furietti a Benedicto XIV. ad litem Capitulum inter et Vicarium componendam deputati, qui re bene perspecta Brevis indolem facultativam esse conclusit. Hoc posito (pergunt Canonici) post praescriptionem plusquam centenariam injuria de modo exequutionis literarum apostolicarum controversiam nunc institui. Etsi in causa coram Furietto acta decretum est, uti patet, ex universo processu in Curia existenti centenariam praescriptionem Canonicos liberasse ab onere annuatim Vicario curato supplendi 36 ducatos, fortiori id jure in hodierna controversia obtinere censendum est quoad Cantoratus dismembrationem. Nec oggerendum hisce non obstantibus Benedictum XIV. totidem ducatos Vicario solvendos sanxisse et Clementinas literas executioni universim mandari voluisse: Benedictinam enim dispositionem dumtaxat quaestionem eidem ss. Pontifici propositam spectasse respondent, nunquam vero cantoratus dismembrationem, de qua nulla lis fuerat promota. Quam quidem sententiam tenuit ipse Spinellius, qui Benedictinum Breve impetraverat, uti si opportunum judicabitur Capitulum abunde demonstrare posse exponit. Interim observant Spinellium ne cogitasse quidem de alterius portionis peragenda dismembratione a cantorali praebenda, immo de eadem in capitularibus constitutionibus, quas ipse 1743. servandas proposuit et confirmavit, ita decernit *c. 6. De multa irroganda:* »At cantor quoniam duplo plus lucratur quam caeteri Canonici ordinis presbyteralis, si a choro abfuerit, duplo etiam erit multandus«, et *c. 22. par. 11.* 4 dignitatibus aequales portiones attribuit illico subdens: »Excepto cantore ad quem duplex portio spectat.«

Hasce autem constitutiones apprime innotuisse universis Episcopis Aversanis indubium profecto est, quas ipsi sartas tectasque per omne tempus religiosissime asservarunt. Hinc pronum est concludere non tantum Emum Spinellium, bene vero omnes singulosque ejus successores firmiter tenuisse cantoratus dismembrationem ab Antistite Morra rite peractam fuisse, nec proinde post trium circiter saeculorum intervallum fas esse literarum apostolicarum executionem in controversiam adducere.

Postremo ex ipsius Brevis tenore animadvertunt Canonici Bernardinum Morra ad memoratam facultatem impetrandam in precibus enarrasse: »Ecclesiam restauratione et paramentis indigere necnon fabricam et sacristiam nullos certos habere redditus.« Nunc vero Deo favente non ita se res habet cum sacristia annuos redditus et quidem certos ultra ducatos 2090 percipiat, quorum 1400 ex propriis bonis et 700 ex Canonici Lauro hereditate proveniunt. Neque in hujusmodi computatione ulla habetur ratio sive de annuis redditibus duc. 1200 Lauretani Sacelli, sive de annuis proventibus duc. 250 capellae s. Sebastiani, quae quidem omnia ad Cathedralis bonum haud parum conferre dicendum. Quod vero si aetate qua vivimus ad universas impensas ferendas redditus minime valere perhibetur, id profecto non Clementini Brevis inexecutioni, sed adversae temporum fortunae, annonae caritati variisque oneribus sacrario impositis tribuendum.

Econtra Episcopus sacristiae jura tuetur contendens Clementinas literas quoad cantoratus dismembrationem haud unquam executioni fuisse commissas. Nullae enim extant tabulae ex quibus jure id possit inferri. Ad quod provocati Canonici duplex quidem testimonium protulere sive ex actis Visitationis Episcopi Spinelli depromptum. At (sciscitatur Episcopus) num foliolo informi sine consule et sine die tuto quis fidem habere posset? Addit alterum documentum in margine conscriptum, alterum diversis characteribus fortasse recentioribus notatum in s. Visitationis codice reperiri. Nec adeo facili ratione quispiam putaverit Episcopum Morra quoad cantoratus dismembrationem apostolicum Breve executioni mandasse, cum illud concessum fuerit in sequenti adjecta clausula: sine nunc illas (portiones) obtinentium praejudicio.«

Indubium autem est, tum temporis vixisse adhuc cantorem, cui nomen Hieronymus de

Fulgure nec proinde in ejusdem praejudicium praedicta dismembratio fieri poterat. Quam saltem Morrae successores effecisse evinci minime potest, cum nulla vola nullumque vestigium in archivio sive episcopali sive capitulari de ea reperiatur. Accedit quod si aut Episcopus Morra aut quispiam alius ad memoratam dismembrationem devenisset, hoc in casu sacristia vel ab eo tempore directe a capitularis massae procuratore integrum cantoralis portionis dimidium et minime a cantore centum dumtaxat ducatos, uti asseritur, exigere eamque in genere seu in frumento, uti cantori tribuitur, non autem in pecunia recipere debuisset. Sed nil horum evenisse exploratissime constat. Igitur concludit hodiernus Episcopus numquam dismembrationem in casu fuisse exequutioni commissam.

Perperam autem Canonicos ad capitulare statutum appellare dicit, cum ex illo evidentissime potius eruatur hucusque nondum dismembrationi revera locum factum fuisse. Inibi enim cit. *c. 21.* § *11.* legitur cantorem duplicem portionem ex quotidianis distributionibus sibi vindicare, itemque *c. 6. De multa irroganda* sancitur cantorem praedictum duplo multandum eo quod duplo plus ac ceteri Canonici lucretur. Quapropter statutum ab ipso Morra propositum et a Spinellio confirmatum Capitulares omnino jugulat atque sacristiae jura mirifice tuetur.

Neque pariter adversarios facultativam Brevis indolem simulque centenariam praescriptionem invocantes aliquid proficere affirmat. Imprimis licet Clementinum Breve fuisset facultativum, tamen praeceptivum evasisse dicendum post confirmationem Benedicti XIV.: qui ad lites omnes dirimendas ejusdem Brevis executionem non solum commisit sed et mandari voluit idque non solum Episcopo Spinellio qui apostolicum Breve impetraverat bene vero et ejus pro tempore successoribus ac non tantum quoad aliqua, sed in universis ibidem contentis. Ait enim Pontifex in cit. literis: »Fraternitati tuae et pro tempore existenti Episcopo Aversano per praesentes committimus et mandamus, ut praeinsertas memorati Clementis Praedecessoris literas et in eis contenta quaecumque debitae executioni auctoritate nostra apostolica demandari cures et facias.« Et heic observatu dignum existimat Episcopus, quod decrevit Benedictus XIV. quoad ratam Vicario curato persolvendam. Id ut pateat praemonendum censet Clementem VIII. in suis literis eidem Vicario annuos ducatos septuaginta duos attribuisse capitulari massa desumendos, quorum tamen Canonici dumtaxat triginta sex persolverant per annos centum et amplius. Verum non obstante hujusmodi centenaria praescriptione Benedictus XIV. posthabita praefata Furietti sententia in suis literis decrevit integros ducatos septuaginta duos esse Vicario curato tribuendos, uti Clementinum Breve vel a saeculo anteacto praeceperat. A pari igitur de altera cantoratus portione sacristiae favore impendenda videtur decernendum non obstante quacumque praescriptione et centenaria quemadmodum 1741. Benedictinae literae sanxerant. Quae quidem centenaria praescriptio nullam vim in themate sibi potest vindicare, cum numquam dismembrationem perfectam fuisse superius fuerit demonstratum.

Demum a veritate toto coelo Canonicos aberrare ostendit Episcopus, cum ipsi contendunt annuos sacristiae proventus ad ducatos 1400 ascendere. Etenim ex decennali impendiorum ratione accuratissime a perito viro instituta et huic s. Congregationi exhibita colligitur: annuos sacrarii redditus ducat. 1196,17. aestimari, expensas vero ducatos 1258,98. attingere: quod quidem defectum duc. 62,81. importat. Hic autem defectus quotannis comprobatur, quin immo an. 1857 ad duc. 102 accrevit. Nec in hujusmodi computatione ulla habita est ratio sive adversae colonorum fortunae sive extraordinariarum impensarum, quibus mensa episcopalis consuluit.

Rebus sic stantibus haud satis provisum erit ecclesiae fabricae quae singulis fere annis aliqua indiget refectione vel sacris suppellectilibus comparandis quae tempore et usu deteruntur, nisi debita ac integra dismembratio in sacrarii favorem ad formam praedictorum Brevium executioni mandetur. Frustra autem et nonnisi per mendacium asseritur sacrarii angustiis occurri posse per reditus vel Lauretani Sacelli vel capellae s. Sebastiani vel hereditatis Lauro. Recensiti enim proventus peculiari sunt obnoxii administrationi, cui nulla prorsus inest obligatio sua bona cum sacrario communicandi excepta hereditate Lauro, quae dumtaxat duc. 20 quotannis sacristiae suppeditare debet.

Ultimo loco perpendit Episcopus universam cantoralis portionis dismembrationem

nullum impraesentiarum praejudicium creare posse sive Capitulo sive Canonicis sive ipsi cantoratui, cui ad diuturnam vacationem vitandam ea lege est provisum, ut novus cantor hujus sacri Ordinis judicio in omnibus obnoxius declaretur. Econtra dismembrationem faciendam omnino suadet cum sacrarii utilitas, tum ipsius Capituli bonum. Sacrarii quidem utilitas, quod redditibus auctum et fabricae reficiendae et sacrae suppellectili comparandae facili ratione valebit prospicere. Sed praesertim ob Capituli bonum id foret vel maxime exoptandum. Cantor enim, qui secundam Capituli Dignitatem constituit, cum minoribus obligationibus quam decanus seu princeps Dignitas obstringatur, pinguiores tamen redditus percipit. Hinc saepe fit, ut priore Dignitate despecta omnes ad alteram assequendam animum et vires convertant ac ita pinguior cantoratus proventus avaritiae spiritum tantopere a ss. canonibus improbatum foveat simulque aemulationi ac ambitioni viam adaperiat.

Hisce hinc inde delibatis excutienda proponuntur

D u b i a:

I. *An et quomodo concedenda sit sanatio conventionis inter Canonicos initae die 15. Jan. 1756. in casu?*

II. *An et quomodo sit locus dismembrationi et aggregationi favore sacristiae secundae portionis distributionum ad Dignitatem cantoratus spectantis in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative ad formam Brevium Clementis VIII. et Benedicti XIV.

Die 14. Jan. 1860.

47) Distributionis modus vetus.

Clemens PP. IV. Canonicis et Clero Aniciensi.

Quod de pecunia ad ipsius chori servitium deputata singulis Canonicis, clericis, clericulis ac in Dignitate seu personatu*) quolibet constitutis, qui in ipso choro singulis interierint officiis matutinis, dentur duo denarii podienses et tantundem his, qui intererint missae majori; illis etiam qui vesperis distribuatur tantundem.

Item quod annuatim tempore quo creantur bajuli clericorum recipiendi et distribuendi dictos denarios et rationem reddendi cura duobus viris idoneis a Capitulo et ipsis clericis committatur, praestito ab eis personaliter juramento, prout ab aliis clericorum bajulis fieri consuevit de praedictis fideliter adimplendis.

Quod ad distributiones solis Canonicis et constitutis in Dignitate seu personatu etiam faciendas ipsorum quilibet qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, ratione praebendae necnon et succentiori ejusdem ecclesiae infra quinque annos assignent viginti solidos podienses pro redditibus emendis persolvant, interim nihilominus donec assignaverint vel solverint, ipsos viginti solidos annis singulis soluturi.

Item, quod tertia pars eorum omnium, absentes et residentiam minime facientes et de ecclesia seu bonis ipsius ecclesiae qualiacunque annuatim percipientes pro emendis redditibus ad dictas distributiones faciendas Canonicis deputetur: absens vero quantum ad hoc intelligatur, qui per sex menses continuos in dicta ecclesia minime residebit, nisi studii, peregrinationis, infirmitatis vel alia justa causa fuerit impeditus; et haec etiam omnia intelligantur tam de Canonicis quam de aliis Dignitates, personatus, officia, pensiones, terras vel ecclesias in ipsa ecclesia vel ejus ratione habentibus ubicunque et tam de praesentibus quam de futuris.

Item, quod dignitates seu personatus, officia, terras seu pensiones habentes in ipsa ecclesia vel ratione ejusdem, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, in sui ratione ultra ea quae ut Canonici et clerici tenentur facere, prout superius continetur decanus scilicet, praepositus et Abbas seu ipsorum quilibet ad faciendas distributiones easdem solvant 20 libras Viennenses et inposterum solvere teneantur: Abbas vero s. Petri de Turre 15, Abbas s. Evodii 10, praecentor 10, thesaurarius 10 libras, foris decanus major 100 solidos, minor vero foris decanus 50 solidos, cellerarius 50, sescalcus 50 solidos, punctuarius 15 solidos, magister scholarum 50 solidos, marglarius 10 solidos, thuribularius 10 solidos, sacrista altaris crucis 10 solidos, sacrista altaris Dei et s. Jacobi 20 solidos; terrarii autem ipsius ecclesiae seu pensiones habentes, quicunque sint vel fuerint in futurum sive Canonici simplices sive per-

---

*) Vd. *t. II. p. 522.*

sonatus et officia obtiuentes, dent annuatim centesimam partem omnium reddituum, quos ratione ipsius ecclesiae percipiunt, hoc salvo nihilominus quod de absentibus superius est statutum.

Item, quod fructus praebendarum, dignitatum et persouatuum, abbatiis dumtaxat exceptis, beneficiorum et officiorum quorumlibet ejusdem ecclesiae uecnon ecclesiarum et terrarum, ad cujuscunque collationem pertineaut, ex quo vacaveriut scilicet primi anui a vacatiouis tempore computandi et quamdiu vacaverint, si ultra annum vacare contigerit, chori servitio pro emeudis redditibus deputentur ad distributiones faciendas eisdem, ita quod ipsorum Canonicorum bajulus vel quem ipsum Capitulum ad hoc elegerit recipiendi et distribuendi Canonicis dictos denarios curam geret et rationem reddeudi ut superius est expressum, hoc salvo quod . . . . iu eo de ipsarum praebendarum vacantium fructibus consuevit ab antiquo recipere, ex hoc nullum praejudicium geueretur.

Item, quod de dicta pecunia distributionibus faciendis Canonicis et in Dignitatibus constitutis, ut dictum est, superius deputata singulis Canouicis et in Dignitatibus et personatibus constitutis, qui iuterim matutiuis officiis singulis diebus dominicis, Mercurii et Veneris dentur ultra praedicta 6 denarii podienses; his vero, qui majori missae intererint 4; illis etiam, qui vesperis intereriut, tantummodo; illi insuper tantundem habeaut, qui quandocunque toti missae b. Mariae V. intererint et horae primae.

Item, quod eaedem distributiones daudae iu missa, prout superius continetur, nec Canonicis nec clericis deutur, nec aliis quibuslibet, donec ipsius missae Agnus Dei fuerit decantatum. Et si antea inde exierit aliquis ex eisdem absque causa rationabili nec postea ad eamdem missam redierit, de distributionibus ejusdem missae aliquam non recipiat portionem.

Item, quod si pecunias dictarum distributionum faciendarum vel solis Canonicis et in Dignitate seu persouatu coustitutis vel etiam clericis in ipsa ecclesia superpellicium portantibus universis ut supradictum est aut etiam redditus contingeret in posterum augmentari distributiones etiam, prout commodius fieri poterit, augmententur.

Item, quod Canonicus officiaus in choro praedicto qualibet vice percipiat sex deuarios podienses, clericus vero Canonici supplens defectum vel etiam alias officians 4 habeat de communibus distributionibus supradictis.

Item, quod in ipsa ecclesia duae praebeudae proxime iuibi vacaturae postquam illi, qui jam in Canonicos recepti, ibidem praebendas fuerint assecuti, sint sacerdotales et hebdomadales ultra illas 4, quae sunt et esse debeut sacerdotales in ea et praebendam etiam quam teuebat ibidem jamdudum Guillelmus de Moute Revello senior, quae sacerdotalis extitit ab antiquo seu etiam 6 diacouales praebendae, illa quam tenet ibidem Petrus Aspasii, quae diaconalis extitit, iuclusa et 6 subdiacouales, quas habentes officium per se vel per Canouicum diebus solemnibus et 9 lectionum festis servieudo majori altari adimpleant, prout a succentore ordinabitur juxta ordinem vicis suae et ibidem residentiam faciant persoualem.

Die 2. Juuii 1267.

(Bull. r. t. III. p. 778. Ed. Aug. Taur.)

48) Divisio reddituum et assignatio mausionariis.

Vd. *Distribut.* (mansionarior.)

49) Divisio pro singulis horis.

Vd. *Distribut.* (assignatio et divisio etc. p. 1294.)

50) Duplices non concessae.

Vd. *Distribut. annivers.* p. 1290 n. 9.

Mileten.

E fundamentis diruta penitusque eversa sub finem exacti saeculi Arce Angitolae, quae oppidum erat satis populo frequens prope civitatem Pitri situm, ut spirituali curae iucolarum quorum plerique ad proximae civitatis suburbia sese receperant prospiceretur, couventio inita fuit intra Archipresbyterum (cui animarum civitatis cura commissa erat) et Canouicos Collegiatae sub invocatione s. Georgii Pitii ex una parte et Archipresbyterum Paschalem Malerba parochum eversae Arcis Angitolae ex altera qua statutum, ut boua paroeciae Angitolae unireutur paroeciae civitatis, cura autem animarum divisa foret inter Archipresbyterum Pitii et parochum ejusdem Arcis, ita ut ille regimen civitatis in collegiata s. Georgii, hic suborbiorum in altera ecclesia exerceret; qui item Canoni

corum Collegio adscriberetur et tres portiones canonicales perciperet quousque viveret, duas tantummodo illius successores in paroecia haberent, imposito eidem onere interessendi choro, excepto tempore quo iu paroeciali exercitio distineretur, necnon adsciscendi sibi propriis sumptibus oeconomum curatum qui suppetias ei ferret.

Hujusmodi conventio probata ac sancita fuit ab Episcopo iu decreto unionis seu erectionis 1796, in quo ceteris conventionis articulis confirmatis quoad emolumentum a parocho Malerba ejusque successoribus percipiendum habetur, quod dictus Archipresbyter Malerba in Canonicum cooptatus percipere habeat tres portiones canonicales ex redditibus et massa canouicali, cui remauent adnexa bona et redditus parochiae Angitolae; eo autem cedente vel decedente successor duas tantum portiones accipere possit et percipere, cum onere curae auimarum in suburbio in quo reperitur et iu ecclesia destinauda sustiuendi salva etiam provisioue facienda super oeconomo.

Res ita compositae fuere cum parocho Malerba, cui decedenti successit Antouius Jaunace et huic pariter defuncto 1852 successit praevio coucursu Josephus Musoliuo, cujus favore bullares literae a Curia expeditae fuere, in quibus legitur: »Te instituimus in Canonicatu curato vacaute cum omuibus suis juribus, honoribus, emolumentis et oueribus ac siguanter cum obligatioue inservieudi principaliter choro et assistendi omnibus ecclesiasticis functionibus Collegiatae, prout ceteri alii ejusdem ecclesiae Canouici et sub iisdem poenis tam multae quam puuctaturae, necuon annuatim solvendi ducatos 36 prout debitam mercedem in decreto erectionis dicti Canonicatus enunciatam oeconomo a nobis eligeudo, cui solummodo incumbet coadjuvare rev. Archipresbyterum in cura animarum in filiali ecclesia sub titulo animarum purgantium etc.«

Porro ab anno 1852. usque ad annum 1850. persolutae Musolinio fuere invito licet animo a Capitulo duae canouicales portiones comprehensis distributionibus nedum ordinariis sed etiam extraordinariis seu adveutitiis (quas a suis antecessoribus perpetuo perceptas fuisse asserit Canonicus Musolino, quod tameu negant Capitulares vel saltem non absque contradictione id eveuisse affirmaut;) sed 1856. Capitulum peculiari deliberatione duplicem in extraordiuariis distributionibus portionem ipsi omnino denegaudum decrevit; quamobrem ad eam sibi coudiceudam judicio egit Musolinius coram episcopali Curia, cujus senteutia die 19. Sept. 1856. definitum fuit: »Canouico Musoliuo duplicem quotam etiam in extraordiuariis distributionibus deberi.«

Cum ab hujusmodi sententia appellatio interposita a Capitulo fuisset ad s. Congregationem decreto diei 26. Sept. judex, a quo appellationem admisit, praefinito termino 50 dierum ad literas inhibitorias exhibeudas ita tamen, ut autumuales jam imminentes feriae iu hujusmodi termino non comprehenderentur. Accidit vere, ut quamvis literae s. Congregatiouis pro iuformatione et voto ac actorum trausmissioue signatae fuissent die 15. Decb. praedicti anni, autequam scilicet praefixus 50 dierum termiuus laberetur, attameu eae nonnisi post triduum ab elapso termino ad Curiam pervenerint; quo factum est, ut iustante Canouico Musolinio altero Curiae decreto deserta declarata fuerit appellatio. Hinc ab hoc pariter decreto provocavit Capitulum et adventa tautum actorum copia rite inter procuratores dictis vadimoniis duo concordata fuere dubia, alterum super appellatiouis peremptione, alterum super principe causa merito et ad hodierua comitia causae propositio amaudata est.

Episcopus iu suis informationis literis relatis Curiae decretis hoc tantum aduotat, nimirum: »che i Canonici di Pizzo chieggono quello stesso che io dal 1849. fino al 1851. frequentemente più di una volta manifestai loro voler coucedere; ma lo rifiutarono e fui costretto contro mia volontà provedere il Canouicato vacante nello istesso modo che gli antecessori lo avevauo goduto.«

Plura habet Musolinii defeusor quoad I. dubium, quae eo redeuut: nimirum in facultate esse judicis a quo arctaudi terminum appellanti ad prosequeudam appellatiouem et petendos Apostolos*), nec parti appellanti ab hujusmodi praefixione termini provocare licere, postquam iu eam convenerit, ceu post *text. in cap. Personas, cap. Saepe et cap. Oblatae de Apell.* docet *Pellegrin. prax. Vicar. part. 1. sect. 3. subj. 1. n. 22* necuon *Card. Tuschius in concl. 947. n. 1. tom. 2. p. 1.* et *Feder. Petrucc. de sen. quaest. 28. n. 1.* Quamobrem sibi imputare debere Ca-

*) Vd. *t. I. Apostoli.*

pitulum, siquidem praefixum terminum quem accepto habuerat, praeterlabi passum fuit, quin appellationem prosequi et literas inhibitoriales produci curaverit. Ceterum satis congruum esse terminum quinquaginta dierum ac praefixionem ipsam necessariam deprehendi, tum ad ordinem in judiciis servandum tum ad longiores praecidendas inducias, quarum praecipue intuitu, haud vero ex boni juris conscientia persaepe appellationes interponuntur cum gravissimo appellatae partis detrimento.

Quoad alterum dubium paucis se expedit orator. Praemisso enim legem fundationis ad unquem servandam esse, quamvis communis juris dispositioni contrariam observat, conventionem initam Capitulum inter et parochum Malerba, quae fundationis vices in casu obtinet, tres adamussim ipsi Malerba, duas ejus successoribus canonicales portiones attribuisse; neminem vero inficiari posse sub nomine portionum canonicalium comprehendi distributiones nedum ordinarias verum etiam extraordinarias, nimirum a quibuscumqe Legatis, funeribus aliisque functionibus adventitiis provenientes, utpote quae canonicalis portionis partem efformant: eadem plane ratione qua in genere iucluduntur omnes ejus species ac in toto omnes partes ejus recensentur et sunt. Hanc vero fuisse Capitularium mentem ex eo argui, quod nullam adhibere distinctionem unam inter alteramque distributionum speciem, sed generico usi sunt vocabulo »porzioni canonicali« adeoque obtinet regula in *Leg. Julianus in princip. ff. de L. 3.*: Qui omne dicit nihil excludit. Secus enim contraria interpretatione admissa sequeretur absurdum, quod nec pro una tantum portione super iis distributionibus jus parocho competeret; nam inquit si expressio: canonicalis portionis, generica est, comprehendere debet omnes proventus tam ordinarios quam extraordinarios, si vero non, cum nullum de distributionibus extraordinariis verbum exciderit, jam nulla de hisce portio parocho tribuenda foret, quod nec adversarii contendunt. Consilium sed vero paciscentium ex eo clarius argui, quod voluerint parochum Malerba percipere debere »tre porzioni canonicali, siccome essi reverendi Archiprete etc. Atqui constat ex testibus adductis Archipresbyterum Collegiatae frui tribus portionibus tam in emolumentis ordinariis quam in extraordinariis.

Rem ulterius conficit ex episcopali decreto, quo omnia pacta conventa confirmata fuere atque sancitum ut parochus haberet »tres portiones canonicales ex redditibus et massa capitulari«; redditus autem ac massam capitularem omnes comprehendere proventus cujusque sint generis palam esse; quod si adventitia excluderentur, rediret absurdum, nullam in hisce portionem parocho Malerba fuisse assignatam, de quibus nulla explicita facta mentio fuit. Quin moveat Canonicum Musolino propria parochi officia non gerere inpraesens; cum aliunde constet ei nomen Canonici curati datum fuisse in Bulla collationis et onus impositum annuam 36 ducatorum pensionem solvendi oeconomo, qui ejus vice curae animarum exercitio perfungitur; sed qui aliquid per alium facit, per seipsum facere videtur, ceu fert vulgatum axioma. Id vero culpae eidem haud esse vertendum animadvertit defensor, utpote qui in hoc paret Episcopi decreto, quo ei munus injunctum est assistendi choro sub poenis multae ac punctaturae; quod aliter antea se habebat quoad antecessores suos, qui per seipsos curae animarum vacabant.

Denique omnem praecidi controversiam ex 80 et amplius annorum observantia contendit, quae sive in linea interpretativa sive in linea praescriptiva sumatur, maximam habere vim et efficaciam nemo nescit ex notissimo jure. Adductis porro testibus tamquam de re notoria deponentibus probat orator, antecessores parochos Malerba et Jannace duplicem percepisse portionem in emolumentis tam ordinariis quam extraordinariis; quamobrem cum Musolinius in canonicalem praebendam immissus fuerit cum iisdem juribus, quibus antecessores sui fruebantur, merito hinc emolumenta etiam extraordinaria condicere sibi poterit, quae nunc primum ei denegantur. Siquidem uti parum sibi constantes adversarios redarguit, quippe qui Episcopi consilium, id alias proponentis quod modo contendunt, respicere non dubitarunt; ac primis immo annis, quibus in suae praebendae possessione Musolinius versatus est, praedicta emolumenta ad duplicis portionis rationem eidem persolverunt ut adeo injuriosus nunc in eum videantur agere quem jure sibi quaesito expoliare conuituntur.

Qui partes agit Capituli, negat primo appellationis peremptionem jure fuisse decretam. Ex jure enim nullibi praefigi fatalem terminum animadvertit, quo inhibitoriales literae obtineri et praesentari debeant, nec ex praxi arbitrariam praefixionem admitti. Textum vero ex adverso invocatum in *cap. 6. de appell. in 6.* et *Clement. Quamvis eod. de Apostolorum* dumtaxat de necessitate loqui seu de literis dimissoriis dandis a judice qui sententiam edidit, per quas causa dimittetur ad eum, qui appellatus est (quarum nunc fere nullum in foro esse usum monet. *Devoti Inst. tom. 3. lit. 13. § 11.)*; de inhibitoriis autem literis leges silere. Nihilominus arbitrario decreto dociles se praebuisse Canonicos meminit, qui intra praestitutum terminum literas inhibitorias a s. Congregatione obtinuerunt, triduo remorata tantum illarum praesentatione ob distantiam locorum.

Ad praecipuum vero causae meritum quod attinet, quamvis duplicem in ordinariis etiam distributionibus portionem merito denegari posse adversarius contendat, quae comprehendi nequirent sub appellatione duplicis praebendae seu portionis teste *Moneta de distrib. quot. part. 2. quaest. 4. n. 6. ad 44.*, *Bonacina de hor. canon. disp. 2. quaest. 2. punct. 3. § 4.*, *Garzia de Benef. part. 3. cap. 2. n. 185.*, attamen eas ultro indulgens nullo sed vero pacto eidem competere posse duplicem in extraordinariis emolumentis quotam vel ex eo probat, quod illa natura sua et ex testatorum ac disponentium voluntate iis tantum qui actu inserviunt debentur; ac adeo factam interessentiam omnino excludunt, non obstante etiam privilegio apostolico, nisi eorum literalem mentionem praeseferat; quaeque immo improprie tantum inter distributiones recensentur, juxta ea quae docent *Scarfant. in animad. ad Ceccop. tom. 3. add. 3. n. 11.*, *Panimoll. decis. 20. annot. 3. n. 72.*, *Pignatell. tom. 3. consult. canon. 19. n. 5.* necnon *s. Rota* sancivit in *decis. 59. n. 6. part. 7. Rec.* et de s. Congregationis disciplina testatur *Card. Petra in Comment. ad Const. apost. tom. 3. Const. 9. Bonif. VIII. n. 19.*

Perperam vero literam fundationis ex adverso invocari. Conventio enim inter Capitulum et parochum inita huic tantum tribuit »tre porzioni canonicali.« Porro verba haec arguit certum aliquod Canonicatui adhaerens designare patet; contra vero adventitia emolumenta non ratione Canonicatus, sed incerti laboris debentur. Decretum vero fundationis declarat, tres portiones deberi »ex redditibus et massa canonicali, cui remanent adnexa bona et redditus paroeciae Roccae Angitolae.« Atqui sub nomine reddituum cum non comprehendantur ordinariae distributiones*), *Moneta de Distrib. quot. lib. 1. quaest. 6. n. 12.*, *Lotter de re Benef. lib. 1. cap. 39. n. 22.*, *Ferraris Bibl.* v. *Distributiones quot. art. 1. n. 6.*, eo minus extraordinarias comprehendi posse infert. Sed magis absurdum fore siquidem emolumenta incerta ac manualia in massa canonicali computarentur.

Perdite pariter ad consuetudinem provocari. In facto enim animadvertit defensor, consuetudinem nullo documento probari praesertim quoad primum provisum Malerba, sed in assertione dumtaxat Curiae consistere. De altero vero secundo proviso Lannace constare, lites quotidie inter eum et Capitulum ob id fuisse excitatas adeoque pacificam censeri non posse praetensam observantiam. Ita nullam legalem possessionem suffragari adversario, cum jurgia eodem anno orta sint quo ipse possessionem Canonicatus cepit ac nonnisi reluctantes Canonici controversa emolumenta sequentibus annis eidem persolverint.

In jure autem perpendit observantiam etsi uti opus foret legitime probatam, in distributionibus praesertim adventitiis nullo in pretio haberi posse ex censura *Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. de Ref.*: Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipiant; reliqui quavis collusione aut remissione exclusa his careant . . . . non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus. Exinde clausulam qua consuetudines abrogantur nedum tempus Concilio antecedens sed subsequens etiam afficere notat cum s. *Rota in decis. 31. coram Peuting. in decis. 577. n. 9.*, *coram Cerro* et in *Salamantina Decimarum 9. Maji 1757. § 9. coram Frangipane.*

Alterum ad consuetudinis in themate vim eludendam argumentum ex eo depromit, quod beneficii ab adversario possessi conditiones penitus sint inpraesens immutatae; adeoque decere, ut facta onerum et jurium mutatione res ad aequitatem componantur. Compertum enim esse demonstrat tam in conventione quam in decreto erectionis emolumentum parochis assignatum duplicem habuisse correspectivitatem, nimirum curam animarum tum personali labore parochi tum vicaria oeconomi ope exercendam atque pensionem eidem oeconomo erogandum, ceu utrumque docu-

*) Vd. *Distribut.* (generis dupl. p. 1400.)

mentum legenti patet. Sed non minus in propatulo esse, quod Canonico Musolinio in Bulla institutionis non solum personalis cura delegata non fuerit, uti in Bullis institutionis antecessoribus suis expeditis delegari consueverat, sed etiam oblata extiterit, ceu ejusdem Bullae verba demonstrant, quibus de oeconomo, cujus favore pensio reservata est a provisore ipso solvenda, dicitur, ibi: »Cui solummodo incumbet coadjuvare rev. Archipresbyterum in cura animarum, in filiali ecclesia sub titulo animarum purgantium«; unde oeconomus solus ad curam exercendam delegatus datur in subsidium non adversarii Canonici Musolino, sed Archipresbyteri in ecclesia filiali. Quin absit servata forma concursus vel datum in institutionis Bulla nomen Canonici curati; cum desit delegata jurisdictio ad curam gerendam, nec de facto eam Musolinius gerat, uti ex adductis numero pluribus testibus patet.

Jam vero ea conventionibus conditio inest: »si res in eodem statu maneant«; proinde iis in casu mutatis cessato nimirum parochi labore in cura animarum (qui uti causa et correspectivum fuerat assignati triplicis ac deinde duplicis emolumenti), consequi obligationem etiam resolutivae conditioni alligatam immutari, scilicet emolumentum ipsum pari proportione quoad emolumenta adventitia saltem, siquidem debita fuissent, cessare oportere juxta doctrinam s. *Rotae in decis. 5. n. 8. coram Bichio, decis. 785. n. 7. coram Riminaldo, decis. 359. n. 7. coram Molines*; eo vel magis quod res sit de conventione, quae non unico absolvitur actu, sed successivam quotannis observantiam requirit ceu probe monet eadem s. Rota in *Romana Exequit. Contractus in re comm. 21. Nov. 1851. § 12. cor. Emo Mertel*, et in *Anconitana Testatrici in re comm. 9. Jan. 1857. § 7. coram R. P. D. Sbarretti.*

Nec demum meliori consilio ad aequitatem adversarium confugere ac Archipresbyteri adduci exemplum, cui tres etiam in adventitiis portiones obveniunt. Notum enim est rem Archipresbyterum inter et Capitulum ita definitam esse, ut Archipresbyter emolumenta adventitia omnia parochialia cederet Capitulo, Capitulum vicissim tres illi portiones cederet ex adventitiis capitularibus. Quamobrem cum oneroso titulo hujusmodi canonicales obventiones acquisiverit Archipresbyter haud eamdem aptari posse normam arguit quoad Canonicum Musolino qui quolibet ad hoc titulo caret. Nec praetextam pensionis oeconomo solvendae aequitatem tueri posse adversarium, cum ex duplici qua fruitur portione, adventitiis ceu par est non supputatis, satis abunde ei provisum maneat.

Dantur interim

D u b i a:

I. *An constet de peremptione appellationis in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An constet de jure Canonici Josephi Musolino ejusque in eodem Canonicatu successorum percipiendi duplicem quotam canonicalem in extraordinariis distributionibus in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Negative.

Die 28. Aug. 1858.

51) Examinatorum.

Vd. t. III. p. 266. XXI: *Concursus* (examinatores). *Distribut.* (confessar., decr.: *Tranen.* § V. *Ad tuendam*, p. 1360; consuetud., Decr. diei 19. Maji 1877 p. 1375.)

Gallien et Pergullana.

S. Congregatio in Brixien. 19. Julii 1638 definivit: Canonicum examinatorem synodalem vocatum ad interessendum examini pro parochialibus ecclesiis vacantibus vel pro collatione ordinum tempore quo divina officia celebrantur, si eis non intersit, non lucrari Distributiones quotidianas. Idque confirmavit in Cremonen. die 20. Sept. 1692.

Die 20. Decb. 1834.

52) Exercitia spiritualia peragentium.

Vd. *Exercitia spirit.* (obligatio).

53) Exulum.

Vd. t. III. p. 202 *Nullius Sublac.*; p. 292, b; p. 1022,0; *Distribut.* (carcerati; restitutio ad deportatos.)

Distributiones qui statis horis interfuerint recipiant, reliqui quavis collusione ac remissione exclusa his careant juxta Bonifacii VIII. Decretum quod incipit Consuetudinem *quod s. Synodus in usum revocat.* In hoc vero Decreto laudatus Pontifex ab absentibus excepit illos *quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas et evidens ecclesiae utilitas excusaret, cap. Consuetudinem de Cler. non residen. in 6.* Quae autem sit corporalis necessitas disputant canonistae atque *Fagnan. in lib. 3. Decret. cap. Licet de Praeben. n. 31.* censet: *Canonicum expulsum a civitate propter seditiones absque sua culpa integre percipere debere quotidianas distributiones.* In quam sententiam concurrit *Jo. Andreas in cap. Ad Audien. de Cler. non residen. n. 2., Calderia Cons. 17. in tit. de Praeben., Covarruv. in cap. Cum pridem 13. de renunc. n. 10.*

Valven.

Tranquillitatis regni utriusque Siciliae rebus sub die 27. Junii 1850. supremae auctoritatis jussu in publica vincula conjecti fuere 5 Cathedralis Valvensis Canonici ob varia crimina.

Novum hisce addebat accusationis caput libellus usurpato nomine secundi electi syndici vicem gerentis exhibitus quo edicebatur praefatos Canonicos in regiae Majestatis spretum suam denegasse assistentiam, dum die 30. Maji ejusdem anni Ambrosianus hymnus uti assolet pro regis incolumitate solemni ritu concineretur.

Plures post menses mense Majo 1852. in libertatem restituti fuerunt.

Cum itaque ad propriam residentiam reversi fuissent Canonici factum est, ut chorales distributiones pro toto absentiae tempore frustra petentibus ipsis a 4 collegis denegatae fuerint. Quamobrem cum ad s. Congregationem contra hujusmodi Concapitularium Decretum confugium habuissent, priusquam quaestio proponeretur, e re duxi committere Episcopo, ut mandaret eorum redditus interim deponi in arca capitulari, prout ab eodem accepi reapse factum esse. Accidit vero, ut contradictores capitulares causam interserentes integram praebendam canonicalem in Valvensi ecclesia satis constare distributionibus omnes fructus praebendarum ad oratores spectantium sub sequestri vinculo ponerent, de quo cum novae excitatae fuissent querelae apud s. hunc Ordinem iterum scribendum Episcopo censui, ut mandaret Capitulo restitui oratoribus fructus suarum praebendarum sive duas ex tribus partibus distributionum de tempore detentionis, firma quaestione super perceptione distributionum pendente coram s. Congregatione.

Scire enim praestat 1838 ad petitionem Valvensis Capituli accedente Episcopi suffragio a s. hac Congregatione decretum fuisse in comitiis diei 24. Nov., ut reformaretur illius ecclesiae statutum juxta ss. Canones ita ut duas ex tribus partibus distributionum lucrentur juxta juris dispositionem ii, qui fructus praebendae faciunt suos, integre vero percipiant ii, qui ex juris fictione habentur uti praesentes ad lucrandas etiam quotidianas distributiones. Quamvis praetereundum non est hujusmodi dispositionem licet praevio regio assensu exequutoriali Curiae Decreto donatam nunquam tamen in actum deductam atque observatam fuisse ceu asserit Episcopus.

Hic vero informationem ac votum rogatus documentis ac partium deductionibus transmissis a promendo sui animi sensu abstinens mutuae charitatis et concordiae inter collitigantes confovendae unice cupidum sese praebet. Haec quoad factum.

Ad jus vero quod spectat, qui partes 4 Canonicorum distributiones denegantium in hoc judicio tuetur valde praeprimis adlaborat, ut in facto statuat justam inquisitionis atque capturae poenam passos fuisse adversarios Canonicos; quod quidem facili negotio sibi conficere videtur ab examine trium quot latae sunt criminalis tribunalis sententiarum super eorumdem inquisitorum imputatione. Ex prima enim sententia diei 23. Maji 1851, qua decreta fuit la conservazione degli atti in archivio e la escarcerazione provisoria dei suddetti, eruit jurisconsultus non omnino sceleris puros illos declaratos fuisse ad hoc ut scilicet actorum deletio ac perpetua libertas ipsorum favore decerni potuisset juxta praescriptum codicis criminalis Neapolitani art. 145., cum e converso art. 154. statuatur, ibi: »se non ostante il proseguimento della istruzione la reita non rimanga sufficientemente fundata la C. Corte pronunzierà la libertà provvisoria dell'imputato.«

Clarius assumptum evincere studet ex alio decreto diei 21. Junii 1851. quo regiae indulgentiae beneficio actorum repositio jussa fuit, quod ultro accepta habentes inquisiti propriam reitatem fateri visi sunt.

Atque in jure tralatitium esse principis indulgentiam poenae quidem gratiam facere, infamiam vero criminis non tollere, *Text. in Leg. 3. Cod. de generali absolutione, Peretius in Cod. Lib. 9. Tit. 43. n. 5.* ita ut si reus in idem vel gravius labatur crimen nulla de

habita venia ratio habeatur ceu docet *Richerius in universa jurisprudentia tom. 12. pag. 308. § 1279.*, quod juris praescriptum cit. codici poenali art. 89. et 90. omnino consentaneum est.

Nec demum aliter quoad Canonicum Gentile seutiendum in vim decreti 13. Decb. 1851. quo reus quidem acatholicae propositionis declaratus fuit, sed quia doli atque perversi consilii suspicio exsularet, principis iudulgentia et ipsi uti datum est. Quin obsit, prosequitur defensor, bienuii lapsus a die patrati crimiuis ad diem capturae, ut actio criminalis juxta regni leges praescripta atque ideo ejus conclusio injusta censeatur; quandoquidem praescriptio uon iucipit currere a die patrati criminis, sed a die quo ad magistratus notitiam crimen ipsum pervenerit atque actorum processus institutus fuerit. Cui accedit latam senteutiam, a qua humquam Canonicus Gentile appellationem interposuit, in pleno sane validitatis statu manere atque idcirco juxta ipsius tenorem de inclusiouis justitia modo esse judicaudum. Sed et admissorum criminum argumeutum satis clarum praebere, quod non statim, sed nonnullos post menses a latis sententiis a viuculis adversarii Canonici soluti fuerint: quippe satis compertum erat magistratui ab hujusmodi furfuris hominibus omnia pertimescenda fore mala, quos ideo cum opportunum ipsi tempus visum est e carcere dimitti curavit. Hisce praehabitis ad juris applicationem deveuiens priucipio ponit ex juris communis ceusura quotidianas distributiones illis dumtaxat deberi, qui divinis intersunt officiis, absentibus vero omnino denegari opportere, uti docent communiter Cauonistae praesertim *Pignatell. Consult. canon. tom. 3. consult. 36. n. 1. et tom. 1. Consult. 134. n. 11. et 13.* et *Cavaruvias Var. Resolut. lib. 3. cap. 13. n. 7.* Idemque obtinet quamvis universi praebendarum redditus unis conflentur distributionibus, *Moneta de Distrib. part. 2. quaest. 5. n. 18. et 20.* Porro ab hac juris censura eos tantum exemit Bonifacius VIII. in *cap. Unic. de Cler. non resid. in 6.* (quam coustitutionem teste Benedicto XIV. de *Synodo dioecesana lib. 12. cap. 1. n. 2.* in usum revocavit s. Trid. Synodus *sess. 24. cap. 12. de Ref.*) quos infirmitas seu justa et rationabilis corporis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret. Quocirca arguit, Canonicos in themate ut justam ac rationabilem nanciscantur causam distributionum lucrifaciendarum oportere tamquam iujustam atque iniquam suam demonstrare inclusioueм juxta doctriuam *Ferraris Bibliotheca canon. verbo: Distrib. quotid. art. 1. n. 26. et seqq.*, *Fagnan. in Decret. lib. 3. tit. de Praeben. cap. Licet n. 130. et 153.*, *Barbosa in apost. Decis. Collect. 258. n. 9.* E converso enim certum est, Canonicos jure in carcerem iuclusos tamquam irrationabiliter absentes quotidianis distributionibus privandos esse ceu tenet *Garcias de Benefic. part. 3. cap. 2. n. 365.* ac saepe defiuivit s. Congregatio, uti in Anagnina Distributionum quotidianarum 29. Febr. 1744., in qua res erat de Canonico ex gratia absoluto, ubi § *Distinguendum* ad rem edicitur, ibi: »Licet vero ea sententia damnatus non fuerit Colletus, cum tameu quaestio non sit de privatioue Canonicatus sed de Distributionibus amitteudis nihil opus est probatione delicti, sed satis est probare eum juste in carceres detrusum fuisse. Justitia vero apparet, quod ab iudiciis atque argumentis criminis sese ita uon purgaverit, ut omnem maculam absterserit sententia, qua fuerit absolutus ratione innoceutiae suae.« Eique distributiones nou competere definitum fuit et in eadem seutentia stetit s. Ordo in confirmatoria diei 28. Martii ejusdem anui.

Nec profecto juris civilis sauctiones aliter se habent, quo restitutio in integrum iis denegatur, qui ex propria culpa causam absentiae dederint, *Oddi de restit. in integrum part. 1. quaest. 7. art. 3. n. 28.* Ad rem vero illud potissimum urget, quod distributiones quotidianae nedum Canouico in carcere detento qui postea per definitivam seutentiam damnatus fuerit deuegaudae sint, sed nec ei debeantur, licet absolutus e judicio excesserit tamquam non repertus culpabilis ac de jure punibilis. Ita formiter discusso articulo docet *Pignatell. tom. 4. consult. 157. n. 1. et seqq.* ob id scilicet quia hujusmodi absolutio numquam transit in judicatum, adeo ut semper novis supervenientibus indiciis cum eo agi possit, nec ea est, ut attendi possit ad effectum, de quo agitur »quia non est ex capite innocentiae qualis tantummodo attendi solet per s. Congregationem Concilii ad hoc ut pro crimine captivus postea relaxatus faciat distributiones suas.« Ex quibus concludit jurisconsultus pro integro eorum absentiae tempore Valvenses Canonicos distributionibus esse privandos. Posito enim quod jure merito carceribus mancipati fuerint, haud ipsis utile censendum erit reliquum tempus

quo post latas absolutionis senteutias in vinculis mansere. Hoc enim prudentissimo magistratus consilio factum cum sit, tamquam patratorum criminum consectarium sibi uni id tribuant atque imputent uecesse est.

Postremo loco extra causam animadvertit, integros fructus praebendarum canonicalium iu Cathedrali Valvensi solis quotidianis Distributionibus ab immemorabili constare. Reductionem autem Distributionum ad uuam ex tribus reddituum beneficialium partibus a s. Congregatione 1838. praesciptam testante Episcopo ceterisque capitularibus nunquam executioui fuisse commissam.

E contra qui inquisitorum defensam agit, nonuulla praemittit juris principia, unde rem planius confici sibi retur. Ac primo data cum *Moneta de Distrib. quot. part. 1. quaest. 4. n. 10.* Distributiouum notione, quas ii faciunt qui vere vel per juris fictionem divinis officiis intersunt ad horum classem et eos refert, qui per vim majorem alio detinentur vel in vinculis mancipati injuste mauent, ex notissima regula quod imputari non debet ei, per quem non stat si uon faciat quod per eum fuerat faciendum. Animadvertit secundo, injustitiam detentiouis non ab absente probandam esse, quia culpa non praesumitur, sed ejus justitiae probationem neganti Distributiones incumbere et quidem per judicis sententiam conficiendam juxta doctriuam *Pitonii disc. eccles. 34. tom. I. n. 13.* quia actore non probante reus absolvitur, etiam nihil probando ceu fert juris axioma. Ulterius praenotat, criterium de accusati reitate hauriendum uon esse a processu informativo et offensivo seu ex actis ad sententiam praeparatoriis, sed ab defeusivo dumtaxat quem condemnatoria judicis sententia fuerit subsequuta, ad monitum *De Rosa prax. jud. crim. lib. 1. cap. 1.* Postremo distinctione facta inter poenam atque actionem poenalem necnon inter condonationem poenae et abolitionem actionis poeualis, dum ex condouatione poenae reitatis existentiam, ex abolitioue autem actionis poenalis innocentiae praesumptionem et quamdam veluti ejus declarationem jure merito inferri atque haberi contendit ex communi doctorum sententia, quam docet *Giuliani Inst. jur. crim. tom. 3. cap. 7. § 2.*

Post haec multas cumulat facti animadversiones, ut suorum clieutium innocentiam protueatur. Inquireus enim in causam capturae proximam, quae in eo fuit quod ipsi solemni gratiarum actioni in festo s. Ferdinandi die 30. Maji interesse noluerint, notorie falsam eam ex plurium testimonio atque indubiis documentis deprehendit. Deinde causam remotam ad examen revocans objecta laesae majestatis crimina diluere satagit tum ex persona delatoris Dominici Giovannucci, qui ob falsitatis crimen 1851. in carceres detrusus est, ubi diem obivit supremum, tum maxime ex qualitate inquisitorum eorumque praerogativis, honestate, zelo ac doctrina qua gravissimis muueribus in ecclesiae bonum summa cum laude fuucti sunt, de quibus fidem faciunt amplissimae commeudatitiae literae Curiae episcopalis ac testimonium reddit illius ecclesiae decanus. Cum itaque haud deceat afflictis afflictionem addi, profecto quos iujusta vexatio carceris squalori tamdiu damnavit, eos uova poena ex privatione distributiouum afficiendos non esse concludit. Siquidem aequitate inuixi ss. Cauones injuste carceratis uon modo fructus praebendae, sed quotidianas etiam distributiones et aliorum fallentias deberi praecipiunt, uti tenuit s. Congregatio in *Viterbien. 26. Augusti 1628.*, in *Romana 5. Maji 1703.* atque alibi immo et emolumenta anniversariorum nisi expressa obstet testatorum voluntas ceu in *Colonien. Distr. 9. Maji 1671. ad I. dub.* et tradit *Card. de Petra in comment. ad constit. 12. Innoc. III. sect. 2. n. 77. tom. 2.* quamvis hujusmodi distributiones atque emolumenta jam fueriut inter Capitulares divisa, uti in *Alexandrina 29. Sept. 1657.* Quod etiam obtinet etiamsi Canonicus juste quidem scilicet ex sufficieutibus indiciis vinculis fuisset addictus, sed postea per absolutoriam seutentiam dimissus ceu tradunt *Navarr. Cons. 10. de cleric. non resid. cons. 11. n. 3.* et *Moneta loc. cit. n. 81.*

Huc re adducta omui ope nititur defeusor ut contrarias elimiuet deductiones. Ac primo quidem falso ex adverso contendi ait distributiones ei tantum deberi qui positis probationibus suam innocentiam demonstraverit vel per definitivam sententiam fuerit absolutus; id enim nedum devium esse a sanioribus juris principiis, quae statuunt numquam culpam praesumi reumque actore non probante absolvi debere ac judicis sententiam quae non condemnat absolvere, sed et doctrinae a s. Ordine usque receptae manifesto contradicere, qui in *Arianen. 28. Aprilis 1635.* hauc per modum regulae resolutionem edidit Canonicos primo inquisitos

ac deinde absolutos uti non culpabiles per sententiam licet cum clausula: ex hactenus deductis, debere utique percipere distributiones quotidianas totius temporis, quo talem ob causam Divinis interesse non potuerunt;« atque in similibus casibus eandem dandam esse declarationem censuit, uti factum est in *Anagnina Distrib. 23. Augusti 1681.*, in *Ferentina 2. Augusti 1721.*, necnon pro Canonico dimisso cum clausula: non molestetur, resolvit in *Teatina Distrib. 19. Nov. 1707.* et in *Reatina Distr. 5. Maji 1708.* Idemque definitum fuisse in tribunali supremae et universalis Inquisitionis romanae in terminis Canonici dimissi a s. Officio cum clausula: firmo remanente processu, tradit Benedictus XIV. in suis quaest. canon. super causa *Lauretana Distributionum proposita in s. Congregatione die 17. Sept. 1722.* § *2.*

Nec melius ex tenore secuudae sententiae qua regia indulgentia donati fuere inquisiti Canonici reitatem arguere contradictores; nam praeter quam quod hujusmodi sententiae ipsis inauditis ac nulla defensione praemissa latae fuerunt, illud accedit, principis beneficium in themate non poenae jam decretae condonationem, sed abolitionem poenalis actionis prae se ferre, ex qua nulla admissi reatus probatio educi potest, utpote quae judicio adhuc pendente minimeque absoluto locum habuit.

Quae cum pariter extrema in ultima sententia, quae unum Canonicum Gentile respicit, concurrant, idem sane de injustitia ejus capturae judicium efformandum propugnat. Ast praeterea illud animadversione heic loci diguum existimat, quod vel ipsi inducti fiscales testes omnem ab oratore Gentile pravam intentionem in ejus verbis excluseriut et propositionem ipsam non amplius haereticam, sed temerariam tantum atque scandalosam edixerint. Nec praeterit biennio post scilicet praescripta jam actione poenali Canonicum Gentile ob assertum crimen in carceres fuisse conjectum; quin eum moneat quod ex adverso asseritur praescriptionem incipere a die quo magistratus criminis notitiam acceperit atque processum instituerit: contra euim, quod initium praescriptionis sit a die patrati crimiuis docet cum *Giuliani loc. cit. tom. 6.* § *2. n. 3.* Tandem carceris injustitiam magis magisque ex eo arguit quod crimen cui subdebatur Canonicus Gentile nou carceris reclusioni, sed poenae correctionali locum faciebat ex ipsius criminalis tribunalis sententia; quod quidem apprime consentaneum est codici poenali regui.

Postremo non solum pro tempore quod hujusmodi sententias praecessit, sed potiori ratione pro eo quod easdem sententias subsequutum est, quoque sui clientes nulla suadente rationabili causa in vinculis detenti fuere, Distributiones deberi, nemini ambigendum esse putat, cum nulla quae hujusmodi ulterioris detentionis justitiam probent argumenta in medium afferri valeant. Quam ob rem integras eas una cum incertis emolumentis eisdem persolvendas esse concludit a die capturae seu carcerationis usque ad diem eorum reditus ad propriam ecclesiam, ceu pro Distributionibus definit *s. Rotae tribun. in Augustana Canonicatus 7. Febr. 1601. coram Coccino* citata *per Gratianum in discept. forens. tom. 3. cap. 591. n. 49.*, et pro incertis emolumentis resolvit s. Congregatio in *Lucana 23. Julii 1718.* inter summaria precum.

Utriusque itaque allegationis momentis ad justitiae lancem appositis respondere rogantur EE. PP. ad

D u b i u m:

An et quamdiu privandi sint distributionibus quotidianis Canonici absentes in casu?

S. C. respondit:

Negative in omnibus.

Die 23. Apr. 1853.

Tres Canonici germani fratres quorum duo munus etiam parochiale gerebant e propria sede iuique et violenter fuerunt expulsi ab Italiae demagogis, ad quam sine carceris aut vitae discrimine redire nou poterant. Toto absentiae tempore a caeteris Canouicis privati sunt emolumentis, quae *adventitia* dicuntur, quae scilicet ex mortuorum associationibus, anniversariis, publicis supplicationibus aliisque sacris functionibus proveniunt: quae quidem emolumenta ob mortem duorum Canouicorum quatuor tantum qui supererant Canonici sibi dividebant.

Tres itaque violentia absentes germani fratres Canonici sibi jus esse existimantes ad ea emolumenta duo dubia s. Congregationi Concilii proposuerunt quae in calce habentur.

Vicarius capitularis rogatus a sua sententia exprimenda abstinuit. Canonici autem

qui adventitia emolumenta denegabant inniti videbantur constitutionibus capitularibus, in quibus tamen de absentiae coactae casu mentio non fiebat, quamvis alios quosdam legitimae absentiae casus considerarent, in quibus Canonici adventitia emolumenta percipiebant.

Plura *ex officio* adducebantur, quae ejusmodi controversias respiciunt: propius autem ad rem observatur, omnia choralia emolumenta alia provenire a praebenda, alia vero ab adscititiis legatis piis pro missis aliisque sacris functionibus peragendis; circa hujus secundi generis emolumenta quaestionem versari, quae quidem emolumenta duplicis pariter speciei sunt; alia enim sunt fixa ex perpetuitate Legatorum: alia vero incerta et manualia, quae ex eleemosynis vel transeuntibus Legatis aliisque modis fidelium pietate obveniunt.

Ob quasdam autem peculiares absentiae causas s. Congregatio saepe declaravit, emolumenta, quae proveniunt ex obventionibus fixis, dummodo nou obstet testatorum voluntas, non vero emolumenta, quae ex obventionibus non fixis proveniunt, absentibus Canonicis deberi. Sic ex. gr. in *Romana Jurium canonicalium* diei 5. Maji 1703. *Lib. Decret. 53. pag. 186.* ad dubium propositum: »An Canonico Stradae, cui ex causa infirmitatis fuit concessum indultum vacandi a choro aliisque divinis officiis, illud etiam suffragari valeat pro laudemiis, quindenuiis, capitulis actibusque capitularibus, auniversariis, festivitatibus, processiouibus ac pro quibusvis functionibus iu ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omuia emolumeuta cujusvis generis et speciei, communia nuncupata ac etiam victualia et candelas?« responsum fuit: *affirmative etiam quoad laudemia exceptis anniversariis aliisque obventionibus non fixis et in quibus diversimode fuerit a testatoribus dispositum.*

In *Tranen.* die 13. Januarii 1703. cum quaesitum fuisset: »an Archipresbytero oratori tempore infirmitatis debeantur omnes et quaecumque Distributiones quotidianae et signanter mortuaria et anniversaria? responsum prodiit: *affirmative juxta consuetudinem ecclesiae.*

Item contigit in declarationibus Indulti *Jubilationis* causa concessi; sic in *Aquipendien. Indulti* diei 1. Aprilis 1719. ad dubium: »An idem *(jubilatus)* participare debeat de emolumentis adventitiis anniversariorum, associationum cadaverum, si functionibus non intersit in casu? »responsum est: *affirmative ad primam partem, dummodo non obstet voluntas testatoris vel dantis; ad secundam partem: negative.*

Porro non erat in genere dubitandum inter legitimas absentiae causas recenseri causam inimicitiarum, seditionis injustaeque deportationis. Sacra namque Congregatio plures rogata, utrum deportati vel profugi sub Gallica invasione ut semet subtraherent vel vetito juramento vel exilio fructus suarum praebendarum et distributiones absentiae tempore lucrati fuissent, affirmativum rescriptum constanter edidit.

Et sane ejusmodi absentiae causae reducuntur ad causam corporalis necessitatis, ut ponderat Fagnanus in *cap. Licet de Praeb.*, Joann. Andr. in *cap. Unic. de cler. non resid. in 6.* Causa autem corporalis necessitatis jus tribuit etiam ad ea emolumenta, quae ex anniversariis proveniunt, ut juxta *cap. Unic. de cler. non resid. in 6.* plures tradunt doctores. Bonifacius enim VIII. in eo capite, postquam edixit distributiones quotidianas tradendas esse iis tantum qui divinis officiis adfuerint, haec subjunxit: »Qui vero aliter de Distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas . . . . excusaret), rerum sic receptarum dominium non acquirat . . . *De Distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis* largiendis idem decernimus observandum.«

Unde in *Fundana Distributionum* diei 3. Julii 1734., cum quidam Canouicus ex causa inimicitiarum vulnere recepto absens deinde manens a loco beneficii Distributiones quaereret, dubitatum est

I. »An debeautur Distributiones quotidianae in casu?«

II. »Au et qui fructus debeantur in casu?« responsum est ad I.: *Affirmative usque ad praesens, quod vero ad futurum per duos menses tantum.*

Ad II.: *Affirmative ad normam absentium ex causa infirmitatis.*

His aliisque adductis proposita sunt resolveuda

D u b i a:

I. An oratores absentiae tempore lucrentur Distributiones obvenientes ex mortuorum as-

sociationibus, anniversariis, processionibus, missis votivis aliisque adventitiis functionibus in casu?

Et quatenus affirmative,

II. An et a quo tempore Canonici residentes restituere debeant oratoribus praeteritas Distributiones in casu?

S. C. C. die 8. Julii 1865. rescripsit

Ad I.: *Affirmative quoad omnes obventiones fixas tantum, in quibus non obstet specialis testatoris vel dantis dispositio durante necessitate absentiae.*

Ad II.: *Provisum in I.*

Ex iis colliges:

I. Dari causas legitimae absentiae a choro, quae non solum jus tribuunt percipiendi fructus et Distributiones quotidianas sed etiam caeteras extraordinarias et omnia emolumenta quae ex fixis obventionibus derivant, si non obstet specialis testatoris vel dantis voluntas.

II. Hujusmodi causis accenseri Canonicorum absentiam a demagogis coactam durante ejusdem absentiae necessitate.

III. Canonicos praesentes, qui eadem absentium emolumenta indebite perceperunt, ad eorumdem restitutionem teneri.

54) In feriis ad libitum.

(Non concessae.)

Vd. *Resid. parochi et magistri theolog.*

Ad dub.:

1. An Canonici Cathedralis Suessanae, qui per 60 dies continuos vel interpolatos quolibet anno ad eorum *arbitrium* non festivos de praecepto abesse possunt a servitio ecclesiae frui possint Distributionibus quotidianis in dictis diebus eo modo, quo gaudent praesentes?

Et quatenus negative,

2. An duae ex tribus partibus dictarum Distributionum cedere debeant pro fructibus in augmentum praebendarum?

S. C. C. resp. ad utrumque: Negative.

Die 18. Aug. 1708 ad 3 et 4.

55) In feriis legitimis.

Vd. *Distribut.* (ab absentibus etc.)

56) Generis duplicis sunt.

Vd. t. III. p. 188. IV.; p. 202: *Nullius Sublacen.*; 963 § *Super*; supra p. 1317 § *Ad normam*; p. 1399 § *Plura.*

*Dubia indultorum.**)

Aliae sunt Distributiones inter praesentes quae melius dici possent extraordinariae, eventuales et incertae, quaeque ut distinctae sunt a communi massa et praebenda ita praesentibus tantum praestari solent sive ex peculiari statuto aut consuetudine cujuslibet ecclesiae sive ex expressa benefactorum voluntate. Hujusmodi Distributiones non percipere absentes a choro etiam ex justa causa vel etiam ex apostolico indulto docent *Scarfant. ad Ceccop. lib. 2. tit. 10. n. 1., Piton. discept. 1. per tot., Fagnan. in cap. Licet de Praebend. n. 20., Benedict. XIV. institut. 107. n. 58. et seqq.* et s. Congregatio in *Bosanen. Visitationis ss. Liminum 6. Febr. 1734.* Quin imo etiam in casu apostolici indulti cum facultatibus percipiendi quascumque Distributiones quotidianas, ordinarias et extraordinarias quas percipiunt personaliter residentes firma semper sententia censuit s. Congregatio, ut exclusae remanerent eae Distributiones, quae ex fundatorum voluntate inter praesentes dividi debent, ita in *Leodien. indulti 10. Julii 1717.***), etiamsi ageretur de Canonico cum indulto jubilationis ut in *Novarien. 2. Oct. 1617.* et in *Bituntina Anniversariorum 1. Julii 1679.* ac demum in casu etiam Canonici amplissimo causa infirmitatis indulto donati ut in *Romana Jurium canonicalium 5. Maji 1703. et 27. Junii 1705.*

Leodien.

... Geminae sunt Distributionum species, in quarum prima numerantur fallentiae, anniversaria fixa aliaque hujus generis emolumenta, quae inter praesentes partiuntur et super quibus peculiariter non fuit a testatoribus sive ab ecclesiae statuto dispositum. In altera vero Distributionum specie comprehenduntur funeralia et anniversaria incerta et extraordinaria aliaeque manuales obventiones quae ex testatorum mente, consuetudine aut ex peculiari ecclesiae statuto inter Canonicos dumtaxat choro inservientes distribuuntur. Primam enim Distributionum speciem deberi Canonico absenti et jubilationis indulto munito docent resolutiones s. Congregationis.

Non item quoad secundam Distributionum speciem, ubi nimirum diversimode fuerit a testatoribus vel ab aliqua capitulari dispositione praescriptum, ut praesto sunt aliae ejusdem Congregationis resolutiones utramque Distributionum speciem amplectentes in *Novarien. Jubilationis 29. Novb. 1681.*, in *Lunen. Sarzanen. Jubilationis 30. Sept. 1684.*, in *Reatina Distributionum 19. Aprilis 1692.* et in *Mantuana Distributionum 31. Julii 1694.*, in *Aquipendien. Jubilationis ad III. dubium 28. Martii 1697.*

Die 17. Aug. 1776.

*) Vd. *t. III. p. 1027.*
**) Vd. *supra p. 1267.*

57) Cum indulto absentis.

Firmana.

Binis iterum propositis dubiis in Congregatione 2. Decb. ultimo effluxi videlicet:

I. An praebendato Alexandro Fabritio et ceteris praebendatis ecclesiae metropolitanae Firmi licuerit et liceat abesse a servitio ecclesiae absque licentia Capituli per tres menses quolibet anno a s. Concilio permissos, non obstantibus assertis constitutionibus capitularibus in casu?

II. An Alexandro Fabricio debeantur integrae Distributiones vel quae vigore indulti obtenti a s. Congregatione die 14. Junii proxime praeteriti non obstante dicta asserta constitutione capitulari in casu?

Placuit EE. PP. rescribere

Ad I.: Licere per mensem tantum nec requiri licentiam Capituli.

Ad II.: Negative et Fabricius redeat ad residentiam.

Atqui his resolutionibus non acquiescens jamdictus praebendatus Alexander Fabricius noviter audiri desuper obtinuit. Propterea ad ejusdem enixas preces consuetum dubium proponitur cum aliis quatuor, quae in hac controversia supersunt, ut EE. PP. pateat sapiens oraculum:

I. An sit standum vel recedendum a decisis sub die 2. Decb. proxime praeteriti quoad I. dubium in casu?

II. An sit standum vel recedendum a decisis sub d. die quoad II. dubium in casu?

III. An praebendato Alexandro Fabricio debeantur integrae Distributiones vel quae pro tempore seu temporibus, quibus permansit in urbe post indultum s. Congregationis die 14. Junii 1710. in casu?

IV. An Dignitates, Canonici et praebendati tempore vacationis permisso a servitio chori lucrentur Distributiones quotidianas in casu?

V. An praetensae constitutiones capitulares, in quibus cavetur quod non possint praebendati a civitate discedere animo alibi moram trahendi sine licentia Capituli, sustineantur tam pro tempore permisso abessendi a choro quam ultra dictum tempus in casu?

VI. An expensae factae et faciendae in hac causa per Capitulum et Canonicos Metropolitanae Firmi contra praebendatos in s. Congregatione ac judice seu judicibus ab ea delegatis sint extrahendae ex massa communi Capitulo ac praebendatis in casu?

S. C. C. respondit

Ad I.: In decisis.

Ad II.: In decisis juxta modum.

Ad III.: Deberi Fabricio integras Distributiones.

Ad IV.: Non deberi nisi juxta modum.

Ad V. et VI.: Negative et amplius in omnibus necnon Fabricius redeat ad residentiam omnino.

Die 27. Jan. et 3. Mart. 1714.

58) Indulto elapso.

Novarien.

Tempore, quod intercessit inter tempus expirati indulti et tempus reditus ad residentiam s. Congregatio *Distributiones non deberi post terminum indulti* respondit in *Conchen. Fructuum et Distributionum 6. Febr. 1734. quoad II. dubium.*

Die 11. Jan. 1777.

59) Infirmorum.

Vd. t. III. p. 992b; *Canonicatus* (fructus t. III. p. 191. a.)

Lauretana.

Condoluit apud hanc s. C. Philippus Antonius de Clementibus Canonicus Cathedralis Lauretanae aetate septuagenarius ac bene meritus de assiduo servitio illius ecclesiae per cursum annorum trigiuta trium, abhinc tamen uno anno manuum ac pedum doloribus affectus aliisque fluxionibus impeditus impotens

choro interesse, adeo tamen ut frequens domi se continere cogatur et vix aliquando in diebus solemnioribus baculi praesidio ecclesiam adire valeat vel auditurus Sacrum vel peracturus atque interdum extra moenia civitatis ad auram capiendam medicorum consilio exire consuevit. Nihilominus Canonici ejusdem Cathedralis licet in primo semestri dicti anni Distributiones pro tempore dictae absentiae oratori tradiderint, in altero vero semestri eas denegarunt; quapropter orator recursum habuit ad s. C. pro declaratione, quod d. Distributiones sibi debeantur tam tempore praeterito quam in futurum ex causa praedictarum infirmitatum.

Episcopus informare requisitus antiquae et observatae constitutionis synodalis exemplar transmisit hujus tenoris: *Existentes in civitate, si tali morbo detineantur, ut ad chorum ire non possint, non punctentur dummodo eadem die domo non exeant. Utrum autem morbus sit talis, ordinarie ipsorum conscientiae standum est; aliquando tamen, si de aliquo rationabilis suspicio esset, quod morbum simulasset, huic juramentum dari poterit a Vicario generali ad instantiam praefecti chori;* subjungens d. constitutionem obstare oratori, qui dum ad ecclesiam ad Sacrum peragendum accessit a choro tamen abfuit quique saepe extra moenia civitatis recreandi causa animum perrexit, uecnon vacationes per synodum concessas cum aliis permutavit ac si sanus esset; hinc inquit inhabilitatem oratori non suffragari saltem pro tempore, quo ad ecclesiam accedit vel extra domum vagatur. Transmisit insuper relator in quodam folio daudo in summ. jura Capituli pluries moniti ad ea deducenda in s. C. Qua de re ex his et aliis deducendis quaeritur hodie ab EE. VV. resolutio dubii:

An debeantur Distributiones quotidianae Canonico Philippo Antonio de Clementibus ex causa infirmitatis absenti a choro?

S. C. C. resp.: Affirmative et amplius.

Die 18. Julii et 8. Aug. 1711.

Mediolaneu.

Quampluribus pressus infirmitatibus Josephus Sirtorius s. Mariae Scaleusis sexagenario major jam sub die 15. Jan. 1707. ex benignitate s. Congregationis annale indultum vacandi a servitio chori reportavit cum solitis clausulis, quod interim fructibus et Distributionibus frui possit perinde ac si Divinis personaliter interesset. Hujusce sane indulti prorogationem multoties idem Canonicus obtinuit atque postremo sub die 10. Decb. 1709. sub his verbis: *S. Congregatio etc. petitam prorogationem ad triennium ab ultima die praecedentis indulti computandum pro arbitrio et prudentia Eminent. Archiepiscopi ex causa praemissa benigne oratori impertita est.* Verum mox laudatus praesul sub die 5. Martii subsequentis annalem tantum prorogationem jam d. oratori impertitus fuit, sibi reservato jure hujusmodi indultum protrahendi ad tempus in eo praestitum, si tamdiu infirmitates invaluisseut; cum itaque eodem anno effluxo Capitulum autumet eundem oratorem Divinis non interessentem nullis subinde frui posse Distributionibus, idem adhuc suis habitualibus languoribus affectus benignitatem EE. PP. nunc implorat, quatenus tam pro praeterito indulti obtenti effectu non frustretur, quam in posterum eadem perseverante causa novam prorogationem ipsi indulgeant. Requisitus itaque desuper informare Vicarius capitularis supra scriptorum veritatem enunciat atque indagasse subdit, quod praelaudatus Cardinalis Episcopus ideo postremam prorogationem pro unius anni curriculo dumtaxat executus fuit, ut obsequeretur euixis contradictionibus Capituli, quod adhuc etiam perseverat, exageraudo oratoris infirmitates non adeo continuas et graves esse, ut eum praepediant a civili amicorum consuetudine et quiu auram captare possit in quodam ipsius viridario proindeque nec idoneam excusationem a chori servitio praebere, eo certius cum ex statuti dispositione uemo ex Canonicis admitti debeat ad participationem Distributionum, nisi in Canonia*) pro majori anni parte residentiam fecerit. Caeterum idem ipse relator subdit ejusmodi statutum exolevisse. Perspectis itaque prae ceteris iteratis Physicorum attestationibus super male affecta oratoris valetudine in summario exhibendis humiliter idem expetit resolutionem infrascripti concordati dubii:

An et a qua die debeantur Distributiones in casu?

S. C. resp.: Affirmative a die 22. Febr. 1711. per totum residuum trieunii et amplius.

Die 17. Decb. 1712. et 4. Febr. 1713.

Lauretana

Constitutiones synodales cathedralis ecclesiae Lauretanae quoad aegrotantes in eadem

*) Vd. *Canonia.*

civitate ita decernunt: *Non punctantur dummodo eadem die domo non exeant;* quo vero ad aegrotantes extra civitatem in alio diverso capite disponunt: »*Non punctantur, sed testimonium authenticum proferre debebunt, in quo medicus cum juramento affirmet, illum a tali die usque ad talem diem infirmitate fuisse detentum ita ut choro interesse non potuerit.*« Quare Canonicus Gregorettus et beneficiatus Montanus, qui Maceratam et Sarnanum eorum respective patrias sese transtulerunt ratione malae valetudinis, cum exhibeant juratum testimonium medicorum ad formam dd. constitutionum instant pro Distributionibus et revocatione decreti Episcopi mandantis, illos punctari pro diebus, quibus missas celebrarunt et consequenter e domo exiverunt ea, ut inquiunt, ratione quia pro aegrotis solum in civitate Lauretana apposita legatur conditio illa, »*dummodo eadem die domo non exeant.*« Praeterea occasione hujus controversiae decrevit Episcopus, nullum esse excusandum ab amissione distributionum, nisi antequam exeat a domo, si Laureti moretur vel discedat e civitate causa valetudinis, certioret ipsum Episcopum et si morbo corripiatur extra civitatem tempore vacationum, eundem debeat monere de morbo et medici consilium seu testimonium transmittere; hujus decreti validitas impugnatur, cum respiciat constitutiones synodales neque sit roboratum concilio Capituli. Hinc EE. VV. proponuntur infra scripta

D u b i a:

I. *An debeantur Distributiones quotidianae Canonico Gregoretti et Joanni Baptistae de Montanis beneficiato absentibus ab choro?*

II. *An decretum super punctaturis factum per Reverend. Episcopum Lauretanum sub die 30. Aprilis 1715. substineatur?*

S. C. C. respondit

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Dilata et audiatur Episcopus.

Die 28. Mart. et 2. Mai 1716.

Osnabrugen.

(Conc. Tr. c. 24. s. 12. de ref.)

Joannes Balduinus Chorus s. Congregationi exposuit, quod a 20 circiter annis provisus fuit de Vicaria beneficio simplici residentiali Cathedralis Osnabrugensis, ad cujus titulum ordines recepit et cujus oneribus quousque potuit chorum diligentissime frequentando satisfacere non praetermisit. Exposuit quoque, quod infirmitate correptus cum consilio medicorum et praevia licentia Capituli et decani cathedralis ecclesiae se contulit ad patriam ut frueretur aere nativo et usu etiam aquarum mineralium et quod licet aliqualiter recreatur redierit ad suam residentiam Osnabrugensem, ob hujus nihilominus aeris inclementiam in morbum et quidem gravem relapsus recedere coactus fuerit, habita semper superiorum licentia et semper relicto altero ex Vicariis ecclesiae qui vices suas conventa mercede sustineret. Exposuit denique ceteros Cathedralis Vicarios praetensionem excitasse de eo non admittendo ad fructus et ad Distributiones conclusitque exorando, ut praedictis Vicariis demandaretur, quod sibi libere consignarent tam praedictos fructus quam Distributiones; et s. Congregatio antequam quidquam decerneret informationem exquisivit a reverend. Nuntio Coloniensi.

Praedictus Nuntius retulit:

I) oratorem, dum erat incolumis chorum laudabiliter frequentasse;

II) tempore absentiae muneribus suae Vicariae per alium satisfecisse;

III) necessitatem medelae per accessum ad patriam et aquarum mineralium usum pluribus medicorum testimoniis comprobasse;

IV) nullam esse posse difficultatem in ordine ad fructus, quos vocant massae grossae, sed totam difficultatem reduci posse ad anniversaria et memorias defunctorum quae calculantur in annuis scutis 40 et ad alias Distributiones quotidianas ascendentes ad summam viginti scutorum; de his quippe videndum erat: an orator ad participationem tamquam infirmus esset admittendus;

V) necessitatem adesse capiendi aliquod temperamentum, cum infirmitas non esset accidentalis sed proveniret a causa permanente, hoc est a qualitate aeris Osnabrugensis et cum aequum et justum non videatur, ut idem semper abesse debeat et semper debeat fructus et Distributiones lucrari; habitaque hac Nuntii informatione s. Congregatio die 22. Sept. 1725. respondit: Praedictum oratorem fructus et Distributiones percipere potuisse ex causa infirmitatis et etiam bene posse in eadem perceptione continuare, sed ad annum, etsi tamdiu infirmitas durasset, ita

tamen ut per alium Vicarium Cathedralis oneribus sibi incumbentibus satisfaceret.

Capitulum et Vicarii Cathedralis ecclesiae Osnabrugensis adversus hoc rescriptum reclamarunt sub obtentu potissimum, quod exposita in supplici libello non subsisterent in facto causaque per auditorem Sanctissimi delata ad hanc s. Congregationem jura circumferuntur et onus erit EE. VV. decernere:

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in casu?*

II. *An et quomodo sit providendum in futurum?*

S. C. C. resp.

Ad I.: In decisis.

Ad II.: Pro prorogatione ad annum et conficiatur interim processus coram Ordinario super qualitate infirmitatis, quem etiam transmittat cum suo voto.

Die 20. Sept. 1727.

Fundana.

Sacerdos Franciscus Mastromanni Canonicus Collegiatae Terrae Lenulae ex Fundana dioecesi die 3. Martii 1733. ex occulto Sclopi ictu adeo lethaliter sanciatus est, ut omnibus extremis Sacramentis munitus fuerit. Post aliquod temporis intervallum adhuc infirmus, ut facilius ex aeris salubritate convalesceret ex inflicto vulnere, curavit nocturno tempore sese transferre ad oppidum Sperlunae Cajetanae dioecesis, ubi postquam commoratus fuit per duos menses, Romam petiit et coram s. Congregatione instetit, ut sibi a residentia suae ecclesiae ob occultas inimicitias absenti traderentur fructus sui Canonicatus necnon Distributiones quotidianae et caetera emolumenta, quae eidem solvere detrectat Capitulum suae ecclesiae.

S. Congregatio, ut hac de re certior fieret, semel atque iterum literas dedit Episcopo Fundano, qui tandem rescribit: »Causas adductas videri probabiles, verum est enim ipsum vulneratum fuisse in inguine ictu Sclopi ignei e quodam foramine explosi tanta calliditate, ut offensor adhuc remaneat incompertus et nequeat fiscus de eo habere notitiam, quamvis inquisitionem instituerit.«

His in facto praejactis Canonicus Mastromanni innixus rescripto Honorii II. relato in *cap.: Ad audientiam de cleric. non resident.* et *Bonifacii VIII.* in *cap.: Unic. eod. tit. in 6.* necnon praxi s. Congregationis primum ait sibi a Capitulo deberi fructus et Distributiones quotidianas aliaque emolumenta, quae contendit se lucratum fuisse tempore, quo infirmus jacuit in Terra Lenulae et versatus subinde fuit in oppido Sperluncae; eo enim sese contulit, ut beneficio mitioris aeris illius loci citius ab inflicto vulnere sanaretur, nec satis firma gavisus est valetudine quousque ibi consedit juxta testimonium, quod proferunt Canonici Collegiatae dicti oppidi Sperluncae.

Postmodum progrediens ad praecipuum hujus causae punctum proponit regulam, qua cavetur Canonicum absentem a residentia suae ecclesiae, quam adire timeat ob inimicitias adversus eum ibi exortas, lucrari fructus omnes et quaecumque emolumenta, quae Canonicis chori ecclesiaeque servitio incumbentibus praestantur juxta textum in cit. *cap.: Unic. de cleric. non resid.*, ibique tradunt *Joann. Andr. Ancharan., Prob. ad Monach. n. 2. et segg., Franch. n. 2. et 4.; Piton. tom. 1. discept. ecclesiast. 34. n. 4. et 24., Monet. de Distribut. quotid. part. 2. quaest. 5. n. 49.*, indeque infert, sibi itidem absenti ob occultas inimicitias*) deberi fructus omnes sui Canonicatus cunctaque alia emolumenta sive ea ex anniversariis sive ex missis proveniant, quemadmodum s. Congregatio instante quodam Canonico Carpensi, qui ob metum principis temporalis residere non poterat in ecclesia, cui erat adscriptus, die 19. Sept. 1616. respondit his verbis: »Censuit dandas esse ad Ordinarium literas, ut Capitulum cogeret ad integras Distributiones ei assignandas usque ad mensem Aprilis futuri. Caeterum ipsi Joanni Blasio significari voluit, ut interim curet Canonicatum resignare vel permutare aut rationem aliquam inire, qua et sibi et ecclesiae indemnitati consultum sit, ut refert *Barbos. de jure ecclesiast. lib. 3. cap. 18. n. 65.*

Huic resolutioni addi potest altera nuperrime edita ab eadem s. Congregatione in *Caputaquen. die 18. Augusti 1731.* in qua cum ad instantiam Natalis Quaranta s. Ordinibus initiati ad titulum ecclesiae receptitiae in oppido Serrarum existentis et a dicta ejus ecclesia absentis ob indignationem Baronis ejus oppidi propositum fuerit dubium: *An Sacerdoti Natali Quaranta tempore suae absentiae debeatur portio massae communis, sicut caeteris sacerdotibus, deductis tantum oneribus missarum?* prodiit rescriptum: Affirmative pro tempore praeterito et ad Dominum Secretarium juxta mentem; et demum in terminis Canonicorum, qui absunt a residentia, ut injustam judicis vexationem redimant, responsum fuit in *Arianen. 28. Aprilis 1635.*, in *Anagnina 23. Augusti 1681.*, in *Teatina Distributionum 19. Nov. 1707.*

*) Vd. *p. 1263. i; 1285. p.*

Capitulum adversus haec opponit:

I) quod Canonicus Mastromanni culpabilem causam praebuerit assertis inimicitiis indeque factus fuerit indignus percipiendi Distributiones quotidianas necnon caetera sui Canonicatus emolumenta, uti tradunt *Joan. Andr., Franch. et Anarchan. in cap.: Unic. de cleric. non resid. in 6.;*

II) quod omnes fructus et praetensa emolumenta proveniant ex anniversariis necnon ex celebratione plurium missarum atque idcirco ea percipiantur dumtaxat a Canonicis, qui dictorum anniversariorum et missarum celebrationi intersunt.

At Canonicus Mastromanni sibi ipsi non deest in medium proferendo nonnulla documenta, ex quibus probata ejusdem morum integritate putat satis superque excludit, quod ipse exortis inimicitiis causam praebuerit subditque a Capitulo non probari, se ut asseritur in causa fuisse, ut dictae inimicitiae adversus eum exarserint. Inspiciendum itaque est: an Capitulum contendens privare Distributionibus quotidianis Canonicum absentem ob inimicitias teneatur concludenter probare easdem inimicitias ex culpa Canonici insurrexisse juxta ea, quae tradit *Ciarlin. contr. foren. tom. 3. cap. 227. n. 15. et 16.*, ibi: »Non obstat, quod haec procedant, modo talis Canonicus non fuerit in culpa immiscendo se rixis et inimicitiis, si enim culposus est, non luratur Distributiones; nam respondetur non constare de aliqua culpa vel crimine dicti Canonici et in dubio culpa non praesumitur, sed est probanda ab allegante et oportet, ut culpa sit praeordinata ad casum, alioquin non nocet.«

Alteram denique exceptionem a Capitulo propositam contendit refutare Canonicus Mastromanni tum ex eo, quod alii Canonici legitima causa absentes consueverint lucrari controversas Distributiones et emolumenta, uti ex nonnullorum testimonio probatur, tum etiam quia Canonicos ex causa infirmitatis vel ex alia legitima causa absentes lucrari Distributiones quotidianas tam ordinarias quam extraordinarias et alia quaecumque emolumenta ex anniversariorum celebratione provenientia, dummodo aliter dispositum non fuerit a testatoribus, tradunt *Gloss. in dicto cap.: Unic.* verb. *Idem Gemin. ibid. n. 1., Passarin. dicto cap.: Unic. n. 132., Lara de annivers. lib. 1. cap. 17. n. 1. et seqq., Azor. instit. mor. tom. 2. lib. 7. cap. 7. quaest. 4.* et ad rem conferunt plures resolutiones s. Congregationis relatas in folio distributo die 6. Febr. 1734. in *Causa Bosanen. Visitationis s. Liminum.**)

His itaque stantibus deliberandum proponitur:

I. *An debeantur Distributiones quotidianae in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An et qui fructus debeantur in casu?*

S. C. C. respondit

Ad I.: Affirmative ad praesens. Quo vero ad futurum per duos menses tantum.

Ad II.: Affirmative ad normam absentium ex causa infirmitatis.

Die 3. Julii 1734.

Acernen.

Postulante Philippo Ragone altero ex 20 Canonicis, quibus praeter 4 Dignitates constat insignis Collegiata s. Petri Montis Corvini, quotidianas omnes Distributiones a tempore, quo causa infirmitatis coactus fuit a chori ecclesiaeque servitio abesse, huncusque decursas, et amplum jubilationis indultum, quod assiduo laudabiliqne servitio praefatae suae ecclesiae ultra 40 annos praestito putat demeruisse, bina haec dubia duplicem ejus petitionem complectentia scilicet:

I. An Canonico Philippo Ragone attenta ejus infirmitate debeantur Distributiones quotidianae et alia emolumenta de quibus agitur in casu?

II. An sit locus jubilationi et exemptioni a choro et ad quem effectum in casu? — semel iterumque descripta fuere in foliis dierum 10. et 24. Maji superioris anni et quia eomet tempore sex alii ejusdem Collegiatae Canonici asserentes, par ab ipsis ecclesiae servitium 40 annorum spatio fuisse persolutum, pro simili jubilationis indulto supplicarunt indeque visum est, vix fieri posse, ut illud una simul omnes absque nimio ecclesiae cultus detrimento obtinerent, satius duxere EE. PP. praemissorum dubiorum resolutionem suspendere, donec Archiepiscopus Salernitanus ex iis quae in libello dictorum sex Canoni-

*) Vd. *p. 1290.*

corum fuerant in enunciatum finem impetrandi jubilationis indultum exposita sacram Congregationem instrueret.

Cum itaque memoratus Archiepiscopus novissime haec in facto retulerit:

I) se compertum habere 6 illos Canonicos non alioquin recursum ad s. Congregationem instituisse, quam ut impedimento essent, ne dictus Canonicus Philippus Ragone simile indultum obtineret. »Id enim (sunt ejus verba) obtestati ipsi sunt apertissime declarantes insuper se lubente a postulatione indulti recessuros, si et Canonicus Ragone a petitione desisteret sua; immo Canonicus Franchius de facto supplicationi ea de re apud EE. VV. institutae jam renunciavit;« II. *ibi ex Subdelegati relatione constare*: »Bullas Canonicatus cantoris Mainini datas fuisse sub die 12. Januarii 1709. possessionemque captam iisdem die, mense et anno Bullas thesaurarii Ferrari expeditas sub die 5. Decb. 1713. possessionemque eodem die incontinenti initam, bullam Canonico Franchino expeditam sub die 21. Febr. 1693. et sequenti die possessionem obtentam, Bullas Canonici della Corte expeditas sub die 30. Januarii 1691. et sequenti die possessionem captam, Bullas Canonicatus Angeli del Vaglio datas sub die 4. Maji 1704. et die 12. ejusdem mensis et anni possessionem captam, Bullas Canonici Pico expeditas die 2. Novb. 1708. possessionemque statim captam Bullas Canonici Ragone expeditas sub die 12. Julii 1694. earumque vigore possessionem proviso traditam die 19. ejusdem mensis et anni. Ut quidem liqueat ipsum antiquiorem Canonicum ceteris esse et servitio collegiatae ecclesiae suae per annos 44 addictum fuisse;

III) *eumdem Subdelegatum sibi significasse quod ipse extrajudicialiter cognoverit* ex sex Canonicis concurrentibus ad indultum jubilationis cum Canonico Ragone Canonicos Majorino, Franchino, della Corte, del Vaglio et Pico prospera valetudine frui servitioque ecclesiae praedictae idoneos esse solumque thesaurarium Ferraro chiragra et podagra laborare, contra vero Canonicum Ragone cancro quo tenetur exesam habere faciem oculumque ac prorsus inserviendi ecclesiae inhabilem esse. Praeterea Canonicos della Corte, Vaglio et Pico non assiduos ejusdem servitio fuisse. Primus enim per quinquennium abstinuit domi agens ad inimicorum vim quam timere dicebat eludendam. Reliqui duo Neapolim diu moram traxerunt animi recreandi gratia. *Quibus expositis ita concludit*: »Quapropter censerem actuos vos, Patres Eminent., pro vestra humanitate et sapientia, si rejectis instantiis sex Canonicorum invidentium misericordiam fieri proximo suo Canonico Ragone, quem cancer deformat et pro scandalo et abominatione populi ab ecclesiae ministerio arcet, id quod postulat indulseritis.«

Rogantur modo EE. VV. decidere:

I. *An Canonico Philippo Ragone attenta ejus infirmitate debeantur Distributiones quotidianae et alia emolumenta de quibus agitur in casu?*

II. *An sit locus jubilationi et exemptioni a choro et ad quem effectum in casu?*

S. C. C. respondit

Ad I.: Affirmative exceptis Distributionibus et emolumentis quae juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus.

Ad II.: Affirmative ad effectum obtinendi indultum juxta formam consuetam.

Die 11. Apr. 1739.

Savonen.

Podagrae morbo detentus Franciscus Xav. Picconius Savonensis ecclesiae Canonicus licet octo abhinc annis choro interesse statis horis non potuisset, quotidianas tamen Distributiones perpetuo accepit ac si veram praestitisset praesentiam idque permissu universi Canonicorum Collegii.*) At inde visum est Canonicis quibusdam indulgentiam hanc divino cultui et functionibus ecclesiasticis detrimenti nimium inferre et ideo Distributionum extraordinariarum et ut vocant fallentiarum compendium quo dumtaxat qui intersunt fruuntur Picconio negarunt. Graviter hoc tulit Picconius qui ob id ad Amplissimos Patres confugit auditoque Episcopo, qui duo Capitularium responsa epistolae suae adjunxit, causa nunc definienda proponitur.

Ait Picconius: Infirmos morboque aut vitio corporis detentos absentium poenas quae contra eos qui bene valent impositae sunt ferre iniquum esse ideoque ss. Canonum Decretis constitutum fuisse reputandos eos esse uti praesentes, ut lucrifacere possint Distributionum compendia idque sive res sit de iis Distributionibus quae tribuuntur illis qui vere intersunt sive res sit de aliis, quae ob Canonicorum bene valentium absentiam praesentibus accrescunt quod ficta illa a jure praesentia quam praestat Canonicus infirmus idem operari debeat ac vera ex regula juris, quae vult eumdem esse effectum fictionis in casu ficto, qui est veritatis, in casu vero et quod absentis portio non personae quae praesens est sed portioni accedat, quae fuit Fagnani jurisprudentia in cap.: *Cum percussio n. 29. de cleric. aegrot.* Addit longo in hac Cathedrali usu comprobatam esse consuetudinem ut Canonici vitio morbove praepediti participes sint omnium Distributionum atque obventionum uti illas percipiunt vere praesentes ideoque cum ipse morbo prematur, ut testificationem faciunt medicus et Episcopus qui etiam de assiduo ejus servitio ecclesiae praestito ante morbum contractum diserte testatur nihil proponi, cur Distributionibus extraordinariis aliisque obventionibus privari debeat.

*) Vd. *p. 1342. n. 34.*

Haec Picconius: contra 6 Canonici, ceteri namque Picconio favent, ut colliginus ex libello ad Episcopum dato, urgent consuetudinem illam quae si adesset a jure improbaretur, ut disserit *Scarfan. ad Ceccoper. Lucubr. canon. lib. 2. tit. 10. n. 5. et seqq.* non probari a Picconio, immo duobus exemplis exceptis e libris annalium computationum contrarium monstrari. Frustra vero eum contendere debitas sibi Distributiones omnes rationibus et argumentis quae juris dispositioni et ipsi aequitati adversantur, ut rectissime definitum fuit a s. Rotae auditorio *decis. 117. n. 13. et seqq. par. 9. tom. 1. Recen.* Contrariis igitur hisce juribus probe ut solent perpensis, quod sequitur controversiae caput ab EE. PP. definiendum est:

An Canonicus Picconi tempore infirmitatis participare valeat de omnibus Distributionibus tam ordinariis quam extraordinariis ac quibuscumque aliis emolumentis et obventionibus, prout participant caeteri Canonici interessentes in casu?

S. C. C. respondit:

Affirmative exceptis iis, qua sive ex voluntate testatoris sive ex statuto et consuetudine ecclesiae debentur tantum actu interessentibus.

Die 18. Decb. 1745.

Tranen.

Post diuturnum assidnumque servitium ecclesiae praestitum a Jo. Laurentio Palumbo Canonico theologo ac decano Cathedralis Tranensis, cum ex causa studiorum in vitium nervorum capitis quo convulsivo motu et vertigine abripitur, incidisset, ut medicinae professores testificationem faciunt, vacationem a choro divinisque officiis obtinuit a Capitulo, ut etiam indultum a s. Poenitentiaria et licet choro abesset omnes Distributiones tribus annis qui excursi sunt a die, quo adversa valetudine correptus fuit, semper percepit. Nuper autem censuit Capitulum suasore ut ipse putat Archidiacono Carcani ab exorta inter utrasque familias dissidia veram non esse infirmitatem et Canonicum Palumbum neque choro neque divinis officiis abesse neque absentem quotidianas Distributiones consequi posse. Confugit Canonicus Palumbus ad hoc s. Tribunal postulans ut cogeretur Capitulum ad praestandas quotidianas Distributiones licet choro abesset adversae valetudinis causa. Auditus fuit, ut fieri solet, Archiepiscopus, qui licet infirmam Canonici Palumbi valetudinem agnoscat, tamen contra eum respondit. Nunc igitur causa proponitur ab EE. PP. definienda.

Urget Canonicus Palumbus juris dispositionem, qua cautum est, ut si infirmus sedulo assidueque ante infirmitatem choro divinisque officiis interesse suevit, si de praesenti aegritudine constat, non abesse tantum a choro sed etiam Distributiones quotidianas ac si praesens sit lucrifacere possit, ut ex *Textu in cap.: Ad audientiam de clericis non resid.* et in *cap.: Unico eodem tit. 4. in 6.* uno consensu tradiderunt *Fagnan. in cap.: Licet a n. 137. ad n. 147. de Praebendis, Vanespen. jur. eccles. univ. par. 3. tit. 4. cap. 5. § 5., Passerin. ad d. cap.: Unic. de cler. non resid. in 6. reg. 5. n. 88., Covarruv. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 8., Monet. de Distribut. par. 2. quaest. 6. n. 6. et 21., Garz. de benef. par. 4. cap. 5. n. 363., Hortad. de residen. lib. 5. resol. 3. sub resol. 8. § 1. n. 1., Barbos. de potest. Episcop. alleg. 53. n. 116.* et de *Canon. cap. 24. sub n. 27., Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 5. § 9. n. 119. et seqq.*, et perpetua fuit s. hujus Tribunalis sententia, ut omissis antiquioribus dignosci potest ex *Romana Distribut. 6. Martii 1703. et 20. Junii 1705., Mediolanen. Distribut. 4. Febr. 1713. et 7. Decb. 1715, Eugubina Servitii chori 23. Augusti 1738.* et ex *Aquilana Indulti 26. Junii 1745.* Cum autem de assiduo et diligenti ante infirmitatem servitio ecclesiae praestito non ambigatur, cum certa sit infirmitas ut liquet ex testificatione trium

medicorum aliorumque testium consequens esse debeat ut choro abesse et quotidianas Distributiones percipere possit.

Praesertim quia ad easdem Distributiones lucrifaciendas necesse non est, ut causa morbi gravissima sit, sed satis est, ut abesse choro possit etiam ex levi morbo cujus incrementum timeatur, *Reiffenstul in jus canon. lib. 3. de cleric. non resid. § 7. n. 193., Schmalzgrueb. in jus canon. tom. 1. tit. 4. § 4. n. 86., Ventrigl in Prax. par. 1. adnot. 29. § 2. n. 2., Pignatell. consul. canon. 115. n. 57. tom. 9.*; ideoque cum res sit de vitio morbove interno qui sensibus aliorum non subest, quique incrementum accipere potest ex chori frequentia, ex cantu, ex hominum strepitu et aeris calore, ex frigore hyemis, ut recte expendit *Zacch. quaest. Med. legal. lib. 7. tit. 2. de divin. Offic., quaest. 2. n. 3. et quaest. 3. n. 4.*, sequendum est medicorum judicium et debet aeger absens Distributiones consequi, etiam ex consuetudine*) Capituli, quod in morbis internis sequitur fidem Capitularis aegroti et sinit, ut Distributionibus quotidianis fruatur, licet a choro absit divinisque officiis. A Capitulo nondum libellum jurium habuimus. Dubium est:

An constet de legitimo impedimento abessendi a choro itaut debeantur Distributiones quotidianae in casu?

S. C. respondit:

Affirmative onerata conscientia oratoris.

Die 12. Sept. 1750.

Segobricen.

Ecclesia Segobricensis duas habet pro suis Canonicis Distributiones, unam, quae medietatem fructuum comprehendit, cui acquirendae satis est, ut Canonicus 9 mensium spatio intersit. Eam *canonicalem* et vulgo *grossam* dicunt ac pro rata bis in anno distribuunt. Alteram *manualem* seu minutam quae datur iis, quae intersunt choro et divinis officiis pro qualibet hora**) *canonica, missa, anniversario, processione, renovatione Sacramenti in qualibet feria* 5. et similibus. Ea non in diem sed distribuitur singulo quadrimestri.

Veteri ecclesiae usu factum erat, ut infirmi extra civitatem degentes nihil de quacunque Distributione perciperent; omnia cum in civitate essent haberent. Clemens VIII. anno 1601. suis literis statuit, dum »eos Canonicos praesentes in loco quamvis infirmos ac alios, qui de medicorum consilio extra civitatem alio ob aeris temperiem ad recuperandam valetudinem se conferre valuerint etc., ad grossam et canonicales percipiendos pro praesentibus habeantur, prout alii Canonici aegroti in civitate degentes habentur.« Nihil vero locutus est de manuali seu minuta, quae pristinum usum retinuit semper.

Honophrius Oller, jam a quadragesimo quinto anno Canonicus supplicavit, »ut attenta meritorum suorum cumulo erga dictam ecclesiam et attento etiam, quod jam per sexennium ratione suarum infirmitatum quamvis non residens in choro et ecclesia inter praesentes nihilominus habetur, ipsum a locali quoque residentia dispensare benigne dignetur, ut unico quod remanet suis malis remedio secedeudi scilicet in civitatem Valentinam ibique permanendi absque nulla canonicalium obventionum jactura frui possit et valeat.« S. Congregatio die 24. Julii 1762. ad triennium petitis annuit.

Sed cum postea manualis Distributio post quadrimestre Canonico denegaretur a Capitulo quod prius consenserat atque a Vicario generali Canonico ipsoque Episcopo, qui s. C. literas acceperat antea ac executioni mandaverat, ideo Oller adire coactus est s. C., quae die 4. Maji 1763. mandavit Episcopo, »ut praefigeret Capitulum terminum ad deducendum jura sua in s. Congregatione, non retardata interim executione indulti et ad eundem effectum curaret juris remediis Capitulum omnino praestare oratori fructus et Distributiones ad formam ejusdem Indulti.«

De hujus privilegii interpretatione atque executione nunc agitur. Haec tantummodo dicenda erant antequam de causa pertractaretur: reliqua ex monumentis et relatione Episcopi videnda sunt.

Ad cognoscendum de causa pertinet, ut inspiciatur quid s. Congregatio indulserit, quis fuerit consensus Capituli, quid Episcopus dum literas executus est dixerit.

Litterae s. Congregationis habent: »Attenta attestatione Ordinarii Segobricen. benigne commissit eidem, ut veris existentibus narratis et accedente consensu Capituli pro suo arbitrio et conscientia oratori praedicto indulgeat, ut a residentia sui Canonicatus per triennium proximum tantum ex causa praemissa obesse possit et interim omnes fructus percipere perinde ac si choro et officiis divinis personaliter iuteresset.»

*) Vd. *p. 1371.*

**) Vd. *p. 1294 n. 11.*

Capitulum super propositis ceteris die 8. Novb. 1762. nemine discrepante assensum est.

Episcopus Segobricen. die 12. Novb. decretum edidit: »Indulgemus D. Honuphrio Oller presbytero et Canonico nostrae Cathedralis Segobricen., ut a residentia sui Canonicatus per triennium proximum tantum ex causa suae malae valetudinis abesse possit et interim gaudendo privilegiis descriptis in jure favore senium, debilium et aegrotantium omnes fructus et Distributiones quotidianas sui Canonicatus et praebendae percipere perinde ac si choro et officiis divinis personaliter interesset (juxta tamen et formam et stylum ejusdem ecclesiae) quod indulgemus et dispensamus omni meliori modo quo possumus.«

Ait itaque Canonicus petiisse, ut liceret sibi secedere in patriam ibique permanere sine ulla canonicalium obventionum jactura. S. vero Congregationem indulsisse, ut omnes ejus fructus et Distributiones quotidianas perciperet ac si choro et divinis officiis *personaliter* interessset. Huic dato sibi privilegio Capitulum consensisse, Injuria nunc contradici.

Neque obesse, quod Episcopus exequendo literas apposuerit: *Juxta tamen formam et stylum ejusdem ecclesiae;* non enim ex iis intelligi limitationem factam privilegio apostolico; neque limitationem hanc per curiam induci potuisse.

Adjicit constitutionem Clementis VIII. unice se habere ad Distributionem canonicalem, infirmis etiam a civitate absentibus dandam; neque vero ad denegandam manualem, praesertim si apostolicum intercederet privilegium. Praeterea neque ullum exemplum offerri quod in casu obtenti privilegii haec manualis Distributio data non sit.

De eo nunc quod objicitur de quadam sententia super hoc usu. Primum eam non respicere casum privilegii apostolici. Secundo eam frustra allegari, uti a judice non competenti latam. Absonum vero esse ac pene temerarium, ut ad minuendam potestatem Pontificis, de quo verbum non habet, extendatur.

Capitulum adhuc non comparet: ejus partes Episcopus tuetur in sua relatione, quae circumfertur.

Bonifacius VIII. in *cap. 1. de Cleric. non residen.* improbata quacunque consuetudine vel statuto quo absentes lucrabantur Distributiones quotidianas dixit: »Qui vero aliter de Distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat nec faciat eas suas!

Concilium Trid. *sess. 24. cap. 12. de ref.* ait: »Distributiones vero qui statis horis interfuerint recipiunt, reliqui quavis collusione aut remissione exclusa his careant juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit *Consuetudinem*, quod s. Synodus in usum revocat.«

Advertendum, quod infirmus Oller suo jure ex clara Clementis VIII. lege extra civitatem degens Distributionem canonicalem obtinuisset sine novo privilegio ac sine ullo contradictionis timore. Suis precibus propterea intellexisse videtur de iis, quas aliter non habuisset, Distributionibus quotidianis; quarum nomine non veniunt fructus seu Distributiones canonicales*), sed eae quae ratione servitii *per punctas et punctaturas* designantur, ita ut major vel minor sit portio uniuscujusque uti magis vel minus inservierit. Videndum quid de hoc dixerit *Card. Petra in comment. ad constit. Bonifacii VIII. n. 28., Rot. in rec. decis. 135. n. 7. part. 10.* et s. Congregatio in *Capuana Spolii 9. Julii 1735.*

S. Congregatio in *Romana Jurium canonicalium 5. Maji 1703.* proposito dubio: An Canonico Stradae, cui ex causa infirmitatis fuit concessum indultum vacandi a choro aliisque officiis divinis, aliud etiam suffragari valeat pro laudemiis, quindenniis, Capitulis aliisque capitularibus anniversariis, festivitatibus, processionibus et pro quibuslibet functionibus in ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujusvis generis et speciei communia et nuncupata ac etiam victualia et candelas? —

respondit: Affirmative etiam quoad laudemia exceptis anniversariis aliisque obventionibus non fixis et in quibus diversimode fuerit a testatoribus dispositum.

Et dubio: An eidem Canonico competat pro sua rata parte etiam jus accrescendi earum Distributionum et communium, quae ob absentiam vel vacationem Canonicorum interessentibus accrescunt et a qua die supradicta omnia debeantur in casu? —

rescripsit: Affirmative a die praesentationis indulti.

*) Vd. *p. 1400. n. 56.*

Inquiri posset, an de subreptione aliqua vitium sit; de consuetudine ecclesiae Segobricensis nihil dixerunt preces, sed considerandum an expressa haec consuetudo retardavisset privilegium, quod non minus ex consueta apostolica indulgentia quam de jure vere aegrotis Canonicis et mitiori coelo extra civitatem ad necessario tutandam vitam et arcendam mortem indigentibus datur.

Praeterea ponderandum esset, an hae consuetudines sive usus servari atque approbari mereantur. *Fagnanus* dixit ad *cap.*: *Licet 32. de praebend. et Dignit. n. 136. ad 138.*: »Primus igitur casus acceptus, in quo de jure quotidianae Distributiones debentur absentibus est infirmitas etc.: extenditur secundo, ut habeat locum non obstante statuto Capituli, ut aegrotis vel ex quavis causa absentibus non dentur Distributiones: hujusmodi enim statutum s. Congregatio censuit esse non confirmandum, cum sit irrationabile et contra bonum ecclesiae, qui si alii ejus essent exemplo deterriti forte non posset, qui militaret ecclesiae, inveniri.«

EE. PP. dijudicabunt:

An indultum abessendi a residentia a Canonico Honuphrio Oller obtentum ei suffragetur ad effectum percipiendi a die illius executionis omnes Distributiones tum canonicales, quam manuales et minutas interessentibus choro et divinis officiis praestari solitas?

S. C. respondit:

Affirmative in omnibus exceptis Distributionionibus, de quibus expresse a testatoribus aliter dispositum sit.

Die 19. Jan. et 9. Febr. 1765.

Commissio Episcopo Beneventano porrecta ut constito de imminutione redditauum assignatorum a Benedicto XIII. pro recitatione officii b. M. Virginis in Collegiata s. Spiritus comparticipationem Canonicis concedat absentibus a choro causa infirmitatis.

Venerabili fratri Episcopo Beneventano.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater.

Salutem et apostolicam benedictionem.

§ 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum et Canonici istius Collegiatae s. Spiritus civitatis Beneventanae, quod ex institutione praescripta a fel. mem. Benedicto PP. XIII. Praedecessore Nostro e tempore quo ipse, dum in minoribus erat, huic ecclesiae Beneventanae praesidebat, dictum Capitulum inter horas canonicas officium quoque parvum b. Mariae V. in choro recitare teuetur: pro dote vero ejusdem pii operis memoratus Benedictus Praedecessor summam ducatorum regni 9700 assiguavit, ad hoc ut ex hujusmodi quantitatis fructibus ac redditibus quisque ex Canouicis et Dignitatibus annua ducata 36 quotidianae distributionis titulo obtineret.

§ 2. Praedictis tameu quotidianis Distributionibus idem Benedictus Praedecessor voluit, ut illi tantum frui et gaudere deberent qui re vera personaliter choro interfuissent semper ac generaliter per modum regulae absentibus etiam malae valetudinis causa aut infirmis vel alias legitime impeditis, a consecutione hujusmodi Distributionum exclusis mandavitque, ut omnes indistincte subjecti essent punctaturis applicandis non quidem beneficio aliorum qui interfuissent, sed aerario ecclesiae praedictae, quam sane memorati Benedicti Praedecessoris dispositionem et voluntatem ea qua par erat diligentia et fide dicti exponentes executioni mandare usque adhuc non omiserunt.

§ 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat annui redditus ac proventus praedictae quantitatis ducatorum 9700 variis emergentibus de causis adeo immiuuti sint, ut vix quisque ex Canouicis ac Diguitatibus praedictis auuua scuta 30 quotidianae Distributionis titulo obtineat: hinc praedicti exponentes dispositiouem ac leges ab eodem Benedicto Praedecessore praescriptas in ea tantum parte qua cavetur, ut absentes etiam causa infirmitatis punctaturis subjiciant, per Nos moderari ac absentes ex causa dumtaxat iufirmitatis hujusmodi Distributionum participes fiere per Nos declarari summopere desideraut: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de beniguitate apostolica dignaremur.

§ 4. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et supplicatiouibus incliuati audita relatione dilecti filii Francisci Carrara Congregationis venerab. fratrum Nostrorum S. R. C. Cardinalium Concilii Trid. interpretum secretarii ac comperto alias per fel. me. Clementem PP. XIII. Praedecessorem Nostrum Capitulo et Canonicis istius Metropolitanae Beneventanae simile iudultum per suas literas in simili forma Brevis die 5. Febr. 1768. expeditas fuisse concessum, fraterıitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus narratis iisdem Capitulo et Canonicis istius Collegiatae s. Spiritus uuuc et pro tempore existentibus legitime impeditis secundum dispositionem textus in capitulo *Consuetudinem de cleric. non resid.* et s. Couc. Trid. praedicti *sess. 24. cap. 12. de ref.*, potestatem percipiendi emolumentum officii Mariani auctoritate Nostra apostolica gratis pro tuo arbitrio et conscientia concedas et indulgeas.

Datum Romae apud s. Mariam majorem die 5. Julii 1780.

(Bull. r. Contin. t. VI. p. 213. Ed. Romae.)

(Voce laborans.)

Canonicus ecclesiae collegiatae archidioecesis F. supplici libello a SSmo exemptionem petiit a servitio chori ob gravia valetudinis iucommoda, praesertim vero ob notabilem vocis debilitatem: quibus impeditur quominus choro intersit. Capitulum optat ut si vocem attollere orator nequeat, choro tamen interesse ne detrectet. Archiepiscopus a voto ferendo abstinet, addens id sibi acceptum futurum, quod s. C. C. placuerit. Ad has preces die 28. Junii rescriptum fuit: *Secundum ea quae proponuntur non expedire.*

Orator non acquievit et preces iteravit, ut revocato hoc decreto petitam gratiam consequeretur ajens: se per 40 annos cum dimidio adstitisse servitio chorali Collegiatae; nunc autem annis diuturnaque infirmitate confectum hoc amplius praestare non posse.

Quamvis ss. Canouum et s. Concilii Trid. praescriptionibus omnibus Canonicis et iis qui residentialia beneficia possident districte iujungatur, ut suae ecclesiae servitium exhibeaut, ea tamen est hujus praescriptionis vis, ut naturali juri nunquam praevaleat. Hinc per Canones cautum est, ut infirmis et male habentibus legitima detur exemptio a personali chori servitio, quin fructibus praebendae et quotidianis Distributionibus fraudentur. *Cap. Unic. de cleric. non residen. in 6.* Ubi Bonifacius VIII. post vetitas clericis residentibus sed divinis officiis non interessentibus quotidianas Distributiones illos ab hac censura excipit quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusaverit. Quod confirmavit Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de ref.* Consouat Faguanus *in cap.*: *Licet de praeb. n. 135. et 150.* et Ferraris *verbo*: *Distributiones art. 1. n. 12.* His accedit constans et universalis S. C. C. praxis, ex qua apparet, quoties constet de infirmitate ex jurata medicorum fide, indultum vacandi a choro prout necessitas exigat, nunquam denegari solere, ut in *Urbinat. Indulti 18. Sept. 1802.*, in *Firmana Jubilationis 13. Sept. 1862.* et in *Romana Juris canonicalis 1703.* Jam vero infirmitatem, quo orator laborat, talem esse quae petitum indultum eidem concedendum suadeat, ex relatis liquido patet. Orator siquidem praeter notabilem vocis demissionem gravissimas quoque patitur stomachi perturbationes quae tales sunt ut ad vomitum etiam ipsum excitent, ut ex jurata medici fide constat. Nec aliquid contra absolutum ac pleuum indultum facere posse videtur Capituli votum, exoptaus saltem personalem oratoris adsistentiam; oppositio siquidem Capituli comprobata iufirmitate injusta et irrationabilis reputanda est ceu testatur resolutio S. C. C. in *Piscien. Indulti 6. Decem. 1764.* His accedit quod si oratoris preces repellereutur, ipse prout exposuit post laudabile sex supra quadraginta annorum servitium suae ecclesiae praestitum impotens factus Canonicatum resignare cogeretur; quod ab aequitate ne dicam a justitia alienum esset, ut declaravit s. Congregatio in *cit. Piscien.* Quae quidem resignatio, dum oratori noceret, minime Capitulo prodesset, quia beneficium fisco adjudicaretur.

S. C. C. die 14. Augusti 1880. rescribere rata est: *Pro gratia, juxta petita.*

Anagnina.

(Non concessae.)

Post quadragenarium Anagninae Cathedralis servitium a s. Congregatione postulavit 1792. Canonicus Paulus Leggi jubilationis indultum et 10 ex aliis Canonicis favebant, 6 contradicebant instantiae. Dum haec vero pendebant, petiit interim mense Sept. ejusdem anni facultatem manendi infirmitatis causa in urbe Quoad primam instantiam materiale dixit Anagninus Episcopus quadragenarium servitium oratoris non item laudabile; pluribusque notatis delictis eum judicavit va-

cationis praemio indignum qua de re EE. VV. sub die 16. Martii sequentis anni 1793. rescripserunt: lectum ad iustantiam. Ad secundum monuit, redditas sibi a Leggio fuisse post menses fere septem literas s. Congregationis pro iuformatione ideoque post tantum temporis intervallum fortasse infirmitatis causam desiisse: sed iudulgenter hoc non obstante s. Congregatio rescripsit die 20. subsequentis Aprilis: Pro facultate arbitrio conscientiae Episcopi ad totum mensem Decembris 1792. tantum.

Cum hoc rescripto rediit orator Anagniam: at illud Episcopus exequi renuit, quum sciret, falsa fuisse narrata. Hinc denuo ille venit Romam, ut conquireret testes passae in ea infirmitatis a die 8. Sept. 1792., quo primum ab Anagnia discessit, ad diem 3. Junii 1793., quo se ad residentiam restituit; ac duplici munitus attestatione chirurgi scilicet Fortunati Vespasiani de ipsius cubatione in lecto a die 21. Novb. praedicti anni 1792. ad diem 17. Martii sequentis anni ob contusum pedem et medici Aloysii Jacobelli de gravi passa pituita a die 14. ejusdem mensis Martii ad finem Maji consequi tentavit pro tempore talis absentiae quotidianas Distributiones. Petitionem vero rejecit Capitulum; expedivitque Leggius monitorium coram A. C. super manutentione in possessione exigendi canonicales fructus et sedendi in choro. Causa deinde per decretum Emi Praefecti Signaturae Justitiae ad s. Congregationem remissa prolixam Episcopus reddidit in ea informationem a Capitulo circumfereudam.

Gravia iterum memoravit oratoris crimina a primo adepti Canonicatus tempore cauteque idcirco judicandum ait de assertis illius infirmitatibus. Plura adversus chirurgum Vespasiani et medicum excepit Jacobelli, quibus opposuit etiam Capitulum testes, qui toto assertarum iufirmitatum tempore Leggium viderunt bona per urbem valetudine deambulantem. Neque admissis etiam attestationibus Vespasiani et Jacobelli competere arbitrabatur Leggio canonicales fructus absentiae tempore; neque scilicet in bimestri vacatione quam Anagniuae ecclesiae constitutiones intra annum concedunt capitularem, qui incipit die 1. Julii, neque in reliquis mensibus absentiae. Quoad bimestre vacationum notabat, iis tantum illud concedi, qui diligenter toto anno ecclesiae servierunt, Leggium vero ab Anagnia discessisse die 8. Sept. 1792. ac nedum post absolutum die 8. subsequentis Novb. bimestre Anagniam non rediisse, licet nondum evenisset contusio pedis juxta chirurgum Vespasiani, sed ab illa etiam abfuisse per alios menses 7, ad finem uempe capitularis anni 1792.

Eoque minus ei competere arbitrabatur beneficium vacationum, quia ab Anagnia discessit ac moratus extra dioecesim fuit sine ejus venia; nam in *Gazeden. 9. Maji 1626.* S. Congregatio tametsi declaraverit, uullam requiri licentiam ad hoc ut Canonici abesse possint in mensibus a Concilio permissis, censuit tamen, hanc declarationem non vindicare sibi locum quoties Canouici abesse volunt extra dioecesim, quod aliis confirmavit resolutionibus apud *Benedict. XIV. instit. 107. p. 6. n. 36.* Verumtameu retulit ultro Capitulum remittere Leggio partem vacationum pro rata servitii: et hanc iuiit rationem: Sunt hae vacatioues duorum meusium iis qui toto anno diligenter servierunt. Quum autem Leggius ecclesiae servierit tantum quartam anui partem, hoc est ab initio mensis Julii usque ad diem 8. Sept 1792. et a die 4. Junii usque ad exitum ejusdem mensis seq. anni 1793. sequitur, ut pro his tribus meusibus vacatioues sint dierum quindecim. Et quidem omues hujus temporis fructus a Capitulo conceduntur; sed coucedi profecto nequeunt salva couscientia fructus ejus temporis quo Leggius Romae vivens ecclesiae servitium neglexit.

Quo vero ad reliquos absentiae meuses septem neque deberi censet fructus etiamsi reipsa Leggius fuisset infirmus. Tunc enim prodest infirmitas pro illorum perceptione cum ante eam Canouicus interesse consuevit choro, non item si sanus etiam abfuit ut Leggius qui post bimestrem etiam vacationem moratus fuit Romae in bona valetudiue quousque saltem passus non est contusionem pedis de qua testatur chirurgus Vespasiani, *Reiffenst. jus can. univers. lib. 4. tit. 3. n. 192., Barbos. de offic. et potest. Episc. part. 3. alleg. 53. n. 163., Covarr. var. resol. lib. 3. cap. 13. n. 8.* Rogavitque postremo EE. VV. ut in re definienda consulerent etiam futuro ad alias vitandas lites cum homiue molestissimo. Novo, inquit, hoc anno capitulari ipse ab ejus initio hoc est die 1. Julii 1793. Romam venit, ubi semper ad diem 28. Febr. 1794. commoratus est. Huic homini propositum est sua auctoritate frui beneficio

perpetuae vacationis quod a s. Congregatione impetrare non potuit. Utinam obtineret nunc hujusmodi vacationem, quam antea frustra postulavit! Liberaret Capitulum tum a sumptuosa lite, quam anno quovis sustinere debebit, ne suo muneri desit, tum a perpetuis molestiis quas toto hoc tempore semper intulit et singulis Canouicis et toti Capitulo: me vero liberaret ab innumeris angustiis, quibus quinque jam annos angor ab homine, quo forte in tota dioecesi pejorem habeo neminem.

Dum mense Augusto elapsi anni 1794. morabatur iterum Leggius in urbe, alias EE. VV. dedit preces pro licentia continuanda in ea moram alteramque allegavit oculorum infirmitatem, nova in id producta atsestatione medicorum Evaristi et Michaelis Albites. Verum quidem dicit Episcopus, quod Leggius narrat in supplici libello, se Anagniam rediisse primum 1793. deinceps 1794. ibique una vice fuisse commoratum menses duos, altera autem vice dies 54. Prima illa vice rediit speraus, se illud a me impetraturum ut silentio premerem gravissimum illud facinus, in quod jam quarto incidit, falsae descriptionis complurium missarum. Vice altera rediit jussu s. Congregatiouis Episcoporum et regularium, quae eum redire coëgit, ut a Vicario generali subjiceretur examini propter illud ipsum facinus. Sed falsum contra quod ipse aut aegrotus Anagniam venerit aut unquam in hac civitate aegrotaverit. Diebus illis omnibus quibus hic commoratus est una quidem aut altera vice se aegrotum finxit, ne choro iuteresset; sed reliquo tempore semper integra et firma valetudine usus est, uti etiam proximis his diebus, quibus se omnes domi continebant propter ingentem nivem qua tota peue civitas obstruebatur, Leggius tamen suis illis detritis et pleuis rimarum vestibus, quae neque totum corpus contengunt, neque frigus depelluut alacer atque laetus per civitatem ambularet, exceptis iis diebus quibus in ecclesia cathedrali latere debuit, metuens, ne propter fraudes a se patratas in pluribus missarum legatis, jussu s. Congregationis Rev. Fabricae s. Petri in carceres detruderetur. Atque adeo falsae sunt querimouiae illae Canouici Leggi de aegra valetudine, ut omnium hominum quotquot Anagniae sunt nemo unquam eum vere aegrotum viderit dempta oculorum lippitudine qua ab ineunte aetate laborare cepit.

Memorat hinc suspensionem a Divinis Leggio indicta a decessore Episcopo ob falsam missarum descriptionem suamque lenitatem abstinendo a graviori poena ob illius recidivam quae sub judicio est s. Congregationis Episcoporum et reg. ac suum postremo aperit votum in haec verba: Ego si quod vere atque ex animo sentio, dicere debeam, neque vacationis quam olim postulavit beneficio dignum eum judico neque altero beneficio quod nunc postulat, ut Romae commorari possit atque absens ab ecclesia sua percipere Distributiones quotidianas. Nulla enim justa est hujus absentiae causa, quum ipse integra et firma valetudine utatur semperque usus sit. Si vero dicere debeam quod cupio, nihil mihi antiquius nihil optabilius esset, quam ut Leggius absit ab hac dioecesi ideoque eum consequi posse vellem quidquid postulat, modo absit homo molestissimus qui mihi unus plus offert negotii quam dioecesis universa. Heri die 1. hujus mensis ex improviso Anagnia discessit nulla ut solet a me petita venia.

Quamvis Episcopus de praeterita agens Leggii absentia indefinite loquatur de canonicalibus fructibus reipsa tamen ad quotidianas respicere videtur Distributiones quas tantum in novissima memorat informatione et de quibus in sua allegatione certat Capitulum. S. profecto Trid. Synodus certos in *sess. 24. cap. 12. de ref.* designat casus privandi Canonicum absentem fructibus Canonicatus quod monitus nempe abfuerit primo anno et in hoc eum casu privandum decernit dimidia parte fructuum; quodque iterum eadem fuerit usus negligentia et ipsum secundo privat omnibus fructibus. Non abfuit vero Leggius neque per integrum capitularem annum 1792., neque per integros sequentes 1793. et 1794., ut refert Episcopus; quodque magis est, perpetui iis annis fuerunt ejus recursus ad s. Congregationem super ipsa intermittente absentia. Locus idcirco non esse videtur conciliari privationi praebendae; sed restringenda forsan est quaestio ad quotidianas Distributiones, quas ex eadem s. Concilii sessione recipere debent qui statis horis interfuerint.

Inter legitimas causas, ex quibus non amittit absens Distributiones, recensetur infirmitas, *Barbos. ad Conc. Trid. in cit. sess. 24. cap. 12. n. 86. et segg., Monet. de Distrib. quotid. part. 2. quaest. 5. n. 48.* Sed difficultas est, num re ipsa infirmus fuerit

Leggius capitulari anno 1792. quo per novem abfuit menses ab ecclesia et in eadem continuaverit infirmitate cum ex intervallo deinde abesse consuevit. Sub fide chirurgi Vespasiani et medici Jacobelli aegrotasse ait Romae plures per menses; licet sua jura formiter deducere negligat. Sed praeter exceptiones quae adversus eos testes et ipsorum attestationes per Episcopum et defensorem Capituli proponuntur, hoc potissimum urget quod carent attestationes illae juramento contra decretum s. Congregationis in *Avenionen. Servitii chori 20. Jan. 1787. ad IV. dubium.* Alii insuper sunt testes, qui Leggium vidisse affirmant in bona valetudine eo ipso tempore quo illum Vespasianus et Jacobellus fuisse supponunt infirmum. Et animadversionem postremo merentur quae de asserta infirmitate observat Episcopus.

Nedum autem ex passa 1792. contusione pedis et pituita vindicare contendit Leggius illius anni Distributiones aliasque fortasse sequentium annorum pro eo tempore, quo non interfuit choro, sed tertiam quoque testimonio medicorum Albites allegat oculorum infirmitatem, ut perpetua fruatur absentia et reliquam ducat vitam sub clementiori coelo romano. Si praefatis deferendum est medicis, mereri posset orator flagitatum indultum; sed caret etiam illorum depositio juramento eique adversatur novissima informatio Episcopi qui innatam dicit in Leggio lippitudinem oculorum, cui adversum non est coelum Anagninum, dum semper ibi integra et firma valetudine usus est, uti nunc etiam utitur.

Deliberare igitur dignentur EE. PP.:

I. *An debeantur Distributiones quotidianae de tempore non praeteriti servitii in casu?*

II. *An et quomodo sit concedendum indultum absentiae in casu?*

S. C. respondit

Ad I.: Negative, demptis duobus mensibus vacationum.

Die 28. Febr. et 14. Mart. 1795.

Terracinen.

Praesbyter Angelus Maceroni cum pedibus impeditus sit non potest incedere in processionibus et associatione cadaverum. Nihilominus tamquam infirmus et legitime impeditus per juratam medici depositionem sibi debita esse contendit emolumenta quae in processionibus et in ducendis funeribus percipiuntur. Sed repugnante Capitulo reclamavit ad s. Congregationem ut emolumenta hujusmodi percipere posset. Episcopus refert quod nunc Capitulum habitis comitiis plenis suffragiis instantiam oratoris probavit, proiudeque Episcopus putat *Oratorem dignum esse, ut exaudiatur juxta preces.*

Praestat sane animadvertere, quod Gregorius IX. in *cap.*: *Cum percussio de clerico aegrotante* haec descripsit: *Fraternitatem tuam hortamur quatenus latorem praesentium ad percipienda quae consueta sunt ab ecclesia tua aegritudo sua non debeat impedire*, ibique *glossa* observat: *Quod infirmus inservire intelligitur et omnia percipere debeat ac si sanus esset.* Hinc s. Congregatio infirmis concedere solet ut omnia percipiant ac si praesentes essent, nihilominus quod absint ceu definivit s. Congr. in *Ripana 8. Febr. 1783.* Sed haec obtinent pro his processionibus quae Capitulum pro officio facere debet, ut sunt *Rogationum, ss. Corporis Christi* ceteraque hujusmodi, in quibus omnino non fiunt Distributiones, sed absentes puncto notantur, a quo immunis esse debet infirmus.

In reliquis vero processionibus, in quibus Distributio fit, ut Capitulares interveniant, prout in associatione cadaverum emolumentum datur solis interessentibus ut praesentiam corporalem praestent adeoque non potest absens tamquam praesens haberi, ut de infirmis definitum fuit in *Acernen. Distrib. quotid. 11. Aprilis 1739.* in qua disputato I. dubio:

An Canonico Philippo Ragnone attenta ejus infirmitate debeantur Distributiones quotidianae et alia emolumenta? —

rescriptum fuit: *Affirmative exceptis Distributionibus et emolumentis quae juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus.*

Dubium propouitur:

An Canonico Maceroni attenta ejus infirmitate debeantur Distributiones in processionibus et emolumenta associationis cadaverum in casu?

S. C. respondit:

Quoad Distributiones in processionibus affirmative, dummodo non obstet voluntas testatorum expressa vel praesumpta, quoad emolumenta associationum cadaverum negative.

Die 30. Junii 1504.

60) Jubilatorum.

Vd. t. III. p. 207. VI.; 489: *Sabinen*; 538a; *Canonicus jubil.*; *Applicatio missae conv.* t. I. p. 716. VII; *Jubilatio.*

Hortana.

Praeter simplices missas et perpetua anniversaria quibus singuli Hortanae Cathedralis Canonici gravantur conventuales tamquam universi per turnum et adventitia alia celebrant anniversaria. Eorum quatuor qui ex jubilationis indulto quotidianas obtinent Distributiones, Felix nempe Mariani, Hermenegildus Squarti, Eutitius Valentini et Jo. B. Fabiani participare etiam consueverunt scuta quinque quae singuli nondum sacerdotes Canonici pro missis praesertim conventualibus solvunt et ad turnum particularium anniversariorum admitti. In id EE. VV. oraculum reliqui postularunt Canonici quibus per alias preces pro observatione soliti restiterunt Jubilati.

Hortanus Episcopus retulit quod hactenus Jubilati *ad participationem admitti consueverunt*, quodque *enunciata scuta 5 non in massam capitularem inferuntur, ut in Distributiones cedant quotidianas, verum solummodo pro missarum conventualium celebratione assignata videntur, ideoque inter Canonicos easdem per turnum celebrantes proportionaliter dividenda.* Sua coram ipso in transmissis scriptis deduxerunt jura Canonici jubilati ceterique Capitulares favetque Episcopus novissimis, *quia cum primi ex jubilationis privilegio ab onere praefatas missas conventuales et alia anniversaria prorsus celebrandi sint immunes, aequum ac rationi consentaneum videtur, eos locum non habere quoad praetensam participationem.*

Observantiam urgent jubilati, ex qua ad emolumentum missarum conventualium et anniversariorum turnum admissi hactenus fuerunt. Consuetudine enim induci potest, ut qui ex justa causa vel apostolico abest indulto Distributiones omnes aliaque ecclesiae emolumenta percipiat, *Monet. de Distribut. quotid. part. 2. quaest. 12. n. 42. et 50.* Eoque magis servandam censent hujusmodi consuetudinem, quia inducta est in declarationem indulti jubilationis parumque reliquis Canonicis detrahit participatio tenuissimae summae ex missis conventualibus et anniversariorum turni. Addi etiam posset quod abessendi gaudent indulto non studiorum vel utilitatis ecclesiae causa in viridi aetate, sed ob quadragenarium servitium in senectute, quodque idcirco admodum diuturna non esset ipsorum participatio. Initium sane habuit jubilationis indultum in remunerationem longaevi servitii, ut in *Constantien. Jubilationis 4. Maji 1636.* ideoque in odium retorqueretur in nostro themate beneficium, nisi quatuor Canonici jubilati de emolumentis participarent missae conventualis et admittereutur ad turnum auniversariorum ad quem ceteroquin praecisive a consuetudine eis redire licet, si celebrationis onus subire velint, *Scarfanton. ad Ceccoper. lib. 2. addit. 3. ad tit. 6. tom. 2.* et *s. Congreg. in Romana 10. Maji 1692.*

Qui eis contradicunt ponderandum rogant neque contributionem scutorum quinque neque eventualium anniversariorum eleemosynam in quotidianas unquam Distributiones cessisse; ideoque ad illorum participationem admittendos non esse iudultarios, nec compendium ex missis conventualibus et anniversariis, a quorum onere immunes sunt, consequantur contra regulam *Textus in leg. secundum naturam ff. de reg. jur.* Maxime quia plura alia Capitulares absque stipendio celebraut auniversaria in ecclesiis s. Mariae *de Racomandati et s. Crucis*, negliguntque indultarii iuutilem illorum turuum.

Aliae profecto sunt Distributiones quotidianae quae certam perpetuamque habent causam, aliae eventuales et incertae. De prioribus dumtaxat intelligendum esse jubilationis iudultum in generica distributionum concessione tuetur *Scarfant. ad Ceccop. addit. 3. n. 9. tom. 3. p. 17.*, non item de posterioribus, anniversariis scilicet et eventualibus emolumentis, quae solis interessentibus praestantur, *Passerin. in cap. unic. de cleric. non residen. n. 6.*, *Pirhing. in jus canon. lib. 3. tit. 4. sect. 2. n. 49. in fin.*, *Piton. discept. 1. n. 10.* et *s. Congregatio in Mantuana Distributionum 31. Julii 1694. ad I. dub.* Anniversaria tamquam pia legata distincta sunt a praebenda canonicali, *Fagnan. in cap. Licet de Praeben. n. 20.*, *Piton. discept. 1. n. 35.* ac relicta censentur interessentibus, qui actu pro benefactoribus orant. *Scarfant. ad Ceccop. lib. 2. tit. 10. n. 1. et seqq.*, *Piton. loc. cit.*

Dubium est:

An Canonici jubilati Cathedralis Hortanae participare debeant de emolumentis missae conventualis et anniversariorum in casu?

S. C. respondit:
Affirmative ad formam consnetndinis.
Die 5. Junii 1790.

Verulana.

Cum constitisset de continno ac landabiliter expleto 40 annorum chorali servitio a Dominico Butti Canonico Collegiatae s. Mariae Frusinonis in dioecesi Verulana donatus ipse fuit jubilationis indulto 8. Maji 1819. licet a Capitularibns inservientium paucitas et choralis servitii detrimentnm afferretur in medium quod tamen Episcopus in sua informatione se conciliasse referebat: »*Non fore eum utendum indulto sine vera necessitate vel saltem diebus festis accessurum ad chorum et suppleturum paucitatem Capitularium*«: proinde juxta consuetam s. Congregationis praxim rescriptnm est: »*Pro gratia jubilationis arbitrio et conscientia Episcopi cum solitis clausulis* videlicet nt *fructus omnes et Distributiones sui Canonicatus percipere valeat, perinde ac si choro et divinis officiis personaliter interesset.*«

Postquam indultum ita obtinnerat Buttius, preces instauravit tum mense Novembris elapsi anni, in quarum primis postulavit, ut exemptus declaretur a celebratione missae conventualis, in altera vero supplici libello petiit, ut etiam percipere posset eam summam, quam loco tertiae partis Distributionum ex inita conventione annuatim Capitnlo persolvit Canonicns Marocci ex s. Congregationis indulto absens cansa studiorum, quaeqne summa inter reliqnos Capitulares partitur, necnon ut particeps fieret scntorum sex, quae annnatim a mnnicipibns penditur Canonicis, quia choralibns vestibns induti intersunt sacris novendialibus quae praemittuntur festis ss. Pontificnm Silverii et Hormisdae. Super his omnibus exqnisita est nova Episcopi informatio audito Capitulo in scriptis. Antequam tamen nlterius progrediar, nt animadvertam oportet primae petitioni Canonici Bntti quoad missam conventualem jam provisum provideri ab Episcopo datis ad Capitulum literis sub die 19. Maji 1819., quas definitivi decreti loco habendas esse voluit, de qua epistola inferius redibit sermo. Tota hinc quaestio redncitur, an jnbilatus Canonicus Bnttins percipere debeat pro sua rata summas quae a Canonico Marocci et municipibus persolvuntur, qnaeqne inter praesentes Canonicos partiuntur.

Ea itaque verba informationis Episcopi: »*Quaestionibus quae nunc noviter deducuntur a Canonico Butti jam est sub die 29. Maji anni praeteriti responsum datum atque provisum* (epistola nimirum superius memorata) *et nisi mea me fallit opinio cum declarationibus ejusdem s. Congregationis Concilii quae pariter submitto sapientissimis EE. VV. oculis, ut magis magisque innotescat cujus furfuris sit homo iste. Vestrum erit decernere quod sancitum nisi emendandum sit. S. Buttius non intervenit functionibus quibus inest emolumentum inter praesentes distribuendum, quomodo conqueri potest de gravamine? Nisi suppleat vices Canonici Marocci causa studii absentis ut alias concordatum quarum Distributionum particeps esse vult?*

Nihil de missa conventuali habet Capitnlum in suo voto, snper qua jam videtur provisnm ab Episcopo in epistola, sed huic innixum conatur exclndere Buttium a perceptione tum summae quae persolvitur ab absenti Canonico Marocci tum alterius quae penditur a communitate municipali ob sacra novendialia. Ait enim emolumentum hoc inter eventualia non autem inter certa et fixa esse numerandum, cum pancis abhinc annis suum exordium trahat isthaec solutio, a qna municipes recedere possunt. Antea enim ceram pro landatis sacris novendialibus persolvere solebant, quae deinde in sacrarii beneficium cedebat; ex inita vero conventione loco illius quantitatis cerae sex scuta Canonicis suppeditantur quae inter praesentes partinntur; ac proinde cum in praemium interessentiae sit eventnalis Distributio, nullum super hac jus competit Buttio Canonico jubilato juxta praefatas Episcopi literas.

Canonicus Butti e converso sibi deberi antumat utrumqne emolumentum. Canonico enim jubilato debentur absentium fallentiae quin Episcopus decernere valeant jubilato vigore indulti non ea deberi, *Ferraris* verb.: *Canonicus art. 9. n. 111.*, et quin eas denegare possit Capitulum vel ob silentium constitutionnm capitularium vel quia hujusmodi in ea ecclesia desint exempla; deficientibus namque constitutionibus capitularibus non ad Cathedralis statnta particularia, sed ad generalem legum dispositionem vel s. Congregationis praxim est recurrendum. Jam vero ea est generalis regula, ut jnbilatus de aliorum fallentiis particeps fiat, nisi aliud cautum fuerit ab ejnsdem ecclesiae constitutionibns, nnde cum a Canonico Marocci

annua persolvatur summa loco fallentiarum, ad has jus sibi competere putat orator ex indulto absens cum facultate percipiendi omnes fructus ac Distributiones perinde ac si choro interesset, cum *portio accrescat portioni non personae* ex *Fagnano in cap. Cum percussio n. 29. de Cler. aegrot.* Idem jus sibi adstruit quoad alterum emolumentum scutorum sex a municipibus persolutum ob sacra novemdialia, cum illa non deutur ob unum premium interessentis a qua praestatione possit suo lubitu recedere communitas. Etenim ipsomet fatente Capitulo antea certa cerae quantitas suppeditabatur sacrario, cujus favore cedebat, quidquid cerae superat post expleta sacra novemdialia; atque hinc Canonici quotannis minorem pecuniae vim impendebant pro cera in servitium ecclesiae et vicissim majorem summam inter omnes indistincte debent distribui, ad quae ipse vigore indulti jus habet. Falsum omnino putat posse municipium a praestatione recedere, cum ab immemorabili fiant sacra ea novemdialia et summa scutorum sex descripta sit inter expensas ordinarias et consuetas in tabella approbatas a s. Congregatione Boni Regiminis.

Indultum jubilationis nullo canone sanctum, sed ex benignitate s. Congregationis sensim introductum est, nt Canonici et beneficiati post laudabile et continuum quadraginta annorum servitium ab inserviendo in posterum eximantur, quin quidquam de fructibus et distributionibus amittant. Hujus indulgentiae rationes duae potissimum fuere. Prima scilicet senectus et infirmitas, quae impedit quominns in posterum praebendatus ecclesiae deserviat; ac proinde honesta dimissio ipsi conceditur post continuum et laudabile quadragenarium servitium cum omnibus juribus, honoribus et emolumentis, exemplo ducto a veteranis militibus qui post multos labores ita vacatione donantur. S. C. *in Lunen. Sarzanen. Jubilationis 16. Martii 1737.* et in *Civitatis Castellanae 20. Sept. 1766.* Altera vera ratio fuit ut spe immunitatis a servitio et perceptionis omnium reddituum alacriores fierent Canonici et beneficiati in praestando ecclesiae famulatu, ut advertit *Fagnan. in cap. Licet de prob. n. 166.*

Quid vero commodi hujusmodi privilegium jubilato afferat ex variis s. Congregationis decretis colligi potest. Ad rem praesentem quod attinet notandum saepius actum fuisse de Distributionibus, quarum percipiendarum facultas jubilato conceditur a s. Congregatione in ipsamet indulti clausula; et jamdiu firmatum est, Canonico jubilato deberi absentium fallentias, nisi obstent constitutiones particulares, aut consuetudo, necnon ipsum participare posse, sive praesens sit, sive absit, nedum de omnibus Distributionibus communis massae, verum etiam de emolumentis adventitiis anniversariorum et associationum cadaverum dummodo a testatoribus cautum non fuerit, nt actu tantum interessentes de iis participare debeant, ut re fuse discussa *in Aquipendien. Indulti 1. Aprilis 1719.* proposuit S. M. Benedictus XIV., dum s. hujus Congregationis a secretis munere in minoribus constitutus fungebatur et probavit s. Congregatio. Idem quoad fallentias a jubilato percipiendas statuitur in *Leodien. Jubilationis 17. Augusti 1776.*

Dubia proponuntur:

I. *An Canonicus jubilatus Dominicus Butti vigore indulti absens particeps esse debeat de summa, quae persolvitur quotannis a Canonico Marocci absente ob causam studiorum in casu?*

II. *An idem quamvis absens participare debeat de scutis sex quae annuatim a Communitate persolvuntur ob sacra novemdialia in casu?*

S. C. resp.
Ad I. et II.: Affirmative.
Die 27. Maji et 17. Junii 1820.

Firmana.

Jam a die 21. Junii 1841 indultum absentiae a choro retulerat a S. H. O. Faustinus Fausti in insigni Collegiata s. Victoriae Canonicus attento scilicet oeconomi administratoris officio, quo in archidioecesano seminario fungebatur. Hujusmodi rescripto s. Ordo indulsit, ut a sua residentia per triennium proximum tantum iucipiens a die discessus abesse possit et interim fructus omnes sui Canonicatus percipere valeat, amissis Distributionibus quotidianis, quod si fructus omnes ipsis Distributionibus constent, vel si redditus praebendae tertiam partem Distributionum non attingant, duas ex tribus partibus Distributionum vel praebendae ac Distributionum insimul cumulatarum respective percipiat, amissa tertia, quae inservientibus accrescat.

De hoc rescripto quaestio orta est inter iudultarium et Capitulum quoad Distributiones

quotidianas, an eas Canonicus indultarius percipere valeat pro eo tempore, quo patriam redux chorum frequentat; ac praeterea, an tertia pars illa, quam vi indulti dimittere oportet, computari debeat super universis fructibus Canonicatus de integro anno seu potius (cum alternativo chori servitio capitulum fruatur)*) super fructibus decurrentibus tantum in hebdomadis servitii, id est super universorum Canonicatus fructuum medietate.

Constat ex habita Emi Archiepiscopi relatione fructus canonicales in Collegiata s. Victoriae constare universos Distributionibus quotidianis itaut cuilibet diei totius anni sua respondeat Distributionum quota; atque inde negligens toto anno chori servitium in sua hebdomada dimidium universorum fructuum amittat, quod praesentibus accrescit: praeterea eum vigere in eodem Capitulo pervetustum morem »*che qualunque individuo, che ha ottenuto o per cagione de'studj predicazione, o di altro giusto motivo l'esenzione dal coro, — relicta tertia parte — abbia sempre durante la grazia rilasciato l'intero terzo del fruttato canonicale tutto di Distribuzione quotidiana senza riguardo alcuno ne' a qualche giorno, che possa essere per suo commodo tornato all' ufficio corale, nè all' alternativa, nè a qualunque altro privilegio proprio di quelli, che sono in residenza.*«

Ipsius vero Emi Archiepiscopi sententia ita se habet: »Enim vero cum Indultario a s. V. Ordine tertia pars loco Distributionum *inter praesentes* assignetur, Distributiones vero, qui statutis interfuerint horis, et residentes in ecclesiis recipere, reliquos his carere debere., *Conc. Trid. sess. 24. cap. 12, Bened. XIV. instr. 107.* § 7. *n. 42.* sequeretur, quod sicuti nemo datam absentiae veniam ita sibi prodesse arbitrari posset, ut dictas Distributiones quotidianas absens perciperet, ita et qui indulto non semper utitur, his diebus, quibus adest, Distributiones lucraret, ad sensum s. Congr. in *Florentina Vacationis 1532.* et in Romana *Dubia indultorum 25. Maji 1822.* § *Contra vero.***)

Illud etiam decernendum s. Congregationi exponitur, quod secundo loco ajebant Capitulares pro his diebus, quibus jure alternativae vacatio a choro contingit, etiam Distributiones calculo deduci oportere, ex eo quod orator absens a loco residentiae sit. Alternativae indultum pro relaxatione animi corporisque utque alacriores redirent ad excubias Domini Canonicis tribuit ecclesia.

Nunc vero haec alternativa obesse possit indultario, dum caeteris prosit, decernet s. Congregatio. Profecto ex parte Indultarii objici posset ss. Pontificis beneficium et gratiam in damnum extorqueri non posse nec juri consentaneum videri, eumdem (rem nempe alternativam) obligare oratorem Fausti ad amissionem Distributionum, aliis vero has conferre.

Cum ergo inspiciam non toto anni tempore indulto perfrui oratorem, qui nonnullis anni diebus inservit, videtur tertiam fructuum partem, quae loco Distributionum est constituta, in totidem dies, quot sunt infra annum, quibus chorali servitio deservire tenetur, distribuendam esse ita, ut quibus diebus intersit, Distributiones dietim facere suas possit et valeat. Nam si continuo absens in tertiae amissionem partis fructuum damnatur, ita ei, qui gratia interrupta nec integre utitur, nequit in praejudicium verti diligentia et officium.«

Ex juris dispositione Distributiones quotidianas ideo fuisse institutas, ut alacriores Canonici divinis intersint officiis, explicant doctores *ad cap. Unicum de clerico non resid. in 6.* seu, ut ait Trid. Synodus, »*ne qua in parte divinus minuatur cultus, sed ei debitum in omnibus obsequium praestetur.*«

Hinc statis cujusque diei horis certas assignandas esse Distributiones ac pro modo laboris inter praesentes dividendas tradit *Moneta de Distrib. quot. part. 2. q. 3. n. 2.* et s. Congr. *in Melevitana Erectionis novae Massae Distribut. 25. Sept. 1762.* §: *Quae* et in *Derthonen Constit. capitular. die 12. Sept. 1829* § *Dubium et ad dub. V.* Eas vero Distributiones, quas percipiunt, qui statis horis interfuerunt, ex mente Trid. Synodus debere aequiparare tertiam partem omnium fructuum beneficalium non dubitatur, *sess. 21. cap. 3. de reformat.* et *s. Congregatio in Maceraten. 20. Decb. 1776.* § *ult.*

Tandem probatum in jure est, quod ubi praebendae consistunt in Distributionibus quotidianis, binae ex tribus earum partibus assumunt naturam praebendarum, s. Congr. in *Illerden. dici 3. Martii 1791.* § *6.*

His positis patet, quod tertia pars fructuum, quae Distributiones in casu conficit, acquiratur vel amittatur pro modo servitii a

*) V. *t. III. p. 1061. II.*
**) Vd. *t. III. p. 1031.*

Canonico praestiti atque adeo sequi necessario videtur (ut rite arguit Emus Archiepiscopus), indultarium, qui aliquando chorum petit, pro iis diebus Distributiones lucrari juxta interessentiam: proindeque eum quotam huic respondentem a tertia parte vi indulti dimittenda decrescere.

At duo difficultatem faciunt Capitulo: primum scilicet quod indultarius vix accepto habuit absentiae rescriptum, renunciasse juri suo visus sit Distributiones percipiendi, quarum dimissio in eodem rescripto praecipitur: nec congruum esse videatur, ut ille pro sua commoditate et arbitrio abesse a choro valeat vel adesse. Alterum est consuetudo vigens in Capitulo superius relata, quam cum legis vim habeat omnino attendendam esse existimat.

Juvabit tamen animadvertere rescriptum de absentia non equidem adstringere indultarium, ut absit, sed facultatem illi dumtaxat impertiri abessendi absque conscientiae juctura: ita ut liberum quandocumque sit indultario eodem utendi vel non, consuetudo autem illa, ubi Trid. Synodus menti adversaretur, explorati juris est, nullius roboris aestimari. Etenim adversus Tridentinas sanctiones non oritur praescriptio aut cujusque generis consuetudo. Rota *cor. Ottobono dec. 4. n. 36*; *cor. Falcon. de offic. Ord. dec. 21. n. 5.*, s. Congr. *in Senogallien. Procurat. 14. Decb. 1765.* § *Communitatis.* Porro consuetudo in themate ideo adversari dici posset, quod ex enucleatis ea fuerit Tridentini ratio in Distributionum quotidianarum institutione, ut Canonicos ad excubias Domini redderet alacriores: sed ubi indultarius etsi praesens amitteret Distributiones, profecto ad chorale servitium potius quam allici arceri ab eodem videretur. Sane ex pari ratione nullam et abusivam dixit fortasse S. Ordo consuetudinem, cujus vi absentes a choro tempore vacationum Distributiones lucrabantur in *Derthonen. Constit. capitular. 12. Sept. 1829.* §: *Dubium cum Fagnano in cap. Licet de praeben. n. 92.*

Pertinent ista ad primum dubium. Ad alterum quod attinet habent EE. VV. ex praefata Emi Archiepiscopi relatione, quae Indultarii sententiam juvant, ad effectum percipiendi Distributiones, quae labuntur iis diebus, quibus vi alternativae chorali servitio non obstringitur. Contra perpendi posset praxim s. Congregationis eam esse, ut in ejusmodi indultis tertiam partem fructuum, seu eam, quae loco stat Distributionum quotidianarum, perpetuo dimitti mandet, nulla habita ratione servitii choralis longioris vel brevioris, quia scilicet tertia illa pars, ex mente Tridentini, nonnisi praesentibus quandocumque debetur, ut ita excitentur ad diligentius servitium. Porro ubi in themate tertia haec ex diebus servitii computetur, non tertia habebitur ex universis canonicatus fructibus, uti par est ad sensum Tridentini, sed tertia ex dimidio, id est sexta ex fructibus universis. Praeterea, ubi alternativum viget chori servitium, hebdomadam illam, qua quis choro abest, stare loco vacationum conciliarium non ambigitur. Atqui, uti superius relatum est, pluries s. Ordo resolvit neque pervetusta consuetudine induci posse, ut absens vacationum tempore quotidianas lucretur Distributiones.

Hisce praejactis erit EE. VV. dirimere

D u b i a:

I. *An Canonicus Fausti indultarius choro praesens per aliquot dies Distributiones quotidianas percipere valeat iis diebus respondentes in casu?*

II. *An Distributiones, quae dimitti debent ab eodem indultario computandae sunt super fructibus decurrentibus in hebdomada servitii tantum in casu?*

S. C. resp.:

Ad I.: Affirmative.

Ad II.: Affirmative ad I., negative ad II.

Die 6. Maji et 3. Junii 1843.

(Consuetudo circa eas.)

Vd. supra p. 1371. n. 42.

Canonici Collegiatae N. exposuerunt: In sua ecclesia ex pervetusta consuetudine omnia emolumenta ex funeribus, anniversariis, missis cum cantu similibusque functionibus provenientia sive fixa sint sive adventitia ab eo qui haec solvere tenetur fixam ratamque portionem distribui tantum illis, qui praesentes adsunt, absentibus autem nihil solvi quamvis hi infirmitate etiam gravissima detinerentur. Cum autem duo Canonici inpraesens haberentur, qui jubilationis indulto gaudentes existimarent in sua absentia jus sibi esse emolumenta percipiendi ex missis cum cantu et anniversariis fixis, declarari ideo

postulabant, an hi duo Canonici eadem emolumenta percipere possent.

Juxta morem requisitus Ordinarius pro informatione et voto atque ut moneret tum Capitulum tum Canonicos jubilationis indulto donatos, ut quisque probationes coadjuvaret praesertim super consuetudinis existentia; quaedam testimonia deducta sunt ex parte Capituli, quae vetustam consuetudinem confirmabant, nihil autem ex parte duorum Canonicorum.

Praeposita itaque est quaestio sub dubio quod in calce prostat.

Plures resolutiones ex officio indicabuntur quae datae sunt circa ejusmodi quaestiones. Advertebatur enim eos, qui jubilationis indulto donati sunt, eo ipso eximi a lege residentiae in beneficii loco et fictione juris reputari tanquam residentes, quin imo etiam actu praesentes divinis officiis prout tradit *Benedict. XIV. de Syn. dioec. l. 13. c. 9. n. 15.*, ex quo pronum esse colligere jubilationis indultum Canonico suffragari ad percipiendos omnes beneficii fructus et quaecunque emolumenta ut pluries declaratum est a s. C. ideoque ejusmodi Canonicum ordinarias omnes lucrari distributiones quae ratione servitii et laboris Canonicis obveniant, juxta ea quae docet *Moneta de Distrib. p. 2. q. 3. n. 13.* et S. C. C. in *Patavina Indulti die 9. Julii 1714*; ac praeterea etiam punctaturas seu fallentias aliorum absentium Canonicorum, ut in *Aquipendien. 1. Aprilis 1719. ad I. dubium*, et in *Spoletana et Reatina 3. Aprilis 1841.* Quinimo et ipsas extraordinarias Distributiones percipere ut in *Burgi s. Domnini diei 19. Aprilis1704*; et emolumenta quoque quae proveniant ex anniversariis, uti in *Novarien. Jubilationis 2. Oct. 1677.*

At vero ad emolnmenta quod attinet quae derivant ab extraneis aut extraordinariis functionibus, facta consueta distinctione inter incerta adventitia uti dici solet et incerta fixa advertebatur ejusmodi indultarios Canonicos non quidem percipere prioris generis emolumenta, percipere vero secunda, dummodo tamen non obstet testatorum vel dantium voluntas, ut probant *Pignatell. t. 9. Consult. 134., Fagnanus in cap. Licet de praeb., Card. Petra ad Const. apost. tom. 2. Consult. 12. Innoc. III. sect. 1. n. 27.* passim.

Quamvis autem haec generalis sit norma tamen subjungebatur peculiares constitutiones aut consuetudines in singulis Capitulis peculiare jus inducere posse et ad rem allegebatur vetus causa *Tudertina 1573.* in qua expositum fuerat:

Est antiqua constitutio in dicta ecclesia ut Canonici qui infirmantur durante eorum infirmitate percipiant fructus tam praebendae quam quotidianarum distributionum, sed consuetudo introducta est ut ipsi infirmi fructus tantum praebendae consequantur, non autem quotidianas distributiones. Quaeritur in hoc casu, an constitutio vel potius consuetudo sit servanda?

Cui s. Congregatio respondit: Consuetudinem, si legitime praescripta est, tollere constitutionem.

Item in *Cathacen. Distributionum die 27. Jan. 1866* per summaria precum*) exposita agebatur de immemorabili consuetudine qua Canonici etsi infirmi Distributiones non perciperent ex fixis anniversariis derivantes; cum autem de hac consuetudine conquereretur aegrotus Canonicus s. C. respondit: Servetur consuetudo.

Magnam autem vim habere consuetudinem in re de qua agimus circa Canonicos jubilationis indulti donatos aliis similibus resolutionibus ostendebatur; saepe enim dubium propositum est an Canonico jubilato debeantur vigore indulti jubilationis distributiones et fallentiae etiamsi choro non intersit; et responsum est: Affirmative dummodo non obstent constitutiones et consuetudo ecclesiae, uti animadvertitur in *Reatina Jubilationis, 28. Aprilis 1770 §: Haec autem.*

Pariter in *Aquilana Indulti 16. Junii 1745* ratione aegritudinis indultum concessum fuit Archidiacono; proposito autem dubio:

An et quibus emolumentis perfrui debeat in casu?

S. C. respondit: Deberi omnia emolumenta exceptis iis, quae sive ex dispositionibus testatornm sive ex statuto et consuetudine ecclesiae debentur tantum actu inservientibus, et amplius.

His animadversis propositum est

D u b i u m:

An et quibus emolumentis perfrui debeant Canonici jubilati in casu?

S. Congregatio die 28. Julii 1866 respondit: Servetur consuetudo.

Ex his colliges:

I. Eos qui jubilationis indulto donantur (quod in laboris et diligentiae praemium

*) Vd. *p. 526.*

aequitate suadente conceditur) hujus indulti vi considerandos esse choro praesentes divinisque officiis inservientes, quamvis absint.

II. Ex hac consideratione seu juris fictione eos jus habere ad omnia emolumenta, quae diligenter Canonici percipiunt divinis officiis inservientes.

III. Ejusmodi tamen facultatem ex indulto derivantem aliquam limitationem accipere posse ex legitimis capitularibus constitutionibus, ex dispositione testatorum vel dantium et ex consuetudine legitime praescripta.

IV. Facultatem tamen iisdem indultariis non fieri emolumenta percipiendi quae ex adventitiis functionibus derivent, his enim percipiendis inspecta eorundem indole ipsa voluntas resistere videtur.

Sempronio praeposito parocho collegiatae ecclesiae N. post chorale servitium per annos quadraginta duos constanter et laudabiliter praestitum concessum fuit jubilationis indultum sub hac consueta clausula: *ut quamvis in posterum non inserviat, nihilominus fructus omnes et Distributiones quotidianas suae praebendae percipere valeat, perinde ac si choro et divinis officiis personaliter interesset.*

Hujus rescripti causa (erat primum jubilationis exemplum in ea Collegiata), orta est controversia inter dictum parochum ceterosque Collegiatae Canonicos circa praefati indulti effectus; praesertim vero super natura Distributionum et missarum oneribus quibusdam.

Ad S. C. C. praepositus confugit quatuor questiones proponens: 1 quaenam proprie ac realiter essent Distributiones, quas ad formam indulti ab eadem S. C. sibi concessi percipere valeret: 2 an inter quotidianas Distributiones illae essent numerandae, quae ab anniversariis perpetuis proveniunt: 3 an inter easdem Distributiones comprehenderentur quae itidem proveniunt ab anniversariis adventitiis aliisque paratis missis: 4 an praepositus hebdomadalis servitii obligatione ac proinde a missis ferialibus celebrandis absolutus teneatur congruam eleemosynam illis dare Canonicis, qui eas missas celebrant, quas per turnum ipse canere debebat ante jubilationis Indultum: vel potius ad eosdem Canonicos haec onera pertineant: et quid de aliis missis, quae in omnibus anni solemnitatibus vel de adventitiis funeribus, quae a praeposito celebrari intra annum solebant?

Pro informatione et voto rogatus Emus Episcopus, ut, audito Capitulo in scriptis, referret de consuetudine ecclesiae collegiatae atque transmitteret particulas constitutionum capitularium ad rem facientes, transmisit Capituli votum suamque opinionem his verbis significavit: «Distributionas quotidianae, quae primum respiciunt dubium, in eo Capitulo ut apparet ex ejus constitutionibus sunt redditus qui proficiscuntur tam ex bonis stabilibus, quam ex fructibus, qui retrahuntur ex duobus molentinis frumentariis, quae bona massam communem constituunt, et a Canonico camerario ad effectum solvendi fallentias administrantur.

Quoad eas Distributiones, quae ab anniversariis proveniunt, sive perpetuis sive adventitiis, quae in secundo versantur dubio, constitutiones capitulares ita se habent: *In anniversariis perpetuis, in quibus consuetae dantur eleemosynae inter praesentes distribuendae, nec non in illis adventitiis sive missis, sive solemnibus functionibus, in quibus offertur eleemosyna partienda tam pro sacrificio quam pro adsistentia, interesse minime tenentur Canonici; ideoque absentes nulla mulctantur poena, nisi Distributionis amissione, de qua vero in utrisque anniversariis participat praepositus in animarum curam legitime occupatus.*

Capitulum vero, super enunciatis dubiis in scriptis auditum, haud renuit tribuendas in posterum praeposito Distributiones, quae ab anniversariis perpetuis habentur, eo quod haec, ut asserit, Divinorum officiorum partem vere constituant et quotidianis adnumerentur Distributionibus: eas vero ab adventitiis provenientes anniversariis tunc eidem autumat tribuendas, cum eo tempore, quo haec celebrantur, parochiale ipse peragat officium.

Hisce expositis, mentem meam aperire rogatus, haud dubitarem, quin praepositus orator, qui jubilationis indulto fuit merito donatus, ac proinde jus habuit privilegiis omnibus ob eodem indulto manantibus gaudendi, praeter Distributiones quotidianas, quae in rescripto indicantur, eas quoque percipere valeat, quae ab anniversariis proveniunt perpetuis seu fixis, cum non ipsi obstent nec capitulares constitutiones nec testatorum ac benefactorum voluntates, a quibus cautum

minime fuerit, ut interessentes tantum participare de illis debeant, ut decrevit iste idem S. O. sub die 28. Novembris 1661. Circa vero emolumenta anniversariorum adventitiorum, quae ut plurimum ita conceduntur, ut solis interessentibus distribuantur, tunc ea percipere putarem oratorem, cum illis adsistere a parochialis muneris exercitio fuerit impeditus.

Relate ad postremum dubium, super quo silere potius malnit Capitulum quam votum expromere, oratorem haud teneri arbitrarer, nec per se nec per alium eas explere missas, quas celebrare adstringebatur per turnum in sua hebdomada ante jubilationis indultum, quod resolutum pariter constat ab ista S. C. die 23. Martii 1697: idque aequitati videtur congruere, cum memoratum indultum, quod veluti praeminm quadragenii servitii ecclesiae laudabiliter praestiti meruit orator, nonnisi beneficium ei reddere debeat, quod in eo maxime versatur, ut a quocumque choralis servitii onere, quo antea gravabatur, ex concessae jubilationis privilegio extet in posterum penitus exemptus.

Facta animadversione, nullo ss. canonum jure constitutum privilegium jubilationis, ceu auctores communiter tradunt, sed tamquam praemium ex consuetudine inductum, adnotatum est, jubilatum, a lege quoque residendi exemptum, praesentibus ita connumerari, ut non solum omnes illas Distributiones lucretur, quas tamquam fructus ceteri Canonici lucrantur ratione servitii et laboris, ut probat Pignatell. *consult. can. 4. t. 4*, Moneta *de Distrib. p. 2. q. 3. n. 44.*, Pyrr. Corrad. *de dispens. l. 5. c. 6. n. 18*, sed illas etiam, quae ex aliorum Canonicorum fallentiis promanant, ut ex *Spoletana et Reatina Punctaturarum, 3. Aprilis 1841.* Proposito enim in hac causa dubio: An Canonicus Franciscus Ettore participare debeat de punctaturis seu fallentiis aliorum Canonicorum si choro non intersit? reponsum prodiit: *affirmative, cum nihil obstet vel ex statutis vel ex consuetudine.*

Circa emolumenta, quae ex anniversariis proveniunt, animadversum est, adesse autores, qui resolutionibus S. Congregationis allegatis negent ejusmodi emolumenta jubilato non interessenti deberi, ut Pignatell. *tom. 4. consult. 224. n. 21*, Ursaya *tom. 3. p. 4 disc. 4*: id tamen fortasse intelligendum de anniversariis omnino adventitiis, vel in quibus testatoris voluntas resistat, hanc enim distinctionem probatam esse, ceu in *Romana Jurium canonicalium* 5. Maji 1703. Cum enim in ea dubitaretur: an Canonico Strada, cui ex causa infirmitatis fuit concessum indultum vacandi a choro aliisque officiis Divinis, illud etiam suffragari valeat pro laudemiis, quindenniis, capitulis, processionibus ac pro quibusvis functionibus in ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta cujusvis generis et speciei, communia nuncupata, ac etiam victualia et candelas? responsum fuit: *affirmative etiam quoad laudemia, exceptis anniversariis aliisque obventionibus non fixis, et in quibus diversimode fuerit a testatoribus dispositum.* Item in Aquipendien. Indulti, die 1 Aprilis 1719: an idem *(jubilatus)* participare debeat de emolumentis adventitiis anniversariorum et associationum cadaverum, si functionibus non intersit in casu? responsum prodiit: *affirmative ad primam partem, dummodo non obstet voluntas testatoris vel dantis; ad secundam partem negative.*

In Novarien Iubilationis, die 2. Octobris 1677:

An duo Canonici jubilati collegiatae ecclesiae S. Gaudentii Novariae frui debeant emolumentis anniversariorum quae fiunt intra annum, licet non assistant?

Rescriptum fuit: *affirmative*: quae quidem resolutio confirmata fuit die 28. Novembris 1681, *lib. decr. 32 p. 14*, his verbis: *in decisis quoad anniversaria fixa, et in quibus non est cautum a testatoribus, ut interessentes tantum participare deberent.*

Ad celebrationem missarum quod attinet aliaque peragenda in jubilato onera distinguebantur ea quae peculialiter praebendae*) sint adnexa a ceteris oneribus, quae incumbant in universum Capitulum: si de primis oneribus agatur, teneri jubilatum ad ea explenda, ut traditur in *Praenestina Distributionum* die 11. Martii et 1. Aprilis 1862: si de ceteris agatur, eundem non teneri; idque ex multis resolutionibus erui. Sane in *Aquipendien* die 23. Martii 1697, *lib. decr. 47 p. 111*, quaesitum est: »An Canonicus jubilatus teneatur vel per se vel per alium ad celebrationem missae conventualis per turnum?« et responsum fuit: *negative.* Item in *Senen.* die 21. Martii 1839.

Rursus in *Praenestina Dubiorum jubilationis* die 5. Septembris 1835 propositis dubiis:

*) Vd. *t. III. p. 405. n. 22.*

I. Utrum Canonici jubilati terrae Cavarum teneantur canere et applicare missas conventuales et feriales de turno in casu? et quatenus negative:

II. An teneantur tot alias missas lectas ad massam communem non pertinentes applicare juxta morem Praenestinae Cathedralis in casu?

III. Utrum jubilati Canonici sint censendi exempti a celebratione missae ad auroram et ultimae circa meridiem in diebus festis in casu? S. Congregatio respondit ad I: *negative*; ad II: *negative;* ad III: *affirmative.*

His itaque expositis proposita sunt resolvenda

D u b i a:

I. An et quae Distributiones debeantur jubilato in casu?

II. An jubilatus sive per se sive per alium explere debeat missas, quas ante jubilationis indultum celebrare adstringebatur per turnum et in solemnitatibus in casu?

S. Congregatio Concilii die 3. Septembris 1870 respondere censuit:

Ad I. *Affirmative juxta votum Emi Episcopi, nisi obstet voluntas disponentis.*

Ad II. *Negative pro missis de turno; affirmative pro his, quae taxative Archipresbytero a statutis vel consuetudine sint attributa.*

Ex quibus colliges:

I. Jubilationis iudulta rationem habere praemii et remunerationis retribuendae illi Beneficiario, qui jugiter et laudabiliter cuivis peculiari ecclesiae per quadragenarium chorale servitium inservierit.

II. Ideoque praesumptionem militare favore jubilati percipiendi omnes fructus omnesque Distributiones omniaque emolumenta, quae percipiunt reliqui chorales per suam praesentiam in quibusvis functionibus.

III. Ejusmodi juris praesumptionem limitationes accipere in anniversariis fixis, si resistat disponentium voluntas: vel in functionibus omnino adventitiis, in quibus emolumenta indole sua conferenda sunt tantum actu praesentibus.

IV. In ejusmodi adventitiis functionibus maxime valere statuta capitularia vel consuetudinem.

V. Canonicum jubilatum, qui sit Capituli dignitas vel personatus*) per jubilationem non censeri exemptum ab iis peragendis peculiaribus functionibus, quae taxative inhaereant Dignitati vel personatui sive ex statutis sive ex consuetudine: sunt enim peculiaria onera, quaegravant tantum Dignitatem.

61) Lectorum.

Vd. *Distrib.* (magistri theologi).

62) Magistri theologiae.

Vd. *Chorus* (absent. studior. causa t. III. p. 1036.); *Canonicatus* (fructus); *Praebenda theolog.*; *Canonicus theolog.*; *Distribut. absentium* (studiorum causa p. 1274.; propter munera p. 1265.); *Libri canonici* (lect. theolog., *nota*); *Residentia* (parochi et magistri; *Canonici Cath.* qui simul etc. t. III. p. 199. g; p. 522. d; 200. h; *Chorus* (absentia — causae excusantes: Studia, munera); t. IV. p. 334. § 3.

Non debentur quidem lectori Distributiones quotidianae pro illis horis, quibus legit, ex dispositione juris et doct. per *gloss. ult. in cap.*: *Quia nonnulli de magistr.*, quos dixit S. C. non loqui respectu illius lectoris, qui in ecclesia sua legit, ut facit iste, de quo in *Conc. Trid. c. 1. sess. V.*, tamen SS. D. Gregorius XIII. audita relatione Congreg., ex gratia illas esse ei tribuendas, non modo pro illis horis, ut si mane legit, pro horis matutinis et missa sol., sed etiam pro tota die consultus respondit. Decisio S. C. C. Interpr. ad Conc. Trid. *c. 1. sess. V.* (Ed. Gallemart. 1616. p. 19.)

Ad dub.: Si Canonicatus (theolog.) fructus omnes consistant in quotidianis Distributionibus, ipsae praebendae erunt intelligendae? S. C. C. censuit, quod sic.

S. C. C. interpr. (Ed. Gall. 1616. p. 21.)

Theologus legens, quamdiu leget, pro residente habeatur et recipiat omnes fructus praeter Distributiones quotid., praesupposito quod adsit massa grossa vel praebenda. *Decisio ejusd. S. C. C.* (Gallem. p. 24.)

Dubia Indulti:**)

Lectoribus qui in publicis universitatibus s. Theologiam docent Indulto donari statutum est in *cap.*: *Super specula 5. de magistris*, ubi Glossa haec addit: »*Non tamen percipi-*

*) Vd. *t. II. p. 522.*
**) Vd. *t. III. p. 1037.*

ant quotidianas Distributiones, quae tantum residentibus dari consueverunt. Hanc juris canonici regulam semper sectata est s. Congregatio et novissime Indultum concessit Archipresbytero Caliendi ut Theologiam in dioecesano seminario Feretrano doceret, pro solis horis matutiuis et diebus, in quibus haberentur lectioues, et ad triennium *amissis Distributionibus* favore inservientium ut *in Feretrana Indulti 12. Julii 1817.*

Die 6. Maji 1820.

63) Mansionariorum.

Vd. *Caeremoniar.* (t. III. p. 12.); *Distribut.* (caeremoniar. etc. p. 1306.; capellanor. chori p. 1331.)

Patavina.

In Cathedrali Patavina a seculo XVI. jam aderat Capitulum ex 29 Canonicis et Dignitates obtinentibus ac ab uuo primicerio conflatum. At cum minorum choro inservientium congruus numerus desideraretur, a ss. Pontificibus tres Canonicatus suppressi extiterunt et eorumdem bona in 12 partes discreta 12 Clericis assignata fuere, quorum sex mansionarii, sex custodes vocantur. Inter bona vero Capituli Patavini reperiebatur massa communis Canipae majoris nuncupata, quae Distributioues quotidianas jam ante ss. Concilium Trid. constituebat. Hanc igitur massam SS. Pontifex Gregorius VIII. instaute Episcopo et Capitulo Patavino, per breve editum 1574 nonis Martii, deductis antea oneribus eidem adnexis, in 29 portiones divisit et ex tribus earum portionibus massam Distributionum quotidianarum pro mansionariis ac custodibus efformavit, reliquas portioues pro massa Distributionum quotidianarum Canonicorum et Dignitates obtinentium, excepto primicerio assignavit. Juvat ipsiusmet Pontificis verba recitare: «*Quod de redditibus massae communis Canipae majoris nuncupatae per Capitulum et Canonicos detrahentur omnes expensae necessariae videlicet etc. . . .; quibus deductum residuum omnium introituum dictae canipae majoris dividatur in viginti novem portiones, tres pro Distributionibus quotidianis mansionariorum et custodum, qui succedunt in locum trium Canonicorum, residuum vero omnium introituum dictae Canipae remaneat dividendum inter Archipresbyterum et alias Dignitates et Canonicos, excepto tamen primicerio.*» Canonicis insuper et Digniates obtinentibus onus Pontifex adjecit augendi ex propriis praebendis residuum massae Canipae ad ipsos pertinens usque ducat. tres mille nempe lib. 18000, quae summa certa singulis annis pro Distributionibus Canonicorum et Dignitates obtinentium esset eroganda.

Quod per SSmum Pontificem Gregorium constitutum fuerat SS. Pontifex Paulus V. per aliud breve editum 1620 Cal. Martii confirmavit et praeterea declaravit quod portiones non interessentium Canonicorum et Dignitates obtinentium praesentibus Canonicis et Dignitatibus accrescerent.

Res ita pacifice processerunt usque ad 1806, quo tempore cum nonnulli canonicatus vacarent et deficientium interim Canonicorum portiones caeteris Canouicis et Dignitates obtinentibus accrescerent, mausiouarii ac custodes et ipsi de praefatis vacantibus portionibus percipere posse contenderuut; quibus cum restitissent Canonici, factum est, ut ad litem definiendam unanimi consensu Episcopus Pataviuus Orologio cl. mem. in arbitrum fuerit electus. Hic autem animadvertens massam Distributiouum mansionariorum ac custodum diversam poenitus esse ac separatam ab illa Canonicorum et Dignitates obtineutium, per definitivam seutentiam, quae in rem abiit judicatam, mansiouariorum et custodum petitionem rejecit.

Vix lata sententia ab Episcopo Orologio denuo Galli Italiam occuparunt et nonnullos Canonicatus Cathedralis Patavinae ferme omnibus proventibus spoliarunt. His malis ut provideret idem Episcopus Orologio 1829. de cousensu Germanici imperatoris Fraucisci I. et de Capituli suffragio, ex 26 ad 20 Canonicatus reduxit et suppressorum Canouicatuum redditibus superextantium Canonicatuum proventus auxit. Canonici vero eodem tempore mansiouariorum et custodum bona ad ampliorem censum perduci curarunt, ex propriis praebeudis an. lib. 23917 custodibus, mansionariis autem an. lib. 1546 ex beneficio divi Clementis nuucupato assiguatis. Omnia haec SS. Dominus Noster Gregorius XVI. apostolica auctoritate firmavit.

1840 mansionarii et custodes coram Episcopo Patavino petierunt, ut sex portiones reddituum massae Canipae ad sex suppressas 1829 Canonicatus pertiuentes, quae jam ceteris Canonicis et Dignitates obtinentibus accrescerant, etiam ipsis accrescerent, scilicet dividendo dictos redditus non amplius in 29 sed in 23 portiones ita ut ipsis non 3 ex 29, sed 3 ex 23 portioues coutingerent. Cum Canonici id negassent et judicium

Sedis apostolicae expostulassent, Episcopus Patavinus causam hanc ad ordinem Vestrum ablegavit.

Mansionarii ac custodes ut divisionem immutandam esse conficiant, animadvertunt, eatenus in portiones redditus massae Canipae a ss. Pontificibus divisos fuisse, quatenus a viginti novem Canonicis et Dignitates obtinentibus tempore suppressionis trium Canonicatuum, quorum redditibus ipsi fruuntur, Capitulum Patavinum efformabatur: quod cum modo non verificatur, ex quo sex Canonici evanuerunt, ideo non in 29, sed in 23 portiones divisionem ineundam esse contenduut. Idque jure expostulare asserunt existimantes, ipsos tres olim suppressos Canonicos repraesentare, dum legitur tam in Brevi Gregorii XIII. quam in illo Pauli V.: *tres portiones pro Distributionibus quotidianis mansionariorum et custodum, qui succederent in locum 3 Canonicorum.* Praeterea in medium afferunt *caput 3.* sess. 21. *Concilii Tridentini de refor.* ubi statuitur, Distributiones quotidianas ex tertia parte, quorumcumque proventuum Canonicorum, Dignitatum et beneficiatorum efformatas proportionabiliter dividendas esse inter Canonicos, Dignitates et caeteros Divinis interessentes. Ex qua coucilii censura profluere pugnant, divisionem nunc reddituum massae Canipae in 23 tantum portiones ineundam esse, ut servetur proportio inter Divinis interessentes, quae proportio haud remaneret, si Canonici 20 tantum numero, 26 portiones pro eorum Distributionibus quotidianis consequerentur, ac mansionarii et custodes uti tres Canonicos repraesentantes reliquis tribus tantum portionibus contenti esse deberent.

Defensor vero Canonicorum in typis commissa allegatione divisionem redditiuum massae Canipae haud immutandam esse propugnat. Negat porro circa redditus massae Canipae Distributiones quotidianas constituentes adesse juri locum, aliqua extare debet inter participantes conjunctio, ut docet *Text. in leg. unic. C. de caduc. tollend. et Moneta in tract. de Distributionibus quotid. part. 5. quaest. 4. n. 1. et 8.* quam conjunctionem penitus exulare dicit inter praedictos Canonicos et Dignitates obtinentes atque inter mansionarios ac custodes. Idque probat ostendens distinctam penitus ac separatam esse massam Distributionum Canonicorum et Dignitates obtinentium ab illa mansionariorum et custodum. Hanc vero separationem elucescere affirmat tam ex verbis quam ex sensu literarum apostolicarum. Ex verbis, quia haec clare demonstrant, in duas partes Pontifices discretos voluisse redditus massae Canipae, quarum una ex tribus constans partionibus pro massa Distributionum mansionariorum et custodum inserviret, altera vero ex reliquis viginti sex portionibus efformata ad massam Distributionum Canonicorum constituendam concurreret. Ex sensu vero et intellectu, quia Distributiones mansionariorum et custodum a supradictis tantum tribus portionibus constituatur, Distributiones vero Canonicorum et Dignitates obtinentium non a reliquis portionibus, sed a tribus mille ducatis efformantur.

Adducit etiam observantiam 200 et ultra annorum, quae ita supradictas literas apostolicas interpretata est, ut distincta semper ac separata existimata sit massa mansionariorum et custodum ab illa Canonicorum, utpote cum nunquam portiones deficientium Canonicorum portionibus mansionariorum et custodum accreverint. Observantiae vero interpretationi tantam esse auctoritatem demonstrat, ut diversimode ab ea leges interpretari non liceat. *Leg. si de interpretandis 36 ff. de leg., cap. Cum dilectus 8 de consuet. Cardinal. de Luca disc. 23. n. 63 de judiciis et disc. 37. n. 6. de beneficiis, s. Congregatio in s. Minialis Jurium et praeeminentiarum 24. Julii 1823,* Rota *dec. 417 cor. Molines,* et passim. Tandem sententiam Episcopi Orologio profert, quae augmentum ex deficientia Canonicorum mansionariis ac custodibus denegavit, ex quo distincta erat ac separata massa Distributionum Canonicorum et Dignitates obtinentium ab illa mansionariorum et custodum. Hanc vero sententiam pro veritate habendam esse dicit, quandoquidem in rem transiverit judicatam, *Leg. res judicata 208 ff. de reg. jur.*

Contraria deinde Canonicorum viudex refellit objecta. Hinc porro, etsi fingeretur eatenus divisionem massae Canipae in viginti novem portiones initam fuisse, quatenus tempore suppressionis trium Canonicatuum, quorum redditu mansionariorum ac custodes locupletati fuerunt, ex viginti novem Canonicis et Dignitates obtinentibus capitulum Patavinum constabat, non tamen inde sequi reponit, divisionem immutandam esse, si in posterum numerus Canonicorum varietur. Divisio enim perfecta a Pontificibus fuit, adeoque eam ob quemcunque eventum immutare pro-

hibemur. Insuper ex toto literarum apostolicarum contextu apparet, Pontifices tantum mansionariis ac custodibus tribuere voluisse, quantum tres Canonici eo tempore habebant, non quantum in posterum habere potuissent.

Praeterea ut omnem repraesentantiam a custodibus et mansionariis removeat, quam illi sibi vindicant ob verba: *tres portiones pro mansionariis ac custodibus, qui succedunt in locum trium Canonicorum*, affirmat haec verba demonstrative tantum adbibita fuisse, idque probat ab absurdis, quae in ipsis literis scaterent, si reapse mansionarii ac custodes tres Canonicos repraeseutareut. Tandem censuram Tridentini *cap. 3. sess. 21. de ref.* extra chorum adduci clamat, quod in illo capite agitur de Distributionibus quotidianis a tertia parte quorumcunque proventuum Canonicorum, Dignitatum et beneficiatorum efformatis; nos vero versamur circa Distributiones minime ex hac tertia parte confectas, nec unquam a mansionariorum ac custodum proventibus auctas. Erit EE. VV. dirimere

Dubium:

An et quomodo sit ineunda divisio residui reddituum massae Canipae majoris ad effectum assignandi tres portiones mansionariis ac custodibus in casu?

S. C. resp.:

Affirmative, et firmis remanentibus tribus partibus jam assignatis mansionariis ac Custodibus juxta literas apostolicas S.M. Gregori XIII., Pauli V., reliquas partes esse dividendas inter Canonicos tantum.

Die 2. Martii 1844.

64) Massam constituentes.

Vd. *Distribut.* (constitutio p. 1366. n. 47.)

Ad preces Philippi II. Hispaniarum Regis Pius IV. R. Pontifex apostolicis Literis *Super specula* 1663 erexit in urbe N. Americae regionis Sedem episcopalem et cathedrale Capitulum idest Dignitates, Canonicatus et Praebendas commisitque primo illius ecclesiae Episcopo ut apostolicas dispositiones debitae exsecutioni mandaret.

Episcopus ille hisce facultatibus auctus constituit 5 Dignitates, 10 Canonicatus, 6 Portiones et totidem dimidias Portiones ac insuper decrevit, ut emolumenta Canonicorum consisterent in distributionibus quotidianis simulque ut Canonici inservirent singulis annis per 11 continuos vel interpolatos menses. In praesentia duae tantum supersunt Dignitates idest Decanatus et Archidiacouatus, 4 Canonici et duo Capellani.

Animadvertens praesens Archiepiscopus, utramque dictam dispositionem gravia secumferre incommoda, rogavit S. C. ut

1, quotidianae Capituli distributiones ad tertiam reddituum seu proventuum partem reducerentur juxta praescriptum a Conc. Trid. *sess. 21. c. 3. et sess. 22. c. 4. de ref.*,

2, ut tempus choralis servitii coarctaretur ob parochum Canonicorum numerum, illud scilicet reducendum ad 9 menses juxta tramites *Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de ref.* aut saltem ad solos 10 menses.

Habitis amplioribus declarationibus constitit: redditum Canonicorum olim in decimis aliisque populi oblationibus consisteutem, nunc in taxa a Gubernio persolvenda consistere, pro Decano scilicet rom. scutata 1400, pro Archidiacono 2050, pro caeteris Canonicis 1600: eos teneri ad divinum persolvendum in choro officium et missam conventualem quotidie canendam caeteraque juxta ss. canones praestanda: singulos quotidie choro teneri excepta recitatione Primae: quamvis autem redditus ex primaevo decreto in distributione quotidiana consisterent, tamen nullam extare memoriam ejusmodi decretum fuisse exsecutioni mandatum, ita ut distributiones quotidianae ne existere quidem viderentur.

Ad distributiones quod attinet recolebatur Trid. in *sess. 21. c. 3. de ref.* in qua legitur: *Cum beneficia ad divinum cultum atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium praestetur, statuit sancta synodus, in ecclesiis tam cathedralibus quam collegiatis, in quibus nullae sunt distributiones quotidianae vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum tam Dignitatum quam Canonicatuum, Portionum et Officiorum separari debere et in distributiones quotidianas converti, quae inter Dignitates obtinentes et caeteros divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam apostolicae Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam dividantur; salvis tamen consuetudinibus earum ecclesiarum in quibus non residentes seu*

non servientes nihil vel minus tertia parte percipiunt; non obstantibus exemptionibus ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus . . .«

Huic Trid. constitutioni apprime consonare in praesentia Episcopi votum ostendebatur allegatis Resolutionibus, quibus similibus in adjunctis s. C. mandavit ut duae proventuum partes tamquam Praebenda considerentur, tertia autem rationem haberent distributionum, quas percipiunt qui choro adsunt, et quas pro rata amitterent qui desunt, ita ut quae amissa fuerint praesentibus accrescerent.

Quoad alteram precum partem item constitutio Trid. recolebatur in *sess. 24. c. 12. de ref.* qua Patribus statuere placuit: *Obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Praebendas aut Portiones non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse salvis nihilominus carum ecclesiarum constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt.* Animadvertebatur autem ad tramites hujus constitutionis, s. Congregationem denegare consuevisse vacationes trium mensium illis qui longiori servitio tenerentur ex capitularibus statutis aut consuetudine; Benedictus XIV. in *Inst. 107. n. 81.*, *Fagnanus in cap. Licet, de Praebendis n. 51.*, nihilominus non deesse exempla, in quibus, suadente aequitate ob peculiaria adjuncta, ab hoc juris rigore s. Congregationem aliquatenus ex gratia deflectere censuisse.

In praesenti autem themate tamquam hujus indulgentiae obtinendae causam adduci, parvum Canonicorum numerum prae antiquiori; quo contingere necesse sit, ut ad dignitatem divini cultus conservandam major assiduitas in officio obeundo requiratur saepiusque redeat cuique Canonicorum hebdomadarii officium. Onere itaque ingravescente, ad debitam animi relaxationem aequam videri aliquam operis reductionem.

Concurrere etiam animadvertebatur reddituum imminutionem: quamvis enim prima fronte pingues viderentur redditus supra expositi, habita tamen temporum et locorum ratione non ita judicari debere: in illis enim Americanis regionibus ob minorem auri et argenti aestimationem, majorem numeratam pecuniam exigi ad eas res sibi comparandas honeste tuendae vitae necessarias.

Denique recolebatur rescriptum in causa *Tarraconen. die 18. Febr. 1764*, in qua, cum Capitulum urbis Reus, quod praeter Priorem sex numerabat Praebendatos, petiisset indultum, ut octo eorum abesse possent a choro per duos menses, s. Congregatio rescripsit: *Affirmative pro 4 Canonicis tantum cum solitis clausulis*: quae quidem clausulae fuerunt, ut *Capitulares omnes tempore Adventus et Quadragesimae, omnibus diebus festis et solemnitatibus Nativitatis et Resurrectionis D. N. J. C., Pentecostes, SSmi Corporis Christi, per totam octavam ejusdem ac aliis temporibus Ordinario benevisis interesse et jugiter servire teneretur.*

S. Cong. die 24. Aug. 1867 rescribere censuit: *Praevia absolutione quoad praeteritum esse locum constitutioni Massae distributionum juxta votum Archiepiscopi necnon pro gratia vacationum 2 mensium in singulis annis cum solitis clausulis: facto verbo cum SSmo.*

Ex quibus colliges:

I. Abusum esse censendum illam consuetudinem, qua Capitulares choro adstricti et indebite absentes neque tertia saltem proventuum parte mulctentur.

II. Capitula, quorum Capitulares ecclesiasticis proventibus sive expoliati sive carentes, si a civili Gubernio pensiones recipiant, non liberari ab obligatione constituendi distributionum Massam juxta Trid. legem, quas et indebite absentes amittant, praesentes suas absentiumque percipiaut.

III. Quamvis Trid. Concilium tres vacationum menses illis qui choro obligantur tantum permiserit prohibuisse tamen easdem a choro vacationes in illis Capitulis, quorum Capitulares longiori servitio sive ex consuetudine tenerentur.

IV. Quare hac prohibitione Tridentina extante nonnisi a romano Pontifice indulgentiam alicujus vacationis posse obtineri: quae quidem, aequis non exstantibus causis, non conceditur.

65) Oeconomi.

Ad dub.: An Oeconomus Archiepiscopi, quatenus sit Canonicus, in absentia a choro vel civitate lucretur Distributiones et massam grossam?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 25. Jan. 1755.

66) Officii lucrum sunt.

Vd. p. 1257. §: *Quod;* p. 1303. §: *Praeterea etc.*; p. 1305. III.; 1431. n. 73.

67) Ordinibus ss. non insigniti.

Vd. *Distribut.* (privatio ob ordines etc.; p. 1432. n. 74.)

68) Organistae.

Vd. t. III. p. 964. c. 1044. d.; *Distribut* (Caeremon., decr. *Pisana* p. 1306. n. 16.)

69) Origo.

Pisaurea.

Cum primo ecclesiae tempore Clerici ex collatis fidelium eleemosynis communi mensa omnes alerentur hinc est quod Beneficia ex solis Distributionibus constare visa sunt, *Thomass. de vet. et nova eccles. disciplina part. 3. lib. 2. cap. 35.* Verum secuta ex post bonorum divisione et unicuique Beneficio suis peculiaribus fundis assignatis, secerni cepernunt fructus praebendarum et Distributionum, ut ecclesiastici hoc praemio adlecti frequentius ad ecclesiae servitium convenirent. Primus omnium, qui hujusmodi Distributiones excogitavit fuit Ivo Carnotensis, prout habetur in ejus epistola 219. in qua sic legitur: *Cum in quampluribus Canonicorum Carnotensium desuevisset disciplinae regularis observantia, ut de negligentibus facerem diligentes, de tardis assiduos ad frequentandas Horas canonicas, deliberavi apud me, ut darem eis dimidiam praeposituram, ut inde fieret quotidianus panis, quem acciperent assidui, amitterent tardi.*

Morem hunc probavit *Honorius III. in cap. Licet de praebendis et dignitatibus* et *Bonifacius VIII. in cap. Unico de Clericis non residentibus in 6.* Novissime vero Concilium Trid. inhaerendo constitutionibus apostolicis hac de re editis *sess. 21. cap. 3. de ref.* mandavit in singulis Cathedralibus et Collegiatis, ubi deesseut quotidianae Distributiones vel adeo tenues forent, ut facili negotio contemnerentur, tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum tam Dignitatum quam Canonicatuum . . . . separari debere et in Distributiones quotidianas converti, quae inter Dignitates obtinentes et caeteros divinis interessentes proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo etiam tanquam apostolicae Sedis delegato in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur salvis tamen consuetudinibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt.

Ex s. Concilii dispositione Canonici Cathedralium et Collegiatarum pro Distributionibus quotidianis tertiam partem fructuum in Communi Massa *) erogare tenentur.

Die 14. Decembris 1782.

70) Parochorum civitatis, qui simul in Cathedrali choro inserviunt.

(Non concessae.)

Rossanen.

Cathedrali Rossanensi ecclesiae mancipati inserviunt 24 Canonici necnon totidem Mansionarii, quos vocant participantes, quod portione pro choralis adsistentiae mensura fruuntur, praeter Presbyteros, absque participatione quorum numerus non est praestitutus et quibus adscensus patet ad participationem, ubi vacatio contigerit. Jam vero inductum fuerat ut multi ex parochis qui in aliis extra Cathedralem ecclesiis animarum curam exercent, simul participantes effecti portione potirentur, quae interessentibus debetur. Quod cum spirituali parochianorum bono perniciosum et a ss. Canonum censura absonum reperisset Decessor Antistes De Sicca decretum edidit in actu s. Visitatione 1828, quo duo jubeutur,

1. »Che tutti quei parochi che si trovauo nello stesso tempo partecipanti restino dichiarati rimosi dalla participazione retinendo la sola cura parocchiale riservandoci di provedere subito la loro vacauza in quei preti extra partecipanti, che crederemo più idonei al Servizio della Chiesa.

2. Che se taluno de parrochi amasse meglio tenere la partecipazione, anjicchè la cura parocchiale delle anime, che se ne renda consapevole, affinchè possiamo dare le provideuzi opportune«.

Hoc autem decretum executioni commissum est ac amotis a portionibus parochis qui

*) Vd. *p. 1426. n. 64.*.

eas possidebant collatae sunt aliis Presbyteris non participantibus, quin ulla excitata fuerit querela ad annum usque 1870. Tunc ad s. Ord. parochi universi duobus exceptis confugerunt, ab EE. VV. postulantes: »Che vogliano annullare id decreto, di cui e parola, ed ordinare, che i supplicanti siano reintegrati nella partecipanza, che godevano nella Chiesa Cattedrale, ed essere indennizzati dei frutti finora non percetti contro chi è di ragione«.

Et multa quidem licet absque ordine disserunt ut Thesim suam teneantur, quibus contradicit hodiernus Archiepiscopus Decessoris sui decretum undequaque justum existimans.

Falso scilicet inniti supposito decretum episcopale defendunt parochi Rossanenses quippe animarum cura compati omuino possit cum participatione in Cathedrali.

Heic porro participatiouem negant esse veri nominis beneficium, super quo tautum cadit regula prima Cancellariae*) super iucompatibilitate, *teste Rigantio com. ad eandem regul. § 9. n. 2.* Enim vero ea non est, nisi distributio quaedam impertiri solita iis qui choro praesentiam exhibent, uec in titulum confertur, saltem ordinario.

Quod si beneficiis accenseri paulisper daretur iucompatibilitatem inficiautur alio ex capite nempe ex quo oratores teneant parochos omnes curam vicariam exercere actu quae habitu residet penes Cathedrale Capitulum, qua in re colunt unam cathedralem ecclesiam olim fuisse parochialem; haec autem parochialitatem etiam posthac (licet assignatis distinctis cuilibet Curioni pro populi commoditate ecclesiis) retinuisse ac retiuere exinde arguunt, quod tantum ipsa habeat fontem baptismalem, quo omnes parochi utuntur, ex ipsa dumtaxat crucem efferre debeaut, quoties cadavera associari contingat, ex ipsa viaticum pro infirmis excipere possint, si placeat, in ea tandem universi per turnum quendam missarum numerum celebrare tenentur. Jam vero capellanos et Canonicos, qui in vicariam curam assumuntur penes capitulum habitu residentem exercendam, nedum posse utrumque officium legitime retinere, sed immo etsi absentes parochialis muneris ratione distributionibus (ceu sunt participationes in casu) non privari,*) pluries definivit s. Ordo *teste Ceccoper. luc. canc. l. 2. c. X. n. 8., Pignat. Con. T. I. consult. 279.* et ut nuper persolvit in *Pisana Jurisd. et Jurium 17. Julii 1839. ad 7. dubium,***) *confirmata die 22. Junii 1844* et nuperrime in *Augustana Distributionum diei 14. Dec. 1844.*

Quovis autem in dubio incompatibilitatem in casu omnino exulare ex immemorabili observantia firmatum oppido fuisse subsumunt Curiones. Constat enim non dissidente ipso Archiepiscopo: »Che ab immemorabile alcuni parochi come e Rossanensi, godendo del dritto di anzianità, e raro partecipanti, e Curati«. Et quamvis addat »lo che era molto di rado« tamen id minime observantiae vires minuit, quando aliunde fatetur, parochos ipsos fuisse de gremio addictorum ecclesiae: »e che essendo tutti giovani non arrivavauo ad partecipanti, perchè prima di arrivare al esser luogo dell' anzianità erano eletti per Canonici«: sic enim stat ipsos in ea conditione perpetua fuisse ut participationem consequi possent quod satis est ad eorum jus demonstrandum, quamvis extrinsecis de causis participationem ipsam actu non fuerint assecuti.

Quin immo observantiam hanc implicite ratam firmamque habitam fuisse ostendunt, vel ipsa apostolica auctoritate sive cum in celebrato Breve, quod incipit *Impensa.* S. M. Pius VII. ita exorsus est: »Exponi siquidem nobis fecit eas receptitias ecclesias, quarum aliae numeratae nuncupautur, aliae innumeratae . . . . a pietate fidelium congruis redditibus esse auctas, qui pro rata portione viritim inter eos distribuuntur, qui ad illarum servitium, ac praesertim ad curam animarum, iisdem ut plurimum adnexam, addicuntur«. In subsequentibus quamvis idem Pontifex uormam immutaverit collationum, nihil tamen addidit de animarum cura, quam ex priori recitata periodo portionibus rescivit adnexam: quare in suo priori statu servari voluisse dicendus est, si quando petentibus ipsis parochis a successore Pontifice »il distintivo della mouzetta di colorceuerino nell' inverno e paouazzo nella state« indultum ultro citroque est cum facultate »di usarne tauto nelle funzioui che esercita vauo nella parochia in qualità di parochi, quanto

*) Vd. *t. II. p. 818.*

*) Vd. *Distribut.* (absentium propter curam etc. p. 1259. d.); confessarior. p. 1342. n. 36.

**) Vd. *p. 1314. VII.*

nelle funzioni che dissimpegnavano nella Cattedrale come mansionarii.«

Decet porro ex jure sartam tectamque servari consuetudinem, quae dum paroeciarum congruae consulit augmento nihil aliunde chorali servitio detrahit: quandoquidem ita illud dispositum est, ut diebus ferialibus 12 chorum accedant, 6 ex Canonicis, 6 ex mansionariis, quibus vero diebus commune est chorale pensum, possent commode parochi hora congrua functiones paroeciales explere, hisque absolutis choro interesse, atque ita utrique muneri rite satisfacere. Quibus accedit ipsos et per alium posse parochiale officium exercere, qua facultate uti possunt, ubi chorale servitium eorum praesentiam exigeret absolute.

Quod si episcopale decretum mole sua ruit ex demonstratis nec dubium superesse posse urgent parochi restituenda ipsis fore universa emolumenta, quae hactenus ex majori vi ac perpera ablata sunt, prout petitur secundo loco: explorati namque juris est juste impedito Distributiones deberi ad tradita per *Ferraris* Verb.: *Distrib. quotid. tit. 1. n. 26. et seq.*

Ad haec Archiepiscopus reponit, participationem esse vere beneficium.

Quare ubi parochi participationem retinerent, jam exurgeret incompatibilitas illa a ss. Canonibus prorsus improbata de parocho beneficium chorale sub diversa ecclesia possidente, quae perpetuo locum habere debet, quia parochiam continuam exigit residentiam, adeoque compati nunquam potest cum alio beneficio, etsi discentinuam residentiam postulante. *Rigant. Com. in reg. 1. Cancell. § 8. n. 14. et 15.* cum aliis ibid.

Porro recitat Archiepiscopus, quae ante latum a Decessore suo decretum eveniebant inconvenientia.

Negat subinde, animarum curam habitu penes Capitulum hodie permanere atque adeo juxta allegatas de Vicario Curato doctrinas circa Distributionum perceptionem (quae pro his tantum valent choralibus beneficiis, quibus adnexa ex instituto est cura animarum *Benedict XIV. instit. 107.* et S. C. in *Mediolanen. 13. Febr. 1639.*) chorum canere protuetur. Enim vero licet una Cathedralis olim paroecialis adesset. facta postea paroeciarum divisione et alias omnes ecclesias, numero fere 14, tales evasisse affirmat Archiepiscopus, ac in singulos parochos et actu et habitu curam fuisse translatam, una cum universis emolumentis, quae reapse percipiunt usque ad hodiernam diem independenter prorsus a Cathedrali atque huic nihil, praeter quandam superioritatis praeeminentiam, seu matricitatem permansisse. Profecto ait *Lotter de benef. lib. quaest. 20. n. 126.*: »Istud est perpetuum et certissimum signum judicandi, ad quem jure proprio cura pertineat, videlicet ad eum, qui decimas et funeralia per se percipit, *Abbas* etc. Quod autem spectat ad fontem baptismalem, crucem aliaque ex adverso allegata, sicuti uni Cathedrali competentia, haec quidem probare possent privativa tantum hujusmodi jura, quod non impedit, quominus et aliae ecclesiae parochiales esse valeant cum animarum cura et actu et habitu penes eorum Rectores.

Ceterum etsi hujusmodi consuetudo probaretur constans absque exceptione uti par est nihilominus ea corruptela potius dicenda esset nec vim legis praeseferat, quippe contra bonum ecclesiae, quae vel parochum incuriosum facerent, si choro diligens fuerit, vel mansionarium absque chorali penso, si paroeciali officio rite satisfecerit. In beneficiis utrinque residentialibus non admitti consuetudinem ea retinendi tradit punctim *Rigant. ad dict. reg. 1. cancel. § 8. n. 28.*

Ex apostolico Brevi *Impensa* quod pro omnibus generatim ecclesiis Neapolitani regni exoratum fuit, argumenta in themate deduci non valet pro approbatione implicita participationis cum paroecia Rossanensi eo vel magis, quia illud de iis portionariis locutum est, qui ad curam animarum iisdem ecclesiis quibus mancipati sunt ut plurimum adnexam addicuntur. Ita pariter nec ex concessione insignium a parochis ipsis obtenta, quippe gratiae substantia in concessione ipsa versabantur, minime circa ea factorum adjuncta, quae pro eadem obtinenda ab oratoribus parochis exponebantur, quae in eodem robore ac antea manere debent.

Ex his provisum putat Archiepiscopus etiam ad alteram petitionis partem super sarcitione damnorum.

Profectum scitum ex lege est Distributiones ac fructus bona fide consumptos non esse restituendos*), *Rot. dec. 3. part. 7. n. 4. Recen.* et in *Ferrarien. Juris decimandi super restitut. 26. Febr. 1823. n. 5. cor. Gamberini*, et S. C. C. in *Firmana Distrib. 2. Dec. 1843.*

Erunt dirimenda

*) Vd. *p. 1433. n. 78.*

D u b i a :

I. *An et quomodo sit locus redintegrationi parochorum ad participationem in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit locus restitutioni participationum quoad praeteritum in casu?*

S. C. C. resp.:

Ad I.: Negative in omnibus.

Ad II.: Provisum in praecedenti.

Die 22. Febr. 1845.

71) Poenitentiarii.

Vd. t. III. p. 975. e.; *Distribut.* (confessarii; absentium propter curam etc.); t. IV. p. 334. § 3.

72) Praebendas quando constituunt?

Illerden.

Advertendum rogant Beneficiati omnes fere ipsorum redditus consistere in Distributionibus quae Episcopo teste profluunt ex massa burrae et anniversariorum et novissime omnia sunt disposita etc., et singulis est assignata congrua portio et quota pro qualibet hora.*) In his sane terminis naturam Distributiones assumunt praebendarum, ut *per Extravag. Cum nonnullae la I. quae est in ord. 11. de praeben.* tradunt *Monet. de Distribut. part. 1. quaest. 3. sub n. 2., de Canon. et Dignit. cap. 21. n. 2.*, et pro duabus saltem partibus in conciliari absentia lucrantur, *Piton. discept. eccles. 34. n. 1. t. 1., Pignatell. consult. 115. n. 43. t. 9.*

Die 3. Mart. 1792.

73) Praesentibus tantum solvendae.

Vd. *Distribut. absentium p. 1253. n. 3.*

Distributiones quotidianae, quae ex ipsamet *sess. 24. cap. 12. Concilii Trid.* ab iis dumtaxat lucrantur, qui statutis horis interfuerint, ipso facto absque ulla privationis intimatione per absentiam amittuntur, *Piton. discept. eccles. 34. n. 3., Pignatell. consult. 114. n. 8. t. 9.*

Firmana.

Non debentur Distributiones ratione beneficii aut Dignitatis sed laboris*), qui par est omnibus, *Monet. de Distribut. quotid. part. 1. quaest. 6. n. 8.; Card. de Luca de Canon. et Dignit. disc. 16. n. 6.*

Die 15. Maji 1790.

Spoletana.

Ex censura ss. Canonum a percipiendis fructibus quotidianisque Distributionibus arcentur ii, qui in suis ecclesiis non resident et divinis Officiis non intersunt, *cap. unic. de Cleric. non resident. in 6.*, itaut ad lucrandos fructus et quotidianas Distributiones nedum interessentia a divinis, sed etiam residentia in loco beneficii requiratur, *Passerin. in comment. ad cap. unic. de cleric. non resident. in 6., Schmier Jurisprud. can. lib. 3. tract. 1. par. 2. cap. 3. n. 384.* et s. Congregatio in *Frisingen. Residentiae 3. Julii 1762 ad I. Dub.*

Die 28. Febr. 1795.

Eugubina.

In cap.: Consuetud. de Clericis non resid. in 6. Pontifex Bonifacius VIII. improbat invectam consuetudinem, unde distributiones quotidianae, quae inter praesentes dividuntur, ab aliis *etiam percipiuntur, qui, qualitercumque in civitatibus seu aliis in locis in quibus ipsae consistunt ecclesiae sint praesentes licet divinis officiis non intersint.* Hinc jubet, ut Distributiones tribuantur, *qui eisdem officiis in ipsis ecclesiis adfuerint . . . exceptis illis quos infirmitas . . . excusaret.*

Die 24. Aug. 1816.

74) Privatio ferendae sententiae est.

Privatio Distributionum ex causa absentiae non latae sed ferendae est sententiae, ideoque infligi non debet, qui nunquam deficientis indulti tempore constitutus fuit per interpellationem in mora, ut ex dispositione s. Concilii in cit. *sess. 24. cap. 12. de ref.* probant *Reifenst. jus canon. lib. 3. tit. 4. § 4. n. 125., Leo in Thesaur. for. eccles. cap. 3. n. 152., Pignatell. consult. 5. n. 1. tom. 1., Garz. de benef. part. 3. cap. 2. n. 151.*

*) Vd. *Distribut.* (assignat. et divisio pro singulis horis p. 1294.)

*) Vd. *p. 1428. n. 66.*

75) Privatio ob ordines requisitos intra tempus praescriptum non susceptos.

Vd. t. III. p. 410. b; p. 412. c; p. 413. n. 31.

Mathelicen.

Ex censura ss. Canonum privatur mediate Distributionum, qui in legitima aetate s. Ordines non susceperit. *Clem. Ut ii qui de aetat. et qualitat.*; *Barbos. de Canon. cap. 161. n. 10.*

Die 23. Jan. 1802.

76) Protonotarii habitu non chorali sed protonotariali induti.

Veliterna.

Exposuit in S. Rituum congregatione Sylvester Cinelli Archipresbyter prima et unica dignitas cathedralis civitatis Veliternae ac protonotarius apostolicus de numero non participantium habere signum almutiae tantum, sicut caeteri Canonici ejusdem ecclesiae; supplicavit propterea pro concessione facultatis, ut ipse orator imposterum interesse possit in choro, processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis in habitu protonotarii et lucrari fructus et Distributiones quotidianas; s. C. R. censuit gratiam desuper petitam esse concedendam arbitrio Emi D. Cardinalis Barbarini Episcopi Ordinarii.

Die 10. Julii 1677.

Castren.

Supplicante pro declaratione archidiacono cathedralis Castren. provinciae Hydruntinae, qui est protonotarius apostolicus et primam dignitatem in dicta ecclesia obtinet: An ipse possit in choro, processionibus et aliis functionibus deferre habitum praelatitium nempe rocchettum et mantelletum, sedendo et incedendo in loco sibi tamquam primae dignitati competente et Distributiones quotidianas tunc lucrari. Et S. Rituum Congregatio respondit: Negative.

Die 2. Sept. 1679.

Castren.

S. R. Congr. declaravit, quod archidiaconus Cathedralis Castren. provinciae Hydruntinae, qui est protonotarius apostolicus et primam dignitatem in dicta ecclesia obtinet potest deferre habitum protonotorii nempe rocchettum et mantelletum sedendo et incedendo in loco sibi tamquam primae dignitati competente, amissis tamen tunc Distributionibus quotidianis.

Die 16. Decbr. 1679.

Leodien.

S. Rituum Congregatio, inhaerendo Decretis alias in similibus emanatis et signanter in Mantuana die 3. Aprilis 1677, iterum declaravit, quod protonotarius Canonicus non lucratur fructus et distributiones quotidianas, nisi proprio canonicali habitu intersit choro, processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis. Si vero voluerit uti habitu protonotarii debet sedere post Canonicos et Abbates si aderint. Et ita declaravit et in Cathedrali ecclesia Leodiensi servari mandavit.

Die 24. Julii 1683.

Spoletana.

Cum Paulus Antonius Spetia de Cuppis protonotarius apostolicus prior et prima dignitas Collegiatae s. Michaelis arch. terrae Alevaniae dioecesis Spoletanae humiliter S. Rituum Congregationi supplicaverit declarari: An sibi in choro assistenti cum habitu protonotarii deberentur Distributiones? et S. R. Congregatio sub die 9. Julii 1696 negative respondendum censuerit, cumque hujusmodi Decreto non acquiescens SS. D. N. Innocentio PP. XII. humiliter supplicaverit, ut sibi magis specialiter facultatem in choro aliisque functionibus ecclesiasticis deferendum habitum protonotarii cum superlucratione Distributionum nec non cum approbatione usque adhuc perceptorum benigne concedere dignaretur et SSmus. D. N. quoad Distributiones perceptas ad S. R. Congregationem pro justitia, quo vero ad petitum indultum in futurum rescripserit: Ad s. Congregationem pro voto: propositis modo ab Emo Petruccio ponente hujusmodi instantiis s. eadem Congregatio tam in voce quam in scriptis auditis partibus omnibusque interesse habentibus: Distributiones restituendas esse a die Decreti sub die 9. Julii proxime praeteriti editi et indultum non esse concedendum respondit.

Insuper Episcopo scribendum mandavit: ad mentem, nempe, quod quatenus prior Spetia de Cuppis praedictas exerceat functiones more praelati, illum amplitudo tua coerceat ut abstineat. Tui idcirco muneris erit haec omnia s. Congegrationis praedictae exequi facere. Diuque felix et incolumis vivat.

Romae 17. Decemb. 1695.

Cavallicen.

Supplicante humiliter S. R. Congregationi Abbate de Fachè protonotorio apostolico et praeposito Collegiatae insulae Venaissinae Cavallicensis dioecesis sibi concedi facultatem deferendi in choro et processionibus habitum protonotarii S. R. Congregatio facultatem petitam amissione tamen Distributionum oratori posse concedi censuit.

Die 31. Maji 1698.

77) Rectorum Seminariorum.

Vd. *Distribut.* (confessar., decr.: *Tranen* § *De rectoribus* circa finem p. 1360.)

78) Restitutio.

a) Ad Canonicum absentem propter munus Vicarii generalis gerendum.

Vd. *Distribut. Vicarii gener.*

Anagnina.

Adeitus ad vicarii generalis munus in Albanensi dioecesi obeundum a c. M. Card. Galleffi Joseph M. Constantini Tufi majoris Anaguinae ecclesiae Canonicus principem SS. Leonem XII. S. M. adiit exponens: *non potere assumere l'eservizio Vicarii generalis impedito dall' obligatione diresidere in Anagni, ove possiede un Canonicato nelle Cattedrale, che rende circa 30 rubbia di derrate all' anno, le quali si distribuiscono a ragione di servizio, e formano le Distribucioni quotidiane, nella quali tutta consiste la rendita di detto Canonicato, gravato ancora daun annua pensione di Sc. 25, quindi supplica umilmente per l'indulto a quest'nopo necessario.* Quas preces cum lubens animo suscepisset princeps indulgentissimus, prodiit sub die 11. Sept. 1826 rescriptum hisce verbis conceptum: *Sanctissimus attentis expositis benigne annuit pro gratia, ut orator a residentia, et servizio chori valeat abesse ad annum . . . . et nihilominus omnes et singulos sui Canonicatus fructus, redditus et proventus, exceptis tamen Distributionibus quae fieri dicuntur inter praesentes, percipere . . . . possit, perinde ac si choro personaliter interesset.*

Elapso indulti tempore novum obtinere studuit Constantini novasque dedit preces in haec verba: *Supplica umilmente la s. C. che s. degni accordargli la proraga per un biennio, coll' istanza di non perder nulla della rendite, che in derrate per lo più, e in picoola parte in denaro formano le Distribuzioni quotidianae.* Sanctissimus vere die 24. Sept. 1827. attentis expositis enunciatum indultum *in omnibus* ad formam praecedentis concessionis ad alium annum tantum prorogavit.

Plures subinde retulit ejusdem indulti prorogationes idem Constantinius etiam a S. M. Pii VIII. et Pontifice O. M. Gregorio XVI., quem diu sospitem Deus servet, quae usque ad 13. Mar. 1835. protrahuntur singulaque, quibus continentur, rescripta ad praecedentium concessionum formam sese referunt undequaque.

His praestitutis, dum munus vicarii gen. explevit Constantinius Canonicatus sui fructus ita percepit a Capitulo, ut praeter Distributiones inter praesentes aliis etiam pecuniariis, quibus fruitur Collegium illud, fuerit privatus nec alios quam frumentarios redditus quolibet anno obtinuerit, dum pecuniam de more sese inter diviserunt singuli Capitulares, quin per aliquod temporis aliquam admovisse querelam probetur. Id primum contigisse constat ipso fatente Capitulo 1829. quum Pontifici rescripti vigore universos Canonicatus sui proventus sibi deberi (solis demptis Distributionibus inter praesentes) contendit Constantinius, at incassum: etiam Capitulares pecuniariam Distributionem omnino denegarunt ac de more inter singulos diribueruut; et nonnisi post s. hujus ordinis oraculum eandem daturos esse protestati sunt comitiis diei 13. Junii 1830.

Hinc quaestio delata est ab oratore Constantinio ad EE. DD. senatum; ineunte tamen anno 1835 proponiturque hodie post diuturnas inducias. Ex instituto Capitulum et Antistes fuit desuper rogatus super annuo redditu et oneribus praebendae, quota Distributionum aliisque ad rem opportunis.

Episcopus administrator relata confirmans omnino ita se expedivit: «Ex allatis momentis expositis in favorem Capituli videtur concludendum, non solum nihil oratori deberi, sed teneri insuper ad restitutionem frumenti retroactis annis percepti. Sed quoniam ex aposto-

lico rescripto evidenter eruitur SSmi. voluntas relaxandi fructus cum aliqua exceptione non aliter dicendum est id voluisse, quam juxta morem et spiritum respectivae constitutionis. Qui quidem mos atque spiritus cum ignorari ab oratore non posset, ex reticentia Distributionis pecuniariae in prima petitione bona fide operata argumentari licet de istius voluntate relaxandi in favorem Capituli in ratione tertiae pecuniae ratam non expressam. Accedit, quod instantia non statim, sed post novem fere annos fuerit producta et post mortem plurimum de eodem Capitulo, a quo Distributio inter praesentes fieri solet per singulos annos.»

Fructus praebendarum ac Distributiones quotidianas valde differre inter se non est ambigendum. Horum enim nomine, ut ait s. Cong. in Auximana Distributionum 21. Nov. 1821 venit quidquid percipitur ex bonis vel juribus fixe ac perpetuo ipsi beneficio adnexis, ac beneficiato ex sola ratione beneficii absque alio onere vel servitio debitis: Distributionum e contra appellatione intelliguntur ii redditus, quibus beneficiatus fruitur ex causa actualis servitii, interessentiae in choro ac Divinis officiis, adeo ut his Distributionibus non convenire vocabulum fructus tradant *Card. de Luca de Canon. et Capit. disc. 16 n. 2. et 6., Conz. ad reg. 8, Cancel. § 7 praem. 186., Piton. Discept. eccles. 1. n. 16. et* s. Congr. *in dubiis indult. 6. Maji 1820.**)

Distributiones ejusmodi, quae quotidianae dicuntur, etsi valde differant ab iis, quae proprio dicuntur inter praesentes, quae ut explicat s. Congreg. in *citat. dubiis indult.* § *indulta* melius dici possunt extraordinariae, eventuales et incertae, quaeque ut distinctae sunt a communi massa et praebenda, ita praesentibus tantum praestari solent ex peculiari statuto aut consuetudine cujuslibet ecclesiae sive expressa benefactorum voluntate; tamen in hoc aliquateus conveniunt, quod utraeque in indultis absentiae concedendis excludantur; istae, videlicet de jure, etiam sine expressa mentione, illae vero excludi soleant cum expressa clausula: amissis Distributionibus, quarum nomine in iis Capitulis, quorum universi redditus in Distributionibus consistent, tertia pars venit, reliquis partibus praebendae naturam assumentibus, ut ad Tridentinum *sess. 21. cap. 1. de reform.* docet cum communi *Reiffenst. in Decret. lib. 3. t. 4.* § 7 et eruitur ex s. Congr. in *Illerden Absentiae et Distribut. 3. Martii 1792.*

Jam vero ea est Anagnini Capituli opinio in themate, ut privandum censeat Canonicum Constantini Tufi pecuniariis Distributionibus loco tertiae hujus partis distributionum quotidianarum, qua omnes indultarii ratione muneris a s. Congregatione privantur eo vel magis, quod praxi s. ordinis respondeat undequaque Capituli ipsius observantia pervetusta: etenim quamplurimos Canonicos diversis temporibus abfuisse referunt ratione muneris, et tamen Distributiones ejusmodi numquam eflagitasse.

Nihil autem ei relevat rescriptum ssmi. principis Diei 11. Sept. 1826. tum quia in ipsis precibus Constantini, qui sane consuetudinem probe noverat sui Capituli, ne vola quidem facta est pecuniariae Distributionis: rescripta vero ultra personas, casus et res in precibus expressas extendi non debent ad *Leg. 1. ff. de Constit. Principis cap. Series de rescriptis cap. jam in multis eod. Titulo*; tum quia Pontifex nihil aliud, quam fructus Canonicatus oratori indulsit, quorum nomine, sicut et redditumn proventuumque, juxta superius tradita distributiones non comprehendi propugnat; nullam vero de pecuniaria Distributione peculiarem mentionem fecit, quam necessariam arguit Capitulum, ubi de damno caeteris Capitularibus irrogando agebatur, quibus accrescere Distributio illa debuisset.

Quare juxta mentem et morem Anagnini Capituli pronuntiasse Pontificem infert; siquidem in dubio mandasse censendus est, ut ecclesiae statuta rationabilia et consuetudines serventur, *Cap. Cum olim de consuet., Abbas in cap. possessiones de rebus eccles. non alienand.*, imo privilegium censetur datum juxta statutum, ab eoque summit interpretationem, *cons. 227. n. 23. et cons. 265 n. g. l. 3.*

Posteriora indultorum rescripta, quum omnia ad formam Prioris largita fuerint, nihil pariter suffragari posse oratori tenet Capitulum, etiamsi in precibus pro his obtinendis oblatis sollicitus fuerit Constantinius Distributiones etiam pecuniarias explicite nominandi. Caeterum ubi oratoris sententia paulipser approbetur, illud inconveniens sequi animadvertunt Anagnini Capitulares, quod obstringendi essent singuli ex Canonicis ad restituendum incontinenti totum id quod *insensibilmente ricevettero nelle annuali supputazioni*; ast non omnes in ea fortuna sunt, ut ejusmodi restitutionem extemplo soleant absolvere;

*) Vd. *t. III. p. 1027.*

ac deinde «sarebbe forza il ripetere dagli Eredi di cinque, o sei defonti Canonici quelle picole porzioni che riceverono i di loro autori con tutta buona fede, lo che da una parte si renderebbe impossibile, dall' altra cagionerebbe grave scandalo negli animi de laici.»

Contra haec jus suum ex Pontificis Leonis XII. aliorumque successorum rescriptis in tuto positum esse inclamat Canonicus Constantini ac Distributiones pecuniarias sibi deberi tum ex rescripti verbis tum ex mente concedentis.

Profecto ad primum quod attinet Distributiones pecuniarias, inquit, etsi non fructuum, certe *redditumn et proventuum* nomine, quos universos imperditus est Pontifex, omnino comprehendi. Praeter fructus enim, qui starent loco praebendae, aliquid aliud ei voluisse concedere SSmum constat, ne caetera rescripti verba scilicet: *Redditus et proventus* inutiliter jacerent: atqui praeter fructus loco praebendae nihil habet aliud Anagninum Capitulum quam Distributiones quotidianas: ergo et istas in themate, adeoque etiam quotam pecuniariam tribuisse dicendum. Sane his mota momentis s. Congregatio in simili causa *Auximana Distributionum 22. Dezb. 1821.* ad dub.: *An et qui fructus, redditus et proventus sui Canonicatus percipere debeat Canonicus Vagnozzi in casu?* respondit: *Attento rescripto SSmi in casu, de quo agitur, affirmative in omnibus, exceptis tantum distributionibus inter praesentes.* In themate illud insuper adest, quod in ea causa omnino deerant scilicet verba: *omnes et singulos etc.* quae sane nullum exceptionem admittent.

Id ipsum sibi velle etiam instat et aliam phrasim: *perinde ac si orator ipse choro et Divinis officiis personaliter interesset*; nam quemadmodum qui choro personaliter adest omnes et singulos sui Canonicatus fructus ac proventus absumit, ita et qui licet absens pro praesenti habetur uti in themate omnes et singulos, adeoque et pecuniarios percipere redditus posse debere argumentatur.

Ad mentem vero Pontificis concedentis quod attinet, eum excludere voluisse tantummodo, pergit Constantinius, Distributiones, quae *fieri dicuntur inter praesentes.* Ast non ita sane pecuniarias Anaguini Capituli Distributiones sese habere compertum est; ergo eas haud excipere voluisse Pontificem infert; quippe si quod voluit Pontifex expressit voluisse minime praesumendum est; et exceptio praeterea firmat regulam in contrario scilicet in casibus non exceptis.

Quod si a generalibus illis verbis: *fructus, redditus et proventus omnes* pecuniarias excipias Distributiones, nulla ratio est cur et alias in frumento positas excipi non dicatur; atque sic s. Pontificem incassum rescriptum gratiae concessisse dicendum esset, et animo indulgendi nihil indulsisse, quod sane est absurdissimum.

Res cum ita se habeant nullimode attendendam esse consuetudinem illam quam jactitant Canonici (si quidem adest) sequitur Constantinius; quandoquidem ss. Pontifex et potuit et voluit rescriptum ita conceptum concedendo cuicumque alterius juri derogare; quod praeterea etiam expressit per illam formulam: *contrariis quibuscumque non obstantibus.*

Neque majoris momenti faciendum est Constantinii silentium circa pecuniarias has Distributiones in priori supplici libello. Primo enim satis significasse se ait orator quum Canonicatum suum ait *rendere circa 30 subbia di derrate* quippe quem possidet Canonicatum caeteris omnibus tenuiorem nunquam tantam frumenti copiam reddidisse et reddere valere sed pecuniariis etiam comprehensis Distributionibus tantummodo id asseri potuisse contendit. Deinde non quod orator expressit attendendum esse in themate prosequitur, sed quod Pontifex concessit; hinc insuper mirum non esse colligit, si in posterioribus libellis mentionem expressam ipse fecit Distributionis etiam pecuniariae, quam caeteroquin opportunam censuisse fatetur, ut controversias et quamlibet ambigendi ansam praevideret.

Denique ad illud, quod ubi favorabilis oratori cedat s. ordinis resolutio, inconveniens verentur Canonici; animadvertit, quod non Canonicorum in hac re incommodum pensandum est, sed justitia tantum attendenda, quae unicuique suum restitui clamat, et neminem cum aliena jactura locupletari. Maxime quia ex ipsis Capitularibus non pauci oratoris jus praesentientes perceptas pecuniae summas integras, et a proprio peculio sejunctas adamussim servaverint, ut ei, juro suo vindicato, restituerent. Distributiones vero deberi, licet diu exactae non fuerint; imo et post annos triginta adhuc exigi posse demonstrat *Monet. de Distr. quot. p. 3. q. 3. n. 15 et 17.*

His utrinque disputatis precamur EE. VV. sapientiam, ut controversiam dirimant, nedum

super competentia quoad Distributiones pecuniarias, sed etiam quoad modum, et praesertim tempus, ex quo illae restituendae forent a Canonicis, qui eas perceperunt: videlicet inspecta factorum historia perpeudere erit, num aliquod extiterit tempus, quo Capitulares bona fide Distributiones illas sese iuter diribuerint et cousumpserint: explorati siquidem juris est, fructus bona fide consumptos restitutioui obnoxios nou evadere.

Dubium:

An, quo modo et a quo tempore sint restituendae Canonico Constantinio Tufi pecuniariae Distributiones in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus ab anno 1829.

Die 22. Aug. 1840.

b) Ad Canonicum absentem propter possessionem dubiam et litem.

Vd. *Distrib. absentium* (propter litem).

Imolen.

Faustus Stagni Canonicatum in Cathedrali vacantem ab Emo Episcopo assecutus, sub reservatioue quarumdam peusionum, subiudeque in illius possessionem rite ac pacifice inductus, post 7 menses ratione dictae reservationis pensiouum novam provisionem iu Dataria obtinuit, expeditis desuper apostolicis literis, quibus, declarata nulla atque irrita priori provisione una cum omuibus inde secutis, commissum fuit Vicario Geuerali, ut eumdem Faustum et stallo in choro et loco in Capitulo assignatis in novam possessiouem induceret.

In executionem hujusmodi literarum memoratus Faustus primum a cancellario episcopalis Curiae vigore Decreti Vicarii Generalis fuit in novam Canonicatus possessionem iuductus; hanc minus tutam et legitimam esse putans, instetit coram Capitulo, ut alteram et validiorem sibi traderet; at quia Capitulum statim illius precibus nou annuens dilata petitae possessiouis traditioue voluit super hac re suffragium Emi Episcopi exquirere, Faustus praedictus Romam se contulit, ubi post excitatas plures controversias in diversis tribunalibus, tandem supplicem s. huic Consessui porrexit libellum, quo exponens, sibi a Capitulo denegatam Canonicatus possessionem, nomen suum e Capitularium catalogo deletum, stallum sibi debitum alteri assignatum et demum quotidianas Distributiones sibi itidem debitas iuter alios Canonicos fuisse divisas, in omnibus reditegrari postulavit; quocirca rogato Emo Episcopo, ut s. Congregatiouem instructam redderet post receptam ejus relatiouem restricta fuit quaestio ad Distributiones quotidianas, super quibus infrascriptum dubium supremo EE. VV. judicio discutiendum subjicitur.

Praecipuum fundamentum, quo Canouicus Faustus autumat, sibi deberi Distributiones quotidianas non solum a die captae possessionis vigore prioris provisiouis ab Emo Ordinario habitae, quo nimirum tempore choro et ecclesiae inservivit, verum etiam illo, quo abfuit post expeditas literas apostolicas, in eo versari posse videtur, quod Capitulum denegando novae possessiouis traditionem in causa fuerit, quominus choro iuteresset; ecclesiastici enim juris disciplina postulat, ut Canouicus a Capitulo vel ab alio iujuste impeditus, ne cum aliis choro iutersit suoque muueri satisfaciat, quotidianas Distributiones, quas alias praesentia sua percepisset, lucretur, uti advertunt *Schmalzgrueber in jus can. lib. 3. tit. 4. § 4. n. 90.* vers.: *Qui impeditus fuit; Leuren. qu. 412. n. 3. et 4.; Zaes. de Cleric. non resid. n. 13.* et resolvit s. Congregatio proposito dubio:

An Canouicus, qui post possessionem Canonicatus capitulariter captam non fuit admissus de facto Capituli ad residentiam, quam propterea nou fecit, percipere debeat fructus dicti Canonicatus una cum Distributionibus quotidiauis per Canouicos residere nou impeditos et actu residentes?

Die 28. Febr. 1654 rescriptum fuit: Secundum ea quae proponuntur Canonicum oratorem percipere debere fructus necnon Distributiones quotidianas.

At vero Capitulum praemitteus in facto memorato Canouico Fausto possessionem sui Canonicatus absolute non denegaverit, sed jure ac merito in capitulari ingressu declaraverit se vel prius hac super re suffragium Emi Episcopi vel sui Vicarii audire ac altero ex illis assentiente statim petitam possessionem ei traditurum promiserit, conteudit, inde inferri, praefatum Canouicum haud impeditum fuisse, quomiuus suae ecclesiae inserviret, sed absque ulla legitima causa a residentia suae ecclesiae abfuisse, ita ut controversas Distributiones amiserit toto eo tempore, quo, uullo sibi justo titulo suffragaute, servitium ecclesiae neglexit ad expressam sanctionem *Textus*

in cap.: Unic. de cleric. non resid. in 6., innovatam a s. Concilio Trid. *sess. 24. cap. 12.*

Nec eidem Fausto prodesse putat, quod a residentia abfuerit, ut nonnullis litibus assisteret, nam licet Canonicus seu beneficiatus a residentia absens ut liti sibi motae invigilet, quotidianas Distributiones acquirat, uti cum aliis tradit *Fagnan. in cap.: Licet n. 160. de praeben., Antonell. de jur. et oner. cleric. lib. 2. part. 6. cap. ult. n. 165., Barbos. de Canonic. et Dignit. cap. 24. n. 24.*, id tamen procedere autumat Capitulum duplici concurrente conditioue

1) quod lis mota fuerit super juribus Canonicatus seu beneficii ita ut illius defensio in utilitatem ecclesiae vel beneficii, de cujus agitur residentia, vel ex uatura rei, vel ex persona propria beneficiati res sua sit, juxta *Textum in cap.: Ex parte c. 2. de cleric. non resid.:*

2) quod Canouicus seu beneficiatus ex praemissa causa absens licentiam ab Episcopo*) obtinuerit, uti colligitur ex Decreto sacrae Congregationis in *Cavallicen. Distributionum*, ubi disceptato dubio:

An praeposito seu Canonicis absentibus causa litium concernentium interesse suarum praebendarum debeantur Distributiones quotidianae?

die 3. Julii 1677 responsum fuit: Affirmative, dummodo accesserit licentia Episcopi; adeoque cum Canonicus Faustus nullam sustinuerit litem, cujus defensio in utilitatem ecclesiae vel Canonicatus cedere posset, quippequi in id solum vires inteudit, ut ab ouere dictarum pensionum se eximeret, ac praeterea debitam licentiam ut a residentia abesset ab Emo Episcopo non obtinuerit, Distributiones proinde tempori quo ecclesiae et choro non inservivit affixas nequeat sibi vindicare.

Imo, quia idem Canouicus ad revalidandam collationem sibi factam necessarium aguovit, literas apostolicas post septem menses expedire iisque non obstantibus, novam possessionem Canouicatus hactenus obtinere neglexit, contendit Capitulum ex eo, quod Canonicatum pacifice per annum uon possederit, neque pro tempore, quo chori ecclesiaeque servitio incubuit, praestandas illi esse Distributiones quotidianas; ex constitutionibus enim capitularibus 1508 editis sancitum habetur: *Ne quis Canonicus ad Distributiones quotidianas admittatur, nisi praebendam fuerit pacifice consecutus*, et in additione ad constitutiones 1530 sub Episcopo Scribonio promulgatas declaratum fuit: »Illum Canonicum fuisse pacifice consecutum praebendam, qui eamdem canonico titulo possederit per annum, antequam eidem lis super eadem praebenda moveatur, et si quas Distributiones quotidianas in dicto anno receperit et infra dictum annum fuerit eidem mota lis, teneatur dictas Distributiones quotidianas receptas restituere Capitulo ad usum Sacristiae convertendas, pro quibus restituendis teneatur, et obligatus sit, antequam a Capitulo admittatur ad osculum pacis«.

Eminent. Episcopus in sua relatione sub diem 7. Maji anni mox elapsi transmissa post recensitam facti seriem supra descriptam suam sententiam apernit hisce verbis: »Censeo, eidem Canonico Fausto deberi Distributiones a die, qua canonice ingressus praesens choro et ecclesiae inservivit usque ad diem absentiae, mihi non arridente objectione Capitularium innixa statuto hujus ecclesiae, quo cavetur, Distributiones non deberi ei, qui per annum canonicatum titulo canonico pacifice non possederit; quia statutum istud intelligendum videtur de intruso et habente vitiosum ingressum, Faustus autem habuit titulum canonicum possidendi vigore collationis factae per Cardinalem iudultarium et quamvis subinde ceciderit a jure suo propter defectum expeditionis novae provisiouis, uon ideo tamen mansit Canonicatu privatus, staute gratia revalidatoria sibi concessa per Papam etc. Nou sic respectu temporis absentiae, jam euim constat de causa, propter quam abseus fuit, nimirum ut modis omnibus procuraret (prout acerrime nixus fuit) in Dataria primum, subindeque apud judicem executorem Bullarum super eisdem pensionibus expeditarum et demum in plena Congregatione Signaturae Justitiae sese eximere ab ouere Pensionum, pro quarum solutione sese jurisjurandi religione obstrinxerat.«

In literis vero ad s. Congregationem nuperrime datis idem Eminent. Episcopus exponens, undecim dumtaxat esse Canonicos servitio dictae ecclesiae obnoxios, eorum aliquos utpote senio confectos ad cantandas missas haud idoneos esse, propterea ecclesiam debito decentique servitio destitutam reperiri, praesertim vero spatio quatuor annorum, quibus Canonicus Faustus sub mul-

*) Vd. *supra p. 1259. f. g.*

tiplici praetextu differt novam Canonicatus possessionem vigore literarum apostolicarum apprehendere, ita subdit: »Suppliciter ergo, ut satisfaciam muneri meo, insinuarem Eminentiis VV., ut dignarentur occurrere huic scandalo, capiendo aliquod expeditum temperamentum, veluti decernendo, quod sub brevi termino Canonicus Faustus teneatur suscipere novam canonicam possessionem vigore literarum apostolicarum et in stallo vacante inservire ecclesiae sub poenis ab Eminentiis VV. decernendis, salvis tamen semperque illaesis prorsus remanentibus quibuscumque juribus eidem Canonico Fausto quoquo modo competentibus, alias quippe detrimentum servitii ecclesiae et respective illius litigia finem non obtinebunt.

Jura Canonici Fausti allata sunt. Ponderatis igitur iis, quae supra deducuntur necnon aliis, quae nomine Capituli circumferentur, onus erit Eminentiarum VV. deliberare:

An et a quo tempore debeantur Distributiones quotidianae Canonico Fausto Stagni in casu?

S. C. C. resp.:

Deberi a die captae possessionis pro tempore tantum, quo inservivit et amplius.

Die 28. Jan. et 3. Mart. 1736.

c) Ad deportatos.

Vd. *Distribut.* (exulum p. 1394. n. 53.); t. III. p. 202.: *Nullius Sublac.*

d) A Protonotario injuste perceptarum.

Vd. *Distribut.* (protonot. decr. *Spoletana* 27. Decb. 1695.)

e) Suspensione injusta sublata.

Vd. t. III. p. 222. c.

79) Non restituendae a Canonico infirmo et per tempus sine indulto absente.

Alatrina.

Franciscus Posta ex Oppido Sgurgola dioecesis Anagninae Canonicus Decanus Cathedralis Alatrinae ejusdemque dioecesis Vicarius Generalis, cum jam senio confectus incommodo valetudine laborarct, 1808. Coadjutorem a Sede apostolica, et deinde indultum a loco Beneficii per quinquennium abesseudi et in patriam redeundi obtinuit. Quinquennio ad exitum properante prorogationem indulti a s. Congregatione exoravit *et die 17. Sept. 1814* rescriptum prodiit: *Exhibeatur praecedens indultum*; cum inveniri nequiverit, preces iteravit Canonicus, quae *die 18. Febr. 1815.* Episcopo remissae fuerunt *pro informatione et voto audito Capitulo ut referat de vera necessitate per juratam medici fidem, ac utrum Coadjutor inserviat et de tempore necessario.*

Quae tamen contingere vicissitudines, effeceruut, ut numquam transmissa fuerit Episcopi relatio utque nihilominus Canonico Posta absenti quotidianae Distributiones ad totum *annum* 1821 ab Alatrino Capitulo traditae fuerint. Verum *die 23. Febr.* 1822. Canonici capitulariter congregati protestationem emiserunt de Distributionibus Canonico Posta non amplius praestandis, deque repetendis Distributionibus post expiratum indultum ab ipso perceptis ejusdemque protestationis exemplum miserunt ad praefatum Canonicum, qui agebat annum 86. et die 2. Maji sequentis e vita migravit. Preces s. Congregationi obtulit Joannes B. Posta, defuncti haeres, ut nondum traditas consequeretur Distributiones, quas interea Canonici inter praesentes diviserunt et die 22. Martii 1823 interrogatus de more fuit hodiernus Alatrinus Antistes: Canonici autem S. M. Pium VII. ajerunt, qui 8. Junii 1823. causam videndam et absolvendam laudatae s. Congregationi commisit. Iterum ergo die 28. Aug. 1824. requisitus fuit Episcopus Alatrinus ut referet ad formam rescripti diei 22. Martii 1823 praefixo heredibus Posta termino ad deducendum jura sua in s. Congregatione.

Episcopus autem animi sui sensum ita paudidit: Non diffitetur Capitulum justa de causa fuisse Canonicum Posta in primo quinquennio dispensatum; sed hac dispensatione expiratam, novam sibi minime procurasse vel obtinuisse indubium est. Nec eum bona fides excusare valet, tum quia primam necessario sibi expetendam esse facto ipso ostendit: tum eo vel maxime, quod in viro nequaquam supponi potest, qui jus canonicum apprime calleret et Vicarii Generalis munus tot annis summa cum laude ac peritia exercuisset. Dehinc scilicet 1808. praefatus Canonicus Posta a Sede apostolica coadjutorem obtinuit, qui reapse choro diligenter inservit ac munia omnia implevit, quae coadjutor Canonicus potest

exercere. Ast obligationi de residendo in loco Beneficii, a qua immunis tantummodo est Canonicus jubilatus, non autem coadjutore donatus, minime poterat pro eo satisfacere, quod sane ipse cognovit Canonicus Posta, cum inserviente etiam coadjutore primo suae absentiae anno a s. Congregatione facultatem petierit, ut ab Alatrina civitate discedere valeret. Quare expleto quinquennio ineunte anno 1814. ejusdem facultatis prorogationem opus erat ei impetrare, quod certe omisisse jam innui. Quapropter indebite illo ab anno ad mortem usque quotidianas Distributiones solis praesentibus accrescentes percepisse fateudum est. Canonici vero Distributionibus ipsis eum statim non expoliarunt, quia novam facultatem prorogationem a Sede apostolica reportasse bona fide arbitrabantur.

Ut EE. VV. exequerer jussa haeredibus praedictis terminum praefixi ad deducendum jura sua in s. Congregatione. Capituli petitionem justissimam esse et ss. Canonibus conformem arbitror.

Quotidianas *Distributiones, qui statis horis interfuerint recipiant, reliqui quavis collusione aut remissione exclusa, his careant juxta Bonifacii VIII. Decretum:* Consuetudinem, quod s. Synodus *in usum revocat*: Trid. Synodus *Sess. 24. cap. 12 de reform.*. idemque colligitur ex *sess. 21. cap. 3. sess. 22. cap. 3.* et ex *cap. Licet de Praeb. Extrav. Postulavi* § *Licet* et *Extrav. Cum nonnullae* § *praeter eod. titul.* Omnes itaque Distributiones quas Canonicus Posta per illud tempus percepit quo sine indulto abseus fuit indebite perceptas fuisse dicendum erit, *Monet. de Distrib. part. 3. quaest. 5. n. 10. et seq., Rarbos. ad Concil. Trid. sess. 24. de ref. cap. 12. n. 108 et seq., s. Congr. in Cephaluden. Distributionum. 31. Martii 1770.* § *Ad tramites.*

Neque Canonico Posta prodesse ad lucrandas Distributiones valuit adversa valetudo, quam nunc medici testimonio evincere conantur ejus haeredes, et de qua ipse in precibus tam anno 1814. quam anno 1817. huic s. Congregationi oblatis omnino siluit. Infirmitas enim absenti a choro opitulatur, qui etsi aegrotet et coadjutorem habeat, indulto abessendi indiget, *Bened. XIV. de Synod. Dioeces. lib. 13. cap. 9. n. 15., Rota in Recent. part. 1. decis. 608. n. 1., s. Congr. in Comen. 30. Sept. 1724.* §: *Tertio* et in *Romana Fructuum 15. Aprilis 1780.* §: *At Beneficium.* Nulla vero in eodem Canonico bona fides uti animatvertit Episcopus praesumi potest. Siquidem et apprime versatus erat in jure canonico et primo suae absentiae anno ab hoc s. senatu veniam imploravit, ut ab Alatrina civitate discedere valeret. Accedit, quod 1818 admonitus fuit ab Episcopo de necessitate indulti porogationem obtinendi, ut absens suas facere posset Distributiones. Fastigium imponit protestatio, quam *die 25. Febr.* 1822 emiserunt Canonici capitulariter congregati et cujus exemplum Canonico Posta tradi curaverunt. Haec omnia quamlibet ab eodem Canonico bonam fidem abfuisse ostendunt.

Distributiones nihilominus jure a Canonico Posta perceptas fuisse, ipsius haeredes contendunt, quia licet illis carere debeant absentes, excipiuntur tamen, *quos infirmitas seu justa et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens ecclesiae utilitas excusaret;* verba sunt Bonifacii VIII. in *cap. unic. de Clerico non resid. in 6.* Primus itaque casus, in quo de jure quotidianae Distributiones absentibus debentur, est *infirmitas*, uti monet etiam *Glos. ibid. v. infirmitas* et perpendunt *Barbos. ad Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. Monet. de Distribut. quotid. quaest. 5. n. 48.*

Canonicum Posta morbis exactum in patriam rediisse, ut beneficio frueretur aeris, in quo lucem viderat, et ab 1814. usque ad obitum graviter aegrotasse, ex jurata medici fide constat. Discessit autem a loco residentiae post obtentum abessendi indultum, et ad illum deinde reverti ob malam valetudinem uequivit. Denegandae igitur eidem non videntur quotidianae Distributiones, cum illas Canonico, qui tempore vacationum a civitate recessit ac in morbum incidit, etiam post vacationum tempus infirmitate durante, deberi doceat *Pignatell. lom. 5. consult. 81. n. 8. et per tot.* In causa quoque *Romana Distributionum* cum instantibus Canonicis Collegiatae s. Marci in hac s. Congregatione propouerettur quaestio, an Canonicus coadjutus ejusdem ecclesiae, qui cum suo coadjutore ob corporis infirmitates et pro recuperanda valetudine extra urbem se contulerat, quotidianas Distributiones consequi posset pro tempore, quo ecclesia debito caruit servitio; cl. me. Cardiualis Marefoschi, tunc urbis Vicarius, cujus votum exquisitum fuit, auditis interesse habentibus *affirmative* respondeudum censuit, *per textum in cap. Unico de cleric. non resid. in 6., Card. de Luca de Canonic. Discurs. 12. n. 3., Barbos. eod. tract. cap. 29. n. 45., Monacell. formul. 2. n. 76. tit. 13. t. 2.*, uti

late refertur in Folio *diei 3. Decb. 1729.* §: *Exquisito.*

Quod si haec obtinent ita Canonici Posta haeredes favore Canonici coadjutore carentis, vel quando neque coadjutus, neque coadjutor choro inserviunt, eo magis pro coadjuto militare debent, qui assiduum per coadjutorem praestitit chorale servitium. De hoc autem in longe duriore themate actum fuit in alia causa *Romana Distributionum*, in qua beneficiatus s. Mariae Transtyberini, coadjutorem habens, 1768 indultum abessendi a loco residentiae *ob gravem aetatem* impetraverat ad biennium, deinde porogatum fuerat ad 1780., sequenti vero quinquennio neglectum. Re comperta collegium beneficiatorum cessavit a tradendis Distributionibus jamque solutus repetere tentavit. Verum *die 4. Apr. 1789.* proposito dubio: *An sit locus repetitioni Distributionum solutarum tempore deficientium indultorum in casu etc.?* S. Congregatio ob beneficati senectutem, ob morbos, quibus obnoxius evaserat denique ob fidem optimam, qua Distributiones perceperat rescripsit: *Negative.* Instaurato certamine *die 8. Aug. 1789.* resolutionem confirmavit respouso: *In decisis, et amplius.*

Impetratum fuisse apostolicum indultum ad quinquennium, cum primum Canonicus Posta in oppidum *Scurgola* patriam suam se recepit, nulla est ambiguitas, elapso autem quinquennio prorogationis defectum eidem Canonico imputandum non esse contenduut ipsius haeredes, cum opportunas preces semel iterumque obtulerit, easque ad Episcopum pro Informatione et voto allegandas curaverit. Gravibus infortuniis obnoxius Episcopus, nunquam de memoratis precibus retulit: verum Canonicus Posta optima fide se gessit, cui fomentum praebuit quotidianarum Distributiouum a Caputulo numquam interrupta praestatio, et quam novi Episcopi admonitiones nequaquam interceperunt. Novus enim Episcopus ad Alatrinam Sedem venit 1818., atque ad ipsum pertinebat de precibus referre, de quibus decessor Episcopus minime retulerat.

Nihil vero faciendam dicunt praedicti haeredes nimium seram Capituli protestationem, quae in *jure* nullius est momenti, cum judiciorum ritu nunciata non fuerit; ac praeterea *in facto* et omnino spernenda, quoniam exeunte Febr. 1822. fuit emissa, ejusque notitia ad Canonicum Posta pervenire tantummodo potuit, quando gravissimo conflictabatur morbo, quo oppressus die 2. Maji sequentis occubuit. Quo factum est, ut protest nunciatio, ationis si tamen expleta fuit, ne efficax quidem esse potuerit ad perimendum jus percipiendi nondum solutas Distributiones, quum in id tempus inciderit, quo Canonicus Posta nunciatioui parere nequibat et paucos post dies vitam et Canouicatum amisit. Caetera EE. VV. praepouuntur

Dubia:

I. *An et a quo tempore sit locus restitutioni Distributionum in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An Capitulum praestare teneatur Distributiones retentas in casu?*

S. C. respondit

Ad I: Negative in omnibus.

Ad II.: Affirmative.

Die 9. Julii 1825.

80) Taxatio.

Asculana et Ceriniolen.

Ecclesia Ceriniolensis s. Petro Ap. nuncupata extitit receptitia ad annum 1819. Multa bonorum vi ea potiebatur in redditu annuo ducatorum fere 10.000, quae communem massam constituebant; ac praeterea Collegio honestabatur Presbyterorum 46, qui reliquos redditus, quot superfuissent, satisfactis tum legatis tum divini cultus et Fabricae aliisque ecclesiae opportunis expeusis, sese inter distribuebant; ex qua Distributione ducata circiter 133 uuusquisque quotanuis percipiebat.

Factum est die 30. Apr. 1819, ut s. M. Pius VII. ad preces sibi porrectas per Sacerdotum Collegium huic ecclesiae inservientium, eam ipsam ad Cathedralis dignitatem evexerit et aeque principaliter univerit ecclesiae Asculanae.

Multa quidem in Bulla erectionis SS. Pontifex sapientissime ad rem sancivit; sed inter caetera modum constituit, quo esset novae Cathedralis redditus, de quo ipse disponit in ducatis tantummodo 7000, suo cuique officio assignandus. Siquidem defiuit pro episcopali mensa duc. 400, pro Seminarii dotatione duc. 600; pro 4 Dignitatibus duc. 180 in eorum singulis, in uuum duc. 720, pro 20 Canonicis duc. 100 in eorum quoque singulis, in unum duc. 2000; pro 12 Mansionariis et unicuique eorum duc. 50, in totum duc. 600; pro Poenitentiario et Theologo

ultra praefata 100 alia 24 pro unoquoque eorum, in unum duc. 48. Deiude sic prosequitur:

Hisce itaque perpetuo ut supra constitutis et assignatis redditibus, cum Capitulares proventus tam certi et invariabiles, quam incerti cujuscumque generis nominis et naturae annuam summam 7000 ducatorum, monetae praedicti regni, excedere et nulli prorsus diminutioni, quinimmo majori incremento obnoxii dignoscantur, propterea Nos expresse praecipimus atque jubemus, quod demptis superius expressis praestationibus pro episcopali mensa, pro seminarii praedicti dote aliisque expensis fabricae Cathedralis sacrisque supellectilibus ad divinum cultum pertinentibus ac inservientium stipendiis, de more tribuendis, superextantes redditus, qui tertiam partem totalis summae singulis Capitularibus, ut praefertur, assignatae constituunt, in usum Distributionum quotidianarum fideliter convertantur.

Quum vero Princeps SS. circa has literas facultatem fecisset eisdem Capitulo et Canonicis, ut *ipsi capitulariter congregati pro novo ejusdem Cathedralis illiusque chori eorumque rerum et jurium tam spiritualium tam temporalium prospero felicique regimine, gubernio ac directione . . . . Distributionum quotidianarum et aliorum emolumentorum quorumcumque ex actione et divisione . . . quaecumque statuta, ordinationes, capitula et decreta . . . per Ordinarium loci prius examinanda et approbanda infra spatium unius anni edere atque edita declarare atque interpretari possent*; illi revera statuta infra annum confecerunt et ab Episcopo approbata sunt.

Hujusmodi constitutioni iuhaerentes Capitulares ad annum 1839 demptis ducatis 4368 episcopali meusae, Semiuario ac Praebendis a Pio VII. respective assignatis caetera quae supererant ut ad praefata 7000 ducatorum perveuiretur, quotidianarum Distributionum titulo perceperuut, si quaedam detrahas, quae ad fabricam et supellectilem curaudam, vel ad stipendia minoribus iuservientibus suppeditanda erogasse demonstrant, quippe persuasum habent, his omnibus demptis oneribus ex Bullae praescripto omnia ad se pertinere Distributionum titulo.

Francisco Javarouio, qui Antouio Mariae Napio successit in Episcopatu Ceriuiolensi, haec Canonicorum agendi ratio minime placuit; nam ex ejus seutentia ita apostolica verba sunt accipienda ut quotidiauae Distributiones siugulis debitae tertiam debeaut partem adaequare cujusque hodiernae praebendae adeout quae superesset pecuniae vis, in quam nullum omuino jus Canouicis tribuebat, in ecclesiae utilitatem cedere debuisset. Hinc die 22. Maji 1839. s. peragens dioecesis Visitationem Decretum edidit ut ducatorum 6000 ex anui illius redditibus deposito subjicerentur, donec ex hujus s. Sedis oraculo quod se dicebat postulaturum appareret quomodo eadem essent eroganda.

Mox vero ad s. H. Ordinem confugit atque exposuit Cathedralem Ceriuioleusem etsi in erectionis Bulla *pro populo ad eam confluente satis capax asserta fuerit*, revera tamen angustam nimis exstare et uecessario amplificaudam esse, ad quod opus summam duc. 12000 requiri, teste artis perito Josepho de Sanctis: quare postulavit ut quouiam caetera deficiunt media cogeretur Capitulum in id operis insumere duc. 1599.34, quae scilicet supersunt detractis oneribus in praedicta Bulla praesiguatis attributisque insuper pro Distributionibus quotidianis duc. 1122.66 quae respondeut integrae summae omnibus et singulis Capitularibus assignandae pro tertia parte singularum praebendarum juxta praedictam ab ipso factam Bullae iuterpretatiouem: praeterea vero alia ducata circiter quingentum deducenda ex aliis tribus millibus ducatis, de quibus Poutifex in Bulla erectionis nou disposuerat.

Scilicet scire est 3000 fere ducata, de quibus in apostolicis Literis Pontifex non disposuit, universa fere oneribus ferendis impendi: etenim duc. 742.51 absorbent legata dotium, vectigalia, instaurationes, census aliaque id genus, praeter haec vero adsunt satisfaciendae missae lectae numero 10420 necnou 60 cum cantu, quarum illae ad taxam dioecesanam 2 caroleuorum, istae viginti carolenorum pro singulis eleemosynam exiguut in totum duc. 2260. Sed cum contingant ut extra Cathedralem plerumque celebreutur minori eleemosyua ducatorum circiter 500 impensae reapse plerumque parcunt Capitulares atque haec suut, quae in ecclesiae ampliatiouem applicare postulat Antistes. Adnotare juvat, de iis missarum legatis fundatiouum tabulas iguorari, quippe vel deperditas vel incendio consumptas ut archivii praepositus testatur nec aliud ex tabella quadam pervetusta colligitur quam nomiua fundatorum et elenchus missarum.

Subinde datis aliis precibus Episcopus postquam conquestus fuerit, Capitulares vel nil vel parum sane hactenus contribuisse pro ecclesiae fabrica et suppellectilibus, adeo ut ecclesia illa squallida appareat undequaque flagitavit: *che si definisca se la somma di duc. 1509.34* (de qua superius) *debbasi annualmente spendere per la fabrica e per gli arredi della Concattedrale, ovvero possano i Capitolari dividersela fra loro tranquillamente, come han fatto per tanti anni e continuano a fare al presente.*«

Haec facti species est, quam hausi ex actis in s. Congr. de more absolutis, necnon ex nonnullis a s. C. consistoriali remissis, quae negotium hoc Episcopum inter et Capitulares componendum curaverat incassum: praestat modo partium momenta brevi calamo exponere.

Et quoniam praecipua quaestio est super quota Distributionum Capitulo assignatarum, sententiam suam hac super re superius relatam tuetur Antistes ex ipsis literarum apostolicarum verbis in his enim superexstantes redditus, qui in usum Distributionum quotidianarum fideliter converti jubentur »*tertiam partem totalis summae singulis Capitularibus assignatae constituere*« aperte sancitur, quae verba adeo clare explicant, Distributionum quotam pro tertia parte cujusque praebendae singulis Capitularibus taxandum esse perpetuo, ut interpretatione non egeant.

Porro haec non demonstrative tantum, sed taxative constituta fuisse eruit:

1) quod in dispositiva parte literarum apostolicarum scripta reperiantur ac praeceptivis notis *praecipimus atque jubemus* designata;

2) quod si demonstrative dicta juxta Capituli opinionem sustinerentur, jam falsa prorsus et undequaque obliqua exurgeret demonstratio quae in P. O. M. perperam praesumeretur. Enim vero superextantes redditus tertiae parti praebendarum omnium in Bulla designatarum minime respondent;

3) quod taxative huic interpretationi apprime collimet ratio qua motum se dixit Pontifex ad Distributionum quotam praefigendam quia scilicet: »*Capitulares proventus tam certi et invariabiles quam incerti cujuscumque generis, nominis et naturae annuam summam septem millium duc. excedere et nulli prorsus diminutioni, quin imo majori incremento obnoxii dignoscebantur;*

4) quod taxatio ista congruat mandatis Concilii Trid. *Sess. 21. cap. 3.*

His positis superextantes redditus in praedicta summa duc. 1509. 34. pro ecclesia adaugenda hodie legitime posse applicari contendit Episcopus. Enim vero si redditus istos suos nequeunt facere singuli Capitulares, sponte sequitur eos in ecclesiae ipsius utilitatem cedere debere idest in opportunas necessariasque expensas.

Atqui necessariam existere ecclesiae amplificationem conficit hinc habita ratione populi, qui Ceriniolae degit ad capita circiter viginti millia; illinc inspecta peritia architecti de Sanctis, quae etsi non degit ab anno 1819. ad an. 1834. auctam instauratamque fuisse a Capitulo ecclesiam ita, ut vis scut. fere trium millium impensa fuerit; unde eruit Antistes millibus aut vix ultra continendii individuis Cathedralem parem existere.

Eadem de causa tenet posse in id operis insumi etiam ducata quinginta, quae satisfactis missarum oneribus Capitulo superesse possunt, nimirum quum haec singulorum Canonicorum esse nequeant, quibus quotidiannae Distributiones taxatae sunt, pronum est, in ipsius ecclesiae beneficium cedere; atque adeo in urgens hodie sacrae aedis augmentum.

Demum ambiget nemo post relatas litterarum apostolicarum expressiones posse nihil Capitulares, nequidem in usum quotidianarum Distributionum, sibi convertere, nisi demptis antea praestationibus etiam pro aliis expensis Fabricae Cathedralis sacrisque supellectilibus ad Divinum Cultum pertinentibus; quare jure meritoque petere videtur Antistes, ut summa definiatur, quam quotannis ad id operis insumi opus est, quod sane quamlibet in dies orituram controversiam facile praecaveret.

Capitulum ex adverso propugnat:

1) Omnes et singulos proventus superextantes ex ducatjs 7000 de quibus Bulla disposuit in Distributiones quotidianas esse convertendos;

2) Ad Capitulares etiam pertinere quidquid forte superesse posset ex tribus circiter millibus ducatis, quorum Bulla non meminit.

At primum quod attinet certum est ait ante Cathedralis erectionem universa collegii bona in communem hanc massam nunquam fuisse nec per catedrae honorem imutatam; etenim nullam factam fuisse commutationem innuunt verba literarum apostolicarum: *Quin per hanc nostram collationem aliquid illis* (id est beneficiis) *vel minimum inferatur praejudicium; ad quem effectum expresse jubemus, quod salva, firma et interim illaesa illis* (id est Canonicis) *et eorum singulis remaneant eorum jura omnesque fructus, redditus et proventus suppressorum beneficiorum in ea quantitate, qua ac u ipsi perfruuntur et gaudent, nisi forte pro servanda tuendaque integritate dotationis mensae episcopalis et seminarii praedicti aliisque expensis in Fabricae Cathedralis manutentionem Divinumque cultum et stipendia seu mercedes inservientium erogandis contingat illos aliquam pati immutionem.* Idem clamant constitutiones diei 10. Novb. 1820. ab Episcopo literarum apostolicarum executore approbatae, de quibus superius facta nuntio. Idem denique 20 et amplius annorum observantia, quam sine evidentissimis momentis destruere nefas est. Atqui ea est communis massae natura, ut quidquid detractis superest oneribus, inter massae ipsius participantes communiter dividatur.

Neque his derogare visus est Pontifex iis verbis, quibus utitur tantopere Episcopus, ut ostendat pro tertia parte singularum praebendarum Distributionum quotam pro singulis Capitularibus determinasse. Si quidem primo, ubi id princeps SS. voluisset, de superextanti sane redditu, sicut de caeteris, quae voluit, disposuisset vel saltem ejusdem erogationem Antistiti commisisset: quod si non disposuit, eos redditus communiter accrescendos voluisse censendus est, ut antea diribebantur inter collegas.

Deinde absurda ex contraria interpretatione derivare consectaria contenditur. Enimvero Distributionum quotam Canonicis stabiliter taxare id esset, eos segniores adversosque facere majori reddituum compendio ecclesiae comparando, quod certo scirent non sibi, qui pondus ferunt diei et aestus, sed cui Episcopus pro suo arbitrio judicaverit, attribui. Ac frustraneum prorsus evaderet Ceriniolensi Capitulo jus omnibus largitum regni collegiis *di aquistari nuovi fondi.*

Porro autumat Capitulum Distributionum quotam a Pontifice statutam *tertiam partem totalis summae singulis Capitularibus assignatae* dictam fuisse non taxative et relate ad tempus futurum, sed demonstrative tantum et relate ad totales redditus, quos omnes et singuli presbyteri ecclesiae addicti percipiebant, dum Bulla conficeretur, ante Cathedralis erectionem, ut verbum praesens *constituunt* satis demonstrat. Et revera quod hodie esset erogandum in Distributiones quotidianas juxta praefatam sententiam Capituli. videlicet, quod ex duc. 7000 superest deductis expensis in Bulla praesignatis pro seminario, pro mensa episcopali, pro omnibus Capitularibus ac taxatis insuper ducatis plus minus 1000, quae necessario requiruntur pro inservientium stipendio, fabricae et cultus expensis, quodammodo respondet tertiae parti totalis summae veterum portionum.

Et cum ipsa Trid. synodus praefata *sess. 21. cap. 3.* salvas voluerit earum ecclesiarum consuetudines, in quibus non residentes seu non servientes nihil vel minus tertia parte percipiunt satis ostendit alienos non fuisse Tridentinos patres, ut Distributiones augumentum etiam gravissimum nancisci possint ultra tertiam partem quod negat Episcopus. Atque ita profecto eruere est ex una *Januen. Praecedentiar., S. C. R. apud Ursaya dis. eccl. 6. p. 1. T. 1. n. 206.* necnon ex una *Ecclesien. H. S. O. diei 16. Aug. 1794. § 12.*

Quod si quis esset casus, quo suos facere nec possent Capitulares redditus superextantes, tamen sustinet adhuc eos erogandos non esse in ecclesiae ampliationem; obstant enim literae apostolicae, quae in superius relata lacinia unum excipiunt casum; *pro servanda etc. . . aliisque expensis in Fabricae Cathedralis manutentionem* minime vero amplificationem; quam et eliminasse argunt ex tritissimo jure, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

Neque reapse constat de asserta ecclesiae amplificandae necessitate. In ipsis erectionis tabulis de Ceriniolensi ecclesia renunciabatur quod *licet pro populo ad eam confluente satis capax atque sufficiens videatur illius tamen ampliationi data nunc opus est, ut inde splendior ac magnificentior evadat.*

Caeterum capacitatem non commensurandam, ajunt, ex universo civium numero, cui continendo imparem esse ecclesiam fatentur, sed ex ordinaria populi frequentia. Sane in ipsa urbe pleraeque extantes paroeciales ecclesiae ne tertiam quidem amplecti valent partem parochianorum. Accedit 12 aliis exornari sacris aedibus Ceriniolensem civitatem ac eam qua de agitur antiquis ac religiosis monumentis adeo commendari, ut eamdem veluti subvertere piaculum fore videatur. Accedit demum abnormi prorsus ducatorum duodecim millium summae pro ecclesia comparandae

impar esse Capitulum, nisi cum iugenti bonorum suorum jactura.

Quod attinet ad redditus, quos superesse quandoque ex celebratione missarum recitat Episcopus, unum adnotant Capitulares; posita fundationum jactura nullum apparere redditum taxationum ad missarum litationem designatum; atque adeo nimis fidenter exuberaus aliquid asseri: quod si reapse exuberaret, hoc tameu quodquod sit in communem massam debere confluere, proindeque siugulis eorum in cumulo Distributionum accrescere.

Demum etsi nou inficientur Capitulares onus iu ipsorum massam rejectum consulendi ecclesiae, ss. supellectilibus et ordinariae ecclesiae asservationi, id tamen quantum vires patiebantur praestitisse perpetuo vehementer conteuduut; argenteam aureamque supellectilem ab ipsis, postquam Cathedralis houore aucta ecclesia est, comparatam exemplaut: neque ipsum Antistitem aliud desiderare potuisse clamant, praeter due integri paramenti Pontificali l'uno paonazzo, l,atro nero. Porro paratissimos sese huic etiam comparandae supellectili declarant: dummodo opportunae concedantur induciae, ut ab gravissimis hacteuus absolutis expensis, etiam in hodieruam controversiam, aliquantulum recreentur.

Agnoscunt etiam et ultro annuunt pro assignatione stabili annui proventus in usum ordinarium Fabricae et in restaurationem comparationemque ordinariam sacrorum uteusilium assiguautque in Fabricae totidem pro utensilibus. EE. VV. vero beuiguitatem exorant, ut sic rebus amice compositis finem acerbae et dispendiosae huic controversiae tandem imponant.

Dubia:

I. *An Distributiones quotidianae taxandae sint pro tertia parte singularum praebendarum vel potius pro universis redditibus superextantibus post impleta onera in Bulla praescripta in casu?*

Et quatenus affirmative ad 1. partem, negative ad II.,

II. *An et quomodo reliqui redditus sint erogandi pro ecclesiae ampliatione in casu?*

III. *An et quomodo sint eroganda pro eadem ampliatione ducata 500, quae designat Episcopus in casu?*

IV. *An et quae summa taxanda sit pro Fabricae ecclesiae et ss. suppellectilium manutentione in casu?*

S. C. resp.

Ad I: Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Ad II: Provisum in I.

Ad III: Negative.

Ad VI: Negative et serveutur literae apostolicae.

Die 11. Julii et 22. Aug. 1840.

81) Tempore vacationum.

Vd. *Distribut.* (in feriis p. 1400. n. 54. 55.), t. III. p. 1125. decr. *Vicentina.*

82) Thesaurarii.

Ferrarieu.

Ex apostolicis literis Coelestini III. 1191 datis et ab Urbauo VI. confirmatis nobilis familia Giocolo civitatis Ferrariensis parochialem ecclesiam in loco vulgo La Guarda erigendam curavit; qui locus 1818 ab Adriensi dioecesi divisus archidioecesi Ferrariensi adjectus fuit.

Porro 1517. Joannes B. Zilioli ejusdem paroeciae Rector s. M. Leonem X. deprecatus est ut in ecclesia Ferrariensi (literam recito ejusdem Pontificis, quae incipit *Ex supernae)* una thesauraria Diguitas quae nou tamen major post pontificalem existat, pro uno thesaurario, qui in eadem ecclesia stallum iu choro et locum in Capitulo ecclesiae Ferrarieu. post obtinentes alias Dignitates ac ante omues Canonicos ejusdem ecclesiae Ferrarien. in eadem ecclesia, processionibus et aliis congregationibus et actibus capitularibus obtineat et juxta dictae ecclesiae statuta et cousuetudines ad antelationes inter obtinentes in eadem Dignitates hujusmodi servari solitas juxta antiquitatem gradus accedat, erigeretur ac institueretur illique sic erectae dicta parochialis ecclesia perpetuo uniretur, annecteretur et iucorporaretur. Quibus precibus accedente eorum quorum intererat consensu indulsit memoratus Pontifex per haec verba: »Unam thesaurariam ut supra apostolica auctoritate erigimus et instituimus illique sic erectae parochialem ecclesiam praedictam ... unimus, anuectimus et incorporamus et nihilominus thesaurariam praedictam ab ejus primaeva erectione hujusmodi vacantem eidem Joanni B. dicta apostolica auctoritate conferimus et de illa etiam providemus cum omnibus juribus et pertineutiis suis ita quod liceat eidem J. B. et pro tempore existenti

thesaurario corporalem possessionem dictae parochialis ecclesiae propria auctoritate apprehendere et perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus et proventus in suos et thesaurariae ac parochialis ecclesiae ejusmodi usus et utilitates convertere ... Proviso quod propter unionem, annexionem et incorporationem praedictam dicta parochialis ecclesia debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed ejus congrue supportentur onera consueta.«

Ad hanc Dignitatem thesaurariae quae tertia est in Cathedrali Ferrarieusi 1525 Clemens VII. concessit Proculo ac Petro Mariae et Leonillo de Joculis jus nominaudi Rectorem hisce verbis: »Vobis vestrisque filiis et descendentibus ac haeredibus et successoribus in perpetuum juspatronatus et praeseutandi Ordinario loci personam idoneam ... auctoritate apostolica teuore praesentium perpetuo reservamus, concedimus et assignamus.«

Ex hac concessione familia de Joculis hujusmodi jura exercuit usque ad annum 1830, quo anno ad thesaurariam nominatus fuit Aloisius Costa, qui eodem tempore curam animarum retinuit in muuicipio Occhiobelli, quod ad Adrieusem dioecesim in reguo Lombardo-Veueto spectat. Interim 1836 demortuo Aldobrandino de Joculis, qui unus ex Joculorum familia supererat, in intestatam ejusdem haereditatem juxta leges Austriacas decreto judicis rite immissa fuit Maria Baruffi cum Benasciutti nupta utpote quae ex legitimis documentis proximior defuncto fuit inventa. Cum itaque 1839 eadem thesauraria vacasset Maria juspatronatus ad se devolutum fuisse rata per suum procuratorem Carolum Finotti ad eam nominavit Joannem Maccapane qui inpraesentiarum Archipresbyteratum cum cura animarum gerit in ecclesia s. Martini della Pontenera quae ab urbe Ferraria distat circiter 5000 lapides. At vero Emus Archiepiscopus ratus residentialem esse thesaurariam ac a parocho jam satis proviso retineri haud posse existimans necnon de jurispatronatus in Baruffiam transitu paulisper anxius institutioni restitit, donec nominatus opportunas assequeretur dispensationes.

Hinc ad SS. Principem per secretariam Brevium preces porrexit Maccapanius ad s. hunc Ordinem postea remissas, quibus contendit primum nullo se impedimento teneri, quominus praefatam Dignitatem adipiscatur; quatenus vero opus esset adprecatus est »che voglia coll' apostolica sua autorità autorizzare l'oratore ad accettare assieme all' arciprettura, che retiene, detta diguità e quindi l'Emo Card. Arcivescovo ad accordargliene la conveniente Bolla.«

Super his precibus rogati per Archiepiscopum ex s. Ordinis mandato Cathedralis Canonici ita collegialiter deliberaruut: »Il Capitolo non rileva da alcuu mouumento del proprio archivio, che alla diguità del tesoriere sia stato mai annesso obbligo di residenza, e quindi per questo capo non reputa incompatibile di sua natura una cotal diguità nella persona del uominato, benche stretto dal viucolo di residenza perpetua nella sua Pieve: ma riflette per altro, che il tesoriere in forza di uua consuetudine è tenuto di assistere alle primarie funzioui e specialmente ac pontificali, cousuetudine, che ben corrisponde al fine che si ebbe la santa memoria di Leone X. . . . e perciò non può il Capitolo a meno di bramare, che il Canonico tesoriere chiuuque ei sia, si trovi sciotto da quanti impedimeuti potessero mai trattenerlo dall' interveuire alle anzidette funzioni, sendo che per lo scarso numero de soggetti, di che si compoue detto Capitolo, anche la mancanza di uu solo ue riuscirebbe a notabile diminuzione di decoro.«

Emus vero Archiepiscopus praeter ea quae hactenus exposita sunt primo quidem plura addit scitu opportuua.

His positis satis sibi probatum fatetur ex nuperis mouumentis Emus Archiepiscopus trausitum jurispatrouatus in Mariam Benasciutti: dubitare autem de residentiali thesaurariae qualitate ac aliis ejusdem obligationibus; sese insuper alienum ostendit a dispensationis venia, quam flagitat orator: demum pro futurarum vacationum norma plura proponit dirimeuda dubia, quae una cum aliis ad rem facientibus ad calcem exscribuntur.

Jam vero ad primum quod attinet extra controversiam est thesauriam de qua agitur esse Dignitatem.*) Quamvis enim de jure communi constet thesauriam per se esse officium*) simplex cum administratione, *Barbosa de Canon. et Dign. cap. 4. n. 34, Lotter. de re benef. lib. 3. q. 33. n. 24.*, nihilominus si illi conjuncta sit praeeminentia sive ex institutione sive ex consuetudine inter Diguitates counumeranda est, *Fagnan. de praeb. cap. ad haec. n. 33., Rigant. in regul. cancell.*

*) Vd. *t. II. p. 522.* Vd. *Dignitas.*

reg. 4 § 1 n. 8., Rota coram Buratto decis. 473. per tot In nostro vero casu dubium omne removet Bulla erectionis Leonis X. qui expresse illam Dignitatis nomine insignivit.

Juris vero constantem doctrinam eadem s. Congregatio C. adplicavit in specie Dignitati Thesaurarii in *Consentina a Fagnano relata sub cap.: Cum omnes de Const. n. 25:* S. Congregationem censuisse Thesaurariam, quae erat major post pontificalem, licet nullos fructus nec curam haberet non obstante consuetudine non residendi, teneri omnino ad residentiam, quia illa consuetudo non residendi, quae valet de jure communi, cum nulli sunt fructus, sublata est a Concilio Trid. in Canonicatibus et curatis. Pariter in specie Thesaurariae s. Rota in *Taurinen. Thesaurariae*) 15. Maji decis. 473 coram Buratto* respondit: Thesaurariam de qua ibi agebatur ad residentiam teneri, cum constaret esse Dignitatem, tum ex collationibus tum ordinaria quam apostolica auctoritate factis tum ex actibus jurisdictionis in convocando Capitulo et in praesidendo actibus capitularibus in absentia obtinentium majores Dignitates.

In hac vero specie residentiae onus arguere videtur constitutio Leonis X., cum enim ille Thesaurariam instituerit ut ecclesiarum decorem et vennstatem et in illis divini cultus augmentum promoveret, cessaret omnino tum ratio impnlsiva, tum finalis, si Dignitas haec residentiae oneri non alligaretur. Nullus enim decor ac cnltus divini augmentum ex ea Dignitate obveniret ecclesiae, si Dignitas ipsa longe posset a civitate abesse. Inane fuisset stallum in choro et locum in Capitulo assignare, quando utrumque semper vacuum remaneret. Nec sane satisfacere posset Canonicus residentiae lege solutus expressae sanctioni synodi dioecesanae, qua obligatio singulis Canonicis imponitur Capitnlis interessendi, quae haberi debent — semel ad minimum in mense et a quibus ut abstineat — nisi valetudo aliud revera postulet, nemo alienas aut inanes causas praetexat. Sane si jura Canonicorum tributa voluit Pontifex Thesaurario, quem instituit, haud immerito praesumi potest etiam onera voluisse conjuncta. Siquidem naturale est, secundum commoda quae quisque sentit ita onus subire teneri. Qua in re haud multum relevare animadvertit Eminent. Archiepiscopus apostolicae Bullae verba, quibus Thesaurario datur »corporalem possessionem dictae parochialis ecclesiae . . . apprehendere et perpetuo retinere etc.

Demum nec spernanda est observantia quadam, de qua ratiocinatur Eminent. Archiepiscopus. Nedum enim certum est solemnioribus festis Thesaurarios Cathedralem accedere perpetuo consuevisse sed nec impugnatur praeteritos Thesaurarios resedisse; imo id ipsum velnti importat eorum elenchus, ex quo omnes Ferrarienses cives extitisse Thesaurarios demonstratur. Unus dumtaxat repertus est Canonicus Costa 1830. nominatus qui simul paraeciam procurabat a s. Maria Magdalena nuncupatam extra dioecesim: at unicum illudque nuperrimum factum nihil ponit in esse.

Multis extantibus ex enucleatis adjunctis ac momentis in simili causa s. Congregatio residentialem declaravit canonicatum Lanfranchi in *Pisana Residentiae 2. Junii 1838*, etenim proposito dubio:

An et quomodo residentiae legi obnoxius sit canonicatus Lanfranchi?

responsum fuit: Affirmative ad tramites juris servata tamen consuetudine quoad chori servitium taxata ab Ordinario summa pro singulis fallentiis favore ecclesiae Fabricae applicandis.

E contrario pro non residendi onere haec militare videntur: Thesaurariam de qua agitur esse quidem Dignitatem, sed impropriie et late talem, cui de jure non incumbit onus residentiae.

Profecto *Lotterius de re benefic. lib. I. qu. 16. n. 34. et seq.* omnes accurate distinguens honorum gradus, qui in Cathedralibns habentur binos hosce praesertim memorat: Secnndus gradus est nuda et simplex praeeminentia ratione nudae et simplicis Dignitatis. Hujusmodi est Dignitas quaedam ventosa, cujus effectus alius non est, quam ut inter fratres invidiam generet et scandalum emineat. Toleratur tamen in ecclesia veluti ad speciem quamdam et decorem illius comparata freqnentiusque vocatur personatus.*) Finales huic sunt aliae Dignitates sine administratione et jurisdictione, etiamsi alias nomen ipsnm videatur de jure aliud innnere; in hoc enim magis est spectandum quid sit

*) Vd. *Thesaurarius.*
**) Vd. *t. III. p. 748. V.*

*) Vd. *t. III. p. 522.*

in re quam in nomine. *Archid. in cap. 1. sub n. 2. de consuet.*

Tertins gradus in quo inest quidem et praecedentia et praeeminentia sed aucta Dignitate propter illi adnexam administrationem cum jurisdictione in ipsos de Collegio, quem gradum praesidentiam vocamus . . . Est enim advertendum Dignitatem in suo proprio et potentiori significato habere adnexam administrationem cum jurisdictione ita ut haec sint inseparabilia.

Hujus tertii gradus Dignitatibus ea omnia conveninnt, qna supra de residentia allegata sunt. At Dignitates qnae illo secundo gradu comprehendentur nullam aliam habent praerogativam, quam ut sive in sessionibus sive in processionibus teneant medium locum intra Canonicos et Dignitates, id est ut magis honorentur quam Canonici, minus quam Dignitates, et sic in reliquis omnibns functionibus capitularibus, *Lotter. loc. c. n. 56* . . . Atque has dignitates nec a Trid. Synodo nec a s. Ordinis resolutionibus abhorere testari videtur *Fagnanus in cap. Quia nonnulli de Cleric. non resid. n. 11. et seq.* ubi ait: Procedendo juxta considerationes alias a s. Congregatione admissas circa intellectum et concordiam *cap. 3. sess. 21. et cap. 3. sess.* videtur animadvertendum, concilinm duo genera Dignitatum et officiorum distinxisse:

Unum earum Dignitatum quae participant de redditibus mensae capitularis, de quibns intelligitur *cap. 3. sess. 21.*, alternm earum quae proprios et separatos habent redditus et nihil habent commnne cum Capitulo, quas etiam agnovit jus commune, ut per *Oldrad. conf. 150* et non obligant ad residentiam. *Hostien. in summa tit. de Cler. non resid. § qualiter n. 2.* vers.: *Item possunt esse Canonici*; possuntque retineri cum aliis beneficiis requirentibus residentiam, *cap. Dudum leg. 2.* ubi *Abbas n. 9. de elect.* et in *cap. de multa n. 21.* etc.; *Staphil. de lit. grat. lit. de aetate et qualit. benef. n. 44.* et de his intelligitur *cap. 3. sess. 22. de reform.* . . . Immo veninnt sub nomine beneficiorum simplicium licet appellentur Dignitates, *Rigant. in reg. Cancell. regul. 4. § 1. n. 8, Rota coram Buratto decis. 852.* et in *Nullius seu Urgellen. Praepositurae 8. Junii 1865. coram Paulutio* et in *Romana Praepositurae Capellae ss. Praesepis. 1663. coram Cerro decis. 747.*

Quibus positis cnm Ferrariensis Thesararia nil aliud habeat quam nndum nomen et simplicem praerogativam chori et Capituli absque jurisdictione et administratione et absque distributionum participatione, cumque habeat praebendam propriam separatam a mensa capitulari nec sit Dignitas major post pontificalem videri posset potins in illo secundo gradu contineri adque ad residentiam minime alligari vel ad summum residentiam mere voluntariam ut ajunt doctores et facultativam exigere, minime necessariam.

Imo quum nulla residentiae mentio occurrat in Bulla erectionis nec de oneribus sermo sit, nisi ubi de parochiali unita agitur, eruit orator Pontificem instituere voluisse Dignitatem potius honorariam et impropriam; quod maxime declaravit, quando thesaurario pro tempore permisit paroeciam unitam vel per se gerere, uti ex verbis superius relatis: et sane postremus thesaurarius nunquam resedit nemine contradicente ac in aliena ditione paroeciam insimul procuravit. Obligatio vero adsistendi in majoribus solemnitatibus et praesertim in pontificalibus quae ex consuetudine inducta est importare quidem posset urget orator, ad summum residentiam causativam et obligationem in foro conscientiae, at non residentiam veram et praecisam, quae solum adesse censetur, quando quis sub poena privationis titnli et ipsius beneficii residere tenetur, quaeque sola incompatibilitatem parit, *de Luca in Conc. Trid. disc. 4. n. 13.* et de *beneficiis disc. 35. n. 22.*, *Rota in Pampilonen. Beneficii de Allo die 15. Febr. 1705. coram Caffarello.*

Quoad II. dubium nimirum compatibilitatem vel incompatibilitatem thesaurariae cum alio beneficio sub eodem tecto*) praestat hic exscribere doctrinam *Card. de Luca in disc. 57. per tot. de beneficiis*, ubi plures casus distiuguendo innixns praesertim praxi apostolicae datariae DD. auctoritates conciliat, ibi:

I. casus est ubi tractatur de duobus beneficiis uniformibus,**) quia nempe ambo sunt ejusdem nominis ac ejusdem ministerii, puta duae Dignitates vel duo Canonicatus ejusdem ecclesiae et in hoc omnes concordant adesse incompatibilitatem; quoniam textus *in cap. de multa de praebend.* clare atque ad literam ita disponit et communiter DD.

II. casus est ubi agitur quidem de 2 beneficiis, nniformibus ejusdem nominis, qnae

*) Vd. *t. II. p. 383. n. 17.*
**) Ibi *p. 961. n. 107.*

tamen ordinata non sunt ad idem ministerium, neque simnl concurrunt ad efformandum seu constituendum unum et idem corpus, sed considerantur singulariter ac distincte puta quia sint diversae capellaniae ad diversos fines et cnm diversis oneribus in capellis ejusdem ecclesiae erectis; et haec probabilius sunt compatibilia etc. etc.

III. casus est ubi duo snnt beneficia difformia*) diversnm nomen habentia quorum utrumque sit residentiale ex residentia vera et praecisa nt sunt Dignitates et Canonicatus in Cathedrali vel Collegiata seu Canonicatus et Beneficiatus vel Portionaria ex illis, quae hodie post Conc. Trid. veram et praecisam residentiam exignnt et adnexam habent. Et tunc posita dicta qualitate praecise residentiali certnm est adesse incompatibilitatem,**) nt fatetnr *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 10. n. 42. et gloss. 15. et 17. cum seq.* et talis est inconcnssa praxis Datariae, qna scilicet in eadem ecclesia non obtinentnr Dignitas et Canonicatns sive Canonicatns et portionaria aut beneficiatns, nisi vel adsit legitima consuetudo vel dispensatio apostolica. Vide etiam *Barbosa de Canon. cap. 25.* et in *Conc. Trid. sess. 21. c. 3. n. 9.*, *Reiffen. de praeben. tit. 5. n. 230.*

IV. Casns demnm est, ubi beneficia snnt difformia tam in nomine qnam in fine sen instituto quorum unum sit vere ac praecise residentiale, alterum antem nullam habeat residentiam sive istam causativam, nti contingit in Canonicatn Cathedralis vel Collegiatae et in Capellania in eadem ecclesia erecta. Et tunc quamvis *Hojed. de incompat. p. 1. q. 20. n. 25.* anctoritate Mandosii quem allegat indistincte teneat pro incompatibilitate ob dictam circnmstantiam qnod snfficit consistentia snb eodem tecto: contraria tamen est verior, ut communem et veriorem testatur *Paris. de resign. lib. 3. q. 1. n. 128.*, *Gonzal. gloss. 10. n. 43.* et *Rota bene ac punctualiter decis. 489. p. 2. recent. etc.* Consonat *Rigantius cit. com. in reg. 1. cancell. § 8. n. 94. et sequen.* Habent porro ex his EE. VV. qnae ad propositi dubii resolutionem condncnnt.

Qnoad III. dubium non est cur loqnamur de beneficiis qnae voluntariam gerunt residentiam. De his enim nec dnbium qnia incompatibila esse possint. De iis porro sermo est, quae necessario residentiam requirunt. Qua in re commnniter distingnunt doctores inter residentiam praecisam et simplicem, sub poena nempe caducitatis tituli si beneficiatus non resideat et alteram causativam, sub poena nempe privationis fructuum: utraque vero ut magis accurate perpendunt *Loterius de re benefic. lib. 3. qu. 27. n. 30*, *Leuren. in foro benefic. part. 1. sect. 3. cap. 1. qu. 394.*, *Garcias de benef. p. 11. cap. 5. n. 90.*; *adnotationes* ex aliena manu ad *Ferraris in verbo: Residentia n. 2.* esse potest continua, quae contiuo nempe et singulis momentis obliget ad residendum, vel discontinua qnae beneficiatum obliget ad residendum certis diebus et horis.

Porro de his quae continuam exigunt residentiam, non ambigitur, a nemine retineri posse, sive de duobus agatur, quae utraqne id oneris praeseferunt, sive etiam si nnum continuam, alteram discontinuam, *Garcias de benef. loc. cit. n. 85. et seq.*, *Ventrigl. in praxi p. 1. annot. 17. § 1. n. 6.*, *Piton. de controv. Patron. alleg. 27. n. 26.*, *Rigant. loc. cit. n. 15.*, *Rota coram Falconer. tit. de benef. dec n. 11. et 12*: etenim saltem nnius continua residentia facit, ut alterius ministerio beneficiatus certis horis perpetuo nequeat satisfacere: non ita res est de his, quibus discontinua tantnm adjecta est residentia, etenim pro his invectum est, nt iucompatibilitatem non pariant, quoties utriusque onera commode possint per enmdem beneficiatum impleri. *Rigant. loc. cit. n. 14.*, *Rota in Mediolanen. Canonic. 2. Julii 1706 §: Accedente coram Scotto.*, et faciunt s. Ordinis resolutiones in *Novarien. 12. Dec. 1708. ad 4* et praesertim in *Tolentina Servitii chori 26. Maji 1739* nbi cum quaereretur:

I. An Canonicns Rilli ... et Canonicns Joseph Pompilii possint retinere Capellaniam in ecclesia rurali s. Joseph cnm onere ibi missam celebrandi diebus festis et respective mnnus organistae exercere in ecclesia s. Nicolai?

II. An Canonicns Jo. Bezzi ... valeat exercere munus confessarii monialium in Monasterio s. Agnetis in casu?

Responsnm fuit

Ad I: Affirmative, dummodo satisfaciant servitio chori et oneribus canonicatus.

Ad II: Affirmative nt ad proximnm.

*) Vd. *t. II. p. 517. n. 35.*
**) Ibi *p. 590. n. 56.*

Viderit itaque EE. PP. sapientia quid respondendum sit tertiae dubiorum formulae et utrum et quae beneficia retineri qneant in eadem civitate a Thesaurario in themate, quatenus ejusdem beneficium residentiale judicetur.

Quoad IV. dubium. Distributiones quotidianae ordinatae sunt, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitnm omnibus in rebus obsequium praestetur ut ait Trid. *cap. 3. sess. 21.* et ut ii, qui praebendas obtinent si personaliter competens sibi servitium ... quolibet die statuto non impleveriut, illius diei Distributiones amittant, ait idem *Trid. sess. 22. cap. 3.* Quare illud spectandum videtur, an Thesauraria debitum habeat obsequium et sibi competens servitium, quod necessario praestare teneatur, vel potius ejusdem obsequium servitiumque sit tantum voluntarium et facultativum tamquam Dignitas improprie dicta, uti in prioris dubii expositione. Porro quaeteuus prima locum habeat hypothesis, animadvertere juvabat, an Thesauraria eadem de suo contribuerit in missae Distributionum quae apud Capitulum prostat confectione vel non: sicuti enim si contribuit eam participare de Distributionibus debere aequitas et justitia postulat; ita e contrario iniquum fore videretur, ut qui de suo nil caeteris Canonicis contulit, de eorum tamen proventibus perfruatur, *Card. de Luca de Canon. dis. 6. n. 13.*, *Pignatel. t. 9. consult. 134. n. 25.*, quia tnuc cessit jus accrescendi, s. Congreg. in *Spoletana Punctaturar. 8. Maji. 1762. § Cum itaque.* Ast nihil hac de re cognosci potuisse affirmat Emus Antistes: immo ex quo nunquam Thesaurarius de Distributionibus aliorum quotidianis perceperit, eum nihil in eorum massam contulisse non immerito arguit. Ceterum, quum jussa Tridentini graviter urgeant hujus massae confectionem etiam ex detractione tertiae partis fructuum praebendae in singulis Capitulis, viderint Emi Patres, num id ipsum praecipiendum hodie sit Thesauriae in themate, quatenus de jam constituta Distributionum massa nequeat particeps esse; sicuti jam minime obstante contraria consuetudine praeceperunt nuper in praefata *Pisana Residentiae 1838*; scilicet taxata summa pro singulis fallentiis favore ecclesiae Fabricae applicanda, prout conveuit in his, qui distincta fruuntur propriaque praebenda ad formam *cap. 3. sess. 22. de ref.*, *Fagnan. in d. cap. quia nonnulli n. 15. et 21.*

De V. dubio. Distributiones minutae quae iuter praesentes vocantur regulariter quidem eodem privilegio et jure utuntur, quo Distributiones quotidianae, *cap. unico de cler. ron resid. in 6 . . .*, *Moneta de distrib. p. 2. q. 3. n. 12.* Non tamen absolute licitum est arguere a Distributionibus quotidianis ad hujusmodi Distributiones minutas, cum non in omnibus conveniant. Nam praeterquamquod haec uon comprehenduntur in privilegio percipiendi Distributiones quotidianas in absentia, *Pignatell. t. IX. cons. 134. n. 11.*, *Navarr. cons. 13.*, disparitas in eo est quod percipere anniversaria et mortuaria non ita praecise et per se conveuit ratione Canonicatus et beneficii in Collegiata, sicut de perceptione Distributionum, atque adeo potius ratione personae ipsius beneficiati vel ordinis clericalis, quam ex beneficio ipso provenire aut pendere possunt. Ita *Moneta de distrib. quotid. p. 2. q. 14. n. 22.* et s. Congreg. C. in *Praenestina Fallentiarum 29. Julii 1837*, in *Reatina Jubilationis 28. Apr. 1770.*, *Barbos. de jure eccl. cap. 18. n. 4. et de Canon. cap. 21. n. 3.*, *Fagnan. in cap. Licet. praebend.*, *Piton. Discept. eccles. dicept. 1. n. 35.* Unde nihil videtur obstare, quominus Thesaurarius ex legitima consuetudine percipere possit Distributiones minutas, quamvis Distributiones quotidianas non lucraretur uec residentiam praecisam haberet; praesertim quia in favorem earum animarum pro quibus anniversaria etc. fiunt omnis beuignior interpretatio sumenda est, ex qua majus suffragium ipsis animabus obveniat. *Moneta loc. cit. n. 22.*

Quoad VI. dubium. Vulgatum est in jure, Dignitatem residere per se debere in parochiali unita, quando unio facta est tantum ad vitam praebendati, s. Congr. C. in *Montis regalis Distributionum 22. Novb. 1732.*, *Constit. Pii V. 65. Capientes Idibus Julii 1568.*, *Monacell. Formul. For. eccl. lit. 13. form. 2. n. 81.* At parochialis unita perpetuo Diguitati nullam requirit residentiam, sed in illa Vicarii perpetui sunt deputandi. Et hoc locum habet in omnibus Canonicatibus et aliis ad formam *cap. Extirpandae §. Qui vero de praebendis*, *Pignatell. T. 10. cons. 150. n. 2.* Quod confirmatum reperimus a Pio V. in sua const. 47. *Ad exequendum pastoralis officii Cal. Nov. 1567 in qua § 4.* voluit et mandavit quod dicti vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem sed ad nominationem illorum in quorum ecclesiis unitis ponentur,

cum ipsorum Ordinariorum seu eorum Vicariorum praevio examine et approbatione deputentur. Viderint itaque EE. PP. num confirmanda sit praecisa consuetudo qua Vicarios in paraeciali unita deputandos praesentavit perpetuo Thesaurarius.

Quoad VII. dubium. Adnotatum est in facti specie juspatronatus Thesaurariae fuisse a s. mem. Clemente VII. tributum fratribus de Joculis: «vestrisque filiis et descendentibus haeredibus et successoribus in perpetuum.« Haec verba per se ipsa innuere videntur juspatronatus Joculorum non esse gentilitium aut familiare nec mixtum sed haereditarium simpliciter, hoc est transitorium in quoscunque haeredes, *Rota in Florentina Parochialis cor. Sala 30. Apr. 1633.* Quod si qua dubitatio inesse posset, juris praesumptio stat semper pro qualitate haereditaria, *Clem. plures,* ubi *Card. in 6. q. de jure patr., Lambert. de jure patr. 2. part. I. lib. q. 2. n. 15., Panimoll. decis. 137. n. 18., Rota in Placent. Jurispatronatus 28. Junii 1641. coram Pirovan., Mediolanen. Jurispatr. 29. Aprilis 1613. n. 7.* Immo ut testatur de Luca de jurepatr. *disc. 35. n. 3.* receptum est pro regula limitanda solum ex voluntate taxativa, quod juspatronatus gentilitium extincta familia sit haereditarium: quod etiam pluries retinuit s. Congregatio. Donec ergo Maria Baruffi haeres Joculorum habebitur, ad ipsam spectare videtur juspatronatus Thesaurariae Ferrariensis. Et in hoc concordia videtur hodie esse inter partes.

Quoad VIII. dubium super I. parte s. Congr. simili casu in *Caesenaten. Capellaniae diei 27. Julii 1839.* proposito dubio: An sit danda institutio favore Hieronymi Fantaguzzi?

Respondit: *Affirmative*, quamvis de 2 ageretur beneficiis incompatibilibus assequendis et dispensationem denegasset. Institutio enim ad acquisitionem beneficii ordinata est. Incompatibilitas autem non adquisitionem sed retentionem prohibet, *Piton. cont. patron. alleg. 36. n. 21., Rocc. disput. jurid. cap. 190. n. 42., Rota in Detrusen. Beneficii 27. Junii 1703. coram Omanna.* Ita ut adepta pacifica possessione alterius beneficii propter incompatibilitatem vacet alterum, *Fagnan. in cap. super inordinata de praebend. n. 9.*

Difficultas est circa dispensationem, quatenus eadem opus foret, ubi nempe Thesauraria residentialis renunciata cum paraecia retineri vellet, quae continuam exigit residentiam: plura enim afferuntur hinc inde. Orator Maccaponius perpendit haud ita facile hominem Ferrariae reperiri qui ob exiguam adeo praebendam, prout ea est, qua fruitur Thesauraria, residentiae sibi onus assumat: nihil porro de divino cultu sive in Cathedrali sive in Paraeciali s. Martini vix 5 milliarios lapides distat Ferraria; via quae percommoda est, quippe cursariis equis quotidie patens: cum autem paraeciales functiones summo expleri soleant mane, immo quum plures habeat rure parochus capellanos curatos, jam ipse utrique Canonici et parochi officio vel per se unus rite satisfaciet vel paraecialia munia pro his paucis sane diebus, quibus choro tenetur, per Vicarios suos absolvet. Favent autem Oratoris probati ipsius mores et patronae nominatio non solum, sed iteratae etiam commendationes.

Contra Emus Archiepiscopus meminit, quod si gravissima omnibus parochis injungitur residendi obligatio a Trident. synodo *sess. 23. cap. 1. de ref.* ac apostolicis constitutionibus, id maxime injunctum est Ferrariensi dioecesi addictis a dioecesana synodo *part. 4. cap. 5. § 35.*, ubi: »Meminerint omnes, nisi pastoris absentia aliqua rationabili causa honestetur, eam quantumcumque brevem reprobandam, attamen neque diebus festis atque adventus aut tempore quadragesimae neque solemnioribus festivitatibus fas cuiquam a Parochia vel brevissimo tempore abesse nisi gravis urgeat causa«. Atqui isti examussim dies sunt, pro quibus Thesauriam appetens dispensationis veniam postulat, quin satis urgentem afferat dispensationis causam. Etenim quamvis fateatur Eminent. Archiepiscopus redditum Thesaurariae exiguum esse, uti asseritur, ac veritati consona ea probet, quae de facili via narrantur, tamen perpendit, parochum Maccaponi perditi gaudere paraecia s. Martini, quae annuos scutatos nummos eidem suppeditat fere 700; atque adeo etiam alia venia indigere, ut thesauriam assequatur, super pluralitate*) beneficiorum; siquidem habenti unum beneficium ad honestam sustentationem sufficiens non posse Episcopum alterum conferre, tradunt post *can. sanctorum dist. 70. Fagnan. in cap. De multa n. 4., Riganti com. ad. reg. 1. cancell. § 8. n. 66. et 67.*

*) Vd. *t. II. p. 737. b.*

EE. VV. dignabuntur dirimere

D u b i a:

I. *An Thesauraria sit residentialis in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo eadem Thesauraria sit incompatibilis cum aliis beneficiis residentialibus sub eodem tecto*) in casu?*

III. *An et quomodo sit incompatibilis cum aliis beneficiis residentialibus in eadem civitate Ferrariae in casu?*

IV. *An Thesaurarius frui debeat distributionibus quotidianis in casu?*

V. *An lucrari possit distributiones inter praesentes in casu?*

VI. *An et ad quem spectet praesentatio Vicarii parochialis unitae in casu?*

VII. *An juspatronatus Thesaurariae transiverit in Mariam Baruffi Benasciutti in casu?*

VIII. *An sit danda institutio presbytero Maccaponi et sit consulendum SSmo pro dispensatione illius favore in casu?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Affirmative ad tramites juris, servata tamen consuetudine quoad chori servitium.

Ad II.: Providebitur in singulis casibus.

Ad III.: Affirmative quoad ea beneficia, quae continuam exigunt residentiam, negative quoad cetera, quae chori servitium et onera Thesaurariae non impediunt.

Ad IV.: Negative, et Emus Archiepiscopus taxet congruam summam pro singulis fallentiis favore Fabricae ecclesiae applicandis.

Ad V.: Affirmative ad formam consuetudinis.

Ad VI.: Affirmative ad Thesauriam pro tempore.

Ad VII.: Affirmative ex hactenus deductis.

Ad VIII.: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Die 4. Febr. 1843.

*) Vd. *t. II. p. 383. n. 17.*

83) Vicarii capitularis.

Vd. *Distribut. absentium* (propter munera etc. p. 1265. k.).

Ad dub.: An Vicarius capitularis lucretur Distributiones quotidianas, si choro propter suum munus non intersit?

variunt doctores. *Affirmativam* enim sententiam defendunt *Pellegrinus* in praxi Vicar. p. 1. sect. 4. sub. 2. n. 21.; *Garcias, Gonzalez, Pavin., Covarruv.* et alii ab ipso citati dicentes, non currere paritatem de Vicario Episcopi, qua ideo ipse non interessendo choro non lucratur Distributiones, quia servit Episcopo et non ecclesiae ut servit Vicarius capitularis, sicut notat *Rota dec. 222. n. 5. p. 2. diversar. Negativam* autem sustinent *Monacell. t. 3. tit. 1. formul. 41. n. 5., Moneta de Distributionibus part. 2. q. 11. n. 83. et seq., Barbosa de offic. et potest. Episcop. part. 3. alleg. 54. n. 165.* vers.: *Qui dum a choro absens est, et de Canonicis et Dignitatibus cap. 42. n. 39.* et alii plures. Ut autem concilientur doctores dicendum est, standum esse legitimis locorum consuetudinibus*), ut ibi Vicarius capitularis absens a choro lucretur Distributiones, ubi adest legitima consuetudo eas lucrandi; et ibi non lucretur, ubi adest legitima consuetudo eas non lucrandi, *arg. cit. cap. Cum tanto 11. de consuetudine. Et sic tenent Rota cit. decis. 222. n. 6. part. 2. divers., Barbosa cit., Quaranta in Summa Bullar.* verb.: *Capitulum Sede vacante* vers.: *Octavo dubitatur, Prosper August. in addit. ad d. Quarant. n. 8. in fine, Rebuff. titul. de Vicario Episcop. n. 5.* et ipse *Pellegrinus loco citat. n. 31. in fine* cum aliis ibi allegatis.

84) Vicarii curati.

Vd. *Distribut.* (confessar., absentium propter curam etc.; Canonici parochi).

85) Vicarii ecclesiae, quae cum Cathedrali conjuncta est.

Vd. *Cura animar.* (exercenda a Cathedral.; Vicarius; *Distribut.* capellanorum etc.)

Augustana.

Cathedrali Augustanae adjuncta erat animarum cura, quae per Vicarium perpetuum sua peculiari donatum dote exercebatur. At

*) Vd. *p. 1371.*

1664 annuente s. M. Alexandro VII. bona omnia praefatae perpetuae Vicariae Capitulo tradita sunt ad effectum erogandi redditus in alimoniam juvenum in seminario degentium, salva congrua portione Vicario a Canonicis vel beneficiariis eligendo (qui efficiebatur amovibilis), pensitanda praeter praebendam sive qua Canonicus sive qua beneficiatus eidem obvenientem. Praestat apostolici diplomatis dati octavo Idus Decb. 1664 verba subjicere: »*Mandamus quatenus vocatis qui fuerint vocandi ex nunc prout ex tunc et e contra si et postquam dicta vicaria per cessum vel decessum illam ad praesens obtinentis seu alias quomodolibet et quandocumque vacaverit illius fructus omnes certos 24 non excedentes et incertos ac etiam illos qui dicuntur altaris insimul ad 60 ducatos auri de camera annuatim ascendentes, illos tamen non excedentes mensae capitulari dictae ecclesiae pro dicti Collegii seu seminarii hujusmodi puerorum, magistrorum et aliorum in eo degentium sustentatione, praevia tamen dictae Vicariae, tituli et denominationis illiusque status et essentiae suppressione et extinctione, cura parochianorum dictae ecclesiae penes Canonicum ejusdem seu in ea perpetuum beneficiatum per Capitulum et Canonicos hujusmodi deputandum et ab Ordinario approbandum firma remanente, ita quod liceat ipsis Capitulo et Canonicis pro tempore existentibus omnium et singulorum bonorum dictae Vicariae possessionem apprehendere et apprehensam retinere illaque administrare ac fructus supradictos exigere, levare et recuperare illosque in Collegii seu seminarii puerorum et magistrorum aliorumque supradictorum utilitatem ac sustentationem convertere, dioecesani loci et cujusvis alterius licentia minime requisita, dempta tamen portione ut supra assignanda Canonico seu beneficiato qui curam animarum parochianorum dictae ecclesiae exercebit . . . tradas et assignes.*«

Post latas apostolicas literas factum est, ut congrua portio Vicario amovibili assignanda declarata fuerit et constitnta ab Episcopo tunc temporis existenti in summa scutorum triginta aureorum. Praeterea multi identidem adlecti sunt ad animarum curam procurandam Vicarii amovibiles sive inter beneficiarios cum quibus, facta vix eorum electione, conficiebat Capitulum instrumentum, quo definiebantur jura capituli ipsius et Vicarii recenter electi ac praesertim praestituebatur summa quaedam a Vicario annuatim solvenda Capitulo. Item factum est, ut Capitulum Vicarium haberet ut praesentem in loco ad effectum ordinarias Distributiones percipiendi, quamvis reapse abesset ad animarum curam exercendam.

Res ita se habuit usque ad ultimam invasionem Gallorum et semper Vicarius amovibilis habitus fuit ut praesens in choro dum vacabat servitio paroeciae suae. Post eam invasionem cum redditus beneficiorum Cathedralis facti fuerint valde tenues, et etiam tennissimi, cessavit Vicarius amovibilis a pecunia solvenda Capitulo, semper tamen habitus fuit ut praesens in choro, quando aberat ratione munneris parochialis. Equidem jam a pluribus annis aucti sunt sufficienter redditus, sed nihil solutum fuit Capitulo. Atque hac sane ratione se gessit perpetuo Franciscus Nourissat ipsius ecclesiae Canonicus ac hodiernus Vicarius, qui nulla facta de praefata summa conventione cum Capitulo possessionem Vicariae iniit et curam exercet viginti circiter abhinc annis percepitque pacifice ordinarias Distribntiones.

Primum 1831. exorta quaestio est in Capitulo, utrum quotidianae deberentur Distributiones Vicario ratione sui muneris absenti, quae tamen illico finita est ex usu inducto Metropolitanae Taurinensis ecclesiae et iterum Distribntiones ut antea Vicario ex munere absenti decretae fuerunt. 1841 ob disparitatem status ecclesiae Taurinensis et Augustanae agnitam in Capitulo sopita revixit quaestio, et conquerentibus de annua summa quae antea ipsis rependebatur, ex gallica invasione amplius a Vicario non persoluta Capitularibus, annotari ceperunt illius fallentiae, etiamsi munia expleret parochialia. Quod aegre ferens Archipresbyter Vicarius hodiernus supplex adstitit S. R. Congregationi quaestiouis solutionem super Distributionibus ordinariis competentibus nunc praefato Vicario adprecatus. Cum vero S. Ritnum Congregatio ad sacrum hunc EE. VV. Ordinem rem totam definiendam remiserit, Episcopum Augustanum super adjunctis precibus rogavi, qui facti circumstantiis, uti eas superius exposui, confirmatis enarrat, quinam obveniant Vicario redditus tum ratione Canonicatus tum ratione Vicariae, quidque de summa Capitulo rependenda singulis vicibus fuerit constitutum. Haec sunt ipsius Antistitis verba:

1. Lucrum annuum perceptum ex munere, vulgo dictum Casuel, est circiter sexcentarum et sexaginta librarum.

2. Redditus annuus praebendae canonicalis est circiter 1800 librarum praeter domum: onera Canonicatus sunt eadem, quae aliis Canonicis imponantur.

3. Redditus annuus bonorum extinctae Vicariae et quorumdam aliorum quae data sunt a Capitulo est circiter 1150 librarum praeter domum.

4. Summa pecuniae quae olim solvebatur annuatim non erat semper eadem; plus aut minus solvebat unusquisque Vicarius amovibilis; ordinario trecentae librae solvebantur singulis annis.

Suam deinde ita pandit sententiam: *Mea sententia est quod pro salute animarum et bono spirituali parocciae semper habeatur ut praesens* (Vicarius amovibilis) *sicut habitus est hucusque. Quoad summam pecuniae solvendam Capitulo, si judicet s. Congr. aliquid solvendum esse, determinabit Episcopus ut statuit et fert Bulla quid sit solvendum sive Capitulo sive secundo Vicario; nam cum hic ultimus sacerdos nihil recipiat praeter victum, congruum esset, immo et necessarium ut centum saltem aut centum et quinquaginta librae annuatim illi solverentur ut de necessariis provideri possit.*«

His in facto positis multa utrinque congeruntur rationum momenta ut suum quisque protueatur assumptum. Et Capitulum imprimis Archipresbytero uti Vicario dum in cura occupatur animarum quotidianas non deberi Distributiones ostendit ex patula s. Conc. Trid. dispositione qua innovando constitutionem Bonifacii VIII. *in cap. Consuetudinem de cler. non resid. in 6.* statuit illas non deberi nonnisi illis qui ipsi divinis officiis reipsa adsistunt illis exceptis qui ratione infirmitatis vel necessitatis vel evidentis ecclesiae utilitatis absunt, in *sess. 24. cap. 12. de ref.* et observari praecepit non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus: quod confirmatum fuisse refert *Passerin. in comment. ad cit. cap. Consuetudinem n. 175. de cler. non resid. in 6.* et Bened. XIV. *in Syn. dioec. lib. 12. cap. 1. n. 2.*

Neque dici potest quod Canonicus curae animarum incumbens absit ob utilitatem propriae ecclesiae, sed in commodum tantummodo ovium sibi subditarum, ut colligitur *ex const. 65. s. Pii V.: Cupientes, Antonelli de onerib. cler. lib. 2. part. 6. cap. ult. n. 172. et seqq.* Quod si s. Congr. praefatam Concilii dispositionem declarando quotidianas Distributiones quandoque attribuit curam animarum exercentibus in Cathedralibus vel Collegiatis, etsi divinis officiis non interessent, ne propter chori obventiones animarum salutem negligerent, de illis tantum Dignitatibus vel Canonicis locuta est semperque tenuit, quorum vel Dignitati vel Canonicatui curae animarum onus esset adnexum, uti constat ex *Mediolanen. 13. Febr. 1639. lib. 16. Decret.* et alia *Tortonen. 9. Sept. 1643.* Quas refert Bened. XIV. in sua *Instit. eccl. 107.* et alibi passim s. declaravit Congregatio, *Garcias de benef. part. 3. cap. 333., Barbosa de Can. et Dignit. cap. 24. et seq.*, Ricci *in prax. for. eccl. resol. 389. n. 4.*, Moneta *de Distr. quot. part. 2. qu. 11. n. 69.*, S. C. E. E. et R. R. *in una Laudem. 24. Novb. 1617.* et haec iterum s. Congr. in *Montis Regalis Distributionum 6. Decb. 1732.*, in *Perusina 25. Junii 1763.* et in *Cuneen. Pontificalium 22. Decb. 1826.*

In casu autem, praeterquam dici nequeat onus curae animarum praebendae hodierni Vicarii Archibresbyteri adnexum, cum et alium quemlibet tum ex Canonicis tum ex beneficiatis Augustanae Cathedralis ad curam animarum exercendam deputare integrum sit Capitulo, et illud accedit, quod Vicarius illius ecclesiae sit ad nutum amovibilis. Hujusmodi autem Vicarios non curatos sed capellanos curatos appellari debere censuit s. Congr. in *Assisien. Administr. Curae 16. Novb. 1700.* et *Rota decis. 17. n. 3. et 4. coram Coccin.* Unde ipsis non competere, quae de parochis vel etiam Vicariis perpetuis dicuntur, ut bene notat *gloss. in Clem. unic. de offic. Vicar. in V. Perpetuis*, et potissimum disposita per s. Pium V. super congrua illorum in *cit. const. 47.*, sed nonnisi salarium ad mensuram servitii mercenarii, quod praestant, eos obtinere debere tenet *Rota in Toletana Decimarum 13. Maji 1701. coram Ansaldo, Scarfant. in Lucubr. canon. Titul. 3. lib. n. 3. et 4.*

Minus autem aequum videtur Capitulo distribntiones quotidianas Archipresbyterum absentem propter curam animarum percipere cum redditus habeat ad hoc speciales, qui ipsi ex cessis extinctae Vicariae bonis et quibusdam aliis proveniunt. Ita enim duplex eo nno labore obtineret beneficium, Distributiones nimirum, quas non amitteret. Illi enim ipsi, qui propter evidentem ecclesiae utilitatem absentes Distributionibus donantur, iis tamen privantur, dum congruum

ab ipsa ecclesia ad id habeant salarium, *Graf. decis. aur. part. 2. lib. 2. cap. 15. n. 11.*, ratio autem in eo est, quia tunc officium non est amplius illis damnosum et sic, cessante praecipua ratione Distributiones percipiendi, cessare debet etiam dispositio, *Cum cessante de appellat. cum suis concord.*, *Moneta de Distr. quot. part. 2. quaest. 11. n. 35.*

Animadvertit tandem Capitulum idcirco fuisse elargitas Vicario in absentia Distributiones, quia sibi a Vicario summa rependebatur annua, uti superius narratum est, asseritque hoc fuisse veluti correspectivum Distributionum, quas ipse Vicarius percipiebat. Cessata itaque hac praestatione et alterum correspectivum cessare debere contendit.

Ad haec ita respondit Archipresbyter Nourissat, hodiernus Vicarius: Licet s. Trid. synodum nonnisi praesentibus vere in choro Distributiones quotidianas tribuendas censuisse verum sit, non minus verum est s. Concilii Congr. illius Canonum interpretem ac declaratricem saepius definiisse, quo qui curam animarum alicui ecclesiae imminentem exercet, tempore quo munia exequitur parochialia etiamsi Divinis officiis non intersit, Distributiones lucretur quotidianas, ea potissimum ex ratione, ne illarum intuitu, si absens privaretur, oves sibi creditas contemneret. Ideoque in congruam illius, qui in sua ecclesia curam exercet animarum, computari Distributiones resolvit in *Acernen. 14. Novb. 1690* et in *Isernen. 20. Apr. 1697.* et in alia *27. Febr. 1597.*, servitium parochiae succedere loco servitii in choro, itaut praesentia et interessentia ficta ad eas lucrandas sufficiat, eamdem resolvisse testatur *Piton. Discept. eccl. 46. n. 8. et 9.* Nec minimum urgere arbitratur si eadem Congr. quandoque usa fuerit verbis: *adnexa, imminens vel incumbens Canonicatui vel praebendae*: hoc enim *demonstrative*, minime autem *taxative* dictum accipiendum est, vel eo tantum casu *taxative* locuta intelligenda est, quo revera ageretur de Canonicatu vel praebenda, cui exclusive cura animarum inesset.

Quod si *taxative* etiam locutam fuisse s. hanc Congreg. dici velit, eandem tamen sui favore fieri conclusionem nititur ostendere. Si enim cura animarum Augustae est jure ita adnexa Capitulo, ut illius exercitium committi nequeat nisi uni ex ipsius Canonicis vel beneficiatis est etiam facto omnibus et singulis tum Canonicatibus tum beneficiis adnexa: quod enim corpori convenit et membris convenire necesse est, ut est assentatum in jure. Quae ratiocinatio roboratur ex praxi Urbis Collegiatarum cura animarum gerentium, in quibus fere omnibus nulla est separata praebenda, sed una massa communis, ita ut in illis dici nequeat curam animarum alicui certae praebendae adnexam esse, et tamen Canonicus pro tempore Vicarius, si absit a choro ratione muneris parochialis, quotidianas lucratur Distributiones.

Nec hodiernum Vicarium turbat objecta a Capitulo amovibilitas. Ratio enim, quae militat pro Vicario *perpetuo*, percipiendi distributiones (quidquid de aliis Vicarii *perpetui* proprietatibus dicendum sit) militat etiam pro Vicario *amovibili*. Nulla enim alia ratione lucrum Distributionum Vicario *perpetuo* absenti attributum est, nisi ut commodius in salutem animarum Christifidelium possit incumbere, *Moneta de Distr. Quot. part. 2. quaest. 5. n. 25. et 28.* et *Scarfant. in Lucubr. canon. lib. 2 tit. 10. n. 8. et seqq.*, quae profecto ratio apprime concurrit et in Vicario *amovibili*.

Quoad fructus autem suppressae Vicariae aliorumquae bonorum, quae cessit Capitulum Vicariis pro tempore, considerandum est illa non sine onere correspectivo cessisse. Nec leve etiam videatur onus alium Vicarium substentandi. Et hac etiam posthabita hypothesi, nullum tamen jus esset Capitulo Vicarium illis privare Distributionibus, quae a jure illi conceduntur; praesertim cum nulla Capitulum inter et hodiernum Vicarium conventio intercesserit, quidquid de antecessoribus dictitetur.

Post haec invocat sui favore Archipresbyter Vicarius tum consuetudinem antiquissimam in Capitulo, ab ipso suppressionis Vicariae perpetuae tempore cumulandi Vicarium pro curia animarum absentem Distributionibus quotidianis, tum diligentissimum interventum duorum fere supra viginti annorum in Vicariae exercitio et officiorum divinorum nisi fuerit munere parochiali impeditus, ab ipso fideliter praestitum, de quo testatur cum commendatione ipsemet Episcopus.

De summa tandem quae gratis asseritur antiquitus repensa capitulo uti correspectiva Distributionum Vicario relictarum animadvertere est, vere non constare utrum talis

fuerit, quum in instrumentis, quibus assignabatur, de Distributionibus mentio non fieret; praeterea nulla cum actuali Vicario inita fuit de hoc conventio; quin imo factum pacifice per tot annos asservatum percipiendi Distributiones absque ulla summae solutione contrariam conventionem vel expressam vel sin minus tacitam facit praesummere. Perpendere etiam est nihil de ea summa in apostolica Alex. VII. Bulla cautum fuisse. Quare cum edicat Episcopus sibi ex ipsa Bulla jus competere eam summam determinandi, ex illatione id censuisse dicendus est, quia scilicet quemadmodum Bulla ejus arbitrio remiserat congruae Vicario tribuendae definitionem, ita et alterius cujusque summae designationem, si opus fuerit, eidem voluerit praeservari.

Sed jam erit EE. VV. dirimere

Dubium:

An et quomodo debeantur Distributiones Vicario absenti ob parochialia munia in casu?

S. C. resp.:

Affirmative in omnibus.

Die 14. Decb. 1824.

86) Vicarii generalis.

Vd. *Distribut.* (confessar., decr.: *Tranen.*, absentium propter munera eccles. etc. p. 1265.)

87) Vicarii gen. munus alterius dioeces. gerentis.

Maceraten.

Compellendum esse Canonicum ad residendum et interessendum choro, dum nullus Canonicus ab ecclesia abesse potest pro exercendo munere Vicarii generalis extra dioecesim prout definivit s. Congregatio die 13. Januarii 1683. sub titul. *dubia residentiae*, eidemque Canonico, licet considerandus esset pro vero delegato apostolico, nullas deberi quotidianas Distributiones, immo eas ab ipso receptas restituendas esse, quia a die compilati processus, nimirum, ab anno 1768 usque ad hodierna tempora munus delegati apostolici non amplius exercuit sed exercuit dumtaxat illud Vicarii generalis in spretum Decretorum hujus s. Congregationis juxta sancita a s. Trident. synodo *sess. 24. cap. 12. de ref.*

Die 24. Jan. 1778.

Divortium.

1) Ab auctoritate competente declarandum.

Vd. t. I. p. 259. n. 13.

2) Causae inducendi.

Vd. t. I. p. 247. n. 11.; 257. n. 12.; t. IV. p. 1024: *Desertio.*

Solemnibus celebratis nuptiis in civitate V. Aloisium inter et Catharinam et quinque jam susceptis liberis, cum firma conjugii fides et communis concordia inter ipsos per duodecim annos perseveraverint, quin aliquid contra conjuges ad propinquorum vel vicinorum aures devenerit, anno 1863 perturbari coepit domestica quies per leves quasdam ab initio dissensiones, quae mox animos conjugum in plenam dissociationem et odium adduxerunt. Pervulgatis discordiis Aloisius parochum adiit die 18. Junii ejusdem anni et uxorem adulterii crimine accusans separationem thori expostulavit. Parochus summo studio, ut par erat, conatus est primam pacem et concordiam inter conjuges redintegrare; cum autem nihil proficeret neque per se neque per alios rem detulit ad episcopale tribunal ut servatis de jure servandis causa petitae separationis pertractaretur.

Hinc institui coeperunt acta processualia et die 17. praedicti mensis Junii 1863 rogatus a judice Aloisius super causis expostulatae separationis haec retulit:

Praemitto, me spatio 13 annorum, quibus matrimonio junctus sum, numquam zelotypia erga uxorem meam fuisse abreptum; sed res anno circiter abhinc immutatae serio fuere.

Quoniam artifex ego sum, multos operarios habeo, quibus tamen domum meam ingredi interdixi. Inter illos jam a 16 annis Titius adest, qui cum uxore mea turpem amicitiam instituit, quam ego detexi die septima currentis Junii. Nam cum hora circiter octava post meridiem domum reverterer, vidi hunc Titium qui murum legens egrediebatur dicens: sum ego qui ephemeridem lego. (Sono io che leggo il foglio.) *Reversus sum retro et uxori meae obviam factus sum quae neque verbum dixit. Hinc domo egressus, literas ei dedi hujuscemodi:* Catharina domo egredere, si vis ut olim ego te sinam filios tuos osculari. *Duabus praeterlapsis horis domum iterum ductus sum, et uxori meae dixi:* Nefanda mulier! *Illa vero verbum non respondit neque se excusavit, sed surgens domo aufugit. Postridie Titium officina expuli, qui ultro respondit: id praevideram.*

Accepta Aloisii depositione die 8. Junii mulier a judice certior facta est, se in judicium a viro suo ob violatam conjugalem fidem traduci; quae respondit, *se adeo circa objectum crimen esse innoxiam, ut vellet judicium accuratissimum de eo institui, quo innocentia sua omnino detegeretur. Mirari se praeterea ait, ruptam conjugalem fidem ipsi exprobrare maritum, qui ad non paucas alias mulieres jam uxoratus accessit, quique nonnullos ante annos uxorem suam lue venerea infecit, cujus flagitii acriter reprehensus fuit a medico P. qui ex ore ipsius Aloisii facti conscius utrumque conjugem curavit. Circa vero factum diei septimae Junii* ita mulier prosequuta est: *animadverto, Titium domum meam sexcenties adventare solitum fuisse, ephemeridem legendi causa sicut illa die ratione eadem adventaverat. Quod si illa die triclinium ingressus est* (camera di ricevimento), *atque inde crimina suspicatus est maritus meus, id contigit quod Titius habebatur veluti delator meus contra maritum meum. Ego prudentia ducta domo egressa sum, atque ad amitam meam advolavi. Haec sed vero retuli ut quisque intelligat, qua de causa domo aufugere compulsa fuerim.*

Ad probandam uxoris infidelitatem et suspectas aut liberiores cum Titio relationes actor Aloisius primo quatuor, deinde octo alios testes designavit, qui exceptis duobus quorum ignorabatur domicilium, formiter sub juramenti vinculo examinati fuerunt. Attamen omnes Catharinam dixere *domi assiduam, educationi filiorum et negotiis domesticis sedulo prospicientem. Se quidem vidisse,* addiderunt, *Titium saepe intrantem domum Aloisii, tam praesente quam absente domino; sed nihil mali inde esse suspicatos, quia Titius inter operarios praedilectos Aloisii recensebatur et potius ejusdem frater videbatur; nunquam vero vel signum aequivocum vel factum indecens conspexisse aut aliquid audivisse quod minus honestum reputari posset.*

Unica testis quaedam Carlotta B. a ceteris dissentiens nonnulla enarravit, quae nimiam innuere videntur familiaritatem Catharinam inter et Titium. Sed huic mulierculae quae fides? Ex parochi enim testimonio concubinariam cum milite vitam agebat.

Dum testium examina peragerentur, non destitit actor sinistros rumores de uxore sua in vulgus efferre et alimentorum quotam, durante lite uxori assignatam, denegavit, donec uxor nonnulla mundi muliebris, quae domo aufugiens secum asportaverat, redderet. Sub specioso vero titulo educatricis filiorum saltatricem quamdam puellam sexdecim annorum domum introduxit; qua de causa tam ingens scandalum exortum est, ut civilis auctoritas prout opus erat, rei certior facta saltatricem domo Aloisii expulerit; qui tamen vigilantiam magistratus eludens, paulo post eandem ad se revocavit. Praeterea cum amicis audacter gloriari non erubuit quod ea nocte, qua legitimam uxorem domo ejecit, cum famula cubitum ierit; idque judici interroganti palam denegare non est ausus. Circa turpem vero cum saltatrice relationem eo impudentiae progressus est, ut in judiciali examine haec verba proferre non erubuerit: *An jure tribunal episcopale me vocet adulterum ex saltatricis depositione cognoscetur. Neque confiteri debeo an habuerim necne cum ejusmodi puella turpem relationem: nemo certe ad votum castitatis me compellere potest.*

Hucusque productis actis actor Aloisius petiit quidem ut alii testes super Catharinae infidelitate examini subjicerentur, at matrimoniale tribunal satis se instructum reputans, rejecta ejusmodi Aloisii instantia, die 19. Octobris 1863 sequentem edidit sententiam:

Videntes et considerantes unicam accusationem uxori suae ab actore illatam esse conjugalem illius infidelitatem; ejusmodi vero accusationem illo in facto fundari, quod scilicet die 7. Junii 1863 Titium deprehenderit in remoto domus cubiculo, dum uxor alio in cubiculo reperiretur.

Considerantes, actorem ultro confiteri, se usque ad praedictum diem de uxoris honestate nullam unquam suspicionem habuisse; suspiciones ejus circa hominem versari quem a plurimis annis in suae officinae servitio detinebat, et numquam quid de eo fuisse suspicatum, etsi pluries domi ipsum reperisset.

Considerantes, circumstantias loci et temporis, in quibus Titius deprehensus fuit, nullam subministrare causam suspicandi contra eum, qui conscio et vidente actore ejus domum frequenter adibat; praesentes vero loci et temporis circumstantias eo minus potuisse suspicionem ingerere, ex quo ipse fateatur actor, se in eo momento nullimode fuisse turbatum, neque contra Titium, neque contra uxorem; quin immo post ejusmodi deprehensionem sese cum Titio consociasse per viam, cum eoque prorsus amice ut antea sese gessisse.

Considerantes, testes ab actore inductos ad probandam uxoris amicitiam cum praefato Titio quoad tempus praeterlapsum nullimode actori favere, immo adversari cum omnes de uxoris castitate et honestate testimonium ferant. Unicam vero testem, quae uxori non favet, tum facta deponere quae fundatum motivum praebere non possunt ad adulterium suspicandum, tum excludi a testimonio ferendo ob vitam quam impudice ducit.

Videntes, actorem ipsum ultro confiteri turpissimam relationem qua saltatrici ipse obstringitur: eamque talem esse ut adultera relatio sit vocanda.

Hoc tribunal decrevit et pronunciavit, sicut decernit et pronunciat, rejiciendam esse, sicut rejicit, utpote fundamento destitutam, petitionem actoris Aloisii contra propriam uxorem Catharinam eumque ad illam iterum recipiendam teneri; salvo tamen in omnibus jure uxoris se constituendi actricem contra maritum, ut legalem separationem obtineat ob iniquam mariti desertionem.

Hac sententia gravatum reputans actor duplex remedium arripuit. Primo enim nullitatis querelam admovit contra episcopale judicium ob neglectum testium examen, et ab apostolica Sede petiit, ut annullata prius Episcopi sententia jubeat institui regularem processum probatorium, cum obligatione audiendi sub juramenti vinculo testes a se allegatos qui essent ut ceteri omnino examinandi. Deinde vero eadem die, ne spreta forsan nullitatis querela praejudicium ipsi ex decursu fatalium exoriretur, appellationem a contraria sententia denunciavit.

Dum judex primae instantiae 30 dierum spatium partibus concesserat ad conficiendum libellum gravaminum et contragravaminum, S. Congregatio Concilii ad Episcopum scripsit, ut super expositis referret, praesertim vero doceret, quare testes non fuissent auditi, et an expediret, ut ante causae prosecutionem in gradu appellationis audirentur. Die 31. Martii 1864 Episcopus acta processus et gravamina conjugum una cum informatione novisque documentis ad s. Concilii Congregationem transmisit simulque adnotare non praetermisit, actorem nova facta in prima instantia minime deducta allegasse, quae tamen cum jam expositis in aperta contradictione essent; in appellantis gravamine assertiones contineri a vero prorsus alienas, quod nempe uxor Catharina coram parocho culpam confessa sit, quodque nunc apud malae vitae foeminam commoretur. Episcopus vero concludebat, inutile prorsus esse alios testes interrogare tum ob rei substantiam, tum quod etiamsi actor, novis testibus mediantibus, posset uxoris adulterium cum Titio probare, nunquam se purgare posset a suo cum saltatrice commercio; quod ultro saltatrix confessa est.

His acceptis epistolis monitae partes fuere de ulterioribus, si vellent, deductionibus afferendis. Mulier ad praecedentia se retulit addens solummodo, saltatricem concubinam dimissam a marito fuisse praeguantem, ne partus in ipsius domo sequeretur. Maritus vero veteres accusationes repetens depositionem cujusdam suae quondam famulae adjunxit honestati uxoris admodum adversam. Monuit tamen Episcopus, eamdem famulam judiciali examini ante subjectam nihil nisi favorabile pro domina sua deposuisse, totumque documentum ab ignotis testibus subscriptum parvam fidem mereri.*)

*) Ideoque repellebatur a testimonio ferendo 1. ex notissimo illo juris axiomate: *Semel mendax semper mendax.* 2. ex quo haec famula potuit ab Aloysio corrumpi et suspicio inerat gravissima. 3. Quia, hiso mnibus praetermissis, erat testis unicus. At jus divinum clamat: *Non stabit testis unus contra aliquem,* Deut. XIX. 15. Clamat jus canonicum: *Nulla est causa, quae unius testimonio quamvis legitimo terminetur.* Cap. Licet. 23. Clamat jus

Post hanc facti narrationem pauca de de officio animadversa sunt tam super testium novorum productione quam super causae merito.

Ad primam quod attinet, tres fieri posse testium productiones super articulis colligitur ex Cap. *In causis* 15. de testibus, in quo dicitur: *In causis ecclesiasticis vel civilibus ultra tertiam productionem non debent testes produci*, quin immo cum justa causa et cum solemnitatibus juris quartam etiam admittit Capnt *Ultra* 55. eod. tit.: *Ultra tertiam productionem non debent testes produci in causa, nisi praestito ab eo qui hoc postulat juramento, quod neque per se neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit percunctatus, neque per dolum, aut artem aliquam, quartam productionem exposcat, sed quia quos desiderat de novo producere, prius habere nequivit.**)

In casu igitur licet Aloisius prima et altera vice suos produxerit testes, prohibendus non erat, quominus alios exhibere valeret; praesertim cum non fuisset in causa conclusum.

At novum non est in jure ut denegentur ulteriores, praeter necessarias, productiones testium, tum quia effraenata testium multitudo cohibenda est, tum ne sub optatae probationis praetextu lites nimium protrahantur. C. *Significaverunt* 36. P. t. Ubi Glossa ad V. *Effraenata* et c. 16. eod. t. ad V. *Productionm.*

Jus etiam civile post plures auditos testes prudenti judicis arbitrio remittit alios audire et respuere, ne tesium productiones unice fiant ad retardandam sententiam definitivam. *Quamquam quibusdam legibus amplissimus numerus testium definitus est, tamen ex constitutionibus principum haec licentia ad sufficientem numerum testium coarctatur, ut judices moderentur et eum solum numerum testium, quem necessarium esse putaverint, evocari patiantur ne effraenata potestate ad vexandos homines, superflua multitudo testium protrahatur.* L. 1. Quamquam ff. de Test.

Qua de causa cum utrumque jus remittat arbitrio judicis eo tantummodo testes audire quo necessarios ad litem rite dilucideque judicandam putaverit, cum episcopale tribunal sufficientem testium numerum reapse audiverit, atque de cetero actor novos testes qui diversa seu alia deponerent vel non produxerit vel produxerit qui inverisimilia et falsa allegaverint, vel eos qui primae depositioni factae contradicerent, jure optimo alios in causa testes audire recusavit.

Observatum est, damnari Aloisium a notissimo juris principio: *Actore non probante reus absolvitur*; nullimode enim actionem suam probasse, ex rationibus adductis a judice Curiae piscopalis quisque facillime intelliget.*)

Sed dato etiam, actorem novorum testium depositionibus actionem suam sustentare potuisse, admittenda tamen ejus expostulatio non erat ex iis quae super dissociatione thori *ex capite adulterii* in jure statuuntur.

Quandoquidem licet in genere loquendo, adulterium consummatum et culpabile unius conjugis jus praebeat alteri conjugi instituendi divortium perpetuum, hoc tamen jus amittitur, si alter conjux ejusdem criminis reus reperiatur.

Significasti quod quidam, uxore sua sine judicio ecclesiae dimissa, pro eo quod sug-

civile: *Manifeste sancimus ut unius omnino testis responsio audiatur, etiamsi praeclare curiae honore praefulgeat. L. Jurisjurandi 9. cod. de testibus.*

*) Ex quo quisque intelliget, praedictam solemnitatem legalem in quarta testium productione importare juramentum super tribus judicialiter praestandum:

1. Quod *testificata*, id est factas sive pro sua, sive pro contraria parte testium depositiones *neque per se, neque per alium subtraxerit*, id est suppresserit vel occultaverit, forsan avertens quod sibi non faveant.

2. Quod nec dicta testificata *fuerit percunctatus* id est non didicerit aut exploraverit, cum de facili possit tunc oriri periculum et praesumptio subordinationis testium si isti post jam percunctata seu cognita testificata produci possent.

3. Quod neque *per dolum aut artem aliquam quartam productionem exposcat*, id est quod non ad malitiose protrahendam litem, donec aliquis interim moriatur vel se absentet, sed *quia quos desiderat de novo producere prius habere nequiverit.*

*) Etenim neque antecedentia, ut integram disputationem paucis perstringamus, neque factum, neque testes ab ipso actore adducti, neque consequentia suppetias ei tulerunt: non quidem antecedentia, nam ipse Aloisius ultro fassus est, se spatio 13 annorum numquam suspicatum de uxoris honestate fuisse; non factum cum illud esset indifferens nullamque suspicionis causam praebere homini sensato posset; non testes, quia si mulierem malae famae, quaeque digna uxor Aloisii esse potuisset, excipias ceteri omnes de Catharinae honestate tum in genere, tum in specie, quoad Titium scilicet, lucu-lentissima testimonia reddidere Subsequentia vero ab Aloisio allegata putidissimas esse calumnias episcopale Tribunal apprime detexit.

gestum sibi fuerat ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commisisse, vinculo fuit propter hoc excommunicationis adstrictus; verum mulier non continuit, sed sobolem de alio viro suscepit. . . . Quod si notorium est mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam praefatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium commisisse.

Cujus dispositionis causam attulit Innocentius III. in C. *Intelleximus* et *Tua Fraternitas* de adulteriis et stupro, quod nempe *Paria crimina mutua compensatione deleantur.* Consonat jus Caesareum L. *Viro atque uxore ff.* solut. matrim.*)

Nec refert, quod unus prius aut saepius aut gravius altero deliquerit, ut affirmat inter alios Sanches de matrim. Lib. X. Disput. 6. nn. 5. 6. 8. Immo delictum post rem judicatam superveniens praejudicare conjugi pro quo lata est sententia tenent Fagnanus in cap. Ex literis 5. de Divortiis n. 9. et 10., et Reiffenstuel 4. n. 8.**)

Si igitur propter conjugis antea innocentis infidelitatem sententia judicialis rescinditur, et is cui licitum erat vitam separatam instituere, ad cohabitandum compellitur propter delictum quod subsecutum est,***) eo magis juri conformis videtur sententia tribunalis episcopalis, qua denegata est separatio a mensa et thoro, quam Aloisius absque ulla legitima comprobata causa expostulavit. Quin immo idem ipse dum uxorem laesae fidei conjugalis accusat, adulterinis amoribus indulget.

Quibus consideratis ad dubia, quorum

I. *An sit locus examini novorum testium in casu?*

II. *An sententia Curiae episcopalis sit confirmanda vel infirmanda in casu?*

S. C. C. respondit die 17. Jan. 1866.

Ad I.: *Negative.*

Ad II.: *Affirmative et amplius.*

Colliges:

I. In causis divortium concernentibus (et idem de ceteris dicito in quibus testium numerus non est a jure statutus), arbitrio et conscientiae judicis remittitur illum testium numerum audire, quem sufficientem judicaverit ad veritatem detegendam.

II. Ad divortium inducendum ex capite adulterii requiri aut probationes concludentes, ex. gr. confessionem adulteri, aut suspicionem ita violentam, quae moralem certitudinem praebeat de patrato adulterio.*)

*) Augustinus lib. 1. de Sermone Domini in monte c. 28: *Nihil iniquius, quam fornicationis causa dimittere uxorem et ipse convincitur fornicari. Occurrit enim illud: in quo alterum judicas teipsum condemnas; eadem enim agis quae judicas.*

**) Qua de causa si Catharina fuisset actrix contra maritum, et post episcopalem sententiam qua fuisset judicatum, eam posse vitam separatam ducere, lapsa in adulterium esset, jam amplius locus separationi non dabatur, quia delicta compensabantur.

***) Aloisio nulla revera actio in uxorem competebat 1. quia ea ipsa nocte qua legitimam uxorem expulit cum famula ipse concubuerat. 2. propter lascivam cum saltatrice consuetudinem.

Sed quaeres 1. Catharina habuissetne actionem contra maritum ob illa quae admiserat hic adulteria, cum eam lue venerea infecit?

Resp. Probabilius negative; quia condonaverat; ratio est 1. quia remittentibus actiones suas non est dandus regressus. 2. quia reconciliatio contractum matrimonii ad suum pristinum statum revocavit. ac si nulla esset usque tunc fornicatio admissa. Qua de causa si post ejusmodi condonationem ipsa, non maritus, adulterata fuisset, non dabatur compensationi locus, et actio legitima juxta hanc sententiam marito competebat, petendi scilicet separationem a mensa et thoro.

Quaeres 2. Catharina habuissetne actionem contra maritum si ipsa adulterium imperfectum, id est tale ex quo generatio sequi non poterat, admisisset, maritus vero perfectum?

Resp. Affirmative. Nam adulterium sufficiens ad divortium est tantummodo perfectum et consummatum.

Quaeres 3. Catharina habuissetne actionem in maritum si ipsa adulterium occultum consummasset?

Resp. Quidquid sit de foro externo, circa forum conscientiae negative respondendum est, nam nihil interest an fornicatio secreta sit vel publica, quando ipsi conjugi constat se fornicatum fuisse, atque in simili conditione, quoad substantiam versatur qua versatur pars quae publice fornicata est. Debet propterea remittere adulterium quia compensatio jure optimo datur; hinc graviter Catharina pecasset si separationem expostulasset.

*) Prima corollarii pars constat tum ex ipsa naturali ratione, tum ex c. penultimo de adulteriis: *Mandamus quatenus nisi tibi constiterit vel per evidentiam rei vel per confessionem legitimam* (id est per confessionem factam in judicio) *mulieris, quod adulterata sponte fuisset, ipsum recipere compellas eandem.*

Altera vero pars affirmatur a D. Hieronymo in cap. XIX. Matth. et refertur c. *Dixit Dominus 32. q. 1.: Ubicunque*, inquit s. Doctor, *est fornicatio vel fornicationis suspicio libere dimittitur uxor.* Et vero, quandoquidem cum adulterium sit ex illis criminibus, quae in abdito loco et omnino occulte admittuntur, difficillimae probationis est nec vere probari potest, sed ex probationibus petitis, ex praesumptionibus concluditur. Quod adeo verum est ut si quis in flagranti crimine reperiatur, attamen metaphysica cer-

III. Si nterque adulteratus est, neque alteruter adulterium condonaverit, non datur divortio locus quia adest compensatio; idque etiamsi adulterium unius sit occultum.

---

titudine non constaret, adulterium fuisse consummatum, quale ad divortium exgitur.

Suspicio tamen haec non debet esse quaecumque sed violenta, et qualis deciditur cap. *Literis* de praesumpt. id est *solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem viderunt multis locis secretis et latebris ad hoc commodis et horis electis. Respondemus quod ex hujusmodi violenta et certa suspicione fornicationis potest sententia divortii promulgari.* Ejusmodi enim suspicio in relatis factis fundata virum quemcumque prudentissimum ad judicandum adulterium induceret. Secus ex dictis adulterium numquam probaretur, si adulterorum confessionem excipias.

Hinc non potest fieri divortium ob tactus, amplexus et oscula etiam cum pollutione proprii vel alieni corporis habita, quia per haec licet gravia peccata non laeditur perfecte et consummate jus matrimonii, cum non dividatur caro un[i]us conjugis ab altero per concubitum in tertium. In odiosis enim, quae est divortium, non lata seu stricta est facienda interpretatio.

Quando autem suspicio non est violenta, sed tantummodo probabilis, conjux innocens non potest nec in interno nec in externo foro a matrimonio divertere aut debitum negare, quia cum conjux, de quo suspicio est, sit in possessione juris matrimonialis, non potest illo privari ob solum dubium aut suspicionem; nam *in dubio melior est conditio possidentis.* Et clamant Canones: *Omnis suspicio potius repellenda est quam approbanda vel recipienda.* Cap. *Omnis* 9. caus. 6. q. 1.

Doctor.

1) Juris canonici.

(Praebenda.)

Vd. *Licentiatus utriusque juris*; *Praebenda theolog.*; Canonicus (doctor); *Dignitas* (doctor); *Doctoratus* (pro praeb. theolog.)

Doctorem in jure canon. posse obtinere praebendam theolog.

S. C. C. die 14. Novb. 1626 in *Aquilejen.*; 3. Febr. 1646 in *Asten.*; 27. Sept. 1601 *Vigil.*; 31. Jan. 1723 *Valent.*

2) Romanus.

(Privileg. legendi Romae.)

Privilegium Doctorum romanorum publice legendi in quacumque facultate in generali studio almae Urbis.

Gregorius P. P. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cupientes universos almae Urbis Nostrae origine civium filios ad bonarum literarum cognitionem et doctrinam pro communi et publica utilitate dictaeque Urbis ornamento et honore, paterna caritate et Sedis apostolicae munificentia atque liberalitate allicere, ut ipsis et etiam ceteris ad virtutem calcar honorificum et fructuosum addatur motu proprio, non ad alicujus super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed ex certa Nostra scientia ac de mera Nostra liberalitate, dilectis filiis senatui et populo romano.

§ 1. Quod ex nunc deinceps et perpetuis futuris temporibus omnes et singuli adolescentes et juvenes Doctores ex patre et avo Romae natis, Romani et excedentes 22. suae aetatis annum, qui in studio seu gymnasio publico dictae Urbis in quacumque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam hujusmodi, facta tamen prius per eos coram dilectis filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus super eodem studio seu gymnasio deputatis ac illius rectore et reformatoribus pro tempore existentibus una lectione admitti debeant, cum salario 25 scutorum quolibet anno pro unoquoque, qui ut praefertur legere voluerit apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus et elargimur. Necnon eisdem Doctoribus ut praefertur qui in eodem gymnasio munus legendi subibunt, dictum salarium annuum 25 scutorum ipsis et eorum cuilibet debitis et consuetis in eodem studio seu gymnasio temporibus ac de et ex ejusdem studii seu gymnasii redditibus, proventibus, vectigalibus et aliis emolumentis universis per eos, ad quos spectat et pro tempore spectabit, persolvendum motu et auctoritate similibus, constituimus et assignamus; ipsosque ad lecturam hujusmodi recipi et admitti et salarium eis et eorum singulis persolvi debere ut praefertur decernimus.

§ 2. Mandantes propterea dilectis filiis conservatoribus camerae dictae Urbis ac rectori et reformatoribus dicti studii seu gymnasii praesentibus et futuris aliisque omnibus et singulis ad quos id quomodolibet spectat et pro tempore spectabit quatenus praesentes Nostras literas recipiant et admittant ac inviolabiliter observent et ab omnibus, quos ea quomodolibet concernunt et concernent, observari mandent et faciant; necnon Doctoribus legentibus hujusmodi de dicto salario debitis ut praefertur temporibus annuatim respondeant et etiam faciant ab aliis responderi realiter et cum effectu. Et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

§ 3. Non obstantibus etc.

Datum Romae apud s. Marcum die 12. Oct. 1574. (Bull. r. t. VIII. p. 102. Ed. Aug. Taur. 1863.)

Doctorandus.

Modus.

Vd. *Magister theolog. regul.* (Constit. Gregorii XIII); *Protonotarius* (Ampliatio collegii: Const Sixti V. § 3.); *Protonotarius* (privileg., Const. Pii IX.); *Decreta auth. S. R. C. Suppl. t. III. p. 198.* Ed. Mühlbauer.

Doctoratus.

Vd. *Universitas*; *Praebenda theolog.*

1) Collatio.

a) Ab Abbate.

Facultas conferendi lauream doctoralem in philosophiae et theologiae studiis monachis s. Martini montis Panoniae concessa Archiabbati ejusdem monasterii, dummodo tamen promovendi examini sese subjiciant et philosophiae per biennium et theologiae per triennium operam navaverint.

Clemens P. P. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. In supereminenti apostolicae Sedis specula meritis licet imparibus disponente Domino constituti Nobiscum cogitantes, quantum ex literarum studiis catholica fides illustretur, divini nominis cultus augeatur, christianae religionis veritas confirmetur ac justitia colatur, ob ea propter quae studia literarum hujusmodi ubilibet excitentur atque etiam, ut omnes sedulam iisdem operam navare cupientes majori cum commodo id peragere valeant, libenter intendimus et apostolicae solicitudinis, auctoritatis benignitatisque partes conferimus, prout pia personarum optime de Sede apostolica meritarum vita exposcunt Nosque in Domino salubriter conspicimus expediri.

§ 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Daniel Somyi, Archiabbas nuncupatus monasterii s. Martini montis Pannoniae Ordinis s. Benedicti in Taurinen. dioecesi, ex monachis dicti Ordinis alii philosophiae, alii s. theologiae studiis modo operam dent et alii quoque ex eis in posterum dare intendant, ut monachi hujusmodi qui tam in praedicto quam in aliis monasteriis dicti Ordinis in Hungaria existentibus et ab eodem monasterio s. Martini tamquam ab eorum capite dependentibus, in quibus studia et lectores facultatum praedictarum constituti ac

deputati reperiuntur, majori cum sedulitate et animi ardore ad earumdem scientiarum studia facilius incitentur et in ipsis apprime instituantur atque ne postquam studia praedicta compleverint aut sine praemio discedant aut alibi pro consequendis eorumdem studiorum gradibus non sine gravi impensa et regularis disciplinae praejudicio sese extra monasteria dicti Ordinis conferre teneantur, facultatem promovendi ad lauream doctoralem in philosophia et s. theologia praedictis eidem moderno et pro tempore existenti Archiabbati monasterii s. Martini hujusmodi per Nos concedi summopere desiderat,

§ 3. Nos igitur romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum praesertim vero fel. rec. Leonis PP. X. Praedecessoris itidem Nostri, qui sicut accepimus plurimis privilegiis, gratiis et praerogativis ejusdem monasterii Archiabbatem pro tempore existentem per suas die 14. Junii 1500 expeditas literas cumulare non destitit exempla sequi volentes firma spe fiduciaque concepta eumdem Ordinem, qui amplioribus gratiis et favoribus ab apostolica Sede decorari pergat, eo majoris pietatis, obedientiae et obsequii erga Nos et eamdem apostolicam Sedem aliarumque virtutum et scientiarum fructus edituram fore, supplicationibus ejusdem Danielis Archiabbatis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati ipsamque Danielem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et eidem Danieli moderno et pro tempore existenti Archiabbati praedicti monasterii s. Martini facultatem conferendi lauream doctoralem in philosophia et s. theologia monachis praedictis, dummodo ipsi ad gradus hujusmodi promovendi saltem per biennium philosophiae et per triennium s. theologiae studiis vel in praefato monasterio s. Martini vel in aliis monasteriis praedictis, in quibus studia scientiarum hujusmodi et doctores deputati sint ut praefertur operam navaverint, servatis alias servandis prout moris est ut in publicis studiorum generalium universitatibus servari solet, ac examini coram 4 in eisdem facultatibus doctoribus seu doctoribus per modernum ac pro tempore existentem Archiabbatem hujusmodi nominandis et deputandis se omnino subjiciant eisque laureae doctoralis et gradus hujusmodi insignia exhibendi auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et impertimur. Ac praeterea quibusvis monachis ad lauream doctoralem hujusmodi ut praefertur promotis, ut ipsi omnibus et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus ac gratiis, quibus alii in quacumque studiorum generalium universitate ad praedictam lauream doctoralem promoti de jure, usu vel consuetudine aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent ac uti, frui, potiri et gaudere possunt ac poterunt, in futurum pari modo et absque ulla prorsus differentia uti, potiri et gaudere in omnibus et per omnia perinde ac si lauream doctoralem hujusmodi in aliqua publica universitate praedicta rite suscepissent, libere et licite possint et valeant auctoritate et tenore praedictis concedimus et indulgemus.

§ 4. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri etc.

§ 5. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores etc.

Datum Romae apud s. Mariam majorem die 8. Augusti 1769. (Bull. r. Contin. t. IV. p. 78. Ed. Romae.)

b) Ab Episcopo.

Innocentius P. P. IV. venerabili fratri Episcopo et dilectis filiis clero et populo Placentino salutem et apostolicam benedictionem.

Quia profectum terrae in visceribus amplectitur charitatis, vellemus libenter quod ibi schypus reperiretur argenteus, id est studium literarum, in quo Joseph subtiliter novit ingenua auguria explicare, quique ibi argentum eloquentiae venarum suarum obtineat principia et locus esset, in quo aurum sapientiae conflaret. Credimus enim et pro firmo tenemus quod ex hoc ipsi civitati Placentiae non modicum honoris accederet et sibi possent exinde spiritualiter et temporaliter grata commoda provenire. Propter quod non tam consideratione tui, frater Alberte, Nobis super hoc instanter supplicantis, quam etiam ob ipsius civitatis augmentum generale ibi fieri studium cupientes, ut ipsam civitatem Placentiae ad hauriendum aquas cum gaudio hominum copiosa confluat multitudo et ibi turris David cum suis propugnaculis construatur, ex quo non solum dependeant mille clypei sed etiam omnium fortium armatura, omnibus doctoribus et scholaribus in quacunque facultate in praedicta civitate studentibus quod eisdem privilegiis, indulgentiis, libertatibus et immunitatibus gaudeant, quibus Parisiis seu Bononiae vel aliis studiis generalibus laetantur, auctoritate praesentium indulgemus.

Datum Lugduni die 6. Febr. 1248. (Bull. r. t. III. p. 536. Ed. Aug. Taur.)

Erectio cathedrarum medicinae et artium in Perusino studio, data insuper facultate Episcopo licentiandi et laureandi in utraque facultate idoneos, pro quorum examine nonnullae sanciuntur leges.

Joannes XXI. (XXII.)
Ad perpetuam rei memoriam.

Dum solicitae considerationis indagine in mente revolvimus, quam sit donum scientiae pretiosum quamque illius desiderabilis et gloriosa possessio, per quam profugautur ignorantiae tenebrae et eliminata funditus erroris caligine, studentium curiosa solertia cursus et actus disponit et ordinat in lumine veritatis; magno nimirum desiderio ducimur ut literarum studia in quibus impretiabilis margarita scientiae reperitur, laudanda ubilibet incrementa suscipiant: sed in illis praesertim locis propensius vigeant, quae ad multiplicanda doctrinae semina et germina salutaria producenda fore magis accommoda et idonea dignoscuntur.

§ 1. Dudum siquidem fel. rec. Clemens PP. Praedecessor Noster attendens fidei puritatem et devotionem eximiam quam civitas Perusina, terra peculiaris romanae ecclesiae, ad ipsam ecclesiam ab olim habuisse dignoscitur et quod illas ad eam successibus temporum de bono in melius augumentarat, dignum duxit et aequitati consonum existimavit, ut civitatem eamdem, quam divina gratia multarum praerogativa bonitatum gratiose dotaverat, concessione generalis studii insigniret: et ut auctore Deo ex civitate ipsa producerentur viri scientia praepollentes auctoritate apostolica statuit, ut in ea esset studium generale illudque vigeret ibidem perpetuis futuris temporibus in qualibet facultate, prout in literis Praedecessoris ejusdem inde confectis plenius dicitur contineri.

§ 2. Ac subsequenter Nos licet immeriti ad apicem summi Apostolatus assumpti civi-

tatem eamdem propter suae devotionis insignia, quibus se dignam apostolicae Sedis gratia exhibebat, uberiore dono gratiae prosequi cupientes, auctoritate apostolica de fratrum Nostrorum consilio venerabili fratri Nostro Episcopo Perusino et successoribus ejus Episcopis Perusinis qui essent pro tempore impertiendi personis ad hoc idoneis docendi licentiam in jure canonico et civili juxta certum modum in literis Nostris expressum, liberam concessimus potestatem, prout in eisdem literis Nostris plenius et seriosius continetur.

§ 3. Considerantes igitur, quod eadem civitas propter ejus commoditates et conditiones quamplurimas est non modicum apta studentibus ac propterea concessiones hujusmodi ob profectus publicos, quos exinde provenire speramus, ampliare volentes, apostolica auctoritate statuimus, ut si qui processu temporis in eodem studio fuerint, qui etiam in medicinali scientia et liberalibus artibus scientiae bravium assecuti, sibi docendi licentiam, ut alios liberius erudire valeant petierint in perpetuum, in praedictis medicinali scientia et artibus examinari possint ibidem et in eisdem facultatibus titulo magisterii decorari: statuentes, ut quoties aliqui in praedictis medicina et artibus fuerint doctorandi, praesententur Episcopo Perusino, qui pro tempore fuerit, vel ei quem ad hoc praedictus Episcopus duxerit deputandum, qui magistris hujusmodi facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, in studio eodem praesentibus, qui ad minus 4 numero in examiuatione hujusmodi esse debeant, convocatis eos gratis difficultate quacumque sublata de scientia, facundia, modo legendi et aliis quae in promovendis ad doctoratus seu magistratus officium requiruntur, examinari studeat diligenter; et illos, quos idoneos repererit, petito secrete magistrorum eorumdem consilio, quod utique consilium in ipsorum consulentium dispendium vel jacturam revelare quomodolibet districtius prohibemus, approbet et admittat eisque petitam licentiam largiatur: alios minus idoneos nullatenus admittendo postpositis gratia, odio vel favore.

§ 4. Ut autem in praedictis medicina et artibus praefatum studium tanto plenius coalescat, quanto peritiores doctores in hujusmodi suis primitiis ibidem caeperint actu regere et docere, statuimus, quod usque ad

triennium vel quatriennium aliqui doctores, duo ad minus, qui in medicinali scientia in Parisien. vel Bononien. aut aliis famosis generalibus studiis honorem receperint doctoratus, ad docendum et regendum in scientia medicinae et tres vel duo ad minus, qui in artibus Parisien. studio apud majorem Parisien. ecclesiam docendi licentiam fuerint assecuti et saltem per annum rexerint, seu docuerint in Parisien. studio memorato, ad regendum et docendum in dictis artibus in praefato Perusin. studio assumantur, qui usque ad quatriennium vel quinquennium, donec praefatum studium in bonis studentibus laudabiliter progressum acceperit, regant et doceant in eodem.

§ 5. Circa doctorandos vero in scientia medicinae hoc praecipue observetur, ut hujusmodi decorandi audiverint omnes libros ejusdem scientiae, qui in Bononien. vel Parisien. studio a studentibus promovendis consueverunt audiri per septennium vel qui in logicalibus aut philosophia alias forent sufficienter instructi, saltem per quinquennium in scientia praedicta studuerint, ita quod saltem tribus annis ejusdem septennii vel quinquennii, ut praedicitur, in medicinali scientia audierint in aliquo studio generali et ut moris est responderint sub doctoribus et extraordinarie legerint libros legi extraordinarie consuetos, servato circa examinationem ipsius in medicinae scientia promovendi more laudabili, qui in talibus erga eos qui promoventur in Parisien. vel. Bononien. studio observatur.

§ 6. Circa doctorandos vero in artibus liberalibus etiam observetur, quod studuerint per quatuor vel quinque annos, de quibus saltem duobus annis audierint in aliquo studio generali: ita videlicet ut in grammatica Priscianum majorem et minorem et in dialectica logicam novam et veterem Aristotelis, ac in philosophia librum de anima et saltem quatuor libros Ethicorum; et tam in iis, quam in caeteris aliis liberalibus artibus illos alios libros audierint, qui in Parisien. studio per promovendos in dicta facultate artium consueverint audiri, servato circa examinationem tam in communibus quam in propriis ipsis in artibus promovendi more laudabili, qui in talibus erga eos, qui promoventur, apud praefatam majorem ecclesiam Parisien. observatur.

§ 7. Verum quia non passim reperiuntur in studiis, qui omnes hujusmodi libros audierint, praefato Perusin. Episcopo suisque successoribus Perusin. Episcopis, qui pro tempore fuerint, indulgemus, ut in auditione aliorum praefatorum librorum de forma circa licentiandos ipsos in artibus, prout sufficientia eorumdem licentiandorum exegerit et sibi videbitur expedire, auctoritate nostra valeat dispensare.

§ 8. Hi autem qui in dicta civitate Perusin. taliter examinati et approbati fuerint ac docendi licentiam obtinuerint, ut est dictum, ex tunc, absque examinatione vel approbatione alia, regendi et docendi ubique plenam et liberam habeant auctoritate praesentium facultatem, nec a quoquam valeant prohiberi.

§ 9. Sane ut rite in praefatis examinationibus procedatur, praecipimus, ut tam Episcopus Perusin., qui pro tempore fuerit, quam ille, cui praefatus Episcopus ex causa rationabili impeditus in hac parte commiserit vices suas, eidem Episcopo, propositis tamen sed non tactis evangeliis, ab aliis vero corporaliter tactis, jurent quod in hac parte officium suum fideliter exequentur. Volumus autem quod personis quae per examinationem hujusmodi repertae fuerint idoneae, hujusmodi licentia debeatur impertiri, et quod idem Episcopus personaliter, non per Vicarium vel substitutum examinationi hujusmodi interesse debeat nisi esset ex aliqua rationabili causa adeo impeditus, quod suam non posset examinationi praedictae personalem praesentiam exhibere: in quo casu eidem Episcopo interessendi examinationi hujusmodi per Vicarium vel alium ad hoc idoneum substitutum tenore praesentium indulgemus: et quod nemini hujusmodi impartietur licentia, nisi ei quem omnis vel major pars doctorum qui hujusmodi examinationi intererint approbabunt.

§ 10. Magistri quoque regere in eodem studio cupientes vel alias inibi residentes, antequam incipiant, praestent in manibus dicti Episcopi juramentum, quod ipsi vocati ad examinationes easdem venient, nisi fuerint legitime impediti et gratis sine difficultate dabunt examinatori fidele consilium, qui de examinatis ut digni approbari debeant aut indigni merito non admitti. Qui vero juramentum hujusmodi praestare noluerint, nec ad examinationes eorumdem nec etiam ad aliqua ipsius studii commoda vel beneficia ullatenus admittantur.

§ 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum constitutionis, prohibitionis, concessionis, praecepti et voluntatis infringere etc.

Datum Avenione die 18. Febr. 1321. (Bull. r. t. IV. p. 294. Ed. Aug. Taur. 1859.)

Archiepiscopo Pragensi.

Clemens (VI.)

Ad perpetuam rei memoriam.

Considerantes eximiam devotionis et fidei puritatem, quam tam ipse Carolus et Praedecessores sui Bohemiae reges, quam ejusdem regni incolae ad s. romanam Ecclesiam gessisse ac ipse Carolus rex et incolae gerere dignoscitur, ferventi desiderio ducimur, ut regnum ipsum, quod divina bonitas multitudine populi rerumque copia praedotavit, fiat literarum fertilitate secundum, ac in eo quemadmodum auri et argenti fore dignoscitur, sic scientiarum praevalentium sit ... ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos sitque ibi fons irriguus, de cujus plenitudine hauriant universi literalibus cupientes imbui documentis,

§ 1. His igitur omnibus et praesertim amoenitatibus civitatis praefatae diligenti pensatis ad hujusmodi universalem non solum praemissorum ejusdem regni et regionum circumjacentium incolarum sed etiam aliorum qui de diversis mundi partibus ad eamdem confluent civitatem commodum et profectum paternis affectibus anhelantes, dicti regis supplicationibus inclinati, de fratrum Nostrorum consilio apostolica auctoritate statuimus, ut in dicta *civitate Pragensi* perpetuis futuris temporibus generale studium vigeat in qualibet licita facultate et quod legentes et studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus concessis doctoribus legentibus et studentibus commorantibus in studio generali gaudeant et utantur, quodque illi, qui processu temporis scientiae margaritam fuerint in alia facultate, in qua studuerint, assecuti sibique docendi licentiam, ut alios erudire valeant, ac magisterii honorem seu titulum petierint impertiri per magistros seu magistrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, Archiepiscopo Pragensi qui est pro tempore praesentetur. Idem quoque Archiepiscopus doctoribus, magistris in eadem facultate inibi actu regentibus convocatis, illos in iis quae in promovendis ad doctoratus seu magisterii honorem requiruntur, per se vel alium juxta modum et consuetudinem, quae super talibus in generalibus studiis observantur, examinare studeat diligenter eisque, si ad hoc sufficientes et idonei reperti fuerint, hujusmodi licentiam tribuat ac honorem seu titulum conferat magistralem. Illi vero, qui in eodem studio dictae civitatis examinati et approbati fuerint ac docendi licentiam et honorem seu titulum magisterii obtinuerint, ut est dictum, ex tunc absque examine et approbatione alia regendi et docendi, tam in civitate praedicta, quam alibi ubicumque tam dictae civitatis quam quorumlibet aliorum locorum seu generalium studiorum, in quibus voluerint, regere vel docere statutis, consuetudinibus contrariis apostolica vel alia quacumque firmitate vallatis nequaquam obstantibus, plenam et liberam habeant facultatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat etc.

Datum Avenione die 26. Januarii 1347. (Ibid. p. 496.)

Episcopo Quinquecclesiensi facultas tribuitur in perpetuum concedendi lauream doctoralem tam theologiae quam philosophiae et juris canonici iis qui in collegio dictae civitatis praedictis studiis operam navaverint.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Saluberimam aeque ac proficuam in catholica ecclesia seminariorum collegiorumque institutionem a Concilio Trid. plurimi habitam et maxime propositam eo majori apostolicae benignitatis et providentiae studio adaugere nos in sacrosancti apostolatus specula meritis licet imparibus constitutos, decet quo majorem in dies inde ortodoxis populis in via mandatorum Dei per christianae pietatis et sanae doctrinae exempla dirigendis afferri utilitatem et opportunis necessariisque instrui subsidiis et adjumentis, quibus ad beatae patriae felicitatem tandem perveniant non sine maxima apostolici animi Nostri laetitia experimur: quocirca nihil Nobis accidere potest jucundius, quam cum annuentes porrectis precibus supremas apostolicae benignitatis auctoritatisque partes sive ad novi

seminarii collegiique fundationem procurandam sive ad seminarii collegiique jam erecti instaurationem incrementumque promovendum, confirmandum adaugendumque conferimus.

§ 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte venerabilis fratris Georgii Episcopi Quinqueecclesiensis petitio continebat, quod ejus dioecesis inter praecipuas regni Hungariae numeratur atque civitas praedicta Quinqueecclesiensis habitatorum frequentia et cleri copia abundat, Cathedralis Capitulum usu mitrae, Episcopus vero pallii honore potitur; extat insuper seminarium in praedicta civitate, quod sequendo memorati Concilii Trid. monita ejusdem Georgii Episcopi decessor sub cura Capituli et Canonicorum praefatae Cathedralis instituit et erexit: ipse vero Georgius, cum experientia compertum habuerit quae et quanta spiritualia bona ex institutione seminarii hujusmodi in totius dioecesis utilitatem promanant, illud non sine gravi impensa in collegium erigi curavit. perpetuas cathedras theologiae speculativae dogmaticae et moralis, s. scripturae ac rituum ecclesiasticorum in eo instituit ad id assignatis redditibus pro earum respective lectoribus, aliasque cathedras juris canonici ac philosophiae in majorem alumnorum utilitatem modo ibidem constituere intendit; suis praeterea impensis bibliothecam librorum copia et qualitate praestantem ad ejusdem collegii usum comparavit et quamvis in collegio hujusmodi 24 alumni nunc reperiantur, nihilominus praeter Canonicos ac Presbyteros, qui ibidem vitam ducunt, nonnulli sane alii ex omni parte dicti regni Hungariae non secus ac ad generale studium confluunt ad collegium hujusmodi summa cum eorum utilitate ac progressu; per praeterita bella magnum passa fuerant detrimentum collegia.

§ 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dubio procul alumni aliique in collegio hujusmodi studiis operam dantes diligentiores vigilantioresque redderentur, si exacto scientiarum curriculo lauream earundem scientiarum, quas ibi edidicerunt consequuntur, Nobis praeterea dictus Georgius Episcopus humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§ 4. Nos igitur laudabilibus ejusdem Georgii Episcopi votis favorabiliter annuere volentes et supplicationibus inclinati eidem Georgio moderno et pro tempore existenti Episcopo Quinqueecclesiensi seu personis ab ipso et illis respective deputandis, ut ipsi de caetero nunc existentes et pro tempore futuros alumnos dicti collegii omnesque alios sive praedictae civitatis et dioecesis Quinqueecclesiensis sive alterius cujuslibet civitatis et dioecesis, qui in eo studia peregerint philosophiae, sacrae theologiae et juris canonici finito in collegio praedicto studiorum hujusmodi cursu, praevio examine aliisque literariis debitis experimentis praemissis et si ad id requisitis omnibus qualitatibus praediti fuerint ad doctoralem tam philosophiae, quam sacrae theologiae et juris canonici lauream, auctoritate Nostra apostolica promovendi illisque solita laureae hujusmodi insignia conferendi, atque sic promoti et declarati omnibus et singulis privilegiis, praerogativis, praeeminentiis, gratiis et indultis, quibus alii, qui lauream hujusmodi in quacumque publica studii generalis universitate susceperint, tam de jure, usu et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur et gaudent ac uti, frui et gaudere possunt et poterunt in futurum, pari modo et absque alia prorsus differentia uti, frui et gaudere libere et licite possint et valeant et ad ecclesiasticas quascumque etiam majores in Cathedralibus ac Metropolitanis etiam praesulatus dignitates promoveri pariter possint, in omnibus et per omnia perinde ac si lauream hujusmodi in aliqua adprobata studii generalis publica universitate suscepissent, dicta auctoritate concedendi et indulgendi plenam et amplam facultatem eadem auctoritate tenore praesentium tribuimus et impertimur.

§ 5. Decernentes etc.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 20. Julii 1767.

(Bull. r. Contin t. III. p. 386. Ed. Romae).

2) Dispensatio eundem adipiscendi pro Dignitate (Primiceriatus).

Vd. *Episcopus* (processus de ejus elect.)

Pientina.

Conc. Tr. c. 2. sess. 25. de ref.

In litteris apostolicis, quibus de primiceriatu tertia Diguitate in Collegiata Sinalongae provisus fuit Jo. Dominicus Petrocchi appositum legitur decretum suscipiendi intra annum lauream doctoralem, cum fundator

perhibuerit »*ne ullus ad d. Dignitatem admittatur, qui non sit doctor in theologia vel in utroque jure aut in philosophia et doctoratus sit in aliquo publico collegio, et non per privilegium ab aliquo principe.*« Quare cum preces d. Petrocchi postulanti relaxationem enunciati decreti fuerint a SS. D. N. Clemente XI. huic s. Congregationi remissae, orator exponit, se ex lege fundationis gravatum esse onere servitii chori ad omnes horas canonicas et missas solemnes, quae cantari solent, necnon celebrationis missae diebus festivis et alterius ad alias tres missas in qualibet hebdomada et demum onere recolendi festivitatem angeli custodis cum missa in cantu et aliis octo lectis, et unius anniversarii cum totidem missis lectis et viceversa redditus d. primiceriatus non excedunt annua scuta 30, cum de tempore fundationis ascenderent usque ad 100, ut omnia confirmat Episcopus in sua iuformatione referens diminutionem praefatam provenisse ex facto principis reducentis fructus, qui in monte pietatis Florentiae solvebantur ad rationem quinque, ad unum cum dimidio, post quam reductionem nullum laurea doctoralis insignitum ad hanc Dignitatem aspirasse; hinc attenta tenuitate redditum primiceriatus, multiplicitate onerum aetate provecta annorum 50 et ejus paupertate, Petrocchius orator humillime supplicat pro affirmativa resolutione sequentis dubii:

An sit locus relaxationi?

S. C. C. resp.: Affirmative, si SSmo placuerit.

Die 2. et 16. Maji 1716.

3) In ecclesia dandus.

Salernitana.

S. Rituum Congregatio preces collegii medicorum Salerni declaravit non esse contrarium ritui ecclesiastico imo laudabilem antiquum usum dictae civitatis dandi in ecclesia lauream doctoralem ipsis physicis.

Die 20. Julii 1669.

4) Examinatores.

Vd. *Doctoratus* (collatio).

5) In jure canonico non valet pro doctoratu s. Theologiae.

Vd. *Doctoratus* (pro praebenda theolog., decr.: *Urbanien; Balneoreg.*; *Perusina.)*

6) Necessarius pro adipiscendo Episopatu vel Dignitate ecclesiastica et quando non est necessarius.

Vd. *Episcopus* (Processus de ejus electione etc.); Canonicus (doctor); *Dignitas* (doctor.). Vd. n. 2.

7) Pro praebenda theologali adipiscenda.

Vd. *Praebenda theolog.*

Urbanien.

Subdiaconus Petrus Moysius Baiardus tamquam magis idoneus repertus in concursu habito ad praebendam theologalem Cathedralis Urbaniae fuit de illa provisus a dataria apostolica cum lege suscipiendi lauream doctoralem in s. Theologia infra annum. Ipse tamen, precibus oblatis s. Domino Nostro, quae ad hanc s. Congregationem remissae sunt, postulavit, ut loco doctoratus in s. Theologia sibi indulgeretur facultas suscipiendi eundem gradum in jure canonico quem postea assequutus est in archigymnasio sapientiae Urbis.

Episcopus autem de more auditus putat ad rem conferre nonnulla rescripta s. hujus Congregationis a s. mem. Benedicto XIV., dum munere secretarii fungebatur, collecta in adnotationibus*) ad *dubium praebendae theologalis* impressis in calce folii Congregationis habitae 5. Junii 1725., in quibus rescriptis quandoque favore provisi de theologali admissa fuit laurea doctoralis in jure canonico loco alterius in facultate theologica; nec refragari autumat resolutionem dicta die editam super dubio:

»An provisus de praebenda theologali cum clausula de assumendo infra annum gradu magisterii in s. theologia in aliqua approbata universitate de jure sufficiat quod magisterium infra annum recipiat in jure canonico?«

S. Congr. resp.: Negative et habebitur ratio in casibus particularibus.

Ex dicta clausula superaddita rescripto negativo videtur sibi eadem s. Congregatio praeservasse facultatem ex rationabili causa dispensandi.

Et licet postea s. mem. Benedictus XIII. in sua constitutione: *Pastoralis officii***) edita 1725. et relata in Appendice ad concilium romanum n. 2. expresse edixerit, quod prae-

*) Vd. *Praebenda theolog.* (habilitatio).
**) Vd. *p. 333. c.*

bendae theologales *conferri semper debeant doctori in s. theologia vel qui infra annum doctoralem lauream in eadem facultate suscipiat*, nihilominus idem Episcopus opinatur, ademptam inde non fuisse omnem spem dispensationis a s. Congregatione obtinendae in casibus particularibus ad normam dicti rescripti 1723.

Causas vero ad sternendam viam optatae dispensationi repetit a qualitate oratoris referens, quod ille peracto jam cursu philosophico in collegio Illyrico Lauretano ibique privatis habitis disputationibus et etiam publicis etc., regressus Urbaniam, hic per biennium tum mane tum vespere per duas circiter horas s. Theologia dogmatica instructus est per sibi peculiarem destinatum magistrum R. P. Vincentium Mariam Luciani ex clericor. regular. Minorum familia. Inde orator se Urbinum conferens per aliquod tempus utrique juri vacavit, numquam tamen s. Theologiae studio praetermisso. Interim occurrente formali concursu ad vacantem praebendam theologalem, quamquam contra magnis animis pugnatum est, attamen ipse plenis suffragiis vel laudabilissime obtinuit atque in possessionem immissus per se semper publice habuit ad Capitulum et populum s. scripturae lectiones etc. Satis igitur peritus est orator in s. Theologia atque per se idoneus ad s. sripturae lectiones publice habendas. Ei igitur grave non est, quantum ad peritiam, lauream doctoralem in hac s. facultate sibi comparare. Ac cum in animum id induxerit suum, ut utilior suae ecclesiae quantum fieri poterit et aptior. ad inserviendum Episcopo evaderet, consultius duxit, sese dedere etiam utrique juri atque in isto sapientiae archigymnasio romano laurea doctorali donari. Quae omnia revera ita esse videntur in oratoris favorem, ut benigne exaudiatur ab EE. VV.

Reliquum est, quod EE. VV. dignentur decernere:

An Canonico theologo Cathedralis Urbaniae Petro Aloysio Baiardi loco Doctoratus in theologia sufficere possit Doctoratus in utroque jure ab universitate sapientiae Urbis obtentus in casu?

S. C, resp.: Negative, sed esse locum dispensationi.

Die 12. Decb. 1761.

Alerien.

Satis est, quod laurea doctoralis ut menti s. Concilii Trid. *sess. 24. cap. 8. de ref.* satisfactum sit assumatur intra annum a die collationis Canonicatus, ut praescriptum habetur in antedicta constitutione *Pastoralis* sa. mem. Benedictus XIII. fuitque definitum a s. Congregatione in *Cajacen. Praebendae theologalis die 14. Januarii 1764.*, in qua proposito dubio:

An literae apostolicae sint exequendae in casu? responsum datum fuit: *Affirmative, assumpta intra annum laurea doctorali in s. Theologia et amplius*, quemadmodum a s. Congregatione *sub die 19. Augusti 1775.* concessus Canonico fuit terminus unius anni tantum ad assequendam lauream doctoralem reapse intra dictum terminum ab eo susceptam fuisse probatur. Die 19. Apr. 1777.

Balneoregien.

Canonicus Stephanus Scerra cum alias in Cathedrali Balneoregiensi praebendam poenitentialem consequutus esset, nunc ad theologalem translatus est. Laurea in utroque jure ornatur in universitate Perusiae suscepta. Grave ei esset magisterium sive doctoratum in s. Theologia suscipere, cum idoneus non sit ad expensas necessarias et tenues sint praebendae fructus. Hisce de causis postulat a s. Congregatione, ut dispensetur a suscipienda laurea in s Theologia vel saltem prorogetur tempus ad illam consequendam. Instantiae suffragatur Episcopus tum quia redditus canonicales cum sint tenues, ulterioribus dispendiis possessor eripi meretur tum quia aliquo hujus ecclesiae exemplo et pluribus istius s. Congregationis placitis minime necessariam jam in utroque jure laureato arbitratum fuit, quibus a s. Congregatione sufficere Canonico theologo lauream in utroque jure rescriptum est. Pro animi sui pace licet pro prorogatione supplicaverit, praecatur tamen enixe, ut s. Congregatio indulgere dignetur satis esse oratori lauream in utroque jure susceptam eo magis quod curis seminarii distentus ubi et rectoris et ss. Canonum ac theologiae dogmaticae lectoris munere fungitur sine aliquo praejudicio studiosae juventutis abesse nequiret coactus accedere ad aliquam universitatem. Preces hujusmodi dimissae fuerunt ex rescripto diei 20. Decb. 1806: Ponatur in folio*) et in termino ad annum.

*) Vd. *p. 526. 527. n. 6.*

Statuendum erit igitur ab EE. VV. num satis oratori sit laurea in utroque jure ad retinendam praebendam theologalem.

Jam alias in s. Congregatione haec quaestio agitata est in *dubio praebendae theologalis 5. Junii 1723.* Propositum enim fuit

D u b i u m:

An provisis de praebenda theologali cum clausula de assumendo infra annum gradu magisterii in s. Theologia in aliqua approbata universitate?

rescriptumque prodiit: Negative et habebitur ratio in casibus particularibus. Ad calcem illius folii leguntur adnotationes secretarii quod munus tum laudatissime obibat Praesul Lambertini postea ss. Pontifex s. M. Benedictus XIV. Si ad eas vos delegerem EE. PP. controversiam hanc enucleatam haberitis. Procul tamen ab omni arrogantia aliqua facilioris studii gratia.

Ne celestis ille ss. librorum thesaurus quem Spiritus s. summa liberalitate hominibus tradidit neglectus jaceat s. Trid. Synodus *sess. 5. cap. 1. de ref.* jussit quod in illis ecclesiis, in quibus praebenda aut praestimonium . . . pro lectoribus s. Theologiae deputatum reperitur, Episcopi . . . eos, qui praebendam . . . hujusmodi obtinent ad ipsius s. scripturae expositionem et interpretationem per se ipsos si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum . . . cogant et compellant. De caetero vero praebenda hujusmodi nonnisi personis idoneis et quae per se ipsas id munus explicare possint conferatur. Ex quo Decreto licet non praescribatur, ut Canonicus theologus sit in s. Theologia laureatus attamen cum requiratur ut sit idoneus qui per se ipsum id munus obire possit, facile patet, quod si Canonicus theologus explicare debet s. scripturam vel saltem habere lectiones Theologiae scholasticae ad eam praebendam adspirare non possit, qui laurea in utroque jure tantum ornatur.

Sed postea inolevit lectiones Theologiae moralis loco Theologiae scholasticae cumulare cum lectione s. scripturae atque id etiam permissum fuit in *Synodo Farfensi c. 6.* et in *Synodo Montis Falisci a. 1710.* Immo in locis ab haereticis dissitis cessavit etiam lectio s. scripturae eo, quod utilior esset Clerico lectio Theologiae moralis. Hinc nonnulli Canonistae in eam iverunt sententiam satis esse pro obtinenda praebenda theologali lauream in utroque jure, cum canonici juris et Theologiae moralis studia commune quoddam vinculum et affinitate quadam inter se conjungantur, ut firmant *Ric. decis. 101. per tot. part. 4.*, *Ventrigl.* in *praxi ecclesiastic. part. 2. annot. 1281. n. 2.*, *Cardinalis Petra 2. annot. ad constit. apostolic. tom. 4. pag. 232. n. 35.*, *Rota* in *Forolivien. Canonicatus theologalis 25. Junii 1700.* § *1. cor. Ansaldo.*

Haec tamen opinio nunc infirma videtur post editam a. 1725. a Benedicto XIII. constitutionem *Pastoralis Officii*, in qua expresse cavetur, ut praebendae theologales hactenus constitutae et deputatae conferri semper debeant doctori in s. Theologia vel qui infra annum doctoralem lauream in eadem facultate susceperint. Sacra vero Congregatio diversas sententias tenuit ut observat *Benedictus XIV.* in citatis adnotationibus.

Nam colligitur ex responsis ab ipso allatis s. Congregationem primis temporibus voluisse pro praebenda theologali doctoratum in s. Theologia, mediis temporibus admisisse etiam doctoratum in s. canonibus et postremis temporibus consilium praestasse SSmo pro dispensatione. Haec vero sententiarum varietas ex eo forte evenit, quod post Tridentinum primum munus theologi in eo erat, ut s. scripturam vel Theologiam scholasticam explicaret, proptereaque requirebatur doctoratus in facultate theologica. Sequiori tempore cum explicaretur a Canonico theologo moralis Theologia, satis habebatur, si in utroque jure lauream esset consequutus. Tandem post Benedictinam constitutionem necessaria fuit dispensatio, ut laureatus in jure canonico praebendam theologalem consequi posset.

Si vero de dispensatione sermo sit, tum sane Episcopus duas affert causas cur orator dispensetur, scilicet quod tenues sint fructus praebendae, ut expensam ferre orator non possit ad lauream in s. Theologia suscipiendam, quodque aliis distentus curis rectoris seminarii et lectoris ss. canonum et Theologiae dogmaticae non possit abesse sine detrimento studiosae juventutis, ut ad aliquam universitatem accedat, in eaque doctoratum in s. Theologia suscipiat.

Ex his deliberandum erit:

An Canonico Scerra satis sit doctoratus in utroque jure ad retinendam praebendam theologalem in Cathedrali Balneoregiensi seu

potius sit consulendum SSmo pro dispensatione a suscipienda laurea in s. Theologia in casu etc.?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II.

Die 11. Apr. 1807.

Perusina.

Ex collatione apostolica consequutus est sacerdos Joannes Pressio in utroque jure doctor praebendam theologalem in Cathedrali Perusina ea tamen lege in literis apostolicis de more expressa, ut infra annum gradum magisterii in s. theologia suscipere teneretur. Postulat nunc, nt quoniam in utroque jure sit doctor dispensetur a suscipiendo gradu magisterii in s. theologia, quemadmodum literae apostolicae praescribunt. Episcopus oratorem, quem in sunm Vicarium generalem jam adsciverat, plurimum commendat atque affirmat: *ipsum anno 1788. lauream doctoralem in utroque jure in hoc augusto lyceo fuisse assequutum, eamdemque lauream erant assequuti bini immediati ejus Antecessores Canonici Joannes Maria Perotti et Joannes B. Salvatori, qui supradicta in utroque jure laurea donati, numquam s. theologiae magisterio laureaque muniti existerunt. Capitulum oratoris instantiae nullum obicem opponit imo libentissime assensum praestat. Hinc essem in senssu, ut orator quoque ab assequutione laureae doctoralis in theologia eximi queat.*

Postquam ex constitutione S. M. Benedicti XIII. *Pastoralis officii* sancitum fuit praebendam theologalem semper conferri debere doctori in s. theologia vel illi qui infra annum in eadem facultate lauream suscipiat, s. Congregatio definivit non sufficere de jure Canonicis theologis doctoratum in ntroque jure. Nam *ex dubio praebendae theologalis 5. Junii 1723.* satis patet, quod necessaria sit dispensatio ex gratia apostolica, quemadmodum s. Congregatio dispensationem concessit *in Vigilien 27. Sept. 1681.* In re praesenti suadere dispensationem videtnr observantia, cum jam duo Praedecessores Canonici theologi in Cathedrali Perusina hanc veniam obtinuerint, ut eis satis esset doctoratus in ntroque jure, nt praebendam theologalem retinere possent.

Dubium proponitur:

An sit concedenda dispensatio a suscipiendo magisterio in s. theologia ad effectum retinendi praebendam theologalem in casu?

S. C. C. resp.:

Affirmative in casu, de qno agitur.

Die 18. Mart. et 27. Maji 1809.

8) Regnlarinm.

Vd. *Regularis; Poenitentiaria ap.* (revoc. privil., Constit. Pii IV. diei 4. Maji 1563. § 18.); *Episcopus* (process. de ejus electione etc.); p. 1461. a.

Ad dubium: Utrum regulares qni ad tramites constitutionis Ordinis proprii assequuti sunt gradum doctoris in s. theologia valeant, legitime dimisso religionis habitu titulo doctoris honoribus adnexis gandere? Et s. R. C.... rescribendum censnit:

»Per religiosos tantum.«

Die 23. Maji 1846.

Doctrina christiana.

Vd. *Catechesis; Concio.*

1) Confraternitas.

Vd. *Catechesis.*

Jussio instituendi ab Ordinariis locorum confraternitates doctrinae christianae ad pueros aliosque divinae legis expertes bonis moribus sanaque doctrina instruendum et indulgentiarum tam pro confratribus quam per eos instruendis elargitio.

Pius PP. V.

Ad futuram rei memoriam.

Ex debito pastoralis officii Nobis, meritis licet imparibus ex alto commissi, ad ea libenter intendimus, per quae divinus cultus fideliumque devotio nbique suscipiat incrementum, ac ipsos fideles ad id indulgentiis et remissionibus invitamus, ut christifideles ipsi per temporalia quae egerint consequi valeant praemia felicitatis aeternae.

§ 1. Nos igitur attendentes quod infantes et pueri bonis moribus et exercitiis educati, quasi semper vitam pudicam, honestam et exemplarem ac aliquando sanctam agunt; e converso autem qui parentum carentia seu paupertate aut incuria vel iguavia non sic educati persaepe ducuntur in exitium et quod pejus est, secum ducunt plures in interitum, unde, si diligenter educati et in doctrina christiana instructi fuerint, a vitiis et multis aliis erroribus retraherentur, considerantes etiam, pront ex fide dignis relationibus intelleximus, quod nonnulli approbatae vitae christifideles, caritate omnium suprema virtute, circa hoc tam pium tamque reipublicae saluberrimum opus accersiti, in singulis festivitatibus et dominicis diebus in diversis ecclesiis et locis hoc opus sanctissimum amplexi sunt et ibi eosdem infantes et pueros ac alias miserabiles personas christianae veritatis ignaras congregari faciunt et eos bonis moribus et sana doctrina instruunt ac diligenter in via mandatorum domini dirigunt, ex quo salutiferi fructus hactenus provenerunt et in dies magis, auxiliante domino speramus; et quod si ad hoc opus sanctissimum ubique locorum exercendum praefatos christifideles paternis favoribus et indulgentiarum muneribus invitaremus, procul dubio non solum eorumdem infantium et puerorum ac personarum aliarum saluti consuleretur, verum etiam devotio christifidelium omnium ad praefatum opus amplectendum multo magis augeretur.

§ 2. Cupientes igitur tam pio tamque laudabili operi viribus totis favere et animas lucrifacere creatori ex certa nostra scientia universos et singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos ceterosque ecclesiarum praelatos et locorum quorumcumque Ordinarios ubilibet constitutos, praesentes et futuros rogamus et hortamur attente, eis ac eorum in spiritualibus et temporalibus Vicariis seu officialibus generalibus per apostolica scripta mandantes, quatenus hoc opus sanctissimum tuto pastore amplectentes, aliquas ecclesias in suis civitatibus et dioecesibus, respective, seu loca honesta, in quibus praefati infantes et pueri ad audiendum doctrinam christianam convenire possint, deputent, et viros ad id idoneos vita et moribus approbatos, qui diebus saltem dominicis eosdem infantes et pueros ac alias personas Divinae legis expertes in articulis fidei et praeceptis sanctae matris ecclesiae instruant, confirment et erigant atque tot societates seu confraternitates, quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis opportunae videbuntur, inibi auctoritate Nostra erigant et instituant.

§ 3. Nos enim, ut promptius et alacrius ad hanc curam subeundam omnes christifideles alliciantur et eo libentius curam ipsam suscipiant, quo ex hoc dono coelestis gratiae conspexerint se uberius refectos, de omnipotentis Dei misericordia ac bb. Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus vere poenitentibus et confessis, seu statutis a jure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum societatum seu confraternitatum ubilibet constitutarum intraverint et adscripti fuerint, illis videlicet tam qui alios docuerint quam qui ab aliis in articulis fidei et praeceptis ecclesiae hujusmodi instructi fuerint, quotiescumque in praefato sanctissimo exercitio se occupaverint, 40 dies de injunctis eis poenitentiis auctoritate apostolica, tenore praesentium, misericorditer in Domino relaxamus praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§ 4. Ceterum, quia difficile foret etc.

Datum Romae apud s. Petrum die VI. Octobris 1517.

(Bull. r. t. VII. p. 955. Ed. Aug. Taur.)

2) In ecclesia cathedrali simul et parochiali.

Vd. *p. 1484. n. 6.*

Lunen-Sarzanen.

Una tantum Sarzanae extat paroecia, eaque in Cathedrali est constituta. Habitualis cura penes Capitulum residet, actualis vero penes duos presbyteros vicariorum titulo praeditos et ad Capituli nutum amovibiles. Hujus ecclesiae cathedram vix conscendit praesens Episcopus Aloisius Scarabelli, nihil inexpertum reliquit, ut Cathedralis suae vicarii curati diebus festis ss. evangelium explicarent, sed nec adhortationes nec praecepta quidquam profuerunt. *Opus mihi fuit*

(ita scribit Episcopus) *mandare curatis sub poena exercitiorum in religiosa domo, ut pabulum illud salutare intra missam a me per literas jussum populo praestarent omnino quod per duas dominicas aliquo modo fecerunt et postmodum non sunt prosequuti. Hujus rei principes auctores fuerunt ipsimet* Cathedralis Canonici, qui putantes, vicarios suos nullo pacto adigi posse ad evangelii explicationem, ipsis inhibuerunt, ne Episcopi monitis parerent. Quamquam enim onus explicandi evangelii parochis incumbere non inficientur Canonici, nihilominus munus illud in Cathedrali ita solius Episcopi proprium esse arbitrantur, ut vicarii curati plane immunes sint; eoque firmius huic opinioni adhaerent, quod nec Canonici nec vicarii explicationem evangelii in Cathedrali unquam expleverint. Hinc factum est, ut Canonici ab Episcopi Decretis appellationem interpouerent et ad s. Congregationem confugerent.

Supplicem illorum libellum Sarzanensi Episcopo ablegavi. Inter ea autem quae retulit Autistes, haec scitu digna sunt:

Certo certius est hac in Cathedrali diebus dominicis a summo mane usque ad vesperas ne verbum quidem populo, licet functionibus aliis non impedito, tradi; ac plurimos, qui Cathedralem in vesperis adire nequeunt, valde conqueri, res fidei et morum ipsis mane nullimode tradi, necnon viros probos una voce, ut ipse pluries audivi, repetere, populos rurales ac agrestes magis in rebus religionis instrui et pabulo salutari a parochis refici quam populum hujus civitatis inpraesentiarum. Exinde flagitantibus utriusque partis defensoribus, ut controversia in folio describeretur, concinnata fuerunt dubia inferius referenda, et pro certamine iudicta comitia superioris meusis Maji: ac Capituli petitionibus annuens semel atque iterum dilationem impertitus sum, ac tandem decrevi, ut causa omnino hac die proponeretur. Nihil tamen mihi hacteuus exhibuit Capituli defensor, ac propterea rationum tantum momenta, quae in medium affert Episcopi patronus, pro meo munere paucis complectar.

Agitur iu primo dubio de explicatioue ss. evangelii diebus festis in Cathedrali facieuda. Non diffitetur Episcopus praedicationem evaugelii sibi praecipuum in modum incumbere, *cum praecepto divino*, ut ait Trid. Synodus *sess. 23. cap. 1. de ref., mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas verbi divini praedicatione pascere*; verum conteudit parochus omnes, ac etiam qui in Cathedrali curam exerceut auimarum, obstrictos esse diebus festis ad praedicandum sanctum Jesu Christi evangelium. Euim vero Patres Tridentiui, postquam *sess. 5. cap. 2. de ref.* declararunt, praedicatiouem esse praecipuum Episcoporum munus, sermonem ad parochos converteutes haec sauxerunt: *Archipresbyteri quoque, plebani et quicumque parochiales vel alias curam animarum habentes ecclesias quocumque modo obtinent per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis*; similiter *sess. 22. cap. 8.* haec habentur: mandat *s. Synodus pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter missarum celebrationem vel per se vel per alios ex iis, quae in missa leguntur, aliquid exponant atque inter cetera sanctissimi hujus Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim dominicis et festis.* Tridentiui Concilii sanctioni conciunit synodus dioecesana Sarzanae, ubi *cap. 38. § 6. de parochis* haec leguntur: *Omnibus diebus dominicis praecipue quadragesimae et adventus, ubi non adest concionator, quilibet parochus post evangelium non solum jejunia, vigilias, dies festos de praecepto et indulgentias in hebdomada incidentes evulget et ad illarum observantiam hortetur, sed et recitati evangelii aliquod caput brevi et simplici sermone aperiat et verbi Dei pabulo praesentem populum reficiat.*

Igitur si ex Trid. Concilio atque etiam dioecesana lege singuli parochi aliique quocumque modo animarum curam gereutes s. evangelium diebus praesertim dominicis et festis populo explicare teuentur ab hujusmodi onere frustra se eximere conantur, qui in ecclesia Sarzanensi parochi munere funguntur, contendentes officium illud in Cathedrali uni Episcopo imminere. Et sane quaestio haec ad trutinam fuit revocata coram hoc s. Ordine in *Pientina Praedicationis 14. Sept. 1748,**) in qua praepositus Pieutinae Cathedralis parochus, ut se ab explicatione evangelii liberaret, urgebat *sacrorum canonum apertissimam dispositionem, qua cautum est, ut Episcopus per se ipsum munus hoc explere teneatur; ideoque non posse parochos Cathedralium poena suspensionis a Divinis compelli, ut id agant festis, quibus Episcopus in*

*) Vd. *p. 184. n. 10.*

Cathedrali praesens esse debet. At proposito dubio:

An parochus in Cathedrali Pientina teneatur diebus festivis in actu celebrationis missae parochialis ad evangelii explicationem in casu etc.?

Patres Emi continuo responderunt:

Affirmative.

Nec animarum curatores Sarzaneusis Cathedralis immunitatem a praedicatione evangelii sibi quaerere valeant ex immemorabili consuetudiue; parochi siquidem uti post Benedict. XIV. *Inst. eccl. 10. n. 3.* ait Giraldi *Expos. jur. pontif. part. 2. sect. 8. pag. 816.* ab hujusmodi oueris implemento se eximere aut excusare nou possunt, vel quod nullo unquam tempore id praestandi cousuetudo extiterit, vel quod satis superque provisum sit per publicos annuales coucionatores vel tandem quod exiguus sit suarum plebium numerus. Ista enim consuetudo, utpote juri diviuo et canonico adversa, corruptela est, ac proinde rejicienda, *cap. ult. Consuetud., Fagn. in cap. Cum contingat de for. comp. n. 11.*, imo eam uedum reprobavit Trid. synodus *sess. 5. cap. 2.* verbis illis: *neque hujus Decreti executionem consuetudo . . . impedire valeat*, sed etiam Innocentius XIII. Is enim in constitutione *Apostolici ministerii* diei 13. Maji 1723 super ecclesiastica disciplina retiuenda in reguis Hispauiarum, quam Beuedictus XIII. ut ceteris Episcopis velut exemplar propoueretur confirmavit constitutione *In supremo* 13. Sept. 1724. redarguit parochos qui diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas salutaribus verbis pascere praetermittunt, *culpam hujusmodi a se amoliri nitentes vel praetextu immemorabilis, sed quidem pravae consuetudinis vel quia haec ab ipsis praestari necesse non videatur suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras conciones in aliis ecclesiis . . . Ne itaque sub inani istarum aliarumque similium excusationum praetextu tanta christianae reipublicae pernicies struatur, districte praecipimus etc.*

Ex his illud etiam facile colligitur vicarios curatos Sarzanenses a se abigere nou posse onus explicandi evangelium quia pueros rudimentis fidei diebus dominicis imbuere soleant; siquidem ut monet Beuedictus XIV. iu coust. *Etsi minime 7. Febr. 1742. § 5.**) *duo potissimum onera a Trid. synodo curatoribus animarum sunt imposita; alterum ut festis diebus de rebus divinis sermonem ad populum habeant, alterum ut pueros et rudiores quosque divinae legis fideique rudimentis informent.* De primo enim onere loquuntur Tridentiui patres praesertim *sess. 5. cap. 2. de ref.* ubi sic praescribitur: »Item etiam Episcopi saltem dominicis et aliis festivis diebus pueros in siugulis parochiis fidei rudimenta et obedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis ad quos spectabit doceri curabunt et si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellent nou obstantibus privilegiis et cousuetudinibus«. Neque etiam ab explicatione evangelii se eximere valent propter catechesim quae habetur ad populum post doctrinam christianam. »Quamvis enim ait Episcopus Capitulum contendat per concionem, quam in vesperis fieri mandavi iu methodo edita quoad scholam Doctrinae christianae iu hac dioecesi et in hac Cathedrali, illud pabulum salutare specifice sumptum et distincte praescriptum populo tribui etiam nunc in hac Cathedrali a curatis, certum tamen est praedictam concionem instructivam, qua rudes adulti docentur quoad res fidei aliaque capita doctrinae christianae, non suppleri illi distincto pabulo, quod juxta Concilium Trid. *sess. 5. cap. 2.* et constitutiones synodales *cap. 2. et 38.* est praestandum; per eam enim concionem fit, ut posteaquam pueris puellisque doctrina christiana est tradita rudibus adultis ex Cathedra tradatur. Quomodo ergo Capitulum contendit hac in Cathedrali etiam inpraesentiarum populum pasci salutaribus verbis, cum iu hac Cathedrali excepta lectione s. scripturae a Canonico theologo peracta et instructiva concione a me jussa pro scholis doctrinae christianae uullo alio salutari sermoue et distincto pabulo a curatis exercentibus curam animarum neque per se neque per alios populus pascatur? Quid si adjiciam, dictam concionem *pluribus* abhiuc mensibus non peragi a curatis, sed a moderatore ipsius doctrinae christianae ac vix alterum ex curatis seguiter quaudoque pueros docere?«

Quoque itaque sese vertant vicarii curati Sarzanensis ecclesiae, praedicationem evaugelii effugere nequeunt. Quum vero in ipsa Cathedrali habitualis paroeciae cura sit penes Canonicos et actualis penes vicarios, parum Episcopi interest, au Canonicis vel eorum vicariis evangelii explicandi ouus imponatur, dummodo haec ipsa explicatio fiat.

*) Vd. *p. 1476.*

Multoque magis ait Episcopi defensor, explicatio evangelii peragenda est ab animarum pastoribus post lectum in missa pro populo sanctum evangelium, exemplo ss. Pauli et Barnabae, qui ut ex actis Apostolorum habetur *cap. 13.* post lectos prophetas in synagoga ad populum verba fecerunt. Mos iste ut notat *Card. Bona Rerum liturgicarum lib. 2. cap. 7. n. 6.* numquam interrupta serie ab initio ecclesiae usque ad nostra tempora servatus est, ut proxime post evangelium sermo sive homilia vel tractus haberetur. Quare hic s. Ordo *in Hortana 8. Augusti 1744.* proposito dubio: *An Canonicus parochus teneatur singulis diebus festis sermonem habere ad populum post lectum in missa evangelium vel potius servanda sit consuetudo explicandi evangelium post doctrinam christianam haberi solitam a parocho in ecclesia cathedrali?* rescripsit: *Affirmative ad I. partem, et negative ad II.*; quam resolutionem confirmandam censuit die 29. Augusti ejusdem anni rescripto: In decisis.

Dubia:

I. *An et ad quem spectet explicatio s. evangelii diebus festis in ecclesia cathedrali in casu?*

II. *An et quo tempore fieri debeant denunciationes et explicatio s. evangelii in casu?*

S. C. resp.

Ad I. Affirmative ad Vicarios Curatores et amplius.

Ad II.: Affirmative et quoad explicationem evangelii in missa parochiali, et quoad denunciationes in eadem missa parochiali sive alia hora magis a populo frequentata et ad mentem. Mens est ut Episcopus mandet missam parochialem celebrari cum applicatione pro populo separatim a missa conventuali pro benefactoribus applicanda: quod si aliquis abusus irrepserit, spreta quacumque consutuedine etiam imemorabili moneat delinquentes ut consulant conscientiae quoad praeteritum et omnia ad formam Concilii Trid. serventur in futurum.

Die 16. Aug. et 28. Septbr. 1828.

3) In eccles. confraternit.

Vd. § 14. *p. 1477.*

Marsorum.

Parochis licet doctrinam christianam docere in ecclesia s. Francisci. Quamquam enim s. R. Congregatio in praefatis decretis ad dub.: *An parochus invitis confratribus docere possit doctrinam christianam in ecclesiis et oratoriis publicis et privatis a parochiali divisis et separatis?* respondit: *Negative*, Marsorum tamen Episcopus aemulatus exempla Benedicti XIV. dum Bononiensem regebat ecclesiam aliorumque praesulum uti elicitur *ex cit. Jnst. 105. n. 115. et seq.* jure suo ad rectum dioecesis regimen quasdam ecclesiasticas functiones ipsis sodalitiorum Capellanis peragendis sivit quasdam vero parochis in ecclesiis sodalitatum obeundas reservavit. Jure suo parochis facultatem tribuit edocendi rudimenta fidei in ecclesiis sodalitatum. Tametsi enim eadem facultas adversetur responso s. R. Congregationis ad XVII. *dubium* nihilo tamen minus Episcopi intercedente auctoritate quaelibet evanescit repugnantia, quandoquidem ex Bulla s. Pii V. 137. *Bull. t. 5.* ad Episcopum pertinet designare quasdam ecclesias in quibus doctrina christiana edoceri debeat. Quamobrem hic s. Ordo in *Maytuana Catechismi 29. Augusti 1722* et in *Asculana Jurium et functionum parochialium 29. Augusti 1733.* arbitrio Ordinarii relinquendum duxit, utrum parochis concedenda sit potestas explicandi rudimenta fidei in ecclesiis confraternitatum.

Die 15. Dec. 1827.

4) Episcopi cura.

Vd. n. 3. 5.

Modernus Canonicus Samaritani, cui onus incumbit visitandi interdum doctrinam christianam puerosque interogandi videretur quodammodo adjutor esse Episcopi in hac episcopalis sollicitudinis parte procuranda. Episcopus quippe debet omnino curare, ut pueri coelestem sapientiam prudentibus saeculi absconditam discant; cum id maxime christianae rei et animarum salutis intersit, ut ex literis datis a s. Congregatione C. ad Episcopos *Italiae 19. Januarii 1619.* relatis ab Episcopo Crispini in suo *tractatu de pastorali Visitatione part. II. n. XIII.* atque hoc nullo negotio obtineret, si Archidiaconus ex onere suae praebendae teneretur doctrinam christianam visitare puerosque interrogare.

Neque indecorum Dignitati ecclesiasticae erit onus tradendi parvulis doctrinam christianam, quod successoribus Canonici Samaritani ex Episcopi Decreto incumbit, cum istud cardinalitiae Dignitati congruum putarint bb. Barbarigus et Ursinus postea Benedictus XIII. s. Me., qui publice in ecclesia pueros in christiana doctrina instituebant, teste eodem Crispino ibidem, ut sileutio praeteream s. Carolum Borromäum et b. Cardinalem Thomasium.

Die 8. Febr. 1822.

5) Methodus, Obligatio, Ratio.

Vd. *Catechesis*; *Juventus* (in scholis etc.)

De doctrina christiana populis tradenda; qua ratione et methodo fidelium indigentiae hac in re consulendum sit.

Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et Episcopis.

Benedictus PP. XIV.

Venerabiles fratres.

Salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi minime Nobis dubitandum sit, omnes, quibus animarum cura credita est, vosque praesertim, venerabiles fratres, ad apostolatus officium evectos atque in praelationis fastigio a Deo constitutos, in id potissimum sollicitudinem intendere, ut christianus populus coelestis doctrinae pabulo enutritus et rudimentis fidei saluberrime instructus in semitam mandatorum Domini, facem Nobis praeferentibus, feliciter dirigatur, temperare tamen non possumus, quin vos ipsos nostrae auctoritatis ac paternae dilectionis stimulis excitemus ad tam pium tamque salutare opus doctrinae christianae impensiori cura provehendum, sublatis iis impedimentis, quae animarum saluti adversantur.

§. 1. Quia vero scientibus legem loquimur et vigiles ecclesiarum hortamur Antistites, quibus nec pietatis nec alia ss. litterarum desunt praesidia, supervacaneum ducimus plurimis urgere argumentis, non satis esse ad coelestem beatitudinem assequendam confusim et involute credere a Deo revelata et ab ecclesia catholica proposita mysteria, sed hanc caelestem doctrinam diviuitus traditam et quae ex auditu concipitur doctoris legitimi ac fidelis ministerio ita esse accipiendam, ut singillatim illius capita explicentur et eorum aliqua necessitate medii, aliqua vero necessitate praecepti fidelibus ad credendum proponantur. Praeterea licet per fidem justificari dicamur, cum ea sit humanae salutis iuitium et fundamentum, ad futuram tamen, quam inquirimus, civitatem, ut pervenire aliquando mereamur satis compertnm est, solam fidem non sufficere, sed viam nosse constanterque tenere opportere, nempe praecepta Dei et ecclesiae, tum virtutes, quas persequi, tum vitia, quae studiose declinare debemus.

§ 2. Quae quidem omnia cum primis catholicae fidei rudimentis, sive doctriua, ut ajunt, christiana, contineantur, episcopalis muneris exigit ratio, ut illa in singulis dioecesibus ubique locorum recte atque ex ordine explicetur, nec posse Episcopos sine tacito conscientiae convicio illam negligere, sed in hoc opus maxime necessarium omnem curam et diligentiam conferre debere. Id tamen oneris uon ita Episcopo impositum esse intelligimus, ut ipse per se doctriuae christianae semper intersit, pueros interroget et mysteria fidei, quam profitemur, aperiat. Nimium quippe novimus, in pastoralis solicitudinis munere praegravari apostolicae servitutis sarcinam ac plane intelleximus, cum Anconitanam primum, tum deinde Bononiensem ecclesiam regeremus, multis variisque curarum veluti fluctibus jactari praesulem suo satis muneri facere cupientem. *Id vero futurum affirmamus, ut si Episcopus alieno etiam a visitatione dioeceseos tempore quandoque adsit, ubi doctrina traditur christiano homine digna, pueros puellasque de rebus antea auditis sciscitetur*, ac mysteria religionis evolvat et annunciet; pastoris operam in maximam crediti sibi gregis utilitatem cessuram, ejusdemque exemplum alios excitaturum ad vineam Domini Sabbaoth pro viribus excolendam.

§ 3. Hanc administrandae ecclesiae quasi legem sibi duxerunt nedum veteres seu recentiores etiam praesules beatorum civium albo adscripti; Carolus nempe Borromaeus, Franciscus Salesius, Turribius, Alexander Sauli, quorum aliqui (ut literis consignatum est), cum gravioribus distenti atque impediti curis, adesse coram non posseut, operae ac diligentiae suae Vicarium aliquem ex Canonicis aut ex sacerdotibus designabant, qui susceptis pastoralis ministerii partibus adulescentulos ad omuia religionis officia fidei elementis informarent.

§ 4. Optimum ergo et ad profectum animarum maxime accommodatum erit Antistitis

exemplum si quod antea dictum est id omni tempore, praesertim vero dum obit dioecesim, in singulis paroeciis impleverit. Sed ut quisque facile conjicit, ad hoc vires ejus non suppetunt. Ideoque ut propositum assequatur, necesse est, diligentia quanta potest maxima, curet, ne in aliis, quos tam laudabilis tamque fructuosi operis vicarios constituit, studium ac sedulitas desideretur.

§ 5. *Duo potissimum onera a Trid. Synodo curatoribus animarum sunt imposita: alterum ut festis diebus de rebus divinis sermonem ad populum habeant; alterum ut pueros rudiores quosque divinae s. legis fideique rudimentis informent.* Si statis diebus eam parochi concionem habebunt, quae non persuasibilibus humanae sapientiae verbis obstrepat auribus, sed captui auribus auditorum accommodata in eorum animos ostensione spiritus illabatur; si mysterium aliquod annunciabunt, inprimis vero, quod eo tempore ecclesia recolit ea disserentes, quae ad virtutem incitamenta sint et ad vitia fugienda graviora praesertim, et quae foedius grassantur in populo: si diebus ipsis (hoc enim pariter debent suo muneri) pueros tamquam infantes modo genitos nutriant doctrinae lacte, nunc hos nunc illos interrogando dubia atque involuta explicando; si demum cum apostolo attendant lectioni, exhortationi et doctrinae, ut perfectus sit homo Dei et ad omne opus bonum instructus: fas est credere exitum optatis respondere posse et populum acceptabilem sectatorem bonorum operum facile extiturum.

§ 6. Verum satis experientia compertum est imparem esse solius parochi laborem, cum nequeat unus omnes instruere, ubi doctoris diligentiam numerus vincit. Quoties tamen Episcopus toto animo ac studio in ecclesiam sibi commissam incumbat, numquam necessariis et opportunis destituetur auxiliis. *Semper enim invenias qui tonsura initiari qui per minorem qui per ss. Ordinum gradus ad sacerdotii* fastigium promoveri qui deinque ad ecclesiastica beneficia viam sibi munire studeant. Gravissimis idcirco verbis (et verbis facta respondeant) affirmet Episcopus nunquam se facturum, ut tonsura inauguret grandiores aetate aut minores; praesertim vero majores ordines iis conferat qui in tradenda christiana doctrina operam suam parochis commodare neglexerint. Hunc porro clericorum numerum idem Episcopus in singulas suae civitatis et dioecesis parochias apte distribuat et eorum aliquos determinatae ecclesiae adscribat. Denunciet praeterea ac fidem praestet in conferendo parochiarum et aliorum beneficiorum jure plurimum apud se ponderis et momenti habiturum studium et diligentiam in hoc opus a clericis collatam; atque ita re ipsa constabit, non rectori tantum impositum esse docendi munus sed plures illi praesto esse, ut omnes officii sui numeros cumulate implere possit.

§ 7. His accedit ss. apostolicis constitutionibus et septima praesertim fel. rec. Leonis X. Praedecessoris Nostri edita in Concilio Lateranensi saluberrime cautum fuisse ut tam ludimagistri*) discipulos suos quam piae foeminae puellas instituentes, sana et incorrupta doctrina (Episcopo id potissimum urgente) tamquam pabulo vitae nutriant et confirment. Constat etiam ipsum Episcopum posse ac debere sacris oratoribus quam diligentissime commendare, ut pro concione in parentum aures animosque ingerant sua interesse mysteriis nostrae religionis susceptam prolem imbuere; et si ad id minus idonei fuerint, filios in ecclesiam adduci oportere in qua Divinae legis praecepta explicantur. Pluribus ibidem in locis pia ac laudabilis et ubi non sit recepta inducenda consuetudo invaluit, ut parocho idem munus persequenti auxilium fuerant laici tum viri tum mulieres, in christiana institutione veluti adjutricem operam navantes qui audiunt pueros ac puellas orationem dominicam, angelicam salutationem symbolam apostolorum aliaque id genus memoriter pronunciantes. Alibi quoque sodalitia**) erecta sunt, quorum cura in explicanda christianae religionis disciplina versatur et quorum institutum nedum meritis laudibus cumulat s. mem. Pius V. in sua constitutione *Ex debito*,**) sed in omnibus etiam dioecesibus propagari enixe exoscit. Quae quidem omnia in unum collecta si sedulo perpendantur certum omnibus atque exploratum erit ubi multa sit messis, paucos nequaquam esse operarios nec eos deesse qui parvulis panem petentibus frangant.

§ 8. Sed quia compertum est non solum adulescentulos illosque, qui confirmata sunt jam aetate, in divinarum rerum ignoratione versari sed etiam viros ipsosque senes salutaris doctrinae esse omnino expertes vel quia

*) Vd. *Doctrina chr.* (obligat. magistri laici).
**) Vd. *p. 1470. n. 1.*

numquam illam perceperunt vel quia jamdiu perceptam paulatim delevit oblivio, huic etiam malo provida Episcoporum occurret vigilantia si operis sui vicarios cogent quae parata sunt remedia sedulo adhibere.

§ 9. Ut autem ab iis, qui in prima sunt aetate, sermo instituatur, ad s. eucharistiam et confirmationem admitti plures postulant: pauci enim eniam hanc voluntatem ac fere impatiens studium non praeseferunt. Moneat igitur Episcopus parochos, eisque districte percipiat, ne quis eorum s. sacramentum administret et schedulam, ut ajunt, confirmationis iis tradat, qui graviora fidei et doctrinae capita et sacramenti virtutem et vim ignorent, vel quia parum in hoc tirocinio profecerint, vel quia ea neglexerint audire, quae ad hujusmodi sacramenta pie riteque suscipienda statis temporibus tradita sunt. Hoc sane pacto primae aetati satis videri potest consultum.

§ 10. Si vero loquamur de adolescentia, quoniam unusquisque proprium donum habet ex Deo, usu satis constat, alios ecclesiasticae, alios vero saecularis vitae rationem inire. De primo hominum genere verba jam fecimus, cum de iis ageremus, qui ordinibus initiari volunt. Id unum addi posse videtur, rem fore magni commodi multaeque utilitatis plenam, si qui se sistunt examini, eos praesul potissimum interroget de iis, quibus christiani hominis scientia continetur. Etenim magistra rerum experientia edocuit, ex his aliquos, tametsi latini sermonis nitore et elegantia exultos, in scientiarum curriculo liberaliter institutos et quae ad ordines pertinent apprime callentes, de doctrina tamen christiana percunctanti parum aut nihil apposite respondere.

§ 11. Si autem ad eos, qui in saeculo degunt, mentis aciem convertimus, palam fit, illos ut plurimum sacri conjugii foedera inire. Verum cum matrimonio jungendi non sint, si parochus ut debet prius interrogando deprehenderit, marem seu foeminam, quae ad salutem necessaria sunt, ignorare; vix tantae ac tam luctuosae ignorantiae locum relinquet Episcopus, qui pastores animarum admoneat officii sui et huic si desint, negligentiae repetat poenas.

§ 12. Omnes deinque omnium aetatum atque ordinum homines solent identidem sordes animae poenitentiae sacramento detergere. Curabit itaque Episcopus ut sacerdos excipiens confessiones, fixum illud immotumque animo semper habeat, invalidam esse absolutionem sacramentalem, quam quis ignoranti res necessarias necessitate medii impertitur, nec posse homines Deo per hujusmodi sacramentum reconciliari, nisi prius excussa hujus ignorantiae caligine ad agnitionem fidei educantur. Sedulo etiam animadvertet confessarius, in alind tempus rejiciendam esse absolutionem illius, qui necessaria necessitate praecepti suo vitio nescit; et eo quandoque casu poenitentem absolvi posse, quo se vincibilis hujus ignorantiae reum agnoscat et accuset; ac intime dolens, tum a Deo veniam precetur, tum confessario serio promittat, operam se impense daturum, qua divinae gratiae praesidio discat etiam necessaria necessitate praecepti.

§ 13. Hanc profecto christiani populi instituendi rationem si pastores sibi proposuerint, si eorum consilia, labores et studia ad propositam methodum duxerint referenda, sperare fas est, fide et opere gregem ita in dies profecturum, ut coaedificetur in habitaculum Dei in Spiritu s. At vero cum maximi momenti ea res sit nullaque alia ad Dei gloriam et ad animarum salutem utilius instituta, mirari nemo debet, quod plurima passim objiciantur impedimenta.

§ 14. Sitae quandoque sunt in agro parvae humilesque ecclesiae, aliae parochiali proximae, aliae vero longo intervallo disjunctae, ad quas diebus festis patresfamilias una cum liberis accedunt, sacerdotem sacris operantem audituri; ex quo fit, ut suae parochiae nunquam fere intersint, nec ullum de mysteriis fidei, de praeceptis, de sacramentis verbum accipiant. Episcopus huic malo occurret suamque objiciet auctoritatem. Et primo quidem *quoad parvas ecclesias parochiali proximas* expressa lege caveatur, ne quis antea Sacrificium faciat, quam parochus missam celebraverit, sermonem habuerit, caeterasque sui muneris partes absolverit. Hoc enim pacto ecclesia parochialis confluentium parochianorum numero celebrabitur. *Quo vero ad parvas ecclesias a parochiali longe sepositas*, cum difficile admodum sit, parochianos ob locorum distantiam, longum iter atque asperum hyemali praesertim tempore, cum pluviae inundant, parochialem adire ibique divinis officiis interesse, relicta ecclesia proximiore: decernat Episcopus, gravibus etiam statutis poenis, quod sacerdotes

ibi operantes christianae doctrinae summam populo tradant divinamque legem annuncient. Monendus tamen est parochus, ne alienae operae nimium tribuat, sed videat ipse, quo loco res sint, cum pueri ss. Sacramentum confirmationis, alii vero matrimonii sibi administrari exposcant.

§ 15. *Praeterea sua etiam urbes habent impedimenta.* Saepe enim contingit, in aliis ecclesiis ac praesertim regularium, solemni ritu magnaque populi frequentia, festum aliquem diem celebrari: ideoque si in ecclesia parocchiali, summo mane ant statim a prandio catechismus habeatur ant nemo aut pauci admodum sunt, qui eidem catechismo intersint, quique praescriptas horas non causentur. Sin vero captentur horae civitatis commodo magis appositae, nsu compertum est, populum ad ecclesiam confluere, in qua festus dies agitur et celebritate pompae illectum, doctrinam christianam non sine gravi animae detrimento deserere.

In hoc articulo quia certa et communis regula praescribi non potest, id totum relictum esse volumus prudentiae vigilis ecclesiae Antistitis, qui attenta loci, temporis, personarum qualitate expensisque rerum omnium momentis, ita studeat solemnis diei celebritatem cum doctrina christiana componere, ne alteri altera sit impedimento. Quod si Regulares et Exempti contradixerint et sanctum hoc doctrinae opus, licet ab Episcopis prius admoniti, suis functionibus perturbare praesumpserint, nostram locorum Ordinariis auctoritatem, qua potimur in exemptos, pollicemur, nec alia pontificiae vigilantiae deerunt remedia, ne parochiales ecclesiae debitis fraudentur obsequiis.

§ 16. Plurimum quoque ad christiani populi institutionem conferre poterit, *si visitatores eligantur quorum alii civitatem, alii dioecesim lustrantes, omnia sedulo inquirant,* ut certior factus Episcopus, pro meritis cujusque pastoris aut praemia decernat aut poenas.

§ 17. Clementis PP. VIII. aliorumque praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes hortamur in domino et enixe commendamus in doctrina christiana tradenda adhibere libellum de Clementis ejusdem mandato a Cardinali Bellarmino conscriptum, mox in depntata Congregatione diligenter examinatum et approbatum; ac denique ab eodem Clemente in lucem eo saluberrimo consilio edi jussum, *ut unus deinceps idemque modus* in docendo christianam doctrinam ab omnibus teneretur. Nihil hac uniformitate optabilius nihil ad praecavendos qui in multiplicem catechismorum varietatem irrepere possent errores, conducibilius atque opportunius. Sicnbi vero contiugat, ob pecculiares regionum necessitates, alium quempiam adbiberi forte libellum, sedulo invigilandum erit, ne quid ille contineat, ne quid in eum unquam inducatur a catholica veritate absonum. Curandum insuper, ut in eo fidei dogmata clare et dilucide sint explicata, addictis si quae desunt necessariis ac sublatis quae redundant. *Brevis enim et univoca docendi methodus multum prodesse solet ad faciliorem interrogationem, cum quis periculum facit progressus puerorum.*

§ 18. Complectatur liber hujusmodi etiam fidei, spei et charitatis actus, quos recte scienterque compositos esse, minime dubitandum. Sed si alter res se habeat, castigati emendato praelo donentur. Actus praedicti paucis potius quam multis verbis efferri gaudent, dum illis tamen tota vis et natura virtutis explicetur. Et quia christianam religionem profitentur maxime necessaria est consuetudo et excercitatio saepius eliciendi dictos actus, idcirco ne illorum usus cirumscribatur angustis finibus et exiguo numero a quibusdam singulis annis praefinito; *Episcopus* suae non minus quam alienae salutis studiosus *provide statuat ut in parochiis tum urbis tum dioecesis rectores animarum, post missam festo die celebratam, statim ante aram provoluti, clara et intelligibili voce dictos virtutum actus eliciant et praeire satagant populo, verba ab ipsis prolata devote reddituro.* Hoc enim pacto fideles sensim illos memoriae mandabnnt et asuescent nedum festis sed aliis etiam diebus in hac pia exercitatione versari.

§ 19. Saluberrimas has erudiendi gregis rationes quas vobis venerabiles fratres, per haec apostolica scripta notas esse volumus, quisque vestrum facile intelligit, consonas esse »monitis nostris pastoralibus praelo jam demandatis, cum sponsam nostram Bononiensem ecclesiam paterna charitate cominus amplecteremur; illasque praeterea ex pontificiis constitutionibus haustas esse et spectabilium Antistitum testimonio et exemplo comprobatas. Quia vero maximam inde utilitatem proficisci experimento cognovimus, quo majori possumus studio vos hortamur

et admonemus ac per viscera misericordiae Dei nostri enixe obtestamur ut pro injuncto vobis pastoralis ministerii debito, praemissorum executioni strenuo constantique animo incumbatis: sedulo recogitantes, quidquid laboris studii ac vigilantiae in hunc scopum collatum fuerit, Deum omnium bonorum datorem uberi mercede retributurum: et apostolicam benedictionem ex animo vobis impertimur.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die VII. Febr. 1742.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 110. Ed. Romana.)

Encyclicae Literae ad Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos Italiae, quibus hortantur, ut veteribus nova superaddant pastoralis sollicitudinis studia, ut Christifideles in rudimentis fidei instituantur et erudiantur.

Benedictus PP. XIV.

Venerabilis Frater.

Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Cum Religiosi aeque ac divini cultus promovendi studiosi viri ad Nos detulerint optimum fore si Nostris s. Joannis in Laterano, s. Petri in Vaticano et s. Mariae Majoris patriarchalibus basilicis certi constituerentur ministri, ad eos instruendos qui a dataria apostolica in praefatas tres basilicas ablegantur, ut sibi sese exerceant iis servilibus operibus, quae ipsis imponuntur obennda perficiendaque antequam iisdem concedatur matrimonialis impedimenti relaxatio, ad quam consequendam Romam advenere: eo autem hujusmodi institutionem dirigendam esse, ut rite utiliterque possent homines illi sacramentali poenitentia abstergi et altaris sacramento digne fieri participes, quae duo praeter sacram ad 7 ecclesias peregrinationem sanctarumque scalarum ascensum ab ipsis exposcit dataria: cumque ea de re opportuna ediderimus mandata, veluti perspicuum sit ex Nostris literis encyclicis ad Cardinales praefatarum basilicarum Archipresbyteros datis 15. cal. Febr. labentis anni, nobisque exinde certo constiterit, quanto zelo nonnulli ex Canonicis aliisque ecclesiasticis viris praefatarum basilicarum momentoso operi manum admovere, alacri semper animo sollicitam mandatorum Nostrorum executionem urgentes gaudio quodam plane singulari perfundi Nos sensimus; totoque animo debitas summo bonorum omnium auctori Deo gratias persolvimus.

§ 1. Haud tamen expleri animus gaudio potuit, cum subinde relatum ad Nos fuerit hujusmodi homines, dum sacris instructionibus ad confessionem sacramque communionem parantur detegi saepe saepius mysteriorum fidei atque eorum etiam *quae necessitate medii* noscenda sunt ignaros, ideoque tales, qui Sacramentorum nequeant fieri participes. Cui quidem maximo malo quamvis memorati ministri opportuna non negligant remedia adhibere assiduis institutionibus: exinde tamen non sit, quin praeter sollicitudinem et laborem quem evangelici illi operarii agnoscunt sibi necessario subeundum, quemque lubenti animo perferunt, idipsum moerore quodam non afficiat dispensationem exposcentes expectantesque qui cum paupertate vexentur suisque manibus sibi victum quaeritent, quam citissime cupiunt urbe excedere, in patrias reverti suas optatoque sede jungere matrimonio cujus causa iter arripuerunt publicaeque nec levis poenitentiae incommoda non detrectarunt.

§ 2. Pontificatus Nostri initio encyclicas literas dedimus, quibus venerabilium fratrum Nostrorum zelo stimulas veluti addidimus ut quae christianae doctrinae sunt rudimenta et praecepta, in sua quisque dioecesi explananda curaret et addiscenda. Dioecesanas eorum synodos legimus vetustiores ac recentiores; novimus eas instructionibus et adhortationibus plane refertas nihilque in iis desiderari, quod ad gravissimum christianae doctrinae tradendae opus perficiendum conducere videatur. Quapropter ex animo affirmamus, persuasum nobis esse inter ipsos reperiri plane neminem qui apostolico sibi concredito muneri hac in re defuerit et ignorantiam in qua versari nonnullos ex suis dioecesanis compertum est, haud quidem ipsis culpae vel negligentiae vertendam sed repetendam plane vel ex eorumdemmet subditorum pervicacia qua neglectis superiorum mandatis christianae doctrinae institutiones refugerunt et ad exaudiendum Dei verbum pro concione explanatum raro vel fortasse nunquam convenerunt; vel saltum ex hebeti nonnullorum ingenio in iis addiscendis, quae docentur, vel denique ex quo christianae doctrinae rudimenta primis aetatis suae annis exceperint, ubi vero aetate illa excessere,

nihil exinde fuerint solliciti ad ea loca accedere ubi percommode ac fructuosius fortasse etiam potuisseut obfirmata aetate percipere, quae ipsis puerulis fuerunt tradita, adeo ut hi paulatim redigantur ad conditionem ei omnino similem in qua observantur quicumque nec prima aetate edocti nec christianae doctrinae institutionibus unquam interfuerunt. Iucommoda haec quidem sunt quae quamvis obveneriut obveniantque fortasse curis omuibus per venerabiles fratres Nostros adhibitis, non exiude tameu Nos levant onere encyclicis hisce litteris eorum zelum iterato excitaudi, nec ipsi propterea eximuntur, quiu studia sollicitudinesque eo semper majores conferre debeant in id unde coucreditarum sibi auimarum sempiterna salus pendere dignoscitur.

§ 3. Nemiuem fortasse reperire erit inter iuter vos, venerabiles fratres, cuiperspectum penitus uon sit, *quanta peregerit s. Carolus Borromaeus* tum iu ampla sua dioecesi Mediolanensi tum in universa provincia cui praeerat Metropolitauus ut proficuam tratendae christianae doctrinae methodum coustitueret; quautosque pertulerit labores ut religiosum hoc institutum firmiter constabiliret: cumque animadvertisset, non eum cepisse ex tot laboribus fructum quem exoptabat haud despondit animum; sed veteribus novas superaddidit curas et sollicitudiues quemadmodum depreheuditur ex quiuta Mediolanensi synodo: »Nos multam hacteuus diligeutiam adhibuimus, ut omues et singuli christifideles in fidei christianae rudimeutorum iustitutione erudireutur; sed cum parum Nos hucusque profecisse tanta in re coguoverimus, negotii periculique maguitudiue adducti, haec praeterea decernimus.« Satis namque fuit SS. Praesuli perspectam fieri vigeutem indigeutiam, ut iterum manum operi admoveret curas curis accummulaudo, parvipensis omnibus quae satis multa eo usque peregerat; ad eum plane modum quo Assyriorum rex satis habuit, delatum ad se fuisse ignorare geutes praecepta Dei: »Nunciatumque est regi Assyriorum edictum: gentes quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariae ignorant legitima Dei terrae,« ut statim illo mitteret sacerdotem, qui gentes illas Dei praecepta edoceret: »Praecepit autem rex Assyriorum dicens: ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos abduxistis et vadat et habitet cum eis et doceat eos legitima Dei terrae», quem admodum legitur *lib. 4. regum cap. 17.*

§ 4. Nos itaque s. Caroli Borromaei exemplum pro oculis habentes, quamvis omne hacteuus studium impeuderitis atque sedulitatem, hortamur adhuc rogantes vos per Jesu Christi viscera ne in tanto opere tradendi christianae fidei rudimenta animum despoudeatis. *Hoc agite ut parochorum quisque,* quae Sacro Trid. Concilio, quae vestris synodalibus statutis jubentur sedulo exequatur: ut statis diebus scholarum *magistri et magistrae* doctriuam tradant christiauam, ut *confessarii* quae muneris sui sunt impleaut quoties quisquam se ipsorum tribunali sistit, ignoraus *quae necessitate medii* sunt ad salutem uecessaria; id ispumque praesteut et parochi antequam spousos matrimonio coujugat: Patresfamilias atque domorum Heri serio moneautur de imposita sibi obligatione erudieudi per se erudiendosque curaudi christianae doctrinae praeceptis filios suosque familiares; quibusque in dioecesibus receptus est, servetur cureturque recipieudus, ubi hacteuus uon obtinuit, usus juxta quem aute vel post parochialem missam elata voce per ipsummet parochum recitantur fidei, spei et charitatis actus recte compositi populo iuterim parochi verba iteraute. Nec etiam negligatur incumbens parocho onus quo festis diebus, nisi coucionem ad populum habere certe quidem ex altari evaugelium ei explauare ipsumque praecipua s. religionis Nostrae mysteria, Dei praecepta et ecclesiae ac quidquid demum opus est, ut Sacramentorum digne particeps fiat edocere tenetur. Vestigia haec sectentur quoque Coucionatores, quibus salutare illud iteretur monitum, ut adhortatioubus iustitutiones adjungaut, quaudoquidem utrisque indigeut auditores. *Denique quaenam sit optima methodus in rudibus hominibus christiana doctrina erudiendis,* indigitatur a s. Augustino iu libro *de catechizandis rudibus cap. 10.,* ubi inquit, proficuam prae caeteris eam esse, qua post explauatiouem familiares instituantur interrogationes; ex familiari quippe interrogatione compertum sit, an quae quisque audivit, mente perceperit, vel au potius iterata explanatioue opus sit, ut alieno captui res subjiciatur: »interrogatione quaerendum est, utrum is, qui catechizatur, intelligat; et agendum pro ejus responsione, ut aut plauius et enodatius loquamur, aut quae illis nota sunt, non explicamus latius etc. Quod si nimis tardus est, misericorditer succurendus est breviterque ea, quae maxime necessaria unt, ipsi potissimum inculcanda.« Illud nobis persuasum est fore, ut louge plura ipsi persequamini, quam encyclicis hisce literis Nostris vobis indigitamus. Interim vobis Venerabiles Fratres coucreditoque sollicitudini vestrae gregi apostolicam benedictionem impertimur.

Datum ex arce Castri Gandulphi die 26. Junii 1754. (Ibid. t. IV. p. 131.)

Literae SSmi D. N.
LEONIS PAPAE XIII.
ad Emum Cardinalem Monaco La Valletta Vicarium Generalem Romae.

Tot inter solaminis atque laetitiae argumenta, quibus ab exordio Pontificatus Nostri aucti sumus ex indubiis studii atque observantiae indiciis, quae prorsus ex omui mundi regione ad Nos pervenerunt, amaritudines haud defuerunt graves, ob generalia ecclesiae adjuncta, quae ubique terrarum infando laborat odio atque ob ea omnia, quae Romae oculis conspicimus Nostris, ubi catholicismi centrum augustaque Christi Vicarii sedes reperitur. Hic plena scribendi licentia atque ephemerides fidem sophismate contemptuque insectantur, sacra ecclesiae jura oppugnant auctoritatemque imminuunt; hic protestantium templa societatum biblicarum sumptibus exstructa etiam ubi numerosior adest populus, quasi ad illudendum; hic adsunt scholae, asyla, hospitia incautae iuventuti reserata, eo consilio ut infensam ecclesiae Christi atque religioni effingant generationem; dum publice autument, se velle mentis culturae consulere atque juventutis ejusdem utilitati prospicere. Omniaque haec quasi satis non essent, opera illorum, qui bono civitatis sedulam navare operam teneutur, decreto nuperrimo e municipii scholis catholicus ejicitur catechismus. Decretum, vituperio dignum, haeresiae atque incredulitati debacchanti obicem subtrahit viamque novo exterae invasionis generi sternit, eo iufensius antiquo, quod magis directe fidei thesaurum fructusque ejusdem saluberrimos e Romanorum corde abripere conatur. Moerore gravi Nos angit novum in religionem populique nostri pietatem ausum suadetque de tristi themate litteras tibi dare, Eme Domine, qui nostras in spiritualibus Romae vices adimples,

ut coram Deo et homiuibus alte quaerimonias tollamus nostras. Et primum nostri ministerii pastoralis gratia, opus est ut in cujuslibet catholici meutem gravissimum revocemus onus quod tum diviua cum naturali lege eidem iucumbit prolem supernaturalibus fidei veritatibus imbuendi ac debitum quo in catholica civitate premuntur, ut rem faciliorem expeditioremque reddaut, qui summa rerum potiuntur. Dum vero religionis nomine voces attollimus nostras ad sacra ejusdem jura protuenda, volumus etiam ut cuilibet innotescat quantum societatis bonum adversetur insanum ejusmodi cousilium.

Equidem ratio fugit quae decretum suavit, ni illa sit irrationalis periculique plena, quoad religiouem, iudifferentia, qua id temporis populos enutriri praesumitur. Ratio sensusque naturalis homines usque adhuc posthabere edocuerant quidquid in praxi bonum haud praesetulerit aut quod mutatis rerum conditionibus inutile factum fuisset. Quis at vero evincere poterit catechismum haud maximum praesetulisse bonum? Tribuendum nonne est religiosae institutioni si mundus reuovatus est, si mutuae inter homines consuetudines humaniores effectae sint, si moralis sensus exquisitior evaserit, si conscientia religione exculta excessus cohibet, injustitiam respuit fidelesque populos aliis auteponit? Forsan quis dicere audeat inutilem aut noxium sociales conditiones aetatis nostrae catechismum reddidisse? Verumtamen populorum saluti atque prosperitati nunquam datum fuit tutelam reperire extra veritatem et justitiam, quarum maxime praesens indiget societas, quibusque sarta tectaque jura sua catechismus protuetur. Fructuum proinde jam perceptorum gratia atque illorum quos futuros speramus ex hac religiosa institutione nedum projici sed enixis viribus provehenda eadem foret.

Idque juvenum iudoles temporisque adjuncta in quo vivimus repetunt. Neque euim in puerum renovare licet Salomouis judicium, eumdemque irratiouabiliter ac iuhumaniter in medium dividere quoad ejus intelligentiam ac voluntatem; eoquod dum prima excolitur, ad consequendos virtuosos habitus, ultimumque finem insectandum secunda dirigi debet. Ille qui totis viribus mentem excolit, posthabens voluntatem, id consequitur, ut instructio perniciosus fiat gladius apud improbos. Mentis est argumentum, quod male-

nihil exinde fuerint solliciti ad ea loca accedere ubi percommode ac fructuosius fortasse etiam potuissent obfirmata aetate percipere, quae ipsis puerulis fuerunt tradita, adeo ut hi paulatim rediganturad conditionem ei omnino similem in qua observantur quicumque nec prima aetate edocti nec christianae doctrinae institutionibus unquam interfuerunt. Incommoda haec quidem sunt quae quamvis obvenerint obveniantque fortasse curis omnibus per venerabiles fratres Nostros adhibitis, non exinde tamen Nos levant onere encyclicis hisce litteris eorum zelum iterato excitandi, nec ipsi propterea eximuntur, quin studia sollicitudinesque eo semper majores conferre debeant in id unde concreditarum sibi animarum sempiterna salus pendere dignoscitur.

§ 3. Neminem fortasse reperire erit inter inter vos, venerabiles fratres, cuiperspectum penitus non sit, *quanta peregerit s. Carolus Borromaeus* tum in ampla sua dioecesi Mediolanensi tum in universa provincia cui praeerat Metropolitanus ut proficuam tratendae christianae doctrinae methodum constitueret; quantosque pertulerit labores ut religiosum hoc institutum firmiter constabiliret: cumque animadvertisset, non eum cepisse ex tot laboribus fructum quem exoptabat haud despondit animum; sed veteribus novas superaddidit curas et sollicitudines quemadmodum deprehenditur ex quinta Mediolanensi synodo: »Nos multam hactenus diligentiam adhibuimus, ut omnes et singuli christifideles in fidei christianae rudimentorum institutione erudirentur; sed cum parum Nos hucusque profecisse tanta in re cognoverimus, negotii periculique magnitudine adducti, haec praeterea decernimus.« Satis namque fuit SS. Praesuli perspectam fieri vigentem indigentiam, ut iterum manum operi admoveret curas curis accummulando, parvipensis omnibus quae satis multa eo usque peregerat; ad eum plane modum quo Assyriorum rex satis habuit, delatum ad se fuisse ignorare gentes praecepta Dei: »Nunciatumque est regi Assyriorum edictum: gentes quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariae ignorant legitima Dei terrae,« ut statim illo mitteret sacerdotem, qui gentes illas Dei praecepta edoceret: »Praecepit autem rex Assyriorum dicens: ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos abduxistis et vadat et habitet cum eis et doceat eos legitima Dei terrae», quem admodum legitur *lib. 4. regum cap. 17.*

§ 4. Nos itaque s. Caroli Borromaei exemplum pro oculis habentes, quamvis omne hactenus studium impenderitis atque sedulitatem, hortamur adhuc rogantes vos per Jesu Christi viscera ne in tanto opere tradendi christianae fidei rudimenta animum despondeatis. *Hoc agite ut parochorum quisque,* quae Sacro Trid. Concilio, quae vestris synodalibus statutis jubentur sedulo exequatur: ut statis diebus scholarum *magistri et magistrae* doctrinam tradant christianam, ut *confessarii* quae muneris sui sunt impleant quoties quisquam se ipsorum tribunali sistit, ignorans *quae necessitate medii* sunt ad salutem necessaria; id ispumque praestent et parochi antequam sponsos matrimonio conjungant: Patresfamilias atque domorum Heri serio moneantur de imposita sibi obligatione erudiendi per se erudiendosque curandi christianae doctrinae praeceptis filios suosque familiares; quibusque in dioecesibus receptus est, servetur cureturque recipiendus, ubi hactenus non obtinuit, usus juxta quem ante vel post parochialem missam elata voce per ipsummet parochum recitantur fidei, spei et charitatis actus recte compositi populo interim parochi verba iterante. Nec etiam negligatur incumbens parocho onus quo festis diebus, nisi concionem ad populum habere certe quidem ex altari evangelium ei explanare ipsumque praecipua s. religionis Nostrae mysteria, Dei praecepta et ecclesiae ac quidquid demum opus est, ut Sacramentorum digne particeps fiat edocere tenetur. Vestigia haec sectentur quoque Concionatores, quibus salutare illud iteretur monitum, ut adhortationibus institutiones adjungant, quandoquidem utrisque indigent auditores. *Denique quaenam sit optima methodus in rudibus hominibus christiana doctrina erudiendis*, indigatur a s. Augustino in libro *de catechizandis rudibus cap. 10.*, ubi inquit, proficuam prae caeteris eam esse, qua post explanationem familiares instituantur interrogationes; ex familiari quippe interrogatione compertum sit, an quae quisque audivit, mente perceperit, vel an potius iterata explanatione opus sit, ut alieno captui res subjiciatur: »interrogatione quaerendum est, utrum is, qui catechizatur, intelligat; et agendum pro ejus responsione, ut aut planius et enodatius loquamur, aut quae illis nota sunt, non explicamus latius etc. Quod si nimis tardus est, misericorditer succurendus est breviterque ea, quae maxime necessaria unt, ipsi potissimum inculcanda.« Illud nobis persuasum est fore, ut longe plura ipsi persequamini, quam encyclicis hisce literis Nostris vobis indigitamus. Interim vobis Venerabiles Fratres concreditoque sollicitudini vestrae gregi apostolicam benedictionem impertimur.

Datum ex arce Castri Gandulphi die 26. Junii 1754. (Ibid. t. IV. p. 131.)

Literae SSmi D. N.
LEONIS PAPAE XIII.
ad Emum Cardinalem Monaco La Valletta Vicarium Generalem Romae.

Tot inter solaminis atque laetitiae argumenta, quibus ab exordio Pontificatus Nostri aucti sumus ex indubiis studii atque observantiae indiciis, quae prorsus ex omni mundi regione ad Nos pervenerunt, amaritudines haud defuerunt graves, ob generalia ecclesiae adjuncta, quae ubique terrarum infando laborat odio atque ob ea omnia, quae Romae oculis conspicimus Nostris, ubi catholicismi centrum augustaque Christi Vicarii sedes reperitur. Hic plena scribendi licentia atque ephemerides fidem sophismate contemptuque insectantur, sacra ecclesiae jura oppugnant auctoritatemque imminuunt; hic protestantium templa societatum biblicarum sumptibus exstructa etiam ubi numerosior adest populus, quasi ad illudendum; hic adsunt scholae, asyla, hospitia incautae inventuti reserata, eo consilio ut infensam ecclesiae Christi atque religioni effingant generationem; dum publice autument, se velle mentis culturae consulere atque juventutis ejusdem utilitati prospicere. Omniaque haec quasi satis non essent, opera illorum, qui bono civitatis sedulam navare operam tenentur, decreto nuperrimo e municipii scholis catholicus ejicitur catechismus. Decretum, vituperio dignum, haeresiae atque incredulitati debacchanti obicem subtrahit viamque novo exterae invasionis generi sternit, eo infensius antiquo, quod magis directe fidei thesaurum fructusque ejusdem saluberrimos e Romanorum corde abripere conatur. Moerore gravi Nos angit novum in religionem populique nostri pietatem ausum suadetque de tristi themate litteras tibi dare, Eme Domine, qui nostras in spiritualibus Romae vices adimples,

ut coram Deo et hominibus alte quaerimonias tollamus nostras. Et primum nostri ministerii pastoralis gratia, opus est ut in cujuslibet catholici mentem gravissimum revocemus onus quod tum divina cum naturali lege eidem incumbit prolem supernaturalibus fidei veritatibus imbuendi ac debitum quo in catholica civitate premuntur, ut rem faciliorem expeditioremque reddant, qui summa rerum potiuntur. Dum vero religionis nomine voces attollimus nostras ad sacra ejusdem jura protuenda, volumus etiam ut cuilibet innotescat quantum societatis bonum adversetur insanum ejusmodi consilium.

Equidem ratio fugit quae decretum suavit, ni illa sit irrationalis periculique plena, quoad religionem, indifferentia, qua id temporis populos enutriri praesumitur. Ratio sensusque naturalis homines usque adhuc posthabere edocuerant quidquid in praxi bonum haud praesetulerit aut quod mutatis rerum conditionibus inutile factum fuisset. Quis at vero evincere poterit catechismum haud maximum praesetulisse bonum? Tribuendum nonne est religiosae institutioni si mundus renovatus est, si mutuae inter homines consuetudines humaniores effectae sint, si moralis sensus exquisitior evaserit, si conscientia religione exculta excessus cohibet, injustitiam respuit fidelesque populos aliis anteponit? Forsan quis dicere audeat inutilem aut noxium sociales conditiones aetatis nostrae catechismum reddidisse? Verumtamen populorum saluti atque prosperitati nunquam datum fuit tutelam reperire extra veritatem et justitiam, quarum maxime praesens indiget societas, quibusque sarta tectaque jura sua catechismus protuetur. Fructuum proinde jam perceptorum gratia atque illorum quos futuros speramus ex hac religiosa institutione nedum projici sed enixis viribus provehenda eadem foret.

Idque juvenum indoles temporisque adjuncta in quo vivimus repetunt. Neque enim in puerum renovare licet Salomonis judicium, eumdemque irrationabiliter ac inhumaniter in medium dividere quoad ejus intelligentiam ac voluntatem; eoquod dum prima excolitur, ad consequendos virtuosos habitus, ultimumque finem insectandum secunda dirigi debet. Ille qui totis viribus mentem excolit, posthabens voluntatem, id consequitur, ut instructio perniciosus fiat gladius apud improbos. Mentis est argumentum, quod male-

volentiae atque potentiae saepe adjicitur, adversus quod nullum datur munimen.

Talique res splendore nitescit, ut pro vera etsi contradictionis pretio ab eisdem haberetur qui religionis documentum a scholis projici cupiunt, dum ad intellectum solummodo conamina haud dirigant, sed ad voluntatem quoque, satagentes ut *ethica* quam *civilem* appellant atque naturalem in scholis edoceatur curantesque ut juventus ad civilium et socialium virtutum acquisitionem dirigatur. Ast moralis ejusmodi philosophia nedum ad altiorem finem Divina bonitate constitutum in beatifica dei visione hominem ducere valet, sed impar quoque evadit ad hoc ut infantis animus ad veram instituatur virtutem et in recto constans tramite permanere queat; neque hominis justa implet desideria et studia, quoniam eodem tempore animal est religiosum atque sociale nullusque scientiae progressus abripere ex penitiori animo posset fidei religionisque radices. Cur ergo ad virtutem haud trahuntur juvenum corda catechismo catholico in quo modus perfectior et rectae educationis germina abdita reperiuntur? Suam agnoscit homo dignitatem per fidei institutionem; quae efficit ut omni in vero seipsum aliosque colat. Maximum vere est damnum quod ipsi qui catechismum exilio plectunt aut obliti sint aut considerare renuant quidquid per catechismum in pueritia didicerint. Aliter facili modo intelligerent quod infantem edocendo: illum e manibus Dei exiisse ceu amoris fructum quo libere a Deo auctus est; omnia quae conspiciuntur pro eo ordinata fuisse qui creationis Rex et Dominus dicitur; illumque ita esse nobilem et pretiosum, ut aeternus Dei Filius ad eumdem redimendum haud despexerit illius assumere carnem; frontem suam in baptismate Hominis-Dei madefieri sanguine; vitam illius spiritualem divini Agni carnibus ali; Spiritum sanctum in eo morantem ceu in proprio templo eidem infundere vitam virtutemque prorsus divinam; idem est ac ipsi validissima exhibere auxilia ut facilius tueatur atque virtuoso vitae genere gloriosam Filii Dei qualitatem exornet. Intelligerent etiam omnia excellentiora sperari posse a puero qui in catechismi schola didicerit sese constitui in visione et amore Dei ad altissimum finem; praemoneri ut incessanter in sui custodiam vigilet; confoveri auxiliis omnigenis ad bellum sibi paratum per infensissimos hostes; edoceri ad obedientiam et subjectionem, jam addiscendo sibi in parentibus colendam Patris coelestis esse imaginem et in principe auctoritatem quae a Deo originem suam essentiam et majestatem ducit; trahi ad reverendum in fratribus divinam imaginem quae sibimetipsi in frontem fulget et ad prospiciendum sub pauperis specie ipsum redemptorem; praepediri a dubiis ope catholici magisterii, quod suae infallibilitatis atque authenticitatis tutelam praesefert in sua divina origine, in facto prodigioso, quo in terris constitutum fuit et in salutarium fructuum copia quos affert. Tandem intelligerent catholicam moralem, quae punitionis timore, nec non certa spe electissimi praemii fulcitur, haud sortem sequi civilis ethicae; quam religiosae sufficere cuperent, neque unquam iniquum sequutos fuisse consilium quo generatio praesens maximis expers fit utilitatibus, cum catholicus catechismus e scholis ejectus fuit.

Et jure verbo *ejicere* usi sumus: quoniam prorsus ludificans fiat ratio inita religiosam exhibendi instructionem tantum pueris illis, quorum parentes id expresse petierint. Neque enim captu facile est, quomodo impii consilii auctores haud pensitaverint quo malo afficeretur sensu puer qui ratione ab aliis prorsus diversa religiosam instructionem agere prospiceret.

Puer cui omnino innotescere debent tum necessitas tum utilitas studii alicujus, ut opportune ad illud excitetur, quouam pacto se habebit erga institutionem pro qua auctoritas ipsa aut gelide aut hostiliter sese exhibet, quamque aegre patitur? Quod si aut animi improbitate aut ignorantia aut socordia adacti adfuerint parentes (quod difficile haud est) qui pro filiis religiosae non expoposcerint instructionis beneficium, saluberrimis documentis magna juvenum pars careret, maximo cum discrimine nedum animarum innocentium illorum, verum etiam civilis societatis ipsius. Reque ad extremum sic acta, nonne scholarum praesidibus onus incumberet sive improbitati sive alterius socordiae afferendi medelam?

Quum minoris quoque momenti expectarentur utilitates, lege instructio elementaris obligatoria reddita fuit, parentes multis adigendo ut filios ad scholas mitterent; quis nunc catholicae juventuti religiosam eripere audebit instructionem; quae ad vitam probe degendam uti prudentior tutela sese exhibet?

Nonne crudele est exigere ut pueri ejusmodi absque ulla religiouis notione crescaut, usque dum fervida processerit adolescentia, qua dimicare ipsi obstringantur violentas adversus illecebras, iuermes, omni expertes fraeno; ita ut per lubricas delicti semitas facile abducantur? Fera excruciatur sollicitudine paternum cor nostrum, quum lacrimabiles consilii istius perpendat exitus; graviorque noster fit dolor quum animo reputemus nunc validiores numerosioresque ad vitia omnigeua adesse blanditias. Probe, Eme Domiue, qui ob excelleus Vicarii Nostri munus, propius iu Deum atque in ecclesiam conspicere vales, bellum quod Romae fit, haud te latet, quiu longius immoremur, quot qualiaque sint, quibus obviam it juventus, perversionis discrimina. Doctrinae adsunt perniciosae adversus coustitutum ordiuem, violenta conamina in cujuslibet legitimae auctoritatis damnum, effroeuis immoralitas tandem quae remoto velamine, per mille gradiendo semitas, corda oculosque inficit.

Cum fides moresque taliter impetantur, facili modo quivis suasum habebit, opportunissimum temporis momentum electum fuisse, ad profligaudam e scholis religiosam educationem. Ejusmodi consiliis praesumitur forte populum effingere religione vacuum, dissolntum, ad vitam remeantem barbaram atque silvestrem loco populi Romani illius, qui ex Apostolorum tempore, fide inclaruit apud omnes orbis terrarum incolas, quique nostris hisce temporibus iutegritate atque religiosa morum cultura efferebatur? In medio vitam degens hujus populi, frande corrupti, sollerti, quonam pacto Christi Vicarius, omnium populorum Magister, supremam revereri aspiceret auctoritatem suam, angustamque Sedem digne retiuere valeret, aut sui pontificalis ministerii munere tranquille et cum honore fungi? Sic, Eme Domine, sese res habent inpraesentiarum talesque futuras praesentimus, ni Deus, in Sua pietate, hisce conaminibus sibi nefarie succedeutibus, terminum ponat.

Attamen dum Dei providentia, causis nobis imperviis, sinat nos ita probari; si rerum couditiones haud immutare licet, onere tamen premimur sedulam uavandi operam ut hae minus graves reddantur, damuaque leviora fiant. Oportet hinc nedum curam zelumque ingeminare parochos quoad catechismi instructionem, sed vacno quod alterius astutia efficitur, mediis novis et efficacibus jam supplendum est. Certi sumus, etiam ista occasione clerum Romanum haud sacri ministerii oneribns defuturum; quinimo operam daturum curis paternis, ut a periculis quae illius fidem moresque minitantur romanam semoveat juventutem. Pro certo etiam habemus, societates catholicas, quae modo hac in civitate cum religionis profectu florent, impigram collaturas operam eo consilio ut prepediatur, quominus civitas haec amittendo sacrum augustnmque religionis characterem, nec non privilegium quo civitas sancta appellatur, erroris victima centrumque incredulitatis evadat. Tuque, Eme Domine, qui prudens et tenax propositi vir es et ceuseris, cura ut oratoria et scholae augeantur; ubi in unum collecti juvenes instituantur quoad sanctissimam religionem catholicam, in qua singulari gratia Dei nati sunt. Fac, juxta cousuetudinem in aliqua ecclesia utiliter inolitam, ut virtuosi et benefici laici, unius aut plurium sacerdotum ductu, juvenes catechismum edoceant; et ut parentes per parochos ad mittendum inibi filios exorentur, dum iidem certiores fiant de ouere, quod omnes urgat exigendi ut in scholis suorum filiorum religiosa adsit eruditio. Religiosae ejusmodi instructiones adultis etiam maximae erunt utilitatis; quatenus in locis habeantur, qui aptiores habiti fuerint ad hoc ut vivax apud eos maneat, quo a pueritia imbuti fuere, salutare documentum. Nec umquam sacerdotum et laicorum pietatem excitare desinas, efficieus ut prae oculis habeant operis magnitudinem, merita quae erga Deum et Nos totamque societatem sibi comparare possint; notumque eisdem sit Nos siugulari existimatione prosequntnros laboriosiores.

Postremo haud Nos praeterit subsidiis materialibus quae necessitatibus imparia sunt opus esse ut rectius impleri valeat incoeptum. Quod si Nos, dum ex obulo vivimus fidelium, qui etiam rerum penuria divexantur hisce luctuosis temporibus, quantum cor nostrum dictitet elargiri nequibimus; quidquid vero peragere nobis licebit, haud probe omittemus ad mala, quae religiosa posthabita institutione puerum societatemque mauent, praecavenda.

Caeterum consiliis curisque nostris divini auxilii invocatio praemitti debet: quo deficiente frustranea optati finis omnis fit spes. Quamobrem te, Eme Domine, alloqnimur exorantes, ut popnlum romanum excites ad

fervidas Deo preces fundendas, hunc in finem ut nempe integram catholicae fidei lucem ille servare dignetur; quam obnubilare aut prorsus extinguere praesumunt haereticales sectae, quae nunc in honore suut, omnesque impietates insimul cospirantes ad hauc firmissimam evertendam petram, cui veluti scriptum legitur: *portae inferi non praevalebunt.* Romanorum pietas erga immaculatam Salvatoris Genitricem antiqua est, ast nunc, quum propius adsit discrimen, saepius ferventioribusque precibus eam iuvocent, quae serpentis caput omnesque haereses conterere valuit. Diebus autem quibus solemniter memoria Apostolorum Petri et Pauli celebratur, illorum Basilicas reverentes adeant adprecantes ut intercedere dignentur apud Deum pro civitate, quam proprio sanguine sanctificarunt, et in qua sacros reliquerunt cineres, quasi pignus perpetuae eorumdem protectionis. Coelestes Romae Patroui enixe per nos exorentur, qui aut sanguine aut ministerii apostolici operibus aut nobilibus exemplis firmiorem reddiderunt in cordibus patrum eam fidem quae nunc e filiorum pectore abripi vult; et Deus in sua pietate erga nos haud patietur suam religionem hominum scelestorum ludibrium fieri.

Excipe nunc, Eme Domine, quam ex poenitiori cordis Nostri tibi clero populoque amantissimo impertimur, apostolicam beuedictionem.

Ex Aedibus Vaticanis die 26. Junii 1878.

LEO PP. XIII.

6) Obligatio estne Canonicorum?

Vd. 1471. n. 2.

Episcopus P. prospicere cupiens religiosae instructioni commissi sibi gregis ac praesertim ruricolarum die 2. Augusti 1877 in s. Visitatione circulares literas edidit, quibus praecipiebatur ut populus doceretur circa rudimenta doctrinae christianae. Iu omuibus ecclesiis et oratoriis publicis, ait Autistes, in quibus celebratur missa iu diebus praecepti, tradatur catechismus. Post duas omissiones spatium trium mensium sacerdotes delinquentes illico suspeusi manebunt a celebratione missae per quiuque dies. Quum Antistes prospiceret decretum hujusmodi torqueri ad falsas interpretationes iterum jussit doctrinam tradi christianam iu quibuslibet ecclesiis aut oratoriis urbanis aut ruralibus, per dies festos post evangelium primae missae. Voluit autem ut in ecclesiis iu quibus plures dicerentur missae catechismus traderetur in prima et ultima missa; et ut delinquentes plecterentur *ipso facto* poena suspensionis a missa per tres dies. Declaravit tandem hac ordinatione obligare velle omnes dioeceseos sacerdotes cujuscumque gradus aut dignitatis, haud exceptis Vicariis Foraneis, Canonicis aut Dignitatibus. Huic decreto obedientiam abnuit Capitulum Cathedralis, quippe quod choralis officii ordinem turbaret: declaravitque sese iuterponere appelationem apud s. Concilii Congregationem, eo quod Autistes fines suae potestatis excesserit. Rectores quoque plurium confrateruitatum questi sunt hoc Decreto apud s. C. C. eo quod per illud quasi desertae mauserunt earumdem ecclesiae. Episcopus de more rogatus retulit exposita iu precibus a Canouicis non esse veritati conformia; confraternitates vero ita nunc procedere ut prorsus auctoritati Episcopi se subtrahant et de bouorum administratioue rationem amplius non reddant.

Observat itaque praeprimis Capituli patronus populum Dioecesis Q. adeo crassa et generali ignorautia in rebus religiouis haud laborare, ut necessaria scitu ad salutem prorsus ignoret imo ne se quidem signare sciat crucis signo ceu tradit Ordinarius. Quandoquidem ipse Episcopus, cum instructioui catechisticae interfuerit in ecclesia s. Augustini Civitatis apprime dignoverit, pueros ac puellas probe doctrinam christianam callere; adultos vero eam pernoscere cognovit, eo quia non admittuntur ad Sacramentum matrimonii, nisi receperiut a parocho attestatiouem episcopali Curiae exhibendam se esse in christiana catechesi iustructos. Id tantum notat defensor, eos doctrinam christiauam addiscere juxta methodum Veu. Card. Bellarmini prout in Italia communiter sit, non autem juxta methodum ab Episcopo traditam. Everso itaque fundamento episcopalis decreti ipsum decretum corruat necesse esse certat, cum instructio haec possit et debeat commode praestari a parochis aliisque personis ad parochialia deputatis, miuime vero a toto clero.

Paulisper at vero concesso, universum populum super fidei rudimeutis crassa iguorautia loborare, haud sequi urget universum clerum posse obligatioue devinci doctrinam christiano populo tradeudi. Canones uamque Ecclesiae et praecipue Coucilium Trident. iu *sess. 23. cap. 18. et sess. 24. cap. 7. de reform.* de instructione religiosa onerat praeter Episcopum parochos et alios sacerdotes ad parochialia deputatos, quorum exclusivum jus et onus in tali instructione insistere. Munus ergo episcopale esse colligit, parochos aliosque sacerdotes ad parochialia deputatos paterne atque efficaciter exhortari et quatenus id non sufficeret, etiam interminatis poenis adigere ad suum officium adimplendum. Et profecto urget parochorum multitudinem, sicut et aliorum sacerdotum ad munera parochialia exercenda deditorum talem esse in Dioecesi P. et praecipue in civitate Cathedrali atque in suburbiis, ut satis superque sit universi populi instructioni religiosae.

Quod si aliquando subdit, propter populi numerum parochi sufficientes reputantur pro hoc sancto opere explendo tunc minime adigeudi sunt simplices sacerdotes sed juxta constitutiouem Beuedicti XIV.: *Etsi minime**) diei 7. Februarii 1742 dautur eis coadjutores clerici magistri et magistrae scholarum aliique pii laici**) et sodalitates***) ad hoc institutae.

Unico tantum in casu prosequitur Episcopus alicui sacerdoti impouere ouus valet doctrinam christianam tradendi de quo loquitur Benedictus XIV. iu citata institutione dum videlicet missa diebus festis celebratur in ecclesiis ruralibus a parochiali longe dissitis, ue populus illis ecclesiis vicinus careat instructione catechismi. At cum uonnulli Episcopi confisi istius constitutionis auctoritate voluissent id muneris imponere sacerdotibus in quibuscumque ecclesiis celebrantibus et sub poena suspensionis, S. C. C. nou semel consulta, praesertim iu *Neritonensi diei 3. Decembris 1757* et *18. Februarii 1758* respondit: »*Sustineri edictum Episcopi quoad ecclesias rurales tantum, sublata poena suspensionis*«.

In themate autem agi edicit de obligatione tradendi doctrinam christianam ipsis Canouicis ecclesiae cathedralis imposita, qui propter potioritatem beneficii accedunt ad dignitates ut expresse habet Glossa in *cap. 11. de rescriptis in IV.* Idque praecipi nou in quavis ecclesia rurali a parochiali louge dissita et cum magna populi confluentia sed in ipsa ecclesia cathedrali nec numerositate populi aucta, sed bene deserta, in qua idem

*) Vd. *p. 1475.*
**) Vd. *p. 1487. n. 6.*
***) Vd. *p. 1470. n. 1.*

Episcopus aegre fert homilias habere ad populum, quia excepto clero vix unus aut alter de laicis solet conveuire.

Nec demum praeterit observare praefixam docendi catechesim methodum minime utilem adinveniri. Consulta siquidem hac de re S. C. Episcoporum et Regulariun. negotiis praeposita *die 16. Januarii 1590* sequentia decrevit: »*Non placet quod doctrina christiana legatur inter missarum solemnia sed ut cum sonitu campanulae congregentur pueri, post prandium ante vesperas et eam recitent per dialogum*«. Quod iu omuibus dioecesibus et iu hac alma urbe observari ait. Confidit propterea EE. PP. propositum primum dubium negativo responso dimissuros esse.

Confraternitatum vero Priores primum queruntur de iis, quae apud S. C. C. contra easdem retulerat Episcopus profitentes sodales omues sinceros esse catholicos atque in omnibus regulam observare proprii instituti, morem jugiter Episcopi praeceptis gessisse, ratiouem de bonorum administratione reddere coactos esse concilio vulgo *delle opere pie*, ceu lex quae adhuc viget in Neapolitauo regno demandabat. Deiu quaestiouem aggredientes referunt edita decreta potius esse damnosa quam incolis utilia; quandoquidem plures abstinent a satisfacieudo domiuicali praecepto, eam praecipue ob ratiouem ob quam etiam ipsae confraternitates amplius capellanum adinvenire non valeut. Cum igitur concludunt lex uon in destructiouem sed iu aedificationem ferri debeat, cumque in damuum animarum et sodalitiorum vertant lata ab Episcopo decreta prono veluti alveo fluit eorumdem capellauos haudquaquam obligari posse lectioni doctrinae christianae quaudo pro confratribus una simul congregatis missam celebrare debent.

Hucusque dictis a partibus actricibus obstitit Episcopus, qui ignorantiam iu fidei rudimentis in populo illius dioecesis esse rursum commemorat ob parochorum ignaviam paucis exceptis in uegligeudo plures per auuos sacrae catechesis atque ipsius evangelii explanationem; atque subdit suae curae pastoralis fuisse subinde efficacia remedia adhibere ad tantum malum aversaudum. Methodum autem ab ipso praeelectam perutilem esse, uedum comprobat facto aliarum dioecesum sed et experientia usque huc iu dioecesi P. servata. Populus namque atteute dictae explicationi adsistit ceu capellaui confraternitatum una echo testantur.

Episcopum autem presbyteros quoscumque compellere posse ad sacram catechesim tradendam etiam in missae celebratione scatere edicit ex synodo romana anno 1725 celebrata *tit. 1. cap. 5.* Apprime enim interest Episcoporum christifideles instrui in fidei rudimentis, ad quod saepenumero opera Episcopi et parochorum impar est.

Omnem sed vero hac super re amaritudinem tolli subdit si attendatur sapientissimum responsum a S. C. C. editum in *Civitatis Castellanae 25. Septembris 1762 dub. 2. relat. a Zamboni in sua Collect. verb. Canonici § 6. num. 86.* ibi: Canonici collegiatae ecclesiae terrae Stabiae primam missam sub aurora celebrantes principaliora fidei mysteria edocere ita ut decretum ab Episcopo occasione visitationis editum sustineri debeat teneantur. Nec secus decretum quoad religiosos viros adinvenitur in *Ugentina Visitatione SS. LL. diei 2. Martii 1861.* Agebatur inibi de praecepto facto in synodo dioecesana docendi christianam doctrinam *in diebus dominicis aliisque festis de praecepto in prima missa, in omnibus ecclesiis et publicis oratoriis post evangelium clara et intelligibili voce sacerdote verbo ad verbum praeveniente et populo comitante.* Porro cum tali mandato minime adstringi Regulares portendissent, utpote ab Episcopi jurisdictione exempti: hinc ventilata fuerunt sequentia dubia:

An Regulares teneantur statutum de quo agitur servare in suis ecclesiis, ex vi legis synodalis in casu?

Et quatenus negative,

II. *An cogi ad id possint ab Episcopo uti delegato Sedis apostolicae in casu?*

Quibus consultissimum datum fuit responsum

Ad I. et II.: *In proposito casu servetur mandatum Episcopi.* Quod si nulla poena recitata in Synodo contra latum praeceptum negligentes statuta fuerat, ex hoc tamen haud moderanda lata ab ipso edicta propugnat. Siquidem in arbitrio legislatoris est sanctionem legi imponere, et hoc ipso peregit ne de facili latum contemneretur decretum utens certo mitiori poena quam ipse Benedictus XIII. inculcat in recitata synodo Romana.

Iis igitur deductis EE. PP. rogati fuerunt sequentia enodare

D u b i a:

I. *An Canonici ecclesiae cathedralis P. missam celebrantes teneantur legere doctrinam sub poena suspensionis in casu?*

II. *An sacerdotes missam celebrantes pro confratribus in dictis ecclesiis idem servare teneantur sub poena suspensionis in casu?*

S. C. C. die 29. Januarii 1881. censuit respondere

Ad I. et II.: Attentis peculiaribus circumstantiis Episcopus curet ut in prima et ultima missa tradatur doctrina christiana juxta methodum Bellarmini, ita ut de verbo ad verbum repetatur a populo, dempta suspensione.

Ex quibus colliges:

I. Ex Trid. *Sess. 5. cap. 2.* erui officium esse proprium parochorum sermocinandi et erudiendi suos parochianos in doctrina christiana ita ut negligentes plecti et coerceri possint etiam poenis ecclesiasticis.

II. Episcopos vero curare debere *ex Trid. sess. 24. cap. 4.* ut in singulis paroeciis pueri erudiantur, saltem dominicis et aliis festivis diebus in fidei rudimentis et in obedientia erga Deum et parentes ab iis, ad quos spectat.

III. Quapropter S. C. Concilii in suis ad Episcopos responsionibus semper eidem inculcat, ut ad hoc munus absolvendum parochos diligenter excitent et assidue in eosgem invigilent.

IV. Experientia tamen compertum esse saepenumero imparem fieri solius parochi laborem ideoque posse Episcopos cogere ad hoc munus clericos qui ad majores ordines promoveri vel ecclesiastica beneficia consequi cupiunt; sicque constabit non rectori tantum impositam esse docendi munus.*)

V. In themathe parochorum negligentiam causam dedisse videri, ut omnes Sacerdotes qui in Cathedrali aut in ecclesiis confraternitatum primam et ultimam missam celebrent

*) Romani Pontifices numquam destiterunt adlaborare ad promovendam doctrinae christianae institutionem. Nominatim id fecerunt s. Pius V., Gregor XIII., Clemens VIII. et Pius IX., praecipue in litera *Encycl. Nostis quidem.* Bened. XIV. in sua constit. *Etsi minime* § 6. inculcat Episcopis, ut clericos ad Ordines majores promovendos et sacerdotes beneficia cupientes excitent ad coadjuvandos parochos.

populum erudire cogantur in doctrina christiana juxta Bellarmini methodum.*)

7) Obligatio magistri laici.

Vd. supra *constitutiones Bened. XIV.* p. 1476. n. 7; p. 1480. § 4.

Spalaten.

Archiepiscopus intelligens quanti momenti sit ad animarum salutem quod ludimagistri pueros scholares doctrinam christianam edoceant, illos graviter monuit ad munus hujusmodi obeundum; at quoniam aliqui parere renuunt indubie putat se posse illos cogere sive clerici sive laici sive a communitatibus sive a nemine conducti sint ut aliqui hujusmodi officium praeceptoris exerceant innixus praesertim dispositioni Concilii Lateranens. sub Leone X. ut in ejus Bulla VII. § 33.

Nihilominus a sapientissimo s. Congregationis oraculo supplicat responderi:

1) An clericos tam minorum quam majorum ordinum ad officium ludimagistri exercendum a communitatibus conductos cogere possit, ut pueros rudesque scholares doctrinam christianam doceant?

2) An ad idem cogere possit ludimagistros laicos itidem a communitatibus conductos?

3) An ad idem cogere possit ludimagistros sive clericos sive laicos a nemine conductos?

4) Qua poena praefatos ludimagistros cogere possit? S. Congregatio rescripsit: Posse prius hortando et denique praecipiendo.

Die 17. Julii 1688.

8) Obligatio parochi.

Vd. *Haeretici (participatio cultus etc).*; supra n. 4. 5.

Asculana.

Diebus praesertim festis applicare tenetur parochus missam pro populo eumque christiana instituere disciplina ex s. Concil. Trid. *sess. 23. cap. 1. de reform.*

Die 14. Mart. 1795.

9) Obligatio Regularium.

Vd. supra n. 5. p. 1475. *Cathechesis*; p. 1486. I. II.

10) Obligatio Vicarii curati.

Vd. supra n. 4. 6.

Lunen. Sarzanen.

Vicarios curatos Sarzanenses ab se abigere non posse onus explicandi evangelium quia pueros rudimentis fidei diebus dominicis imbuere soleant; siquidem ut monet Benedictus XIV. in constitutione *Etsi minime**)

»Gravissimis idcirco verbis (et verbis facta respondeant) affirmet Episcopus, numquam se facturum, ut tonsura inauguret grandiores aetate, aut minores, praesertim vero majores Ordines iis conferat, qui in tradenda christiana doctrina operam suam parochis commodare neglexerint . . . Denunciet praeterea, ac fidem praestet, in conferendo parochiarum et aliorum beneficiorum jure, plurimum apud se ponderis et momenti habiturum studium et diligentiam in hoc opus a clericis collatam.«

*) Immortalis Pontifex Bened. XIV. quum in memorata const. *Etsi minime* egerit de obligatione Episcoporum, quoad erudiendos pueros in doctrina christiana, proponit ad id faciendum § 17*) libellum a Vener. Bellarmino conscriptum et a s. mem. Clemente VIII. comprobatum. Sacra autem C. C. Episcopis injungit, ut parochi prae oculis habeant catechismum Romanum, pro ampliori Christifidelium institutione. Multa enim secum fert incommoda catechismorum multiplicitas. Quapropter Clemens XIII. in const. *Domimci Agri* § *Ab his***) rationem innuit, qua pastoribus porrexit catechismum Romanum in quiens: »Nec per invia ducendae sunt oves ad pascua, nec singularia quaedam, etiam catholicorum doctorum placita iis sunt proponenda, sed illa certissima catholicae veritatis nota tradenda est, doctrinae universitas, antiquitas et consensio. Praeterea quum non possit vulgus ad montem ascendere (Exod. 119. 1), in quem gloria Domini descendit et transcendens terminos ad videndum peribit, termini figendi sunt populo ab ejus doctoribus per circuitum, ut ultra ea quae sunt ad salutem necessaria aut summopere utilia, sermo non divagetur et fideles apostolico dicto pareant (Roman. 12. 3) non plus sapere quam oportet sapere.« Dolens autem idem Pontifex quod ex amore novitatis catechismus Romanus a pastoribus posthabitus sit, pergit: »Unde duo mala exiterunt; alterum quod illa fuerit in eadem docendi ratione prope sublata consensio oblatumque pusillis quoddam scandali genus quibus sibi ipsi jam non amplius esse videantur in terra labii unius, et sermonum eorumdem; alterum quod ex diversis variisque tradendae veritatis catholicae rationibus ortae sunt contentiones et ex emulatione, dum alius se Apollo, alius Cephae, alius Pauli se dictat sectatorem, disjunctiones animorum et magna dissidia; quarum dissensionum acerbitate nihil ad Dei gloriam minuendam exitialius putamus, nihil ad extinguendos fructus, quos ex christiana disciplina aequum est fideles percipere, calamitiosius.«

*) Vd. *p. 1478.*
**) Vd. *t. III. p. 859.*

*) V. *p.* 1457.

7. Febr. 1742. § 5: Duo potissimum onera a Trid. synodo curatoribus animarum sunt imposita; alterum ut festis diebus de rebus divinis sermonem ad populum habeant, alterum ut pueros et rudiores quosque divinae legis fideique rudimentis informent. De primo enim onere loquuntur Trid. patres praesertim *sess. 5. de reform.*, de altero autem sermonem habent *sess. 24. cap. 4 de reform.* nbi sic praescribitur: lidem etiam (nempe Episcopi) saltem dominicis et aliis festivis diebus pueros in singulis parochiis fidei rndimenda et obedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis ad quos spectabit doceri cnrabunt, et si opns sit etiam per censuras ecclesiasticas compellent non obstantibns privilegiis et consnetndinibus.

Die 16. Augusti 1828.

11) Tempus.

Vd. supra n. 2. p. 1471; n. 6.

Brictinorien.

Prima ante ortum solis celebranda est missa cnm expositione doctrinae christianae pro agricolis, *ex cap. Necesse de consecr. distinct. 1., Nicol. flosc. verb. missa n. 31.; Ceccoper. lucubr. eccles. lib. 3. tit. 12. n. 5.*

Die 20. Apr. 1793.

Doctrinam christianam esse explicandam ante vesperas nt moris est.

S. R. C. die 9. Jnnii 1668.

Domestici.

(Testimonium.)

Pisana.

Domesticis testimoniis fidem non esse habendam statuit *lex 3. et lex 10. Cod. de testib.*

Die 28. Mart. 1835.

Domicilium.

1) Amissio.

Vd. infra resolutionem *diei 30. Jan. 1858* n. 8. a.

Romana.

Certum in jure est ad civilitatem aquirendam non sat esse qnamcnmque materialem habitationem etiam decennalen, vicinnalem et trigenariam, nisi conjnncta sit cum animo ibi perpetuo habitandi, *Rota in Pampilonem Admissionis 14. Januarii 1752 § 7. coram Canilliac* et in *Brixien. Canonicatus 11. Maji 1753. § 12. coram Matthejo.* Semel antem aquisito in aliqno loco domicilio non aliter idem amittitur nisi clare aperteque constet illud derelictum fuisse novumqne alio in loco acqnisitum, leg. *Non utique leg. domicilium ad municip.* et *Rota in Romana Matrimonii 2. Decb. 1720. § Nam, coram Gamaches.* Nihil tamen repugnat quominns in diversis locis ac civitatibns qnis domicilinm aqnirat ac eodem tempore retineat, *Rot. dec. 431. n. 6. part. 16. rec.*

Die 14. Mart. 1772.

2) Canonicor. Cathedral.

In perantiqua et illnstri nrbe A. Cathedralis extat ecclesia, cujus Capitnlum decem Canonicis et duabns Dignitatibus constituitur. Hujnsmodi antem penes hoc capitnlum obtinnit immemorabilis consnetudo ut qui Capitulares ex

eadem urbe A. originem haud nacti fuissent, non in hac ut residentiae lex exigere videbatur commorari soliti fuerint, sed in urbe alia P., tribus dissita milliariis ab ecclesia cathedrali ac octo millibus incolis frequente, in qua Episcopus cum suo seminario ac universa civilia officia inpraesentiarum resident. Nec quidquam exinde detrimenti divinus cultus patiebatur; cum Canonici in urbe P. residentes ad cathedralem ecclesiam pro divinis laudibus ceterisque ecclesiasticis functionibus explendis quotidie accederent. Hujusce autem consuetudinis causa fuisse videtur aeris insalubritas, pestes ac terraemotus, a quibus ita depopulata fuit civitas A. ut neque tutum asylum neque opportunas habitationes amplius praeberet, in quibus Canonici sese reciperent.

Licet autem per hujusmodi longissimi et immemorialis temporis decursum non pauca etiam occurrerint, quae ab ipsa s. Sede favore Canonicorum in urbe P. habitantium constituta fuerunt et quae in synoptica discceptatione in medium adducentur; nihilominus anno 1853 capta occasione Bullae pontificiae qua oppido P. in civitatem erecto Episcopo facultas facta fuit in hac urbe P. residendi, omnes Canonici civitatis A, ceteris autem in civitate P. residentibus inconsultis et omnibus silentio praeteritis quae istis favebant, ad s. Congregationem consistorialem confugerunt plurium dubiorum solutionem proponentes, inter quae illud quod Canonicorum in civitate P. morantium residentiam attingit.

S. Congregatio Consistorialis igitur ad quartum dubium circa Canonicorum residentiam sic respondere censuit: »4. Denique civitates A. et P. censendas esse haud omnino aequiparatas nec esse ullatenus aequiparandas quoad eos canonicos effectus, quorum alter in eo praesumitur, ut A. Cathedralis Canonici sibi arrogent residentiali obligationi satisfacere, dummodo in civitate P. incolatum degant.«

Canonici in civitate P. commorantes ab Episcopo pressi, ut praedictum decretum executioni mandarent, nil reliquum habuerunt, quam ut ad sacratissimum principem recursum facerent. Et revera sub die 4. Maji anno 1876 Canonici illi numero quinque ad Eum recursum obtulerunt, postulantes, ut praevia memorati consistorialis decreti revocatione declararetur Capitulares tum praesentes tum futuros residentiae oneri satisfacere, tametsi in civitate P. incolatum habeant; idque eo vel magis, quod servitium chorale ab ipsis laudabiliter persolvatur.

Oratorum preces Episcopus commendavit missa epistola ad s. Congregationem Concilii, in qua post laudatam Canonicorum recurrentium sedulitatem in divinis officiis penes cathedralem ecclesiam quotidie persolvendis, graviter et ipse dubitat de aeris salubritate in urbe A., domorum in eadem defectum ad decentem Canonicorum habitationem adhuc perdurare affirmat, et extra dubitationem omnem esse testatur, quod Canonici originem ex civitate A. non ducentes, in urbe P. antea actis semper temporibus fuerint commorati. Tandem illud ut motivum praecipuum ex quo oratorum preces exaudiantur in medium abducit, quod scilicet non modo utilis, sed necessaria prorsus appareat Canonicorum saltem quinque residentia eo loci ubi Episcopus residet.

Hisce acceptis s. Concilii Congregatio sub die 10. Maji anni ejusdem rescripsit: »Eidem Episcopo Coadjutori, qui audiat Capitulum in scriptis ac referat, quomodo se gesserint Canonici post decretum S. C. Consistorialis de quo in precibus.«

Episcopus s. Congregationis mandatis morem gessit et audito Capitulo hujus sententiam scripto exaratam ad eamdem s. Congregationem remisit; quae sententia septem Canonicorum votis suffulta (quinque enim Canonici recurrentes ab edendo suffragio abstinuerunt) postulationi sodalium erat contraria. Addebat autem Episcopus s. Congregationis Consistorialis decretum semper servatum fuisse ea ratione, ut non residentibus nonnullorum jurium exercitium fuerit denegatum, quae residentibus de more debentur.

Rebus sic perstantibus die 31. Julii 1876 rescriptum prodiit: Ex audientia SSmi 7. Augusti 1876 SSmus annuit ut causa disceptari possit in plenario Emorum PP. Consessu, cum clausula de aperitionis oris arbitrio et ponatur in folio.«*)

Scitissimi juris est, adversus decreta seu rescripta Pontificum, praesertim vero cum per ea jus alicui quaesitum sublatum, esse ostendatur, oris aperitioni locum fieri, si quid in iis obtinendis necessarium non est expressum, vel si quid falsum allegatum *cap. super literis de rescriptis: cap. 19. de rescriptis et cap. 1. de constit. in 6.* Concinit Rota in *Terracinen.* seu *Selina Aperitionis*

*) Vd. *p. 527. n. 6.*

oris 17. Junii 1819. p. 3. coram Emo Odescalchi etc. Jam vero in obtinendo decreto consistoriali contra Canonicos in urbe P. incolatum habentes plura ab adversariis reticita fuisse, necessario patefacienda; adeoque decretum hujusmodi subreptionis vitio laborare plane constat.

Eteuim in dubiorum propositione s. Congregatioui cousistoriali facta reticitum fuit inprimis factum omnibus perspectum, quod scilicet Canonici non ducentes originem ex urbe A. ab immemorabili tempore ad urbem P. suos lares transtuleriut, in eaque semper fuerint commorati.

Et quoniam Canonicis his nimis difficilis, imo et propemodum impossibilis, longo praesertim itiuere intercedeute, reddebatur quotidianus et bis in die ad ecclesiam cathedralem pro divinis laudibus persolvendis accessus, s. Concilii Congregatio audito Ordinario benigue indulsit, ut Capitulares integrum de maue etiam cum vesperis et completorio recitarent officium, donec ab universitate civitatis A. obligationi satisfactum non fuerit, qua domus canonicalis construendae sese obstriuxerat. Quod rescriptum iterum ab eadem s. Congregatione confirmatum fuit die 6. Sept. 1726. Ex quibus rescriptis argui posse videtur Canonicos degere posse in urbe P. donec uuiversitas exstruxerit canonicales domus; quod nondum confecit. Porro de his etiam indultis nulla vel levissima facta est meutio ab adversae partis Canouicis.

Silentio iusuper praeterita fuere capitularia statuta a Canouibus omnibus die 30. Decemb. 1703 accepto habita et a Rmo Porfirio Episcopi munus gerente adprobata. Haec casu quo mors alicujus Cauonici in urbe P. degentis obveuerit statuunt articulo VII. ut Canonicus qui supremum diem obiverit capitulariter associetur; item artic. VIII. curatori maudant ut omues de Capitulo in urbe P. habitantes praemoueat et advocet, si ecclesiasticae functioues in cathedrali ecclesia siut celebrandae. Et quoniam decursu temporis factum est, ut Canonici civitatis A. semet couferrent ad associaudum defunctorum cadavera, confratribus in regioue P. commorantibus antea non commonefactis, Episcopus ipse per edictum die 25. Januarii 1716 illorum Canonicorum ageudi rationem statutis capitularibus contrariam improbavit.

Tandem ne verbum quidem pariter factum est de eo, quod Episcopi in relatiouibus suae dioeceseos hujusce uon resideutiae constanter mentionem feceruut, quin s. Congregatio Concilii vel questus moveret vel providentiam iu futurum suggereret. Imo volveute anno 1779 cum Canonici in regionem P. residentes chorali servitio praestando non iutervenireut, et cum hujusmodi ouus obireut Canonici in urbe A. degeutes, distributionibus negligentium sibi adsignatis, s. Congregatio Concilii de re mouita illico rescripsit, Canonicos absentes ad quotidianum Cathedralis officium adstriugeudos esse, quin aliquid de eorum domicilio in civitate A. constituendo praescriberet.

Ex his omnibus in medium adductis Cauonici recurreutes inferebant praesumeudam esse existeutiam indulti pontificii sibi concessi in urbe P. resideudi; licet nullum de eo documeutum reperiatur.

Quod quidem nemiui mirum accidere debet, si paulisper atteudatur, quod archivium tam Curiae quam cathedralis ecclesiae terraemotibus ac iuceudiis pluries subjectum fuit.

Cum igitur ea omnia quae ab adversae partis Canouicis reticita fueriut, talia sint, quae necessaria fuisseut patefacienda: hinc coucludebant decretum consistoriale tali modo impetratum subreptionis vitio infectum esse et adversus illud oris aperitiouis arbitrio locum daudum.

Constito igitur de subreptione impetrati rescripti Canouici in urbe P. commorautes sequentibus ostendebant, se non teneri ad resideudum in urbe A.

Etenim si in residentiae onere non id quod materiale est, sed id quod est formale spectetur, residere non tam importat corporaliter in loco beneficii praesens esse, quam potius teste Faguano *in cap. Conquerente n. 17. de cleric. non resid. et cap. Licet n. 23. de praebend.* propriae ecclesiae iu diviuis officiis inservire: propter officia euim beneficia instituta sunt*) et ad ea persolvenda resideutiae inducta obligatio ordinatur. Fagnano couciuit Pirhing. iu *lib. 3. decret. n. 1.*, qui iusuper tradit clericum uti non residentem habendum esse, etiamsi personaliter quidem in loco beneficii existat, officium tamen suum numquam praestet. Jam vero Canouici apud urbem P. degentes in locum sui beneficii singulis diebus se couferre, servitio ecclesiae cathedralis sedulo incumbere divinisque persolveudis officiis operam dare, ex memorata

*) Vd. *t. II. p. 551. f.*; *p. 556. n. 51.*

superius epistola ab Episcopo ad s. Congregatiouem Concilii missa evincebant.

Praeterea animadvertebant cum Fagnano in *cap. De cetero de cleric. non resid. n. 12. et 13.* quod Canonici absentes ab ecclesia beneficii pro Episcopi servitio*) »*juris censura praesentes reputantur et censentur inservire ecclesiae . . . . cum ecclesia sit in Episcopo, cap. Scire debes 7. q. 1., cap. Similiter 16. q. 1.; cap. Haec hujus placiti 12. q. 2. et notat hic glossa 1. Host. in princip. et reliqui omnes.* Jam vero aliquot Canouicorum in urbe P. commoratiouem uedum utilem sed prorsus necessariam esse habendam eruebant ex praefatis Episcopi literis. Si enim arguebat Episcopus ex juris praescripto Capitulum cathedralis ecclesiae seuatum**) Episcopi constituit, quomodo hic dioecesim recte gubernet, integro Capitulo alibi commorante? Verumtamen si etiam concedatur exigi a jure corporalem praseutiam, ab hac dispensati fuere Canonici tum a s. Congregatione Concilii quae concessit Capitulo recitare posse totum officium de maue, tum a statutis et ab immemorabili consuetudine. Hujusmodi enim est longissimi temporis vel immemorabilis consuetudiuis***) natura et vis, ut qui eam adducit, allegare possit titulum de mundo meliorem. *Card. De Luca de benef. disc. 32. n. 2. et 4., Bonf. de Jure fideicomm. disp. 114. n. 31.; Rota coram Olivatio decis. 624. n. 8. et coram Ansaldo dec. 546. n. 11.* ubi habetur quod immemorabilis seu centeuaria »existit adeo efficax, ut suppleat vices expressi privilegii apostolici, cum ea sola uominali differentia, quae inest inter tacitum et expressum . . .«.

Neque, ajebaut, ad hujusmodi doctrinam infirmandam juvat regerere, quod *Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de reform.* contraria statuta vel consuetudines expresse damnaverit, quae propterea iuduci uon possunt. Sapieutissime euim observat *Card. De Luca de Can. et cap. disc. 12. n. 9.*: Attamen id recte procederet, quando allegatur sola consuetudo tamquam purum beneficium temporis seu tamquam praescriptio; secus autem ubi allegatur specialis concessio apostolica, ad cujus probationem adducitur observantia, tamquam probatio praesumptiva, cum tuuc non sit de directo ferire decretum irritans, sed agere de ejus uon comprehensioue.«

*) Vd. *p. 1272. m.*
**) Vd. *t. III. p. 357. n. 5.*; *740. c.*
***) Vd. *Consuetudo.*

Concludebant Canonici sibi licitum fuisse morari in urbe P. etiam post decretum consistoriale, neque obstringi posse ad residentiam in urbe A.: in qua adhuc desunt habitationes et aeris salubritas. Propter quod curia episcopalis cum seminario et officia publica translata fuere in urbe P.

Econtra Canonici in urbe A. residentes contendebant, decretum Congregationis consistorialis a se impetratum nulla laborare subreptionis labe, ideoque adversus illud locum non esse dandum aperitionis oris arbitrio. Tuuc enim decreta uti subreptitia habentur et nullius sunt roboris, cum aliquid tacetur, quod si fuisset cognitum decretum uon concessum vel aliter responsum fuisset. Hoc autem in casu profecto non verificatur. Recursus enim ad s. Congregationem promotus fuit pro resolutione quorumdam dubiorum, quae nullam neque dependentiam neque relationem praeseferebant cum rationibus facti vel possessionis quantumvis immemorabilis, sed quae ex juris dumtaxat principiis dirimeuda erant. Igitur cum ea omnia, quae juxta adversarios manifestanda erant, ad rem uou facerent, neque in rescribentis voluntatem valerent influere, erat prorsus inutile ut de illis mentio fieret.

Ad residentiae onus devenientes, quo devinciuntur Cauonici in urbe P. degentes, recolebant tritissimi juris esse, Canouicos omnes ad persoualem residentiam iu suis sive cathedralibus sive collegiatis ecclesiis adstrictos teueri. Haec siquidem obligatio ex juris communis dispositionibus satis aperte profluit, ceu videre est *in cap. Quia nonnulli 3.; cap. Relatum 4.; et cap. Conquerente 6. de cler. non resid.* Et concordat textus in Concilio Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform*: »*Praeterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Praebendas aut Portiones non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse.*«

Quibus juris communis principiis admissis, ajebaut, adversarios ad causas ab hujusmodi legis obligatione excusautes inutiliter confugere. Saue urbs A. in praeseuti domibus et habitationibus adeo frequens est, ut asylum couveuiens et satis commodum Canouicis in civitate P. adhuc commorantibus praebere valeat. Clementiam vero caeli et aeris salubritatem haud ibi deficere patet ex eo, quod civium numerus a 1600 ad 3000 paucos post annos excrevit, et omnes optima valetudine

fruuntur, ipsis Canonicis non exceptis dies suos in urbe A. dncentibus, quorum plerique licet alibi nati sint, ad tardam usque senectntem tamen pervenerunt.

Nihil pariter proficit, prosequebantur Canonici, consuetudo, quam adversarii acriter propngnant; haec enim cum a jure reprobata sit, nullam vim vel efficaciam praeseferre potest juxta citata verba Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform.* Hujusmodi Tridentinae dispositioni concinit sequens pontificia declaratio 1573. emanata lib. 1. Decret. Congr. Couc. pag. 33. a tergo: »SS. D. noster etiam ex sententia s. Congregationis Concilii declaravit immemorabilem consuetudinem non excusare a residentia in ecclesiis cathedralibus et collegiatis insignibus: in Collegiatis antem non insignibns posse excusare etc.« Cum igitnr qnaevis consuetudo licet immemorabilis nihili facienda ac quovis valore prorsus destituta sit; ideo Canonici adversarii nullum ex ea deducere possunt privilegium seu indultum, alibi commorandi. Qnod si supponi velit iudultum, utpote odiosum stricte accipiendum est, et quod sit sub conditione concessum, nempe perdurantibns causis, quibus concessum fnit. Quae causae desunt in casu, cum aptae domus et aeris salubritas adsint.

Neque Episcoporum relationes, occasione Visitationis ad limina, neque constitutiones capitulares attendi posse. Eo quod veluti accessorium inuituntur snpposito indulto pontificio; quod in casu conditionatum, ut dictum est, debet censeri.

Quod autem praesumpti Indulti tenor sic accipiendus sit, ex verbis eruitnr quibus s. Congregatio consistorialis ad primum dubium relate ad Episcopi residentiam respondit. In eo siquidem legitur obligatio imposita Episcopo ad urbem A. remeandi, statim ac id commode exequi poterit: »debeatque (Episcopus) in eadem A. dumtaxat civitate residere, statim ac id poterit convenienter contingere.«

Quibus praenotatis sequentia enodanda proposita fuere

D u b i a:

I. *An sit locus aperitioni oris in casu?*

Et quatenus affirmative,

II. *An Canonici teneantur in urbe A. residere in casu?*

S. C. C. die 22. Septemb. 1877 respondere censuit

Ad I.: *Affirmative.*

Ad II.: *Negative, et nihil innovandum in praesenti rerum statu.*

Ex quibus colliges:

I. Concedi oris aperitiouem*) adversus pontificium rescriptum quoties aliquid necessarium non est expressum vel qnid falsum allegatnm fuerit iu ejus impetratioue; idque eo fortins si jus tertii quaesitum sublatnm fuerit.

II. Ad obtinendum tameu arbitrium aperitionis oris necesse esse, ut aliquae prodeant suspiciones in discrimen revocantes Pontificis voluntatem, ne injustae atque futiles moveantur lites.

III. Proinde oris aperitionem esse deuegandam quoties exulent obreptio et snbreptio; quia Pontificum decreta semper revereuda sunt etiamsi *(ex motu proprio)* juri tertii derogatnm fuerit per rescriptum clausula *non obstantibus* munitum.

IV. In themate Canonicos in urbe A. morantes in supplici libello multa reticuisse videri, quae si nota fuissent, aliter forsan sese habuerit consistoriale decretum.

V. Consuetudiuem lougissimi temporis aut immemorabilem legis scriptae vim secumferre, ceu titnlum meliorem de mundo censeri, et praeseferre indnlti poutificii praesumptionem, quin necesse sit illud probari; eoquod immemorabilis locum probatiouis teneat.

VI. Immemorabilem videri, modo indirecto, exerere vim suam etiam in Tridentinnm; si ipsa non allegetur ceu purum beneficium temporis seu praescriptio; sed quateus adducatur tamquam praesumptiva probatio alicujus concessionis apostolicae, quia tum decretum Trideutini irritans non feritur directe, sed potius agi videtur de ejus non comprehensione.**)

*) Aperitio oris est venia, quam impetrare oportet a R. Pontifice antequam quis disceptare adhuc possit super lite ad quam finiendam decreta pontificia lata fuerint.

**) Tridentinum *sess. 24. cap. 12.* loquens de Canonicorum residentia disposuit: »*praeterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, praebendas aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis, ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse.*« Scientes ideo ex communiori sententia, Canonici longe a Cathedrali vitam degentes, inutiliter quamlibet consuetudinem adduci adversus decreta Tridentina, apte usi sunt immemorabili consuetudine abessendi a Cathedrali, non ad vulnerandum Tridentini decretum, sed ad evincendum aliquod indultum pontificium, quo olim ob domorum defectum et aeris insalubritatem Canonici a residentia in civitate cathedralis dispensati fuerint. Idque faciliter perfecerunt, quia ex Canonistarum sententia talis est vis et natura consuetudinis immemorabilis, ut qui eam adducit allegare videtur titulum de mundo meliorem, etiam privilegium, vel decretum seu indultum atque beneplacitum apostolicum.

Diximus »ex communiori sententia« quamlibet consuetudinem haud derogare posse decretis Tridentini; eoquod in Bulla Pii IV., quae legitur in fine ejusdem Concilii, habetur decretum irritans ea omnia quae obstant eidem sacro Concilio, ex quo fluit ut irritatio ista cadat super omnia obstantia singulis capitulis ejusdem.

Diebus tamen nostris non ita generalis ejusmodi manet opinio, quia plures incipiant dubitare an consuetudo inolita contra Tridentini decreta, possit eisdem aliquid detrahere, non obstante decreto irritanti, quo fulciuntur. Ut alios posthabeam en qualiter sese habet in subjecta materia illustris Professor De Angelis in suo opere neoterico »*Praelectiones juris canonici lib. 1. tit. 4. n. 12.*« An contra decreta disciplinaria Concilii Tridentini possit inolescere consuetudo? Concilium Trid. eamdem habet auctoritatem ac caetera Concilia Generalia; si valet ergo consuetudo praejudicium inferre canonibus Generalium Conciliorum, valebit et idem praestare contra canones disciplinares Tridentini. Ex altera parte Romani Pontifices istorum decretorum observantiam inviolabilem praecipientes non derogaverunt vi consuetudinis, quae praedictas qualitates haberet. Hoc potius notandum est, plures contra decreta istius Concilii inolescentes consuetudines improbari quia sunt irrationales et judex super irrationabilitate, ut diximus, est Superior; et in casu Pontifex Romanus vel s. Concilii Congregatio. Quod vero consuetudo aliquid valeat etiam contra decreta Concilii Trid., ille tantummodo negare valebit, qui ex. gr. retineat omnes provisiones beneficiorum parochialium ubique terrarum factas abeque concursu vel eo non peracto ad formam a Conc. Trid. praescriptam sess. 24. cap. 18. de ref. esse subreptitias, et taliter provisos aut institutos carere jurisdictione; quod serio affirmari non potest.«

VII. In themate consuetudinem immemorabilem, alio suffultam indulto pontificio recitandi de mane totum officium cum vesperis et completorio allegatam fuisse a Canonicis in urbe P. morantibus, ceu probationem praesumptivam alicujus pontificii indulti; quo a residentia exonerarentur; minime vero ut directe derogaretur decreto Tridentini per inolitam contrariam observantiam.

3) Coadjutoria canonicatus vel dignitatis domicilium uum constituat?

Vd. *Coadjutoria* (titulus etc. decr.: *Elboren* et *Tarraconen.*; *t. III. p. 1426. n. 4).*

4) Constitutio.

a) Modus.

Raptus (Quando est imped., continuat. *Olomucen* §: *Hisce praem.*); *matrimon.* (cor. parocho propr., Continuat. *Jannuen* §: *Proprius.*); *supra n. 1.*

Ravenaten.

Notum est quod absque animi declaratione quoad electionem domicilii rerumque immobilium acquisitione domicilium ex mora quantumvis longa non constituitur *per text. in L. Libertas* § *et sola ratio* et § *sola domus ff. ad Municip. leg. Ejus* § *Celsus ff. eod.*

Die 26. Febr. 1820.

Nucerina.

Propria alicujus parochia illa dicitur intra cujus limites quis domicilium habet. *Barbos. de offic. et potest. paroch. part. 2. cap. 21. n. 35. et seq.* Hinc si relicto veteri domicilio in aliam se conferat parochiam efficitur novi parochi subditus. Ad acquirendum tamen novum domicilium requiritur animus permanendi in loco novae habitationis. *Fagnan. in cap. Praesentata de test. n. 1.*

Si quis rei familiaris curis distentus aut rusticationis causa ad villam seu ad agrum se conferat non efficitur subditus parochi in cujus ditione rurale domicilium situm reperitur ut docet sa. mem. Benedictus XIV. *Instit. 33. n. 7.* et refert resolutionem captam a s. Congregatione in una *Florentina* in qua declaravit: *parochum ruralem non esse verum parochum, quando rus itur causa rusticationis vel pro rusticanis negotiis.*

Die 23. Apr. 1774.

Terracinen.

Explorati juris est satis non esse ad verum sibi aliquo in loco comparandum domicilinm vitam ibique degere annos 10 vel etiam plures sed praeterea animum requiri perpetno ibidem commorandi, *L. Domicilium D. ad Municipal., Fagnan. in cap. Significasti de parochis.* Non enim ambigitur (ita

sancitum ess *l. 7. Cod. de incolis)* singulos habere domicilium, ubi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus nou sit discessurus, si nihil avocet; unde quum profectus est peregrinari videtur: quod si rediit, peregrinari jam destitit. . . .

Juris ac praesertim Innocentianae constitutionis regula de ipso attendenda est, eos nimirum jura non assequi domicilii qui ratione dumtaxat officii illud aliquo in loco complures etiam annos habuerint, cum imo eo censeantur animo comparati, ut illinc sint discessuri, ubi primum grandiori stipendio vel altera quapiam ex causa alio ipsos ejusdem muneris causa contigerit advocari. *Cit. const.* § *8., S. C. C. Fanen. 20. Apr. 1771.*

Die 26. Jan. 1833.

Fanen.

Ad effectum verum acquirendi domicilium requiritur animus perpetuo habitandi quod ex translatione majoris partis bonorum et familiae aliisque conjecturis evinci debet. Hinc Curiales, advocati, procuratores, doctores ad legendum conducti aliique qui in urbe degunt non animo ibi perpetuo permanendi sed tantum ratione officiorum, numquam contrahunt domicilium neque incolatum etiam mille annis habitando, *Ridolph. in prax. part. 1. cap. 7. n. 61., Rot. apud Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 109. et part. 9. Recent. dec. 312. n. 17.*

Die 20. Apr. 1771.

Discursus ex Actis.

Die 11. Januarii et 2. Maji 1868 apud s. Concilii Congregationem perdifficilis atque involuta quaestio diu acriterque disceptata fuit sub hac dubitandi formula: *an constet de validitate seu potius de nullitate matrimonii in casu?* Omne dubitandi poudus in hoc casu nascebatur ex supposita matrimonii clandestinitate.

Perinsignes Urbis Romae viri theologus et canonista adlecti tunt, ut sententiam proferrent in proposita quaestione. Doctissimus scripsit theologus et hunc instituens casum theologiae principiis atque sauctioni legis Tridentinae eruere sibi visus est, neque virum neque mulierem verum acquisivisse domicilium tempore matrimonii in paroecia iu qua idem matrimonium celebratum est. Quamobrem pro matrimonii nullitate sententiam theologus protulit; eoquod etsi mulier heterodoxa esset, tamen Tridentina lege, celebrandi matrimouium coram parocho proprio (qui talis fit per domicilium) obstringebatur. Quum enim Tridentina lex personalis atque localis sit, afficit siugulos baptizatos, domicilium iu loco quo viget possidentes. Super quaestione eadem, uti Canonista, disseruit doctissimus Camillus Tarquini a societate Jesu, dein s. Romauae ecclesiae Cardialis; stetitque pariter pro matrimonii nullitate ob domicilii vel quasi-domicilii defectum. Quoniam vero doctrina, quam in suo voto emisit, quoad domicilium et quasi-domicilium, illustris canonista plurimi existimatur in foro ecclesiastico ideo eamdem in lucem edere bonum esse censuimus, ne in canonicae jurisprudentiae discrimen ipsa oblivisceretur. Idque peragimus per istum discursum capta occasione causae matrimonialis infra in decisione dd. 20. Julii et 14. Sept. 1878. relatae, iu qua acriter de quasi domicilio *) disceptatum fuit.

Verum ut clarius aptiusque illa deprehendatur, absonum haud erit aliquod de facti specie, satis implexa, praemittere. Sit itaque.

Paulus, e principi Romanorum familia, agens vigesimum sextum aetatis suae annum, nuptias appetiit Frauciscae praedivitis puellae Londini, sed Auglicana haeresi infectae. Jamque in Urbe Romae, ad quam ad plures anuos hiemali tempore convenire solebaut parentes, una cum eorum filia, cuncta quae ad nuptias contrahendas necessaria videbantur praedisposita erant. Et Paulus meuse Julii 1862 primo ab Urbe discedens simul cum patre futurae uxoris Londinum contendit, ut matrimonium ibi, quo sponsa, cum reliquis de familia, jampridem redierat, contraheret. Agnoverat tamen Paulus difficultatem ad licite et legitime matrimonium contrahendum cum Francisca heterodoxa; ideoque adhuc Romae commorans dispensationem ab impedimento *mixtae religionis* petere curavit. Repulsam at vero passus praetensi honoris causa Londinum petiit; inibi apud Card. Archiepiscopum Westmonasteriensem eamdem instauravit instantiam pro dispensatione a s. Sede obtinenda; qua iterum denegata aliud inivit consilium.**) Etenim Paulus Parisiorum Lutetiam eadem die simul cum sponsa ejusque parentibus commeavit; ibique die 22. Augusti 1862 domum unam conduxeruut, intra ambitum paroeciae a Magdalena nuucupatae, ibique simul cohabitarunt. Paulus parochum adiit et per ipsum episcopali curiae sese sistit; cui documenta baptismatis, confirmationis et status libertatis exhibuit, dispensationem ad contrahendum cum Francisca sectae protestantium addicta datis prius cautionibus obtinuit; atque inde matrimouio civili prius contracto, die vero 20. Sept. 1862 in ecclesia parochiali s. Mariae Magdalenae per verba de praesenti nuptias iniit cum praedicta Francisca. Eadem nuptiarum die conjuges parentibus valedixerunt et iter arripiendo per Galliam atque Italiam tandem in portum Centumcellarum appulerunt, ut inde Romam peterent. Jussu gubernii pontificii vetitum eisdem fuit ne ad terram applicarent; ideo Interamne cogitarunt, ibique tunc domicilium statuere; ubi prolem etiam susceperant, quae in catholica religione baptizata est. Hac in civitate cum jam controversia de validitate matrimonii instituta esset per Episcopum de mandato S. C. Concilii, et juxta eidem Ordinario transmissa interrogatoria, seorsim uterque praetensus coujux fuit legali suppositus examini.

Reliqua ad acta judicialia pertinent, super quibus mihi immoraudum non est, ait Canonista, quum de hac re tantum sit respondendum:

Utrum matrimonium quod Paulus et Francisca Parisiis in paroecia s. M. Magdalenae attentarunt validum haberi debeat necne?

Nullum vero fuisse istud matrimonium innuit ipsa factorum series.

Et re quidem vera cum res acta sit Parisiis, ubi decretum Concilii Tridentini de clandestinitate matrimonii rite publicatum est, manifestum est non modo Paulum, verum etiam mulierem, ratione loci eadem lege obligatam fuisse, qua lege ad matrimonii validitatem necessarium erat, ut alteruter saltem sin minus domicilium proprie dictum at certe quasi domicilium ea in urbe imo in ipsa paroecia, ubi matrimonium contractum, ipsius matrimonii tempore haberet. Licet enim ageretur de muliere, quae domo Londino erat, ubi lex Tridentina publicata uumquam fuit, nihilo minus res est plane indubia, eam

*) Vd. *Domicil.* (quasi domicil.)

**) Notandum est quod Paulus, etsi Parisios petierit, tamen Londinense domicilium relinquere nequivit, donec responsum perveniret a s. Sede. Quod responsum pervenisse Londinum videtur die 16. vel 17. Sept. Ideo ab hoc die tantum veram voluntatem constituendi Parisiis domicilium Paulus habere potuit.

Parisiis obligatiouem ejusdem legis suscepisse, quia indubium est, ut una cum Schmalzgrueber *Tit. de Cland. disp. n. 101.* omnes plane loquantur: »*haereticos venientes ex sua patria, ubi Tridentinum non est receptum, in locum ubi illud receptum est . . . . si clam contrahent, invalide contrahere.*« Et ratio est, quam protinus idem subdit »*quia contractus regulari debent secundum leges et consuetudinem loci, in quo celebrantur, et non solum cives, sed omnes ibidem contrahentes forum loci illius sortiuntur. Cap. fin. de For. comp. . . . idque in specie deciditur de contractu matrimoniali, cap. de Francia 1., tit. de spons.* etc.« Quod vero ad aures mihi pervenit, ab aliquo dictum esse, venientes e loco immuni in locum Tridentinae legi subjectum teneri quidem coram parocho nubere, sed parochum ipsum arbitrio suo posse eligere, prout vagis*) conceditur; id porro probari a me nullo pacto potest. Novum enim hoc est inauditum; *neque unquam plane* ita judicari vidi *sed perpetuo contrarium.* Ut enim omnes animadvertunt, uon simpliciter coram parocho contrahi matrimonium Tridentinum jussit, sed *coram parocho proprio; proprium* autem eum tantum esse *quem domicilium aut quasi domicilium fecit.* Neque vero *vagorum* exemplum quidquam prodest, utpote *aperte dispar;* quin imo etiam obest. Quod enim jura *conditionem vagi* exigunt, ut peregrino liceat parochum eligere, id aperte docet, eum qui *vagus non sit* hanc facultatem *non habere* et merito quidem. Qui enim *vagus* non est, una cum domicilio habet parochum proprium, coram quo licet in loco a Tridentino immuni non tenetur *sub poena irritante* matrimonium inire, tenetur tamen *lege disciplinari*, quae semper in ecclesia viguit: vagus autem cum nullum habeat domicilium, ita nullum habet parochum, nullamque proinde legem, quae apud illum inire nuptias cogat. Itaque merito Kugler communem referens opinionem *de matrim. n. 294* scribit: *Peregrini invalide contrahunt in loco ubi Tridentinum receptum est absque praesentia parochi et testium, quamvis in propria dioecesi Tridentinum non esset receptum . . . Imo quamvis in dicto casu peregrinus non vagus neque domicilium aut quasi domicilium figere volens, in loco Concilii recepti matrimonium contraheret coram loci parocho et testibus, adhuc non modo illicite, sed etiam invalide ageret, quia non con-*

*) Vd. *Domicil. vagorum.*

traheret coram proprio parocho. Piguat. *tom. 5. cons. 79. n. 33.*, quandoquidem uti dictum est parochum proprium domicilium tantum aut quasi domicilium facit.«

Jam vero ad quasi domicilium matrimonii causa acquirendum duo haec simul requiri, *actualem* habitationem in paroecia et animum habitationem illam continuandi *per majorem anni partem*, adeo certa ac vulgaris doctrina est, ut in ea firmanda tempus terere abs re esse existimem. Quod enim a non nemine aliquando audivi, Benedictum XIV., in constitutione *Paucis**) ad Archiepiscopum Goanum *ad mensem unum* quasi domicilium reduxisse, ita ut jure quodam novo quasi domicilium uno habitationis mense perfecte acquiri ad matrimonium valide contrahendum constituerit, id omnino et a veritate et a Benedicti XIV. mente et a communi opinione alienissimum esse censeo. Ut enim inter plurima, quae afferri possent, haec tantum dicam.

Primo certum est, unanimem omnium doctrinam, perpetua sacrorum tribunalium praxi comprobatam, etiam post praedictam Benedicti XIV. constitutionem matrimonia coram parocho ejus loci, ubi quis rusticari solet, contracta esse nulla; neque sane aliam ob rationem, nisi »*probatum est, contrahentes non solere esse ruri majori parte anni, neque etiam pro dimidia, sed tantum per tres aut quatuor menses*» quae verba sunt s. Rotae apud Sanchez *de matrim. l. 3. disp. 23. n. 12. § Et confirmatur.* Quae porro doctrina teneri amplius non potuisset, neque posset, si Benedictus XIV. ad unum mensem quasi domicilii tempus coarctasset.

»*Deinde* notum est, constitutionem *Paucis* a Benedicto XIV. editam esse *ad mala ex similibus matrimoniis* (quae scilicet extra patriam contrahuntur, atque iis praesertim in locis, ubi lex Tridentina de clandestinitate publicata non fuit) *obvianda* ut in ipsa constitutione legitur. Hoc vero proposito fine absurda profecto tantoque Pontifice indigna fuisset illa ad unum *mensem* quasi domicilii reductio; quippe quae ea matrimonia, quibus salutare aliquod obstaculum ac remedium apponendum erat, faciliora potius reddidisset; adeoque malis illis gravissimis, quae a Goana deplorabantur, non modo *non obviasset*, verum etiam latiorem aditum aperuisset.

Tertio manifestum est ex ipsa constitutionis simplici lectione Benedictum XIV. noluisse in ea *novum jus* constituere, sed illud quod jam vigebat in mentem revocare; unde est, quod auctoritati ibi innititur veterum scriptorum veterumque decisionum ac denique praecipit, ejusmodi controversias ad normam decreti Urbani VIII. die 14. Aug. 1627*) editi esse definiendas. Jam vero quodnam illud sit jus, quod hac de re inter Urbanum ac Benedictum viguit, omnes docent classici scriptores qui eo temporis iutervallo vixerunt, quique scientiam juris canonici jure meritoque repraesentant; Gouzalez *in leg. 3. de Clandest. Despons. n. 8.*; Reiffenstuel *eod. tit. n. 60. et tit. de foro comp. n. 22.*; Schmalzgrueber *tit. de Clandest. Despons. n. 150.*; Pirhing. *eod. n. 19. sub finem*; Pichler *eod. n. 18.*; Engel *eod. n. 12.*; Viestner *eod. n. 45.*; Schmier *p. 3. de Sponsal. cap. 5. n. 97.*: Barbosa *de officio et potestate Episc. p. 2. alleg. 32. n. 68., et pluribus antecedentibus et sequen.* etc., quibus pudet non addere Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 12.*, qui licet paucos ante Urbanum annos scripserit, toto tamen intervallo, de quo dixi, ad hanc usque ipsam aetatem, in hac materia de matrimonio, tum in foro tum apud scriptores principem semper locum obtiuuit; quorum quidem omnium unanimis doctrina est, quasi domicilium ad matrimonium valide contrahendum non quidem uno mense, sed per hujusmodi habitationem acquiri, quam comitetur animus eam continuandi *per majorem anni partem.*

Quarto ex implicita ipsius Benedicti XIV. declaratione manifeste apparet, ejusdem mentem nullo pacto eam fuisse, ut uno mense quasi domicilium revera acquiri posset. Etenim posteaquam ea verba scripsit, quae caliginem aliquorum mentibus effuderunt, nimirum: *Post haec necessariam fore censemus, nonnihil adjungere, ut in propatulo sit, quidnam requiratur ad quasi domicilium adipiscendum. Verum hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod antequam matrimonium contrahatur spatio saltem unius mensis ille qui contrahit habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur,* cum reliquis quae ex Fagnano affert, protinus haec quae sequuntur subdit: »*Dubitari autem posset, num ad quasi domicilium acquirendum, matrimonii causa, non solum requiratur praecedens habitatio, verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium*« cui quidem dubio ita illico respondet: »*Verum, cum observaverimus, subsequen-*

*) *Hanc constitut. vd. infra p. 1513.*

*) Vd. *p. 1518.*

tem habitationem ab iis auctoribus, qui hanc tractarunt materiam, tamquam magni momenti adminiculum reputari, ut novum domicilium quaesitum dicatur, nihil vero de illa praescriptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paulo ante definitione penes Fagnanum, nolumus hac de re quidquam novi decernere.« Quae quidem omnia iuepta et absurda essent, si hac ipsa constitutione jam ipse decrevisset, ut totum domicilii tempus uuo illo mense concluderetur, quo alteruter ex contrahentibus in loco ubi matrimonium contractum est, antequam contraheretur, habitasset.«

»Quis enim sanus non ita protinus respondisset? *Dubitari*, iuquis, *potest num praeter illam unius mensis praecedentem habitationem aliqua etiam subsequens sit necessaria.* Imo nullus huic dubitationi jam est locus, Bme Pater. Si enim mox edixisti, uuo illo mense, qui praecesserit, totum domicilii tempus concludi, jam omuis dubitandi ausa recisa ac sublata est. Addis *nolle Te quidquam novi hac de re decernere.* Imo decrevisti: simul enim ac edictum a Te est, praecedente illo meuse domicilii tempus omuino perfici et compleri, ea ipsa lege definitum est, aliam subsequentem habitationem prorsus non requiri. Ais deuique, subsequentem hanc habitationem *tamquam magni momenti adminiculum reputari posse.* At si meuse illo praecedente completum atque perfectum quasi domicilium habemus, quis quaeso adminiculis potest esse locus? Adminicula in re obscura quaeruntur; ubi vero res ipsa praesto est et apparet, perinde saue est adminicula persequi, ac homiuem sub ipso meridie lucerna quaerere. Nae stulti ineptique hominis personam magno illi Pontifici imponit, quicumque existimat, eum in constitutione *Paucis* quasi domicilium ad unum mensem reduxisse.«

»Quid ergo, inquies, in ea constitutione Pontifex ille voluit? Quid etiam illi, qui durius etiam loquuti sunt scribentes, *per habitationem unius mensis quasi domicilium acquiri?* Nempe illud ipsum, quod omnes volunt, tum cum dicunt, *decennio domicilium acquiri proprie dictum.* Nemo quippe iguorat, non dico *decennium* sed ne *mille* quidem annos, ut jurisperitorum fert proverbium, *per se* sufficere posse ad verum proprieque dictum domicilium acquirendum; cum necessaria sit voluntas non quidem definito ullo tempore, utut longissimo, sed omnino perpetuo in eodem loco manendi. Nihilominus cum commoratio decennalis *indicium* sit vehemeutissimum sincerae veraeque voluntatis habitationem ibidem perpetuo continuandi, ejusque proiude praesumptiouem quamdam inducat, hinc porro dici coeptum est, *decennio domicilium acquiri.* Idem sane quoad assertionem praedictam de *quasi domicilio* affirmari debet. Profecto dubitari nou potest ad quasi domicilium adipiscendum, praeter actualem habitationem, voluntatem simul requiri eaudem continuandi *per majorem anni partem.* Nihilominus cum habitatio jam ad mensem producta gravissimum *ad praesumendum* sit indicium, quod vere sincereque ejusmodi voluntas habeatur, hinc profecto scriptum a nounullis est, *per habitationem unius mensis quasi domicilium acquiri.* Quid vero inde consequitur? Nempe hoc: Cum jure non modo positivo, verum etiam naturali docente, *praesumptio cedere debeat veritati*, hinc porro si contingat, certis clarisque probationibus palam fieri, neque illum, qui *quasi domicilium* sibi vindicat, habuisse animum permanendi, *per majorem anni partem*, neque alterum, qui domicilium sibi arrogat *proprie dictum*, habuisse voluntatem permanendi perpetuo, imo de contraria voluntate constet, dubitare profecto eo in casu non poterit, neutrum domicilium sibi proprium quaesivisse; cumque matrimonii validitas a quasi domicilio peudeat, ne matrimonium quidem valide fuisse contractum. Quod igitur Benedictus XIV. coustituit, hoc omnino est.«

»Quum Archiepiscopus Goanus in ejusmodi causis defiuiendis vehementer haereret, eoquod probationes de voluntate per majorem anni partem permanendi frequentissime dubiae sunt, summus ille Pontifex edixit, imo potius in meutem revocavit, quod jure jampridem constituto vigebat, in *hisce casibus dubiis* praesumptionibus esse utendum; praesumptionem vero esse ad judicandum satis firmam, *si ille qui contrahit spatio saltem unius mensis, antequam matrimonium contrahatur, habitaverit in loco, ubi matrimonium ipsum celebratur.* Mensis igitur, de quo Benedictus XIV., nihil aliud est, nisi *probatio quaedam in rebus dubiis* de vera sinceraque voluntate permanendi *per majorem anni partem*, cujus proinde voluntatis necessitatem non abrogat, sed confirmat; ita ut si non *de re dubia* agatur, sed *de re clara et manifesta*, ejusmodi voluntatem defuisse, certissimum omnino, habitatione unius mensis minime obstante, habendum sit, quasi domici-

lium nullo modo fuisse quaesitnm, adeoque matrimoninm nullo modo fuisse validnm.«

Firmata hac regula, Canonista ut ostenderet nullum fnisse matrimonium de quo lis erat, demonstravit neutrum ex contrahentibns quasi domicilium tempore matrimonii habuisse in paroecia s. Mariae Magdalenae.

Votnm ejusmodi factum est post multos annos a celebratione dicti matrimonii. Et ideo hoc confecto voto hypothesim fecit Canonista, praetensos sponsos in Angliam remeare ad revalidandum matrimonium Romae nullum renuntiatnm. Anglia cum immunis sit a lege Tridentina utitur jure communi seu dispositione capitis *Is qui fidem* circa matrimonia; hinc proseqnebatnr Canonista:

»Duoque tantum non erit abs re heic animadvertisse:

Primo ne in Anglia quidem revalidari matrimonium potuisse nisi ab alterutra parte qnasi domicilium sive Londini sive in alia ejus regionis urbe vel quaesitum vel recuperatum antea fnerit.

Secundo ejusmodi revalidationem fieri *licite* nnllo pacto potuisse, nisi nova impetrata ab impedimento mixtae religionis dispensatione. Dixi primo necessarium fnisse, ut anglicum domicilium sive quasi domicilium ab alterutra parte antea quaereretur vel recuperaretur. Non enim est dnbitandum ipsam quoque Franciscam, utut origine Londinensem, amisisse Londinense domicilinm, quum Paulum sequta est. Ex eo enim tempore deseruit paternum domicilium, ut Pauli domicilio perpetno adhaereret. Ita communiter DD. qui hoc casu expresse agunt id est de casu matrimonii omnino invalidi, cujns occasione foemina exiverit e paterno domicilio, assertique sponsi domicilium seqnuta sit. »*Quarto infertur*, ita Barbosa *de off. et potest. Episcop. p. 2. alleg. 32. n. 67.*, *foeminam*, *quae coram parocho suae parochiae contraxit matrimonium invalidum seque inde transtulit ad domum sponsi commorantis in alia parochia cum intentione ibi perpetuo manendi*, *non posse postea coram eodem parocho matrimonium de novo valide celebrare*; *nam ille non dicitur amplius proprius parochus ac sacerdos cum foemina mutaverit et amiserit primum domicilium*, *statim ac incepit habitare in parochia sponsi cum intentione ibi perpetuo manendi. Ita Sanchez etc.*«

Dixi *secundo* ejnsmodi revalidationem fieri *licite* non potuisse nisi nova impetrata dispensatione ab impedimento mixtae religionis. Dispensatio enim ab Archiepiscopo Parisiensi impetrata evidenter nulla fuit. Ut enim valide concederetnr, fieri debnit in personam snbditam. Hac enim conditione et intra hos limites conceditnr a Sede apostolica nonnullis Episcopis, in quorum dioecesibus jam a pluribns annis haereses impnne grassantnr, facultas ab hoc impedimento dispensandi; ita ut circa personas, qnae nullo modo sint subditae, ejusmodi facultas omnino deficiat ac nulla sit. Jam vero nulla ratione sive Panlus sive Francisca (quae insuper haeretica erat, adeoque beneficii dispensationis indirecte, at certe directe incapax) snbditi erant Archiepiscopi Parisiensis, qnum in urbe Parisiensi neuter sive verum sive qnasi domicilinm haberet; quandoquidem certissimnm est, relate ad dispensationem ab hoc impedimento neminem Episcopi dispensantis subditum fieri, nisi saltem per quasi domicilinm. Dixi *saltem*, *primo* quia mihi semper ea opinione perplacuit, quae *verum adeoque perpetuum* domicilium hac in re exquirit. Qunm enim considero Sedem apostolicam semper denegasse ejusmodi facultatem illis Episcopis, qni magnam haereticorum multitudinem in suis dioecesibus jampridem non haberent, qnnm etiam considero, ipsam Sedem apostolicam abstinuisse constanter ac vere abhorruisse ab ejusmodi dispensationibus etiam per semetipsam concedendis in iis locis, ubi haeretici vel nnlli vel rari essent, tum profecto in eam me rapi opinionem sentio, ejusdem apostolicae Sedis mentem ac consilium in ejusmodi facultatibus concedendis semper fuisse, ut ejusmodi dispensationes velnti quibusdam arginibus, in iis tantum locis conclusae remanerent, ubi haereses impune grassantur. Ex quo merito concludi posse semper putavi, ejusmodi privileginm ita esse *locale*, ut etiam circa illos tantum exerceri possit, *qui loco sint affixi*; ita ut spes justa affulgeat, dispensationis effectnm extra praedictos limites numquam esse emersurum. Atqui non vernm atque perpetuum, sed tantum quasi domicilinm sibi quaesiverunt, quomodo *affixi loco* dici possunt? Imo vel ipsi profitentnr aperte, se nolle in eo loco consistere, sed paucos post menses, illam haeresis pestem, qua foemina sit imbuta, in catholicam viri patriam sese illaturos. Quapropter si ejnsmodi homines ad dispensationem admitti valide possint, ubinam, quaeso, jam essent argines illi a Sede apostolica imperati ac positi? Ubi illa ejusdem sollicitndo arcendi a catholicis regionibus mixta matrimonia? Qui dolor, quae vulnera Episcoporum, qui quum dioeceses integre catholicas haberent, jam eas videant, sese invitissimis, haereticis personis alienorum Episcoporum anctoritate infici? Quumque hactenus ex. gr. Hispania immnnem ab omni haeretica contagione maxima cura se praestiterit, quomodo sese amplius tueri ab eadem se posset? Qnae omnia cum menti Sedis apostolicae praedictam facultatem concedentis omnino contraria semper duxi, tum etiam ecclesiae disciplinae, ac saluti prorsus perniciosa. *Altera* ratio, cur verbum *saltem* apposui, haec est, quod cum agitur de Italis mnltoqne magis de Romanis, ad quos Panlus e nobilissima . . . gente pertinet, extra controversiam jam positum est, nullum Episcopum uti posse dispensandi facultate, nisi eam qui petunt, italicum domicilinm omnino perpetuoque deseruerint; ita ut quasi domicilium in dispensantis dioecesi adeptnm ad dispensationis validitatem nullo pacto pro ipsis sufficiat.«

c) Tempus ad quasidomicilium adipiscendum saltem unius mensis spatium requiriturne?

Vd. *Matrim. cor. parocho alieno* (nullit. const. decr. *Pisana* § *Matrimonii*); *Raptus* (non est impedim., decr. *Olomucen.* §§: *Constare*, *Quod igitur*, *Ex his etc.*); *Domicil. ad matrimonium contrah.* (domicil. originis, decr.: *Rothomag.*, domicil. vagorum decr.: *Romana.*); praecipue *p. 1496.* §§: *Jam* etc.; p. 1513. § *Paucis.*

5) Differentia inter domicil. et habitationem.

In hoc differunt domicilium et habitatio, quia domicilium est locns originis vel perpetuae habitationis; habitatio vero est commoratio in loco per accidens et animo alio se transferendi. Unde ad habitationem snfficit habitare pro aliqno tempore ex aliqna causa puta, litis, mercaturae, stndiorum et hujnsmodi. Ad domicilinm autem in aliquo loco constituendum requiritur animus ibi perpetuo permanendi, sine quo non contrahitur domicilium, *l. cives*, *cod. de incolis l. 10.*, *Menoch. de praesumpt. quaest. 42. n. 2. et de arb. cas. 87. a n. 6.*, *Sanchez de Matr. l. 3. disp. 13. a princ.* et alii.

6) Differentia inter domicilium et quasidomicilium.

Vd. *Domicilium ad matrimon. contrah.* (domicilium habentes ubi Trid. etc. decr. diei 19. Mart. 1758.

7) Dotem secumfert.

Canonicus Cajetanus Torello anno 1706 per codicillum jussit, ex pecunia quae penes eum tempore suae mortis foret, constitui census activos ex quorum redditibus dos quotannis efformaretur, conferenda pauperiori atque honestae puellae e Brescello. Archipresbyter qui ab anno 1871 paroeciam hujus oppidi consequtus est, reperit pium dotis legatum jam suspensum fuisse. Superatis vero et enucleatis quibusdam difficultatibus quoad ejusdem administrationem nunc totus in eo est, ut dos iterum conferatur. Attamen arbitratus est deese normam, tute sequendam in collatione dotis hujusmodi ex quo praxis antiqua prorsns ignoretur. Hinc adiens Archipresbyter s. Congregationem Ep. et Reg. quaesivit: an pro consequenda dote sufficiat domicilium vel requiratur etiam ut illo in loco nata sit puella quae dotem consequi cupit.

Inprimis, domicilio posthabito, animadvertere oportet quod si puellae ad territorium e Brescello pertineant, tunc ex jure tum civili tum municipali ad legatum admittuntur eo qnod pars fiunt loci a testatore designati. Lex enim 147. *ff. de verborum significatione* sic decrevit: »qui in continentibus urbis nati sunt, Romae*) nati intelliguntur. Quam comprehensivam interpretationem sequuntur jurisconsulti, excepto casu in quo applicanda foret lex poenalis, censura aut quaelibet alia odiosa dispositio, *Gratian. disc. for. cap. 217. n. 2. et seq.*: »Appellatione civitatis in materia stricta venit solum id quod mnrorum ambitu terminatur etc. Quidquid alias ex communi usu loqnendi castra et villae veniant appellatione civitatis, maxime in beneficiis in quibns verba latissime interpretamur.«. Et Ferraris *voc. civitas n. 87.*: »Civinm appellatione veniunt etiam comitatenses seu foreuses nati in suburbiis. Praecipue in favorabilibus et in materia qnae utrique conveniat; nomine autem territorii venit quidquid intra fines loci simul cum ipso loco continetur; Leg. Pupillus § Territorium ff. de verborum significatione. Porro natus in suburbiis et continentibus vicis idem est ac si in oppido natus fuisset, leg. Qui 147 de verb. signif. Leg. Qui ex vico ff. ad Mnnicip.

Rota antem in decis. apud Monacellum *formul. legal. t. 2. n. 1.*: »Evidens resolutionis

*) Vd. *Decreta auth. s. R. C. Suppl. t. II. p. 417. n. 11.* Edit. Mühlbauer.

fundamentum fuit, quia tum Laurentius testator ordinavit dotes fore distribuendas puellis, *di padre e madre Senesi*, sub nomine Senensis comprehenditur natus tantum in civitate, suburbiis, vicis et districtu ad text. in leg. Qui ex vico.« Ex his principiis haud magna exurgere videtur difficultas pro admissione puellarum quae ad civitatis districtum vel territorium pertineant.

Quod tameu asseri nequit, cum interpretatio jura respicit, quae promanant a domicilio et habitatioue. Ulpiauus equidem in *leg. provinciales 190. ff. de verb. signific.* respondit: »Provinciales eos accipere debemus qui in provincia domicilium habent, non eos qui ex provincia oriundi sunt.» Ex quo jurisconsulti responso, ratione domicilii potius quam ratioue originis quempiam denominari probat Alciatus ad *dict. leg. n. 1;* et Glossa in *cap. Statutum* § *cum vero de rescript. in 6.* iuquiens promiscue accipi cives et incolas: edocemur enim quemquam vocari ad munera civilia ratione originis et domicilii, *leg. cum neque originales 4.* Hinc uisi res sit de aliqua dispositione quae expresse loquatur de originario, hi etiam qui ratione iucolatus et domicilii pro civibus habentur, privilegiis civium frui videntur ex textu *in leg. 44. ff. de excusat.*

Quapropter acquisito domicilio per auimum et factum aut cum de animo dubium sit per praesumptionem quae ex deceuuio enascitur sequuntur jura et relativa privilegia. Et re quidem vera auctores convenire videntur, quod in successione ad aliquod beneficium absque ulla limitatione originis comprehendatur et illa successio quae ex domicilio proveuit, sive titulo civis aut ex privilegio. Ad rem Riganti *Regul. 14. Cancell. n. 149. et seq. . . .*: »Sub privilegio disponeute simpliciter quod beneficia nonnisi civibus conferantur non solum veniunt cives originarii et naturaliter tales, sed etiam cives ex privilegio. . . .« Amostatius autem *lib. 4. cap. 1. n. 58. de causis piis* ait: »Quando puellae naturales alicujus oppidi ad similia legata vocantur, non solum illius oriundae admittendae sunt, sed illae quae per decennium ibidem originem habuerint licet aliunde originem traxerint dum tamen habeant animum ibidem commorandi, nam habitatio decennalis cum auimo ibidem commorandi facit quemque naturalem.«

Ex adverso autem animadvertendum est quod in collatione dotis de qua sermo est semper praevalere deberet verisimilis testatoris voluntas *consulendi veris civibus, non extraneis civitatem assecutis.* Qua de re Valenti *voto 4. n. 31.* habet: »Si itaque inter eos qui eodem loco nascuntur dari dicitur quaedam naturalis cognatio, justa ratio exposcit quod ita testatorum dispositiones interpretemur, ut illas naturali huic dictamini et humanae societatis legibus conformando intelligamus de veris civibus sive veris naturalibus ob verisimilem illam voluntatem consulendi personis illius loci et ue eaedem ab exteris sub hujusmodi fictis coloribus excludantur; *Card. De Luca de Praeemin. discept. 36. n. 5.*«

Praeterea s. Rota declaravit quod civilitas acquisita prodest ad acquirenda jura competentia civibus*) iu genere non autem jura pertiuentia ad cives naturales et origiuarios, *decis. 982. cor. Molines n. 8.*: »Nihil urget quod cives ficti et accideutales reputeutur veri et originarii cives quoniam hujusmodi eorum civilitas accidentalis ipsis suffragari valet pro acquireudis juribus et praerogativis quae competunt civibus iu genere. Secus vero ad acquirenda jura tavative in beneficium civium uaturalium et origiuis relicta quorum nomine numquam veuire possunt cives ex fictione seu privilegio aut alio accideutali modo cum civilitas vera naturalis et originaria non acquiratur nisi per nativitatem et originem in civitate.« Quinimo Amostatius *loc. cit. de causis piis* ait: »Domini Larae seuteutiam admitto dicentis tantum extentionem facieudam ad suburbia et vicos proximos civitatis. Ratio est quia licet legata sint favorabiliora, cum tamen relinquantur puellis de certo loco, extensio facienda non est cum damno tertii: sed tantum illa quae ex verosimiliori testatoris voluntate fieri valet.«

Animadversum quoque fuit sacram Congregationem Coucilii valde attendere ad loci designationem a testatoribus factam, ceu eruitur ex *Romana et Firmana Dotium 10. Septembris 1860.* Hinc si particula quae indicat originem limitat civis titulum, vis argumenti augetur, in themate; nam testator *pure et simpliciter* jussit dari dotem puellae pauperiori et honestae e Brescello. Ex s. Rota vero *dec. 496. n. 8. p. 1. rec.* monetur *in dispositione hominis et vulgari sermone concepta intelligenda esse proprie, non autem in civili.*

*) Vd. *Civis.*

Hisce breviter praenotatis dirimendum fuit propositum sequens

Dubium:

An dotem in themate consequi valeat pauperior et honesta puella quae domicilium habeat in Brescello vel quae nata sit in eodem loco?

Sacra Cong. Ep. et Reg. re discussa sub die 8. Julii 1880 respondere censuit: *Affirmative ad primam partem dummodo constet de legali domicilio, negative ad secundam.*

Ex quibus colliges:

I. Ad hujusmodi ergo consequendam dotem nedum esse admittendas puellas quae e Brescello oriundae sunt sed illas etiam quae per decennium ibidem domicilium habuerint, cum animo ibi commorandi, quamvis aliunde originem traxerint.

II. Nisi enim agatur de dispositioue quae expresse *de originario* loquatur hi etiam qui ratione incolatus et domicilii pro civibus habentur privilegiis civium fruuntur.

III. Ex *leg. provinciales ff. de verb. signif.* scitum est Ulpianum protulisse: provinciales eos accipere debemus qui in provincia domicilium habent, uon eos qui ex provincia oriundi sunt.

IV. Ex quo Ulpiani responso arguuut jurisconsulti quempiam denominari de aliquo loco potius ratione domicilii quam ratione origiuis; et appellatione civis comprehendi incolam loci alicujus et promiscue accipi cives et incolas quoad munera civilia.

8) Duplex.

Vd. *Domicilium ad matrim. contrah.* (domicil. originis etc. decr.: *Rothomag. p. 1531.)*

9) Familiae.

Tudertina.

Familiam oratoris in praedicta civitate domicilium vere acquisivisse praesertim vero oratorem qui cum patre habitat et cui paternum domicilium communicari ad *text. in L. filius cod. de municip.* monuit s. Congr. in *Bononien. seu Ferrarien. Ordinationis 14. Nov. 1733.*

Die 12. Julii 1823.

10) Domicilium familiarium et famulorum.

Vd. *Domicil. puerorum. etc.* §: *De his. p. 1539.*

11) Incolas facit.

Vd. n. 8. 7.

Plane origo facit cives, domicilium incolas, *leg. 7. cod. de incol. lib. 10.*

12) Ad Matrimonium contrahendum.

Vd. Matrimon. (cor. parocho propr.; contractum fraudulenter; forma a Concilio Trident. praescripta; supra n. 4. a.

a) Consuetudines dioecesanae.

Vd. *Domicil. ad matrimon. contrah.* (domicil. originis etc. decr.: *Rothomagen. p. 1531.)*

b) Domicilium habentes ubi Tridentinum viget sed transeuntes ad matrimonium contrahendum in alium locum, ubi non viget.

(Matrimonium nullum.)

Vd. infra: *Domicilium (peregrinor.,* domicilii defectus); supra p. 1494: *Discursus.*

Honesti divitesque juveuis Laurentius et Agnes natione dispares ubi ex loco demigrantes ubi lex Tridentina publicata est in Angliam profecti sunt, ut in fraudem non quidem ecclesiasticae legis sed civilis matrimonium contraherent. Sed ab initio est oriundum.

Laurentius nobilis natione Gallus in urbe A. Gallici imperii suum habebat domicilium. Puella Agnes natione Hiberua in eadem urbe a quatuor annis degebat, dum puellae pater in Hiberna munere publico fungebatur suaque bona administrabat.

Ex honestissima amicitiae consuetudine mutuo inter juvenes excitato amore Laurentius in uxorem Agnetem petiit.

Quamvis in nuptiis conciliandis initio gravis saltem difficultas obstare familiae Agnetis non videretur; nihilominus hisce nuptiis dissensus parentum Laurentii paullatim innotuit, ita ut ipsi Laurentio insuperabilem difficultatem parere visus sit.

Notum enim est ea sub lege Gallicos vivere quae filiorum familias libertatem adeo coercet, utquamvis matrimonium validum contraherent coram ecclesia ratum non habeatur coram

civili lege, nisi parentum consensus quibusdam civilibus formis servatis intercesserit.

Laurentius itaque spem animo nutriebat se cum Agnete matrimonium esse contracturum hac nationis lege neglecta si in Angliam cum sponsa proficisceretur ibique lege Anglicana servata matrimonium celebraretur. Huic consilio Agnetis parentes non restiterunt.

Quare sponsi profecti sunt in Angliam et Laurentius vix et ne vix quidem decem dies, Agnes autem vix quatuor dies in quodam Anglicana territorio manserunt obtentaque a magistratu civili loci gratia seu dispensatione a denunciationibus matrimonialibus (quae faciendae erant juxta praescriptum Anglicanae legis post quindecim morae dies coram eodem civili magistratu) matrimonium celebratum est.

His gestis illico in urbem A. redierunt a qua demigraverant.

Laurentius interea animo persentire visus est frustra haec omnia gesta fuisse: conjuges sejuncti jugiter vixerunt curas suas impendentes ut benedictionem ab ecclesia obtinere possent. Id autem noscentes Laurentii parentes obstinatiores effecti sententiam nullitatis matrimonii a laico judice postularunt et obtinuerunt.

Rebus hoc in statu manentibus Laurentius altiora cogitans religionem ingressus est et tyrocinio expleto vota simplicia emisit juxta providum Decretum: *Neminem latet* diei 19. Martii 1857. At cum assuetus non esset durioris vitae disciplinae suae valitudini consulere coactus et venia a SSmo habita statui religioso valedixit.

Quatuor exinde annis elapsis matrimonialis quaestio quae sopita videbatur vehementer revixit. Laurentius enim cum alia puella matrimonium contrahere cogitavit. Id noscens Agnetis pater non omisit literas immittere ad Episcopum N. et Archiepiscopum necnon ad quosdam parochos earumdem dioecesium, ne matrimonium celebraretur, cum Laurentius liber non esset. Quod fuit praesentis controversiae exordium.

Quibus acceptis literis ex Audientia SSmi S. C. rescripsit: *ut Archiepiscopus processum conficeret, servata saltem in substantialibus forma Constit. Benedicti XIV.* Dei miseratione*) *ac suam ferret in primo gradu definitivam sententiam, sin minus transmitteret ad S. Congreg. exemplar authenticum omnium actorum, ut ad ulteriora procedi posset.* Eidem praeterea Archiepiscopo communicata Resolutio S. C. C. est quae emissa est in quadam hujus generis causa *Gratianopolitana Matrimonii* die 3. Aprilis 1841. (Vd. *infra p. 1509.)*

His acceptis mandatis cum archiepiscopalis Curia intelligeret tempore initi matrimonii Laurentium et Agnetem degisse in dioecesi Episcopi N., ubi adhuc degebat Laurentius, illuc negotium remisit ut Ordinarius in primo gradu processum institueret causamque definiret.

Itaque in Curia episcopali processu confecto, quibusdam tamen defectibus scatente, pro nullitate matrimonii sententia Vicarius generalis emisit. Ab ejusmodi sententia appelavit matrimonii defensor ex officio juxta constitutionem Benedictinam ad Curiam archiepiscopalem quae plene primam nullitatis sententiam confirmavit. Denique matrimonii defensor a Curia archiepiscopali appellavit ad S. C. C.

Monitae itaque prout moris est penes S. C. fuerunt partes de nova causae propositione ut quatenus velint ulteriora jura coram S. C. C. deducerent. Pater Agnetis literas misit quibus factum exponens vehementer querebatur de neglecta ss. canonum forma in processu conficiendo deque incompetentia judicum: ac postulabat ut causa stante nullitate processus in Curia Dublinensi denuo inciperetur vel ex integro eamdem causam S. Congregatio cognoscendam susciperet.

Favorabilem autem pro Agnete sententiam implorans subjungebat, ut si fortasse nullum judicaretur matrimonium obstrictus declararetur Laurentius vi saltem sponsalium ad Agnetem sibi matrimonio jungendam, quae coram Anglicana lege vivente Laurentio alias nuptias contrahere non poterat.

Laurentius autem suae causae patrocinatorem in Urbe constituit.

Laurentii patrocinator in copiosa eruditaque defensione duo praesertim sibi ostendenda proposuit:

1) Quod juvenes Angliam petierunt non ut ibi domicilium aliquod figerent sed dumtaxat ut matrimonium contraherent.

2) Quod e loco erant profecti ubi Tridentinum viget Decretum.

*) Vd. *p. 962.*

At primum quod attinet non multum institit defensor; quandoquidem partes in hac re non erant discordes. Namque ipsemet Agnetis pater affirmabat, Laurentium facile nimis filiae suae suasisse ut in Angliam proficisceretur ad matrimonium contrahendum in fraudem Gallicae legis.

Ad secundum quod spectat observabat defensor Laurentium ante Britannicum iter domicilium habuisse in Gallia in urbe A., Agnetem autem in eadem urbe domicilium habuisse aut in Hibernia. Verum tum in Gallia tum in Hibernia Tridentinum Decretum *Tametsi, sess. 24. de ref. matrim.* publicatum est. Et ad Galliam quod spectat res est notissima ceu etiam docuit Pius VI. fel. rec. in instruct. ad Episcopum Lucionien.*) die 28. Maji 1793 scilicet: *Cum certo certius constet in ecclesiis Galliarum jam usu receptum esse ut matrimonia celebrentur coram parocho et duobus vel tribus testibus tamquam in exsecutionem Decreti Concilii Tridentini, hoc profecto satis debet esse ut praesumatur facta ejusdem Decreti publicatio sicut aperte legitur in resolutione edita a S. C. Concilii* die *19. Septemb. ann. 1602, quae refertur in lib. 10. Decretorum pag. 47.*: — Publicationem praesumi ubi Decretum fuerit aliquo tempore in parochia tamquam Decretum Concilii observatum — *Idemque statutum legitur in alia resolutione die 30. Martii 1669.*

Notum pariter est idem Decretum nunc vigere in tota Hibernia. Videsis cl. P. Perrone in opere *de matrim. christ. lib. 2. sect. 2. c. 6 art. 4. edition. Leodiensis anni 1861 in adnotatione 98.* Ac praeterea adducebatur testimonium Archiepiscopi Dublinensis et Hiberniae Primatis (qui inter patres purpuratos die 22. Junii 1868) id ipsum testantis.**)

His autem in facto positis subdebat defensor, cum illi omnes, qui de loco, ubi Tridentinum Decretum viget, domicilio non relicto discedentes, ut contrahant in loco ubi illud Decretum non viget nullo domicilio ibi statuto in fraudem Tridentinae legis contrahere censeantur, nullum matrimonium de quo agimus esse declarandum.

Ad hoc juris principium ostendendum plures resolutiones S. C. C. adducebat, et primo loco eam quae sequitur editam die 22. Februarii 1631 quamque refert Benedictus XIV. Inst. 33. nempe: »*Sacra etc. censuit dandam esse declarationem in abstracto in forma sequenti. Vir et mulier a loco suae habitationis absque animo illam relinquendi discedentes et ad locum alterius parochiae solo animo illic matrimonium celebrandi, non aliud domicilium contrahendi se transferentes ibi coram parocho illius loci matrimonium inter se contraxerunt. Supplicatur per sacram Congregationem declarari an hujusmodi matrimonium sit nullum vel validum.* Die 22. Februarii 1631. Sacra etc.: *Secundum ea quae proponuntur censuit esse nullum.*

Idipsum jam pluries fuerat a S. C. definitum ac confirmatum ab Urbano VIII. per literas apostolicas: *Exponi Nobis,* die 14. Augusti 1627 quarum hic est tenor:*) »Exponi Nobis fecit venerabilis frater Archiepiscopus Coloniensis, quod habito nuper per eum ad venerabiles fratres Nostros recursu super infrascriptis dubiis videlicet

Primo: An incolae tam masculi quam foeminae loci in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum transeuntes per locum in quo dictum Concilium

*) Vd. infra.

**) Testimonium Archiepiscopi Dublinensis, prout in *Summario* a Defensore Laurentii concinnato referebatur, hujus est tenoris: »Paulus Cullen Dei et apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Dublinensis Primas Hiberniae etc. Nos infrascripti fidem facimus decreti sess. 24. Conc. Trid. caput primum, in quo matrimonia sine praesentia parochi et duorum testium attentata nulla esse et irrita declarantur, pluribus abhinc annis per totam Hiberniam publicatum fuisse et nunc plene ubique vigere et observari, quando agitur de matrimoniis catholicorum. Etenim decretum istud vel a tempore Elisabethae reginae labente saeculo XVI. in pluribus partibus provinciarum Armacanae et Tuamensis, anno autem 1775 per integram provinciam Coscheliensem; et denique anno 1827 per totam provinciam Dublinensem et per eas partes Armacanae et Tuamensis provinciarum, in quibus antea non fuerat receptum, rite promulgatum in singulis paroeciis et in usum deductum fuisse constat. Quod ad dioecesim Dublinensem et ad dioecesim Hartfordiensem spectat, in utraque Tridentina ista lex de matrimoniis clandestinis plenam vim obtinet. Observandum tamen est SSmum Pontificem Pium VI. fel. rec. per rescriptum s. Congreg. de Propaganda Fide datum die 19. Martii 1785 decrevisse matrimonia mixta in Hibernia contracta aut contrahenda non servata forma Concil. Trident. quamvis illicita, habenda tamen esse uti valida, nisi aliud impedimentum canonicum obstet.

In quorum fidem haec omnia manu propria subscribimus et sigillo nostro obsignamus. Datum Dublini die 8. Martii 1866.«

PAULUS CULLEN Arch. Dublinensis Primas Hiberniae.

*) Vd. *p. 1518.*

non est promulgatum retinentes idem domicilium sine parocho et testibus contrahere valide dicendi sint?

Secundo: Quid si eo praedicti incolae tam masculi quam foeminae solo animo sine parocho et testibns contrahendi se transferant habitationem non mutantes?

Tertio: Quid si iidem incolae tam mascnli quam foeminae eo transferant habitationem illo solo animo ut absqne parocho et testibus contrahant?

Iidem Cardinales ad primnm et secnndum: *non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes cum fraude;* ad tertium vero dubiorum hujusmodi: *si domicilium vere transferatur matrimonium esse validum* — responderunt et resolverunt prout in Decreto desuper emanato plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio snbjungebat, dictus Archiepiscopus responsum seu dnbiorum praedictorum resolutionem hujusmodi pro sua subsistentia firmiori apostolicae Nostrae confirmationis robore communire summopere desideret, Nos etc. resolutionem hujusmodi anctoritate apostolica tenore praesentium adprobamus et confirmamus etc. Datum die 14. Augnsti 1627.«

Quae apostolicae literae in forma Brevis expeditae, confirmatae denno fuerunt a Benedicto XIV. in literis apostolicis *Paucis**) *abhinc hebdomadis* diei 19. Martii 1758 ad Archiepiscopum Goanum in quibus inter alia haec leguntur: *Mittimus interea fraternitati tuae Urbani VIII. Breve tibique propterea tuisque succesoribus mandamus observantiam et implementum ejusmodi Brevis... atque hoc facto satisfecisse Nos arbitramur petitioni quam proposuisti in epistola diei 18. Decembris 1755, ubi normam quam sequereris commostrari tibi cupiebas si contingant uti paulo ante dicebamus matrimonia eorum qui ad evitandas difficultates in quas vel offenderant vel offensuri erant si matrimonium in tua dioecesi celebravissent, transeunt ad finitimum locum, in quo coram aliquo missionario matrimonium contrahunt, deinde vero ad eam regionem ubi verum domicilium habent revertuntur.*

Fraudem vero de qua mentio fit in litteris Urbani VIII. animadvertebat defensor intervenisse censeri, quoties sponsi e proprio domicilio discedentes Tridentinae legi subjecto eoque non relicto in alterum locum transeant eidem legi non subjectum ibique nnllo domicilio aut qnasi domicilio constituto matrimoninm contrahunt. Undecumque enim consilium sive intentio originem dncat, matrimonium sic celebratnm in frandem cedit Tridentinae legis.

Atqui in praesenti themate (subjnngebat orator) sive Laurentius sive Agnes domicilium neque quasi domicilium in Angliam constitnernnt. Neque ex S. C. Concilii sententia ad adipiscendum quasi domicilium pro effectu de qno agimus reqniri habitationis perdnrationem spatio unius saltem mensis tradidit Benedictus XIV. in dictis literis *Paucis abhinc.*

Porro Agnes triduo circiter in Anglia degit: Laurentius autem decem dierum et quidem partim in Anglia partim etiam in Gallia eosdem dies itineribus absumpsit: uterque autem eadem matrimonii die in Galliam reversi sunt unde profecti erant.

Ad disjiciendas difficultates qnae ex adverso videbantnr opponi orator ostendere incoepit, Agnetem censeri non posse vagam id est domicilio quolibet carentem. A qua quaestione abstinemus, quae ad abundantiam videtur a patrocinatoribus instituta.

Matrimonii defensor pro suo officio sub duplici respectn causam consideravit, primo quoad extrinseca, secundo quoad intrinsecum causae meritum atque implorabat ut dnbio proposito S. C. responderet:

Circumscriptis omnibus gestis coram Curia episcopali N. cum omnibus inde sequutis ex defectu jurisdictionis etc. — vel: *Dilata et compleantur acta processus* — vel: *Negative.*

Contendebat autem matrimonii defensor episcopalem Curiam N. ubi in primo gradu causa judicata fnit destitntam esse jurisdictione ad judicandum; quia (ipse ajebat) per rescriptum s. Sedis quod snpra addiximus delegata fuerat facnltas conficiendi processum Archiepiscopi personae: proindeque neqne ipse Archiepiscopns poterat committere causam alteri judici: neque causam dictam Curiam N. jndicare potuisse jnre ordinario, cum specialiter commissa fuisset Archiepiscopo.*)

*) Vd. infra *p. 1513; 1515; 1518.*

*) Responsio, quae data est Archiepiscopo, non fuit delegatio multoque minus delegatio specialis, quae fit, quando persona aliqua seligitur ob peculiarem suam idoneitatem: sed simplex fuit responsio, ut Archiepiscopus, qui rem enarraverat, ageret ad normam juris, servata in substantialibus constitutione Benedicti XIV. prout in similibus adjunctis alias factum est.

*) Vd. *p. 963.*

Sed plura insuper nnmerabat vitia processus quae substantiam afficiunt. Ajebat enim defuisse formalem citationem ut saltem Agnes sisteret se in judicio: defuit litis contestatio; defuerunt probationes: quorum defectus substantiam cujnslibet processus afficiunt.

Quod si respicias ad constitutionem Benedictinam quae in substantialibus observari saltem debuerat, eamdem pessumdatam esse defensor inquiebat. Ad normam enim ss. Canonum et ejusdem constitutionis normam exigitur jnrata ntrinsque conjugis responsio; formale testium examen: jubet praeterea eadem constitutio, vinculi matrimonialis defensorem in jndicium venire qnotiescumque contigerit: eum in quolibet actu judiciali citari: adesse examini testium: voce et scriptis matrimonii validitatem tueri eaque omnia deducere, quae ad matrimonium sustinendum necessaria censebit. Quae observata non fuisse noster defensor contendebat.

Praescribit pariter eadem constitutio § 7.*) *Et demum defensoris hujusmodi persona tamquam pars necessaria ad judicii validitatem et integritatem censeatur semperque adsit in judicio sive unus ex conjugibus qui pro nullitate alter vero pro validitate in judicium veniant. Defensor autem cum ei munus hujusmodi committitur, juramentum praestabit fideliter officium suum obeundi; et quotiescunque contigerit ut in judicio adesse debeat pro alicujus matrimonii validitate tuenda rursus idem juramentum praestabit: quaecumque vero eo non legitimae citato aut intimato in judicio peracta fuerint, nulla, irrita, cassa declaramus... ac si citata et intimata non esset ea pars cujus citari intererat et quam juxta legum et canonum praescripta ad legitimam judicii validitatem citari aut intimari omnino necessarium erat.*

Porro subjnngebat defensor, vinculi matrimonialis adsertorem in processu conficiendo juramentum non praestitisse, neqne citatum in qnolibet actu judiciali fuisse: neque interrogatoria exhibuisse. His defectibns adnotatis concludebat processum nullitate omnimodo laborare, qni neqne judicialis processus figuram praeseferet.

Post haec gradum faciens orator ad intrinsecum causae meritum innitebatur doctrinae quam tuetur doctissimus Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 18. n. 27.* Hic enim anctor quaestionem nostram in puncto juris pertractans sibi quaerit:

»An si incolae locorum, in quibus decretum Trident. obligat, confluant eo, ubi non obligat, possint juxta illius loci legem absque parocho et testibus contrahere?«

Cui quaesito respondet: »Si animo ibi constituendi domicilium tendant, certum est posse ibi absque parocho et testibus contrahere: quia fiunt illins loci incolae et subinde jam non adstringuntnr legibus prioris domicilii. Tota autem difficultas est quando solum confluant per modum transitus.«

Hic antem Sanchez, priusquam suam sententiam aperiat, refert aliorum auctorum sententiam et rationes adductas, quas, cum quaestionem jnris determinent, ad rei plenitudinem nolumus silentio praeterire. Prosequitur itaque auctor hoc pacto:

»Petrus de Ledesma *de matrimon. q. 45. ar. 5. punct. ult....* censet, juxta sententiam illorum quos retuli *n. 17.* tenentium peregrinos dum absunt a proprio domicilio obligari legibus illius, dicendum esse matrimonium hoc absque parocho et testibus initum esse invalidum. Et videntur tenere Henriquez *lib. 11. de matr. c. 3. n. 8.* et Manuel *1. tom. summae 2. editione c. 219. n. 2. in fine*: dicnnt enim semel publicatum Trid. decretum in aliquorum parochia afficere parochianos quocumque migrent; solum excusari videntur proficiscentes animo ibi constituendi domicilium. Et probatur, quia advenientes ex locis ubi Tridentinum obligat jam contraxere obligationem servandi id decretum: ergo quocumque adeant per modum transitus tenentur id servare. Et confirmatnr, quia Tridentinum irritat clandestina matrimonia redditque ipsas personas inhabiles ad ita contrahendum: sed inhabilitas personam afficiens, cum sit quid personale, comitatur personam quocumque euntem: ergo semel propter legitimam Tridentini publicationem redditus inhabilis ad clam contrahendum nullibi terrarum poterit ita contrahere.

»Secundo, quia jam persona illa decreto Tridentini adstricta fuit in sua patria: ergo loci mutatione non cessat obligatio: sicut

semel applicato combustibili iutra ignis sphaeram conservatur calor receptus, ad alium locum extra illius sphaeram traducti.

»Tandem, quia ille peregrinus, ubicumque sit, est membrum ecclesiae ipsique subditur: ergo post legitimam promulgationem ligatur ubicumque terrarum praedicta ecclesiae lege.«

Hac sententia cum ratiouibus exposita suam patefacit Sanchez his verbis:

»Probabilius tameu est uon teneri coram parocho et testibus contrahere. Probatur primo ex dictis *n. 18.*, ubi tamquam verius defeudimus peregrinos a domicilio absentes non teneri legibus illius. Secundo, quia esto sentiremus obligari legibus domicilii, at (ut diximus *n. 10.*) quoad solemnitatem adhibendam in contractibus, solae leges loci, in quo contractus celebratur, inspiciuntur: locus autem, ubi hoc matrimouium initur, uon petit eam parochi et testium solemuitatem ad matrimonii valorem, cum ibi decretum Tridentinum nou obliget: ergo etc.

Limitant aliqui hanc sententiam, nisi adireut ea loca, in fraudem decreti Tridentiui, ut ibi possent libere absque parocho et testibus matrimonio copulari: tunc enim ajunt esse invalidum: primo, quia fraus nemini patrocinari debet, *cap. Sedes*, *cap. Ex tenore de rescript.*, at patrocinaretur si hoc matrimonium validum esset . . .

Caeterum displicet mihi haec limitatio; et credo, licet adirent eo fine, ut possent libere absque parocho et testibus contrahere, esse ratum matrimonium. Primo: nam qui jure suo utitur non potest dici fraudem committere, ut ea ratione effectus impediatur, *Regula, Nullus videtur 55. ff. de reg. juris; leg. 3. vers. Is tamen ff. de libero homin. exhib.* — ibi: *dolo malo non videtur habere qui jure suo utitur.* — Quare ratione cum multis DD. per eos citatis defendunt Covarruv. *4. Decret. 2. par. cap. 8. § 2. num. 10.* et Sarmiento *lib. 1. select. c. 6. n. 8.*, matrimonium contractum in articulo mortis efficere filios legitimos in fraudem substituti: est enim fraus licita, cum contrahentes utantur jure suo: ergo cum adeuntes locum, ubi non viget Tridentinum, animo contraheudi absque parocho et testibus, utantur jure suo: habeut enim jus sic ibi contrahendi, erit fraus licita, nec ea ratione effectus ac valor matrimonii impedietur. Secuudo, quia bona vel mala intentio conferre potest ad committendum vel non committeudum peccatum, non tameu ad annullaudum actum, cum inteutio maneat in mente; nec effectum influat in opus externum: ergo si matrimonium illud seclusa prava intentione esset validum, id miuime impediet ea intentio: sicut de restitueudi obligatione docent multi et inter illos optime Navarr. *lib. 3. de restit. c. 5.*: si opus, seclusa prava intentioue, non inducat restitueudi obligationem, ex inteutione illa obligatiouem nou consurgere — . . .

Laudatus autem auctor exposita sua sententia sic rejicit ratioues oppositas Petri de Ledesma:

»Ad argumeuta prioris seuteutiae proposita *n. 27.* respondetur. Ad primum dico advenas contraxisse obligatiouem servandi id Trident. Decretum, quamdiu in his partibus, iu quibus id obligat, suut: secus dum ad alias ubi non obligat pervenere. Ad confirmationem dico, quando inhabilitas est coustituta absolute et simpliciter, sequi personam quocumque euntem, secus quaudo est constituta per modum legis; sicut enim lex illa nou obligat in illis locis, ita inhabilitas et annullatio actus non obligat ibi, nec sequitur personam, nisi dum est in locis, in quibus ea lex vim obligandi habet.

Ad secundum nego consequentiam, quia obligatio orta ex vi hujus decreti est ex his effectibus, qui in fieri et conservari pendent a suis causis: obligatio enim a lege orta durat, maneute lege et ea cessante cessat: unde, sicut lumen a lucerna productum in aëre extinguitur remoto aëre extra lucernae sphaeram; ita haec obligatio expirat, migrante persona extra territorium in quo viget hoc decretum.

Ad ultimum negatur consequentia: non euim ligatur lege ecclesiastica in loco, ubi ex voluntate ac dispositioue ecclesiae non habet robur eadem lex, ut coutiugit in locis, ubi aut non recepta aut non publicata fuit.«

Adducta hac Sanchesii sententia, quam orator laudibus extollebat, cum tamen s. Congregatio priorem seuteutiam sequuta sit ex adductis ex adverso pluribus resolutionibus nihilque grave haberet orator quod opponeret, eas rejicere conabatur, perinde ac si ad rem non facereut, inuueus in praesenti themate

fraudem quamlibet adversus ecclesiae legem abfuisse, cum matrimonium iu Anglia fuerit contractum ad declinaudam dumtaxat operatiouem civilis Gallicae legis.

Denique aliam quaestionem pertractare incoepit orator, Agnetem considerans uti vagam et domicilio destitutam, a qua quaestioue uti diximus abstinemus.

D u b i u m:

An constet de nullitate matrimonii?

S. C. C. die 16. Junii 1866 respondere ceusuit:

Praevia habilitatione utendi actis de quibus agitur facto verbo cum SSmo, affirmative.

Continuatio.

Iterum appellante defensore viuculi matrimouialis s. Congregatio rogavit Emum Archiepiscopum Dublineusem, qui id temporis Romae aderat, ut notificaret Agneti editam resolutionem, ac simul eamdem moneret de nova causae propositioue, ut quatenus vellet ulteriora jura sua coram s. Congreg. deduceret. Tum Emus Praesul, tum Agnetis parens nomine filiae suae scripta dedit s. Congregationi in quibus praeter gravissimas querimonias quibus Agnetis pater conquerebatur circa modum agendi Laurentii ejusdemque familiae, nihil ulterius deducebatur quod ad validitatem matrimonii posset referri. Monebat tameu Agnetis pater, audito jurisconsulti voto, juxta Anglicanas leges matrimouium suo robore consistere, nullaque ratione posse judicialiter infringi, ideoque filiam suam cogi iunuptam manere vivente Laurentio. Quaerebat autem ad detrimentum familiae gravissimum declinaudum et ob promissiones sponsalium, ut cogeretur Laurentius ad uuptias cum Aguete celebrandas.

Hiuc, quamvis extra rem de qua quaestio erat, non omittebatur haec uova controversia a patrocinatoribus; rationes autem utriuque adductae ad sequeutes revocantur.

Defensor vinculi matrimonialis, qui et Agnetis defeusor erat, fretus textu *cap. unic. § Idem quoque de despons. impuberum in 6.*, in quo spousalia impuberum de praesenti, ob defectum aetatis nulla, resolvi dicuntur in *sponsalia de futuro;* idem dici posse oratori videbatur, si matrimonium sit nullum ratione clandestinitatis, eam potissimum ob causam quod scilicet, si actus valere non possit eo modo quo agitur, valere saltem debeat eo modo quo potest.

Porro in contractu matrimonii iucludi ajebat contractum sponsalium de futuro, quia cum matrimonium vinculum perpetuum inducat, eo ipso quo aliqui consentiunt in matrimonium volunt *tum et futuro tempore jungi*; ideoque haec verba: *accipio te in uxorem*, continent etiam hanc alteram sententiam: *accipio te in futurum.*

Exorabat denique defensor Emos Patres, ut aequitatis canonicae saltem rationem haberent, quae non patitur ut honestae puellae tanto detrimento deserantur.

E contra defensor Laurentii, animadvertens, quaestionem hauc ad praesentem quaestionem non pertinere adducebat tamen s. Congregatiouis doctrinam, quam refert Coscius *de separat. tori lib. 1. cap. 14. n. 118. et seqq.* — ibi: »Prae caeteris clarissima est illius *(S. Congregationis Concilii)* Resolutio in *Nullius* 8. Junii 15[illegible]5, in qua censuit: — *Matrimonium sine praesentia parochi per verba de praesenti contractum etiam copula subsecuta et irritum et nullum esse, et in sponsalia de futuro minime resolvi* ut habetur in *lib. 8. Decret. pag. 130.* . . . . Eorum ergo doctorum opinio, qui teneut matrimonium clandestinum primae vel secundae speciei resolvi in sponsalia de futuro, ita ut sic nulliter contrahentes ad iterum valide contrahendum obligentur, est omnino rejicienda; tum quia . . . plures numero sunt doctores contrarium affirmantes . . . tum quia doctorum opinioni praevalet judicium s. Congreg. Concilii, quae hanc controversiam, ut supra, diremit; necnon pariter in *Granaten.*, in qua sequentibus sibi propositis dubiis, videlicet:

I. An contrahens, non servata Concilii solemnitate, obligatus sit saltem obligatione naturali, cujus vigore aliquo ecclesiastico remedio compelli possit ad observanda promissa?

Ad I. censuit: *non esse obligatum etiam obligatione naturali.*

II. Quid si in hujusmodi contractu interpositum sit juramentum?

Ad II. respondit: *idem, etiamsi contrahens jurasset.*

III. An talis contractus valeat saltem ut sponsalia de futuro?

Ad III. respondit: *non valere.*

IV. An sic contrahens peccet mortaliter non adimplendo suam promissionem?

Ad IV. *non peccare* censuit. Cujus conciliaris resolutionis originale videri potest in *tom. 72. Positionum s. Congr. Conc.* signat. foris *sess. 24. de refor. cap. 1. pag. 168. et 169.* Hactenus Cescius.

Quibus addebat defensor s. Rotae auctoritatem, quae fideliter sequitur ac veneratur s. Congregationis Concilii sententias: namque in *Romana Matrimonii, 11. Decembris 1719 coram Corio n. 20.* haec habentur: »Jamvero, recurrente secunda confirmatae resolutionis parte quoad exclusionem coactionis ad iterum ducendum sive dotandum, ea breviter constabiliebatur ob eam *irrefragabilem sententiam*, quae, quidquid dixerint perpauci per defensores Joannae allegati, communiter invaluit apud doctores et tribunalia, quod scilicet matrimonium contra formam Concilii initum, etiam subsecuta copula, in sponsalia non resolvatur, nullamque pariat, neque naturalem obligationem, ut saepissime resolvit s. Congr. Concilii ex late congestis in praeced. decis. etc.«

His aliisque per defensores adductis iterum propositum est dirimendum

D u b i u m:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. Congregatio die 28. Junii 1866 respondit:

In decisis et quoad praetensa damna partes utantur juribus suis prout et quatenus de jure.

Ex his colliges:

I. Qui domicilium habent ubi Tridentinum Decretum viget transeuntes in alterum locum ut ineant liberius matrimonium, non ibi contracto prius aliquo domicilio ad normam jurisprudentiae canonicae, invalide matrimonium contrahere, quamvis Tridentinum decretum ibi non vigeat.*)

II. Neque interesse an sponsi bona fide ducti id faciant ut ab aliquo minus aequo impedimento sese liberent. Non enim propter fraudem animo intentam irritum est matrimonium, sed propter factum quod facile frustraneam redderet Tridentinam legem.

III. Quare decretum de quo agimus non solum ligat personas propter locum sed etiam aliquatenus personas ipsas immediate afficit, quousque novum jus non acquirant in altero territorio contraheudi nuptias ad normam veteris juris.

IV. Novum hoc jus illud esse quod ex domicilio oritur, quo sponsi evadunt incolae alterius loci.

V. Colliges praeterea, matrimonium quod clandestine contractum censeatur, nec vim sponsalium obtinere: quin imo celebratione talis matrimonii sponsalium obligatio cessat quae celebrationi praecesserint.*)

*) Si Sanchex animum intendisset ad sententiam Decreti *cap. 1. sess. 24. de ref.*, quod tanta sapientia a Patribus Tridentinis fuit emissum ad arcendas et delendas nuptias clandestinas, illud non explicasset juxta communes regulas, quae legibus localibus applicantur: neque suam sententiam probabiliorem appellavisset. Inspecta enim decreti sententia oppositam opinionem quam firmavit s. Congr. suadet 1 ratio publicationis: nam licet sancta Synodus noluerit per decretum illud obligare contrahentes nisi in singulis paroeciis publicaretur, ad plura mala evitanda: nihilominus *Ordinariis omnibus praecepit, ut, cum primum potuerint, curarent hoc decretum populo publicari ac explicari in singulis dioecesum parochialibus ecclesiis, idque in primo anno quam saepissime fieret, deinde vero quoties expedire viderint.* Ex intentione ergo Patrum Trident. decretum hoc ad omnes ecclesiae subditos obligandum efficaciter tendit, ita ut loca illa, in quibus non adhuc viget, considerari debeant anormalia quae ad normam Tridentinam tandem debeant revocari. Facultas enim illa contrahendi matrimonium in ejusmodi locis juxta veteres canones, non est aliud quam benigna tollerantia, quae opportunitate adveniente deleri debet. Ergo non eodem modo posse applicari videntur illae regulae, quae de aliarum legum localium observantia circa peregrinos traduntur, quae pari jure in diversis locis vigent. 2. Id suadent gravissima Trident. verba: *Qui aliter . . . contrahere attentabunt, eos s. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et ejusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullat.* Inhabilitas enim, qua s. Synodus afficit incolas ubi publicatum decretum est ad aliter contrahendum, summa facilitate incassum cederet, si per simplicem territorii egressum habiles immediate sponsi evaderent, suo domicilio non relicto, ad diversimode contrahendum: quod aperte contra decreti sententiam procedere videtur.

*) Principium illud quod in secunda causae propositione adducebat vinculi matrimonialis defensor, quo dicitur: *si actus valere non possit eo modo quo agitur, valere saltem debeat eo modo quo potest*, locum non habet, quando actus est nullus ex defectu formae, quae, ut dici solet, dat esse rei; Abbas Panormitanus *in cap. Cum super. de officio et potest. jud. Delegati.*

VI. Quare uterque praesumptus conjux plene liber evadit, nisi ex alio titulo ad aliquid obligatus existat.*)

VII. Denique colliges, distingui omnino debere acta processus, quae ad ferendam judicialem sententiam fieri debent, ab actis illis, quae, non servata substantiali saltem canonica forma, fiunt.

VIII. Acta enim processus Ordinarius tamquam judex jurisdictione praeditus ordinatur ad sententiam ex iisdem actis et probatis emittendam, qua emissa plures juridicos parit effectus.

IX. E contra acta secundi generis idonea ex sese non esse ad constituendam judicii telam cui sententia judicialis innitatur: parere enim possunt dumtaxat privatam rei cognitionem, juxta quam si sententia judicialis feratur, ex ss. Canonum censura, irrita est.**)

Gratianopolitana. Matrimonii.

Vicarius Generalis Gratianopolitani Episcopi et suo et Antistitis nomine quaestionem per sacrum hunc Ordinem definiendam pro-

Cessat sponsalium obligatio, quia sponsalia, sicut caeteri contractus, propriam habent determinatam naturam, eaque ordinantur ad matrimonii celebrationem, qua peracta nil aliud horum natura exigere videtur. Quare si matrimonium celebratum detegatur nullum, sponsalia non reviviscunt.

*) In secunda causae propositione uti dictum est, s. Congr. respondit: *in decisis et quoad praetensa damna partes utantur juribus suis prout et quatenus de jure.*

Agnes affirmabat juxta Anglicanas leges matrimonium in suo robore consistere; potuisset ad damna reparanda judicialiter agere, ni fallor, duplici ratione; primo penes civilia tribunalia Galliae, quando sententiam sibi infensam protulerunt. Si enim juxta Anglicanas leges matrimonium coram iisdem legibus validum erat, non apparet ratio, cur leges civiles Galliae illud ratum non habuerint. Ex jure enim quod internationale appellant, firmi haberi solent contractus in quibusvis locis initi, dummodo observatae fuerint solemnitates in iisdem locis praescriptae. Ideoque majori probabilitate felicis exitus potuisset Agnes impedire Laurentio apud eadem tribunalia civilia quominus aliam uxorem duceret, eumdemque cogere ad damnorum reparationem. Secundo posset apud Anglicana tribunalia intentare judicium divortii, ex culpa Laurentii, qui matrimonio ibi contracto non stetit. Haec inquam videntur fuisse opportuniora media ad damna reparanda stante aperta nullitate matrimonii coram ecclesia, ex clandestinitatis impedimento: praescindimus autem a jure quo id civilis potestas sibi arroget.

**) Saepe contingit ut Curiae ecclesiasticae processus conficiant non regulares, nec secus possint; nam ecclesiastica jurisdictio a guberniis vel non reponit, quam *summi momenti esse multorumque interesse* denunciat.

Sempronius (ita Vicarius) Vir nobilis hujus civitatis inaequale matrimonium cum Bertha, conditionis longe inferioris puella, quam male deperibat, ante annos quatuor contrahere voluit, cumque timeret, ne per leges civiles, obsistente ac renitente familia, cujus consensus erat necessarius, id sibi non liceret, Londinum in Angliam insciis omnibus profectus est, ibique post octo aut decem dierum commorationem die 29. Septembris anni 1836 coram missionario apostolico in capella quadam catholica matrimonium iniit benedictionemque sacerdotalem suscepit.

In patriam redux secreto sed vero matrimonio conjunctum se bona fide existimans cum Bertha cohabitavit, ex eaque plures suscepit liberos. Cum vero matrimonium Londini celebratum ab omnibus ignoraretur, integro quadriennio ut concubinarius in opinione vulgi cum summa omnium offensione et scandalo traductus est. Tandem ab uno tantum mense res percrebrescere coepit, matrimoniique testimonium scriptum palam ostendunt, ac divulgant et ambo ut vero cognoscitur vel non sustinetur; hinc si Vicarii Generales citationem mittant sive partibus sive testibus ut coram se sistant stato tempore, saepe frustra agunt, quia personae citatae non parent, nec expedit ut censuris cogantur, quia sperni possent. Quin imo cogere interdum non possunt testes ad jurandum id quod ad judicis interrogationem testantur, vel quia obstat lex gubernii. In ejusmodi ac similibus adjunctis s. Congregatio inspecta tantum rei veritate si ex actis judiciali ritu non servato confectis satis appareat, SSmum consulit pro facultate ferendi sententiam non obstante irregulari forma actorum; vel itentidem rescribit, ut acta processus compleantur, vel suppleantur, data simul peculiari instructione. De qua re passim habentur exempla.

Contingit etiam non raro, ut pars aut testis qui examini judiciali sit subjiciendus longe absit, tunc praxis viget, ut judex qui parat processum, ne alienam jurisdictionem invadere videatur, litteras mittat ad alium ecclesiasticum judicem, sub cujus jurisdictione persona examinanda degit, illum exorans, ut velit examini judiciali coram se subjicere personam illam juxta *interrogatoria*, quae concinnantur (si de causa matrimoniali agatur) a defensore matrimonii.

In praesenti causa inter defectus qui a defensore matrimonii exaggerabantur perperam a patre Agnetis recensebatur judicis incompetentia: nam caeteris omissis ante sententiam matrimonium aut praesumendum erat validum aut nullum: si validum, notum est in jurisprudentia canonica uxorem sortiri forum mariti. Si praesumendum erat nullum, Agnes quae Laurentio novas nuptias impediebat, actoris partes gerebat, qui sequi debet ex notissima regula forum rei.

connubio conjunctos sese palam gerere incipinnt. Exscandescit in Sempronium familia, vultque invocato etiam jure canonico et Galliarum usu, matrimonium istud esse nullum, irritum ac invalidum proindeque conjugum separationem obtinere nititur. At vero Reverendissimo Domino Episcopo Gratianopolitano iisque qui sunt ab ejus consiliis, suboritnr dnbium aliquod de validitate istius matrimonii, eo quod non videatur initum coram parocho domicilii nec coram parocho quasi-domicilii nt jura volunt sed tantum coram parocho habitationis brevissimae et octo tantum vel decem dierum. Quaeritnr itaque utrum habitatio adeo brevis sufficiens fnerit, nt Sempronius coram missionario apostolico velnti coram vero et proprio parocho contrahere potuerit valide et licite. Suspicamur missionario apostolico specialem fuisse concessam a s. Sede facultatem, vi cnjus potuit huic matrimonio tamquam parochus assistere; facile conjicitur nullibi fuisse proclamata banna, nullam fuisse petitam aut obtentam ab Episcopo dispensationem.

Definiendum idcirco, quo citius possit, proponitnr ntrum et qua de causa valeat ant non valeat istud sic contractum, ita ut responsnm exinde ferendnm aliis similibus quoque casibns facile possit applicari.

Haec ex litteris Gratianopolitani Vicarii. Ut vero tutior ad pronunciandum sternatnr via, inquirendum illico visum est de missionariorum apostolicorum Londinensinm facnltatibus ut nimirum pateat, an peculiaribus ipsi a s. Sede aucti sint facultatibus ad catholicorum matrimoniis benedicendum, licet hi illis minime snbjecti sint ratione domicilii sen quasi-domicilii reqne collata cum R. P. D. S. Congreg. de Propaganda Fide secretario et officialibus uno ore responsum est, eos hujnsmodi facultate omnino carere. Hisce praejactis decernendum est, an matrimonium de quo quaeritur validum sit an potius nullum et irritnm. Non hic disputandum est de impedimentis per civiles leges decretis; sat quippe est ea referre, quae anno 1804 ex instructione per s. Inquisitionem transmissa respondit s. haec Congregatio Episcopo Brixiae de relatione statns ecclesiae scribenti in occasione Visitationis SS. LL.: »*Matrimoniis fidelium coram ecclesia contractis quibus nullum obstat canonicum impedimentum suam quoad maritale nexum inesse vim et valorem eorumque vinculum indissolubile manere qualiacumque tandem fuerint impedimenta a saecu-*

lari potestate, ecclesia minime consulta nec probante, perperam ac nulliter lata.« Neque quidquam negotii in themate facescere videtnr obsistentia familiae »*cujus consensus erat necessarius,*« ut ait Vicarius Generalis. Etenim qnoad consensnm parentum in matrimoniis filiorumfamilias regni Galliarum, quae prohibita primum fuerunt a christianissimo rege Henrico III. per edictum in comitiis Blesensibus anno 1579. art. 40. promnlgatnm atqne a Ludovico XIII. anno 1629. et 1639. renovatum, quo nulla et invalida declarantur matrimonia a filiisfamilias contracta sine consensn parentum, plane constat haec praescripta fines poenarum civilium haud praetergredi. Etenim verbum illud *invalida, non esse aliter explicandum quam per solam relationem ad contractum civilem*, ejusdem Lndovici nomine responderunt regii commissarii clero Gallicano, nti habetur *tom. III. rerum et dec. cleri Franc.* et late disserit Bened. XIV. *lib. 9. cap. 11. de synod. dioec.* § 5. plnres allegans super hac re Gallicos doctores. Hoc ipsnm probe novit Gratianopolitana ipsa Curia, quae totam dnbitandi rationem ponit in lege minima servata s. Conc. Trid., *scilicet quia non fuit initum coram parocho domicilii, nec coram parocho quasi-domicilii*, sed tantum coram parocho *habitationis brevissimae, et octo vel decem dierum.*

Jam vero qnamvis Sanchez, quem plures magni nominis sequnntur auctores, in suo opere *de matr. lib. 3. disp. 17. et seq.* praesertim *sub num. 29.* defendat validitatem matrimonii initi in loco, ubi promulgatum non fuerit Conc. Trid., licet ille qui contrahit, domicilium habeat in loco, in quo Concilium receptum est, ab eoque discesserit fugiendi causa difficultates, in quas incidisset, si in loco domicilii contraxisset, quin obstare sentiat fraudem quae ad summnm redderet illicitum non autem nullum matrimoninm sic contractnm et qnamvis contrarinm tneantur summi aeqne nominis doctores atque theologi, qnaestionem tamen diremit S. H. Congr. sedente s. m. Urbano VIII., cui tria haec proposita fuerunt dubia ab Archiep. Electore Coloniensi: *)

»*Quaeritur humiliter* a s. Congregatione *an incolae tam masculi quam foeminae loci, in quo Conc. Trid. in puncto matrimonii est promulgatum et acceptum, transeuntes per locum, in quo dictum Concilium non est pro-*

*) Vd. *p. 1514.* §: *Sedente.*

mulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere?

Secundo quid si eo praedicti incolae tam masculi quam foeminae solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes?

Tertio quid si iidem incolae tam masculi quam foeminae eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque parocho et testibus contrahant?

Hoc autem s. Congregatio dedit responsum die 5. Septembris 1626: »*S. C. Cardinalium Concilii Trid. interpretum ad primum et secundum respondit: non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes et transeuntes cum fraude. Ad tertium respondit: nisi domicilium vere transferatur, matrim. non esse validum.* Hujusmodi vero resolutiones confirmatae fuerunt a s. m. Urbani VIII. suis literis in forma Brevis anni 1627. expeditis ad instantiam procuratorum ejusdem Archiepiscopi, quodque Breve deinceps confirmavit sanct. mem. Benedictus XIV. in suis literis datis sub die 19. Martii 1758. ad Antonium Archiepisc. Goanum.*) Qui Pontifex haec circa superius relatas resolutiones habet:**) *Hujus vero definitionis contextu bene perpenso facile intelligitur matrimonia primo et secundo loco exposita irrita ac nulla ab eadem Congregatione decerni, eo quia fraus intercessit, validum autem censeri matrimonium tertio loco positum, in quo licet fraus intercesserit, nihilominus is, qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium seu quasi-domicilium adeptus erat in loco, ubi matrimonium inivit.* Et inferius haec habet idem Pontifex:***) *Ex sententia communiter hodie recepta atque observata nullum atque irritum habendum sit matrimonium, in fraudem proprii parochi coram parocho alterius loci contractum, dummodo tamen ille qui contrahit, antequam matrimonio jungatur, legitimum domicilium vel quasi-domicilium revera in hoc altero loco adeptus non fuisset, atque inibi fortassis post matrimonium contractum ad aliquod tempus commoratus non esset.*

Alia nunc occurrit juris disquisitio, quidnam nimirum requiratur ad quasi-domicilium adipiscendum. *Verum* (verba sunt s. m. Benedicti XIV. in enunciatis literis ad Archiepiscopum Goanum) *hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod antequam matrimonium contrahatur spatio saltem unius mensis*) *ille qui contrahit, habitaverit in loco ubi matrimonium celebratur. Definitiones s. Congr. Concilii hac de re observari potuerunt apud Fagnanum in* Cap. Significavit de parochis, *ubi earumdem contextu perpenso haec habet sub num. 39.: Vir et mulier Trajectenses timentes impedimentum a parentibus, cum ad vicinam urbem Aquisgranam se contulissent et ibi aliquamdiu morati matrimonium contraxissent, s. Congr. consulta super validitate censuit exprimendum tempus quo contrahentes Aquisgranae manserunt; quod si fuerit saltem unius mensis dandam esse decisionem pro validitate. Natalis Alexander in theologia dogmatica et morali lib. 2. de sacramento matrim. cap. 2. art. 2. regul. 6. animadvertit, ad acquirendum quasi-domicilium oportere, ut contrahentes antequam matrimonium celebrent, tanto tempore eo in loco, ubi copulantur, fuerint commorati, ut ibidem cogniti jam sint atque perspecti. Dubitari autem posset, num ad quasi-domicilium acquirendum matrimonii causa, ut diximus, non solum requiratur praecedens habitatio, verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium: verum cum animadverterimus, subsequentem habitationem ab iis auctoribus, qui de hac quaestione disseruerunt, tamquam magni momenti adminiculum reputari, ut novum domicilium quaesitum dicatur, nihil vero de illa praescriptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paulo ante definitione penes Fagnanum, nolumus hac de re quidquam decernere.*

Hisce in jure praemissis EE. PP. sapientiae erit responsum quod petitur edere, quodque aliis similibus casibus facile possit applicari.

Duo etiam in themate serio sunt animadvertenda. *Primo* nullam ex parte conjugum apparere querimoniam, qui suum matrimonium coram apostolico missionario contractum divulgarnnt; sed ex parte familiae tantum promoveri nullitatem initi connnbii. *Secundo* plures ex hoc conjugio susceptos fuisse liberos.

Quatenns de matrimonii hujusce valore dubitandum esse censuerint EE. Patres videant pro sna sapientia, num sententia a cnria episcopali Gratianopolitana proferenda

*) Vd. *p. 1513.*
**) Vd. *p. 1514.* §: *Confirmatio.*
***) Vd. *p. 1515.* §: *Exposita.*

*) Vd. *p. 1496.* §: *Jam; p. 1515.* §: *Post.*

sit, servata saltem in substantialibus forma processus demandati in const. s. m. Bened. XIV. incipien. *Dei miseratione**) an potins de apostolicae Sedis clementia, praesertim ratione habita ad liberos et ad caetera thematis adjncta, indulgeri possit, ut coram Episcopo Gratianopolitano vel ecclesiastico viro ab eo deputando ac coram testibus confidentibus renovetur consensns; num etiam quatenus prudenter timeri possit de alterutrius partis dissensu et praesertim viri ob *familiae excandescentiam* ac ob timorem effectuum civilium consulendnm sit SSmo pro sanatione in radice.

D u b i u m:

An et quomodo sit respondendnm in casu?

Resolutio:

Ex hactenus deductis non constare de validitate matrimonii, sed ad declarationem nullitatis esse procedendum confectione processus servata saltem in substantialibus forma constitutionis s. m. Bened. XIV. Dei miseratione *inspecto praesertim animo et tempore, quo asserti sponsi commorati sunt nedum Londoni, sed etiam in districtu illius apostolici Vicariatus; quatenus autem Episcopo magis expedire visa fuerit matrimonii convalidatio, renovato consensu secreto, pro facultate dispensandi super quovis impedimento juris ecclesiastici tantum juxta solitas clausulas quatenus adsit; ac etiam pro facultate sanandi in radice juxta formam, quatenus id necessarium duxerit, facto verbo cum SSmo super omnibus.*

Die 3. Aprilis 1841.

Epistola R. P. Antonii Taveira Archiepiscopi Goani ad SS. Benedictum PP. XIV. et Sanctitatis Suae ad eumdem responsio.

Sanctissime Pater ac Domine.

Augustiis quibus acriter tribnlor circumseptus ob aliquarum ovium mihi concreditarum a recto tramite secessum, operae pretium duxi Tibi SS. Domine tanquam omnium potentissimo Patri has preces humiliter effundere, ut ea pietate commotus qua sedulo uteris erga omnes remedium praebeas opportunum, quo ab hac animi afflictatione reddar indemnis illasque in viam veritatis reducam atque damna instantia ac futura penitus advertantnr.

Cum hanc Goanam dioecesim Dei et apostolicae Sedis gratia regere coepi magna jndicialis movebatnr contentio circa cujusdam matrimonii validitatem. Nam licet inter illud contrahentes nonnisi impedimentum impediens ex sponsalibns cum alio antecedenter contractis ortum extaret attamen solemnitatibns Tridentini spretis, non coram proprio parocho cujuslibet contrahentinm contractum fuerat, sed coram nno ex apostolicis viris qnos missionarios appellamns qni ad aliquos fideles instruendos in infidelium loco vnlgo Sunda limitibus hujus dioecesis vicino commorabatur, ad qnem dolose se transtnlerunt dicentes, se velle ibi novum domicilium constituere, sed contracto matrimonio statim ad patriam convolarunt. Hoc idem in loco vulgo Quittnr qui ultra hujus dioecesis fines infra nnam ant duas dietas ad plurimum distat, non semel postea inter impedimenta dirimentia habentes similiter contigit.

Ratio cur aliquibns videtur matrimonia in his similibnsque locis contracta valida esse jndicanda, impedimentis dirimentibus seclusis in eo fundatur, quia in illis Tridentini dispositio non viget, cnm ibi pnblicatum non fuerit, nec receptum, quapropter, ad dicta loca extendendum non esse, asserere non dnbitant, ex plurium sententia cum *Sanches lib. 3. de matrim. disp. 18. quaest. 4. a n. 27.* qui acriter pro validitate pngnat. Hoc autem in Indiis Orientalibus praecipue in hac dioecesi cum sit proxima praedictis locis nullatenns servandum est ne illicitis ac peccaminosis conjunctionibns locnm praebeat, prout experientia docet.

Igitur ad sedandas controversias malaqne ex similibus matrimoniis orta obvianda, opns esse mihi videtur, Sanctitatem Tuam meis precibns inclinatam declarare nnlla esse talia matrimonia; pront olim declaratum fuit a s. Congregatione Cardinalium, approbante SS. Domino Urbano VIII. 14. Aug. 1627 *) ad instantiam Archiepiscopi Coloniensis, ut refert *Schmalzgrueber lib. 4. Decretal. tit. 13. n. 112.* Apperte tamen constituendum est, incolas hujusmodi dioecesis ad talia et similia infidelium loca etiam cum animo mutandi domicilia migrantes ad matrimonia contra-

*) Vd. *p. 962.*

*) Vd. *infra p. 1518.*

henda admittendos non esse per missionarios nisi cum Ordinarii licentia secundum dioecesis consuetudinem obtenta praecedentibus tribus denuntiationibus in propriis ecclesiis atqne in iis quarum domicilia reliquerint, solnm enim tunc similia peccata cessabunt.

Goa 16. Decembris 1754.

Antonius Taveira, Archiepiscopus Goanus Primas Orientalis.

Venerabili Fratri Antonio Archiepiscopo Goano. Benedictus PP. XIV.

Venerabilis Frater.

Salutem et apostolicam Benedictionem.

Paucis*) abhinc hebdomadis fraternitatis Tuae literas accepimns die 16. Decb. 1754. datas nescientes usqne adhuc, qnaenam dinturnae hujus morae fuerit causa. Exposnisti antem in iis quod, cnm receptum fuerit in dioecesi tua Trident. Concilium servatur adamussim ibidem sanctio illa, quae nulla declarat matrimonia quae sine praesentia parochi sponsi vel sponsae et sine duobus testibus celebrantur. Cum vero dioecesi tuae finitimus sit locus quidam Snnda vocatus ubi nonnulli missionarii sacerdotes inhabitant ad regionis incolas ad fidem catholicam pertrahendos edocendosqne contingit aliquando atque nunc etiam contigit et qnispiam difficultates praenoscens quae matrimonium fortassis impediret, quotiescumqne in tna dioecesi contrahendnm foret, ab eadem discedit una cum muliere atque Sundam pergit ubi neque receptum neqne promulgatum fuit Concilium Trid. ibique matrimonium coram missionario contrahit ac subinde regrediens ad dioecesim tnam validum esse contendit, eo quia matrimonium non alibi nullum esse reputatur, praeterquam iis in locis in quibns Concilii Decretnm receptum ac promulgatum fuit. Haec est qnaestio, de qua Nos interrogasti, ut normam praefiniremus, quacum in ejusmodi matrimoniis gerere te oporteat. Quamvis autem ob longaevam quin immo decrepitam aetatem quam agimus Nos a laboribus excusare liceret eosdemque aliis committere nltima Nobis definitione servata nihilosecius cum divinae placuerit majestati sanam Nobis ac integram mentem servare etsi praeter senium binae gravissimae infirmitates quas perpessi sumns, Nos eo perduxerint ut s. viatico et extrema olei unctione semel ac iterum mnniremnr, petitionibus tnis recta responsa dare non omittemus, cum ob experientiam qnam in ejusmodi controversiis nacti fuimus nt videre est in Nostra ecclesiastica institutione in lucem edita, dum archiepiscopali Bononiensi cathedra sedebamns, qnae est la 33. latinae editionis sub n. 9. tum vero etiam ob munus exercitum pluribus annis a Secretis Congregationis Trident. Concilii, dum in minoribus agebamus, ubi similia negotia tractantur.

In integra decretali Alexandri III. Nostri Praedecessoris sexta snb titulo *de homicidio* quae in collectione decretalium qua utimur in scholis et foro non integra est sed decurtata sequentia leguntur verba, quae Nostrae favent intentioni:

Sicut dignum et omni rationi consentaneum est, graves et difficiles quaestiones ad examen apostolicae Sedis deferri, ita etiam Nobis ex ministerio snsceptae solicitudinis imminet easdem quaestiones prout Nobis Dominus dederit solvere et singulis a Nobis consilium postulantibus respondere, ut providentia romanae ecclesiae quae nbique terrarum obtinet, disponente Domino principatum quaestiones salvantur et removeatur in his ambiguitas singulorum de cordibus. Licet autem snper quaestionibus quas nobis discretio tua solvendas direxit te non dubitamus providum et circumspectum existere; cogitamur tamen ex suscepto servitutis ministerio, juxta discretionem et providentiam Nostram tibi exinde respondere.

Thomas Sanchez qui quidem nemo ignorat qualem sibi famam conciliaverit in controversiis ad matrimonium spectantibus quaestionem hanc agitat in suo opere de *matrimonio lib. 3. disp. 18. n. 17. et seq. ubi sub n. 29.* defendit validum matrimonium initum in loco nbi promulgatum non fuerit Trid. Concilium quamvis ille qui contrahit domicilinm habeat in loco ubi Concilium receptum est, indeque discesserit, ut eas difficultates aufugeret in quas inciderat vel incidere se posse rebatur, si matrimonium ibidem contrahere voluisset: cnm vero opponitur intercedere fraudem tunc respondet vel nullam inesse fraudem ubi qnis jnre sno utitur, quoniam vetitum non est a loco in quo receptum fuit Concilium transire ad alium ubi non sit receptum vel etiamsi fraus intercesisse credatur ejusmodi fraudem illicitum quidem, non sic vero nullum matrimonium

*) Interpretationem hujus constit. vd. *p. 1496.* §§: *Jam vero* etc.

efficere, Pontius, qui non tam facile Sanchesii opinionibus adhaeret, in hac tamen eidem consentit ut videri potest *lib. 5. de matrim. cap. 9.* Et *Diana in coordinata editione t. 1. tract. 3. resol. 116. et 117.* Sanchesio et Pontio subscribit. Ejusdem sententiae sunt *Bonacina de matrimonio quaest. 2. punct. 7. n. 2, t. 1.*, *Castropalaus part. 5. disput. 2. de sponsal. punct. 13. § 8. n. 4.*, *Leander part. 2. tract. 9. de matrimonii Sacramento disp. 7. quaest. 11.*, *Filliucius tract. 10. de matrimonio part. 1. cap. 6. n. 199.*, *Rosignolus de matrimonio 1. contract. 15. praenot. 21. n. 8.*

Ne vero plus quam par est sermonem protrahamus in aliorum doctorum atque theologorum nominibus cumulandis tantummodo innuemus, non deesse qui contrariam sententiam tueatur docetque nullum esse matrimonium ab eo contractum qui ad evitandas difficultates in quas incidit vel incidere se posse veretur, si matrimonium ineat in loco domicilii, ubi viget Trideutina lex, transit ad alium, ubi promulgata non fuit, adeoque neutiquam recepta et post initum matrimonium domum suam revertitur; qua de re observari poterunt *Gobat. in theologia experimentali tract. 9. n. 481.*; *Cardinalis de Lauraea de matrimonio disp. 22. n. 138. et seq.*, Clericatus *de sacramento matrimonii decis. 35. n. 24.*, Giribaldus *tract. 10. de matrimonio cap. 7. n. 22.*, Sbogar *in theologia radicali tract. 116. de matrimonio n. 52.*, Schmalzgrueber *ad tit. de constitutionibus § 3. n. 4.*, Elbel *in theologia morali part. 3. n. 301. et seq.*, Pontas verb.: *Impedimentum clandestinitatis cas. 3. §*: *Ceterum ad casum.* Et ipse Diana qui secutus fuerat in locis supra memoratis Sanchesii et Pontii sententias in eadem editione coordiuata *t. 2. tract. 6. resolut. 74.* ab iisdem recedit, ut hanc postremam amplectatur, *Sylvius* vero *tom. 5. operum suorum edit. Antuerpien. 1698.* inter varias resolutioues verb.: *Matrimonium* n. 8. sapienter animadvertens, matrimonium esse validum si quis admissa etiam fraude patriam suam deserens ubi Trid. Concilium promulgatum fuit illud contrahit in loco, ubi non est promulgatum, postquam tameu ibidem novum quasi domicilium acquisierit, ex eo infert nullum esse matrimonium quotiescumque ille qui non contrahit regreditur illico ad locum unde discessit, quin speciem quamdam domicilii adeptus fuerit in loco, ubi matrimonium contraxit.

Sedeute fel. rec. Urbauo VIII. Pontifice Maximo Archiepiscopus Coloniensis Elector tria haec dubia proposuit coram Congregatione Concilii:*)

I. Quaeritur humiliter a s. Congregatione an incolae tam masculi quam foeminae loci in quo Concilium Trid. in puncto matrimonii est promulgatum et acceptum, transeuntes per locum, in quo dictum Coucilii nou est promulgatum: retiuentes idem domicilium valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus coutrahere?

III. Quid si eo praedicti iucolae tam masculi quam foeminae solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutautes?

II. Quid si iidem incolae tam masculi quam foeminae eo transferant habitationem illo solo animo ut absque parocho et testibus contrahant?

Hoc autem Congregatio dedit responsum die 5. Sept. 1626:

Ad I. et II.: Non esse legitimum matrimonium iuter sic se transferentes et transeuntes cum fraude.

Ad III.: Nisi domicilium vere transferatur matrimouium non esse validum.

Instituerunt postmodum Archiepiscopi Coloniensis procuratores, ut Congregationis responsum poutificio Brevi confirmaretur; siquidem Archiepiscopus elector cupiebat illud dioecesanae syuodo quam habiturus mox erat aduectere. Petitioni Urbanus VIII. indulsit jussitque expediri Breve cujus prima perscriptio authographa ab eodem subscripta reperitur iuter ejusdem Brevia anni 1627. pag. 377. Summa vero ejusdem ita se habet:

Confirmatio resolutionis nonuullorum dubiorum super contrahendis matrimoniis a Congregatione C. emauatae est juxta ejusdem Congregatiouis decretum. Hujus vero definitionis contextu bene perpenso facile intelligitur, matrimouia primo ac secundo loco exposita irrita ac nulla ab eadem Congregatione decerni, matrimonium III. loco positum, in quo licet fraus iutercesserit nihilominus is, qui matrimouium contrahit antequam illud iniret domicilium seu quasi domicilium adeptus erat in eo loco, ubi matrimonium inivit, esse iuvalidum *nisi domicilium vere transferatur*. Siquidem novum non est, neque iuusitatum, quod quis domicilium habeat ali-

*) Vd. *p. 1510. etc. 1518.*

quo in loco et quasi domicilium adipiscatur in alio: in quo rerum statu si versertur, tunc eidem liberum erit matrimonium contrahere coram illo parocho intra cujus paroeciae fines tunc inhabitat cum matrimonio jungitur juxta communem sententiam, a Nobis relatam sancitamque iu superius memorata Institutione nostra ecclesiastica la 33. latinae editionis.

Firmiter ejusmodi principiis semper adhaesit eadem Congregatio, quotiescumque materiae hujus discutiendae sese dedit occasio; etenim in quadam *Abulen.* proposita sub die I. Decembris 1640. respondit:

»Sacra etc. censuit non valere matrimonium coutractum coram parocho loci ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi«.

Dum in minoribus fungeremus munere a Secretis Congregationis ejusdem irritum ac nullum pariter declaratum fuit matrimonium ab eo contractum qui ut declinaret difficultates quas proprius parochus objiciebat ad alium locum transierat atque connubium fecerat coram parocho ejus loci, a quo postmodum contracto matrimonio statim discesserat, ut ad pristini domicilii locum rediret, ut videri potest in *Lauretana* proposita ac definita die *13. Julii 1725.* Ex adverso eadem Congregatio validum censuit matrimonium ab eo contractum qui discesserat a loco proprii domicilii, ut difficultates aufugeret in quas offendisset, si matrimonium coram ejusdem loci parocho inire voluisset atque illud inierat coram parocho alterius loci, postquam tamen legitimum ibidem quasi domicilium adeptus fuerat eodemque in loco etiam post matrimonium contractum, ad aliquod tempus permanserat; quae definitio lata fuit *20. Febr. 1753. in Caesenaten*) seu Forolivien Matrimoniii.* Demum ne prolixior evadat oratio, in celebri *Leopolien. Matrimonii, proposita sub die 9. Junii 1715.* Congregatio principia eadem adamussim retinuit quemadmodum legere fas est tom. 3. Thesauri resol. p. 161. quibus pariter in eadem causa omnimode institerat *Rota Romana in decisione 1298. tom. 6. coram Lancetta.*

Exposita Congregationis sententia operae pretium erit modo referre quid Urbanus VIII. pro illius confirmatione peregerit. Equidem innuimus, jam tum ab eodem Pontifice roboratum fuisse pontificio diplomate, cujus cognitio cum temporis decursu ad spectabilis memoriae Cardinalem Joannem de Lugo pervenisset, curavit is exhiberi sibi ab administris Coloniensis Archiepiscopi authenticum Brevis exemplum: quod cum obtiuuisset, operibus suis adnexum typis edidit *lib. 1. dub. 36. respons. moral.* Id ipsum quoque alii fecerunt scriptores a Nobis collecti in superius memorata ecclesiastica *institutione 33.* lat. *edit.* atque hoc ipsum Breve nuperrime in lucem vulgatum reperitur in bibliotheca canonica P. Ferraris: adeo ut ex sententia communiter hodie recepta atque observata nullum atque irritum habendum sit matrimonium in fraudem proprii parochi coram parocho alterius loci contractum, dummodo tamen ille qui contrahit, antequam matrimonio jungatur, legitimum domicilium vel quasi domicilium revera in hoc altero loco adeptus non fuisset atque inibi fortassis post matrimouium coutractum ad aliquod tempus commoratus non esset. Consulantur *Salmanticenses* iu cursu *theologiae moralis tom. 2. tract. 9. de matrimonio cap. 8. punct. 2. n. 21.*

Mittimus interea frateruitati tuae Urbani VIII. Breve**) quod apostolicae auctoritatis robore confirmamus jubentes una simul ut confirmatiouis Nostrae documentum asservetur in Actis Congregationis Concilii atque iu Nostro secretiori Vaticano Tabulario, quemadmodum fraternitas tua sub finem hujus Nostrae epistolae animadvertere poterit; tibique propterea tuisque succesoribus mandamus observantiam et implementum ejusmodi Brevis in ista dioecesi, ubi frequenter ejusmodi quaestiones incidunt, quibus per idem Breve opportune prospicitur atque hoc pacto satisfecisse Nos arbitramur petitioni quam proposuisti iu epistola diei 16. Decb. 1754**) ubi normam quam sequeris commonstrari tibi cupiebas, si contingant uti paulo ante dicebamus, matrimonia eorum, qui ad evitandas difficultates, in quas vel offenderant vel offensuri erant, si matrimonium iu tua dioecesi celebravissent, transeunt ad finitimum locum in quo coram aliquo missionario matrimonium contrahunt, deinde vero ad eam regionem, ubi verum domicilium habent, reverturtur.

Post haec necessarium fore censemus nonnihil adjungere, ut in propatulo sit quidnam

*) Vd. *Matrimon.* (paroch. ppr.)

*) Vd. *infra p. 1518.*
**) Vd. *p. 1512.*

requiratur *ad quasi domicilium adipiscendum*. Verum hac in re non alio pacto respouderi potest, nisi quod antequam matrimouium contrahatur spatio saltem unius mensis*) ille qui contrahit, habitaverit in loco ubi matrimouium celebratur. Defiuitiones Cougregationis Concilii hac de re observari poteruut apud *Fagnanum in cap.*: *Significavit de parochiis*, ubi earumdem contextu perpenso haec habet sub *n. 39.*: »Vir et mulier Trajectantes, timentes impedimentum a parentibus cum ad vicinam urbem Aquisgranam se contulissent et ibi aliquamdiu morati matrimouium contraxissent, s. Cougregatio consulta super validitate censuit, experimendum tempus quo coutrahentes Aquisgranae manserunt, quod si fuerit saltem unius mensis dandam esse decisiouem pro validitate«. *Natalis Alexander in theologia dogmatica et morali lib. 2. de Sacrament. matrim. cap. 2. art. 2. regul. 6.* animadvertit ad acquirendum quasi domicilium oportere ut contrahentes antequam matrimonium celebrent tanto tempore eo in loco ubi copulantur fuerint commorati ut ibidem cogniti jam sint atque perspecti. Dubitari autem posset, num ad qnasi domicilium acquirendum matrimonii causa ut diximus non solum requiretur praecedens habitatio verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium: verum cum observaverimus, subsequentem habitatiouem ab iis auctoribus qui hauc tractarunt materiam tamquam magni momenti adminiculum reputari ut novum domicilium quaesitum dicatur, nihil vero de illa praesciptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paulo ante definitione penes Fguanum, nolumus hac de re quidquam novi decernere.

Quod vero mox sequitur respicit matrimonium initum alio in loco, ubi jam contrahentes quasi domicilium adepti fuerint ac proinde illud ipsum quod prosequebatur epistola fraternitatis tuae. Verum de hoc sermonem habere nequimus nisi prius a proposito paulisper digredientes quidquam opportune praemittamus. *Odo de Saliaco* vigilantissimus Parisiensis Antistes, qui vixit sub initium saeculi XIII. promulganda statuit in in suae dioeceseos paroeciis matrimonia priusquam inirentur ut scilicet hoc pacto dignosci posset num inter contrahentes impedimentum nullum subesset; atque inde denuuciationum manavit exordium quae tum *Bannum* nuncupatae fuerunt. A dioecesi Parisiensi mos iste laudabilis ad alias quoque per Galliam*) permeavit, uti colligitur ex rescripto Innocentii III. ad Episcopum Belluacensem in cap.: *Cum in tua de sponsal. et matrim.* Idem Iunocentius in Concilio Lateranensi IV. ad universam ecclesiam ejusmodi denuuciatiouum morem propagavit ut videre est in cap.: *Cum inhibitio de clandestina desponsatione.* Atque sacra Trid. synodus *sess. 24. de ref. matrimon. cap. 1.* Lateranensis Concilii vestigiis iuhaerendo id ipsum praecipit. Quamvis vero deuuntiationes ad matrimonii validitatem neutiquam pertineant adeo ut matrimouium iisdem omissis celebratum illicitum quidem sit sed tamen validum, non idcirco deuuntiationum omissio gravi caret culpa neque propterea negligi impune queunt in paroeciis, in quibus contrahentes inhabitant; quod si velint matrimonium extra dioecesim quam incolunt celebrare tenetur is qui matrimonio iuterest exigere prius ut denuuciationes factae jam fueriut in loco prioris domicilii quamvis sit alterius dioecesis ad hoc ut tuto interesse possit matrimonio quod in sua dioecesi celebratur. Observetur Concilium Aqueuse anui 1585. a Sixto V. Pontifice coufirmatum, sicuti etiam Rituale Romanum. Quod si vetustiora monumenta prae manibus summere opus esset in secuuda collectione decretalium cap.: *Primo de clandestina desponsatione* reperitur decretalis Alexandri III. relata etiam per *Gonzalez in cap. Cum inhibitio sub n. 10. de clandestina desponsatione*, ubi fit mentio oneris, quod districte iucumbit ei, qui matrimonio interest in sua diocesi coutracto, ne scilicet interesse debeat, nisi requisierit autea ab Episcopo loci, ubi contrahentes inhabitant, praevium denuuciationum edictum, uude appareat nullum inter eosdem impedimeutum obsistere.

Constat igitur, presbyterum missionarium coram quo matrimonia de quibus sermo est Suudae celebrantur iisdem interesse neutiquam debere, nisi prius exhibeantur sibi denuuciationum edicta promulgata in tua dioecesi, ubi contrahentes domicilium habent, e quibus pateat, nullum inter eosdem impedimeutum reperiri. Quod si missionarius objiciat Trid. Concilium Sundae promulgatum non esse, tum fac ipse, ut beue percipiat, quod si onus ejusmodi repetere ac derivare nolit a Trid. Concilii lege, non potest, quin illud fateatur

*) Vd. *p. 1496.* §: *Jam etc.*

*) Vd. *Domicil. orig. etc.* decr.: *Rothomag. p. 1531*

ac noscat sibi a Lateranensi Concilio impositum. Postquam vero, qui Sundae matrimonio juncti fuere, ad dioecesim tuam redierint, si Fraternitas Tua jusserit fieri tum denunciationes, ut pateat, num inter eosdem impedimentum ullum iutersit, non tam muneri tuo satisfacies, verum sic ageudo paulatim e medio tolles pravum nounullorum morem adeundi Sundam, ut matrimonio copulentur, ob metum difficultatum, in quas incidereut, si tua iu dioecesi, ubi domicilium habent, uubere voluisseut.

Decretum s. Trid. Concilii, quo clandestiua matrimouia irrita ac nulla declarantur, illud ipsum est, de quo plusquam de ceteris aliis in sacro illo conventu disceptatum fuisse legitur, propter diversas Patrum seuteutias: quemadmodum testatur Cardinalis *Pallavicinus in historia Concilii lib. 22. cap. 4.* atque iidem referunt P. *Joannes Stoz in succinta relatione de gestis in Concilio Trid. sect. 4. art. 24. § 10. punct 2. n. 548.*, *Ernestus Salomon Cyprianus in libro cui titulus Tabularium ecclesiae romanae saeculi XVI. n. 159. et n. 180.* et *Mucius Calinus, Jaderensis Archiepiscopus in epistola diei 11. Novb. 1563.* ad Cardiualem Aloisium Coruelium camerarium cui quidquid in Concilio eveuiret fideliter referebat, ut ex mauuscripto ejusdem epistolarum codice.

Dubitabatur:

I. *utrum ecclesia abrogare posset clandestina conjugia propterea quod legitimus contractus materia insimul ac forma est sacramenti matrimonii, mutua nempe ac legitima corporum traditio, verbis ac nutibus interiorem animi assensum exprimentibus, materia, et mutua pariter ac legitima corporum acceptatio forma: ex quo nonnulli arguebant, quod legitima traditione et acceptatione simul conjunctis subest materia ac forma, quae non ab alio immutari potest, praeterquam ab eo, qui divinae gratiae est auctor quae per sacramenta confertur.*

Verum reponentibus aliis ecclesiam posse conditiouem quamdam praescribere, quae prius non aderat, sine qua coutractus inposterum neque legitimus neque validus foret, quemadmodum etiam neque valida traditio et acceptatio corporum, id satis erat, ut clandestina matrimonia irrita fieri possent, quod quidem potestatis ecclesiasticae limites non excedit. Desumitur responsum hoc ex doctrina s. *Thomae Aquinatis: Quodlibet 5. quaest. 8. art. 15. Ad I.* Nou destitit quidam scriptor Paulus *Sarpius in historia Concil. Trid.* quin contradicentium partes amplecteretur. Verumtamen tanta est vis veritatis, ut Petrus Franciscus Courayer, qui Sarpium quacumque sequitur, hoc tameu loco eum deserat atque impugnet, uti observari potest iu adnotatiouibus ad eamdem *Historiam Concilii lib. 8. § 66. n. 88. et seq.* et praesertim *n. 90.*

Asserta ecclesiae potestate alia successit dubitatio num scilicet legitimae intercederent causae ad clandestina conjugia, quae secundum Canoues eraut dumtaxat illicita ut infertur ex canoue: *Aliter* aliisque subsequentibus, quorum unus incipit: *Nullus*, alter: *Nostrales*, *quaest. 1. caus. 30.*, nulla inposterum decernenda. Verum, cum demonstratum fuerit, ex clandestinis conjugiis frequenter evenire, ut qui uxorem duxerat, eam derelinqueret atque superinduceret alteram, quodque interdum nonnulli uxorem habentes ad s. Ordines ascendereut et una cum uxore ecclesiastica beneficia retinereut, quibus gravissimis malis ecclesiastici judices mederi nequibaut, cum matrimonii coutracti necessariae probationes deessent, hoc satis superque valuit ad eviuceudam uecessitatem infringeudi clandestiua couuubia, ut colligitur ex litera ipsius conciliarii decreti, advertitque sagaciter *Natalis Alexander in theologia dogmatica et morali de sacrament. matrim. lib. 2. cap. 2. art. 2. proposit. 1.*

Iujiciebat scrupulum aliis consideratio illa, ue scilicet clandestinis conjugiis abrogatis, iis uempe quae siue parocho viri aut mulieris celebrautur – »hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos in praesenti decreto irritos facit et annullat« – sunt verba Concilii – posset id exasperare graviter haereticorum animos, quorum matrimonia fuissent nulla et consequenter illegitima soboles, quouiam coram catholico parocho ac biuis testibus uunquam celebrata fuissent. Verum, Concilii Patribus sapienter in hunc modum statuentibus: »Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post 30 dies habere incipiat a die primae publicationis, in eadem parochia factae, numerandos«, sicuti credibile nou erat decretum ejusmodi ab ipsis promulgandum, iude sequebatur, quod eorum matrimonia sine praeseutia parochi et duorum testium facta

irrita nunquam dici potuissent: ut prosequitur Cardinalis *Pallavicinus loco citato cap. 8.*

Tandem cum praevideretur, facile deperditum iri probationes unde constaret de promulgatione Trid. decreti in qualibet paroecia atque exinde orituras plerumque dubitandi causas, num executioni demandata fuisset praescripta conciliaris decreti promulgatio, numque propterea vim suam obtinere deberet: approbante Pontifice Maximo sancitum fuit a Congregatione, ad eamdem promulgationem comprabandam sufficere diuturnam observantiam ejusdem conciliaris decreti; cujus publicatio inducitur ex diuturnitate temporis, quo matrimonia in paroeciis coram parocho ac duobus testibus celebrata fuerunt: ut videre est in *Tricaricen. 26. Sept. 1602.* et in quadam *Poloniae 13. Novb. 1638.* atque Nos ipsi observavimus in opere Nostro de *Synodo dioecesana noviss. edit. lib. 12. cap. 5. n. 6.*

Fatemur autem postrema haec quae respiciunt decretum abrogans clandestina conjugia, materiam quidem, non sic vero propositam quaestionem attingere. Verum, cum in epistola tua summam diligentiam perspexerimus, ingratum Fraternitati tuae neutiquam fore arbitrati sumus, si haec omnia oculis tuis enucleate subjicerentur. Quod si nonnulla capita hucusque prosecuti sumus ad materiam potius, quam ad petitionem, spectantia, epistolam nostram eo cum responso concludimus, quod non materiam sed aliam petitionem tuam pertingit. Cum igitur tuis in literis mentionem facias de facultate praedecessori tuo ad decennium tributa, concedendi nempe oratoria privata debitis cum cautelis, spectato videlicet loci decore et personarum merito atque insimul postules, eamdem tibi facultatem largiri, lubenter annuimus ad annos decem, eo prorsus modo, quo illam praedecessori tuo fuimus impertiti. Atque interea Fraternitatem tuam amantissime complectentes tibi ac universo gregi sollicitudini tuae concredito apostolicam Benedictionem de plenitudine cordis largimur.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 19. Martii 1758.

Urbanus PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponi Nobis fecit venerabilis frater Archiepiscopus Coloniensis, quod habito nuper per eum ad venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales sacri Concilii Trid. interpretes, recursu super infrascriptis dubiis videlicet:

Ad I. II. III. An incolae etc. supra. p. 1514.

Cum autem sicuti eadem expositio subjungebat dictus Archiepiscopus responsum seu dubiorum praedictorum resolutionem hujusmodi pro illius subsistentia firmiori apostolicae Nostrae confirmationis robore communiri summopere desideret Nos eumdem Archiepiscopum specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati responsum seu dubiorum praedictorum resolutionem hujusmodi auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus: decernentes, illud seu illam necnon praesentes literas valida, firma et efficacia existere etc. Non obstantibus.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die 14. Augusti 1627.

Ut autem de hujusmodi literarum auctoritate dubitari minime valeat Nos iterum eas apostolica auctoritate nostra et praesentis Decreti tenore in omnibus et per omnia approbamus et confirmamus ac novo hujusmodi approbationis et confirmationis robore communitas ad praedictum Archiepiscopum transmittimus, mandantes eidem ut in occurrentibus casibus circa personas ex ipsius civitate aut dioecesi oriundas seu alias in causis ejusdem generis ad illius judicium legitime delatis, juxta earumdem literarum continentiam et tenorem decernat, judicet atque definiat contrariis quibuscumque non obstantibus.

Volumus autem ut in nostrae hujus approbationis et confirmationis monumentum praesentis Decreti Nostri exempla a Nobis subscripta in Actis Congregationis VV. fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium praedicti Concilii Trid. interpretum necnon in secreto archivo Nostro Vaticano reponantur ibique perpetuo asserventur.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die XIX. Martii 1758.

Ita decernimus et mandamus.

BENEDICTUS PP. XIV.

(Bull. Bened. XIV. Append. II. ad t. IV. p. 26.)

Neapolitana seu Romana.

Inter equitem Thomam Farmer Baily ex Anglia et Euphrosinam Florentinam contractum matrimonium solemniter fuit Neapoli ubi aderant 1843. Vertente autem anno 1856 idem vir Euphrosinam Romae commorantem vadatus est apud archiepiscopalem Neapolitanam Curiam pro nullitatis matrimonii declaratione; quippe postea edoctus dicebatur de hujusmodi matrimonii invaliditate eo quod nec domicilium nec quasidomicilium tunc temporis haberent Neapoli nec unquam habuerint. Verum mulier, quae Romae degebat, rogatum adiit SS. Principem. Hinc de partium consensione duplex extitit concinnatum dubium alterum super competentia, alterum super subministratione.

Supersedendum sed interimf uit a competentiae seu avocationis judicio cum novum obortum fuerit incidens disceptandum super interventu defensoris*) matrimonii ex officio in hanc causam competentiae. Quare in comitiis diei 26. Sept. proxime elapsi duplex fuit rogationis formula proposita

I.: An in incidenti de quo agitur sit locus interventui defensoris matrimonii ex officii in casu?

II.: An et in qua summa sit locus subministrationi in casu?

Prima dimissa fuit responso: *Affirmative*, altera: *Habebitur ratio in propositione causae super avocatione.* In hodiernis igitur comitiis haec altera proponitur incidentalis quaestio super avocatione vel competentia ac super petita subministratione. Qui protuentur mulieris causam suas allegationes distribuerunt; ita et defensor ex officio suas animadversiones. Procurator autem viri nihil exhibuit sed dilationem postulat ab s. V. Ordine.

Pro muliere juris adsertor praemittit haud abuorme esse si causa matrimonialis agatur in primo jurisdictiouis gradu apud s. Congregationem cum jam ea manus quodammodo apposuerit in eadem causa ob incidentales quas SS. Pontifice auctorante diremit quaestiones. Nihilominus etiamsi vellet servari primus gradus jurisdictionis contendit esse causam cognoscendam apud Em. Urbis Vicarium cum hic est mulieris ordinarius judex ob domicilium quod ipsa Romae habet constitutum. Plus enim 12 annorum spatio probat eam heic fixos lares habere, concurrente sui viri voluntate, atque imposita manendi necessitate cum alimenta eidem dare se obstrinxerit sub conditione anticipatamente dove la medesima di morerà, purche sia in Italia. Neque obtrudi valet juris regula domicilium uxoris esse penes virum, nam id obtinere monet, cum non comprobetur conjugum separatio, nec vir suae uxori alibi domicilium constituerit. *Voet. ad Pandectos lib. 4. tit. 1. de judic. et ubi quisque etc. n. 95.* Accedit uxorem haud teneri virum sequi, nisi hic cautionem praestet de concubina a sua domo expellenda ceu docet ex *Ventriglia de separat. conjugum adnot. 10. § 1. n. 24.* Legitimo igitur posito mulieris domicilio in Urbe, judicium heic esse agitandum propugnat, cautum cum sit in jure actorem forum rei sequi debere *ex l. 2. cod. de jurisdict. ann. jud.*

Atqui et virum sibi Romae constituisse domicilium, in praedio nuncupato villa Strozzi illudque minime revocasse urget. Etsi igitur in Anglia vir habeat domicilium originis, Romae tamen habet alterum electionis neque repugnat quempiam duplex habere posse domicilium. Quin obsit viri absentia ad acquisitum semel domicilium amittendum, nisi constet etiam de ejus voluntate huic renunciandi, *S. Rota in Bononien.: Circumscriptionis 13. Febr. 1834 coram de Magni § 3.* Tandem de casu agi monet, quo non quispiam extraneus Euphrosinam vadatur qui teneretur eam convenire in sui viri domicilio sed vir ipse suam uxorem in judicium rapit, quo in casu eam debet convenire apud judicem ubi ipsa commoratur.

Comprobata itaque urbani judicis competentia gradum facit ad excludendam jurisdictionem archiepiscopalis Curiae Neapolitanae quippe si ejusdem viri assertioni adhaerendum sit nec domicilium nec quasidomicilium conjuges unquam Neapoli habuernt. Atque inde illic nequit haberi forum competens domicilii ratione. Ob idque ne ratione quidem contractus haud constituit in jure fori competentiam nisi contrahentes domicilium habuerint in loco tempore quo contraxerunt, vel residentiam ibi faciant negotiando vel inibi bona possideant, *ex L. 2. God. de jurisdict. omn. judic.* et pressius ex *Glossa in cap. 1. §: Contrahentes de foro competent. in 6.*, atque ex *Voet. ad Pentect. lib. 4. tit. 1.*

*) Vd. *Defensor matrim. p. 962.*

n. 73. de jurisdict. et ubi quisque etc. Imo cum nec domicilium nec quasidomicilium dicantur coutrahentes Neapoli habuisse eos nouuisi simplices advenas renunciandos esse ac viatores conteudit. Atque istiusmodi non tenentur respondere in loco contractus, *Huth. ad lib. 2. Decretal tit. 2. de for. competent. quaest. 7. resp. 2. et Ferrar. in Biblioth.* sub verbo: *Forum n. 16.* Deduci quin valeat Neapolitanae Curiae competentia ex eo quod illic veuiant acta processualia conficienda; nam praeterquam et haec Romae fieri debeant haud obstare inquit in uuo loco fieri processum et in altero causam definiri juxta praxeos normas.

Exiude deducit Curiam Neapolitanam nullimode competentem esse in hac causa; non ratione contractus minus tamen ratioue delicti vel rei sitae, cum neque de crimine agatur neque de bonorum possessione. Ac propterea Romae tantum esse mulierem judicialiter conveniendam, cum heic ipsa legitimum habeat domicilium, praesertim quia romana Curia totius Orbis caput est et communis patria ad quam avocandas esse causas praecipue spirituales atque inter magnates tradit per *Marchesanum de commiss. sive rescript. utriusque signaturae part. 1. commiss. 1. cap. 1. n. 1. et seqq.* et Ferrar. in *Biblioth.* sub verbo *forum num. 31.;* haud amisso alio juris privilegio, quo mulier gaudet miserabilium personarum ac viduarum, quibus illam comparare satagit. Denique aequitatis ratione atque ab extrinseco osteudit causam haud expedire Neapoli agitari; cum nequeat ibi mulier adesse ob rerum quibus premitur angustias ac vexationes, quas ex parte viri potentis ac pecuniosi habere veretur. Ad subministrationem autem sumptuum litis quod attinet, eam pro congrua summa decerneudam remittet arbitrio s. Congregationis respectu habito etiam ad expressas quas subire coacta est mulier ob incidentales quaestiones. Concurrere euim juris extrema commonstrat ad eam decernendam scilicet bonum jus seu boni juris praesumptionem, cum agatur de matrimonio rite contracto coram Vicario Generali Neapolitano ad Trid. Coucilii tramites: necuon de paupertatis extremo. Nam si demas mulieri alimenta quae ab ejus viro praestantur nihil ea habet in bonis, ita ut indotata ad nuptias venerit, quod illius omnimodam paupertatem iudigitat, ex s. *Rota in dec. 431. n. 5. et 6. coram Lancetta.* Quiu objici valeat, eam habere deceutia alimenta. Nam ex illis detrahi nequeunt litis expensae quia sarta tectaque alimenta esse debeut mulieribus non pro sola naturae indigeutia sed et pro modo dignitatis ac decentiae, ex s. *Rota cit. loc. n. 7.*, praesertim quia nou modica ouera ex illa alimentaria praestatioue Euphrosiuam ferre debere ostendit. Deteriori sane cousilio non deberi submiuistrationem mulieri alimenta jam habenti objiceretur, quippe tum ex *neoterica lege in § 937.* tum ex praxi s. Congregationis in *Romana Nullitatis seu dispensationis matrimonii 12. Martii 1853. ad 3. dub.* tum deuique ex naturali ratione probat submiuistraudas esse expensas litis mulieribus alimeuta jam habentibus, potissimum quando agitur de matrimonio non tantum rato sed etiam consummato, s. *Rota in dec. 158. n. 2. et 3. part. 12. recent.*, quo in casu sumptus litis praestandos esse monet etiam absque ulla boui juris vel paupertatis inquisitione.

In suis autem auimadversionibus defensor ex officio advertit ex legitimo jure ac rerum adjunctis videri »locum esse avocatioui causae ad s. Cougregationem delegata in subsidium confectione actorum ad formam juris quibus et ut noverit eadem s. Cougregatio expedire«; idque ob jus praeventiouis, cum s. Ordo fuerit jam aditus qui potest quolibet omisso inferiori medio causas judicare; praesertim in themate quo de paupere muliere agitur ex una parte, ex altera de potenti viro. Ceterum immerito non esse ambigeudum agi in praesenti specie de causa suapte uatura spirituali, cujus cognitio pertinet in prima instantia ad locorum Ordinarios ex Concil. Trid. *sess. 24. cap. 20.* Verum ille tantum venit nomine Ordinarii proprii et locorum qui sibi subditos et in dioecesi propria constitutos in actu exercendae jurisdictionis habet et praecise colligantem reum conveutum ex *cap. Ordinarii locorum de offic. Ordinar. in 6.*, ibique *glossa* verbo: *Locorum.* Etenim extra territorium jus dicenti impuue uou paretur ex *reg. jur. in 6.*, pressius *Reiffenstuel jus can. t. 2. tit. 2 § 1. n. 14.* Competentia fori deducitur generatim ex tribus priucipiis:

I. Ex persona judicis quia est Ordinarius circa reum.

II. Ex persona rei conventi quia hic alicubi habet domicilium.

III. Ex qualitate causae, addito *Pirrhing. de judiciis tit. 2. sect. 1. § Assertio prima.*

Atqui proprius loci Ordinarius relate ad Euphrosinam heic tantum Romae habetur; siquidem ex parochi fide patet Thomam cum uxore 12 abhinc annis in Urbe lares collocasse, coemptis domo et villa; atque Euphrosinam ex viri voluntate atque imposita necessitate ad haec usque tempora in urbe mausisse. Exinde mulieris domicilium comprobatum iri palam est, cum nec animus uec factum immo uec tempus ad illud legitime acquirendum defuerit; ex *Pirhing. cit. loc. § 3. n. 12.* Porro appellatione suae dioecesis ex jure intelligi dioecesim domicilii probat ex *Reiffenst. tom. 2. tit. 2. § II. n. 25.* Quare mulierem unice subjacere concludit pontificiae jurisdictioui, ob praecipuum forum domicilii Urbani; quia haec sua dioecesis hic habet Ordinarium, atque actor forum rei sequi debet: ita *Sanchez lib. 7. disp. 3. n. 9. de matrim.*

Quod urget ex indole causae sacramentalis; ex quo iufert eorumdem subjectionem Ordinario Urbano etiam quoad forum externum. Nec ad hauc fori externi competentiam acquirendam uecessarium esse verum domicilium, sed sufficere etiam quasi domicilium per ea quae tradit *Reiffenstuel in jus can. § 2. de modo sortiendi forum ratione domicilii n. 37.* et *Pirhing. tit. 2. sect. 1. n. 18. de for. competent.*

Quod vero ad Neapolitanam Curiam haec miuime concurrere: quippe ea inpraesens subdita nou manet Neapolitano Ordinario; non ratione domicilii neque delicti neque rei sitae neque alia ratione. Quin regeratur jus praeventiouis quia Curia Neapolitana prior a viro adita sit. Quandoquidem haud est praeventioni locus, nisi concurrat cumulativa et pluralitas competentiae et jurisdictiouis plurium Ordinariorum. Atqui uulla ratione competens est in themate illa Curia nec ratione contractus. Actus igitur in ea inchoatos quin praeventionis jus aliquod constituant potius esse nullius roboris habendos pendeute apud s. Sedem recursu.

Solius enim contractus ratione coutraheus nisi etiam ibi reperiatur ad judicem loci coutractus rapi nequit, ex *cap. 1. Contractus in 6. de for. compet.*, addita *Glossa magna cit. loc. § Contrahentes.* Accedit quod fori competentia ratione contractus nullum alium effectum sortiatur quam immissionem in bona eodem contractu deducta, si tameu ibi existant. Ita *Maschat. de for. competent. qu. 5. tit. 2.* ac *Reiffenstuel. in jus can. lib. 2. tit. de for. com. § 4. n. 43. et seqq.*

Quibus ita se habentibus etsi Emi Vicarii Urbis Curia potuisset unice et utiliter a viro adiri hodie tamen inspecto jure praeventionis causam manere debere penes hanc s. Congregationem concludit, praesertim quia Curia romana est forum competens omnium catholicorum uti Roma communis est patria; et nemo in ecclesiasticis causis declinare valet jurisdictionem s. Sedis ac supremarum Cougregationum, *L. Roma ad municipalem, L. 7. Cod. de precibus imperat. offeren.*, *cap. Licet de for. comp.*, *Cosci de separat. thori conjug. lib. 3. cap. 8.* et *Reiffenst. tit. 2. § 5. de for. comp. n. 106.* Praeterea animadvertit, hanc proprie avocationem causam non esse, sed potius commissionem signatam imo jurisdictionem s. V. Ordinis; quippe nihil avocandum a Neapolitana Curia dici stricte valet, cum ea uon sit forum competens, uec proinde valent acta ab ea jam inchoata. Non igitur stricta avocatione opus fuisset, cum terminus et fundamentum desit avocationis, nec pariter opus uova commissione, cum potestate signaturae gaudeat s. haec Congregatio et Pontifex iusuper jam commissionem signarit rescripto: »Instat coram s. Congregatione citata parte.« Immo cum jam exercuerit s. Ordo jurisdictionem in introducta subministrationis causa jus etiam praeventiouis ortum esse monet super causae merito, ope connexionis et continentiae causarum. Ita *Pirhing. lib. 2. tit. 2. sect. 1. § 2.*

Dirimenda veniunt

D u b i a:

I. *An sit locus avocationi causae a Curia Neapolitana ad tribunal Emi Vicarii Urbis vel ad s. Congregationem in casu?*

II. *An et in qua summa sit locus subministrationi in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Causam spectare ad tribunal Emi Vicarii Urbis.

Ad II.: Affirmative in scutis 100 pro uunc.

Die 30. Jan. 1858.

Continuatio.

Deinde vero eques Thomas Farmer Baily petiit omisso medio causam remitti ad s.

Congregationem tamquam in prima. Ejus autem petitioni acriter obstitit ejus uxor Euphrosina Falcini quae hnic renuit subesse judicio nisi prius depositum decernatur pro ejus alimentis, sumptibus litis ac restitutione summae ab ea solutae pro defensore matrimonii ex officio, pro quo decretnm fuerat, depositum a viro conficiendum in anteacta causa avocationis. Quare instantiam mulier porrexit, qna postulavit declarari non esse locum propositioni causae nisi facto deposito alimentorum anticipate menstruatim instanti solvendornm in summa a s. Congregatione praefinienda ac nisi persoluta subministratione pro sumptibus litis in summa pariter a s. Congregatione praefinienda; ac tandem nisi restitnta summa scutorum septuaginta ex deposito jam persoluta Illmo et Rmo D. matrimonii defensori in incidenti super competentia etc.« Utramque instantiam in partium contradictione remittere censui ad s. Congregationem in hodiernis comitiis.

Mulieris defensor contendit non esse in causa procedendum, nisi prius actor extraneus depositum pro judicii securitate conficiat, ex *neoterica lege* § *796.*: »Lo straniero che introduce una lite o dimanda d'intervenire in una lite pendente contro persone domiciliate nello stato, dovrà, se il reo convenuto lo richiede, prestare cauzione pel pagamento delle spese, dei danni, et degli interessi ai quali potesse essere condannato.« Idque per depositum uti in sequenti § *797.* sancitur: »La sentenza che ordina la cauzione fisserà la somma per la qnale dovrà prestarsi: lo straniero sarà tenuto a depositare la somma stabilita, qnando non provi di possedere nello stato beni immobili sufficienti ad assicurarla.« Ast probat virum nihil amplius Romae possidere, cum villam Strotiam quam unice possidebat emptionis venditionis contractu jam alienaverit. Quin suffragetur mnlieri hypothecaria actio, quia de ejus nullitate adhuc pendet judicinm cujus impos omnino est, deficientibus sibi mediis. Qnare depositum necessarium esse urget, juxta decisionem signaturae in *Romana Circumscriptionis super cautione 3. Decb. 1829.* § *Non id cor. Tavecchi.*

Idque eo vel magis quod agatur etiam in themate de alimentorum provisione, quae dilationem non patiuntur, ad tradita per s. *Rotam in dec. 158. n. 4. coram Emo Marini, pec. 43. n. 5. coram de Cusiis et dec. 41. n. 21. part. 14. recent.*, additis *Surdo de alim. tit. 3. qu. 9. n. 20. tit. 1. qu. 118. n. 6. et tit. 3. qu. 9. n. 17.* necnon *Barbosa in repert. pract. conclus. jur. canon. et civil. p. 8.* sub verbo: *Alimento.* Meliori nec omine obtrudi posse, mulierem indotatam esse; quandoqnidem etiam indotatae praestanda esse alimenta monet ex *Surdo de alim. tit 1. qu. 32. n. 11.*, *ex s. Rota in dec. 14. n. 6. cor. Bichio* et ex *Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 5. n. 8.* Ex quibus concludit haud cogi posse mulierem judicium obire nisi praevio facto deposito a viro, cum pro alimentis, tum pro sumptibus litis, nti docet ex *Coscio de separat. thori conjug. lib. 2. cap. 6. n. 34. et seqq.*

Concurrere praeterea meminit in themate extrema paupertatis ac boni juris pro muliere ad depositum decernendum qnamvis et boni juris fumus sufficiat et praesumptio. Ita *Sabellius in summa diversorum tract. tom. 1. in* § *24.* verb.: *Alimenta, n. 10.* Post haec animadvertit, ea saltem in quantitate decernenda esse per depositum alimenta, quam hactenus suppeditavit vir ejus, in scutatis nempe centum menstruis, juxta simillimam decisionem, quam refert ex s. *Rota cor. Pamphilio in dec. 737.* Siquidem commensuranda veniunt alimenta non ad tramites indigentiae, sed juxta familiarum personarumque decus, ceu habet s. *Rota in dec. 43. n. 4. cor. de Cursiis.* Idipsum decernendum quoad litis expensas; nam monet scutata centum alias indulta vix pro tertia parte dispendii suffecisse pro duobus judiciis exactis super interventu ac super causae avocatione. Tandem restituendam esse ait per depositum a viro summam scutorum 70 quam ipsemet debuisset solvere pro defensore matrimonii ex officio in causa avocationis, quamque sub spe recuperationis mulier ipsa persolvit.

E contra qui partes agit equitis Baily, quantum ad propositionem causae, haud eam retardari posse autumat per petitam alimentorum sumptuumqne litis subministrationem; quippe nullibi cautum est, ut causae propositio sit interim inhibenda, nisi hujusmodi subministratio in antecessum praestetur. Quamvis enim olim pergere in judicio vetarentur actores, nisi pro expensis et damnis satis darent, *Auth. libellum cod. de lit. contest.*, atque hodie ex codice judiciario id servetur in extraneis, qui cavere de expensis tenentur *in* § *796.*, attamen pro aliis casibus et praestationibus lex haud jubet judicii suspensionem, sed indulget, per incidentales instantias eas postulare; quemadmodum et mulier in anteactis judiciis se gessit. Illud etiam quoad sumptus litis animadvertit; fortasse neque bonum jus assistere mulieri, cum Benedictus XIV. in Const. *Dei miseratione* paupertatis casum praevidens statuerit defensorem matrimonii ex officio in hujusmodi causis intervenire oportere. Idque vel magis procedere quoad alimentorum praestationem et quoad restitutionem depositi pro defensore officioso; quae nihil commune habent cum causa quae agenda est. Et quamvis non recuset eques Baily haec omnia, ubi justum erit, mulieri praestare; nihilominus per separatas esse incidentales instantias eadem postulanda, quin praesentis judicii aleam praepedire valeant.

Quo vero ad causae pertinentiam eam spectare propugnat ad s. Congregationem. Quod primum probat ex cit. Benedictina constitutione *Dei miseratione* ubi in § 12. causas matrimoniales in prima instantia agi posse edicitur apud s. Congregationem cum partium interveniat consensus: »Quoad causas etc.« *)

Porro dubitari non posse quin mulier consenserit causam de nullitate agi coram s. Congregatione. Imploravit enim ipsa a SS. Pontifice »l'avocazione della causa dalla Curia Napoletana ad competente Giudice di Roma appure alla s. Congregazione del Concilio«. Cui Pontifex rescripsit: Instet coram s. Congregatione citata parte. Dubium inde precibus consentaneum concinnaret:

An sit locus avocationi causae a Curia Neapolitana ad Tribunal Emi Vicarii Urbis vel ad s. Congregationem in casu? ac ideo iterato consensisse eam probat in jurisdictionem s. Congregationis pro prima instantia. Et licet dubium vertat inter doctores utrum necne pars ipsa a semel praestito consensu recedere possit; tamen et ii qui tenent consensum in hac materia non esse irrevocabilem, sententiam limitant in casu, quo praeter consensum fuerit insuper ad actus judiciales deventum uti *Carleval de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quaest. 8. sect. 2. n. 1019. et seq.*

Praeterea non agi monet in themate de consensu in judicem alienum, sed in eum quem ipsamet Benedictina constitutio authoravit etiam in prima instantia dummodo partium praesto esset consensus. Atque haec conditio cum fuerit a partibus impleta jus est utrique parti quaesitum nec altera cum alterius praejudicio recedere potest, ex juris regula in *L. 76 ff. de reg. jur.* ubi est cantum: »Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam«. Accedit commissionem fuisse ab SS. Pontifice signatam rescripto: »instet coram S. C. citata parte«, quo in casu nemini licere inquit tribunal recusare ad quod ipse princeps supremus litigantes remisit. Quin absit s. Congregationis edita resolutio in themate »Causam spectare ad Emum Urbis Vicarium«; quandoquidem haud tunc quaestio erat de competentia inter Curiam Neapolitanam et romanam ratione fori, longe at diversam hodie esse controversam. Quaestio enim quae modo agitur neque cognita est neque definita quia de hoc in anteacto judicio minime quaerebatur; neque datur litis contestatio, nisi ubi litigantium intentiones invicem sibi resistant atque una alteram excludat. Atqui nulla contestatio tunc esse potuit circa adeundum Emum Urbis Vicarium vel s. Congregationem quum Bailyus unice contenderet causam spectare ad Curiam Neapolitanam minime ad Romanam in genere. Neque tandem praetereundum esse monet illud s. Congregationis rescriptum penitus contumaciale extitisse, cum vir haud suam valuerit defensionem parare.

Huic adstipulatur matrimoniorum defensor ex officio, quamvis judicio sit ipse paratus acquiescere quod hac in re s. Congregatio pronunciabit. Monet enim condicionaliter tantum mulierem praesenti quaestioni abstitisse quatenus ei denegaretur alimentorum sumptuumque litis depositum eamque omnino dignam censet cui hac in re Emi patres propitio faveant rescripto. Quoad causae pertinentiam, ex Benedictina constitutione recolit, in more esse de partium consensu directe adeundi in primo gradu vel ipsam s. Congregationem. Neque dubitari in themate de praehabito Euphrosinae consensu per preces ab ipsa Pontifici porrectas; quin ipsa nisi modali conditione apposita renuerit quae conditio minime consensum destruit sed confirmat. Addidit ex cap. Licet de foro compet. quemlibet sive volentem sive nolentem conveniri posse ante Summi Pontificis tribunal seu ante sacras supremas Congregationes jus reddentes Summi Pontificis auctoritate et nomine.*) Idque eo vel magis observan-

*) Vd. supra *p. 962.*

*) Vd. *p. 538. n. 6.*

dum in themate ubi per compendium brevioris temporis lis praesens finem celerius accipiet.

Quibus hinc inde expositis super utraque instantia de causae pertinentia et de provisione per depositum decernerent EE. VV. quomodo sen qua sub limitatione dirimendum sit

D u b i u m:

An causa sit proponenda coram tribunali Emi Urbis Vicarii, seu potius coram s. Congregatione in casu?

S. C. resp.:

Negative ad I. partem, affirmative ad II. facto per virum deposito scntorum 600 pro alimentis in menstrnis scntis 100 et subministratis pro nunc scutis 400 pro snmptibus litis comprehenso etiam honorario soluto et solvendo defensori matrimonii.

Die 5. Junii 1858.

Cont. Neapol. seu Romana.

Novae andientiae beneficio ab eqnite Bailyo implorata sednlus institit mulieris procnrator tnm pro destinatione Congregationis in qna cansa esset reproponenda tum nt declararetur esse locum solntioni snmmae a s. Ordine praefiniendae pro alimentis tam praeteritis quam fntnris ac pro snmptibns litis etiam favore defensoris matrimonii et decreto diei 20. Junii de partinm consensn destinavi Congregationem labentis Augusti alterumqne dnbinm quoad alimenta et expensas disputari mandavi prout ad folii calcem exscriptnm habetur.

Urgente at vero propositionis die viri procurator libello institit destinare aliam Congregationem, qnem tamen mordicus contradicente praesertim mulieris procuratore dimittendum censui decreto: »*Utatur jure suo in die propositionis causae.*

Hodie igitur cansa reproponitnr. Quae in brevi allegatione circnm ferenda per summa capita recolit Euphrosinae defensor quoad primum dubium supervacanenm esset heic referre, cum satis abnndeque praeconcepta antnr in folio superiori eaque iternm eatnr a defensore ex officio, pront inatebit.

rest hinc ut nonnihil de alimentis nptibns litis ratio habeatnr.

Qna super re defensor urget propitium responsum nimirum quoad alimenta decernenda in summa scntorum menstruorum centum tum quoad praeterita non solnta, tnm quoad futura solvenda pro tempore s. Ordini magis beneviso, quo vero ad sumptns litis in summa pariter benevisa. Meminit jam inde a comitiis diei 5. Jnnii 1858. cnm ageretnr de pertinentia causae et provisione demandatum fnisse depositnm scnt. 600, pro alimentis in menstruis scntat. centnm. Qnod jnre factnm fuisse dicit, qnandoquidem eques Bailyus ex stipulatione anni 1853 sese obligavit snbministrare uxori dnrante separatione scntata annna bis mille in ratis trimestralibns.

Ast subjungit menstruam illam praestationem mense Novb. proxime praeterito finem habuisse et quamvis Bailyns sine jndiciali strepitn alia alimenta in menstruis scnt. centum nxori suppeditaverit, attamen antequam causa super merito ageretur ab alimentorum subministratione cesaverit et post pronunciatam matrimonii validitatem alimenta uxori omnino denegavit. Hinc opem ab EE. Patribus implorat pro miserima muliere quam sane dignam dicit cui snccnrratnr. Nobillimum ac praecipnum judicis mnnus in eo esse nt litigantes viros cogant ad alimenta uxoribus praestanda ac litis impensas. *Cosci de separat. thori conjug. lib. 2. cap. 6. n. 34. et seq.* Et cum agatnr de viro extraneo non menstruatim sed anticipate per depositum praestanda esse per annum vel bienninm cen factnm fuisse monet in hac cansa, cnm ageretur de incidentali quaestione decreto deposito: ad sex menses.

Ut antem proficnnm mulieri sit alimentorum decretum urget insimnl cansae super merito definitionem apposita responsioni clausnla: amplins: ex hoc enim fiet ut mnlier accepta definitiva sententia snper merito ac decreto super alimentis institnto penes anglicana tribnnalia exeqnntionis judicio constitoqne de validitate matrimonii, alimenta consequetnr ac viri bona in ea ditione sita hypothecae vinculo pro securitate snbjicere poterit; Angliae leges plnrimum uxoribns favere eisque nndequaqne opitnlari ait.

Sed insuper confidit fore nt Bailyus melior factns alimenta suae nxori ultro praestet ne criminis notam incnrrat jnxta illud naturale dicterinm, quo nimirum recnsans alimenta exhibere necare dicitnr. *Rota decis. 98.*

n. 8. cor. Peutinger et Ala in crimin. jur. instit. tom. 1. de homicid.

Matrimonii vero officiosus defensor cum nullam acceperit ab appellante communicationem novorum jurium abstinet ab allegatione circumferenda ac paucis in folio mihi exhibito momenta juris et facti exponit quae alias fusiori calamo publici juris fecit. Recolit itaque matrimonii hujusce validitatem duplici ex capite potenter emersisse; scilicet ex capite quasi domicilii, quod Bailyus ad effectum praesertim paroeciae et sacramentorum Neapoli acquisiverat et ex capite vagae conditionis mulieris. In jure ostensnm fuisse ad quasi domicilium seu jus paroeciae acquirendnm sufficere intentionem habitandi aliquo in loco non mere accidentaliter, sed ad aliquod negotium ibi peragendum: secundo factum habitationis per mensem verificatum. In facto utramque conditionem abunde verificatam ex processu mansisse.

Eques enim Bailyus eo animo Neapolim diverterat ut ibi negotium gravissimum conficeret de catholica religione amplectenda atque initiationem per baptismatis lavacrum suscipere simulque his praemissis matrimonium rite in forma ecclesiae consueta celebrare cum Euphrosina. Constitit etiam de facto habitationis ad menses sex conducta stabili habitationis domo. Hinc arguit si quasi domicilium admittitur quando aliquod negotium famulatus alicubi suscipitur et exercetur non erat dubitandnm de quasi domicilio Thomae in sex mensibus et in summo explendo salutis aeternae negotio ibi commoranti. Praesertim cum ex constitut.: Paucis*) abhinc hebdomadis exarata a Benedicto XIV. ad Archiepiscopum Goanum satis censenda sit ad animum et factum quasi domicilii declaranda ipsa commoratio per spatium unius mensis,**) ut alias ostensum dicit, allata constitutione et concordantibus resolutionibus hujusce s. Congregationis. Momentosissimum accedere etiam quod ad effectum domicilii sacramentalis aderat expressa electio et requisitio ex parte utriusque conjugis. Verumvero ad sacramenta recipienda et abjurationem praemittendam, ad matrimonium rite celebrandnm pluries vir modo et uxor tunc coram Emo Archiepiscopo et ejus Vicario generali adstiterunt enixe petentes, ut ad sacramentalis formae celebrationem admitterentur. Quod revera obtinuit quoniam cum placito Emi Archiepiscopi et cum praesentia Vicarii generalis sacramentale foedus initum et concelebratum fuit. Quando porro adest expressa animi declaratio et electio parochialis tunc facilius forum et quasi domicilium sacramentale sortitur ad paritatem domicilii sortienti ratione contractus et pro tali effectn electi ad validitatem ejusdem, ut consentanee ad jus commune observavit *Sanchez lib. III. disput. 23. et 24.* et tenuit *s. Congregatio in Firmana Matrimonii 24. Apr. 1723.*

Confirmari etiam validitatem matrimonii satis esse ut juxta Trid. Legem verificetur quod parochus qui assistit sit proprius ratione unius ex contrahentibus.

At vero famigeratum in scientia canonica esse quod vagi quocumque in loco versentur, nulla habita ratione temporis mansionis sed solius animi et voluntatis contrahendi matrimonium praemissis probationibus libertatis valide coram quocumque catholico parocho et Ordinario ineunt *matrimonium.* Ita *Sanchez disp. 26. lib. 3 n. 11., Gutierez cap. 65. n. 10., Reiffenstuel lib. II. decretal. tit. 2. n. 45. § 11., Perez disp. 40. sect. 7. n. 2. Vagi habent proprium sacerdotem ubi vagantur et in hujusmodi hominibus actualis habitatio succedit loco domicilii.**)

Conditionem vagam mulieris omnibus numeris a processus actis probatam manere; quandoquidem Euphrosina vix 13 annos natam natale solum Florentinum dereliquit sine matre sine patre sine lare ut nullum habuerit animum ad revertendum, ut revera factum comprobavit. Sequioribus annis saltatrix in theatris effecta continuo Romam et Neapolim excursiones ad professionem exercendam instituit.

Has facti praerogativas *vagam* conditionem ostendere docet *Clarus receptar. sentent. qu. 39.*, ibi:

»*Vagabundus dicitur qui per mundum vagatur . . . neque habet alicubi certum domicilium in quo habitat, nam in hoc proposito non consideratur an habetur domicilium originis vel ne, quia eo non attento, dummodo non habeat domicilium habitationis, potest ubique conveniri.*« *Sanchez lib. 2. disc. 25. n. 1: hi dicuntur vagi qui nullam certam ac constantem sedem ac domicilium habent, sed hinc inde vagantur.*

---

*) Vd. p. 1513.

**) Vd. *p. 1496* §§: *Jam vero* etc.

*) Vd. *Domicilium* (vagorum).

Sic docent universi DD. Quare merito reprehendenda sententia aliquorum, qui ajunt exigi etiam, ut vagi dicantur aliqui carere domicilio originis: sed bene reprobat Julius Clarus quia necessarium esset vagorum civitatem funditus esse eversam.

Evidenter vaga conditio mulieris concurrebat ad validitatem matrimouii et parochum quemcumque et Ordiuarium ad quem appelleret rogatura sacramentum ut proprium sortieudum eligendumque. *Peremptoriis sententiis* ita tenet *Sanchez lib. 2. disp. 25. n. 1., Gutierez cap. 65. n. 3., Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 3. de clandest. desponsat. n. 58.*, ibi: *Parochus proprius vagorum in ordine ad matrimonium est quivis parochus illius loci ubi vagi actu versantur . . . Parochus loci in quo vagi actu versantur valide assistit matrimonio etiamsi unus tantum ex eis sit vagus.*«

Ex parte defensoris viri nihil accepi. Superest itaque ut proponantur dirimenda

D u b i a:

I. *An sit standum vel recedendum a decisis in casu?*

II. *An et in qua summa sit locus subministrationi alimentorum et sumptuum litis in casu?*

Continuatio.

Reddita hodie quaestio super merito et pro eodem comite Bailyo circumducitur allegatio, in qua tamen nil novi deprehendi quod heic opus esset referre: redeunt euim eadem propemodum jura quae in prima causae propositioue ventilata sunt quaeque reperient Emi Patres in restrictu 14. Maji quod ut resumant precor.

S. C. resp.

Ad I.: In decisis et amplius.

Ad II.: Quoad alimenta affirmative in menstrua summa scutorum 100 usque ad praesentem diem imputatis submiuistrationibus. Quo vero ad sumptus litis utatur jure suo coram R. D. S. C. Secretario.

Die 27. Aug. et 17. Sept. 1859.

c) Domicilii defectus.

Omnia parata erant ad matrimonium contraheudum inter Titium et Cajam secundum Trid. legem, cum in episcopali curia obstitit quaedam mulier quomiuus ad nuptiarum celebratiouem ulterius procederetur couteudens »ex fide autecedeutium spousalium cum defloratione conjuncta, ex qua filium quoque pepererat, sibi Titum obligatum esse.« Mota itaque lite et causa taudem pro existentia sponsalium in curia definita uihil Titius intentatum reliquit ut matrimonium jam cum Caja partum in exitum per celebrationem coram ecclesia deduceret. At renuente constanter praefata muliere, quae cedere noluit jus sponsalium renueutibus parochis qui de spousalium impedimeuto per Episcopum admoniti celebratioui matrimonii assistere firmiter detrectaruut omnes Titii et Cajae curae in irritum cessere.

Verum animo haud fractus Titius, ope obsequentis amici, oppidanum parochum in alto asperoque loco extautem valuit reperire, qui impedimentum sponsalium iguoraus paratum semel exhibuit ad aptatas nuptias benedicendas dummodo eidem exhibereutur documenta status liberi utriusque sponsi et delegatio proprii parochi.

Sine mora trausmissa fuerunt documeuta quaedam quae tamen solummodo fidem faciebant de matrimonio adhuc uon contracto inter Titium et Cajam. Deerat insuper delegatio proprii alterutrius spousi parochi. Sed hauc delegatiouis deficientiam parochus ille ceusuit vel negligi posse vel suppleri per insriptiouem spousoruu in albo oppidauorum illius loci, cujus inscriptionis recipiendae curam in se suscepit. Reapse juxta civiles leges illius provinciae in qua oppidum existebat per hujusmodi inscriptionem suppleri posse videbatur realis domicilii defectus. Praemissis itaque a praefato parocho requisitis denuuciationibus, statuta die coram testibus nuptiis illis benedixit et deinceps coujuges nuam vix horam ibi maueutes parochiam illam deseruerunt, quam forsan nunquam viderant vel eraut revisuri.

Celebrati connubii notitia statim ac ad curiam episcopalem deveuit summaria iuquisitione praemissa Episcopus parochum debita poena mulctavit et praefatum matrimouium irritum declaravit. Quod nullitatis decretum quamvis in sponsorum notitiam devenisse videatur tamen authentice eisdem denuuciatum non fuit uisi sex post auuos atteuta eorumdem domicilii ignorautia. Taudem mulier noscens hoc decreto posse se suam defendere

libertatem et alteri viro nubere maritalem Titii domum reliquit. At contra Titius mulierem uti legitimam uxorem sibi vindicans litem acriter movit in episcopali curia.

Incepto itaque regulari processu sed per nefas intercepta judicii tela a laica potestate causa in civili foro ventilata fuit et Titius victoriam consequutus est. Sed muliere haud acquiesceute sententiae ab iucompetenti tribuuali contra se latae et causam deferente ad apostolicam Sedem SSmus eam ex iutegro judicaudam remissis s. Cougregationi Concilii cum omuibus facultatibus opportunis et necessariis et hujusmodi decretum notificari mandavit Ordinario eum in finem ut virum moneret ad deduceudum jura sua coram S. C.

Dubium in calce scriptum propositum fuit per litigantium procuratores et vinculi matrimonialis defeusorem.

Praelibamus solummodo praecipua quae in repetitis defensionibus patrocinatores copiose disputaruut.

Cardo quaestionis in eo erat an necessaria in casu esset delegatio proprii parochi quae obtenta non fuerat. Quare favore Titii, qui acriter matrimonii validitatem propugnabat innuebatur iuitio in ea oppidana paroecia non fuisse promulgatum Trideutinum Concilium, quo in casu cessabat delegationis proprii parochi, *Sanches de matrim. l. 3. disp. 18. n. 28.* et alii. Praesertim cum observatae fuissent prouti coutendebatur dispositiones legum civilium provinciae illius editae pro legitimo exterorum matrimouio. Disputabatur enim reapse praefatos sponsos adscriptos fuisse prouti parochus promiserat in albo oppidanorum et sufficieutem fuisse hanc adscriptionem absque delegatioue proprii parochi ad matrimonii validitatem.

Sed praeter haec insistebatur alteri argumento coutendendo praefatos spousos uou indiguisse dicta delegatione quia jus parochialitatis sive domicilium sufficieus eo in oppido ad matrimonium contrahendum ipsimet sponsi acquisierant. Hinc disputatio orta est super domicilii natura. Dicebatur itaque favore Titii domicilium acquiri statim ac voluntas patefiat illud figeudi aliquo in loco in ordine ad matrimonium contrahendum. Legitur enim in *l. 31. ff. ad municip.*: Nihil enim est impedimeuto quominus quis ubi velit domicilium habeat quod ei non est interdictum«. Hinc coutendebatur factum habitationis non esse necessarium; hoc enim requiritur ad voluntatem demonstrandam: quare si aliuude constet haec voluntas, factum habitationis inutile censetur. Ad hanc doctrinam demonstrandam allegabantur nonnullae auctoritates scilicet *Olivae de for. eccles. p. 3. q. 18. v. 5., Ursayne t. 7. p. 2. discep. 25. n. 32. etc.* et praecipue insistebatur auctoritate S. C. C. in causa *Caesenaten. seu Forolivien. ventilata diebus 20. Febr. et 25. Junii 1723.* in qua vir et mulier qui Caesenae habitaverunt cum se transtulissent iu urbem Forolivii et matrimouium ibi contraxissent illud validum censuit S. C. C. quamvis ut refert *Ursaya loc. cit. n. 42.* »Concurrebant omnes circumstantiae quae evidenter ostendebant voluntatem fraudandi proprium parochum: in summario viri (qui pro nullitate matrimonii agebat) adducebantur probationes quod spousi discesserant cum animo redeundi Caesenam eorum patriam statim ac celebratum fuisset matrimonium etc. et quod non erat eorum intentio permauendi ad habitandum Forolivii sed quod cogitabaut peracto matrimonio redire Caesenam post paucos dies. Quod sponsa declaraverat se redire propriam domum Caesenae suae patriae ubi reliquerat matrem et sororem etc.« *)

*) Ne decipiaris ex hac allegata auctoritate quasi S. C. C. judicaverit non requiri saltem quasi-domicilium ad rite contrahendum matrimonium extra propriam paroeciam, cum deest proprii parochi delegatio, animadvertere debes:

1. Ursayam hoc uti exemplo ut suam quam defendebat causam in ea disceptatione juvaret et cum dumtaxat obiter de hac loquatur, quantum ad suum scopum obtinendum sufficiebat, non omnia referre.

2. Animadverte quod licet modo ignoretur numerus dierum quibus sponsi Forolivii permanserant, tamen non defuit plurium dierum habitatio tum ante tum post matrimonii celebrationem.

3. Animadverte mulierem ideo ivisse Forolivium quia in ea civitate degebat ejus avia materna quam suam tutricem et curatricem praedicabat et ad eam sese receperat, ut effugeret parentum molestias et coram testibus sub juramenti fide antea declaraverat se venisse Forolivium ut ibi domicilium figeret protestando se velle in futurum vivere sub tutela et cura Aviae maternae. Et circa hanc peculiarem circumstantiam, qua se recepit domum Aviae Maternae, haec refert ipsemet *Ursaya loc. cit.*: »Concordabant innnumeri testes . . . unice attribuentes validitatem dicti matrimonii illi circumstantiae quod mulier accedendo ad civitatem Forolivii in domo ejus et Aviae quae fuerat etiam tutrix, statim effecta fuerat parochiana et subdita parocho Forolivii.« De hac causa consulendus est etiam Benedictus XIV. qui eo tempore Secretarii munere fun-

Hiuc cum sponsi in causa de qua agimus manifestaverint voluntatem acquirendi jus parochialitatis in praefato oppido per adscriptionem in albo oppidanorum, nihil intererat concludebatur si ibidem uou habitaverint ante matrimonium et statim post celebrationem illius ab oppido discesserint.

Praesertim cum mens Concilii Trid. inducendi clandestinitatis impedimeutum ea fuerit, ut obviaretur fraudibus ex qua occulta matrimoniorum celebrationes in dies obveniebant, cum alieuus parochus couscius esse nequeat impedimentorum, *Barbos. vot. decis. 19. n. 25.* Hinc ex hac Concilii Trid. mente concludebatur sufficere, ut parochus contraheutes noscat et non necessario exigi, ut contrahentes in loco ubi contrahunt habitaverint. In praesenti vero causa non solum parochus oppidanus contrahentes novit utpote qui non clandestine contraxerant sed imo integrum celebrandi matrimouii negotium ipsi parocho fuit commissum.

Nec obstare insuper dicebatur hujus matrimonii validitati Constitutiouem Benedicti XIV. *Paucis abhinc.**) In ea enim licet veluti quaedam norma statuitur habitatio saltem unius mensis**) ad rite contrahendum in aliqua nova paroecia; tamen hoc mensis spatium accipiendum non est sensu praescriptivo sed omnino sensu praesumtivo, quatenus habitatio unius mensis praesumere facit animum domicilii adipiscendi. Hinc quando de animo constat, neque meusis censeudus est necessarius sicuti e contra neque mensis spatium esset sufficiens, si de animo non constaret; et exempla afferebantur S. C. C. per *Fagnanum* allegata in *capite Significavit n. 37. et seqq.*, ibi: »Trajecteuses vir et mulier timentes impedimentum a parentibus cum ad vicinam urbem Aquisgrauam se coutulissent et ibi aliquamdiu matrimonium contraxissent, s. Cougreg. consulta super validitate censuit exprimendum tempus quo contrahentes Aquisgranae manserunt. Quod si fuerit saltem unius mensis dandam esse decisionem pro validitate, alias de novo referendum in Congregatione.«

Neqne pariter obstare contendebatur matrimonii praefati validitati fraudem, qua ut declinaretur sponsalium impedimentum in aliam paraeciam domicilium electum fuerat, cuilibet enim permissum est sese conferre ad habitandum ubi et quando ei placeat. *Ursaya loc. cit.*

Postremo subjuugebatur etiam in hypothesi quo praefati sponsi jus parochialitatis eo in oppido non acquisivisseut, uon ideo matrimonium irritum declarari debere. Adducebatur enim veluti factum filium jam a pluribus annis deseruisse origiuis domicilium nullamque deinceps aliud ue post coujugum quidem matrimouium contrahere poterat coram quolibet orbis parocho.

Quibus aliisque cumulate disputatis in auxilium vocabatur a Titii defensoribus sanctio matrimouii in radice si pro matrimonii nullitate s. Congregatio decernere ceusuisset.

Multo profecto graviora pro nullitate matrimonii militabant rationum momenta quae allata sunt per Cajae defensores. Allegato enim iuprimis Cou. Trid. decreto *sess. 24. c. 6. de ref. matrim.* quo saucitur qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii liceutia et duobus vel tribus testibus matrimouium contrahere atteutabuut eos s. Syuodus ad sic coutrahendum omuino iuhabiles reddit et hujusmodi coutractus irritos et nullos esse decernit . . « praemisso quod hic parochus debeat esse parochus alterutrius sponsi prout pluries a s. Sede declaratum est, subjuugebatur, eum esse proprium parochum ad effectum matrimonii valide contrahendi in cujus paroecia alteruter ex sponsis domicilium contraxerit nisi nullum alteruter habeat, vagus scilicet sit; quae extrema in facto sic ostendebatur non verificari.

Ostendebatur primum scilicet nullum domicilium a sponsis in oppido saepe memorato initum fuisse ex ipsa domicilii notione. Hoc enim non coustitit in sola auimi electioue sed in animo et facto, allegata *l. 20. ff. ad municip.*, ibi: «domicilium re et facto transfertur non nuda coutestatione«.

Et docet inter caeteros *Reiffenstuel Jus canon. l. 2. tit. 2. § 2. n. 17.*: »Verum domicilium non nuda voluutate et assertione sed animo et facto simul constituitur. »Discrimen porro inter domicilium et quasidomicilium in eo est ponendum, quod illud praeter factum habitationis requirat animum perpetuo manendi, hoc vero animum manendi longo tempore prouti inter alios docet *Zallinger Institut. eccl. l. 1. tit. 2. § 148.* Animadvertebatur insuper posse quidem quasidomicilium acquiri statim ac spousi ad aliquem locum sese coutulerint animo etiam contraheudi matrimouium sed hoc tunc tantum obtiuere, cum sponsi revera habitare iuceperint aliquot saltem diebus simulque de auimo maneudi lougiori tempore haud sit ambigendum, *Reiffenstuel lib. 4. tit. 3. § 2. n. 60., Barbosa de offi. et potestat. parochi part. 2. c. 21.; Sanchez* aliique plures. Et docuit *s. Rota Matrim. 10. Decb. 1525. coram Merlino* scilicet nt quis efficiatur parochianus in ordine ad contrahendum matrimonium non sufficit, ut habitare incipiat in loco etc., quia ista conclusio procedit quando cum habitatione coustat de auimo habitaudi per expressam declarationem seu per conjuncturas etc. *Decis. 451. coram Dunozzetto.*

Quare si hujumodi animus coutrahendi domicilium non habeatur aliqua mora sive habitatio non sufficit ut s. Congr. C. in *Abusen. 1. Decb. 1640.* declaravit: Non valere matrimouium coutractum coram parocho loci ubi coutraheutes reperiuntur non animo ibi domicilium contraheudi.

Ex hoc itaque defectn voluntatis fit nt matrimonium valide non coutrahatur in loco temporariae reclusiouis pro simplici custodia vel in loco recreationis vel rusticatiouis, uude brevi sit discedeudum et ad verum domicilium redeundum. *Benedictus XIV. instit. 33. n. 7. et 12.*

Animus autem maneudi in loco novae habitatiouis quandoque est expressus cujusmodi dicebatur fuisse casus allegatus favore Titii in *Caesenat. seu Forolivien. 22. Febr. 1623.*; de qua loquens *Benedictus XIV. instit 33. n. 9.* ait: »Validum probatum fuit quoddam matrimoninm licet per duos Caesenae iucolas contractnm, qui nt parentum se molestiis eriperent illud Forolivii celebrarunt, cum puella ane discessum palam fecisset, se domicilium in illa civitate deligere, ubi materna avia vitam ducebat, quam tutricem suique curatricem praedicabat.« Et de eodem casu loqnens idem Benedictus in coust. *Paucis abhinc . . .**) ait: »Congregatio validum censuit matrimonium ab eo contractum qui discesserat a loco domicilii ut difficultates in quas offendisset si matrimonium coram ejusdem loci parocho inire voluisset atque illud inierat coram parocho alterius loci, postquam tamen legitimum ibidem quasidomicilium adeptus fuerat eodemque in loco etiam post matrimonium contractum ad aliquod tempus permanserat.«

Quandoque vero hic animus ex actu ipso quo quis trausfertur ex uno loco in alium fit manifestus, nimirum si pristinum omnino deserat domicilium et summam rerum fortuuarum et familiam etc. ad aliam transferat paroeciam ceu etiam habetur in *Statuto cleri romani cap. 3. § 12.* et docet *Ursaya tom. 2. p. 1. discept. 10. etc.* Imo ipsum habitatiouis factum ad meusis spatium*) protractum, hunc animum praesumere facit illudque ceusetur sufficiens ad matrimouium rite contrahendum ceu ex const. *Paucis abhinc.*

Hac porro exposita doctrina observabatur in facto, praefatos sponsos nullimode constituisse aliquod domicilium in dicta oppidana paroecia neque ibi habitasse, sed vix horam mansisse solo animo ut matrimonium contraherent.

Neque valet objicere praefatos spousos mentem Concilii Trid. observasse. Non enim satisfacit legi, qui de fine legis solummodo sollicitus praecepta spernit, quae observanda a legislatore praecipiuntur.

Hinc subjungebatur s. Congregationem coustanter definivisse hujusmodi matrimonia sic contracta irrita esse, cujus doctrinae peculiaris declaratio facta fuit die *22. Febr. 1631.* quam confirmavit Urbanus VIII., nempe: »S. etc. censuit dandam esse declarationem in abstracto in forma sequenti: Vir et mulier a loco suae habitationis absque animo illam relinquendi discedentes et ad locum alterius paroeciae solo animo illico matrimonium celebrandi uon autem domicilium contrahendi se transferentes ibi coram parocho illius loci matrimouium inter se coutraxerunt: Supplicatur per s. Congreg. declarari an hujusmodi matrimouium sit nullum vel validum. S. etc.: secundum ea quae proponuntur ceusuit: Esse nullum.

Ostendebatur vero secundum, nempe quod Titius appellari vagus uon poterat ex eo quod deerant conditiones ob quas vagus quisquis dici possit. *Ulpianus* enim *in leg. 27. ff. ad municipal.* praemittens difficile esse sine domicilio esse quemquam subdit: Puto autem et hoc procedere posse, si quis domicilio relicto naviget vel iter faciat quaerens quo se conferat atque ubi consistat: nam hunc puto

gebatur penes S. C. C. hanc quaestionem breviter judicans tum in constitut. *Paucis abhinc* tum in *Instit. 33.*

*) Vd. *p. 1513.*

**) Vd *p. 1496* §: *Jam* etc.

*) Vd. *supra p. 1513.*

*) Vd. *p. 1496.* §: *Jam.*

sine domicilio esse«: cui doctrinae auctores communiter consentiunt. Porro subjungebatur licet Titius variis in locis more nobilium resedisset non tamen verificari dictas conditiones scilicet et proprium domicilium ab eo desertum et novum non constitutum sed adhuc illud quaeri. In facto enim sufficienter constare videbatur, saltem Titium quasi domicilium habuisse ante matrimonium apud fratrem suum.

Relate vero ad adscriptionem in albo oppidanorum observabatur, quod quamvis haec adscriptio facta fuisset (de qua non satis in facto constabat) ea sola ex sese nunquam constituere potuisset illud domicilium, quod a jure canonico est praescriptum ad rite matrimonium contrahendum; quidquid autem leges civiles statuerint circa valorem hujus adscriptionis in ordine ad contrahendum conjugium ejusmodi leges derogare non poterant illis quas ecclesia sub nullitatis poena exigit observandas.

Validis insuper conjecturis dubio disjecto, quod ex adverso fiebat, circa publicationem Trid. Conc. animadvertebatur insuper, etiamsi non constaret de hac publicatione in oppido indicta, cum tamen constanter hoc decretum observatum ibi esset ut Concilii Trid. decretum, praesumi publicationem hanc debuisse. *Instr. Pii VI. ad Episc. Lucinen. 28. Maji 1793.* In hac enim legitur: »Publicationem praesumi ubi decretum fuerit aliquo tempore in parochia tamquam decretum Concilii observatum.« Hoc ipsum jam definitum fuerat a S. C. C.

Quod si per hypothesim etiam concederetur factam non fuisse ejusmodi publicationem in paroecia de qua agimus cum nullum praefati sponsi domicilium in ea fixerint irrite eodem modo contraxissent. Etenim Urbanus VIII. in literis diei 14. Augusti 1627*) ejusmodi confirmavit resolutiones s. C. C. nempe propositis dubiis

I. An incolae tam masculi quam foeminae loci in quo Concilium Trid. in puncto matrimonii est promulgatum transeuntes per locum in quo dictum Concilium non est promulgatum retinentes idem domicilium valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere?

II. Quid si eo praedicti incolae tam masculi tam foeminae solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant habitationem non mutantes . . .?

Iidem Cardinales ad I. et II. resp.:

Non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes ac transeuntes cum fraude. . . . *Benedict. XIV. Inst. eccles. 33. n.* et in *epist. ad Archiep. Goan. 17. Martii 1758.**)

D u b i u m:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. C. C. constanter censuit:

Matrimonium esse nullum. Reproposito dubio sub formula:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. Congr. die 28. Augusti 1864 respondit: In decisis et amplius.

Ex quibus colligere potes:

I. Matrimonium contractum coram parocho non proprio nulla interveniente delegatione in locis in quibus publicatum est Concilium Trident. irritum esse quamvis hic parochus ceteras solemnitates praescriptas adimpleat.

II. Matrimonium sic contractum quamvis initum bona fide circa ejusdem validitatem irritum tamen manere nec per longam pacificamque sponsorum cohabitationem convalidari.

III. Parochum autem proprium illum dici in cujus paroecia alteruter ex sponsis saltem quasidomicilium contraxit et hoc domicilium suppleri non posse per nudam adscriptionem inter loci municipes quidquid statuunt quoad hoc civiles leges.

IV. Nec sola voluntate quasidomicilium contrahi sed praeter voluntatem ad longum tempus permanendi exigi factum habitationis.

V. Quod habitationis factum ad effectum matrimonium contrahendi si per mensem perseveret nihilque grave opponatur**) eo ipso quasidomicilium praesumi acquisitum.

VI. Imo etiamsi ad mensis spatium habitatio protracta non fuerit, si evinci possit vera et determinata voluntas novi domicilii

*) Vd. *p. 1518.*

**) Vd. *p. 1513.*

**) Dixi: si nihil grave opponatur; nam si quis per mensem perseveret aliquo in loco solo animo puta recreationis vel sit coactus habitare in domo ratione custodiae etc. non censetur domicilium ad hunc effectum de quo agimus contractum. De qua vid. *Bened. XIV. in celebri Instit. 33.* et in *Const. Paucis.* (Vd. *supra p. 1513.*)

contrahendi ex variis adjunctis quae novam habitationem concomitantur domicilium etiam contractum censeri.

VII. Hinc valide eos contrahere qui causa vitandi molestias ex propria in aliam transeunt paroeciam si prius in hac nova paroecia saltem quasidomicilium contraxerint et postea matrimonium celebrent.

VIII. Minime vero eos valide contrahere qui solo animo proprium parochum fraudandi ex una in aliam transeant paroeciam quin in hac quasidomicilium saltem figant.

IX. Et hoc ipsum etiam verificari in casu in quo sponsi e propria paroecia quae Tridentinis legibus subjicitur transeuntes in aliam ab iis legibus solutam ibi contrahant quin acquisiverint aliquod domicilium.

X. Haud tamen hoc quasidomicilio indigere sponsos quorum unus nullum domicilium abeat vagus scilicet sit.

XI. Vagum nihilominus eum non esse qui more nobilium modo in uno modo altero in loco moratur retento alibi saltem quasidomicilio si forte in morae locis novum domicilium non contraxerit.

d) Domicilii originis parochus estne proprius?

Vd. infra decr.: *Beneventana p. 1551.*

Rothomagen.

Exponit Archiepiscopus Rothomagen. in illa sua dioecesi semper in usu fuisse ac fideliter retentum ut ejusdem dioecesis incolae si per sex menses integros actu et publice bona fide non fuerint commorati in paroecia in qua matrimonium inire volunt ad illud celebrandum non admittantur quin tres denunciationes pro futuro matrimonio factae fuerint tum in paroecia in qua hic et nunc habitant tum in illa altera in qua antea manebant, et insuper si sponsi hic et nunc non babitant in eadem paroecia eaedem denunciationes tres fieri debent in utriusque paroecia tenenturque iidem sponsi parocho matrimonium celebraturo praesentare harum denunciationum scripta testimonia. Inde ortum est dubium, an sponsi validum matrimonium inire possint in paroecia in qua ab uno vel pluribus mensibus jam neuter illorum nec illorum parentes habitant et in qua bannorum denunciationes factae sunt quamvis illuc regrediendi ad habitandum animum non habent. G. Anna Depae (Dieppe) multis annis degerat: a duobus autem mensibus hanc civitatem deserens nec unquam ad habitandum regressura Rothomagen. venit ibique domicilium instituit, donec Petro ex civitate Elleborii nubereť. Tres bannorum proclamationes Depae aeque ac Rothomagi factae sunt. Parochus Elleborii Petro trium harum proclamationum testimonium scripto pure et impliciter dedit; ratus tamen matrimonium celebrandum esse Rothomagi ubi tunc Anna habitabat. Idem fecit parochus Magi ubi tunc Anna habitabat ratus ipse matrimonium Elleborii celebrandum esse. At sponsi statim pergunt Diepam ubi aliunde nullos propinquos habeut ibique coram parocho Depami matrimonium ineunt sine dolo tamen et fraude sed bona fiue. Statim autem novi conjuges Depa profecti Elleborium venerunt ibique habitaverunt. Matrimonia hujuscemodi contracta praedictus orator credit invalida defectu praeseutiae proprii parochi. Cum vero quidam aliter credant, ut ipse parochis consultantibus responsa omnino certa dare possit bina quae ad folii calcem recenseutur dubia enodanda proponit.

Opportunum duxi exquirere super hujusmodi facti specie votum officiosi defensoris vinculi matrimonialis, quod accurate pro more suo concinnatum heic fideliter exscribo. Qua decet reverentia prae meute et concilio Reverend. Antistitis Rothomagen. in aliam abeundum esse sententiam existimo atque valliditatem hujusce matrimonii pro viribus defendere, quin opus sit iterare formam et consensum coram quocumque alio parocho. Quamvis enim ex adverso urgere prima fronte videatur Trid. sanctio *sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.*, ubi peremptoriis verbis irritum declaratur matrimonium secus celebratum quam praesente proprio contraheutium parocho et duobus vel tribus testibus, quamvis exploratissimi juris et facti sit legem Trid. universam Galliam afficere ac per consequens recensitas civitates, tamen in themate nec forma coram ecclesia nec praesentia testium nec proprii parochi interventus inficiandus videtur.

Anna Depami ubi domicilium a multis annis originis habuit in natali loco ibi etiam matrimonium coram illo parocho inivit. Atqui certa res est proprium parochum alicujus esse si alteruter ex contrahentibus domicilium vel quasidomicilium ad effectum juris paroeciae

in eo loco acquisivit ut habet S. C. in *Pisana Matrimonii 29. Julii 1769.* Jam vero quis dubitet de natali domicilio Annae in civitate Depami, ubi a plurimis annis constanter et perenniter fuit commorata?

Praevidetur autem objectio illa a Rmo Antistite exposita, quod Anna jam a duobus mensibus civitatem originis penitus dereliquerat, quia pro certo supponit discessisse animo non revertendi, dum ibi neque lares paternos ultra haberet. Quanti faciendum sit hoc objectum Emi Patres definient. Pro sacramenti tutela nullimodo clarum et perspicuum apparet consilium Annae, imo non habuisse animum relinquendi domicilium originis ex facto ipso, ex arrepto itinere et matrimonii celebrandi causa in loco paroeciae domicilii originis luculentissime patet. Neque tempus 2 mensium absentiae quod intervenit satis est contra factum reversionis, ut pro certo innotescat animus in civitatem Depami non amplius revertendi. Quemadmodum enim ad novum domicilium acquirendum vel quasidomicilium duo copulative requiruntur scilicet animus et factum habitationis; ita pariter ad deserendum domicilium vel quasi domicilium illa duo concurrere copulative necesse est scilicet factum derelictae habitationis per notabile tempus et animus declaratus ac determinatus non ultra revertendi: ut in terminis *Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 23.*

At vero licet habeamus factum bimestralis habitationis in civitate Rothomagen., actum voluntatis et animi declarati non revertendi Diepam omnino desideramus, dum potius contrarius animus emergit ac revelatur potentiori facto regressus: quo stante potius conjecturas voluntatis quam tempus personalis absentiae, actiones et gesta spectanda fore potentia revelare intentiones suppositorum agentium nemo unus inficiabitur.

Accedit ad roborandam qualitatem proprii parochi Annae in civitate Depami singularis consuetudo archidioecesis Rothomagen.: etenim ut exponit Antistes dioecesis incolae non admittuntur ad celebrationem matrimonii, nisi per sex menses commorati fuerint in paroecia in qua hic et nunc habitant, tum in illa altera in qua antea manebant. Hinc ad tramites dioecesanae legis promulgationes Rothomagi Elleborii pro viro et in ipsa civitate Depami pro muliere praemissae in hoc matrimonio ineundo fuerunt.

Quapropter ex speciali vigente jure dioecesano firmiter tenendum videtur, neminem e parochianis variare posse parochiale forum sacramentale determinatum a lege illa et voluntate Ordinarii, nisi postquam a sex mensibus paroeciam et incolatum dereliquerit et quidem animo expresso amplius non revertendi. Ante vero menses sex a derelicto domicilio vel habitatione quamvis animum dicat habuisse non revertendi, non ideo effugere valet potestatem anterioris parochi, immo alligatum manere ac retinere jus paroeciae et sacramentorum: quoniam praevise cogitur coram hoc parocho denunciationes matrimonii juxta Trident. praescriptas faciendas a proprio parocho omnino praemittere. Quae denunciationes jurisdictionem omnino important ut proprii parochi, nam a lege ecclesiae non alteri quam proprio Curioni praescribitur a Trid. Conc. *sess. 24. cap. 1.*

Quod si secus interpretationem banna haec acciperent, manerent sine causa sufficienti et inutiles, quoniam ad probandum statum liberum non jam proclamationes et banna, verum examen testium, processus et literae testimoniales Curiae archiepiscopalis et Ordinariorum requiruntur.

In vim igitur dioecesanae legis perpensa virtute et efficacia consuetudinis bannorum, quae debent praemitti, in eam ferimur opinionem favore matrimonii, hujusmodi incolas ante sex menses immutatae habitationis et parochi quoad jus paroeciae omnino adhaerere jurisdictioni anterioris parochi, cui perspicue quoad banna subduntur.

Vel si etiam spectes amplitudinem legis dioecesanae et factum proclamationum tum Depami tum Rothomagi concludendum esse verificari in themate ante sex menses duplex retinendum esse domicilium, ita ut aeque posset matrimonium inire vel coram parocho Depami vel Elleborii. Dum in primo praesto aderat quasi domicilium habitationis in secundo adhuc retentum ex vi legis dioecesanae praescribentis banna et ex defectu temporis ultra sex menses domicilio praecedenti et originis. Quamvis enim admitteremus, quod contra factum reversionis eloquentius verbis adseritur, habuisse animum derelinquendi patriam, adhuc tamen ex vi legis dioecesanae parochum non amiserat a 2 mensibus sed opus erat ad 6 menses lapsum temporis maturare.

Nemo autem dubitat duplex haberi posse eodem tempore domicilium vel quasi domicilium parochiale. *Cosci de separat. thor. conjug. lib. 1. cap. 14. n. 30. et seq.*, ibi: parochus proprius contrahentium non solum est parochus in cujus parochia ipsi nati sunt et baptizati sed etiam parochus domicilii ubi suam deinde fixerint habitationem.

Etsi duo habeant domicilia matrimonium coram alterutro domiciliorum parocho et testibus celebratum est validum. *Rosignoli de matrim. par. 1., de Lugo dub. 37., Leander tractat. 9. disput. 7., Barbosa cap. 1. sess. 24. de ref. matrimonii n. 15.*, modo tamen in eadem parochia aequaliter habitaverint aequalitate morali ut praecitati DD. advertunt et comprobat textus *in cap. 2. de sepulturis in 6.* iis verbis: Cum ab eo qui duo habet domicilia se collocans aequaliter in utroque: necnon in *leg. assumptio ff. ad municipal.*, ibi: Viris prudentibus placuit in duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se locasse videntur.«

Hanc vero »*habitationem, illa aequalitate morali, illud vero utrobique se ita instruxisse, ut non ideo minus apud alteros se locasse sponsos videatur*« evincit lex synodalis, quae utrique parocho addicit sponsos in bannis et revera voluit et effecit ut Anna Rothomagi et Depami curaret matrimonium in solemniis denuntiari per utrumque proprium parochum.

Igitur stante lege speciali dioecesana quae tempus assignat semestris ad amittendum pristinum domicilium parochiale nequiret contra urgere doctrina *Benedicti XIV. in constit.:* Paucis abhinc hebdomadis, *directa Episcopo Goano, in qua legitur: Post haec necessarium fore censemus adjungere quidnam requiratur ad quasidomicilium adipiscendum. Verum hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis ille qui contrahit habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur.*« Siquidem quisque videt Benedictum XIV. tantum praefinire tempus ad quasi domicilium*) acquirendum necessarium quod cum habitationis facto conjunctum revelet latentem et non expressum animum novi domicilii parochialis acquirendi. At de hoc nihil ad causam; non enim impugnamus Annam de jure communi quasidomicilium contraxisse Rothomagi; at defensio nostra in eo est, cum nova acquisitione illius quasi-domicilii domicilium praecedens non amisisse neque jus paroeciae quod habebat Depami. Nam Benedictus XIV. praefiniendo mensem*) non immutavit jus commune de duplici domicilio vel quasi; sed in silentio voluntatis interpretatus est animum habitandi ex mora mensis: at vero de ammissione domicilii vel quasi nihil decrevit: insuper reliquit intactas leges dioecesanas et statutarias locorum, quarum vi pristinum domicilium etiam habitatione mutata ad sex menses retinetur aut cum novo cumulatur; et ad amittendum anterius jus parochiae, spatium sex mensium absentiae et animus recedendi requiritur, ita ut prorsus attenta duplici jurisdictione parochi secundum domicilium primum et praecedens ante sex menses perimere non valeat.

Mitto etiam momentum gravissimum in praesenti quam brevis intercapedo dierum intercesserit a discessu Depamensi, ut ideo nulla solemni inita declaratione animi sui patriam relinquendi hoc tempus praesumere non sinat, habuisse animum non revertendi. Addimus contra praesumptum animum derelictionis exploratissimum factum reditus et sistendi coram illo parocho, qui de mandato Curiae proclamationes peregerat: quisque sciens prudens absentiae suae parochianae per bimestre, nihilo tamen secius dubitavit matrimonio uti proprius parochus assistere eisque benedicere. Posito primo certo domicilio et habitatione annorum ab infantia, posita declaratione animi nubendi coram parocho Depami, quid sit ultra dubitandum pro validitate non video, dum concurrit praecedens habitatio et animus declaratus ibi ineundi matrimonium et requirendi parochum uti proprium, *Sanchez lib. 3. disp. 23. n. 2.* ibi: »*Non opus est ad domicilium contrahendum decennio habitasse; sed statim ac quis incipit habitare, acquirit, ergo cum adsit factum nempe habitatio et animus habitandi domicilium animo et facto constituitur, ita ut transferatur et deperdatur, opus esse animo et facto, quare sola mutatione animi perpetuo manendi, dum non mutatur prius illud domicilium habitationi acquisitum non deperditur; et similiter non deperditur solo animo mutandi illud sed opus est animo et reali mutatione.*

Haec mutatio numquam contigit, nam precario Rothomagi commorata est et vix nupsit, illico discessit. Quod si ponas com-

*) Vd. *Quasidomicil.*; supra constit Bened. XIV. *Paucis* §: *Post haec etc. p. 1515.*

*) Vd. *p. 1496.* §§ *Jam etc.*

morationem Rethomagensem, tamen precariam ut valentem inducere mutationem prioris domicilii, jam huic mulieri nullum habebis parochum quem proprium assignes.

Propterea cum perspicuum sit, presbyterum parochum Diepami communiter reputatum fuisse proprium contrahentium et affuisse bonam fidem quoad contrahentes matrimonium ad has vitandas ambages ss. Canones statuerunt in parocho titulum *coloratum* cum errore communi dare jurisdictionem etiam in foro sacramentali stante bona fide sacramentum recipientium, *Barbosa de offic. et potest. parochi par. 2. cap. 17.*, ibi: »*Ecclesia tamquam pia mater supplet jurisdictionem, ut autem gesta valeant non satis est error communis sed necessario requiritur titulus coloratus seu a superiore collatur quamvis invalidus sit ob vitium latens: quare sine titulo et auctoritate superioris qui se intrusit licet error accedat communis gesta per illum ad utrumque forum sunt prorsus invalida. Sanchez disput. 22. n. 49., Suarez, Lessius Pontius de matrim. lib. 3. cap. 22. qui tamen existimant quod ut gesta valeant tum in foro externo quam conscientiae satis haberi communem errorem nec necessarium esse titulum collatum a superiore legitimo. Intellige communem errorem et titulum operari validitatem eorum quae geruntur per inhabilem, quando inhabilitas fuerit de jure humano. . . .*« Addit in adnotatione, ibi: »*Sententia auctoris est verior et communior, si tamen poenitens sciat parochum esse intrusum: tunc licet adsit titulus coloratus respectu aliorum hic illi non suffragatur cum ecclesia intendat supplere jurisdictionem ne fideles bona fide frustrarentur animaeque periculum sine eorum culpa subeant, quod quisque intelligit non militare respectu scientis defectum jurisdictionis, cum tunc dici nequeat esse in bona fide.*« De qua bona fide teste Antistite non est ambigendum in casu.

Immo summa validitas hujus matrimonii omnifaria demonstratione juxta ss. et inviolabiles ecclesiae canones concluditur.

Verumtamen EE. PP. ante oculos habeant originem et fontes Legis dioecesanae hujusmodi Rothomagensis quae ante sex menses jurisdictionem priori parocho in matrimoniis conservat non absre erit a Sorbonnico *doctore Charriere harum legum historiam resummere; in tract. de matrim. cap. 4. Tit.: Quis sit proprius parochus n. 203.* ponit propositiones has: »Attento jure communi proprius parochus est ille domicilii vel quasi et non originis vel loci, per quem transeunt contrahentes. Olim in Gallia vigebat circa proprium parochum jus speciale magis rigorosum vim legis irritantis obtinens. Probatur:

1. Quando partes non erant ejusdem paroeciae irritum erat matrimonium coram uno parocho innitum altero non consentiente nec banuis in altera parochia proclamatis.

2. Quando partes mutaverant domicilium nec jam a sex mensibus fuerant commorati in loco novae habitationis sine consensu parochi pristini domicilii qui ceterum datus censebatur, quando ibi banna promulgata fuerant.

3. Sponsi minores non poterant contrahere nisi coram parocho domicilii parentum.

Porro contendebant praedicti auctores ita statui per edicta regia et consuetudinem ecclesiae Gallicanae. Multum abeat quin haec admitterentur ab omnibus theologis, immo et juris consultis, speciatim quoad primum et tertium punctum omnino verosimile est non fuisse necessarium concursum utriusque parochi et minores potuisse nubere sed major erat difficultas quoad mutationem domicilii ideoque in hoc praecipue respectu situm dici potest discrimen inter jus commune et jus in Gallia olim vigens. Hinc assertio tertia. Regulariter ad Episcopum pertinet determinare cuinam juri nunc in singulis Galliae dioecesibus standum sit. Probatur quatenus possit Episcopus derogare tum juri Galliae peculiari tum juri communi, quoad determinationem proprii parochi in ordine ad validitatem matrimonii.

Quoad jus Galliae abrogatis edictis regiis jus illud nullum vim habere potest nisi ex consuetudine seu disciplina antiqua ecclesiae Gallicanae. Porro hanc disciplinam praesertim jure satis dubium interpretare potest profecto Episcopus pro sua dioecesi immo et eam moderari. Quoad jus commune Episcopus est proprius parochus cunctorum suorum dioecesanorum seu iis conferre posest licentiam matrimonium celebrandi coram quocumque sacerdote. Igitur quando determinat hunc autem illum esse proprium parochum, modo illum determinet erga suos dioecesanos tantum, nulla esse potest difficultas quia esto quod talis non esset juxta jus commune, illi

sufficit auctoritas Episcopi: loquimur autem tantum de dioecesanis; quia si illi qui veniunt ex alia dioecesi noudum sint subditi parochi, in cujus paroecia nunc degunt, non magis erunt subditi Episcopi, qui proinde non poterit eis assignare parochum. Sed Episcopus irritum non potest efficere matrimonium jure communi validum. Igitur quando determinant hunc aut illum non esse proprium parochum, si talis sit ex jure communi peccabit ille quidem matrimonium celebrans contra interdictum sui Episcopi, sed nihilominus validum erit matrimonium.

Jam vero dioeceses Galliae in triplicem classem distingui possunt. Prima classis complectitur dioeceses, in quibus adhuc vigent antiqua statuta sive quia nihil de novo praecriptum fuit ab Episcopis sive quia eadem posuerunt regulas quae olim servabantur. In his remanet fere ac olim difficultas, eadem saltem dubitandi ratio an jus illud peculiare jure communi rigorosius vim legis irritantis obtineat: id parum verosimile videtur.

Secunda classis complectitur dioeceses in quibus Episcopi jus illud Galliae peculiare abrogarunt.

In his standum est juri communi nisi illi Episcopi quasdam modificationes attulerint quarum vis existimanda erit ex principiis modo expositis.

Tertia classis complectitur dioeceses quarum statuta admiserunt dispositiones codicis civilis circa domicilium matrimoniale ideoque exiguunt habitationem sex mensium et nihil amplius, etiamsi contrahentes veniant ex altera dioecesi. Quoad temperamentum allatum juri veteri Galliae quod aliquando exigebat annum nulla difficultas ex dictis sed quatenus servata est ea pars juris veteris qua requirebatur sex mensium habitatio non requisita jure communi applicanda sunt, quae diximus circa primam dioecesium classem.

Quidquid sit, quoad praxim haec generatim observanda videntur:

1. Quando agitur de matrimonio celebrando nimiae vix adhiberi possunt cautiones multo satius est ultra necessitatis limites progredi quam citra remanere.

2. In singulis dioecesibus standum est sive Episcoporum statutis sive consuetudini vigenti.

2. Multae praecavebuntur difficultates, si curate serveutur quae praescribuutur ubique circa promulgationem bannorum saepe pluribus in locis faciendam.

4. In casibus dubiis recurrendum est ad Episcopum qui saepe ex dictis dubium tollere auctoritate sua poterit.

Haec ille qui putat in vim consuetudinis aut legis dioecesanae in facultate Episcopi affuisse determinare, quis proprius sit Curio et adhuc proprium contrahentium parochum ante sex menses permanere illum prioris domicilii et incolatus, cui data ab Ordinario commissio banorum, ideo delegatus ad matrimonium etiam in vim voluntatis Ordinarii qui potens ad desiguandum erga suos dioecesanos ita parochum Depami subditum Rothomagensis metropolis hoc mandato ex usu et consuetudiue ut proprium reputasset.

De secunda dubii formula nihil est quod PP. EE. moremur; excluditur enim a defensione validitatis et passim innotuit S. O. necessitatem iterandae formae pendere ab ipsa notoria invaliditate aut occulta nullitate Sacramenti.

Hactenus matrimoniorum ex officio defensor. Verumtamen haud pro munere praetereunda quae ex facti circumstautiis jurisque sanctionibus hucusque receptis propositi matrimonii validitatem in discrimen adducere posse videntur juxta sententiam ab Archiepiscopo panditam. Norunt omnes in re matrimoniali totum jus facere *Trid. synodi cap. 1. sess. 24. de ref. matrimon. iis in locis in quibus illud promulgatum est. Synodus haec habet:* »*Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote et ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt eos s. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullat . . . statuitque benedictionem a proprio parocho fieri neque a quoquam nisi ab ipso parocho vel ab Ordinario licentiam ad praedictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse, quacumque consuetudine etiam immemorabili quae potius corruptela dicenda est vel privilegio non obstante.* De promulgatione ac exceptione hujus capitis in tota qua late patet Galliarum ditione nou est ambigendum *teste Card. Pallavicino tom. 3. lib. 24.*

Porro consentiunt omnes DD.: proprium parochum alicujus non fieri, nisi alteruter ex contrahentibus domicilium vel quasi in eo loco acquisiverit seu ut accurati canonistae loquuntur, nisi alteruter eorum animo et facto permanens acquisiverit jus paroeciae ad sacramenta a parocho loci snscipienda. Ita s. Congr. in ex adv. *cit. Pisana Nullitatis matrimonii 29. Julii 1769.* §: *Indubia.* Ad rem Benedictus XIV. in literis datis ad Archiepiscopum Goanum incip.: »*Paucis abhinc*«*) firmat: »*Ex sententia communiter hodie recepta et observata nullum atque irritum habendum sit matrimonium coram parocho alterius loci contractum, dummodo tamen ille, qui contrahit, antequam matrimonio jungatur, legitimum domicilium vel quasidomicilium revera in hoc altero loco adeptus non fuisset atque inibi fortassis post matrimonium contractum ad aliquod tempus commoratus non esset.*

Domicilium vero hujusmodi acquiri animo permanendi et facto habitationis tenent omnes inter quos *Sanchez lib. 3. disput. 23. n. 2. de matrim.*; immo cum facto habitationis et animo declarato etiam una die acquiri firmat nec deperditur animi mutatione si factnm derelictionis loci non sequatur. Qui enim animo permanendi et facto sistunt in parochia, nec habent voluntatem redenndi ad pristinos lares, utique non ambigitur domicilium et jus paroeciae contrahere. Quod si adsit factum habitationis et animus permanendi per aliquod temporis spatium emergat, nulla emissa manifesta declaratione, tenet Benedictus XIV. in cit. literis *Paucis* per unum saltem integrum et continuum mensem**) protractam habitationem quasi domicilium habitantes in paroecia sortiri et ita pariter *cum Fagnano in cap. Significavit de parocho n. 39. recolit s. Congreg. in Pisana Matrim. 1769.* § *Matrimonii.*

Ad casum accedens patet Annam a duobus mensibus ita contiuuo commoratam fuisse Rothomagi ut domicilium ibi instituerat et eligeret declarato animo Depam locum originis ubi nullos habebat propinquos superstites non revertendi. Concurrunt propterea habitatio et animus ad firmandum jus paraeciae, domicilium electum et omni casu domicilium determinatum animi declaratione et facto habitationis ultra mensem. Concurrit ipsa declaratio de relictiones domicilii Depami ut expositio casus supponit. Unde proprius Annae vel Petri parochus non fuisse videtur ille Depami qui adstitit matrimonio sed Rothomagensis seu Elleboriensis. Nec valet oggeri, ex quo ante dnos menses domicilium Anna haberet originis in civitate Depami praesumi posse ipsius dupplex domicilium originis et habitationis, ita ut coram parocho valide contraheret. Nam exceptio ista elludi videtur a facti specie proposita; siqnidem Anna a duobus mensibus omnino derelictnm voluit domicilium et jus paroeciae originis. Procedimus enim cum snpposito quod licet de more dioecesauo denunciationes Depami factae sint, ut Rothomagi et Elleborii, tamen Anua a duobns mensibus civitatem Depami deserens eo fuit animo et facto in foro externo nec illud nunquam ad habitandum esset recessura. Quin etiam ita Rothomagum venit, ut ibi domicilium iustitueret. Unde non est ambigeudum antecedens domicilium originis habitum ab ea fuisse pro derelicto et casso et novum domicilium auimo et facto habitationis indnctum.

Neque ulterius videtur obstare lex seu usus Rothomagen. quo praescriptum dicitur ut incolae dioecesis si per sex menses integros actu et publice bona fide commorati non fuerint in paroecia ad matrimonium celebrandnm non admittantur. Consuetudinem hanc dioecesanam afficere forsan parochos posse ne admittant sine denuntiationibus ad matrimonium ante semestre et totam legem et usum ad licitndinem referri, non autem inde inferre ante sex menses jus paraeciae non sortiri ab incolis, nam licet temporaneum obicem isti experiantur ne licite possint admitti ad sacramentalem formam matrimonii coram parocho ante sex menses incolatus sine denuntiationibus, quisque videt si ante semestre illis admiuistranda siut cetera sacramenta sive commnnionis in paschate sive in infirmitate ss. Viatici et extremae unctionis jus paroeciae jam ante semestre vigere, parochum ministerium explere usque ad suprema funera. Ceterum perpendendum est etiam an ejusmodi consnetudo quae a civili codice Gallicano origiuem dncere videtur in re de qua agimns vincere queat jus commune in universa ecclesia receptum.

Quin refragetur theorica de vagis et advenis; nam tales non sunt qui proprio relicto domicilio alind eligunt aut facto et animo ex lege sortiuntur. Vagus est qui

*) Vd. *supra p. 1513.*
**) Vd. *p. 1496. § Jam.*

proprio relicto domicilio ex loco in locum se transfert sed continuo quaerens ubi sistat nullamque certam habitationem eligit ad domicilium vel quasi, ut bene *Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 25. n. 1., Pignatellius consult. 79. n. 34. tom. 5.*

Talis eo minus Anna non erat, ex quo fixit lares Rothomagi, animo relinqnendi domicilium Depami et non amplius huc revertendi. Itaque venire illi nequeunt horum nomine quia non verificatur, quod mulier sit vaga respectu parochorum et ad breve tempus hospitaretur, quaerendo aliam paroeciam, ut eo tempore nullam haberet. Vir autem habet qualitatem civis et incolae Elleboriensis civitatis in qua habet domicilinm.

Nec contra moratur, quod vix a nuptiis relicto Rothomagensi incolatu Anna se transtulerit cum viro Elleborium. Planum est bona fide sine fraude nt exponitnr Rothomagi commoratam ipsam fuisse animo permanendi. Discessus et derelictio illius civitatis ostenditur ex causa legitima et accidentali superventa independenter a priori animo et facto permanendi, ut nempe virum suum sequeretnr ad propriam habitationem, quod est uxorum commune munus et officium.

Quatenus ex praemissis pro nullitate sententia prodeat, responsio ad alterum dubium per se patet. Cnm enim forma legis Tridentinae sit praescripti jnris et solemnitatis citra quam non subsistit matrimonium nec impleri possit per aeqnipollens, *Card. de Luca de matrim. disc. 3. n. 14.*, sequitur renovandum esse consensu coram proprio actuali eorum parocho; non enim agitur in themate de occulto defectu consensus, qni supervenire potest, sed de defectu praesentiae proprii parochi, qui defectus formam irritam reddit et nullum contractum et sacramentum. Super delegatione parochi Depami haud immorandum, quia non facta in personam istius parochi, neque a parocho viri id est Elleborii, neque ab altero Rothomagensi qni erat parochus mulieris; nec delegatio Ordinarii ullibi intervenisse apparet. Facta autem aut praesumpta delegatio in subjecta materia non admittitur.

D u b i a:

I. *An matrimonia modo supradicto inita sint valida in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An sponsi coram parocho proprii domicilii consensum renovare teneantur in casu?*

S. C. resp.:

Dilata et scribatur Archiepiscopo quod si usus vere existat magis praecise refert snper omnibus ejusdem circumstantiis et rerum adjunctis ac speciatim super signis et argumentis, ex quibus erui potuerit animus mulieris numquam adeundi ad civitatem Diepe.

Die 30. Julii 1859.

e) Domicilium peregrinorum.

Vd. *Domicilium habentes ubi Tridentinum* etc. *p. 1501.*

f) Domicil. puerorum sub cura curatorum stantium.

Vd. *Domicil. ad matrim. contrah.* (Quasidomicil., decr.: *Romana p. 1546.*; vagorum).

g) Domicil. puerorum et puellarum in infantia expositorum et in hospitio degentium.

Florentina.

Infantibns juvandis quos parentes misere abjecissent institutum prostat Florentiae pium Nosocomium usque ab anuo 1421, quod ab Ordinarii jurisdictione exemptum ac s. Sedi immediate subjectum apostolico diplomate effecit s. M. Nicolaus V. X. Cal. Julias 1454.

Usque ad 1748 praefuit Brephotrophio ecclesiasticus Rector, qui parochi etiam munia gessit quoad matrimonia puellarum ad illud spectantium. Ab hoc tempore factum est ut laicus propositus fuerit pii operis regimini, quare matrimonia praedicta ita inita sunt multos annos, ut iis adstiterit sacerdos capellani curati nomine in ipso Nosocomio auctus cum delegatione Episcopi quatenus opus sit in singulas vices. Tandem sub anno 1810 ipsis postulantibus piae domus praesidibus Nosocomii ecclesia effecta est ab Archiepiscopo parochialis atque ab ea aetate *Curati di questo luogo pio considerando che lo Spedale esercita sopra le sue alume i diritti della patria potesta, e che tiene sempre aperto il locale, come a loro domicilio giusta l'esposto di sopra hanno creduto fin qui di essere de parrochi, o degli Ordinarj de luoghi dell' ultimo domicilio di dette alumne ad assistere ai matrimmonj delle medesime.*

Jam vero duo haec SS. Principem adprecatur hodiernns Nosocomii praeses.

I. Ut *qualora la sonima sapienza della Santita Sua giudicasse non essere i motivi sopradescritti capaci di dare al Curato di questo Spedale il carattere di proprio parroco per queste fanciulte; per impedire i tanti gravissimi sconcerti, che protrebbero aver luogo dalla riconosciuta nullita di tanti matrimonj sembrerebbe della somma importanza, che Sua Beatitudine per la pieneza della potestà sua si degnasse di convalidare in radice tuti i matrimonj dei quali ora si tratta, che per mancanza di legittimità di parroco potrebbero aversi per clandestini.*

II. Animadvertens *che ad impedire innumerevoli discordini, non può lo Spedale non obbligare le alumne che stanno presso i tenutarj, o che sono a famulato, e trattare dinanzi a lui lo cose tutte spetanti a loro matrimonio. . . . Che il domicilio dei Tenutarj e le case, ove le Alumne sono a famulato, possono essere ancora a lontanissime distanza da Firenze, e in diverse dioecesi, mentre nei regolamenti non vi è prescrizione, che limiti il luogo, ove lo Spedale può inviare ed accordare a tenuta o a famulato le sue alumne; e quindi necessitate le medesime a transferirsi a Firenza per eseguire i sponsali, che sempre ed in ogni caso per sistema inalterabile si stipulano alla presenza dei ministri dello stabilimento, che in questa branca sono stati sempre ecclesiastici, talvolta avviene, che i Tenutarj o i Padroni ricusano di riprenderle per quel tempo, che debbon farsi le proclame, ricusandosi in pericolo l'onestà di queste alumne; di più avvenendo spesse fiate il caso per la loro qualità, che trovino lo sposo nella casa stessa, ove dimorano, verrebbero a violare il divieto delle nostre leggi synodali, della coabitazione sub eodem tecto, ne sarebbe cosa facile di poter sempre ottenere dai rispettivi parochi, o Ordinarj la delegazione, in quanto che non obbligati potrebbero ricusarsi di farla, e molte volte non impreviste circostanze la contananza de' luoghi potrebbe non dare luogo sufficiente a dimandarla«*; hinc petiit a Sanctitate Sua, »*quando occorra secondo l'esposto caso, a volersi degnare di autorizzare il curato pro tempore di questo spedale ad assistere validamente e lecitamente a tutti i matrimonj delle alunne di questo stabilimento, qualunque sia stato in avanti il luogo del loro domicilio.*«

Rogatus Archiepiscopus renunciavit quae sequuntur: Sarebbe troppa arditezza il far rilevare alla s. Congregazione . . . che non sembrano convincenti le ragioni prodotto a stabilire la patria potestà, specialmente in ordine al sacramento de patrimonio, e che ogni privilegio è cessato.

Pare però convenientissimo che la sagra Congregazione prenda in considerazione:

1) La sanatoria in radice dei matrimonii celebrati alla presenza de paroco di quello spedale tra alcuni non abitanti nello spedale medesimo;

2) La compilazione dei processi sulla libertà di stato, che lo spedale stesso pretende sugli alunni, che hanno vagato in diverse dioecesi, perche i registri dello Spedale stesso ne danno prova, e propongono un risparmio di tempo e di spese; e in ciò si spera, che sarrano rispettate le attribuzioni dei rispettivi Ordinarii;

3) Finalmente che sia prevenuto il caso, già più volte accaduto, che affrettando il richiamo delle alunne allo Spedale pochi giorni innanzi al matrimonio, que curato, che siano di sua giurisdizione, perchè nell' atto del matrimonio abitano nello Spedale medesimo.

Ex Concilii Trid. sanctione *sess. 24. cap. 1. de ref.* debet matrimonium inire coram proprio parocho; quis autem sit hic proprius parochus disputant doctores. Et primo generatim certum est proprium dici illius loci, ubi contrahentes habent domicilium, *Ponta de matrim. lib. 5. cap. 13. n. 2., Sanchez eodem tract. lib. 3. disp. 24. n. 2.*; in specie vero pendet judicium a cujusque contrahentis domicilii praefinitione.

Ad casum quod attinet de puellis examussim quae in hospitio superiorum detinentur disserens Benedictus XIV. *instit. 33. n. 16.* haec habet: *Si de his agatur, is parochus adhibendus est, cujus parochiae illud publicum hospitium subjicitur*, atque allegat ad rem resolutionem s. hujus ordinis *diei 22. Aprilis 1651.* Ratio vero hujus generalis dispositionis esse videtur, quia quousque puellae hujusmodi in hospitio commorantur nullum habent aliud domicilium, quippe parentibus quibuslibet omnino careant expositae. Hinc quidquid sit de exceptione illa de qua in sequenti paragrapho loquitur idem Pontifex quoad virgines, quae in septis monialium educantur, qua monasterii parochus ab earum matrimonio benedicendo excluditur,

si paternum, maternum vel fraternum domicilium habebunt, quo casu eas conjunget parochus, cui domicilium hoc subjicitur; ea sane non videtur locum sibi vindicare in casu de expositis, quibus et pater et mater fraterque est ipsum pium hospitium, cujus *tamquam filiae haberi possunt*, ut in minori casu ait idem Benedictus XIV. *dicta instit. § 16.* Difficultas oriri posset quoad eas puellas quae alibi famulatus gratia commorantur ac veluti domicilium ponunt.

De his qui famulatum praestant in statuto cleri romani *cap. 3. § 21.* decernitur: *Familiares et famulos Cardinalium seu aliorum principum et praelatorum necnon aliorum quorumcumque, qui habent domicilium et familiam in alia parochia, ad illam pertinere*, cui statuto ipsa consonat Urbis consuetudo, *quae veluti in conspectu ipsius Sedis Apostolicae inducta habetur pro lege in universo Orbe et normam Episcopis aliisque inferioribus praelatis tribuit*, ut monet Rota in *Majoricen. Parochialis de Manocor. 2. Junii 1708.* Porro in una *Eugubina Visitat. ss. liminum diei 24. Maji 1788.* proposito dubio:

An matrimoniis famularum assistere debeat parochus domicilii paterni seu potius alter, in cujus paroecia puellae famulatum praestant in casu?

S. Ordo respondit:

Episcopus per decretum jubeat ut matrimoniis puellarum, quae famulatum Eugubii praestant, assistat parochus domicilii paterni, materni, fraterni ejusdem puellae, quatenus illud habeant in eadem civitate, si non habeant, assistat parochus domicilii in quo degunt, quatenus in eadem civitate matrimonium contrahant.

Nec abs re fortasse erit recolere, quae de puellis in septis monialium educandis constituit s. Congregatio Episcoporum et Regularium, ut nempe illae quae futuras nuptias data fide promiserint, ex monasteriis abeant et ad parentum domos revertantur, postea coram earumdem domuum parocho nuptias ineunt (Vd. *apud Bened. XIV. cit. instit. n. 17.*)

Habent ex his EE. VV. juris opportuna momenta, ut primam et alteram petitionis partem librare valeant, an scilicet methodus adhuc habita quoad parochum, qui matrimoniis adstitit, legitima fuerit, an servari subinde debeat etiam quoad futurum. Quod si juri haud consonam decreverint, habent ex facti specie peculiares rationes et adjuncta ut decernant, an in casu de quo agitur sanari mereantur matrimonia ab anno 1810 ad hanc diem contracta, ac indulgeri pro futuris matrimoniis ex aequitate expediat.

Recolenda sunt, quae de processu liberi status animadvertit Archiepiscopus et de aliis ad rem pertinentibus. Proponuntur

D u b i a:

I. *An et quomodo consulendum sit SSmo pro sanatione quoad matrimonia inita in casu?*

II. *An et quomodo sit annuendum precibus quoad matrimonia in futurum contrahenda in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative ad cautelam pro sanatione in radice*) cum declaratione legitimitatis prolis et facta adnotatione tam in libris cancellariae archiepiscopalis quam Brephotrophii.

Ad II.: Affirmative in omnibus, dummodo puellae, quae 35. annum non recesserint, redeant ad Brephotrophium ante matrimonium et acta status liberi conficiantur ab Ordinariis, apud quos commoratae fuerint, facto verbo cum SSmo.

Die 17. Sept. 1842.

h) Quasidomicilium.

1) Constitutio.

Vd. *Domicil. ad matrimon. contrah.* (domicil. originis decr.: *Rothomagen.* p. 1531); supra constitut. Bened. XIV. *Paucis § Post haec.* p. 1515; p. 1497 § *Quid*; p. 1511 § *Alia.*

Albertus L. ex Gallia anno 1867 illicitis amoribus se cum muliere Armanda R. ejusdem nationis implicuit. Duos prope annos praeter quadragesimum haec excesserat; ille septimum ultra vigesimum attigerat. De mulieris moribus omnia praetereo, ne vadum dedecoris remeare cogar.

Aegro animo hanc filii calamitatem ferebant Alberti parentes atque ideo nihil intentatum reliquerunt ut a pessima consuetudine juvenem abducerent. Modo aes alienum pro Armanda contractum dimittebant ne mulieri praetexendi causa praeberetur modo per mediatores cum illa de filii libertate paci-

*) Vd. *Matrimonium* (sanatio).

scebantur. Fertur egregiam vim libellarum centum quinquaginta mille erogatam ab iis fuisse quin inceptum assequerentnr: mulier enim cum argento indigeret, obsequi eorum precibus videbatur et Albertum a se removebat; at pretio soluto iterum revocabat.

Denique interdictione bonorum, parentum indignatione ac vitae turpitudine defatigatus Albertus melioris concilii propositum amplecti visus est atque ejus matre suadente in Americanam regionem profectus eo appulit die 10. Martii 1868.

Hoc animo iter susceptum videtur, ut assidua peregrinatione per varias Americanae regionis provincias Albertus mentem ad se revocaret et obsceni amoris curam deponeret. Re autem vera nuspiam constitit, sed modo Neo-Eboraci, modo Baltimorae, modo in Canadiensi, modo in Neo-Aurelianensi provincia, modo in aliis versatus est: immo etiam propositum iter in Iaponiam per meridionales Americae regiones non dimisit nisi quia sodalis cujusdam comitatus defuit.

Interim Armanda literis juvenem tentare coepit quibus se iter ad eum aggredi paratam pollicebatur, quin verbum unquam de matrimonio in his fecerit, ad paucos usque dies ante illius adventum in Neo-Eboracensen civitatem.

Illuc ipsa pervenit die 11. Augusti ac triduo post in eadem civitate coram Sacerdote rectore ecclesiae catholicae s. Vincentii de Paulis matrimonium initum fuit adhibitis testibus, quodam fabro lignario et adulescentulo quatuordecim annos nato.

Uterque conjux in Neo-Eboracensi civitate remansit ad exitum usque Octobris. Deinde in Galliam cum Armanda reversus Albertus secum in contubernio vixit aliquot mensibus qui paternos lares reviseret ac tandem conjugii dissolvendi propositum omnino amplexus supplicem libellum sanctae Sedi obtulit, ut nullitas matrimonii decerneretur; illius vero parens nullitatem ex lege civili in Galliis pronuntiari facili negotio obtinuit. — S. Congregationis Concilii Secretarius literas dedit, ut inquisitiones instituerentur tum Neo-Eboraci tum in dioecesi Galliarum P. Coram Neo-Eboracensi Curia inprimis inquisitioni suppositus Vicarius juratus declaravit se prorsus nescire utrum Albertus et Armanda domicilium vel quasidomicilium Neo-Eboraci adquisiverint ac utrum illuc appulerint matrimonii celebrandi causa; tamen se fuisse admonitum a rectore ecclesiae s. Vincentii de Paulis Albertum et Armandam quasidomicilium ibi adquisivisse ac eodem rectore instante dispensationem a publicationibus concessisse, ut mulieris honori consuleret, quae cum Alberto maritali more vivebat. Suam vero sententiam pandens declaravit, matrimonium se habere tamquam licitum et validum.

Exinde formali examini subjectus ecclesiae s. Vincentii de Paulis rector inter caetera sub juramenti fide deposuit: »quod presbyteri qui eidem ecclesiae inserviunt auctoritatem habent ab Ordinario in matrimonio conjungendi illuc ex Galliis accedentes, dummodo ecclesiasticae disciplinae legibus ibidem vigentibus se conforment; neque necessarium esse praescriptiones sequi Concilii Tridentini, cum nec proprius parochus nec testes ibi requirantur ex eo quod Concilium Tridentinum numquam publicatum fuerit in archidioecesi Neo-Eboracensi sed ad validitatem matrimonii contrahentium tantum consensum exquiri. — Adjunxit se non recordari utrum documenta ordinaria ab Alberto exegerit, si ea tamen non recepit ideo non recepisse autumat quia opportunum judicavit ea praeterire ut duas animas a via perditionis retraheret. — Tandem nihil in verbis Alberti deprehendisse testatur, quod ostenderet se Neo-Eboracensem urbem petiisse ut ibi matrimonium iniret, in fraudem legis clandestinitatis, quamvis haec lex nullam obligationem exerat ubi Concilium Tridentinum publicatum non est atque ut tutius ageret juramentum exegisse ab Alberto et Armanda numquam recurrendi ad tribunal civile ad matrimonium contractum dissolvendum.«

Hisce absolutis tandem matrimonii testes deposuerunt de integritate mentis et corporis qua Albertus fruatur.

Coram vero Curia P. in Gallia prae primis examini subjectus fuit vir atque inter caetera percontatus utrum Neo-Eboraci jugiter constiterit an aliae Americae plagas peragraverit? respondit, quod postquam per quindecim dies ibi substitisset, huc illuc peragravit ut omnes regiones Neo-Aurelianenses inviserit. Neo-Eboraci vero nullum fixum domicilium habuisse, cum per duo vel tres tantum dies inposterum illuc redierit nesciens sub qua paroecia moraretur. — Percontatus autem an cogitaverit quod rector ecclesiae s. Vincentii proprius ejus esset parochus? sub juramenti fide respondit: Numquam id cogitasse atque ideo solum rectorem illius

ecclesiae adivisse, noscens penes ipsum facilius se matrimonium initurum. — Ac rursus interrogatus an ipse et Armanda putaverint, necessariam ad matrimonii validitatem assistentiam parochi proprii — respondit, haec ignorasse neque quidquam scivisse de promulgatione Concilii Tridentini.

Inquisitione supposita mulier est percontata an Neo-Eboracensem urbem matrimonii ineundi causa petierit cum licentia proprii parochi respondit ad nullam licentiam cogitasse. — Interrogata vero de Concilii Tridentini promulgatione ac de necessitate proprii parochi reposuit, sibi notum esse quod matrimonium facilius posset contrahi in urbe Neo-Eboracensi quam in propria dioecesi ac rectorem s. Vincentii de Paulis tamquam suum parochum et confessarium adivisse prorsus ignorans, quid nomine parochi proprii iutelligatur. Tandem subdidit tam ipsam quam Albertum intentionem habuisse in ea civitate fixam moram ponendi. —

Post haec coram eadem Curia testium multitudo constitit quorum alii alia noverant ac multa rerum adjuncta narrant.

His habitis proposita est causa per dubitandi formulam quae in calce prostat.

Qui Alberti partes agit inprimis meminit quae magis nota sunt scilicet quae forma in matrimoniis servari debeat ex decreto *Tametsi* — et quod proprius ille tantum parochus habetur cui subest domicilii aut quasidomicilii locus. At neutri ex contrahentibus proprium fuisse ait rectorem Neo-Eboracensem, quia neuter in illa urbe domicilium aut quasidomicilium comparaverat. Nec juvat objicere primo decretum *Tametsi* servandum non esse in locis in quibus vulgatum non fuit, cujusmodi est Americana illa civitas: secundo etsi servari deberet, quasidomicilium Alberto non defuisse. His enim ita occurrit:

Constitit in jure, si quis degens in loco in quo decretum servatur celebret in alio in quo non servatur ut obstaculo domi parato declinet matrimonium in fraudem initum nullitate infici nisi prius quasidomicilium in loco celebrationis quaesitum fuerit. Hoc legis loco traditum ait pontificiis literis Urbani VIII. die 14. Augusti 1627. Propositis namque in s. Congregatione dubiis:*)

I. An incolae tam masculi quam foeminae in loco in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum transeuntes per locum in quo dictum Concilium non est promulgatum retinentes idem domicilium valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere?

II. Quid si eo praedicti incolae tam masculi quam foeminae, solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes?

III. Quid si iidem incolae tam masculi quam foeminae eo transferant habitationem, illo solo animo ut absque parocho et testibus contrahant?

Sacer Ordo respondit

Ad I. et II.:

Non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes ac transeuntes cum fraude.

Ad III.: Si domicilium fere transferatur matrimonium esse validum.

Urbanus deinde literis *Exponi fecit* hanc definitionem sancivit eamque Benedictus XIV. decreto diei 19. Martii 1758*) post apostolicas literas ad Goanum Antistitem canonis loco in omnibus hujusmodi controversiis habendam esse constituit.

Hisce positis disserit de fraude quae matrimonium inficit sive in jure sive in facto. Ex jure ait, auctore Bened. XIV. in laudata constitutione, fraudem attendi quae *in proprium parochum* committitur ac semper committi quoties in alio loco legitima domicilii vel quasidomicilii comparatio desit, ut idem Pontifex tradit in *instit. eccl. 33.* et *s. Ordo* sancivit in *Atrebaten. seu Cameracen. Nullitatis matrimonii die 2. Junii 1866.*

In facto autem animadvertit primo perspicuum fraudandi animum evinci quia conjuges se novisse fatentur facilius in Neo-Eboracensi civitate et coram rectore ecclesiae s. Pauli contrahi potuisse quia hic jusjurandum detulit ne quid conjuges molirentur contra validitatem, quia reapse in Gallia numquam celebrari potuisset: quia nonnulli testes hunc animum fuisse indicarunt: et quia eadem ratione matrimonium cum alio Galliae juvene Armanda in Helvetia tentaverat.

Quoniam autem satis est ad fraudem in parochum ut novi quasidomicilii comparatio desit, ostendit in jure ad hoc non *corporis* tantum moram sed etiam manendi *animum* requiri testibus, *Engel coll. jur. can. de cland. desp. n. 12. et s. C. apud Bened. XIV. instit. 33.* Unum vero inter domicilium et

*) Vd. *p. 1514. 1518.*

*) Vd. *p. 1518.*

quasidomicilium discrimen esse animi ratione quod in illo voluntas perpetuo habitandi, in hoc habitandi saltem per majorem anni partem in pretio habeatur. *Antoine theo. moral. de matrim. § 852. nota 1., S. A. de Ligorio theol. moral. lib. 6. tract. 6 cap. 5. n. 1091.* At nunquam meram corporis habitationem ab animo alienam prodesse, ut ait *Ursaya discept. eccl. to. 2. par. 1. disc. 10. n. 41.*

Neque huic regulae obsistere contendit quod in jure traditur triginta*) dierum habitationem ad quasidomicilium sufficere. Termiuus ad praesumptionem defigitur ubi de animo non constet: si contraria voluntas appareat, praesumptio cedit veritati: *Menoch. de arbitr. cas. 86. n. 3.* Quidquid igitur sit de termino, animus semper investigari debet ut *Rota* censuit in *Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705. 4. cor. Priolo et S. H. O. in Gratianopolitana Matrimonii 23. April. 1841.***)

Atqui in facto contendit et termiuum 30 dierum et animum defuisse. Testes enim loquentes inducit et literas affert ut probet, in longa peregrinatione quinque circiter mensium per americanas provincias Albertum primo vix quindecim dies in Neo-Eboracensi hospitio transegisse, deinde inter varia itinera, modo biduo aut triduo, modo brevius moratum quantum erat discedenti necesse, omnibus simul junctis, non attigisse triginta dierum moram. Quod autem assiduis itineribus jactaretur, quod in locis constiterit, quod varium semper in eadem civitate hospitium frequentaret, testium depositione conficit, quos fide dignos archiepiscopalis curia renuntiavit. Quamobrem etsi interjecta haec morae spatia conjungerentur, mensis deficeret. Sed conjungi minime posse tuetur, mora enim mensis quam jus requirit omnino *constans* ac *permanens* esse debet, auctore *Ursaya disc. eccl. t. 2. p. 1. disc. 10. n. 29.*: ac mens juris est, assidua conversatione contrahentes in vicinia innotescere: *Bened. XIV. in cit. constit. Paucis abhinc hebdomadis.****) At permanens certe habitatio dici non potest quae in morem transeuntis interdum triduo fit, longa semper interjecta absentia.

Praeterea deficere etiam ostendit praecipuam animi conditionem. Et sane si non permanendi consilio quis habitet, sed qua demum cumque precaria ratione, sive peregrinationis, sive negotii, sive itineris, sive rusticandi, haec habitatio ne per annum quidem producta quasidomicilium parit, nec jurisdictionem paroeciae tribuit. Hoc defeusor ex jure communi deducit primo per *Text. in cap. Is, qui de sepult. in 6., Ulpian. in l. 1. § 9. ff. de his qui effud.*, deinde in parochialis jurisdictionis casu quoad matrimouia ex *Bened. XIV. cit. inst. 33., Pignatell. consult. canon. t. 5. cons. 76. n. 1., De Luca de matr. disc. 1. n. 11. et Fagnan. in cap. Significavit de paroch. n. 27.* Quod autem Albertus numquam in Neo-Eboraceusi civitate ad longum tempus consistere voluerit, sed eam petierit peregrinationis et hospitii causa, tum ex animi destinatione, tum ex facto ipso demonstrat. Auimi destinationem varia itinera ineundi et itinerum comites et alii probant. Evincunt etiam mulieris literae, quae de his itineribus ac de disjectissimis ab Alberto propositis loquebantur, ita ut mulier utrum Albertus et ubi consisteret, seu potius rediret, incertum semper fateretur. Norat etiam Neo-Eboracense hospitium praesertim ad itinerum commoditatem petitum fuisse. Et factum animo respondit. Re enim vera quinque iis mensibus Albertus in variis Americanae regionis provinciis itinera et moram fecit: multo citius in Galliam reversurus, ut testes narrant, nisi aliud parentes suasissent.

Haec de Alberto. Ad Armaudam quod attinet, paucis se expedit defensor, liquet enim illam nonnisi triduo ante matrimonium in Neo-Eboraceusem civitatem veuisse.

Plura etiam de parocho animadvertit, qui dixerat conjuges domicilio in civitate pollere. Ac primo illum redarguit ex eo quod omnia festinanter sine documentis, sine ulla inquisitione gesserit, quamvis non ignoraret contrahentes in Gallia matrimonium inire non potuisse, et hoc non consistere, nisi prius domicilium in Neo-Eboracensi urbe obtiuuissent; deinde eodem rectore fatente demonstrat illum de hoc domicilio deposuisse dumtaxat in fide conjugum, de quorum fraude disputatur.

Defuit igitur animus, concludit, defuit terminus triginta dierum, atque ita quasidomicilii commentum evanescit. Unde matrimonium luculeuto formae vitio laborat: atque hoc ita insanabile censetur, ut nulla vel damni vel necessitatis causa (quae tamen in casu omnino defuisse ait) purgari valeat, testibus *Ursaya disc. eccl. t. 2. p. 1. disc. 10. n. 130. et Spina de testam. gloss. 15. n. 45.*

Qui vero matrimouii partes agit, testimonia iuprimis recitat ut probet Albertum neque mente neque corpore infirmum fuisse cum matrimonium invivit: ac propterea recedere ait exceptionem quod ille omnino sui compos non esset dum in ecclesia sisteret. Deinde ad domicilii quaestionem gradum faciens, hoc ex parte Alberti explorat, et quamquam unus*) sufficeret mensis ad domicilii comparationem, ait in casu Albertum quinque mensibus in Neo-Eboracensi civitate moram fecisse.

Qua in re hoc ille juris fundamentum coustituit. Distingueudum est, ait, inter quasidomicilium, quod necessarium censetur ad valide coutrahendum matrimouium ubi Concilium Trid. viget, et quasidomicilium quod quisque acquirit in loco ubi lex Tridentina publicata minime extat. Primum illud quaeritur juxta coustitutionem Benedicti XIV. ad Archiepiscopum Goauum et s. Ordinis resolutiones: alterum ex jure communi. Atqui pergit, jus commune nihil aliud quam meram ac materialem habitationem postulat. Quisquis habitat, quo demum animo vel consilio, seu hospes, seu peregriuus, seu vagus, semper domicilio pollet ex jure communi.

Nec movet quod Trideutiuum in illa Americana regione publicatum uon fuerit; immo enim hoc ipsum satis denotat nuptias ineundas fuisse juxta leges loci, quae proprium parochum non requirunt, ut animadvertit Sanchez lib. 3. disp. 18. ibi: »Quaestio quarta, an si incolae locorum, in quibus decretum Trident. obligat, confluant eo ubi non obligat, possint juxta illius loci legem absque parocho et testibus contrahere? ... Probabilius tamen est non teneri coram parocho et testibus contrahere. Probatur primo ex dictis num. 18., ubi tamquam verius defendimus, peregrinos a domicilio absentes non teneri legibus illius, si contrariae vigeant in loco, ubi reperiantur. Secundo quia, esto sentiremur obligati legibus domicilii, at (ut diximus n. 10) quoad solemnitatem adhibendam in contractibus solae leges loci in quo contractus celebratur inspiciuntur.«

Verum quidem est (sequitur defeusor) citatum auctorem idipsum contendere, etiamsi matrimonium *in fraudem* initum fuerit, sed hoc defensor non probat, et contra laudatum auctorem fatetur tale matrimonium in ecclesia consistere non posse. Sed omnino contendit uullam in casu fraudem intercessisse. Albertus enim Americam petiit *non ut matrimonium celebraret*, sed ut iter faceret, et longam in disjecta regione moram duceret. Nullam esse fraudem ait sine animo et consilio fraudandi. Atqui rogatus Albertus: An cogitaverit rectorem ecclesiae s. Vincentii esse proprium parochum? respondit: Se nunquam id cogitasse. Rogatus iterum: An ipse et Armanda putassent in illis adjunctis necessariam esse proprii parochi praesentiam ad validitatem matrimouii, respondit haec omnia ignorasse. Nec aliter Armanda jurejurando deposuit. Immo etiam cum ab Alberto quaereretur: au scivisset Concilium Tridentinum publicatum non fuisse in Neo-Eboracensi civitate potissimum relate ad ea quae matrimonium respiciunt? ille respondit nullam notitiam de his habuisse.

His positis, nullo in pretio habendum ait quod Armanda ad articulum praefatum responsum dederit, se scivisse matrimonium facilius posse iniri in civitate Neo-Eboracensi quam in Galliis. Ait enim mulierem penitus ignaram quid lex Tridentina statueret, prae oculis habere uon potuisse fraudem in hanc legem. Immo, cum illud tantummodo nosceret, quod in Neo-Eboracensi urbe facilius quam in Galliis contrahere liceret, eo ipso significavit se parentibus fraudem facere voluisse, non parocho. Re autem vera rectorem s. Vincentii ipsa suum parochum arbitrabatur.

Quin etiam contendi posse ait, mulierem ne parentibus quidem fraudem moliri voluisse, dum Americanam regionem se petiisse juravit, ut ibi stabile domicilium figeret. Et sane, matrimonio inito die 15. Augusti 1868, nonnisi exeunte Decembri conjuges discesserunt. Quibus etiam parochus aperte suffragatur, respondens »Armandam declarasse velle domicilium figere in civitate Neo-Eboracensi.«

Quid vero etsi fraus ex parte mulieris evinci posset? At certe, ait defensor, sufficeret hanc non intercessisse ex parte viri, ut matrimonium consisteret. Quippe ad valide contrahendum absque parocho et testibus ubi Tridentinum non viget, satis est si uuus ex contrahentibus in fraudem non egerit, quia contractus est individuus et claudicare nequit, veluti tradunt *Reiffenstuel in jus canon. lib. 4. tit. 3. n. 121., Baumgartner in decr. t. 2. lib. 4. tit. 3. conclus. 5.* At ex-

*) Vd. *p. 1496 § Jam etc.*
**) Vd. *p. 1509.*
***) Vd. *p. 1513.*

*) Vd. *p. 1496 §§ Jam etc.*

ploratissimum esse ait nullam intercessisse fraudem ex parte Alberti, qui non ad matrimonium contrahendum Americam petiit, sed potius contraria ratione. Absit propterea, concludit, quod in casu aptari possit Urbani VIII. decretum quod refert Benedictus XIV. in apostolicis literis »*Paucis abhinc hebdomadis.*« Hoc decretum de iis agit qui »*solo animo sine parocho et testibus contrahendi*« nuptias ineunt.

Nil mirum idcirco, quod Vicarius Curiae Neo-Eboracensis in examine votum ediderit pro validitate matrimonii.

Nec obstat quod rector ecclesiae s. Vincentii de Paulis jusjurandum contrahentibus detulerit ne quid facerent contra matrimonii validitatem. Immo vero, addit defensor, hoc ipsum jusjurandum mirifice confirmat matrimonii validitatem. Nam si jusjurandum per se licitum non incidat in rem illicitam, religiose servandum est. Atqui licitum est jurare, ne civiles magistratus sacrum matrimonii vinculum dissolvant. Et Albertus quod juravit, praestare debet, utpote qui »*tenetur ut faciat verum esse id quod juravit; alioquin deest veritas juramento*« ut ad rem perpendit *D. Thom. in qu. 89. art. 7.*

Dubium:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. C. C. die 25. Januarii 1837 respondere censuit: Constare de nullitate matrimonii.

Ex quibus colliges:

I. Si quis degens in loco in quo decretum *Tametsi* Concilii Trident. servatur in alium locum se transferat, ubi Tridentinum publicatum non est aut obligare desiit, cum intentione ibi matrimonium contrahendi: matrimonium in fraudem initum nullitate infici, nisi prius domicilium vel quasidomicilium in loco celebrationis fuerit quaesitum.

II. Ad quasidomicilium contrahendum non sufficit sola habitatio sed manendi animus requiritur ad majorem anni partem.

III. Quare etiamsi quis per unum mensem alibi versatus sit, si tamen aliunde suppetant argumenta ex quibus constet intentionem defuisse per majorem anni partem ibidem permanendi, quasidomicilium nullatenus fuit quaesitum. *)

*) Tralatitiam hanc doctrinam egregie exposuit Emmus ac Rmmus Cardinalis Tarquini e S. I. quem

Existimandum non est, per hanc s. Congregationis declarationem quidquam detractum

nuper defunctum adhuc lugemus, votum edens coram S. C. in causa romana matrimonii 11. Januarii 1868. Postquam ipse allegavit Gonzales in cap. 3. de cland. desp. n. 8., Reiffenstuel eodem tit. n. 60., et tit. de foro competent. n. 22., Schmalzgrueber tit. de cland. desp. n. 150., Pirhing eod. tit. n. 19., Pichler eod. num. 12., Viestner eod. n. 45., Schmier de spons. cap. 5. n. 97., Barbosa de offic. et potest. Episcop. p. 2. alleg. 32. n. 62., ita prosequitur: »quorum quidem omnium unanimis doctrina est, quasidomicilium ad matrimonium valide contrahendum non quidem uno mense, sed per ejusmodi habitationem adquiri, quam comitetur animus eam continuandi per majorem anni partem.«

Neque sane obstat quod in const. *Paucis* Benedictus XIV. admiserit *mense**) quasidomicilium adquiri. Haud enim ille ex jure quaesivit *quanto tempore* comparatum quasidomicilium praesumeretur, sed unum vere proprium habuit, quod praesumptionem angustiori limite mensis coercuit, cum alii diutius expectandum putarent. Berardius enim quatuor menses proponit in comm. ad jus eccl. disc. 5. de forma et solemn. conjug.« ibi: »*Quamobrem tradunt pragmatici sufficere quatuor mensium spatium ut quis dicatur quoad hunc effectum in parochia domicilium contraxisse.*«

Et Rota unum vel alterum mensem in decis. 1298. coram Lancetta n. 8., ibi: »*cum . . . . permanentia unius aut alterius mensis admissa fuerit a s. Congr. Conc. in pluribus resolutionibus.* — Verumtamen seu brevius seu longius habitationis tempus non eo sensu definitur, ut animus praesertim attendi non debeat, sed quatenus *nihil de animo constet*, meram praesumptionem constituat. Ita constitutionem *Paucis* summatim perstringit Giraldi part. I., app. I. ad lib. 4., decis. n. 14., inquiens: »Quasidomicilium contrahitur quando quis spatio saltem unius mensis degerit in loco ubi matrimonia celebrat ex constit. *Paucis abhinc*, dummodo tamen eo se transtulerit animo figendi domicilium. Hanc autem consultissimo Pontifici fuisse mentem graviter demonstrat praefatus Emmus ac Rmmus Card. Tarquini loco citato, cujus praecipua argumenta describam. »Quod a non nemine aliquando audiri solet, Benedictum XIV. in const. *Paucis* ad mensem unum quasidomicilium reduxisse, ita ut *jure quodam vero* quasidomicilium uno habitationis mense perfecte adquiri ad matrimonium valide contrahendum constituerit, id omnino et a veritate et a Benedicti XIV. mente et a communi opinione alienissimum esse censeo. Ut enim inter plurima quae afferri possent haec tantum dicam, primo certum est, unanimem esse omnium doctrinam perpetua sacrorum Tribunalium praxi comprobatam, etiam post praedictam Benedicti XIV. constitutionem matrimonia coram parocho ejus loci ubi quis rusticari solet contracta esse nulla . . . quae porro doctrina teneri amplius non potuisset nec posset, si Benedictus XIV. ad unum mensem quasidomicilii tempus coarctasset. Deinde notum est constitutionem *Paucis* a Benedicto XIV. editam esse »ad mala ex similibus matrimoniis (quae scilicet extra patriam contrahuntur, atque his praesertim in locis ubi lex

*) Vd. *p. 1496 §§ Jam etc.*

fuisse sententiae tum theologorum tum canonistarum, ubi statuunt eos qui se conferant in locum, in quo decretum Trident. aut numquam promulgatum fuit aut obligare desiit, valide contrahere non servata forma a Concilio praescripta, etsi animum non habeant figendi ibi domicilium aut quasidomicilium,

Trident. de clandestinitate publicata non fuit) obvianda.« ut in ipsa constitutione legitur. Hoc vero proposito fine, absurda profecto tantoque Pontifici indigna fuisset illa ad unum mensem quasi domicilii reductio, quippe quae ea matrimonia quibus salutare aliquod obstaculum ac remedium apponendum erat, faciliora potius reddidisset adeoque malis illis gravissimis quae a Goano deplorabantur, non modo non obviasset verum etiam latiorem aditum aperuisset. Tertio manifestum est ex ipsa constitutionis simplici lectione Benedictum XIV. noluisse in ea jus novum constituere, sed illud quod jam vigebat in mentem revocare.«

Mensis igitur adjicitur ad praesumptionem non ad terminum. Si de animo non constet mens praesumitur. Sin minus, praesumptio cedit veritati ac deficiente animo deficit domicilium. Hoc fuse numquam satis laudatus auctor demonstrat. Deinde vero ita se expedit: »Cum habitatio jam ad mensem producta gravissimum ad praesumendum sit indicium, quod vere sincereque ejusmodi voluntas habeatur, hinc profecto scriptum a nonnullis est, per habitationem unius mensis quasidomicilium adquiri. Quid vero inde consequitur? Nempe hoc: Cum jure non modo positivo verum etiam naturali docente praesumptio cedere debeat veritati, hinc porro si contingat certis clarisque probationibus palam fieri neque illum qui quasidomicilium sibi vindicat habuisse animum permanendi per majorem anni partem, neque alterum qui domicilium sibi arrogat proprie dictam habuisse voluntatem permanendi perpetuo, imo de contraria voluntate constet, dubitari profecto eo in casu non poterit neutrum domicilium sibi proprium quaesivisse; cumque matrimonii validitas a quasidomicilio pendeat, ne matrimonium quidem valide fuisse contractum.

Quod igitur Benedictus XIV. constituit hoc omnino est. Cum Archiepiscopus Goanus in ejusmodi causis definiendis vehementer haereret eo quod probationes de voluntate per majorem anni partem permanendi frequentissime dubiae sint, Smmus ille Pontifex dixit, imo potius in mentem revocavit quod jure jampridem constituto vigebat, in hisce casibus dubiis praesumptionibus esse utendum, praesumptionem vero esse ad judicandum satis firmam, si ille qui contrahit spatio saltem unius mensis antequam matrimonium contrahatur habitaverit in loco, ubi matrimonium ipsum celebratur. Mensis igitur, de quo Benedictus XIV., nihil aliud est, nisi probatio quaedam praesumptiva in rebus dubiis de vera sinceraque voluntate permanendi per majorem anni partem, cujus proinde voluntatis necessitatem non abrogat sed confirmat; ita ut si non de re dubia agatur sed de re clara et manifesta ejusmodi voluntatem defuisse, certissimum omnino, habitatione unius mensis minime obstante habendum sit, quasidomicilium nullo modo fuisse quaesitum, adeoque matrimonium nullo modo fuisse validum.

dummodo tamen illuc se non contulerint *in fraudem legis*, intentione scilicet inibi contrahendi clandestine. Quam quidem scholarum doctrinam sic paucis complexus est clarissimus P. Antonius Ballerini in collegio romano s. theologiae moralis professor in *not. ad Gury vol. 2. § 839.*: »Communior porro sententia cum Sanchez (de matr. lib. 3. disp. 18. n. 28.), Pontio (de matr. lib. 6. c. 9. n. 2.), Reiffenstuel (jus can. lib. 4. tit. 3. num. 123.), Engel (eod. tit. n. 20. concl. 3.) etc. tenet, istos valide contrahere, etiamsi contractui illi nec parochum nec testes adhibeant. Ratio est, quia peregrini non adstringuntur patriae legibus, quando extra eam vagantur, et praesertim quoad contractus (cujusmodi est matrimonium), cum in hisce subjiciantur legibus et sortiantur forum locorum, in quibus versantur, uti edicitur *cap. fin. De foro comp. et l. Si fundus* ff. de evictionibus. Neque obstat, quod Tridentinum inhabilitaverit personas ad contrahendum sine praescripta solemnitate; inhabilitatio autem, ut dici solet, personam sequatur sicut umbra sequitur corpus. Hoc enim procedit dumtaxat quando persona inhabilitata fuerit absolute ac simpliciter et in individuo per sententiam judicis; secus vero si inhabilitatio sit generalis ex lege; tunc enim sequitur naturam legis, et consequenter ubi lex non obligat, ibi nec obligat inhabilitatio, nec actus sequitur annullatio. Ita praeter allegatos Barbosa *(de off. Episcop. p. 2. alleg. 32. n. 153.)* et Schmalzgrueber *(l. 4. tit. 3. n. 110.)*.«

Et quidem admodum temperate cl. Ballerini hanc doctrinam mere dixit *communiorem*, quando ceu absolute *communem* eam tradiderunt et Reiffenstuel *(l. c.)*; et Pichler *(lib. 4. tit. 3. n. 14.)*; et Marcus Struggl *(de matrimonio l. 3. n. 180.)*; et Ferraris *(V. imped. art. 2. n. 110.)*; quin et communissimam Georgius Gobat *(tract. IX. n. 484.)* eam professus est. Adde quod et Ferraris *(l. c.)* et Pichler *(l. c.)* et La Croix *(lib. 6. p. 3. n. 712.)* in hujus doctrinae confirmationem declarationes s. Congregat. afferant. Alioquin vero perpaucos omnino reperies, qui contrarium docuerint; quibus prorsus immerito Alberti defensor s. doctorem Alphonsum accensuit. Rectius dices s. doctorem hanc quaestionem missam fecisse. Et sane cernes *(lib. 6. n. 1081.)*, quoad hoc doctrinae caput contra Sanchesium ab ipso opponi La Croix et Salmanticenses. Atque tum Salmanticenses *(tract. 9. cap. 8. n. 21.)* tum La Croix *(lib.*

6. p. 3. n. 712.) utique a Sauchesio recedunt, si de iis agatur, qni cum fraude, id est animo contraheudi matrimoninm iu ea loca devenerint, sed si ille animus atqne adeo ista fraus defuerit, et Salmanticenses *(ibid. n. 19.)* et La Croix *(l. c.)* cum Sanchesio plane conseutiunt iudubitanter matrimonium esse validum. Ergo s. Alphonsus de proficisceutibus in fraudem disserebat, non vero de aliis. Idqne ex eo lucnleuter confirmatnr, quod s. doctor eam tantummodo doctrinam oppugnat qnae adversum se habet declarationem ab Urbano VIII. confirmatam. Atqui declaratio ista ferit dumtaxat abeuntes in fraudem legis sive cnm frande. Ergo.

Et Alberti quidem defensor istiusmodi frandem reperiri etiam in mero facto contendit, qnamvis in proficiscentibns uulla omuino iutentio fuerit celebraudi inibi claudestine matrimonium. At hanc decreti interpretationem ad nostra usqne tempora prorsus inauditam explodit unauimis omnium et theologorum et canouistarum consensns, quorum ne unum quidem reperire erit, qui huc eum *fraudis* sensum spectare sit snspicatns. Quandoquidem vero Benedictum XIV. hac in re defensor appellat, juverit geuuinam ipsius Poutificis sententiam lucidissimam contra novam istam ejus theoriam proferre. Postquam enim communem doctriuam proposuit *(de synod. lib. XIII. cap. 4. n. IX.)*, *non obligari loci statutis, qui extra statuentis territorium degit*, mox *(ibid. n. X.)* excipit *si quis e loco egrediatur in legis fraudem scilicet solo animo declinandi statuti obligationem.* Quibusnam vero exemplis hujus frandis indolem declarat? Nimirum primo eorum, qui solo animo matrimouium clandestine contrahendi recesserunt a loco, ubi Tridentinnm est promulgatum, et se ad locnm contulerint in quo promulgatum uon est; quod matrimonium invalidum prouuuciat ex s. Congreg. declaratione ab Urbano VIII. sancita; deinde exemplo eorum, qni peccata in propriis dioecesibus reservata habentes iu fraudem reservationis ad alienam dioecesim pro absolutioue a regularibus obtiueuda migrant. Et concludit: *Ex quo manifestum fit, dolum et fraudem nemini patrocinari ad evadendum legis vinculum eamque fraudem vere ab illo committi qui SOLO ANIMO LEGEM ELUDENDI* e loco se proripit, ubi illa viget. Perperam erga, teste Beuedicto XIV., defensor Alberti frandem iu solo facto, si auimus absit eludendi legem, requirit; quod confirmat et unauimis omnium senteutia, qui validam a reservatis absolutionem habent, quoties auimns eludeudi reservatiouem iu commigraute desit.

Quod vero defeusor addit, juxta Benedictum XIV. (instr. 33.) *fraudem in parochum committi*, id ntique valet, quando matrimonium celebratur in dioecesi seu paroecia aliena, in qua Tridentinum decretum vigeat: tunc enim matrimonium invalidum est, tum si nuptiae contrahantur siue assistentia parochi, tum si cum assistentia parochi nou proprii, cum proprio tautum parocho vi Tridentinae legis competat officium adsistendi ceu testi legitimo ut matrimouium sit validum, et de hac quidem postrema hypothesi sermonem habet *(l. c.)* Benedictus XIV. Quando vero nuptiae celebrantur in loco, ubi decretum Tridentinum nou viget, atque adeo ad contractus validitatem uullus parochus a lege requiritur, qui uti testis assistat, vanissimum est cogitare injuriam aut fraudem adesse in parochum, cujus officium uecessarium nou foret, etiamsi proprius contraheutium parochus eodem in loco forte versaretur.

Ex quibus omnibus jam coucludere sane licet, aliis prorsus rationibus iunixam S. C. matrimonium Alberti cnm Armauda invalidum declarasse.

Romana.

(Matrimonium constat.)

Euphrosiua Falcini in oppido Campi Floreutinae dioecesis die 31. Decb. 1822. nata matre ab incunabulis amissa brevique altero orbata parente omnibusque fortunae bonis carens vix pubertatis annos egressa Florentia hand animo redeundi discedeus Romam petiit theathralibus choreis ducendis addicta, ubi usque ad anuum 1840 ut plurimum versata est. Quoquidem auno cum incidisset in uobilem adolescentem Anglum Thomam Farmer Baily huic se ita devinxit ut usque ad anuum 1843 tamquam conjuges reputati fuerint. Peragratis interim variis Italiae regionibus Neapolim tandem 1842 perveuerunt ibique accidit ut cum Bailyus protestantica secta abjurata catholicam religionem ingressus esset, recepto sub conditione baptismate consilium ceperit Euphrosinam in uxorem ducendi; quamobrem uterque a Curia Achiepiscopali impetrarunt nt matrimonium conscientiae possent contrahere.

Reapse matrimonium coram ipso Vicario generali Neapolitanae Curiae adstantibus testibus celebratum fuit die 8. Januarii 1843 sex post menses quam Neapolim coucesserant qua in urbe aliis duobus mensibus commorati sunt. Exinde discessi varias peregrinationes susceperunt, individua vitae cousuetudiue pluribus annis sine querela usi quo usque 1850 dum in Anglia consisterent Bailyus uxorem pertesus Italiam remeare coegit quae urbem petens ibi domicilium fixit et servat inpraeseus. Interim vero die 4. Novb. 1856. apud Neapolitanam Curiam institit Bailyus ut matrimonium cum Euphrosina contractnm nullum declararetur *ob defectum proprii parochi* ex quo uimirum *nec domicilium nec quasi-domicilium tunc temporis ipsi contrahentes haberent Neapoli nec unquam habuerint.*

Post incidentales quaestiones super causae avocatione a Curia Neapolitana vel ad Tribunal Emi Urbis Vicarii vel ad s. Congregationem, taudem ipso annuente Bailyo decretum fuit causam agendam esse coram s. Congregatioue confectoque jam processu actorum causa proponitur in hodiernis Comitiis.

Defensor viri pluribus praemissis quae ad illegitimam agendi rationem Neapolitauae Curiae in celebratioue hujus matrimouii referuntur, matrimonii ejusdem uullitatem ex eo propugnat, quod coram parocho proprio alterutrius contrahentis uon fuerit celebratum, juxta dispositionem *Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de ref. matrim.* Jam vero cum parochus proprius ille tantum sit, cui contrahentes ratioue domicilii aut quasidomicilii subsunt ceu definitum a s. Congregatione refert *Benedictns XIV. instit. eccles. 33. n. 6. et 8.*, fretus defensor auctoritate ejusdem sapientissimi Poutificis *cit. inst. n. 11., La Croix theol. moral. lib. 1. cap. 3. dub. 4. n. 688., Clericat. de sacr. matr. decis. 33. n. 16. 17., Schmalzgrueber ad tit. de for. comp. n. 16.* aliorumque DD. nti de re in jure exploratissima statuit: acquiri domicilium in loco, si quis animo permanendi in perpetuum illuc se transferat ratione officii seu negotii ibidem expediendi, quod diuturuam moram requirat, ita tameu ut qui aliquo in loco versatur recreationis tantum causa, uon ibi quasidomicilium acquirat et proinde coram parocho illius loci matrimonium uulliter contrahat.

Quin huic doctrinae adversetur quod docet idem *Benedictus XIV. in epistola seu constit.* »*Paucis*«*) ad Episcopum Goanum, ubi traditur quasidomicilium contrahi per antecedentem habitatiouem unius mensis; cum id quod de mora uuius meusis**) ibidem edicitur, de iis sit intelligendum, qui alio se transferant occasione alicujus officii, auimo ibi figendi domicilium, quique nimirum non subito sed post meusem quasidomicilium acquirunt, ceu explicat *Girald. exposit. juris pontif. part. 1. append. ad lib. 4. decret. n. 14.*, ue secus contradictoria docuisse putetur Pontifex, qui iu eadem epistola invocat cit. instit. 33. ubi tradiderat, eos qui ratione officii in aliquo loco versantur, uti judices, studiosi, famuli etc. quasidomicilium ibidem acquirere uon subito, sed post moram alicujus temporis, quod tempus mox in epistola praecitata ad mensem determiuavit; aut probasse praesumatur errorem ab omnibus refutatum, ut peregriuus recreatiouis causa quasidomicilium acquirat, si per meusem alicubi moram protrahat.

Quiu etiam moveat s. Congregationis resolutio ex *Fagnano in dicta epistola* relata, quae validum renuntiavit matrimouium in casu, quo contrahentes ad parentum vitandum impedimentum in alienam se coutulerant civitatem ibique per mensem antequam jungerentur morati fuerant. Quod enim de singulari casu statuitur, haud uormam aliis quibusque casibus aptandam praebere observat defensor; cum in exposito casu duplex urgeat pro matrimouio valido coutraheudo ratio; altera ad tuendam libertatem matrimouii, quod alias iu loco domicilii impediatur, altera ex praesumpta abdicatioue domicilii proprii, quae licet affectata uihilominus factum praebet desertionis veteris domicilii et electionis novi juxta ea quae expendit *De Luca de matrim. disc. 1. n. 8. et seqq.* et in *Annot. ad Concil. Trid. disc. 26. n. 15.*

Ex quibus omnibus concludit, illud certi in hac materia posse constitui, quod tradit in *cit. disc. 1.* Cardinalis De Luca, nimirum ad coutrahendum domicilium ratione sacramenti matrimonii sufficere quidem habitatiouem sed eam debere esse constantem et formalem cum auimo scilicet permanendi, nou accideutalem ex mera causa recreatiouis aliave simili. Ad rem *Pirhingh. ad tit. quaest. 84. n. 2.* et resolutio *s. Congregationis relata a Benedicto XIV. cit. instit. 33. n. 11.*

---

*) Vd. *p. 1513.*
**) Vd. *p. 1496* §§ *Jam etc.*

Hinc s. Rota posthabuisse quoque animadvertit moram 4 mensinm et nnllnm declaravisse matrimonium, ex qno non constaret de animo in ea paroecia figendi domicilinm in *Neapolitana Matrim. 26. Febr. 1706. coram Priolo.* Atqni ambigi non posse in facto snbsnmit, equitem Farmer Bayly stabile ac certum suum domicilium habnisse in Anglia ac Neapoli versatum fuisse tamqnam advenam recreationis tantnm gratia non ratione alicujus officii ant negotii et absque animo ibi permanendi praesertim quia contracti matrimonii tempore minor erat aetate ac tntoribns snberat a quibns revocari qnandocnmque potnisset; nt adeo cum ibi nec domicilium nec quasidomicilium habet nulliter coram loci parocho matrimonium contraxerit. Atque heic non confnndendos monet peregrinantes cnm vagis de qnibus tantummodo constitutum est ut quoniam nullum domicilium habent valide contrahant matrimoninm coram parocho loci nbi reperinntnr; quod secus est de peregrinantibns qui cum proprium habeant domicilinm, quod non deserunt, sic non snbsnnt parocho loci in qno accidentaliter degunt. Qnippe jnxta definitionem *Benedicti XIV. in memorata inst. 33. n. 10. peregrinus* is nnncupatur, qui ea volnntate iter faciat, nt ad pristinnm domicilium exacta peregrinatione revertatnr, contra vero vagus est, qui nullum habens domicilium hnc illuc pererat, quaerens nbi consistat *ad text. in leg. ejus. § Penult. ff. ad municip. et de incol.*; et qnamvis vagi nomen ex consuetudine latius accipi consueverit, attamen nunqnam nltra eos porrigi, qui domicilium non habent, respondit *s. Rota in Faventina Nullitatis matrim. 2. Junii 1771. § 3. cor. Riminaldo.*

Tandem perperam objici, proprinm Neapoli parochnm adeptnm fnisse Baylyum vix ac ibi abjuratis erroribns baptismum recepit. Contendit enim eum potius ab eo temporis proprinm parochum in Anglia se in loco sui domicilii catholicnm habere coepisse ceu nsn — venire in locis in quibus catholici permixti snnt cum haereticis, docet *Schmalzgrueber tit. de paroeciis § 7.*, non enim ministratio baptismatis efficere potnit ut parochum Neapolitanum qui erat alienns in proprium converteret parochnm, ita nt huic potiusqnam parocho catholico domicilii subditus Baylyus esse inciperet. Ad rem allegat exemplnm privilegii Basilicae Vaticanae*) confirmati ex constit. *Ad honorandum* Benedicti XIV. administrandi baptisma infantibns ad alienas paroecias pertinentibns quin tamen exinde sequatur, nt infantes eo delati baptismatis recipiendi gratia ejnsdem Basilicae parocho subditi fiant cen non obscnre innnitur *in cit. constit. § 15.* Qnod vero de neonatis dicitur, idem ob rationis paritatem de adnltis baptismum recipientibns dicendum est.

Porro parochnm Neapolitannm nedum proprinn viri Bayly sed nec etiam Euphrosinae proprinm fuisse secnndo loco propugnat. Perpendens enim Euphrosinam ortum habnisse in paroecia s. Stephani campi Florentinae dioecesis et a prima aetate a conjugibus Cione susceptam Florentiae fnisse educatam ac postea Romam concessisse ibiqne novum constituisse domicilium cnm sorore sua nupta Alexandro Farli cen ipsamet in precibus ad ss. Pontificem narravit, infert proinde eamdem non Neapoli ubi casn versabatur sed vel in Hetruria vel Romae proprium habuisse parochnm.

Nec ex eo qnod theatris operam praestaret snam, uti vagam habendam putat, qnae enim cumque fuerit ejus conditio antequam Baylyo adhaereret attamen postquam illi adhaesit tamqnam concnbina (conjnges enim pntabantur), pristinnm sunm mntasse statnm snstinet, et de vaga qua forte esse poterat peregrinam ac viatricem evasisse snstinet innixns dispositione *textus in L.* Item *Legato 47. § 2. ff. de legat. 3.* et auctoritate *Cujacii comment. in cod. tit. de concubinis.* Cum enim concubina uxorem imitetur impossibile prorsus dicit, nt cum viro adhaeserit ipsius non seqnatnr conditionem, et cnm eo commune non habeat domicilinm cnjns vitae consuetndine ntitnr; sumpto etiam exemplo a famnla cni heri domicilium communicatnr.

Atqni Euphrosina se Baylyo addixit, et ad cnjus argumenti confirmationem affert resolntionem s. Congregationis in *Lauretana 13. Julii 1725.* de qna *Benedictus XIV. cit. inst. eccl. 33. n. 18.* quae ideo nnllnm inquit rennnciavit matrimoninm, qnia a femina contractum extra parochiam, ubi vir domicilium habebat, et nbi cum eo morata fnerat, licet antecedenter nti vaga haberetur.

Qui Euphrosinae Falcini partes agit valliditatem matrimonii ex eo praecipne evincere studet, qnia contrahentes quasidomicilium Neapoli haberent. Constat enim eos Neapolim vix perventos domnm conduxisse ad sex

*) Vd. *t. II. p. 40. n. 18.*

menses; qno facto animum manifestarnnt ibidem diuturnam ducendi moram; constat pariter post sex menses, postquam Neapoli versati fuerant matrimonium fuisse celebratnm. Atqui exploratnm apnd omnes est qnasidomicilium ab eo contrahi qui in loco versatur animo ibi per notabile anni tempns manendi, jnxta ea quae tradit *Sanchez de matrim. lib. 3. disc. 23. n. 12.* qui adamnssim argumentum commorationis dintnrnae desumit ex conducta domo, et adstipulantur *Panimoll. decis. 12. adnotat. 1. n. 22., Cabussat. in theor. et prax. jur. canon. lib. 3. cap. 26. n. 13.* Quin imo juxta doctrinam Benedicti XIV. in cit. epistola ad Archiepiscopum Goanum sat fnisse in casn censet solam nnius mensis habitationem ad valide contrahendum matrimonium, quia nimirum periculnm erat in mora, difficultas aderat proprium domicilii parochum adenndi et verendum erat ne obstacnla in domicilio celebrationi matrimonii pararentur ceu conditionem et statum in quo contrahentes versabantnr consideranti patet.

Qnibus addit vel ipsam circumstantiam abjurationis haeresis et ingressns in religionem catholicam effecisse ut Baylius qni nnlli antea catholico parocho suberat proprium sortitus fnit parochum Neapoli nbi abjnratio et ingressus in catholicae ecclesiae greminm accidit.

Sed in hypothesi quod contrahentes quasi domicilium Neapoli non habuissent validum nihilominns renunciandum edicit matrimonium ratione conditionis mnlieris quae inter vagos fnisset recensenda. Dato enim quod Neapoli ipsa domicilium vel quasi non habuerit plane nnllibi habere poterat non Florentiae quam a pueritia reliquerat animo nnmqnam illnc redeundi, nec enim causam habuisset fortnnae bonis et opibns omnino carens parentibns orbata, non Romae quippe jam eo temporis discesserat ab urbe qnin pariter ejus interesset illnc redeundi. Ergo nonnisi uti vaga censeri potuisset cni nimirum nulla certa et constans sedes et domicilium esset, sed hnc illnc vagaretnr; cniqne propterea ille proprins erat parochns ad effectum contrahendi matrimonium in cujus paroecia actu versaretur. Ceterum nihil efficere monet cum *Benedicto XIV. in inst. eccl. 33. n. 10., Sanchez. de matrim. lib. 3. disc. 25. n. 11.* aliisque DD. quod vir vagi conditionem non haberet; nam ad valide contrahendnm coram qnocumque parocho matrimonium sufficit *ut unus tantum ex contrahentibus sit vagus.*

Plura habet in snis animadversionibus defensor matrimonii ex officio. Vindicata enim primnm legitimitate hnjus matrimonii conscientiae*) ad ejus quod attinet validitatem ex proprii parochi praesentis persona eam evincere nititur. Praemisso enim necesse non esse ad jus parochiae acqnirendum originis domicilium sed suffiere quasi-domicilinm, item confundendas non esse theoreticas de domicilio civili cum canonicis theorethicis de acquisitione quasi-domicilii et proprii parochi ad effectum contrahendi matrimonium, cui major inquit facilitas assistit ex quo finis ob qnem Concilium statnit praesentiam proprii parochi in matrimoniis fuit, nt de contracto matrimonio constaret ecclesiae; snper conditionibns potissimum deinde edisserit quibus praedita sit oportet habitatio ad hoc ut per eam jus parochi acquiratur, quae nimirum in eo consistnnt, ut habitatio non penitus accidentalis sed animo manendi per aliquod notabile tempus retineatur. Quae qnidem firma et constans habitatio per aliqnod notabile tempus tanti est ponderis ut quamvis animus non transferendi vel deserendi primum domicilium habeatur, attamen jus paroeciae ad effectum valide contrahendi matrimonium acquiratur docente *Ursaya discept. 26. n. 40. p. 11. t. 7.* Quod quidem obtinet etiamsi snb dolo alio qnis se hac tamen intentione transferat, juxta s. Rotae doctrinam teste eodem *Ursayä in discept. 25. part. 11. tom. 7. n. 42.* Quod nam vero reputandum sit notabile tempns ut quasi-domicilium acqniratur ad hunc effectum tradit cum *Benedicto XIV.* in saepe memorata ad Goanum Antistitem, quod concurrente animo nnbendi sit unins mensis spatium.

Verum in facto dnbitari non posse arguit quin Bailyus non accidentaliter sed animo per notabile tempus manendi Neapoli commoraretur cum matrimonium celebravit; quod evincit tnm ex facto conductionis domus ad sex menses tum ex habitatione ibi protracta ad octo ferme menses ante et post celebrationem matrimonii tum praecipue ex animo et voluntate manifestata de catholicae religione articulis inquirendi et ex facto susceptae diuque prorogatae hujusce discussionis cui gravissimo salutis negotio alterum denique accessit contrahendi matrimoninm.

Quae quidem probant Bailyum serio animo Neapoli inhabitare ac per consequens jus

*) Vd. *Matrimon. conscientiae.*

parochiae voluisse acquirere. Cum enim incontroversum sit, quasi-domicilium et jus parochiae ab eo acquiri qui aliqno in loco ad officium vel quodvis negotium expediendum per aliquod notabile tempus moretur ceu traditur de advena scholare et in famulo ex eo quod in casu accidentalis habitatio dici nequeat, eo plane magis accidentalis repntari non poterit habitatio Baily in civitate Neapoli ad sex menses protracta, nbi negotia omninm gravissima absolvenda susceperat.

Hisce accedere instat quod Bailyus consulto causa matrimonii contrahendi praemissa haeresis adjuratione ceu Euphrosina antea spoponderat domnm ibidem per sex menses conduxit. Solam enim voluntatem manifestatam contrahendi Neapoli matrimonium cum habitatione conjunctam actui explicito electionis et acquisitionis quasi-domicilii aequivalere decisum refert a s. Congregatione *in Firmana Matrimonii 24. Aprilis 1723.* Urget praterea quod contrahentes semel et iternm ante mensem qnam contraherent matrimonium archiepiscopalem Curiam adierint, nt matrimonium conscientiae contrahendi faceront facultatem quae ideo petitio et expressa declaratio ad proprium constituendum parochnm abnnde sufficeret.

Qnibus praemissis expendens contraria objecta perpendit, omnes anctoritates ex adverso prolatas quae ad domicilii vel quasi constitutionem pro matrimonio valide contrahendo referuntur nihil expositis adversari doctrinis et conclusionibus; apprime immo convenire, cum aeque firment ad acquirendum quasi-domilium aliquo in loco non mere accidentalem habitationem sufficere sed habitationem ex aliqno honesto motivo aut negotio constitutam requiri quin opus sit ut illic perpetua sedes figatur qnae quidem extrema omnino concurrunt in themate.

Nec recte objici Bailyum in Anglia suum habuisse domicilium quod deserere non haberet in animo, cum ad effectum contrahendi matrimonium nihil vetet, quominus domicilium quis habeat originis et quasi domicilium alibi acqnirat seu plnra habere possit domicilia vel quasi ratione originis, contractns et habitationis, juxta ea quae docet *Benedictus XIV. in sua epistola seu constit.* »Paucis abhinc annis« § *Insiterunt.* Nec secus de pluribus etiam domiciliis eodem tempore disputant doctores ceu *Sanchez lib. 3. de consensu cland. disp. 24. n. 2.* et *Barbosa adnot. in Conc. Trid. cap. 1. sess. 24. de ref. n 17.* adeo ut nihil hic Anglicanum implicet domicilium ubi tamen Bailyus nullum catholicum parochum unquam ipse a secta protestantium habuit.

Matrimonii validitatem confirmat secundo loco ex conditione vaga mulieris. Recitatis enim doctrinis quibus discrimen statuitnr inter vagos ac peregrinos et firmatur vagos quocumque in loco versentur validum inire matrimonium, itemque sat esse nt vagi conditio alterutro ex trahentibus comprobetur; hanc porro ut in Euphrosina vindicet, ex actis processus recolit eam 13 vix annos natam Florentiam seu domicilium originis absque animo redeundi deseruisse, Romam vero frequentavisse non ut ibi domicilium figeret sed ad chorearum artem exercendam ipsumque hujus artis exercitium continuas exegisse transmigrationes, quamobrem cum nullam fixam sedem haberet nisi Neapolitanae civitati adscripta censenda sit nbi majorem annorum partem transegit profecto vagam fuisse omnino renunciandum erit. Quin conditioni vagae obesse queat domicilinm originis, quandoquidem illud deseruerat, secus sequeretur nullum existere vagum quia ipsa nativitas cuilibet nascenti terram originis necessario tribuit, ad rem *Julius Clar. in lib. 5. recept. sent. quaest. 39.*, *Sanchez lib. 2. de cons. cland. disc. 25. n. 1.*

Eoque minus vagae conditionem in Euphrosina infringi ex eo quod viro tamquam concubina adhaeserit, nt adeo ejusdem domicilinm nacta fuerit argumento ex legibus civilibus mutuato. Ex censnra enim ss. Canonum et *Concilii Trid. sess. 24. cap. 8. de ref.* nedum concubinatus non reputatur nomen nonnullius dignitatis nec concubina dicitur imitari uxorem et esse viceconjugem sed tamquam grave peccatum reprobatur ac ideo ejus quoad domicilium etiam effectus et leges penitus delentur ac evertuntur.

Abs re vero allegari perpendit resolutionem s. Congregationis in *Lauretana 17. Jul. 1739.* nbi ne verbum quidem invenitur quo concubinam domicilium viri adeptam fnisse asseratur; observat immo contrahentes eo in casu inter vagos non fuisse recensitos, quia in Terra Montis Bosarii domicilium vel quasi uterque habebant; nec ob rationem domicilium vel quasi sed ex defectu consensus et moralis praesentiae parochi et testis nullum fuisse declaratnm illud matrimonium.

Haec quoad causae meritum. Cum vero procurator Euphrosinae Falcini ope libelli

citationis institerit, ut ulterius depositum pecuniae ejus favore decerneretur pro defensionis expensis praeter summam jam depositam in scutis 130 altera parte contradicente instantiam judicio EE. VV. remisi per memoriale *) disputandam in hodiernis comitiis. Nihil tamen adhuc a partibus mihi exhibitum fuit.

Restat itaque ut resolvenda proponam

D u b i a:

I. *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

II. *An et in qua summa sit locus ulteriori deposito in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Negative.

Ad II.: Affirmative ad summam scutatorum 200.

Die 14. Maji 1859.

Beneventana.

Ferdinando de Cicco Podii imperialis Beneventanae dioeceseos Josepham Ripoli s. Severi in uxorem ducturo obstitit Anna Maria de Feriis, quae deflorationem passa ac spe matrimonii frustrata canonicum impedimentum ad alia ineundas nuptias adversus eumdem in episcopali curia opposuit. Ad cujus impedimenti vim eludendam Josepha nna cum matre terram novam die 1. Januarii 1859. se contulit ac paucos post dies a fratribus Miranda conducta domo die 17. praefati mensis filiam naturalem nomine Juliam peperit quam uti suam prolem Ferdinandus solemniter agnovit. Rebus sic stantibus die 20. Martii ejusdem anni Josepha ac Ferdinandus, qui eo convenerat, ecclesiam magna populi multitudine refertam adeuntes coram parocho Sacrum faciente, qui evangelica recitata lectione consederat, quadragesimalem concionem auditurus, ullis sine denunciationibus sese invicem conjuges renunciarunt; ac deinde domum redeuntes ibidem tamquam vir et uxor sunt commorati quousque per armatam vim fuerint depulsi. Beneventana interim curia in rem judicialiter ex officio inquirens tandem sub die 30. Novb. 1859. ex proprii parochi defectu matrimonii nullitatem decrevit. Qua quidem ex sententia matrimonii defensor juxta Benedictinam constitutionem deputatus ad hunc s. Ordinem appellationem interposuit et hodiernis comitiis controversia proponitur.

Summis lineis ut moris est describam quid in suis allegationibus deducat defensor matrimonii ex officio penes hanc s. Congregationem deputatus, cum quo et Beneventanus matrimonii vindex necnon ipsi conjuges communem agunt causam. Duplici itaque ex capite matrimonii validitatem ipse propugnandam assumit:

I. ratione domicilii quod Josepham ejusque matrem Magdalenam jampridem ante initum conjugium Terrae novae elegisse et acquisiisse contendit. Id autem luculentissime demonstrari autumat ex solemni syndaci ac decurionum testificatione.

Allegatum porro testimonium nullius ponderis habendum Beneventana Curia decernit pluribus momentis innixa, nimirum eo quia

1. Josepha nullo pacto verso la metà di gennaro cancellariam valebat adire »dappoichè nella notte del dì 16. venendo il 17. la Ripoli si sgravò,

2. praefata mullier fassa est »appena io con mia madre giunsimo in Terranova Fossa l'eca ci portammo dal Sindaco di quel comune ed alla di costui presenza rinunciammo al nostro domicilio.«

Atqui pergit Curia: »questa si portò nel Genajo in Terranova e dice d'essersi presentata al solo Sindaco.« Falsum est ergo Josephum comparuisse verso la metà di Gennaro et non uno coram Syndaco sed universo decurionum coetu novum domicilium elegisse. Eo vel magis

3. quod regionis Oeconomus hujusmodi factum penitus ignoravit ita ut eidem Curiae rem sciscitanti nil referre valuerit. Praetera

4. testimonii vim at trutinam revocans observvat che l'essere ascritto al Ruolo transattivo non importa essenzialmente l'essere cittadino riguardante il solo consumo: ma se cio importase, come poteva farlo il Sindaco e il decurionato se

5. la Ripoli e la Maddalena a tutto il dì. 9. Aprile godevano il diritto della cittadinanza di San Severo?« Ab hisce tamen difficultatibus breviter se expedit matrimonii assertor. Siquidem ad primum respondet impossibile haud esse Josepham, quae die 17.

*) Vd. *t. IV. p. 528. n. 22.*

peperit, cancellariam verso la metà di Gennajo adiisse, cum quotidiana experientia cuique sit compertum, mulieres triduo aut biduo ante partum ullo absque incommodo per vias vagari rebusque domesticis incnmbere. Eo vel magis quod etsi die 13. aut 12. Januarii Josepha coram Syndaco steterit, semper tamen verum esset id evenisse verso la metà di Gennajo. Ceterum haud nmquam fas esset publicum testimonium adeo gravi testium auctoritate firmatum rejicere eo quia temporis circumstantia, in facti substantiam nullatenus incidens, veritate minus innitatur.

Ad secundum animadvertit a Beneventana Cnria misceri quae sedulo distingui debent, cum rite perpensa facillime res componatur. Josepha siquidem vix ac Terram Novam petiit, unnm Syndacum adivit coram quo originis domicilio nuncium remisit: deinde paucos post dies ad cancellariam se contulit ibique spectantibus praeter syndacum decurionibns et cancellario novum domicilium solemniter elegit. Universa proinde evanescit contradictio. Qna in re et hic loci addit assertam diei erroneam enunciationem tanti non esse faciendam, ut solemne factum unanimi decem testium consensione roboratum exinde destrui valeat.

Ad tertium notat ex oeconomi silentio nil Curiam conficerere posse nisi dici velit fidem esse habendam potins uni absenti qui rem ignorat, qnam plurimis qui factum propriis oculis hauserunt, magis quod innumeri testes deponunt ejusdem rei pervulgatam notitiam in exiguo oppido ad omnium aures jamdudum pervenisse.

Ad quartum abscisse inficiatur Curiae assertum ex eo quod municipalium tribntorum onus civibus dnmtaxat incumbere exploratum sit.

Ad quintum reponit, Terrae novae domicilium haud excludi ab illo Severiano, cum vulgatum sit quemque uno eodemque tempore plura domicilia retinere posse, ceu docet *Rota in decis. 431. p. 18. recent. n. 6. et seqq.* Sed praeterea ex facto curialis asserti falsitatem deprehendit, cum a die 4. Januarii Josepha sorori suae s. Severi degenti mandatum dederit, nt scilicet ejus nomine originis domicilio nuntium remitteret quem admodum Severianus scriba testatur.

Novo Josephae domicilio ita vindicato validum incunctanter renunciat matrimonium eamdem inter ac Ferdinandnm initum. Siquidem juxta communem doctorum sententiam domicilii ratione parochus sit proprius: quod quidem procedit et in casn qno quis originis domicilium adhuc retineret, prouti monent *Sanchez in disp. 24. lib. 3. de matrim. n. 5.*, *Navarro cap. Placuit n. 78. de poen. d. 6.*, *Clericatus de matrim. decis. 35. n. 19.* Quocirca licet Josepha s. Severi domicilium haud amisisset, nihilo tamen minus ipsa cum Ferdinando valida prorsus ratione coram Terrae novae parocho matrimonium contraxisset. Quin immo etsi in dnbium revocare quis vellet utrum Josepha originis domicilium reliquisset, semper tamen in dnbio proprius censendns foret parochus non originis sed domicilii, uti ad rem tradit *Perez de matrim. sect. 11. n. 2.* Ast nullum in themate dubinm suboriri posse contendit, cum in aprico sit expressus Josephae animus relinquendi pristinum domicilinm, qnod eadem in literis procuratoriis aperte significavit ac testes hand obscure deponnnt. Quod insuper ex sua agendi ratione mirifice confirmavit. Qnandoquidem ipsa sex circiter post menses Terra nova expnlsa Avellini provinciam petiit, ex qua iterum deturbata s. Severum rediens et ibi parumper commorata Neapolim denique perrexit, ubi adhuc reperitnr. Ceternm Josepha deserto originis domicilio si novum Terrae novae haud elegisset, vaga foret renuncianda, uti docet *Sanchez op. cit. lib. 3. disp. 25. n. 2. et 3.* Sed hac quoqne in hypothesi matrimonium coram Terrae novae parocho celebratum firmum consisteret, ceu tradit *Sanchez loc. cit. disp. 26. n. 11.* et *Perez de matrim. disp. 11. n. 4.*

Ad alterum defensionis caput pergens orator matrimonii validitatem evincit ratione quasidomicilii, quod Josepha Terrae novae acquisierit. Ad id conficiendum duo recolit facta testium jurejurando solemniter confirmata, Josepham nimirum die 1. Januarii Terram novam petiisse ac non ante diem 20. Martii ejusdem anni Ferdinando nupsisse. Ex quo manifeste dednit post tres circiter habitationis menses matrimonium initum fuisse. Jam vero hnjusmodi temporis intervallum quo Josepha Terrae novae habitavit satis snperqne erat ad valide conjugium ibidem ineundum, cum Benedictus XIV. in literis *Paucis abhinc**) *hebdomadis* ad Epi-

*) Vd. *p. 1513.*

scopum Goanum datis, et postipsum ecclesiastica tribunalia centies milliesque definierint ad hnnc effectum et sufficere unius mensis habitationis spatium.

Frustra antem, perpendit, Beneventanam cnriam inficiari Josepham habuisse animum Terrae novae contrahendi quasidomicilium, ac proinde Benedictinam sanctionem nullatenus eidem suffragari. Testatissimam siquidem dicit praefatam mulierem eo rerum apparatu Terram novam perrexisse, nt animum per haud breve temporis intervallum ibidem permanendi liquido panderit.

Non ergo accidentaliter et recreationis causa, sed animo Terrae novae diu permanendi nniversos lares Josepha eo transtulerat. Quam qnidem conclusionem firmant varii emptionis ac venditionis contractus ab eadem initi et quod magis est locatio solemniter coram tabellione atque testibus die 21. Jan. 1859 stipulata, qua praefata mnlier una cum matre ad annum a fratribus Miranda domum conduxerat.

Memoratam vero locationem impedit judex Beneventanus: »Primo perchè interrogato topo la S. Pasqua snll' oggetto l'arciprete Miranda, rispose di nou aver nnlla conchinso. Secondo perchè nel recarsi in Terra nova de ln donne nulla seco portarono che dimostrar potesse la loro permanenza per qualche tempo. Oltre di che non avevano le medesime, affatto inteusione di rimanerdin Terra nova mavi accedettero soltanto per sgravarsi la Ripoli della prole.« Sed frnstra haec opponi perpeudit. Breviter enim ad primum observat non archipresbyterum sed laicos illius fratres Josephae locasse eam domus partem quae ad ipsos pertinebat, uti penes omnes oppidanos pervulgatnm fuisse et ipsi municipes testantur. Prorsus autem negat secundi asserti veritatem cum ex testimoniis superius laudatis prono alveo fluat, Josepham nniversos penates Terram novam transtulisse. Ad tertium docet eum qnasi-domicilium adipisci qui ex aliqua honesta causa alio se confert. At nemo dubitare potest causam, quam ipsa Curia profert honestissimam dubio procul fuisse. Sed praeterea Josepha Terram novam perrexerat ad matrimoninm cum Ferdiuando contrahendum, quemadmodum ipsa expresse declaravit et Beneventanus judex nltro fatetur. Qua declaratione semel posita nec unus quidem mensis foret necessarius ad paroeciae acquirendum cen tradit *Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 24. n. 12. et seqq.* Nec officit matrimonialem contractum in themate impropria clandestinitate laborare cum et in consimili specie quoad singula adjuncta perpensas validas nuptias hic s. Ordo renunciaverit prout videre est in *Firmana Matrimonii diei 14. Aprilis 1723.* Nec pariter obstat potissimnm Beneventanae sententiae fundamentum, Josepham scilicet in fraudem parochi s. Severi matrimonium celebrasse. Siquidem inprimis non est fraus cum quis utitur jure suo uti scribit *Sanchez loc. cit. disp. 8. n. 22.* Neque secundo fraus in facto comprobatnr, cum Josephae nihil prorsus interesset nnum vel alterum parochum sui matrimonii testem adhibere. Neque ad rem facere subdit quae in adversa sententia allegantur ex *Clericati decis. 35. n. 18.* deprompta. Eatenus enim laudatus auctor nullum declarat matrimonium in proprii parochi fraudem contractum, quatenus contrahentes animum habuerint post initum conjugium illico discedendi uti ipse loc. cit. exponit. Verum Josepham jampridem s. Severi domicilium deseruisse, neque initis nuptiis redeundi animum habuisse commemorat. Quin imo postremo contendit matrimoninm stare et cum animo statim discedendi a loco initi conjugii, prout haec s. Congr. contra qnorumdam veterum doctorum sententiam definivit in *Caesenaten. seu Forolivien. Matrimonii die 20. Februarii 1720.* et saequiori aevo s. Rota saepe saepius firmavit.

In contrarinm ad trudinam revocanda sunt ea rationum capita queis innixus Beneventanus judex matrimonii nullitatem sancivit. Verum praecipua ex hactenus disputatis satis superque innotescunt et a reliquis adducendis abstineam cum universus Beneventanae sententiae tenor prostet in contrario Summario num. unic. Hunc benigne recolant EE. WW. adprecor ut hinc inde deductis mature perpensis dirimant

D u b i u m:

An constet de validitate matrimonii in casu?

S. C. resp.:

Affirmative.

Die 31. Maji 1860.

Studio et opera Josephi fratris nuptiae conciliatae fuerunt inter Antoniam dioecesis D. et Antoninum loci Burgii dioeceseos A. Hujusmodi nuptiae praevia una tantum denunciatione coram sacerdote a Vicario generali delegato celebratae fuerunt in privata urbis P. domo, ubi paucis antea diebus Antonia una cum fratre Josepho sese receperat.

Triduo a Caeremoniis expletis sponsi Burginm parentes invisendi causa petierunt et inibi per plures menses commorati snut, donec alio digressi ad civitatem B. tandem denno perrexerunt. Per quinque circiter annos coujuges, una cnm geminis filiabus quas ex tali matrimonio susceperant, in eadem vitae consuetudine pacifice permanserunt, donec oborta inter ipsos discordia mense Majo 1855 vir uxori suae valedixit Burgium repetens.

Mulier anno 1861 oblato libello Archiepiscopnm P. adivit efflagitans ut matrimoninm ob clandestinitatis vitium nullum atque irritum rennnciaretur ex eo quod parochus coram quo celebratum fuerat nullins proprins parochus erat.

Oblatus libellus etsi ab Archiepiscopo P. illico exceptus fuisset, tabulae tamen processuales ob politicas perturbationes quae totam insulam commoverunt, nonnisi anno 1878 incoeptae fuerunt; quibus rite expletis atque rationum momentis ab utraque parte deductis aequa lance libratis tandem sub die 10. Julii anni 1879 sententia pro matrimonii validitate prodiit. Huic sed vero Curiae judicio mulier haud acqnievit; quinimo nulla interjecta mora ad sacratissimnm principem convolavit petens nt *omisso medio* causa apud S. C. C. disceptaretur.

De hujusmodi libello habita nti mos est Ordinarii informatione S. C. C. sub die 23. Augusti 1879. rescribere duxit: *Relatum.* Qno peracto causa juris ordine servato penes Cnriam C. ad tramites constitutionis *Multis gravissimis* a fel. mem. Pio IX. editae agitata fuit quae die 15. Aprilis 1880 mulieris petitionem rejiciens sententiam Cnriae P. confirmavit. Duplici hac sententia mulier victa sed non fracta ad S. C. C. appellationem interposuit ut causa in tertia judicii sede pertractaretnr.

Mox vinculi defensor ex officio instetit ut de hac causa disceptari amplius non posse declararetur, obsistente re judicata ex duplici sententia conformi supporta. Quod utnt ad notitiam pervenit defensoris Antoniae, illico objectionem oppositam rejicere conatus est, altero exhibito supplici libello in quo etiam restitutionem in integrum, quatenus opus esset, expetebat.

De exceptione rei judicatae praeprimis disserens mulieris defensor recolit cum Gelasio in epistola 7. ad Episcopnm Dardaniae missa anno 495 Sedem apostolicam jus habere cognosceudi et judicandi quascumque ecclesiasticas causas quae in nniverso orbe gernntur, ad quam appellatio valet snbinde deferri. Dignum imo et rationi valde consentaneum esse ducit cum Benedicto XIV. in epistola ad Archiepiscopum Goanum *) data graves et difficiles quaestiones examini apostolicae Sedis subjiciendas esse. Quod maxime teuendum subdit de causis matrimonialibus quae juxta constitutionem *Dei miseratione***) ob cujuscumque temporis lapsum, nunquam in rem judicatam abennt quaeque secundo et tertio apud s. Sedem ad trudinam revocari possunt ex *cit. constit.* § *16. et Gloss. in cap. Ex litteris. 4. De integ. restit.*

Neque regeras Benedictum XIV. in sua coustitutione loqui de sententia conformi matrimonii nullitatem minime vero ejnsdem validitatem declarante. Quandoquidem reponit 1. Romanum Pontificem hand in re tanti momenti distiuguere proindeque alteri distinctionem hanc ponere non licere; 2. hanc distinctionem prorsus evanescere post apostolicas literas Pii Papae IX. S. M. *Multis gravissimis* diei 28. Januarii 1864 in quibus abolito tribunali quod in Sicilia vocabaut *Regia Legazia*, apertis verbis docet modum cansas inposterum cognosceudi atque statuit in § 6: »Quaecumque pars a secnnda sententia Metropolitani . . . . gravatam se sentiat . . . . ad Romanum Pontificem pro tempore existentem poterit appellare ut causa in Romana Curia ad formam juris absolvatur.«

In absurda at vero hypothesi qua res jndicata statni velit haud tamen sustinet remedinm restitutionis in integrum denegandum esse, prouti in seçundo dubio proponitur. Agitur namque de muliere nullitatem matrimonii expetente et mulieribus quae moribus comparantur quaeque jura ignorant, hujnsmodi remedio jugiter sucurrendum esse evincit auctoritate *Molin. disp. 574. sess.*

*) Vd. *p. 1513.*
**) Vd. *p. 962.*

lib. 2. cap. 17. de contract. in gen. dub. 9. et 10. n. 67 idque ob maximam qua laborant auimi infirmitatem quam ipse Innoceutius III. in *recit. cap. Ex literis* perpendens supplicationem cnjusdam mulieris admisisse et audientiam restituisse licet de fraude taliter perpetrata satis non constaret. Verumtamen praetermissis fraudibus quibus sua clientula subjecta fnit hand tameu denegaudnm tuetnr novae auditionis beneficium propter manifestam seutentiarum nullitatem, quam in tertio dubio demonstrare conatur.

Hoc igitur ut conficiat memiuit ex Tridentinae synodi dispositioue iu *sess. 24. cap. 1. de ref. matr.* nulla et irrita dijudicauda esse matrimonia quae coram duobus testibus et parocho proprio minime contrahuntur atque matrimonia taliter contracta ex quolibet temporis spatio non revalidari, nisi rursus adhibita conciliari forma, *Scavini theol. mor. de sacr. Matr. n. 878. q. 2., Sanchez de Matr. lib. 3. de disp. 19., Schmalzg. Jus canon. lib. 4. tom. 3. n. 134., Reiffenst. in lib. 4. decret. cap. 3. n. 55., Bened. XIV. in syn. dioec. lib. 13. cap. 23. in constit. Redditae nobis, Paucis abhinc annis, et in epist. ad Archiep. Goan.* Ad hujusmodi vero effectum proprium parochum illum dici in cujus parochia alter ex sponsis domicilium vel quasi-domicilium obtinet.

Domicilium porro aliquo in loco contrahi ait facto habitatiouis cum animo ibi perpetuo manendi, quasi-domicilium vero acquiritur facto habitationis, cum animo inibi commorandi per majorem anni partem, *Reiffenst. Jus can.* nn. lib. 2. tit. 2. § 2. n. 17. et quoniam huuc auimum nec Antonia nec Antonius habuit, quinimo neque praesto sit factum longae habitationis ex ipsorum vel alterutrius parte hiuc iuvalidum fuisse eorumdem connubium. Licet igitur subdit ex dispositione legis canonicae valeat filius domicilium vel quasi a patre diversum sibi deligere denegari tamen non posse autumat quod usque dum ab adversario evidentissime non probetur contrahentes in civitate P. domicilium vel quasidomicilium posnisse, hoc penes respectivos parentes tunc temporis retineri.

Sed neque validitatem matrimonii protueri posse subdit ex quasidomicilio, quod sponsos minime eo tempore acquisivisse conatur evincere. Quandoquidem teste Benedicto XIV. in *cit. Constit. Paucis* et *epist.* ad Archiepiscopum Goanum ut quasi-domicilium acquisitum dici possit, ad effectum valide aliquo in loco matrimonium contrahendi, necesse est quod antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis*) ille qui contrahit habitaverit in loco ubi matrimonium celebratur. Nil mirum subiude subdit si S. C. C. non semel neque bis matrimonii uullitatem clamavit ex defectu longae morae in aliquo loco quae ostenderent contrahentes inibi domicilium vel quasi figere voluisse ceu S. C. C. praecipue osteudit in *Mechlinien. 4. Maji 20. Julii, 14. Septembris 1878* in qua matrimonii nullitatem declaravit ex defectu morae unius mensis contiuui in Loudiuensi civitate a conjugibus protractae. Quum itaque Bened. XIV. constituisset habitationem habendam triginta dierum *antequam matrimonium contrahatur*, cumque septem tantum dies conjunctim ante et post matrimouium sponsi commorati sint in civitate P. contendit orator etiam figmentum quasi-domicilii in tenues auras abire proindeque pro matrimonii nullitate concludendum.

Neque oggeras pergit orator Antoniam et Antoninum qnasi-domicilium habuisse iu civitate P. eo quia illa educanda fuit monasterio Vallis Viridis, hic vero in universitate studiis operam dabat. Siquidem Antonia monasterium deseruit ut patrios peteret lares die 25. Junii 1849, fidem faciente ipsa monasterii priorissa atque auimo illuc miuime reverteudi. Idem dicendum pergit de Antouino qui nedum pericula in nniversitate subiit nedum accademicos gradus consecutus est ita nt potius recreationis causa in civitate P. degisse dicendus sit. Ex quibus et et ex facto quod nuptias conciliare percupiebat Antoninus manifesto pariter erumpere tenet et ipsum aestivo tempore anni 1849 civitatem P. deseruisse quin cogitaret ad studia reverti.

In jure autem pronum esse dicit discedentem a civitate amittere incolatum quamvis de novo veniat ad habitandum *quia si de novo quis revertitur ad habitandum non consideratur amplius primus incolatus qui per discessum est in totum extinctus: Gratian. Discept. for. c. 592. num. 16., Alex. cons. 43. n. 5. l. 5.* Cnm igitur tam Antonia quam Autoninus si educationis causa quasi-domicilium habuissent, illud per redditum in patriam amiserunt, cumque primus incolatns extiuctus manserit ita ut anteactum tempus

*) Vd. *p. 1496.* § *Jam etc.*

cum posteriori quando nempe illuc perrexerunt ad matrimonium contrahendum conjungi non valeat ad amborum vel alterutrius quasi-domicilium constituendum in aprico esse colligit initum connubium nullum dijudicandum esse. Eo vel magis quia eo inito tres post dies sponsi convolarunt Burgium ex quo maxime ostenditur defuisse etiam animum novum acquirendi domicilium vel quasi: elementare enim in jure est ex repentino discessu post matrimonium contrariam ostendi adfuisse contrahentibus voluntatem. *Benedict. XIV. in Notif. 13. tom. 2. n. 8. et 9., Natal. Alex. theol. dogm. moral. lib. 2. De Sacr. matrim. cap. 2. art. 2.*

Inutiliter demum objici posse, dimicat, sponsos conjunctos a presbytero delegato a Vicario generali civitatis P. namque nomine Ordinarii in sensu Concilii Tridentini intelligitur Episcopus dioecesanus aut ejusdem Vicarius generalis non autem Episcopus alienae dioecesis, *Less. de just. et jur. lib. 4. cap. 2., De jejun. dub. n. 46.* Sed neuter ex contrahentibus spectabat ad dioecesim P. Concludendum ergo inquit neque hoc sub respectu validitatem controversi matrimonii adstrui posse ideoque Curiae C. sententiam a S. C. C. infirmandam esse.

Econtra vinculi matrimonii defensor primum suae orationis caput aggrediens evincere studuit in themate non locum appellationi ex eo quod cum controversia sententiis conformibus dirempta fuerit, in rem judicatam transierit; idque deducendum esse autumat ex § 304, 356 praxeos Codicis Gregoriani cui inpraesentiarum adhaerendum esse edisserit et a quo ad tertiam judicii sedem appellationis beneficium eo tantum casu admittitur, quo primi et secundi gradus sententiae difformes fuerint. Ad normam hujus codicis nunc pertractantur causae apud ecclesiastica tribunalia et ss. Congregationes.

S. Gelasiii vero decretum ab adversario objectum ita intelligendum esse ait, ut s. Sedes jus quidem habeat appellationes ex toto Orbe excipiendas si fidelium bonum id exigit, quin tamen necessarium sit ad s. Sedem recurrere si apud Episcoporum tribunalia causa rite judicata sit et duplici conformi judicio dirempta. Si aliter res foret id absurdi contingeret ut sententia ab Ordinariorum tribunalibus prolata numquam expediri posset quod falsum defensor propugnat cum constet, Episcopos post duas sententias conformes contra matrimonii validitatem in duabus judicii sedibus prolatas sponsis ad alias nuptias contrahendas potestatem facere posse.

Neque in majori pretio habendam esse autumat difficultatem ex Benedictina Constitutione *Dei Miseratione* desumptam quod nempe sententiae matrimoniales numquam in rem judicatam abeunt. Quandoquidem in aprico esse edisserit hujusmodi constitutionem de iis tantum sententiis agere quae matrimonii nullitatem non vero de iis quae ejusdem insolubilitatem proclamant.*)

Veruntamem dato etiam quod juxta Benedictum XIV. in loco citato appellatio ad s. Sedem interponi queat etiam cum agitur de duplici conformi sententia matrimonii validitatem declarante propugnat tamen hujusmodi appellationem eo tantum casu locum habere quo aliqua adsit legitima et justa causa quae eam reclamat. Nihilominus veram appellationem haud esse contendit sed potius restitutionem in integrum ceu videre est in *Limana Matrimonii* diei 1. Septbr. 1868.

Tandem relate ad literas apostolicas *Multis gravissimis* a fel. mem. Pio IX. die 28. Jan. 1864. pro Siculis abolito tribunali vulgo *Regia Legazia* editas animadvertit nihil a laudato Pontifice praescriptum fuisse quod juri communi adversatur ideoque ipsius verba juxta regulam generalem esse accipienda quae a sententiis tantum difformibus appellationem admittit. Quo vero ad causas matrimoniales sustinet Pontificis mentem fuisse ut eae ad tramitem Benedictinae Constitutiones pertractarentur, ex ipsis literis apostolicis luculenter patere.

Post haec matrimonii defensor ad secundum suae allegationis caput descendit ac praemisso restitutionem in integrum esse legis beneficium quod conceditur ut fraudibus et erroribus succurratur quae in contractibus vel judiciis intervenire possunt, concludit hujusmodi legis beneficium oratrici denegari oportere ex eo quod in themate nulla fraus nullusque error interveuerit cui sucurrendum sit.

Pressius autem ad quaestionem nostram deveniens animadvertit causas matrimoniales, quae jam in rem judicatam transierunt tunc solum resumi posse et rursus in judicialem

*) Matrimonium indissolubile esse debet hinc si accidit ut solubile declaratum fuerit hominum sententia optimum visum est ex privilegio ut quaestio iterum iterumque trutinae subjiciatur etiam post duas conformes sententia pro nullitate tamen matrimonii latas.

controversiam revocari quando ad tramites Benedictinae Constitutionis *Dei miseratione § 11 nova res quae non deducta vel ignorata fuerit detegatur.* Hisce in jure praejactis ex facto constare urget nullum documentum inpraesentiarum afferri quod ignoratum fuerit vel non deductum: nullum argumentum adduci ex quo pateat in primis judicii sedibus hujusmodi documenta posthabita vel leges canonicas pessumdata fuisse. Imo edisserit omnia rite juxta canonicas praescriptiones peracta fuisse ideoque mulieris preces pro impetranda in integrum restitutione porrectas rejiciendas.

Tandem tertium dubium aggrediens Sacramenti Vindex pro fundamento decernit ad matrimonium rite ineundum sufficere quasi domicilium eoque esse capaces filiosfamilias et haud requiri ut sint aetate majores. Nec ad stabiliendum quasi-domicilium esse utendum regulis ex civili jure desumptis sed sacrorum canonum decreta prae oculis habenda: *unius enim ecclesiae est leges constituere quae vim matrimonii respiciunt*, ut docet Devoti Instit. Can. Tom 2. Quaerens deinde requisita ad quasidomicilium constituendum affert verba Pignatelli *tom. 5. cap. 79. Consilia* — ibi: *Ad contrahendum domicilium idest quasi non solum exigitur factum seu accessio ad locum sed etiam animus permanendi.* Hinc concludit in propatulo esse aequivocationem materialis morae et proprie dictae habitationis.

Recolit tandem constitutionem *Bened. XIV. Paucis abhinc diebus* in qua statuitur tempus unius mensis animadvertens eos errare qui verba Pontificis ita interpretantur quasi sola habitatio per mensem absque animo inhabitandi ad acquirendum quasi domicilium sufficiat materialiter sumpta mora; perpendit enim ibi Pontificem tantum loqui de casibus in quibus aliunde constare nequit de animo commorantium ideoque tempus habitationis esse adminiculum quo possit animus agnosci. Quae cum ita sint prosequitur hujusmodi terminum esse designatum ad praesumptionem faciendam, ita ut si de animo aliunde innotescat ab eo mense praescindatur.*) His in jure praestitutis demonstrare studet Antoniam in civitatem P. venisse ibique nuptias iniisse cum animo permanendi ceu plures autumant testes: proinde quasi domicilii jure potitam esse et valide nupsisse.

*) Confer *p. 1494. §: Die* etc.

Verum licet non constaret de hujusmodi animo adhuc tamen, cum nihil ex adverso adducatur quo contrarium probetur acquisivisse quasi-domicilium dici posse contendit ex eo quod ante matrimonium morata fuit temporis spatio, a Bened. XIV. statuto ad praesumptionem pro domicilio in dubio inducendam. Nam certum est illud fuisse celebratum die 25. Octobris 1849, et constat sponsam civitatem P. petiisse die 30. Septb., hinc spatio vel 25 vel 26 dierum ante nuptias ibi permansisse in comperto est. Hoc evinci nedum ex assertione sponsae sed etiam ex testimonio officialis sanitatis portus civitatis hujus, exhibentis inter viatores maritimos sub die 30. Sept. etiam Antoniam. Admisso itaque quod Antonia per lapsum 25 vel 26 dierum in civitate P. ante nuptias morata sit, de ipsius quasi-domicilio ibi acquisito nullatenus ambigi posse censet ex eo quod mensis de quo loquitur Pontifex non taxative est accipiendus.

Quapropter ex simplici sponsorum post nuptias discessu vanum esse edisserit argumentare ipsos haud habuisse animum in loco manendi, ubi nuptias contraxerunt.*) Aliquando enim contingere potest ut urgente aliqua inopinata causa discedere debuerint, etsi animus manendi in loco celebrati matrimonii ipsis haud abfuerit. Causam autem discessus in themate adfuissse nempe officia pietatis et reverentiae quibus sponsus devinciebatur erga parentes, quorum aliquis longissima jam afflictabatur infirmitate et a quo idem sponsus dimidium sui patrimonii obtinuit. Cum igitur de legitimae causae discessus existentia ambigi nequeat sua sponte fluere tenet, hunc nullum suppeditare argumentum ad excludendum animum in civitate P. uti in proprio domicilio commorandi.

Post haec gradum faciens ad domicilium vel quasi-domicilium Antonini propugnat certo certius de eo constare illudque pro matrimonio sufficere: cum exploratum in jure sit validum haberi matrimonium in loco celebratum, in quo alter ex conjugibus domicilium vel quasi-domicilium acquisiverat. Ut autem evincat Antoninum domicilium habuisse in civitate P. animadvertit, omnes

*) Benedictus XIV. in constit. *Paucis abhinc* nihil constituit quoad moram faciendam post matrimonium pro quasi-domicilio. Ideo moram hanc habendam esse ceu adminiculum censet Fagnanus ad animum cognoscendum, non ad quasi-domicilium adipiscendum.

quasi-domicilium tribuere scholasticis, medicis, judicibus, educandis aliisque qui non per transitum, sed per majorem partem anni alicubi inhabitant. Imo communiter receptum esse ait, sufficere habitationem per aliquam notabilem partem anni causa alicnjus officii. Ita Benedictus XIV. Notific. 15, 32, 82; quem sequuntur s. Alphonsus *lib. 1. n. 156*; *lib. II. n. 115.*, Currier, Bouvier, Vechiotti, Scavini *lib. 3. tract. 11. disp. 3. cap. 1.* Hoc statuto jure ambigi non posse urget, Antoninum uti scholasticum ac uti negociorum familiae gestorem ejus patre annuente et adprobante, non per unnm vel alterum annnm sed ab anno 1837 usque ad annnm 1849 et ultra in civitate P. commoratum esse. Adeo nt si qnotannis discesserit ad invisendos parentes semper redeundi animum habuerit et tam brevi tempore, ut nonnisi ad rusticandnm in patriam perrexisse dicendnm sit.

Nam Antoninns praeter studiorum causa degebat in civitate P. ut patris negotiis gerendis vacaret, ubi ob sua privata desideria commorari elegerat. Ejus tandem desiderinm inibi figendum domicilium ab ejus patre confirmatum fuit ob eam causam ut scilicet per domicilium in magna civitate augere familiae nomen eamque illustrinm familiarum societate nobilitare valeret, cum aliunde divitiis abnnderet. Hanc autem causam satis superesse contendit, ut argui possit Antoninum animum habuisse domicilium sibi acquirendi in civitate P.

Denique objectioni a Gratiano mutuatae qnod nempe qualecnmque domicilinm per discessum in patriam amittitur,*) respondet animadvertens illam regulam contra illos valere qui discednnt animo relinquendi civitatem non vero contra eos qui fovent animum redeundi, ad exemplum Antonini qni quoties apud patrem se conferebat remeandi civitatem P. in animo jugiter habebat. Idque eo vel magis quia raro id eveniebat tempore aestivo et per tam breve tempus ut pergere ad rusticationem videretur. Id autem semper fecisse animo redeundi colligi etiam potest ex eo qnod in civitate P. habuerit conductam domum. Animadvertit tandem hoc etiam evenisse anno 1849 et affert actum locationis et conductionis apnd tabellionem existentem ex qno apparet hujusmodi contractnm a mense Augusto 1849 ad ad mensem Angustnm 1850 initum fuisse.

*) Vd. *p. 1488. n. 1.*

Hisce habitis concludit argumenta allata pro quasi-domicilii existentia ad matrimonii validitatem requisiti tot tantaque esse ut de ea in themate nullo modo ambigi queat. Hinc remissum fuit EE. PP. prudentiae et doctrinae sequentia dirimere

D n b i a:

I. *An sit locus appellationis in casu?*

Et quatenus negative,

II. *An sit locus restitutioni in integrum in casu?*

III. *An sententia Curiae sit confirmanda vel infirmanda in casu?*

Sacra C. C. snb die 5. 14. Maji 1881 respondere censuit

Ad I.: *Negative.*

Ad II.: *Negative.*

Ad III.: *Provisum in praecedentibus.*

Ex quibus colliges:

I. Matrimoniales sententias etiamsi duae sint conformes pro nullitate matrimonii numquam abire in rem judicatam ex privilegio causis matrimonialibns indulto, quia matrimonia indissolubilia esse debent.

II. Ex *Constit. Dei miseratione* § *11.* sententias favore matrimonii latas quae jam in rem judicatam transierint tnnc in judicialem controversiam revocari posse, cum nova res quae non deducta vel ignorata fuerit detegatnr.

III. Cum restitntio *in integrum* sit beneficium a lege concessnm ad praecavendas fraudes et errores in judiciis et contractibns ideo concedi non solere nisi evicta rei judicatae injustitia, ex judicio falsis documentis innixo, vel ex posthabita et palam proculcata lege.

IV. Ad matrimonium valide ineundum sufficere quasi-domicilium, pro quo stabiliendo non leges civiles sed sacri canones prae oculis habendi sunt: eoquod nnius ecclesiae est leges constituere quae vim matrimonii respiciunt.

V. Matrimonium valide contrahi coram proprio parocho qui talis fit per domicilium vel quasi-domicilium.

VI. Ad qnasi-domicilium matrimonii causa acquirendum duo simul reqniri actualem nempe habitationem in paroecia et animum

*) Vd. *p. 964.*

habitationem illam continuandi per majorem anni partem.

VII. In casibus tamem dubiis quando nempe satis non constet de voluntate permanendi per majorem anni partem praesumptionibus esse ntendum.

VIII. Praesumptionem satis firmam esse ad judicandum de voluntate permanendi . . . *si ille qui contrahit spatio saltem unius mensis antequam matrimonium contrahatur habitaverit in loco ubi matrimonium ipsum celebratur.*

IX. In themate videri haud defuisse quasi domicilium duasque favore validitatis matrimonii sententias prolatas fuisse in primis judicii sedibus juxta canonicas praescriptiones, ita nt rite transierit in rem judicatam contra quam ideo a s. C. Congregatione haud concessa fuit neque appellatio neque *restitutio in integrum.*

2) Defectus.

Ferdinandus nobili genere natus, viginti sex annorum aetatem vix attigerat, cum in mulierem incidit subtili artificio venantem viros, Luciam nomine. Una cum ea maritalem vitam duxit in civitate B. ita infamibus irretitus illecebris, ut avelli non posset. Sed cum nihil e paterna substantia reliquum haberet, nihil sumptus facere poterat quin a matre Comitissa V. quae opulentissima est, obtineret. Statim ac filii ruinam comperiit nobilis mulier, virili fortitudine et constantia ac etiam exemplari religione praecellens in ejus salutem toto animo intendit.

Itaque ut juvenem a consuetudine distraheret, arrepta occasione quod tyrocinium diplomaticum interceperat, causa ineundi studiorum speciminis, eumdem collocare sategit Londini, in quadam mensa nummularia, alteri mensae subjecta in civitate B. erectae, cujus praesidem sibi addictissimum habebat. Ita mater filii correctionem obtinere studuerat, quin ab incepto tyrocinio desisteret.

Utrum ex die 24. Maji seu potius ex die prima ad diem 29. Junii Londini manserit Ferdinandus, hand satis liquet. Certum est et Luciam, sarcina composita, Londinum properasse. Sed Comitissa ut certior facta est, pestem quam domo arcere voluerat in Anglia ingravescere, electrico nuntio per nummulariae praesidem misso, filium illico ad se revocavit, qui die 29. Junii, supellectile Londini relicta, Lucia comitante in patriam rediit.

Ut peccantem ad bonam frugem reduceret mater, eum spiritualibus exercitiis vacare studuit in quadam domo patrum societatis Jesu. Ast quin animae consuleret Ferdinandus in solitudine media excogitavit maternam vigilantiam eludendi: et revera, statim ac religiosam domum reliquit, Luciam alloqnutus, cum ea statuit Londinum remeare, ut illuc tuto matrimonium celebrarent, quod B. impossibile erat, nisi vel matris consensum obtineret vel per trinos submissionis actus ad legis tramites transiret.

Igitur ut propositum expleret, necessitatem causatus in Angliam revertendi, ut caponae pensiones solveret et sarcinas liberaret, calendis Augusti Ferdinandus Londinum rediit, quo jam praevenerat Lucia: nummos locatori reddendos nuptiarum tabellioni numeravit, ut etiam quae lege anglica servanda erant omitterentur: et die sexta ejusdem mensis Augusti matrimonium coram civili magistratu *(Registrar)* celebravit, eademque ipsa die literam ad avunculum misit, matri ostendendam, qua londinenses nuptias nuntiavit.

Vix quinque vel sex diebus elapsis ab hujusmodi matrimonio juvenes in patriam reversi sunt. Quo ut pervenit Ferdinandus, commissi poenituisse visus est, et ad matrimonium civili ritu Londini contractum, saecularis magistratus sententia delendum, die 14. Septembris in advocatum primo pro conjugii nullitate vindicanda mandatum contulit. Deinde Comes, matre curante, post specimen in jure datum, Constantinopolitanae legationi adscriptus, in novam sedem profectus est. Ubi tamen Constantinopolim pervenit, die 4. Novembris protestationem publice edendam contra judicium nullitatis matrimonii B initum transmisit ad Luciam ibi adhuc commorantem eandemque ad novum domicilium revocavit.

Die 21. praedicti mensis Novembris civile tribunal matrimonium duplici ex capite invalidavit: nempe ex defectu publicationum et ex defectu consensus matris, non interposito ad legis tramites trino submissionis actu. Constantinopoli, ubi Lucia cum eo commorabatur, mansit Ferdinandus usque ad mensem Septembris 1873, quo, urgentibus maternis sollicitationibus, clam Lutetiam Parisiorum primum migravit Lucia relicta: dein B. iterum rediit. Ex eo tempore jam non

amplins cum Lncia enm cohabitasse, licet quandoqne ipsam inviserit, pro certo teneri potest.

Anno volvente 1874 Ferdinandns, cum novisset matrem Ordinario preces obtulisse, ut quaestio de validitate matrimonii a filio cum Lucia initi ecclesiastica auctoritate definiretnr, et ipse institit rem dirimi ad tramites juris canonici. Inquisitio rite suscepta est, ter examini subjectns est vir, viri mater ac Lncia semel. Duo ab Ordinario consultores adhibiti doctissimi viri, qui pro nullitate matrimonii votum ediderunt. Sed dum jam Ordinarius sententiam erat latnrus, literam Ferdinandus conscripsit, qua agitatae conscientiae dubia exponebat ex eo acta, quod licet ipse civile matrimonium contrahere intendisset, tamen quia juramentum intercesserat, valde pertimescebat ne coram Deo dissolvi posset. Hac accepta epistola Antistes, ex ea rerum statnm valde immutatum fuisse existimavit, prouti ipse idem aperte professus est et die 9. Septembris 1874 sententiam edidit qna declaravit »*non constare de invaliditate matrimonii . . . ideoque idem matrimonium, quamvis illicite contractum, habendum esse ut validum.*

Mense Julio sequentis anni 1875 ab Ordinarii sententia ad S. C. C. provocavit Ferdinandus. S. Congregatio novam iniri inquisitionem decrevit, quae instituta est anno 1876. Interea temporis, idest mense Aprili 1876, Lucia aliud contraxerat B. civile matrimonium cum quodam Aloisio P. Deinde apud curiam B. ut s. Congregationis voluntati satisfieret, mense Octobris anni ejusdem Lucia, Ferdinandi mater, soror ac levir examen subierunt die 19. Junii 1877: seorsim vero Comes in longinquis Americae regionibns coram Episcopo civitatis F. quo profectns erat, ex nova Gubernii ad eam legationem destinatione.

Hisce omnibus absolutis causae propositio locum habuit.

Duplici ex vitio matrimonii Londini contracti nullitas propugnata est. Ex defectu consensus et ex defectu domicilii. Dictum est enim, ex universa factorum congerie in unum collecta hoc haberi: Nobilem adolescentem meretricis amores non matrimonium affectasse ac fovisse, illos abrumpi metuisse, et quodam vinculo perstringere fuisse molitum, quo libidini parta securitas dici posset, quin tamen ullum mulieri jus vel dominatus tribueretur. In Anglia matrimoninm precarinm esse snapte natura, religione, ritu, consuetndine, sive plurimis conditionibus resolubile. Hoc deliberasse Comitem: hoc illius sociam ac mancipium libenter accepisse. Haec tamen si conferantur cum sancto sacramenti vinculo divinitns instituto, duobns vitiis infecta deprehendi, *primum*, qnod formalis consensus defuit: *alterum*, qnod etsi non defuisset, conditioni erat adjectns nnde insanabili nullitate conjuginm afficiebatnr.

Formalem consensum defuisse apertum esse. Sane non consensnm quemlibet in omni actu requiri, sed ejusmodi esse oportere, qualis actus natnram decet: et utcnmque in Anglia matrimonium quod ajunt civile sacramenti natnram induat, ex doctrina a SSmo Pontifice Pio IX. tradita in allocntione diei 27. Sept. 1852 »*inter fideles matrimonium dari non posse quin uno eodemque tempore sit sacramentum:*« ita ut propter consensum et sacramenti continentiam, civilia connnbia et vera sunt et recta, sive eo ipso quod sunt legitimi contractus, sunt etiam sacramenta. Nihilominus quia haec praesumptio ex facto arguit ad mentem operantis, et actus agentis ultra illius intentionem non operatur, agentis intentioni esse inhaerendum. Jamvero si intentio contrahentis ea fnerit ut contractum a sacramento sejungeret, matrimonium nullnm esse, teste *Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 10. n. 6.*: *Tandem dubitatur an fideles contrahentes matrimonium possint ab eo ex intentione separare rationem sacramenti . . . si ea voluntas sit vera intentio separandi, quantum in ipsis est rationem sacramenti a matrimonio et celebrandi merum contractum naturalem, dicendum est non esse sacramentum defectu intentionis . . . et ita ego sentio, quia ex Christi institutione, inseparabile est a contractu matrimonii esse sacramenti: unde intentio non conficiendi sacramentum repugnat intentioni legitimae faciendi matrimonium, ut est contractus: sicut e contra, qui intenderet facere sacramentum matrimonii, non autem contractum, nihil efficeret: quia ex Christi institutione haec duo sunt inseparabiliter conjuncta.*

Atqui, quae ad nullitatem dno plurimum possunt, ambo in Comitis et Luciae civili conventione conspirare. Nam et in animo non habuerunt facere quod ecclesia requirit et civiliter tantnm, non religioso vinculo contrahere. Hanc fnisse viri intentionem, deduci ex ejusdem Ferdinandi testimonio, tum

ante tum post Archiepiscopi sententiam. Ante sententiam diei 18. Junii 1874 ipse deposuerat: »Declaro me, cum conjngium contraxi, intentionem expressam habuisse nihil aliud faciendi quam civile matrimonium, unicum quod ita fieri posse arbitratns sum: id est tale matrimonium, quod nullo coram Deo me vinculo perstringeret, usqne dum accederet sacerdotis benedictio, quam me consequturum quandoque sperabam. Eqnidem pro certo tenebam, nsque dum benedictionem obtinerem, mihi facile futurum nt per purum civile judicium me ab ejusmodi vinculo liberarem.« Deinceps in inquisitione rogatum et jurejnrando interposito idem respondisse: »Causa quae ad connnbium contrahendnm me impnlit, hand alia fuit, quam ut obstaculum matri meae pararem, quae volebat ut a Lncia sejungerer. Putabam enim sat grave obstaculum praebere matrimoninm civiliter tantum initum juxta Angliam legem, qua divortium quibnsdam in casibus permittitur.«

Hisce permotum Ordinarium jam eo fuisse ut pro nullitate matrimonii sententiam ferret, cum litteram Ferdinandi accepit, qua is conscientiae stimulis se exagitatum narrans, ob juramentum in nuptiarum celebratione praestitum, valde se dubitare ajebat ne coram Deo indissolubile esset connnbinm. Etenim aperte ei respondisse Ordinarium »tua littera rei statum funditns mutavit«. Verum hanc epistolam semel, iterum ac tertio conceptis verbis ac dilncide revocasse Ferdinandnm. Primo enim dixisse »Declaro epistolam ad Rmmum Ordinarinm tunc missam cum ipse mihi significavit se nullum decreturum matrimonium a me cum Lucia contractnm partam fuisse a passione qua Luciae adhaerebam,« deinde etiam scripsisse Rmmo Praesnli »ego matrimonium catholico ritu cum Lucia contrahere renuissem . . . per Deum jnro me nnnquam cogitasse, fore ut indissolubili vinculo obstringerer.«

Ex his cum constet de Comitis animo se coram ecclesia conjungi noluisse, supervacaneum esse disputare de animo Luciae: cum enim ex alterius parte sacramentum corruat, ex alia consistere nequire. Verum et ipsam duas literas conscripsisse, alteram Comiti, Ordinario alteram: in illa quidem asseruisse: »scripsi Episcopo me confiteri debere, nunquam in me intentionem fuisse religiosum tecum matrimonium contrahendi«; in altera vero: »Profiteor me nnnquam intentionem habuisse contrahendi cnm Comite religiosum quodvis matrimonium.«

Literis cohaerere quae Lncia deposnit, cum in Curia B. novissimo examini subjecta est: »si cum matrimonium contraxisti dictum tibi fuisset, te nnnqnam divertendi facultatem habituram, credisne futnrum fuisse ut non consentires?« et respondit: »aeque consensum dedissem«. Qua ex conditionali rogatione et responso plannm esse Luciam non divertendi conditionem prae oculis non habnisse: secus respondisset, se hac lege nupsisse ut perpetnnm vinculum contraheret. Et revera cnm rursus deinde Judex Luciam percontatus est: »Conventum nec ne fuit inter vos in posterum catholici sacerdotis benedictionem quaerere, vel saltem Comes unquam de hoc loquntus fuit?« eam responsum dedisse: »Ante matrimonium de hoc sermo factus est nnnquam: post matrimonium vero Comes aliquid dixit. Ipsi grave erat nequivisse coram ecclesia matrimonium contrahere, qnia *tunc mater vinculi validitatem admisisset.*«

Caeterum B. hanc omninm in animis insidere fixam opinionem: aliud esse civile matrimonium, aliud religiosum et quemadmodum civile in ecclesiastico per saecularem legem non continetnr, ita ecclesiasticnm in civili per ecclesiae legem non contineri. Igitur qui coram laico magistratn contrahunt, sive domi sive extra in opinione omnium civium B procul ab ecclesia contrahere. Hanc opinionem sequutum Ferdinandum matrimonium civile Londini contraxisse, quin unquam cogitasset catholicos ibi etiam religiose contrahere, dum coram civili officiali mutuum nubendi consensum praestant. Hoc autem certe animo affectum Comitem fuisse, qui ad Ordinarium scribere non dubitavit: »Ego nunquam credidissem, si mihi tunc dictum esset, matrimonium inter catholicos contrahi posse coram haeretico, qni sacramenti fidem non praestat.«

Alteram ex vitio consensus nullitatis causam erumpere, propter conditionem stipulationi adjectam de matrimonio quandoque dissolvendo: cum conditiones hujusmodi quae matrimonii substantiam afficiunt ejusdem nullitatem inducant. Ita *Gregorius IX. in cap. 7. de condit.*: »*Si conditiones contra substantiam conjugii inferantur, puta si alter dicat alteri: contraho tecum si generationem prolis evites vel donec inveniam aliam honore vel facultatibus ditiorem, aut si pro questu adulteranda te tradas, matrimonialis con-*

tractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu, licet aliae conditiones appositae in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.« Substantiam autem potissimum afficere, quidquid vinculi perpetuitatem immiunit. *Schmalzgrueber lib. 4. part. 2. tit. 5. n. 6. et seq., Gury compend. theol. moral. cum annot. Antonii Ballerini tract. de matrimon. n. 752.* et peculiariter de casu nuptiarum quae coram haeretico magistratu celebrantur, *Reiffenstuel lib. 4. tit. 5. § 2. n. 48.**)

Quo vero ad conditionis existentiam hoc tenendum esse, quod si nulla praesumptio conditionis probationi faveat, ut illa attendi possit, debet in ipso actu proponi: si autem praesumptio opituletur, non debet. *Coscius de separat. thori lib. 3. cap. 1. n. 14. et seq.***)

*) Auctores allati haec tradunt. Primus *Schmalzgrueber* loco citato ait: *Contra substantiam matrimonii pugnare censetur conditio, quando pugnat contra triplex bonum matrimonii, videlicet contra bonum prolis, bonum fidei et bonum sacramenti ... Tertium bonum poscit individuam societatem vitae, quam ommimodam consequutum est matrimonium consummatum inter fideles, ex elevatione ejusdem ad sacramentum. Cum hoc sacramenti bono repugnant conditiones de vitae societate restricta ad certum tempus. ... Talis est conditio resolutoria: cum enim matrimonium inducat vinculum ex sua natura indissolubile, sequitur eidem repugnare conditionem, quae illud semel legitime contractum dissolvat.* — Et *Gury* loc. cit.: *Quaeritur quinto an sit validum matrimonium initum sub conditione turpi Resp. Negative si conditio haec repugnet substantiae matrimonii triplici ejusmodi bono: idest 1. bono sacramenti, 2. bono fidei, 3. bono prolis: quod fieret si sponsi contrahendo matrimonium generationem prolis, fidelitatem in conjugio aut perpetuitatem in matrimonio excludant* — Eadem confirmat *Reinfest.: Infertur pro praxi, matrimonia sequenti modo contracta esse nulla .. contraho tecum ad certos annos, ut hac vel illa circumstantia eveniente aut non eveniente possim iterum discedere aut alteri nubere prout in multis locis faciunt haeretici, utpote qui cum hac expressa eisque praelecta conditione contrahunt, ut una pars discedere et alteri pro lubitu nubere queat, si compars adulterium committit, vel a secta haeretica ad fidem catholicam se vertit.*

**) Loco quo supra *Coscius* ait: *Hoc unum addere juvat: quod in cap. 16. cum auctoritate s. Rotae probantur, quod etsi haec conditio in actu conjugii non manifestatur, probare sufficit quod conjugium praecesserit, nec ante illud fuerit retractata. At eadem Rota inter decisiones impressas penes Ursayam aliter sensisse videtur: nam ibi firmat, quod si contrahentes ante matrimonium manifestaverint se velle contrahere sub hac vel illa conditione, neque deinde coram parocho et testibus, in actu contrahendi matrimonium eamdem conditionem expresserint, matrimonium pro puro haberi debeat. In hac decisionum varietate censeo quod haec posterior opinio procedat quando concurrunt circumstantiae, veram absolutam perfectamque conditionem excludentes, et limitationem recipiat in casu, quo conditio talis sit, ut attentis circumstantiis et concludentibus probationibus, de illa matrimonium praecedente dubitari non possit, quibus concurrentibus non conveniat aut honestati viri aut pudori mulieris, nec loci sanctitati coram quoque, numeroso populo, qui non semel celebrationi matrimonii interesse solet, praedictam publice in eodem actu pandere conditionem, sed tunc eam praecessisse probare sufficiat.*

Casum reapse esse de conditione cujus veritati praesumptiones faverent, etsi evidenter non probaretur. Anglico more Comitem et Luciam contraxisse coram anglico magistratu: matrimoninm inter anglos haereticos esse pallium conturbenii, quo propter satietatem excusso, libertas recuperatur. Et quoniam jure gentium locus regit actum, contrahentes oppido existimare debuisse, se lege ipsa dissolubile matrimonium contraxisse.

Gravissimam in facto praesumptionem deduci ex mulieris ingenio ac moribus, quos optime noverat Ferdinandus. Tandem praesumptiones veritati cedere debere, siquidem Ferdinandus in primo judiciali examine professus fuerit: »Ego volebam ut mihi liberum esset eam derelinquere si male se gereret. Si ex lege anglica facultas nulla fuisset ad divortium, diutius expectassem, antequam obligationem contraherem. Haec mea mens fuit cum consensum praestiti.« Ac in altero examine rogatus »cum consensum dedisti, libertatem matrimonium solvendi revera tibi in animo reservasti?« respondisse «ita est.« Nec secus in tertio examine deposuisse: ego me liberum habebam, si Lucia se male gereret.«

Nihil facere, quod juvenis hujusmodi declarationes revocasse visus sit in litera ad Episcopum missa, cum de matrimonio sententiam ipse erat laturus. Patere enim quid de illa epistola esset sentiendum, cum centies antea et postea declaraverit: »Ego libertatis recuperandae conditionem necessariam censebam ob praecedentes mulieris cui nubebam mores.

Hanc Ferdinandi mentem Luciae notam fuisse ex actis deprehendi: quamvis utrum id noverit necne nihil referat, cum individua sit matrimonii causa: et ex unius contrahentis parte posita conditio satis sit ad matrimonii nullitatem. Id testari *Cosci de sep.*

*thori lib. 1. cap. 16. n. 272. seqq. et Sanchez de matr. lib. 1. disp. 13.**)

Ad vitium formae gradum faciens Ferdinandi patronus causam invocabat huic undique similem in qua S. C. Congr. matrimonii nullitatem agnovit; deinde breviter praemonebat, matrimonia aliter quam proprio parocho praesente celebrata juxta Tridentinum Concilium irrita esse. Fallere quidem legem uti Decretum *Tametsi* promulgatum non fuerit (veluti de Auglia certissime constet) dummodo tamen partes in loco domicilium vel quasi-domicilium contraxerint.

Jamvero exploratissimum esse ex toto actorum processu ineunte mense Augusti juvenes non alia de causa Londinum petiisse quam ut coram magistratu contraherent. Luciam namque deposuisse coram judice: »Una cum eo Londinum reliqui ac B. perveni, rata post aliquos dies nos Londinum esse reversuros: sed Comes e civitate A. per telegraphicum nuncium mihi significat, ejus matrem eum revocasse ut nos separaret. Postridie literam ad me scripsit. Biduo aut triduo post ad me venit dicens: se proposuisse me uxorem ducere atque ideo se debere Londinum redire ut necessaria omnia disponeret: quo cum omnia in promptu essent futura, ego eum fuissem assequuta.«

Et Ferdinandum: »cum Londinum profectus sum die 31. Julii, eo reversus sum unice ad hoc ut matrimonium contraherem.« Ac rursus in novissimo examine: ego reditum feci, ut ibi (Londini) uxorem ducerem.« Et revera quatuor aut quinque post adventum diebus juvenes magistratum adiisse ac deinde vix quinque vel sex diebus elapsis B. reverti properasse.

*) Conditionem contrariam fini matrimonii positam ex parte unius tantum ex contrahentibus matrimonium vitiare apertius liquet ex auctore *Coscio* qui opere citato ait: *Quinimo hanc conditionem (non cohabitandi) ..... utpote oppositam uni ex principalibus finibus matrimonii, matrimonii nullitatem inducere docet D. Thomas. Atque adeo hoc etiam in casu quo aliter ex contrahentibus nesciat alterum sub praedicta conditione matrimonium contrahere. Cum enim intentio sub ea conditione contrahentis sit intentio non contrahendi matrimonium verum sed fictum, nullum proinde reddit ejusdem matrimonii valorem, altero quoque contrahente ignorante verumque consensum absolute exhibente ut firmat Sanchez, Castropal, Piton. etc. Nullum est ergo matrimonium sive conditio ponatur ex parte unius sive ex parte utriusque contrahentis; quoties enim unus vel ambo protestati sunt non aliter contrahere quam sub conditione contraria fini matrimonii irritum idem evadit, dummodo hanc conditionem praecessisse probetur. nam consensus deinde praestitus coram parocho et testibus censetur praestitus eodem animo et intentione, etiamsi haec non fuerit iterum in actu conjugali manifestata, modo tamen retractatam fuisse non constet.*

In eo igitur totam quaestionem versari debere ut investigetur utrum Comes et Lucia Londini quasidomicilium adepti fuissent antequam coram civili magistratu contraherent. Cum autem domicilium vel quasi domicilium animo et corpore acquiratur sive diuturna habitatione et proposito manendi ad majorem anni partem, ante omnia esse inquirendum, utrum pro validitate dimicanti onus incumbat probandi conditiones animi et incolatus defuisse. Atqui vulgarem jurisprudentiam docere in clandestinis nuptiis pro nullitate praesumi. *Monacell. formul. leg. praef. tom. 1. part. 2. tit. 16. form. n. 28., Tamburin. in expl. decal. lib. 8. de matrim. cap. 2. § 3. n. 15.*

Nec valere objectionem, quod nullitas matrimonii clandestini Tridentino jure invecta sit et quod hujusmodi jns in Anglia non vigeat. Hanc enim abjectionem supponere odium pro clandestinis nuptiis in Tridentina synodo initium habuisse, cum econtra constet jure decretalium (quo Angliae matrimonia regi debent) quamvis irrita matrimonia non essent fuisse certe ecclesiae interdicto ac poenis obnoxia. Quamobrem veteri disciplina in clandestinis nuptiis pro nullitate praesumi, *Schmalzgruber tom. 4. art. 1. tit. 3. de cland. desp. n. 89. seq.*

Verumtamen hoc capite seposito ostendi posse nec animum nec incolatum pro validitate confici valere in casu. Etenim quoad animum refert quasidomicilium non contrahi

*) Vd. *p. 1513.*

nisi probetur incolam morari voluisse saltem ad majorem anni partem, *Engel de cland. desp. n.. 2.*, *Barbosa annot. in Conc. Trid. sess. 24. de R. c. 1. n. 6.*, *Antoine moral. de matr. § 452. not.*

At hunc animum nec habuisse Ferdinandum in perbrevi Angliae incolatu nec habere potuisse. Die 24. Maji (vel quod verius videtur) die prima Junii hoc illius hospitium incepisse: discessum contigisse die 29. ejusdem mensis Junii: ideoque ejus moram vel octo supra viginti vel ad summum sex ultra triginta dies non excedere. Ex integro vero processu sive comitis sive ejus matris vel sororis vel Leviri responsa perpendantur apertissime erui ipsum nonnisi coactum ad nutum matris B. discessisse ac Londinum petiisse. Jamvero de eo qui invitus alio tendit, nihil alind praesumi posse quam studium redeundi. Quamobrem in jure qui ad custodiam vel ad correctionem alio mittuntur, quasi-domicilium in loco non adquirunt cum ipsi teste *Bened. XIV.* (instit. eccles. 33. n. 12.) *nihil magis exspectant quam ut solutis vinculis paternas aedes revisant.* Hanc juris interpretationem confirmare *Monacell. Form. pract. suppl. ad vol. 1. tit. 8. n. 170.*; *Ursaya discept eccles. tom. 2. par. 1. disc. 10. n. 36.*; *Ferraris biblioth. voc. imped. matr. art. 2. n. 90.*; *Giraldi expos. jur. pont. t. 2. sect. 115. n. 7.*; *Cossi de sep. thori lib. 1. cap. 14. n. 42.*

Huic causae consentaneum fuisse, quod Ferdinandus nesciret quamdiu Londini consistere deberet fassus sit in examinibus »ego nihil certi constitueram ... ignorabam quamdiu Londini mansissem.« Eidem causae consentaneum fuisse quod moram in ea civitate perferre non posset et alibi emolumentum ex aliquo officio quaereret, cen patet ex litteris ab eo scriptis ad matrem at ad amicum qui Parisiis morabatur.

Praeterea officii causa Comitem animum habere nequivisse manendi vel diu vel breviter in Anglia, quia legationis officio B. erat addictus ac dimissionem temporaneam obtinuerit ut se juris specimini pararet, quod reapse subiit anno 1872 mensibus Martii et Augusti.

Nihil facere quod in argentaria mensa officium suscepisset Ferdinandus. Quidquid in inquisitionibus quandoque ipse dixerit, haerens inter mulieris illecebras ac veritatem apertissime loqui literas ad matrem missas dum Londini morabatur quibus unicum ad eam redeundi desiderium expressit.

Tandem prae oculis esse habendum dno in jure fundamenta ad quasi-domicilium acquirendum necessaria in casu omnino deficere. Primum esse quod animus manendi ad majorem anni partem non sufficit nisi prioris domicilii desereudi propositum accedat: *Barbosa vota decisiva lib. 2. fol. 10. art. 1. n. 8.*; *Ursaya disc. eccles. tom. 2. part. 1. disc. 10. n. 11.*; *Rota in Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705 § 6. cor. Priolo.* Ut enim quis dicatur parochianus alicujus ecclesiae non sufficere simplicem et corporalem habitationem et ut in jure dicitur asyninam sed requiri animum desereudi primum domicilium et permanendi in secundo, cum quo statim de jure adquiritur nisi aliter per aliquam municipalem legem statutum habeatur, ut in praesenti, et sine quo neque per mille annos acquisivisse censetur.

Sed alterum ad quasidomicilium contrahendum gravissimum requiri quod scilicet uterque conjux diu etiam post nuptias in loco moratus fuerit atque iude inopinata causa revocante discesserit. Nam repentinam post matrimonium profectionem evidenter docere vel conjuges nihil alind quam in frandem contrahere voluisse, vel ab initio manendi animum non habuisse. Ita *Benedictum XIV. in Notif. 13. tom. 2. n. 8. et 9.* necnon in citata constitutione *Paucis abhinc* etc.: »*Dubitari autem posset num ad quasi-domicilium adquirendum matrimonii causa uti diximus non solum requiratur praecedens habitatio verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium. Verum cum observaverimus subsequentem habitationem ab iis auctoribus qui hanc tractarunt materiam, tamquam magni momenti adminiculum reputari ut novum domicilium quaesitum dicatur nihil vero de illa praescriptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paullo ante definitione penes Fagnanum nolumus hac de re quidquam novi decernere.*«

Ex documentis constare conjuges quinque vel sex diebus elapsis a matrimonio B. rediisse: atque hoc factum sufficere ad primi deserendi domicilii animum et diuturnam subsequentem nuptias habitationem excludendam.

Hactenus de animo. Verum quasi-domicilii conditionem esse habitationem, in qua

sepositis praesumptionibus materialis certitudo sequenda est, quia juxta *Sanchez lib. 3. disp. 23. n. 2.* »*Domicilium habitationis non adquiritur solo animo habitandi, sed animo et facto nempe habitatione ipsa.* Et data opera salebrosas animi investigationes praecidendas Summum Pontificem Benedict. XIV. in iis qui locum adeunt Tridentinae legi haud obnoxium terminum constituisse quo deficiente quasi-domicilium admitti nequit. Hunc vero terminum saltem ad mensem*) esse producendum tradere in eadem constitutione *Paucis abhinc* in qua legitur: *Post haec necessarium fore censemus nonnihil adjungere, ut in propatulo sit quidnam requiratur ad quasidomicilium adipiscendum. Verum hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis ille qui contrahit habitaverit in loco ubi matrimonium celebratur.*

In hoc igitur esse praecipuum controversiae nucleum quod triginta dierum terminus omnino defuit in Luciae et Comitis incolatu. Sane vel die 24. Maji vel prima Junii habitationem cepisse et primum ex Anglia discessum locum habuisse die 29. ejusdem mensis Junii. Post mensem B. exactum eo rediisse. Quaerendum itaque esse in jure »an habitatio ad quasidomicilium debeat esse continua et numquam intercepta vel potius sufficiat illam quomodocumque neglectis absentiae intervallis comptari.« Jure Romano continuitatem fuisse necessariam cum certus dierum numerus constitueretur; certum esse ex *Ulpiano in fr. 1. § 9. de agnosc. lib.*: *Dies autem triginta continuos accipere debemus ex die divortii non utilis. Et Justinian. in § 16. instit. de excus.*: *Qui autem excusare se volunt non appellant sed intra dies quinquaginta continuos, ex quo cognoverunt excusare se debent.* Hanc theoriam sequutam fuisse *s. Rotam in dec. 695. n. 5. part. 18. tom. 2.* et in *decis. 95. n. 4. part. 17. Rec.* Eamdem in sententiam ivisse *Card. de Luca de matrim. disc. 1. n. 11.***) *et Menoch. de arbitrar. cas. 86. n. 13.* qui ait *assidua ergo habitatio arguit domicilium esse contractum atque ita sentiunt omnes.*

Tandem vinculi matrimonialis adsertori respondens animi ad majorem anni partem habitandi necessitatem, una cum facto habitationis continnae saltem unius mensis ante matrimonium evincebat ex voto Emi Tarqninii qui dilucide ostendit: per spatium saltem nnins mensis in constitutione *Paucis* designatum nihil aliud praebere voluisse Pontificem sapientissimum quam probationem quamdam praesumptivam in rebus dubiis de vera sinceraque voluntate permanendi ad majorem anni partem, quoties de animo non constaret. Nec Comitem peregrinum dici posse neque vagam Luciam contendebat. Duo enim requiri nt quis vagus sit: quod domicilium deseruerit et quod aliud requirat teste *Schmalzgrueber* qui *lib. 4. par. 2. tit. 3. n. 168.* definitionem tradit: *vagorum sive eorum qui verum aut quasi-domicilium nuspiam habent, sed hinc inde vagantur vel domicilio quod habuerunt deserto aliud quaerunt aut ad certum locum animo ibi domicilium constituendi proficiscuntur.* Idipsum tenere *Sanchez de matr. lib. 3. disp. 25. n. 1*; *Zallinger instit. jur. eccl. lib. 1. tit. 2. § 149*; *Reiffenstuel lib. 4. tit. 3. n. 86*; *Rosignol. de matr. par. 1. praenot. 22. n. 1. seqq.*

Contrarium prorsus ex factis constare, cum enim Lucia nuptias in Anglia contraxit septemdecim jam mensibus in civitate B. morabatur. Atqui absonum esse diuturnam et certi loci habitatricem vagam nuncupare. Hoc argumentum funditus absolvisse S. Congregationem in causa *Lauretana 13. Julii 1725* juxta synopsim quam in folio composuit ipse Benedictus XIV., dum secretarii munere fungeretur. Et recentius in causa *Comen. seu Mediolanen. 5. Decembris 1863.* Verum posito etiam quod vaga censenda esset Lucia

*) Vd *p. 1496 §*: *Jam* etc.

**) *Menochii* et *Cardinalis De Luca* verba nobis digna sunt quae in praesenti causa lectorum nostrorum oculis integra subjicerentur. Habet citato loco Menochius: *Assidua ergo habitatio arguit domicilium esse contractum, nam scimus simplicem conversationem habitationemque sine illa assiduitate non facere aliquem incolam: l. libertus § solo ff. ad Municipal., quamquam Alciatus male sentiat solam habitationem domicilium constituere. Assidua ergo habitatio arguit contractum esse domicilium: atque ita sentiunt omnes.* Et Cardinalis De Luca: *Est opinio probabilior quae tribuitur Friderico de Senis cons. 254. quam sequitur S. C. C. ut ad hunc effectum matrimonii sufficiat sola habitatio absque necessitate explicite vel implicite declarationis animi vel temporis notabilis, seu aliorum requisitorum quae de jure desiderantur ad contrahendum formale domicilium quoad alios effectus, dummodo sit habitatio constans ac formalis in ea parochia privative ad praecedentem habitationem in priori; secus autem si sit gratia recreationis vel ex alia causa accidentali, priori habitatione non derelicta atque cum brevi reversione ad eam ex deductis per Fagnan.*

si de nuptiis agatur initis haereticorum forma etiam vagnm communi disciplinae subjici, ex qua matrimonium in frandem initum non valet, nisi quasi-domicilium praecesserit. *Reinfest. lib. 4. tit. 3. n. 88. seqq.*

Unnm superesse explorandum, nempe an Comes dici posset peregrinus. Peregrinos esse qni iter faciunt et in itinere hic illic morantnr, quod certe Ferdinando non convenit. Et etiamsi peregrinns esset, matrimonium contrahere eum debnisse non in loco in quo forte versatur sed in quo retinet domicilinm, *Perrone de matrim. christ. lib. 2. sect. 1. cap. 6. art. 4.*

Nuptiarum validitatem adsertnrus ex facto ad consensns existentiam arguebat, ex confessionibns ac litteris deducens jamdiu Ferdinandum animo concepisse Lnciae nubere, idque matri haud obscnre innnisse scribens vehementer angi ex una cogitatione derelinquendi mulierem »*quae jam biennio uti propria habita est*«. Propositum nuptias in Britannia contrahendi tnm constituisse, cum B. revocatns deprehendit a matre praepediri ne Londinum reverteret secnm ducens mulierem. In hnjusmodi antem cogitationem venisse ea tantum de causa ne submitti cogeretnr atque ut citius res expediri posset eo modo qni nnicus possibilis sibi visus est.

Et ignorasset etiam Sacramenti natnram indnere matrimoninm ibidem celebratum hunc tamen errore haud effecisse quod ipsins conjugium a Sacramento sejungeretnr: cum juxta commnnem DD. sententiam error in jnre circa canonicum impedimentnm non inficiat Sacramentum qnia consensum non minuit. *Covarruv. tit. de spons. p. 2. c. 3. n. 2. et Sanchez de matr. l. 2. disp. 32. n. 1.*

Hac in erronea sed innocna opinione matnra cum deliberatione matrimonium celebrasse Ferdinandnm, certo sibi proponentem consequentias patienter subitnrum, cnm eadem ipsa die nuptiarum ad avunculnm scripserit: »nxorem duxi (Luciam) juxta Angliae leges. Omnes hujus actus consequentias apprime novi, vitam privationis et sacrificii quae seqnetur excipiam.« Quia vero quam in mulierem duxerat apprime noverat, eum vehementer exoptasse e patria discedere, ne matrimonium in vulgus notum esset.

Haec confirmari a judiciali Comitis examine. Cum enim percunctatus eum fnisset judex »quam protulisti formnlam coram magistratu civili, verum necne consensum exprimebat?« respondit »utique omnino«. Urgebat judex »consensum serio ac candide dedisti nou solnm verbo sed reapse etiam animo?« et responsum dedit »ntique«; rursus eum interrogabat »hujus consensns significatio erat necne ligandi conjuges quousque viverent?« et affirmavit »snapte natura significatio consensus erat, toto vitae temporis ligandi«. His aliisque similibus Comitis responsionibns, qualis ejns animus fuerit cnm matrimonium contraxit, apertum haberi.

Ex juramenti religione quae connnbii vinculo accessit, qnid revera Ferdinandns agere voluerit accipis: qnia juramento juxta *Sanchez de matr. lib. 1. disp. 2. n. 20. ea inest virtus, ut faciat valere actus alias invalidos, eo modo quo valere possunt.*« Etenim Comitem in judicio nullitatis apud civile tribunal B. esse protestatnm »coram Deo et hominibus ego snbscriptus declaro, numquam me admisisse tribunali potestatem competere solvendi jusjurandum qnod edidi vel datam promissionem.« Iisdem propemodnm verbis ad Ordinarinm declarationem misisse, cum fortasse persensit enm ad nullitatis sententiam proferendam inclinare.

Argumentum ex doctrina a Sanchez tradita *de matrim. 12. disc. 10. n. 6.*, quod nimirnm contrahentes cnm rationem contractus a Sacramenti ratione sejungere cupiunt nullum reddunt utrumque nihili esse faciendum, quia tnnc id accidit, qnando contrahentes veram intentionem habent separandi, quantum in ipsis est, rationem Sacramenti a matrimonio. Ferdinandnm veram hanc intentionem haud habuisse, ostendi inprimis ex allatis contrariae volnntatis jurejurando firmatae argnmentis: secundo constare qnod tam longe ab eo erat intentio hujusmodi ut potius econtra vehementer sacerdotalem consequi benedictionem exoptaret. Siqnidem in litera ad avnncnlum scribebat »Serius forsan in longinqua aliqua regione nobis datum erit a catholico presbytero conjugii nostri benedictionem consequi.«

Ceternm quaestionem a Sanchez propositam intimius perpendere *Schmalzgrueber de spons. et matr. lib. 4. part. 1. n. 304.* qui utcnmque judicet veriorem sententiam illorum qni negant posse fideles baptizatos matrimonium contrahere, quod verum sit ac validum ratione contractus et rationem sacramenti non habeat; in specie tamen hnic omnino persimili duplicem in contrahentibns intentionem arguit: primam nimirum legitimam ac generalem contrahendi matrimonium modo qno possnnt fideles baptizati, alteram erroneam et conditionatam, contrahendi nimirum ratione solius contractus absque sacramento, si ab eo sejnngi possit matrimoninm. Praevalente antem prima, tamqnam potentiore ac moderante contractnm secundam nihil operari: quia prima ac principalis intentionem non destrnit.

Jamvero Ferdinandum, christiannm et catholicum virum, matrimonium in Anglia celebrare constituisse, non ea dnctum ratione quod simulacrum pro lubitn confringendnm faceret, sed ne snbmissiones snbiret ac citins rem expediret. Brevi. Qnum obsistente matris voluntate religiosas nuptias in patria celebrare nequiret, satis esse duxisse validum coram civili magistratn Londini connnbium inire, et hanc esse primam intentionem qnam citatus anctor generalem et legitimam appellat. Erroneam opinionem in eo esse, qnod posset in Anglia conjngio devinci ratione contractus non ratione sacramenti: ideoque cum posset sacramentaliter nnbere, deliberasse nnbere civiliter eo nimirum modo qnem *unice possibilem censebat.* Ergo cum erronea ejusdem opinio circa Sacramenti valorem subordinata omnino esset volnntati contrahendi qnoquo modo matrimoninm, cumque ex parte ecclesiae haud dirimens impedimentum obsisteret, praevalente prima ac generali intentione celebrandi connnbium secnndam intentionem erroneam si qnae fuit nihil operari potuisse.

Ad secnndnm procedens consensus defectum desumptnm ex conditione dissolubilitatis quam habuisse Ferdinandnm asseritur, respondebat primo negando snppositum; qnia Eerdinandns intentionem istam neque antea neque in actu matrimonii verbis expressit, neque etiam voluntate firmavit. Ex actis sat aperte constare ipsum hnjusmodi intentionem nec Lnciae nec matri unqnam patefecisse; in actu matrimonii vero novisse ntique Anglica lege divortium admitti, sed contra intentionem certissimam sese toto vitae tempore obligandi. Ast deficiente determinata intentione, qnae vel moderari vel destruere potnisset vinculum per totam vitam duratnrum, simplicem cognitionem facultatis divertendi haud satis fuisse ad primaevam illam intentionem elidendam.

In matrimonii contractn non illud inficere conditionem quamlibet quoquo modo conceptam etiam matrimonii substantiae contrariam; sed eam tantummodo in qua actns voluntatis innititnr si nimirum non aliter contractns fieret, quam sub eadem praeconcepta conditione. *Pontius de matr. lib. 1. cap. 20. n. 11.*

Rei statum non immntare declarationes Comitis tum expressas cum non amplins communem vitam cnm Lucia dnceret, quod scilicet nnmquam matrimonium iniisset, si illud rescindere haudqnaqnam potuisset. Etenim semper redire qnod ob unam dumtaxat causam matrimonium Londini celebravit, ne scilicet submitti cogeretur; (secns contraxisset etiam sub ocnlis matris) qnod Lnciam sibi uxorem copulavit quousque viveret quod sacerdotalem benedictionem exoptavit quod tandem vitae incommodis et angustiis sponte obviam ivit, qnas sibi imminere praenovit.

Ad *formae* vitium gradum faciens illud prae ocnlis habendum esse monebat qnod nempe Ferdinandus post qnasi-domicilium in Anglia contractnm precario exinde discesserat eo tamen animo ut reverteretnr, non inde migraturus nisi tantnmmodo peregrinandi procul a patria atque ibi lares fixnrus, ubi necessariam substentationem tum sibi tum conjugi comparare posset.

In jure invocabat et ipse Urbani VIII. decretum et constitntionem *Paucis abhinc* qnam et ejns contradictor invocavit. In facto nullam contendebat dubitationem exnrgere posse de quasi-domicilio a Comite Londini contracto, ratione temporis officii et animi.

Intercepto diplomatico tyrocinio Ferdinandnm Londinnm migrasse ibiqne mansisse a die 24. Maji ad diem 29. Junii, scilicet ultra mensem, qui ad tempus conficiendnm sufficit.

Praeter temporis effluxum animnm habuisse Comitem Londini permanendi ad hoc nt nnmmularii exercitii peritiam acqnireret nsquedum ex alia opportunitate aliud consequeretur officnm quo ad vitam indepenenter a matre sustentandam fieret idonens. Hoc prae omnibus ei in votis fnisse. Judici enim delegato eumdem roganti »si illo temporis spatio quo acquiescebas a munere (addicti legatorum curriculo) invenire potuisses alium vitae statum ant munns vel officium quo procurare tibi potuisses vitae necessaria

nonne libenter id fuisses amplexus?« respondisse Comitem »utique; officium excepissem quo vitae necessitatibus occurrere potuissem quia id unum exoptabam, ut a subjectione liberarer.« Idipsum ex aliis documentis erui necnon ex Luciae examine.

Cum autem B. per electricum nuntium revocatus fuisset a matre Ferdinandus et deprehendisset haud amplius se debere Londinum remeare, hoc tamen haud obstante iu consilio redeundi eum perstitisse ex ejusdem et Luciae examinibus procul ulla dubii umbra constare. Hauc ergo mentem, hunc animum Comiti fuisse: retinendi domicilium Londini contractum usque ad nuptiarum celebrationem.

Utcumque vero haud quidem deliberasset perpetuam ibidem mansionem constituere, quin tamen B. remeare cogitaret, peregriuari potius ad exteras regiones exoptasse ubi propriae ac conjugis substeutationi posset consulere. Id avunculo scripsisse Comitem eadem nuptiarum die.

Ex his duo argumenta gravissima erumpere contra exceptionem defectus domicilii. Si enim jamdudum praestituerat lucrosum aliquod officium ubique gentium comparare et alioquin ceu avunculo scripsit impossibile moraliter reputabat ad patriam remeare et de facto Londinensem domum nunquam dimisit consequitur: aut ipsum non obstaute precaria unius mensis interruptione domicilium semper retinuisse ad seusum *Leg. 7. cod. lib. 10. de incolis* aut peregrinantem vitam iuire coustituisse, *l. ejus* § *Celsus ff. ad municipal.* In primo casu matrimonii validitatem iuficiari neminem posse: iu secundo non minus validum fuisse matrimonium Londini perdurante peregriuaudi animo contractum, *Pontius de matr. lib. 5. cap. 9. n. 9.*

Aliud sed superesse argumentum haud miuus grave ex parte mulieris. Eam namque nullam habuisse permanentem civitatem certum esse ideoque uti vagam habendam. Cum autem ipsa velut umbra Ferdinaudum sequeretur nihil obstare quod vel peregrinaretur ubique locorum vel Londini domicilium haberet, uude nonuisi ad dies brevissimos abscedere cogitabat, prouti ex ejus examine constat. Vel igitur uti vaga habenda esset Lucia vel uti in Anglia domicilium retiuens; utroque in casu valide matrimonium contraxisse Ferdiuandum quae eidem nupsit. *Reiff. lib. 4. tit. 3.* § *3. n. 121.* Hisce praejactis Eminentissimis Patribus S. C. C. propositum fuit dirimendum

Dubium:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

Die 4. Maji 1878. Emi Patres responsum ediderunt:

Affirmative.

Continuatio.

Distinctionem iuter domicilium et quasi-domicilium sumeus ex *Schmalzgrueber jure eccl. par. 1. tit. 2.* § *2. n. 8.* qui ait: *utrumque hoc (domicilium) rursum duplex est: unum quod quasi-domicilium dicitur, ac diuturnam in loco commorationem non tamen stabilem ac perpetuam petit, alterum quod simpliciter domicilium appellatur ac stabili dumtaxat et perpetua habitatione contrahitur*: quasi-domicilii necessitatem ad matrimonium valide contraheudum constituebat. Deiu quasi-domicilii notas esseutiales describebat ex eodem auctore qui *loc. cit. n. 16.* haec addit: *Quasi-domicilium sortitur aliquis in loco illo in quo animo non perpetuo, sed per annum vel saltem notabilem majorem anni partem commorandi degit.*

Habuisse concedebat Ferdinandum domicilium B. et insuper pluribus in locis pro temporum ac officiorum varietate quasi-domicilium habuisse: Londiui autem dum conducta mercede argeutariae mercaturae operam navabat. Rebus sic stantibus nihil prohibuisse quominus et matrimonium Loudiui celebraret. *Innocentius in cap. omnis utriusque sexus n. 6. de poenit. et remiss., Sanchez de matr. lib. 3. disp. 32. n. 12.*, Hutardus de Sacr. et cens. disp. 5. de *matr. diff. 5. n. 19.* aliique et *Rota Romana in Faventina Nullitatis matrimonii 3. Junii 1771.* § *coram Riminaldi.*

Constituisse Londini lares Ferdinandum exinde domum ad mensem couduxisse, utut ibi juxta morem civitatis pensiones de hebdomada in hebdomadam persolvi soleant. Ibi transtulisse suppellectilem quae ad temporis spatium sat longum sufficeret fere nihil B. relinquens. Facto habitationis accedere animum ibidem maneudi ad majorem anni partem quia uuo aut altero auno Comes nummulariae mensae operam erat praestiturus. Ergo neminem

inficiari valere quasi-domicilium a Ferdinando Londini contractum.

Neque dici posse domicilium abdicavisse quia die 29. Junii B. profectus est unde electrico nuntio fuerat vocatus: quia domicilium non amittitur ab eo qui ex temporanea ac precaria causa a loco abscedit in quo suam sedem constituit; exinde non discessurus si nihil avocet, *unde cum profectus est peregrinari videtur, quo si rediit peregrinari jam desiit (l. 7. ced. de inc. tit. 10.)* Nimirum contractum domicilium conservare illum qui ab ejusdem loco recedit, cum animo et proposito redeundi, *Gratian. discept. for. cap. 494. n. 16; Fagnanus in cap. significavit de paroch. n. 31.; Rota in Nullius seu Senogallien. Bonorum 13. Maji 1697.* § *122. coram Muto.*

In facto dubitari uou posse de animo redeundi ad habitationem Londini constitutam in quo perstitit Ferdinandus dum in B. civitatem fuit arcessitus. Revera cum rediisset et novisset matrem obsistere ne in Angliam rediret, hoc tamen haud obstante in proposito mansisse redeundi.

Tandem nullius valoris esse objectionem quod scilicet non ex propria electioue sese Londinum contulerit Comes, sed ex matris voluntate quae ibi eumdem demigrare compulit punitionis causa. Etenim ex hoc non deduci ut vellet Comitis patronus eum comparari posse illis qui ad correctionem seu custodiam detinentur in carcerem. Perperam itaque ex adverso invocari *Coscii* auctoritatem qui tradit nullum esse matrimonium contractum coram parocho carceris ab iis qui ibi accidentaliter detineutur ad correctionem seu ad custodiam. At Ferdinandus qui erat aetate major sui juris uullo crimine inquisitus nulla mulctatus damnatione, nonuisi injuria comparari facinorosis cum esset plena libertate praeditus eligendi domicilii. Et admisso etiam quod materuae puuitionis causa Londini moraretur uihil unquam communis eum habere cum domicilio reclusi in carceribus loco custodiae: nihil enim magis exoptasse quam se nulli subjectum reddere.

Quod Loudiuensem incolatum abhorreret thesim haud immutare: mauere euim semper eum alio migrare noluisse *si nihil avocaret*: quae conditio domiciliorum omuium propria est.

Demum nihil Comiti proficere ex Benedictiua constitutioue *Paucis* vel ex voto Emi Tarquinii. Etenim Pontificem doctissimum jus commune coufirmasse ad cujus normam redigitur constitutio et mensis unius habitatione ueram praesumptionem haberi, quatenus nihil de animo constet. Id ipsum coufirmare theologum *Ballerini in commentariis ad Gury tract. de matr. n. 839 adnotat. 6. in fine: Neque enim Pontifex ibi statuere voluit aut moram unius mensis sufficere quoad eum qui animum non habeat acquirendi domicilium vel quasi, aut eum qui hunc animum habeat prius non posse valide contrahere quam mensis elabatur; aut denique mensis spatium sufficere ad domicilium vel quasi domicilium acquirendum: sed mere indicium tradere voluit, quo satis praesumi possit animum acquirendi saltem quasidomicilium contrahendi fuisse atque ideo nisi quid secus suadeat, pro validitate matrimonii judicandum esse.*

Postremum matrimonii adsertoris objectiouem ante omnia suscipiens praemonebat eum ipsum confitentem haberi ex Benedicti constitutione quasidomicilium deficere si aliqua plus minusve notabilis absentia ex eodem loco ceu in casu cum animo redeundi intercesserit, Tarquinium mensem sine animo posthabuisse, Ballerinium animum sine mense admittere. At neutruiu quidquam dicere de absentia quae in ipsa mora intercessit. Manere igitur missa quaestione de animo ad quasi-domicilium constitueudum interpolatam moram non suffragari.

Ast animum Comitis matrimonii defensorem ex duobus demoustrare: 1) quod habuit iu mensa nummularia officium, 2) quod domunculam inhabitandam in Anglia conduxit. Verum ex ipsius locatoris notulis patere habitationem couductam fuisse ad hebdomadam, et si ad longum tempus inhabitare juvenes voluissent consuetudiuem de hebdomada non elegissent.

Quod respicit officium ex actis pariter constare illud uec serio oblatum nec serio acceptum fuisse. Comitem dum Londini consisteret, amicos fuise percontatum ut aliquod sibi ministerium ubicumque comparare rent. Nec casum esse objiciendum de eo qui post susceptum aliquo in loco domicilium alio migrare meditatur, sed iuterea temporis illius loci iucola censetur. Nam Ferdinandus usque ab initio Angliam petiit eo animo ut alio teuderet et lucrosum sibi munus inveniret.

Nec admitti posse ipsum uno aut altero anno Loudiui manere cogitavisse: uam facta

docere Comitem semper matris nutum sequi debuisse nunquam propriam voluntatem, in illo legatorum curriculo quem jamdiu inierat precariam absentiae veniam accepisse ut duo specimina ederet alterum in jure gentium alterum in jurisprudentia. Factum denique eloquentissimum haberi in eo quod vix civili inita conjunctione ex Anglia discessit nunquam amplius reversurus. Etenim praeter tradita in constitutione *Paucis* de subsequenti habitatione *Natal. Alex. in theol. dogm. et moral. lib. 2. de sacr. matr. cap. 2. art. 2. regul. 6.* docere: *Ad adquirendum quasi-domicilium oportet ut contrahentes non solum habeant praecedentem habitationem, verum etiam subsequentem ad aliquod temporis spatium. Verum subseguens habitatio ab omnibus auctoribus qui hanc tractarunt materiam tamquam magni momenti adminiculum est reputata.*

Axioma quod domicilium non amittatur ab eo qui ex temporanea ac precaria causa ab eo discedit cum animo redeundi aptari non posse ad quasi-domicilium. Textum enim *in l. 7. Cod. de incolis* et Rotae decisionem ex adverso allatam loqui de domicilio minime vero de quasi-domicilio habitationis. Locum ubi Comes larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit non esse Angliam sed B., neque probari Comitem ex Anglia B. redeuntem peregrinari voluisse sed peregrinantem potius videri potuisse cum ex domicilio B. Londinum proficisceretur.

Admitti nequire ex Anglia discedentes revertendi animum habuisse. Duplicem animum esse posse in loci mutatione: alterum quasi-domicilii contrahendi aut resumendi, alterum matrimonium ineundi. Discrimen inter utrumque maximum hoc esse quod animus quasi-domicilii bona fide ducit ad matrimonii validitatem, alterum mala fide ad nullitatem: *Benedictus XIV. in institut. 33.* Omnem ergo habitationis mutationem ad contrahendum matrimonium sine quasi-domicilii animo et facto veluti in fraudem susceptam nullitatem parere, eo magis parere cum fiat ad locum in quo Tridentina synodus non viget. *Benedictus XVI. de synodo lib. 12. cap. 4. n. 9. 10.*

In facto veritatem hanc esse. Juvenes prima vice B. reversuros in Angliam proficisci ut ibi ad longum tempus consisterent nunquam cogitasse: sed ut B. redierunt, novum illico ab eis consilium fuisse susceptum revertendi, non ad manendum sed ad fraudulentas nuptias celebrandas ut iis compositis discederent. Itaque nihil aliud haberi quam animum redeundi ad fraudandum ideoque per primum ex Anglia discessum non modo factum habitationis defuisse sed etiam talem habitandi animum qualem lex requirit.

Totam igitur causam his finibus contineri. Mensem circiter juvenes in Anglia absumpserunt absque animo ad longum tempus manendi. Etiamsi animum manendi habuissent et quasi-domicilium adipisci potuissent factam deinde fuisse ad alium mensem mutationem et animi et habitationis. Habitationis quia triginta diebus B. incoluerunt: animi quia Londino egressi consilio inierunt redeundi, ad nuptias in fraudem celebrandas.

Post hanc novam disputationem propositum est de more resolvendum

D u b i u m:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu? Et Em. Patres in Congregatione diei 20. Julii 1878 responsum dederunt:

*Dilata ad primam post proximam.**)

Tandem reproposita causa sub die 14. Sept. resolutio prodiit:

In decisis.

Ex his colliges:

I. In loco ubi Tridentinum Concilium adhuc promulgatum non fuit locum habere doctrinam traditam a sanctissimo Pontifice Pio IX. in allocutione diei 27. Septembris 1852, nimirum: *inter fideles matrimonium dari non posse quin uno eodemque tempore sit sacramentum.*

II. Verum cum hac in lege praesumptio contineatur quae *ex facto* arguit *ad mentem* operantis si factum praesumptionem removeat locum habere non posse legem, quia actus agentis ultra illius intentionem operari nequit.

III. Matrimonium non haberi propter defectum consensus si contrahentes contractum a sacramento separare voluerint idest contrahere quin sacramentum susciperent.

IV. Id accidere, si contrahentes in animo non habuerunt facere quod ecclesia requirit et civiliter tantum, non religioso vinculo contrahere.

*) Vd. *p. 985.*

V. Iterum matrimonium esse nullitate infectum, si conditio stipulationi adjecta fuerit de matrimonio quandoque dissolvendo. At sedulo esse cavendum conditionem contrariam substantiae matrimonii tantummodo admitti in qua actus voluntatis innititur.

VI. Valere matrimonia contracta in loco ubi decretum *tametsi* promulgatum non fuerit dummodo partes in eo loco domicilium vel quasi-domicilium contraxerint.

VII. Accurate domicilium a quasi-domicilio habitationis esse distinguendum. Illud haberi in loco ubi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, ad hoc sufficere habitationem cum voluntate ibi manendi longo tempore vel majore anni parte.

VIII. Juxta Benedicti XIV. constitutionem *Paucis abhinc* ad matrimonii validitatem requiri saltem unius mensis habitationem quae matrimonium praecedat atque praesumptionem quasidomicilii inducat quatenus nihil de animo constet.

IX. Probabiliorem videri opinionem quae habet ad quasi-domicilium acquirendum mensis *continui et non interrupti* habitationem requiri.

X. Gravissimum contra quasi-domicilii existentiam adminiculum praebere factum repentini discessus e loco ubi matrimonium celebratum est.

XI. Vagos eos tantum haberi posse, qui verum aut quasi-domicilii nuspiam habent; peregrinos eos qui iter faciunt et in itinere hic illic morantur.

i) Domicilium vagorum.

Vd. supra decret.: *Romana p. 1546.*

Inter processus causarum matrimonialium ad formam ss. Canonum constructos laude dignissimum praesentem reperimus judicio ipsius defensoris matrimonii ex officio Romae deputati, qui non solum nihil in contrarium potuit animadvertere, sed immo laude illum efferre coactus est. Processus autem constructus fuit in curia Neapolitana, quam honoris causa nominamus.

Quamvis autem processus omnibus praescriptis opportunisque formiter fuerit absolutus, attamen causa adeo implexa est fraudibus et mendaciis, ut brevitati consulentes, non sine labore eruere potuimus, quae ad rectum causae conceptum nunc exposituri sumus.

Caecilia Neapoli genita viro Garibaldino, uti fertur, nupsit: 1860 vidua mansit atque in matris suae domo aliquo tempore degit; deinde aufugit et cum Livio item Garibaldino, uti fertur, viro vixit.

Tale habuerunt ad invicem vitae contubernium, ut vir et uxor viderentur aut saltem frater et soror.

Ita simul juncti varias domos successive habitarunt donec satis firmum domicilium sibi constituisse visus est Livius in domo A., quam ad annum conduxit, id est a die 4. Maji 1865 usque ad diem 4. Maji 1866; integro tamen anno in ea domo atque in ea paroecia non permanserunt quemadmodum dicturi sumus.

Caecilia et Livius hac vitae ratione non satis sibi prospexisse cupiditatibus visi sunt. Aderat in eadem urbe juvenis Sempronius annos natus 17, qui, patre orbatus 1865, bona paterna satis pinguia haereditavit: nihil praetermissum fuit a Livio, instigante etiam Caecilia, ut Sempronius seipsam uxorem duceret. Caecilia id temporis in 30. aetatis suae anno versabatur: jam vidua et corrupta moribus non erubuit se in documentis publicis jactare nubilem; neque Livius se cum Sempronio jactare veluti honestatis Caeciliae patronum et custodem.

Sed cum illis in locis aetate minores matrimonium contrahere non permitterentur, nisi parentum consensus accederet; haec erat prima difficultas superanda: namque mater Sempronii, qui aetate minor erat, nunquam fuisset huic matrimonio certissime consensura.

Ut haec difficultas vinceretur, omni studio curatum est, ut mater Sempronii nihil prorsus sciret de filii matrimonio cum Caecilia contrahendo. Sempronius enim, qui veluti thesaurum in Caecilia reperire visus est, omnia silens et Livius continue circumveniens Sempronium ut sileret, consilium inierunt discedendi e domo A., quam hactenus inhabitabant Livius et Caecilia, ut dixi: quamque domum die dumtaxat frequentabat Sempronius, qui nocte degebat apud matrem in propria domo.

Hoc consilium susceptum est tum ne haec quotidiana frequentatio suspicionem matri ingerere posset, si ad aures ejus pervenisset (quod non difficile ex personarum in vicinia

degentium contingere poterat), tum praesertim ut matrimonium contraheretur in nova paroecia coram ignoto parocho ex eadem causa.

Discesserunt itaque e domo A. secum ferentes partem supellectilium et clavem domus; reliquas suppellectiles reliquerunt, quas asportari curarunt post matrimonium jam contractum. Haec contigerunt mense Januario 1866; incertum manet, an haec contigerint Januario incipiente vel mediante: alii pluresque testantur, haec evenisse die 14. vel 15. Januarii. Se autem contulerunt in aliam paroeciam in qua prius, sumptibus ut videtur Semprouii, conduxerant quamdam domum, quam tamen utpote nimis incommodam deseruerunt post paucos dies; deinde in quoddam diversorium transierunt: illa domus videtur fuisse conducta ad tres menses cum dimidio, integro pretio una vice antea soluto, diversorium autem ad 15 dies, quamvis ibidem non permanserint nisi octo dies ante matrimonium.

Hoc dierum intervallo omnia fere festine peracta sunt ut negotium matri Sempronii ignotum maneret et simul expleretur. Apud curiam fuit obtentum documentum liberi status per testes partim veros partim falsos, quamvis per accidens dicerent testimouium verum; duae mulieres audacia et facilitate incredibili tamquam matres, una Caeciliae altera Sempronii consensum dederunt unaquaeque pro matrimonio carissimae filiae vel filii. Putabant autem conjuges matrem, quae non consensisset matrimonio, post matrimonium facto ipsi fuisse consensuram.

Ita omnibus compositis magna celeritate denunciationibus in ecclesia factis tribus successivis diebus matrimonium contractum est die 22. seu 23. Januarii 1868 coram eo parocho ignoto et testibus qui nomen etiam fictum assumpserunt.

Celebrato matrimonio omnibusque jam compositis pro asportanda reliqua suppellectile a priori domo A. et restituenda clavi, quin solveretur a Garibaldino Livio annuae locationis conductionisque merces, iter arripuerunt per alias Italiae urbes ejusdem Sempronii sumptibus et tres menses delectationis causa vagati sunt. Redeuntes in propriam urbem alias incoluerunt domos a prioribus diversas: Sempronius autem qui antea suaserat matri se amicorum comitatu Italiam peragraturum, nunc etiam die in domo pro uxore conducta versabatur, noctu vero in paternam domum redibat.

Interea exorta est quaedam dissensio inter ipsum et Livium: cum autem Sempronius tunc studeret separare uxorem a Livio in cujus custodia permanebat, uxor ipsa evanuit e conspectu ejusdem quam non amplius reperit in statuta habitatione: aufugerat enim cum Livio.

Tunc Sempronius se deceptum illusumque agnoscens omnia matri patefacit, cujus suasione causam hanc movit apud metropolitanam curiam; quae, processu confecto, judicavit matrimonium nullum ratione clandestinitatis.

Appellante matrimonii defensore ejusdem curiae juxta praescriptas normas causa devenit judicanda in secundo gradu in s. Congregatione Concilii.

Semprouii defensor in causae enarratione facienda totus in eo erat ut ostenderet et verum domicilium Caeciliam habuisse in domo A. et ab eo discessisse, quin illud derelinqueret ut matrimonium contraheret in nova paroecia, in qua mansit octo dies vel ad summum, ut alii deposuerunt, duodeviginti dies.

Id autem summi momenti erat ostendere in praeseuti difficili causa quamvis prima froute facilis fortasse videatur: namque, primo vere habito domicilio tempore matrimouii non adhuc derelicto, cum mulier ex hoc ipso vaga dici non posset, cumque novum neque domicilium nec quasidomicilium acquisivisset in nova paroecia, nullitas matrimonii consequebatur ex carentia proprii alterutrius sponsi parochi.

Facta itaque hac rerum enarratione facile applicavit defensor doctrinam s. Congregationis, quam inter caeteros refert *Benedictus XIV. in inst. 33. n. 8.* necnon dum esset ss. Pontifex in const. *Paucis abhinc,**) in qua eam normam tradidit, quam sequuta erat s. Congregatio Conc. juxta *Fagnanum in cap. Significavit de paroch. n. 39.* ubi scriptum reliquit: »Vir et mulier Trajectenses timentes impedimentum a pareutibus cum ad viciuam urbem Aquisgranam se contulissent, s. Congregatio consulta super validitate ceusuit, *exprimendum tempus, quo contrahentes*

*) Vd. *supra p. 1513.*

Aquisgranae manserunt, quod si fuerit saltem unius mensis dandam esse decisionem pro validitate.«

In praeseuti autem themate, cum sponsi e propriis paroeciis discessissent, ut declinaretur impedimeutum, quod mater Semprouii fuisset allatura: cumque se transtulissent in novam paroeciam ibique octo tantum dies permansisseut, planum esse inferebat, juxta doctrinam s. Congregationis, nullum censendum esse matrimonium.

Hisce copiose animadversis ad aliam potiorem difficultatem superandam gradum fecit defensor, petitam ex carentia domicilii, quasi vero vaga dicenda esset Caecilia. Recte autem praenotavit, tum Livium in suo formali examiue tum Caeciliam in secuuda sua judiciali confessioue uon vero in prima rem ita studiose deposuisse, ut insinuarent se vagos esse habendos, quasi vero nullum habereut domicilium nisi ubi actu degereut.

Sed animadvertit defensor, difficile esse quemquam sine domicilio esse, *L. 27. ff. ad Municip. § 2.,* ubi Paulus ait: »*Difficile est sine domicilio esse quemquam, puto autem et hoc procedere posse, si quis domicilio relicto naviget vel iter faciat, quaerens, quo se conferat atque ubi consistat; nam hunc puto sine domicilio esse.* Quem textum exoruant doctores, sic *Barbosa, collect. doct. in Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 8. § 2.:* Vagabundos illos proprie dici, qui nullum certum domicilium habeut, vel qui pristinum domicilium omniuo deserentes amiserunt et iter agunt vel uavigaut auimo acquirendi novum.« Item *Berardi comm. ad jus univer. diss. 5. de form. conjugior.:* »Vagos dicimus illos, qui facto et auimo domicilium deseruerunt, nullibi stationem figentes, huc illuc sine ullo morandi proposito trausmigrautes.«

Ex hac Cauonistarum doctriua haec animadvertit defensor: ut vaga uulier iu praeseuti themate dici possit, ostendi ex adverso debere, non quidem mulierem habuisse ante matrimonium *plura* domicilia, sed *nullum habuisse* domicilium. Econtra ipsam Caeciliam in primo suo examiue fassam esse, dies octo ante matrimouium iu diversorium se transtulisse, *discedentes a proprio et reali domicilio:* certum in facto esse, suppellectiles domesticas aute matrimouium in domo A. reliquisse et post matrimonium pereunte mense Januario fuisse traslatas; clavemque domus retiuuisse, quae neque statim post matrimouium restituta fuit, sed multo post. Haec autem orator ait eo animo facta fuisse, ut, cum res esset periculi plena, si matrimouium ob aliquod impedimentum contrahi non potuisset, ad eamdem habitationem redire possent: quare defuisse quoque animum domicilium illud derelinqueudi tempore quo de matrimonio fraudibus contraheudo ageretur.

Neque posse vagam censeri Caeciliam, subjungebat, quasi vero tempore viduitatis nullum unquam domicilium contraxisset; observabat enim, Caeciliam semper mansisse apud Livium ut amasia penes amasium, aut vicissim, Livium semper mansisse apud Caeciliam. Sed etiam priori facta hypothesi, mulierem mansisse apud Livium, animadvertit, hoc in casu subintrare ea juris principia quibus traditur: eos, qui famulatui vel ex alia quacumque causa alicui sunt addicti, ibi posse contrahere matrimouium ubi famulautur, de qua re *Maschat. lib. 4. tit. 3. n. 19. inst. can.* adhaerens s. C. C. resolutiouibus relatis a Benedicto XIV. *in alleg. inst.* ait: »Contrahere possunt matrimonium coram parocho loci intra cujus parochiae limites degunt praetor, judex, medicus temporalis, professor alicujus facultatis et famuli licet exteri.« Item *Berardi loc. citat. 5.* »Sic insuper quicumque in certa domo habitant famulatui addicti coram eo parocho rite contrahunt in cujus parochia famulantur.«

Parum autem hac iu re iuteresse, an famulatus turpis vel honestus sit.

Concludebat autem orationem suam memoriae revocans, heic agi de juvene fraudibus circumveuto; non enim ipsum fuisse expetitum, sed ejus divitias ut Livius et Caecilia commodiorem turpioremque ducerent vitam: dolum autem et fraudem nemini patrocinari debere.

Econtra matrimonii defensor totus in eo erat ut ostenderet, Caeciliam deseruisse penitus domicilium in domo A. ac proinde, ipso facto novae habitationis ex animo statutae in alia paroecia, novum acquisivisse domicilium; quo in casu redundat disceptatio de tempore necessario ad acquirendum domicilium, cum ipso facto acquiratur; quod si negaretur, Caeciliam sufficiens domicilium acquisivisse in nova paroecia contendebat, mulierem tamquam vagam habendam esse, proindeque potuisse valide contrahere coram quovis parocho.

Antequam de his duobus quaestionis capitibus ageret defensor, recoluit doctrinam quae tradi solet de domicilio ad jura parochialia acquirenda: id est differre domicilium *originis* et *habitationis*, cum primum sit immutabile, alterum mutabile: quoad domicilium habitationis quadruplicem casum dari; primum esse, quando aliquis in parochia inhabitat, figens ibi domicilium, quod casu certum esse, quoad omnia evadere paroecianum ejusdem; secundum esse, quando nullibi fixum habeat domicilium sitque vagus, de quo inferius; tertium quando domicilium in aliquo oppido aut urbe obtinet atque discedat, brevi ad proprium domicilium rediturus, ut si abscedat causa recreationis vel ad ruralia exercenda, quo in casu certum est, manere paroecianum oppidi aut urbis et non illius ad quod accedat, *cap. Is, qui De sepultur. in 6.* ubi legitur: *Is, qui habet domicilium in civitate vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert recreationis causa vel ut ruralia exerceat, si non electa sepultura decedat* (casum sepulturae Canonistae ad matrimonium aeque protendunt) *non in ecclesia dictae villae, sed in sua parochiali... sepeliri debebit:* quartum denique casum esse dum aliquis domicilium habet aliquo in loco et se transtulit in alium ibi habitaturus ad certum tempus causa negotii alicujus expediendi, ut, eo expedito, ad proprium redeat domicilium; ejusmodi esse scholasticos in loco studii, mercenarios in domo heri, sollicitatores in curia, et similes.

Animadvertebat autem in postremo hoc casu totam consistere difficultatem, an scilicet ratione hujus habitationis temporaneae aliquis ita evadat paroecianus in ea paroecia, nt parochus hujus paroeciae dici possit illius proprius ratione contrahendi matrimonii.

Et quidem in postremo hoc casu alios sustinere requiri *animum constituendi* ibi domicilium, ita ut si hic animus non adsit redeat tertius indicatus casus: alios e contra snstinere acquiri omnia jura parochialia ratione *habitationis*, quando haec habitatio non brevi tempore sit finienda ratione negotii expediendi; hanc secundam opinionem doctrinam Friderici de Senis passim a Canonistis invocati in *cons. 254 incipien. Subsequens quaestio*, vers.: *Ista jura*, nbi addit non esse arguendum *de jure parochiae ad jus domicilii*, quia ad jus parochiae consideratur *praesens status*, id est *habitatio praesens;* atque idem auctor concludit, illum dici parochianum, qui *habitat* in *parochia* animo maneudi, licet *non animo domicilium constituendi.*

Utrum autem primae vel secundae opinioni sit adhaerendum, sic *Sanchez* docere *De Matrim. l. 3. de cons. cland. disp. 22. n. 13.:* »Sit conclusio: quamvis prior sententia sit probabilissima, at posterior mihi arridet tamquam verior. Durum enim mihi videtur, ut scholastici et alii, qui majore anni parte, immo et multis annis, in aliqua dioecesi habitant, nou possint ibi matrimonio conjungi et sepeliri, dum non debeant in ea parochia in qua decedunt canonicam portionem et non possiut ibi votorum et aliorum casuum dispensationem obtiuere. Et ita credo ad omnia, dempto Ordinis sacramento, effici aliquem parochianum et subditum alicujus dioecesis, quando majore anni parte ibi inhabitat.«

Ac *n. 14* idem auctor sequitur: »Hinc infertur, non opus esse expectare, ut majore anni parte si in parochia aut dioecesi habitarint, sed statim ac animum habitandi majore anni parte habentes incipiunt habitare, effici parochianos et posse omnia dicta erga illos exerceri. Sicut enim ad domicilium nullius temporis habitatio requiritur, sed statim ac quis incipit habitare animum habens habitandi toto tempore requisito efficitur parochianus.«

Hac exposita doctrina, defensor, animo potius ingenio ludendi quam serio disceptandi, sic subjungebat, adversarios concedere Caeciliam discessisse e proprio domicilio seque transtulisse ineunte mense Januario in aliam paroeciam, ibidem selegisse habitationem causa alicujus negotii expediendi, ut eo expedito ad suum reverteretur domicilium: huuc esse casum consideratum a Friderico de Senis, quo validum censendum est matrimonium ibi contractum: negotium autem expediendum fuisse ipsum matrimonium tuto cum Sempronio celebrandum, ut declinaretur hujus matris dissensus.

Sed inde orator assurgens osteudere curabat, constare in facto, facilitate summa pluries antea mutavisse Caeciliam domicilium; et in ipsa domo A. quam ejus amasius ad annum incolendam conduxerat mansisse tantum octo menses, neque continue; eam vero dereliquisse dum transiit in novam paroeciam, ita ut animum habuerit nunquam

ad illud domicilium redeundi prout ipsa aliique testes fassi sunt in judicio; atque animum habuisse constituendi novum: suppellectiles asportavisse, clavem retiuuisse ita, ut syngrapha deinde recepta eam restituerit. Hoc porro in casu frustra quaeri de tempore quo in nova paroecia habitaverit: cum animo et facto statim domicilium acquiratur: adfuisse in praesenti themate factum habitationis et animum ibi domicilium uovum figendi, de quo etiam parochus testatus in judicio fuerat his verbis: *juxta id, quod ipsi* (sponsi) *asseruerunt domicilium habebant in domo meae paroeciae:* item ipsos sponsos in judicio fassos esse, se domicilium mutasse et novum constituisse ut ita declinato consensu matris Sempronii matrimonium contrahere possent.

Neque dicas haec facta fuisse in fraudem proprii parochi et Trid. legis: namque dici non posse fraude illum agere qui jure suo utatur; unicuique autem facultatem esse habitationem domiciliumque mutandi.

Haec omnia defensor variis exornans auctoritatibus gradum fecit ad alterum quaestionis caput: id est conteudit Caeciliam vagam esse censendam si domicilium aliquod iu nova paroecia non contraxisset. Ad hoc ostendendum animadvertit, duo pro constituendo vago requiri, primum ut domicilium deseruerit, secundum ut aliud non acquisiverit; unde peregrini ideo vagi non dicuntur, quia nou deserunt domicilium, cum animum habeant ad illud redeundi.

Vagam autem conteudens esse Caeciliam, haec defensor recolebat: ante primum matrimouium in domicilio matris eam fuisse quod coutractis nuptiis cum garibaldino viro dereliquit: mortuo hoc viro 1860 amisisse viri domicilium et rediisse ad matrem, a qua aufugiens nunquam ad eam rediit: deinde ad aliam se contulisse domum in qua degit 5 menses: postea incoluisse domum A. de qua sermonem habuimus, ibique mansisse 8 menses: hauc domum dereliquisse et in aliam paroeciam se contulisse in domum, quam juxta dictum Caeciliae Sempronius cum Livii consensu conduxerat ad quatuor menses, ubi mausit octo dies et deiude in diversorium transiisse ubi manserat 8 dies ante matrimouium, illudque diversorium conduxisse ad quindecim dies, cum matrimonio celebrato abscedere statim cogitareut.

Hisce contiuuis habitatiouis mutatiouibus enarratis animadvertit Caeciliam nullibi habuisse animum manendi, cum more pecudum huc illuc impelleretur inserviens genio garibaldini viri: unde concludebat ab anno 1860 ac deinceps nullum unquam domicilium acquisivisse; proindeque matrimonium validum inire potuisse coram quovis parocho.

Propositum est resolvendum

D u b i u m:

An sententia Curiae archiepiscopalis Neapolis sit confirmanda vel infirmanda in casu?

S. C. C. die 13. Junii 1868 respondere censuit: *Sententiam esse confirmandam.*

Ex iis colliges:

I. Turpem mulierem quae libidini indulgens studiose se tradat alicui viro, viri ejusdem domicilium contrahere cui se tradidit.

II. Eum sine domicilio dici non posse, qui sedes facile mutet stabilemque sibi constituere non studeat, quamvis hic ad vagorum indolem plus minusve accedere videatur.

III. Eos, qui discedunt e propria paroecia in aliam transeuntes ut matrimonium dumtaxat ibi contrahant, nullo canonico domicilio antea ibi statuto sive vero sive praesumpto matrimonium valide contrahere ibi non posse.

IV. Nec interesse, an interea sponsi cogitent, matrimonio celebrato, non amplius se redituros esse ad domicilium a quo discesserunt, si tempore saltem matrimonii sic celebrati nou plene pristinum domicilium deseruerunt.

Continuatio.

Matrimonii defensor haud acquiescens huic resolutioni novam audientiam petiit obtiuuitque simul rogans, ut a Neapolitana Curia quaedam documenta ex officio quaererentur, quibus ipse putabat pro matrimonii validitate nova erui posse argumenta. Putabat enim, ex actis Curiae quae matrimonio praecesserunt erui posse aliquam Ordinarii delegationem, qua posita, matrimonium certo certius fuisset validum.

Datis itaque literis Emmus Antistes transmisit documentum, quo Curia auctoritatem fecerat parocho *cui spectaret* ad benedicendum matrimouio inter eos sponsos, id est Caeciliam et Sempronium.

Documentum autem ita latine sonat: »*Parochus cui spectat cum jam peractae sint tres*

publicationes cumque nullum repertum fuerit canonicum impedimentum celebrabit in sua paroeciali ecclesia matrimonium contrahendum inter (Caeciliam et . . . Sempronium . . .) *servata forma s. Concilii Trid. et jussionibus hujus Remmae Curiae archiepiscopalis. Datum* etc.

Item transmisit novam parochi depositionem in Curia emissam et jurejurando firmatam circa facultatem eidem traditam executioni mandandi tribus continuis diebus publicationes necnon circa veniam obtenta ad benedicendum matrimonio. Depositio haec ita latine se habet: »*Ego documentum non servo quo auctoritas mihi facta est denunciationes peragendi pro matrimonio inter Caeciliam et Sempronium tribus continuis diebus quia necessarium non erat illud servare. . . . Hoc Vicarii generalis rescripto non intelligebatur nec facultas mihi facta est, qua possem licite assistere matrimonio eorundem. Postea mihi venia data est dicto matrimonio benedicendi quando ad Curiam remisi documenta denunciationum factarum in quibus ego testatus sum nullum relatum fuisse canonicum impedimentum. Documentum hoc quo facultas mihi facta est matrimonio benedicendi est illud quod mox exhibebo. . .*

Quoniam haec causa sub novo adspectu consideratur operae pretium est aliam enarrare circumstantiam facti quae nunc praeteriri silentio non potest sine aliquo causae detrimento. Haec circumstantia est, quod parochus ipse non adstiterat matrimonio sed delegaverat alterum sacerdotem qui illi matrimonio assisteret.

Substantia novae defensionis in hoc argumento tota constitit: in comperto est Episcopum posse dare suis subditis facultatem contrahendi matrimonium coram quovis parocho suae dioecesis atqui Vicarius generalis qui vi officii sibi commissi praeditus est auctoritate episcopali, negotium formali ratione prius cognovit et facultatem celebrandi matrimonium fecit sponsis et parocho in ea paroecia in qua tunc habitabant. Ergo matrimonium validum est censendum, licet domicilium aliquod in ea paroecia sponsi non contraxissent.

Primam propositionem ostendebat defensor tum ex generalibus juris principiis tum ex resolutionibus s. Sedis in specialibus casibus datis. Et ad speciales casus quod spectat sequentes causas referebat:

S. Congr. Conc. die 9. Sept. 1864 casus qui sequitur a s. Poenitentiaria propositus est solvendus:

Fulanus et Berta matrimonium inter se contracturi statum suum liberum probarunt apud acta Curiae episcopalis instantes subinde juberi parocho ut ad trinam denuntiationem procederet. Interrogati autem a Notario quisnam esset eorum parochus responderunt (per errorem tamen et citra contemptum clavium) esse parochum s. Demetrii in cujus parochia jampridem habitaverant, sed tunc temporis non habitabant. Peractis itaque a parocho s. Demetrii juxta sibi traditam facultatem denuntiationibus nulloque impedimento detecto Ordinarius impartitus est solitam licentiam per dictum notarium extensam sub hac verborum formula: *concedimus licentiam parocho s. Demetrii ut possit assistere matrimonio inter Fulanum et Bertam ambos ejus parochiae.*

Celebratum proinde fuit coram dicto parocho et testibus matrimonium. Sed post aliquod tempus Fulanus librum moralem casu legens, invenit communem esse sententiam, quod ad matrimonii validitatem requiritur praesentia parochi saltem unius ex contrahentibus: unde consultis pluribus confessariis quid sibi agendum esset, suasus fuit, ut una simul cum Berta consensum renovaret coram proprio parocho et testibus. At Fulanus explorata Bertae voluntate, an in casu, quo non esset ipsius conjux, vellet sibi matrimonio aliter copulari, responsum habuit absolute negativum. Nihilominus habita nuper notitia, quod inter declarationes desumptas ex bibliotheca Card. Bellarmini et typis impressas ad *cap. I. sess. 24. de Ref. Matr.* extat infrascripta: *Licet non proprius parochus, sed alius de consensu Episcopi intersit, matrimonium tenet, etiamsi Episcopus credat fuisse vocatum parochum*: spem aliquam validitatis matrimonii concepit: sed ad omnem dubietatem removendam suppliciter instat declarari: an praefatum matrimonium contractum inter ipsum et Bertam fuerit validum.« Cui s. Congregatio rescripsit: *Affirmative.*

Item adducebat causam *Taurinen. Matrimonii* agitatam in s. C. C. die 12. Decb. 1767. Expedit ut referam ejus facti speciem. Archiepiscopus Taurinensis 1751 die 13. Febr. mandavit parocho s. Thomae ejusdem civitatis, ut *Joannem Antonium Peyrani filium Pauli et Annam Casinelli, quondam Josephi, ambos Taurinenses et parochianam suam, futuros conjuges ad invicem per verba de praesenti in faciem ecclesiae desponsaret ac matrimonio jungeret, dummodo unica pro omnibus in utraque parochia praecederet denunciatio.*

Denunciationibus peractis die 15. ejusdem mensis celebratum fuit matrimonium in ecclesia s. Thomae coram parocho ejusdem ecclesiae.

Triennio elapso instante Anna uxore quaestio instituta est, an matrimonium hoc coram proprio sponsae parocho initum fuerit. Curia archiepiscopalis sententiam tulit pro validitate; Curia autem Vercellensis jure appellationis sententiam revocans pro nullitate matrimonii judicavit.

Causa delata ad s. Sedem disputatum fuit super duplici capite id est super domicilio seu quasidomicilio quod sponsa haberet in paroecia s. Thomae. Certum quidem erat, sponsum nullum habuisse domicilium in ea paroecia, sed dubium erat an quasidomicilium haberet sponsa in eadem s. Thomae paroecia.

Et pro domicilio a defensore matrimonii haec in facto adducebantur: »Ex ipsis testibus examinatis haberi, sponsam post translatum a matre mense Sept. 1750 domicilium a parochia s. Thomae ad alteram ss. Jacobi et Philippi semper diurnam moram cum avo et avia paternis habuisse toto anno 1751 in parochia s. Thomae singulisque diebus eumdem sponsum a prima luce ad noctem usque una cum avo atque avia convixisse: ipsamque sponsam declarasse se verum domicilium in domo avi statuisse: mutationem ideo domicilii factam a matre non secumferre variationem domicilii sponsae, quae in domo avi diurnam moram habuit et cujus domicilium et familiam de jure sequi tenebatur, *l. 19. et 24. ff. de stat. homin.*« Haec tamen Annae defensor infirmare curabat ex aliis testium dictis.

Alterum argumentum in hac causa *Mediolanensi* petiit defensor ex supra allegato Curiae decreto, animadvertens a Curia datum fuisse parocho s. Thomae expressum mandatum matrimonio assistendi ex quo concludebat, subtilius inquirendum non esse, an sponsa domicilium adhuc habuisset necne in parochia s. Thomae. Proposita autem dubitandi formula:

An constet de nullitate matrimonii in casu?

S. Congregatio respondit: *Negative.*

Haec quidem ad primam propositionem superius adductam ostendendam referuntur.

Quoad secundam propositionem (quam logici *minorem* appellant) ostendendam defensor in praesenti themate innitebatur testimoniis eorumdem sponsorum, qui, antequam matrimonium contraherent, a Curia de statu libero ex instituto interrogati:

An unquam discesserit ab hac civitate, sub qua paroecia degat, an esset uxoratus, voverit castitatem sive religionem vel fidem matrimonii alicui dederit? Sempronius respondit:

Ego nunquam ab hac urbe discessi . . . in praesentia habito in districtu paroeciae N. (in qua scilicet contraxerunt postea matrimonium).

Item Caecilia respondit: *Ego nunquam discessi ab hac urbe, nubilis sum in praesentia, habito in districtu paroeciae N.* Idem repetierunt testes, qui deposuerunt: *In praesentia habitat* in paroecia N.

Hisce testimoniis habitis adnotabat defensor Vicarium Generalem primum decretum edidisse, quo dictis sponsis licentia data est contrahendi matrimonium *in faciem ecclesiae servata forma S. C. Trid. et ordinum hujus archiepiscopalis Curiae, dummodo eis non obstet canonicum impedimentum; nam ex informatione capta constat, ambos esse liberos ac solutos.*

Adnotabat pariter in scriptis facultatem eisdem factam fuisse ut tribus continuis diebus denunciationes in paroecia fierent. Denique, nullo impedimento relato, Curiam dedisse illud decretum superius deductum: *Parochus cui spectat* etc.

Ex quibus eruebat defensor Curiam se ingesisse in toto matrimonii negotio, et satisfacere voluisse desiderio a sponsis expresso contrahendi matrimonium in faciem ecclesiae: ideoque nil aliud ab iisdem requisivisse, quam probationem domicilii in ea urbe et actualis habitationis.

Hujus defensor initio animadvertens extra dubitationem esse, Episcopum in sua dioecesi posse quemvis presbyterum delegare pro matrimonii celebratione, ex ipsis expositis documentis ostendere curavit in praesenti themate nullam adfuisse delegationem, quod quidem eruebat ex verbis ejusdem documenti, quo post publicationes venia data est cele-

brandi matrimonium: *Parocho cui spectat ... inter sponsos N. N. paroecialis ecclesiae N.* Observabat enim ejusmodi verba satis indicare veniam concessam fuisse parocho illi, qui esset sponsorum proprius; non vero alium parochum fuisse delegatum: permissum quidem fuisse matrimonium, non autem prorogatam fuisse parochi jurisdictionem; et si haec duo simul confunderentur, actum esse de Trid. Decreto disponente, ut coram proprio contrahentium parocho matrimonia celebrentur.

Facta autem hypothesi, illud documentum continere etiam delegationem, defensor contendebat, nullum pariter declarandum esse matrimonium. Licet enim defensor facile concederet delegationem ab aliquo Ordinario factam alicui parocho, quem proprium contrahentium idem Ordinarius ex proprio errore putaverit, aut ex bona contrahentium fide in errorem illum inciderit, validum reddere matrimonium: id tamen negabat si ex mala contrahentium fide Ordinarius in illum errorem esset inductus.

Ad haec probanda adducebat auctoritatem s. Rotae in causa *Romana Matrimonii 3. Julii 1719. coram Corio,* in qua agitata fuit causa nostrae valde similis: haec autem s. Rota in ea decisione exponit:

»Quoties in legem moliri contenditur, toties fortasse machinatione detecta res infeliciter evenit quemadmodum praeter frequentissima exempla palam fit in hac causa, in qua concupitum matrimonium contractura Joanna Catharina sagacissima mulier annorum ultra quadraginta cum Dominico Antonio inexperto juvene, atque simul dispositionem s. Conc. Trid. *sess. 24. de Reform. matr. cap. 1.* eludere praecogitans, curaverat prius de mense Majo extra consueta tempora describi se facere in libro status animarum ecclesiae s. Salvatoris ad Montes tamquam inhabitantem primam partem domus D. Prosperi Nunex positae in via *Baccina;* deinde datis ad probandum sui status libertatem testibus duabus mulieribus existentibus in conservatorio a divina providentia nuncupato *ad Ripettam* una simul deponentibus de ejusdem Joannae Catharinae habitatione in praedicta parochia s. Salvatoris, *coram hujus parocho praevia solita licentia eidem directa pro faciendis praeventivis denunciationibus* ad matrimonii celebrationem devenit sub die 28. Julii 1716. Paucis autem abhinc diebus detectis luce veritatis erroneis suppositionibus causa super nullitate contracti matrimonii primum delata ad Curiam Emmi Vicarii prodiit sententia *nullitatis matrimonii* ... Deinde ad nostrum auditorium devoluta requisitis hodie per me juxta tenorem specialis commissionis omnium DD. suffragiis sub congruo dubio: »An constaret de validitate matrimonii seu potius esset locus coactioni seu dotationi«, prodiit in omnibus pro Domino Antonio informante favorabile responsum.

Nec inde erat, quod substantialis haec nullitas matrimonii coram alieno parocho celebrati evitari potuerit praetextu licentiae de contrahendo matrimonio obtentae ab Emmo Vicario *et directae eidem parocho* ss. Salvatoris ... quia licet nullus dubitaverit licentiam Ordinarii suffragaturam ubi clare constaret, ipsum pro effectu assistendi matrimonio alienorum parochianorum alium sacerdotem delegare voluisse loco proprii parochi contrahentium, quod non raro ex rationabilibus causis fieri solet; tunc tamen praxis est, ut licentia hujusmodi diversa formula delegationem continente exprimatur, prout testantur notarii et substituti Emmi Vicarii. Vel ubi etiam materialis error circa nominationem parochi cum licentia dirigitur se teneat tantum ex parte solius Ordinarii, ut erat casus resolutionis s. Congr. Concilii in etc. Vel ubi demum error absque ullo tamen contemptu clavium ac citra ullam fraudem ob verificatam aliqualem habitationem in parochia ubi matrimonium celebratum fuit se teneret ex parte ipsorum contrahentium ...

Nihilominus omnibus praedictis circumstantiis exulantibus a praesenti casu, in quo revera nullum verificatur judicium habitationis contrahentium in parochia ss. Salvatoris et licentia Emmi Vicarii nullam quoque contineat delegationem ejus parochi, sed eidem directa noscatur *non quidem ex errore Emmi Vicarii aut ex inculpabili oscitantia contrahentium, sed ex eorum fraudolenta machinatione,* qui supposuerunt eum esse verum et proprium parochum ...«

Eadem fere repetuntur in decisione confirmatoria diei 2. Decembris 1720 coram *Gamaches,* et in tertia confirmatoria sententia *diei 7. Martii 1721 coram eodem,* in qua tamen in acri partium certamine alia objectio fuit proposita his verbis:

»Licentiam quoque in forma ordinaria sufficere, ut nullitas contractus cesset, cum

ubi adsit consensus Episcopi, sponsi rite et recte conjungantur ab alio quoque presbytero quam parocho, etiamsi Ordinarius putet istum esse parochum proprium, quia ad validitatem connubii sufficit illud contrahi coram sacerdote de licentia Episcopi; neque requisivisse Concilium qua intentione quove modo licentiam daret Antistes, sed satis habuisse, ut sacerdoti non parocho indulgeret licentiam.«

Huic propositae objectioni sic s. Rota respondit:

»Attamen omnem difficultatem diluit animadversio, quod licentia antedicta patitur quoque vitium *subreptionis et doli: subreptionis* ob reticitam in precibus expressionem verae parochiae; *doli,* quia error Ordinarii de vero parocho ad alium minime processit ex errore Ordinarii, sed ex fraudolenta machinatione contrahentium, qui ad probandum statum liberum induxerant testes asserentes utrumque esse de parochia ss. Salvatoris, quod falsum in facto detectum est ... Itaque cum licentia subreptitie habita nullius sit firmitatis et neminem propria malitia juvare debeat, conclusum fuit, theoricas in objecto allegatas pro validitate conjugii procedere, quoties error se teneat tantum ex parte Episcopi, nullusque adsit dolus et machinatio contrahentium; contra vero in hypothesi matrimonium contractum sub licentia subreptitia et dolosa invalidum prorsus atque irritum manere.«

Hac s. Rotae doctrina defensor Sempronii respondit ad omnes animadversiones e contrario factas; sed sibi satis non fuit: namque alterum consideravit adjunctum in praesenti themate, quod erat facultas facta a parocho N. alteri sacerdoti matrimonio celebrando assistendi. Quare facta hypothesi Curiae licentiam parocho datam undequaque sufficientem fuisse ad celebrandum valide matrimonium, contendebat, invalide parochum facultatem sibi traditam subdelegasse; ideoque matrimonium etiam sub hac hypothesi fuisse nullum.

Quod quidem ostendere studuit ex generalibus juris principiis, quibus traditur, mandatarium non posse subdelegare jurisdictionem excepto casu quo fuerit a principe delegatus: *l. 6. ff. de jurisdictione* in qua legitur: »*More majorum ita comparatum est, ut is demum jurisdictionem mandare possit, qui eam suo jure, non alieno beneficio haberet.*« Item *l. 5 ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictio,* in qua legitur:

»*Mandatam sibi jurisdictionem mandare alteri neminem posse manifestum est.*«

Quos textus sic illustrat *Voet.* in jure civili peritissimus *lib. 2. tit. 1. de Jurisd. n. 11.:*

»Sed ut legitima seu extraordinaria jurisdictio mandari nequit, ita nec ea quae alteri mandata est per mandatarium recte mandatur, *l. ult. ff. de off. ejus l. 5 ff. de juris,* eo quod ut ante dictum est eam vice et nomine mandantis, et ita alieno beneficio mandatarius exercet, nihil ipse proprium habens; adeo ut ne in potestate quidem mandantis sit nominatim id agere, ut ipse desineret jurisdictionem habere et illa in mandatarium sic transiret, ut is jure proprio eamdem exerceret: namque nec privata auctoritate magistratus quisquam abdicando imperium amittere illud potest, *l. pen. ff. de off. praesid.,* neque si maxime id posset, propterea in alium transferendi jus haberet; sed tantum abdicatione semet exuerat illa, qua fuerat munitus, potestate, arbitrio principis in alium deinceps conferenda.«

Eamdemque doctrinam in jure canonico vigere defensor ostendit ex *cap. 62. de appellat. in fin.* cujus haec sunt verba: *Cum nonnisi delegatus a principe causam alii valeat delegare.*

Quae defensor Sempronii deduxit aliis validis auctoritatibus sunt ex officio roborata. Cum enim indubium sit, matrimonium initum non praesente proprio parocho vel alio sacerdote de illius vel Ordinarii licentia nullum esse, consideratum est, ejusmodi licentiam toto coelo ab illa distare, quae ex invecta praxi ab Ordinariis dari solet parochis ut matrimonio celebrando assistant; hac enim licentia non delegatur jurisdictio; dum contra ex priore licentia vera jurisdictio delegetur.

In licentia autem, quam Curia parocho dedit, non contineri delegationem sed simplicem permissionem habita ratione probationis factae de statu libero: s. Rotam in *Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1767. coram Priolo* causam pertractasse nostrae fere identicam, ac tenuisse, nullam adfuisse delegationem, quia omissis caeteris verba: *servata forma Concilii Trid.* contrariam omnino importarent voluntatem, et quia cum delegatio sit actus voluntatis, ista delegatio adesse non posset absque voluntate delegantis.

Huic s. Rotae doctrinae consonare doctrinam s. Congr. Concilii in *Tarfen. Nulli-*

tatis Matrim. 26. Maji 1707, item *Card. de Luca ad Conc. disc. 26. n. 25., de Matrim. disc. 1. n. 4. seqq.*, qui *n. 7.* haec habet:

»Esset enim maximum absurdum, ut hujusmodi licentiae quae conceduntur parochis cum praesupposito eorum potestatis, quodque ageretur cum propriis subditis ad id trahi possent quoniam ita nimium de facili fraudes fieri possent dictae formae conciliari quae inanis ac vacua remaneret.«

Observabatur autem aliud esse dicendum quando matrimonii celebratio parocho non proprio contrahentium fuerit commissa ex materiali errore ejusdem Ordinarii, ut omissis caeteris jam allegatis in *Salen.* quam refert *Barbosa in Summ. apost. decis. coll. 465. n. 6.*, e contra vero si Ordinarius in errorem ex fraude devenerit ut in *cit. Neapolitana Matrimonii coram Priolo* etc.

Denique quoad subdelegationem a parocho factam de qua supra inter caetera adjungebatur auctoritas *Pirrhing*, qui *de offic. et potest. Jud. delegat. tit. 23. sect. 1. § 4.* de subdelegatione ad matrimonium loquens haec scripsit:

Quod tamen ut valide fiat necesse est ut Ordinarius quicumque sacerdoti illi delegato expresse commiserit ut si ipsemet assistere nolit vel non possit alium quemcumque sacerdotem substituat quia tunc sacerdos ille substitutus assistit cum licentia Ordinarii idque juxta Conc. Trid. requiritur ad valorem matrimonii nam ibi exigitur ut alius sacerdos de licentia ipsius parochi seu Ordinarii matrimonio assistat, at quidem cum expressa licentia ejusdem.

Propositum est resolvendum

Dubium:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. die 19. Decb. 1868 respondere censuit: *In decisis.*

Ex quibus colliges:

I. Non esse confundendam facultatem, quam dare possunt Ordinarii cuivis sacerdoti assistendi matrimonio contrahendo cum ea facultate quam concedere fortasse soleant Ordinarii parochis ad quos spectet assistendi matrimonio celebrando.

II. In prima facultate contineri specialem deputationem qua tribuitur assistendi facultas sacerdoti qui ea careat facultate, in secunda contineri consuetam declarationem, qua ex causa summarie cognita rite procedi posse ad matrimonium a parocho cui spectat significatur.

III. Duplici sensu secundam hanc facultatem posse intelligi:

1. *tibi liceat matrimonio horum sponsorum assistere, si tibi spectet ex Tridentina lege ut ego suppono assistendi facultas*;

2. *tibi liceat matrimonio assistere horum sponsorum quos puto tuos parochianos esse.*

IV. Facultatem priori sensu conceptam *conditione* non verificata matrimonio non videri posse suffragari: secundo sensu acceptam *modo* licet non verificato matrimonio suffragari.

V. S. Rotam censuisse, hanc facultatem *sub modo* datam non suffragari matrimonio si sponsi ex subreptione vel obreptione ab Ordinario eam obtinuerint.*)

*) Dixi s. Rotam id censuisse, nam reperiri non potuit aliqua resolutio s. Congregationis ex qua idem erui posset. *Fagnanus in cap. Quod Nobis de clandestin. despons. n. 55.* sibi quaerit:

An sit nullum matrimonium cui intervenit sacerdos jussu Episcopi, si Episcopus deceptus est ratus sacerdotem illum esse parochum contrahentium cum tamen non esset?

Et respondit: Cum Episcopus *Amerinen.* hoc dubium declarari petiisset s. Congregatio censuit *esse validum.*

Et hanc rationem idem auctor reddit:

»In terminis matrimonii illud clarum esse, quod Concilium ad validitatem matrimonii voluit sufficere ut fieret coram sacerdote de licentia Episcopi etiamsi talis sacerdos alias non esset parochus nec requisivit Concilium qua intentione, quove modo Episcopus daret talem licentiam sed satis habuit ut licentiam daret sacerdoti non parocho. In hoc casu Episcopus dedit licentiam tali sacerdoti non parocho; ergo matrimonium est validum, pro quo etiam in dubio pronunciandum est.«

Item *Barbosa Apost. decis. collect. 465. n. 6.* scripsit:

Matrimonium contractum coram parocho alieno de licentia Episcopi validum est, quamvis Episcopus intentionem haberet tale matrimonium non alii quam proprio parocho committendi, *s. Congr. in Salen.*, quam refert *Sellius in Selectis canon. c. 8. n. 73.*

Item *Bellarminus loc. cit.* ex sententia s. Congregationis tradit: »Licet non proprius parochus, sed alius de consensu Episcopi intersit matrimonium tenet etiamsi Episcopus credat fuisse vocatum parochum.«

Card. de Luca qui in ea sententia versatur, ut ejusmodi licentiae quae a Curiis dari solent nullam tribuant facultatem parocho quam non habeat, refert causam *Romanam Nullitatis* agitatam diei 23. 1667. *de matrim. discur. 1. his verbis*:

»Post diuturnam conversationem quam Franciscus habuerat cum Cassandra, quae inhonestam vitam ducebat in domo ad annum conducta in parochia s. Mariae, in *Campitello* cum Franciscus intenderet eam uxorem ducere timeret autem ne innotesceret Asciano patri, in cujus domo vivebat in parochia s. Augustini, curavit mulier de die frequentare domum cujusdam ejus benevolae mulieris in parochia s. Nicolai ut ibi videretur, quamvis nocte ad propriam consuetam domum rediret: obtentaque a Vicesgerente licentia directa parocho s. Nicolai, ut conjungeret istam mulierem tamquam ejus subditam in matrimonium quod vidissent eam habitare in hac parochia, ad matrimonii celebrationem coram eo deventum est cum dispensatione denunciationum. Hoc autem detecto curavit viri pater ut ex parte filii qui a muliere diverterat, introduceretur causa nullitatis matrimonii coram Vicesgerente. Verum ex rescripto SSmi stante mulieris paupertate causa summarie pro stylo decidenda remissa fuit s. Congregationi a qua sub die 23. Aprilis 1668 prodiit resolutio pro matrimonii validitate non sine tamen magna votorum scissura; ideoque concessa fuit nova audientia quae tamen sine effectu remansit, dum superventa mors viri controversiae finem dedit.«

*) Certum est in jure principium eum qui demandatam habeat jurisdictionem alteri demandari non posse, nisi fuerit delegatus a principe propter eminentem foecundamque principis auctoritatem et dantur casus in quibus etiam ille qui delegatus sit a principe, subdelegare non possit ut contingit ex. gr. quando princeps in aliquo negotio personam aliquam deputet propter ejus personalem peritiam, idoneitatem, industriam etc. vel quando aliquam facultatem gratiosam ei tribuat quin mentionem faciat de facultate subdelegandi.

Quamvis autem qui mandatam habent auctoritatem non a principe non possint eamdem subdelegare, datur tamen casus quo alteri eamdem valide mandent; idest quando Ordinarius seu qui ordinaria jurisdictione praeditus est eamdem mandet cum facultate subdelegandi. Hoc in casu ita rem declarat clarissimus *Voet. loco supra cit. n. 12:* »Praetorem ita posse alteri suam mandare jurisdictionem ut mandatarius non suam sed ipsius praetoris mandantis jurisdictionem alteri mandet et ita efficiat ut non amplius ipse vicem praetoris gerat sed ut tertius ille vice praetoris jurisdictionem exerceat.« In causa de qua supra egimus si parocho facultas sufficiens data esset assistendi matrimonio eam tamen invalide subdelegasset.

VI. Parochum, qui non sit contrahentium proprius cui licentia ab Ordinario data sit assistendi matrimonio, etiam sub nulla conditione aut modo, vi hujus licentiae eidem directae non posse alium sacerdotem deputare ut matrimonio assistat.

V. In praesenti casu facta etiam hypothesi, licentiam ab Ordinario datam non fuisse conditionatam, vi hujus licentiae invalide parochum alterum sacerdotem deputasse.*)

13) Ordinandorum.

Vd. *Ordinatio* (Ordinans compet., incompet., domicilii, ex titulo ortus); *Titulus ad Ordinat.* (Coadjutoriae Canon.)

Archangelus Pasquetti Spica ôrtum suum habuit Subluci Interamnensis dioecesis ubi ejus Familia domicilium antiquitus posuerat. Aetate jam major et gubernatoris munere perfuncturus in oppidum Capitis Montis quod situm est in dioecesi montis Falisci se contulit ibique decem et ultra annos commoratus stabilia bona acquisivit ac uxorem duxit a qua filium Charitaeum suscepit. Hinc aliquot annis Castelione Tiberinae dein Civitellae Alleani Barneoregiensis dioecesis cum ejus familia habitavit, tribus demum abhinc annis in terram Baschi Tudertinae dioecesis profectus est, quo in loco officium publici Secretarii exercet. Interim filium Charitaeum aetatis annorum 10 circiter et 8 inter convictores Balneoregiensis seminarii adscribi curavit et secundus jam effluxit annus ex quo ibidem literis operam navat. Hic Charitaeus prima tonsura initiari desiderans ab hoc s. Ordine supplici implorat libello ut ob incertam quam ejus familia semper habuit sedem dimissoriales literas ab Antistite Balneoregiensi valeat obtinere.

Preces allegavi tum Emo Episcopo montis Falisci tum etiam Antistiti Interamnensi ac Praesuli Balneoregiensi ut s. Congregationem instruerent votumque suum aperirent. Isti literas mihi dederunt ex quibus expositam rerum seriem deprompsi. Balneoregiensis autem Episcopus licet fidem perhibeat oratorem laudabiliter se gerere nulloque canonico impedimento affectum esse nihilominus fatetur »juvenem ad hanc dioecesim minime pertinere evidenter constare, sed nec ad dioecesim Montis Falisci quia in eadem ex accidenti ob moram scilicet patris ratione officii in lucem editus est. Remanet igitur Episcopus Interamnensis, utpote verus patris Ordinarius ratione originis eumque jus in filium quoad Ordines exercere posse non apparet ambigendi locus. »Verum Episcopus Interamnensis audivisse affirmat parochum terrae Subluci qui respondit: *13 annorum tempore ex quo in dicta terra commoratur patrem oratoris domiciliatum nunquam se meminisse et certo scit bona stabilia aedesque instructas numquam habuisse.* Tandem Emus Episcopus Montis Falisci ait: »Patrem oratoris eam in loco tum conceptionis tum na-

tivitatis filii duxisse moram quae ad legitimum domicilium constituendum legalem titulum snppeditaret tum quia ibidem decenninm et ultra vixit, tum quia bona immobilia acquisivit, tum qnia deinqne nupsit ut ideo animum permanendi habuisse jure merito quisque praesumat opporteat, quemadmodum permansisset nisi graves temporum vicissitudines alio enm advocassent. Jam vero ut fatear quod sentio absenti oratori testimoniales literas dare mei esse officii non abs re certe crediderim.«

Is proprins ac legitimns est s. Ordinationis Episcopus qni aut ratione originis aut domicilii ant beneficii aut familiaritatis eum sibi snbditnm addictumque habet qui ecclesiasticae militiae se mancipere cupit, *cap. Cum nullus de temp. ordin.*, *Bened. XIV. Instit. eccl. 33. § 6.* et *s. Congregatio in Lunen Sarzanen. s. Ordinationis 29. Maji 1824. §: Quamquam.* Cnm autem in praesenti casu nec beneficii nec familiaritatis titulus praesto sit, qnaestionem potius instituere oportet de Episcopo domicilii et originis.

Jam vero ex rerum serie liquido apparet rationem haberi non posse hodierni domicilii sive Charitaei sive ejus patris. Ille enim studiorum causa Balneoregium petiit; hic autem ad oppidum Baschi profectus est, ut munere Secretarii fungatnr, ac propterea in utroque animns deesse videtnr perpetuo manendi in loco quem non inhabitant. Quin imo desiderantur illa rernm adjuncta, quae eumdem animum evincunt, scilicet dinturna inhabitatio cum instructis aedibus bonorum, translatio ac juramentum se vere et realiter animum habere perpetuo ibidem pernanendi. Hujusmodi enim conditiones tam necessario intersint oportet ad verum legitimumqne comparandum domicilinm pro suscipiendis sacris ordinibus, ut alterntra deficiente animus in aliquo loco perpetuo manendi non praesumatur ut statuit notissima constitutio Innocentii *Speculatores**) § *11.* et docet s. Congregatio in *Lunen Sarzanen. s. Ordinationis 29. Maji 1824. §: Contendit* et in *Spoletana et Fulginaten. Ordinationis 27. Maji 1826. §: Nulli.*

Summa itaque rei contrahitur ad titulum originis. Porro subditns ratione originis ita memorata constitutio § 9. is tantum esse intelligitur qni natnraliter ortus est in ea dioecesi in qna ad Ordines promoveri desiderat; *dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti occasione nimirum itineris et officii, legationis, mercaturae vel cujusvis alterius temporalis morae seu supermanentiae ejus patris in illo loco; quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum et naturalis patris origo erit attendenda.* At si pater snbdit in *sequenti § 10., in alieno loco ubi ejus filius natus est tamdiu ac eo animo permanserit, ut inibi vere domicilium de jure contraxerit, tunc non origo patris, sed domicilium per patrem legitime ut praefertur contractum pro ordinatione ejusdem filii attendi debeat.*

Inquirendum est igitur utrum Charitaens in oppido Capitis Montis ex accidenti ortum duxerit ita ut origo patris non autem filii sit spectanda vel potius in eodem oppido originem traxerit, dnm ejus pater ibidem domicilium constituerit, ideoqne filii origo sit attendenda. Jam vero Charitaei patrem in terra capitis Montis sedem snam collocasse ex eo deducit Emus Episcopus Montis Falisci qnod oratoris pater avitum domicilinm Subluci penitns deseruerit ac terram Capitis Montis petierit ibiqne uxorem duxerit, lares collocaverit, immobilia acquisierit bona ac per decennium et ultra jugiter vixerit. Haec autem argumenta et praecipue decennalis habitatio declarant Archangelum Pasqnetti animum habuisse perpetuo manendi in memorato oppido; nam si eo ipso qnod quis per decennium in loco habitaverit, praesumitur in dnbio habnisse animum ibi domicilinm constituendi *Bartol., in C. Cornelia §: Si demum ff. de injur.*, *Fagnan. in cap. Significavit de paroch. n. 50.*, *s. Congregatio in Fabrianen. et Camerinen. Ordinationis 19. Augusti 1797. §: Concedenda.* Quaelibet sane evanescit dnbitatio, si diuturnae habitationi alia adstipulentur rerum adjuncta quae clarius animum evincant, *Fagnan. loc. cit. n. 54. Baldus consil. 334.*, *s. Congregatio in Lunen. Sarzanen. s. Ordinationis 29. Maji 1824. §: Episcopus.*

Balneoregiensis tamen Antistes putat Charitaeum in terra Capitis Montis ex accidenti in lucem fuisse editum ac propterea oratoris ordinationem ad Episcopum Interamnensem pertinere. Explorati siquidem juris est, ad verum sibi in aliquo loco comparandum domicilium hand satis esse moram quamvis decennalem ac magis diuturnam, sed praeterea animnm reqniri perpetno ibidem commorandi, *L. Domicilium ff. ad municipal.*, *Barbosa de offic. et potest. Episcop. part. 2. alleg. 4. n. 25.* A Charitaei autem patre abfuisse videtur animus stabilem sedem certumque domicilium in terra Capitis Montis, ninime se contulit, nt ibidem perpetnum domicilium constituerat, sed ut munus gubernatoris obiret. Qui autem ratione dumtaxat officii in aliquo etiam per longissimi temporis spatium commoratur, verum non contrahere domicilium patet ex Innocentia Constitutione § 9. et docet *s. Congregatio in Fanen. Legati 20. Aprilis 1771. § Civilitas* et in *Romana seu Tudertina 13. Julii 1771. § Neque*, cnm eo animo comparatus censeatur, ut illinc sit discessurus, simul ac officium, quo ipse fungitur, alio eum advocet. Et revera Charitaeus paternarum rerum probe conscius in supplici libello huic s. Ordini porrecto affirmat, parentem suum *per essere impiegato nei Governi* non habuisse *domicilio fisso in alcun luogo.*

Illud tandem hic pro meo munere animadvertendum reor, qnod cum Orator prius in dioecesi Montis Falisci, dein in Tudertina dioecesi una cum patre moram traxerit, et in praesens in Balneoregiensi seminario commoretur, deliberent quaeso Emi Patres, utrum testimonialibus Episcoporum earumdem dioecesum indigeat, ut licite clericali tonsura initiari et ad Ordines promoveri queat. Eas quidem necessarias suadet Innocentiana Constitutio atque in similibus casibus ita respondit hic s. Ordo, ut dignosci possit, an ad Ordines promovendus aliquo irretitus sit canonico impedimento. Exempla prostant in *Bononien. seu Ferrarien. Ordinationis 14. Novb. 1733.*, in *Asculana et Camerinen. Ordinationis 19. Augusti 1797.*, in *Lunen Sarzanen. s. Ordinationis 29. Maji 1824.* et in *Spoletana et Fulginaten. Ordinationis 27. Maji 1826.*

Hinc proponitur

D u b i u m :

Ad quem et quomodo spectet Ordinatio Charitaei in casu?

S. C. resp.:

Affirmative ad Emum Episcopum Montis Falisci impetratis literis testimonialibus ab Episcopis Balneoregien. et Tudertino.

Die 17. Maji 1828.

Albanen.

Ad domicilium sibi comparandum*) satis non est mora in aliquo loco sed praeterea requiritur animus ibi perpetuo manendi, *L. domicilium 20. ff. ad municipalem*, *L. postliminii 5. ff. de captiv.*, adeo nt deficiente hujusmodi animo, ne longissimi quidem temporis mora domicilium contrahatur, *Barbosa de offic. et potestate Episc. part. 2. all. 4. n. 25.*, *Fagnan. in cap. Significavit de paroch. n. 44.* Imo praeter moram animumque perpetuo commorandi pro domicilio acquirendo oportet, ut Ordinandus *se vere et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet* uti respondit s. Congregatio in *Ugentina seu Hydruntina Ordinationis 8. Julii 1719.*, in *Anconitana seu Senogallien. 28. Sept. 1754.*, in *Florentina Ordinationis 10. Januarii 1778.* et in *Tudertina seu Interamnen. s. Ordinationis 12. Julii 1823. § Statuit et seqq.*

Subdiaconus antem Bertagni, nedum juramento non affirmavit sed nunquam aninmm se habere pandidit Sermezzanae domicilium statuendi; cum illuc non porrexerit ad domicilium sibi comparandum, sed consilio tantum operam praestandi Patruo studiisque vacandi. Caeterum licet Sermezzanae contraxisset domicilium, non vetabatur tamen dimissorias petere ab Ordinario Massensi, cui ratione originis subjectus erat: nam ad tramites Innocentianae Constitutionis § 10. tunc solum Episcopus domicilii in Ordinibus conferendis praestat Episcopo originis, quando non filii ex accidenti in aliquo loco orti, sed patris attendi deberet origo. Idque tradit etiam *Rigantius* ab Episcopo Sarzanensi allegatus, *ad reg. 24. cancell. § 3. n. 17.*, et firmavit s. Congregatio *apud eumdem Ri-*

*) Vd. *Ordinatio.* Haec constitutio § 5. haec habet: »Subditus autem ratione domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is dumtaxat censeatur qui licet alibi natus fuerit illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco vel per decenium saltem in eo habitando vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis aedibus in locum hujusmodi transferendo ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando satis superque unum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit, et nihilominus ulterius utroque casu se vere et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet.«

*) Vd. *supra p. 1493. n. 4.*

gant. atque in Caputaquen. seu Neapolitana 8. Febr. 1721. § Emus.

Die 29. Maji 1824.

S. Miniatis et Collen.

Franciscus Baldareschi in oppido Balaje dioecesis s. Miniatis cum primis adolescentiae annis ecclesiasticae militiae nomen dedisset, itaque vitam egisset suam ut nulla de illius integritate morem suboriri posset suspicio, clericalem tonsuram duosque primos minores ordines a suo Antistite suscepit. At ineunte aetate immutatisque moribus adeo sensim a suscepta vitae ratione discessit utne clericalem postea gestaret habitum ab eodem Episcopo interdictum sibi fuerit.

Nec dum poenalis isthaec lata fuerat ab Episcopo sententia cum idem Baldareschi quandam deperiens mulierem quae suae virginitatis jacturam jam antea tulerat cum ea fornicationis crimen admisit, quod etsi aliquamdiu delituerit progressu tamen temporis ex mulieris partu innotuit appertissime. Hinc apud criminale s. Miniatis tribunal accusatione instituta oeconomice*) tantum et sine forensi strepitu actum fuit eidemque Francisco Baldareschi praeter multam scutatorum 150 quam ad reficiendas partus expensas jam antea ipsi luerat die 17. Febr. 1825 exilii poena irrogata est. E propria igitur patria extoris in Collensem anno 1825 recedit dioecesim ibique commorans adeo indubia dedit poenitentiae jugisque emendationis suae argumenta ut eum Collensis Episcopus in illius dioecesis seminarium cooptaverit et quibusdam ejusdem seminarii adolescentibus praefecerit. Quod ubi novit s. Miniatis Antistes suarum duxit esse partium literas ad Collensem mittere Episcopum ut ipsum de patrato a Francisco Baldareschi fornicationis crimine et de anteactae ejus vitae ratione certiorem faceret.

Non multum vero post temporis rogatus idem s. Miniatis Antistes ut opportunam Collensi Episcopo veniam tribuerit qua hic posset in Franciscum Baldareschi omnes spiritualis jurisdictionis actus exercere ac suae veluti habere dioeceseos clericum annuit votis ac die 3. Martii 1829 exoptatam remisit cessionem.

Quae quidem amplissima cessionis verba cum pro dimissorialibus literis Collensis habuisset Episcopus nullamque existimasset ex admisso fornicationis crimine irregularitatis impedimentum oriri potuisse clericum Baldareschi, quem 4 jam antea annis suae dioecesis seminario exceperat ad reliquos primum minores ordines dein ad subdiaconatum promovit.

Haec cum ita se haberent, subdiaconus Baldereschi conscientiae prospiciens s. adiit poenitentiariae tribunal ut non modo absolveretur a censuris et ab irregularitate in quas se incidisse arbitrabatur verum etiam ut ad subdiaconatus obeunda munia aliosque ordines recipiendos necessariam assequeretur facultatem. Licet vero quoad absolutionem a censuris susceptique ordinis exercitium idem orator sui voti compos evaserit ei tamen jussit s. poenitentiaria, ut pro aliorum Ordinum susceptione s. hanc exoraret Congregationem. Quamobrem supplicem huic s. Ordini porrexit libellum ut ad diaconatus et presbyteratus ordines promoveri a Collensi Episcopo possit.

Preces ad utrumque ablegavit Ordinarium. Hinc rogatus est s. Miniatis Antistes pro informatione et voto atque ut renuntiaret an clericus Baldareschi duos minores ordines et subdiaconatum cum suis dimissorialibus receperit literis et an Collensi Episcopo innotuerit processus contra eumdem oratorem confectus ennaratam inprimis rerum seriem confirmat ac nonnulla insuper addit.

Collensis vero Episcopus nonnullas remisit animadversiones quibus demonstrare nititur nullo se praepeditum esse impedimento quin clericum Baldereschi ad s. Ordines promoveret, tum quia amplissima a s. Miniatis Antistite facta sibi fuerat facultas qua spiritualem jurisdictionem exercere in eumdem clericum posset tum quia ex fornicationis crimine et ex oeconomici exilii poena, quae nondum innotuerat, nullam putabat oriri potuisse irregularitatem.

Duo potissimum sunt rationum monumenta quibus Collensis Episcopus putat jus sibi esse clericum Baldereschi ad ss. Ordines promovendi tum quia scilicet amplissimam in eum egerit jurisdictionem tum quia ejusdem emendatio et poenitentia omnem si quam contraxerat infamiae labem eluerit. Quod enim ad primum spectat cum clericus Baldereschi a patria exul supplex suae originis adierit Episcopum ut sibi liceret inter Collensis dioecesis clericos adscribi ac in

*) Vd. *p. 526.*

eadem qua sese receperat dioecesi perpetuo et stabiliter commorari, in dubium revocari profecto nequit eam ipsi insedisse mentem ut suum ibidem domicilium constituere exoptaverit. Et revera cum s. Miniatis Antistes delatis precibus subscripsisset »concedendo al giovine Baldereschi di poter fissare stabilmente la sua dimora nella diocesi di Colle e di potersi fare anncovere a quel clero rilasciando a tal effetto qualunque opportuno e necessario discesso« per 4 circiter annos in Collensi civitate moram duxit, quin ullo unquam tempore ab ea discesserit. Animo itaque permanendi diuturna accessit habitatio ac sufficiens ad constituendum considerabile tempus, quod Innocentiana requirit constitutio *ad tradit. per Barbosa de potest. Epis. part. 2. Allegat. 4. n. 25.* et per *s. Congregationem in Florentia et aliarum Ordinat. 10. Januarii 1778. § Hisce.* Nihil vere mirum si clericus Baldereschi peculiarem non conduxerit domum neque ullam in Collensi civitate transtulerit bonorum partem. Seminario enim ab Episcopo exceptus, ut theologicis disciplinis operam navaret ac quibusdam seminarii adolescentibus praeesset, aliam certe nequibat inhabitare domum suarumque rerum administrationi vacare.

Verum etsi Collensis Episcopus nequeat domicilii titulo clericum Baldereschi ad ss. Ordines promovere dimissorialibus tamen literis ad licitam illius ordinationem opus sibi non esse contendit. Amplissimam namque ab Episcopo s. Miniatis accepit cessionem, »in cui rilascia vasi qualunque opportuno e necessario discesso con tutte le facoltà utili ed opportune, perchè il giovine Baldereschi potesse dall' Illmo e Rmo Mons. Vescovo di Colle essere in dette suo dioecesano dichiarando, che qualora piacesa al prelo dato Monsig. poteva egli come tale considerarlo per la cessione totale che gliene faceva nella piu valida forma etc.« Si igitur clericus Baldereschi haberi potest veluti Collensis dioeceseos subditus, poterit etiam ab ejusdem dioecesis Episcopo sacris ordinibus insigniri; praesertim cum in memorata cessione collatio ordinum non excipiatur quae excipi certe debuisset si s. Miniatis Antistes ordinandi jus reservare sibi voluisset.

Nec praeterea Collensis Episcopus testimonialibus indigere literis arbitratur. Testimoniales enimvero literae*) ea potissimum ratione dantur ut integri mores, idonea aetas et natales legitimi illius qui ordinandus est ordinanti Episcopo penitus innotescant, *s. Congreg. in Messanen. Ordinationis 22. Augusti 1739.* §: *Tertio* et in *Burgi s. Domini seu Cremonen. Ordinationis 1. Augusti 1750.* §: *Auditi.* At Collensi Episcopo innotescere haec omnia possunt absque testimonialibus literis Episcopi originis. Constat enim clericum Baldereschi per 4 circiter annos, dum in Collensi seminario studiorum causa immorabatur, indubia jugiter suae emendationis argumenta praebuisse. Constat insuper eumdem antequam patria exularet a s. Miniatis Antistite ad minores ordines promotum fuisse ac legitimis proinde natum esse parentibus. Constare tandem potest et de idonea aetate, si clericus Baldereschi afferat testimoniales ex libro baptismali a parocho scriptas. Nec praetereundum est s. Miniatis Antistitem et Collensem Episcopum postquam Baldereschi ad Collensem sese contulerat dioecesim saepius invicem sibi dedisse literas. Quae quidem literae etsi cetera dessent ad collationem tamen ordinum pro testimonialibus literis haberi posse videntur.

Quoad alterum vero spectat cum fornicationis crimen infamiam juris non irroget, luculenter evincitur clericum Baldereschi infamiam dumtaxat facti contraxisse. Infamia*) autem facti licet ex enormi crimine oriatur, constanti tamen et publica trium annorum emendatione penitus tollitur, *cap. Testimonium 54. de testibus et attest.* et *cap. Nunquam dist. 56, s. Congr. in Spoletana Parochialis 19. Jan. 1737.* §: *Primo* et in *Hydruntina Irregularitatis. 11. Junii 1774* §: *Nec.* Si igitur sublata infamia necesse est, ut omnis tollatur irregularitas inficiari profecto nequit clericum Baldareschi nullo irregularitatis impedimento reperiri ac proinde ad sacros ordines posse juxta constitutas ab ecclesia leges promoveri.

Verum juris ecclesiastici disciplina aliter rem dijudicandam esse suadet. Atque inprimis exploratissimum in jure est, nulli Episcopo licere quempiam ad ss. promovere ordines, nisi quem sibi habeat subditum ratione aut originis aut beneficii aut familiaritatis aut domicilii, *Concilium Trid. sess. 23. cap. 8. de ref.* Cum autem nostro in themate nulla prorsus neque de originis neque de beneficii

*) Vd. *Literae* (dimissoriales, testimoniales).

*) Vd. *Infamia.*

neque familiaritatis titulo iustitui quaestio possit de titulo domicilii dumtaxat quaestionem instituamus oportet. Jam vero Colleusi Episcopo nulla certe adest ratio, qua clericum Baldereschi domicilii titulo ad sacros ordines promovere valeat. Subditus enim ratioue domicilii is tautum esse intelligitur qui licet alibi uatus fuerit illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco ut vel per decennium saltem in eo habitaudi vel majorem rerum et bonorum suorum partem cum iustructis aedibus in locum hujusmodi transferendo ibique insuper per aliquod considerabile tempus commoraudi satis superque suum perpetuo ibidem permaueudi auimum demoustraverit et nihilominus ulterius utroque casu se vere et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet . . . *Innocent. XIII. in constit. Speculatores**) § *11.* Quae quidem conditiones tam necessario iutersint oportet ad verum legitimumque comparaudum domicilium pro suscipieudis sacris ordinibus ut alterutra deficieute animus in aliquo loco perpetuo manendi non praesumatur, *s. Congregatio in Lunen. Sarzanen. s. Ordinationis 29. Maji 1724.* §: *Contendit* et in *Spoletana et Fulginaten. Ordinationis 27. Maji 1826.* §: *Nulli.* At clericus Baldereschi nec per deceuuium in Collensi dioecesi immoratus fuit neque ibi ullam bonorum partem transtulit neque juramentum se vere et realiter auimum habere perpetuo ibidem permanendi emisit sed tautummodo per quatuor circiter annos praefecti munere in semiuario fuuctus est. Cum igitur neque ratione domicilii Collensi Episcopo subjiciatur nequit profecto absque dimissorialibus sui Episcopi literis ad sacros ordines promoveri.

Et sane Coucilium Trid. *sess. 14. cap. 2. et 3.* et *sess. 23. cap. de reformatione* vetuit ne quis alienum subditum seu extraneum absque proprii Antistitis venia, idest dimissorialibus literis ordinare audeat eamdemque legem gravissimis sancivit poenis statuens, ut ordinans a collatione ordinum per annum et ordinatus a susceptorum ordinem executione quamdiu proprio Ordiuario videbitur expedire sint ipso jure suspensi.

Neque juvat objicere Collensem Episcopum literas a s. Miuiatis Antistite accepisse quibus facta sibi fuerat potestas spiritualem jurisdictiouem in Clericum Balderechi exercendi eumque habendi veluti suae dioeceseos clericum. Cum enim dimissoriales eae tantum nuncupentur literae, quae traditam exprimunt facultatem, ut alter Episcopus valeat extraueo a sua dioecesi clerico sacros ordines conferre, *Monacell. tom. 1. tit. 4. formul. 3. s. Congreg. in Pientina seu Ilcinen. Ordinationis 8. Augusti 1733.* §: *Nec vero* hinc necesse profecto foret, ut in iisdem literis quas s. Miniatis Antistes Colleusi dedit Episcopo peculiaris de collatione ordinum sermo institueretur. Atque s. Miniatis Autistes etsi amplissimam Collensi Episcpo cessionem remiserit, nullam tamen in eadem cessione de conferendis clerico Baldereschi ordinibus meutioueм habuit. Nou videtur proiude dimissoriales dedisse literas. Quin imo si ea sedulo pendantur quae pro conformatione et voto ad s. scribit Congregationem satis perspicue coustat, non eam sibi iusedisse mentem ut pro ordinatione clerici Baldereschi dimissoriales tradere literas existimaverit. At si clericum Baldereschi postquam exilii poena damnatus e propria discesserat dioecesi suarum literarum testimonio prosequi noluit, multo minus dimissorialibus eumdem literis voluissse prosequi dicendum est.

Praeterea etsi domicilii titulo ac proinde absque dimissorialibus literis clericus Baldereschi ordinari a Collensi Antistite posset ratione tamen origiuis testimouiales s. Miniatis Episcopi literae ad licitam ordinationem necesse omnino est ut accedant. In memorata enim Innocentii XII. coustitutione §: *7.* statutum est neminem posse ab Episcopo beneficii ad ulteriores ordines promoveri »nisi aute eorumdem susceptionem testimoniales literas proprii Episcopi tam originis quam domicilii super suis *natalibus, aetate, moribus et vita* sibi concedi obtinuerit; et §: *12.* cautum legitur: »Si quis a proprio origiuis loco in ea aetate discesserat qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici etiam Ordinarii suae originis testimoniales literas ut supra afferre debeat ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum ordinum literis ut supra afferre debeat ac de illis expressa similiter meutio in susceptorem ordinum literis facienda erit.« Huic autem legi non videtur profecto satisfacere tum ea cessio quae s. Miniatis Antistes ad Collensem remisit Episcopum tum ea literarum ratio, qua iidem Antistites saepius invicem usi sunt. Cum enim illegitimus quisque irregularitatis impedimento laboraret nec

*) Vd. *Ordinatio.*

juxta sanctionem Bonifacii VIII. *in cap. 1. de filiis presbyteror. in 6.* promoveri ad ordines debeat, hinc a s. Miniatis Episcopo aliqua saltem aut in literis aut in cessione de legitimis natalibus facienda mentio erat ut Episcopo Colleusi illius clerici conditio ad Innocentianae constitutionis tramites innotesceret. Neque vero minus necessarium censeri potest testimonium de legitimis natalibus clerici Baldereschi, quod propterea apertissime constet eumdem minores ordines jamdiu suscepisse. Siquidem praecedens minorum ordinum susceptio non satis probat clericum ex nuptiis procreatum fuisse, cum ille legitimus possit ab Episcopo effici habilis ad ordines dumtaxat minores juxta citatum *cap. de filiis presbyt. in 6.* Deinde s. Miniatis Episcopus neque in iis, quas ad Collensem Antistitem misit, literis de legitima clerici Baldereschi aetate instituit. Tandem testimoniales literae eae tantum esse dicuntur quae continent testimonium quod clericus promovendus sit dignus, cui tales ordines conferantur, *s. Congreg. in Pientina seu Ilcinen. Ordinationis 8. Augusti 1733.* §: *Nec vero.* Quin imo testimoniales istas literas ut s. Concilio Trid. satisfaciaut eo spectare oportet ut probatum testatumque reddant vitae meritum idoneum ad tales ordines suscipiendos, prout singulos eorum gradus decet. Quod quidem etsi non expresse Innocentiana coustitutio praecipiat implicite saltem praecepisse et confirmasse dicendum est quippe quae prodiit ad restituendam firmiusque retinendam disciplinam a Trid. patribus coustitutam, *s. Cong. in eadem Pientina* §: *Satis.* Quamobrem cum s. Miniatis Episcopus non modo nullam de ordinibus ac de moribus ad suscipiendos ordines idoneis meutionem habuerit, verum etiam postquam clericus Baldereschi e propria exulaverat dioecesi de admisso fornicationis crimine Collensem Autisitem edocuerit testimonialibus eumdem clericum prosequi literis noluisse apertissime constat.

Hinc proponuntur

D u b i a:

I. *An subdiaconus Baldereschi ordinari possit a Collensi Episcopo absque literis dimissorialibus Episcopi s. Miniatis in casu etc?*

Et quatenus affirmative,

II. *An idem subdiaconus ordinari possit absque literis testimonialibus Episcopi s. Miniatis in casu?*

S. C. resp.

Ad I. et II.: Affirmative facto verbo cum SSmo.

Die 20. Mart. et 24. Apr. 1830.

14) Quoad jus separationis thori.

Matrimonium inter Titium et Cajam contractum iu dioecesi A. felicem nou habnit exitum. Statim enim pax domestica turbari coepit douec mulier relicto viro aliam exteram dioecesim B. sola petiit, quam deiude sequutus est vir et in hac dioecesi plures annos conjuges manseruut. Proles, quae interim suscepta est quin coujugum coutroversia extiugueret easdem adauxit et Caja, auctoritate viri contempta, imperium affectabat, et uimis familiares relationes cum altero homiue iuiit, quas magis in dies confovere dicebatur, quin imo inscio vel invito coujuge domum familiae saepe deserebat. Denique cum Titius cogitaret ad arma judicialia devenire ut in officio uxorem contineret, Caja longe extra dioecesim se contulit in domum parentum.

Omittimus uonnulla, quae deinceps gesta sunt quaeque minus ad praesentem quaestionem pertiuere videntur. Itaque spe pacificae conciliationis deperdita Titius libellum Curiae in qua ipse degebat obtulit, in quo enarrata factorum historia petiit:

1) legitimam separationem thori et mensae;

2) filiae restitutionem, quam secum tulerat Caja.

Mulier ab auctoritate ecclesiastica vocata iu dioecesi B. quatuor vicibus dilatioues pro responsione petiit atque obtiuit. Judex euim dilationes ejusmodi indulgebat, quod sibi spes adhuc erat, ut relicta via judiciali conjuges pacifice conciliareutur. At omuia iu irritum cesserunt: uamque Caja aliam excogitavit viam protraheudi judicium oppouens exceptionem fori declinatoriam. Iuquiebat euim matrimonium iniisse in dioecesi A. ibique matrimoniale coutractum stipulatum fuisse, nou autem in dioecesi B., quae dioecesis sub altero civili guberuio reperiebatur: ac proinde incompetens esse ecclesiasticum hoc tribunal ad ferendum divortii judicium super exteris personis. Hac exceptione accepta ecclesiasticum tribuual perpeudens, »quod rea conventa exceptionem fori declinatoriam uon opposuit intra tempus legitimum juxta leges in ea

dioecesi vigentes.« Quin imo non solum implicite, sed etiam explicite competentiam ecclesiastici tribunalis admiserat facto suo, quo per 4 supplices libellos prorogationem judicii postulavit . . . quod juxta ss. Canones rite in causis matrimonialibus Ordinarius jurisdictionem exercet etiam in personas, quae habent quasidomicilium in sua dioecesi, quin necesse sit ut habeant verum domicilium, quod in praesenti casu ex documentis constabat, actorem Titium 13 abhinc annis domicilium firmiter habuisse in ea dioecesi, quod distinctio facta inter domicilium et subjectionem civili gubernio per se nullo pretio erat habenda, multoque minus in casu, in quo agebatur de persona quae 13 annos ibi habitaverat cum animo manendi etc. Emisso decreto suam competentiam declaravit et rejecta mulieris exceptione mandavit ulterius esse procedendum.

Contra hujusmodi decretum Caja appellavit ad apostolicam Sedem. Appellationis instantia a Curia excepta Ordinarius acta omnia super incidentali quaestione ad S. C. C. transmisit additis literis quibus significabat ex sua sententia decretum valorem undequaque habere.

Acceptis a S. C. C. actis et literis rescriptum fuit prout in more est positum Ordinario ut praefigeret partibus terminum ad deducendum jura sua coram S. C. et de resultantibus certioraret, quod absque mora factum est.

Transmittens autem Ordinarius ad S. C. novas partium deductiones graviter conquestus est, quod Cajae procurator non de incompetentia fori tantum quod optimo jure poterat sed etiam de merito principalis controversiae disseruerit et graves in Titium accusationes conjecerit, a quibus abstinere omnino debuisset.

Iis in facto indicatis disputatum est de dubio in calce posito.

Cajae defensor ex duplici capite nullitatem decreti arguebat:

1) ex defectu debitae intimationis cum citatio introductiva judicii non personaliter Cajae sed ejus fratri intimata fuerat;

2) ex defectu jurisdictionis in Curiae ecclesiasticae tribunali.

Ut primum defectum evinceret contendebat, Cajam insciam prorsus fuisse peractae intimationis usque ad diem, quae immediate praecessit appositionem exceptionis declinatoriae. Frater enim ideo sorori acceptam intimationem non manifestavit, quia spem fovebat ope dilationis vel suadendi Titio ut a prosecutione judicii desisteret vel conciliandi sororem cum Titio. Caeterum quaecumque sit causa ob quam ita se gesserat Cajae frater certum esse recolebat intimationem personalem Cajae factam non esse; ejusmodi autem defectum nullitatem actorum quae gesta sunt secumferre ideoque decreti emissi nullitatem.

Ad incompetentiam tribunalis comprobandam defensor praemittens, quod matrimonium celebratum fuerat in dioecesi A. gratis asseri ajebat domicilium Titium obtinuisse in dioecesi B.: eumdemque non civem sed extraneum esse in ea imperii ditione. Quod ostendere curabat ex documento ex regestis municipalibus deprompto illius civitatis in dicta dioecesi B., in qua conjuges degerunt. In eo enim documento legebatur Titium cum sua familia in dictis regestis reperiri inscriptum ceu subditum exterum et precarie ibidem commorantem ab anno 1857. Quare defensor ambigi non posse concludebat Curiam de qua agimus jurisdictione carere.

Primum defectum qui ex adverso opponebatur rejiciebat Titius affirmans personalem citationis intimationem requiri in civilibus actionibus instituendis ea in imperii ditione; tamen juxta consuetudinem Curiarum episcopalium satis esse ut intimatio fieret vel ipsis rei conventi domesticis vel etiam in ejusdem domicilio: uxorem deinde ita se gessisse subdebat, ut quemcumque aditum declinandi forum illum sibi ex sua agendi ratione praecluserit.

Notissimum praeterea esse inquiebat *Canonem 12. sess. 24. Synodi Trid.* quo anathema illis infligitur, qui causas matrimoniales non spectare dixerint ad judices ecclesiasticos: pro competentia autem alicujus ecclesiastici tribunalis juxta canonicas leges domicilium sufficere vel quasidomicilium: extra controversiam autem esse positum se ab anno 1843 vel saltem 1850 absque ulla interruptione in ea civitate stabili sede sibi et familiae suae constituta permansisse, quidquid legi placeat in regestis municipalibus, quae contrariam probationem non excludunt.

His adductis dumtaxat ex officio recolebatur id quod cum aliis docet *Reiffenstuel lib. 2. tit. 2. n. 24.* certum scilicet esse,

quod ratione domicilii forum consequatur, ita ut ibidem conveniri valeat: quin imo hujusmodi dici verum et naturalem forum juxta caput *Licet 20.* et *cap. Ex parte 15. de for. competen.*, *Fagnanus in dicto cap. Licet n. 9.* et forum domicilii ordinarium esse et universaliorem caeteris, utpote concurrentem cum quolibet alio foro.

Propositum est dirimendum

Dubium:

An decretum Curiae . . . sit confirmandum vel infirmandum in casu?

S. C. C. die 28. Januarii 1865 censuit: Confirmandum esse decretum respondendo: Affirmative ad I. partem, negative ad II.

Ex iis colliges:

I. Quamvis regulariter quis forum sortiri dicatur juxta caput *Licet de for. compet.* ratione delicti, contractus, domicilii, rei sitae, tamen domicilii forum dici et esse naturalem, ordinarium, universaliorem et cum caeteris concurrentem.

II. Praepostere denegari competentiam alicujus ecclesiastici tribunalis in re ad ipsum spectante ex ratione qua actor vel reus conventus non reputetur subditus ditionis civilis, in qua dictum tribunal extat. Sufficit enim quod reus conventus per aliquod domicilium juxta canonicam doctrinam subditus evaserit alicujus ecclesiasticae Curiae ut ibi conveniri possit.

III. Uxorem forum sortiri in quo vir suus domicilium habet.

Dominica.

Licentia laborandi.

Concessionem licentiae laborandi diebus festivis urgente necessitate quando ad Episcopum recursus haberi nequit ad Vicarium foraneum spectare.

S. R. C. die 26. Novb. 1678.

Dominium.

Franciscanorum.

Vd. *Franciscani* (eleemosynae et pecuniae etc. decr. Innocent. IX.); *Regulares.*

Domus.

1) Canonicalis.

Vd. t. III. p. 385. n. 17.

2) Lauretana.

a) Administratio.

Vd. *Bull. rom. Contin. t. XVI. p. 118. etc. (Ed. Romae)*; Constit. *Innocent. XII.* dd. 7. Aug. 1698. in Bull. r. t. VII. p. 254. Ed. Luxbg. 1741.

b) Privilegia.

Privilegia et exemptiones Almae Domus Lauretanae necnon resolutiones dubiorum et controversiarum jurisdictionalium in synopsim redactae approbantur et confirmantur.

Benedictus PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Humilitatis Nostrae considerationem ad s. gloriosae Virginis habitaculum dirigentes apostolicae sollicitudinis zelo excitamur ut omnem curam ac studium quantum in Domino possumus adhibeamus ad quascumque dissidiorum occasiones procul a loco s. submovendas ne unquam ibi discordiae exoriri valeant, ubi verbum Dei Deus et Dei Filius qui a propheta princeps pacis cognominatus est ad reconciliandum Deo hominem in intemeratae ejusdem Virginis sinu factus est homo.

Sane postquam plures romani Pontifices Praedecessores Nostri praedictam s. Domum olim Nazarenam nuncupatam multiplici privilegiorum, gratiarum, indultorum, praerogativorum et exemptionum concessione cumulaverant ac signanter fel. rec. Clemens PP. VII. etiam Praedecessor Noster inter alia Castrum Lauretanum illiusque habitatores cum omnibus juribus et pertinentiis suis, curae, gubernio, administrationi et regimini cum mero et mixto imperio ac potestate gladii commissarii seu protectoris ejusdem s. domus submiserat et demandaverat ac subinde rec. mem. Sixtus PP. V. pariter Praedecessor Noster Castrum Lauretanum praedictum civitatem ac saecularem et insiguem collegiatam ecclesiam inibi existentem eamdemque s. domum magnifica atque eleganti aedificiorum constructione circumdatam atque exornatam in Cathedralem erexerat deindeque piae record. Paulus PP. V. similiter Praedecessor Noster, ad succidenda jam enata inter Episcopum Lauretanum et protectorem ipsius s. domus litium et controversiarum germina per quandam suam in perpetuum valituram constitutionem *Divina disponente clementia* etc. sub datum apud s. Mariam 1620 pridie Idus Julii editam eidem s. domui Lauretanae solum seu pavimentum s. cubiculi seu s. capellae quam circumcirca usque ad columnas et scala inclusive contentum, in territorium proprium distinctum et separatum nullius dioecesis in quo de caetero solus ejusdem s. domus protector pro tempore existeus ejusque gubernator privative quoad Episcopum Lauretanum etiamsi s. romanae ecclesiae Cardinalis, existere, jurisdictionem omnimodam et quasi episcopalem habere et exercere posset perpetuo constituerat et assignaverat ipsamque s. domum seu capellam magnam et parvam nuncupatam ac pavimentum et territorium praedictum ejusque gubernatorem, officiales, ministros et quoscumque alios tam laicos quam clericos regulares eidem s. domui seu capellae ejusque bonis quomodolibet inservientes necnon eorundem officialium, ministrorum aliorumque inservientium familias et famulos et quoscumque peregrinos ad s. domum praedictam confluentes ipsiusque s. domus Palatia, aedificia, possessiones et praedia quaecumque ac reliqua bona tam mobilia quam stabilia et semoventia ubicumque existentia, suppellectilia etiam pretiosa, pecunias, eleemosynas, donationes et quaecumque relicta ab omni et quacumque Episcopi Lauretani superioritate, jurisdictione, dominio ac potestate perpetuo plenissime penitusque et omnino exemerat et liberaverat ac sub b. Petri et Sedis apostolice protectione speciali susceperat omnimodamque jurisdictionem ecclesiasticam et spiritualem ac quasi episcopalem in praedictam s. domum ejusque territorium, ministros, officiales aliosque inservientes et peregrinos resque, bona ac jura praedicta eidem pro tempore protectori adjudicaverat variis eidem protectori tam circa Vicarii curati deputationem quam circa literarum dimissorialium concessionem aliaque plurima privilegiis et facultatibus attributis,

Novissime fel. pariter rec. Innocentius P. XII. Praedecessor quoque Noster provide attendens ex hujusmodi forma regiminis speratam non provenisse utilitatem quin potius experientia et quamplurimis ad audientiam ejus perlatis recursibus et querelis doctus imminuta nimis Episcopi Lauretani potestate ecclesiasticam disciplinam paulatim dissolvi clerique ac populi mores aucto exemptorum numero relaxari; ad obviandum detrimentis hujusmodi per aliam suam itidem perpetuo valituram constitutionem *Sacrosanctae redemptionis humanae mysteria* editam apud s. Mariam Majorem 1690., Nonis Augusti, idem s. domui Territorium proprium et separatum ab omni Ordinarii jurisdictione exemptum et quasi episcopale in praedicta Pauli Praedecessoris constitutione assignatum confirmavit et approbavit, idemque territorium una cum omnibus praedictae s. domus ministris et officialibus aliisque personis ei quomodolibet mundi parte devotionis gratia confluentibus ab omni et quacumque Ordinarii praedicti jurisdictione iterum plenissime penitusque exemit et praedicto protectoris,

quod per obitum bon. mem. Palutti dum vixit Episcopi Portuen. S. R. E. Cardinalis de Alteriis nuncupati tunc vacabat, officio, Dignitate, titulo et denominatione perpetuo suppressis et extinctis, sub b. Petri et Sedis apostolicae speciali et immediata protectione suscepit.

§ 3. Omnem vero et quamcumque jurisdictionem tam ecclesiasticam et spiritualem ac quasi-episcopalem quae in eamdem s. domum ejusque territorium, officiales et ministros, peregrinos ac bona praedicta quam saecularem sive laicalem communitatem, homines et civitatem Lauretanam ejusque comitatum atque districtum protectori pro tempore ejusdem s. domus quomodolibet competierat, quandoquidem et romani Pontifices per se ipsos apostolicae servitutis onere praegravati vacare nequibant exercendam imposterum statuit et mandavit per Congregationem nonnullorum S. R. E. Cardinalium et romanae Curiae praelatorum *Lauretanam* nuncupandam quam ad hunc effectum erexit et instituit ac specialiter deputavit. Eidemque Congregationi ut semel et pluries ac quoties sibi videretur et placeret, quaecumque statuta et ordinationes pro felici praedictae s. domus ejusque bonorum ac personarum eidem inservientium regimine ss. tamen Canonibus et Concilii Trid. Decretis non adversantia et ab omnibus ad quos pertineret inviolabiliter observanda condere et publicare illaque mutare, alterare, corrigere et emendare licite posset et valeret, concessit et indulsit.

§ 4. Insuper voluit et mandavit, ut Congregatio praedicta, in spiritualibus quidem, quae scilicet ad ecclesiae cultum, chori servitium, divinorum celebrationem, animarum curam, sacrameutorum administrationem, morum correctionem et alia hujusmodi pertinerent, Episcopi Lauretani pro tempore existentis, tamquam Sedis apostolicae Delegati, in iis vero, quae quorumcumque bouorum ejusdem s. capellae temporalem administrationem, necnon dictae civitatis Lauretanae ejusque comitatus atque districtus, tam in causis civilibus quam criminalibus seu mixtis, gubernium saeculare concerneret, romanae Curiae Praelati in guberuatorem a romano Pontifice pro tempore existentem deputaudi, ope et ministerio uti deberet.

§ 5. Praeterea tam domorum et aedificiorum fabricam et manutentionem quam suppellectilium cujuscumque generis, paramentorum, gemmarum aliorumque jocalium, quae sub thesauri nomine continentur, necnon eleemosynarum et largitionum quarumcumque custodiam, atque etiam montis pietatis, nosocomii, hospitii et triclinii pro pauperibus peregrinis, superintendentiam gubernatoris praedicti curae committendas esse, ministros vero supradictis locis rebusque inservientes, si clerici essent, in concernentibus dumtaxat eorum ministerium, gubernatori praedicto, in reliquis autem Episcopo Lauretano tamquam Sedis apostolicae Delegato, organistam demum cantoresque quoscumque ejusdem s. domus quoad correctionem morum ecclesiaeque servitium Episcopo, et in caeteris gubernatori subesse debere decrevit et declaravit; si quid vero circa praemissorum observantiam, interpretationem seu declarationem ullo unquam tempore controverti aut dubitari contigisset, id omne praedictae Congregationis Lauretanae ut praemittitur institutae judicio (necessariis et opportunis ei ad id facultatibus attributis) declarandum, decidendum definiendumque esse praecepit et decrevit, prout in ejusdem Innocentii Praedecessoris constitutione uberius continetur.

§ 6. Cum autem ex praemissis provide ut praemittitur dispositis ea quae sperabatur concordia et tranquillitas non evenerit, quinimo inter Episcopum Lauretanum et gubernatorem praedictos super eorum respective jurisdictionis exercitio et pertinentia novae dubiorum et quaestionum ambages emerserint, adeo ut in illis dissolvendis Congregatio Lauretana praedicta per crebras resolutiones et decreta assidue laboraverit, Nos, quibus jurisdictionales controversiae hujusmodi in ipso Nostrae ad summi Apostolatus apicem assumptionis exordio non sine animi molestia innotescebant solliciti fuimus, ut per sedulam Nostrae provisionis industriam, controversias hujusmodi compoueremus; quamobrem post deliberationem quam super hoc adhibuimus diligentem, varias resolutiones a praedicta Congregatione Lauretana super eisdem controversiis alias aliis temporibus emanatas colligi curavimus; simulque gravati non sumus tria supra 30 dubia materiam jurisdictionalem hujusmodi tangentia, in dicta Congregatione usque de anno 1734 inter partes concordata, sed nondum eatenus proposita nec decisa apostolicae Nostrae resolutionis oraculo definire; omnesque et singulas, tam a Nobis quoad dubia praedicta quam ab ipsa Con-

gregatione editas Resolutiones praedictas in compilationem seu synopsim Alphabeti ordine digestam quae deinde typis impressa promulgari valeat, curavimus redigendas.

§ 7. Intendentes igitur per eandem synopsim quaestiones et controversias jurisdictionales hujusmodi aut omnino extinguere vel saltem majori ex parte abolere et utramque jurisdictionem Episcopi videlicet et gubernatoris Lauretani pro tempore existentium quantum Nobis possibile est pacis foedere unire, motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris et de apostolicae potestatis plenitudine omnia et singula privilegia, gratias, praerogativas, exemptiones et indulta a quibuscumque romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris praedictae s. domui illiusque bonis et personis ei inservientibus quomodolibet concessa et elargita, necnon Pauli et Innocentii Praedecessorum constitutiones praedictas eandemque synopsim omnesque et singulas tam a Nobis quoad dubia praedicta quam a dicta Congregatione Lauretana editas resolutiones et in ipsa synopsi contentas eorundem privilegiorum, gratiarum, exemptionum, indultorum, constitutionum et synopsis respective tenores etiam veriores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, approbamus et innovamus illisque ac eorum singulis novum perpetuumque apostolicae firmitatis robur adjicimus: decernentes eandem synopsim singulas resolutiones in ea contentas vim et effectum et efficaciam legis et canonicae sanctionis perpetuo habere et obtinere omnesque et quascumque controversias, si quas imposterum inter Episcopum Lauretanum et gubernatorem pro tempore existentes super eorum respective jurisdictionis pertinentia vel exercitio quomodolibet exoriri contingat, ad Synopsim et resolutiones in eas contentas praedictas omnino referri et nonnisi juxta et secundum easdem synopsim et resolutiones dirimi ac definiri debere.

§ 8. Easque necnon praesentes Nostras literas etiam ex eo quod venerabilis frater modernus Episcopus et dilectus filius modernus gubernator Lauretani ac alii quicumque in praemissis quomodolibet interesse habentes vel habere praetendentes quibus omnibus et singulis perpetuum desuper silentium imponimus eisdem praemissis non consenserint aut vocati vel auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis juridica et legitima de nullo subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio vel intentionis Nostrae aut alio quocumque defectu notari, impugnari, in jus vel controversiam revocari aut ad terminos juris reduci nullatenus unquam posse sed semper et perpetuo validas, firmas et efficaces existere et ab iis ad quos spectat et in futurum spectabit firmiter et inviolabiliter observari eisque omnino acquiesci, sicque et non alias per quoscumque judices Ordinarios et delegatos quavis auctoritate et potestate fungentes ac Dignitate etiam Cardinalatus honore fulgentes etiam causarum palatii apostolici auditores et sanctae romanae ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos ac eandem Congregationem Lauretanam sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter quam juxta et secundum synopsim et resolutiones in ea contentas praedictas judicandi et interpretandi facultate et auctoritate in controversiis jurisdictionalibus Lauretanis, in quocumque judicio et in quacumque instantia ubique judicari et definire debere irritum quoque et inane, quidquid secus super praemissis vel eorum aliquo aut circa ea a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§ 9. Caeterum quia contingere potest ut circa observantiam, intelligentiam, declarationem et interpretationem praedictorum Pauli et Innocentii Praedecessorum constitutionum aliqua deinceps exoriatur quaestionis materia vel controversia quae in memorata synopsi decisa et definita non reperiatur, Nos quamcumque quaestionem vel controversiam hujusmodi, si quam exoriri contingat, ejusdem Congregationis Lauretanae judicio resolvendam, decidendam definiendamque esse statuimus ac eidem Congregationi plenam et omnimodam ad id tribuimus et concedimus facultatem novasque resolutiones ab ipsa Congregatione super iis emanandas tanquam perpetuo validas et efficaces ab omnibus et singulis ad quos spectat et pertinet aut spectare et pertinere poterit quomodolibet in futurum quacumque appellatione, recursu et contradictione remotis, dummodo tamen synopsi et resolutionibus in ea contentis praedictis in aliquo non adversentur omnino servandas dictricte praecipimus et mandamus.

§ 10. Non obstantibus.

Die 7. Jan. 1743.

(Bull. Bened. XIV. t. I. p. 235. Ed. Rom.)

3) Parochialis

a) Aedificatio prius facta suspensione temporanea nominationis ad parochiam.

Vd. infra decr.: *Alatrina. p. 1598.*; *Camerinen. p. 1603.*

Firmana.

Inter paraecias in oppido loci Petritoli Firmanae Archidioecesis extantes recensetur altera sub invocatione s. Prosperi, capita complectes 276 cujus etsi erectionis et fundationis tabulae desiderentur constat tamen de jurepatronatus esse familiarum ejusdem oppidi Olivieri, Brancadoro, Vitali, Scarsini, Palmaroli; siquidem hae a tempore pervetusto parochum nominare et praesentare consueverunt; constat insuper paraeciam hanc perpetuo parochiali domo caruisse quum nullibi mentio occurrat de hujusmodi domo.

Jam vero sacram Visitationem absolvens in eo loci de mense Majo 1841 Eminent. Archiepiscopus decretum edidit sequentis tenoris: »*Essendo debito dei patroni delle Chiese parrochiali di provedere alla casa parrochiale ed avendo conosciuto che, la parrochia di s. Prospero n'e affatto priva condanniamo li patroni all acquisto di una casa al possibile vicina alla Chiesa per la decente abitazione del parroco nel termine di tre anni sotto pena nunc pro tunc del decadimento del patronato da pronunciarsi da Noi senz' altra intimazione in caso d'inadempimento, e riconosciano obbligati i Padroni in solidum.*« Quo territi patroni s. Ordini adfuerunt.

Nullum porro his super precibus aperuit animi sui sensum hodiernus Eminent. Archiepiscopus de more rogatus atque haec retulit scitu opportuna: »Nunquam quod compertum sit domum paroeciae illa possedit ita ut parochi semper in anteactis annis domum habitationis conduxerint. Ast magni interest propter tenuitatem reddituum ut imposterum propriam habeant, qua de causa ad minus scutata circiter 300 impendi debent.

Extat vero sub litera F. singrapha exscripta in qua quid annuo redditu aut in impensis et oneribus universis paroeciae sit liquido constat ut inde colligi valeat parum superfore si scutata annua 60 Oeconomo uti modo fit tribuantur stipendii titulo absque incertis utriusque stolae in tenui admodum proventu. Nihilominus videant EE. VV. an ex superexstantibus redditibus per decennium collectis tantum spes possit assurgere, ut tanta pecuniae adfutura sit summa quae pro emptione domus possit impendi.

Ex monumentis praeterea huic epistolae adnexis constat decennalem paraeciae statum frustra desiderari: ex inventariis autem identidem Curiae oblatis haec erui videlicet ex inventario anno 1772. redditus certos esse scut 91. 27. 5., expensum scut. 52. 87. 1. superesse pro congrua parochi scut. 38. 40. Ex inventario anno 1807. activum censeri in scut. 123. 52. 5. passivum in scut. 93. 71. superesse scut. 29. 81. 5. (latet an in passivo statu missae pro populo fuerint recensitae). Ex inventario an. 1838. proventus assurgere ad scut. 132. 94. 5. expensas ad scut. 90. 70. (comprehensis etiam missis pro populo) adeoque reliqua esse scut. 42. 24. 5. Cum porro praefata paraecia sub administratione fuerit compatroni Scarsini an. 1841, auctorante Ordinario redditus pro eo anno constitit in scut. 149. 81. 5., expensum vero in scut. 135. 11. 5. (non omissis scut. 60 Oeconomo), superfuere scut. 14. 70. Animadversum vero est in eo statu incerta stolae attento populi exiguo et paupertate vix computari posse in uno scutato nummo in singulos annos. Demum exhibita nuper est ab ipsis patronis fides subcollectoris spoliorum qui testatur: »Che avendo per due anci, e precisamente negli anni 1842 e 1843 sino ad oggi amministrato la rendite della parocchia di s. Prospero del detto luogo di Petritoli, il frutato de' beni della parocchia medesima, dopo sodisfatte tutte le passività inerenti, compreso l'emolumento di scudi 60 annui che si dà all Economo spirituale dell istessa Cura vacante, può ascendere annualmente a circa scudi 40 liberi.«

Cum eodem jure censeantur ecclesiam parochialem instaurare ac Domum pro parochi mansione adeout qui ad unum tenetur et ad alterum adstringi non dubitatur quia haec pars est et ecclesiae membrum, *Barbosa in cap. de his 4. de eccles. aedific. n. 5, Piringh. lib. decret. tit. 48. n. 19.*, S. C. in *Tudert. Rest. domus 21. Novb. 1772.* § *2.*, jure hinc meritoque videretur imposita s. visitationis decreto obligatio patronis paroecialem domum providendi, quatenus nempe velint jurepatronatus gaudere. Etenim ex aperta Tridentini sanctione *sess. 21. cap. 7. de ref.*: «*Parochiales ecclesias etiamsi jurispatronatus sint collapsas refici et instaurari*

(curare debent Episcopi) *ex fructibus et proventibus quibuscumque ad easdem ecclesias quomodocumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos et alios qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis provenientes percipiant aut in eorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis quacumque appellatione et contradictione remota.«* Porro quum rector ecclesiae (qui sane nonnisi deducta congrua ad sui sustentationem symbola tenetur ut explicat S. O. *in Sarcinat. Trans. eccl. paroch. 31. Julii 1790* § 5.) vel ecclesia ipsa opportunis mediis caruerit merito ad alterum obligatorum gradum deventum est scilicet ad patronos quos caeterum impares ad symbolam in singulos dividendam pro comparatione domus esse dumtaxat asseritur.

Facit ad rem instructio quam pro locis examussim, ubi domus parochialis, vel quae conduci possit intra fines parochiae non adest, datam a s. Congregatione Episcopo Nolano sub die 8. Febr. 1581 refert Monacellus *formul. legal. pract. tit. 16. formul. 2. n. 4.* quae ita se habet ibi: »*Quae amplitudo tua libello his literis concluso s. Congreg. Card. Concilii interpretum exponenda curavit de parochialibus ecclesiis in tua diocesi habitationem pro rectoribus non habentibus ubi etiam saepe accidit, ut nulla domus quae conduci possit a rectore reperiatur, ea cum Cardinales intellexerunt ita respondendum censuerunt: rectores parochialium praedictarum qui ex annuis redditibus minus 60 ducatis monetae usitatae in regno Neapolitano percipiunt liberos esse debere a contributione pro domibus aedificandis, sed capitulum cui illae unitae sunt, patronos ac alios ad quos fructus aliqui ipsarum ecclesiarum perveniunt ac in illorum defectum, parochianos juxta similem dispositionem Concilii cap. 7. sess. 21. contribuere cogendos esse. Illos autem rectores qui ex suis parochialibus plus 60, sed non ultra centum ducatos ejusdem monetae annuatim percipiunt partem quoque suam una cum praedictis in fructum earumdem ecclesiarum quomodo participes sunt aut cum parochianis juxta praedictam formam judicio tuo conferre debere; quod si annui fructus et redditus parochialium pro rectore excedant summam 100 ducatorum similis monetae alios gravandos non esse, sed ex dictis redditibus parochialis tantum pro aedificatione domus esse desumendum quantum amplitudo tua convenire arbitrabitur, lib. 3. literarum p. 247.*

Vere enim parochiam posse absque domo parochiali et erigi et consistere disserit *Reclusius de re paroch. part. 1. tit. 3. n. 40. et seq.*: »*Cum sola experientia doceat numero plurimas inveniri parochias propria habitatione destitutas et quotiescumque parochialis ecclesia adnexum non habeat pro parochi habitatione aedificium permittitur parocho ut ad illius libitum in aliqua domo dummodo congrua et commoda valeat habitare quemadmodum Rota declaravit in Senogall. Parochialium 14. Jan. 1737* §: *Hactenus, coram Harrach.*

Hinc si paraecia in casu existere ab initio potuit absque domo paraeciali et revera extitit jam praesumi posset praefatas familias juspatronatus acquisivisse ex dotatione tantum parochi sive ex assignatione congruae facta Curioni vel ex dotatione ecclesiae: adeoque justum videri posset eos jurepatronatus esse honestandos quousque dos ab his assignata permanserit, quin aliis gravari debeant oneribus in fundatione non susceptis et extra quasi contractum tunc temporis initum positis.

Profecto laudatus *Reclusius p. 1. tit. 9. n. 76. et seq.* resolutionem commentans a s. Ordine vulgatam in *Spiren. Reaedifi. eccl. 30. Martii 1761.* ubi proposito dubio:

»*An et ad quem spectet reaedificatio ecclesiae parochialis oppidi Seelbacensis?* responsum fuerat: *Spectare primo loco ad redditus parochiae, secundo loco ad populum, tertio ad patronum*«, postquam animadverterit ideo populum obligatum fuisse prae patrono, *quia praeter commodum, quod ab ecclesia spiritualiter perceperat domum parochialem e fundamentis excitaverat ac retroactis temporibus solita fuerat contribuere pro ecclesiae necessariis reparationibus*, ita prosequitur: »*At econtrario ad patronum oratione conversa ideo fuit a s. Congregatione resolutum illum tertio loco teneri ad ecclesiae parochialis reaedificationem quia agebatur de patrono, qui solam dotem quae adhuc extabat pro rectoris substentatione, non vero pro fabricae ecclesiae assignaverat, ut legere est in dicto folio* §: *Spiren. in principio* et in §: *Triplex ibi ... Adeoque non poterat, nisi in subsidium post dictam communitatem compelli ad expensas pro reaedificanda illa ecclesia, cujus ipse non fuerat fundator: secus ac dicendum esset si actum fuisset de nova constituenda dote pro rectoris substentatione eo quod ipsa defecerit*

ad notata ab Amostaz. de causis piis lib. 5. cap. 5. n. 22.

Praeter haec patroni haud satis fortasse dolent excussum fuisse praecipuum obligatum nempe parochum (s. C. in *Nep. Rest. eccl. 28. Aug. 1773.* §. *3.*), ex cujus redditibus in integra summa, haud levis tamen symbola ad effectum de quo agitur erui potuisset.

Quatenus vero teneantur reapse ad controversam domus comparationem patroni postulant subinde ceu videre fuit ut aequitatis ergo propositio probetur suspendendi collationem paraeciae. Qua in re perpendere est an executioni committi valeat propositio, an eam exequi expediat.

Primum praestabunt EE. VV. facta comparatione inter redditus paraeciae ex superius relatis statibus derivatae ac summam quae pro domus comparatione ab Emo Archiepiscopo necessaria indigitatur. Alterum illud praesefert commodi quod dum patronorum miserae ut asseritur conditioni succurit paraeciam et incolas suo non privat temporaneo rectore, illud vero offert incommodi quod paraecia per longum tempus mercenario commissa praestaret »ad quem non pertinet de ovibus«.

Dirimendum subjicitur

D u b i u m:

An et quomodo sit annuendum precibus oratorum in casu?

S. C. resp.:

Affirmative et esse consulendum SSmo pro suspensione ad decennium nominationis paraeciae deputato idoneo oeconomo ab Emo Archiepiscopo cum annuo stipendio scut. 60 ad effectum erogandi per administratorem ab eodem Archiepiscopo deputandum superextantes redditus in expositam fabricae causam docto ita si quid desit suppleant patroni et notificetur ministris datariae apostolicae.

Die 25. Maji 1844.

b) Cessio pro usu hospitalis.

Pisana.

Preces municipium civitatis Petrae Sanctae Pisanae Archidioeceseos s. huic Ordini porrectas super aptiori hospitalis infirmorum erectione sapienter perpendit Emus ac Rmus Dominus Cardinalis Marini quem rogavi ut animi sui sensum pandere dignaretur, remque totam elucubrate ac docte ita digessit ut omnia scitu necessaria suo voto quod integrum mox exscribendum reor complexus fuerit et quae ad sarta tectaque ecclesiae jura servanda animarumque procurationi prospiciendum apprime conducere valent plene aperuerit.

Jamdiu optaverant (ita Emus vir) municipes Petrae Sanctae in Archidioecesi Pisana hospitale erigere, ubi experientur et curarentur aegroti qui ob maximam a Nosocomiis viciniorius distantiam et viarum difficultatem absque medicis decedebant. Opportunissimam ad hoc sibi modo oblatam occasionem putarunt ob mortem nuper obventam parochi ss. Salvatoris, cum haec ecclesia prope moenia civitatis sita cum adnexa domo parochiali et ultra circumjacendis terrae frustulis plenam exhiberet commoditatem erigendi hospitalis cum omnibus ad id necessariis aedificiis. Ab auctoritate itaque Pisani Archiepiscopi titulo venditionis et justo exhibito pretio quaesiverunt haec omnia ipsis cedi. Sed Archiepiscopus re intimius perpensa cum sibi ad hoc deesse facultates consideraret, municipium preces ad s. Sedem transmisit suoque voto roboravit. Ajebant in precibus municipes necessariam esse erectionem hospitalis et nullum alium locum opportunum in civitate et in viciniis adesse praeter hanc ecclesiam ss. Savatoris cum aedificiis adnexis. Addebant nullum ex cessione damnum obventurum causae piae et animarum curae; immo maxima commoda ex illa atque ex consequenti supressione illius paraeciae derivatura prospiciebant in cives necnon in industres illos et benemoratos agricolas non modo ob curam aegrotorum in erigendo hospitale sed ob facilem institutionem duplicis paraeciae loco unius ss. Salvatoris modo supprimendae, quae propter nimiam amplitudinem et soli inaequalitatem cum pars jaceat in planitie et pars major in monte nequit ab uno rectore commodo procurari; proponebant igitur, ut cura animarum divideretur inter proximam ecclesiam s. Francisci a fratribus minoribus veteris observantiae et oratorium s. Caroli in loco Capriglia super colle in novam paroeciam erigendum demandata eidem cura superioris et montanae regionis quae longius distat ab actuali paraecia et ab altera Franciscanorum, quae prope illi est et cui reliqua quae in inferiori parte regionis degit populi cura

posset committi divisa inter coenobium et novum s. Caroli parochum.

Instabant igitur municipes Petrae Sanctae ut facnltates darentur Archiepiscopo ut ipsis cederet ecclesiam ss. Salvatoris cum adnexis parochialibus aedibns et domo colonica cum fundi rustici parte aliqua necessaria pro meliori novi hospitalis erectione, et cederet qnodque oratorinm s. Caroli cum parva qnae modo a capellano habitatur domo ut nova ibi a Communitate erigeretur et commodior parochialis domus prope oratorium quod ita ab ipsa et ornari deberet ut populo excipiendo et cnrae exercendae aptissimum fieret juxta peritias, cura et expensis communitatis confectas, tam pro constitnendo pretio cedendorum et aedificiorum et terrae adjacentis quam pro justa aestimatione novorum operum in loco Capriglia conficiendorum. Non exhibebantur aestimationes sed Archiepiscopns quasi indicem earum porrigebat in folio suo primo epistolio inclnso, ea pro concessione facnltatem addens amplioribus verbis quae hactenus sunt brevins enarrata.

Differre rem pntavit s. Congregatio exquisito ab Archiepiscopo accuratiori voto post confectas novas fundorum aestimationes per peritos ex officio deputandos et voto etiam exquisito advocati fiscalis illius Cnriae auditisque etiam patribns de observantia conventus s. Francisci necnon capellano s. Caroli. Paruit mandatis s. Congregationis Archiepiscopus Pisanus et relationem porrexit diligentissimam advocati fiscalis qni rem totam bene perpendens et necessitatem erigendi Nosocomii et utilitatem dividendae paroeciae et opportnnitatem denique demonstrat earum rerum omninm quae Petrae Sanctae per praecedentes preces ab hac. s. Sede imploraverat. Addidit aestimationem a peritis viris confectas juxta instrnctiones illis traditas et votnm adjunxit Gnardiani Conventus s. Francisci qui oneri paroeciae (reportata etiam provincialis annuentia) lubens annuit, aliquid tantnm mnssitans de exiguitate oblatae sibi annuae praestationis scutorum sexaginta.

Cum snper his omnibus aperiendae sententiae munns mihi sit demandatum prope secernens ea quae ad genericam facultatum concessionem referuntur ab his quae speciales ineundae conventionis conditiones respicinnt, dico primum: a cessione ecclesiae ss. Salvatoris cum adnexis domibus et terrae frustulis me minime abnuere, cum satis aperte constet de necessitate erigendi hospitalis ex concordi sententia municipum Petrae Sanctae et Archiepiscopi Pisani et procuratoris fiscalis illius Curiae et apertius etiam ex adjunctis loci et popnli; cnm civitas Petrae Sanctae distet a Pisano Nosocomio milliariis 26 et a Lncensi 16 difficilis obruptaeque viae et qunm in dies augeatur popnlus illius territorii qui modo assnrgit ad numerum 23 millium. Non levis autem difficultas oritur in hoc negotio ex cessione Ecclesiae titulo venditionis et praemissa aestimatione murorum et cementorum quibns illa componitnr; res enim sacrae et religiosae utpote specialiter Deo dicatae non sunt in commercio nec pignorari nec emi nec vendi possnnt, plaudentibns in hanc sententiam civilis et canonici jnris sanctionibns, qnas late inter caeteros expedit in suis doctis Commentariis Cardinalis *Petra* § *24. et 25.* ubi etiam et distinctionem ponit inter res sacras mobiles quae titnlo pietatis alienare licet et immobiles qnae nnnquam vendi emique posse et neque pignorari adductis auctoritatibns demonstrat. Verum doctus ille pnrpuratus haec omnia disserit extra casnm beneplaciti apostolici, de qno impetrando agitnr in hac nostra specie et cui concedendo plnra mihi suadere videntur. Et primum illud idem pietatis officium qnod sibi in hoc negotio proposuit commnnitas Petrae Sanctae nempe infirma Christi membra eo in loco excipiendi curandique, vehementer benignissimo Pontificis animo vim facere videtur. Praeterea per aegrotantium Christianorum corpornm eo in loco infectionem nec pia opera intermittnntur, nec a Sacro peragendo cessatur. Denique ad qnamlibet difficultatis umbram penitus dispellendam componi res ita facile posset si jnsto pretio aliud aptius et rei sacrae accommodatius eleemosynae vel oblationis et spontaneae praestionis nomen daretur ut inferius proponam.

Quoad dismembrationem seu divisionem paraeciae ss. Salvatoris minus rigide inquirendnm mihi persuadet animadversio, quod hic proprie non agatur de germana et vera paroeciae dismembratione sed potius de nova paroeciarum et opportuniori distribntione pro majori commoditate populi habitantis superiorem vel inferiorem partem illius territorii. Qnod si etiam considerari vellet uti propria paraeciae divisio, cum non desit in casu et excessiva ejusdem amplitudo et soli inaequa-

qualitas et difficilis unius rectoris accessus et excessus, in dies populi numerus et consors in hac divisione sententia Archiepiscopi et praedefuncti ecclesiae rectoris, advocati fiscalis illius Curiae et denique dos actualis paroeciae satis amplae, ut commode dividi inter ntrumque parochnm valeat, non obstarent fortasse sanctiones *ex cap. 3. de eccles. aedific.* deductae et quae expresse a Trid. Synodo postmodum *in cap. 4. sess. 21. de ref.* latae snnt, nt divisio probaretur.

Hisce in genere constitutis et quod cessio ecclesiae ss. Salvatoris fieri communitati possit, et qnod loco nnius supprimendae duplex erigi possit paroecia altera in ecclesia s. Francisci, altera in ecclesia Caroli, per ampliationem modo existentis oratorii, addicta fratribus s. Francisci parte populi qni locum dimissiorem incolit, reservata montana et alpestri novo s. Caroli rectori, videndum super est quibus conditionibus haec executioni demandanda sint Pisano Archiepiscopo.

Et primum removenda est difficultas quae ex discrepantia peritorum in aestimandis coementis ecclesiae ss. Salvatoris exurgit. Cum enim in casu agatur de aeque privilegiatis et aeque piis operibus, nimia mihi excludenda est exquisitior correspectivitatis idea et de bono et aequo omnia componenda viderentur.

Vellem igitur sepositis quibuscumqne aestimationis differentiis de quibns longiori oratione disserit in suo voto advocatus fiscalis, Municipio Petrae Sanctae cederetur ecclesia ss. Salvatoris cum adnexa parochiali domo et oratorium s. Caroli cnm domuncnla proxima ad usum Capellani injnncto onere aedificandi intra tempns ab Archiepiscopo definiendum commodam parochi habitationem in loco Capriglia et amplificandi atque ornandi oratorinm s. Caroli pro usu paroeciae et pro commodiori populi conventn jnxta praecedentem Archiepiscopi sententiam.

Quoad verum fundos rusticos, quibns adjicerem etiam domum colonicam quae ntpote fundi frugiferi quasi instrumentum diversa ratione ab ecclesia et domo parochiali est censenda, emptionis venditionis*) instrumenti conficiendi potestatem Archiepiscopo facerem, constitnto pro pretio annuo censu supra iisdem bonis et aliis a communitate pro tutiori ecclesiae interesse hypothecae subjiciendis ad rationem quatuor cum dimidio pro singulis centum. Et censum hnnc vellem perpetuo persolvi a communitate Coenobio s. Francisci utpote quod nihil aut parum distare videtur ab oblata fratribns Franciscanis annua 60 scutorum praestatione.

Dotem reliquam concederem integram novo parocho s. Caroli in Capriglia, quum nec justum nec aequum mihi videatnr quod Archiepiscopus proponit et procurator fiscalis non contradicit nempe dividendi satis divitem hujus paraeciae dotem inter pauperiores dioecesis: nec opportuna mihi modo videretur haec dotis imminutio, utpote qnae facilem praebere posset occasionem turbis excitandis pro inducto novo rerum ordine quod Sacri Canones in dismembratione paroeciarum semper valde timnerunt. Mihi denique addendum est quod nescio cur advocatus fiscalis instructionibus datis peritis viris ex officio deputatis existimaverit ipsis demandare aestimationem omnium paroeciae fundorum pro majori fortasse fructu ex pretio retrahendo, cum nec satis gravis videatur causa, immo levissima et incerta, pro alienatione decernenda rerum ecclesiarum praesertim cum census fundis rusticis pretiosissimis subrogari nec opportunnm nec tntum videretur.

Nihil post haec dicendum puto de defectu consensus Capituli, qui fuisset in dismembratione paroeciae necessarius, cum agatur de beneplacito apostolico*) obtinendo, quod quemlibet sanat defectum. Nihil quoque puto addendum de defectu consensus Capellani s. Caroli qui etsi requisitus a s. Congregatione, deest: verum recte Archiepiscopus omittendum illum putavit, cum res sit de simplici capellano ad nutum amovibili et qni proinde nullum jus habere videtur in re tanti momenti recte componenda et ordinanda.

Sint itaqne

D u b i a:

I. *An, quomodo et sub quibus conditionibus annuendum sit cessioni ecclesiae ss. Salvatoris et oratorii s. Caroli cum adnexis respective domibus ac terrulis favore Municipii ad effectum erigendi hospitale in casu?*

*) Vd. *Bona ecclesiastica t. II. p. 1066. n. 3.*

*) Vd. *Alienatio bonor. eccles.*

Et quatenus affirmative,

II. *An et quomodo sit locus suppressioni paroeciae ss. Salvatoris novaeque paroeciarum erectioni earumque respectivae divisioni in casu?*

III. *An et quomodo dividenda et applicanda sint bona favore novarum paroeciarum in casu?*

S. C. resp.

Ad I. Affirmative et emissa per Communitatem obligatione aedificandi domum parochialem in loco Capriglia et amplificandi et ornandi pro usu paroeciae ecclesiam s. Caroli infra tempus ab Archiepiscopo definiendum, dandam esse Archiepiscopo facultatem tum cedendi libere ecclesiam ssmi Salvatoris cum domo parochiali pro usu hospitalis tum constituendi super pretio fundorum rusticorum et domus colonicae censum favore causae piae ad rationem scutor. quatuor cum dimidio in singula centum.

Ad II.: Affirmative juxta votum Emi Relatoris et Archiepiscopi.

Ad III.: Affirmative juxta votum Emi Relatoris et juxta modum nempe assignatis scutatis centum paroeciae regularium reliqua bona tribuantur pro dote paroeciae s. Caroli in Capriglia facto super omnibus verbo cum SSmo.

Die 30. Aug. 1851.

c) Quae est, si parocho altera parochia administranda tradita est?

Alatrina.

Cum pene diruta ex temporum injuria reperirentur 1816 Ecclesia et domus paraeciae ss. Salvatoris in civitate Alatrina suspensa fuit per decennium ex decreto hujus s. Congregationis ejus collatio ut redditus in illarum sarcitionem impenderentur. At quoniam paroeciales redditus sumptuoso operi omnino impares dignoscebantur, ut citius ecclesiae domusque ruinae ac pariter animarum detrimento (quod ex idonei presbyteri deficientia praesentiebatur) opportuno occurretur remedio novae datae sunt preces SSmo labente anno 1821 ut concederetur hujusce paroeciae administratio ad vitam Thomae Santucci tunc rectori vicinioris paroeciae s. Laurentii ea sub obligatione, ut ipse aere proprio, ceu data idonea fidejussione adstipulabat, suppleret quidquid ultra redditus paraeciales necesse foret ad reparationes perficiendas. Preces hujusmodi signavit Pontifex adjecto expresse ipsi Thomae onere *ecclesiam ejusque domum parochialem in perfectum soliditatis statum redigendi.*

Susceptae obligationi jam satisfecerat Santuccius cum 1830 ex sententia supremae inquisitionis utramque paroeciam fuit coactus dimittere reservata tamen eidem ad sui vitam fruitione reddituum paroeciae ss. Salvatoris necnon annua pensione scut. 25, super paroecia s. Laurentii, quam subinde assecutus est Joannes B. Lisi, cui et paroeciae ss. Salvatoris administratio commissa fuit. Porro, acriter renuente Santuccio curionalis ss. Salvatoris domus quam inhabitat possessionem deserere eo sub obtentu, quod illa inter paraeciales redditus sibi tributos sit computanda, ipse parochus Lisi una cum promotore fiscali ad controversiam finiendam hujus s. Ordinis oraculum sciscitatus est: »*Se trà le rendite della parrochia vien compresa, anche la casa parrocchiale in modo che la debba godere il Santucci oppure non vi è compresa, e debba essere riservata al parroco che ne assiste le anime.*

Plura, quae factorum juvant historiam, quidque sentiat Alatrinus Antistes habent EE. PP. in relatione, quam ad s. Ordinem misit in haec verba: »Ut Bullam perlegerem vi cujus hae duae paraeciae usque ab anno 1816 conjunctae fuerant perquisivi acta meae Cancellariae at neque Bulla inibi existit neque alia documenta ad rem facientia, quod ajunt pravo Santucci ingenio fuisse perpetratum cum Cancellarii incuria. Certa res est tamen s. Laurentii et ss. Salvatoris paroecias non ita fuisse conjunctas, ut ex duabus confecta sit una; quod clare eruitur ex particula Bullae unionis quam parochus s. Laurentii affert: unde etiam patet eam unionem impetratam fuisse ad vitam Santucci quippe qui omnes in se recepit obligationes, sive onus ejus ecclesiae et domus parochialis reficiendae. Nunc vero quamvis sacerdos Santucci pastorali cura utriusque paraeciae fuerit expoliatus, nihilo tamen secius hucusque domum parochialem ss. Salvatoris incoluit eo praetextu quod sibi jus supersit ejusdem parochiae fructus omnes temporales percipere. De hoc vero non semel neque modo tantum hodiernus parochus conquestus est, adserens sibi liberam adapertamque eam domum esse adjudicandam quia parochus parochiali domo carere non debet, quod reapse congruum videretur. At parochus s. Laurentii parochiali

altera domo potitur. Quod si canonicam domum ss. Salvatoris locare vellet, conclamaret certo certius Santuccius, quia pensio ex ea desumenda fructus temporalis efficeretur quam sibi debere contenderet. Attamen nulli dubium, quin parocho duarum unitarum paroeciarum liberum sit in alterutra parochiali domo residere nisi aliter provisum sit in in actu unionis. In casu autem de quo res est, si parochus orator ad clamores Santuccianos compescendos mallet residere in parochiali ss. Salvatoris et aliam domum locare, mihi bene noscenti ejusdem paupertatem ob memoratas conditiones, sub quibus duarum paraeciarum curam gerit, hoc supterfugium non videretur improbandum.

Parochus Lisi, tradita jurium suorum allegatione, ex obligatione strictissima residendi in propria ecclesia seu parochiali domo parochis omnibus per Trid. Synodum imposita *in sess. 23. cap 1. de ref.* seclusa etiam qualibet excusatione, ut firmavit s. C. in *Regien. 7. Julii 1746*, arguit necessario ad parochum exclusive spectare domum parochialem. Et quia in ea indispensabiliter debet parochus residere, ut definiit S. C. *in Firmana 8. Junii 1783 ad dub. 3.*, evanescit exinde quaelibet fructuum perceptio quam ex illa derivare ex adverso blateratur.

Quin vel minimum difficultatis in casu affert, subjungit, existentia duplicis domus parochialis ex unione proveniens, adeo ut cum parochus resideat in una, necessario in altera nequeat residere. Nam praeterquam est in optione parochi residendi in qua maluerit ex paraeciis unitis, et partim in una, partim in altera ad sui libitum ut tradunt *Ferraris in* verbo: *Parochus, Garcias de ben. p. 3. cap. 2. n. 169. declar. 16., Armendar. n. 145., Barbos. in Conc. Trident. sess. 23. cap. 1. n. 39.* et *Giraldi de off. et pot. paroch. part. 1. cap. 8. n. 10.*, illud insuper advertit fieri posse, ut prae numerositate ac divisione populi cogatur parochus assumere sibi coadjutorem vel ingruente morbo seu pestilentia necessaria evadat sui praesentia in una magis ecclesia quam in altera sibi necessariam esse domum ostendit, ut melius assequatur finis unionis, utilitas nimirum ac necessitas ecclesiae uno verbo salus animarum.

Praeterea in disquisitione num curionalis domus inter fructus sit accensenda nullam in jure fieri distinctionem prosequitur utrum ecclesia unita sit necne: et novum non videri quod parochus duas habeat domos parochiales cum aequum econtra omnino videatur, ut qui majus ex unione sustinet onus majorem ab ecclesia percipiat utilitatem. In themate autem, cum nonnisi de precaria ac temporanea agatur unione, si domus parochialis inter fructus accenseretur ac proinde cedere favore Santucci, gravissima incommoda observat inde secutura. Scilicet domum praefatam locare posset Santuccius, et conductor illam convertere in usum sibi magis benevisum ac etiam in stabulum, in tabernam atque in pejoris notae officinam magno cum dedecore ac irreverentia adnexae paraecialis ecclesiae: vel posset contingere ut familiä conductoris nimis numerosa et mulieribus puerisque referta maximae distractionis esset ecclesiae in contignatione positae, necnon ut domum curionalem contra ss. Canonum sanctionem inhabitarent ejus generis personae quae ab illa nominatim excluduntur, cum nonnisi in usum ss. Ministrorum ea sit constituta: posset demum Santuccius illam per triennium locare, et si eo pendente ipse e vivis excederet, novus parochus ad regimen ecclesiae ss. Salvatoris assumptus (quippe unio tunc esset resoluta) ob locationem finitam domo carere deberet. Quae incommoda et absurda ita momentosa esse clamat, ut majora excogitari non possint.

Ex ipsa deinde forma et usu aedium ecclesiae paraeciali adnexarum tam antiquis temporibus, quam diebus nostris arguit domum parochialem esse partem ecclesiae imo unum cum ipsa ecclesia considerari ita ut sub nomine ecclesiae venire et domum parochialem tradunt *Barbosa de off. et potest. paroch. part. 4. cap. 18. n. 12., Garcias de benef. part. 3. cap. 2. n. 299.* et s. Congr. *in Fulginaten. 19. Nov. 1713. et 13. Jun. 1770.*, tum ob arctissimam connexionem et contignationem domus cum ecclesia, tum ob eadem quibus fruitur privilegia, ne ipsa quidem immunitate seclusa *ad gloss. in can. Secundum canonicam caus. 23. cap. 8., Gonzal. ad cap. 1. de cens., Card. Petra ad const. 2. Paschalis II. sect. 2. n. 25. t. 1., Rota dec. 339. num. 4. part. 9. recent.* et s. Congregatio *in Theatina 31. Julii 1674.* et in *Praenestina Immunitatis. 1. Aprilis 1704.* Ex quibus facile patet, nec locari eam posse nec aliter ex ea fructus haberi nisi dici velit et ipsam ecclesiam in fructibus esse debere quod quam absonum sit non

modo a ss. Canonum dispositionibus sed etiam a recta ratione nemo est qui non intelligat.

Praesidium exinde sibi obenire ex naturali aequitate addit. Santuccio enim qui a quolibet laborare revelatus est jam satis abundeque provisum ait, per amplam fructuum ac pensionis reservationem; sibi econtra qui totum sustinet pondus diei et aestus vix unde decenter vivat reliquum esse. Insuper si cogatur sibi coadjutorem adsciscere ut parochianorum subveniat necessitati ob ipsorum numerum et diffusionem jam assignata Santuccio etiam domo parochiali, aliam domum aere proprio conducere sibi opus erit ad coadjutoris habitationem; quae omnia profecto quantum abhorreat a naturali aequitate quisque facile deprehendit. Quin imo pro domus exclusione et ipsa ss. principis voluntas praesto est. Siquidem reservatio fructuum favore Santucci indulta, cum parochia privatus fuit, accipienda est ad instar alterius concessionis eidemmet factae quando anno 1821 ad domum sarciendam sese obligavit. Ast nemo dixerit tunc inter fructus domum fuisse computatam, statim ac fructus ipsi pro domo reparanda cedebantur. Tandem sui favore rem definitam clamat Lisius a s. Rotae auditorio scilicet in *dec. 354. cor. Burratto,* firmum fuit, domum parochialem minime in fructibus comprehendendam esse, tum quia ex Tridentina sanctione in ea tenetur parochus habitare et residere et proinde nequit ea pro commodo et fructu aestimari sed potius debet ad onus et gravamen rectoris imputari; tum quia ecclesiae conjuncta hujus pars videtur et ipsius ecclesiae nomine venit. Idipsum quoque statuitur in *dec. 75. n. 1. et 4. par. 8., dec. 267. n. 2.* et *dec. 268. n. 1. par. 7. rec.* ideoque veluti rejudicata sese juvare posse concludit.

Hucusque Lisius. Econtra vero favore Thomae Santucci, qui in sua responsione Antistiti transmissa unico se tuetur effatu »*possideo, quia possideo*« praestat pauca adnotare. Et primo quidem advertendum est, quod ecclesiasticae sanctionis, quae praecipit parocho domum salvam ac liberam relinquendam esse, ratio est ac fundamentum ne parochus habitatione destitutus cum animarum detrimento residentiam facile deserat. Ast in themate parochus Lisius jam domum possidet penes ecclesiam s. Laurentii, in qua residere debet; nec aliunde ulla obligatione residendi in paroecia ss. Salvatoris devinci videtur, tum quia hujus temporaneam dumtaxat ordinet administrationem, tum quia etsi unionis titulo possideret, cum hujusmodi unio accessoria esset renuncianda, non ei esset facultas in alterutra paroecia residere, sed continuam ac praecisam residentiam*) praestare teneretur in paraecia s. Laurentii, utpote principali, ceu referunt decisum *Garzias de benef. p. 3. cap. 2. n. 129. in dec. 14., Armendar. in addit ad recap. leg., Navarrus lib. 2. tit. 23. lib. 2. § 7. n. 242., Giraldi de offic. et post. par. p. 1. cap. 8. n. 9.* Quapropter praefatam sanctionem ad domum de qua quaestio est extendendam non esse recte consequitur ob notissimam regulam quod cessante legis fine et lex ipsa cessare debet. Ex his et aliud inferendum, allatas ex adverso rotales decisiones themati haud aptari posse, quippe in illis decidendi ratio ex residentiae obligatione deprompta fuit; secus vero judicandum, ubi domus nonnisi majori parochi commodo, (ceu esset forsan in casu) inservire debeat, uti observatur *in dec. 325. p. 18. rec.* de domo canonicali, quam inter fructus computandam in ea resolutum fuit ad tramites alterius decisionis *Romana Pensionis 3. Junii 1665. cor. Albergato.*

Incommoda vero et absurda quae ex adverso jactantur evanescere videntur ubi advertatur in themate Santuccium non ad locandum domum sibi retinere, sed ad inhabitandum, uti hactenus fecit; de cetero quae de domo disseruntur in eventum illius mortis ob locationem non finitam dici etiam possent de reliquis paroeciae bonis, quod sane nemo affirmabit. Quod autem adnotatur de domus parochialis privilegiis et immunitate id locum habet eo tantum in casu, quo domus parochialis parochi habitationi debeat inservire juxta superius memoratam legis dispositionem, at adeo verum est contingere posse, quod domus parochialis ab aliis quam a parocho retineatur, titulo etiam locationis ut in hoc casu immunitate privetur, sicut legitur in instructione immort. mem. Benedict. XIV. super immunitate et jurisdictione ecclesiatica: quam refert *Reclus. de re paroch. part. 1. tit. 3. n. 157.* Quae dispositio locum profecto non habuisset, si domus quaelibet parochialis perpetuo a parochis et non ab aliis esset incolenda. De coadjutoris autem necessitate praeterquam in longo annorum lapsu hactenus nullimode sit quaeritatum, observandum etiam videtur, utramque

*) Vd. *Residentia, unio.*

paroeciam existere in civitate et proinde casum hujusmodi evenire forsan non posse cum accessus sit facilis ad incolas utriusque paroeciae et viae non difficiles et reapse de hoc Episcopus in sua relatione ne verbum quidem expressit.

Post haec perpendi potest fructus parochiales reservatos fuisse Santuccio titulo alimentorum quorum causa contineri etiam habitationem palam habetur *ex l. Legatis ff. de alim. et cib.* et firmat *Surd. de alim. tit. 4. qu. 1. et seq., Barbos. de appell. verb. signif. appell. 15., Tusch. lit. a concl. 282.* et *Rota part. 9. recen. dec. 341. n. 34.* In materia autem alimentorum quae est privilegiatissima et favorabilis etiam in odiosis et exorbitantibus ampliatio et superfluitas est admittenda quamvis contra jus facienda esset interpretatio, ad *text. in l. 1. Cod. de Legat. Gratian. discept. 104. n. 60.*, Surd. *cons. 67. n. 21.* et Rota *in rec. part. 8. dec. 194. n. 28. et 29.* Advertendum quoque est domum qua de agitur eandemmet esse, pro cujus restauratione sese Santuccius obligatione devinxit aere proprio supplendi quidquid occurreret ultra redditus paroeciae quae ideo ejus administrationi ad vitam concredita fuit, uti superius narratum est; hinc dici potest eam etiam oneroso titulo ab ipso possideri. Accedit, in reservatione fructuum nullimode fuisse domum paroecialem exceptam ac expresse denegatam, insuper in possessione plusquam decennali Santuccium versari.

Viderint tandem EE. PP. quanti faciendae sint parochi querelae quoad suam paupertatem et exiguos, quos e paroecia percipit, redditus, quod videtur Episcopus in sua relatione insinuare; nam ea congrua quis debeat esse contentus, quam in principio in beneficii assecutione acceptavit; tunc enim ex quasi contractu sese obligavit ad interessendum pro illa quin possit ampliorem exigere ad tradita per *Mant. dec. 22. n. 1., Barbos. in cap. de Monachis 12. de Praeben. in 6., Velasc. de privil. paup. p. 1. q. 12. annot. 24., Rebuff. de Congrua n. 92.* et *Amost. de causis piis l. 8. cap. n. 2.*

Proponitur

D u b i u m:

An et cujus favore adjudicanda sit domus parochialis in casu?

S. C. resp.:

Affirmative favore Santucci.

Die 20. Sept. 1823.

d) Reaedificatio a parochianis.

Senogallien.

Vd. *Missa* (suspensio pro domo paroch.).

Ecclesia parochialis deiparae Virgini nuncupata quae est in Pago Vallonis pertinet ad patronatum Communitatis Senogalliae. Haec enim 1656 uti haeres Cammilli Lucatelli jus nominandi rectorem per sententiam Vicarii generalis Senogalliensis sibi vindicavit et in contingentibus vacationibus rectores praesentavit. Cum 1793 defuncto parocho Antonio Redinelli vacasset paroecia novit communitas indecoram esse parochialem ecclesiam, fatiscentes aedes et incultos fundos parochiales. Quare ut hisce malis subveniret (inutile enim erat persequi haeredes defuncti rectoris inopia laborantes) deprecata est a s. Congregatione veniam imponendi censum pro sorte scutorum 600 super fundis ad parochiam spectantibus. Demissae fuere praeces hujusmodi ex rescripto: *Peracta provisione paraeciae supplicet novus parochus.*

Nominatus hinc a communitate fuit sacerdos Hieronymus Salvatori ea in nominatione interposita conditione ut fundum pro censu imponendo praestaret, fructus solveret sortemque redimeret. Sed in Bullis collationis a Curia ecclesiastica relaxatis atque in actibus institutionis de hoc onere a communitate imposito nulla mentio facta est. Quare parochus Salvatori, ut in possessionem venit statim supplicavit huic s. Congregationi, ut compelleretur communitas patrona ad perficiendas reparationes ecclesiae aediumque parochialium. Rogata tum est sententia Emi Episcopi audita communitate cui praefiniendum erat tempus ad sua jura deducenda. Sed cum actum esset de compositione inter parochum et communitatem conventum fuit per instrumentum rogatum die 15. Aprilis 1795, ut communitas titulo eleemosynae et dummodo in exemplum non transiret, scuta 200 parocho rependeret, qui sese obstrinxit de suo impendere si quid amplius foret necessarium. Reque vera parochus Salvatori fundos coluit, s. suppellectilem comparavit et fatiscentem ecclesiam aedesque reparavit et in has causas aere proprio impendit scuta

127, ultra scuta 200, quae a comunitate acceperat.

Iterum nunc post decennium aedes ruinam minitantur, et repugnante communitate reaedificationem facere, parochus Salvatori ad s. Congregationem reclamavit. Auditus est Emus Episcopus qui deputavit peritum, ut expensas pro aedificatione liquidaret easque peritus in scutis 506.11. constituit. Redditus vero paroeciae attingunt scuta 175.12. Sed diminuuntur ad scuta 48.33. ex oneribus in scutis 126.78. Observandum tamen est quod inter haec onera adnotantur scuta 14 in eleemosinam missae pro populo pro qua nihil parocho debetur, qui eam missam ratione muneris celebrare tenetur. Itidem adnotantur scuta 39 pro clerico ecclesiae et famulo parochi, quae partita nimis gravis videtur. Hisce narratis Emus Episcopus in sua informatione ita prosequitur: *Non sum quidem nescius communitatem opposuisse quod in acta visitatione ab Antecessore meo inter paroeciae praedia unum tamquam pie relictum speciaiiter oneri restaurationis tam ecclesiae quam domus obnoxium repertum fuerit. Verum pervoluto autographo ad quod se refert actus s. Visitationis factaque investigatione nullum vestigium nilque tale compertum habui.* Hunc inde definitioni causae per decretum dixi diem, nec communitati concedere volui dilationem, ne dum causa disceptatur aedes ruinam minitantes concidant.

Nititur parochus Salvatori *in Allegatione impressa* EE. VV. distribuenda decreto Tridentini *Sess. 21. cap. 7. de ref.* quo jubetur, ut deficientibus redditibus ipsius ecclesiae reaedificatio fiat sumptibus patroni aliorumque qui fructus ex dictis ecclesiis percipiunt. Quae sanctio etiam ad aedes parochiales protenditur, ut docent *Reiffenstuel in jus canon. lib. 2. tit. 48. § 1. n. 26., Sperell. decis. 68. n. 4., Rota in Auximana Ampliationis ecclesiae et Restauration. Aedium parochialium 4. Martii 1792 § 5. coram Soderino* et passim s. Congregatione et praecipue *in Recanaten. 16. Maji 1772.* Ex informatione poro Emi Episcopi una cum adnexis calculis constat vix parocho superesse annua *scuta 48* ut impos proinde sit ad aedes reaedificandas. Neque hoc onus in se assumpsisse contendit parochus vel ex conventione inita cum communitate ut haec illi daret scuta 200 ille vero omnem expensam faceret vel ex conditione apposita in praesentatione qua parochus tenebatur in hanc causam censum super bonis parochialibus imponere. Nam illa conventio perpetua non fuit et cohibeatur tantum ad eas reparationes quae tum erant necessariae. Quare impletis reparationibus cessavit illa obligatio, neque extendi potest ad alium casum reaedificationis contra juris praescriptum quo obligationes strictim interpretandae sunt ad *Text. in Leg. Quidquid adstringendae obligationis 99. ff. de verb. Obligat., Rot. Decis. n. 3. cor. Falcon.* Minus autem tenetur parochus Salvatori ab illa conditione apposita in nominatione facta a communitate qua cogebatur ad censum imponendum. Etenim neque poterat patronus novam injungere conditionem*) beneficiato nominando quae de jure non inest neque ipsis licebat absque simoniae labe nominationem concedere et acceptare sub conditione quod onus nominantis proprium in nominatum transferatur ut observat *Fagnan. in cap. Nisi essent n. 10. de praeben., Sanchez Concil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 25. n. 5., Piton. de controvers. Patron. Alleg. 100. n. 152.* Maxime cum in Bullis Collationis de ea conditione nulla mentio fiat, ut proinde tamquam ab Ordinario non approbata omnino esset reprobanda.

Dubium proponitur:

An et cujus sumptibus sint reaedificandae aedes parochiales in casu?

S. C. resp.:

Affirmative sumptibus communitatis.

Continuatio.

Venit hodie ad judicium communitas Senogalliae in hac causa, quae in proxima praeterita Congregatione diei 13. Sept. resoluta fuit in ejus contumaciam. Agitur de reaedificatione aedium parochialium, cujus reaedificationis onus a se repellit communitas tum ex *juris dispositione*, tum *ex contractu*. Siquidem ex praescripto Tridentini *sess. 21. cap. 7. de ref.* hoc onus implendum est ex redditibus fabricae ipsius ecclesiae, deinde ex fructibus, quos rector percipit tantum in subsidium impensis patroni. Contendit communitas ecclesiam pro fabrica peculiares habere fundos, et manutentionem spectare ad rectorem, ut constat ex actibus s. Visitationis 1736, praeterea rectorem abundare redditibus. Nam in notula ab ipso nunc exhibita pretia segetum minimum liquitantur quando ipse

*) Vd. *t. II. p. 362. n. 5.*

parochus in alia notula praeterito anno 1802. exhibita synodo Senogalliensi multo pluris haec ipsa pretia taxavit. Ex oneribus vero demenda esse contendit communitas quae ipse adnotat pro eleemosina missae pro populo quae celebranda est a parocho ratione muneris;*) itidem alia partita pro stipendio capellani curati, quod a parochianis solvitur; et tandem alio pro salario famuli, quod inter onera paraeciae recensendum non est. Hisce subductis et aucto pretio segetum communitas calculat redditus parochiales comprehensis incertis et ab oneribus immunes in annuis sc. 178. et obolis 43. atque idcirco satis habere dicit parochum, unde impensam restaurationis aedium faciat, ita ut actionem in communitatem patronam convertere non possit, contra quam nonnisi in subsidium agi potest, ut docet Rota *in Urbevetana Restaurationis ecclesiae 3. Martii 1752 § 12. cor. Vicecomite* et in *Lucana Restaurationum 12. Junii 1765. § 6. coram Herreros.*

Licet enim impensa pro restaurandis aedibus liquidaverit peritus ad scuta 506.4. attamen ipse peritus nunc testatur minori impensa fieri posse opus si parochus eam potius de sua faciat quam redemptoris opera utatur. Quare ex congrua scutorum 178. etiamsi *centum* pro parochi sustentatione detrahatur reliqua 78 satis esse poterunt, ut parochus imposito censu ex eis fructus solvat ratasque annuas in extinctionem sortis deponat.

Praeterea communitas immunem quoque ex contractu se esse contendit ab obligatione reaedificandi aedes parochiales. Nam per instrumentum diei 15. Aprilis 1795. convenit cum ipso parocho Salvatori ut a communitate acciperet scuta 200 et ipse restaurationem suo periculo curaret. Ex relatione vero Fabrimurarii *Spechietti* constat tum non bene fuisse restauratos muros unde praesens ruina aedium oritur. Hinc concludit quod parochus nunc ipse ex contractu tenetur ad damna, quae ex mala restauratione proficiscuntur.

Haec habet communitas in sua allegatione distribuenda. Parochus Salvatori pro reassumptione supplicat.

Dubium proponitur:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

*) Vd. *t. I. p. 881. n. 5.*

S. C. resp.:

In decisis et amplius.

Die 29. Novbr. 1806.

e) Restauratio.

I) Collatione parochiae suspensa et surrogato oeconomo.

Vd. supra decr.: *Firmana* p. 1593.

Camerinen.

Fatiscentibus aedibus quae adjunctae continentesque sunt abbatiali et parochiali ecclesiae s. Mariae di Rio Sacro Castri Aquae Caninae 1668 regente ecclesiam Abbate Hieronymo Pisellio incoepta est restauratio sumptibus communitatis quae cum impar esset expensis ab opere perficiendo destitit. Factum hinc est ut Abbates, qui posteriori tempore ecclesiam tenuerunt, parochialem domum habitare non potuerint, et in propriis quisque residens aedibus Episcopum visitantem ejusque comites hospitio exceperint. Vacata abbatia et paraecia die 25. Aprilis 1800. per obitum Julii Faricelli nonnulli ex oppidanis Aquae Caninae preces SSmo dederunt, ut ad perficiendam imperfectam fabricam pro qua ex peritorum relatione requirebatur impensa scutorum 155. 96. suspenderetur concursus et collatio parochialis ut deputato oeconomo deductisque oneribus superextantes redditus in restaurationem erogarentur. Repugnante licet majori parte parochianorum sed annuente Archiepiscopo Camerino *Indultum* ex audientia SSmi diei 13. Augusti 1800. exoratum fuit per organum hujus s. Congregationis: *SSmus benigne annuit pro gratia suspensionis concursus in biennium arbitrio et conscientiae Archiepiscopi, deputato etc. et ad effectum deponendi redditum et erogandi in causam expressum docto et notificetur ministris duturiae.*

Nondum expirato biennio iterum praeces nomine populi Aquae Caninae porrectae fuerunt ut impetratum indultum ad aliud biennium prorogaretur. Auditus est Archiepiscopus qui retulit ad perficiendas restaurationes adhuc necessariam fore *summam* scutorum 378.45. Id quod mirum visum est, cum ex relatione facta 1800. compertum esset ad opus perficiendum requiri scuta 155.96. Iterum igitur censui percontari ex Archiepiscopo, cur nunc expensa accrevisset simulque ejus sententiam rogavi super aliis novis precibus nomine pariter populi Aquae Caninae

exhibitis quibus petebatur convocatio concursus et collatio paraeciae. Omnia sedulo patefecit Antistes et ad rem opportuna transmisit documenta in sua informatione, cujus haec summa est.

Idcirco 1800. statuta fuit expensa in scutis 125.96., quia tum periti egerunt de reparanda domo in statu quo reperiebatur. Nunc autem excrevere sumptus, quia agitur de amplianda domo ut in ea commode Abbas ejusque capellanus habitet et hospitari possit Episcopus, dum visitationem facit. Caeterum ipse putat, quod major etiam impensa requiratur quam peritus Fabermurarius statuit. Hic enim idcirco liquidavit pretium cementorum et operarum in enunciata summa scutorum 378.45., quia minoris quam valent latera aestimavit, ita ut augenda sint in hanc causam alia scuta 55.55. Addenda quoque est impensa pro operibus Fabri lignarii in scutis 93.6 adeoque adhuc expendenda sunt scuta 527.06. praeter jam factam expensam in superioribus anuis 1800 et 1801, iu scutis 130 et praeter mercedem perito architecto statueudam.

Exhibet porro calculum accepti et expensi hoc biennio, scilicet percepta sunt ex redditibus abbatiae scuta 451.73., erogata vero in implendum onus et sumptum fabricae scuta 484.79$^1/_2$, adeoque *expensum* superat acceptum iu scutis 33.6$^1/_2$, quae deducenda ante omnia erant ex introitu anni 1802, 1803 et 1804. In his non plus rediit ex bonis abbatiae quam scuta 330, impeusa vero constitit in scutis 103.10. supersunt ergo scuta 227.89, unde demenda sunt scuta illa 33.9., quae in superiori biennio expensa sunt ultra acceptum. Remanent ergo ex redditibus posteriorum annorum scuta 194.83. Si haec erogentur in expensam necessariampro fabrica in scutis 527.06., jam adhuc impeudenda restant scuta 332.22.

Ex quibus concludit Archiepiscopus quod nedum prorogandum sit iudultum pro annis jam decursis, sed saltem requirantur alii 4 auni. Quamquam enim certa liquidatio redditiuum percipiendorum haberi non possit, idcirco quia in specie constituunt, adeout pro gravitate aut valitate annonae accrescant atque diminuantur; attamen hoc quadriennio proximo detractis oneribus annuis scuta 62 superfuerunt libera in fabricam quotaunis eroganda, ita ut saltem ad aliud triennium prorogandum esset indultum Quapropter Archiepiscopus ceuset summopere *expedire non ut restaurationes de quibus agitur compleantur pecuniis retrahendis ex taxa suprema authoritate imposita super estimo civitatis et dioecesis Camerini praeordinatisque etiam ad reparandas ecclesias et aedes parochiales rurales a terraemotu collapsas, bene vero ut vacans abbatialis ecclesia administranda tradatur modero oeconomo Dominico Ciccarelli ejusdem Castri ea tamen lege ut retento sibi emolumento cuilibet Oeconomo de more debito deductisque necessariis expensis quidquid superest integre fideliterque impendat pro fabrica donec perficiatur et coram Ordinario suae administrationis reddere rationem debeat. Ipse enim procul dubio totus in eo erit, ut sua industria quantum fieri potest bona vacantis Abbatiae ita uberiores reddantur ut supportatis oneribus omnibus etiam illo gravissimo capellani coadjutoris superextantes abbatiae redditus adhuc sint adeo insignes, ut brevi temporis intervallo annuntiatum fabricae opus compleatur.*

Quoad vero novas preces nomine populi oblatas pro indictione coucursus et collationis abbatialis ecclesiae refert: »*Ex 75 parochianis qui interfuerunt Congregationi habitae die 25. Sept. 1803. omnes exceptis duobus tantum unanimiter per secreta suffragia convenisse, nihil sese habere contra modernum oeconomum, factaque subinde propositione de petenda convocatione concursus pro habendo novo parocho 34 parochiani eorum secreto suffragio approbarunt propositionem, 35 autem ex Congregatis in aliam abierunt sententiam, duo a reddendo voto sese abstinuerunt, 4 demum a Congregatione discesserunt. Fieri nequit ut eligatur novus parochus cum onere complendi opus fabricae inchoatum. Patet enim ex redditibus perceptis ex bonis dictae paraeciae per integrum quadrienium deductis oneribus non adaequare congruam conciliarem etc. A fide dignis rescivi unum aut alterum extare in eo Castro qui vehementissime exoptant excitari litem inter communitatem et haeredes defuncti ultimi rectoris ac propterea satagere, ut fabricae opus relinquatur imperfectum conferaturque paraecia alteri rectori qui vel praefatam communitatem vel memoratos haeredes adigat ad praefatum opus perficiendum.*

Quae a Trideutino *sess. 21. cap. 7. de ref.* de reparatione ecclesiarum parochialium statuta sunt, ea quidem pertiuent quoque ad aedes paraeciae adjuuctas, ut *ex can. boni*

principis distinct. 66. tradit *Pignatellus consult. 126. n. 10.* et definivit s. Congregatio iu *Sarsinaten. 10. Julii 1790*, scilicet reparatio perficienda est primum ex fructibus ad ecclesiam pertinentibus, mox a patronis aliisque qui iu ecclesia beneficia possident; tandem a parochianis. Cum vero iu casu nostro nec fabrica ecclesiae habeat redditus nec patroni sint aut beneficiati qui reparationem praestare possint et parochiani egestate laborent, merito concessa fuit suspensio collationis paraeciae ut ex redditibus superextantibus opus perficeretur. Si igitur satis nou fuit suspensio ad bieuuium, ut reparationes perfici possent, eadem perseverare videtur causa, cur concessum indultum prorogandum sit ne opus maneat imperfectum. Pouderandum tameu est, quod nunc major requiritur expensa quia aedes in commodum Abbatis et capellaui ampliantur, non tantum reparantur, adeoque hoc opus cum necessarium nou sit sed ad commoditatem tendat deneganda esset prorogatio saltem iu futurum cum satis esse videantur qui annis praeteritis percepti sunt redditus vacautis paroeciae. Nihilominus Archiepiscopus ceuset hanc quoque ampliationem necessariam esse, ne ipse ejusque successores careant diversorio dum oppidum visitant.

Si haec probeutur ab EE. VV. tum statuendum erit tempus ad quod prorogatio facienda erit. Adhuc in fabricam impendenda remaueut scuta 332, praeter redditus extantes ex superioribus anuis. Vix ex auuuis redditibus haberi possunt scuta 62. ita ut saltem alii quinque anni ultra tres jam elapsos a die expirati indulti. Quare concedenda esset prorogatio ad octennium a die expirati indulti. Archiepiscopus vero propouit, ut redditus paraeciae administrandi tradantur praesenti solertissimo oeconomo sine ulla temporis praefixione, ut illas eroget in opus perficiendum et Archiepiscopo rationes exhibeat. Videant EE. PP. quid magis expediat et digneutur dirimere dubium:

An et ad quod tempus sit prorogandum indultum diei 13. Augusti 1800. in casu?

S. C. resp.

Affirmative ad octenuium a die expirati iudulti absque spe ulterioris prorogatiouis et notificetur ministris datariae.

Die 2. Junii 1804.

II) A Parocho.

Fereutiua.

Elogium voluutatis suae postremum conficiebat Andreas Caprinius Ferentinus usque ab anno 1707.

Utrum domum iuhabitaveriut parochi usque ad anuum 1812 hodiernam non respicit controversiam. Tunc tamen temporis extremam minitabatur ruiuam, quapropter Ordinarius loci mandavit ut coucrederetur cuidam Carolo Dati ad effectum eam reficiendi utendique de pacta annua peusiouе pro oneribus implendis et *sub obligatione quam citius illam resarciendi in omnibus, ita ut ad usum proprii parochi suo tempore reducatur... et sic melioratam proprio parocho pro tempore restituendi non retardata tamen durante affictu dictae domus obligatione persolvendi a dicto Carolo Datti quotannis de mense Augusti scutata decem et obulos decem oratorii administratori paroeciae.*

Quum primum 1805 ecclesia s. Mariae Majoris ad Collegiatae houores evehebatur unio paroeciae facta est eaque habitualiter peues Capitulum permausit, quod per Vicarium curatum actu exercitam voluit. Uno alterove sibi succedeutibus hujusmodi Vicariis haud ab istis inhabitata domus est et quoniam Capitulum putabat uuiversa paroeciae bona eidem in apostolicis literis fuisse addicta ita ea inter domunculam Capriuiam accensebat, supportatis oneribus a pio testatore demaudatis.

Res tali pacto processerat usque ad Julium 1841. Tunc sodalitium b. Antonii Patavini apud generalem Vicarium vadavit Canonicos, ut jamdiu vadaverat quin meusis et dies innotescat contestationis litis et attento quod domus locata fuerat Dattio quin iu ea degerit parochus juxta donautis voluntatem noviter petiit, ut fieret locus commiuatioui iu testamento appositae et domus ipsa cederet favore confraternitatis. Cognito a Capitulo Caprinii testamento haud duxit »far liti coll' oporsi alla dimanda della lodata confraternita, e con unanime consenso ordinò al Camerlengo di emettere ed intimare legale potesta, *inculcando cosi al parroco di proseguire a sue spese qualora gli piacesse la causa*«.

Modernus Vicarius curatus Jacobus Pilotti quem adveuam esse Ferentini docet postremus Episcopus, supplex adiit s. H. O.

petendo: »*che essendosi la detta abitazione indebitamento incorporata coi beni del Capitolo l'oratore ne reclama come di eragione il possesso e fintantochè la tetta casa non siasi riattata implora di abitarne una che non trovasi in parrochia, ma nei confini di essa.*«

Episcopus de more rogatus enarratam confirmat rerum historiam votumque suum aperiendo in utramque parochi petitionem haec habet: »*Dico praedictum parochum seu Canonicum Vicarium curatum nulla cogi necessitate ut dum parochialem domum quam petit non obtineat, aliam extra paroeciae fines habitaturus inquirat. Domus enim quam modo occupat prope ecclesiam sita est illi aeque ac parochianis valde commoda. Domum vero quam petit ... moderno ejusdem ecclesiae parocho stricte competere sentio, quidquid contra clamitet ipsa s. Antonii societas.*

Rationes judicii sui expendens subdit per 100 et ultra annos domum ipsam a parochis fuisse possessam licet nemo eam inhabitaverit; et quamvis sodalitium jura sua exercuisset quando domus vacua reperiebatur parocho, id non officeret, quominus Pilotti jura sua impraesentiarum exerceret illucque habitatum pergeret. Porro pergit: Ex verbis *vadi e ritorni* colligitur mentem testatoris eam fuisse ut aedibus suis uteretur parochus s. Mariae Majoris pro sui habitatione, sin minus illis frueretur societas s. Antonii quae tamen parocho successori illas postulanti tradere teneatur. Noverat enim nullum successori per antecessoris factum praejudicium inferri posse.«

Recte judicasse Ferentinaten. Episcopum ex ipsius Legati natura tenet parochus. Etenim fatetur potuisse sodalitium toties in possessionem devenire domus, quoties inibi parochus non degebat. At ubi parocho non habitanti alter succederet qui ibi mansionem figere statuisset sibi cui in re integra omnia jura revertebantur iterum tradendam esse domum suadent verba *vadi e ritorni* quae successionem quandam statuisse videntur usus nempe et habitationis et caducitatis favore sodalitii, si deserta ab illis relinquebatur domus. Hujusmodi ratiocinationi haud adversari censet contrariam *centenariam* non retentae habitationis quia res recidit in principium a quo inceperat et licet multi parochorum usi non sint per mille annos legata domo statim ac unus postremus implet testatoris voluntatem utitur eo ipso jure a testamento quaesito quo domum legavit parochis *pro tempore* absque beneficiatorum emolumento. Caducitas quandoquidem non cominabatur ad perpetuitatem, sed tempore non retentae habitationis. Haec dicta voluit Pilottius contra sodalitii praetentionem.

Sodalitium autem omnino silet. Ex iis tamen quae parochus dixit ex verbis testamenti, ex centenaria viderint EE. VV. quid inde definiri valeat.

Quod autem Canonicos spectat, isti ob solemuem renunciationem emissam liti a confraternitate excitatae omni jure suo si quod habebant decidisse tenet parochus dum capitulariter invocati die 10. Julii 1841 indixerunt parocho *di proseguire a sue spese qualora gli piacesse tal causa.*

Isti nihilominus ab Episcopo rogati ut quid de negotio scriptis deferrent authumant non parocho sed capitulo domum ipsam esse devolutam in vim literarum apostolicarum quae unionem et incorporationem decreverunt omnium bonorum paraeciae ut ex illis *massa communis Canonicorum* conflaret. Hanc autem unionem omnia comprehendisse bona nec domuncula Caprinia excepta argui putant ex dupplici portione per easdem apostolicas literas Vicario curato adsignatas quod equidem factum non fuisset si eidem domus usus et habitatio debuisset permanere, quo impar evadebat congrua parochi habita ratione ad eam Canonicorum qui trientem dumtaxat ex universo redditu singuli percipiunt. Denuo subjungunt domum legatam 1812 fuisse desertam nec ad habitandum idoneam atque certo certius si praesentissimo locationis remedio ejus non occurrebant refectioni. Idcirco injustum esse subjungunt ut modernus parochus fruatur fructibus diligentiae eorum qui novam ferme curarunt domus aedificationem. Quod si per damnatam hypothesim substinenda esset parochi petitio congruum esse concludunt si non justitiae saltem aequitati ut parochus Canonicorum Capitulo vel Dattio locatori domus repraesentet impensas quot pro reparationibus adhibitae fuerunt necnon illas pro onerum adimplemento supportatas.

Hisce tamen omnibus responsum praebet Episcopus ad primum reponendo quod apostolicae literae nullam faciunt de domuncula commemorationem si eam fecissent, eam semper parocho servassent, quia id urgebat testatoris voluntas, et quia de jure est, ut de ecclesiae redditibus aedes parochiales aedificentur. Et quoniam domui iuveniuntur addicta etiam duo cubicula quae uxori suae testator reservaverat idque per memorialem praescriptiouem hinc ducit ea quoque cedere debere parocho quippe quod licet ignoretur quomodo factum sit ut illa quoque in parochorum usum fuerint destinata tamen habita semper sunt quasi couficientia domum parochialem et in dubio non ad Canonicos sed ad parochos esseut attribuenda jure dominii et uniuersitatis: »parochi etiam totam domum« *inquit Antistes*, a terra usque ad tectum possederuut; nec sine titulo, extat enim in eadem ecclesia nonullarum missarum onus pro anima Hyppolitae uxoris Audreae Caprinii, ex quo credendum profecto est, dictam Hyppolitam eidem ecclesiae illa duo cubicula eadem lege qua vir suus reliquisse uti satis superque probat continuata et longissima parochorum possessio.

Nec obstat duplex portio (concludit) parocho pro praebenda adsignata quia ista vix respondet congruae conciliari. Quid demum dicant de solutione melioramentorum pro domus restauratione factorum et pro satisfactione missarum pro dicto Legato statutarum mihi sane videtur parochum Pillotium minime ad illas teneri; non ad solutionem melioramentorum quia jus habet possidendi domum eo statu quo illam invenit, sed tenentur Canonici qui absque ullo titulo 121 scutata et obul. 20 per annos 12 receperunt, et proximo mense Augusti alia decem scuta cum obulis 10 recipient (nempe anno 1841). Melioramentorum vero pretium non excedit scutata triginta quinque, non ad satisfactionem legati missarum quia hoc legatum sumptibus ecclesiae seu sacristiae, non vero sumptibus Canonicorum fuit semper impletum a quibus aedes pro parocho erant comparandae.«

Erit EE. VV. sequentia dirimere

D u b i a:

I. *An et cui spectet domus legata parochis in casu?*

Et quatenus negative pro parocho,

II. *An concedenda sit facultas oratori conducendi domum intra vel in limine paraeciae in casu?*

III. *An et in qua summa is tenеatur ad solutionem melioramentorum in casu etc.?*

IV. *An et cujus sumptibus adimplenda sint onera missarum in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative et spectare ad parochum quatenus eam inhabitet.

Ad II.: Provisum in 1.

Ad III: Teneri Capitulum intra vires summae perceptae.

Ad IV.: Teneri parochum quoad futurum quatenus domum inhabitet.

Die 23. Novb. 1844.

Spoletana.

(Trid. Sess. 21. c. 7. de Ref.)

Ubi primum 1844. sacerdos Marcus Brusch possessionem iuiit parochialis ecclesiae s. Mariae Syllani in Spoletana archidioecesi domum parochialem ita instauratione indigere comperit, ut habitationi neutiquam apta haberetur. Itaque statim ad municipii praesidem sese vertit qui juxta veterem quam ille eferebat consuetudinem domus ejusdem necessitati ex aere publico prospiceret. Cum vero in irritum omniuo hujusmodi petitiones cessissent confugium ad SS. Pontificem habuit vehementer.

Ordinarius ad quem preces ex s. Ordiuis instituto remissae fuerunt suis literis renuntiavit, Marci Bruschi decessorem 40 et amplius aunis quibus paroeciae praefuit in domo paterna habitare consuevisse adeoque factum esse, ut vel nihilum vel parum certe statum parochialis aedis curaret; quamvis enim 1827 supplicem semper hac re libellum SS. Principi exhibuisset nihil tamen hac postulatione profecisse palam est. Adjecit deinceps Decretum s. Visitatiouis ab Archiepiscopo Lascaris 1713 editum quod juxta declarationem a s. Boni Regiminis Consilio prolatam municipium funditus aedificare coactum fuit turrim campanariam, quae vehementissimo terraemotu 1703 misere collapsa fuere. Ajebat iusuper neque parochianos s. Mariae neque Syllaui magistratum domus instauraudae negotium in se velle suscipere perpendens, quautum ad hoc non unam s. Mariae paroeciam sed alias etiam Syllaui existere. Quantum vero ad eos mouebat nounisi perperam, quamvis haud semel patresfamilias a parocho fuisse iuvitatos, ut de-

signato loco convenirent deliberaturi quid hac in re esset agendum.

Municipalis autem praeses pergebat idem Episcopus sententia quadam nixus ab A. C. 1788 lata qua municipium relictum fuit in quieta possessione nihil impendendi in ecclesiae conservationem, municipii ipsius causam, juris etiam ordine servato, erit propugnaturus. Ad operam piam ejusdem quod attinet cujus ex redditu s. suppellectili et urgenti aedificii reparationi prospicitur ipsa aere alieno praegravari non posset ac ingentibus subeundis expensis minime par esset. Nec aliquid sperandum ex parochialis praebendae censu, si enim accepti et impensi codex, quem literis inseruit, a parocho ex 2 annorum experimento confectus inspiciatur, redditus non amplius 10 suctatis sumptum videbatur superare. Incerta vero stolae emolumenta ad scutata 4 redigi possunt; supersunt 200 missae sacrificia a legatis piis profecta, quae ad 70 dum taxat ex apostolica indulgentia per decennium reducta sunt. Sic itaque concludebat videretur, communitatem uti ecclesiae Patronam vel populum obligari ad domus pro parocho reaptationem juxta citatam Tridentini dispositionem *sess. 21. cap. 7. de Ref.* quam fuse inculcatam volui in constitutionibus synodalibus, quarum observantia a bonis omnibus anxie desideratur.

Actionis suae praecipuum fundamentum ponit parochus orator in consuetudine, quam probandam suscipit ex memorato s. Visitationis Decreto per Episcopum Lascaris 1703 interposito. In eodem legere est municipes coactis comitiis ex jussu S. C. Boni Reginis ecclesiae parochialis a terraemotu disjectae aedificationem sanxisse. Cum tamen post aliquibus annis nondum hujusmodi opus eos inchoasse compertum esset, idcirco Ordinarius, dum s. Visitationis munus obibat, decrevit: DD. Communitati et hominibus (sunt verba Decreti) ad quem et quos semper pertinuit quaelibet reparatio dictae plebis, ut recognovimus ex plurimis documentis ut statim post praesentium publicationem inchoare debeant et teneantur dictam fabricam cum omnibus suis adnexis et connexis, usque ad integram perfectionem. Subinde duobus viris ab eodem delectis facultatem tribuebat erogandi juxta scuta 60 existentia penes communitatem eligendi peritum, vel peritos, destinandi situm arbitrio eorundem peritorum et haec juxta formam et tenorem dispositionis causa expartiendi et taxandi familias tam saeculares quam ecclesiasticas pro contributione illasque obligari sub poenis sibi benevisis, donec integre et perfecte fabrica praedicta firmetur et stabiliatur, ac insuper cum omnibus aliis facultatibus, quas nosmetipsi si praesentes essemus haberemus.

Quantam vero vim habeat hujusmodi Decretum ad hanc de qua agitur consuetudinem firmandam ostendere satagit idem parochus ex quadam epistola quam ad decessorem suum 1827 apostolicus Spoleti Delegatus mittebat, dum rescribebat memorato supplici libello quem ille Principi in eum finem obtulerat, ut municipium ad ecclesiam domumque parochialem reficiendam adigeret.

Ex quo deduxit orator consuetudinem contra municipes hisce literis fuisse a superiore potestate sancitam et confirmatam. Cum vero ceu patet ex his quae supra exposuimus congrua paroeciae dos non solum Trid. Concilii mensuram non attingat, sed etiam longissime deprehendatur inferior, argumentatur, nihil aliud instaurationes municipio efficaciter jubendas quam ut ipse earundem instaurationum aestimationem condat atque exhibeat.

Negat moderator municipii consuetudinem quam in medium profert orator, re ipsa adesse in hujusmodi causa; atque ad hanc rem sententiam appellat a S. C. Albani latam, de qua supra mentionem fecimus. Constare enim ait ex ea Illmam Communitatem et DD. Conciliarios actoris personam agentes ac DD. Busciani et Silvestrum Antonini uti sancteses ven. eccl. curatae seu plebanae terrae Syllani reos conventos petiisse manuteneri in quieta et pacifica possessione libertatis, seu quasi juris non contribuendi neque impendendi ullam vel minimam summam in expensis occurren. pro manutentione, conservatione et restauratione supradictae ecclesiae plebanae, ejus Turris campanariae, annexorum, connexorum atque utensilium rebusque iis in actis causae deductis; laudatum autem judicem declarasse firmo remanente mandato de manutenendo per non contemporanee lato ac respective relaxato, exceptiones omnes ex adverso coram nobis ut in actis datas atque appositas et signanter praetensae consuetudinis manutenendi ut restaurandi ecclesiam praedictam tamquam nullas, irritas atque inanes rejiciendas fore et esse dicimus prout per praesentes rejicimus et reprobamus ac pro rejectis et reprobatis habere

volumus atque mandamus reservatis tamen quibuscumque juribus favore DD. Sanctesium ecclesiae plebanae in suo congruo judicio petitorio deducendis prout de jure et quatenus de jure. Quamvis igitur (sic argumentatur municipii moderator) consuetudinem initio adfuisse concederetur, nihilominus eandem defecisse penitusque peremptam esse liquet per consuetudinem, quae 100 annorum spatio constituitur; haec enim legem*) etiam tollere potis est, ut ex pluribus legum civilium textibus et s. Rotae decisionibus probat *Fagnanus in cap. Treguas 1. de tregua et pace n. 73. et 74.*: nec ullus sane producitur actus, qui expletus fuerit post 1713. quo tempore Decretum s. Visitationis datum est.

Haec a contendentibus: nonnulla modo a nobis adnotanda quae haud abs re videntur. Compertissimum est in jure canonico leges quae pro ecclesiarum parochialium aedificatione et conservatione sancitae sunt easdem domibus parochialibus legitime accommodari, ut disertissime definivit s. C. in *Castri Durantis 11. Julii 1595.* et *tom. 8. Decret. pag. 130.* S. Congreg. Concilii censuit scribendum ad Abbatem, ut domum pro necessaria parochi habitatione curet aedificari ex fructibus et proventibus quibuscumque ad parochialem ipsam pertinentibus, qui non fuerint sufficientes, patronos sequi sivit vel alios qui fructus aliquos ex dicta parochiali percipiunt, et in eorum defectum parochianos ad id remediis opportunis compellat, quemadmodum de instauratione parochialium ecclesiarum cavetur Decreto *Conc. Trid. sess. 21. cap. 7. de Ref.* Quod Congregatio declaravit habere locum etiam in refectione vel aedicfiatione domus necessariae ad parochi habitationem. Jam vero quidem a doctoribus constituti sunt gradus, quibus Conc. Trid. Decretum *sess. 21. c. 7. de Ref.* cujus ipsissima verba adhibuit s. C. in allata *Castri Durantis* executioni demandandum est, quosque scitissime more suo et distinctim tradit *Benedictus XIV. Inst. eccl. 100.* unde nos breviter eos expromere et recensere putamus.

Itaque I. loco ecclesiarum parochialium statui prospiciendum est ex fructibus et proventibus ecclesiae;

II. sumptibus eorum, qui ex constitutione aliqua vel statuto ad id obligantur;

III. eorum expensis, si qui sunt qui ex antiqua ac certa consuetudine obstringuntur: haec tamen ad coactionem inducendam esse debet idonea; inter illos quemadmodum nedum privatae personae sed et moralia ut ajunt corpora ex. gr. municipia comprehenduntur, uti statuit s. C. in *Balneoregiensi Restaur. eccl. paroch. 15. Sept. 1838. confirmata 1. Febr. 1840.*;

IV. expensis parochi si tamen idem parochus amplo censu potiatur et postquam necessarii ad ejusdem alimoniam sumptus deducti fuerint; quod si congruo censu destitutus sit a reparationum onere exemptus abire permittitur. Et hac quidem in sede una cum populo locum habere debent non solum ii, qui pensiones (dummodo hae libere adsignitae non fuerint) ex parochiali dote percipiunt sed etiam, qui beneficia simplicia in ecclesia parochiali possident;

V. loco onus reficiendi parochiale templum patronis imponitur, si nimirum patronatus jura retinere velint;

VI. loco ad taxationem populi deveniendum est, sicuti videre licet in *Imolen. Rest. eccl. paroch. 6. Sept. 1783.* ubi s. C. definivit ad separationem ecclesiae teneri populum et possidentes in districtu paroeciae per aes et libram et hujusmodi declarationem confirmavit die 18. Jan. 1784. Exceptio fit si paroeciae incolae pauperrimi sint, tunc enim adigi nequeunt;

VII. loco si parochialis ecclesia censu divite praedita sit, quia parochi redditus nequaquam distinguantur, census hujusce partem alienandi facultas postulari poterit ad sacras sedes reparandas vel a monumentis exstruendas.

Praeter haec alia etiam suppetunt extra ordinem remedia ope s. Congregationis obtinenda videlicet capellaniarum suspensio*), uti in *Tiburtina Susp. capellaniae 13. Jan. 1816.*; census impositio super bonis ecclesiae, s. Congregatio *Forolivien. 13. Juni 1789 ad I. dubium*; ac etiam missarum reductio**), s. C. in *Veliterna Susp. missarum 18. Sept. 1790* ad I. dubium.

Aliquas ad haec quae hactenus diximus addimus sanctae Congregationis declarationes quae ad hanc controversiam facere videntur. Occurrit primo instructio quam s. Ordo Episcopo Nolano die 8. Febr. 1581. dedit videlicet: »Quae amplitudo tua libello his literis concluso s. C. Card. Concilii interpretum ex-

*) Vd. *p. 747. n. 26.*

*) Vd. *Capellania.*
**) Vd. *Missa* (reductio, suspensio).

ponenda curavit de parochialibus ecclesiis in sua dioecesi habitationem pro rectoribus non habentibus, uti etiam saepe accidit ut nulla domus quae conduci possit a rectore reperiatur, ea cum Cardinales intellexerint, censuerunt rectores parochialium praedictorum qui ex earum annuis redditibus minus 60 ducatis monetae usitatae in regno Neapolitano percipiunt, liberos esse debere a contributione pro domibus aedificandis sed Capitulum, cui illae unitae sunt, patronos ac alios, ad quos fructus aliqui ipsarum ecclesiarum proveniunt ac in illorum defectum parochianos juxta dispositionem Concilii *cap. 7. sess. 21.* contribuere cogendos esse. Illos autem rectores, qui ex his parochialibus plus 60 sed non ultra 100 ducatos ejusdem monetae annuatim percipiunt una cum praedictis aut cum parochianis, juxta praedictam formam judicio tuo conferre debere; quod si annui fructus pro rectore excedant summam 100 ducatorum alios gravandos non esse, sed ex dictis redditibus parochialibus tantum pro aedificatione domus esse sumendum, quantum amplitudo tua convenire arbitrabitur.«

In Catacen. 3. Jan. 1633. s. C. rescripsit: »Ad refectionem ecclesiarum cogendos esse earundem ecclesiarum rectores: quod si redditus ipsarum parochialium non sufficiunt Episcopum juris remediis juxta formam *cap. 7. sess. 21.* ipsos parochianos cogere debere et interim curare, ut ipsi rectores intra limites suarum parochialium in domibus conductis permaneant.«

In *Litteren. 19. Jan. 1636.* sic legitur: »Ad secundum circa parochos intra limites suarum parochialium domos non habentes, Emi Patres censuerunt, si vera sunt quae in ipsarum relatione exponuntur posse Episcopum pro suo arbitrio et conscientia permittere, ut parochi qui neque ex fructibus parochialis nec alio modo aedes in parochiali construere seu alias intra suarum parochialium fines conducere possint, interea habitent domos in alienis parochiis vicinioribus sitas.«

Superest modo dijudicare, quisnam potissimum ex descriptis gradibus ad parochialis s. Mariae domus refectionem obligandus sit, ubi consuetudinem a parocho contra municipium collatam corruere contingat: quod ad sapientissimum Emmorum Vestrorum judicium unice pertinet quodque praestabunt resolventes.

D u b i u m:

An et cui competat onus reficiendae domus parochialis s. Mariae loci Syllani in casu?

S. C. resp.:

Affirmative populo facta taxatione per communitatem.

Die 18. Decb. 1847.

Continuatio Spoletana.

At vero illius loci homines qui parochiae s. Mariae subsunt hujusmodi Decreto se gravatos esse rati quasi nimirum, quae per parochum exposita sunt, veritatis fundamento minime niterentur, supplices apud hunc s. Ordinem institerunt, ut instaurata causae cognitione iterum audirentur, quod reapse assecuti sunt.

Ut vero susceptas argumenti sui partes ostendant, contendunt inprimis, antiquissimorum monumentorum testimonio constare ecclesiae ac domus parochialis conservandae onus communitati ac Sanctesibus inhaerere.

Cum enim 1610. parochus s. Mariae quaestionibus a Vicario Generali propositis responderet, ajebat tempore minime suspecto: »*La Chiesa, id est la Pieva viene mantenuta dalli Santesi e dalla Communita*«, ceu videre est in libro s. Visitationis apud Spoletanum archivium asservato.

Idipsum confirmant 4 patresfamilias loci Syllani.

Quod vero eorum magis referre videtur, redditus est beneficii parochialis quem multo pinguiorem faciunt quam a parocho Bruchi descriptus fuit. Ajunt enim hoc ineunte saeculo parochiae s. Mariae 5 beneficia simplicia unita fuisse, quorum omnium dos licet ignoretur, tria tamen, quorum census sive ex unionis Decreto sive ex peritorum testimonio innotescit, summam efficiunt scutatorum 627.25. Constat autem (inquiunt ipsi) ex tabulis catasti Piani, fundos rusticos, qui ad eamdem parochiam pertinent (nihil ajunt, an parochiae sint urbana praedia et quanti sint) aestimari scutatis 1636.54. Quibus accedunt aliqui census quorum sors ad scut. 685. ascendit, ac denique alia etiam certa emolumenta parochialia.

Monendum vero et errorem calculi irrepsisse in computandis insimul bonis rusticis

paroeciae et bonis beneficiorum unitorum; valorem siquidem ea efformant scut. 2263.79 adeo ut fructus parochiales augmentum capere debeant. Nec praetereundum in ecclesia s. Mariae fontem baptismalem exsurgere*), ad quem baptismatis recipiendi causa accedunt infantes aliarum 5 parochiarum quae in pago Syllani recensentur. Jam vero hoc etiam ex titulo parochum emolumenta percipere affirmant, quin tamen ulla ratione quantitatem emolumentorum determinent.

Contra vero miserrimam omnium parochianorum conditionem evincunt ipsius parochi testimonio diei 18. Jan. 1847.

Id confirmat P. Custos coenobii Cappucinorum. Deinde fidem proferunt fabri murarii ac fabri lignarii.

Subjungunt etiam litem calumniosam a parocho fuisse susceptam, in eamque scutata 250 insumpta fuisse; cumque parochus in causa ceciderit, censum fundis parochialibus dictae pecuniae respondendum impositum fuisse; haec autem omnia semper insciis parochianis, ut nihil ad se ipsos de parochiae redditibus et oneribus pertinere concludunt.

His quae ab oratoribus noviter afferuntur cum iis quae in folio die 18. Decb. exposita sunt mature collatis videant Emae Vestrae quid respondendum sit ad

D u b i u m:

An sit standum vel recedendum a decisis in casu?

S. C. resp.:

Recedendum a decisis, et reparationes de quibus agitur spectare ad parochum.

Die 26. Aug. 1848.

III) Parochus non tenetur.

Feretrana.

Parochum suis impensis, quae conciliarem congruam non aequant, minime ad *tuguriolum* reficiendum ampliandumque teneri, ut ita residentiae oneri satisfaciat, *Reiff. Jur. can. lib. 3. tit. 48. n. 24., Belett. disquis. Cleric. part. 1. § 14. n. 11., Barbos. in Conc. Trid. sess. 21. de Ref. c. 7. n. 8., s. Congr. in Maceraten. 24. Martii 1787.*

Die 2. Maji 1878.

---

*) Vd. *t. II p. 40. n. 18.*

IV) A parochianis et colonis.

Spoletana.

Reparatione indigent ruralis ecclesia et domus parochialis s. Venantii Spoletanae archidioeceseos atque ex relatione fabri murarii scuta 197 sunt impendenda. Parochus ex redditibus ecclesiae ne congruam quidem percipit: desunt beneficia aliique ecclesiastici proventus; populus alienos fundos colit et praediorum domini in aliis morantur paroeciis. Itaque Archiepiscopus Spoletanus antequam ullum edat Decretum pro restauratione dictae ecclesiae et aedium parochialium ab EE. VV. implorat, ut dirimatis dubia quae in calce hujus folii leguntur.

Oblatas preces ablegavi *eidem Archiepiscopo pro informatione et voto auditis praesertim promotore fiscali, parocho et patribus-familias in scriptis ut referret de annuo reddito et oneribus paroeciae comprehensis incertis stolae, ducto calculo per decennium, impensa vere necessaria ad reparationem per peritum ex officio, transmissis particulis Synodorum et Decretis ss. Visitationum ad rem facientibus.*

Archiepiscopus autem haec retulit: Omnibus et singulis interesse habentibus auditis, eruitur:

1) quod patresfamilias cum uno excepto sint omnes coloni, se minime impensis supplere posse fatentur;

2) quod inter se discrepantes agrorum domini putant non sumptuum participes esse;

3) parochum denuo ecclesiae domusque collabentis alterius sumptui reparationem flagitasse. Miseriae enim et aerumnae hunc die noctuque premunt et obruunt. Testis est promotor fiscalis, a quo eadem petitio facta est, et nullos habere proventus accepimus, dum si aliqui sint vel supererentur vel aequentur expensis; ducto enim calculo per decennium incertis stolae comprehensis stat numerus pro annuali redditu scut. 47.32., ex quibus sublatis oneribus et pro populo applicatione, notatis scutis 47.26., summa pro congrua parochi manebit obolorum 6. Parochus ergo impossibile est, ut proprio reparet sumptu ecclesiam et domum.

Sed adest fructus vulgo nuncupatus *dell' opera*. Poterunt vero isti nos ducere ad finem, si ducto pariter calculo per decennium dant summam quotannis scutorum 8.07.

pro redditu, et summam scut. 9.83.3. pro impensis. At erunt in dicta paroecia beneficia ecclesiastica, vel simplicia vel jurispatronatus; sumptui quorum juxta s. Congregationis C. Decreta et possit et debeat reaedificari domus et templum? Minime Patres. Suadentibus igitur s. Trid. Concilio ac dioecesana Synodo (cujus verba mox referam) deveniatur ad populum necesse est. At patresfamilias contestando denunciarunt ut supra: videtur ergo quod taxandi sint domini bonorum, et quod opus manuale debeat praestare populus.

Per peritum ex officio deputatum constat necessariam esse summam scut. 197.97.

Decreta ss. Visitationum ad rem spectantia cum nullo modo reperire potuerit, geminas Archiepiscopns transmisit particulas Synodorum Castrucci et Gaddi. Patet ex *cap. 34.* § *2.* Synodi 1621. ab Episcopo Castrucci habitae statutum fuisse, quod *parochialis ecclesia si pro rectoris habitatione non habuerit aedes et ecclesiastici redditus eas construi non patiantur; populus parochiae pro rectoris habitatione prope ecclesiam domum providere vel aedificare teneatur.*

Particula vero Synodi ab Episcopo Gaddi celebratae deprompta *ex cap. 24.* hisce verbis continetur: »*Si ergo contigerit aliquid vitiatum, corrosum vel labefactatum in ecclesiarum fundamentis, parietibus, tectis et fornicibus reperiri statim reaptari et refici volumus expensis fabricae vel operae ipsarum, quatenus adsint vel suppetant redditus . . , respectu ad parochiale vel inferiores ecclesias expensis rectorum curamque animarum gerentium: subsidiarie autem ad ipsos parochianos, qui arbitrio Ordinarii vel per aes et libram aut aliter collectabuntur.*

Fatiscentes ecclesias praesertim parochiales omnino esse restaurandas praescribitur in *can. 30. dist. 12. q. 2. cap. Quicumque de eccl. aedific.* idemque decrevit Trid. Synodus *sess. 21. cap. 7. de Ref.* cui Decreto inhaerentes doctores ordinem ac veluti gradus constituunt eorum, qui ecclesias reparare tenentur, nti late disserit *Bened. XIV. Inst. eccl. 100.* Verum eadem Trid. Synodus *loco cit.* Episcopis mandat, nt *in illorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis ad praedicta cogant quacumque appellatione, exemptione et contradictione remota. Quod si nimia aegestate omnes laborent, ad matrices seu viciniores ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales quam alias ecclesias dirutas in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi.*

Pro reparanda ecclesia s. Venantii Spoletanae archidioecesis omnia ex testimonio Archiepiscopi deficiunt media a ss. Canonibus statuta, atque unus superest populus: hinc necessario ad eum erit confugiendum. Disquirere autem oportet, an qui fundos possident, licet alibi degant, an potius parochiani impendere debeant quidquid ad ecclesiam aedesque parochiales instaurandas requiritur. Nihil est in jure exploratius, quam cujusque rei, eum sequi incommoda, quem sequuntur commoda, *R. J. 56. in 6. et L. 10. ff. de R. J.* At commodo ecclesiae parochialis tantummodo perfruuntur, qui intra ejus limites sedem habent; nam qui alterius loci utuntur domicilio neque sacramenta percipere neque missam in eadem ecclesia audire queunt. Atque id prospexisse videtur Trid. Syn.; nam populum ad reficiendam ecclesiam compelli et nimia aegestate omnibus laborantibus paroecias ad matrices seu viciniores ecclesias transferri voluit. Reque vera si fundorum dominis, quamvis alibi domicilium habentibus, onus immineret restaurandae ecclesiae nunquam fieri posset, ut propter nimiam aegestatem parochianorum ecclesia ad matricem seu viciniorem transferenda foret; cum quaelibet paroecia certum habeat territorium, cujus praedia aut a parochianis aut ab illis jure dominii possidentur. Quocirca non domini agrorum sed Coloni uti parochiani ad reficiendam ecclesiam et aedes parochiales s. Venantii cogendi videntur; et si inopia premantur, paroecia ad viciniorem ecclesiam erit transferenda.

Praeterea collecta pro reparandis ecclesiis inter onera alia recenseri nequit, cum praediis nulla obveniat utilitas ex refectione templorum, *Mena Variar. lib. 1. qu. 21. n. 90., Amostaz. de caus. piis lib. 5. cap. 6. n. 47.*, sed pertinet ad onera personalia, quia ad animarum salutem ecclesiae aedificantur; atque ideo ad ecclesias reparandas dumtaxat cogendi sunt, qui in paroecia domicilium habent non autem qui bona in ejus territorio possident sed alteri subsunt paroeciae, *Pekius De reparand. eccl. cap. 11. n. 4.; Tondutus quaest. benef. tom. 1. cap. 38. n. 4.; Thesaur. disces. 149.*

Forenses tamen si bona possideant in loco reficiendae ecclesiae a solvenda collecta immunes non videntur non solum quia non desunt, qui asserant, hujusmodi collectam esse onus rebus inhaerens, quos inter *Cencius De censib. qu. 1. n. 15., Cancerius Var. resol. part. 2. cap. 6. n. 198.*, sed etiam quia bona quaelibet sunt tacite hypothecata pro necessitatibus publicis illius loci, in quo sita sunt, *l. 1. Cod. Quib. in caus. pig. tacit. contrah.* Labentium vero ecclesiarum restauratio est necessitas publica, quoniam religio, quae templorum aedificatione fovetur ac servatur, publicum respicit bonum, *l. 1.* § *hujus studii ff. de justit. l. Sunt personae ff. De relig. et sumpt. funer.* Omnes igitur praediorum dominos, tametsi aliis subsint paroeciis, contribuere debere pro instaurandis ecclesiis docent *Barbosa p. 3. alleg. 64. n. 11., Francez. de eccl. cath. cap. 17. n. 72.* quemadmodum forenses quoque ad collectam obstringuntur pro reparatione murorum, viarum, pontium territorii, in quo bona possident stabilia, *Abbas in cap. non minus 4. de immun. eccles. n. 38., Barbosa loc. cit., Alex. lib. 2. consil. 70.*

Nec mirum quod Trid. Synodus non possessores bonorum sed parochianos dixerit cogendos pro restauratione ecclesiarum: qui in parochia degunt. Fundos ut plurimum possident; idcirco s. Concilium parochianos adigendos esse sancivit. Cum aliquando paroeciarum territorium adeo sit angustum, tamque steriles sint agri, ut qui in eo bona possident, sint nihilominus pauperes; hac de causa, non vero ad immunitatem collectarum dominis praediorum tribuendum, paroecias ad viciniores ecclesias transferri jussit.

Accedit in themate, quod si ruralis paroecia s. Venantii non instauraretur, agrorum domini detrimentum inde caperent; nam Coloni nisi ecclesiam haberent in qua sacramentis refici, Sacrum et catechesim audire possent, facile rure discederent agrique deserti manerent. Quidquid autem de hujusmodi quaestione sentiendum sit, quae ad tramites juris communis utrinque suos habet patronos, cum in Italia testante *Bened. XIV. Inst. eccl. 100. n. 15.* mos obtinuerit, ut forenses solvant tantum pecuniam pro iis bonis quae possident in loco, ubi collectiones a magistratu praescribuntur; ideo in discrimen vocari minime potest quod bonorum domini, sive intra sive extra paroeciam moram ducant, compelli possint ad reficiendas ecclesias. Quamobrem haec s. Congregatio in *Imolen. Rest. eccl. parochialis 6. Sept. 1783.* consulta: *An et quis teneatur ad reparationem ecclesiae parochialis et respective ad extinctionem census ejusque fructuum solutionem in casu etc.?* —

rescripsit: *Teneri populum et possidentes in districtu parochiae per aes et libram.* Quod apprime consonum est Synodo Spoletanae Gaddi supra relatae statuenti reparationem paroeciarum pertinere *subsidiarie ad ipsos parochianos qui arbitrio Ordinarii, vel per aes et libram aut aliter collectabuntur.*

Itaque in eo tantum controversia esse potest, utrum praeter agrorum dominos, ad reficiendam paroeciam s. Venantii, teneantur quoque Coloni. Profecto ipsi ab omni onere exempti videntur: quum enim s. Congregatio in memorata *Imolen.* cui concinit Synodus Spoletana responsum dederit, teneri populum et possidentes in districtu per aes et libram idest scecundum cujusque facultates, ut docent *Pekius de reparand. eccles. cap. 10. n. 2., Francez de eccl. cath. cap. 14. n. 131.* aliique apud *Amostaz. de caus. piis lib. 5. cap. 6. n. 39.*, inde sequitur immunes eos esse a qualibet praestatione, qui nullis fruuntur bonis stabilibus. Quod confirmatur ex s. Congr. Episcop. apud *Bened. XIV. loc. cit. n. 16.* ad quemdam parochum Placentinum rescribente: *Curam omnem adhibet, ut Inquilini pro dominis pecuniam ad id* (nempe ad restaurationem paroeciae) *impendant, ac deinde quidquid ob hanc causam expenderint, sibi retineant ex pretio, quod pro domo conducenda persolvunt.*

Quia vero parochiani omnes utilitatem spiritualem ex reparatione templi sentiunt ideo si minus ad pecuniam conferendam propter inopiam, at saltem ad aliquas operas praestandas, uti pro exportatione caemetorum, calcis, lignorum aliisque hujusmodi, compellendi parochiani non possidentes videntur, *Borellus de ss. eccl. n. 3., Bellius consil. 144., Francez. loco cit. cap. 13. n. 120.*

Erit Emorum PP. decernere:

I. *An et quomodo possidentes teneantur ad reparandam paroeciam in casu?*

II. *An et quomodo teneantur Coloni in casu?*

S. C. resp.

Ad I.: Affirmative per aes et libram.

Ad II.: Affirmative et operas praestare teneri prudenti arbitrio Archiepiscopi.

Die 21. Febr. et 20. Mart. 1824.

V) Qui et quo ordine teneantur?

Vd. supra decr.: *Spoletana p. 1607.* supra n. III. p. 1611.; n. IV. p. 1611.

Sanctio Conciliaris *sess. 21. cap. 7. de ref.* praescribit, patronum primo loco teneri ad reparationem et reaedificationem ecclesiae aediumque parochialium quia ipse fructus percipit consistentes in honorantiis, nominatione et praesentatione capellani Curati ex traditis per *Barbos. ad Conc. Trid. sess. 21. cap. 7 de ref. n. 8., Bellet Disquis. cleric. part. prima de clerico debitore § 14. n. 11., Pignatell. t. 8. consult. 60. n. 2.*, decrevitque nuperrime s. Congregatio in *Alatrina Reaedificationis capellae quoad I. dubium* proposita *die 8.* et resolnta *die 29. mensis Julii 1775.* Patrono vero egestate laborante teneri parochianos qui proinde remediis omnibus opportunis cogendi sunt ad restanrandam ac etiam reaedificandam ecclesiam aedesque parochiales quia ipsi in eadem ecclesia audiunt Divina et Sacramenta recipiunt. Sic enim jussit praecepitque DEUS OPTIMUS MAXIMUS ut populus contribueret ad aedificationem, ornatum et necessaria Sanctuarii, *Exod. cap. 25. 36. et 38.* consonantque doctores supra allegati nimirum *Barbos. sub n. 13., Bellet. sub n. 6. et 9., Pignatell. n. 5.*

S. Miniati.

Conc. Tr. c. 4. 7. s. 21.; C. 9. s. 25. de ref.

Publico sipulato instrumento 1691 exposuerunt Aurelius Portigianns rector ecclesiae praepositnralis s. Martini ac Pirrus Bocciardus parochns ecclesiae s. Stephani ad Intrainum de jurepatronatus laicali trinm familiarum, quod priscis abinde temporibus unita comperitur prins dictae ecclesiae s. Martini altera ecclesia curata s. Mariae ad Soffianam; caeteroquin vero praepositus nequibat ejusdem regimini ut decet praesidere neque animarum cnram obire ac spiritualia subsidia parochianis impertiri cum ipsa ecclesia s. Mariae ab altera praepositurali longe distaret atque Arni flnminis inundationibus interdum subjaceret; e converso autem eadem ecclesia finitima erat ejusque animarum cura commodior videbatur memoratae ecclesiae s. Stephani. Hinc in idem placitum convenientibus tam praeposito quam parocho supra nuncupatis et intercedente consensn Capituli Cathedralis s. Miniati Vicarius generalis divisit ac dismembravit ab ecclesia praepositurali ecclesiam s. Mariae, cum situ pro construenda domu parochiali ac 13 designatis familiis, qnas aggregavit ac respective univit ecclesiae parochiali s. Stephani absque patronorum praejudicio, ita tamen quod pro laboris compensatione praepositus pro tempore ecclesiae s. Martini persolvere annuatim teneretur lib. 24 monetae Florentinae parocho s. Stephani, postquam domum parochialem elevari curasset in sitn concesso curamque animarum assumpsisset quemadmodum latius ex docnmento in summario dando. Aedificata domu enunciata caeterisque ad observantiam reductis, quae supra exposita fuerunt, nuper Philippus Carolus Moralius modernus parochus s. Stephani praetendere coepit quod annua contribntio lib. 24 impar admodum esset oneri animarum ferendo, idcirco ne judiciales strepitus desuper excitarentur ex communi amicorum interpositione transactio inita fuit qua praelandatus praepositus Portigianus dictam annnam praestationem adanxit ad lib. 36 annuatim libere persolvendas rectori sancti Stephani quousque unio familiarum ecclesiae s. Mariae effectum haberet, cum expressa conditione quod idem rector his contentus esse deberet ac sedulo animarum curae incnmberet pro quibus firmandis partes se suosqne successores inviolabiliter obligarunt, ut pariter ex documento quod in snmmario dabitur. Impraesentiarum vero jam dictus parochus Moralius perpendens, ut inquit, unionem et conventionem expositam ex juris dispositione prorsus nullam et irritam esse quidquid sit de tenuitate contributionis, tum quia unio facta fuit ecclesiae patronatae laicorum cum etiam ex defectu justae causae hinc recursum habuit ad s. Congregationem ut EE. PP. anctoritate dissolvatur, sin minus omnes redditus et proventus ecclesiae s. Mariae ipsi assignentur ac declaretur, cujusnam sumptibus parochialis domus sit restauranda.

Episcopus super precibus requisitus luculentam informationem transmisit in qua facti Serie confirmata opportune adjungit quod parochialis ecclesia s. Stephani ad Intrainum extra moenia civitatis et prope Arni flumen adeo est inundationibus snbjecta et angusta et minus idonea dijndicetur functionibus ecclesiasticis, cumque domnm parochialem non habeat, ejus rector domum incolit prope ecclesiam s. Mariae quae vigore unionis jampridem aedificata fuit. Ecclesia vero mox dicta s. Mariae satis ampla, ut inquit idem relator in commodiori loco comperitur ita ut snfficientes proventus non habet pro congrua parochi susentatione et longe distat ab omnibus ecclesiis parochialibus praeterquam a dicta ecclesia s. Stephani cni est contermina, adeo ut ejusdem parochus ecclesiae etiam s. Mariae curam quodamodo exercet ante unionem, cnm spiritualibus necessitatibus alii sacerdotes praesto esse non possent. Nihilominus prosequitur idem relator utrumque populum ab hnjusmodi unione et respective dismembratione dissentire, cum parochiani s. Stephani aegre ferant quod eorum parochns extra limites resideat prope ecclesiam s. Mariae; familiae vero dismembratae ad primaevum statum redire percupiunt. Enunciatis vero rationibus utrinque adductis saepedictus informans votum proferendo censet facile defendi non posse ab objectis nullitatibus recensitas dispositiones si in terminis sumantur propriae unionis et respective dismembrationis perpetuae; quod si onus curae a parocho s. Stephani assumptum quoad familias unitas haberi possit tanquam species ut inquit famulatus dispositiones praedictae possent sustinere contra oratorem qui non solum tot annorum observantia sed etiam expressa et praecisa obligatione ejusmodi servitio se obstrinxit, adeo ut nec possit neque debeat a promissis modo recedere, postremo idem relator pro certo habet qnod ipse orator domum parochialem restaurare teneatur. His igitur praelibatis non graventur EE. PP. infrascripta dubia sapienter decernere saepe monito praeposita ecclesiae parochialis s. Martini:

I. *An dismembratio et respective unio sive aggregatio de qua agitur sustineatur?*

Et quatenus affirmative,

II. *An omnes redditus et proventus ecclesiae s. Mariae ad Soffianum vel in qua quantitate sint debiti rectori s. Stephani?*

III. *An et cujus sumptibus facienda sit restauratio novae domus parochialis?*

S. C. C. resp.

Ad I.: Negative;

Ad II.: Satis provisum;

Ad III.: Episcopus provideat prout de jure.

Die 20. Sept. et 16. Novb. 1715.

Donatio.

(Bonorum alicui ecclesiae.)

Vd. *Bona eccles.* (acquisitionis modus etc.)

Dormitorium.

1) Monachorum.

Vd. *Regular.* (habitus, Decr. Clem. IV.; Regulae etc.)

Benedictus Papa XII. de ref. Ord. Cisterc. s. Benedicti.

Cum tam secundum canonica quam regularia instituta in unnm locum dormire debeant monachi universi et praetextu camerarum quae in aliquibus monasteriis extra infirmitoria propter cellas qnae in dormitoriis sunt constructae multae sunt inhonestates et dissolutiones inductae Nos super his expressius et salubrius providere volentes statuimus et ordinamus quod nullus de caetero monachorum in cameris jacere audeat nisi

solummodo propter invalitudinem corporalem (et tunc in cameris infirmitorii dumtaxat) sed omnes in dormitorio jaceant, nisi forte ab hoc aliquis propter officium excusetur et tunc possit alibi, si aliter commode in dormitorio jacere non valeat.

Ad hoc etiam statuendo et ordinando adjicimus quod deinceps cellae in dormitorio nullatenus construantur et si quae jam constructae fuerint omnino per Abbates vel principales praelatos proprios infra tres menses a tempore quo hoc statutum est et ordinatio ad eos pervenerit et eis negligentibus seu non valentibus per visitatores in prima visitatione quam impendent auctoritate apostolica destruantur et quod super his resistentes eisdem vel impedimentum aliquod praestantes seu praestari procurantes et ad hoc dantes auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte incurrant excommunicationis sententiam ipso facto. A qua quidem sententia nequeant nisi per visitatores absolvi praefatos quos etiam ipsi visitatores per alia juris et statutorum ejusdem ordinis remedia valeant coercere. Priores tamen claustrales et superiores possint juxta Abbatis vel praelati principalis arbitrium cellam habere infra dormitorium competentem. Dicti autem visitatores quod super his invenerint vel fecerint, referant plene ac fideliter in ipsius ordinis subsequenti Capitulo generali.

Die 20. Junii 1336.

(Bull. r. t. IV. p. 336. Ed. Aug. Taur. 1859.)

Benedictus PP. XII. Reformatio Monachorum nigrorum Ord. s. Benedicti.

Omnes monachi vel si multitudo non sit eorum saltem quando plures ex ipsis commode poterunt in una domo dormiant et jaceant juxta regularia et canonica instituta non per separatas cameras vel per cellas exceptis his quibus in cameris vel cellis infirmitorii permittetur propter senectutem vel invalitudines corporales vel ex aliis rationabilibus causis, juxta dispositionem Abbatis seu alterius eorum praelati vel nisi propter administrationes seu officia super haec aliqui excusentur. Vestiti autem jaceant Abbates, Priores, administratores et monachi universi tam infra quam ubicumque extra monasterium constituti lineisque camisiis cum sint eis expresse prohibitae non utantur. Transgressores vero praemissorum, si Abbates seu alii praelati Abbates proprios non habentes fuerint per praesidentes vel visitatores provincialis Capituli, ceteri vero per suos superiores prout culpae ac delinquentium qualitas exegerit debite puniantur. Caeterum quia cellae in dormitoriis inhonestates inducunt, statuimus et ordinamus quod in ipsis dormitoriis cellae de caetero nullae fiant et jam factae nullatenus dimittantur, sed per Antistites in Cathedralibus monachalibus et per Abbates vel alios praelatos principales in monasteriis ac prioratibus et locis aliis per illos qui eis praefuerint infra 4 menses a tempore quo statutum seu ordinatio hujusmodi ad eos pervenerit eisque negligentibus seu non valentibus per visitatores in prima Visitatione quam impendant auctoritate apostolica destruantur; et quod super his resistentes eisdem vel impedimentum aliquod praestantes seu praestari procurantes et ad hoc dantes auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte excommunicationis incurrant sententiam ipso facto a qua nequeant nisi per praedictos visitatores absolvi quos ipsi visitatores ad hoc per alia juris et ipsius ordinis seu religionis remedia valeant auctoritate apostolica coarctare. Ipsi etiam visitatores quod super his invenerint vel fecerint, referant plene ac fideliter in subsequenti cujuslibet provinciae in quam visitatores deputati extiterint, Capitulo provinciali. Pro studentibus tamen videatur juxta dormitorium de cellis in quibus ipsi studere valeant, non jacere.

Die 20. Junii 1536.

(*Ibid.* p. 381.)

Benedictus PP. XII. Ordinat. ffr. Minorum s. Francisci de Assisio.

Ordinamus, quod nullus fratrum habeat cameram clausam vel a dormitorio sequestratam exceptis ministris et lectoribus constitutis in generalibus studiis et quod in cellis vel studiis fratrum aliorum non habeant velamina vel clausurae quominus fratres intus existentes patere possint aspectibus aliorum. Magistri autem in theologia etiam non legentes et fratres emeritae senectutis possint de licentia generalis vel provincialis ministri habere cameras a dormitorio sequestratas. In dictis autem cellis et studiis seu cameris comedere non praesumant nisi forte in cameris ratione infirmitatis vel de licentia ministrorum ex aliqua alia rationabili causa. Quod si contra fecerint secundum suorum superiorum arbitrium puniantur. Volumus etiam quod in locis ordinis sufficientes clausuras non habentibus clausurae hujusmodi fieri procurentur; et quod diebus singulis infra spatium comprehendens ecclesiam seu oratorium, claustrum, dormitorium et studia a dormitorio separata et secretae necessitatis locum fratres omnes praeter infirmos et forenses ac servitores eorum et illos quibus concessum est habere cameras a dormitorio separatas, a Completorio usque ad primum signum primae diei sequentis se recolligant seu includant sique per domos alias vel porticus aut plateas illo tempore quieti et orationum dedito nullatenus evagentur nec ad lectores de nocte praesumant accedere etiam si eorum camerae fuerint infra inclusionem praedictam, ad infirmos tamen extra conclusionem possint de licentia guardiani vel ejus Vicarii accedere si casus necessitatis emergat. Loca vero dicti ordinis quae ad hujusmodi inclusionem non sunt disposita quamcito commodius fieri poterit disponantur et huic salubri observantiae coaptentur.

Die 28. Novbr. 1336.

(*Ibid.* p. 411.)

Benedictus PP. XII. Constitut. Canonicorum regul. Ord. s. Augustini.

Praecipimus quod Canonici religionis ejusdem residentes in claustris omnes simul vel si multitudo eorum non sinit saltem quanto plures ex ipsis commode poterunt in una domo dormiant et quiescant juxta regularia instituta canonica non habentes separatas cameras sive cellas exceptis iis qui propter senectutem, valetudines corporales aut propter administrationes seu officia quae gesserint vel ex aliis causis juxta dispositionem sui superioris rationabiliter excusantur. Statuimus etiam quod in dormitoriis cellas non habentibus cellae de caetero nullae fiant. Permittimus tamen quod in eis ubi sunt cellae jam factae remaneant sed a parte anteriori debeant aperiri ita quod a transeuntibus hi qui intra fuerint conspici valeant et videri et quod per praelatos locorum infra sex menses a tempore quo praesentes constitutiones fuerint publicatae vel negligentibus seu non valentibus per visitatores in provincialibus capitulis deputatos in prima visitatione quam impenderint omnes tales cellae ab anteriori parte debeant aperiri; et si super hoc fuerint aliqui resistentes vel impedimentum praestantes seu praestari procurantes vel ad id dantes auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte vel hujusmodi cellas de novo facere praesumentes excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. Quod etiam ipsi praelati et visitatores praefati per alia juris et ipsius religionis remedia valeant super his auctoritate apostolica coercere. Ab hujusmodi autem excommunicatione si ipsam incurrerint et possint absolvi per visitatores praefatos vel per praelatos immediatos eorum et cum eis super irregularitate si quam forsan contraxerint per simplicitatem et juris ignorantiam (non tamen in contemptum clavium) celebrando divina vel in gerendo eisdem per eosdem valeant dispensari.

Die 15. Maji 1339.

(*Ibid.* p. 455.)

Gregorius PP. XIII. Institut. Canon. et Clericor. saecul. s. Georgii Castellanensis dioec.

In uno dormiant dormitorio ac in uno comedant refectorio et sic continue sint praesentes et residentes nisi fuerint licita et honesta causa absentati et cum licentia Vicarii, rectoris sive prioris saecularis praedicti.

Die 27. Junii 1407.

(*Ibid.* p. 649.)

2) Monialium.

Innocentius PP. IV. abbatissis Ord. s. Damiani.

Omnes sorores sane tam abbatissa quam aliae jacere in communi dormitorio teneantur et quaelibet lectum per se habeat ab invicem separatum; lectus tamen Abbatissae in tali loco dormitorii disponantur quod in caeteros dormitorii lectos sine obstaculo si possibile est valeat intueri. Liceat autem unicuique habere sacconem de palea vel de foeno et cervical cum panno lineo superposito quod de foeno seu palea, aut lana seu etiam pluma esse poterit, juxta quod Abbatissa judicaverit faciendum. Habeant etiam honesta cum lauea habere nequiverint; congruenter lampas insuper de nocte accensa semper in medio dormitorii habeatur. Capillos suos tondeant usque ad aures certis temporibus communiter nec aliqua de caetero tonsuretur, nisi evidenti infirmitate corporis exigente.

Die 7. Aug. 1247.

(Bull. r. t. III. p. 530. Ed. Aug. Taur. 1858.)

Dos.

1) Domicilium ad eam consequendam sufficitne?

Vd. t. IV. p. 1499. n. 7.

2) Monialis.

1) Exhibenda a Monasterio pro ingressu in aliud.

(Conc. Trid. in c. 6. sess. 23. de ref.)

Vd. *Alimenta monialis.* t. I. p. 485. 486.

Franciscus Sintolus scripta sibi haerede ex asse Archangela ejus germana sorore moniali professa in monasterio b. M. V. Urbis eidem substituit moniales mox dicti monasterii ea adjecta lege, quod tam eadem Archangela quam eaedem moniales erogare deberent medietatem fructuum haereditariorum in subsidium fabricae ejusdem monasterii ac aliam medietatem poni curarent ad multiplicum, donec sufficiens conflaretur summa pro dote unius inopis puellae in autedicto monasterio monacandae ad nominationem praedictae Archangelae dum viveret et post ejus obitum dictarum monialium respective.

Jamdiu per obitum Archangelae devoluta hujusmodi facultate nominandi ad monasterium, nihilominus Joanna Francisca de Musottis puella inops quae se profitetur Francisci testatoris consanguineam supplicavit S. D. N. precibus ad hanc s. Congr. remissis quo sibi adjudicaretur praefatum dotale subsidium ad effectum suscipiendi habitum monasticum, vel in saepedicto, vel in alio monasterio, prout alias in diversis temporibus eandem gratiam consequutae fuerunt a Sede apostolica tres aliae puellae eidem testatori conjunctae signanter vero a S. M. Innoc. XII. Antonia Victoria germana soror oratricis. Et S. C. die 17. Decb. 1701. rescripsit: *Pro gratia, dummodo suscipiat habitum in monasterio Virginum.*

Expedito apostolico Brevi ad tenorem dicti rescripti Emo Urbis Vicario directo pro executione idem serv. servand. decrevit oratrici assignationem supradicti dotalis subsidii ad effectum ingrediendi ac habitum suscipiendi in monasterio Virginum, praevia acceptatione monialium ad formam Brevis. Attamen requisitae moniales pro acceptatione capitulariter congregatae oratricem acceptare renuerunt. Quapropter iterum convolavit oratrix ad SSmum pro facultate profitendi in alio monasterio cum eodem subsidio dotali cujus R. P. D. Auditor remisit causam ad eandem S. C. parte citata, quemadmodum hodie eadem causa citato procuratore monasterii propouitur sub infrascripto dubio:

An stante renuentia monialium b. Mariae Virginum Urbis sit locus executioni Brevis obtenti pro subministratione legati dotis, ad effectum etiam suscipiendi habitum religiosum in alio monasterio in casu etc.?

Et S. C. C. respondit: *Affirmative, si SSmo placuerit.*

Die 14. Jan. 1708.

Proposito eodem dubio sub die 11. Febr. 1708. S. C. C. sub die 3. Mart. 1708. resp.: *In decisis et amplius.*

2) Quando restituenda?

Supposita simplicium votorum qualitate omne id reddendum contendunt egredientibus a religione, quod in eam intulerunt, ut non semel definivit s. Rotae Auditorium ac praesertim in nuperr. *decis. 12. et decis. 248. tom. 5. part. 1.* Moniales contra, quae solemnia tuentur vota redditam vindicant dotium medietatem tum ex jure cum ex regula monasterii. Ex jure siquidem irrevocabiliter transfertur per solemnem professionem dominium dotis in monasterium, *auth. ingressi Cod. de sacrosanct. eccles., Petr. ad Constit. 16. Eugenii IV. sect. unic. n. 5., Passerin. de stat. homin. qu. 189. art. 8. n. 174., Card. de Luc. de regular. disc. 1. n. 50.*, ideoque egredieus a religione vel ad aliam transiens neque illam repetere neque alimenta consequi valet, ut quoad primam conclusionem docet *Petr. loc. cit. n. 13., Rigant. ad regul. 23., Cancell. n. 156.*, et quoad secundam *Surd. de aliment. tit. 9., Petr. ibid. n. 17., Pignatell. consult. 432. n. 10. et seq. tom. 1.*

Dotatio.

1) Ecclesiae.

Vd. *Bona eccles.* (acquisitionis modus).

2) Puellis religiosis eroganda.

Eleonora M. pia atque nobilis foemina ultimis suae voluntatis tabulis anno 1724 opus charitativum instituit dotandis puellis religiosam vitam voventibus destinatum. Varios inter illas puellas constituit gradus; voluit enim ut quovis tempore praeferrentur primogenitorum filiae sex familiarum, quas ipsa designavit; deinde vocavit puellas aliarum trium familiarum, quae tempore praesenti penitus extinctae sunt, et hisce omnibus deficientibus substituit puellas pauperes civitatis F. quae utrum e coetu nobilium esse debeant in quaestione versatur. Eo quod ajebat se velle ut primogeniti sex praedictarum familiarum, si eligere deberent puellas ultimo loco substitutas, eligerent puellas quae essent *donne* (in tabulis authenticis dicitur *dame*) pauperes et miserabiles.

Adeles N. hujus postremae paragraphi dispositioni innixa, cum esset puella honesto quidem, sed humili genere nata, supplicem exhibuit libellum Emo Archiepiscopo archidioecesis F. ut charitativum subsidium assequi valeret. Ipsa enim inops et miserrima in asceterio monialium a s. Clara in oppido G. ejusdem archidioeceseos jam pluribus abhinc mensibus commorabatur desiderio flagraus sese religiosae vitae perpetuo mancipandi.

Patroni super his precibus ab Archiepiscopo interrogati in varias abieruut sententias; duo enim eidem petitioni prorsus adversati sunt, tertius maluit a sententia proferenda sese abstinere, quartus se adhaesurum spopondit illi dispositioni, quam Archiepiscopus capiendam putavisset, et quintus solummodo expresse oratricis precibus annuit. Hac in sententiarum discrepantia fas sibi non duxit quidquam in re decernere, idque oratrici significandum censuit. Quapropter praefata oratrix die 26. Januarii labentis anni S. C. C. preces admovit, ut non obstante patronorum sententiarum varietate sibi spiritualem dotem piae testatricis M. consequi liceret.

Ejusmodi preces Emo Archiepiscopo ablegatae fuerunt ut auditis interesse habentibus inspectaque fundatione de bono jure oratricis referret. Antistes morem gerens supra exposita confirmavit; et postquam retulisset in praesentia patronos omnes Adelis precibus adversari, praeter sacerdotem G. qui plene adhaerens iis quae superiori anno exposuerat, oratricis votis annuendum omnino censuit; animi sui sententiam late docteque aperuit; quae uti valida oratricis defensio inferius relata legitur.

His litteris acceptis causam in plenariis S. C. Congregationis comitiis disceptandam reputatum est.

Patroni omnem argumentorum suorum vim in eo posuerunt, nempe ut ostenderent nullum puellis civitatis F. humili genere natis jus esse ad ejusmodi subsidium dotale consequendum. Evincere id nisi sunt sive ex tabulis testamentariis, sive ex chirographo SSmi Benedicti XIII. Pontificis maximi, sive ex ipsa dotis quantitate, nimirum quingentorum scutatorum sive ex ipsa dotis quantitate, nimirum quingentorum scutatorum, sive ex consuetudine plusquam centenaria, sive demum ex pluribus gravissimis periculis, quibus objiceretur pium opus charitativum si Adelis preces exciperentur.

Et primum ad tabulas testamentarias quod attinet animadverterunt patroni nonnisi puellas genere nobili natas a testamento vocatas fuisse. Ait enim: item volo et jubeo ut primogeniti sex praedictarum familiarum eligere debeant 6 puellas quae sint *dame* pauperes atque miserabiles. Itaque non legi *donne* ut assertum est ab Oratrice ajebant. Et hanc esse genuinam lectionem probaverunt sive ex aliquibus testamenti exemplaribus, sive praesertim ex publici tabellionis veteribus instrumentis servandis praepositi testimonio, ex quo eruitur in ipsis originalibus tabulis reperiri vocabulum *Dame.* Admissa autem hac lectione, cujus genuinitas ex ipsis authenticis tabulis apprime elucescit, subdebant, nonnisi contra expressam testatricis voluntatem puellae ignobili genere ortae ad hoc subsidium admitterentur, cum notum sit vocabulum *Dame* nobilitatem generis secum

ferre, et solis foeminis splendore natalium illustribus reservari. Cum igitur verba eo sensu sint accipienda, quem sponte praeseferunt, prono finit alveo, Adelem oratricem, quae ab humilibus parentibus exorta est, nullo pacto ad hujusmodi subsidium admitti posse.

Neque juvat opponere supervacanea prorsus videri ea integra testamenti paragraphus si vox *Dame* ita intelligatur ut puellas pauperes et nobiles denotet, cum istas jam superiori paragrapho tertio loco vocaverit. Certum est enim testatricem aliquam saltem in mente sua posuisse differentiam inter *gentildonne* et *Dame* tertio loco consideratas, et inter simpliciter *Dame* quarto loco positas; et fortasse vocans tertio loco »*tot puellas legitimas et naturales, pauperes et miserabiles et honestas, et quae sint gentildonne et Dame hujus civitatis*» puellas intellexit aliquo nobilitatis titulo insignitas; vocans autem quarto loco »*alias puellas quae sint* »Dame« *pauperes atque miserabiles*« puellas simpliciter nobiles, id est nobilitatis titulo carentes ad subsidium admisit. Caeterum quaecumque fuerit ratio hujusce distinctionis, fixum semper immotumque manet Adelem oratricem neque inter »*gentildonne e Dame*« neque inter »*Dame*« simpliciter adnumerari posse.

Hinc parum vel nihil interest opponere testatricem voluisse in quarto gradu humiles puellas vocare ex eo quod pro istis testimonium parochi exquisivit, dum pro juvenibus nobilibus in praecedenti gradu vocatis, utpote quae a patronis satis cognitae supponuntur, parochi documentum non exegit. Etenim ejusmodi differentia satis non est ut differentem personarum speciem constituat; est enim simplex modus, qui substantiam non afficit. Insuper methodus ista aliquantisper diversa pro eligendis puellis quarto loco vocatis explicari potest, si supponamus testatricem in isto gradu designavisse quidem puellas nobiles, sed titulo tamen carentes vel magis panperes.

Ad secundum argumentum descendentes inquiunt paucos post annos a morte testatricis sex praelatas familias supplicem SSmo dedisse libellum, quo nimirum peterent ut fructus pii operis nedum in dotes spirituales sicuti Eleonora M. praescripsit, sed etiam in dotes temporales possent impendi, quatenus nulla ex puellis quae in tribus prioribus gradibus vocantur, monasticam vitam vellet amplecti. Huic autem petitioni sese opposuerunt non quidem puellae humili genere natae sed puellae nobiles panperes eum in finem ut etiam ipsis praedicta commutatione frui liceret. Et S. C. C. consideratis tabulis testamentariis, audita Ordinarii informatione, attenta etiam oppositione illarum nobilium panperum puellarum, quae ad spiritualem dotem jus habebant, commutationem indulsit favore pauperum et nobilium juvenum, quin de humilibus nullum verbum faceret. Postero insuper tempore Benedictus XIII. Pontifex maximus in suo chirografo, quo eandem commutationis gratiam concessit, recitatis adamussim testatricis verbis, triplicem ordinem panperum nobilium puellarum distinxit, eisque beneficium commutationis impertivit, quin de humilibus puellis ullam faceret mentionem. Hinc rescriptum auditoris SSmi quod pontificio chirographo immediate successit in eumdem prorsus sensum recidit. Concedit enim primogenitis patronis facultatem »*in omnibus et singulis casibus, in quibus in eorum familiis . . . vel in omnibus aliis familiis nobilibus pauperibus et miserabilibus non adessent puellae quae habitum monasticum suscipere vellent . . . erogandi in perpetuum summam scutatorum 500 . . . in constituenda et assignanda dote temporali puellis descendentibus ex omnibus supra dictis familiis, servato tamen ordine praelativo.*« Ex his deducunt puellas tertio et quarto loco vocatas et in duplicem classem a testatrice distinctas sub uno genere tum a Pontifice tum ab ejus auditore fuisse comprehensas, sub genere nempe puellarum panperum et nobilium. Quare concludunt juvenes plebejas nullum habere jus ad dotem piae testatricis Eleonorae sive temporalem sive spiritualem assequendam.

Tertium argumentum a quantitate dotis desumptum pancis absolverunt. Etenim inquierunt, dotem quingentorum scutatorum talem esse ut apprime denotet testatricem solummodo puellis nobilibus pauperibus eam reliquisse. Siquidem tanta vis pecuniae humilium juvenum dotem omnino exsuperat, sive carnali sive spirituali matrimonio adhaereant. Insuper in hypothesi adversariorum dicendum foret piam testatricem, quae utpote nobilium moribus imbuta societatis gradus maxime intuebatur, aequalem prorsus summam pro dotandis puellis nobilibus ac pro

dotandis infimis de plebe constituisse. Hinc factum est (ad quartum argumentum gradum faciunt) ut ab anno 1724, quo scilicet pium opus initium habuit, numquam hujusmodi dotes sive temporales sive spirituales puellis ignobilibus cesserint; imo nemo unquam, qui inter nobiles non recenseretur, subsidium hoc sibi petiit, ita ut una post hominum memoriam Adeles oratrix controversiam hanc excitaverit. Hujus autem preces (argumentum ultimum aggrediuntur) si semel exciperentur, totum opus testatricis Eleonorae uno veluti ictu corruere dixerunt. Etenim hucusque illud immune a Gubernii administratione servarunt tum quia proprietas bonorum piae testatricis ad 6 designatas familias pertinet uti habetur in testamento »*quod omnes praedicti census semper manere debeant uti fundus pro nobilibus puellis, et quod fructus decurrere debeant favore praedictarum puellarum ex die post testatricis mortem*« tum quia puellae nobiles ac pauperes classem illam vere miseram haud constituunt, cujus jura tuenda ac servanda juxta gubernii leges congregationi charitatis et provinciali commissioni concredita fuerunt. At vero si ignobiles puellae ad subsidium admitterentur, jam nulla omnino ratio praesto esset, qua patroni pium opus a gubernii administratione eximere possent. Subdunt insuper se pium institutum nullo alio pacto a suppressione et indemaniatione eripere valuisse, quam ostendendo jam non dotem spiritualem, sed tantummodo temporalem puellis nobilibus pauperibus suppeditari. At si oratricis precibus S. C. C. annueret et gubernium nosceret (quod certe evitari non posset, cum de re agatur quae ad totum populum spectat) indemaniationem minime posset effugere, siquidem veluti fons quidam haberetur, quo monasteria legibus suppressa servarentur atque alerentur.

Sermonem denique absolverunt animadvertendo, actum conclamatumque esse de dote temporali juvenibus nobilibus statarum familiarum aliisque distribuenda, si ignobilium classis ad subsidium semel admitteretur, siquidem numerus puellarum ignobilium, quae monasticae vitae adhaererent, magnus est; cumque dos spiritualis prae temporali concedi debeat, jam puellae pauperes nobiles, quae matrimonium temporale ineunt, ab omni dote excluderentur. Hoc autem in casu patroni suis familiis consulere percupientes fundos ab Eleonora relictos in libertatem, licet aequo animo, vindicarent, atque ita ignobiles puellas ab assequendo dotali subsidio repellerent. Stat enim pro viribus pium opus tueri, viasque omnes experiri, etiam ad laicum tribunal, si necesse foret, causam deferendo, ne caritativum opus, a quo tot bona dimanarunt, ante ipsorum oculos destruatur. Quoniam vero ipsis foret id durissimum, hinc EE. CC. adprecati sunt ut ipsorum jura defendentes periculum omne amoverent.

Emus Archiepiscopus qui oratricis partes tueri adgressus est, praemisit inprimis heic quaestionem fieri de jure tantummodo, proindeque in expendendis consectariis quae urgent patroni se minime immoraturum. Quod vero juris argumenta attinet a patronis adducta accurate docteque ita respondit: Admissa lectione (nimirum vocabulum *Dame* et non *Donne*) cujus genuinitas ex ipsis authenticis authenticis tabulis nonnisi post motam hanc controversiam patefacta est (cum in antecessum valde de ea poterat dubitari ex variantibus exemplarium quae circumferuntur, testamenti lectionibus), non exinde quaestio est resoluta, cum adhuc perpendendum supersit, quo sensu testatrix vocabulum hoc usurpavit. Licet enim verum sit in communi significatione verbum illud nonnisi foeminis nobili genere natis reservari, et caeteroquin verba eo sensu esse excipienda, quem sponte praeseferunt, attamen tum usus particularis aliquo nempe tempore vel loco vigens, tum intentio loquentis ex adjunctis satis patefacta, posset alium sensum verbis subjicere. In themate vero aliqua praesto sunt indicia, quibus suspicari fas est vocabulum Dame in intentione et sensu testatricis nobilitatem generis minime secumferre. Et ratio (ni fallor) satis valida ex eo primum depromitur, quod inutilis videretur ea integra testamenti paragraphus si vox Dame eo sensu, quem patroni tuentur, esset intelligenda. Cum enim in superiori paragrapho tertio loco vocasset testatrix omnes puellas nobiles et panperes hujus civitatis, ut quid opus erat iterum in harum defectu puellas itidem nobiles et pauperes substituere? Nullum profecto objectivum discrimen (quod alicui solido fundamento innitatur) inter puellas in utraque paragrapho vocatas ex testamento exurgeret, si et posteriores nobilitate generis deberent praefulgere. E converso antem magnum inter utrasque discrimen testatricem posuisse manifestum est nedum ex posteriorum prioribus

substitutione, sed et ex diversa electionis methodo, quam pro utrisque constituit. In quam methodum pressius adverteutes deprehendimus, electionis formam pro puellis tertio loco vocatis congrue aptari juvenibus nobili. genere ortis quae satis cognitae patronis debeut supponi, — tale elezione, — ait testatrix, — spetti ed appartenga alli primogeniti delle sopradette sei casate —; methodum vero pro puellis quarto loco admissis praestitutam indicium praebere agi de juvenibus obscuro genere procreatis, utpote quia pro earumdem electione testimonium omuium parochorum sit exquirendum. — Fra di esse, sunt ipsa testatricis verba, — debba preferirsi quella, che sarà maggiore di età e debbano detti primogeniti stare alla relazioue di tutti i Signori Curati di questa Città, che quella o quelle che si avrauno da eleggere sieno le più povere e miserabili e superiori di età.«

Neque haec satis; urget enim pro hac sententia aliud indicium desumptum ex altera testameuti particula, iu qua testatrix jubet ut ex pretio retraheudo a venditioue uuiversae suppellectilis argenteae octo dotes statuantur aliquibus designatis foemiuis elargiendae, inter quas foeminas postremo loco adnumeratur quaedam Zita ... — Alcuna che sta in casa di Orsola del q. Tommaso detto Tomassetto. — Qua in re tria notanda sunt: primum est quod ceterae septem legatariae proprio uomiue et cognomine indiceutur, addito etiam uuiuscujusque patre et matre, dum postrema uihil horum habet: secundum est quod expresse dicatur *alcuna* atque ad eam determinandam domus in qua moratur et persona apud quam degit exprimantur; tertium ex libris parochialibus resultat, ex quibus depreheuditur nominatam Ursulam q. Thomae apud se consuevisse retiuere aliquas puellas, quae filiae s. Mariae appellautur (quo nomine puellae incertorum parentum designabantur) et eo ipso anuo, quo testameutum couditum est unam tantum ex his apud Ursulam fuisse diversatam. Quae omuia manifeste evincunt praedictam Zitam octavo loco inter legatarias nominatam fuisse puellam incertae pateruitatis, atque ea tantum de causa non fuisse proprio cognomine et paternitate indicatam, quia quos habuerit parentes nesciebatur. Verum qnidem est (candide fateor) quod iu libris parochialibus puella, quae anuo 1724 apud Ursulam degebat, non Zitae sed Dorotheae nomine designatur, attamen cum nulla alia praeter Dorotheam domi Ursulae eo anno degeret, cumque nullum de Zita vestigium in regestis parochialibus existat, dicendum esse videtur Zitam a testatrice nuncupatam, eamdem prorsus esse ac Dorotheam. Eo vel magis quod nomeu Zita non proprium sed appellativum in specie videatur, eo sensu uimirum usurpatum, quo omnibus puellis nondum nuptis (quemadmodum et diminitivum Zitella) applicatur. Haec autem Zita nobilitate profecto generis minime praefulgens iu aliquo testamenti exemplari expresse dama vocatur; legitur enim — ed a Zita dama alunna, che sta ecc. — Exinde autem iudubium exurgit argumentum ad dignosceudam testatricis voluntatem; si enim testatrix vocabulum *dame* ad eas etiam puellas protendit, quae iucertos haberent pareutes, consequeus est idem vocabulum iu meute et iu sensu testatricis uobilitatem generis minime secumferre.«

Neque (ut arbitror) difficultatem ingerit, quod tum iu autheuticis seu origiualibus tabulis testamenti tum iu alio exemplari, quod consului, vocabulum *Dama* post vocem Zita minime reperiatur; scieudum enim est iu praedictis authenticis tabulis, quas attente considerandas esse jussi, post vocem Zita manifestam adesse abrasiouem et super ea vocabulum (ut videtur) Dorothea fuisse appositum. Haec autem novi vocabuli appositio dum aperte evincit Zitam eamdem esse ac Dorotheam, nou tameu aeque probat (attenta abrasioue) vocabulum Dama minime ab initio positum fuisse. Imo cum verba Dorothea et dama valde inter se discrepent ita ut amauuensium errori uuius pro altero appositio adscribi nequeat, cumque iu exemplari superius citato habeatur vox Dama, cum denique vox Dorothea fuerit certe superaddita, diceudum est verbum Dama iu praefatum exemplar ex ipso originali (antequam abraderetur) derivasse. Tertium deuique exemplar et ipsum, ut asserui, vocabulo *Dama* caret, attamen immediate post verbum Zita habetur vox abbreviata Domeua, quae lectio nescio quomodo sive cum originali, sive cum alio exemplari, sive denique cum regestis parochialibus conciliari possit. Abbrevatio tameu vocis Domenica ex eo fortasse originem repetit, quod in transscriptione ejnsdem exemplaris spatium iuter duo verba Zita . . . Alumna fuerit vacuum relictum et iu sequenti tempore addita

fuerit vox Domeuica, quam breviari necessarium fuerit, cum majus pro ea excribeuda spatium exigeretur. Idque ex eo argui posset quod licet litera D (initialis vocis Domenica) idem omniuo atramentum exhibeat ac reliqua verba sive praecedentia sive subsequentia subsequeutes tamen literae cum alio atramento (nempe aliquantisper debiliori) videantur exaratae. Quapropter (ut paucis concludam, quae fusius hactenus exposita sunt) si vox Dama in testameuto admittere cogimur, nou idcirco puellae humili genere natae excludeudae sunt a pio opere Moroniano, çum vox Dame eamdem significationem iu sensu testatricis praeseferat ac vocabulum Douue.«

Nituntur etiam duo patroni chirographo SSmi D. P. Beuedicti XIII., qui paucis post annis a morte testatricis ad preces 6 praelatarum familiarum iudulsit ut fructus pii operis in dotes etiam temporales possent impeudi, quateuus nulla ex puellis in tribus prioribus gradibus a testatrice vocatis monasticam vitam vellet profiteri. Verum si nulla mentio in praelaudato chirographo et subsequuto Decreto auditoris SSmi de puellis nobilitate minime praestantibus habetur, id ex eo repetendum quod uullum iu iisdem verbum fiat de quarto gradu a testatrice constituto. Ea vero de causa id factum esse puto, quia rescriptum petitioni omuino concordaudum erat; preces autem nomiue familiarum iu duobus prioribus gradibus constitutarum datae solummodo eraut. Quod si de uobilibus etiam puellis ratio habita est, id factum est quia nobiles pauperes petitioui illarum familiarum sese opposuerunt, quae oppositio ex parte pauperum uou nobilium defuit.«

Deuique consuetudinem urgeut uuanimiter quatuor Patroui assereutes toto tempore, quod a morte testatricis usque ad praesens elapsum est, uullam puellam obscuro genere natam hoc subsidium dotale umquam expetiisse; quod manifestum indicium esse putant in hujusmodi puellis praefatum jus uullimode fuisse recognitum. Verumtamen au id jure asseratur uescio; neque enim facile concedendum putarem silentium harum puellarum ex ea unice causa posse repeti, cum plures allegari valeant rationes ob quas hoc silentium verificatum fuisse suppoui potest. Nam praeter quamquod facilis admittenda est in his puellis ignorantia quoad hoc jus, cum nounisi quarto loco fuerint vocatae, recoleudum est plures adversas vices pium opus Moronarium, tum debitorum inopia, tum exequutorum ineptia passum fuisse, et iu tot extraordinaria subsidia labentibus anuis fuisse erogatum, nt nedum omnes annui fructus, sed etiam ipsa capitalis summa laesa fuerit. Qua de re iudubium extat documentum in ipsa quaestione coram S. C. C. anno 1832 proposita cui quidem quaestioni ea applicata est decisio, nt ad tueudum pium opus subsidia omnia revocarentur. Cum igitur omnes exhausti esseut fructus pii operis, nou video quomodo puellae quarto loco vocatae aliquod jus potuissent praetendere.«

Proposita sunt EE. PP. dirimenda

D u b i a:

I. *An puellis (civitatis) F. humili genere natis jus insit ad subsidium M. assequendum in defectu primo, secundo et tertio loco vocaturam?*

Et quateuus affirmative,

II. *An et quomodo excipiendae sint preces Adelis in casu?*

S. C. C. die 27. Februarii 1875 respoudere ceusuit

Ad I.: *Providebitur in secundo.*

Ad II.: *Negative et ad mentem: Mens est ut oratrix commendetur charitati collatorum, etiam cum derogatione, quatenus opus sit, voluntatis testatricis, facto verbo cum SSmo.*

Ex quibus colliges:

I. Voluntatem pii disponentis habere vim legis, sancte ac religiose servandae; eique nemiuem praeter SSmum Pontificem derogare posse.

II. Romanum Pontificem, utpote legislatorem supremum, testatorum voluntatem aliquando commutare; quae commutationes tamen ex Conc. Tridentino *nonnisi ex justa et necessaria causa fieri debent.*

III. Voluntatem piorum fundatorum, si in aliquo adjuncto minus clara se praebeat, erui etiam ex rationabili et diuturna anteriori applicatione vel etiam ex periculis et inconvenieutibus quae, deserta priori interpretatione, enascereutur.

Duellum.

(Poenae.)

Contra pugnantes in duello aut illud permittentes in statu ecclesiastico.

JULIUS PP. II.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici qui regnat in caelis licet insufficientibns meritis vices gerentes in terris, cunctornm fidelium statni prout ex susceptae servitutis tenemur officio indefessa solertia intendentes ac animarum periculis obviare cupientes ad ea per quae ubique, praesertim in terris romanae ecclesiae sponsae Nostrae subjectis, inter fideles eosdem caedes, rixae et contentiones cessent, scandalorum tollantnr fomenta, pax et concordia vigeant prosperisqne eorum snccessibns consulatur, opportnnae provisionis operam impendimns prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§ 1. Sane non sine maxima animi Nostri pertnrbatione accepimus quod nounnlli fidelium praedictorum, inimico humani generis instigante et aliqnibns causis occurrentibus et plerumque minimis, et inhonestis ac levibns verbis, ad contumelias, contentiones et giffidationes devenientes ut alter alterius sandnine satietur, ad temporales principes et dominos, maxime civitatnm, terrarum et locorum Sedi apostol. subjectornm, confnginnt, ut eis locum tutum sive campum ad duellum seu pngnandnm assignent. Et qnamvis principes et domini praefati duellum sive pugnam eis dissuadere et prohibere deberent tamen plerumqne locum ant campum tutnm hnjusmodi assignant malevolumque altercantium propositnm ad executionem angent magisqne uni quam alteri favent; ex quo hominum mortes repentinae et nisi divina gratia praeveniantur, animarum perditiones, mutilationes et vulnera, inter astantesque pngnantium amicos odia et altercationes, et ex uno inconvenienti plnra oriuntnr, in ipsorum fidelium animarum et corporum pericnlum, generisque humani praefati jacturam, perniciosum exemplum et scandalnm plnrimorum.

§ 2. Nos igitur qui fidelinm praedictorum tranquillitatem et pacem sinceris desideriis exoptamus saluberrimis christianae religionis documentis et exemplis Denm tentandnm non esse praemoniti, Salvatorisqne Domini Nostri Jesu Christi qni Petro Apostolorum principi, nt gladium mitteret in vaginam mandavit, praeceptis edocti attendentes hominem homini, inter quem cognationem qnamdam natnra constitnit, insidiari nefas et gladiatoria munera et purgationes hujusmodi vulgares a religionis nostrae pietate damnari cruentaque spectula a sacris canonibus et imperialibns legibns inhibita et improbata, sicqne pugnantes infamia notari et diversis poenis pnniri, et cum omni tempore, potissimum tamen in ocio civili et domestica quiete et publica detestanda esse motn proprio, non ad alicujus snper hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia *hac in perpetuum valitura constitutione duellorum et gladiatorum hujusmodi usum damnamus et improbamus, et in terris romanae ecclesiae mediate vel immediate subjectis*, per qnoscumqne, qnavis auctoritate et potestate ac nobilitate fulgentibus, sub excommnnicationis latae sententiae poena, e qnacnmqne causa, etiam a legibus permissa, *fieri omnino prohibemus*: dictosque pugiles taliter pugnantes ubique impune capi posse et pnniri pro homicidio vel vnlnere, juxta jnris communis dispositionem nulla eis consuetndine snffragante statuimus, corporaque in dnello in terris ecclesiae mediate vel immediate subjectis facto morientium in sacro sepeliri prohibentes.

§ 3. Snb simili excommnnicationis poena et interdicti ecclesiastici omnibus et singnlis utrinsqne sexns ducibus, comitibus, marchionibus, domicellis, baronibns et aliis temporalibus dominis, vicariis, communitatibns et nniversitatibns civitatum, terrarum et locorum, praefatae romanae ecclesiae mediate vel immediate subjectorum, mandantes ne de cetero, perpetuis futnris temporibus, aliquibus cujuscumqne dignitatis et nobilitatis fueriut et ex quacumque causa, etiam a legibus non improbata, locnm sen campum liberum ad dnellum sen alias ad pugnandum tutum quomodolibet assignent, concedant seu tradant aut assignari, concedi seu tradi faciant vel permittent, sub excommnnicationis latae sententiae et quatuor millium ducatornm Camerae apostolicae applicandorum poena, pro qualibet vice incurrenda. Et si hujnsmodi constitutionis violatores nltra dictam primam vicem fuerint, ultra dictas poenas, feudo seu vicariatu, quem a dicta romana ecclesia obtinnerint, privatos fore apostolica anctoritate tenore praesentium praecipimus, mandamns atque decernimus non obstantibus quibuscumque statutis et concessionibus quavis auctoritate editis et quibusvis concessis ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 4. Volumus autem qnod praesentes literae nostrae, postquam in valvis basilicae Principis Apostolorum et in Campo Florae in Urbe affixae fuerint, omnes et singnlos cives Romanos et alios in Urbe commorantes, affixis 15 diebus; alios vero duces, comites, marchiones, domicellos, barones et alios temporales dominos, vicarios, communitates et universitates praefatas civitatum, terrarum et locorum, Sedi praefatae mediate vel immediate subditorum, decurso mense arctent, contrafacientes poenas praefatas incnrrant, in omnibus et per omnia, perinde ac si eis omnibus et singulis contrafacientibus personaliter et particulariter intimatae fuissent.

Nnlli ergo etc.

Si quis autem etc.

Datnm apud s. Petrum die 24. Febr. 1509. (Bull. r. t. V. p. 474. Ed. Aug. Taur. 1860.)

LEO PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quam Deo et hominibus abominabiles viri pugnantes in dnello existant et omnium in more versatur et divina humanaque jura detestantnr: nec immerito, cnm non solum corporum sed etiam animarum eorum, pro quibus Salvator noster Jesus Christus Dei Filinm mortem subiit temporalem, grave detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausns, plurimum censentes, eos qui hujusmodi scelus detestabile quidem et canonica civilique lege prohibitum patrare non expavescnnt, graviter fore puniendos, ac ea quae ad compescendum similes vetitos conatus a romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris statnta fuerunt, ut eo firmius observentnr, quo saepins fuerint auctoritate apostolica communita, approbamns et novo munimine roboramus, et si qua ad perterrendum animos andaces meliora sint, iis adjicimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§ 1. *Dudum siquidem a fel. rec. Julio PP. II. Praedecessore Nostro emanarunt literae tenoris subsequentis videlicet* (ut *supra*).

§ 2. Cum autem sicut accepimus in eisdem literis contenta ab aliquo tempore citra non fuerint observata, et ex eo quam plurimi barones, domini temporales et alii, praesertim eidem romanae ecclesiae subditi, adeo procliviores ad pugnandum in duello redditi sint, ut passim quotidie singularia ejusmodi certamina ubique committi videantur, ac domini temporales praefati armorumque duces eos ad id invitare quin potius irritare non formident; et cum in eorum territoriis et jurisdictionibus tutum pancratinm sive aream praeparent et talia crnenta spectacula exhibeant et illis comitivam praestent: Nos igitur non minns detestabilem in duello pugnantinm, quam ducum, comitum, marchionum, baronum, domicellorum et armorum capitaneorum aliorumque dominorum temporalium eis ad id auxilium, consilium et favorem praestantium nequitiam ac improbam eorum conscientiam reprobantes, qui ad ea visenda conveniunt, et animarum saluti christifidelium opportunis remediis indefesso studio prospicere volentes, literas Julii Praedecessoris praefati motu proprio et ex certa scientia Nostra ac animi deliberatione harum serie auctoritate apostolica approbamus, confirmamus et innovamns ac praesentis scripti patrocinio communimns.

§ 3. Adjicientes et eadem auctoritate apostolica statuentes quod pugnantes ipsi non solum poenis praedictis subjaceant, sed eorum memoria perpetno damnata sit, ac bona proscripta sint et Camerae Nostrae apostolicae confixata eo ipso.

§ 4. Duces, barones, comites, marchiones et domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum capitanei, communitates quoque civitatum, terrarnm et locorum eidem romanae ecclesiae mediate vel immediate subjectorum, *campum ad pugnandum praestantes*, non solum poenas praedictas incurrant, sed ab omni jure, quod in locis et territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudque ad Cameram praefatam devolvatur et devolutum esse censeatur, absque alia declaratione desnper facienda.

§ 5. Qui *vero ad talia cruenta spectacula videnda convenerint*, si nobiles 500, si me-

diocris fortunae 100, si vero ignobiles 25 ducatorum necnon excommunicationis et perpetuae maledictionis poenam incurrant ac locus ipse ecclesiastico subjaceat interdicto.

§ 6. Et insuper omnia et singula tam per Julium Praedecessorem statuta et ut praefertur per Nos confirmata et illis adjecta perpetuae firmitatis robur obtinere ac inviolabiliter observari debere decernimus.

§ 7. Quocirca venerabili fratri Raphaeli Episcopo Ostiensi camerario Nostro ac dilectis filiis praesidentibus et clericis dictae Camerae pro tempore existentibus, motu simili mandamus quatenus praesentes literas solemniter prout sibi videbitur publicari ipsasque ac omnia et singula in eis contenta inviolabiliter observari faciant; contrafacientes vero praedictas censuras et poenas damnabiliter incurrisse declarent, ac summarie et eorum camerali more exequantur, et irremissibiliter exigant, convocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, super quibus amplam eisdem concedimus facultatem et potestatem.

§ 8. Non obstantibus omnibus etc.

Nulli ergo etc.

Datum Romae apud s. Petrum die 23. Julii 1519.

(Ibid. t. V. p. 727.)

Contra pugnantes in duello et illud ubique gentium permittentes, spectantes complicesque.

Vd. *Profanatio ecclesiae; Sepult.* (qui non sunt capaces etc.)

PIUS PP. IV.

Ea quae a Praedecessoribus Nostris, romanis Pontificibus, suadentibus legitimis causis emanarunt, libenter approbationis et innovationis munimine solidamus, ut eo firmius illibata perdurent, quo saepius fuerint apostolica auctoritate munita, illaque de novo statuimus et ampliamus prout rationabiles causae persuadent et hoc in Domino conspicimus salubriter expedire.

§ 1. Dudum siquidem a fel. rec. Clemente PP. VII. Praedecessore Nostro emanarunt literae, in quibus nonnullae aliae inseruntur tenorum subsequentium:

Clemens Episcopus etc.: *Consuevit* etc. *ut supra.*

§ 2. Cum autem sicut Nobis innotuit, quam plurimi duces, comites, marchiones, domicelli, barones et alii in temporalibus domini, vicarii, communitates et universitates civitatum, terrarum et locorum eidem romanae ecclesiae mediate vel immediate subjectorum nonnullique alii singularia certamina exoptantes et alii etiam, ut praefertur, subditi illa videre capientes, suorum status, salutis et honoris immemores literis praedictorum hujusmodi contravenire et censuras ac poenas in illis contentas parvipendere non vereantur in animarum suarum perniciem et divinae majestatis offensam ac reipublicae laesionem,

§ 3. Nos, quorum est sceleratorum insolentiis, quibus adversum Deum et proximum ac dictae Sedis auctoritatem veluti catholicae professionis inimici saeviunt, salubriter reprimendis, ne ipsorum invalescat praesumptio et perversitas extollatur intendere et ne literae praedictae quae provida deliberatione ab ipsis Praedecessoribus emanarunt contemptibiles reddantur, sed illarum transgressores debita animadversione puniantur, providere volentes, motu proprio, non ad aliquorum Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia, singulas Julii, Leonis et Clementis Praedecessorum praedictorum literas cum statutorum, ordinationum, adjectionum, decretorum, declarationum, confiscationum, incorporationis, applicationis, voluntatum et mandatorum ac omnibus et singulis aliis in eis respective contentis clausulis, auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et innovamus et perpetuo firmitatis robore subsistere et singulos quos literae ipsae concernunt et concernent, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuae infamiae, diffidationis, criminis laesae majestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis et privationis statuum et dominiorum ac feudorum et vicariatuum ac aliorum bonorum suorum ac depositionis illorum, necnon inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda ac interdicti ac aliis censuris ac poenis ecclesiasticis et temporalibus aliisque in eisdem literis contentis quas contravenientes eo ipso incurrant et intestabiles fiant, ac ultra poenas praedictas carceribus mancipati ac detineri, et poenis praedictis irremissibiliter puniri debeant, perpetuo observari et per exsecutores in dictis literis deputatos adversus eosdem contrafacientes ad totalem exsecutionem dictarum poenarum procedi debere decernimus.

§ 4. *Illasque tam ad pugiles taliter pugnantes quam eos ad id tentantes et provocantes aut locum seu campum ad pugnandum dantes seu concedentes ac in illis adstantes et interessentes ac certantes, comitantes et comitivam praestantes, necnon consulentes ac adhaerentes et fautores necnon chartas certaminis seu duelli subscribentes vel affigentes aut publicantes*, etiam si praedictae seu cujuscunque alterius dignitatis, nobilitatis, status, gradus et ordinis tam ecclesiasticae quam mundanae existant, etiam ad hoc ut ipsi *ultra poenas praedictas excommunicationis majoris latae sententiae poenam a quo non nisi a Nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente absolvi possint eo ipso incurrant et si ecclesiastici fuerint etiam omnibus et singulis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis per eos obtentis, seu in quibus et ad quae jus eis competit eo ipso privari et ad illa ac alia inposterum obtinenda inhabiles existant necnon illa tamquam per privationem hujusmodi vacantia ab illis impetrari possint, extendimus et ampliamus.*

§ 5. Et nihilominus praemissa omnia et singula prout per Julium, Leonem et Clementem Praedecessores praefatos statuta et ordinata, inhibita, decreta et mandata fuerunt in omnibus et per omnia de novo statuimus, ordinamus, inhibemus, decernimus, declaramus et mandamus.

§ 6. Ac omnes concessiones duellorum hujusmodi et facultates desuper praedictis seu aliis quibusvis personis per quoscunque roman. Pontifices Praedecessores Nostros, sub quibusvis formis et verborum expressionibus forsan concessas et approbatas et innovatas harum serie revocamus, cassamus et annullamus.

§ 7. Et insuper cupientes, illa et tam detestabilem pugnantium et aliorum loca ad pugnandum, ac alias in praemissis favorem praestantium et denique tanti sceleris fautorum nequitiam, non solum in terris et locis eidem romanae ecclesiae, ut praefertur, subjectis, sed alias ubilibet penitus reprimi et aboleri ac singulorum Christifideliun animarum periculis obviare, per viscera Domini Nostri Jesu Christi rogamus et obtestamur universos et singulos totius orbis imperatores, reges, duces, etiam armorum, marchiones, barones ceterosque principes Christianos, necnon dominia, potentatus, communitates civitatum ac universitates oppidorum, castrorum, terrarum et locorum quorumcunque, illorumque in temporalibus dominos, ac etiam militum, tam equestrium quam pedestrium, capitaneos et praefectos etiam temporali ditioni ipsius romanae ecclesiae non subditos, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis ac praeeminentiae fuerint, ut divini nominis intuitu et pro sua in nos et hanc s. Sedem apostolicam devotione et reverentia necnon fidei cultu et conservatione, ac animarum eorum qui hujusmodi duella diabolica fraude decepti perquirunt salute dicta duella seu alia singularia certamina in suis regnis, ducatibus, marchionatibus, baroniis, dominiis, terris et locis nullatenus fieri permittant, immo ne fiant expresse prohibeant et dissuadeant: districtius praecipientes eis, ne ullo unquam tempore hujusmodi duella seu certamina, quovis praetextu seu quavis occasione vel causa admittere aut aliquos ad id irritare seu provocare vel illis interesse aut ut fiant pati seu permittere audeant vel praesumant; alioquin eos ac etiam extra terras et loca ditioni ecclesiae hujusmodi non subjecta duella seu singularia certamina hujusmodi aut diffidationes desuper facientes et ad id irritantes, provocantes et auxilium, consilium vel favorem dantes ac illis adstantes et interessentes et similiter chartas desuper subscribentes aut publicantes, seu de illis se intromittentes, eorumque ac ipsorum singulos ab imperatore et regibus inferiores *majoris excommunicationis et ultra eam, si ecclesiastici fuerint, privationis et inhabilitatis poenis praedictis subjacere illasque incurrere, et ab eis praeterquam a nobis seu dicto rom. Pontifice pro tempore existente, ut praefertur, absolvi aut adversus illas restitui seu rehabilitari non posse neque debere decernimus et declaramus.*

§ 8. Non obstantibus etc.

Romae apud s. Petrum die 13. Novbr. 1560.

(Bull. r. t. II. p. 33. Ed. Luxenbg. vel Bull. r. t. VII. p. 83. Ed. Aug. Taur. 1860.)

Constitutio super abolendo usu duellorum ac bandositatum in regnis Aragoniae et Valentiae ac principatu Cataloniae et comitatibus Rossilionis cum gravissimis poenis.

GREGORIUS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad romani Pontificis auctoritatem pertinere dignoscitur ut abusibns qnibnslibet qui hominum malitia irrepserunt quantum potest ubiqne provideatur.

§ 1. Sane licet alias diversi romani Pontifices Praedecessores Nostri provide attendentes quam detestabilis esset dnellorum nsns, fabricante diabolo et crnenta corporum morte, animarum etiam perniciem procurante, introductus cupientesque ut ille a christiano orbe penitus exterminaretnr, diversimode et praecipue fel. rec. Julius PP. II. per quamdam suam perpetno valituram ac motu proprio confectam constitntionem, dnellornm hujusmodi usum damnaverit et improbaverit, ac tam ipse qnam piae mem. Leo X. et Clemens VII. ac postremo Pins IV. romani Pontifices et Praedecessores nostri per diversas eornm literas, in terris romanae ecclesiae mediate vel immediate snbjectis, per qnoscumqne, quavis anctoritate et potestate ac nobilitate fulgentes sub excommunicationis latae sententiae poena ex quacumque causa, etiam a legibus permissa fieri omnino prohibuerunt et taliter pugnantes ubique impune capi posse et puniri pro homicidio vel vulnere juxta juris communis dispositionem nulla eis consuetudine suffragante statuerint corporaque in dnello in terris ecclesiae mediate vel immediate subjectis facto, morientium in sacro sepeliri sub simili excommnnicationis poena et interdicti ecclesiastici, omnibus et singulis utriusque sexns ducibus, comitibus, marchionibns, domicellis, baronibus et aliis temporalibus dominis, vicariis, communitatibus et nniversitatibus civitatum, terrarum et locornm praedictae Romanae ecclesiae mediate vel immediate snbjectorum mandantes ne de cetero perpetnis futuris temporibus aliquibus cujuscumque dignitatis et nobilitatis forent et ex quacnmqne causa etiam a legibus non improbata locum sen campum liberum ad duellum seu alias ad pugnandum tutum ant quomodolibet assignarent, traderent ant assignari, tradi et concedi facerent vel permitterent ac ipsi certantes, comitantes, consnlentes, adhaerentes, fautores, necnon cartas certaminis subscribentes et pnblicantes in excommunicationis latae sententiae a qua nonnisi per Romannm Pontificem et in mortis articulo absolvi possent et 4000 ducatorum Camerae apostolicae applicandorum poenam pro qualibet vice incurrendam et si hnjusmodi constitntionis violatores ultra dictam primam vicem forent ultra dictas poenas fendi sen vicariatns quem a dicta Romana ecclesia obtinnissent, privationem incurrere necnon carceribns mancipari et detineri ac ad illarum exectionem omnino procedi posse decreverint; et si ecclesiastici forent omnibns et singulis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis per eos obtentis seu in quibus et ad quae jns sibi competebat, eo ipso privati et ad illa et alia inposterum obtinenda inhabiles existerent; necnon illa tamquam per privationem hujnsmodi vacantia ab aliis impetrari possent revocando omnes et singnlas concessiones dnellornm, qnovis modo per quoscumqne quibusvis concessas et pngnantes ipsi non solum poenis praedictis subjacerent sed eorum memoria perpetno damnata, bona proscripta et Camerae apostolicae eo ipso confiscata essent; duces qnoque barones etc. *ut supra p. 1625. §. 4.*

§ 2. Cum autem nuper accepimus in regnis Aragoniae et Valentiae ac principatu Cataloniae necnon comitatibus Rossilionis ac Ceretaniae non solum praemissa exerceri, verum etiam aliquos illarum partium incolas privatam sibi adstrnere legem non dubitasse et tam illius vigore quam pessimae consnetndinis qnae inibi invalnit praetextu asserere licere ipsis praesertim si nobiles fuerint ut ubicumque agitur de tuendo honore ant injuria propulsanda, ab amicitia discedere, inimicitias et factiones inter se exercere, satellites et varii generis armatos homines ducere et privatim habere, amicos et necessarios ad arma excitare, damna vicissim hostiliter qnoqne modo afferre, et, nt ibi dici solet, bandositates exercere, in grave animarum snarum periculum ac praejudicium plurimornm,

§ 3. Nos, animo revolentes praemissa quae in regnis, principatu et comitatibns praedictis fiunt eo majori egere remedio quam dnella ipsa quo per exercitum banditatum hnjnsmodi graviora quam ex duellis ipsis oriuntur et subsequnntur mala; hujns enim detestandae rei occasione, quamplurimi

ibi fiunt sicarii et praedones, qui, cum a potentioribus factionum capitibus, qua quisque potest majori manu et numero, privatis odiis inimicitiisque exercendis foventur, etiam in diversas alias caedes et latrocinia ac sacrilegia aliaque crimina prorumpunt, dignum, quin potius debitum, auctoritate Nostra esse censuimus iis opportnna adhibere remedia.

§ 4. Hac itaque Nostra perpetuo valitura constitutione sancimus et decernimus qnod omnes et singuli etiam, si duces, principes, marchiones, comites, barones et alii domini temporales fuerint dictorum regnorum, principatus et comitatum, qni in duello pngnaverint aut duellorum vel gladiatorum usus exercuerint locum aut campum libere ad pugnandum concesserint vel assignaverint vel etiam pro sua vel amici aut propinqui, consanquinei vel affinis injuria vindicanda, aut alias simultates, bandositates nuncupatas, exercere praesumpserint et praemissornm occasione satellites et armatos homines vocare, aut apud se vel in terris et dominiis vel domibus suis aut alibi, publice vel occulte, recipere aut retinere vel fovere propria auctoritate ausi fuerint; quique necessarios, consanguineos, affines et amicos in factionem et partes suas contra aliquem vel aliquos excitaverint; omnesque qui iverint aut arma pro praemissis sumpserint; quique super his rebus alteri consilium, anxilium vel favorem praestituerint auctoresve aut suasores fuerint necnon qui sub praetextu abusus hujusmodi aliquem provocaverint aut illi quomodolibet vim intulerint, qnique eam praetensam legem aut consuetudinem licitam et non omnino damnatam esse asseruerint, excommnnicationis anathemati, maledictioni, perpetuae infamiae, diffidationi criminibusqne laesae majestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis et privationis statuum et dominiorum ac feudorum et vicariatuum et omnium aliorum bonorum suorum, necnon inhabilitatis ad illa et alia imposterum obtinenda, ac interdicti omnibusque aliis censuris et poenis ecclesiasticis etiam temporalibns praedictis, per litteras praedictas contra duellantes et alios praedictos quomodocumque et qualitercumque comminatis, quas contravenientes eo ipso et absqne alia declaratione incurrant et intestabiles fiant,

§ 5. Subjicimus poenas praedictas, et si ecclesiastici fuerint, etiam omnibus et singulis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis per eos obtentis seu in quibus et ad quae jus eis competit, eo ipso et absque alia declaratione privati, et ad illa et alia imposterum obtinenda inhabiles existant; necnon illa, tamquam per privationem hujusmodi vacantia, ab aliis impetrari possint, volumus et decernimus.

§ 6. Insuper, judices et magistratus quoscumqne, quacnmque auctoritate et potestate praeditos, qui aliquid secundnm eam legem ant consuetudinem decreverint, privationis judicaturae et magistratunm aliorumque per eos obtentorum, necnon advocatos et procuratores, qui, sub ejusdem legis aut consuetudinis praetextu, aliquem vel aliquos patrocinati fuerint aut defenderint, inhabilitatis ad alios patrocinandum et ad honores poenas eo ipso incurrant.

§ 7. Et nihilominns praemissa omnia et singula prout per Julium et Leonem et Clementem ac Pium Praedecessores praedictos statuta et ordinata, inhibita, decreta et mandata fuerunt, in omnibus et per omnia, quoad bandositates praedictas exercentes, extendimus et ampliamus ac omnes concessiones duellorum et exercitii bandositatis hujusmodi, et facultates desuper praedictis seu aliis quibuscumque personis, per quoscumque romanos Pontifices Praedecessores Nostros, sub quibusvis formis et verborum expressionibus, forsan concessas, approbatas et innovatas legemque et consuetudinem praedictam harum serie revocamus, cassamus et annullamus ac reprobamus ac quaecumqne juramenta, per quascumque dignitate, etiam marchionali, ducali, regia vel alia dignitate, praeditas, ac etiam per locorum gubernatores, ac justitiae praesidentes, forsan de observando praetensam legem seu consuetudinem aut forum super praemissis disponens, eos non ligari ipsosque ad illorum observationem minime teneri declaramus.

§ 8. Mandantes omnibus et singulis venerabilibus fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis ceterisque ecclesiarum praelatis, quacumque auctoritate et dignitate fulgentibus, etiamsi sanctae romanae ecclesiae Cardinales fuerint, in virtute s. Obedientiae ac sub excommunicationis majoris aliisque arbitrio nostro moderandis poenis, quatenus praesentes literas et in eis contenta qnaecumque, in eorum necnon singulorum partibus et aliis ecclesiis, ubi id necessarium

esse judicaverint, publicent seu publicari faciant auctoritate nostra.

Datum Romae apud s. Petrum die 15. Maji 1573.

(Bull. r. t. VIII. p. 45. Ed. Aug. Taur. 1863.)

Nova constitutio super duellis.

GREGORIUS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§ 1. Firmum ita quicquam vix statui sanctionibusque communiri pro salute animarum potest, quod veritatis inimicus falsis suggestionibus non convellere et labefactare conetur idque nunc in duellorum atrocitate experimur, quae licet iuter alios fel. rec. Julii II., Leonis X., Clementis VII. et Pii IV. romanorum Pontificum, constitutionibus et Concilii Trid. decreto exterminata, procul ab orbe christiano exulare debuissent, dolosa tamen patris mendacii interpretatione persuasum et eos in dictis constitutionibus et decreto tantum comprehendi, qui propositis provocantium ad pugnam libellis, patrinis intervenientibus ceterisque ex pristino abusu introductis, se in locum tutum (quem vulgus campum francum appellat) provocant, non autem eos, qui privatim inter se, sine praedictis circumstantiis, quamvis de industria et animo deliberato, certamen singulare committunt vel committere procurant.

§ 2. Nos huic malo antequam radices altius agat occurrere volentes praesentium auctoritate statuimus omnes et quoscumque sub constitutionibus et decreto supradictis omnino comprehendi, censurasque et poenas omnes ecclesiasticas et temporales in illis contentas incurrere, qui se ad singulare certamen provocaverint, etiamsi soli et sine patrinis aut arbitris, nullisque propositis libellis, nec circumstantiis nec aliis servatis, quae in similibus servari consueverunt, in locum publicum vel privatum, extra vel intra civitates, terras et castra vel etiam domos se conduxerint, quique illum vel illos forte comitati aut etiam pugnae spectatores fuerint vel in loco vel etiam longe steteriut vel spectaverint, et praeterea eos, qui sic invitantibus vel provocantibus aut invitatis vel provocatis, equos, arma, pecuniam, commeatus, cibaria et alia subsidia contulerint, aliasque auxilium vel favorem praestiterint, aut conferri et praestari curaverint, etiam per alium seu alios, directe vel iudirecte, quovis modo vel colore, etiamsi postea ad dictum certamen vel destinatum aut alium locum non descenderint, adjicientes ut invitans vel provocans atrociori poena plectatur.

§ 3. Eos autem sub hac Nostra sanctioue uolumus compreheudi, qui in rixa de improviso nata, statim in ipso iracuudiae furore, certum aliquem locum ad hujusmodi certamen condixerint alterve condixerit, etiam si ibi infligendi causa tum convenerint, et inter eos sit pugnatum; hi tamen et comites ac quicumque alii eis astiteriut, seu auxilium, consilium vel favorem praestiterint, ut praefertur, alias severe puniendi, prout criminis qualitas et in eo progressus ac circumstantiae postulabunt.

Datum Romae apud s. Petrum die 5. Nov. 1582.

(Ibid. p. 399.)

Concilii Tridentini prohibitio de duellis extenditur ad duella privatim commissa.

GREGORIUS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad tollendum detestabilem duellorum usum Coucilium Trid. excommunicationem et alias gravissimas poeuas in concedeutes locum ad monomachiam, ac pariter in puguantes necnon patrinos, cousulentes, suadentes et spectatores salubriter quidem decrevit: sed crescente homiuum malitia, facinorosi non desunt, qui quod publice prohibitum est, privatim exequi non dubitent, dum se poenas praedictas hoc modo eludere posse arbitrantur.

§ 1. Nos ad haec coercenda plenius evidentiusque providendum esse rati considerantesque duellum privatum non minus cruentum et corporis noxium esse, quam quod publice perpetratur, auctoritate apostolica statuimus omnes illos, qui ex condicto, statuto tempore et in loco convento, monomachiam commiserint, etiamsi nulli patriui sociique ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita nullaeve provocatoriae literae aut denunciationis chartulae praecesserint, censuris et poenis omnibus a dicto concilio propositis teneri, periude ac si publico et consueto abusu singulare certamen inivisseut. Volentes etiam locorum dominos, si certamen ex condicto hujusmodi permiserint aut quantum in se fuerit non prohibuerint omnesque illud fieri maudantes, instigantes, auxilium, cousilium vel favorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum et alia subsidia scieuter subministrantes, aut ex composito spectatores vel socios quovismodo sese praebeutes, eisdem censuris et poeuis subjacere, etiamsi illi, qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediti, pugnam non commiserint, si per se ipsos non steterit quominus illa committeretur.

§ 2. Non obstantibus privilegiis, immunitatibus et exemptionibus ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 3. Constitutionibus tamen et aliis sanctionibus apostolicis hac de re dispouentibus in suo robore duraturis.

Datum Romae apud s. Petrum die 5. Dec. 1582.

(Ibid. p. 400.)

Confirmatio, declaratio et extensio Constitutionum apostolicarum et Concilii Trid. contra pugnantes in duello publice vel privatim Mittentesque, scribentes aut divulgantes chartulas provocatorias aut scripta quae dicuntur Manifesta eorumque complices et fautores.

CLEMENS PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Illius vices licet immeriti gerentes qui ut animas suorum fidelium a peccato et diaboli laqueis liberaret e coelo descendeus humana carne assumpta, ne proprio quidem suo preciosissimo sanguini pepercit sed seipsum in Ara Crucis immaculatam hostiam aeterno patri offerre voluit in hanc praecipue curam summo studio incubimus, ut easdem animas inaestimabili pretio redemptas adversus satanae fraudes, quantum in Nobis est, illesas praesertim vero totis viribus nobis a Domino traditis exterminemus exicitialia quaedam atque enormia peccata quibus divina Majestas gravius offenditur quaeque eodem fabricante humani generi hoste inventa atque introducta suut, ut excruenta corporum morte animarum etiam simul interitus ac pernicies sequatur.

1 §. Recte siquidem et salubriter fel. rec. Pius PP. IV. Praedecessor Noster post alios complures suos Nostrosque Praedecessores qui detestaudum divina naturalique lege ac canonibus damnatum duellorum abusum suis etiam constitutionibus severe prohibuerant gravesque poenas contra quoscumque temporali s. R. E. mediate vel immediate subjectos ejus criminis quomodolibet reos vel participes inflixerant cupiens non solum in terris praedictis sed alias ubilibet animarum periculis obviare, principes ac domicellos permittentes in suis dominiis id patrari ac etiam extra terras ac loca dictioni ecclesiasticae subjecta hujusmodi duella seu singularia certamina aut diffidationes desuper facientes ac ad id invitantes, provocantes, auxilium, consilium vel favorem dantes illisque adstantes et interessentes necnon chartas desuper subscribentes aut publicantes, seu de illis se intromittentes singulos imperatore ac regibus inferiores majoris excommunicationis ac (si ecclesiastici fuerint) ultra eam etiam privationes omnium dignitatum, beneficiorum et officiorum ecclesiasticorum inhabilitatisque ad illa et alia inposterum obtinenda, poenis subjacere easque incurrere voluit a quibus nonnisi a romano pontifice absolvi possint.

§ 2. Sed et postmodum generalis Trid. Synodus ad exterminandum penitus ex christiano Orbe hoc malum statuit, ut imperator, reges, duces, principes, marchiones, comites et quocumque alio nomine domini temporales qui locum ad monomachiam in terris suis inter christianos concesserint eo ipso sint excommunicati ac jurisdictione et dominio civitatis, castri aut loci in quo vel apud quem duellum fieri permiserint quod ab ecclesia obtinent privati intelligantur et si feudalia sint directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, et qui eorum patrini vocantur, excommunicationis ac omnium bonorum suorum proscriptionis ac perpetuae infamiae poenam incurrant et ut homicidae juxta Canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam qui consilium in causa duelli tam in jure quam facto dederint aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint necnon spectatores excommunicationis et perpetuae maledictionis viuculo teneantur.

§ 3. Quas poenas novissime piae mem. Gregorius PP. XIII. pariter Praedecessor Noster extendit ut supra.

§ 4. Verum quia cum magna animi Nostri molestia intelleximus adhuc in quibusdam

praesertim transalpinis ac remotis regionibus et potissimum ubi bella vigent, castrensi quadam et militari licentia seu verius audacia perniciosum hoc scelus inter fideles exerceri quasi fas sit in solo hostili ubi christiani nominis seu catholicae fidei hostes tyrannidem exercent, sive haeresis et schismata impune grassantur sive inter signa et castra militaria in caput suorum fratrum impios convertere mucrones quos multo salubrius contra Christi adversarios striugi par esset. Nos nefaria diaboli arma salutari ecclesiae gladio ad continendos in officio fideles nobis praecipue ipsius domini nostrae curae crediti, quantum (eodem Deo adjutore) eniti possumus propulsare cupientes praedictas omnes constitutiones ac decretum Concilii Trid. cum omnibus et singulis in eis contentis censuris et poenis, decretis, extensionibus quarum et quorum omuium tenores praesentibus haberi volnmus pro expressis et ad verbum iusertis anctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo approbamus, confirmamus et innovamus.

§ 5. Ac insuper auctoritate et tenore praemissis decernimus et declaramus easdem constitutiones ac Decretum locum habere ubique gentium et terrarum inter quascumque personas etiam armatas et in castris sen propugnaculis militantes, etiam ubi nostrorum et s. r. ecclesiae aut catholicae fidei hostium furor impune grassatur vel in dominiis per eos occupatis et detentis. Idem quoque juris censendum esse si publico et forsan justo bello indicto miles aliquis alterum in adversariorum exercitu militantem, sive alias in hostium castris, praesidiis aut terris degentem privatas simultates atque inimicitias publicae causae intermiscendi etiam ducum permissu ex condicto ad singulare certamen descendat ant illum provocet. Necnon iisdem poenis, decreto et constitutionibus teneri eos inter quos pactiones initae sint de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit sen sanguinem effuderit, ant certus ictuum numerus utrinque illatus fuerit. Vel si convenerint, ut non singuli cum singulis sed bini, terni ant plures hinc inde pugnent. Et non solum locorum dominos, sed etiam magistratus, praesides, locum tenentes ant etiam militum duces et capitaneos in castris vel extra ea in alieno vel hostili solo vel cum militibus exercitus adversariorum monomachiam in quocumque casu per praesentem vel alias constitutiones hujusmodi prohibito permittentes vel quantum in ipsis est non prohibentes, aut post dimissum crimen veniam et impunitatem concedentes.

§ 6. Praeterea pari ratione probibemus omnia et singula ejus generis scripta Manifesta seu fides vulgo appellata quae etiam sine expressa provocatione ad certamen tamen quasi praeparatoria quaedam ad chartulas seu libellos provocatorios et ad duellum illorumque veluti radices aut semina ut plurimum lacessendi aliqnem ad pugnam et suscitandae simultatis atque inimicitiae materiam et occasionem praebent. Dum scilicet in illis per modum epistolae, libelli aut publicae attestationis et intimationis sive per authentica documenta sive per unius pluriumve chirographum, subscriptiones aut relationes, sub praetextu proprii vel alieni honoris et famae more militari atque ut vulgo dicitur, Cavalleresco tuendi aut laedeudi, sive ad illatae propulsataeve contumeliae aut injuriae probationem seu tollendam illius suspicionem rei alicujus gestae ad id pertinentis, vel verborum aut responsionum series et ordo narratur vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale adeo firmiter asseritur aut negatur, ut qui contradixerit is sive nominatim sive in genere mendacii arguatur aut mentiri dicatur. Aut ad hunc effectum ex militari etiam consuetudine quaeritur, declaratur, aut respondetur qua mente aut quo sensu qnidpiam ejusmodi quod ad superius expressa spectat, gestum dictumve sit. Vel denique offert se quisquam contra certam vel incertam personam vel generatim contra qnemcumque ad probandnm armis, et verificandum etiam inito certamine aliquid ita esse aut fuisse vel non fuisse. Nec non quascumque etiam sine scripto factas talium rerum supradicta quomodo concernentium et ob hujusmodi causas in locis publicis vel privatis, ubi hominum multitudo convenire soleat denunciationes, narrationes, declarationes et testificationes. Volentes eos omnes et singulos qui suo vel alieno nomine ad effectum de qno superius dictum est praedicta vel his similia multoque magis ad certandum provocatoria scripta, libellos, epistolas earumve exempla dictaverint, composuerint, scripserint, miserint, detulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaveriut, typis impresserint, subscripserint, intimaveriut vel etiam verbo denunciaverint sive attestati fuerint. Quive

aliis ad singulare certamen publice vel occulte iueundum vel ad provocandum aliquem ad pugnam sive ad hujus generis scripta quae manifesta quaeque chartulae provocatoriae appellantur, scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, divulganda, auxilium, consilium, operam vel favorem praestaverint sive id suaserint aut mandaverint, quive in praemissis vel eorum aliquo se quomodolibet immiscuerint, etiamsi neque pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec accessus, aut actus ad pugnam proximus, neque expressa et aperta provocatio subsecuta fuerit, neque scriptiones praedictae, quae manifesta dicuntur, in publicum prodierint, aut cuiquam intimatae exstiterint, si per eos non steterit, quominus publicatio aut denunciatio fieret, nihilominus censuris et poenis omuibus in praesenti et aliis praedictis Constitutionibus et Decreto contentis subjacere, tam si superius enumeratis quam si aliis etiam majoribus ecclesiasticis, vel mundanis Dignitatibus, gradibus et praeeminentiis excellant.

§ 7. Quinimo de novo etiam per praesentes ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus s. excommunicamus et anathematizamus, maledicimus et execramur omnes et quoscumque publice vel privatim, palam vel occulte, in quibuscumque locis, modis et formis ac casibus sub praesenti Nostra vel aliis praedictis Constitutionibus ac Decreto compreheusis, siugulare certamen (quod duellum vulgo dicitur) ex composito ineuntes, necnon id scelus suadentes aut provocantes, opem, consilium, vel favorem praestantes, equos, arma, et commeatus praebentes, aut comitantes, vel circa chartulas, seu libellos, literas, nuncios, aut quaecumque alia scripta hujusmodi quomodolibet peccantes, hujusque delicti socios de iudustria spectatores, patrinos, fautores, defensores, quacumque tam superius expressa, quam alia ecclesiastica vel muudana praefulgeant Dignitate. Ita ut singulares etiam personae cujuslibet communitatis, universitatis, collegii aut reipublicae, quae hujus criminis participes quoquomodo fuerint, nequaquam excusentur, sed supra dictos omnes eorumque siugulos, ipso facto, absque ulla monitione, judicis decreto aut ministerio, perpetui anathematis, excommunicatiouis majoris et maledictiouis aeternae mucrone perculsos, et damnatos harum serie declaramus, etsi in ipso conflictu obierint, sepultura ecclesiastica perpetuo privatos esse volumus. Ipsas vero civitates, terras, oppida, vel castra et loca in quorum territoriis id facinus, scientibus, et tacite, vel expresse permittentibus aut tolerantibus domiuis aut magistratibus vel senatu aut populo admissum fuerit, ecclesiastico supponimus interdicto, cujus interdicti relaxationem aut excommunicationis absolutionem ab alio quam a nobis, aut pro tempore existente romano Pontifice poeuitentia et satisfactione congruo peracta, nisi in mortis articulo constituti, nequeant obtinere etiam praetextu quarumvis facultatum et indultorum quibusvis personis, tam ecclesiasticis cujuscumque ordiuis aut militiae, status aut gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis, etiam imperiali, regali vel alia mundana praeeminentia insiguitis, per Sedem apostolicam in genere vel in specie concessorum. Quae omnia, quoad praemissa, volumus cuiquam iu aliquo suffragari. Poenis aliis tam spiritualibus, quam temporalibus contra eos inflictis nihilominus in suo robore permansuris.

§ 8. Universos autem et singulos charissimos in Christo filios Nostros, imperatorem, reges ac dilectos filios nobiles viros duces, etiam armorum et exercituum, marchiones, caeterosque principes christianos, necnon dominia, potentatus, communitates et universitates civitatum, oppidorum et castrorum illorumque domicellos et dominos temporales, ac etiam militum, et copiarum, tam equestrium quam pedestrium ductores, tribunos, praefectos, capitaneos, in quibuscumque etiam Nobis et s. romanae Ecclesiae temporali jurisdictioui non subjectis locis constitutas, cujuscumque gradus, praeeminentiae et nobilitatis existentes, hortamur, rogamus, et obtestamur per viscera D. N. Jesu Christi, ut ejus divini nominis intuitu pro sua erga eumdem Deum, per quem regnant reges, et a quo principatus acceperunt, pietate, atque erga nos et sanctam hanc Sedem reverentia et devotione, non modo nihil tale in suis dominiis fieri permittant, nec ullo modo conniveant, sed hoc malum omni studio, diligentia et auctoritate exterminare totis viribus procurent, contra quoscumque deliuquentes, et ut praefertur quomodolibet complices et participes etiam temporalibus poenis gravissimis animadvertant, et per suos officiales et Curiae ministros procedi curent, scituri se obsequium Deo pergratum perque acceptum praestituros, si quo gladio ad tu-

telam bonorum et ad propulsandos perditorum conatus sunt accincti, eumdem ad vindictam hujus peccati, et ad sumendas de hujusmodi criminis reis debitas poenas exercuerint, contra vero memores, si in re tam gravi male se gesserint, se in districto Dei judicio rationem in novissimo die reddituros.

§ 9. Volumus autem, ut praesentium transsumptis etiam impressis, notarii publici manu subscriptis, et personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo obsignatis, eadem prorsus fides ubique gentium et locorum adhibeatur quae ipsis praesentibus adhiberetur exhibitis vel ostensis.

§ 10. Quodque eaedem praesentes in Lateranen. ac Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum et Cancellariae apostolicae valvis de more publicentur, affixis inibi earum exemplis per aliquem ex cursoribus Nostris, et dimissis, quodque eadem publicatio, qui in urbe sunt, post triduum qui vero extra eam, et citra montes, post duos menses, ultra montes vero, post 4 menses, omnes quos concernunt, perinde arctet et afficiat, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent.

Nulli ergo omniuo etc.

Datum Romae in Monte Quirinali die 17. Aug. 1592.

(Bull. r. t. III. p. 14. Ed. Luxbg.)

Damnantur et prohibentur 5 propositiones duellorum abusui faventes veteresque leges adversus duellantes ediitae innovantur ac novis superadditis poenalibus Sanctionibus confirmantur.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Detestabilem ac divina naturalique lege damnatum duellorum abusum a barbaris gentibus atque superstitiosis non sine ingenti corporum animarumque clade in christianam rempublicam auctore diaboli invectum cum semper execrata sit, atque improbarit ecclesia tum praecipuo in eam curam studio, vigilantia ac zelo incumbuerunt Romani Pontifices, ut a fidelium coetu longissime arceretur. Nam ut antiquiora mittamus Praedecessorum Nostrorum Nicolai, Coelestini III., Innocentii II., Eugenii III., Alexandri III., Innocentii IV. adversus singulares pugnas decreta extant recentiores apostolicae Sedis constitutiones, quibus romani Pontifices Julius II., Leo X., Clemens VII. ac demum Pius gravissimas poenas antea statutas confirmarunt aliasque de novo addiderut, contra duellantes ex quacumque causa etiam per saeculares regionum aut locorum leges forsan permissa adjecta infamia bonorumque proscriptione etiam adversus complices ac participes et qualemcumque operam iisdem praebentes.

§ 1. *Trid. vero Synodus* latam in eos excommunicationem extendit ad imperatores et reges, duces ac priucipes caeterosque dominos temporales, si locum ad monomachiam in terris suis concesserint ac jurisdictione et dominio loci in quo duellum fieri permiserint quem ab ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes vero pugnam eorumque patrinos excommunicationis ac omnium bonorum proscriptionis, necnon perpetuae infamiae poenam incurrere statuit et si in ipso conflictu decesserint, ecclesiastica sepultura perpetuo carituros decrevit.

§ 2. Cum vero praefatis saluberrimis legibus judicialia dumtaxat ac solemuia duella comprehensa ac proscripta viderentur, piae memoriae Praedecessor Noster Gregorius PP. XIII. hujusmodi poenas adversus eos omnes extendit qui nedum publice, sed etiam privatim ex condicto, statuto tempore et loco monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini sociive ad id vocati fuerint nec loci securitas habita, nullaeve provocatoriae literae aut denuntiationis chartulae praecesserint.

§ 3. Denique fel. rec. Clemens PP. VIII. etiam Praedecessor Noster, apostolicas romanorum ante se Pontificum leges omnes et poenas in eis statutas, sua constitutione *Illius vices* diserte complexus eosdem extendit ad omnes non solum duello certantes, sed etiam provocautes, suadentes, equos, arma, commeatus praebentes, comitantes, chartulas, libellos, manifesta mittentes, scribentes vel divulgantes aut quomodolibet circa ista cooperantes socios, patrinos de industria spectatores, fautores criminis demum participes illudque permittentes vel quantum in ipsis est non prohibentes ac delinquentibus veniam et impunitateu concedentes quique se praedictis quomodo immiscuerint; etiamsi neque pugnae effectus neque accessus ad locum sit subsequutus.

§ 4. His tam sapienter tam aperte atque perspicue ab ecclesia et ab apostolica Sede constitutis dubitari jam uullo modo posse videbatur, quin duella omnia tam publica quam privata et naturali et divino et ecclesiastico jure prorsus illicita, vetita atque damnata censeri deberent. Sed nonnulli earum legum interpretes, per benignitatis speciem humanis pravisque cupiditatibus plus aequo faventes, apostolicas sanctiones ad corrupta homiuum judicia inflecteutes ac temperantes *licere* docuerunt *Viro equestri duellum acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat: Fas esset defensione occisiva vel ipsis clericis ac religiosis tueri honorem, dum alia declinandae calumniae via non suppetat propulsare damna, quae ex iniqua judicis sententia certo imminet; defendere non solum quae possidemus sed etiam ea ad quae jus inchoatum habemus, dum alia via id assequi non valemus.*« Quas quidem assertioues duellis faventes apostolica Sedes censura notavit, rejecit, proscripsit.

§ 5. Et nihilominus extiterunt quam proxime receutiores alii qui etsi duella vel odii vel vindictae vel houoris tuendi causa vel levioris momenti res fortunasque servandi fateautur illicita; aliis tamen in circumstantiis et casibus vel amittendi officii et sustentatiouis vel denegatae sibi a magistratu justitiae defensionis innoxiae titulo ea licere prouuntiant. Laxas et periculi plenas opiniones hujusmodi ex vulgatis eorum libris ad Nos delatas, ubi primum accepimus earum exameu nounullis ex venerabilibus fratribus Nostris s. romanae ecclesiae Cardinalibus et quibusdam dilectis filiis s. theologiae magistris spiraliter ad id per Nos deputatis commisimus; qui re mature dicussa latis coram Nobis tum voce tum scripto suffragiis infrascriptas propositioues ceusura et proscriptione dignas existimarunt:

I. Vir militaris*) qui nisi offerat vel acceptat duellum tamquam formidolosus, timidus, abjectus et ad officia militaria ineptus haberetur indeque officio quo se suosque susteutat privaretur vel promotionis alias sibi debitae ac promeritae, spe perpetuo carere deberet culpa et poena vacaret, sive offerat sive acceptat duellum.

II. Excusari possunt etiam honoris tuendi vel humanae vilipensionis vitandae gratia duellum acceptantes vel ad illud provocantes quando certo sciunt pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.

III. Non incurrit ecclesiasticas poenas ab ecclesia contra duellantes latas dux vel officialis militiae acceptans duellum ex gravi metu amissionis famae et officii.

IV. Licitum est in statu hominis naturali acceptare et offerre duellum ad servandas cum honore fortunas quando alio remedio eorum jactura propulsari nequit.

V. Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui civitatis male ordinatae, in qua nimirum vel negligentia vel malitia magistratus justitia aperte deuegatur.

§ 6. Auditis itaque super unaquaque earum propositionum dictorum Cardinalium et consultorum judiciis atque omnibus rite et mature consideratis Nos ipsas praesentium literarum tenore et apostolica auctoritate tamquam falsas, scandalosas ac perniciosas rejicimus, damnamus ac prohibemus itaut quicumque illas aut conjunctim aut divisim docuerit, defenderit, ediderit aut de iis etiam disputandi gratia publice aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidit in excommunicationem a qua non possit (praeterquam in mortis articulo) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente nisi ab existente pro tempore romano Pontifice absolvi.

§ 7. Iusuper stricte in virtute s. obedientiae et sub interminatioue diviui judicii prohibemus omnibus christifidelibus cujuscumque couditionis, dignitatis et status etiam speciali et specialissima nota dignis, ne praedictas opiniones aut aliquam ipsarum ad praxim deducaut.

§ 8. Jam vero ut exitiosam duellorum licentiam in christiana ac praesertim militari republica non obstantibus providis legibus a plerisque etiam saecularibus principibus et potestatibus ad eamdem extirpandam laudabiliter editis adhuc gliscentem validiore manu coerceamus gravissimumque scelus apostolicae districtionis gladio magis magisque iusequamus omnes et singulas dictorum romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum constitutiones superius enunciatas quarum te-

*) *Propositio damnata ab Alex. III.*: Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.
Die 24. Sept. 1665.
(Bull. r. t. VI. Append. p. 1.)

nores ac si praesentibus de verbo ad verbum insertae forent sufficienter expressis haberi volumus, apostolica auctoritate confirmantes et innovantes ad hoc ut poenarum gravitas et severitas majorem perditis hominibus ingerat peccandi metum, Nostro Motu proprio ac de apostolicae auctoritatis plenitudine earumdem praesentium literarum serie statuimus atque decernimus, ut si quis in duello sive publico sive privatim iudicto hominem occiderit sive hic mortuus fuerit in loco conflictus sive extra illum ex vulnere in duello accepto hujusmodi homicida tamquam interficieus proximum suum animo praemeditato ac deliberato, ad formam constitutionis fel. rec. Praedecessoris Nostri Benedicti PP. XIII. *Ex quo Divina* data VI. Idus Juuii 1725 ab ecclesiasticae Immunitatis beneficio exclusus et repulsus omnino ceuseatur; ita ut cujuscumque sacri aut religiosi loci asylo ad quod confugerit servatis tamen de jure servandis extrahi et judicis competeutis Curiae pro merito puniendus trahi possit et debeat; super quo Nos Episcopis aliisque superioribus Autistitibus ad quos respective pertiuet et pertinebit inposterum necessarias et opportunas facultates praesentium quoque tenore impertimur. Quin etiam vivente adhuc altero in singulari certamine graviter vulnerato si percussor in locum immunem se receperit, ex quo eveniente illius morte fugam arripere et legum severitatem evadere posse prospiciatur. Volumus et respective permittimus ut quatenus periti ad inspiciendum vulnus acciti grave vitae periculum adesse retulerint percussor ipse, praevio semper decreto Episcopi et cum assisentia personae ecclesiasticae ab eodem Episcopo deputatae ab hujusmodi loco immuni extractus sine mora carceribus mancipetur; ea tamen lege judicibus iudicta ut illum ecclesiae restituere debeant, si vulneratus superstes vivat ultra tempus a legibus quae de homicidio sunt coustitutum alioquin in easdem poenas incidant quae in memoratis Benedicti XIII. literis constitutae sunt adversus illos qui delinquentem in aliquo ex casibus ibidem expressis, ex indiciis ad id sufficientibus sibi traditum restituere recusent postquam in suis defeusionibus hujusmodi iudicia diluerit.

§ 9. Praeterea, simili motu et auctoritate decernimus ac declaramus, *sepulturae sacrae privationem a s. Trid. Synodo inflictam morientibus in loco duelli et conflictus incurrendam perpetuo fore*, etiam ante seutentiam judicis, *a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto*, sive duellum publice, sive privatim indictum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta poenitentiae signa dederit, atque a peccatis et censuris absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis et Ordinariis locorum super hac poena interpretandi ac dispensandi facultate, quo caeteris documentum praebeatur fugiendi sceleris ac debitam ecclesiae legibus obedientiam praestandi.

§ 10. In hujus demum sollicitudinis Nostrae societatem vocautes carissimos in Christo filios Nostros, imperatorem electum cunctosque catholicos reges necnon principes, magistratus, militiae duces atque praefectos, eos omnes et singulos, pro sua in Deum religioue ac pietate enixe obtestamur in Domino ut conjunctis studiis, et animis, exitiose duellorum licentiae quibus incolumitas, neque corporum solum, sed quae nullo pretio aestimari potest, aeterna animarum vita certo periclitatur, omni nisu et constantia vehementer obsistant neque sibi suaeque in Deum fidei munerisque rationi fecisse satis intelligaut, quod optime constitutis legibus indictisque gravissimis poenis horrendum scelus proscriptum sit, nisi accuratam ipsarum legum poenarumque executionem naviter urgeant ac promoveant, seque inexorabiles Dei viudices in eos, qui talia agunt, diligenter exhibeant. Nam si deliuquentes aut oscitanter ferant aut molliter puniant, alieno sese crimine polluent omuisque illius sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inultum effundi permiserint. Vani enim falsique honoris idolo humanas litari victimas non impune feret supremus omnium judex Deus; rationem ab iis aliquando exacturus, quorum est divina et humana jura tueri sibique creditorum homiuum vitam servare pro quibus sanguinem ipse suum Jesus Christus effudit.

§ 11. Volumus autem ut praesentium litterarum transsumptis etiam impressis, notarii publici maun subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica Diguitate constitutae munitis eamdem ubique etiam in judicio fides habeatur quae ipsis praesentibus haberetur si originaliter forent exhibitae vel ostensae: Utque eaedem praesentes in consuetis locis publicis hujus Almae Urbis per cursores Nostros ut moris est publicatae et affixae, omnes et singulos quos concernunt seu concernent in futurum perinde afficiant ac sit unicuique illorum personaliter intimatae et notificatae fuissent.

§ 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum prohibitiouis etc.

Datum Romae apud s. Mariam Majorem die IV. Idus Novb. 1752.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

Visa de Curia *J. C. Boschi.*

Loco † Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in secretaria Brevium.

Publicat. die 24. Novb. 1752.

(Bull. Bened. XIV. t. IV. p. 22. Ed. Romae.)

Excommunicationem latae sententiae romano Pontifici reservatam incurrunt duellum perpetrantes aut simpliciter ad illud provocantes vel ipsum acceptantes et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem praebentes, necnon de industria spectantes illudque permittentes, vel quantum in illis est, non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis.

(Constit. Pii IX. 4. Idus Oct. 1869.)

INDEX.

C.

Pag.

Coenobium 1
Cognati 1
Cognatio.
1. Legalis 1
2. Spiritualis 4
I. Ex iterato baptismo non contrahitur 4
II. Ex collato baptismo privato (domi) adest 6
IV. Procurator non contrahit . . . 22
Cohabitatio.
1. Praestanda a muliere 23
2. Quando ex ea sequitur validum Matrimonium? 24
3. Triennalis 24
Collatio.
1. Beneficii 24
2. Quot in diebus jejunii et quae frangunt jejunium? 24
Collegium.
1. Anglicum in Urbe 25
2. Armenicum in Urbe 25
3. Germanicum 25
4. Graecorum in Urbe 25
5. Illyricum 25
6. Maronitarum in Urbe 26
7. Puerorum 26
8. Scoticum 26
9. Ungaricum in Urbe 26
Colloquium.
1. Monachor. cum mulieribus . . . 26
2. Monialium 26
3. Inter Regulares 27
Commenda.
1. Beneficium est 29
2. Duplex genus 29
3. Quae est? 29
Commendatarii.
1. Ordinatio 30
2. Residentia 30
Communio.
1. Admissio 31
2. Aetas 31
3. Capaces qui non sunt? 31
4. Dies pro lucrandis indulgentiis . . 31
5. Ante Matrimon contrahendum . . 32
6. Paschalis 32
a) in Cathedrali vel alia paroch. ecclesia civitatis sumenda 32
b) in Cathedrali quisque satisfacitne? . 32
c) Dilatio 33
d) Excommunicatio 34
e) Satisfacitne, qui eam inscius a Sacerdote non baptizato et ideo non ordinato sumit 34
Commutatio.
1. Operis injuncti pro Jubilaeo lucrando extra confessionem 34
2. Ultimae voluntatis 34
a) Apostolica facultas 34
b) in Canonicatibus erigendis . . . 35
c) Causae concedendi vel non concedendi 35
d) Concessa 35
e) Non concessa 68
f) Episcopi facultas 91
Compensatio 93
Complices.
1. Absolutio 95
I. A Regularibus impertienda . . 95
II. Ab Episcopo 95
III. De Absolutione deneganda . . 95
2. Casus qui comprehenduntur? . . . 96
3. Denuntiatio modus 96
4. Excommunicationis nomen complicis inquirentis 96
5. Excommunicatio nomen complicis non denunciantis 96
6. Excommunicatio complicem absolventis . 96
7. Facultas Inquisitorum haereticae pravitatis contra Sacerdotes in actu confessionis mulieres sollicitantes 95
8. Interrogationes, exquisitiones nominum . 96
8. Poenae 128
9 Propositio damnata ab Alexandro PP. VII 162
Compromissum 162

Pag.

Computatorium 162

Concathedralis.
1. Jura etc. Canonicorum 166
2. Vicarius capitul. 166

Concilium.
1. Futurum 166
2. Provinciale 166
3. Tridentinum 170
   a) Consuetudo ei contraria invehi non potest 170
   b) Executio 170
   c) Jurantes contra illud 170
   d) Quoad matrimonia 170
   e) Observatio 170
   f) Translatio de lingua latina in aliam . 171

Concio.
1. Canonici Cathed. theologi . . . 172
2. Clericorum in ss. Ordinib. non constitutorum 172
3. Clericorum in ss. Ord. constitutorum . 172
4. Episcopi 172
   a) Habitus, assistentia, benedictio . . 172
   b) Obligatio 173
5. Laicis prohibita 178
6. Laici non ad fores stant infra concionem 178
7. Modus 178
8. Mulieres a viris separatae sint . . 178
9. Parochi 178
   a) Jus et obligatio 184
   b) Obligatio parochorum duorum in una parochia cum separatis ecclesiis . 184
10. Parochi Canonici 187
11. Tempus 187

Concionator.
1. Admissionis literae 187
2. Aetas 187
3. Approbatio Episcopi 187
4. Approbationis exhibitio 191
5. Canonicus 194
6. Cathedralis 194
7. Concursus 200
8. Deputatio, Electio, Nominatio, Praesentatio 200
   a) A communitate et Episcopo . . 200
   b) A confraternitate 207
9. Electionis literae patentes 210
10. Extraordinarius 211
11. Fructus, Sumptus 211
12. Quadragesimalis 211
   a) Admissio Episcopi 212
   b) Electionis jus 215
   c) Electio secunda 215
13. Qualitates 218
14. Regularis 218
   a) Approbatio Episcopi 218
   b) Benedictio vel licentia Episcopi in ecclesiis regul. et saecul. praedicandi . 223
   c) Praesentare se debetne Vicario foraneo locali? 226
15. Suspensio 226

Conclave 226

Concordatum.
1. Quoad beneficia conferenda . . . 227
2. Gallicum 227
3. Natura Concordati 227

Concubina 232

Concubinarius. Pag.
1. Clericus 232
2. Propositio damnata ab Alexandro VII . 232
3. Publicus 232

Concubinatus 233

Concursus.
1. Admissio non concessa 233
2. Pro beneficio curato 238
3. Pro Beneficiis manualibus 238
4. Pro beneficiis regularib. 238
5. Pro Canonicatu 238
6. Pro capellania 238
7. Pro Concionatoribus 238
8. Pro ecclesiis parochialibus 238
   I. Abbas concursum pro ecclesiis paroch. vacantibus quando indicere potest? 238
   II. Admissio non concessa . . 238
   III. Appellatio de eo 238
   IV. Confirmatus 239
   V. Non confirmatus 244
   VI. Consuetudo dioecesana circa eum 245
   VII. In dioeccesibus unitis . . 247
   VIII. Dispensatio concessa . . 250
   IX. Edicti affictio 254
   X. Electio dignioris ab Episcopo . 257
   XI. Electio dignioris a Vicario capitulari 257
   XII. Episcopi vicinioris jus electionis 259
   XIII. Episcopi judicium . . . 260
   XIV. Examen privatum 260
   XV. Examinandus alius non substituatur 260
   XVI. Examinandi qualitas . . . 260
   XVII. Examinatorum doctoratus . 260
   XVIII. Examinatorum electio ab Episcopo et synodo 261
   XIX. Examinatorum electio a Capitulo 263
   XX. Examinatorum jus sese eligendi 263
   XXI. Examinatorum emolumenta . 266
   XXII. Examinatorum judicium irritonab. non constat 267
   XXIII. Examinatorum relatio ad Episcopum constat 270
   XXIV. Examinatorum relatio nulla quia aliena ab apostol. constitutionibus 276
   XXV. Examinatorum suffragia . . 280
   XXVI. Examinatores prosynodales qui sunt? 280
   XXVII. Examinatores quot? . . . 280
   XXVIII. Judicium Episcopi constat . 280
   XXIX. Judicium Episcopi non constat 288
   XXX. A laicis indictus . . . 302
   XXXI. Metropolitano delegatur . . 302
   XXXII. Modus 303
   XXXIII. Nullitas constat 307
   XXXIV. Nullitas non constat . . . 311
   XXXV. Obligatio 322
   XXXVI. Pro parochiis singulis habendus 326
   XXXVII. Pro parochiis cum Cathedralibus vel Collegiatis adnexis . . 326
   XXXVIII. Prorogatio 326
9. Pro poenitentiaria episcopali . . . 326
   a) Canonici tantum concurrere possuntne?
   b) Examinatorum relatio et judicium Episcopi 326

Pag.
   c) Modus et obligatio 333
   d) Possessor doctor esse debet . . . 343
10. Pro praebenda theologali 343
   a) Examinatorum judicium . . . 343
   b) De judicio Episcopi non constat . . 347
   c) Nullitas constat propter concurrentem criminosum 356
   d) Obligatio quando non est? . . 361
   e) Validus est 363
11. Unus pro plurib. ecclesiis vacantibus . 368
12. Validus quando est? 368
13. Pro Vicaria perpetua 368
14. Vicarius gener. ut examinator . . . 368

Confabulanes 369

Conferentiae.
   a) Obligatio habendi 369
   b) Obligati qui sunt? 369
      I. Canonici Cathedralis . . . 369
      II. Regulares an sint obligati? . 370
      III. Sacerdotes saeculares suntne? . 371
   c) Praeses 374

Confessarius.
1. Absolutio in articulo mortis . . . 376
2. Approbatio 376
   a) Ab Episcopo 376
   b) Error circa approbationem . . . 377
   c) Exhibitio 377
   d) Nuntius apostol. approb. potestne? . 377
   e) Revocatio 377
   f) A Vicario capitulari 377
3. Sine Approb. Episcopi ss. Sacr. Poenitent. administrare abrogatum est . . . 381
4. Non approbatus 381
5. Baptizatus qui non est 381
6. Canonicus 381
7. Complex 381
8. In dioecesi aliena 381
9. Dubius 382
10. Electio 383
   a) Pro absol. a criminibus aut censuris . 383
   b) Jus eligendi confessarium non approbatum a proprio Ordinario Episcopis etc. post Trident. non inest . . . 385
   c) Vi bullae Cruciatae 385
11. Excommunicatus vel suspensus . . . 385
12. Habitus 386
12. Infirmorum 386
13. Monialium 386
   a) Administratio Sacramentorum . . 386
   b) Approbatio Episcopi 386
   c) Conversatio cum Monialibus . . 389
   d) Electio per P. Generalem . . . 390
   e) Extraordinarius pro omnibus et pro singulis monialibus 390
   f) Habitaculum 398
   g) Ingressus in monasterium monialium 398
   h) Ordinarius 399
   i) Ordinis sui 399
   k) Qualitas etc. 400
14. Monialium exemptarum 401
15. Monitio Leonis PP. XII. 401
16. Regularis 408
   a) Approbatio Episcopi 408
   b) An Approbatus ab Ordinario invito Superiore valide excipiat confessiones saecularium? 412
   c) Non approbatus 416
   d) Qualitas etc. 416
16. Regularium 421
   a) Numerum confitentium declarare possitne? 421
   b) Quis sit? 421
   c) Saecularis esse potestne? . . . 428
18. Suspensio etc. non concessa propter rem turpem 431

Confessio.
1. Aetas confitendi 432
2. Archiepiscopi facultas quoad confess. et absol. subditorum Suffraganeor. . . 432
3. Auricularis et secreta esse debet . . 432
4. Capaces qui non sunt? 435
5. Damnatio articulorum Petri de Osma . 435
6. Deposita cor. Confessario non approb. . 435
7. Deposita coram sacerdote non baptizato 435
8. Deposita coram pluribus sacerdotibus . 435
9. Dispensatio ab ea 435
10. Haereticorum in sinum ecclesiae redeuntium 436
11. Pro indulgentiis lucrandis . . . 436
12. Licentia audiendi a parocho petenda . 436
13. Per literas vel nuntium non licita . . 437
14. Locus audiendi 437
15. Ante matrimonium contrahendum . . 437
16. Monialium 441
17. Mulierum non domi audienda . . . 441
18. In nocte Nativ. Dom. 441
19. Obligatio audiendi quando non est? . 441
20. Paschalis 444
21. Peccatorum omissorum 444
22. Praeceptum 445
23. Prima puerorum 445
24. Publica vetitur 445
25. A regularibus audienda 445
26. Sacerdotis ante celebrat. missae . . 445
27. Testimonium 445

Confessionalia.
1. Monialium 445
2. Publicatio ad quaestum 445
3. Qualia? 446

Confidentia 446

Confirmatio.
1. Aetas confirmandorum 447
2. Antiquitas 454
3. In eccles. regul. conferenda . . . 454
4. Intentio confirmantis 454
5. Ordinibus conferendis praecedere debet . 456
6. Patrinus 456
7. Probatio per testes et juramentum . . 458
8. Procurationes confirmationis causa Episcopus exigere non potest . . . 458
9. In visitatione administranda . . . 458

Confraternitas.
1. Administratio Bonorum 459
2. Administratorum electio etc. . . . 459
3. Agreggatio 459
   a) Concedenda 459
   b) Non concedenda 459
   c) Effectus 459
4. Bonorum Applicatio in commodum congruae 460
5. Bonorum applicatio in usum seminarii . 465
6. Bona cui competunt Confraternitate dissoluta 465

Pag.

7. Capellanus 465
8. Congregationes ordinarias et extraord. peragendi modus et facultas . . . 466
9. Ad ecclesiae reparationem contribuere debent 470
10. Erectio non concessa 470
11. Officiales 473
a) Electio et Confirmatio Episcopi . . . 479
b) Remotio ab Episcopo 479
c) Munera et officia 479
12. Privilegia cur varia? 479
13. Suppressio et unio concessa cum seminariis et piis locis 479
14. Suppressio et unio non concessa . . . 489
15. Tituli ejusdem duae in uno loco esse non possunt 502
16. Unio et translatio concessa 502
16. Unio non concessa 505
17. Visitatio 508

Congregatio. 511
1. Casuum conscientiae 511
2. Clericor. regul. minist. infirmis . . . 511
3. Oblivetana 512
4. Presbyterorum s. Joseph. 513
5. Presbyterorum saecularium 516
6. SS. Redemptoris 519
7. Sororum scholae tertii ord. s. Francisci . 519
8. Sororum charitatis Jesu et Mariae . 520

SS. Congregationes romanae. 521
1. S. C. Concilii 521
a) Facultates 521
b) Institutio 523
c) Modus agendi per eam et coram ea . 529
d) Vis resolutionum 536
2. Episcopor. et Regul. 538
3. Indicis librorum prohibitorum . . . 538
4. SS. Indulgent. et Reliquiarum . . . 538
5. Inquisitiones 538
6. Negotia ss. Congregat. ab ipso Pontifice peracta considerantur 538
7. Particularis 538
8. Plures de eodem negotio non simul adeundae sunt 538
9. Praxis 538
10. Super promovendis ad Archi- et Episcopatum 540

Congrua. 542
1. Augmentum 542
2. Beneficii 542
3. Capellani curati 546
4. Coadjutorum parochi infirmi . . . 546
5. Destinanda juxta votum Episcopi . . 548
6. Exigua quae est? 548
7. Missae adventitiae non sunt in congruam computandae 548
8. Mutatio 551
9. Parochi 552
a) Augmenti causa 552
b) Augmenti modus concessus . . . 552
I. Per beneficii suppressionem etc. 552
II. Ex bonis sodalitii suppressi . 552
III. Per contributionem plurium concessum 552
IV. A Patrono ecclesiae 556
V. Per singulas familias . . . 559

Pag.

VI. Ex superfluis redditibus Capellaniarum 563
VII. Per suspensionem missarum . 565
c) Augmenti modus non concessus . . 567
I. Ex bonis confraternitatis . . 567
II. Per unionem parochiarum . . 569
d) Ecclesiae dismembratae 570
e) Facultas apostolica Episcopi . . . 579
f) Parochiani compellendi sunt ad subministrandum 580
g) Quae in congruam imputari debeant? 585
h) Quantitas 586
i) A quo tempore solvenda? 587
10. Parochi Canonici 591
I. E canonicatibus vacantibus . . . 591
II. Quae? 596
11. Parochi Praepositi Collegiatae . . . 599
12. Parochi senilis 599
13. In re certa constituenda 599
14. Vicarii 600
a) Augmentum non concess. 600
b) Cathedralis 602
c) Ecclesiae cum Monasteriis Monial. unitae 603
d) Perpetui 604

Conjuges 608
Conventia 608
Consanguinei 608
Consanguinitas. 608
1. Dispensatio 608
a) Causae et modus 608
b) A duplicibus tertio et quarto Consang. gradibus, a duplici latere provenientibus 608
c) Elargienda a Poenitent. Apost. . . 614
d) Episcopi facultas 614
e) Gradus primi 620
I. Adest 620
II. Non dispensatur 621
f) Gradus quarti 622
I. Matrimonium validum . . . 622
II. Matrimonium nullum . . . 623
g) Gradus quartus et tertius . . . 630
h) Gradus quartus, qui est anceps . 637
i) Gradus secundus 637
I. Non dispensatur 637
k) Gradus secundus et tertius . . . 642
l) De impedimen. Consang. et Affinit. non constat 643

Consensus. 643
1. Quoad baptismum 643
2. Matrimonialis 643
I. Anceps 681
II. Defectus 694
III. Liber esse debet. Est de substantia 701
IV. Parentum 703
V. A parocho non auditus matrimonium reddit invalidum 703
VI. Probatio 703
VII. Qualis requiritur? 719
VIII. Renovatio 719
a) Inter conjugem haereticum et cathol. post matrimonium contractum coram ministro haeretico . . 719
b) Inter Conjuges virum Judaeum et mulierem haereticam post baptismum ab eo susceptum? . . 721

Pag.

c) Inter conjuges post matrimon. contract. cor. Vicario a parocho absente deputato 721
d) Post matrimonium quod contractum fuit obstantibus impedimentis dirimentibus et impedientibus . 722
e) Post matrimonium contractum coram sacerdote specialiter delegato 722
3. In Professione emittenda 723

Conservatorium puellarum 723
Constitutio „Sedis apostolicae“ . . 726
Constitutiones.
I. Capitulares 726
a) Approbatio Episcopi 726
b) Confectio 731
c) Factae ante Trid. Concil. . . . 740
d) Mutatio 741
e) Quae? 741
f) Remotio antiquarum 741
II. Dioecesanae 741
a) Dioecesim tantum obligant . . 741
b) Consensus capituli 741
d) Extra dioecesim vim non habent . 741
e) Episcopi facultas eas condendi . 741
f) Interpretatio 741

Consuetudinarii 742
Consuetudo.
1. Abrogare quae non potest legem? . . 742
2. Actibus quibus inducitur? 742
3. Annorum 40 742
4. Attentenda quando non est? . . . 742
5. Centenaria 742
6. Contraria Tridentino invehi non potest . 743
7. Decennalis 743
8. Derogatio 743
9. Differentia inter eam et praescriptionem . 743
10. Dioecesana 744
11. Episcopi probatio 744
12. Extendi non potest a casu ad casum etc. 744
13. Facti 744
14. Fundationis mentem declarat. . . . 744
15. Immemorabilis 745
a) Abrogari quando non potest? . . 745
b) Efficax est 745
c) Praesumptionem inducit . . . 745
d) Quae est? 745
e) Quae non est? 746
16. Interpres legis 746
17. Non interrupta 746
18. Non introducenda 746
19. Inveterata 746
20. Irrationabilis 746
21. Juri aequiparatur 746
22. Juri contraria 746
23. Quando juri non derogat? 747
24. Jus etc. acquirit 747
25. Landabilis quae est? 747
26. Legem quando abrogat 747
27. Legis vim quando obtinet 747
28. Legem novam inducit 748
29. Legi favet 748
30. Legitima 748
31. Longaeva 749
32. Mutatio 749
33. Obligationem confirmat 749
34. Observatio 749

Pag.

35. Probatio 749
36. Quae non est? 749
37. Rationabilis 749
a) Legem abrogat 749
b) Quae est? 750
c) Species triplex 750
38. Tempus inductionis 750

„Consuetudinibus et privilegiis etc. non obstantibus vel in contrarium sublatis . 750
Consumatio Matrimonii 750
Contractus.
1. Emphyteusis 751
2. Emptionis et venditionis 751
3. De rebus ecclesiasticis emendis vel vendendis 751
4. Negotiatio licita quando est . . . 751

Conventicula.
1. Religiosa laicis vetita 751
2. Secreta 754

Conventio 754
Convivia 758
Cophti 758
Copia 758
Copula.
1. Illicita 758
2. Licita 759
3. Maritalis 761
4. Quando ex ea sequitur ratihabitio Matrimonii 761
5. Sponsalia per se non inducit . . . 761

Copulatio 761
Corde contrito 762
Corona ferrea 765
Craniotomia 765
Cratis ferrea 765
Creditum 766
Crimen 766
Criminosi 766
Crux 767
Culcitra funeralis 767
Cultura agrorum 776
Cultus disparitas 777
Cultus divinus 777
Cura animarum.
1. Abbatis parochi 778
2. Actualis quae est? 778
3. Amotio 778
4. Approbatio pro exercenda . . . 778
5. Sine approb. Episcopi exercita . . 778
6. Examen 779
7. Excommunicatio sine licentia parochi exercentium 779
8. Exercenda a Capitulo Cathedralis . 779
I. Approbatio Episcopi pro Capitulo estne necessaria? 779
II. Modus exercendi 779
III. Personae exercentes 781
9. Exercenda a Capitulo Cathedr. in parochiis unitis 812
10. Exercenda a Capitulis Collegiatis . . 815

Pag.

11. Exercenda ab Episcopo per Curatos substitutos in sua dioecesi 865
12. Exercenda ab exemptis 867
13. Exercenda pro parochianis in ecclesia monialium 867
14. Exercenda in ecclesiis regul. suppressis . 868
15. Exercenda ab ipso parocho 868
16. Exercenda a duobus vel pluribus parochis in una ecclesia parochiali . . . 869
17. Exercenda a parocho eccles. parochialis, in qua sunt beneficiati, Canonici nuncupati ad adjuvandum parochum . . 871
18. Exercenda a parocho unico principali . 874
19. Exercenda a parocho tantum, non a Vicariis simul 881
20. Exercenda a parochis saecul. et regul. Goae 885
21. Exercenda a Regularibus 888
22. Dispensatio ab onere eam personaliter agendi 891

Pag.

23. Habitualis 892
24. Moderatio inter paroch. et coadjutores 893
25. Personae eligendae 893
26. A pluribus per turnum exercita . . 893
27. Prohibitio 893
28. Revocatio 900
29. Taxa 900

Curatus.
1. Amotio a cura animar. 900
2. Amotio a Vicario capitulari . . . 900
3. Canonicus 904
4. Oeconomus 904
   a) Amotio 904
   b) Delegare potestne? 904
   c) Jurisdictionem quam habet? . . 907

Curia Episcopalis.
1. Fundationes quae spectant ad eam . 907
2. Expensae (sede vacante) 909

Cursores Apostolici 909
Custos Monachorum. 909

D.

Pag.

Daemon 911
Daemoniacus 912
Damnati.
1. Confraternitas 913
2. Sepultura 913
Dapiferi 913
Debita.
1. Capituli 914
2. Episcopi defuncti 916
Debitores 916
Debitum conjugale 916
Decanus 918
Decimae.
1. Capitulo solvendae 918
2. Consuetudo circa eas persolvendas . 921
3. Distinctio 928
4. Ecclesiae dismembratae 928
5. Episcopo competunt 928
6. Exemptio a solvendo 933
7. Judex in causis decimandi . . . 941
8. Jus decimandi est parochis . . . 941
9. Jus parochi decimandi a familia quae partim in civitate partim ruri vivit? . 943
10. Jus paroch a familia exigendi quae praedia in parochia possidet sed extra dioecesim habitat 946

Pag.

11. Jus parochi ab iis exigendi qui domicilium habent principale in parochia . 949
12. Jus parochi non est exigendi ab iis qui dismembrantur a parochia et dioecesi . 949
12. Liquidationis modus 953
13. Modus solvendi 956
14. In pecuniis solvendae 956
15. Personales 956
16. Poenae non solventium 957
17. A quibus rebus solvendae 957
18. Privilegia exemptionis 957
19. Solvendae a conductore 957
20. Solvendae a monasterio e venditis campis et incultis 957
Decimator 960
Decreta S. C. Concilii.
a) Authenticitas et Vis 960
b) Observantia 960
Decretales Gregorii PP. IX. 961
Decretum.
1. Quod est? 961
2. Synodale 961
Defensor.
1. Matrimonii 962
   a) Citandus et praesens in judiciis matrimonialibus ferendis . . . 962
   b) Munus 979

Pag.

2. Ordinationis 979
3. Professionis 979
Definitor Regul. 980
Defloratio 981
Defuncti.
1. E Coemeterio vetere sintne transferendi in noviter extruendum? 981
2. Delatio ad ecclesiam 981
Delegatio.
1. Conditionalis irrita est 982
2. Curatus oeconomus delegare potestne? . 982
3. Extentio 982
4. Duratio 982
5. Ad matrimon. contrahend. 982
   a) Ab Episcopo 982
   b) A Parocho 982
6. Ad Ordinationem 982
Delegatus.
1. Apostolicus 983
   a) Appellationes quas accipere potest? . 983
   b) Facultas 983
3. Subdelegare quando potest . . . 983
4. Voluntatem Delegantis non exequens . 983
Delictum.
1. Enorme quod est? 983
2. Irregularitas non est nisi in casibus a jure expressis et debet esse actus externus 983
Dementia 983
Demolitio.
1. Ecclesiae 983
   a) Causae 983
   b) Concessa 986
   c) Non concessa 990
   d) Crux in loco demolitae ecclesiae erigenda est 992
2. Oratorii, Sacelli 992
   a) Causae non concedendi 992
   b) Concessa 992
   c) Non concessa 996
Denuntiatio.
1. Festorum 997
2. Matrimonii 997
   a) Dies 997
   b) Dispensatio 999
   c) In ecclesiis monialium non licita . 999
   d) In ecclesia cathedrali simul et parochiali 999
   e) In quibus ecclesiis? 1000
   f) De essentia non est 1000
   g) Irregularis quando est sacerdos ex lege synodali qui sine denuntiationibus publ. in matrimonium conjunxit et deinde missam celebravit . . . 1002
   h) Locus 1004
   i) Infra missam parochialem vel conventualem? 1006
   k) Modus pertractandi in matrimonialibus 1006
   l) Notitia 1006
   m) Obligatio 1006
   n) Obligatus quis est ad denuntiationem? 1009
   o) Omissa 1013
      I. Utrum Matrimon. licitum sit et validum sine denuntiationibus . 1013
      II. Omissionis poenae . . . 1021

Pag.

   p) Origo 1021
   q) Quoties facienda? 1021
   r) In vesperis 1021
3. Officiorum ecclesiasticorum . . . 1023
4. Ordinandorum 1023
5. In Sollicitationibus 1023
Depositarii monasteriorum . . . 1023
Depositiones 1024
Deputatus Communitatis 1024
Descendentes 1024
Desertio conjugis 1024
Devolutio.
1. Non adest 1029
2. Ad Capitulum 1036
3. Causae 1040
4. Ad Episcopum 1040
5. Jus quod tradit Episcopo . . . 1041
6. Jus devolutionis differt a jure reservationis 1041
7. Poena est 1041
8. Ad Sedem apostol. 1041
Diabolus 1045
Diaconatus.
1. Dispensatio concessa 1045
2. Dispensatio non concessa . . . 1048
Diaconus 1050
Diaconus et subdiaconus 1052
Dies Sabaoth 1052
Dignitas.
1. Actas 1052
2. Beneficium est 1052
3. Canonicatus estne dignitas? . . 1052
4. Capituli membrum quando est? . . 1055
5. Celebrans 1055
6. Collegiatae 1062
7. Collatio 1062
8. Doctoratum habere debetne? . . 1062
9. Electio, Qualitas etc. 1062
10. Electio a Municipio in regulari conventu facta et firmata 1062
11. Electio a Canonicis confirmata . . 1072
12. Eligit simul Canonicum 1077
13. Erectionis causa 1077
14. Examen Dignitatum promovendarum . 1077
15. Numerus 1077
16. Ordinatio 1077
17. Quae est 1077
18. Sacerdotalis praefulget ante potestatem laicalem 1077
19. Suffragia quando cum ferre potest? . 1078
Dilata 1078
Dimissoria 1078
Dimittatur 1078
Dioecesanus 1079
Dioecesis.
a) Divisio 1082
b) Dismembratio etc. 1082
c) Egressus 1082
   I. Celebrandi causa 1082
   II. Licentia Episcopi in quantum est necessaria 1082
d) Limites 1082
e) Permutatio non concessa 1085

Pag.

f) Regressus et Revocatio . . . 1086
g) Sumptus pro educatione in seminario dioecesano quando retribui debent? . 1092
h) Unio 1092

Disciplina ecclesiastica 1092

Dismembratio.

1. Causae 1096
2. Consensus interessentium . . . 1109
3. Dioecesis 1116
4. Ecclesiae Cathedralis parochialis concessa 1116
5. Ecclesiae filialis a Cathedrali concessa . 1124
6. Ecclesiae filialis a Collegiata concessa . 1126
7. Ecclesiae filialis a praepositura concessa 1140
8. Ecclesiae filialis a parochiali et erectio novae parochiae concessa . . . 1144
9. Ecclesiae filialis cum segregatione bonorum confraternitatum concessa . . 1177
10. Ecclesiae filialis concessa parocho dissentiente 1183
11. Ecclesiae filialis et incorporatio in alteram concessa 1184
12. Ecclesiae filialis a parochiali non concessa 1187
13. Ecclesiae filialis cujus membra duobus parochis subjiciuntur non concessa . 1203
14. Eccles. parochialis dismembratae congrua 1206
15. Ecclesiae parochialis et unio cum Cathedrali concessa 1206
16. Ecclesiae parochialis a prioratu concessa 1207
17. Ecclesiae parochialis unitae concessa . 1209
18. Ecclesiarum parochialium a capitulo Cathedrali dependentium concessa . . 1211
19. Ecclesiarum parochialium juxta regiones 1215
20. Ecclesiarum a dioecesi et unio cum altera concessa 1220
21. Effecta quando est? 1227
22. Episcopi judicium et jus 1227
23. Jus functionum in ecclesia dismembrata 1231
24. Limites assignandae 1231
25. Modus servandus 1232
26. Praestationes annuas solvere debetne ecclesia dismembrata ecclesiae matrici 1232
27. Probatio 1232
28. Recursus ad laicam potestatem in causis dismembrationis 1232
29. Redditnum parochiae non concessa . 1232
30. Vicarii generalis jus 1232

Disparitas cultus.

1. Utrum Impediment. dirimens inter Judaeum et mulierem haereticam? . . 1232
2. Origo hujus Impedimenti matrimonii . 1232

Dispensatio.

1. Causae generales concedendi . . 1233
2. Causae et facultas 1233
3. Super defectu aetatis ad beneficia et Canonicatus assequendos . . . 1233
3. Super defectu Natalium ad ordines suscipiendos 1233
4. Super gradibus prohibitis et defectu natalium ad matrimonia contrahenda . 1234
5. Differentia inter dispensationem et facultatem dispensandi 1235
6. Extensio 1235
7. In forma pauperum 1235
8. Interpretatio 1237
9. In Irregularitatibus 1237
10. In matrimoniis contrahendis . . . 1237
11. Nulla quando est? 1237

Distributiones.

1. Ab absentibus tempore servitii alternativi suntne lucrandae . . . 1238
2. Ab absentibus tempore vacationum lucrandae 1239
3. Absentium inter praesentes distribuendae 1253
4. Absentium applicantur fabricae ecclesiae 1256
5. Absentium 1257
   a) Propter bellum 1257
   b) Propter capitulum habendum tempore divinorum officiorum . . . 1259
   c) Propter celebrationem missae infra chorum 1259
   d) Propter curam animarum exercendam 1259
   e) Propter doctrinam christianam edocendam 1259
   f) Ex Episcopi concessione . . . 1259
   g) Ex Episcopi concessione et vi indulti apostol. 1259
   h) Propter litem 1262
   i) Ob minas lethales 1263
   k) Propter munera temporalia et eccles. 1265
   l) Propter officium legendi . . . 1272
   m) Propter servitium Episcopo praestandum 1272
   n) Studiorum causa 1274
   o) Propter suspensionem . . . 1282
   p) Timoris causa non concessa . . 1285
6. Administrationis modus vetitus . . 1287
7. In Alternativa concessa 1289
8. Anni primi ex consuetudine non solvendae 1289
9. Aniversariis interessentibus tantumne competunt? 1290
10. Archipresb. Collegiatae 1294
11. Assignatio et divisio pro singulis horis 1294
12. Augmentum 1301
13. Beneficiati qui Canonicus honorarius est in alia ecclesia 1302
14. Bibliothecarii 1305
15. Caeci 1305
16. Caremoniarii aliorumque inservientium in divinis officiis 1306
17. Canonicorum Coadjutorum . . . 1315
18. Canonicorum Curatorum 1316
19. Canonicor. Episcoporum 1316
20. Canonici Episcopi non residentis . . 1316
21. Canonicor. erectionis secundae . . 1316
22. Canonici infirmi 1316
23. Canonici jubilati 1316
24. Canonici Parochi 1331
25. Canonici theologi 1331
26. Cantoris 1331
27. Capellanorum chori 1333
28. Capellanorum curatorum 1333
29. Carcerati 1333
30. Chorum gratis per tempus frequentantium 1333
31. Coadjutoris Canonici 1338
32. Concionatoris 1340
33. Concordia de eis 1342
34. Condonandi facultas non est Episcopis et Capitulis 1342
35. Confabulantium 1342
36. Confessariorum 1362
37. In Congruam imputandae 1362

Pag.

38. Constituendae ex tertia parte proventuum etc. Canonicatuum . . . 1362
39. Constituendae non sunt ex beneficiis variarum dioecesium 1362
40. Constitutionis obligatio 1362
41. Constitutio ex variis pecuniis . . 1366
42. Consuetudines circa eas 1371
43. Contributio ad distributiones constituendas 1383
44. Deputati 1383
45. Differentia inter Distribut. et fructus praebendae 1384
46. Dismembratio et aggregatio favore sacristiae 1385
47. Distributionis modus vetus . . . 1389
48. Divisio redditnum et assignatio mansionariis 1390
49. Divisio pro singulis horis 1390
50. Duplices non concessae 1390
51. Examinatorum 1394
52. Exercitia spiritualia peragentium . . 1394
53. Exulum 1394
54. In feriis ad libitum 1400
55. In feriis legitimis 1400
56. Generis duplicis sunt 1400
57. Cum indulto absentis 1401
58. Indulto elapso 1401
59. Infirmorum 1401
60. Jubilatorum 1415
61. Lectorum 1423
62. Magistri theologiae 1423
63. Mansionariorum 1424
64. Massam constituentes 1426
65. Oeconomi 1427
66. Officii lucrum sunt 1428
67. Ordinibus ss. non insigniti 1428
68. Organistae 1428
69. Origo 1428
70. Parochorum civitatis, qui simul in Cathedrali choro inserviunt . . . 1428
71. Poenitentiarii 1431
72. Praebendas quando constituunt? . . 1431
73. Praesentibus tantum solvendae . . 1431
74. Privatio ferendae sententiae est . . 1431
75. Privatio ob ordines requisitos intra tempus praescriptum non susceptos . . 1432
76. Protonotarii habitu non chorali sed protonotariali induti 1432
77. Rectorum Seminariorum 1433
78. Restitutio 1433
   a) Ad Canonicum absentem propter munus Vicarii generalis gerendum . 1433
   b) Ad Canonicum absentem propter possessionem dubiam et litem . . 1436
   c) Ad deportatos 1438
   d) A Protonario injuste perceptarum . 1438
   e) Suspensione injusta sublata . . 1438
79. Non restituendae a Canonico infirmo et per tempus sine indulto absente . . 1438
80. Taxatio 1440
81. Tempore vacationum 1444
82. Thesaurarii 1444
83. Vicarii capitularis 1451
84. Vicarii curati 1451
85. Vicarii ecclesiae, quae cum Cathedrali conjuncta est 1451
86. Vicarii generalis 1455
87. Vicarii gen. munus alterius dioeces. gerentis 1455

Divortium.

1. Ab auctoritate competente declarandum 1455
2. Causae inducendi 1455

Doctor.

1. Juris canonici 1460
2. Romanus 1460

Doctorandus 1461

Doctoratus.

1. Collatio 1461
   a) Ab Abbate 1461
   b) Ab Episcopo 1462
2. Dispensatio eundem adipiscendi pro Dignitate (Primiceriatus) 1466
3. In ecclesia dandus 1467
4. Examinatores 1467
5. In jure canonico non valet pro doctoratu s. Theologiae 1467
6. Necessarius pro adipiscendo Episcopatu vel Dignitate ecclesiastica et quando non non est necessarius 1467
7. Pro praebenda theologali adipiscenda . 1467
8. Regularium 1470

Doctrina christiana.

1. Confraternitas 1470
2. In ecclesia cathedrali simul et parochiali 1471
3. In eccles. confraternit. 1474
4. Episcopi cura 1474
5. Methodus, Obligatio, Ratio . . . 1475
6. Obligatio estne Canonicorum? . . . 1484
7. Obligatio Magistri laici 1487
8. Obligatio parochi 1487
9. Obligatio Regularium 1487
10. Obligatio Vicarii curati 1487
11. Tempus 1488

Domestici 1488

Domicilium.

1. Amissio 1488
2. Canonicor. Cathedral. 1488
3. Coadjutoria canonicatus vel dignitatis domicilium num constituat? . . . 1493
4 Constitutio 1493
   a) Modus 1493
   c) Tempus ad quasidomicil. adipiscendum 1499
5. Differentia inter domicil. et habitationem 1499
6. Differentia inter domicilium et quasidomicilium 1499
7. Dotem secumfert 1499
8. Duplex 1501
9. Familiae 1501
10. Domicilium familiarium et famulorum . 1501
11. Incolas facit 1501
12. Ad matrimonium contrahendum . . 1501
   a) Consuetudines dioecesanae . . 1501
   b) Domicilium habentes ubi Tridentinum viget sed transeuntes ad matrimonium contrahendum in alium locum, ubi non viget 1501
   c) Domicilii defectus 1526
   d) Domicilii originis parochus estne proprius? 1531
   e) Domicilium peregrinorum . . 1537
   f) Domicil. puerorum sub cura curatorum stantium 1537

Pag.

g) Domicil. puerorum et puellarum in infantia expositorum et in hospitio degentium 1537
h) Quasidomicilium 1539
1. Constitutio 1539
2. Defectus 1559
i) Domicilium vagorum 1571
13. Ordinandorum 1581
14. Quoad jus separationis thori . . . 1587
Dominica 1589
Dominium 1589
Domus.
1. Canonicalis 1589
2. Lauretana 1589
a) Administratio 1589
b) Privilegia 1589
3 Parochialis 1593
a) Aedificatio prius facta suspensione temporanea nominationis ad parochiam 1593
b) Cessio pro usu hospitalis . . . 1595
c) Quae est, si parocho altera parochia administranda tradita est? . . 1598
d) Reaedificatio a parochianis . . 1601

Pag.

e) Restauratio 1603
I. Collatione parochiae suspensa et surrogato oeconomo . . . 1603
II. A Parocho 1605
III. Parochus non tenetur . . . 1611
IV. A parochianis et colonis . . 1611
V. Qui et quo ordine teneantur? . 1614
Donatio 1615
Dormitorium.
1. Monachorum 1615
2. Monialium 1617
Dos.
1. Domicilium ad eam consequendam sufficitne? 1618
2. Monialis 1618
1. Exhibenda a Monasterio pro ingressu in aliud 1618
2. Quando restituenda? 1618
Dotatio.
1. Ecclesiae 1619
2. Puellis religiosis eroganda . . . 1619
Duellum 1624